
ACTA
SANCTORUM

OCTOBRIS

TOMUS DUODECIMUS

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1970


De dit illi scientiam Sanctorum. Sapio
In plenitudine Sanctorum detentio mea Eccli. 24
ANTIQVA
NOVA
APERTA
VELATA
OBSCVRA
ACTA
SANCTORUM.
OCTOBER.
ERVDITIO
VERITAS
ANTIQVA REDVCO
OBSCVRA REVELO
J. F. Ruelle. sculp.

ACTA
SANCTORUM
OCTOBRIS

EX LATINIS ET GRÆCIS ALIARUMQUE GENTIUM MONUMENTIS SERVATA PRIMIGENIA VÉTERUM SCRIPTORUM PHRASI

COLLECTA ET DIGESTA

COMMENTARIISQUE ET OBSERVATIONIBUS ILLUSTRATA

A

JOSEPHO VAN HECKE, BENJAMINO BOSSUE, VICTORE DE BUCK, EDUARDO CARPENTIER,
REMIGIO DE BUCK ET HENRICO MATAGNE

SOCIETATIS JESU PRESBYTERIS THEOLOGIS

TOMUS XII

Quo dies vigesimus septimus et octavus, et partim vigesimus sextus et nonus continentur.

BRUXELLIS

TYPIS FRANCISCI VROMANT

MDCCCLXVII



Hoc a multis dictum atque inculcatum, maxime ab his qui in legendis Actis sanctorum plurimum versati sint, numquam futurum fuisse ut iis colligendis initium daretur si a Rosweydo atque deinde a Bollando, operis principibus, intellectum fuisset quantam molem aggrederentur. Atque nunc, quum trigesimus currit annus ex quo post quadraginta annorum intermissionem a novis omnino hominibus eorum editio resumpta est, quum tam diuturna docti sumus experientia quantæ undique circumstent difficultates, quum et mente conceptam habemus imaginem perfectionis, opere plane inimitabilem, hæc frequenter animum subit cogitatio quomodo rem tantam suscipiendam esse senserint regii magistratus, ordines publici et imprimis superiores nostri. Libri erant nulli, homines imparati, collectio Vitarum, olim a decessoribus undequaque conquisitarum, non integra. Sed tum ab sanguinolentis bellis et totius fere Europæ conversione vix reviviscebat historia, neque multis compertum erat quam longinquus percurrendus esset tractus; ut denuo vix quisquam viderit quantus susciperetur labor. Sed postquam historica scientia adolevit iterum; quum in omnibus fere Europæ regionibus in antiqua monumenta incredibili diligentia inquisitum est; quum archæologia ultimos recessus sibi apertos esse voluit; quum geographia et topographia antiqua omnia loca et hominum sedes explorare instituit; quum (ut uno verbo omnia concludam) omnes veterum rerum rationes eruditi scrutari inceperunt; quisnam homo, compertum habens nihil in his a Bollandiano opere alienum esse, non videat nos tanto pondere quasi opprimi? Non enim scribenda nobis est historia ecclesiastica, quæ nonnisi res majores, et in aperto fere positas, curat; sed ut summorum virorum gesta prosequimur, sic quoque tenuium et obscurorum. Neque in uno sæculo consistimus, sed jam societas nobis est cum apostolis et primævis martyribus, jam cum recentiorum temporum confessoribus et virginibus. Neque unum monasterium, una diœcesis, una regio nos detinet : sed (ut hic præsens tomus testimonio est) versamur in Syria, in Palæstina, in Asia, Constantinopoli, in Archipelago, in Thracia, in Iberia seu Georgia, in Istria, in Italia, in Germania, in Galliis, in Belgio, in Anglia, in Scotia, in Hibernia, in Armorica, in Hispania, in Africa, in Ægypto, in Thebaide, in Æthiopia, in Arabia, in Mesopotamia. Atque in aliis tomis Russia nobis lustranda fuit, Græcia, Bulgaria, Servia, Polonia, Suecia, Norwegia, Islandia, Dania, Helvetia et reliquæ fere terræ omnes, ad quas Christi

Christi nomen pervenit. Neque uspiam diu nobis morari licet, quoniam kalendariorum ratio, quæ lex nostra est, neque temporum continuationem novit, neque locorum vicinitatem, sed sola fortuna regitur; quum natales sanctorum aut a morte, aut a translationibus reliquiarum, aut ab aliis id genus celebritatibus, quæ universim cæco quasi casu factæ sunt, fundamentum ducant. Quid, quod plurimorum sanctorum cultus sæcula omnia superavit et magnam orbis partem implevit? In declarandis autem sanctorum gestis quantum valeat et morum et legum notitia, quis non videat? Sed in his exstitit summa varietas, quæ non tantum ex gentium diversitate, sed ex ipsa rebus humanis omnibus insita inconstantia orta est et continuo oritur. Nihil universalius, nihil firmius statutis ecclesiasticis et monasticis : quanta tamen in his plerisque mutabilitas, quanta differentia et quam perpetuæ conversiones! Dissimilitudines multo majores deprehenduntur in re rustica, urbana, domestica, politica. Quæ autem archæologiæ partes ad sanctorum Vitas non pertineant? An ritus sacri? An ritus profani? An ordo judiciorum? An militia? An artium liberalium et fabrilium monumenta et vices, mercaturæ priscæ rationes et formæ, agrorum, villarum et familiarum administratio et compositio infinite varia? An epigraphica, numismatica, diplomatica? An ratio temporum, festorum mutationes, martyrologiorum origines et vices? An demum divisiones regionariæ ecclesiasticæ et politicæ, nominum topographicorum versationes continuæ, singulorum locorum historia? Quid de arte critica dicam, in discernendis documentorum momentis prorsus posita? Quid de historia literaria et bibliographia, quæ quasi claves sunt scientiarum sacrarii? Neque vulgaribus libris nobis esse contentis licet; sed (quantum fieri potest) bibendum ex fontibus, non ex rivis. Nullæ itaque linguæ, quibus libri cum eruditione aliqua conscripti sint, collegio nostro prorsus ignotæ esse possunt: atque in hoc tomo et in superiori vestigia hujus rei lector detegere poterit. Verumtamen is iniquus erit arbiter qui nos velit omnia scire, in omnibus diligenter versatos esse, in omnibus excellere. Hoc unum postulari potest ut non ita inscii simus ut nesciamus dubitare; qua dubitatione ad quærendum incitemur. Sed si, in quærendo regno cælorum, qui quærit invenit; eadem promissio de rebus historicis facta non est. Quærimus itaque sæpius et non invenimus; quærimus et falso lumine decipimur; quærimus et per imbecillitatem humanam perperam intelligimus, aut quæ novimus per memoriæ defectionem obliviscimur. Et quantumcumque caveatur ab opinionum vanitate, quæ cum lacte bibuntur, ab humano commercio accipiuntur temere, aut ex indoctis hauriuntur libris; quis tantopere sui certus est ut nihil admittat, nihil dicat, nihil scribat, quin ad firmissimæ veritatis normam, quasi ad coticulam, probaverit? Deinde, quamquam, si et breve temporis spatium consideretur, et facultatum nostrarum habeatur ratio, bibliotheca nostra aspernanda non sit, continuum tamen librorum defectum experimur, quem non expleat civitatis non academicæ bibliotheca publica. Labimur itaque sæpius, neque possumus non labi; adeoque nobis numquam spes fuit errores vitandi omnes. Hoc unum conamur ut in rebus exteris scriptores assequamur domesticos, non optimos, sed bonos; satis habentes, si errores nostri popularium diligentiam excitent aut quæstionum propositio alios ad veritatem detegendam vindicandamque inducat. Non enim errores omnes funesti sunt aut periculosi, sed ne inutiles quidem. Quoties ipsimet ex alienis erroribus utilitatem capimus, viam meliorem ingressi? Quamquam autem hic finis nihil splendoris habeat, tantis tamen obsitus est difficultatibus ut, dum hæc scripsimus, animum fere desponderimus, immensa rerum varietate et mole obstupefacti. Et certe quotusquisque servantissimus æqui non sentiet nobis opus magis esse incitamento quam animi infractione? Neque est quod conqueramur : nam, si pauci aliqui sibi proposuerint Actorum sanctorum editionem impedire et denuo interrumpere, quot præclari viri in Germania, in Anglia, in Gallia, in Belgio atque in ipsis nostris comitiis publicis cum ministris regiis pro nobis stant? Jam alio tempore designavimus alios; nunc præclarum Flandriæ historicum, baronem Kervyn de Lettenhove, et eruditum in universitate Lovaniensi catholica professorem, Joannem Josephum Thonissen, nuncupabimus, qui post editum superiorem tomum adversus novas impugnationes nostrum arripuerunt patrocinium. Quod itaque quam arduum sit opus nostrum explicuimus, nihil prorsus cogitavimus aliud quam lectorum sollicitare clementiam.

SYNOPSIS

ACTORUM SANCTORUM

TOMI DUODECIMI OCTOBRIS

Quemadmodum propter rerum abundantiam superiori tomo concludere non potuimus Acta sanctorum omnium qui die vigesima sexta octobris colantur, sic quoque nunc in similem necessitatem adducti fuimus; ita ut media fere pars sanctorum qui die vigesima nona octobris celebrandi sint ad proximum volumen referri debuerit. Continet itaque præsens tomus quaterna sanctorum Acta, ex die vigesima sexta hujus mensis reliqua, cum diatriba de duobus fabulosis Macchiavelliis; septuaginta novem nomina ad diem vigesimam septimam; sexaginta duo cum appendice de Abramio, episcopo Ephesino, ad diem vigesimam octavam; et demum viginti et unum ad diem vigesimum nonum: universim centum sexaginta sex, præter bis mille et quatuor anonymos martyres. Quorum omnium gesta, quantum ea assequi potuimus, continentur commentariis, memoriis, appendicibus aut aliis id genus titulis octoginta et uno. Singula autem virorum nomina hoc loco pro majorum institutis in tres classes seu status dividenda sunt; nempe in statum *ecclesiasticum*, *monasticum* et *sæcularem*; quibus demum accedet sanctarum *feminarum* manipulus. Sed neque satis certæ sunt hæ series et definitæ; nam, præterquam quod omnium sanctorum conditio cognita non est, plerique episcopi et presbyteri simul monachi fuerunt, et in martyrum turmis episcopi aliquando immixti sunt laicis, viri feminis. Verum sufficit hæc monuisse.

STATUS ECCLESIASTICUS.

Ante episcoporum ordinem quasi procedunt duo sancti apostoli *Simon Chananæus* et *Thaddæus*, qui et Judas. De utriusque natalibus, templis et reliquiarum fatis collata sunt complura; sed operosius quæsitum in quibus regionibus Christi fidem prædicaverint et quibus discerniculis ab aliis distinguendi sint. Gradus inde factus ad *S. Thaddæum*, qui et *Addæus*, cujus commercium cum Abgaro rege examinandum fuit. Qua occasione nunc primum latine edita est Doctrina Addæi apostoli, monumentum historicum potius quam dogmaticum, prius a Curetone syriace et anglice in lucem datum. Hinc si in Asiam Minorem deflectimus, ætate proximus est *S. Thraseas*, episcopus Eumeniæ in Phrygia, et qui cum eo diversis in civitatibus martyrium fecerunt *Polycarpus*, *Cajus* seu *Gajus*, *Alexander*, *Neon*, *Diodorus*, *Metrobius* et quatuor anonymi. De S. Thrasea dictum jam fuerat; sed necesse fuit ejus refricare memoriam, tum quoniam hac die in Martyrologio Hieronymiano celebratur, tum quoniam secus dici non poterat de præstantissimo sæculi IV Martyrologio Syriaco, quod non ita pridem edidit Wrightius et in quo hac quoque die ejus continebatur nomen. In hoc enim Martyrologio deprehendimus tandem, non quidem fontem orientalem Martyrologii Hieronymiani (natales enim non ubique conveniunt), sed fontem omnino proximum. Hoc enim jam certum est Gallum, qui Martyrologium Hieronymianum consarcinavit, usum esse versione latina pessima Martyrologii cujusdam Syriaci, ex exemplari græco desumpti; quod græcum exemplar an Eusebii Cæsariensis fuerit, disputabitur alio tempore. Neque ætate, neque locorum spatio multum dissitus fuit *S. Firmilianus*, cujus res toties ab aliis aliter explicatæ fuerunt, ut nihil novi afferendum fuerit. Dictum est itaque, non secundum novas opiniones, quas futura non comprobabunt tempora, sed secundum receptas ab optimis quibusque judicibus sententias de S. Firmiliani ejusque sequacium gestis et scriptis adversus hæreticorum baptismata, quasi hæc rata habenda non essent. Ejus quoque cum Origene et S. Gregorio Thaumaturgo commercium, labores in pluribus conciliis, constantia in media persecutionis acerbitate aliaque decora declarata fuerunt. Ætate paulo antiquior est *S. Narcissus*, Hierosolymitanus episcopus, qui controversiæ paschali aliquantum implicitus fuit et cujus præcipuas laudes posteritati servavit Eusebius. In Palæstina etiam floruit *S. Joannes Chuzibita*, natione Ægyptius, in Thebaide monachus et dein in Palæstina, episcopus demum factus Cæsariensis. Huic succedunt duo alia præclara Orientis lumina, *S. Frumentius* scilicet et *S. Jacobus Sarugensis*. Quorum prior, mira Dei providentia ad Æthiopes deductus, quibuscum fidei christianæ notitiam communicavit, eorum postea episcopus a magno Athanasio ordinatus est. Qua occasione multa de Æthiopiæ historia curiose examinantur, compluresque errores castigantur. De S. Jacobo Sarugensi, Syrorum doctore κατ' ἐξοχήν, hoc unum dictum esto eum a popularibus S. Ephremo parem fere celebrari. Doctrinæ inconstantia aut ambiguitas difficultatem aliquam facessivit in S. Jacobo Sarugensi, quin sanctis catholicis accenseretur; non minorem creavit *S. Cyriaci*, episcopi Constantinopolitani, œcumenici titulum affectantis, arrogantia. Eum tamen aliquando resipuisse ostensum est, neque proin licere ejus nomen ex sanctorum albo expungere. Orientalis quoque ecclesia jure sibi vindicat *Abramium Judæum*, *S. Neophytum*, Urbnissiensem in Iberia episcopum et martyrem, duosque clarissimos presbyteros, *SS. Zenobium* et *Melchionem*. De Abramio Judæo, cujus historia, fabulis aucta, a Combefisio edita est, et de Abramio, Ephesino episcopo, quem a priore non esse distinguendum suspicamur, conjectando in appendice disseruimus. Cum S. Neophyto, cujus mira conversio et generosum martyrium singulare Dei beneficium fuit, prodit nunc primum in opere nostro Georgia seu Iberia. S. Zenobius Tyrensis fuit presbyter, sed Antiochiæ passus est; cujus nomen

men non sine laude ab Eusebio memoratum fuit; verumtamen omiserunt eum Græci in suis kalendariis, ita ut aliunde acceptus fuerit. Antiochiam quoque illustravit alter presbyter, nempe *S. Melchion*, non fuso quidem sanguine, sed doctrinæ splendore, qua Paulum Samosatenum, humiliter de Christo sentientem, profligavit. Africa deinde dedit nobis *S. Gaudiosum* et *S. Appianum*; quibus ambobus hoc fuit commune ut Wandalorum persecutione patriam reliquerint, ille Neapolim profugus, ubi et monasterium condidit et portentosum S. Stephani sanguinem reposuit; hic in insulam maris Mediterranei, unde postmodum reliquiæ ejus Papiam translatæ fuerunt. S. Gaudiosus a Neapolitanis cultus, distinguendus fuit a S. Gaudioso Salernitano, S. Appianus, Papiæ honoratus, a S. Appiano, monacho Papiensi. Dedit insuper Papia *S. Fulcum*, patria Placentinum, professione canonicum regularem, episcopum electum Placentinum, sed a Romano pontifice confirmatum numquam, et demum episcopum Papiensem legitimum. Hujus summi viri studia Parisiis, conciones, gesta Placentiæ (ubi inter medias cleri et consulum simultates, et bina quæ intercesserunt interdicta, exilium, mulctas aliaque mala perpessus est, pacificus semper et æquus), promotio ad sedem Papiensem et alia multa ministeria, quæ ad utramque rempublicam pertinent, declarata sunt. Inde ad se nos vocavit Pisaurum, ut *S. Decentii* episcopi et *S. Germani* diaconi cultum explicaremus : nam de eorum gestis admodum pauca nota sunt. Acta *S. Honorati*, episcopi Vercellensis, cujus vitæ longe major pars cum S. Eusebii decessoris vicissitudinibus conjuncta est, reliqua cum S. Ambrosii super Italiam superiorem providentia et felici obitu, longe melius innotuerunt. Proximus *S. Basilius*, episcopus Lunensis, occasionem dedit renovando catalogo antistitum antiquatæ illius sedis. In Istria, quæ Italiæ adjacet ejusque pars fere est, obvius fuit *S. Flos*, episcopus Polensis. Cujus Polensis sedes et cultus legitimus adversus ipsos Polenses (quod mireris) vindicanda fuerunt. Inde ivimus in Catalauniam Hispanicam, ubi *B. Bernardus*, prius minister justitiæ Tarracone, dein monachus et abbas Sanctarum Crucum et demum episcopus Vicensis celebrandus fuit; vir utique summus in monasterii et diœcesis gubernio, in missionibus popularibus, in hæreticorum inquisitione, in conciliis ecclesiasticis et conventibus regiis, in legationibus apostolicis, quin etiam in bello gerendo adversus Mahumetanos : cui multa debeant universa Catalaunia, regnum Valentinum et insulæ Baleares. Pro more Gallia, ab episcopis magis quam a regibus constituta, præbuit magnam episcoporum copiam. Agmen ducit *S. Eucharius*, in Tullensi diœcesi episcopus, quem, Juliano imperante, cum bis mille sociis martyrium fecisse demonstravit, non antiqua tantum traditio, sed maxime nuperrima et fortuita apertio ingentis sepulcrorum numeri. Proxime sequitur *S. Namatius*, episcopus Claromontanus, a populari suo S. Gregorio Turonensi celebratus, quod splendidum templum cathedrale ædificavit; dein *S. Faro*, episcopus Meldensis, ecclesiæ suæ locupletator, monasterii S. Crucis conditor et Resbacensis asceterii fautor eximius. Ejus Vita et Miracula ex mss. codicibus Bruxellensibus et Conversio Ogerii militis ex impresso libro edita sunt. Post Acta *S. Desiderii*, episcopi Autissiodorensis, cujus incredibilem in ecclesiam suam beneficentiam nulla umquam obliviscetur ætas et cujus Acta seu potius donationum innumerarum catalogum servavit Liber Pontificalis Autissiodorensis, appendicem dedimus, qua conclusi sunt breves commentarii de *BB. Quintiliano, Haymaro, Maurino, Aarone, Bettone* et *Guidone*, qui partim S. Desiderium in sede Autissiodorensi præcesserunt, partim secuti fuerunt, sed quorum Acta omiserant decessores, quibus eorum cultus non satis innotuisset. Secundum eamdem normam Actis *S. Angelramni*, monachi, episcopi Metensis, Caroli Magni cancellarii, summi capellani, Hadriani I apocrisiarii, abbatis Senoniensis et potissimorum temporis sui negotiorum participis, subjunximus similem appendicem de præteritis in opere nostro sanctis episcopis aliquot Metensibus, videlicet *Victoribus I* et *II*, *Sambato*, *Hesperio*, *Villico* et *Petro*. Neque abstinere potuimus a Collectionibus capitulorum, S. Angelramno tributis; quarum tandem veram originem, uti et Collectionis Pseudo-Isidori, nuper manifestam fecit Paulus Hinschius. Metensis item episcopus est *S. Terentius*, atque illis plerisque antiquior. Ejus Acta sigillatim edita sunt : sed quidni fabulis sint puriora? *S. Remigius*, qui Lugdunensem cathedram temporibus Caroli Calvi occupavit, non minus splendidum habet nomen inter illustrissimos Galliarum episcopos. A Lothario, rege Lotharingiæ, et a Carolo Calvo obtinuit ut innumera ecclesiæ suæ bona restituerent. In controversia de Prædestinatione partem habuit maximam; conciliis et conventibus interfuit multis aut præsedit; causas Wenilonis Senonensis, episcoporum Armoricæ, Ebbonis Rhemensis, Guntharii Coloniensis et Teugaudi Trevirensis aut examinavit aut definivit; Lotharium regem, adulterii reum, et Carlomannum rebellionis damnavit; verbo negotia summa procuravit, episcopus magnus et vir vere civilis. Ejus item Actis subdidimus appendicem de *SS. Zacharia, Helio, Martino, Amolone* et *Gebuino*, episcopis Lugdunensibus, immerito in opere nostro neglectis. A quibus episcopis sejungendi non sunt *S. Justus* presbyter, comes S. Hilarii Pictaviensis, et *S. Genitus*, qui pater fuisse dicitur S. Genulfi et cum eo fidem in Galliis prædicasse. Utriusque qualiacumque Acta edita fuerunt; ex quibus manifesta potius est pristina populi existimatio, quam certa eorum gesta. His Galliarum decoribus succedit *S. Colmanus mac Duach*, episcopus Fiachriorum meridionalium in Connacia : cujus causa explicuimus quomodo olim in Hibernia jurisdictio gentilis potius esset quam territorialis, nisi prorsus indefinita. Quæ compositio, ad Armoricam et ad alias Galliarum partes, in quibus jurisdictio territorialis secundum Romanarum legum normam vigebat, traducta, multas diu querelas excitavit et dissidia.

STATUS MONASTICUS.

Medii quasi eunt inter statum ecclesiasticum et monasticum quini abbates Stabulenses et Malmundarienses, *SS. Sigolinus, Godwinus, Anglinus, Albericus* et *Odilo*; ex quibus plures secundum instituta Hibernica, quæ ad sæculum usque nonum illic in usu fuerunt posita, episcopi erant absque titulo. Eos aliquando cultos fuisse ante omnia ostendendum fuit, eorum deinde

deinde tempora ex diplomatibus aliisque monumentis definienda; et duplex ordinandus per centum fere annos abbatum catalogus, alter quasi sæcularis, alter quasi monasticus. De uno fere S. Odilone licuit singularia quædam colligere. Hibernica quoque instituta secutus est *S. Dodo*, S. Ursmari discipulus in monasterio Lobiensi, dein Waslerensis abbas et demum eremita. Hi floruerunt in Belgio. Ipsa Hibernia pro more dedit complures, de quibus partim diximus in prætermissis, de reliquis, nempe de *SS. Abbanis*, de *S. Colmano Senbothensi*, et de *SS. Odrano* et *Dorbheneo*, qui in insula Hia ascesin coluerunt, singulariter. Vulgatum S. Abbanum in duos SS. Abbanos diffidimus, alterum Kill-Abbaniensem, alterum Magharnudhiensem, conati quæ utrique sint propria definire : operosior forte labor quam felicior. S. Colmanus a suis querquedulis celeberrimus est; S. Odranus a suo cœmeterio; S. Dorbheneus a descripta S. Columbæ Vita. Quorum omnium genus, tempora, laudes, quantum fieri potuit, investigata. Cum Hibernis monachis, videlicet SS. Fursæo, Foillano et Ultano, conversatus est *S. Sigebertus*, rex Anglorum Orientalium; sed eorum non amplexus est instituta, monachus factus in Betricheswurdensi cœnobio, cujus locum dein occupavit S. Edmundi burgum. Ejus exilium aut fugam in Galliam, conversionem ad fidem, electionem ad dignitatem regiam, gentis suæ reductionem ad Christum opera S. Felicis episcopi, institutionem præclaræ scholæ ad normam Cantuariensem, coronam regiam mutatam tonsura monastica, et demum beati viri cædem in bello, qua fieri potuit diligentia, explicuimus. Inde in Gallias reversis obvius fuit *S. Salvius*, eremita in diœcesi Rothomagensi, de quo fere nihil amplius scitur; *S. Leodardus*, qui pistor et quasi frater conversus fuit apud moniales Benedictinas Suessionenses; et *S. Theodorus*, abbas Viennensis. Hujus illustres natales, discipulatus et monachatus sub S. Cæsario Arelatensi, reditus in patriam et monasteriorum fundatio aliaque secundum antiquam ejus Vitam illustrata fuerunt. Obtulit vicina Italia *BB. Joannem Chisium*, *Stephanum Agazzarium* et *Antonium Rubeum*. Quorum primus, ex ordine Eremitarum S. Augustini, temporibus Alexandri papæ VII, ante Fabii Chisii, celebritatem maximam adeptus est; secundus, professus ipsemet aliquandiu eremiticam Augustinianorum vitam, deinde ad canonicos regulares transiit: ex quibus novam conflavit congregationem, multa in Italia nactus monasteria; tertius demum Sulmone inter Fratres Minores pietate claruit. Ægyptus, monasticæ vitæ originalis quasi palæstra, locum quoque uni ex suis vindicavit, *S. Abrahamo* nempe, S. Pachomii discipulo; proxima Æthiopia *B. Teklae Haimanot*, monachorum patri, probe distinguendo a cognomine monacho sæculi XIII; et demum Palæstina *S. Stephano Sabaitæ Poetæ*, quem Græci confundunt jam cum S. Stephano Juniore Martyre, jam cum S. Stephano Sabaita Thaumaturgo. Quum *S. Elesbaas*, rex Æthiopiæ et sanctorum martyrum Negranensium ultor, ad finem vitæ cucullum monasticum assumpserit, huc quoque referri potest; maxime quod ei in Commentario sociati fuerunt novem monachi, qui principatu ejus avi Alamedæ ex Ægypto in Æthiopiam penetrarunt, scilicet *SS. Arawagi* seu *Za-Michael*, *Pantaleon*, *Garima*, *Alef*, *Tzehma*, *Aftze*, *Liqanos*, *Imeata* et *Guba* sive *Otz*. In illustrandis sanctissimi regis gestis, castigati fuere non pauci historicorum de rebus Æthiopiæ errores reique christianæ a temporibus S. Frumentii historia fuit concinnata.

STATUS SÆCULARIS.

In sæculari virorum conditione abundant sancti martyres, de quorum parte nihil fere scitur. *SS. Mariani* seu *Marciani*, *Lucii* et *Victi*, itemque *SS. Amaranti* seu *Amarantæ*, *Quinti* et *Lucii* ne palæstra quidem innotuit. Non multo melior notitia de *SS. Maximo*, *Venantio*, *Luciano*, *Comitio* et *Donato*, martyribus in Aprutio Ulteriori, quamquam Passio supersit ex Lectionario Pinnensi; de *SS. Terentio* et *Neonilla*, conjugibus, eorumque liberis *Sarbilo*, *Nita*, *Hierace*, *Theodulo*, *Photio*, *Bele* et *Eunice*, ex libris græcis acceptis; de *SS. Smaragdo*, *Mariano* seu *Mariana* et *Archelaida*, martyribus Antiochenis, quorum memoriam servavit Martyrologium Hieronymianum; de *S. Diomede*, martyre Leucopolitano in Caria, cujus palæstræ situs nonnisi ægre reperiri potuit; de *S. Sophroniano* Carthaginensi, cujus nomen in ipso antiquo Kalendario Carthaginensi non legitur; de *SS. Hyacintho*, *Quinto* seu *Quintino*, *Feliciano* et *Lucinio*, martyribus in Lucania, sed incertum quo loco. Plura nota de *S. Fideli*, martyre Comensi, laudato a S. Ennodio Ticinensi et a B. Petro Damiani. Acta data secundum editionem Mombritii, et reliquiarum, de quibus controversia aliquando ferbuit, fata (quantum per superstites memorias licuit) exposita. Superest item *SS. Vincentii*, *Sabinæ* et *Christetæ*, martyrum Abulensium in Hispania, Passio; qua constat eos sanguinem pro Christo fudisse sub Diocletiano. *S. Ferrutii*, qui martyris titulo celebratur Moguntiæ ad Rhenum et cujus reliquias S. Lullus ad novum Blidenstadiense monasterium transtulit, Acta exstant similiter; sed non antiqua satis ad imperandam fidem, nisi sepulcralis inscriptio, qua illa nituntur, ad hanc usque diem servata esset. Hinc discimus S. Ferrutium squallore carceris obiisse, quod militare cingulum abjecisset : qua occasione necessario dicendum fuit de variis priscorum opinionibus licitane esset an illicita christianis militia. Non procul inde, Tigernimirum in Arvernia, martyrium fecit, verisimiliter a paganis trucidatus, *S. Genesius Neophytus*; quo cognomine apparet eum ante depositas vestes baptismales occisum fuisse, adeoque Acta, quæ olim illis in locis servarentur, plane esse fabulosa. Tilæcastrum, oppidum vicinæ Burgundiæ, *SS. Florentium* dedit et *Vandaletum*, martyres, necnon et *Honoratum* confessorem; quorum cultum explicuimus potius quam Acta. *S. Majorianus* seu *Mazorianus*, confessor non pontifex, ad extremum usque sæculum XVIII patronus fuit prioratus Brocensis in Arvernia; sed nunc plane illic incognitus : tanto diligentius ejus renovavimus memoriam. *S. Baldi*, pœnitentis prope Senones, cujus Acta ad normam historiæ S. Juliani Hospitalarii ficta fuisse videntur, cultum et reliquiarum vices explicuimus. Sed et Oriens præbuit aliquot conditionis sæcularis viros, quorum res non omnino lateant : videlicet *S. Nestorem*, socium quasi S. Demetrii megalomartyris, qui zelo fidei Thessalonicæ

monomachiam iniit sicque sibi generosius et simplicius quam prudentius et laudabilius mortem accersivit; deinde *SS. Marcum, Soterichum* et *Valentinam,* qui populari furore in Asia interempti sunt et brevi post in insulam Thasum translati.

SEXUS FEMINEUS.

Ut in tribus superioribus classibus pleræque christiani orbis regiones aliquot sibi vindicare queunt, sic in hac postrema serie magna quoque apparet gentium varietas. Ex Cappadocia præsto sunt *SS. Capitolina* et *Eroteis,* quæ, secus ac in earum Actis legitur, sub Diocletiano imperatore passæ sunt, et Constantinopoli *Anna Euphemianus,* quæ, sexu occultato, in virili monasterio ascesim coluit, populo admirabilis magis quam sapientibus probabilis. Antiqua Roma meliora suppeditavit exempla in *S. Cyrilla,* virgine et martyre, dicta Decii imperatoris et S. Tryphoniæ filia, atque in *S. Anastasia,* item virgine et martyre, quæ cum *S. Cyrillo* stupenda fortitudine tyranni superavit sævitiem. *S. Eusebiam,* cultam Bergomi tamquam martyrem, non plus martyrem esse potuisse, quam alios complures Bergomates, qui eodem donentur titulo, ex ipsomet lapide sepulcrali manifestum fecimus. *B. Joannam Soderiniam,* unam ex primis plantis horti Montellatarum, sociam S. Julianæ Falconeriæ et testem impressæ in pectore S. Hostiæ, exhibuit Florentia; Brixia vero *B. Antoniam,* monialem ordinis S. Dominici, quam et Ferrariensis S. Catharinæ martyris conventus excepit et ætate centum annorum morientem vidit. Galliæ, quæ in opere nostro primatum fere tenent, pauca tantum dederunt his diebus feminina nomina, *S. Laudovevam* scilicet seu *S. Laudovenam,* cujus corpus Silvanectum, dives olim sanctarum reliquiarum sacrarium, usque ad extremum sæculum XVIII religiose conservavit, et quam alii dixerunt reginam Armoricanorum, alii Francorum, quod nata esset regio genere; deinde *S. Hemelinam,* quæ in Parta-Sicca, Bullencurtiani monasterii grangia, conversa Cistercensis fuit, biographum nacta *B. Goswinum;* cujus quoque Acta collegimus. Pretiosissimam gemmam huic tomo inseruit Belgium, Ermelindem nempe, ex principali Pippinorum sanguine; quæ, mundanam spernens gloriam, Meldradii vitam duxit eremiticam, ibidem ad hanc usque diem, non extra maximam fortunæ varietatem, culta et tamquam beneficentissima patrona honorata. Inter Pippinorum domum et Hiberniam commercium quoddam singulare exstitisse videtur; quod qualecumque vinculum cum S. Ermelinde conjungat nomina *SS. Iæ, Breacæ, Uni, Sinini, Elwini, Maruani, Germocchi, Crewennæ, Helenæ, Teclæ* seu *Ethæ,* et *Gwithean* seu *Wymeri,* qui ex Hibernia iverunt in Cornubiam Britannicam, atque illic, nominibus suis communicatis cum oppidis et vicis, partim culti fuerunt ut virgines, partim ut martyres, partim etiam (nam plures interseruntur viri) ut confessores. Ab his non omnino aliena est *S. Kennera,* (Hiberna, Scota, an Britanna, incertum,) quæ cum S. Cunera, martyre Rhenensi, aliquando confusa fuit, sed in Galwedia, Scotiæ pago, non martyrii, sed virginitatis lauream adepta est. Claudunt tandem et hanc seriem et ipsum tomum *SS. Merwinna* et *Elfleda,* abbatissæ Rumesejenses in Suthamptonia, Angliæ provincia; quarum antiquior Vita nunc primum in lucem edita est. Mira itaque est in hoc tomo sanctorum virorum sanctarumque mulierum varietas; ut imago quædam sit cælestis Jerusalem, in qua vidit S. Joannes, propheta ille et evangelista, *turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, et tribubus, et populis, et linguis : stantes ante thronum et in conspectu Agni.* APOC. VII, 8.

FACULTAS

R. P. PRÆPOSITI PROVINCIÆ BELGICÆ S. J.

Quum tres theologi Societatis nostræ in lucem prodire posse censuerint tomum duodecimum Actorum Sanctorum mensis octobris, collectum et illustratum a Josepho Van Hecke, Benjamino Bossue, Victore De Buck, Eduardo Carpentier, Remigio De Buck et Henrico Matagne, Societatis ejusdem presbyteris theologis; ego infrascriptus præpositus provinciæ Belgicæ, potestate mihi facta ab Adm. R. P. Petro Beckx, ejusdem Societatis præposito generali, concedo facultatem hunc tomum in lucem edendi. In quorum fidem hasce literas, manu propria subscriptas consuetoque officii sigillo munitas, dedi Truncinii die vigesima septima aprilis anni MDCCCLXVII.

L. S. CÆSAR CRESPELLE, S. J.

APPROBATIO ORDINARII

Imprimatur.

Mechliniæ, die 1 maji 1867.

J. B. LAUWERS, VIC. GEN.

PROTESTATIO AUCTORUM

Quod olim protestati sunt decessores nostri in hoc de Actis Sanctorum opere se servatas velle Urbani papæ VIII constitutiones; neque suis aliorumve hic relatis commentariis aliud pondus tribui quam sit historiæ ab hominibus errori obnoxiis scriptæ : idem nos ante hunc tomum duodecimum Octobris protestamur.

INDEX SANCTORUM

IN TOMUM XII OCTOBRIS

A

27 Aaron. *Vide* Desiderius.

27 Abbani, Kill-Abbaniensis et Magharnudhiensis abbates in Hibernia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Distinctio inter duos Abbanos, a biographo in unum confusos. Utriusque genealogia 270. § II. S. Abbani Kill-Abbaniensis itinera, discipuli et commercium cum SS. Patricio Seniori et Finniano. Monasteria ab ambobus SS. Abbanis condita 272. § III. De Abbano, Abingdoniensi eremita seu abbate in Anglia 274. VITA SANCTI ABBANI ABBATIS DE MAGHARNUIDHE, *ex editione Colgani, conformata pristino ms. Bollandiano Dublinensi seu P. Fitzsimon.* CAPUT I. Hiberniæ natura et sanctitas. Prophetiæ SS. Patricii et Ibari de S. Abbano. Hujus constantia in proposito linquendi sæculi. Ejusdem in bestias misericordia 276. CAPUT II. S. Abbani cum S. Ibaro commercium. Disciplina. Miraculosa navigatio 278. CAPUT III. Fabulosus narratus de miraculis Abingdoniæ patratis et regis ac populi conversione 279. CAPUT IV. Peregrinationes Romanæ. Diabolus victus 281. CAPUT V. Monasteria condita in Connacia et Mumonia. Iter in Lageniam 282. CAPUT VI. Miracula S. Abbani, dum habitaret Magharnudhiæ 287. CAPUT VII. Obitus et sepultura S. Abbani 292

27 Abrahamus, eremita in Ægypto superiori. SYLLOGE. S. Abrahami memoria; ætas; incolatus Tabennensis; secessus; patria; vitæ severitas 238

28 Abramius, episcopus Ephesinus. DISQUISITIO CRITICA. § I. Abramii in kalendariis annuntiatio. Monasteria S. Abramii et Abramitarum 757. § II. Complures Abramii, a Græcis agniti. Abramius Ephesinus idem ac Abramius Judæus 759. § III. Abramii Judæi historia. Quo ex fonte deducatur et qua fide narretur 760. HISTORIA CONVERSIONIS ABRAMII JUDÆI, *ex Auctario novo Combefisii.* CAPUT I. Oratoris procemium. Tetrastyli ædificatio. Theodori mercatoris iter, naufragium et anxietas 762. CAPUT II. Christum vadem Judæus Abramius accipit semel atque iterum. Theodori prosperum iter 765. CAPUT III. Miracula, quæ Theodori fidem subsecuta sunt. Abramius baptizatur; fit presbyter 767

27 Aftze. *Vide* Elesbaas.

28 Albericus. *Vide* Sigolinus.

27 Alef. *Vide* Elesbaas.

27 Alexander. *Vide* Thraseas.

26 Alexandri Macchiavellii, confessores non pontifices fabulosi, Bononiæ in Italia. SYLLOGE CRITICA 170

29 Amandus. *Vide* Laudovena.

28 Amarantus seu Amaranta. *Vide* Sophronianus.

28 Amolo. *Vide* Remigius.

28 Anastasia virgo et Cyrillus, martyres Romæ. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. S. Anastasia virgo, cujus hac die in plerisque fastis sacris celebratur memoria, et Acta conscripta a Symeone Metaphraste, videtur omnino distinguenda ab altera cognomine, nempe S. Anastasia vidua. Locus et tempus martyrii 513. § II. Acta ex pluribus codicibus manuscriptis edita; justo severius a Tillemontio reprehensa esse demonstratum. De S. Cyrillo pauca ad nos pervenerunt 517. VITA ET MARTYRIUM SANCTÆ MARTYRIS ANASTASIÆ, ROMÆ, *auctore Metaphraste, græce et latine.* CAPUT I. Binæ innotuere martyres nomine Anastasiæ; altera vidua, virgo altera. Hæc in monasterio a B. Sophia instituta, atque ad Probum delata quod christiana esset, nec blanditiis cedit nec minis deterretur. In faciem cæsa insanum provocat præsidem 520. CAPUT II. Ignem S. Anastasia sustinet et ungulas ferreas. Amputatis mamillis, evulsis unguibus, exsecta lingua, excussis dentibus, horrendum torquetur. Aquam petenti propinat S. Cyrillus et accipit palmam. Denique sancta virgo, gladio percussa, a beata Sophia magistra sepelitur 525

28 Angelramnus, episcopus confessor, Metis in Gallia. COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. S. Angelramni prima ætas et monachatus. Promotio ad episcopatum Metensem 653. § II. S. Angelramnus Caroli Magni cancellarius et summus capellanus, et apud eumdem Hadriani I apocrisiarius. Quænam essent hæc munera. Privilegia ecclesiæ Metensis renovata. Dedicatio basilicæ Lauresheimiensis. 654. § III. S. Angelramnus abbas monasterii Senoniensis; quod ex imperiali fit episcopale. Translatio S. Simeonis episcopi Metensis. Nargaudus abbas Senoniensis. Monasterio Senoniensi datus advocatus 658. § IV. An S. Angelramnus fuerit abbas monasterii S. Trudonis. Donatus scriptor Vitæ S. Trudonis. Paulus diaconus scriptor Historiæ episcoporum Metensium. Collectiones capitulorum tributæ S. Angelramno 660. § V. Angelramni donationes monasterio Gorziensi et S. Naboris. S. Naboris sepulcrum ornatum 663. § VI. Mors S. Angelramni bello Avarico. Dies obitus non omnino certus. Cultus ecclesiasticus. Lectiones liturgicæ. Musica 665. APPENDIX DE SANCTIS ALIQUOT EPISCOPIS METENSIBUS 667. S. Victor I 668. S. Victor II 669. S. Sambatus 670. S. Hesperius seu Sperus 670. S. Villicus 670. S. Petrus 671

28 Anglinus. *Vide* Sigolinus.

29 Anna, quæ et Euphemianus, monialis Constantinopoli. COMMENTARIUS PRÆVIUS. S. Annæ natales, matrimonium, vita religiosa sub veste virili in variis monasteriis et pia mors 913. VITA S. ANNÆ EUPHEMIANI, *ex Menæis Græcorum* 915

27 Antonia Brixiana ex ordine Prædicatorum, Ferrariæ in Italia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. Cultus parcus et biographi B. Antoniæ. Ejus commoratio

commoratio in conventibus S. Catharinæ martyris Brixiano et Ferrariensi 407. VITA B. ANTONIÆ BRIXIANÆ *ex Italico Seraphini Ractii* 408

28 Antonius Rubeus, confessor non pontifex ex ordine Fratrum Minorum, Sulmone in pristino regno Neapolitano. COMMENTARIUS PRÆVIUS. Patria B. Antonii et conventus S. Nicolai. B. Philippus Aquilanus. Tempus mortis B. Antonii. Sepulcrum et cultus 755. BREVIS VITA B. ANTONII RUBEI ORDINIS FRATRUM MINORUM, *desumpta ex Hagiologio Italico* 756

29 Appianus, episcopus Afer, Papiæ in Italia. SYLLOGE. Distinctio inter S. Appianum episcopum Afrum, cultum Papiæ, et S. Appianum, monachum Papiensem. S. Appiani episcopi magisterium S. Vindemialis, episcopi Afri. Tria olim S. Appiani episcopi festa. Nominis forma. Tempus 815

27 Aragawi sive Za-Michael. *Vide* Elesbaas.

28 Archelaidas. *Vide* Smaragdus.

B.

29 Baldus, vulgo S. Bond, pœnitens apud Senones in Gallia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Memoria in tribus diœcesibus superstes et aliquot martyrologiis. Documenta. Pœnitentiæ causa. Ætas 872. § II. Fata prioratus S. Baldi prope Senones ejusque reliquiarum 873. § III. Cultus S. Baldi Pavanti in diœcesi Suessionensi et olim Parisiis in pristina æde S. Boniti 877. VITA MUTILA S. BALDI PŒNITENTIS, *ex codice S. Eligii Parisiensi et Pavantensi* 879

29 Basilius, episcopus et confessor, Lunæ in Italia. COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. Series episcoporum Lunensium, hactenus admissa, in multis mendosa demonstratur; cujus loco altera proponitur 799. § II. Num recte S. Basilius ordine primus inter Lunenses antistites recenseatur. Ejus ætas probabilis. Res gestæ prorsus ignotæ. An Lunæ templum cathedrale ab ejus nomine fuerit olim nuncupatum. Reliquiæ. Memoria in fastis sacris. Sedis Luna-Sarzanensis vicissitudines præcipuæ 802

28 Bele. *Vide* Terentius.

26 Bernardus Calvonius, confessor pontifex, Vici in Catalaunia Hispanica. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Vitæ S. Bernardi Calvonii qualisqualis synopsis ex lectionibus approbatis S. R. C. 21. § II. Miracula post mortem ut collecta; festi ejus in honorem instituti fata; documenta anno 1330 collecta pro ejus canonisatione; Vita conscripta 22. § III. Altare S. Bernardi; fundationes multifariæ; indulgentiæ propter novum sepulcrum, quod tamen non perficitur 25. § IV. Inutiles conatus pro canonisatione sub annos 1573, 1602, 1626 et 1652. Volunt S. Bernardum canonisatum fuisse 28. § V. Processus fit anno 1681 de cultu S. Bernardi; sed nil perficitur. Cultus ille legitimus, licet nulla umquam facta sit canonisatio. Memoria in fastis sacris 29. § VI. S. Bernardi patria, genus, studia et officium profanum Tarracone 33. §. VII. Ingressio monasterii SS. Crucum; tentationes a consanguineis; testamentum singulare ante professionem 37. § VIII. Abbatiæ SS. Crucum, cui præfectus fuit S. Bernardus, origines et fata. Templi perfectio 39. § IX. Missiones et miracula S. Bernardi in diœcesi Ilerdensi et alibi; procuratio commissa a Gregorio papa IX; alia ejus gesta et decora, dum esset abbas 41. § X. Depositio Guilielmi de Tavarteto, episcopi Vicensis; postulatio S. Bernardi; consecrationis dilatio 43. § XI. Vici civitatis et cathedræ origines. Præcipua castra et prædia episcopalia. Moneta episcopalis Vicensis 48. § XII. Conventus Tarraconenses. Statuta adversus Valdenses et Albigenses. Quam inimica esset amborum doctrina utrique reipublicæ et quot quantaque ab his patrarentur facinora 50. § XIII. Inquisitionis origo et incrementa usque ad tempora S. Bernardi. Quomodo ipse constitutus inquisitor 53. § XIV. Controversia cum Populetensibus. Dedicationes ecclesiarum. Partes S. Bernardi in rebus Balearensibus, maxime in episcopatus constitutione 57. § XV. Expeditiones Jacobi I regis Aragoniæ, Valentina et Italica : quam partem in iis habuerit S. Bernardus 63. § XVII. Concilio Tarraconensi sæpius interest S. Bernardus. Statuta capituli Vicensis exsequitur. Diœcesis suæ monasteria visitat. Pie moritur 67. MONUMENTA DE S. BERNARDO CALVONIO. CAPUT I. REDITUS ET JURA FEUDALIA S. BERNARDI CALVONII, *desumpta ex tabulario Vicensi*. CAPUT II. COMPUTI B. BERNARDI AB ANNO 1234 AD 1243 71. CAPUT III. CHARTA ULTIMÆ VOLUNTATIS S. BERNARDI CALVONII, *ex editione Jacobi Ripoll et Jacobi Villanueva* 75. MEMORIALE INSTRUMENTORUM. Prologus 78. CAPUT I. Sequitur EPISTOLA ABBATIS SANCTARUM CRUCUM 79. CAPUT II. Sequitur VITA BEATI BERNARDI, EPISCOPI VICENSIS, *scripta et inventa inter Vitas sanctorum in quodam libro vetustissimo, intitulato de Vitis sanctorum, in dicto archivio custodito, in lingua materna sive Catalauna, licet antiqua plane, et simplici stilo composita, quæ in linguam latinam simili stilo sic conversa est.* De Vita S. Bernardi, episcopi Vicensis 81. CAPUT III. MIRACULA COLLECTA A DEPUTATIS CANONICIS 81. CAPUT IV. Sequitur BULLA CUJUSDAM CONFRATRIÆ, *concessa a Raimundo episcopo Vicensi, in pergameno literis vetustissimis scripta* 83. CAPUT V. Sequitur ALIA BULLA INDULGENTIARUM, ab episcopo Vicensi concessarum 84. CAPUT VI. Sequuntur ALIÆ CONSTITUTIONES SEU ORDINATIONES ECCLESIÆ VICENSIS 85. MIRACULA S. BERNARDI CALVONII, *auctoritate publica collecta, ex codice ms. Vicensi.* Prologus 85. Miracula 86. APPENDIX. DOCUMENTUM PRIMUM. ORIGINALIS PROCESSUS ACTITATUS DE VITA ET MIRACULIS GLORIOSISSIMI S. BERNARDI, VICENSIS EPISCOPI, *cujus corpus tumulatum extitit in altari S. Martini et capella ejusdem, constitutis intus ecclesiam cathedralem Vicensem* 96. DOCUMENTUM SECUNDUM. EPISTOLA PATRUM CONCILII TARRACONENSIS *ad Clementem papam VIII de canonisando B. Bernardo* 97. DOCUMENTUM TERTIUM. EPISTOLA CANONICORUM VICENSIUM *ad suum episcopum* 98. DOCUMENTUM QUARTUM. OFFICIUM S. BERNARDI *meditatum* 98

27. Betto. *Vide* Desiderius.

26. Bonaventura Potentinus confessor non pontifex ex ordine Fratrum Minorum Conventualium, Ravelli in regno Neapolitano. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. B. Bonaventuræ exempla quibus proposita. Biographi veteres. Nova vita. Series præcipuorum gestorum beati

beati viri 108. § II. Quatuor decretâ, quibus B. Bonaventuræ beatificationis causa absoluta est. Lectiones pro divino officio probatæ 110. VITA B. BONAVENTURÆ POTENTINI EX ORDINE MINORUM CONVENTUALIUM, *collecta ex Vitis a Josepho Maria Rugilo et Josepho Ludovico Rossi aliisque monumentis historicis*. PROŒMIUM. De misera conditione Regni Neapolitani dum viveret B. Bonaventura Potentinus 114. CAPUT I. B. Bonaventuræ ortus, professio religiosa, incolatus Nuceræ Paganorum, Aversæ, Matalone et in eremo S. Mariæ Gratiarum. Studiorum renuntiatio 116. CAPUT II. In eremo S. Mariæ Gratiarum multoque magis in Amalphitano conventu, duce V.D.S.Dominico a Muro, in omnibus virtutibus profectus B. Bonaventuræ, maxime in obedientia cæca 118. CAPUT III. An divinitus eruditus fuerit B. Bonaventura 121. CAPUT IV. Gesta et virtutes B. Bonaventuræ, quum primum in Neapolitano S. Antonii seu S. Spiritus cœnobio habitavit 123. CAPUT V. Maranulæ in diœcesi Cajetana in conventu S. Crescentii in diœcesi Aversana, Montellæ in diœcesi Nuscana et in conventu S. Euphemiæ Surrentino B. Bonaventuræ incolatus. Mortis periculum ex jejuniis; obedientia cæca. Iter Potentinum divinitus interruptum 124. CAPUT VI. Missio et fundatio novi conventus in insula Capreis. Annulus inventus ope S. Antonii 126. CAPUT VII. Brevis Neapoli commoratio. Decem annorum incolatus in insula Iscla. Amicus Sabbatus Schiano. Pietatis exercitia. Pœnitentiæ. Jesu patienti compatiendi modus. Scrupuli et tentationes luxuriæ. Obedientiæ et fiduciæ in Deo exempla. Consanguineorum horror 128. CAPUT VIII. B. Bonaventuræ Isclæ conversatio; vita severa; tentationes; admirabiles virtutes; ministerium apostolicum 131. CAPUT IX. Sanctissimum commercium B. Bonaventuræ cum sorore Maria Angela a Cruce 133. CAPUT X. Caritas B. Bonaventuræ erga peccatores, miseros et moribundos Isclanos. Laborum fructus. Miracula aliquot 134. CAPUT XI. Vaticinia, arcanorum cognitio, prodigia B. Bonaventuræ, dum Isclæ habitaret 137. CAPUT XII. Alia vaticinia, arcanorum cognitio et prodigia B. Bonaventuræ, dum habitaret Isclæ 140. CAPUT XIII. Novus incolatus Neapoli in conventibus S. Mariæ Apparentis et S. Antonii. Caritas in P. Polonum 141. CAPUT XIV. Nuceræ Paganorum novitiorum magistri partes concreditæ B. Bonaventuræ. Modus ejus instituendi tirones. Vaticinia. Zelus 142. CAPUT XV. Neapoli infirmorum cura B. Bonaventuræ. Nova pietatis, caritatis et obedientiæ exempla. Mira constantia in dira cruris curatione. Verborum diligentia. Consanguineorum fuga 146. CAPUT XVI. Restitutio conventus Ravellani. Missio B. Bonaventuræ, guardiani officium frustra oblatum. Raptus. Vaticinium. Sacrum ministerium. Contumeliæ superioris. Sociorum desertio. Summa penuria 148. CAPUT XVII. Miracula et vaticinia B. Bonaventuræ Ravelli. CAPUT XVIII. B. Bonaventuræ concio de exarmanda ira Dei. Raptus et corporis elevationes super terram. Ultimus morbus. Effigies 154. CAPUT XIX. Quæ per triduum ante B. Bonaventuræ sepulturam facta sunt. Lethargia an mors. Ejus sepultura 156. CAPUT XX. B. Bonaventuræ cultus, observantia et pietas in Deum et sanctorum veneratio 159. CAPUT XXI. B. Bonaventuræ caritas in proximum, pœnitentia, castitas, humilitas, obedientia et paupertas 162. CAPUT XXII. B. Bonaventuræ post mortem patrata miracula et beatificatio 166. Epilogus 169

27 Breaca. *Vide* Ia.

C

27 Cajus seu Gajus. *Vide* Thraseas.

27 Capitolina et Eroteis, martyres Cæsareæ in Cappadocia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. Martyrum cultus. Templi prope Constantinopolim situs ac fata. Actorum fides expenditur 206. MARTYRIUM SS. MARTYRUM CAPITOLINÆ ET EROTEIDIS, *auctore anonymo, ex codice Coisliniano* CX. 212

27 Christeta. *Vide* Vincentius.

27 Colmanus, confessor in Senboth, diœcesi Fernensi, in Hibernia. SYLLOGE. Memoria in martyrologiis. Fabula cercellarum S. Colmani. Ejus conversatio cum S. Maidoco, episcopo Fernensi. Tempus mortis 382

28 Colmanus mac Duach, episcopus in Connacia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. S. Colmanus mac Duach, distinctus a S. Colmano Senbothensi. Utriusque ortus ex gente Fiachriorum. S. Colmani mac Duach festa et recensio inter sanctos tertiæ classis 880. VITA S. COLMANI MAC DUACH, EPISCOPI ET CONFESSORIS, *ex Actis Sanctorum Hiberniæ, collectore Joanne Colgano*. CAPUT I. S. Colmani virtutes. Trium animalium ministeria in eremo. Consecratio episcopalis 884. CAPUT II. Ferculorum in die Paschatis mirabilis a mensa Guarii ad mensam S. Colmani translatio. Fundatio episcopatus Kilmacduacensis pro gente Fiachriorum meridionalium 886. CAPUT III. Mors S. Colmani. Sanctitas arboris, ecclesiæ Killmacduacensis et festi S. Colmani. Miracula 890

27 Comitius. *Vide* Maximus.

27 Crewenna. *Vide* Ia.

27 Cyriacus, episcopus Constantinopolitanus. COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. Cur S. Cyriaci gesta illustrentur. An ejus exstent Acta. Fuit œconomus S. Sophiæ et episcopus Constantinopolitanus 344. § II. S. Cyriaci epistola synodica ad S. Gregorium Magnum. Assumit titulum episcopi œcumenici. Arrogantia episcoporum Constantinopolitanorum 346. § III. S. Cyriacus imperatorem Phocam coronat. S. Cyriaci mors, sepultura et cultus 350

28 Cyrilla, virgo et martyr, dicta Decii imperatoris filia. SYLLOGE CRITICA. Cœmeterium S. Hippolyti a sinistris viæ Tiburtinæ. S. Cyrillæ gesta non nota nisi ex fabulosis S. Laurentii Actis. Reliquiarum translatio sæculo VIII 468

28 Cyrillus. *Vide* Anastasia.

D

26 Damianus Finariensis, qui et Furcherius, confessor non pontifex, ex ordine Fratrum Prædicatorum, Regii Lepidi in Italia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Damiani patria, professio religiosa, labores apostolici, scripta, virtutes, vitæ tempus 102. § II. Cultus B. Damiani Regii, Viglebani, Bononiæ, Perti et Finarii. Reliquiæ. Cultus approbatio 104. VITA B. DAMIANI FINARIENSIS *ex lectionibus in* II *Nocturno, S. R. C. approbationi propositis cum correctionibus præcipuis*. 107

28 Decentius

28 Decentius episcopus et Germanus diaconus. COMMENTARIUS PRÆVIUS § I. Tempus Passionis SS. Decentii et Germani. Eorum sepultura 570. § II. Ad augendum cultum SS. Decentii et Germani indulgentiæ concessæ ab Alexandro IV. Eorum reliquiæ et Acta 571. PASSIO SS. DECENTII ET GERMANI *ex tomo* III *Annalium Camaldulensium*. 573

27 Desiderius, episcopus confessor, Autissiodori in Gallia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Autissiodorensis ecclesiæ sancti. Cultus et Acta S. Desiderii 351. § II. S. Desiderii natales, ætas, obitus, sepultura et translatio prior 354. § III. Origines cœnobii Meleretensis. Altera S. Desiderii translatio 355. § IV. S. Desiderii testamentum. Basilicæ ab eo ditatæ. Notitia basilicarum 357. § V. Conditio servorum medio ævo. Multis servis S. Desiderius dat libertatem 360. VITA S. DESIDERII, EPISCOPI AUTISSIODORENSIS, *ex Bibliotheca Icaunensi, collata cum editione Labbei*. CAPUT I. S. Desiderii ortus et divitiæ. Petit pallium a S. Gregorio Magno 361. CAPUT II. Basilicam S. Stephani Autissiodorensem amplificat, ornat et ditat S. Desiderius 362. CAPUT III. Basilicæ S. Stephani dat multos agros S. Desiderius; item basilicæ S. Germani multos agros et alia dona 364. CAPUT IV. Ditat S. Desiderius basilicas S. Amatoris, SS. Apostolorum Petri et Pauli, S. Mariani et S. Juliani, necnon et monasteria S. Germani et S. Martini 366. APPENDIX. Hainmarus. § unicus. B. Hainmari, episcopi Autissiodorensis, cultus, gesta et mors. Ejus proximus decessor fuit Savaricus 369. B. Quintilianus. § unicus. B. Quintiliani, episcopi Autissiodorensis, ortus, mors et cultus 371. Maurinus. § unicus. B. Maurini, episcopi Autissiodorensis, cultus et mors 372. VITA B. MAURINI, EPISCOPI AUTISSIODORENSIS, *ex Gestis pontificum Autissiodorensium, secundum editionem ven. viri Duru in Bibliotheca Icaunensi* 372. Aaron. § unicus. B. Aaronis cultus. Ejus episcopatus et mors 373. Betto. § unicus. B. Bettonis cultus, episcopatus, mors et sepultura 374. VITA B. BETTONIS, EPISCOPI AUTISSIODORENSIS, *ex Bibliotheca Icaunensi*. B. Betto, abbas S. Columbæ Senonensis, postea episcopus Autissiodorensis 375. Guido. § unicus. B. Guido, discipulus et magister scholæ Autissiodorensis. Est acceptus regibus et principibus. Ejus mors et cultus 377. VITA B. GUIDONIS *ex Bibliotheca Icaunensi*. B. Guido multa bona confert ecclesiæ suæ. Moritur anno episcopatus XXIX 378. ANTIQUUS CATALOGUS EPISCOPORUM AUTISSIODORENSIUM *ex codice Colbertino* 6042. MONITUM 380. EPILOGUS de prisco Sanctorum episcoporum Autissiodorensium cultu 381

27 Diodorus. *Vide* Thraseas.

28 Diomedes, martyr Leucopoli in Caria. SYLLOGE 575

28 Dodo, abbas Waslerensis in diœcesi Cameracensi. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Præcipui fontes ex quibus colligenda sunt S. Dodonis gesta 625. § II. S. Dodonis patria, tempora, discipulatus apud S. Ursmarum et præfectura Waslerensis cœnobii 627. § III. Waslerensis monasterii et S. Dodonis reliquiarum cultusque ecclesiastici vices 630. § IV. De die obitus et cultus S. Dodonis. De singulari quadam renibus laborantium consuetudine 632. VITA S. DODONIS, ABBATIS WASLERENSIS, *secundum duo exemplaria mss. Lobiensia et tertium Lætiense*. PROLOGUS 634. Incipit Vita B. Dodonis Christi confessoris. CAPUT I. S. Dodonis pueritia, discipulatus sub S. Ursmaro, dotatio monasterii Waslerensis, hujus asceterii præfectura, secessus in proximam solitudinem, miracula, sepultura in cellula 634. CAPUT II. Miracula; corporis elevatio; circumlatio per pagos Porcinensem et Bracbatensem; furis pœna; epilogus 636. APPENDIX, *auctore Augustino Bontemps, monacho Lobiensi* 638

27 Donatus. *Vide* Maximus.

28 Dorbheneus, abbas Hiensis. SYLLOGE. Insula Hia. S. Columba. Abbatum auctoritas et genus. Genus S. Dorbhenei. An abbas fuerit Hiensis et S. Columbæ Vitam scripserit. An pater S. Faelci 623

E

27 Elesbaas, rex Æthiopiæ, et novem monachi. COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. Sancti Elesbaæ nomina plura; errores duo scriptorum multorum; Xenodon, rex Nubiorum; bella tria Æthiopum adversus Homeritas, a Joanne Asiæ episcopo in unum conflata 296. § II. Eamdem confusionem exhibet Joannes Malala; harum trium expeditionum chronologia ex historia novem sanctorum aliisque monumentis stabilitur 299. § III. Num rex Ela-Ameda seu Alameda Judæus fuerit. Unde et quando Judæi in Æthiopiam venerint. Hujus regni ecclesia et hodiedum judaizat 302. § IV. Religio christiana in Æthiopia sæculo V pæne deperdita. De catalogo metropolitarum et presbytero Joanne. Interrupta sæculo V metropolitarum series 305. § V. Æthiopes circa annum 478 provinciam Negranensem in Arabia occuparunt et simul universam Homeritidem vectigalem fecerunt 308. § VI. Rex Homeritarum, ab Alameda occisus, quis fuerit. Æthiopes sæculo V in Homeritide fidem christianam propagarunt. Num jam tum in universum illud regnum dominatum aliquem habuerint 310. § VII. Sancti novem, Aragawi sive Za-Michael, Pantaleon, Garima, Tzehma, Aftze, Guba sive Otz, Imeata, Liqanos et Alef, qui, regnante Alameda, ex Ægypto in Æthiopiam advenerunt et religionem christianam instaurarunt 312. § VII. Tazena, pater S. Elesbaæ, christianus fuit, ut ex altera ejus Axumi reperta inscriptione probatur 313. § VIII. Expeditio prima S. Elesbaæ contra Dhu-Nowasum, regem Judæum Homeritarum, anno 519; anno 522 denuo rebellat ille, Negranam civitatem dolo ingreditur, et plura millia christianorum occidit 315. § IX. Justinus imperator hortatur S. Elesbaan ut martyres Negranenses vindicet; is classem parat in portu Adulitico; de civitatibus Aduli et Axumi; ad bellum proficiscitur 317. § X. Bellum in Homeritide. Tapharo potitur S. Elesbaas, cujus rudera plures viatores recentes conspexerunt. Victo et cæso Dhu-Nowaso, ecclesiam Taphari ædificat et episcopum Alexandria accersit 320. § XI. De proregibus Homeritarum a S. Elesbaa constitutis, Esimiphæo et Aryate, deque rege Abrahamo, qui omnes christiani fuerunt. Legatus ad S. Elesbaan missus a Justiniano imperatore anno 530 322. § XII. De eadem legatione anni 530, deque negotiatione

negotiatione Æthiopum cum Indis, aliaque, maxime de serici negotiatione. Legatio Nonnosi ad S. Elesbaan anno 537 324. § XIII. Bellum Homeriticum tertium S. Elesbaæ anno 540; agnito novo rege Homeritarum, ipse regno se abdicat, fit monachus, et anno circiter 555 e vita excedit. Colitur ut sanctus 325. ELOGIUM *ex æthiopico Synaxario* 328. ELOGIUM SANCTORUM NOVEM MONACHORUM *ex eodem* 329

29 Elfleda. *Vide* Merwinna.

27 Elwinus. *Vide* Ia.

29 Ermelindis virgo in Brabantia Belgica. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Meldradii origines. Biographi S. Ermelindis, ætas, natales 843. § II. Initia vitæ monasticæ in Belgio. Discrimen inter instituta monastica Orientalia et Occidentalia. Quænam sectata sit S. Ermelindis. Cur sibi absciderit crines. Non fuit monialis Benedictina 847. VITA S. ERMELINDIS VIRGINIS, *ex duobus codicibus Utrajectinis, collatis cum editione Surii.* S. Ermelindis parentes; pueritia; vita eremitica; mansio Meldradii; mors; sepultura; miracula 849. GLORIA POSTUMA S. ERMELINDIS VIRGINIS. § I. S. Ermelindis cultus Meldradii, Lovanioli, Thenis, in universa diœcesi Mechliniensi, in Moergestel et in Slavica Bohemia. Ejus memoria in martyrologiis 851. § II. Monasterium virile S. Bavonis et puellare S. Ermelindis in Calvomonte, Meldradii vico 854. § III. Oratorium, fons et mausoleum S. Ermelindis, aliaque ornamenta debita Jacobo de Oyenbrugge 856. § IV. Reliquiæ S. Ermelindis Meldradii. Earum recognitio anno 1236. Earum vices tempore tumultuum belgicorum sæculi XVI. Lis et contentio capituli S. Gudulæ, eas propter amissa patronæ suæ pignora sibi vindicantis 857. § V. S. Ermelindis reliquiarum vices sæculis XVII et XVIII. Pactum de eisdem inter parochum et toparcham Meldradiensem 859. § VI. Reliquiarum S. Ermelindis recognitio anno 1605 et indiculus 860. § VII. Reliquiarum S. Ermelindis novæ recognitiones annis 1848 et 1849. Nova lipsanotheca. Solemnissima translatio. Miracula 861. § VIII. Beneficia erecta in honorem S. Ermelindis Meldradii. Eorum casus et suppressio 864. § IX. Indulgentiæ olim concessæ ad augendum pium erga S. Ermelindem affectum. Confraternitas anno 1849 erecta 865. MISSA DE S. ERMELINDE VIRGINE 866. OFFICIUM S. ERMELINDIS VIRGINIS *ad Matutinum, Laudes et ad utrasque Vesperas* 868. APPENDIX seu series toparcharum Meldradiensium 870

27 Eroteis. *Vide* Capitolina.

27 Etha seu Thecla. *Vide* Ia.

27 Eucharius, episcopus, ejusque socii, martyres in Lotharingia. COMMENTARIUS CRITICUS. § I. S. Eucharii memoria in fastis sacris; aliorum sanctorum frater habitus; parentela incerta 223. § II. An episcopus fuerit S. Eucharius; an idem qui S. Eucharius Trevirensis; utrum Grandi, an Tulli fuerit episcopus. De archidiaconatu Blesiensi controversia 224. § III. Quo tempore et loco S. Eucharius martyrium fecerit. Nupera retectio fortuita sepulcrorum ejus sodalium 228. § IV. Reliquiæ Liberduni; Vandali repulsi; reliquiarum translationes et destructio; fata capituli Liberdunensis 230

28 Eunice. *Vide* Terentius.

29 Eusebia, virgo, culta ut martyr Bergomi in Italia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. Basilica cœmeterialis S. Andreæ; inventio corporum SS. Domnionis, Domnonis et Eusebiæ. Quare videantur floruisse post mortem persecutorum; quare dicantur martyres; memoria in fastis; electi patroni Bergomi; novi templi consecratio et translatio solemnis; familia Claudia, quæ et Zoppi, dicta de genere trium sanctorum 817. VITA ET PASSIO FICTA BEATÆ EUSEBIÆ, CIVIS BERGOMATIS, *ex Bartholomæo de Peregrinis* 823

F

28 Faro, episcopus Meldensis et confessor. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Pagi Brigensis situs et fines; sancti elogium in fastis sacris; Vitæ auctores complures 593. § II. Sancti parentes; vita aulica; militia tum sæcularis tum clericalis; gravissima peccata ope uxoris diluit 596. § III. Episcopus creatus ecclesiam ditat; pluribus diplomatibus subscribit; monasterium S. Crucis Meldis fundat et succurrit fundationi monasterii Resbacensis 599. § IV. Sanctus testamento sororis suæ S. Faræ partem hereditatis accipit; sancte obit; sepultura, corporis translatio, distributio reliquiarum 603. VITA S. FARONIS, MELDENSIS EPISCOPI, *auctore anonymo, extracta ex ms. Accinctino (Aquicinctino?) et asservata in Bibliotheca regia Bruxellensi, num.* 8924. CAPUT I. Sancti familia, pater, fratres, soror 609. CAPUT II. Versatus aliquandiu in aula Theodeberti, cujus familiaris fuit, sæculum, hortante S. Fara sorore sua, relinquit; ecclesiam Meldensem opibus suis ditat: S. Chillenum Scotum ad Atrebates dirigit 611. CAPUT III. Episcopus sacramento confirmationis puero cæco visum reddit; vehementer tentatus pietate uxoris sanatur; varia dein edit miracula; sancte obit 614. RELATIO MIRACULORUM SANCTI FARONIS, *extracta ex chartis PP. Fuliensium et asservata in Bibliotheca regia Bruxellensi, num* 8924. Andreas, abbas monasterii, visitat et elevat corpus sancti; varii infirmi curantur et calamitates depelluntur 616. Conversio Ogerii militis, qualiter renuntians sæculo, Deo in monastico habitu militaverit 620

29 Felicianus. *Vide* Hyacinthus.

28 Ferrutius martyr Moguntiæ. COMMENTARIUS PRÆVIUS § I. Memoria in fastis sacris: quomodo admissa in Martyrologium Romanum. Carmina ejus sepulcro inscripta et aucta a Riculfo. Alia B. Rabani. Passio conscripta a Meginhardo Fuldensi. Antiqua lectio Moguntina 530. § II. An militia priscis christianis esset illicita; quomodo factum sit ut S. Ferrutius martyr habitus fuerit; quo tempore cingulum abjecerit et mortuus sit 531. § III. Translatio corporis S. Ferrutii ad monasterium Blidenstadiense: hujus monasterii et reliquiarum S. Ferrutii fata 537. PASSIO S. FERRUTII, MARTYRIS MOGUNTINI, *auctore Meginhardo abbate, ex editione Surii, collata cum codice ms. Bodecensi.* PROLOGUS Meginhardi abbatis in Vitam S. Ferrutii 538. Incipit Legenda 539

28 Fidelis, martyr Comi in Gallia Cisalpina seu Insubria. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. S. Fidelis memoria desideratur in antiquis martyrologiis. Ast sæculo VI laudatur a S. Ennodio Ticinensi; item sæculo IX in diplomate Lotharii. Exstant

Exstant etiam sermo et hymnus B. Petri Damiani de S. Fideli; cujus insuper festum signatur in vetusto kalendario Mediolanensi. Acta sæculo x vel forte prius conscripta 548. § II. De anno martyrii S. Fidelis et de prima sepultura. Translatio ex Summolaco Comum; item aliæ binæ translationes in eadem urbe 551. § III. Exponitur et examinatur contentio de reliquiis S. Fidelis Comenses inter et Mediolanenses. Illi asserunt corpus beati martyris perpetuo Comi servatum; isti volunt illud circa sæculum XIII Como translatum fuisse Aronam, atque hinc opere S. Caroli Borromæi Mediolanum, et quidem primum ad vetus B. Fidelis templum, et non multo post ad novum 454. § IV. Qua ratione et quo tempore facta sit Arona Mediolanum translatio corporis S. Fidelis, primum quidem ad vetus ejusdem beati martyris templum, deinde ad novum; utraque sub S. Carolo Borromæo 558. § V. De cultu S. Fidelis tum Comi tum Mediolani et Aronæ. Lectiones ex duobus breviariis Comensibus et ex proprio hodierno, in quibus nonnulla de genere, patria etc., non satis probata. Festum et translationum memoriæ 560. PASSIO BEATISSIMORUM FIDELIS, EXANTHI ET CARPOPHORI MARTYRUM, *ex Bonino Mombritio*. S. Fidelis cum quibusdam commilitonibus Mediolano Comum se confert, lacumque transmittit, relictis sociis. Hos immissi satellites primum morte afficiunt; deinde repertum S. Fidelem minis tentant et fustibus. Ipse vero immotus Christum confitetur et prædicat. Capite plectitur. Satelles a dæmonio liberatur 563. B. PETRI DAMIANI SERMO HISTORICUS IN FESTIVITATE S. FIDELIS 567

28 Firmilianus, episcopus confessor, Cæsareæ in Cappadocia. COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. S. Firmilianus, vir præclarissimus, nobili genere apud Cappadoces ortus. Discipulus Origenis, ad quem amicum suum S. Gregorium Thaumaturgum perduxit. Circa annum 232 fit episcopus Cæsareæ 470. § II. De synodo Iconiensi, cui interfuit S. Firmilianus. Quo tempore celebrata. Urbis Iconii et sedis episcopalis brevis notitia 472. § III. Origenem invisit S. Firmilianus, illiusque saluti prospicit sub persecutione Maximini. Quam acerba fuerint tempora, et quam præclare eluxerit virtus sancti episcopi Cæsariensis 474. § IV. Schismate Novatiani invalescente, conveniunt circa annum 252 episcopi Antiochiam, inter quos S. Firmilianus. Quid ab eis gestum fuerit secundum Libellum synodicum, cujus fides expenditur. De pace restituta lætitia S. Firmiliani 475. § V. Dissensio de valore baptismatis apud hæreticos. Mota ea de re in Oriente quæstio multo ante S. Stephani tempora; sub hujus pontificatu gravissimum inde ortum dissidium, ut ex literis S. Dionysii Alexandrini probatur 477. § VI. De epistola S. Firmiliani supra omnem modum acerba, imo et in S. Stephanum contumeliosa. Num hujus immoderata severitas ansam dare potuerit tantæ acerbitati 480. § VII. De eadem epistola, quam communiter eruditi sinceram affirmant; negat Missorius, cujus sententia expenditur 482. § VIII. De eodem argumento. Num S. Augustinus epistolæ S. Firmiliani meminerit, et an illam habuerit suspectam. An rejicienda, quia stylo scripta acerbiori, quin et contumelioso in S. Stephanum papam. Quid senserunt P. Marcellinus Mœlkenbuhr et nuperrime RR. DD. archiepiscopus Nisibensis. 486. § IX. Iterum de eadem epistola. An græce scripta a S. Firmiliano et latine reddita a S. Cypriano. Concluditur disputatio de sinceritate literarum 491. § X. Num S. Firmilianus ab ecclesiæ corpore umquam rescissus fuerit, et an particulari S. Stephani communione privatus. Certum est illum in ecclesiæ pace decessisse 493. § XI. Non videtur S. Firmilianus sententiam suam de hæreticorum baptismo retractasse. Num illi adhæserit S. Dionysius Alexandrinus, ut diserte tradit S. Hieronymus 498. § XII. S. Firmilianus claret virtutibus tum sub Valeriani persecutione, tum sub imperio Galieni. Hujus tempestate cum Cappadocia, a barbaris conculcata, dirum affligeretur, S. Dionysius papa literis episcopos illius provinciæ consolatur 501. § XIII. Paulus Samosatenus impium de Christo spargit dogma. Plura, probabilius tria, congregantur contra eum Antiochiæ concilia. Prioribus interfuit, imo et forte præsedit S. Firmilianus 504. § XIV. De anno, quo postrema synodus Antiochena celebrata est. Ex obitu S. Dionysii tempus definitur, et hinc annus emortualis S. Firmiliani. Cultus. Scripta 506

27 Florentius et Vandaletus martyres et S. Honoratus confessor in Tilæcastro in Burgundia. SYLLOGE CRITICA. Innumeri errores de S. Florentio martyre. Ubi situm Tilæcastrum. Ecclesia, prioratus, reliquiæ S. Florentii tum in Tilæcastro, tum in insula Barbara. Festum in diœcesibus Lingonensi et Divionensi. Memoria S. Vandaleti et Honorati 185

27 Flos, confessor pontifex, Polæ in Istria. COMMENTARIUS PRÆVIUS. S. Floris cultus. Æmonensis an Polensis episcopus fuerit. Reliquiarum fata 338. IN FESTO S. FLORIS EPISCOPI ANTIPHONÆ 341

27 Frumentius, episcopus et apostolus Æthiopum orientalium. COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. Imperante Constantio, non vero Constantino, S. Frumentius in Æthiopiam venit. Errores Rufini ejusque interpretum 257. § II. In Æthiopiam venit sanctus anno 341, regnante Ela-Eskendi, et anno 346 adiit S. Athanasium. Reges Æthiopum Tzahem et Ela-San, sive Aizanas 260. § III. Inscriptio Axumitana 261. § IV. Aizanas et Sazana diversi ab Abreha et Atzbeha; horum memoria in liturgia æthiopica 264. § V. Literæ Constantii imperatoris ad Aizanam, ex quibus chronologia Vitæ S. Frumentii stabilitur 265. § VI. De uno Frumentio eodemque Habessiniæ, non vero Indiæ aut Arabiæ apostolo, scribunt Constantius, S. Athanasius et Rufinus. Disseritur de ejus cultu 266. ELOGIUM *ex æthiopico Synaxario* 268. ELOGIUM ALTERUM, *ex Chronico axumensi* 269

26 Fulcus, confessor pontifex, Placentiæ et Papiæ. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. S. Fulci cultus, tenuis olim Papiæ, sed post reliquiarum retectionem major. Origo memoriæ in martyrologiis. Cultus Placentiæ procuratus opera Campii I. § II. Patria et familia S. Fulci; admissio inter canonicos regulares S. Euphemiæ; studia Parisiis; reditus Placentiam. Primæ conciones 3. § III. Interdictum Placentinum; exilium S. Fulci; reditus; novæ conciones. § IV. S. Fulcus canonicus et archipresbyter

presbyter ecclesiæ cathedralis; publicum magisterium; pauca alia gesta 8. § VI. Electio S. Fulci ad cathedram Placentinam, a sede apostolica numquam confirmata 9. § VII. Administratio spiritualis et temporalis diœcesis Placentinæ S. Fulci. Hospitalis S. Lazari ordinatio 12. § VIII. Lis S. Fulci cum canonicis S. Joannis. Novum interdictum Placentinum 14. § IX. S. Fulci electio ad cathedram Papiensem; donum factum ecclesiæ Placentinæ; pax firmata inter Placentinos et Papienses; nundinæ Papienses; privilegia confirmata. Disciplina restituta in monasterio de Cæloaureo 15. § X. Interdictum Papiense; exsilium S. Fulci; legata aliaque id genus 17. § XI. Concionum liber S. Fulci. Mortis tempus 18. DE SANCTO FULCHO, PAPIÆ EPISCOPO, *ex Sanctuario Papiæ, lib.* V, *cap.* VI, *Jacobi Guallæ, juxta editiones anni* 1505 *et* 1587 19

G

27 Garima. *Vide* Elesbaas.
28 Gaudiosus, episcopus Africanus, confessor Neapoli in Campania. SYLLOGE HISTORICA. Sanctus ab homonymo Salernitano distinctus; ex Africa exsul, Neapoli monasterium construit, ubi sanguinem portentosum S. Stephani condit; ejus obitus; reliquiæ hactenus conservantur 582
28 Gebuinus. *Vide* Remigius.
28 Genesius Neophytus, martyr, Tigerni in Arvernia. SYLLOGE CRITICA ET HISTORICA. § I. Tigerni laudes sacræ. Reliquiarum S. Genesii bina retectio. Capituli S. Genesii origo et fata. S. Genesii cultus 543. § II. S. Genesii baptismus paulo ante mortem. Cognomen Pueri seu Infantis. Epitome Vitæ seu Passionis fabulosæ. Complures SS. Genesii Arverni aliique Galli 546
29 Genitus, confessor in Aquitania. COMMENTARIUS CRITICUS. S. Geniti cultus et biographi. Pater dictus S. Gendulfi et cum eo prædicasse in Gallia. Ejus mors et sepultura 700
28 Germanus. *Vide* Decentius.
27 Germochus. *Vide* Ia.
28 Godwinus. *Vide* Sigolinus.
27 Gossuinus. *Vide* Hemelina.
27 Guba sive Otz. *Vide* Elesbaas.
27 Gwinnear seu Wymerus. *Vide* Ia.
27 Gwithian. *Vide* Ia.

H

27 Hainmarus. *Vide* Desiderius.
27 Helena. *Vide* Ia.
28 Helius. *Vide* Remigius.
27 Hemelina conversa et Gossuinus monachus, Cistercienses, Bullencurtiæ in Gallia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Monasterium Bullencurtianum. In ejus grangia Parta-Sicca B. Hemelina fuit conversa Cisterciensis. Eversio monasterii et grangiæ 390. § II. Memoria B. Hemelinæ in Menologiis. Ejus cultus et sepulcrum in monasterio Bullencurtiano 392. § III. B. Gossuinus scripsit Vitam B. Hemelinæ et alia opera. Ejus mors et cultus in monasterio Bullencurtiano 393. § IV. Errores nonnullorum circa B. Hemelinæ natales. Videtur fuisse filia Simonis Brecensis. Ejus mors et sepultura 394. BREVIARIUM VITÆ B. HEMELINÆ, CONVERSÆ CISTERCIENSIS, *auctore B. Gossuino, monacho Claravallensi, ex Henriquezii Menologio Cisterciensi* 397
28 Hesperius. *Vide* Angelramnus.
27 Honoratus. *Vide* Florentius.
28 Honoratus, confessor pontifex, Vercellis in Italia. COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. Retectio corporum SS. Eusebii, Limenii et Honorati sub pavimento diruti chori ecclesiæ cathedralis Vercellensis. Titulus S. Honorati. Vita ejus et elogium per Petrum Galesinium. Ejus nominis inscriptio in Martyrologio Romano 577. § II. S. Honorati institutio in æde S. Eusebii: hujus scholæ forma monastica et clericalis. S. Eusebii exsilium Scythopolitanum; S. Honorati hujus exsilii participatio 578. § III. Dissidia in ecclesia Vercellensi post S. Limenii episcopi obitum. Literæ et iter S. Ambrosii ad Vercellenses. Electio S. Honorati. Felix ejus administratio. Laudes, conjectura aut errore ei tributæ. Scripta de eo 581
27 Hierax. *Vide* Terentius.
29 Hyacinthus, Quintus seù Quintinus, Felicianus, Lucinus seu Lucius, martyres in Lucania. SYLLOGE HISTORICA. Memoria ex martyrologiis. Passine sint ii martyres in civitate Luca, in diœcesi Compsana, an ignoto Lucaniæ loco 795

I, J

27 Ia et Breaca virgines eorumque comites Uni, Sininus, Elwinus, Maruanus, Germochus, Crewenna, Helena, Thecla seu Etha, Gwithian et Gwinnear seu Wymerus, in Cornubia Britannica. SYLLOGE. SS. Iæ, Breacæ et comitum patria Hibernia. Adventus in Cornubiam. Præcipua eorum gesta. Ecclesiæ eorum nomine insignitæ 293
28 Jacobus, episcopus Sarugensis in Mesopotamia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. S. Jacobi cultus. Ejus historiæ fontes. Georgii, Arabum episcopi, non fuit magister. Ab episcopis examinatur ejus doctrina 824. § II. De S. Jacobi orthodoxia, gestis, episcopatu et operibus disseritur 827. BREVIARIUM VITÆ S. JACOBI auctore anonymo Syro 830. APPENDIX. De Georgii, Arabum episcopi, carmine integre tandem Lovanii edito. Nova Vita S. Jacobi examinatur 927. HISTORIA S. JACOBI SARUGENSIS, *ex codice syriaco Londinensi* 930
27 Imeata. *Vide* Elesbaas.
27 Joanna Soderini, virgo ex ordine Mantellatarum, Florentiæ. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Qui de B. Joanna scripserint. Beata appellata et cum radiis picta. Cultus approbatus ab archiepiscopo Florentino et S. R. congregatione 398. § II. B. Joannæ genus, vitæ institutum sub S. Juliana Falconeria, miraculum S. Eucharistiæ, mors, sepultura et reliquiæ 402. COMMENTARIOLUS DE VITA B. JOANNÆ SODERINI, *auctore Nicolao Mati Pistoriensi, versus ex italico* 405. MEMORIA B. JOANNÆ SODERINI *ex Michaelis Augustini Pocciantii Chronico ordinis Servorum B. Mariæ Virginis* 405. LECTIONES II NOCTURNI DE B. JOANNA SODERINI, *propositæ S. R. C. et ab eadem approbatæ* 406
28 Joannes Chisius, laicus ordinis eremitarum S. Augustini, Senis in Thuscia. COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. Origo beati viri et congregationis Ilicitanæ. Qui Joannem Chisium beatum appellarint. An cultus legitimus, quia centum annis Urbanianis decretis anti-

quior; an quia permissus ab Alexandro papa VII 724. § II. Antiquiores S. Joannis biographi. Qua auctoritate dicatur esse de domo Chisia. Marciaretum, locus nativitatis. Conventus Vallis Aspræ, Senensis S. Augustini et Ticinensis, quos virtutibus illustravit. Mortis tempus 728. VITA JOANNIS CHISII, *auctore Philippo Leonardi de Agazzariis ex ordine Eremitarum S. Augustini, versa ex italica* 732. JOANNES CHIGII, *ex codice autographo Alexandri VII papæ, cui titulus : Chigiæ familiæ commentarii, nunc servato in bibliotheca Chigia Romæ* 784

28 Joannes Chuzibita, confessor pontifex, Cæsareæ in Palæstina. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. S. Joannis Chuzibitæ cultus, natales et in Thebaïde monachatus 587. § II. Eutychianismi renuntiatio. Monachatus in Palæstina 589. § III. S. Joannis episcopatus Cæsareæ. Ejus abdicatio et mors 590. VITA S. JOANNIS CHUZIBITÆ, EPISCOPI CÆSARIENSIS, *ex Menæis Græcis, interprete Matthæo Radero S. J.* CAPUT UNICUM. S. Joannis natales, monachatus, episcopatus et mors 592

27 Justus, presbyter confessor, Lemovicibus in Gallia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Plures sancti nomine Justi. S. Justus Lemovicensis. Ejus cultus et Acta 234. § II. Varia nomina civitatis Lemovicum. Pagus et diœcesis Lemovicensis. Nativitas S. Justi 235. § III. S. Justus comes S. Hilarii in itinere Petrocoricensi. Sacerdotium ejus. An evangelium apud Petrocorios annuntiaverit? Incarcerati Pictavis liberati 237. § IV. S. Justus fuerit ne abbas monasterii S. Hilarii-Magni; an socius S. Hilarii cuntis in exilium? Plebis vota ut huic demortuo succedat 239. § V. Nonnulla scripta, quorum S. Justus perperam auctor dicitur 241. § VI. Ubi, quo tempore, qua ætate mortuus sit S. Justus 242. § VII. Reliquiæ S. Justi. Origines monasterii S. Martini. Disceptatio de veris S. Justi reliquiis. Earum translationes 243. § VIII. Recognitio reliquiarum S. Justi ineunte hoc sæculo 245. VITA S. JUSTI, CONFESSORIS ET PRESBYTERI LEMOVICENSIS, *descripta ex codicibus* 5321 *et* 5365 *Bibliothecæ imperialis Parisiensis inter se collatis* 246. PROLOGUS 246. CAPUT I. Pueritia S. Justi. Fit catechumenus. A fulgure liberatur. Baptizatur a S. Hilario Pictaviensi 247. CAPUT II. S. Justi virtutes. Iter Petrocoricense 248. CAPUT III. S. Justus ordinatur a S. Hilario presbyter. Ejus miracula Pictavis 250. CAPUT IV. Mortuo S. Hilario, S. Justus postulatur a Pictaviensibus in episcopum. Fugit in locum natalem. Peregrinatur Romam. Redux moritur. Miracula ad ejus sepulcrum 251. TRANSLATIO RELIQUIARUM S. JUSTI, *ex Breviario Lemovicensi anni* 1625. ITER ROMANUM S. JUSTI PRESBYTERI ET S. HILARII EPISCOPI, *perperam adscriptum S. Justo, ex ms. codice Pictaviensi* 253

K

29 Kennera virgo in Galwedia, pago Scotiæ. SYLLOGE HISTORICA. Galwediæ situs et incolarum origo. S. Kennera virgo, non martyr, Galwediensis in Scotia, confusa initio sæculi XVI cum S. Cunera, virgine et martyre, Rhenensi in Batavia 904

L

29 Laudoveva seu Laudovena et Amandus episcopus Silvanecti in Galliis. COMMENTARIUS CRITICUS. § I. Cultus S. Laudovevæ Silvanecti. Reliquiarum ostensio quæstuaria et indulgentiæ præclaræ 907. § II. An genuinum nomen Laudovena, Laudoveva vel Laudovenna. Armoricanorumne regina, an Francorum. An uxor Eusebii, regis Venetensis, conversi a S. Melanio. An reliquiæ ex Britannia Minori allatæ. Altera translatio. Reliquiarum vices ab anno 1793 909. § III. Memoria S. Amandi, episcopi Silvanectensis, omissi ad diem 26 octobris 909

28 Leodardus, confessor, Suessione in Gallia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. S. Leodardi cultus et Acta 639. § II. S. Leodardi nomen, patria, conditio, mors, miracula, sepultura et reliquiæ 340. VITA S. LEODARDI *ex antiquo Breviario Suessionensi* 641

27 Liqanos. *Vide* Elesbaas.

27 Lucianus. *Vide* Maximus.

29 Lucinus seu Lucius. *Vide* Hyacinthus.

28 Lucius. *Vide* Smaragdus.

28 Lucius. *Vide* Sophronianus.

M

29 Majorianus, confessor, Broci in Arvernia. MEMORIA. S. Majorianus, olim patronus prioratus Brocensis in Arvernia, nunc omnino incognitus. Quæ videatur egisse. An scribendus Mazorianus 906

27 Marcianus seu Marianus, Lucius et Victus martyres Romæ. SYLLOGE CRITICA. Tres sancti martyres nonnisi ex laterculis Hieronymianis cogniti 189

27 Marcus, Soterichus et Valentina, martyres Asiani, culti in insula Thaso. SYLLOGE. Memoria in Menologio Basiliano et in fastis slavicis. Martyrii modus. Translatio reliquiarum ad insulam Thasum 221

28 Marianus seu Mariana. *Vide* Smaragdus.

28 Martinus. *Vide* Remigius.

27 Maruanus. *Vide* Ia.

27 Maurinus. *Vide* Desiderius.

27 Maximus, Venantius, Lucianus, Comitius et Donatus, martyres in Aprutio Ulteriori. COMMENTARIUS PRÆVIUS. Pinnæ in Aprutio Ulteriore cultus SS. martyrum Maximi, Venantii, Luciani, Comitii et Donati. Cur parum noti 190. PASSIO SS. MAXIMI ET SOCIORUM ET SS. COMITII ET DONATI *ex Lectionario antiquo Pinnensi* 191. HYMNUS IN HONOREM SS. MAXIMI ET SOCIORUM *secundum veram historiam, Joanne Baptista Cantalicio, episcopo Pinnensi et Adriensi, auctore* 192

27 Melchio, presbyter Antiochenus. COMMENTARIUS HISTORICUS. S. Melchionis cultus. Ejus victoria de Paulo Samosateno in concilio Antiocheno 510

29 Merwinna et Elfleda, abbatissis Rumesejensibus in Anglia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. Fata monasterii Rumesejensis. SS. Merwinnæ et Elfledæ cultus. Hujus genus. Ambarum tempora 918. DE SS. ELFLEDA ET MERWINNA, VIRGINIBUS ET ABBATISSIS, *ex codice Lansdowniano* 436 *Musæi Britannici* 922. VITA S. ELFLEDÆ, ABBATISSÆ ROMESEJENSIS ET VIRGINIS, *ex Legenda sanctorum Joannis Capgravii* 925

27 Metrobius. *Vide* Thraseas.

27 Monachi novem in Æthiopia. *Vide* Elesbaas.

N

N

27 Namatius, confessor pontifex, Claromonte in Arvernia. Sylloge historica. S. Namatii cultus, origo, matrimonium, episcopatus. Ecclesiarum cathedralis Arvernensis et S. Stephani fabrica. Sepultura 254

29 Narcissus, episcopus Hierosolymitanus. Commentarius prævius. Homonymorum confusio; ordo successionis episcoporum Hierosolymitanorum; quæstio paschalis; senectus et obitus 782. Vita S. Narcissi, episcopi Hierosolymitani, *ex lib.* v *et ex lib.* vi *Eusebii Historiæ ecclesiasticæ* 786

27 Neo. *Vide* Thraseas.

28 Neonilla. *Vide* Terentius M.

28 Neophytus, episcopus et martyr, Urbnissii in Georgia. Commentarius prævius. § i. Georgiæ conditio civilis et ecclesiastica; orthodoxia sæculo septimo 642. § ii. Historiæ S. Neophyti fontes. Ætas et tempus martyrii 647. Vita S. Neophyti, *ex Vitis sanctorum russicis Muravievi* 650

27 Nestor, martyr, Thessalonicæ. Sylloge. Martyrum ordines apud Græcos. An S. Nestor megalomartyr sit. Quomodo excusanda ejus monomachia cum gladiatore. Unde desumenda gesta 219

28 Nitas. *Vide* Terentius M.

O

28 Odilo. *Vide* Sigolinus.

27 Odranus, confessor in insula Hia. Sylloge historica. Plures sancti Odrani a se invicem distinguendi. S. Odrani Hiensis mors, sepultura, cultus 362

27 Otz. *Vide* Elesbaas.

P

27 Pantaleon. *Vide* Elesbaas.

28 Petrus. *Vide* Angelramnus.

28 Photius. *Vide* Terentius M.

28 Polycarpus. *Vide* Thraseas.

Q

27 Quintilianus. *Vide* Desiderius.

28 Quintus. *Vide* Sophronianus.

29 Quintus seu Quintinus. *Vide* Hyacinthus.

R

28 Remigius, episcopus confessor, Lugduni in Gallia. Commentarius prævius. § i. Fines episcopatus Lugdunensis sæculo ix. S. Remigii Lugdunensis cultus, biographi, nomen, ætas, episcopatus 678. § ii. Sæculis viii et ix ecclesiæ Francicæ bonis suis spoliatæ a regibus Francorum. Restitutio facta a Lothario ecclesiæ Lugdunensi, cum novorum bonorum largitione 680. § iii. Restitutiones et novæ donationes ecclesiæ Lugdunensi factæ a Carolo, rege Provinciæ. Fundatio monasterii Saxiacensis 682. § iv. Lotharii, regis Lotharingiæ, restitutiones et donationes ecclesiæ Lugdunensi 684. § v. Restitutiones Caroli Calvi. An sæculo ix ecclesia Lugdunensis esset tam dives quam prima specie appareat 685. § vi. Disceptationes de prædestinatione renovatæ. Concilia Moguntinum ii, Carisiacense i, Valentinum iii et Lingonensia i et ii. Quam partem in his rebus habuerit S. Remigius 686. § vii. Concilium Tullense apud Saponarias. Nova disputatio de prædestinatione. Causæ Wenilonis Senonensis et episcoporum Armoricæ 688. § viii. Concilium Tullense ii apud Tusiacum. Finis litis de prædestinatione. Non propugnavit S. Remigius pravas doctrinas 690. § ix. Opuscula, S. Remigio Lugdunensi perperam tributa 691. § x. Negotium Ebbonis Rhemensis; S. Remigii opera in restitutione presbyterorum depositorum. Concilium Suessionense iii 693. § xi. Lotharii, regis Lotharingiæ, divortium. Gontharius Coloniensis et Teugaudus Trevirensis. Concilia Vermeriense, Attiniacense et Dusiacense, quibus interest S. Remigius 694. § xii. Sententia, adversus Carolomannum, Caroli Calvi filium, ejusque satellites lata. Concilia Cabilonensia annorum 873 et 875, 696. § xiii. Obitus, sepultura, translatio et reliquiæ S. Remigii 697. Summarium Vitæ S. Remigii, episcopi Lugdunensis, *ex Officiis propriis sanctorum ad usum ecclesiæ Lugdunensis, a Stephano Verney propositis* 699. Appendix de SS. Zacharia, Helio, Martino, Amolone et Gebuino 700. S. Zacharias 700. S. Helius 700. S. Martinus 701. B. Amolo 701. S. Gebuini cultus, episcopatus, mors, sepultura, translatio, miracula, Vitæ breviarium 702

S

27 Sabina. *Vide* Vincentius.

28 Salvius, eremita in Normannia. Sylloge. Monasterii S. Salvii in Brago fata. Cultus S. Salvii et eremitica vita 586

28 Sambatus. *Vide* Angelramnus.

28 Sarbilius. *Vide* Terentius M.

27 Sigebertus, martyr, rex Anglorum orientalium. Commentarius prævius. § i. Anglorum in Germania et Britannia positio. S. Sigeberti genus, exsilium et conversio in Galliis. S. Felicis episcopi accessus ex Cantia. Gentis conversio. Vices sedis episcopalis. Regni fines 892. § ii. De schola, quam S. Sigebertus secundum consuetudines Gallicanas et morem Cantuariorum instituit. An hæc origo academiæ Cantabrigensis 895. § iii. Adventus S. Fursei et sociorum. Cœnobium Cnobheresburgense pro eis conditum. Cœnobium Betricheswurdense, postea S. Edmundi, in quo S. Sigebertus, abdicato regno, fit monachus 897. § iv. Cædes S. Sigeberti. Ejus regni et mortis tempora. Cultus. An martyr et Benedictinus recte dicatur. Gesta ei perperam attributa 899. De vita vel morte religiosi regis Sigeberti, *ex Historia ecclesiastica gentis Anglorum Ven. Bedæ, lib* iii, *secundum editionem Henrici Petrie in Monumentis historicis Britannicis* 903

28 Sigolinus, Godwinus, Anglinus, Albericus et Odilo, abbates Stabulenses in Belgio. Commentarius prævius. § i. Stabulensia et Malmundariensia initia. Viri sancti, quos inter recensiti SS. Sigolinus, Godwinus, Anglinus, Albericus et Odilo. Pauca S. Sigolini abbatis gesta cognita 706. § ii S. Godwini abbatis tempora. Diplomata obtenta a Dagoberto II et Theodorico III. Quando S. Lambertus Stabulai vivere coactus fuerit. Pœna imposita ob ruptum silentium nocturnum. Regula S. Columbani illic observata. Episcopi more Hibernorum.

Hibernorum. An S. Godwinus episcopus fuerit. Perfectio et consecratio templi Stabulensis. Reliquiarum S. Remacli exaltatio 707. § III. Tempora S. Anglini, abbatis Stabulensis, et S. Agilolfi, episcopi Coloniensis. Illius diplomata ; hujus Passio 711. § IV. Agilolfi et S. Alberici, abbatum Stabulensium, tempora et diplomata. Extremo sæculo VIII Regula Benedictina nondum recepta Stabulai. S. Albericus proprietarius 713. § V. Stabulai constituuntur abbates beneficiarii ; hinc duplex quasi series abbatum. Otto Magnus electionem restituit monachis 715. § VI. S. Odilonis curæ in templo restaurando et in conservandis bonis. Synodus Virdunensis anni 947 et conventus Aquisgranensis mensis septembris anni 953. Mors S. Odilonis anno 954 720

28 Simon, apostolus et martyr. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Fasti sacri variis diebus celebrant sanctum; qui a Thaddæo Apostolo, a Simeone Hierosolymitano et a Nathanaele distinguendus est 421. § II. De sancti prædicatione in pluribus provinciis ; non videtur Evangelii lumen intulisse in Africam et insulas Britannicas 424. § III. De sancti martyrio et sepultura; de cultu, ecclesiarum et altarium erectione manifestato ; de reliquiis in pluribus provinciis 427. COMPENDIUM VITÆ S. SIMONIS APOSTOLI *ex Adonis libello de festivitatibus SS. Apostolorum* 428. DE INVENTIONE BRACHII S. SIMONIS IN SEIN, MONASTERIO PRÆMONSTRATENSI, *ex Collectione hagiographica bibliothecæ regiæ Bruxellensi num.* 8924. CAPUT I. Ex Oriente allatum brachium S. Simonis apostoli episcopus Armenus concedit S. Brunoni, præposito Bonnensi, qui illud donat cœnobio Seinensi 428. CAPUT II. Sancti non raro puniunt eos, qui eorum cultum negligunt; mulier voti negligens punitur, postmodum sanatur: custos cœnobii a gravissimo malo liberatur 433

27 Sininus. *Vide* Ia.

28 Smaragdus, Marianus seu Mariana et Archelaidas, martyres Antiocheni. SYLLOGE CRITICA. Memoria ex martyrologiis Hieronymianis 574

27 Soterichus. *Vide* Marcus.

28 Sophronianus, martyr Carthaginensis, et martyres Amarantus seu Amaranta, Quintus et Lucius. SYLLOGE CRITICA. Memoria ex martyrologiis Hieronymianis 576

28 Sperus. *Vide* Angelramnus.

28 Stephanus Agazzari, canonicus regularis. COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. Beati elogium ; Vitæ scriptores ; patria et familia 735. § II. Iliceti eremiticam vitam profitetur Beatus; literis dat operam ; Ilicetana eremus subtrahitur jurisdictioni ordinis ; et tandem transit beatus vir cum sociis ad canonicos regulares 738. § III. Constitutio Congregationis Canonicorum Regularium; bullis pontificiis contradicunt eremitæ Augustiniani ; prudenti consilio malis imminentibus occurrit Romanus pontifex 741. § IV. Fabriani primum constituti B. Stephanus et socii; dein monasterium S. Ambrosii prope Eugubium acquirunt, et conjunguntur cum Congregatione S. Mariæ ad Renum juxta Bononiam 744. § V. Varia privilegia obtinet Congregatio Canonicorum ; multiplicantur cœnobia ; B. Stephanus miraculis inopiam suorum levat 749. § VI. B. Stephani supremus morbus; obitus locus, annus et dies ; signa cultus ; enumeratio monasteriorum 752

28 Stephanus Sabaita Poeta in Palæstina. SYLLOGE CRITICA. Characteres, quibus S. Stephanus Poeta discernitur a S. Stephano Juniore Martyre et a S. Stephano Sabaita Thaumaturgo. Ejus scripta poetica et historica. Clades lauræ S. Sabæ, eo præsente. Ejus laudes, cultus et officium in patriarchatibus Hierosolymitano et Constantinopolitano. Canon S. Theophanis Grapti. De SS. Stephanis Trichinis 672

T

27 Tecla Haimanot, monachus et confessor, in Æthiopia. COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. De sancti viri cultu ex scriptis missionariorum 383. § II. S. Tecla discernendus a monacho cognomine sæculi XIII : septimo sæculo vixit 385. § III. De Eustathio monacho et Yaredo musico; sancti viri Vita aliique Æthiopum libri in ejus laudem conscripti; annus obitus 387. SUMMARIUM VITÆ, *at sublestæ fidei, ex æthiopico Synaxario* 388

28 Terentius et Neonilla, eorumque liberi Nitas, Sarbilus, Hierax, Theodulus, Photius, Bele et Eunice, martyres. SYLLOGE. Cultus et passio SS. Terentii et Neonillæ, liberorum Nitæ, Sarbili, Hieracis, Theoduli, Photii, Belæ et Eunicæ 512

29 Terentius, episcopus et confessor, Metis in Gallia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Cultus S. Terentii. Ejus Acta 806. § II. S. Terentius creatur episcopus Metensis sæculo V. Ejus mors, sepultura et translatio 807. ACTA INCERTA S. TERENTII, EPISCOPI METENSIS, *ex apographo Bollandiano*. CAPUT PRIMUM. S. Terentii genus, educatio, sacerdotium. Mors socii ejus Floriaci 808. CAPUT SECUNDUM. Eligitur episcopus Viennensis S. Terentius. Ejus fuga ad Treviros. Sanat imperatorem Arnulfum. Creatur episcopus Metensis 811. CAPUT TERTIUM. S. Terentii iter in Burgundiam et Romam. Ejus reditus Metas, miracula, mors et sepultura 812

28 Thaddæus, unus ex discipulis Christi, COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Sanctus etiam Addæus appellatur; ejus cultus in Oriente; prædicat Evangelium Edessæ coram Abgaro rege, cujus epistola ad Christum hujusque responsio recitantur 450. § II. Inquiritur in αὐθεντιαν epistolarum Abgari ad Christum Dominum, et Christi ad Abgarum 452. DOCTRINA ADDÆI APOSTOLI *sive epistola Addæi ex syriaco anglice reddita a W. Cureton Anglo*. CAPUT I. Thaddæus seu Addæus prædicat et exponit Evangelium Abgaro regi Edessenorum ejusque populo 458. CAPUT II. Abgarus, collata doctrina apostolorum cum epistola Christi, convertitur cum familia sua et magna populi multitudine; clerum etiam instituit 461. CAPUT III. Tiberius animadvertit in Judæos; S. Apostolus infirmus consulit ecclesiæ; suprema ejus verba; obit, ejusque corpus sepulcro regis conditur; Abgari filius S. Aggæum episcopum interficit 465

28 Thaddæus, apostolus, qui et Judas. COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. Sancti varia nomina; ejus cum Christo cognatio; non videtur in Africa Evangelium prædicasse 437. § II. Prædicatio S. Apostoli in Mesopotamia; non videtur Russis Evangelium prædicasse; ejus epistola

stola catholica 439. § III. Sancti martyrium; locus sepulturæ incertus. Reliquiæ, quarum pars S. Bernardo Claravallensi obtigit 442. § IV. Sanctorum apostolorum cultus et reliquiæ 445
27 Thecla seu Etha. *Vide* Ia.
29 Theodorus, abbas et confessor, Viennæ in Gallia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I Sancti elogia in martyrologiis; natales illustres; discipulatus et monachatus sub S. Cæsario Arelatensi; reditus in patriam et fundatio monasteriorum; solitudo operosa; obitus et sepultura 832. § II. Sancti sepultura in suo oratorio; memoria paulatim obliteratur; brevis historia monasterii Theuderiani et S. Theobaldi, archiepiscopi Viennensis 835. VITA S. THEUDERII, abbatis Viennæ in Gallia, *auctore Adone, ejusdem urbis episcopo, ex editione Joannis Mabillonii in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, collata cum ms. Bruxellensi, num.* 8925. CAPUT UNICUM. Puer vitam monasticam cogitat; fit monachus et presbyter sub S. Cæsario; redux in patriam, fundat monasteria plura; in operosa reclusione vitam finit et sepelitur in monasterio a se fundato; ubi diligenter ejus servatur memoria 840
28 Theodulus. *Vide* Terentius M.
27 Thraseas, episcopus, Polycarpus, Cajus seu Gajus, Alexander, Neon, Diodorus, Metrobius et quatuor alii, martyres, Eumeniæ in Phrygia. SYLLOGE CRITICA ET HISTORICA. Sanctorum patria, nomina, singulorum palæstræ, martyrii tempus 183
27 Tzehma. *Vide* Elesbaas.

U V W

27 Valentina. *Vide* Marcus.
27 Vandaletus. *Vide* Florentius.
27 Venantius. *Vide* Maximus.
28 Victor I. *Vide* Angelramnus.
28 Victor II. *Vide* Angelramnus.
28 Victus. *Vide* Smaragdus.
28 Villicus. *Vide* Angelramnus.
27 Vincentius, Sabina et Christeta, martyres Abulæ. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Sanctorum martyrum memoria in Fastis sacris et Officio liturgico, præsertim Mozarabico; locus natalis in Lusitania, an in Carpetania; inquiritur in veritatem monumenti de Daciano, Hispaniarum præside 193. § II. Chronotaxis persecutionis Diocletiani ordinatur; sanctorum martyrum examinantur translationes 196. § III. Inquiritur an ex timore rebellionis inceperit et propagata fuerit persecutio Diocletiani 200. ACTA SS. VINCENTII, SABINÆ ET CHRISTETÆ, FRATRUM MARTYRUM, *ex legendariis, collatis cum mss. Collectionis Bollandianæ* 204
27 Uni. *Vide* Ia.
27 Wymerus seu Gwinnear. *Vide* Ia.

Z

28 Zacharias. *Vide* Remigius.
27 Za-Michael. *Vide* Elesbaas.
29 Zenobius, presbyter, medicus et martyr, Antiochiæ in Syria. SYLLOGE HISTORICA. S. Zenobii martyrium, laus ex latinis fastis, tempus mortis et medicinæ usus 797

INDEX

INDEX CHRONOLOGICUS

SÆCULUM I.

Verisimiliter anno 44 obit S. Thaddæus, discipulus Christi 450 a
Sæculo I martyr obit S. Simon apostolus 421 c
Sæculo I martyr moritur S. Judas Thaddæus apostolus 437 a

SÆCULUM II.

Sub annum 171 martyrium facit S. Thraseas, episcopus Smyrnensis 184 d

SÆCULUM III.

Circa annum 222 obit S. Narcissus Hierosolymitanus 781 c
Eodem anno Alexander Severus imperium adipiscitur 471 b
Eodem circiter anno Synnadis celebrata putatur synodus 472 e
Anno 231 *vel sequenti* S. Heraclas cathedram Alexandrinam conscendit 471 d
Eodem circiter anno S. Gregorius Thaumaturgus convenit Origenem 471 a
Anno circiter 232 S. Firmilianus fit episcopus Cæsareæ Cappadocum 471 e
Eodem circiter anno Iconii habetur synodus 472 f
Circa annum 235 S. Gregorius Thaumaturgus discedit ab Origene 471 a
Eodem anno Alexander Severus imp. prope Moguntiam necatur 471 c
Eodem anno Maximus imp. succedit Alexandro Severo 473 c d
Eodem anno cœpta persecutio sub Maximino Vero 475 a
Anno 237 S. Gregorius Thaumaturgus ad Origenem redit 471 a
Anno 238 desiit Maximini Veri persecutio 475 a
Anno 251 occiditur Decius imp. 517 b
Anno 252 *circiter* cogitur synodus Antiochiæ contra Novatianos 275 f
Eodem anno S. Maternus infulas obtinet Mediolanenses 551 e
Anno 253 Gallus et Volusianus a militibus interimuntur 517 b
Anno 255 synodus Carthaginea S. Cypriano habetur de baptismo 485 c
Anno 256 celebratur Carthagine secunda et tertia synodus de baptismate sub S. Cypriano 485 c d
Eodem anno legatio Romam a S. Cypriano mittitur post synodum II Carthaginensem 485 d
Eodem anno S. Cyprianus mittit Rogatianum diaconum cum literis ad S. Firmilianum 485 d
Eodem anno vel initio sequentis scribit S. Firmilianus ad S. Cyprianum 485 d
Anno 257 *ineunte* incipit persecutio Valeriani 485 d
Eodem anno S. Stephani papæ martyrium 485 d
Eodem anno S. Cyprianus exilio mulctatur 485 d
Anno 258 S. Cyprianus, episcopus Carthaginensis, martyrio coronatur 519 c
Anno 259 S. Dionysius pontifex Romanus creatur 502 f
Anno 260 *circiter* vincitur a Sapore Valerianus 502 b
Anno 264 *vel sequenti* moritur S. Dionysius Alexandrinus 506 b
Eodem tempore celebratur concilium I Antiochiæ contra Paulum Samosatenum 506 d
Anno 268 moritur Galienus imperator 502 f
Eodem anno Claudius cognomine Gothicus imperator declaratur 503 a
Anno 269 moritur S. Dionysius papa 502 f
Eodem anno moritur S. Firmilianus 503 a
Eodem anno celebratur Antiochiæ concilium III contra Paulum Samosatenum 507 a
Anno 270 Claudius Gothicus imp. peste extinguitur 503 a
Anno 272 debellatur ab Aureliano imp. Zenobia, Palmyrenorum regina 504 c
Anno 285 martyr occumbit S. Fidelis 552 e
Eodem anno martyrium facit legio Thebæa 552 e
Eodem anno martyrium faciunt SS. Carpophorus et Exanthus; item Licinius et socii 552 e

SÆCULUM IV.

Sæculo IV *incunte* ad fidem catholicam conversi sunt Georgiani 642 e
Extremo anno 302 obiit S. Maternus, episcopus Mediolanensis 551 e
Eodem tempore ab Antiochia episcopum accepisse traduntur Georgiani 643 d et seqq.
Anno vulgari 303, *mense martio*, jussit Diocletianus omnes ecclesias christianorum dirui 196 e f
Anno 304 *probabilius* martyrium faciunt SS. Capitolina et Eroteis 206 et seqq.
Circa eumdem annum S. Diomedes patitur Leucopoli in Caria 575 et seqq.
Anno verisimiliter 306 martyrium facit Thessalonicæ S. Nestor 221 d e
Anno 304 *probabilius* patitur Antiochiæ S. Zenobius presbyter 797 et seqq.
Anno 305, *die* 10 *junii*, martyrium faciunt SS. Mammarius et socii 780 e
Anno verisimiliter 305 martyrium faciunt SS. Vincentius, Sabina et Christeta 193 c
Anno 311 Melchiades creatur Romanus Pontifex 573 b
Eodem anno videntur obiissse martyrium SS. Decentius et Germanus 570 e f
Eodem anno Galerius Maximianus obit 573 b
Anno 313 Salonæ moritur Diocletianus 517 c
Circa eumdem annum socios admittere incipit S. Pachomius 233 e
Anno 314 celebratur concilium Arelatense in causa Cæciliani et Donatistarum 498 c
Circa annum 320 natus videtur S. Frumentius 260 c
Circa annum 330 nascitur S. Honoratus, episcopus Vercellensis 578 f
Sæculo IV monasterium S. Abramii condidisse fertur Constantinus imperator 758 et seqq.
Anno 336 Metrodorus philosophus, ex India redux, imperatorem Constantium adit 259
Anno 341 in Æthiopiam venit S. Frumentius 260 c

Anno

Anno 342 moritur rex Æthiopiæ Ela-Eskendi 260 c
Anno 346 S. Frumentius adit S. Athanasium 260 c
Anno 348 *aut* 349 moritur S. Pachomius 233 e
Anno 351 moritur Tzahem, rex Æthiopiæ, filius Ela-Eskendi 261 c d
Anno 352 *circiter* inscriptionem Axumitanam dictavit Ela-San, adhuc gentilis 261 d e
Anno 353, dignitate episcopali ornatus, in Æthiopiam redit S. Frumentius 261 b
Circa annum 355 christianus fit rex Ela-San 261 d, 265 e
Anno 356 contra S. Frumentium et S. Athanasium epistolam dat Constantius imperator 265 et seq.
Anno circiter 357 Cyrillus Hierosolymitanus perperam sibi vindicat jura metropolitana 591 c
Anno 361 S. Eusebius Vercellensis cum sociis revocatur ab exilio 579 e
Anno 367 *aut* 368 moritur S. Theodorus, abbas Tabennensis 233 e
Ante annum 368 moritur S. Abrahamus, eremita Ægyptius 233
Anno 370, *die* 1 *augusti*, moritur S. Eusebius Vercellensis 580 a
Anno 397, *initio aprilis*, moritur S. Ambrosius Mediolanensis 581 b c

SÆCULUM V.

Anno 406, *die* 31 *decembris*, Vandali Gallias intrant 231 a
Anno 415, *die* 29 *octobris*, moritur S. Honoratus, episcopus Vercellensis 581 d e
Circa annum 415 mortuus dicitur S. Frumentius 268 c
Anno 416 Gothi Hispaniam occupant 59 c
Anno 425 insulæ Baleares tentantur a Vandalis 59 c
Circa eumden annum regnarunt Abraha et Atzbeha, reges Æthiopiæ 265 b
Anno 431 Juvenalis Hierosolymitanus frustra sibi vindicat principatum in Arabiam, duas Phœnicias et tres Palæstinas 591 d
Circa annum 440 S. Gaudiosus, episcopus Afer, monasterium Neapoli construit 584 d
Anno 450 S. Abundius episcopus eligitur Comensis 560 d
Circa medium sæculum v moritur S. Namatius, episcopus Claromontanus 255 e
Anno 452 nascitur S. Jacobus Sarugensis 826 b
Anno 455 insulæ Baleares capiuntur a Vandalis 59 c
Anno 453 *aut* 468 obit S. Gaudiosus episcopus Africanus 584 b
Anno 468 *aut sequenti* moritur S. Abundius, episcopus Comensis 560 d
Anno 474 ab episcopis examinatur doctrina S. Jacobi Sarugensis, qui tunc scripta edere cœpit 827 e et seqq.
Anno 478 Alameda, rex Æthiopiæ, Homeritas vincit 302 b
Circa annum 479 in Æthiopiam adveniunt novem monachi 300 f
Circa annum 480 Petrus Fullo, patriarcha Antiochenus, Georgianis metropolitam concedit 644 a e
Anno 491 concilium Vagharsehapatense Armenorum et Georgianorum anathema dicit concilio Chalcedonensi 645 e
Anno 500, *die* 23 *aprilis*, moritur S. Ibarus de Beg-erin 278 a

SÆCULUM VI.

Sæculo VI *ineunte* vixit Abramius judæus, qui ad fidem conversus, presbyter et forsan episcopus factus est 760 et seqq.
Anno 501 interest Victor, episcopus Lunensis, concilio Romano sub Symmacho papa 802 d
Anno 518 ecclesiæ Cæsariensis fuit episcopus S. Joannes Chuzibita 588 d
Circa eumdem annum celebrantur Hierosolymis duo concilia 590 f, 591 a
Anno 519 S. Elesbaas bellum gerit adversus Dhu-Nowasum 297 b
Anno 520 moritur Joannes Constantinopolitanus 591 b
Anno 521, *mense novembri*, moritur S. Jacobus Sarugensis 828 a
Anno 522 rebellat Dhu-Nowasus adversus Æthiopes 297 c
Anno 523 *et* 524 Dhu-Nowasus Homeritidem occupat, multosque christianos necat 297 c
Anno 525 secundam expeditionem adversus Dhu-Nowasum suscipit S. Elesbaas 297 c
Circa annum 527 Esimiphæus, Homeritarum prorex, deturbatur a throno 323 et seq.
Anno 530 legationem mittit Justinianus ad pro-regem Homeritarum et regem Æthiopiæ 323 et seq.
Anno 534 Baleares insulæ eripiuntur Vandalis 59 e
Anno 537 ad S. Elesbaan mittitur a Justiniano Nonnosus legatus 325 d e
Anno 540 tertio in Homeritidem proficiscitur S. Elesbaas 322 b d
Circa annum 542 moritur S. Aragawi seu Za-Michael 387 a
Anno 549 S. Odranus Letrachensis cum aliis multis peste tollitur 343 b
Sæculo VI monasterium Abramitarum Cpoli condit Abramius, postea Ephesinus episcopus 758 et seq.
Eodem sæculo monasterium Byzantinorum prope Hierosolymas ab Abramio ædificatur 762 a
Circa annum 555 S. Elesbaas vitam gloriosam in spelunca habitu monastico claudit 326 et seqq.
Eodem anno Pelagius papa II eligitur 802 b
Anno 557 sponte sua pergit S. Columba ad conversionem Pictorum 291 f
Anno 563 petit S. Columba insulam Hy 623 f
Anno circiter 568 moritur S. Villicus Metensis 671 d
Anno 575, *die* 29 *octobris*, dicitur obiisse S. Theodorus 834 f, 835 a
Anno 576 Curion in Georgiæ catholicum eligitur 645 f
Circa annum 580 concilii Chalcedonensis decreta tuetur Curion, Georgiæ catholicus 645 a
Anno 585 obit Ingundes, S. Hermenegildis uxor 353 a
Circa eumdem annum nascitur S. Faro 597 c e, 604 e
Anno 594 S. Venantius ad infulas Lunenses promovetur 802 b
Anno 596 ab Armenis omnino discedit Curion, catholicus Georgiæ 645 a
Eodem anno concilium Devinense aut Torinense Armenorum Georgianos damnat 645 d

SÆCULUM

SÆCULUM VII.

Anno 602 exoritur Constantinopoli exitialis seditio adversus Mauritium imperatorem 350 a
Eodem anno Phocas salutatur imperator 350 b
Anno 607 creatur Romanus pontifex Bonifacius 350 e
Circa annum 610 nascitur S. Tecla Haimanot 387 a b c f
Anno 613 obit Brunechildis 354 e
Circa annum 620 moritur S. Baldus, pœnitens apud Senones in Galliis 872 b
Anno 622 patri mortuo, Colmano, filio Cobtachi, succedit Guarius Aidhne seu Liberalis, rex Connaciæ 892 e
Circa annum 626 episcopus fit S. Faro 597 e 604 e
Anno 627 convertuntur ad fidem Northumbri 893 b
Circa annum 628 venit in Belgium S. Amandus 851 a
Anno 630 S. Sigebertus fit rex Anglorum Orientalium, eorumque episcopus fit S. Felix 900 b
Circa eumdem annum Guarius, rex Connaciæ, floruisse traditur 890 e
Anno 632 S. Remaclus regere incipit Solemniacense monasterium 707 c
Eodem verisimiliter anno moritur S. Maidocus, episcopus Fernensis 892 d
Aliquanto post eumdem annum moritur S. Colmanus mac Duach 892 e
Anno 637 occumbit S. Sigebertus, rex Anglorum Orientalium 900 e
Eodem anno, die 17 *februarii*, dedicatur ecclesia Resbacensis 602 f
Anno 638 obit Dagobertus I rex 600 b
Anno 643 Georgiam invadunt Saraceni et S. Neophytus convertitur 647 et seqq.
Sub annum 644 S. Remaclus fundat Casam Congidunensem 707 c
Circa eumdem annum S. Donatus Vesuntionensis S. Benedicti Regulam accommodat feminis 848 e
Anno 646 diem obit S. Felix, episcopus Anglorum Orientalium 900 b
Anno 649 Thomas, Lunensis episcopus, adest concilio Romano 803 d
Anno 650 S. Remaclus fit episcopus Trajectensis 707 c
Sub annum 655 S. Remaclus Malmundariense et Stabulense monasteria incohat 707 c
Anno 658 Emmo Senonensis celebrat concilium 600 a
Anno 659 obit S. Eligius Noviomensis 600 a
Anno 659 videtur mortuus esse Guarius Aidhne seu Liberalis, rex Connaciæ 892 e
Anno 660 occiditur Sigebertus Bonus, rex Saxonum Occidentalium 902 d
Ad eumdem annum S. Remaclus abdicat curas episcopales 707 cd
Circa eumdem annum pro Christi fide necatur S. Neophytus, episcopus Urbnissiensis 650 c
Inter annos 667 et 671 moritur S. Remaclus 707 d
Circa annum 672 Meldis octogenarius obit S. Faro 597 e, 604 e
Ad annum 673 diœcesis Anglorum Orientalium in duas partes dividitur 895 a
Anno 677 Dagobertus II confirmat monasterio Stabulensi villam Germiniacum 707 f
Anno 680 Theodoricus III fit monarcha Francorum 708 c
Eodem anno videtur S. Lambertus a sede sua pulsus fuisse et Stabulaum relegatus 709 a
Anno 681 occiditur Ebroinus, et Waratto ejus locum occupat 709 e
Sub eumdem annum nascitur S. Dodo, abbas Waslerensis 628 c f
Anno 686 Waratto majordomus occiditur eique substituitur Bertharius 709 e
Anno 687 pugna Testriciana vincit Pippinus Heristalius et demum prævalet 709 f
Anno 690 moritur S. Joannes, episcopus Bergomas, in martyrem mutatus 820 a b
Anno 697 consecratur templum Lobiense 626 e
Extremo sæculo VII floruit Georgius, Arabum episcopus, S. Jacobi Sarugensis encomiastes 825 d et seqq., 929 et seqq.

SÆCULUM VIII.

Circa annum 710 moritur S. Tecla Haimanot 387 f
Anno 713 moritur S. Ursmarus 628 c
Anno 715 obit Savaricus, episcopus Autissiodorensis 371 a
Anno 715 pugna in silva Cotia 371 a
Anno 731 obit S. Hainmarus, episcopus Autissiodorensis 371 b
Anno 745, 746 *aut* 748 S. Agilolfus constituitur a S. Zacharia papa episcopus Coloniensis 712 d
Circa annum 750 Theophylactus, patriarcha Antiochenus, Georgianos metropolitas ab Antiocheno itinere eximit 644 c e
Circa medium sæculum VIII moritur S. Dodo, abbas Waslerensis 228 c d
Circa annum 760 nata est S. Anna Euphemianus 913 c
Anno 766 obit S. Chrodegangus, episcopus Metensis 653 f
Anno 767, *die* 28 *novembris*, pro sacrarum imaginum cultu martyrium subit S. Stephanus Junior 672 c
Anno 768 creatur episcopus Metensis B. Angelramnus 653 f
Anno 769 conditur Tamlachtense monasterium 179 b
Anno 787 diem obit S. Maelruain 179 b
Anno 791 bellum agit Carolus Magnus adversus Avaros 665 b c
Eodem anno moritur B. Angelramnus 665 b c
Anno 794, *die* 2 *aprilis*, moritur S. Stephanus Sabaita Thaumaturgus 672 c

SÆCULUM IX.

Initio sæculi IX moritur S. Stephanus Sabaita Poeta 672 b
Anno 812, *die* 6 *junii*, Riculfus, archiepiscopus Moguntinus, consecrat templum Blidenstadiense 537 d
Anno 813 obit B. Aaron, episcopus Autissiodorensis 374 b
Anno 817 Ludovicus Pius regnum suum inter filios suos dividit 693 c
Circa annum 820 ad meliorem vitam migrat S. Anna Euphemianus 915 a
Anno 824 diploma Lotharii imp. Leoni episcopo Lunensi datum 549 e
Anno 833 Ludovicus Pius regno deturbatur 693 d

Anno

Anno 835 celebratur concilium apud Theodonisvillam 693 e
Eodem anno sede Rhemensi dejicitur Ebbo 693 e
Anno 840 obit Ludovicus Pius imperator 693 e
Eodem anno moritur S. Agobardus episcopus Lugdunensis 701 b
Eodem anno episcopus Lugdunensis creatur B. Amulo 701 b
Eodem anno Ebbo restituitur in sede Rhemensi 693 e
Sub eumdem annum in monasterium Stabulense intruduntur abbates sæculares 715 b
Anno 844 B. Theodoricus, episcopus Cameracensis, consecrat monasterium Waslerense 631 a
Eodem anno secundo sede Rhemensi dejicitur Ebbo 693 e
Intra annos 847 *et* 865 conscripta fuerunt Capitula, B. Angelramno tributa 662 f
Anno 849 in concilio Carisiacensi damnantur Gothescalci errores 687 d
Anno verisimiliter 852 obit B. Amulo, archiepiscopus Lugdunensis 702 a
Anno 853 celebratur concilium Suessionense III, in quo clerici, ab Ebbone minus recte ordinati, restituuntur 694 b
Eodem anno in concilio Carisiacensi damnantur Gothescalci errores 687 d
Anno 855 celebratur concilium Valentinum III 687 e
Anno 859 celebrantur duo concilia Lingonensia 688 b
Eodem anno celebratur concilium apud Saponarias 688 b
Eodem anno S. Germani Autissiodorensis reliquiæ in novas cryptas deferuntur 355 b
Eodem anno Normanni depopulantur insulas Baleares 60 a
Anno 860 celebratur concilium Tusiacense I 690 f
Circa eumdem annum monasterium S. Phocæ exstruit Basilius accubitor, postea imperator 208 d et seqq.
Anno 862 concilium Aquisgranense invalidum Lotharii cum Theutberga matrimonium pronuntiat 694 d
Eodem anno SS. Desiderii aliorumque Autissiodorensium episcoporum exuviæ ad novas cryptas deferuntur 855 c
Anno 863 obit Carolus, rex Provinciæ 684 a
Circa annum 864 innotuere Pseudo-Isidori decretales 662 f
Anno 866 celebratur synodus Suessionensis III 693 c
Anno 869 celebratur concilium œcumenicum octavum 476 e
Eodem anno obit Placentiæ Lotharius, rex Lotharingiæ 694 f
Eodem anno celebratur concilium Vermeriense in causa Hincmari Laudunensis 695 b
Anno 870 celebratur concilium Attiniacense in causa Hincmari Laudunensis 695 e f
Circa eumdem annum obit Guntharius, archiepiscopus Coloniensis 694 e
Anno 871 celebratur concilium Duziacense, in quo depositus fuit Hincmarus Laudunensis 696 b
Anno 873 celebratur concilium Cabillone 697 a
Anno 875 celebratur concilium Cabillone 697 c
Eodem anno obit S. Remigius Lugdunensis 697 e
Anno 876 S. Aurelianus creatur archiepiscopus Lugdunensis 697 e
Ab anno 881 *ad* 891 Hasbania a Normannis fuit vastata 855 e
Anno 881 monasteria Stabulense et Malmundariense a Normannis incensa 716 a
Circa annum 886 Wilfredus, comes Barcinonensis, expugnat Ausonam, Rivumpullum et Minorissam 48 f
Anno 888 ecclesia Vicensis recipit ab Odone, rege Francorum, plura feuda 49 b
Anno 897 Romanus papa literas dat ad episcopum Gerundensem 60 a

SÆCULUM X.

Anno 909 moritur B. Herefridus, Autissiodorensis episcopus 377 d
Anno 914 Wulpertus, episcopus Comensis, testamento suo plurima largitur ecclesiæ S. Euphemiæ 560 d
Anno 915 B. Betto ecclesiam Autissiodorensem regendam suscipit 374 d
Anno 927 Virodunum vastant Hungari 716 e
Anno 937 Gislebertus, dux Lotharingiæ et abbas Stabulensis, necnon Everardus, rebelles adversus Ottonem I imperatorem, interimuntur 717 d, 719 a
Anno 938 creatur abbas Stabulensis S. Odilo, olim archidiaconus Virdunensis 717 a d, 719 d
Anno 947 celebratur synodus Virodunensis 721 a b
Anno 953, *adulto mense septembri*, conventum procerum Aquisgrani celebrat S. Bruno Coloniensis, ita ut die 21 Aquisgrani, et die 25 Coloniæ versetur 721 e f
Anno 954, *die* 3 *octobris*, moritur S. Odilo, abbas Stabulensis 722 b c, 723 a
Anno 964 Ubaldus, Comensis episcopus, expugnat insulam Comacinam 553 f
Eodem circiter anno prima translatio corporis S. Fidelis, martyris Comensis 553 e
Anno 967 moniales introducuntur in monasterium de Romsey 918 c, 920 b
Anno 979 fundatur Aronæ abbatia S. Gratiniani ordinis S. Benedicti 558 e
Anno 980 Hamptoniam vastant Dani 920 b c
Anno 953 Conradus, dux Franconiæ, ducatu Lotharingiæ privatur ab Ottone I 719 a
Anno 994 celebratur Ansanum concilium 838 b
Eodem anno Hamptoniam denuo vastant Dani, quum paulo ante mortua esset S. Merwinna 920 c e
Ante annum 998 cessavit monasterium virile Calvomontense 855 d
Circa annum 1000 scholæ juris et academia Placentiæ instituta dicuntur 9 c

SÆCULUM XI.

Anno 1013 dedicatur templum S. Lamberti Leodiense 415 a
Sæculo XI Iconium a Mahumetanis occupatur 474 c
Anno 1016 fundatur capitulum S. Genesii Tigernense in Arvernia 544 d
Anno 1043 Hermannus II, Coloniensis archiepiscopus, dat plura bona monasterio S. Severini 686 c
Anno 1058 summa solemnitate consecratur templum cathedrale Barcinonense 60 b
Anno 1059 B. Petrus Damiani Mediolani ser-

monem habet de S. Fideli martyre 549 f
Anno 1065, *die* 27 *decembris*, obit rex Castellæ et Legionis Ferdinandus I 198 e
Anno 1072 B. Alexander papa II approbat reformationem Camaldulensem 771 b
Anno 1074 diem obiisse traditur B. Jacobus Picolomineus 724 b
Anno 1082 obit S. Gebuinus, archiepiscopus Lugdunensis 703 f, 704 a b
Eodem anno obit Walterus, episcopus Meldensis 704 a
Anno 1085 ex Hirsaugiensi abbatia deducitur colonia Blidenstadium 537 e
Sub annum 1091, invento Placentiæ S. Euphemiæ corpore, reædificatur templum et instituitur capitulum 4 d
Anno 1092 Herimannus, episcopus Metensis, facit S. Clementis Metensis translationem 807 c
Anno 1093 fundatur cœnobium Augustinianum Bullencurtianum 391 a

SÆCULUM XII.

Anno 1101 Petrus, rex Aragoniæ, expugnat Barbastrum 42 a
Anno 1103 concidit Mediolani ecclesia S. Laurentii 550 c
Anno 1108 intervenit Alexander papa III litigio de jurisdictione in monasterium SS. Crucum 40 d
Annis 1114 *et* 1115, Paschali papa II suadente, Pisani liberant insulas Baleares 60 c
Anno 1116 Mahumetani recuperant insulas Baleares 60 d
Anno 1117 B. Paschalis II approbat regulam B. Petri de Honestis 5 b
Eodem anno Raimundus, comes Barcinonensis, concedit episcopo Tarraconensi civitatem Tarraconensem 36 d
Anno 1020 Canutus, rex in Anglia, novos monachos inducit in monasterium Betricheswurdense 898 b
Anno 1127 *vel sequenti* Comum a Mediolanensibus expugnatur 557 c
Anno 1134 capitulum Cisterciense permittit in grangiis recipere conversos, non vero conversas 391 c d
Anno 1135 Præmonstratenses occupant monasterium Romersdorff 436 e
Anno 1140, *die* 6 *aprilis*, invenitur corpus S. Faronis 606 c
Eodem anno et die Andreas abbas visitat corpus S. Faronis 616 f, 619 e
Eodem anno ædificatur templum Vicense S. Mariæ Rotundæ 95 e
Anno 1149, *die* 24 *octobris*, in Christianorum manus venit Ilerda 42 a
Eodem anno Bullencurtiani canonici suscipiunt regulam Cisterciensem 391 b
Anno circiter 1164 nascitur S. Fulcus, electus episcopus Placentinus et Papiensis 4 b d, 5 c
Anno 1167 episcopus Placentinus eligitur Tedaldus 4 b
Anno 1169 Alexander papa III confirmat ecclesiæ Barcinonensi insulas Baleares 60 b
Anno 1177 fit Silvanecti solemnissima ostensio quæstuaria reliquiarum cum indulgentiis 908 d e f
Anno 1178 Alexander papa III inquisitorem Tolosæ constituit Petrum, cardinalem S. Chrysogoni 54 f
Eodem circiter anno obit B. Hemelina 396 f
Eodem anno elevatur corpus S. Bernardi abbatis 445 c d
Anno 1181 Lucius papa III ad castrum Vaurense legatum et inquisitorem mittit Henricum, Albanensem episcopum 54 f
Anno 1184 Petrus de Brixeio, episcopus Tullensis, condit Liberdunense S. Eucharii capitulum sæculare 231 e f, 232 a b c
Anno 1187 Phocas peragrat Terram Sanctam 589 c
Anno 1192 episcopus Placentinus eligitur Arditio 4 b
Eodem anno populus et magistratus Placentinus partem adhuc habent in electione episcopi 9 f, 10 a
Anno 1194 Cælestinus papa III confirmat bona ecclesiæ Tarraconensis 34 b
Eodem anno, die 9 *octobris*, capitulum S. Joannis Placentinum unitur capitulo cathedrali 14 b c

SÆCULUM XIII.

Anno 1201 Innocentius III delegat judices litis episcopi et capituli Placentinorum 5 e
Sæculo XIII *ineunte* transfertur Sarzanam sedes episcopalis Lunensis 804 f
Anno 1203 incipiunt jurgia inter clerum et magistratum Placentinos, quibus via ad excommunicationem et interdictum sternitur 6 e
Anno 1204 Innocentius III improbat divisionem bonorum capituli Placentini in præbendas 6 b
Eodem anno in Occidentem affertur brachium S. Simonis apostoli 429 a
Eodem anno, die 21 *februarii*, Innocentius III monet Placentinos ut resipiscant ab iniquitate erga clerum 6 e f
Eodem anno, die 9 *julii*, Fulcus Radinus, consul Placentinus, cedit S. Fulco plura jura 6 d f
Anno 1206 iterum ad Placentinos scribit Innocentius III, qui eos ad justitiam erga clerum reducat 6 e
Eodem anno Innocentius papa III stimulat abbates Cistercienses adversus hæreticos 55 a
Eodem anno, die 10 *junii*, Innocentius III rejicit conditiones, propositas a magistratu Placentino excommunicato 7 a b
Eodem anno, die 26 *julii*, Innocentius III vetat ne quis mercimoniam faciat cum Placentinis excommunicatis 7 b c
Eodem anno, die 7 *octobris*, Innocentius III minatur se episcopalem sedem Placentinam suppressurum 7 c
Eodem anno, die 16 *novembris*, Placentini absolvuntur ab excommunicatione 7 d
Anno 1207 Innocentius papa III Romam accersit episcopum Vicensem, multis criminibus falso accusatum 35 b
Eodem anno, mense februario, finiuntur jurgia cleri et magistratus Placentinorum 7 d e
Eodem anno, mense majo, Innocentius III præscribit Placentinis modum satisfaciendi clero 7 e f
Eodem anno, die 29 *julii*, Innocentius III jubet episcopum Placentinum ad civitatem suam redire 7 f, 8 a
Anno 1208 synodus celebratur Placentiæ 8 b c
Eodem anno S. Petrus a Castronovo occiditur ab hæreticis 55 a

Anno

Anno 1209 sententiam interlocutoria partim definitur gravissima lis inter Guilielmum, episcopum Vicensem, et Guilielmum de Montecatano, vicecomitem Bearnensem 35 d e f
Anno 1210 Gerardus de Sessia, episcopus Novariensis et electus Albanensis, synodum Novariæ celebrat 13 d
Eodem anno, die 8 *aprilis,* moritur Grimerius Porta, episcopus Placentinus 9 d
Eodem anno, die 2 *augusti,* episcopus Placentinus eligitur S. Fulcus 11 c
Anno 1211, *die* 6 *octobris,* canonici Placentini revocantur ad vitam communem 13 d e
Eodem anno Capua sacris interdicitur ob celebratam Missam, præsente Ottone 15 b
Anno 1212 jubet Innocentius III inquiri in electionem episcoporum Mediolanensium 10 d
Eodem anno plures civitates Longobardiæ paciscuntur inter se adversus Mediolanum et Placentiam 15 b
Anno 1213 nova mittitur legatio, quæ obtineat approbationem electionis S. Fulci, electi episcopi Placentini 11 e f
Eodem anno, in pugna de Murello occiditur Petrus II, rex Aragoniæ 50 f
Anno 1214, *circa Pascha,* convertitur S. Bernardus Calvonius et fit monachus SS. Crucum 37
Eodem anno, mense octobri, S. Franca fit abbatissa Montislonæ 13 a b
Anno 1215 concilium Lateranense quatuor patriarchas agnoscit in Oriente Latinos 591 f
Eodem anno Guilielmus Autissiodorensis basilicam S. Stephani renovat 363 b
Eodem anno Rodobaldus Sangregorius, episcopus Papiensis, in concilio Lateranensi moritur 15 e
Eodem anno eligitur Jacobus quidam antiepiscopus Placentinus 12 c
Eodem anno, medio mense novembri, incohatur concilium Lateranense 14 f
Anno 1216 S. Fulcus, electus episcopus Placentinus, sed non confirmatus, eligitur episcopus Papiensis 12 d
Eodem anno 1216, *mense majo,* tregua præcipitur Placentinis, Mediolanensibus et Papiensibus. Ea violata, Placentini et Mediolanenses sacris interdicuntur 15 f
Eodem anno 1216, *die* 18 *decembris,* jubentur Placentini ab Honorio III papa episcopum eligere loco S. Fulci 15 f
Anno 1217, *mense majo,* Honorius papa III innovat privilegia ecclesiæ Papiensis 16 f, 17 a
Eodem anno 1217, *die* 31 *maji,* pax firmatur inter Mediolanenses et Papienses, eorumque partes 16 a
Eodem anno 1227, *die* 6 *novembris,* Placentini solvuntur interdicto, quod propter impugnatos Papienses incurrerant 16 a b
Anno 1218 Honorius papa III pacem imperat civitatibus Longobardiæ 16 b c
Eodem anno inquiritur in modum eligendi episcopos Placentinos 12 c d
Eodem anno, die 19 *maji,* moritur Otto IV imperator 16
Eodem anno, die 2 *decembris,* celebratur conventus Laudensis ob pacem Longobardiæ 16 b c
Anno 1220, *mense septembri,* Fredericus II imperator primum intrat Longobardiam 16 d
Anno 1222 auctoritate Honorii papæ III canonici Mortarienses introducuntur in Papiense monasterium S. Petri in Cæloaureo 17 c d
Eodem anno Gregorius papa IX jubet inquiri in numerum canonicorum, quos ecclesia Tarraconensis alere possit 41 e f
Anno 1223 Oppizo Fieschi, episcopus Parmensis, frustra legatur Papiam ab Honorio papa III 17 f
Anno 1224 Gregorius IX inhibet ne Bullencurtiani monachi habeant in suis grangiis conversas 392 a b
Eodem anno, die 20 *novembris,* jubet Honorius papa III provideri necessitatibus clericorum Papiensium exsulantium 18 a
Anno 1226, *die* 29 *martii,* parthenon vallis de de Onella unitur monasterio SS. Crucum 43 b
Anno 1227 monasterium et municipium S. Trudonis Joannes, episcopus Metensis, Hugoni de Petroponte, episcopo Leodiensi, vendit 661 a
Anno 1228, *die* 18 *decembris,* Gregorius IX approbat sententiam, finientem lites episcopi et capituli Placentinorum 6 b
Anno 1229, *incerto die,* moritur S. Fulcus, episcopus Papiensis 19 d
Eodem anno, die 29 *martii,* celebratur concilium Ilerdense 67 d
Eodem anno Jacobus I, rex Aragonum, liberat Majoricam 60 d
Eodem anno celebratur concilium Tolosæ adversus hæreticos 55 b
Anno 1230, *die* 1 *maji,* concilium Tarraconense celebratur 67 f
Anno 1231 Gregorius papa IX plura statuit adversus hæreticos 55 c
Anno 1231 Petrus, Portugalliæ regis filius, cedit Jacobo I, regi Aragoniæ, comitatum Urgellensem ejusque loco accipit insulas Baleares 60 d
Eodem anno, die 28 *martii,* jubet Gregorius papa IX inquiri in Guilielmum de Tavarteto, episcopum Vicensem, male sentientem de fide 43 d
Eodem anno Gregorius papa IX monet officii sui adversus hæreticos episcopos provinciæ Tarraconensis 55 c d
Anno 1233 moritur Guilielmus de Tavarteto, episcopus Vicensis 43 e
Anno 1234, *die* 7 *februarii,* incohatur conventus Tarraconensis 50 b
Eodem anno, Jacobus I, rex Aragoniæ, Tarracone proponit constitutiones 42 b
Anno 1235 Gregorius papa IX procurat res ecclesiasticas Majoricenses 62 a
Anno 1236 Jacobus I, rex Aragoniæ, curiam habet Montesoni propter expeditionem Valentinam 63 d
Eodem anno S. Ermelindis reliquiæ novæ capsæ imponuntur 857 f
Anno 1238 Valentia deditur Jacobo I, regi Aragoniæ 65 f, 66
Anno 1239, *die* 18 *aprilis,* celebratur concilium Provinciale Tarraconense 67 c
Anno 1240 Gregorius papa IX erigit capitulum Majoricense 62 d
Eodem anno, die 8 *maji,* celebratur concilium provinciale Tarraconense 68 e
Anno 1242, *die* 13 *maji,* celebratur concilium provinciale Tarraconense 68 e
Anno 1243, *die* 26 *octobris,* moritur B. Bernardus Calvonius, episcopus Vicensis 21 f, 81 c, 85 e f

Anno

Anno 1244, *die* 29 *februarii*, incipiunt colligi miracula S. Bernardi Vicensis 81 c, 86 b
Anno 1248 Innocentius papa IV confirmat exemptionem sedis Majoricensis 62 d
Anno 1258 fundatur conventus S. Augustini Senis 731 e
Circa annum 1259 reliquiæ S. Fidelis martyris Como Aronam delatæ perhibentur 557 e
Anno 1268, *die* 31 *augusti*, instituitur confratria in honorem B. Bernardi Vicensis pro restauratione templi cathedralis 84 a
Anno 1287 S. Remigii Lugdunensis reliquiæ elevantur et transferuntur ad ecclesiam cathedralem 698 a b c
Anno 1300, *die* 1 *aprilis*, Bonifacius papa VIII concedit facultatem instituendi studii generalis Ilerdensis 34 d e
Eodem anno, die 1 *septembris*, condit Jacobus II, rex Aragoniæ, studium generale Ilerdense 34 e

SÆCULUM XIV.

Circa annum 1305 incohatur Beghinasium Lovaniense 856 c
Anno 1320, *die* 6 *septembris*, monasterium S. Theodori transit in jus archiepiscoporum Viennensium 839 c
Anno 1330 statutum condunt Vicenses de procuranda canonizatione B. Bernardi Calvonii 85 a
Anno 1331 introducuntur Eremitæ S. Augustini in templum S. Petri in Cæloaureo 731 f
Anno 1338 Eremitæ S. Augustini in capitulo generali Senensi instituunt festum in memoriam stabiliti sui ordinis juxta corpus sui patroni in templo Ticinensi S. Petri in Cæloaureo 732 a
Anno 1340 imprimitur S. Eucharistia pectori S. Julianæ Falconeriæ, quæ pientissime moritur 403 f, 404
Anno 1363, *die* 28 *octobris*, moritur Senis B. Joannes Chisius 724 f, 731 e, 732 b
Anno 1365 Comi altera translatio reliquiarum S. Fidelis martyris 554 a
Anno 1367, *die* 1 *septembris*, moritur B. Joanna Soderinia 399 a, 404 c, 405 a f
Anno 1380 (1379?) Genuenses, victis Venetis, capiunt vastantque Polam 341 c. Cfr *Darstellung der istrischen Halbinsel*, 1863, pag. 19.
Anno 1381, *die* 5 *octobris*, Garcias, episcopus Vicensis, concedit indulgentias propter novum sepulcrum B. Bernardi Calvonii 84 c d e f
Anno 1387 incohatur congregatio Ilicetana Eremitarum S. Augustini 724 c
Circa annum 1400 moritur Henricus de Meldert 870 e

SÆCULUM XV.

Anno 1401, *die* 24 *julii*, retegitur Bergomi sepulcrum SS. Domnionis, Domnonis et Eusebiæ, qui visi sunt martyres 817 e f
Anno 1407 instituitur congregatio canonicorum regularium S. Salvatoris 735 a
Eodem anno nascitur B. Antonia Brixiana, ex ordine S. Dominici 407 e
Anno 1408, *die* 28 *junii*, vestem canonicalem induunt socii B. Stephani 742 c
Eodem anno, die 28 *junii*, Eremitæ Ilicetani fiunt canonici regulares ad breve tempus 728 b
Anno 1418, *die* 5 *junii*, literæ apostolicæ conjunctionis monasteriorum S. Mariæ et S. Ambrosii conceduntur 748 a
Anno 1427 sæcularisatur abbatia S. Gratiniani Aronæ 558 e
Circa annum 1428 moritur Libertus I, dominus Meldradiensis 870 f
Anno 1419, *die* 23 *maji*, celebratur capitulum generale primum canonicorum SS. Salvatoris 751 b
Anno 1433, *die* 28 *octobris*, obit B. Stephanus Agazzari 753 a f
Anno 1439 Eugenius papa IV dat Fratribus Ilicetanis Senense S. Martini templum 731 e
Anno 1443 ædificatur conventus Sulmonensis FF. Minorum 756 a
Anno 1445, allaborantibus etiam feminis et pueris, incohatur fabrica S. Petri Viglebanensis 105 a
Anno 1448 moritur Godefridus de Montenaken 871 a
Anno 1449 firmatur congregatio Ilicetana Eremitarum S. Augustini 724 c
Sæculo XV instaurantur complures Ordines regulares 746 e f
Anno 1456, *die* 4 *maji*, moritur B. Philippus Aquilanus 756 a
Anno 1457 ad reformandum Ferrariensem S. Catharinæ M. conventum mittitur B. Antonia Brixiana, monialis Dominicana 409 e
Anno 1470 obit B. Matthæus Carrezius seu Mantuanus 105 a
Anno 1484 diem obiisse traditur B. Damianus Finariensis 102 b, 103 b e
Anno 1487 transferuntur et sub altari reconduntur Polæ corpora SS. Theodori, Georgii et Demetrii martyrum, SS. Floris et Basilii, episcoporum, et S. Salomonis, regis Hungariæ 340 e f
Anno 1488, *die* 29 *junii*, ponitur primus lapis templi cathedralis Papiensis 2 a
Anno 1489 Callagranus reficit ecclesiam S. Gratiniani Aronæ 558 e
Eodem anno idem recondidit alio in loco reliquias S. Fidelis 558 e
Anno 1490 datur congregationi SS. Salvatoris capitulum S. Euphemiæ Placentinum 4 d
Circa annum 1491 moritur Antonius de Montenaken 871 a
Anno 1492, die 9 julii, erigitur provincia ecclesiastica Valentina 62 e
Anno 1498 monasterium Blidenstadiense mutatur in capitulum canonicorum 537 e
Ante annum 1500 moritur B. Antonius Rubeus 756 b c
Anno 1500 ex ambabus provinciis Longobardicis ordinis FF. Prædicatorum una conflatur 103 b

SÆCULUM XVI.

Anno 1507, *die* 27 *octobris*, moritur B. Antonia Brixiana ex ordine FF. Prædicatorum 407 a, 409 d
Sub annum 1509 obit Bueillius, primus Americæ patriarcha 179 f
Anno 1519 ab Indis Cumanis occiditur F. Dionysius, ex ordine FF. Minorum 181 a
Anno 1536 mutatur monasterium in collegium sæculare canonicorum 839 c
Anno 1538 supprimit Paulus papa III præposituram Blidenstadiensem 538 a
Circa annum 1540 in sacello S. Sebastiani Autissiodorensi

tissiodorensi imagines sanctorum episcoporum hujus ecclesiæ depinguntur 372 b
Anno 1553 moritur Joannes de Montenaken, dominus de Meldert 871 b
Anno 1554 obit Nicolaus de Hampigny, abbas Bullencurtianus 393 e
Anno 1559 Minores Conventuales incipiunt Neapoli reformationem, dein a Pio IV et Sixto V confirmatam 139 f
Anno 1561, *die* 1 *septembris*, invenitur Neapoli sanguis S. Stephani 483 f
Anno 1562 calvinistæ Meldensem civitatem vastant 606 d e
Eodem anno Huguenoti S. Remigii Lugdunensis reliquias destruunt 698 b
Eodem anno Guido Ferrerius fit episcopus Vercellensis 577 b
Anno 1565 Lomellinus præficitur sedi Luni-Sarzanensi 805 d
Eodem anno Huguenoti pedibus calcant Autissiodori sanctorum reliquias 357 a
Eodem anno transferuntur plurium episcoporum Papiensium reliquiæ 2 a b
Anno 1568 moritur Joannes d'Oyenbrugge de Duras 871 c
Eodem anno Guilielmus d'Oyenbrugge furori hæreticorum S. Ermelindis reliquias subtrahit 858 d
Eodem anno, mense octobri, absconditur corpus S. Huberti 836 b
Anno 1569 primus lapis a S. Carolo Borromæo ponitur novi templi S. Fidelis Mediolani 561 b
Anno 1570 obit Joannes Tillius, episcopus Meldensis 699 e
Anno 1572 Guilielmus d'Oyenbrugge iterum furori hæreticorum S. Ermelindis reliquias subtrahit 858 d
Anno 1573 S. Carolus Borromæus tradit ecclesiam S. Gratiniani Societati Jesu Aronæ 558 e
Anno 1575 inveniuntur corpora SS. Eusebii, Honorati et Limenii, episcoporum Vercellensium 577 f
Eodem anno ritui Eusebiano substituit Bonomius, episcopus Vercellensis, ritum Romanum 578 d e
Anno 1576 transferuntur reliquiæ SS. Fidelis et Carpophori MM. Arona Mediolanum 559 b
Eodem anno Guilielmus d'Oyenbrugge furori hæreticorum S. Ermelindis reliquias denuo subtrahit 858 e
Anno 1579 occiduntur ob fidem ab Anglis Monaghi in Hibernia sex fratres Minores 779 e
Eodem anno transferuntur Mediolani corpora SS. Fidelis et Carpophori ex veteri ad novum templum 559 d
Eodem anno Mediolani a S. Carolo dedicatur novum templum S. Fidelis 559 d
Eodem anno obitus Lomellini, cardinalis et episcopi Anagnini 805 e
Anno 1587 Lutherani comburunt Liberduni in diœcesi Tullensi S. Eucharii reliquias 232 e
Anno 1590 violantur ab Huguenotis S. Baldi pœnitentis reliquiæ 875 e

SÆCULUM XVII.

Anno 1602 celebratur concilium provinciale Tarraconense 28 d
Eodem anno patres concilii provincialis Tarraconensis petunt a Clemente papa VIII ut canonisare velit B. Bernardum, episcopum Vicensem 97 c d e f
Anno 1605 Alexander Rotavius, archipresbyter Thenensis, S. Ermelindis reliquias recognoscit 861 a b
Eodem anno, die 27 *decembris*, reliquiæ SS. Simonis et Judæ sub eorum altari in Vaticana æde reponuntur 447 c
Anno 1614 transferuntur plurium episcoporum Papiensium reliquiæ 2 b c
Anno 1616, *die* 29 *octobris*, moritur Messanæ Ven. Seraphinus Lucas a Francofonte, Minorita 779 c
Anno 1620, *die* 29 *octobris*, Eugubium transfertur corpus S. Erasmi martyris 782 a
Anno 1626 moritur Guilielmus d'Oyenbrugghe de Duras, dictus baro de Meldert 871 c
Anno 1628 renovatur S. Ermelindis oratorium 856 e
Anno 1635 Jacobus d'Oyenbrugge denuo servat S. Ermelindis reliquias 859 e
Anno 1638 Comi tertia translatio reliquiarum S. Fidelis martyris 554 b
Anno 1639, *die* 16 *aprilis*, archiepiscopus Cypri mittit ad regem Hispaniæ caput S. Simonis 447 e
Anno 1642 Dominicus Seguier, episcopus Autissiodorensis, dein Meldensis, recognoscit SS. Desiderii et aliorum reliquias 357 c
Anno 1643, *die* 27 *septembris*, deteguntur Tigerni sub pavimento S. Genesii Neophyti reliquiæ 545 d
Anno 1646 ex insula Sardinia Placentiam affertur corpus S. Fidelis, diversi a Comensi 560 b
Anno 1648 Jacobus d'Oyenbrugghe emit in perpetuum toparchiam Meldradiensem 870 e
Anno 1651 a Puritanis in Hibernia occiditur Wolfæus Didacus, ex ordine FF. Prædicatorum 180 c
Eodem anno nascitur B. Bonaventura Potentinus 110 e
Anno 1655 Romanus pontifex creatur Fabius Chisius 726 b
Anno 1666 admittitur B. Bonaventura Potentinus inter Minores Conventuales Nuceræ Paganorum 110 c
Eodem anno ædificatur Moguntiæ ædes S. Sebastiani ob depulsam luem 538 b
Anno 1667, *die* 5 *octobris*, professionem religiosam facit B. Bonaventura Potentinus, et paulo post mittitur Aversam et dein Matalonum 110 c
Anno 1668 petit B. Bonaventura Potentinus eremum S. Mariæ Gratiarum 110 c
Anno 1669 Anna d'Oyenbrugge obtinet ut S. Ermelindis reliquiarum sedes sit castellum Meldradiense 859 e
Anno 1671 mittitur B. Bonaveutura Potentinus Amalphiam 110 c
Anno 1681 processus fit de cultu immemorabili B. Bernardi Vicensis 29 f
Eodem anno pergit B. Bonaventura Potentinus Neapolim; hinc Maranulam; inde in conventum S. Cresentii et demum Montellam 110 c d
Anno 1683 moritur V. D. S. Dominicus a Muro 114 b
Anno 1685 destinatur B. Bonaventura Potentinus ad conventum Surrentinum 110 d
Anno 1688 mittitur in insulam Isclam B. Bonaventura Potentinus 110 d
Circa eumdem annum Capreas insulam ingreditur B. Bonaventura Potentinus; et brevi post redit Neapolim 110 d

Anno

Anno 1692 a Turcis enecatur Petrus de Bosna Argentina, ex ordine FF. Minorum 181 b
Anno 1698, *die* 19 *octobris*, Neapolim repetit B. Bonaventura Potentinus 110 d

SÆCULUM XVIII.

Anno 1703, *mense octobri*, officium magistri novitiorum auspicatur B. Bonaventura Potentinus 110 d
Anno 1705 reliquiæ S. Ermelindis, bello exorto, transferuntur ad Lovaniense Beghinagium 860 b
Anno 1707 lues epidemica vastat viciniam Neapolis 146 d; cujus occasione, mense junio, Neapolim revocatur B. Bonaventura Potentinus 110 d
Anno 1710, *die* 4 *januarii*, Ravellum advenit B. Bonaventura Potentinus 110 e
Eodem anno Clemens papa IX confirmat multa festa sanctorum Cisterciensium 32 a
Anno 1711, *die* 26 *octobris*, Ravelli moritur B. Bonaventura Potentinus 110 e
Anno 1713 reliquiæ S. Ermelindis, pace reddita, referuntur Lovanio Medradium 860 c
Anno 1722, *die* 24 *januarii*, permittitur Vicensibus celebrare officium S. Bernardi Calvonii 32 c
Anno 1725 creantur patroni Bergomenses SS. Domnio, Domno et Eusebia, martyres habiti 822 d e f
Anno 1741 Benedictus papa XIV plura constituit de festis sanctorum Hiberniæ 881 c
Anno 1744 reliquiæ S. Ermelindis, bello exorto, denuo ad Beghinagium Lovaniense transferuntur 860 c d
Anno 1747 plura denuo constituit Benedictus papa XIV de festis sanctorum Hiberniæ 881 c d
Annno 1750 corpus B. Bonaventuræ Potentini reperitur integrum et sponte se movet 168 e
Anno 1752 moritur V. D. S. Antonius Lucci, episcopus Bovinensis 114 c
Eodem anno, die 29 *octobris*, moritur V. D. S. Angelus Antonius Sandreani 114 c
Anno 1767 obit Joannes Josephus Ludovicus van der Noot, baro de Meldert 871 f
Anno 1770, *die* 4 *junii*, heroicæ virtutes B. Bonaventuræ Potentini confirmantur 110 e
Anno 1774, *die* 8 *septembris*, duo miracula B. Bonaventuræ Potentini approbantur 110 e
Anno 1775, *die* 29 *junii*, Pius papa VI decernit tuto procedi posse ad ejus beatificationem 110 e
Eodem anno, die 19 *novembris*, beatis adscribit Bonaventuram Potentinum Pius papa VI 110 e
Anno 1783 cessant auctoritate civili suppressa Eremus S. Salvatoris Ilicetana et conventus S. Martini Senensis Eremitarum S. Augustini 724 e, 731 e, 738 b
Anno 1789, *die* 4 *junii*, conceduntur parochiæ Roborum reliquiæ S. Faronis 607 e f
Eodem anno, die 2 *novembris*, fisco publico in Galliis addicuntur omnia bona ecclesiastica 445 f
Anno 1790 Polensis et Tergestinæ diœceseon mutationes 338 b
Eodem anno, die 24 *maji*, monachis Claravallensibus optio datur exeundi ex claustro 445 f
Anno 1791 venditur sub hasta monasterium Bullencurtianum 392 c
Ab anno 1792 *ad* 1803 S. Ermelindis reliquiæ humo Meldradii absconduntur 860 e
Anno 1793 reliquiæ sanctorum Silvanectenses conduntur in cœmeterio 911 c
Anno 1798 instituitur Moguntiæ cultus libertatis et rationis 538 b

SÆCULUM XIX.

Anno 1806 recognoscuntur S. Justi reliquiæ 245 c e
Anno 1813 obit Ludovicus Lamoral princeps de Ligne 872 a
Anno 1810 supprimitur auctoritate civili conventus S. Leonardi Ilicetanus, caput congregationis Eremitarum S. Augustini 724 e; quod et conceditur pro rusticatione facienda alumnis seminarii Senensis 738 b
Anno 1818 diœcesis Polensis unitur Parentinæ 338 b
Eodem anno quinque diœceses littoris Amalphitani extinctæ et unitæ Amalphitanæ 113 a, 151 d
Anno 1820, *die* 5 *septembris*, Pius papa VII certam declarat inventionem corporis S. Francisci Assisiatis 836 a
Eodem anno supprimitur conventus Senensis S. Augustini Eremitarum 731 e
Eodem anno Pius papa VII unit ecclesiam Brugnatensem cum Luni-Sarzanensi 806 a
Anno 1828 archiepiscopus Florentinus et sacra rituum congregatio approbant cultum immemorabilem B. Joannæ Soderiniæ 401, 402
Anno 1830 Polensis et Parentina diœceses concluduntur provincia Goritiensi 338 b
Anno 1842 S. R. C. approbat cultum immemorabilem B. Ludovici Morbioli 419 e
Anno 1845, *die* 6 *septembris*, episcopus Rupellensis certam declarat inventionem corporis S. Eutropii 835 f
Anno 1848, *die* 4 *augusti*, confirmatur a S. R. C. cultus immemorabilis B. Damiani Finariensis 107 a b c d
Eodem anno reliquias S. Ermelindis recognosci jubet Em. V. cardinalis Sterckx 861 f, 862 a
Eodem anno fit Bergomi solemnis translatio reliquiarum SS. Domnionis, Domnonis et Eusebiæ, martyrum habitorum 822 f
Anno 1849 reliquias S. Ermelindis recognoscit ipse Em. V. cardinalis Engelbertus Sterckx 862 c
Anno 1851 casu reteguntur sepulcra sociorum S. Eucharii, episcopi et martyris 230 a b c d
Anno 1854 extrahuntur e cœmeterio reliquiæ sanctorum Silvanectenses 911 d e
Anno 1855 episcopi Angli petunt ut Ven. Beda inter ecclesiæ doctores referatur 774 d e
Anno 1856 visitantur reliquiæ S. Dodonis 632 b c
Anno 1865 beatificatur Joannes Berchmans S. J. 518 c
Anno 1866, *die* 10 *augusti*, publicæ pietati exponuntur reliquiæ Silvanectenses sanctorum, olim in cœmeterio sepultæ 911 e

RECENSIO

RECENSIO IMAGINUM

QUÆ HIS ACTIS CONTINENTUR

Mappula topographica viciniæ monasterii Waslerensis, pag. 630.
Mappa topographica viciniæ Meldradiensis et parochiæ, pag. 844.
Imago villæ Meldradiensis et mausolei S. Ermelindis, pag. 856.
Imago arcæ et oratorii S. Ermelindis, pag. 864.

MONITUM

In Commentariis de S. Frumentio, Æthiopiæ apostolo, de S. Elesbaa, rege Æthiopiæ, et de S. Tecla Haimanot, monachorum in Æthiopia patre, non semel factus est sermo de edenda Disquisitione critica de veteri Æthiopia, a Christo nato ad S. Frumentii tempora; quam sequi debebat Conatus chronologicus de regibus Æthiopiæ : ita ut consilium nostrum esset præsenti tomo concludere integram fere historiam ecclesiasticam remotissimi et vix non incogniti illius imperii. Verum, quum hujus operis auctor, R. P. Eduardus Carpentier, diutino molestoque morbo Monœci in littore maris Mediterranei detineatur, non potuit illa scriptio opportuno absolvi tempore, neque Bruxellas deferri, nisi quum jam indicibus conficiendis daremus operam. Visum est itaque illam ad proximum tomum differre lucubrationem, ubi in limine appareat. Ad quam sententiam tanto promptius ivimus, quod et mediam partem Actorum sanctorum diei vigesimæ nonæ octobris seponere coacti fuimus, ne præsens liber in immensum excresceret. Ex eadem illa absentia ortum est alterum incommodum. Quum fieri non posset ut tanto intervallo mitterentur ad auctorem ipsummet paginæ, priusquam prelo excuderentur, non potuit ubique observari eadem in referendis nominibus æthiopicis ratio : quum enim Æthiopibus, Græcis, Latinis, Gallis, Italis, Lusitanis et Anglis, ex quorum libris Commentarii illi collecti sunt, literarum sonus idem non sit, pronum est non ubique eamdem in scribendo sequi normam; quam diversitatem facile est tollere ex typographicis exemplaribus, difficillimum ex manu scriptis paginis, aut aliena opera. Hos itaque aliosque similes nævos clementer condonare velit æquus benignusque lector.

OCTOBRIS

TOMUS DUODECIMUS

DIES VIGESIMA SEXTA

SANCTI QUI DE VII KALENDAS NOVEMBRIS SUPERSUNT

B. Fulcus, conf. pont. Placentiæ et Papiæ in Italia.

S. Bernardus Calvonius, conf. pont. Vici in Hispania.

S. Damianus Finariensis, qui et Furcherius, conf. non pont. ord. FF. Prædic. Regii Lepidi.

B. Bonaventura de Potentia, conf. ord. FF. Min. Conv. in Italia.

Appendix de BB. Alexandris Macchiavelliis, conff. non pontt. Bononiæ.

DE S. FULCO CONF. PONT.

PLACENTIÆ ET PAPIÆ

COMMENTARIUS PRÆVIUS

V. D. B.

§ I. S. Fulci cultus, tenuis olim Papiæ, sed post reliquiarum retectionem major. Origo memoriæ in martyrologiis. Cultus Placentiæ procuratus opera Campii.

CIRCA ANNUM MCCXXIX. *Sæculo* XIV S. Fulcus *nondum recensebatur inter sanctos Papienses.*

Papiensis civitas, Ticinum dicta, et utroque nomine antiquitus nominata, urbs nobilissima Italiæ, flosque Liguriæ, ac demum caput et camera seu sedes totius regni Longobardorum, multis extitit privilegiis decorata; inter quæ sunt illa potissimum recolenda, quibus eam Dominus ac Salvator noster per servos suos magnifice sublimavit. *Hæc circa annum* 1330 *de patria sua scripsit anonymus exsul in libro de Laudibus civitatis Ticinensis, quæ dicitur Papia* (1); *qui dein singula decora breviter prosecutus est. Ubi et hæc leguntur* (2) : In hac urbe per successionem plures quam quinquaginta pontifices resederunt; ex quibus undecim sunt per Romanam ecclesiam canonizati et sanctorum catalogo adscripti. Nomina sunt hæc : Syrus, Inventius, Ursicinus, Crispinus, Epiphanius, Maximus, Ennodius, Crispinus, Damianus et Hieronymus : *unde liquet tunc temporis* S. Fulci *nomen martyrologio Papiensi Usuardino nondum inscriptum esse. Neque etiam, quando recenset corpora sanctorum, in altero templo cathedrali S. Stephani, ubi etiam* S. Fulcus *quietem nactus est, sepulta, commemorat* sancti Fulci *reliquias; sed* corpora sanctorum confessorum et episcoporum Syri, primi prædicatoris, Joannis, episcopi Nicensis, ac Armentarii, episcopi Papiensis; item corpus S. Gengulfi martyris, qui fuit miles Pipini, regis Francorum (3).

Jacobus Gualla initio sæculi XVI *primus celebravit ejus sanctimoniam; cujus fama, quum occasione renovationis templi cathedralis*

2 *Verumtamen, nedum* S. Fulci *fama et sanctitatis gloria perierit aut obscurata fuerit, crevit paulatim; ita ut sæculo* XVI *ineunte Jacobus Gualla, patricius Ticinensis, ac juris utriusque consultus, pontificiique multos annos in patrio gymnasio lector, summa diligentia scripserit ejus Vitam eique locum dederit in Sanctuario Papiensi : quod anno* 1505 *statim post auctoris mortem in lucem venit, iterumque, præmissa illius Vita, anno* 1587; *quas ambas editiones coram habemus. Eodem sæculo novum accessit decus beato viro. S. Stephani templo adjacebat templum*

(1) Ap. Muratori, Scriptores rerum Italicarum, tom. XI, col. 5. — (2) Ibid. col. 7. — (3) Ibid. col. 8.

AUCTORE V. D. B.

S. Mariæ Majoris; ita ut in priore seu aquilonali canonici cathedrales æstate divina celebrarent officia, in altero hieme (1). *Sæculo autem XV communiæ visum est loco duarum ædium magnificentissimam basilicam, ab architectone Ticinensi Rocchio designatam* (2), *condere; cujus ambitu non illarum solum areæ clauderentur, verum etiam vicinia. Quod opus die* 29 *junii anni* 1488 *episcopus Ascanius Maria Sfortia, solemniter primo jacto lapide, auspicatus est. Publica privataque collata pecunia, indulgentiarum thesauro aperto, erectis montibus aliisque industriis non segniter aliquandiu promota fabrica* (3); *refriguit tamen paulatim ardor, donec Hippolytus Rubeus seu Rossi, qui ex concilio Tridentino rerum sacrarum fervidus redierat, cohortationibus et exemplo cives pellexit ad continuandam basilicam.*

ejus reliquiæ bis solemniter translatæ sunt, plurimum aucta est :

3 *Hoc ipso autem tempore, anno scilicet* 1567, *idem præsul, quum capella S. Simonis, in qua prope altare in tumulo marmoreo quietem nactus erat* S. Fulcus, *destructa esset, loculum hunc aperiri jussit et sacras exuvias, non sine admiranda suavitate repertas, decentiori loco recondi voluit* (4). *Paraverat scilicet ad altare maximum, (ut alibi* (5) *ex Campio* (6), *Placentinæ historiæ patre, narravi,) pulcherrimum S. Syro, Papiensium patrono, e marmore tumulum; quem sex in partibus distribui voluit, ut in singulis suus sanctis esset loculus. Hæc autem erat partitio :*

S. RODOBALDI EPISCOPI PAPIÆ.	CORPUS SANCTI SYRI EPISCOPI PAPIÆ.	S. FULCI EPISCOPI PAPIÆ.
S. LITIFREDI EPISCOPI PAPIÆ.		S. DAMIANI EPISCOPI PAPIÆ.
S. ROMANINI P.		

Quum vero anno 1614 *magna pars novi templi perfecta esset et cum veteri conjuncta, ex veteri in illam novam partem translatum est altare illud maximum; ipsum vero sepulcrum quinque SS. Ticinensium episcoporum et S. Romanini presbyteri, jubente episcopo Joanne Baptista Bigli, translatum est in oratorium subterraneum, quod in nova æde extructum erat. Noluit præsul loculos reserari, sed præcepit ut dignissimo loco mausolæum poneretur et ornaretur altari, quod omni ex parte imaginibus eorumdem sanctorum niteret. Qua duplici solemni translatione fieri non potuit ut beatissimi episcopi memoria non renovaretur.*

anno 1578 *ejus nomen Martyrologio inscripsit Galesinius, quem quinque annis post Baronius secutus est.*

4 *Priorem celebritatem (altera posterior est) licet ignorasse videatur Petrus Galesinius, S. Caroli Borromæi in restauranda disciplina ecclesiastica adjutor,* S. Fulci *tamen nomen ad præsentem diem intulit in Martyrologium, S. Romanæ ecclesiæ usui accommodatum, quod anno* 1578 *typis Venetis in lucem venit, his verbis :* Papiæ, sancti Fulchi, episcopi et confessoris; *auctoritate Jacobi Vallæ seu Guallæ nixus, ut in notationibus ad finem profitetur. Hinc anno* 1583, *quo prima Baroniani Martyrologii Romani editio prodiit, transiisse videtur ejusdem memoria in præsens Martyrologium Romanum, hac forma :* Papiæ, sancti Fulci episcopi; *quæ forma in eodem Martyrologio ad hanc usque diem perseveravit. Verumtamen illustrissimus scriptor in editione, quæ anno* 1586 *Romæ prodiit et bis deinde Antverpiæ, in annotatis ad* S. Fulci *nomen hæc subjecit :* De eodem tabulæ ecclesiæ Papiensis et Jacobus Valla de episcopis Papiensibus; *quibus indicare videtur* S. Fulci *nomen tunc temporis jam inscriptum fuisse* tabulis *seu kalendario liturgico Papiensi. Sed nonne solus præluxit Galesinius, qui prior loco* Sanctuarii Papiæ, *(qui sincerus est Guallæ seu Vallæ libri titulus,) scripsit :* Jacobus Valla in libro de episcopis Papiæ? *ita ut incerta conjectura definiverit Baronius tum* S. Fulci *festivitatem actam fuisse Papiæ : certe Ferrarius, qui anno* 1613 *Catalogum sanctorum Italiæ edidit, nullas tabulas Papienses commemorat, sed Placentinas dumtaxat; et Romualdus a S. Maria, qui anno* 1699 *diligenter significavit omnes libros, ubi de* S. Fulco *sermo est,* tabulas ecclesiasticas Papienses *nonnisi ex auctoritate Baronii adduxit* (7).

Casu Campius reperit S. Fulcum *Papiensem antea Placentinam cathedram occupasse et diligenter in ejus gesta inquirit;*

5 *Quamobrem, siquid divinando assequi possim, æstimo prius Placentiæ fieri cœptum esse ut* S. Fulci *festivitas officio ecclesiastico celebraretur. Quam rem fuse narravit Petrus Maria Campius, canonicus Placentinus, qui in ea partem magnam habuit. Quum scilicet sub annum* 1600 *egregius hic canonicus, quem Placentinæ historiæ patrem jam nuncupavi, multus esset in colligendis lectionibus Proprii Placentini, Romanæ curiæ auctoritate approbandis, atque nemo omnino Placentiæ quidpiam de* S. Fulco *nosset, subiit ei aliquando dubitare an Umberti Locati dicta de* Fulco *quodam, qui prius Placentinus dein Papiensis fuisset episcopus, ad eum* Fulcum *spectarent, qui in Martyrologio Romano ad diem* 26 *octobris laudatur* (8). *Verba autem illa in editione latina (nam et altera italica exstat) sunt hæc* (9) : Anno 1220 Fulco, patria Placentinus, (monasterii S. Euphemiæ præpositus hic fuerat,) Honorio ejus nominis tertio pontifice maximo sedente, episcopus Placentinus ordinatus, sedit nonnullos menses; deinde translatus fuit ad episcopatum Papiensem. *Quum itaque intellexisset* Fulcum *Placentinum Martyrologio Romano inscriptum esse, excussit civitatis tabularia ut paulo plura de ejus gestis reperiret. Vana non fuit opera; adhibitoque Guallæ Sanctuario, has confecit lectiones, quas venerabilis cardinalis Bellarminus recognovit et sacra Rituum congregatio approbavit die* 9 *aprilis anni* 1608 *et iterum die* 23 *septembris anni* 1609, *Claudiusque Rangonius, Placentinus episcopus, idibus augusti anni* 1610 *ad usum cleri sui excudi jussit; nisi quod videntur jam die* 23 *martii anni* 1601 *probatæ fuisse et paulo*

(1) Ap. Muratori, Scriptores rerum Italicarum, tom. XI, col. 5. — (2) Moroni, Dizionario di erudizione ecclesiastica, tom. LII, pag. 17. — (3) Romualdus a S. Maria, Flavia Papia Sacra, tom. I, pag. 40 et seqq. — (4) Ibid. tom. II, pag. 159. Cfr Campi, Historia ecclesiastica di Piacenza, tom. II, pag. 142. — (5) Acta SS. Auctar. tom. VI Octobris, pag. 26. — (6) Campi, pag. 142 et 143. — (7) Ibid. tom. I, pag. 124. — (8) Ibid. tom. II, pag. 100 et 101. — (9) De Placentinæ urbis origine, successu et laudibus seriosa narratio, ap. Grævium et Burmannum, Thesaurus antiq., et hist. Italiæ, tom. III, part. II ad fin. col. 34 et 35.

post

post venisse in lucem, ita ut anno 1608 *nova dumtaxat approbatio fuerit. Quas lectiones etiam admiserunt canonici regulares Placentini S. Euphemiæ, et cum licentia S. Sedis, die* 22 *decembris anni* 1612 *concessa* (1), *universa congregatio canonicorum regularium S. Salvatoris, cujus illi pars erant; itemque congregatio Lateranensis. Placet has initio recitare ex Officiis propriis canonicorum regularium congregationis S. Salvatoris, anno* 1613 *Romæ impressis, quo deinde facilior nostra sit via : (alia quidem plura exemplaria habemus tum Placentina tum Lateranensia, sed nullum quod antiquius sit.)*

quæ tribus lectionibus,

6 *Ecce itaque* Lectio iv. Fulcus Placentinus*, ex gente Scota oriundus, singulare integritatis et innocentiæ exemplum fuit. In summa rerum omnium inopia cum de ardenti literarum ac pietatis studio nihil remitteret, divina ei bonitas non defuit. Exierat aliquando ille ad cogendam stipem, ut solet *; mercatoris cujusdam ancilla improbior frustum offert panis, sed ea conditione ut episcopatum sibi obtrudi ne unquam patiatur : retrahit manum bonus adolescens, iniquum ratus etiam in fame eam accipere conditionem, qua ad sequendum Deum, quem intus jam senserat, liberum iter non pateret. Delata res ad herum est; qui, accersito statim Fulco, quotidianum in ædibus suis cibum ac perpetuum, sed prius acriter objurgata coram eo femina, humaniter liberaliterque pollicetur.

* in Æmilia *add. Pennotius.*

* Solebat *Penn.*

a sacra rituum congregatione approbatis,

7 Lectio v. Post maximos in litteris ac pietate progressus, cooptatur in ordinem S. Euphemiæ canonicorum regularium; mittitur Parisios ad studium theologiæ; evadit is, quem ejus scripta testantur. Ubi in patriam revertitur, summa in eo enituit et animi demissio et vitæ sanctitas. Itaque, mortuo præposito, in ipsius locum sufficitur, nondum triginta annos natus. Admirantur hominis prudentiam, non modo sui, sed etiam Placentinus antistes Grimerius. Quo etiam factum ut in plurimis gravissimisque ecclesiæ suæ rebus opera et consilio Fulci libenter uteretur. Expertus fidem et integritatem, primo eum cathedralis templi canonicum, deinde vero archipresbyterum faciendum curat.

explicuit.

8 Lectio vi. Anno salutis nostræ millesimo ducentesimo decimo moritur Grimerius; eligitur pastor Fulcus a clero universo : præest annos sex singulari cum prudentia, tum etiam fidelitate. Inde ad Papiensem ecclesiam Honorii Tertii voluntate translatus, dum quinos et denos quotidie mensæ suæ pauperes adhibet; dum totidem alios in literarum studiis alit; dum viduarum, orphanorum, virginum, miserorum omnium curam numquam deponit, communis omnium parens una omnium voce prædicatur. Sed quoniam, vigiliis, precibus, corporis afflictionibus, crebris ad populum concionibus totus intentus, nihil sibi parcit, dum aliis prosit, tredecim annis in hac assidua pastoralis officii ac virtutum exercitatione consumptis, ad præmia cælestis vitæ evocatur. Ejus sanctitas est non dubiis postea signis declarata et multo populi universi sermone celebrata.

9 *Quoniam vero simul lubet locum de cultu* S. Fulci *absolvere, monendum superest quod ecclesia Placentina ejus festivitatem celebravit ritu semiduplici usque ad annum* 1729; *tunc autem qui Placentiæ sacris præerat episcopus, singulari libello supplici postulavit Romanam curiam ut tum in civitate tum in diœcesi eamdem peragere liceret ritu duplici : cui petitioni annuit sacra Rituum congregatio die* 10 *decembris ejusdem anni. Celebraverunt eamdem auctoritate sacræ rituum congregationis ritu semiduplici canonici S. Salvatoris ab anno* 1612; *qui ritus an dein gradu creverit me latet. Lateranensis autem congregatio ab initio ritum duplicem adhibuit. Quum enim anno* 1570 *S. Pius papa V ejus alumnis facultatem fecisset agendi festa plurium, qui canonici regulares habebantur, adjecit deinde Romanus pontifex generalem facultatem* omnium quoque aliorum dictæ congregationis et ordinis sanctorum festa etiam sub duplici officio celebrandi; *hinc in Propriis hujus congregationis, quorum alia in Italia, alia in Belgio, alia in Germania impressa exemplaria coram habeo, festum* S. Fulci *ritu duplici cernitur. Ut autem mihi constat ex sanctorum Ticinensis ecclesiæ episcoporum vitæ Breviario, quem rarissimum librum Joannes Baptista de Gasparis anno jubilari* 1650 *absolvit et sequenti typis edidit, tum ritu duplici utebatur ecclesia Ticinensis in celebranda* S. Fulci *festivate; quem ritum hactenus retinuit.*

§ II. Patria et familia S. Fulci; admissio inter canonicos regulares S. Euphemiæ; studia Parisiis; reditus Placentiam. Primæ conciones.

A multis dicitur S. Fulcus *natione Scotus fuisse; sed certissime Placentiæ natus est circa annum* 1164 *ex familia de Scotis;*

Porro *ut ad* S. Fulci *vitam veniamus, prima occurrit controversia de ejus patria. Eum* ex Scotia oriundum *facit Gualla; quam opinationem circa annum* 1570 *secutus est Stephanus Breventanus* (2), *patria Ticinensis, itemque ad annum* 1597 *Joannes Maria Spelta* (3), *patria Ticinencis; eamdemque sententiam, etiam postquam lectiones Placentinæ contrariæ Romæ probatæ sunt, retinuit Abrahamus Bzovius* (4), *unius fere Guallæ vestigiis insistens, et Philippus Ferrarius, his verbis ejus memoriam incipiens* (5) : Fulcus, qui et Fulco, natione Scotus, adolescens, relicta patria, in Italiam veniens, Placentiæ subsedit; *et Joannes Baptista de Gasparis, qui scripsit* (6) : Fulcus, Placentinus a diuturno illius civitatis domicilio appellatus, ex Scotia veniens ære vacuus, *etc. Ab his tamen dissensit Hieronymus Bossius, qui in Diptychis episcoporum Papiensium, anno* 1640 *excusis, non dubitavit scribere* (7) : S. Fulcus Scotus, Placentinus, e patrio episcopatu ad Ticinensem transiit. *Cui præiverat qui anno* 1628 *imaginem sculpendam curavit cum hac epigraphe* (8) : S. Fulcus Scotus, Placentinus, episcopus primum Pla-

(1) Poggiali. Memorie storiche di Piacenza, tom. V, pag. 91. — (2) Historiæ Papiæ, cap. XVIII, ap. Campium, tom. II, pag. 101. — (3) Hist. episc. Papiensium, ibid. pag. cit. — (4) Continuatio Annalium Baronii, ad an. 1229, num. 7. — (5) Catalogus SS. Italiæ, pag. 674. — (6) Ticinensis ecclesiæ episcoporum vitæ, pag. 79. — (7) Ap. Campium, tom. II, pag. 100. — (8) Ibid. pag. cit.

AUCTORE V. D. P.

cenciæ, deinde Papiæ. *Verumtamen non omnes assenserunt Papienses; ne quidem postquam anno* 1651, *quo etiam Gasparii prodiit liber, in lucem dedit Petrus Maria Campius Historiam ecclesiasticam Placentinam, in qua accurate de hoc argumento disputavit : certe Romualdus a S. Maria, cujus opus anno* 1695 *absolutum est et quadriennio post prelum subiit, ita exorditur beati viri laudes* (1) : Fulcus, Ticinensis ecclesiæ gloriosus antistes, ex Scotia originem duxisse fertur. *Contra Nicolaus Coleti* (2) *in secunda Ughellianæ Italiæ sacræ editione palmam omnino adjudicavit Campio, valere jusso Thoma Dempstero, qui* S. Fulci *nomine suum Scotichronicon auxerat. Poggiali* (3), *Campio similiter assensit. Et quidem Campii argumenta plane victricia sunt : ostendit enim minimam esse Guallæ auctoritatem de his omnibus* S. Fulci *gestis, priusquam Papiam venit; deinde promit Umberti Locati verba, sub annum* 1550 *scripta et supra a nobis num.* 4 *recitata, atque hæc alia Fabricii Marlianii Mediolanensis, episcopi Placentini, qui circa annum* 1490 *catalogum decessorum suorum texuit* (4) : Fulco, natione Placentinus, et præpositus S. Euphemiæ, electus fuit episcopus Placentinus. *Quod vero præcipuum est, ex monumentis authenticis atque ipsius* S. Fulci *testimonio demonstravit eum natum esse anno circiter* 1164 *atque anno ætatis tertio versatum esse Placentiæ; quo plane concidit Guallæ narratio. Anno enim* 1221 *dixit ipsemet Papiæ coram delegatis apostolicis* quod de electione Tedaldi, (*electi episcopi Placentini anno* 1167,) nihil sciebat, quia non erat clericus adhuc, (*nequaquaquam autem quod Placentiam nondum venerat*). De electione D. Arditionis, (*electi medio anno* 1192,) dixit, quod non interfuit, quia tunc adolescens erat, *seu tricenario minor; quam ætatem neque anno* 1194, *quo præpositus S. Euphemiæ esse jussus est, omnino attigerat. Quæ singula pluribus declarare opus non est, quum inferius suis locis recursura sint. Quod autem Campius eum familia aliqua nomine Scota natum esse velit, id non hoc uno fundamento nititur quod tum in propinquo vico de Septima Guido et Obertus Scoti fratres habitarent atque ea ratione fides aliqua sit Guallæ, qui gentilitium nomen converterit in patrium : sed testimonium superest plane non negligendum. In Chronicis enim Placentinis episcoporum Placentinorum, per Fabricium de Marliano, episcopum Terdonensem et postea Placentinum, redactis anno Domini* 1476, *sed potius scriptis anno* 1388 *et integro sæculo post a Marlia no continuatis, (vidit enim Bosellius* (5) *exemplar antiquum, desinens in anno* 1388 *cum his verbis :* Non vidi ulterius, nec scio. Amen); *in quibus legitur* (6) : Fulco de Scotis, natione Placentinus et præpositus S. Euphemiæ, eligitur ad episcopatum Placentinum circa tempora 1219 vel 20. Hic sedit certis mensibus; deinde idem transfertur ad episcopatum Papiensem; *ita ut certa supersint vestigia traditionis quod* de Scotis *familiæ suæ nomen est.*

11 *Esto itaque beatus vir natus sit Placentiæ domo de Scotis anno circiter* 1164 *pauperibus parentibus; a divite mercatore aliquandiu quotidianum cibum acceperit, ut tradit Gualla; seque aliquando futurum episcopum præsenserit : hoc certum est eum in adolescentia canonicum regularem factum esse in capitulo Placentino S. Euphemiæ. Sub* annum 1091, *quo* Placentiæ, divæ Euphemiæ invento corpore, ejus reædificata fuit ecclesia (7), *videtur incohatum fuisse hoc capitulum; quod multis deinde donis, quæ partim recenset Campius, completum est; donec anno* 1490, *pontifice Innocentio VIII, cum cura animarum datum est congregationi SS. Salvatoris* (8), *pontifice Martino V Bononiæ erectæ* (9). *Quod magnæ spei adolescens esset, missus est Parisios, ubi literarum studia perficeret. Fervebat enim tum Placentiæ inter canonicos discendi ardor; ita ut capitulum cathedrale, Urbano papa III anno* 1166 *approbante, statuisset ut* canonici, dum honeste in scholis ac sudiose permanerent, tertiam partem proventionum omnium, quas perciperent in ecclesia ipsa præsentes, deberent ad sustentationem suam habere, et, relicta fratribus una tertia, alia pars communi usui applicaretur (10). *Quum autem Parisiis esset, consuetudo jam erat ut scholares clerici aliquando sermonem sacrum ad condiscipulos suos haberent : qui mos etiam exstabat Lovanii initio sæculi XVII, ut liquet ex literis, quibus Cornelius Jansenius rogavit amicum suum, abbatem S. Sigiranni, ut, quum sodalitas Mariana Jesuitarum Lovaniensium diruenda videretur eaque de causa confraternitas S. Rosarii FF. Prædicatorum promovenda, atque sibi oratio in hoc cœtu festivitate B. Mariæ in cælum assumptæ pronuntianda esset, sibi concionem ex Gallia transmitteret.* Ad socios *itaque,* cum esset Parisiis, *(qui titulus sermonis est,) dixit* B. Fulcus; *quæ oratio numero XI simul cum multis aliis medio sæculo XVII adhuc servabatur Placentiæ in bibliotheca conventus FF. Prædicatorum S. Joannis in Canalibus; unde hoc initium descripsit Campius* (11) : Ego vero, cum nec sermone, nec scientia peritus sim, capacitati vestræ minime sufficere possum; verum tamen me patienter sustineatis rogo : nam

adolescens fit canonicus S. Euphemiæ; ad Parisiense universale studium mittitur, ubi concionatur ad socios;

Sæpe quidem magnas lux pellit parva tenebras,
Rivulus et dulces sæpe ministrat aquas.

Licet autem tum sanctimonia, tum duarum sedium episcopalium occupatio insignem S. Fulco *pepererint gloriam; frustra tamen ejus nomen in Historia universitatis Parisiensis Bulæi inquisiveris. Theologiæ, quæ potissimum tum florebat in hoc generali studio, operam dedisse censendus est* S. Fulcus, *siquidem in Italia facile meliores juris scholas reperisset. Quantis autem castimoniæ periculis ibidem objectus fuerit beatus juvenis, ex scholarium Parisiensium moribus et scortorum libertate facile divinare est* (12); *sed procul dubio Deus, qui pueros Hebræorum servavit in medio ca-*

(1) Flavia Papia sacra, tom. II, pag. 158. — (2) Italia sacra, tom. I, col. 1098. — (3) Memorie storiche di Piacenza, tom. V, pag. 89. — (4) Ap. Campium, tom. II, pag. 102. — (5) Storie piacentine, pag. IX et X. — (6) Muratori, Scriptt. rerum italicarum, tom XVI, col. 951. — (7) Locatus in Thesauro Grævii et Burmanni, tom. III, part. II, col. 22. — (8) Lubini Abbatiæ Italiæ, pag. 300. — (9) Hélyot, ap. Migne, Dictionnaire des ordres religieux, V° *St-Sauveur* (*Chanoines reguliers de*). — (10) Campi, tom. II, pag. 369. — (11) Ibid. tom. II, pag. 67. — (12) Cfr Bulæus, Historia universitatis, Parisiensis, tom. II, pag. 686 et seqq.

mino

mino ignis, a carnis illecebris incolumem custodivit adolescentem clericum.

anno 1192 redux et subdiaconus concionatur ad fratres de obedientia : ex hoc sermone liquet canonicos S. Euphemiæ tum regulares fuisse ;

12. *Hic inde Placentiam redux erat die* 13 *decembris anni* 1193 ; *qua die Lanfrancus Arcelli, S. Euphemiæ præpositus, (ut ex rogito seu instrumento Joannis de S. Agatha notarii, in S. Euphemiæ tabulario asservato, didicit Campius* (1),*) beatum virum jam subdiaconum simul cum aliis canonicis protulit, qui investioni agrorum aliquot (qui locationis modus erat) interessent. Ut autem Parisiis ad suos reversus erat, jussus est doctrinæ experimentum facere aut admiraturis specimen dare. Hinc sermo ejus ordine XIII cum titulo* (2) : Inter fratres suos, cum rediisset a schola, de obedientia sermo ; *cujus hoc est initium :* Venit Jesus Nazareth ad parentes suos et erat subditus illis. Ex hac verborum serie, viri fratres et patres, *etc. Excusat dein pro more suam imperitiam :* Non enim me misit Dominus docere, cum sim infirmus et rudis moribus et doctrina ; sed omnibus humiliter obedire ; *et subjungit hæc verba, quibus plane constat S. Euphemiæ canonicos regulares fuisse, non autem sæculares :* Hæc autem illa vota, quæ nos claustrales facimus, cum stabilitatem loci promittimus et obedientiam præposito : ista enim illa vota, quæ distinxerunt labia mea, quæ nullo præcepto cogente voluntarie vovi, quæ ore proprio promulgavi, *etc. Unde liquet illic tum expressis verbis promissam fuisse stabilitatem, licet alibi passim sola obedientia exprimeretur in professione canonicorum regularium* (3) ; *verumtamen stabilitatis professio, quam non unus S. Benedictus, sed et SS. Isidorus, Aurelianus et Fructuosus inter veteres commendaverant* (4), *in pluribus capitulis usitabatur, ut liquet ex Constitutionibus S. Petri de Honestis, anno* 1117 *a B. Paschali papa II approbatis* (5), *et ex pluribus formulis, editis a Lelong* (6). *Sed, licet profitendi ratio verbis diversissimis fieret, eadem tamen erant omnium canonicorum regularium religiosa officia, ut a multis sæpius explicatum est.*

circa annum 1194 fit præpositus et concionatur in decessoris tricenario ; biennio post contractum init de deducenda aqua ;

13. *His autem omnibus officiis tanta laude fungebatur beatus vir ut, quum anno circiter* 1194 *Lanfrancus præpositus diem obiisset, ipse ejus loco fratrum suffragio substitutus fuerit. Quum itaque pro defuncto tricenarium ea ratione celebrandum esset,* ut ab ipso obitus die usque ad finitum tricenarium *seu trigesimum diem* nulla umquam intermitteretur dies, quin ei missa celebraretur *et* quotidie tribueretur pro eo pauperibus ad eleemosynam tantumdem de victualibus refectorii, quantum unus frater vivens acciperet (7), *atque pro vicibus suis hoc faceret sanctus præpositus, sermonem habuit, servatum cum reliquis, in quo sortem suam questus est, quod, quum ea nondum esset ætate, qua vitam suam apostolicam auspicatus est Christus, præpositi munere fungi deberet* (8). *Unde liquet, ut supra monuimus, eum circa annum* 1164 *natum esse. Biennio postquam hac dignitate auctus est, assensu et comitatu suorum fratrum aliorumque quorum intererat, sub porticu S. Euphemiæ contractum cum duobus civibus Placentinis iniit ; quo contractu his viris certis conditionibus facultas facta est deducendi per suam aream tribus canalibus communem aquam* (9).

AUCTORE V. D. B.

vendit domum, ut commune exstruat dormitorium : concionatur sæpius ad clerum ;

14 *Quod autem sequitur singulare specimen est ejus curæ disciplinæ regularis. Sanctissima lex erat, conciliorum præceptis et experientia firmata, ut* omnes simul in dormitorio, nisi quem aut infirmitas aut senectus id facere prohiberent, dormirent, singuli per singulos lectos quiescentes (10) ; *sed quia commune dormitorium non erat, aut pessima compositum conditione, hanc legem sequi non poterant S. Euphemiæ canonici : quamobrem* S. Fulcus, *licet necessaria careret pecunia, rei tam necessariæ providere statuit. Die itaque* 11 *junii anni* 1197, *consentientibus suis fratribus, vendidit Uberto Bracciforte triginta libris Placentinis, novæ fabricæ impendendis, domum, templi areæ adhærentem ; ea lege ut nec fenestræ, nec portæ aperiri possent, ex quibus in hanc aream prospectus pateret* (11). *Singulæ autem libræ Placentinæ pendent* 318 *grammatibus seu tantum quantum franci* 64 ; *sed potestatis erant quantæ nunc franci* 440. *Intra claustra non se continebat* S. Fulci *spiritualis ardor : quum enim facultate oratoria polleret, dixit sæpius ad clerum Placentinum ; unde codici pergameno, quem jam sæpius apud FF. Prædicatores Placentinos servatum fuisse diximus, pro titulo inscriptum erat :* Incipiunt sermones Fulconis, præpositi S. Euphemiæ, ad clerum (12).

interest prius ut testis, dein ut arbiter controversiæ, agitatæ inter episcopum et capitulum cathedrale Placentinum ;

15 *Quanta autem ejus esset fama et de ejus integritate fiducia accipe splendidissimum testimonium. Inter Grimerium, episcopum Placentinum, et capitulum cathedrale lis jam pridem fervebat de amborum juribus ; cui dirimendæ Innocentius papa III anno* 1201 *designaverat delegatos apostolicos archipresbyterum et archidiaconum Mediolanenses. In quam civitatem quum anno sequenti ambæ partes sese contulerunt, socium sibi adjunxit Grimerius* S. Fulcum, *S. Euphemiæ præpositum. Sententiam tulerunt judices die* 27 *octobris in archidiaconi domo ; qua jussus est episcopus natali Domini et festo paschatis canonicos et famulitium eorum cibare ; nullos ordinare clericos, consecrare ecclesias aut altaria, benedicere abbates aut abbatissas, et ecclesias aut prælaturas conferre sine consilio et præsentia canonicorum, si adesse vellent ; nisi episcopus demonstraret sibi singulare privilegium esse aut speciale jus : nulla bona immobilia episcopatus alienare aut in feudum dare sine consensu scripto canonicorum : sed ei concessæ eleemosynæ seu oblationes, factæ episcopo extra cathedrale templum occasione consecrationis abbatum, abbatissarum, templorum et altarium. Contra, statutum canonicos sine episcopi consensu ecclesiæ bona*

(1) Hist. eccl. di Piacenza, tom. II, pag. 74. — (2) Ibid. pag. 99. — (3) Cfr Constitutiones Morbacenses sæculi XII, ap. Amort, Vetus disciplina canonicorum, pag. 403 ; et aliæ ap. Martene, Appendix ad antiquos ecclesiæ ritus in editione Veneta anni 1783, post tomum III, pag. 313. Alias formulas vide ap. Lelong, de Ordine canonico, pag. 545 et seqq. — (4) Examen historicum et canonicum, pag. 23. — (5) Ap. Amort, Disciplina canonica, pag. 548. — (6) De Ordine canonico, pag. 543 et seqq. — (7) Constitutiones Morbacenses, cap. 138, ap. Amort, Disciplina canonicorum, pag. 426. — (8) Campi, tom. II, pag. 103. — (9) Ibid. pag. 78. — (10) Constitutiones Morbacenses, cap. LIV, ap. Amort, Disciplina etc. pag. 401. — (11) Campi, tom. II, pag. 80 ; ex Rog. Alberti Riotti, notarii, 1197, ind. xv, die 11 junii, in archivio S. Euphemiæ. — (12) Campi, tom. II, pag. 101.

neque

AUCTORE V. D. B.

neque alienare, neque permutare posse; invalidas esse alienationes, hactenus a canonicis factas, imprimis vero divisionem bonorum ecclesiæ cathedralis et S. Justinæ, invito episcopo, inter se factam; sed vitam communem eis servandam, reditibus, mensa, granario, penu et dormitorio communibus; et demum quum processiones ad S. Antonii, S. Savini, S. Joannis et S. Sepulcri instituerent, ab eis monendum esse episcopum, si in civitate esset, ut (si vellet) pars esse posset (1). *Sed neutra pars huic sententiæ assensit; quamobrem, ut constat ex instrumento Rogerii Guilielmi de Rotofredi,* VII *kal. oct. anni* 1203 *confecto, res permissa est duobus arbitris,* S. Fulco *scilicet, et Petro Caponi, canonico cathedrali, universæ controversiæ peritissimis. Hi itaque sententiam Mediolanensem nonnihil emendarunt, videlicet ut posset episcopus sine capituli consensu extra Quatuor tempora et extra ædem cathedalem ordines minores conferre; sine eodem consensu conferri posse ab episcopo feuda renunciata, aut ad episcopum redeuntia, aut concessiones in empytheusim, factas* cum jure; *suspensionem nullam ab eo fieri posse in civitate aut suburbiis sine capituli consilio; obligationes occasione consecrationum extra templum cathedrale ita dividendas esse ut episcopis cederent* cimelia *seu vasa sacra et* unus ex cereis cum vino, *et canonici* haberent gausape *seu mappam mensæ* et alterum cereum cum pane: *quæ nunc in solis fere episcoporum consecrationibus offeruntur: ecclesiæ reditus in præbendas divisum iri, concessa præposito facultate faciendi cum capituli consilio libellos, investituras, locationes et emphyteuses, servato tamen in communi quantum necesse esset pauperum prandiis et eleemosynis, communibus expensis et hospitum receptioni; et mensam dormitoriumque commune fore pro veteri more. Quæ ambabus partibus, in episcopali palatio congregatis, omnino placuerunt; non sine laude prudentiæ* S. Fulci (2). *Nam licet* VI *kal. augusti anni sequentis Innocentius papa III improbarit bonorum divisionem, qua vita communis brevi periret* (3), XIV *tamen kal. januarii anni* 1228 *Gregorius IX papa arbitrariam* S. Fulci *et Caponis sententiam infinite confirmavit* (4). *Hoc insuper mirum est, quod omnia jura, quæ sibi vindicabat capitulum, anno* 1194 *prætensa fuisse ab archidiacono adversus Arditionem episcopum eique pleraque per arbitros adjudicata* (5). *Sed labyrintho intricatiora erant singulorum collegiorum et prælatorum Placentiæ jura.*

negotio pupillorum et liti de rivo implicatur; judicat ut delegatus apostolicus; donum accipit a Consule Placentino.

16 *Universim autem plurimum usus fuisse videtur Grimerius* S. Fulci *opera; certe, biduo post arbitrariam sententiam illam, in palatio episcopali interfuisse legitur beatus vir negotio pupillorum* (6); *quorum res episcopali curæ per leges Romanas permissa erat. Interea monasterii rationes non negligebat; eodem enim tempore curabat ut quum lis quædam esset inter monachos S. Benedicti seu S. Marci et canonicos S. Euphæmiæ de rivo quodam, ipso proximo mense octobri testimonia produxit coram notario publico, quibus monasterii jura certa fierent* (7). *Innotuit etiam ejus sapientia Innocentio papæ III. Jurgium erat inter Leonardum Rozo, civem Placentinum, et Guifredum, priorem S. Matthæi, vulgo S. Maffei, de jure patronatus hujus ecclesiæ et hospitalis S. Maffei. Res delata ad Innocentium papam; qui, literis datis mense novembri anni* 1203, *rem commisit Grimerio, episcopo Placentino,* Fulconi, *præposito S. Euphemiæ, et Rolando, abbati S. Savini. Die* 19 *maji anni* 1204 *communi consensu vicit Leonardus; quem eadem die* S. Fulcus *in S. Maffei æde Romani pontificis auctoritate utriusque loci patronatu investivit* (8). *Non minus placebat beatus vir civili magistratui, quamvis in clerum parum æquo; die enim* 9 *julii ejusdem anni* 1204 *in claustro S. Mariæ cessit ei, in gratiam monasterii S. Euphemiæ, Fulcus Radinus, unus ex Placentinus consulibus, omnia quæ erant ei jura in hospitium et ecclesiam S. Jacobi de Madonara* (9).

§ III. Interdictum Placentinum; exsilium S. Fulci; reditus; novæ conciones.

Hic consul caput erat violatorum immunitatis ecclesiasticæ et rebellium adversus Innocentium III.

Verum hoc loco in gravissimas difficultates incurrimus. Eo *enim* anno, *ut legitur in coævo Chronico Placentino, non ita pridem dato in lucem* (10), seditio fuit inter dominum episcopum et clerum Placentiæ et commune occasione duarum milium librarum, *(ingentis pro tempore summæ, qua burgum S. Domnini et Bargone tum empta sunt);* quas ipsi consules ab eis petebant pro subsidio debiti communis solvendi; quod tunc erat XVI milia librarum. Quas dominus episcopus et clerus Placentiæ dare recusaverunt; et ob id extra districtum Placentiæ exierunt, *vi expulsi* (11) *atque multo majoribus quam bis mille librarum damnis affecti. Quæ tragœdia cœpta sit oportet anno* 1203, *siquidem nonis octobris anni* 1206 *ad potestatem, consules populumque Placentinum Innocentius papa III scripsit* (12): Jam expectavimus TRIENNIUM, si forte infatuata ficulnea, fota stercoribus, non protulerit ex se fructum; *et quidem constat ex literis ejusdem Innocentii, datis Romæ* IX *kal. martii anni* 1204 (13), *tum jam aliquandiu Placentinos* fuisse propter iniquitatem, quam in Deum et ejus ecclesiam commiserant, excommunicationis vinculo innodatos *et* evitandos, donec a suo resipiscerent errore; *quod quo citius fieret, concessit pontifex episcopis Placentino et Terdonensi facultatem eos absolvendi, ubi ad ecclesiæ mandatum redirent* (14). *An itaque* S. Fulcus, *nimio pacis amore, hæc non observavit? Equidem arbitror initio viam clementiæ tentatam fuisse, neque statim expulsos fuisse episcopum et clerum; atque interea illud donum a consule Fulco Radino concessum fuisse* S. Fulco; *postmodum autem, quum episcopus et clerus im-*

(1) Campi, tom II, pag. 89 et 90. — (2) Ibid. pag. 91. — (3) Ibid. pag. 92. — (4) Ibid. pag. 390. — (5) Ibid. pag. 573. — (6) Ibid. pag. 91. — (7) Ibid. pag. cit. — (8) Ibid. pag. 91 et 93. — (9) Ibid. pag. 92. — (10) Huillard-Bréholles, Chronicum Placentinum et Chronicum de rebus in Italia gestis, pag. 28. — (11) Regestum Innocentii III, lib. IX, epist. 166 et 167. — (12) Ibid. epist. 167. — (13) Ibid. lib. VII, epist. 224. — (14) Ibid. epist. 225.

positum

AUCTORE V. D. B.

positum vectigal solvere constanter renuerent et magistratus excommunicatos denuntiarent, in exsilium cum jactura omnium bonorum a magistratu pulsos fuisse : quod exsilium non potuit non participare S. Fulcus. *Et quidem in controversia an S. Joannis canonici essent de corpore capituli cathedralis, unus ex illis canonicis dixit* (1) : Et quando episcopus Grimerius exivit de Placentia cum alio clero, scripsit archiepiscopo Januensi pro me et Joanne Regutii tamquam pro suis fratribus et canonicis majoris ecclesiæ; et iste (S. Fulcus), qui modo est electus in episcopum, scripsit illas literas sua propria manu.

Quæ inobedientia duravit ab anno 1203

18 *Fax atque discordiæ dux erat ille ipse Fulcus Radinus,* S. Fulci *benefactor, veluti constat Innocentii III literis,* IV *idus junii anni* 1206 *ad episcopum et clerum Placentinos datis :* Ex literis vestris, *inquit* (2), accepimus evidenter, quod consules et consiliarii Placentini, reatum proprium cognoscentes, ad mandatum apostolicæ sedis redire cupiunt humiliter et devote... Verum, quum prædicti consules Fulconi Radin juramento teneantur adstricti, ne ad concordiam veniant sine ipso, nec ipse vult eis dare licentiam, neque jurare, nisi tali tenore ut nullum sibi fiat mandatum vel (si factum fuerit) observare minime teneatur, nos rogastis instanter ut juramentum ipsius hoc modo suscipere dignaremur; quo et ipsis aperiatur ostium evadendi et universa civitas propter unum solum hominem in interitum non labatur. *Nil dubitans has conditiones, auctoritati ecclesiasticæ plane inimicas, rejecit pontifex ; declarans insuper juramentum, præstitum Radino, nullius roboris esse, seque esse paratum reliquos sine ipso admittere ; sed ne consentirent perfecit Radinus. Quæ quum intellexit Innocentius, timens ne hoc pertinaciæ et violatæ immunitatis ecclesiasticæ exemplum latius serperet, singularem severitatem adhibere statuit. Die itaque* VII *kal. augusti scripsit ad episcopos (ut videtur) Longobardiæ* (3) : Fraternitati vestræ in virtute obedientiæ per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus mercimonia seu quælibet bona, quæ de mercatoribus Placentinis in vestrum seu vestrorum posse devenerint, detinere curetis, et faciatis ab aliis detineri, donec populus Placentinus ecclesiæ, matri suæ, quam offendit graviter et offendere non desistit, de damnis et injuriis irrogatis debitam satisfactionem impendat. *Sed neque his victa est Placentini magistratus pervicacia : quamobrem pontifex die 7 octobris literas gravissimas ad consules et populum Placentinum scripsit, iterum denuntians eos censuras ecclesiasticas incurrisse, addensque minas, quod, nisi intra mensem resipiscerent, episcopalem sedem auferret et diœcesim divideret inter vicinos episcopos ; misitque simul ad eos, qui has minas exsequeretur, nempe Gregorium Galganum de S. Apostolo, tituli S. Mariæ in Porticu diaconum cardinalem* (4), *aut (si hic abesset) visitatores Longobardiæ : Lotharium scilicet, episcopum Vercellensem; Gerardum Sessium, abbatem de Tilieto ; et B. Albertum, presbyterum Mantuanum* (5) ; *quæ omnibus episcopis Longobardiæ nota voluit* (6).

usque ad annum 1207, *quo Placentini excommunicatione soluti sunt,*

19 *Atque his tandem ad meliorem mentem reducti Placentini* literas Romanis mercatoribus direxerunt, *significantes* se ad mandatum apostolicæ sedis desiderare humiliter ac devote redire (7). *Quod consilium laudavit pontifex, literis ad Placentinos datis* (8) ; *misitque iterum ad eos Vercellensem episcopum cum suis sociis. Qui ut primum revocarunt Placentiam Grimerium episcopum, Venetiis cum præcipuis aliquot clericis hærentem ; sed frustra. Quum tamen legati animos bene comparatos reperirent, a consulibus et præcipuis aliquot civibus juramentum exegerunt et ante templum cathedrale absolverunt omnem multitudinem* (9). *Unde in coævo chronico Placentino ad annum* 1206 *legitur* (10) : Eodem anno, die jovis, XV[I] mensis novembris, juraverunt stare præceptis ecclesiæ super discordia, quam habebant cum episcopo et clero Placentino, per dominum episcopum Vercellarum et presbyterum Albertum Mantuanum, quibus causa delegata erat a domino papa. *Atque anno sequenti* (1207), mense februario, finita est concordia inter commune Placentiæ et clerum Placentinum, existentibus consulibus Rufino de Porta, Carnevario de Fontana, *etc. Continuo post* episcopus et clerici Placentini *ex una parte et ex altera* Ubertus Vicecomes, Joannes de Malamina et Petrus de Vilimercato, nuntii *communiæ Placentinæ,* super faciendo *Placentinis* mandato coram *Innocentio papa* proponere curaverunt, illi justitiam, isti misericordiam implorantes (11). *Mense majo anni* 1207 *rescripsit ad consules et populum Placentinum literas, paterna gravitate et clementia conspicuas, et formam mandati, quam iisdem illis communicavit, misit ad episcopos Vercellensem et Iporediensem, nec non ad abbatem de Tilieto et Albertum Mantuanum, visitatores Longobardiæ* (12). *Quæ forma hæc erat* (13) : Hoc est præceptum, quod vobis injungimus sub debito præstiti juramenti, ut de cætero contra tenorem Lateranensis concilii non gravetis episcopum vel clerum Placentinum exactionibus vel collectis, et restituatis omnes fructus extantes, quos eis abstulistis vel fecistis auferri. Super aliis autem rebus ablatis condescendimus vobis hoc modo, si tamen hanc gratiam velitis gratamhab ere; ut ad præsens tria millia librarum illis reddatis ; et pro residuo, sicut offertis, communia obligetis eisdem; ita ut vos nomine ipsorum faciatis proventus eorum fideliter colligi et eis integre assignari, donec ipsis plene fuerit satisfactum. Si vero modum istum acceptare non vultis : quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum : cum dubium non existat quin possitis, si velitis, sive mutuo, sive alio modo pecuniam invenire ; sub eadem districtione præcipimus ut summam pecuniæ pro rebus ablatis secundum existimationem factam intra sex menses integre persolvatis. Possessiones vero, quas habebant ecclesiæ Placentinæ, in eum statum reducere procuretis, in quo fuerunt tempore violentiæ irrogatæ. *Sed novæ injectæ fuerunt moræ; quare pontifex die*

(1) Ap. Campi. tom. II, pag. 386. — (2) Regestum Innocentii III, lib. IX, epist. 77. — (3) Ibid. epist. 131. — (4) Ibid. lib. IX, epist. 167. — (5) Ibid. 168 et 169. — (6) Ibid. epist. 166. — (7) Ibid. epist. 169. — (8) Ibid. epist. cit. — (9) Boselli, Storie piacentine, pag. 133. — (10) Huillard-Bréholles, Chronic. Placentinum, pag. 29. — (11) Regestum Innocentii, lib. X, epist. 64. — (12) Ibid. epist. cit. — (13) Campi, Hist. eccl. di Piacenza, tom. II, pag. 380.

AUCTORE V. D. B.

v *kal. augusti anni* 1207 *jussit præpositum et capitulum Placentinos quam primum ad civitatem accedere atque præcepta sua exsequi* (1). *Atque ea ratione pax demum reducta est.*

et S. Fulcus *cum reliquis clericis expulsis rediit et ordinavit res hospitii de Madonara.*

20 *Dociles ergo tandem animos offenderunt episcopus et canonici; qui ita res composuerunt, ut brevi post omnes regressi sint clerici. Certe* S. Fulcus *Placentiæ jam versabatur die* 13 *septembris anni* 1207; *qua quippe, præsente Opizone Novello, patrono et fundatore, in manus ejus resignavit presbyter Lanfrancus administrationem hospitii et templi S. Jacobi de Madonara, in quæ certa jam jura ei collata fuerant a consule Fulco Radino; deinde secundum pacta, inter Opizonem et canonicos S. Euphemiæ inita, elegit Lanfrancus ministrum et rectorem virum nomine Rinaldum, quem beatus præpositus confirmavit et investivit ecclesia et hospitio; demum Opizo contulit sanctissimo viro amplissimam facultatem administrandi hospitii bona, potissimum ut æs alienum solveretur, patrono tamen certis servatis juribus* (2). *Adeoque qualecumque hoc testimonium est* S. Fulcum *habitum fuisse non minus industrium administratorem quam verbi Dei præconem egregium.*

S. Fulcus *concionatur in synodo diœcesana, ad suos fratres et ad clerum : insignis locus de presbyterorum sanctitate.*

21 *Fuit autem brevi iterum ei explicanda hæc sua facultas oratoria. Quadriennali illa perturbatione et clericorum dispersione non minus ecclesiasticorum virorum mores quam populi pietas passa erat; quamobrem initio anni* 1208 *synodum celebrare statuit Grimerius episcopus; voluitque ut S. Euphemiæ præpositus ad convocatos clericos diceret. Dixit de his cap.* IV *Proverbiorum verbis :* Audite, filii, disciplinam patris; et attendite ut sciatis prudentiam : donum bonum tribuat vobis, *etc.; demonstravitque quam sancta sit oporteat clericorum vita, non tantum quia christiani sunt, sed quia segregati a mundo et electi in sortem et partem Domini; tantoque magis quod aliorum duces in semita virtutum sunt* (3). *Proxima dominica I Quadragesimæ bis dixit : quæ res, ut illo ævo, præclara valde erat : semel scilicet domi ad canonicos S. Euphemiæ, semel in cœtu clericorum Placentinorum, utrosque docens necesse esse ut cum jejunio conjungatur vitæ innocentia et bonorum operum exercitatio faciendo bonum* (4). *Alterius orationis hanc particulam, plane non malam, recitavit Campius :* Puritas quoque corporis, *beati viri verba sunt,* necessaria est : quia summopere providere debemus ne oculi, qui vident Omnia-videntem, inclinentur ad videndam mulieris pulchritudinem; ne lingua, quæ loquendo deponit de cælo Dei Filium et in altari sub specie panis et vini format Christi membra, concinnet dolos, detractiones et mendacia; ne manus, quæ contingunt sanguinem Christi, polluantur sanguine peccati; ne digiti tractent aliquid immundum vel inconcessum, qui frequenter tractant illud, quod est de munda carne conceptum, in mundiori natum, in mundissima resuscitatum; ne pedes, qui intrant ad Dominum qui lætificat juventutem nostram, ingrediantur per peccati pollutam viam. Quicumque enim ad altare Dei accedit inquinatus luxuria, juxta Filium Virginis idolum ponit Veneris; qui sacra verba illius sacramenti ore immundo profert, in faciem spuit Salvatoris; et, cum altari vel corpori Christi osculum infigit, osculo sicut Judas Filium hominis tradit; et cum in os sanctissimam carnem ponit, eam quasi in lutum platearum projicit. Exercitium denique operis necessarium est, quod in duobus consistit, scilicet in abstinere a malis et facere bonum; *etc.*

§ IV. S. Fulcus canonicus et archipresbyter ecclesiæ cathedralis; publicum magisterium; pauca alia gesta.

Medio anno 1208 *fit canonicus et archipresbyter cathedralis :*

Quum autem *tanta esset* S. Fulci *laus et auctoritas apud Placentinos, mirum profecto non est si Grimerius episcopus et canonici cathedrales eum corpori suo sociare conati sunt et reapse sociaverunt, eum prius canonicum, dein archipresbyterum eligentes : quæ prima post episcopalem illic erat dignitas. Facta hæc sunt inter diem* 11 *maji et* 25 *junii anni* 1208. *Die enim illa* 11 *maji sedit adhuc tamquam præpositus S. Euphemiæ sub templi porticu, Christophorum notarium investiens domo vicina, ut ex instrumento Rogerii Oberti de Presbyteris notarii, illa die condito, constat* (5); *ex altera vero parte, die* 25 *junii proxima, tamquam archipresbyter interfuit litis diremptioni; quæ erat inter capitulum cathedrale et clericos S. Mariæ de Gariverto super jure designandi hujus templi præpositi; et* pro bono pacis et concordiæ *suspensa potius est quam finita : de qua re exstat instrumentum, die* 25 *junii a notario Joanne Carmangiario confectum* (6). *Verisimile itaque est beatum virum canonicum creatum fuisse circa initium mensis junii et paulo post archipresbyterum. Quo autem jure hæc facta sint, difficilior quæstio est : de qua id unum dici potest, quod quum maxima doctrinæ et dexteritatis laude beatus vir Placentiæ floreret et præbenda in capitulo cathedrali vacaret, eum collegio suo, utut sæculari, cooptarunt canonici, licet stabilitatem inter canonicos regulares esset professus; cui electioni assensisse beatum virum, sive* quia *regulares canonici, ut quinquennio post rescripsit Innocentius III,* regulæ laxiori *quam monachi* inserviant (7); *sive quia ipsa stabilitas benedictina, multo severior,* pro melioratione, *ut loquitur Hildemarus* (8), *deseri posset.*

quomodo hæc facta sint.

23 *Quidni acta hujus electionis habemus? Supersunt tamen certa testimonia, quibus, si neque causæ declarentur, neque adjuncta, res ipsa manifesta fit. Quum scilicet anno* 1215 *controversia ferveret de canonicis S. Joannis, utrum de corpore essent capituli cathedralis (quam controversiam inferius explicabimus), introducti sunt canonici S. Joannis complures, qui testati sunt se nonnullis actibus ca-*

(1) Campi, Hist. eccl. di Piacenza, tom. II, pag. 380 et 381. Regestum, lib. X, epist. 222.—(2) Campi, tom. II, pag. 93, ex Rogito Jacobi Aimoni not. 13 sept. 1270. — (3) Sermo S Fulci I ap. FF. Præd. in synodo D. Grimerii, ap. Campi, tom II, pag 97. — (4) Sermo II et III, ibid. pag. cit. — (5) Ibid. pag. 98. — (6) Ibid. pag. 99. — (7) De statu monachorum et canonicorum regularium, cap. *Quod Dei* (lib. III, tit. XXX V, cap. 5). — (8) Cfr Martene, Commentarius in Regulam S. Benedicti, pag. 759

pitularibus

pitularibus capituli cathedralis interfuisse et in eis partem habuisse; aut alia peregisse, quæ nonnisi a canonicis cathedralibus fieri possent. Quorum unus hæc narravit (1) : Et scio quod ego et alii prædicti de S. Joanne interfuimus in capitulo majoris ecclesiæ, quando iste (S. Fulcus), qui modo electus est in episcopum, fuit electus in simplicem sacerdotem *seu canonicum* majoris *seu cathedralis* ecclesiæ, et ita recepimus illum ad osculum pacis, quam fratres et canonici majoris ecclesiæ, et hoc præsente episcopo *(Grimerio)*. Et postea interfuimus in capitulo majoris ecclesiæ cum aliis canonicis majoris ecclesiæ, præsente episcopo, tamquam fratres et canonici majoris ecclesiæ, quando idem electus (S. Fulcus) fuit promotus et electus in archipresbyterum Placentinum, et ita recepimus illum ad osculum pacis, sicut alii canonici majoris ecclesiæ; et, nobis præsentibus, promisit eidem episcopo quod observaret suam hebdomadam in celebratione divini officii *seu vice sua integram hebdomadam missam majorem de Tertia aut de Sexta, si esset jejunium, celebraret,* sicut alii sacerdotes canonici majoris ecclesiæ. *Singularem hanc promissionem paulo clarius explicuit alter S. Joannis canonicus, nomine Joannes Regutii, presbyter :* Et tunc scio, *ait* (2), quod idem episcopus Grimerius dixit D. Fulco, eidem nunc electo in episcopum : « Nos « volumus ut promittatis nobis quod observa- « bitis vestram hebdomadam in celebratione « divini officii, sicut alii sacerdotes, nec hoc « dimittatis occasione archipresbyteratus. » Et ille respondit : « Bene promitto, et bene possum « facere; et etiam (si opus fuerit) faciam de illis « aliorum canonicorum. »

Publice docet S. Fulcus *Placentiæ.*

24 *Atque ille alter canonicus hæc supra dixerat* (3) : Et scio quod D. Fulco, nunc electus *(episcopus Placentinus)*, quando erat archipresbyter me rogavit, ut pro eo cantarem missam de Tertia in sua septimana; quia propter impedimentum regendi scholas non poterat cantare ipse missam; et hanc missam nullus sacerdos debet canere, nisi sit canonicus majoris ecclesiæ. *Ex quo liquet loco sanctum virum Placentiæ publice docuisse; publici enim doctores* scholas regere *dicebantur. Convenit autem inter omnes ab anno* 1248 *studium generale Placentiæ exstitisse; sed medio sæculo ante celeberrimos illic floruisse juris doctores et cathedras rexisse demonstravit Campius* (4); *qui et contendit diploma concessum fuisse ab Ottone III circa annum* 996; *et quidem Locatus, scriptor diligens, hæc ad annum* 1009 *tradidit* (5) : Academia et omnium bonarum artium studium, ab Ottone ejus nominis tertio imperatore jam impetratum, in civitate Placentina sub Rogerio, optimo legum interprete ac glossatore, florere cœpit. *Plura dabit Campius* (6).

Subscribit decreto de minuendis canonicis S. Olderici.

25 *Die sexta augusti anni* 1208, *ut ex instrumento notarii Carmangiarii constat* (7), *subscripsit beatus* Fulcus *ordinationi Grimerii episcopi, qua capitulum sæculare S. Olderici propter redituum tenuitatem ad tres reduxit presbyteros et duos clericos, communiter viventes. Grimerio Romam profecto,* S. Fulcus *archipresbyter, cum multis canonicis, excepit die* 26 *julii anni* 1209 *testimonium Arimburgæ, mulieris Burgundicæ ex diœcesi Vesontionensi, quod, quum septem hebdomadas omnino cæca fuisset, promissis ad sepulcrum B. Raimundi, qui novem annis ante die* 28 *julii Placentiæ obiverat,* duobus oglearibus ceræ *visitatoque sepulcro, visum receperat* (8). *Annus vero sequens multo insignior fuit morte Grimerii Portæ, Placentini episcopi,* qui MCCX, die jovis, octavo mensis aprilis ante dominicam Olivæ, ante Completorium obiit (9); *vir pius et bonus, olim monasterii de Columba ordinis Cisterciensis abbas, in vita laudatus et post mortem, sanctoque* Fulco *amico imprimis flebilis.*

AUCTORE V. D. B.

§ VI. Electio S. Fulci ad cathedram Placentinam, a sede apostolica numquam confirmata.

Ex quibus documentis nota fit S. Fulci *electio ad cathedram Placentinam.*

Quum itaque Grimerius e vivis recessisset, Placentiam misit Innocentius III papa Gerardum Sessium, antea abbatem de Tilieto, tunc vero episcopum electum Novariensem, et non multo post S. R. E. cardinalem et episcopum Albanensem, unumque ex tribus visitatoribus Longobardiæ, qui electioni præsideret; quoniam ecclesia Placentina, nullo intermedio, a sede apostolica pendebat. Sed jura, consuetudines, leges, omnia incerta erant Placentiæ; unde factum est ut, quæ tum peracta est S. Fulci *electio in controversiam deducta fuerit et numquam a Romano pontifice fuerit confirmata. Summum itaque hoc negotium vitæ* S. Fulci, *quantum fieri potest, declarandum est. Quod ut præstetur, ad manum sunt imprimis literæ capituli cathedralis, anno* 1213 *iis datis canonicis qui simul cum S. Antonini canonicis pontificiam confirmationem postularent; deinde testimonia, anno* 1215 *collecta de unione capituli S. Joannis cum capitulo cathedrali; tertio testimonia, annis* 1219 *et* 1220 *subscripta, de consuetudinibus ecclesiæ Placentinæ in eligendis suis episcopis : quibus accedit sæpe laudatum Chronicum Placentinum, nuper editum, et pauca aliquot documenta, quæ Campius indicavit, sed non edidit. Ex his itaque aliisque monumentis negotium istud explicare conabimur.*

Non multo ante populus intererat per magistratus electioni episcoporum Placentinorum; et clerus omnis :

27 *Imprimis ad hæc usque tempora partem in episcoporum electionibus per magistratus suos habuerat populus Placentinus. Certe anno* 1192, *quum instaret electio, die* 24 *junii dixerunt majoris ecclesiæ præposito et Placentino archidiacono, præsente S. Antonini præposito* (10): Qui ad episcopalem electionem faciendam intenditis, quæ jure consensu

(1) Campi, tom. II, pag. 386. — (2) Ibid. pag. 387. — (3) Ibid. pag. 386. — (4) Hist. eccl. di Piacenza, tom. II, 187. Cfr Tiraboschi, Storia della letteratura italiana, tom. III, lib. IV, cap. I, § 12; cap. VI, § 28. — (5) Ap. Grævium et Burmannum, Thesaurus Italiæ, tom. III, part. II, col. 21. — (6) Hist. eccles. di Piacenza, tom. II, pag. 187 et seqq. — (7) Ibid. pag. 99. — (8) Cfr instrumentum Cormangiarii, ap. Campi, tom. II, pag. 381. — (9) Ap. Campi, tom. II, pag. 100. — (10) Boselli, Storie piacentine, pag. 340 et 341.

AUCTORE V. D. B.

fieri debet, nos vicem populi in hoc obtinentes, omnibus electoribus * unius et trium personarum, circa quæ episcopalis electio pendeat, et electioni ipsius episcopi interesse debemus et volumus et omnes electiones et episcopalis pronunciatio *, nobis scientibus et affirmantibus, fieri volumus; *et deinde interposuerunt legitimam appellationem ad Romanum pontificem, si ab his consuetudinibus discederetur. Discessum non est; adeoque biduo post, quum electio in broido * monasterii S. Savini coram Petro Diano, tituli S. Cæciliæ presbytero cardinali et Romanæ sedis legato, celebrata est, interfuit gonfalonerius, cum quatuordecim consulibus negotiatorum et sex consulibus communiæ et multis aliis laicis. Ex clericis autem interfuerunt* O. de Rocha, archidiaconus; O. majoris ecclesiæ Placentinæ præpositus; Romanus, monasterii S. Savini abbas; Aicardus, presbyter ejusdem majoris [ecclesiæ]; Albertus, presbyter; Nicolaus Morbius et Dundedeus Galicianus, diaconi; Guilielmus Marchio, subdiaconus; Petrus Comes, canonicus; domnus Azo, prior istius monasterii, et domnus Bernardus, monachus; Guido, ecclesiæ S. Antonini, præpositus; Bernardus de Placentino et Hugo Macagnanus, canonici; presbyter Joannes ecclesiæ S. Joannis et presbyter Gerardus; Otto, præpositus S. Brigidæ; presbyter Petrus ejusdem ecclesiæ; Lanfrancus, S. Euphemiæ præpositus; Joannes, archipresbyter capellanorum cum magna parte capellanorum. *Ubi notandus est locus et clericorum diversitas et commixtio.* Legatus *autem* ad postulationem Placentini cleri et consulum Placentiæ et totius populi ad honorem Dei et Romanæ ecclesiæ et domni Enrichi, Romanorum imperatoris, electionem in domno Ardicione factam ex sua parte confirmavit.

* electionibus?

* episcopalem pronuntiationem

* préau ?

modus electionis decessoris.

28 *Instrumentum electionis Grimerii, qui anno* 1199 *successit, non exstat; sed ex literis confirmatoriis Innocentii III* (1) *novimus Hugonem Vicedominum, majoris ecclesiæ magistrum, Albertum, S. Antonini canonicum, et Al., priorem S. Savini, cum literis archidiaconi, cleri et populi Placentini ad sedem Romanam accessisse; in quibus literis clerici ejusdem civitatis dicuntur convenisse, et de substituendo pastore longum tractatum habuisse, et in Grimerium vota sua unanimiter contulisse. Aliquanto explicatiora anno* 1219 *aut sequenti retulit coram legatis pontificiis ipse* S. Fulcus : De electione autem D. Grimerii dicit, *ita legitur in instrumento legitimo* (2), quod modus habitus fuit talis : quod fuerunt ad ipsam electionem electores de canonicis majoris ecclesiæ, de canonicis S. Antonini, de monachis S. Savini et de clericis aliarum ecclesiarum. Interrogatus quomodo scit, respondit, quia interfuit in capitulo veteri majoris ecclesiæ, ubi erant ipsi electores; et dicit se non reminisci de nominibus... Et dicit se fuisse interrogatum, (quando quondam Grimerius fuit electus,) quem volebat; et vidit multos clericos civitatis interrogari simili modo. *Ex his autem aliisque locis liquet canonicos aut clericos omnes non fuisse electores, etiamsi interesent; sed aliquot electos aut designatos fuisse; qui mos intelligi potest ex his, quæ anno* 1212 *idem Innocentius papa de electione Mediolanensi scripsit* (3); *inquiri jubens* utrum de antiqua et approbata consuetudine omnes et singuli, tam abbates quam præpositi, ac etiam capellani parem cum ordinariis *seu canonicis cathedralibus* in electione vocem haberent; et, si nec omnes, nec parem, qui et quantam; utrum videlicet non in singulis ordinum, sed in ordinibus singulorum esset paritas attendenda; vel potius jus eligendi penes ordinarios *seu canonicos cathedrales* tantum resideret, et cæteri propter honestatem solummodo vocari consueverint ad cautelam, *etc. Patet autem ex postulatione consulum Placentinorum anni* 1192 *Placentiæ ab aliis unum electorem designatum fuisse et ab aliis tres.*

Absente populo, tres a delegato apostolico dirimuntur controversiæ, ita ut omnia jura in eum deriventur.

29 *Utut hæc fuerunt, quum legatus pontificius universum clerum in palatium episcopale coegisset, (nuspiam mentio fit communiæ aut consulum,) prima fuit* contentio inter *canonicos S. Joannis, qualitercumque in unum corpus unitos cum canonicis cathedralibus*, et canonicos St. Antonini de præcessu *seu præcedentia :* et tunc electus Novariensis, qui tunc erat ibi pro ipsa electione legatus, dixit *utrique parti :* « Propter electionem episcopi non possumus modo intelligere diligenter super hac contentione; sed ita dicimus, ut sine præjudicio illi de S. Joanne præcedant illis de S. Antonino. Et ita præcesserunt (4). *Secundam controversiam ita exposuit anno* 1219 *Ansaldus de Cario, S. Antonini præpositus* (5) : Tunc fuit discordia inter capitulum majoris ecclesiæ et archidiaconum pro electoribus faciendis. Unde D. Gerardus ipsos electores pronuntiavit. *Sed et tertia exstitit controversia, quam D. Vicedominus Cossadoca, post* S. Fulcum *Placentinus episcopus, his declaravit verbis* (6) : Electioni D. Fulconis interfui; et tunc quæstio fuit inter canonicos majoris ecclesiæ, et canonicos S. Antonini, et alium clerum; videlicet, quia canonici majoris ecclesiæ dicebant quod ad eos electio episcopi solummodo pertinebat; et illi de S. Antonino et alius clerus dicebant quod debebant interesse electioni episcopi. Tandem quædam compositio fuit inter eos facta secundum quod continetur in quodam instrumento, inde per Petrum Lachetam facto. *Quæ die* 28 *julii anni* 1210 (7). Interrogatus quis fecit electores ipsius D. Fulconis, respondit : « Cum discordia esset de electoribus faciendis; D. Gerardus de Sesso, Novariensis electus, cujus consilio de mandato D. papæ debebamus procedere in electione episcopi facienda, dixit quod illi, inter quos discordia erat, committerent in eum de ipsa discordia; et sic commisimus in illum de discordia illa : qui postea dixit ut ego, *(tum præpositus ecclesiæ cathedralis)*, et archidiaconus, et etiam quilibet, qui volebat, daret sibi in scriptis eos, quos crederet esse idoneos ad electionem; et quod volebat quod de illis ecclesiis, quarum clerici dicebant quod debebant ex eis fieri electores, daremus ei in scriptis, quos credebamus ex illis esse utiliores; *quæ hactenus dicta ad diem* 28 *julii referenda sunt.* Unde ego *sequentibus diebus* dedi ei in scriptis illos, quos credebam esse idoneos; de quibus ipse fecit electores; et ex ipsis dimisit *seu non admisit. Neque dubium est quin ar-*

(1) Ap. Campi. tom II, pag. 376 et 577. — (2) Ibid. pag. 382. — (3) Regest. lib. XV, epist. 112. — (4) Testimonia anni 1215, ap. Campi, tom. II. pag. 386. — (5) Ibid. pag. 382. — (6) Ibid. pag. cit. — (7) Ibid. pag. 104.

chidiaconus

chidiaconus et alii similiter aliquot electorum nomina suggesserint.

Qui duodecim designat electores aliorumque vota explorat,

30 *Ex his designavit legatus pontificius electores duodecim; quorum hæc sunt nomina* (1) :

de majori ecclesia	*Mag. Albertus de Pado, Petrus Caponus, Mag. Ferrus;*
de s. Antonini capitulo	*Mag. Joannes de Otto, Presb. Amizo, Mag. Bertolus, archipr. capellanorum, pro capellanis;*
de s. Savini monasterio	*D. Jacobus, dein prior, Alius;*
de s. Joannis de Mediano	*D. Nicolaus, canonicus; D. Henricus, monachus;*
de clero urbano	*Presb. Albertus de Carmiano;*
de clero a foris	*Presb. Otto de Brona.*

Quæ deinde die 2 augusti facta sunt, ita narrat magister Joannes de Otto (2) : Electioni D. Fulconis [inter]fui, videlicet quia eram in claustro S. Antonini; et dictum fuit (nescio per quem) quod ego et presbyter Amizo et magister Bertolus, tunc archipresbyter capellanorum, pro capellanis facti eramus electores D. episcopi. Et ita vocatus..., de voluntate capituli S. Antonini, a quo missi fuimus, ivimus coram D. Gerardo, Novariensi electo, in palatio episcopi, in quo erat: qui D. Gerardus pro nobis miserat (ut credo)... *Sed et adfuerunt præter electores* alii de clero intus et de foris. Factis *itaque et congregatis* electoribus, fuimus in camera palatii episcopi cum prædicto D. Gerardo electo; et ipse pro nobis ad nostram postulationem faciebat vocare canonicos alios majoris ecclesiæ, et S. Antonini, et de alio clero, quos dicebamus; *ita ut novorum quædam electorum accessio facta fuerit.* Et explorabat (quia major *seu præses* erat ex nobis) voluntatem cujuslibet dicendo : « Quis vobis videtur bonus et idoneus in episcopum? » Et ipsi respondebant quod volebant, et eorum voluntates scribebantur. Inquisitis voluntatibus eorum quos voluimus *(scilicet novorum electorum)*, fuimus *(duodecim primi electores)* soli in ipsa camera. Et [legatus D. papæ fecit jurare duodecim electores de episcopo eligendo (3)]; et ipse cœpit inquirere et inquisivit voluntates omnium nostrum separatim...

atque ipse demum solus S. Fulcum *designat episcopum; qui levatur more regum Francorum.*

31. Hoc facto, cœpimus inquirere in quem major pars consenserat; sed non perfecimus : quia ipse D. Gerardus electus nobis dixit ut vota nostra et vicem nostram committeremus in eum, et eum facere dimitteremus *seu sineremus*. Tandem omnes commiserunt vicem suam in eum, me et magistro Amizone exceptis; qui cœpimus facere placitum et dicere quod non committeremus : unde appellavimus. Tandem remisimus appellationem et commisimus vicem nostram in eum; et ipse pronunciavit D. Fulconem in episcopum. *Hinc in altero Chronico Placentino* (4) *legitur :* Eodem anno (1210), die lunæ, secundo augusti, fuit electus in episcopum D. Fulco, canonicus et archipresbyter majoris Placentinæ ecclesiæ; *et in altero, nuperius edito* (5) : Eodem anno, die lunæ, secundo mensis augusti, levatus fuit archipresbyter Fulco majoris ecclesiæ episcopus Placentiæ. *Quæ levatio singularis ritus est, quem memini alibi* (6) *explicare; et qui non solum in Gallia, ut æstimavit Martenius* (7), *sed apud omnes Germanicæ stirpis populos, (exceptis Anglis, ritus Romanos secutis,) adeoque inter Longobardos viguit. Quo scilicet more veteres Franci et reliqui Germani reges suos creabant, eodem electos episcopos elevabant a terra et sublatos humeris circumferebant, universo populo ostendentes; atque hæc est* S. Fulci *elevatio, a chronographo indicata.*

AUCTORE V. D. B.

Duæ legationes ad Innocentium III fiunt, quibus obtineatur electionis confirmatio;

32. *Continuo post decretum confectum est et Romam missum, ut confirmatio obtineretur; quemadmodum constat ex testimoniis Joannis Regutii, Joannis Aroldelli et tertii canonici S. Joannis, qui anno* 1215 *iisdem fere verbis deposuerunt* (8) : Et ego et alii canonici S. Joannis, qui erant Placentiæ, subscripsimus in decreto, misso Romam per Ugonem Vicedominum, *(postmodum episcopum,)* et Albertum de Ceno pro D. Fulconis electi Placentini confirmatione petenda. *Sed non annuit Innocentius papa; quod prius expendendum videretur an legitime electio facta esset. Obstabant scilicet nomine capituli S. Antonini et cleri Placentini Joannes Belmonte et magister F., ambo S. Antonini canonici (9). Quum itaque jam quadriennium moræ necterentur, difficultates vincendæ visæ sunt nova instituta legatione, insueto adornata modo : de qua sequens exstat instrumentum* (10) : Anno dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo decimo tertio, indictione secunda, die octava kalendas februarii, Placentiæ in claustro S. Antonini, coram Joanne presbytero, clerico ecclesiæ Gragnani, Oberto de Sariano, Rizardo, serviente archidiaconi, testibus rogatis. Archipresbyter Gerardus Castezii ex parte domini electi (S.. Fulci) et capituli Placentini porrexit et dedit D. Guidoni, præposito ecclesiæ S. Antonini, in præsentia et consensu magistri Amizonis, magistri Bertoli, magistri Joannis Otoe*, archidiaconi Jacobi Capoaciæ, Ugonis de Gragnano, Ansaldi de Cario, Ugonis de Arcellis, Tomaxii, canonicorum dictæ ecclesiæ, tales literas, sigillatas sigillo capituli; in quo sigillo erat imago aquilæ et circa sigillum erant literæ : SIGILLUM PLACENTINI CAPITULI. Tenor quarum talis est : « Capitulum Placentinum dilectis in « Christo fratribus, Joanni de Belmonte et ma« gistro F., Sancti Antonini canonicis, salutem « et synceram in Domino charitatem. Probitati « vestræ literis præsentibus intimamus quod la« tores præsentium D. præpositum nostrum, « et P. Caciam, fratrem nostrum, atque præ« positum S. Euphemiæ, ad sedem apostolicam « destinamus pro confirmatione electi nostri a « summo pontifice postulanda. Adhæc discre« tionem vestram volumus non latere quod de « consensu et voluntate capituli S. Antonini, « vice et nomine ecclesiæ S. Antonini, ad eam« dem confirmationem postulandam vos eligi« mus; ita ut, si ambo potestis interesse, ambo

* Otto

(1) Testimonia anni 1215, ap. Campi, tom. II, pag. 331 et 382. — (2) Ibid. pag. 381. — (3) Testimonium S. Fulconis, ap. Campi, tom. II, pag. 383. — (4) Ap. Campi, tom. II, pag. 104. — (5) Huillard-Bréholles, Chronic. Placentinum, pag. 35. — (6) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 377. — (7) De antiquis ecclesiæ ritibus, lib. I, cap. VIII, art. X, num. 19. — (8) Ap. Campi, tom II, pag. 386 et 387. — (9) Ibid. pag. 109. — (10) Ibid. pag. 383.

interesse

AUCTORE V. D. B.

» interesse velitis : si vero ambo non potestis » interesse, qui nuncupatus fuerit, debeat in- » teresse. Quocirca discretionem vestram roga- » mus in Domino et obsecramus, quatenus eos » vice et nomine ecclesiæ vestræ S. Antonini » associare velitis in prædicta confirmatione » petenda; consilium vestrum et auxilium eis- » dem (sicut plene de vobis confidimus) impen- » dentes. » Quas literas ego infrascriptus Joannes Savinus notarius vidi et legi, in quibus continebatur ut supra; et eas de consensu et voluntate dicti D. præpositi et capituli S. Antonini autenticavi et in publicam formam redegi. Ego Savinus, notarius sacri palatii, huic interfui; et ipsas literas præcepto prædictorum autenticavi et scripsi duas in uno tenore.

sed numquam consensit Romanus pontifex.

33 *Pauca animadvertenda videntur : imprimis, licet tum passim in Italia adeoque in Longobardia* (1) *anni initium duceretur a die* 25 *decembris, Placentiæ tamen tribus mensibus posterius fuisse idem exordium, die* 25 *martii constitutum, uti apparet ex Chronico Placentino* (2), *desinente in anno* 1235; *ubi annus ubique a festo Annuntiationis seu Incarnationis incohatur; adeoque anno* 1214, *qui indictione secunda indicetur, confectum esse hoc instrumentum; quod deinde duo canonici capituli S. Antonini, de consensu hujus capituli, eligantur a canonicis cathedralibus ut cum tribus aliis Romam pergant, videri inventum ut utriusque partis integra essent jura: quum canonici cathedrales contenderent sibi solis competere episcopi electionem, et S. Antonini canonici se opponerent electioni, in qua partem haberent nullam; tertio demum tum omnes consensisse in petitionem de confirmanda electione* S. Fulci : *etenim anno* 1210 *assensum jam dederant S. Joannis canonici, nunc autem etiam canonici S. Antonini. Verumtamen, licet electio, per duplicem compromissionem facta, legitima esset, non tamen omnia placebant; maxime quod legatus, post collecta suffragia, sed non lecta, in se eligendi facultatem derivasset; quamquam omnes volentes nolentes jure suo cessissent. Præterea verisimile est nuntios plurium collegiorum, quibus de eligendi jure diversæ essent sententiæ, Romæ nequaquam inter se convenisse; aut certe voluisse ut simul statueretur quæ deinceps singulorum futuræ essent partes in electionibus episcoporum Placentinorum. Quid, quod memoria superest electi antiepiscopi? In Chronico scilicet episcoporum Placentinorum, cujus priorem partem anno* 1388 *scriptam esse superius diximus, hæc leguntur* (3) : Quidam frater Jacobus ordinis Prædicatorum eligitur ad episcopatum Placentinum. Hic moram non traxit in episcopatu; fuit enim electus anno Domini 1215 vel circa; nullos habuit reditus; quia multos habuit adversantes sibi : fuit enim in maximo conflictu. *Cujus tamen alibi mentionem non reperimus; atque insuper tum nondum approbatum erat novum S. Dominici institutum. Utut est, controversia inter Placentina capitula plurimum referbuit anno* 1218, *quo demum dirimenda commissa est tribus judicibus delegatis* (4); *qui sequentibus annis in usus et consuetudines Placentinas et vicinarum civitatum diligenter inquisiverunt. Sed tum a biennio Papiam jam translatus fuerat* S. Fulcus, *numquam a Romano pontifice in episcopatu Placentino confirmatus; ut manifestum est ex memoria, inscripta antiquo calendario templi cathedralis* (5) : Quinto idus septembris 1216, indictione IV, D. Fulco, archipresbyter Placentinus, et super eamdem civitatem episcopus electus, cum ANTE CONFIRMATIONEM esset a Papiensibus in episcopum electus et a papa Honorio illis confirmatus, donavit huic Placentinæ ecclesiæ *etc.*

§ VII. Administratio spiritualis et temporalis diœcesis Placentinæ S. Fulci. Hospitalis S. Lazari ordinatio.

S. Fulcus, *etsi non confirmatus, administravit diœcesim Placentinam secundum jus antiquum,*

Verum, licet S. Fulcus *confirmatus numquam fuerit in sede Placentina, sexennium tamen diœcesim administravit. Hoc ab eo factum esse statuit Campius* (6), *quod Innocentius III eatenus confirmasset ejus electionem, ut diœcesim administrare posset; et reipsa sæpius deinde pontifices Romani diœcesium administratores, procuratores seu vicarios instituerunt episcopos electos, dum electio eorum examinaretur. Verum leges, quibus hæc nituntur,* S. Fulci *electione posteriores sunt, quum Innocentius papa III primum anno* 1215 *in concilio Lateranensi statuerit* (7) *ut inter episcopos electos,* qui ad Romanum pertinent immediate pontificem, *ii solum qui* valde remoti, videlicet ultra Italiam constituti *sint,* si electi fuerint in concordia, dispensative propter necessitates ecclesiarum et utilitates in spiritualibus et temporalibus administrent; sic tamen ut de rebus ecclesiasticis nil penitus alienent; *reliquis, intra Italiam positis, omni administratione penitus interdictis. Et caput* Avaritiæ (8), *quo vetantur procuratorum aut œconomorum aliove titulo in temporalibus vel spiritualibus se immiscere, conditum est in concilio generali Lugdunensi anni* 1273; *demum caput* Injunctæ (9) *quo firmius et latius hoc decretum factum est, a Bonifacio VIII inductum est anno* 1300. *Pro pristina itaque libertate potuit* S. Fulcus, *quippe qui* levatus *fuerat seu cathedram Placentinam corporaliter occupaverat, diœcesim tum in temporalibus, tum in spiritualibus administrare. Alia autem profecto ejus fuisset conditio, si sesquianno post ejus contigisset electio.*

ut liquet ex actibus pro construendo templo Burginovi, pro parthenone Cisterciensi et monasterio S. Franchæ

35 *Inter reliquias vero, quæ de sua administratione supersunt, venit primo loco instrumentum, quod, eo præsente et consentiente, die* 6 *decembris anni* 1211 *confecit Joannes Tabernarius, notarius publicus, et quo abbas monasterii S. Sixti, servatis sex modiis frumenti annuis, dedit in perpetuam*

(1) Art. de vérifier les dates, tom. I, diss. sur les dates, pag. X; Nouveau traité de diplomatique, tom. V, pag. 584; Fumagalli, Istitutioni diplomatiche, tom. II, pag. 59 et 60. — (2) Huillard-Bréholles, Chronicum Placentinum ad an. 1139, 1185, 1188, 1193, 1194 etc. — (3) Ap. Muratori, Scriptt. rer. Ital. tom. XVI, col. 651. — (4) Campi, tom. II, pag. 116. — (5) Ibid. pag. 112. — (6) Ibid. pag. 114. — (7) De electione, cap. *Nihil* (lib. I, tit. VI, cap. 44.) — (8) Ibid. cap. *Avaritiæ* (in sexto, lib. I, tit. VI, cap. 3.) — (9) Ibid. cap. *Injunctæ* (Extrav. comm. lib. I, tit. III, cap. 1.)

emphyteusim

emphyteusim Ugoni, archipresbytero de Olubra, bona destructæ ecclesiæ de Cassanerio seu Casarnello, ut inde titulo B. Mariæ templum excitaret in Borgonovo et presbyter aleretur. Alterum exemplum est 26 *junii anni* 1214. *Extruebatur Valeriæ, apud S. Gabrielis, parthenon Cisterciensis; in cujus gratiam præpositus majoris ecclesiæ, Roma reduæ, in perpetuum investivit Siccam, illius monasterii fundatricem, decimis quibusdam, annuo censu unius modii frumenti constituto : quæ res iterum gesta est,* consentiente D. Fulcone, electo Placentino et archipresbytero majoris ecclesiæ (1). *Eodem tempore Carentia, ex domo Placentina Vicecomitum, Garizia de Tuna aliæque matronæ consilio S. Franchæ, abbatissæ S. Syri, moliebantur alium parthenonem in Monte-lona.* Ad quem accedens Carentia cum sociabus decem, cum consilio et auxilio domini de Bajomontis Vicecomitis abbatis, atque monachorum de Columba, quorum consiliis ac regimini se supposuerant, anno Domini millesimo ducentesimo quarto decimo pro sua matre spirituali unanimiter elegerunt dominam Francam supradictam; quam et abbatissam (prout jam erat) vocantes et earum rectricem constituentes, consensu etiam (S. Fulci,) episcopi Placentini *(electi)*, translata fuit de monasterio S. Syri, in quo per triginta annos jam vixerat et plus, ad prædictum locum de Montelona, anno eodem, de mense octobris (2); *unde triennio post parthenon translatus est Valeriam, de qua supra, et anno* 1218 *Plectolos, ubi tandem constitit* (3); *sed hæc postrema acta sunt, quum* S. Fulcus *Placentinæ ecclesiæ non amplius præsideret.*

et ex duobus actibus investituræ.

36 *Duo instrumenta, de rebus temporalibus anno* 1215 *confecta, retulit Campius; ex quibus particulas dumtaxat recitabo* (4) : Anno dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo quinto decimo, indictione tertia, die veneris, undecimo mensis aprilis, in palatio Placentino, in præsentia presbyteri Gerardi, canonici S. Euphemiæ, etc. D. Fulco, electus Placentinus, investivit Gerardum, et Rabaldum, et Raynerium, filios quondam Azonis de Strarivo, in eis eorumque hæredibus tantum, nominatim de duodecima parte totius districtus villæ Strarivi, de tenuta Joannis de Gragnano, quæ erat duodecima... De quo districtu dictus dominus investiverat Lanfrancum de Piscina; qui Lanfrancus ibidem præsens illum refutaverat... Pro investitura fuit confessus dominus se ab eis recepisse novem soldos Placentinos, renuntiando exceptioni non receptæ investituræ. Unde emphiteotæ pro ficto *seu annuo censu solvendo*, et hoc toto attendendo obligaverunt domino omnia eorum bona. *Alterum confectum est eodem anno,* die dominico *(quod mireris)*, nono calendas junii in palatio Placentino. *Eo autem* (5) *in præsentia trium testium et notarii publici* D. Fulco, electus Placentinus, nomine episcopatus investivit Rolandum Pedixinum de Prato, in eoque ejusque hæredibus tantum, nominatim de medietate totius sortis terræ Pedixinorum, quam ipse Rolandus solitus erat tenere per episcopatum et palatium Placentinum in territorio Gropalli ad locum, ubi dicitur Pratum; quod totum dominus habuerat per divisionem factam cum Arduino Bagaroto de districtu, quem dominus in ea habuerat. *Luce itaque clarius est* S. Fulcum *res episcopatus Placentini tum spirituales tum temporales administrasse; quidquid alii olim tradiderint.*

AUCTORE V. D. B.

Concionatur S. Fulcus in synodo Novariensi; canonicos suos Placentinos ad vitam communem traduci curat.

37 *Actus aliquot alios, a jurisdictione episcopali alienos, subjicimus. Quum scilicet, Gerardus de Sessia, episcopus electus Novariensis et nomine pontificis electionis Placentinæ præses, eo tempore synodum in sua diœcesi celebrandam duxisset, in auxilium vocavit* S. Fulcum; *qui et orationem coram congregato clero haberet. Quæ oratio* XVII *est in codice scriptorum* S. Fulci, *Placentiæ servato; ubi titulus ei est :* Apud Novariam in concilio D. Albanensis (6); *nam hoc ipso anno* 1210 *episcopus cardinalis Albanensis creatus est Gerardus de Sessia, jure tamen ad diœcesim Novariensem non abdicato* (7). *Paulo post ille idem Gerardus de Sessia Placentiam se contulit et* juxta mandata apostolica Adriani, Lucii et aliorum Romanorum pontificum et juxta laudabilem morem suum antiquum *ad vitam communem revocavit canonicos cathedrales. Quam confirmationem Guala Muricula, S. P. notarius, authenticavit in palatio Novariensis episcopatus anno* 1211, *indictione* XIV, *die* 6 *octobris. Sollicitudinem suam desiderari passus non est* S. Fulcus; *certe aliquot annis post communi mensa adhuc utebantur canonici* (8).

Sæpe concionatur.

38 *Nil autem magis sibi commendatum habuit quam ut commissum sibi gregem pabulo divini verbi nutriret; quod tanto ei fuit facilius quo majori polleret facundia. Atque ex illis concionibus maxime excrevit liber ille concionum, quem sæpe memoravimus et quem in fine accuratius describemus.*

Ut delegatus pontificius componit res hospitii S. Lazari;

39 *Erant autem jam pridem controversiæ inter magistrum, conversos, sorores hospitii S. Lazari et infirmos seu leprosos, quum de gubernatione domus, tum de receptione curaque infirmorum et divisione redituum et eleemosynarum. Postquam autem aliquandiu jam litigaverant, ad Romanum pontificem recurrerant infirmi. Negotium dirimendum commisit Innocentius III* S. Fulco *et abbatibus de Columba et S. Savini; qui, visitato hospitio, singula non minori diligentia quam cura die* 2 *maji anni* 1214 *ita definierunt ut egregiam domus religiosæ et hospitalis Regulam condiderint. Partim eam recitavit Campius* (9); *initium dumtaxat dabimus :* Domini Fulco, Placentinus archipresbyter et dictus electus, et Bajamons, abbas monasterii Columbæ, et Rolandus, abbas monasterii S. Savini, quibus causæ, quæ vertebantur inter infirmos et sanos domus S. Lazari, per dominum papam commissæ erant, [sicut in literis ejusdem D. papæ continetur], et in quos fratres, tam sani, quam infirmi, qui in domo et hospitali S. Lazari commorantur, unanimiter se commiserunt, renunciando primo ipsi infirmi omnibus commissionibus, quas a parte D. papæ habuerant super prædictis causis, *etc.* Ita ordinandum dixerunt et firmiter observandum. *Omnia dein declarant quæ ad religiosa vota, officia divina,*

(1) Ap. Campi, tom. II, pag. 384 et 385. — (2) Acta SS. tom. III Aprilis, pag. 387. — (3) Ibid. pag. cit. — (4) Campi, tom. II, pag. 385. — (5) Ibid. pag. cit. — (6) Ibid. pag. 106. — (7) Ughelli, Italia sacra, tom. IV, col. 709. — (8) Campi, tom. II, pag. 382 et 383; cfr pag. 106 et 107, col. 2. — (9) pag. 383 et 384.

AUCTORE V. D. B.

vina, vestes, jejunia, separationem utriusque sexus aliaque id genus spectant; dein res infirmorum. Ex quibus posterioribus placet locum referre, ex quo pateat S. Fulci *benignitas. (Nam vix dubitandum est quin in his potiores partes habuerit.)* Quia vero, *inquit*, infirmis, maxime qui incurabili morbo gravantur, lex sive onus abstinentiæ et jejuniorum, seu etiam vigiliarum, non est imponendum; (utpote illis quibus, si patienter ferant, sua pœna cum sola cordis contritione sufficit ad præteritæ vitæ mala delenda); non injungimus eis jugum regulæ gravioris, nisi ut a malis, tam in verbo, quam in facto declinent; et promittant simpliciter bonas consuetudines domus et statuta, quæ super eos facta suut, firmiter observare.

§ VIII. Lis S. Fulci cum canonicis S. Joannis. Novum interdictum Placentinum.

Litem habet S. Fulcus *cum canonicis S. Joannis, contendentibus se esse de corpore capituli cathedralis :*

Ipse S. Fulcus *a litigiis immunis non fuit, potissime cum canonicis S. Joannis, utrum scilicet de corpore capituli cathedralis essent, necne.* Modus fuit, *(Aimerici archidiaconi Placentini, anno* 1215 *in testimonium simul cum aliis vocati* (1), *verba sunt,) sed* modus fuit, quod propter possessiones ecclesiæ S. Joannis, donatas per episcopum Arditionem ecclesiæ majori, sex canonici de S. Joanne residentiam facere debebant in ecclesia majori et ibi servire; et majus altare debebat fieri in honorem B. Mariæ et S. Joannis; et suffragium debebat fieri in majori ecclesia pro S. Joanne sicut pro S. Maria; et illa ecclesia S. Joannis debebat uniri majori ecclesiæ, et non major ecclesia illi. Causa fuit illius donationis et unionis (sicut audivi), quia illa ecclesia S. Joannis propter ampliationem plateæ communis et propter mercatum removendum de ecclesia majori debebat destrui (sicut dicebatur); et quia turpia et inhonesta fiebant in illa ecclesia S. Joannis, quia multa diverticula erant in ea. Volebat *autem Arditio, verba sunt canonici S. Joannis* (2), ut nos canonici dictæ ecclesiæ S. Joannis essemus fratres et canonici majoris ecclesiæ; et post multa nobiscum tractata tandem, præsente eodem episcopo et multis ex dictis canonicis ejusdem majoris ecclesiæ fuimus in capitulo dictæ majoris ecclesiæ recepti ad osculum pacis in canonicos et fratres dictæ majoris ecclesiæ anno 1194, die 9 octobris... Archidiaconus *Obertus* et præpositus *Obertus* miserunt me et pro confirmatione hujusmodi unionis petenda a D. Cælestino papa; et præpositus Obertus me præsente literas sigillavit manu propria sigillo capituli; quas portavi Romam pro ea confirmatione petenda; et ipsam confirmationem ab eodem Cælestino papa impetravi cum consilio et adjutorio Guidonis, qui tunc erat vicedominus. *Atque ad hæc adjiciebant S. Joannis canonici se multis actis capitularibus interfuisse et plurima egisse, quæ nonnisi a canonicis cathedralibus fieri possent.*

41 *Sed opponebant* S. Fulcus *et canonici cathedrales eam unionem numquam perfectam esse.* Verum, *inquit archidiaconus Aimericus,* nec ipsi canonici S. Joannis venerunt facere residentiam in majori ecclesia; nec majus altare factum est, nec suffragium, sicut dictum est; nec causa est subsecuta, quia ecclesia, *quæ ab anno* 1169 *diruenda visa erat,* nec est destructa; nec platea, *in qua mercatus fiebat et quæ ea de causa angustior erat,* ampliata *est, quoniam anno* 1206 *extra civitatem post templum S. Sixti mercatus ille translatus fuerat;* sed ecclesia præparata est et illuminata, ita quod inhonesta et turpia non possunt ibi fieri magis quam in aliis ecclesiis; et mercatum remotum est de ecclesia propter statutum civitatis. *Alius canonicus, nomine magister Ugutionus Rondana, addidit* talem donationem cum præfata pactione et canonicorum exclusione fuisse injustam, cum non liceat episcopo, nec abbati terram ecclesiæ vertere ad aliam; *alius, nomine Airoldus Rondana, templum S. Joannis magnum satis esse, et Gerardus Adrianus locum esse pium, plurimum frequentatum et sacris reliquiis, pictis tabulis aliisque decoribus conspicuum; ita ut magnum detrimentum futurum esset, si diutius deserta maneret hæc ædes sacra. Quæ omnia collecta sunt instrumento, cujus hoc est initium :* Anno dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo quinto decimo, indictione quarta, die sabbathi, decimo mensis octobris in camera palatii episcopatus Placentiæ, D. Bajamons, abbas Clarevallensis, cui et archidiacono Parmensi et abbati de Castilliono a summo pontifice causa delegata fuit, quæ vertitur inter D. Fulconem, procuratorem palatii et episcopatus Placentini, ex una parte et canonicos S. Joannis de Domo ex altera; jussit Joannem tabernarium notarium autenticare et in publicam formam redigere omnes testes et acta, productos et facta in dicta causa. *Causam suam vicit* S. Fulcus *simul cum canonicis cathedralibus; quibus luculente favebat æquitas. Auctoritate itaque pontificia unio duorum capitulorum soluta est; et sex S. Joannis canonici cum suo præposito jussi in restaurato suo templo rem divinam procurare* (3).

quam rem negant S. Fulcus *et canonici cathedrales et vincunt.*

42 *Volunt nonnulli scriptores Papienses* S. Fulcum *continuo post Romam profectum esse, qui interesset concilio Lateranensi generali, medio mense novembri sequenti incohato; sed nulla hujus rei exstat certa memoria, et forte obstat quod nonnisi episcopus electus esset. Eo tamen Placentini legatos suos miserunt, ut constat ex coævo Chronico, quod sæpius jam adduximus. Placet ejus verba adducere, ut inde pateat quam difficilibus temporibus* S. Fulcus *episcopatum Placentinum occupaverit.* Ibidemque, *ait chronographus* (4), *ad concilium scilicet Lateranense,* Mediolanenses et Placentini et totius eorum partis legati, et Cremonenses et Papienses et totius eorum partis ambaxatores de mandato Domini papæ perrexere, sperantes et credentes discordiam, quæ est inter dominum Ottonem, imperatorem, et Fredericum, Siciliæ regem, accordari debere pariter et pacisci. Die vero martis, IV kalendas januarii, *seu* 29 *decembris,* episcopus Parmensis

S. Fulcus *non videtur interfuisse concilio Lateranensi. Interdictum Placentiæ,*

(1) Campi, tom II, pag. 387. — (2) Ibid. pag. 386. — (3) Ibid. pag. 111. — (4) Huillard-Bréholles, Chronicum Placentinum, pag. 49 et seqq.

mensis (*Regiensis etiam missus fuerat ; sed in itinere substiterat impeditus;*) cum nostræ civitatis legatis, civitatem Placentiæ a Roma veniens, voluntate et præcepto summi pontificis, Placentiæ civitatem de interdicto extraxit, *postquam scilicet sex diebus ante jurassent cives se mandata pontificis facturos, nec quidquam acturos quo sacris interdici meruerant* (1). *Causa hujus interdicti hæc erat. Innocentius III papa prætulerat Ottonem IV contra Philippum Suevicum, Henrici imperatoris defuncti fratrem, in adeptione imperii, adeoque augustali eum Romæ corona donaverat, accepto sacramento se jura omnia et patrimonium ecclesiæ Romanæ protecturum. Perperam respondit promissis Otto ; terras, a Mathilde relictas, invasit ; et neque blanditiis, neque precibus, neque minis a pontifice victus, regnum Siculum armis irrumpere paravit.*

dum S. Fulcus *episcopus esset.*

43 *Nil supererat ineunte anno* 1211 *quam ut infidus princeps ejusque auxiliatores communione ecclesiastica interdicerentur : quam sententiam cardinalis Albanensis per universam Italiam superiorem promulgavit, et archiepiscopus Moguntinus per Germaniam. Quo via strata est ut brevi post in conventu Nurembergensi a plerisque imperii electoribus exauctoraretur imperator et Fridericus Barbarossa, Siciliæ rex, ejus eligeretur loco. Consensit Innocentius III et juvenis princeps anno sequenti imperator processit. Gerardus de Sessia tum jussit nomine pontificis ut omnes Longobardiæ civitates novum imperatorem agnoscerent. Paruerunt pleræque, non tamen omnes, minime Mediolanum et Placentia ; quæ sequentibus annis continuum fere gesserunt bellum adversus Papienses et Cremonenses. Qui mense augusto anni* 1212 *cum Brescianis, Veronensibus, Ferrariensibus et Azone VI, Estensi marchione et comite S. Bonifacii, concordiam et societatem fecerant* (2) : *quod bellum nuspiam fusius explicatur quam in Chronico Placentino, quod octo abhinc annis primus in lucem dedit Huillard-Breholles. Anno* 1211, *initio controversiæ, quoniam canonici Capuani officium divinum celebrarant, præsente Ottone, civitatem sacris interdixerat pontifex : Mediolanenses et Placentinos, quod se ab eadem causa avelli non paterentur, eadem pœna affecit anno sequenti* (3); *a qua, quoniam universalis pax in concilio Lateranensi stabilita erat, ad finem anni* 1215 *absoluti sunt. Sed anno* 1216, indictione IV, cardinales mense madii ad civitatem Placentiæ venerunt, dicentes ei ex parte summi pontificis ut treguam Papiensibus tenerent, nec eos offendere deberent : quod si facerent, eos interdicerent. Deinde iverunt Mediolanum eis similia verba dicentes. Mediolanenses autem et Placentini, nolentes a proposito desistere eorum, in terra Papiensium hostiliter intraverunt; et ideo civitatem Placentiæ et Mediolani sub interdicto posuerunt (4).

(1) Rog. Oberti de Olzola notar. 1215, x kal. januarii, ap. Campi, tom. II, pag. 111. — (2) Muratori, Antichità Estensi, tom. I, pag. 400. — (3) Campi, tom. II, pag. 107 ; cfr Cavitellii Annales Cremonenses ad an. 1212, ap. Grævium, Thesaurus antiquitatum Italiæ, tom III, part. I, col. 1329. — (4) Huillard-Bréholles, Chronicum Placentinum, pag. 50. — (5) Campi, tom. II, pag. 113; Ughelli, Italia sacra, tom. I, col. 1097 et 1098; Marroni, de Ecclesia et episcopis Papiensibus commentarius, pag. 47. — (6) Novaës, Elementi di storia pontificia, tom. III, pag. 150. — (7) Campi, tom. II, pag. 113. — (8) Ap. Romualdum a S. Maria, Papia Sacra, tom. I, pag. 46. — (9) Ap. Campi, tom. II, pag. 588. — (10) Huillard-Bréholles, Chronicum Placentinum, pag. 56.

AUCTORE V. D. B.

§ IX. S. Fulci electio ad cathedram Papiensem; donum factum ecclesiæ Placentinæ; pax firmata inter Placentinos et Papienses; nundinæ Papienses; privilegia confirmata. Disciplina restituta in monasterio de Cæloaureo.

Episcopus Papiensis eligitur S. Fulcus; *donum factum templo cathedrali Placentinæ.*

Dubium *nequaquam est quin* S. Fulcus *pontificia jussa omnino perfecerit; quæ opinio non sola ejus vitæ sanctimonia nititur, sed maxime quia hoc ipso tempore a Papiensibus, Placentinorum adversariis et Innocentio III obedientissimis, episcopus electus est atque deinceps a Frederici imperatoris partibus stetit. Facta est autem* S. Fulci *ad sedem Papiensem electio ante quintam idus septembris anni* 1216, *ut liquet ex indiculo, cujus initium supra num.* 3 *dedimus et quo illa ipsa die ante suum discessum Placentinæ ecclesiæ donavit super altare S. Justinæ calicem argenteum deauratum, librum Pœnitentialem, aliumque magistri et cardinalis Petri Capuani, in distinctiones divisum (verisimiliter ejus commentarios in jus pontificium), et tapetem ad pedes altaris venerabundus posuit. Vacabat autem Papiensis sedes ab extremo anno* 1215, *quum Rodobaldus Sangregorius, Lateranensi concilio præsens, diem obierat; nam quod cardinalis Gregorius Crescentius a Caballomarmoreo episcopus designatus fuisse dicitur et paulo post mortuus* (5), *parum probabile est, siquidem Gregorius usque ad annum* 1230 *vixit* (6); *nisi forte breve tempus novam dignitatem retinuerit. Electus fuisse traditur* S. Fulcus *nomine cleri Papiensis a tribus canonicis cathedralibus, a tribus præpositis, S. Michaelis scilicet, S. Joannis de Dominabus et S. Mariæ in Pertica (cujus postremi locum canonicus occupabat), et a tribus capellanis ecclesiarum parœcialium civitatis* (7); *quæ ita accurata sunt, ut non possint nisi ex bonis documentis deprompta esse. Veruntamen, ut antiquæ consuetudines Ticinenses loquuntur* (8), sciri etiam dignum est, quod, si oporteret episcopum eligi, præpositus cathedralis ecclesiæ habebat majorem vim et potestatem in electione, quam aliquis alius. *Probavit electionem Honorius III, a mense julio anni* 1216 *Romanus pontifex; cui sedes Papiensis seu Ticinensis non secus ac Placentina immediate obnoxia erat; et* XV *kal. januarii literas dedit ad capitulum Placentinum ut, quam primum ab archiepiscopo Januensi requisiti fuissent, novum sibi præsulem loco* S. Fulci *eligerent* (9); *quod nonnisi die* 7 *junii anni* 1217 *factum est* (10).

AUCTORE V. D. B.

Pacem firmat inter Papienses et Placentinos;

45 *Septem diebus ante, seu anno* MCCXVI[I], indictione V, facta est pax et concordia et sacramentis firmata inter Mediolanenses et Placentinos et suam partem, et Papienses et suam partem præter Cremonenses; et hoc fuit actum in palatio ejusdem civitatis in die mercurii pridie kalendas junii (1). *Qua in re partes præcipuas habuit* S. Fulcus, *quo nullus inter Placentinos et Papienses aptior sequester erat et arbiter. Hic itaque pro Papiensium parte, et Lanfrancus, civis Brescianus et potestas Placentiæ, pro Placentinorum parte convenerunt in agri Mediolanensis vico nomine Campomorto, et die* 10 *maji anni* 1217 *coram notario Bernardo de Laurentio pacti sunt de conditionibus; quibus jus omne in loca de Mondonico, Sancti Martini, Ulmi et Plebeculæ* * *Placentinis cessit. Quæ tamen pax nequaquam firma fuit; quoniam Papienses ferre non poterant pristinos socios suos Cremonenses a Mediolanensibus et Placentinis vinci et opprimi. Quum itaque bellum recruduisset et Placentini Papiensium terras invasissent, denuo excommunicati et sacris interdicti sunt; sed die* 6 *novembris anni* 1217 *his censuris liberati fuerunt a* S. Fulco *et Jacobo, episcopo electo Laudensi, delegatis pontificiis: quæ res multa solemnitate peracta est. Campanæ sonitu convocati Lanfrancus potestas, consules justitiæ, consiliarii consilii et nuntii populi Placentini ad consilium generale; ubi coram vicedomino, episcopo electo Placentino, multisque præcipuis ex clero Placentino viris, jurarunt se observaturos et facturos mandata Romani pontificis de negotio Papiensi, propter quod pœnis ecclesiasticis mulctati essent: quos deinde omnes simul cum populo Placentino excommunicationis et interdicti vinculis exemerunt* S. Fulcus *et electus Laudensis* (2). *Mors Ottonis, qui die* 19 *maji anni* 1218 *e vivis recessit, levamen illis discordiis longe maximum attulit. Jussit scilicet Honorius papa III omnes Longobardos, qui belli fuissent participes, inter se convenire et amicitiæ fœdera pacisci. Die itaque* 2 *decembris anni* 1218 *solemnissimus conventus celebratus est in templo cathedrali Laudensi; cui conventui aderat* S. Fulcus. *Præsentes nempe erant præsules Mediolanensis, Papiensis, Cremonensis, Parmensis, Placentinus, Vercellensis, Bergomas, Bobiensis et Laudensis, Potestas et consules Placentini, plurimarum civitatum nuntii; in qua corona medius exsistens Hugo de Comitibus, qui et Ugolinus et dein Gregorius papa* IV, *tum vero episcopus Ostiensis et Velletrinus sedisque apostolicæ legatus, sub pœna perjurii quadragenariam pacem indixit Mediolanensibus, Placentinis, Papiensibus, Cremonensibus, Parmensibus omniumque amicis et sociis, qui sibi omnes vicissim in templo manum porrexerunt in concordiæ signum; imperans ut sibi invicem intra et extra suas terras mutuam concederent securitatem, veniam darent omnium injuriarum, offensionum et prædationum omnisque alius damni, quod sibi ab adventu Friderici II mutuo intulissent, omnesque captivos e carceribus dimitterent: quam treguam annos quadraginta duraturam* (3). *His aliisque subsidiis paulatim prævaluerunt in universa Italia Friderici imperatoris partes; qui anno* 1220 mense septembri primo intravit et venit in Lombardiam, quando ibat Romam pro corona habenda et a summo pontifice recipienda (4).

* Pievette

nundinas obtinet a Friderico imperatore, quem adivit prope Mantuam.

46 *Transiisse Papiam non videtur; sed ad eum accessit* S. Fulcus, *et* ad commodum Ticinensium, *ut loquitur Joannes Baptista de Gasparis* (5), nundinas singulo quoque die martis Papiæ celebrandas a Friderico imperatore obtinuit S. Fulcus. *Hæc primus narravit initio sæculi XVI Corius in Historia Mediolanensi ad hunc annum; quibus addit Spelta, Ticinensis historicus, alia quoque jura et privilegia rogatu* S. Fulci *ab imperatore concessa fuisse. Certe, quum Fridericus ex Germania in Italiam movit, (ita ut die* 13 *septembris Novarræ versaretur et quintodecimo kalendas octobris in S. Leonis vico prope Mantuam* (6),*) ad eum cum aliis multis Italiæ episcopis et proceribus se contulit* S. Fulcus; *quin et interfuit sententiæ, a Friderico latæ, adversus filios comitum Alberti de Casalod et Nerisii, qui castrum de Gonzaga aliaque terræ comitissæ Mathildis loca occupabant, eadem in manus imperatoris resignare nolentes. Etenim* F. Papiensis episcopus *et* Matthæus de Corrigia potestas Papiensis *leguntur inter* principes imperii, et prælatos et nobiles Italiæ, quibus præsentibus hæc omnia acta sunt : *instrumentum ipsum* datum in castris apud S. Leonem, VIII kalend. octobr. et publicatum apud Spinlabert, pridie kalend. mensis ejusdem, anno Domini millesimo CC.XX, indictione VIIII *more græcorum* (7). *Consilio tamen multorum episcoporum, ante habito, non interfuit* S. Fulcus.

Honorius III confirmat privilegia ecclesiæ Papiensi;

47 *Grata non minus fuit* S. Fulci *industria et opera Honorio papæ III; qui, ut Papiensium fidelitatem eorumque episcopi alacre studium præmio aliquo afficeret, pristina ecclesiæ Papiensis privilegia confirmavit, solemni data bulla mense* majo, indictione V, incarnationis Domini anno 1217, pontificatus vero sui anno primo. *Quum initium aliquantum ad laudem* S. Fulci *cedat, ecce illud* (8) : Honorius episcopus, servus servorum Dei, Ven. Fr. Fulconi, episcopo Papiensi, ejusque successoribus canonice substituendis, in perpetuum. Et ipsa justitiæ ratio et apostolicæ sedis deposcit benignitas ut locis et personis, B. Petro et S. R. E. spiritualiter adhærentibus, et in ejus devotione et obedientia persistentibus, et patrocinii et evectionis nostræ manum abundantius et propensius extendere debeamus. Hujus itaque rationis debito promoti, honorem et dignitatem Papiensi ecclesiæ, tamquam propriæ et speciali apostolicæ sedis filiæ, volumus conservare. Quocirca, Vener. in Christo frater, Fulco episcope, quem sincera in Christo charitate diligimus, tuis justis postulationibus gratum impartientes assensum, ad exemplar prædecesso-

(1) Huillard-Bréholles, Chronicum Placentinum, pag. 56.— (2) Boselli, Storie Piacentine, pag. 136, ex archivio municipalii, in Reg. pic. fol. 279. — (3) Ibid. pag. 136 et 137. Affò, Storia di Parma, tom. III, pag. 99 et 100; rem accuratius narrat et edidit ipsum instrumentum, tom. cit. pag. 331 et seqq. — (4) Ap. Huillard, pag. 64. — (5) Breviarium SS. epp. Ticinensis ecclesiæ, pag. 81. — (6) Muratori, Annali d'Italia, ad an. 1220. tom. VII, pag. 162 et 163. — (7) Baluzii Miscellanea, edit. Mansi, tom. III, pag. 94 et 95; Pertz, Monumenta Germaniæ, leges, tom. II, pag. 239 et 240. — (8) De Gasparis, SS. Ticinensis ecclesiæ epp. vitæ, pag. 84; Romaldus a S. Maria, Papia sacra, tom. I, pag. 58; Ughelli, Italia sacra, tom. I, col. 1098.

rum

rum nostrorum felicis memoriæ Callixti, Innocentii, Eugenii, Anastasii et Innocentii, Romanorum pontificum; prædictam Papiensem ecclesiam, cui (Deo authore) [te] præesse dignoscimus, præsentis scripti privilegio communimus; et omnem ipsius ecclesiæ dignitatem, per eorumdem Romanorum pontificum privilegia vel authentica scripta concessam, nos quoque autoritatis nostræ favore nihilominus confirmamus. *Verumtamen nihil novi contulit Honorius III papa; quin etiam singulare Joannis papæ VIII privilegium, quo archiepiscopi Mediolanensis et Ravennas jubebantur cum suis suffraganeis interesse Ticinensibus synodis, non innovavit. Non itaque est cur occasione* S. Fulci *agitatissimam quæstionem de exemptione aliisque decoribus ecclesiæ Papiensis ad incudem revocem : cæterum de ea vide Romualdum a S. Maria* (1) *et Capsonium* (2), *qui dixerunt pro ecclesia Papiensi, Joannem Villam* (3), *qui Mediolanensis sedis jura validissime vindicavit, et demum Marronium* (4), *qui levius ea de re scripsit et quasi mediam viam tenuit. Id tantum monebo Joannem Villam* (5) *manifeste justo longius procedere, quum usque ad medium sæculum XIII Papiam Mediolano subjectam fuisse contendit : quod cum Honorii III literis nequaquam convenit; in quibus quippe Papiensis ecclesia dicitur* propria et specialis apostolicæ sedis filia.

Disciplinæ causa canonicos regulares inducit in monasterium S. Petri de Cæloaureo.

48. *Ut Placentiæ sic Papiæ maxima sapientia administravit* S. Fulcus *rem spiritualem, quantum ex superstitibus indiciis colligere fas est. Quum itaque monasterium S. Petri in Cæloaureo, sanctæ sedi immediate subjectum et S. Augustini corpore dives, adeo in spiritualibus et temporalibus esset collapsum, et magna ex parte dirutum jaceret, debito septem millium librarum Papiensium (immanis summa!) oppressum, et nuper abbas Innocentii III temporibus a monachis sacrilege occisus fuisset* (6), *cardinalis Hugo, Ostiensis episcopus, tum per Longobardiam legatus, et dein nomine Gregorius IX pontifex, eo accessit, nigrisque monachis per alia monasteria dispersis, rem temporalem commisit viris providis et bonis, statuitque (si Honorio III hoc consilium probaretur) illuc introducere canonicos regulares Mortarienses, plurima tum sanctimoniæ laude insignes. Quod ut fieret, multi continuo Longobardiæ prælati supplices ad sedem apostolicam dederunt literas; quemadmodum ipse Honorius refert in epistola, Laterani idibus junii anni* 1222 *ad Hugonem data* (7). *Auctoritatem suam libenter communicavit pontifex sanctissimo legato; qui,* variis negotiis occupatus, mandavit venerabili fratri nostro Jacobo, episcopo Taurinensi, ut, personaliter ad memoratum monasterium accedens, diligenter inquireret voluntatem episcopi *S. Fulci,* cleri et populi Papiensis; et, si videret posse fieri sine scandalo, Mortariensium domui monasterium concederet. Præfatus vero Taurinensis, juxta ipsius legati mandatum personaliter ad Papiensem civitatem accedens et super prædicto negotio diligenter inquirens episcopi, cleri et populi voluntatem, omnes in hoc invenit unanimes et concordes; et cum tandem deliberato consilio respondissent quod hujusmodi translationem plurimum acceptabant, (salvo tamen jure apostolicæ sedis, et imperii, et episcopi, et civitatis Papiensis, ac jure ac honore advocatorum monasterii memorati,) idem Taurinensis ad sæpedictum monasterium cum præfato Papiæ episcopo, et cleri et populi multitudine copiosa procedens, monasterium ipsum cum omnibus ecclesiis, possessionibus, juribus et pertinentiis suis domui Mortariensi libere et absolute ea qua fungebatur auctoritate concessit, expresso ut monasterium ipsum caput Mortariensis ordinis de cætero haberetur : *quæ desumpsimus iterum ex Honorii III literis, datis Laterani idibus novembris sequentibus, quibus hæc singulariter confirmavit* (8). *Miscet hæc nonnihil Justus Fontaninius* (9); *sed apostolicis diplomatibus sua satis stat fides.*

AUCTORE V. D. B.

§ X. Interdictum Papiense; exsilium S. Fulci; legata aliaque id genus.

Ob violatam immunitatem ecclesiasticam et S. Fulci *auctoritatem Papienses interdicto mulctantur et* S. Fulcum *cum clero expellunt.*

Interea autem, *dum hic lapis offensionis de medio tolleretur, longe gravissimis difficultatibus involvebatur* S. Fulcus. *Per continua bella pleræque omnes Italiæ superioris civitates non tantum thesaurum suum exhauserant, sed infinito ære alieno opprimebantur; atque insuper commune illius temporis ingenium erat ut temporalia ecclesiarum jura minuerentur, ditiones tollerentur et immunitates posthaberentur : de Placentia quædam supra videmus; sed hæc generalis conditio, quam aliquantum quidem infregit Innocentius papa III, sed nequaquam abrogavit; cæterum antiqua mali labes* (10). *Quum itaque Papia æri alieno solvendo se vix parem intelligeret, clero partem oneris anno* 1222 *imposuit et vi exegit* (11) : *neque illic stetit magistratus; sed, ut episcopalem* S. Fulci *auctoritatem penitus infringeret, exsilii proposita pœna vetuit ne quis clericus aut laicus aliquam querelam ad beatum virum deferret* (12); *aliaque statuit quibus status ecclesiasticus prorsus labefactaretur. Quam temeritatem censuris ecclesiasticis cohibuit Honorius; sed, ut mitis erat ingenio, quamprimum rem componere sategit. Quamobrem literis de* XV *kalendas februarii anni* 1223 *Oppizoni Fieschi, episcopo Parmensi, in mandatis dedit ut Papiam se conferret, gravissima detrimenta resarturus et auctoritate apostolica absoluturus Papienses, si animi ponerent pervicaciam* (13). *Vana fuit Oppizonis opera : Papienses quippe per nuntios suos proposuerunt aliam omnino*

(1) Papia sacra, tom. I, pag. 56 et seqq. — (2) Origine e privilegi della Chiesa Pavese. — (3) Fasti della metropoli e del metropolita di Milano, pag. 52 et seqq. — (4) De ecclesia et episcopis Papiensibus, pag. 1 et seqq. — (5) Fasti etc. pag. 65. — (6) Thomas Cantipratensis, lib. 1, cap. 21, num. 4, pag. 84, edit. Colvenerii. — (7) Pennottus, Generalis ordinis canonicorum historia, tom. I, cap. 62, pag. 207, edit. II. — (8) Ibid. pag. 207 et 208. — (9) De corpore S. Augustini, pag. 36. — (10) Cfr Raumer Geschichte der Hohenstaufen und ihrer Zeit, tom. V, pag. 92 et seqq.; Hauleville, Histoire des communes lombardes, tom. II, pag. 313 et seqq. — (11) Raumer, tom. V, pag. 99, ex Regestis Honorii III, anno VI, epist. 373. — (12) Ibid. loc. cit. — (13) Campi, tom. II, pag. 128.

AUCTORE V. D. B.

satisfaciendi rationem; quam sibi imponi Honorius plane non sivit. III itaque nonas julii ejusdem anni literas dedit ad Guallam, presbyterum cardinalem tituli S. Martini, quibus declaravit quare Papiensium conditionem admittere non posset; eumque, tot aliis negotiis probatum egregium sequestrum, stimulavit ut Papiam se conferret et controversiæ capita definiret (1). *Sed feliciores non fuerunt Guallæ conatus; adeoque* S. Fulcus *et omnis clerus, quod intrepide starent pro ecclesiæ jurium defensione, solum vertere coacti sunt, bonis omnibus spoliati. Quam penuriam miseratus, Romanus pontifex die* XII *kal. decembris anni* 1224 *ad episcopum Parmensem scripsit ut* S. Fulci *ejusque clericorum, pro immunitate ecclesiastica exsulantium, necessitatibus providere curaret* (2).

Pia vidua eum instituit hæredem et alius executorem testamentarium.

50. *Dum vero in hac miseria positus est beatus vir, facile fieri potuit ut aliquod ei subministratum fuerit subsidium a Placentinis, quos inter habebat fautores egregios et virtutum admiratores. Cujus rei specimen est testamentum, quod pia vidua Placentina, Compostellam ad S. Jacobi profectura, die 9 julii anni* 1226 *in plebe seu parochia de Portaalbera, territorio Papiensi, quo se contulerat, coram notario Guilielmo de Monteacuto fecit. Accipe hoc documentum,* S. Fulco *perquam honorificum* (3) : Quia D. Emengarda, uxor quondam Gerardi de Puteo, cupit limina B. Jacobi apostoli, sibi divina favente gratia, visitare; timens ne distantia terrarum amicis suis ejus voluntas occuparetur, suam præmisit ultimam voluatatem, in hoc testamento suo dicens : « Ego, quæ supra, Emengarda, testamentum per nuncupationem, *seu adhibitis testibus*, faciens, in Dei omnipotentis nomine instituo D. Fulconem, Dei gratia Papiensem episcopum, meum benefactorem, personaliter mihi hæredem in omnibus meis bonis, confidens de bonitate et sanctitate ipsius episcopi, qui de bonis istis disponet melius et ordinabit ad salutem et utilitatem animæ meæ. Ad præsens namque cum defecero, do et lego communi Placentiæ tres solidos Placentinos, et hoc meum testamentum ultimum esse volo, *etc.* » *Tribus annis ante Bernardus, canonicus S. Juventii, (quæ hospitalis domus in agro Papiensi sita erat), non minori fiducia eumdem beatissimum virum exsecutorem testamentarium instituerat de bonis sitis in loco Zacconis, ut inde desolata illa hospitalis domus renovaretur; quæ quum non sufficere intelligeret sanctus episcopus, demortui voluntatem interpretatus, eadem consignarat in manus Beltrami Salimbeni, ministri hospitalis domus S. Antonii in prato Ticini, imposito onere ut ex proventibus, quot possent, pauperes nutrirentur.*

Anno 1227 (S. Fulcus *Papiæ reduæ est*) *et res aliquot ordinat.*

51. *Quum Emengarda testamentum suum anno* 1226 *condidit, verisimiliter compositæ jam erant turbæ Papienses et* S. Fulcus *ad cathedram suam redierat. Profecto eam occupabat verno tempore anni* 1227; *siquidem die* 3 *aprilis hujus anni, Lantelini Ferrarii notarii publici ministerio adhibito, transcripsit, Papiæ exsistens, fabricæ templi cathedralis Placentini bona, ab Emengarda derelicta sitaque partim Florentiolæ, partim in parochia de Fontana, potissime secundum viam Parmensem prope ædiculam et eremitorium B. Mariæ de Gallo* (4): *præclarum sapientiæ exemplum, quod Placentinæ ecclesiæ, non autem Papiensi, dedit bona, a femina Placentina derelicta. Eodem* anno 1227 cum S. Fulcus, Ticinensis episcopus, apostolici delegati munere Ticini fungeretur, ad ejus tribunal acta fuit causa litis canonicorum regularium *Mortariensium, qui ædem S. Petri in Cæloaureo occupabant,* et quorumdam de Castro S. Petri; contra quos sententiam *dixisse fertur* (5). *Ad idem verisimiliter tempus referendum est legatum, quo (ut in antiquo Calendario legitur)* S. Fulcus, *episcopus Papiensis, fundavit in templo S. Thomæ Placentino (in cujus vicinia forte natus erat) anniversarium, mense decembri quotannis celebrandum* (6).

§ XI. Concionum liber S. Fulci. Mortis tempus.

Plurimum concionatur S. Fulcus

Interea non omittebat beatus vir concionandi munus, tantopere episcopis commendatum; quin et curavit librum confieri, ex quo presbyteri et episcopi minoris doctrinæ aut facundiæ sermones suos excerperent aut potius argumenta colligerent: neque ipse sanctus videtur eas pronuntiasse quales scriptæ sunt. Loca quidem nonnulla ornata sunt et declarata; sed ubique indicatæ potius res dicendæ, quam propositæ : quæ omnium fere librorum concionalium illius ævi forma et methodus est. Ecce specimen, depromptum ex sermone, dicto in cœmeterio Placentino S. Mariæ de Bethleem (7) : Novissima nostra, quæ memorare debemus *(ne ad peccatum nos deduci sinamus),* novem sunt præcipue : videlicet horror in exitu; dolor in transitu; putrefactio in carnis interitu; pavor in judiciis tremendis; pudor in Dei, angelorum et hominum conspectu; vermis conscientiæ in peccatorum recordatione; gemitus in tenebrarum obscuritate; anxietas in pœnarum acerbitate; desperatio certa de liberatione. *Quæ breviora sunt quam ut in orationis propositione concludantur; sed hæc lingua vernacula explanabantur ad populum, affectuum, sententiarum, imaginum cæterisque eloquentiæ subsidiis non neglectis.*

et conciones suas in aliorum utilitatem colligit et auget :

53 *Rationem autem illius libri explicuit ipse beatus vir :* Cum olim, *inquit* (8) *initio,* apud Placentiam constitutus et diversis curæ pastoralis officiis diversis temporibus occupatus, quasdam prædicationes ad populum, non solum ad solemnitates Domini nostri Jesu Christi atque aliorum sanctorum festivitates, verum etiam ad dies dominicales per anni circulum, pertinentes, de Scripturis sanctis et canonicis necnon de sanctorum doctorum ecclesiæ acaliorum patrum orthodoxorum variis auctoritatibus diligenti studio compilassem : tandem, in episcopatu Papiensi licet indignus existens, inter cætera opuscula, quæ de quibusdam rebus utilibus,

(1) Campi, tom. II, pag. 128. — (2) Ibid. pag. 129. — (3) Ibid. pag. 131 et 132. — (4) Ibid. pag. 134. — (5) Romualdus a S. Maria, Flavia sacra, tom. I, pag. 79, ex Hier. Bossio, Chronico sacro, ubi de ecclesia S. Petri in Cæloaureo. — (6) Campi, tom. II, pag 103. — (7) Ibid. pag. 142. — (8) Ibid. pag. 141 et 142.

videlicet

videlicet de tribus ordinibus salvandorum, de signaculo animæ, ac de ipsius etiam salvatione pro cauto meo compegi; subiit animum quosdam etiam communes et quasi generales compilare sermones, hac siquidem consideratione atque necessaria utilitate, quoniam non solum in festivis, verum etiam in profestis diebus pro quibusdam rebus honestis, ntpote in synodis episcoporum, in capitulis sive consortiis clericorum, in visitationibus hospitalium, in subventionibus egenorum, in exequiis defunctorum, et hujusmodi, quando scilicet clerus et populus congregantur in unum; et, sicut decet prædicatorem in solemnitatibus ea proponere quæ pertineant ad diem festum, ita nihilominus dignum videtur et congruum ea, quæ proposito conveniant, de thesauro cordis sui in singulis diebus proferre. His itaque de causis in corde meo proposui istos et quosdam alios sermones, tam de primis quam de novissimis, in unum volumen conscribere, ne propter indigentiam locutionum fieret in terra (hoc est in ecclesia fidelium) fames audiendi seu proponendi Dei verbum; et ut ministri sermonis habere possent qualemcumque copiam dicendorum, sciendum tamen est, quod inter prædicationes festivitatum quædam generales sunt, quæ in singulis diebus proponi queunt, et in istis sermonibus nonnulli, qui sanctorum festivitatibus valent aptari. Suscipite igitur et hoc munusculum, fratres nostri carissimi, sacerdotes Christi et Dei; quia et ecclesiæ Dei cedent ad decorem, et sacerdotali officio ad gloriam et honorem, et multis tam legentibus quam audientibus proficient ad ædificationem pariter et salutem, præstante Domino *etc.*

elenchus concionum.

54 *Partem dumtaxat titulorum dedit Campius* (1), *scilicet :*

In synodo D. Grimerii : sermo unus.

Ad capitulum fratrum in capite jejunii : sermo unus.

In capitulo clericorum in capite jennuii : sermones quatuor.

In capite jejunii ad capitulum : sermo unus.

In die obitus magistri Romani : sermo unus.

In consortio capellanorum : sermones duo.

In trigesimo præpositi Lanfranci : sermo unus.

Ad socios, cum esset Parisiis, in die paschæ : sermo unus.

Inter fratres suos, cum rediisset a schola, de obedientia : sermo unus.

Apud Novariam in concilio D. Albanensis : sermo unus.

Apud sanctum Sepulcrum : sermo unus.

In hebdomade sancta ad populum : sermo unus.

Ad religiosos : sermo unus.

In festo confessoris vel martyris : sermo unus.

Ad hospitale sancti Syri : sermo unus.

In ecclesia majori pro laborerio ejusdem : sermo unus.

In cœmeterio de Bethleem : sermo unus.

Sermo de quærendo Domino : sermo unus.

Apud hospitale sancti Lazari : sermo unus.

In cœmiterio hospitalis de Bethleem : sermo unus.

55 *Quo anno ad meliorem vitam transierit* B. Fulcus, *tacet Jacobus Gualla, chronologiæ nuspiam curiosus. De Gasparis* (2) *autem, Bzovius* (3), *Ferrarius* (4), *Ughellius* (5), *Campius* (6), *Bosellius* (7) *aliique consentiunt eum diem obiisse anno* 1229; *et nonnisi lapsu calami ab his discedit Romualdus a S. Maria* (8). *Quæ sententia a vero non multum abesse potest. Ut enim vidimus, in vivis certissime erat* S. Fulcus *anno* 1227; *anno autem* 1230 *S. Rodobaldus ei successerat, aut certe anno* 1233 (9). *Dies, qua beatus vir mortuus est, vexat me etiam; quoniam Gualla eam non indicat et Galesinio, qui primus sancti viri natalem ad diem* 26 *octobris consignavit, unus Gualla præluxisse videtur : exinde tamen omnes, puta Martyrologium Romanum, de Gasparis, Ferrarius, Romualdus a S. Maria, Campius, Bosellius aliique, nihil dubitantes, statuunt* S. Fulcum *præsenti die abivisse in cælum. Sed quid nemo, quem sciam, indicat qua auctoritate nitatur hæc opinio? Quoniam vero præsenti die colitur S. Fulcus, Salicti in diœcesi Bononiensi vita functus, nullus suspicetur ad præsentem diem* S. Fulcum, *Placentinum seu Papiensem, relatum fuisse juxta vulgarem morem, quo ignorati natales sanctorum iis diebus celebrantur, qui notioribus aut antiquioribus homonymis sacri sunt. Non ita est; seu potius Ferrarius propter nominis communitatem ad diem* 26 *octobris, quo* S. Fulcus *noster Martyrologio Romano inscriptus est, consignavit S. Fulcum Bononiensem, cujus festum agitur die dominica post Nativitatem B. Mariæ V.* (10). *Siquid itaque de anno dieque mortis* S. Fulci *Papiensis supersit, hoc totum Placentinorum et Papiensium industriæ et sagacitati committo. Et quidem, licet diligentiam meam non omnino desiderari passus fuerim, satis video quanta huic meæ lucubrationi desint; quæ nonnisi a Placentinis, maxime a Papiensibus, quorum tabularia vix umquam, non dicam pervestigata, sed aperta fuerunt, suppleri possunt. Utut autem hæc sunt, ex illis quæ undequaque collegimus, omnino apparet* S. Fulcum *virum vere insignem fuisse, potentem verbo et opere, animo strenuum et imperterritum, prudentemque et actuosum, verbo episcopum, quales nunc requirit miserrima Italiæ conditio.*

Quo die et anno S. Fulcus mortuus sit.

DE SANCTO FULCHO

PAPIÆ EPISCOPO.

Ex Sanctuario Papiæ, lib. V, *cap.* VI, *Jacobi Guallæ, juxta editiones anni* 1505 *et* 1587 a.

[a]

Fulchus, præsul Ticinensis perbeatus, ex Scotia oriundus *b*, in eadem sacra æde *c* suas venerandas reliquias habet. Qui, recte considerans Dei fontem uberrimum sapientiæ cunctis

S. Fulcus, perperam dictus ex Scotia oriundus et Placentiæ li-

(1) Campi, tom. II, pag. 142. — (2) Sanctorum Ticinensis etc. pag. 81. — (3) Annales eccles. ad. an. 1229, num. 7. — (4) Catalogus SS. Italiæ, pag. 674. — (5) Italia sacra, tom. I, col. 1098. (6) Istorie di Piacenza, tom. II, pag. 141. — (7) Storie Piacentine, pag. 134. — (8) Papia sacra, tom. II, pag. 159 ; cfr tom. I, pag. 54 et 79. — (9) Acta SS. auctarium ad. tom. VI Octobris, pag. 22. — (10) Melloni, Atti o memorie degli uomini illustri in santità di Bologna, cl. II, tom. I, pag. 79 et seqq.

teris institus, ctis patere discere cupientibus, ex Scotia gente veniens, ære vacuus, plenus autem ardore discendi, superatis Alpibus, descendit in Italiam, ad Placentiam scilicet urbem : ubi eo tempore
d florebant studia disciplinarum *d*. Et cogitans a Deo se hominem creatum, cujus cœlestis parentis figuram gestabat, (quod quidem hominis templum non auro, non argento, non gemmarum donis corruptibilibus, sed æternis virtutum muneribus venit exornandum,) solerti ingenio ibidem litteris operam dare cœpit, et super omnia cœlestem doctrinam inquirere : illam intelligens utiliorem pro animarum eruditione ad bene beateque vivendum.

in adolescentia mendicato vivit et se episcopum futurum præsentit ;
* *impr.* indigeretur

2 Et dum vacaret studiis, adeo pauper erat, ut vitæ necessariis sæpius indigeret *, sæpiusque cogeretur mendicatum inquirere panem. Contigit autem semel, dum apud ædes cujusdam mercatoris eleemosinam peteret, quod mulier quædam, pauperem deridens Fulchum, inquit : « Hanc tibi offero panis bucellam; ut numquam consequaris episcopatum. » At statim Fulchus manum, quam ad eleemosinam jam extenderat, retraxit; ne contra Dei voluntatem subdolum mulieris eloquium adimpleret : jam Dominus spiritum suum effuderat in eum ! Hero ædis postea re relata, illico ad eum evocavit Fulchum; et, in ejus præsentia vehementer impudentem objurgans mulierculam, pia provisione firmavit, quod suis in ædibus in singulos dies semel reficeretur.

ob præclaras dotes eligitur episcopus Placentinus ;
* *impr* proficiscente

3 Proficiente * autem Fulcho de virtute in virtutem, cujus mens tota bonarum artium studiis erat intenta, (ut haud minus morum gravitate quam litterarum [scientia] exornaretur, præstaretque insigni religione ac doctrina, essetque modestus, prudens, gravis, continens, clemens, divinæ legis scientissimus, nullo religionis, pietatis, humanitatis, benignitatis exemplo prætermisso; eo, quod in ejus vultu, oculis, ore et gestu nil nisi virtus, sapientia et veneranda religio eluceret,) ecce quod Placentinus moritur antistes; et voce populi in pastorem Fulchus eligitur *e*. Cui electioni numquam voluit consentire ob magnam familiaritatem in ea urbe contractam *f*.
e
f

dein fit episcopus Papiæ, ubi quotidie quindecim pauperes et quindecim scholares pascit.
g

4. Postea vero, Papiæ episcopo defuncto, quoniam Fulchi perspicua fama ad Ticinenses pervenerat, eorum pontificii sede sublimatur *g*. In qua dum pontificaret, difficile esset recensere quantis claruerit virtutibus et sanctitatis operibus, præcipue pietatis in orphanos, viduas, pupillos et quoscumque miserabiles. Et inter cætera sua pia opera memoranda fertur quod cum bis septem et uno paupere familiari convivio in singulos dies discumberet; totidem item scholaribus disciplinis incumbentibus pariter et præceptoribus de vitæ necessariis provideret. Ea pietatis scala cœlum scandens, Fulchus, pastor pientissimus, vir religione et virtute mirandus, clemens in delinquentes, beneficus in pauperes, in hospites benignus, misericors erga calamitosos, patria et Scotia gente peregrinus, magna virtute Italus, diffusa charitate Ticinensis, ut omnibus charus fuerat, ita post mortem ab omnibus magno laudum præconio sanctus atque optimus pontifex celebratur.

ANNOTATA.

a *Nulla antiquior hactenus in medium prodiit* S. Fulci *Vita. Alias ediderunt Ferrarius in Catalogo sanctorum Italiæ, auctor Fastorum Marianorum cum divorum elogiis ad diem* 26 *octobris, Joannes Baptista de Gasparis in Breviario sanctorum episcoporum Ticinensis ecclesiæ, Romualdus a S. Maria in Papia sacra et auctor Hagiologii Italici. Sed nemo in indagandis ejus gestis præclarius versatus est quam Petrus Maria Campi, qui lectiones de sancto viro, a S. R. C. approbatas, confecit et ejus acta mirabili diligentia distribuit ad suos annos in secundo Historiæ ecclesiasticæ Placentinæ tomo. Hos omnes vidimus. Sed Spelta in Historia episcoporum Ticinensium, Breventanus in Historia Papiæ et Bossius in Diptychis et Vitis episcoporum Ticinensium celebrant etiam* S. Fulcum; *verumtamen ex Ferrario, Gasparío, Romualdo a S. Maria aliisque, qui iis usi sunt, apparet nihil illic legi quod aliunde non innotescat.*

b *In commentario prævio, num.* 10, *ostendimus* S. Fulcum *natione esse Placentinum ex familia de Scotis; unde orta est fabula eum Scotum fuisse origine.*

c *Ante locutus erat Gualla de SS. Crispinis I et II, Papiensibus episcopis, tumulatis in altera æde cathedrali S. Stephani. Vide Commentarium prævium, num.* 1 *et seqq. de mutata* S. Fulci *sepultura.*

d *Florebant reapse Placentiæ sæculo* XII *extremo scholæ juridicæ, jam pridem institutæ; et complures ex clero, qui illo ævo et deinceps in instrumentis publicis leguntur, dicuntur magistri. Verumtamen studia absolvit* S. Fulcus *Parisiis. De quibus rebus plura diximus in Commentario prævio num.* 11.

e S. Fulcus *primus inter Placentinos episcopus electus est, quin populus in electione partem habuerit. Ejus electionis modum explicatum vide in Commentario prævio, num.* 26 *et seqq.*

f *Consensit* S. Fulcus *suæ electioni et sex annos episcopatum Placentinum administravit. Ex conjectura scripsit hæc Gualla, quod non assequeretur quare, Placentia relicta, Papiam venerit sanctus vir. De his vide Commentarium prævium, num.* 33 *et segq.*

g *In Commentario prævio num.* 44 *hæc declarata vide.*

DE S. BERNARDO CALVONIO, CONF. PONT.

VICI IN CATALAUNIA HISPANICA,

COMMENTARIUS PRÆVIUS. V. D. B.

§ I. Vitæ S. Bernardi Calvonii qualisqualis synopsis ex lectionibus approbatis a S. R. C.

ANNO MCCXLIII. *Pleraque scripta, quæ de* S. Bernardo Calvonio *supersunt, pertinent ad ejus canonisationem.*

S. Bernardus Calvonius, *ordinis Cisterciensis et ecclesiæ Vicensis in Hispania singulare decus et ornamentum, laudatores habuit complures; quos pro more initio hujus Commentarii indicari oportet. Verum, quum ii plerique scripta sua eo confecerint animo ut ejus canonizationi procurandæ utilia essent, interea autem multa in ejus honorem publice facta sint quæ cultus ecclesiastici rationem haberent; hinc fit ut de biographis illis opportunus sermo instituì non possit, quin simul explicentur quæ ad sanctitatem* B. Bernardi *declarandam, quæ ad ejus gloriam extollendam et ad cælitum honores ei asserendos peracta sint. Quamobrem, ne scindamus quæ tam arcte inter se conjuncta sunt aut eadem bis repetere cogamur; ita de fontibus Actorum* B. Bernardi *disseremus, ut simul de ejus cultu agamus. Quum autem minus aptum videatur ut, omissa vita, de his quæ mortem secuta sint verba fiant, præmittimus breviarium gestorum ejus, qualiter vulgo circumferuntur. Dabunt id lectiones, quas die prima julii anni* 1702 *sacra rituum congregatio ad preces Henrici a S. Philippo Nerio, visitatoris provincialis provinciæ Romanæ congregationis S. Bernardi ordinis Cisterciensis, approbavit et ut a monachis utriusque sexus congregationis prædicti ordinis quotannis in festo* S. Bernardi, *die* 24 *octobris, recitarentur indulsit. Sunt autem sequentes.*

Vitæ ejus summarium

2 LECTIO IV. Bernardus, cognominatus Calvonius a manso Calvo, ejus natali solo Tarraconensis diœcesis in Catalonia, sacris literis summopere deditus, in theologum consummatum evasit, numquam ad libros nisi ab oratione transire solitus. Cum jam insigni pietatis, doctrinæ, virtutumque omnium splendore præluceret, a pluribus episcopis optabatur ut in suis ecclesiis canonicus eligeretur : ipse autem ad sacram solitudinem tantum aspirans in monasterio de Sanctis Crucibus Cisterciensem ordinem ingressus est. Multis a professione monastica in omni virtute transactis annis, abbas eidem cœnobio est præfectus, ut cæteris suæ doctrinæ et virtutis exemplo præiret. Ad viri Dei imperium creaturæ tum irrationales, tum etiam insensibiles naturæ vim cohibebant. Prophetiæ spiritu afflatus, plura humanæ cognitioni prorsus impervia prædicebat. Cum in ipsum aliquando nonnullæ mulieres procaces oculos injecissent, ejusque pulchritudinem dentiumque candorem immodice commendassent; is, castitatis et pudicitiæ studiosissimus, in se ipsum sæviens et indignatus, divino spiritu impellente, dentes sibi lapide confregit, nullum detrimentum in esu et in concionibus ex ea læsione perpessus.

ex lectionibus S. R. C. approbatis.

3 LECTIO V. Virtutibus itaque et signis Bernardus in universa Hispania et Gallia celebris, Ausetanæ seu Viquensis ecclesiæ, invitus licet et reluctans, et non nisi authoritate apostolica compulsus, consecratur episcopus communi cleri et populi acclamatione. In hac quidem dignitate emicuit Bernardus uti vir vere apostolicus; qui, boni pastoris partes fidelissime adimplens, singulis diebus dominicis ad populum concionem habebat, pupillas et viduas tuebatur, ægris subveniebat, pecunia pauperes, inopes virgines suis sumptibus dotabat, et diœcesim propriam sæpe sæpius per se ipsum visitabat. A Gregorio nono pontifice maximo contra hæreticos, tunc temporis per Hispaniam et Galliam grassantes, beatus præsul una cum duobus fratribus ordinis Prædicatorum inquisitor et judex institutus est. LECTIO VI. Nec his contentus infideles plurimos verbo prædicationis ad christianæ fidei cognitionem adduxit, collectoque milite non paucas paganorum urbes expugnavit; in quibus, expulsis mahometanis, veram religionem stabilivit. Acerrimus exstitit proprii corporis castigator et aliquando pro levi culpa suos artus cingulo ferreo tam stricte circumligavit ut sibimet grave vulnus inflixerit; quod cingulum tamen nonnisi cælitus admonitus deposuit. Cum ad propriam sedem sanctus episcopus revertebatur, multoties urbis campanæ ultro pulsabant; quo signo cives pastoris sui adventum agnoscebant. Inexplebili caritati indulgens, aliquando tribus uvarum racemis omnia domus suæ dolia vino replevit; quod cum singulis diebus inter pauperes abundanter distribueretur, divinitus augebatur; idemque de panibus inter egenos dispensatis interdum evenit. Meritis itaque et virtutibus clarus anno salutis millesimo ducentesimo quadragesimo tertio sanctissimam vitam pari morte conclusit, multis adhuc post obitum coruscans miraculis, ita ut centum et amplius authentice comprobata in ecclesia Viquensi facta legantur et ejus festum officio ecclesiastico in ea diœcesi celebratur.

—

AUCTORE V. D. B.

§ II. Miracula post mortem ut collecta; festi ejus in honorem instituti fata; documenta anno 1330 collecta pro ejus canonisatione; vita conscripta.

B. Bernardi sepulcrum, prima miracula et infinitus populi concursus;

Statim post mortem cœpit Vicensis populus venerationem exhibere sancto suo præsuli; cujus corpus quum dies octo publice exponeretur et corruptionis nulla præferret signa, convenit multitudo maxima, neque incassum ex hac sua pietate auxilium cæleste speravit. In sacello prope fontes baptismales Vicensis cathedralis templi dein paratum est sepulcrum et tot tantæque divinæ gratiæ concessæ fuere ejus cultoribus ut anno sequenti, postulante capitulo, episcopus Bernardus de Muro demandarit Raimundo de Capraria seu de Cabreta et Raimundo de Sala seu de Salis, Vicensibus canonicis, negotium conscribendi miracula quæ in dies accidebant; et quidem iidem centum et quatuor collegerunt facta, quæ eam speciem habere sibi videbantur (1). *Quæ Vico accepta dabit inferius Memoriale instrumentorum. Fieri non poterant tot prodigia, quin multus populus accurreret, oblationes secum ferens. Hinc, ut in Regestis episcopalibus Vicensibus legitur*, anno Domini 1246, IV nonas junii commendaverunt dominus episcopus Vicensis et capitulum ejusdem B. de Gambrera clavigero seu thesaurario oblationes, quas homines deferebant ad tumulum beati Bernardi. *Ubi titulus* BEATI Bernardi *observandus est; licet, quum tanta esset in eum populi pietas et fiducia, cuipiam mirum videri non debeat jam tum et* beati *et* sancti *cognomen datum et lampades ejus sepulcro fuisse appositas* (2). *Dum miracula illa fierent, fatiscebat et ruinas trahebat S. Petri cathedralis ædes, in qua* B. Bernardi *ossa jacebant et magna populi frequentia honorabantur. Instituit itaque Raimundus de Angularia seu de Anglesola, Vicensis præsul, confratriam, quæ quinquennium duraret et pecuniam, ad reædificandum templum necessariam, per universam diœcesim colligeret. Quas literas*, XI *kalendas septembris anno* 1268 *datas, quod plurimum quoque faciunt ad* B. Bernardi *laudem et cultus antiquitatem testificandam, inferius insertas invenies in Memoriali instrumentorum. Postquam autem templum refectum est, perrexerunt pii homines tantum ceræ ad tumulum* B. Bernardi *conferre, ut quum, quæ aliis sanctis offerebatur, semel dumtaxat in anno auferenda videretur, ea, quæ in beati viri memoriam dabatur, sæpius tollere posset claviger seu thesaurarius: quemadmodum ex constitutione, quam* IV *kal. junias anni* 1310 *capitulum Vicense fecit et nos infra in Memoriali instrumentorum recitabimus, manifestum est.*

quum miracula fiunt, campanæ pulsantur et thesaurarius ea conscribit;

5 *Tunc vero temporis tot adhuc ad beati viri tumulum res mirandæ fieri solebant, ut canonici* XVI *kal. junias seu die* 17 *maji anni* 1312 *statuerint* (3) quod, cum contigerit beatum Bernardum, quondam Vicensem episcopum, facere miracula; ipsis miraculis publicatis, pulsentur cimbala majora unum magnum tractum; et quod dicta miracula per Vincensem clavigerum seu ejus locum tenentem scribantur in quodam libro et nomina etiam illorum qui sciverint dicta miracula facta fuisse; et quod primo sequenti sermone, qui fiet in dicta sede, publice denuntientur dicta miracula. *Neque in his quidquam singulare est, nisi quod tot tunc fierent miracula ut certa lege indicandum esset quid in his rerum adjunctis agendum foret. Quod enim ad campanarum pulsum spectat, alibi sæpius ea in miraculorum patratione agitata fuisse legimus et, ut uno exemplo in re manifesta contentus sim, in opusculo Haimonis abbatis de constructione templi monasterialis S. Petri super Divam, quod toties expetitum reperit nuper et in lucem edidit cl. v. Leopoldus Delisle, hæc occurrunt* (4) : Quid dicam? quid singulas enumerem sanitates, cum enumerare eas impossibile sit, quia sunt enumerabiles *? Per singulas autem *(sanitates seu miracula)* processiones ad altare majus solemnes aguntur, SIGNA PULSANTUR, laudes et gratiæ matri misericordiæ referuntur. *Quod institutum adhuc in Italia viget; ut constat ex his quæ hac ipsa die, qua hæc censemus et castigamus, 24 scilicet septembris anni* 1863, *in ephemeridibus Bruxellensibus legimus de imagine Deiparæ Sublaci oculos movente. Neque ad ullum propius spectabat miracula conscribere quam ad clavigerum seu ecclesiæ thesaurarium, qui quippe omnia quæ in templo fiebant procurabat.*

* innumerabiles

festi, quod anno 1324 *jam agebatur, fata tum Vici, tum in abbatia SS. Crucum;*

6 *Quum autem tot fierent miracula, pronum erat ut festus dies in thaumaturgi honorem ageretur. Is jam anno* 1324 *inductus erat, ut constat ex decreto capitulari coævo, his concepto verbis* (5) : Item fiat IX lectionum SS. Luciani et Marciani martyrum. Et celebretur eorum festivitas in tertia die post festum sancti Bernardi, episcopi Vicensis; *quibus indicari videtur* S. Bernardi *festivitatem tum jam actam fuisse die* 24 *octobris, quandoquidem SS. Lucianus et Marcianus martyres ante omnem hominum memoriam (ut ex martyrologiis Vicensibus, licet aliud agens, abunde demonstravit canonicus Jacobus Ripoll Vilamajor* (6),*) colantur Vici die* 26 *octobris: quod* B. Bernardi *festum, paucis annis interruptum, perseveravit usque ad Urbani* VIII *tempora; quando, quod forte ejus decretis videbatur contrarium, suppressum fuit. Non enim, ut suo loco apparebit, anno* 1626 *amplius celebrabatur; sed non multo ante sublatum fuerat, siquidem die* 27 *februarii anni* 1681, *interposito jurejurando, Sigismundus Pujol, senex* 82 *annorum, testatus est sexaginta*

(1) Domenec, Historia general de los santos de Cataluña, pag. 259. Cfr Villanueva, Viaje literario a las iglesias de España, tom. VII, pag. 30. — (2) Villanueva, loc. cit. Cfr inferius Memoriale instrumentorum. — (3) Ibid. pag. 31. Cfr. infra Memoriale instrumentorum. — (4) Bibliothèque de l'école des chartes, Ve série, tom. I, pag. 123. Cfr Acta Sanctorum, tom. X Octobris, pag. 853. — (5) Villanueva, Viaje, tom. VII, pag. 31. Cfr. Memoriale instrumentorum. — (6) Los martirologios escritos para uso de la S. Iglesia de Vich antes del siglo trece no ponen martirizados en Nicomedia ni en Africa a los santos martires Luciano y Marciano.

ginta circiter annis ante adhuc in usu fuisse ut quotannis summa celebritate beati viri ageretur festivitas, cum officio proprio, missa et oratione panegyrica; sumptus vero procuratos fuisse a licentiatis seu jurisconsultis, qui eum ut patronem colerent. Quo pertinet Onuphrii Relles assertio suo tempore adhuc vixisse senes qui aliquoties interfuissent officiis propriis ad sancti episcopi altare decantatis. Verumenimvero, licet festum S. Bernardi, *episcopi Vicensis, agi diceretur, id magis specie, quam revera factum fuisse videtur. Quod enim hactenus nemo prodidit, episcopus et capitulum Vicense a die* 20 *augusti, vero legitimoque S. Bernardi, abbatis Claræ vallensis, natali, hujus sanctissimi viri festivitatem et officium liturgicum transtulerant in diem* 24 *aut* 26 *octobris, qua S.* Bernardus, *Vicensis episcopus, diem obierat; ita ut populo satisfactum esset, quod S. Bernardi (quicumque is demum esset) festivitas ageretur, et pareretur aliquatenus decretis ecclesiasticis, quibus, inconsulta sede apostolica, non licet novos invehere sanctos, multoque minus in eorum honorem liturgiam et officium canonicum celebrare : quem morem a simplicitate illius ævi præstat excusare quam pluribus ostendere quantum alienus sit a sinceritate christiana et ab ecclesiastica disciplina. Abusus is visus est Benedicto de Tocco, qui ab anno* 1557 *ad* 1572 *Vicensem cathedram tenuit et qui vi decreti Tridentini de sanctorum veneratione suppressum voluit anno (ni fallor)* 1568, *quando typis Barcinonensibus Claudii Bornat novum Rituale diœcesanum excudi jussit. Sed quum Bertrandus de Guevara a* 29 *aprilis anni* 1573 *in episcopali sede successisset, petiit ab eo die* 7 *julii anni* 1573 *capitulum et senatus civilis ut antiqua consuetudo reduceretur; quod factum fuerit oportet. Quæ omnia quum manifesta sint ex libello supplice, oblato Bertrando de Guevara, et ex notarii publici commentariis, non sine admiratione ex Rellesio intellexi in Rituali Vicensi, quod anno* 1547 *Lugduni typis Cornelii de Septemgrangiis voluntate Joannis de Tormo, episcopi Vicensis, simul cum Missali et Breviario edidit, legi ad* 26 *octobris* S. Bernardi Calvonii *festum ritu duplici majori peragendum. Quod Rellesii assertum examinent qui hoc Rituale possident; equidem interea arbitror Rellesium nimia properatione seu fuco ad diem* 26 *octobris sibi visum esse legere S.* Bernardum Calvonium *loco S. Bernardi abbatis. Majori simplicitate utebantur SS. Crucum monachi, quorum asceterium olim rexerat beatus vir (1). Agebant itaque maxima pietate patris sui festum; neque Urbani* VIII *temporibus suppressum fuit, quandoquidem in ordine divini officii abbatiæ SS. Crucum in annum* 1720 *ad diem* 26 *octobris (non autem ad* 24*) legitur festum agendum esse eodem ritu, quo festa Paschatis, Pentecostes, Ascensionis, Assumptionis, Omnium sanctorum et similia; omnibus desumptis ex officio de communi unius pontificis et confessoris : quæ totidem argumenta sunt illa non niti Clementis papæ XI concessione, de qua inferius dicetur; sed veteri consuetudine.*

AUCTORE V. D. B.

quæstus publici et confraternitas instituitur in honorem S. Bernardi Calvonii ;

7 *Quum itaque modo minus probabili* S. Bernardi Calvonii *festivitas ageretur, nequaquam mirum est si in instrumentis authenticis non* sancti *appellatione, sed alia minus solemni laude tunc temporis ornaretur. Et quidem quum* XIII *kalendas martii anni* 1326 *Berengarius Caguardia, tum episcopus Vicensis, imitatus decessorem Raimundum, qui quæstores cum indulgentiis et confraternitatis rotulo circummiserat, collecturos pecunias ad opus templi cathedralis Vicensis, orationem hortatoriam dedisset ad gregem suum et vicinas diœceses, omnes Christi fideles invitans ad auxiliatrices manus porrigendas ad opus claustri, quo ecclesia cathedralis* evidentissime indigebat *et ad quod propriæ dictæ ecclesiæ absque subventione Christi fidelium non suppetebant facultates;* virum laudabilem Bernardum, quondam ejusdem ecclesiæ episcopum, *simpliciter nominavit, verumtamen iis adjunctis quibus appareat quanta esset ejus apud populum veneratio. Quid, quod et indulgentias concessit in die ejus depositionis? Sed præstat universum hunc locum recitare* : Eapropter, *inquit præsul (2), quod claustrum necessarium est et facultates non sufficientes,* decens et congruum reputantes ut fideles populi, quos (sicut nobis ex debito pastoralis incumbit officii) acceptabiles reddere desideramus Altissimo, ad [ab]solutionem operis supradicti, et ad implorandam ibidem divinam misericordiam pro peccatis ac dulcedinem reffectionis æternæ sumendam, ad ecclesiam ipsam velut ad portum confluant salutarem : de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus et confessis, qui ad eamdem ecclesiam in festivitatibus ipsorum apostolorum Petri et Pauli, ac dedicationis ejusdem (quæ ultima die mensis augusti anno quolibet celebratur) et per omnes ipsarum festivitatum octavas, necnon [*die* 26 *octobris, natali*] sanctorum martirum Luciani et Marciani, qui in civitate prædicta fuerunt palma martirii coronati, et [*die* 28 *maji, natali*] beati Justi confessoris, ac in die depositionis * viri laudabilis Bernardi, quondam ejusdem ecclesiæ episcopi, cujus meritis multa et aperta miracula in eadem ecclesia virtus Altissimi operatur; quorum corpora ibidem requiescunt; devotionis causa accesserint, annuatim singulis singulas quadragenas pro qualibet horarum divini officii, quibus in ecclesia ipsa interfuerint. *Deinde in decennium confraternitatem erigit ex porrecturis auxiliatrices manus, tot instructam privilegiis, ut fere plura non inscribantur bullæ cruciatæ. Quæ literæ insigne monumentum sunt viarum, quæ illo ævo tentarentur, sicubi majores ædes sacræ construendæ essent : verum longiores sunt et alienæ nimis quam ut hic inserantur.*

* *intelligitur* 24 *octobris.*

8 *Illo itaque tempore plane perspectum habebant Vicenses* S. Bernardum Calvonium *alio recensitum esse in ecclesia loco quam SS. Lucianum, Marcianum et Justum : quamobrem , quum in votis esset omnium ut ,*

Cogitatur anno 1330 *de procuranda* S. Bernardi *canonisatione et ab abbate SS. Cru-*

(1) Bernabè Montalvo, Cronica del Cistel, part. I, ad an. 1233, ap. Relles, Vida etc. pag. 228. — (2) Villanueva, Viaje, tom. VII, pag. 263.

miraculorum

cum petitur gestorum notitia;

qui miraculorum fama florebat, cælitum honores legitime acciperet, anno 1330, VIII *kalendas junias, statuerunt episcopus, qui tum Galcerannus Çacosta erat, et canonici Vicenses, misso de gremio suo canonico, Romanum pontificem convenire et communibus expensis causam canonisationis* B. Bernardi *promovere. Nemo tamen ad Joannem papam XXII ivisse videtur; sed annis sequentibus, certe* 1338, 1339, 1340 *et* 1341, *domi colligere tentarunt quidquid de ejus vita et miraculis innotescebat. Anno itaque* 1338 *dedit episcopus literas ad Franciscum Mirum, abbatem monasterii de Sanctis Crucibus, (in quo idem munus habuisse beatum virum jam vidimus,) et ab eo postulavit ut quidquid de decessoris sui memoria illic adhuc superesset secum communicaret. Responsi duo exemplaria medio sæculo* XVII *adhuc supererant, alterum in tabulario ecclesiæ Vicensis, alterum in monasterio de Sanctis Crucibus, ut aperte tradit Manrique* (1). *Prius nobiscum communicatum voluit reverendissimus præsul, qui non minori ardore quam prudentia Vicensem diœcesim nunc regit; alterum ex ipso Manriquio coram habemus. Accipe hujus epistolæ, anno* 1338 *scriptæ, initium* (2); Reverendo in Christo patri ac domino Galcerando, divina providentia Viquensi episcopo, frater Franciscus, dictus abbas monasterii Sanctarum Crucum, æternam in Domino salutem. Venerandæ paternitatis vestræ litteras dudum suscepimus reverenter, inter cætera continentes quod (ex eo quia beatus Bernardus, qui fuit episcopus Viquensis, et monachus primo dicti monasterii Sanctarum Crucum, oriundusque de manso Calbo Tarraconensis diœcesis, habetur ibi in magna devotione et reverentia propter miracula multa, quæ Dominus Jesus Christus ibi ejus meritis fecit et operatur), rogabatis attentius ut etiam de miraculis, ut intellexeratis, pro eo hic factis, necnon de vita et actibus ejus, prout hic scripta essent aut scirentur, vos plenarie certiorare vellemus, intendentes ipsum facere canonizari. Quibus et aliis, in dictis litteris vestris contentis, diligenter et solicite perlectis, singula pleno percepimus intellectu; unde paternitati vestræ ducimus præsentibus respondendum quod nos, cupientes (ut convenit) tam vota devotionis vestræ implere quam sancti illius merita (quantum humana nostra patitur infirmitas) extollere, perquisivimus et perquiri fecimus solicite et attente in dicto monasterio diversa scrinia, si forte invenirentur Miracula scripta aliqua dicti sancti, seu Vita vel Actus ejusdem; et inquisitis cum diligentia, invenimus in quodam libro sermonum beatæ Mariæ quemdam quaternum papireum antiquatum, in quo scripta sunt plura miracula dicti sancti : quem quidem quaternum vestræ ducimus paternitati destinandum, ut de ipsis potius eadem paternitas legendo possit informari. Ultra hæc autem nihil aliud de vita vel actibus ipsius relatione digna potuimus invenire; aut scire, nisi ea quæ inferius continentur. *Ubi notandus est quaternus seu codex ille* papireus antiquatus *seu antiquus; quo tamen nil aliud nisi pauca quædam miracula continebantur. Integram Francisci Miri epistolam suo loco recitabimus in Memoriali instrumentorum, quod post hunc Commentarium edemus.*

jubentur duo canonici in miracula conquirere et negotium canonisationis in curia Avenionensi promovere : quid de processu, quem Romæ exstitisse volunt?

9 *Sequentibus annis mense majo aut junio duobus canonicis dabatur aut renovabatur mandatum, ut inquirerent in miracula, quæ vivus aut mortuus* B. Bernardus *fecerat, eaque scripto consignarent, inde* ordinantes processum; *adeoque pridie nonas junii anni* 1346 *statutum est* ut Jacobus de S. Clemente et Petrus Joannes intenderent sollicite circa procuranda, habenda et dirigenda omnia necessaria pro obtinenda commissione a Domino papa super canonisatione beati Bernardi, Vicensis episcopi; *seu ut curarent se institui commissarios apostolicos, qui testes juratos audirent aut secundum juris formas instrumenta colligerent, processum apostolicum conficientes. Verum indicium nullum reperio quod hæc facta sunt, licet Jacobus Villanova* (3) *affirmet* vere Romam missum fuisse processum de miraculis; *quod accepit ex Onuphrio Relles* (4), *narrante processum Romæ olim visum esse a P. Magistro Salinas, monacho SS. Crucum, priore de Montesano et vicario generali Cisterciensi; quem, admiratione vitæ et miraculorum* B. Bernardi *captum eumdem processum ex latino hispanice vertisse et ineunte sæculo* XVII *misisse ad Ignatium Iberum, abbatem de Fitero in Navarra, tum scribendæ ordinis historiæ operam dantem; sed frustra deinceps Romæ et Fiteri investigationes fuisse factas ut iterum processus reperiretur. Ast, si licentia sit hæc explicare, equidem puto magistro Salinas obvium fuisse exemplar codicis anno* 1573 *conscripti, quo continetur mandatum capitulare de promovenda* S. Bernardi *canonisatione, miracula collecta paulo post mortem et demum epistolam Francisci Miri, abbatis SS. Crucum, ad Galcerannum episcopum; qui quidem codex, ut ex apographo mihi constat, hoc titulo insignitur:* Originalis processus actitatus de vita et miraculis gloriosissimi S. Bernardi, Vicensis episcopi, cujus corpus tumulatum existit in altari S. Martini et capella ejusdem, constitutis intus ecclesiam cathedralem Vicensem; *et cujus apographum Romam deferri jussum est. Neque dubium est quin Domenecus, qui ante annum* 1602, *quando primum ejus Vitæ sanctorum Catalauniæ in lucem venerunt, in scribendis rebus* S. Bernardi *versatus est, intellexerit eumdem librum, ubi commemorat* un processo, que esta en el archivo del cabildo de la cathedral de Vique (5); *qui processus ad marginem vocatur* Processo de la vida y milagros del siervo de Dios. *Sed nil aliud Romam delatum fuisse videtur, maxime circa medium sæculum* XIV. *Tunc enim Romæ non versabatur Clemens papa VI ejusque proximi successores, sed Avenione; unde id documentorum genus olim Romam devectum non esse plane constat.*

Conscribitur post annum 1338 *Vita lingua Catalauna, quam latine*

10 *Multo certius est circa id tempus confectam fuisse Vitam, sermone Provinciali seu Lemovicino, seu etiam Catalauno (alii enim aliter linguam vernaculam Catalauniæ Hispa-*

(1) Annales Cistercienses, ad an. 1214, cap. VI, num. 5, tom. IV, pag. 53. — (2) Ibid. numm. 6 et 7. — (3) Viaje, tom. VII, pag. 31. — (4) Vida, virtudes, y milagros de san Bernardo Calvò, pag. 220 et 221. — (5) Historia de los santos de Cataluña, pag. 253.

nicæ

vertemus et ex qua alii compluresua hauserunt.

nicæ designant) conscriptam Vicique adhuc servatam. Cujus apographum ad nos destinatum fuit atque etiam versio stylo plane simplici et fideli facta sæculo XVII; *quam Vitam etiam præ oculis habuit Antonius Domenec, qui anno* 1602 *eamdem, in Hispanicum seu Castellanum idioma conversam, simul cum aliis sanctorum Catalauniæ Vitis in lucem edidit; quæ editio anno* 1630 *post scriptoris mortem renovata est. Interea Chrysostomus Henriquez ante annum* 1621 *(ut ex approbationibus apparet) similiter vertit in latinum,* monumenta ecclesiæ Celsonensis *(Vicensem intelligit)* et monasterii Sanctarum Crucum laudans (1). *Verum, quum non nudam pristinam narrationem secutus sit Domenecus, sed eam pluribus auxerit, Henriquezius vero ita inhæreat Domeneci vestigiis, ut manifestum sit eum hinc sua deprompsisse, cautione opus est. De his itaque hæc tene. Præluxit Domeneco Vita Lemovicina, quam nonnullis miraculis amplificavit, ex processu, de quo supra, collectis; Henriquezius autem nulla singularia Vicensia aut SS. Crucum documenta habuit; sed Domeneci Hispanica verba nimia libertate latina fecit. Paucis mutatis, latinam Henriquezii versionem ad diem* 16 *octobris in suo Martyrologio Hispanico inseruit Tamajus de Salazar eamdemque secuti sunt qui anno* 1702 *lectiones, initio hujus commentarii editas, conscripserunt. Ut autem inde ad Vitam Lemovicinam revertamur, vix quidpiam ei inest, quod ex epistola Francisci Miri depromptum non sit. Omissis autem miraculis post mortem patratis, inserta fuit hæc Vita Flori sanctorum,* antiquissima manu scripto, *ut loquitur Domenecus* (2), *qui eam etiam vocat* Historiam vitæ antiquissimam (3). *Pluribus item inserta fuit scriptionibus de canonisatione* B. Bernardi, *quæ sæculis* XVI *et* XVII *non uno tempore confectæ sunt. Flos autem ille sanctorum idem est, quem, lingua Lemovicina scriptum, reperit Villanova (4) ineunte hoc sæculo in tabulario ecclesiæ cathedralis Vicensis et quem ob literarum et linguæ formam, ob præsentiam Vitæ S. Ludovici, episcopi Tolosani, anno* 1297 *mortui, et absentiam secundæ translationis S. Eulaliæ Barcinonensis, quæ die* 10 *julii anni* 1309 *maxima solemnitate facta est (5) et ob alia id genus indicia judicavit scriptum esse circa exordia sæculi* XIV; *verumtamen fallacia sunt hæc indicia; adeoque quum* B. Bernardi *Vita Lemovicina epistola Francisci Miri certe recentior sit, necesse est ut et Flos sanctorum anno* 1338 *sit posterior.*

§ III. Altare S. Bernardi; fundationes multifariæ; indulgentiæ propter novum sepulcrum, quod tamen non perficitur.

Fundatio beneficii ad altare S. Bernardi *in templo Vicensi anno* 1283 *facta;*

Dum autem illa auctoritate episcoporum et capituli Vicensium fierent, alia multa sponte sua faciebant Christi fideles, quibus venera-

tionem suam in B. Bernardum *testatam facerent, et quorum postmodum nonnulla, quum controversia agitaretur an* B. Bernardus *censendus esset necne canonisatus, collecta fuerunt ex libris notariatus Vicensis publici et scriptionibus advocatorum ea de re inserta. Primum autem documentum, quod illic reperi quodque etiam edidit Onuphrius Relles noster* (6), *anni* 1283 *est eoque spectat ut instituatur* altare ad stabilimentum sacerdotale *seu beneficium et* ad honorem sancti Bernardi, quondam Vicensis episcopi, dedicetur. *Accipe instrumentum :* In Christi nomine, ego Gullielmus Xâmar canonicus, gravi detentus infirmitate, tamen in meo pleno sensu, loquela atque memoria integra constitutus, meum facio, condo et ordino testamentum; in quo rogando meos manumissores etc. Deinde, completis et deductis omnibus supradictis, ad honorem Dei et gloriosæ Virginis matris ejus et beati Petri et totius curiæ cælestis, et ob remissionem et indulgentiam meorum peccatorum, et parentum meorum, et omnium defunctorum, statuo et ordino perpetuo stabilimentum sacerdotale in Vicensi ecclesia : presbyter vero, qui dictum stabilimentum sacerdotale rexerit seu tenuerit, intersit in choro Vicensis ecclesiæ semper omnibus horis diurnis pariter et nocturnis, et pro anima mea, et parentum meorum, et omnium fidelium defunctorum, celebret missam singulis diebus, prout honeste poterit, in altari S. Mariæ de choro Vicensis ecclesiæ, quousque ad honorem beati Bernardi, quondam Vicensis episcopi, cujus sancto corpore Vicensis ecclesia decoratur, fuerit dedicatum. Cum autem dictum altare dedicatum fuerit ad honorem dicti santi Bernardi, dictus presbyter in eodem altari sancti Bernardi celebret singulis diebus perpetuo et intersit divinis horis, prout superius est narratum. Actum est hoc x kal. maji, anno Domini 1283.

qui titulus perseveravit usque ad sæculum XVII;

12. *Quod altare, præsentia corporis* B. Bernardi *decorum, reapse aliquando erectum fuit; ut constat ex testamento, quod die* 10 *maji anni* 1380 *Guilielmus Condamina Pelagre, Vicensis civis, fecit* (7) : Item, *inquit,* dimitto lampadibus altarium sancti Antonii, et passionis imaginis Christi, et corporis beati Bernardi sedis Vici, cuilibet ipsarum, medium octavum olei, ibi ardens ad honorem Domini nostri Jesu Christi et dictorum suorum sanctorum, *etc. Similiter in Speculo, reddituum omnium anniversariorum et distributionum quotidianarum, (qui liber anno* 1398 *scriptus est,) mentio fit* de capella et altari S. Bernardi et S. Martini : *qui titulus ad finem sæculi XVII perseverabat, semper* S. Bernardum *Vicensem, non autem Clarævallensem designans* (8). *Demum Jacobus Valls, notarius publicus Vicensis, in testamento, quod die* 11 *decembris anni* 1464 *condidit, meminit etiam* de sancti Bernardi altari, *ad quod quippe vellet duodecim missas quotannis celebrari :* Item, *inquit* (9), quia ego sum valde devotus ad beatum Bernardum, episcopum Vicensem, propter miraculum, per ejus intercessionem et merita per Dominum nostrum Jesum Christum sua clementia mihi factum, ideo volo, mando, et ordino, quod dictus hæres universalis infrascriptus et successores sui in dicta mea hæreditate

(1) Fasciculus sanctorum ordinis Cisterciensis, lib. II, dist. IX, tom. II, pag. 105. — (2) Hist. de los santos de Cataluña, pag. 253. — (3) Ibid. pag. 259. — (4) Viaje, tom. VI, pag. 113 et 114. — (5) Domenec, Hist. de los santos de Cataluña, pag. 48. — (6) Vida, etc. pag. 238. — (7) Ibid. pag. 240. — (8) Ibid. pag. 240 et 241. — (9) Ibid. pag. 241.

AUCTORE V. D. B.

faciant celebrari in altari dicti sancti Bernardi, quolibet anno pro animabus mei et aliorum prædictorum duodecim missas per illos presbyteros, quos idem hæres meus elegerit et voluerit.

aliæ fundationes ad S. Bernardi *honorem summatim recensitæ.*

13. *Aliæ fundationes, summatim recensentur in alio commentario, circa medium sæculum XVII lingua Catalauna conscripto; ex quo hæc excerpenda et latina facienda visa sunt :* Similiter postea plures alii non solum fundarunt ad altare S. Bernardi Calvonii et sub ejus invocatione alia beneficia, (quemadmodum unum fundavit Petra de S. Eulalia, aliud T. Quadres, aliud Raimundus Montonus, et aliud D. Gaspar de Moncado, ut constat ex Speculo anniversariorum, quod in archivio publico illustris capituli cathedralis Vicensis servatur, et in quo Speculo recensentur omnia beneficia, in templo cathedrali fundata; et aliud demum fundavit VII idus maji anni 1293 ad idem altare et sub eadem invocatione Berengarius Doper, ut constat ex ejus testamento, quod est penes Petrum Simonem, scriptorem juratum Vicensem;) non solum itaque similia beneficia fundarunt, verum etiam faces cereas et alia pietatis opera ad corpus dicti Bernardi Calvonii, supplicantes domno episcopo et præposito (*domer*) dictæ ecclesiæ ut curarent has faces et cereos ardere, quemadmodum expressis verbis legitur in testamento Bernardi Catuell de die 3 martii anni 1361; Ferrerii Miri de die 5 novembris anni 1275; Sibilliæ, uxoris Ferrerii de Tanerals de die 21 septembris anni 1289; Sibiliæ Pinosæ de die 9 aprilis anni 1303; D. Joannis Coemas de die 7 septembris anni 1337; Berengarii Joannis Francisci Torra et Petri Puig anni 1344 et aliorum multorum, quorum nomina brevitatis gratia omittuntur. *Placet autem paulo plenius referre ex publico tabulario notariatus Vicensis particulam testamenti, quod kal. februarii anni* 1343 *Ferrerius de Conellas condidit et in quo, post fundatum in templo cathedrali beneficium, sic pergit :* Item volo quod per totum unum annum, a die obitus mei in antea computandum, teneatur comburendo de bonis meis una lampas ante corpus B. Bernardi Vici propter aliquod evidens miraculum, quod ad supplicationem meam ipse B. Bernardus fecit; quia videlicet a morte suscitavit Arnaldum filium meum. *Quibus adde legatum de fili incerati massa, quod die* 30 *octobris anni* 1365 *testamento suo insertum voluit Maria, uxor Bernardi Mora, civis Vicensis.*

Item testamenta.

14. Alii plures reliquerunt omnia sua bona unde solverentur expensæ canonisationis divi pastoris; quas inter Eleonora, filia Petri de Pruneriis seu de Prunes et simul uxor Guilielmi de Malle domicelli, in testamento, quod die 5 augusti anni 1363 condidit; item Petrus de Cuspineda die 6 augusti anni 1380; Prixana anno 1362; Guilielmus Holm, alias de Basora; et alii plures. *Verum timeo ne hæc paulisper exaggerata sint. Coram enim habeo excerptum primi testamenti seu Eleonoræ de Pruneriis, quod non absolutum, sed plane conditionatum erat, si scilicet monasterii intra certum tempus constructio non fieret;* si vero, *inquit,* ipsum monasterium intra dictum spatium quatuor annorum non fuerit inceptum, volo quod omnia bona mea dentur in missionibus fiendis ad opus canonizandi corpus B. Bernardi sedis Vici; et in hoc casu ipsum beatum Bernardum et missiones fiendas ad opus canonizandi dictum beati corpus sancti Bernardi mihi heredes universales facio ac volo quod sint heredes mei universales. *Quidquid id est, huc præterea pertinent quæ apud Onuphrium Relles cap.* 38 *Vitæ* S. Bernardi (1) *leguntur atque hic latina facienda visa sunt :* Doctor Franciscus Colldelram, dignissimus capituli Vicensis canonicus, qui in recognoscendis S. Bernardi Calvonii rebus et in tabulariis civilibus et ecclesiasticis Vicensibus explorandis multam operam posuit, mecum communicavit multa testamentorum excerpta, quæ repererat et quibus legata fiebant pro expensis canonisationis sanctissimi viri: unde apparet non segnes hujus negotii fuisse Vicenses; et quidem tanto ardore actum ut unus aliquis omnia sua bona dederit, si intra biennium canonisatio absolveretur. *Intelligitur Petrus de Cuspineda lanificus; qui tamen non omnia sua bona huic rei assignavit, sed partem tantum; neque absolute sed certo dumtaxat casu : quemadmodum ex authentico documento mihi constat. Ne vero necesse sit denuo redire ad fundationes, quæ ad augendam* S. Bernardi *venerationem olim factæ sint, placet hoc loco etiam eas referre quæ recentioris sint ævi. In schedis itaque meis Vicensibus fundationes pias, annis* 1633 *et* 1650 *constitutas, reperi; quin tamen explicentur. Dein hæc ibidem legi :* Die 18 mensis septembris anno a nativitate Domini 1659 fundatum fuit sacrum quotidianum in sacello S. Bernardi a presbytero D. Josepho Comalada; *post venit fundatio anni* 1713 *: quas inter ponenda est ordinatio antiquioris, anno* 1699 *facta. Proavus D. Joannis Reixach, quem Joannem in promovendo* S. Bernardi *cultu præclare versantem loco suo videbimus, jam pridem legatum reliquerat,* 12 *librarum seu* 33 1/4 *francorum, qui quotannis honoribus sancti episcopi procurandis impenderentur. Quæ res quum jam pridem neglecta fuisset, pronepos ejus rogavit ut deinceps cantaretur a Vicensibus canonicis officium, missa votiva de communi omnium sanctorum et ut oratio panegyrica fieret. Ad quæ quum non sufficeret illa pecuniæ summa, auxit Joannes Reixah dotem, ut reditus deinceps essent* 29 *librarum et* 10 *denariorum, seu francorum* 82 *circiter; statuit capitulum, præsente episcopo Antonio Pascual, die* 3 *octobris* 1699 *et* 17 *septembris* 1700 *ut celebritas hæc fieret prima die dominica post festa SS. Luciani et Marciani et ut concionator de beato viro diceret quasi de sancto, cujus cultus sit immemorabilis. Unde intelligitur festum* S. Bernardi *non omnino interiisse, quum ab officio liturgico recitando in ejus honorem circa annum* 1625 *cessatum est; quin etiam ex iisdem illis schedis intellexi anno* 1655 *natali SS. Simeonis et Judæ festivitatem* S. Bernardi *actam fuisse atque ante ejus capellam concionem habitam.*

Anno 1338, *quum renovandum videretur sepulcrum, Garcias episcopus indulgentias proposuit manus auxiliatrices porrigentibus;*

15. *Circa idem tempus cogitabatur de renovando* S. Bernardi *sepulcro, quod pro tanti patroni gloria non videbatur satis magnificum. Re quidem vera, uti constat ex antiquissima Vita, quum diem obiverat sanctissimus episcopus,* cives Vicenses corpus ejus sepelierant, *(quæ prima ejus sepultura fuit;)*

(1) Vida de san Bernardo Calvò, pag. 221.

et deinde *(quæ secunda ejus sepultura dicenda est)* fabricaverant aliquod pretiosum sepulchrum marmorei lapidis,.... intra quamdam capellam dictæ sedis *seu templi cathedralis* Vicensis, *scilicet prope fontes baptismales. Quod secundum sepulcrum factum non est intra octo post mortem dies, ut in Vita apud Domenecum et Henriquezium legitur, (nequaquam enim possibile fuit tam pulcram fabricam, quam mox describemus, intra octiduum conficere,) sed quum altare* S. Bernardi *Calvonii Vici erectum est; quod post annum* 1283 *factum esse vidimus. Verum, licet secundum hoc sepulcrum præclarum esset, quum tamen tot miracula cum maximo populi concursu fierent, non amplius satis pretiosum visum est pristinum monumentum;* et propterea, *verba sunt episcopi Garciæ Fernandez de Heredia, anno* 1381 fuit ordinatum quod in dicta sede *seu templo cathedrali* fieret unum solemne sepulchrum cum rexiis et quoddam aliud pulchrum opus, in quo ipsius sancti corpus magis honorifice quam sit solitum teneretur et etiam illuminaretur. *Verum, quum* opus ejusmodi, quod futurum erat non modicum sumptuosum, nequiret fieri absque Christi fidelium eleemosynis et succursu, *pro more illius ævi quadraginta dierum indulgentiæ concessæ fuerunt tum iis qui* dictis operi, luminariæ et ornamentis manus porrexerint adjutrices, *tum iis qui in festo* S. Bernardi *aliisque præcipuis Christi, B. Mariæ Virginis et apostolorum ejusdem sepulcrum pie visitaverint; quod edictum,* Vici die quinta mensis octobris anno a nativitate Domini 1381 *propositum, inferius in Memoriali instrumentorum recurret integrum.*

id tamen factum non est, nisi initio sæculi XVIII, *expensis canonici Josephi Rexach, qui et splendidissimum sacellum excitavit.*

16. *Quod consilium non videtur tum fuisse adimpletum. Imprimis nuspiam hujus operis reperitur memoria; deinde sepulcrum, quod anno* 1688 *adhuc exstabat, idem, ut monuimus, censendum est quod anno* 1380 *jam positum erat super altare, quod in testamento Guilielmi Condominæ* altare *dicebatur* corporis beati Bernardi sedis Vici; *quod altare sæculo ante, ut ex testamento canonici Xâmar intellexímus, nondum conditum erat. Præterea* solemne sepulcrum, *quod meditabatur Garcias,* rexia *seu clathros ferreos habere debebat; et dein conficiendum videbatur* quoddam aliud pulchrum opus, in quo ipsius sancti corpus magis honorifice, quam sit solitum, teneretur et etiam illuminaretur; *id est, si quid intelligam, vetus sepulcrum circumdandum erat clathris ferreis, atque inde extrahendum corpus* B. Bernardi, *in theca argentea aut ex cupro aurato collocandum et deinceps facilius honestandum luminibus. Verum anno* 1688 *neque clathri ferrei erant, neque duplex sepulcrum aut quidpiam simile. Sed quod exstabat sepulcrum unicum, erat, ut monuimus, ex marmore exscalpto valde affabre factum, suffultum sex columnis, cum miraculis in fronte et ad latera diligenter sculptis. Pallio, quod aliquando repam dixerunt Franci, seu panno serico coopertum erat, positumque super altare, in quo missæ sacrificium sæpius tum quotidie offerebatur* (1). *Quæ res duravit donec capella* S. Bernardi *plane restaurata est. Tum enim, die nempe* 24 *novembris anni* 1694, *corpus et reliquiæ ex S. Martini sacello relatæ fuerunt ad novam urnam novumque sacellum. Cujus rei memoriam servat tabella, parieti sacristiæ S.* Bernardi *affixa atque his inscripta verbis :* Die dominica, 21 mensis novembris, anno a nativitate Domini millessimo sexcentessimo nonagessimo quarto, a sacello, juxta scalam claustri novi sedis *(seu templi cathedralis)* Vicensis constructo, fuit translatum ad præsentem capellam corpus S. Bernardi Calvo, episcopi et confessoris, processione solemni. *Sed his publicæ pietati satisfactum non est, et cogitatum de opere majoris pretii. Id perfectum anno* 1723 *ab aurifabro Matons; adeoque die* 23 *octobris hujus anni, pridie antequam festum beati viri agebatur, sanctissimum corpus collocatum est in magna ex argento lipsanotheca, inter ornamenta crystallina super altare posita* (2). Ut vero nihil ad ... thecæ ornatum et magnificentiam desiderari videretur, adjicitur nunc demum *(sic anno* 1819 *scribebat Jacobus Ripoll* (3),) dum hæc typis mandantur, sancti episcopi affabre elaborata ex argento icon, quam illustrissimum canonicorum collegium ære proprio perficiendam curavit, addita pecuniæ summa, quam Ill. D. D. Petrus Magnet, canonicus lectoralis, qui e vivis excessit anno 1811, ad monumenti hujus erectionem fuerat elargitus.

AUCTORE V.° D. B.

Hujus sepulcri et rerum appositarum descriptio.

17 *Sed quæ nunc sit hujus sepulcri species, dabit, quam ex hispanico latinam facio, descriptio, Vico ad me multa humanitate missa. Corpus itaque extensum jacet in tumulo, et dicitur non multis abhinc annis adhuc fuisse integrum. Verum pellis facici nunc amplius non cernitur, sed ossa apparent, carne nuda. Manus sinistra seorsim servatur in lipsanotheca, quæ in processionibus portetur. Duabus vestibus, una alteram tegente, indutus est. Baculus pastoralis ligneus est, in quatuor partes divisus. Dextera chirotheca cooperta est et digito gestat annulum smaragdinum. Mitra, qua caput cingitur, episcopale donum est. Est et alia mitra parva, unum palmum et quadrantem longa, qua alia continetur, multos annos temporibus sancti præsulis imposita, nunc autem ad ægrotos, maxime si capite doleant, solita deferri. Coopertus est loculus theca interiore, ex purpureo panno serico et villoso anno* 1694 *confecta, et altera ex ligno cum ingenti argentea lamina, cui insculptæ sunt quinque particulæ vitæ* S. Bernardi. *Amplius autem non exsistit statua ex argento, quæ quippe anno* 1822 *furto sublata sit. A postica parte altaris, apertis duabus tabulis ligneis clathrisque ferreis, trans quorum foramina corpus* S. Bernardi *apparet, retegitur tumulus. Inest calix stanneus, quatuor et dimidium pollices altum; quo sanctus vir usus esse dicitur: quæ res disputationibus aliquando locum dedit, aliis dicentibus minorem esse pro usu sacro, aliis calicem, Valentiæ servatum, quem in ultima cœna Christus Dominus adhibuerit, altum esse septem dumtaxat pollicibus : verum, omisso calice Valentino, plane certum est calicem illum stan-*

(1) Relles, Vida etc. pag. 162 et 243. — (2) Madoz, Diccionario geografico de España, tom. XVI, pag. 30; et schedæ Vicenses mss. — (3) Constitutiones Petri Albalate, archiepiscopi Tarraconensis, pro capitulo Vicensi.

neum

AUCTORE V. D. B.

neum numquam a S. Bernardo *fuisse usurpatum; sed sepulcralem esse, qui scilicet secundum antiquissimum morem in episcoporum et presbyterorum sepulcris in dignitatis testimonium, ut enses in militum tumulis, cadaveribus apponi solet. Universum vero novum sacellum mirabilis dicitur esse fabrica; quam a medio sæculo* XVII *de suo fieri curavit canonicus Joannes Onuphrius Reixach, annuo reditu centum librarum, adeoque jure merito sepulturam illic nactus. Circumcirca parietes jaspide et marmore vestiti et decem majoribus tabulis pictis, sedecim pedes altis et octo latis, distincti, quibus potissima beati viri gesta expressa sunt. Præterea in capellæ sacrario exstat sancti episcopi picta effigies, octo pedes alta et quatuor lata, atque aliæ insuper minores imagines. Fundatoris sepulcro hæc inscripta sunt verba* (1) :

D. O. M.
IOSEPHVS REXACH. ONVPHRII FILIVS
CIVIS ET CANONICVS AVSETANVS
VIRTVTE AC PIETATE CONSPICVVS
HOC SACELLVM B. BERNARDO EPISCOPO D. F. I.
HOC TVMVLVM SIBI ET SVIS P. C.
CHRISTVM AC S. PETRVM APOSTOLVM
EX ASSE HAEREDES FACIENS
OBIIT VII IDVS AVGVSTI ANNO DOMINI MDCCXXXII
Trophæa META LABORVM *mortis*

§ IV. Inutiles conatus pro canonisatione sub annos 1573, 1602, 1626 et 1652. Volunt S. Bernardum canonisatum fuisse.

Post concilium Tridentinum et ineunte sæculo XVII *canonisationis negotium a Vicensibus resumitur;*

Postquam autem Garcias Fernandez de Heredia frustra molitus esset quod trecentis fere quinquaginta annis post perfectum est, resedit paulatim ardor honorandi B. Bernardi, *quo forte nonnihil valuerunt episcopi exteri, novo reservationum jure designati, et res Vicenses parum curantes seu etiam illic parum residentes. Verum quum per concilium Tridentinum passim pietas paulatim redintegrata esset et Dei cultus sanctorumque veneratio renovata, apud Vicenses etiam de* S. Bernardi *augendis honoribus iisque confirmandis sedulo actum est. Initio tamen parum abfuit quin episcopus, Benedictus de Tocco, anno* 1568 *(ut supra num.* 6 *monuimus)* S. Bernardi *cultum funditus destrueret; sed ut anno* 1573 *Joannes Bertrandus de Guevara ei successit, initio mensis julii capitulum et decuria Vicensis eum rogarunt ut pristinos usus reduceret et simul miracula colligi juberet, quatenus aliquando beatificatio aut canonisatio a sancta sede obtineretur : utrumque placuisse videtur, et certe prisca celebritas restituta fuisse; sed non constat quidpiam præterea fuisse peractum, nisi quod codex miraculorum, quæ ab anno* 1244 *usque ad annum* 1337 *authentice collecta fuerant, iterum descriptus sit, simul cum epistola Francisci Miri et præmissa canonicorum et municipum petitione : quæ omnia simul* originalis processus *titulo dicta reperi atque ipse suo loco editurus sum. Inutilis itaque denuo fuit novus ille conatus. Verumtamen quievit potius negotium quam periit; et quidem anno* 1602, *kalendis martii, quum concilium provinciale celebraret cum suis suffraganeis aliisque prælatis Joannes Teres, Tarraconensis archiepiscopus, boni consuluerunt patres causam beatificationis et canonizationis* S. Bernardi *Calvonii commendare Romano pontifici; quorum literas, pietate plenas, Memoriali documentorum inseram. Sed pro more, quod pecunia deesset, nil tum perfici potuisse videtur. Postquam itaque die* 29 *septembris anni* 1625 *e vivis recesserat frater Andreas de S. Hieronymo, olim prior Escurialensis, tum Vicensis episcopus; et dum usque ad medium annum* 1627 *vacaret sedes, Joannes Barrera, presbyter, sacræ theologiæ doctor, archidiaconus et canonicus Vicensis eoque nomine diœcesis administrator, cum capituli assensu ad omnes Vicensis diœcesis fideles mandatum dedit, eleemosynas petens quæ immensis beatificationis et canonisationis* B. Bernardi *sumptibus impenderentur. Cujus rei occasio hæc fuit. Circa medium mensem julium anni* 1626 *duo Cistercienses, Vicum transeuntes, missæ sacrificium in honorem* S. Bernardi *obtulerant; quorum major dixit deinde sese, dum anno* 1602 *Romæ versaretur et chartas de negotiis ordinis sui inquireret, incidisse in processum canonisationis* S. Bernardi. *De qua re quum die* 17 *julii anni* 1626 *ad capitulum relatum fuisset, quatuor domini designati sunt, qui hoc negotium curarent, pecuniam colligentes, senatus urbani adjutorium sibi consociantes, literas dantes Romam et alio, verbo id omne agentes, quod ad optatum finem facere posse videretur. Invitatus itaque fuit ordo decurionum, ut ne operam suam desiderari sineret; neque vana fuit hæc oratio. Designati fuere quatuor consiliarii, Franciscus Sala, Josephus Calvet, Michael Llueva Selles et Macia Verges, qui die* 31 *julii in capitulum admissi fuerunt; ubi nuntiarunt senatum consentire capitulo de promovenda* S. Bernardi *canonisatione : quæ mihi ex tomo* XV *Consiliorum* municipalium et ex libro* I *et* II *secretariæ capituli descripta fuerunt. Quum ergo municipes plane faverent canonicorum conatibus, proposuit die* 4 *augusti ejusdem anni* 1626 *diœcesis administrator decretum de petendis eleemosynis : quæ sufficientes fuisse videntur ut, quod flagrantissimis votis expetebatur, tentari posse censeretur.*

* Acuerdos.

sub annum 1626 *novi conatus, denuo inutiles;*

18 *Congesta itaque fuere præcipua documenta de vita et miraculis* B. Bernardi, *scilicet decretum capituli Vicensis anni* 1244, *quo ad miracula conscribenda duo designati sunt canonici, simul cum horum scriptis; secundo literas pastorales Raimundi, episcopi Vicensis, anni* 1268; *tertio Vitam antiquam lemovice seu catalaunice scriptam; quarto constitutiones plures capituli Vicensis, quæ ad* B. Bernardi *honorem faciant; quinto epistolam abbatis SS. Crucum; et sexto demum Garciæ, episcopi Vicensis, epistolam : quæ omnia quum Memoriali instrumentorum contineantur, manifestum est ea anno* 1626 *fuisse collecta. Tradita autem ea fuerunt duobus cau-*

(1) Villanueva, Viaje, tom. VI, pag. 112.

sidicis seu J. U. doctoribus; quorum alter Michael

Michael Aguilo, alter Hippolytus Merenda, amboque senserunt (prioris commentarius diem 3 *decembris anni* 1626 *inscriptum in fronte gerit) scripta illa sufficere, quibus in curia Romana demonstretur* B. Bernardum *vitæ fuisse integerrimæ ejusque sanctimoniam divino miraculorum signaculo fuisse consecratam. Verumtamen nil hac via perfectum fuisse videtur; licet in scriptione, anno* 1628 *de juribus dignitatis archidiaconalis Vicensis confecta, quam vidit Jacobus Villanueva* (1), *legatur tum adhuc spem fuisse ut* B. Bernardus *Romani pontificis decreto sanctis accenseretur; et licet die* 29 *augusti anni* 1632 *decreto capitulari statutum fuerit ut, qui sexennio ante designati fuerant, ordine disponerent scriptiones antiquas et recentes de sanctimonia et miraculis* S. Bernardi *et præterea coram episcopo ad futuram rei memoriam informationum conficerent tabulas, quibus deinde a sancta sede obtineretur beatificatio et canonisatio, aut certe licentia recitandi officii in die ejus festo : et die* 3 *septembris proxima decretum est ut notariis et scribis, quorum opera in hoc negotio adhiberetur, sua esset merces; demum die* 16 *ejusdem mensis designati aliquot canonici et municipes, qui opulentum sacellum in* S. Bernardi *honorem promoverent. Sed hæc bonæ voluntatis mera indicia, sine effectu.*

item alii sub annum 1652;

19 *Verumtamen medio sæculo* XVII *pristinus fervor visus est aliquantum reviviscere. Certe anno* 1652 *canonicus Lucianus Codina, sodalium suorum decreto, multa diligentia tabularia aliaque documentorum veterum scrinia scrutabatur, quærens testimonia de vita et miraculis* B. Bernardi, *quo ad ejus canonisationem aliquando deveniretur; quæ tum communicavit cum Onuphrio nostro Relles, qui similiter multus erat in inquirendis beati viri rebus, ejus Historiam conscripturus. Tam sua, quam quæ Codina repererat, in unum congessit Relles et ad Codinam destinavit. Verum ubi ille mortuus est, nemo curavit ejus scripta, et causa canonisationis* B. Bernardi *plane seposita fuit; donec tandem triginta annis post Franciscus Colldelram, canonicus Vicensis* B. Bernardi *amantissimus, cogitavit de inquirendis Codinæ scriptis. Inutilis is fuit labor, nisi quod in Onuphrium Relles incidit, qui meminit se pristina sua adversaria reliquisse in Societatis Jesu Barcinonensi collegio de Belen. Quæ ubi nactus est Colldelramus, cultum* B. Bernardi *aut stabilire aut redintegrare statuit et in eamdem sententiam traxit episcopum et sodales suos de capitulo Vicensi : quo pertinet, ni fallor, epistola capituli Vicensis inscriptione carens; quæ venit post Memoriale instrumentorum. Eis tamen jure merito non placuit pristinam tentare viam, sed aliam potius breviorem et multo minoris sumptus.*

episcopus et capitulum statuunt petere a Romano pontifice redintegrationem cultus, præpostere abrogati.

20 *Postquam enim Urbanus VIII jussisset ut cultus omnium virorum, qui sanctitatis opinione obiissent et qui centum annis ante publice coli non cœpissent aut perrexissent, plane omitteretur, nisi ex Romani pontificis auctoritate legitimus esset, luculentum utique erat abrogandum non esse cultum publicum, etiamsi numquam expressis verbis sanctæ sedi probatus fuisset, dummodo centenariæ jam esset ætatis, quum Urbanus VIII leges suas proposuit. Verum passim hæc severius intellecta fuerunt; ita ut alii suppresserint venerationem sanctorum, quæ nonnisi bona venia sanctæ sedis, sed vivæ dumtaxat vocis oraculo aut alia minus solemni forma concessa, niteretur; alii ecclesiasticos honores, multis sæculis sanctorum memoriæ delatos, sed numquam a Romano pontifice confirmatos : et quidem arbitror Vicenses etiam æstimasse se non amplius* B. Bernardi *festum agere posse atque inde anno* 1626 *fuisse inductos ut canonisationem ejus prosequerentur : qua opinione multa explicantur, quæ secus obscurissima sint. Utut id est, medio sæculo* XVIII *festum* S. Bernardi, *quod olim tanta solemnitate egerant, non amplius celebrabant; et sane missam et officium in ejus honorem, quod olim eximia celebritate peregerant, omittebant. Consilia itaque inter se contulerunt Vicenses episcopus et canonici statueruntque per viam cultus procedere, id est demonstrare sanctæ sedi* B. Bernardi *cultum publicum ante omnem hominum memoriam exstitisse, eoque comprobato aut redintegrato, concedi posse licentiam iterum missæ celebrandæ in ejus honorem et recitandi divini officii.*

AUCTORE V. D. B.

Voluerunt tum causidici S. Bernardum jam pridem canonisatum fuisse, manifesto errore.

21 *Confecti itaque sunt novi commentarii; in quorum altero collecta veteris cultus testimonia, in altero quæsitum* an sanctus Bernardus Calvonus episcopus sit canonisatus et an de eo possit officium recitari ac missa celebrari. *Ad quod dubium nescio quis causidicus affirmavit* B. Bernardum *fuisse canonisatum, licet nesciretur a quo, et licet* videretur obstare quod in civitate Vicensi et in ejus ecclesia cathedrali, cujus episcopus fuit, et ubi ejus corpus magna totius cleri et populi devotione integrum asservatur, colitur ac veneratur, de hoc dubium erat; adeo quod multoties etiam nostris temporibus in capitulo canonicorum ac etiam in consilio consiliariorum ac procerum dictæ civitatis fuerit propositum ac resolutum procurandam esse ejus canonisationem totibus viribus et ad id consequendum *factas esse* aliquas diligentias, præcipue in anno 1626. Quod si ejus canonisatio tunc temporis nota esset apud illos, de hoc minime actum esset. *Absurdissima ad hanc difficultatem responsa et alia ejusdem generis omitto, quoniam ipsum capitulum Vicense agnovit S. Rituum congregationem sibi adeundam esse.*

§ V. Processus fit anno 1681 de cultu S. Bernardi; sed nil perficitur. Cultus ille legitimus, licet nulla umquam facta sit canonisatio. Memoria in fastis sacris.

Roma mittitur instructio;

Roma itaque missa est instructio et facultas, *data episcopo Vicensi, tamquam judici delegato, subdelegatos judices constituendi. Quod vero mirum est, neque capitulum Vicense, neque civitas postulatoris loco est habita; sed parœcia*

(1) Viaje, tom. VII, pag. 52.

AUCTORE V. D. B.

parœcia diœcesis Tarraconensis, scilicet communitas de Reus Campi, in quo jacet Mansum Calvonis, natalis locus S. Bernardi, *constituta est quæ postulatoris partes ageret; atque hæc die* 8 *maji anni* 1678 *procuratorem designavit Josephum Xuriguer, causidicum Vicensem, qui testes introduceret, solemniter declaraturos* quomodo corpus gloriosi sancti Bernardi Calvonis, episcopi Vicensis, abhinc decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta, centum aut plures annos aut ante omnem hominum memoriam in ecclesia cathedrali, civitate et diœcesi Vicensi, receperit et recipiat cultum et venerationem; eaque publica et communia a civibus et incolis dictæ civitatis et diœcesis Vicensis; item venerationem illam tantam esse ut testimonium dicant quod ita viderint a longissimo recordationis suæ tempore, id est plus quadraginta annis, et quoniam ita audiverint a majoribus, dicentibus se similiter vidisse et audivisse a majoribus et senioribus, eosque aut alios numquam vidisse aut audivisse B. Bernardum cultu et veneratione, quibus sancti honorentur, non fuisse honoratum; ita ut ita semper visum fuerit et fama sit et fuerit in dicta ecclesia cathedrali, civitate et diœcesi Vicensi.

sed nil fere fit nisi anno 1681, *quum testes aliquot de cultu audiuntur.*

23. *Verumtamen ante initium mensis februarii anni* 1681 *nil fere fuit actum. Tum vero, quum Jacobus Mas, Vicensis episcopus, judicem commissarium designasset Didacum Moxi, vicarium suum generalem in spiritualibus et temporalibus atque etiam officialem, coram ejus tribunali die* 3 *illius mensis comparuerunt Josephus Albanell, ligni faber, Josephus Angel et Adroguerius, civis Vicensis, et Sigismundus Bru, presbyter Vicensis, et die* 7 *februarii Petrus Joannes Maragull Padrinajalerius et Monserratus Pico, ligni faber, die* 21 *februarii Jacobus Fontenberta, presbyter et beneficiarius Vicensis, et Joannes Ozona, pharmacopola Vicensis, die* 24 *ejusdem mensis Didacus Albanell, apparator pellium et causidicus Vicensis, die* 25 *Didacus Serrarica, causidicus Vicensis, et demum die* 27 *Sigismundus Pujol, lanæ parator Vicensis, qui omnes ætatis provectæ viri ad utrumque articulum affirmanter responderunt, multa singularia afferentes de antiquitate, amplitudine, et celebritate cultus* B. Bernardi. *Quorum tamen pleraque ex aliis documentis innotuerunt, eaque de causa prætereunda sunt: ex reliquis præcipua seligemus.*

Horum testimoniorum summarium;

24. *Imprimis conveniunt omnes inter se populi concursum ad* B. Bernardi *tumulum et altare omni tempore esse maximum, non solum civium Vicensium, verum etiam peregrinorum; ita ut aliquando duas horas exspectandum esset advenis, priusquam ad sepulcrum accedere possent; a longinquo etiam venire presbyteros et religiosos, qui in illo altari celebrent missæ sacrificium; multos petere ut missæ illic pro se fiant; hinc contingere ut quotidie plures missæ coram ejus reliquiis celebrentur; ut ardeant illic fere semper cerei et aliquando tres lampades; ut offerantur annuli aurei, lapides pretiosi, alia donaria seu anathemata, aut etiam acceptorum beneficiorum testimonia, ut sudaria, fulcra, tabulæ pictæ, cerei et alia id genus; centum circiter annis ante, a licentiatis seu jurisconsultis in patroni sui honorem oblatam fuisse lampadem argenteam, quæ adhuc perseveret; olim primum consiliarium civitatis, nomine Brossam, tunicam officii sui illic suspendisse, quæ dein capellæ ornamento esset; olim dramata seu fabulas ex vita S.* Bernardi *publice in theatro actas fuisse: ad quæ ex Onuphrio Relles addo anno* 1689 *in pariete capellæ* B. Bernardi *adhuc pyxidem fuisse, in quam fideles eleemossyas suas, unde luminare illic procuraretur, immitterent, et puerum choralem seu clericulum ecclesiam circuire fuisse solitum, eumdem ob finem eleemosynas petentem. Omnes autem illi laudant maximopere usum ferendi ad infirmos, qui capite ægrotent, aut, quum ad capellam veniant, capiti eorum imponendi sancti viri episcopalem mitram; quam pyxidi argenteæ includendam curasse excellentissimum virum Josephum de Pinos, quod, invocato* B. Bernardo, *ab illo malo liberatus fuisset; multo in honore hanc mitram esse, ita ut intra civitatem nonnisi capellanus eam ad ægrotos deferat, extra mœnia canonicus; qua pietate innumeros infirmos fuisse adjutos et in dies adjuvari; hæc et alia miracula sæpissime contingere; antiqua etiam ferri in populo, patrata divinitus, dum sanctus vir adhuc viveret: scilicet quum episcopatus sui tempore Vicum rediret, ubi ad collem de Malla veniret, civitatis campanas solitas fuisse sponte sua sonare; idem contigisse, quum aliquando Barcinoni appropinquaret; eaque occasione factum esse ut, quum propter naturæ requisita ab equo descendisset, ventus ingens surrexerit, beati viri vestes solverit, fibula constrictas, fibulamque in mare propulerit; atque tum cessasse campanarum sonitum; aliquanto autem post a coquo repertam in ore piscis marini et a sancto episcopo agnitam illam suam fibulam; accidisse etiam ut duo licentiati consilium inierint de decipiendo beato viro; quo consilio alterum ad portam templi maximam jacuisse, veluti mortuum; alterum adstitisse qui eleemosynam ab adveniente episcopo postularet, unde posset fratrem sepulturæ mandare; eum, accepta eleemosyna, dixisse socio et monuisse ut surgeret; sed hunc repertum revera mortuum; advenisse dein S.* Bernardum *et, impertita benedictione, revocasse ad vitam. Quæ narrationes, nullis antiquis fultæ testimoniis, ad id tantum valent ut intelligatur quanta esset ejus apud populum existimatio et sanctitatis fama.*

hæc denuo vana fuerunt; quo statu res essent, quum Onuphrius Relles annis 1688 *et sequentibus* S. Bernardi *Vitam conscriberet;*

25. *Verumenimvero universa hæc inquisitio denuo frustra facta est; ita ut ne Romam quidem missa fuisse videantur collecta testimonia. Quin etiam communicata non fuerunt cum Onuphrio Relles, quum anno* 1688 *et sequenti* B. Bernardi *Vitam* (1) *scriberet seu potius typis ederet, quamvis capituli Vicensis expensis. Hic itaque, nil cogitans de his quæ nuper pro obtinenda beatificatione æquipollenti acta fuerant, in fine operis sui demonstrare aggreditur certissimum esse* B. Bernardum *vocepopuli, ab antiquo, ut loquitur, canonisatum*

(1) Vida, virtudes, y milagros de san Bernardo Calvò, religioso Cisterciense, abad de santas Cruzes, y obispo de la ciudad de Vique. Por el P. Onofre Relles, theologo de la Compañia de Jesus y examinator synodal en los obispados de Barcelona y Girona. Barcelona. En la imprinta de Rafael Figuerò, año 1689.

nisatum fuisse canonisatione particulari; dein opinatur eum etiam solemni generalique canonisatione fuisse canonisatum; sed ignorari a quo papa; recurrendum tamen videri ad Romanum pontificem qui antiquum cultum confirmet et licentiam recitandi in ejus honorem divinum officium renovet. Et, quoniam hæc adhuc res Vicenses torquere videtur, paucis eam expediam. Imprimis verba ambigua seponamus omnino. Atqui canonisatio, qualis nunc intelligitur, actus est quo universæ ecclesiæ præcipitur ut defunctus inter cælites censeatur : qui quum ad totam ecclesiam pertineat, fieri solum potest a Romano pontifice, a concilio generali, aut (ut leges generales introducuntur per solum usum et consuetudinem generalem) etiam per consuetudinem, ita sanctam universim habitam, ut hinc sine piaculo recedi non posse æstimetur. Sic a Romano pontifice, ut unico exemplo stem) canonisatus fuit S. Ignatius Loyola; S. Sturmius, abbas Fuldensis, a concilio generali Lateranensi, præside Innocentio papa II (1); *et universali consuetudine S. Augustinus. Quocirca, nisi continua confusione laborare velimus,* canonisatio particularis *expellenda est, et* beatificatio *dicenda, quæ cultum dumtaxat finitum certisque limitibus circumscriptum designet. Atque hæc beatificatio multis etiam modis olim fieri poterat, scilicet aut a Romano pontifice, legem particularem ferente aut licentiam concedente; aut ab episcopo; aut a synodo diœcesana aut provinciali; aut demum voce populi, cum expresso aut tacito episcopi consensu; quæ fere consuetudine particulari continentur.*

quem errare ostenditur, ubi contendit S. Bernardum *habendum esse canonisatum :*

25 *Porro nuspiam vestigium est ab episcopo, synodo particulari aut generali, multoque minus a Romano pontifice umquam decretum fuisse propositum, quo expressis verbis* B. Bernardus *Calvonius aut canonisaretur aut beatificaretur. Quæ vero afferuntur in contrarium, nullius plane sunt ponderis. Primo scilicet loco profert Onuphrius Relles testimonium Chrysostomi Henriquez, qui sæculo* XVII *in Apparatu Menologii Cisterciensis, cap.* 2, *hæc scripsit :* Sanctus Bernardus de Alzira, sanctus Bernardus, Vicensis episcopus, Cistercienses fuerunt, miraculis coruscarunt; sancti declarati, in diversis civitatibus festive coluntur : *ubi omnis vis in verbis* sancti declarati *constituta est, quæ utique nimis generalia sunt et recentioris ævi quam ut considerari mereantur. Secundo loco affert Lucam Castellinum, professorem in universitate Romana; qui in catalogo sanctorum canonisatorum, ad finem tractatus de certitudine gloriæ sanctorum canonisatorum, ubi ad* S. Bernardi Calvonii *nomen venit, sic pergit :* Sanctus Bernardus Calvo, episcopus Vicensis in Hispania, certo solemniter canonisatus, quamvis nesciatur determinate per quem : omnes scriptores ordinis Cisterciensis, præsertim Guido Claravallensis de Viris illustribus dicti ordinis. *Sed nulla iis dictis fides. Castellinus enim librum de certitudine gloriæ sanctorum scripsit anno* 1628, *biennio postquam Vicenses cœpissent* B. Bernardi *canonisationem promovere; neque singularem auctoritatem habet, quippe qui neque Hispanus, neque Cisterciensis fuerit, sed Italus ex ordine Fratrum Prædicatorum. Falsum deinde est omnes scriptores Cistercienses in affirmanda ea re convenire, quum nulli sint. Qui vero Guido Claravallensis de Viris illustribus laudatur, ne exsistit quidem : nam qui Guido Claravallensis in republica literaria innotuit, mortuus est ante* B. Bernardum *et de rebus theologicis scripsit. Alia testimonia nulla profert Onuphrius Relles; contra causidici, qui sæpius in hoc negotio occupati fuerunt, multa exhibent, quibus quidem constat* B. Bernardum *omni tempore sanctis accensitum fuisse et publice cultum, sed nequaquam ullo, Romani pontificis aut concilii œcumenici præcepto, multo minus consuetudine, quæ vim legis universalis habeat, canonisatum fuisse.*

AUCTORE V. D. B.

sed cultus ejus omnino legitimus est, utpote centum annis antecedens decreta Urbani VIII.

26 *Per consuetudinem itaque cum episcoporum Vicensium consensu inductus fuerat* B. Bernardi *cultus; atque is olim, quum celebrabatur ejus festum, multo solemnior erat. Ut quæ perierant hominum culpa, legitime restaurarentur, necessarium erat S. Rituum Congregationis decretum, quo repristinaretur, ut ajunt, antiqua celebritas; quæ vero supererant, hæc absque ulla nova licentia servari poterant, utpote Urbanianis decretis centum annis antiquiora. Quapropter prorsus laudanda sunt, quæ anno* 1688 *Antonius Pasqual, Vicensis episcopus, in relatione de statu diœcesis suæ ad limina Apostolorum seu ad congregationem concilii destinavit nobisque servavit Onuphrius Relles noster* (2) : In alia capella, *sic enim pergit, templum cathedrale ejusque partes describens,* ejusdem sedis *seu templi cathedralis, quæ capella titulum habet* sancti Martini episcopi, venerator corpus Bernardi Calvonii, sancti communiter nuncupati, præsulis hujus ecclesiæ et defuncti VII kal. novembris anno salutis 1243, cum fama (ut traditur) et opinione sanctitatis, ac miraculis clari; indutum sacris paramentis cum baculo et chirothecis coloris albi, positis in manibus, et annulis aureis, fidelium votis elargitis, ac plurimis aliis donis aureis et argenteis in circuitu et in armario, in pariete ejusdem capellæ defixo. Præfatum corpus depositum inspicitur intus sepulchrum marmoreum super sex columnis, e terra elevatum, cum miraculis, in ejus frontispicio et lateribus sculptis, ac coopertum panno serico; cui adhærent gradus altaris cum imagine sanctissimi Crucifixi, ubi singulis diebus sacrum pluries celebratur. Occasione visitationis cathedralis sanctitatem hujus eximii prælati inquisivi; et, factis diligentiis, inveni episcopos, prædecessores meos, nomine BEATI et SANCTI ipsum appellasse in annis 1268, 1312, 1330, 1340 et aliis, et signanter in visitationibus hujus ecclesiæ; quarum antiquior legitur de anno 1413; usque ad præsens indulgentias quadraginta dierum elargientibus eleemosynas pro luminibus, fabrica et ornamentis, concessisse. In memorata capella reperiuntur fundata quinque beneficia sub invocatione sancti Bernardi ab anno 1293, et alia pia relicta. Quibus omnibus perspectis, in eodem cultu et veneratione tantum religiosum præsulem reliqui, existimando non esse comprehensum in decretis sanctæ Inquisitionis sive constitutionis Sanctissimi *Domini no-*

(1) Benedictus XIV, de Canonisatione Sanctorum, lib. I, cap. VIII, num. 18. — (2) Vida etc. pag. 242 et seqq.

et quidem initio sæculi XVIII *congregatio Cisterciensis a S. R. C. facultatem recitandi officii divini in ejus honorem obtinuit. Cultus in SS. Crucum et Villæsiccæ.*

stri, etc. Urbani VIII felicis recordationis.

27 *Postea nil amplius fecisse videntur Vicenses, quo probarent sanctæ sedi* B. Bernardi *ecclesiasticam venerationem. Quin etiam, quum initio sæculi* XVIII *sacra Rituum Congregatio ad petitionem superiorum congregationis S. Bernardi ordinis Cisterciensis concessisset licentiam celebrandi festa et recitandi divinum officium in honorem plurium veterum sanctorum ordinis, atque ea de re tredecim decreta proposuisset annis* 1701, 1702, 1703 *et* 1710, *(quæ inter decretum de die* 1 *julii anni* 1702 *legitur, quo* monachis utriusque sexus congregationis prædicti ordinis potestas *fit* ut licite possint die 24 octobris celebrare festum et recitare sub ritu duplici officium et missam sancti Bernardi, episcopi et confessoris), *quæ omnia decreta Clemens papa XI literis apostolicis in forma brevis die* 25 *septembris anni* 1710 *confirmavit; quum itaque id concessisset sacra congregatio, nequaquam moti fuerunt Vicenses ad petendum ut illa ad se extenderetur facultas. Unde in* Annuali ordine Romano recitandi et celebrandi juxta rubricas in sancta cathedrali totaque Vicensi diœcesi anno 1720 bissextili, *ad diem* 24 *octobris venit S. Raphaelis archangeli festum, et ad diem* 26 *SS. Luciani et Martiani, omisso plane* B. Bernardo. *Verum postea, licet Jacobus Ripoll, Vicensis canonicus, et Jacobus Villanueva, qui in declarando* B. Bernardi *cultu nonnullam operam posuerunt, ne verbum quidem habeant ex quo intelligatur nunc sanctissimi episcopi festum a Vicensibus agi; et licet in magna documentorum copia, quam indidem accepi, et in collectione officiorum propriorum, quæ in musæo nostro asservantur, nil vidi quasi solemni ritu annuoque officio* B. Bernardi *memoriam celebrent Vicenses, non tamen dubito quin inter annum* 1720 *et* 1764 *Vicenses postularint ut licentia, facta Cisterciensibus, ad se extenderetur. In libello enim pio de colendo novem dies* B. Bernardo (1), *quem anno illo* 1764 *Franciscus Marti y de Rexach dedit in lucem, pro novo Cisterciensium more festum* S. Bernardi *dicitur concurrere cum die* 24 *octobris; deinde in fine legitur eadem oratio, quam S. Rituum Congregatio approbavit pro Cisterciensium usu. Et quidem, multo postquam hæc disserueram, venerunt in manus meas rescripta Vicensia, quibus hæc res declaretur. Scilicet ineunte anno* 1722 *efflagitarunt Vicenses a S. Rituum congregatione sequens decretum.*: Cum alias sacra rituum congregatio monachis Cisterciensibus S. Bernardi recitationem officii S. Bernardi Calvo, episcopi Vicensis, die ipsius festo 24 octobris indulserit; nunc ad preces episcopi, capituli et cleri civitatis Vicensis idem officium recitari et missam respective celebrari ab omnibus sæcularibus et regularibus civitatis ejusdem tantum, qui ad horas canonicas tenentur, posse et debere benigne concessit. Die 24 januarii 1722. F. Card. Paulutius Pr. *Cujus rei nuntius quum Vicum delatus esset, convenit capitulum die* 23 *martii et decrevit ut proxima die dominica hymnus* Te Deum *solemniter concineretur; dein die* 3 *julii Officii Cisterciensis exemplaria typis excudi jussit monuitque urbanum senatum, quod* 24 *octobris,* B. Bernardi *festa die, triduana pietas in sancti præsulis honorem incoharetur: quæ tamen die* 3 *octobris peracta est, necessariam pecuniam subministrante prima die episcopo, secunda capitulo, tertia civitate, renovatis capellæ* S. Bernardi *pictis tabulis, convocatis omnibus religiosis et confraternitatum sodalibus, expositisque sancti præsulis reliquiis. Sed his non satiabatur Vicensium pietas. Petierunt itaque licentiam celebrandi quotannis per universam diœcesim* S. Bernardi *festivitatem ritu duplici secundæ classis; qua obtenta, in festo S. Augustini anni* 1723 Te Deum *laudamus cantarunt solemniter canonici: tantus tum erat fervor et devotio. Ad finem sæculi superioris penetravit etiam* S. Bernardi *cultus ad parœciam Villamsiccam, quo pertinere Mansum Calvonium monuimus; quæ res ex instrumento hispanico mihi constat. Anno scilicet* 1770 *episcopum Vicensem adierant Villæsiccæ magistratus, os seu reliquias popularis sui petiturus; responsumque tulit necesse esse ut prius pietas in* S. Bernardum *illic ferveret. Voto itaque publico annuam festivitatem statuerunt, capellamque et altare in ejus honorem erexerunt in templo parœciali. Tunc demum, die* 4 *novembris anni* 1774 *bajulus cum sex rectoribus, duobus deputatis, duobus procuratoribus et secretario renovavit oppidi postulationem, supplicatione oblata episcopo; in qua* S. Bernardus *patronus etiam Villæsiccæ dicitur. Exstat etiam ibidem eremitorium titulo Dominæ Nostræ de Pericelide* (de la Pineda) *et capella publica in villa, cui nomen* la Granja. *Capellæ patronus* S. Bernardus *Calvonius. Uterque locus penes communitatem est* (2). *Jam pridem eadem fortuna obtigerat parœciæ de Reus. Anno enim* 1677, *die* 17 *maji, episcopus et capitulum dederunt illi loco et magnifice in templo condiderunt os integrum femoris dextri et alterum parvum os pedis dextri; atque exinde videtur beatus vir illic patronus factus esse; certe in schedis meis Vicensibus scriptum reperio die* 26 *octobris anni* 1788 orationem panegyricam S. Bernardi Calvonis, protectoris villæ de Reus, habitam fuisse a Josepho Mudana Mercenario. *Verum inter ipsos Cistercienses, quibus omnium primis licentia facta erat recitandi* B. Bernardi *officii liturgici, decretum anni* 1702 *extra Italiam parum valuit ad augendum aut propagandum* B. Bernardi *cultum. Scilicet coram habeo directoria seu ordines divini officii recitandi juxta ritum Cisterciensem in diœcesi Leodiensi pro annis* 1788 *et* 1805, *item in Belgio pro anno* 1841, *itemque ad usum congregationis Austriacæ pro anno* 1854; *atque illic nuspiam* B. Bernardi *festum inscriptum est. Quod nemo mirabitur, sciens quanta difficultate in abbatiis nova officia aliæve immutationes liturgicæ admittantur.*

Memoria S. Bernardi *in fastis sacris ad* 16 *octobris ex errore, ad* 26.

28 *Superest ut beati viri commemorationes in Martyrologiis inquiramus. Ex his quæ passim jam retulimus certissime constat, atque ex iis quæ infra suo loco referemus similiter constabit ex hac terra recessisse beatum virum die* 26 *octobris; adeoque ipse Chrysostomus*

(1) Novenari del glorios S. Bernat Calvò, que fou bisbe de la ciutat de Vich. Vich 1764 et 1847. — (2) Madoz, Diccionario de España, v° *Vilasseca,* tom. XVI, pag. 86.

sostomus Henriquez in Fasciculo sanctorum ordinis Cisterciensis, quem anno 1621 *scripsit et decennio post Coloniæ edidit, recte perhibet eum* Patri æterno animam reddidisse septimo kalendas novembres, vigesima scilicet sexta die octobris, anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio. *Verum ille idem, qui anno* 1629 *Menologium Cisterciense absolvit et anno post edidit, errore decem dierum memoriam* B. Bernardi *a* septimo *kalendas novembris ad* decimum septimum, *seu a* die vigesima *sexta octobris ad diem* decimam sextam *transtulit, hoc ei ad hanc diem texens elogium* : In Hispania sanctus Bernardus, abbas Sanctarum Crucium et episcopus Viquensis, vir vere apostolicus, magni zeli, puritatis angelicæ, et rigidus corporis sui castigator, atque multorum miraculorum patrator insignis; qui infideles verbo prædicationis ad veræ fidei cognitionem adduxit, nec his contentus, collecto milite, non paucas paganorum urbes expugnavit; in quibus, expulsis Mahumetanis, christianam religionem stabilivit, et tandem verus pontifex, concionator, apostolus et bellorun Domini pugnator egregius, ad præparatam sibi in cælo coronam multis meritis dives ascendit. *Henriquezium secutus est Tamayus de Salazar in Martyrologio Hispanico, cujus partem quintam anno* 1658 *edidit ; ubi ad diem* 16 *octobris hæc scripsit* : Ausæ in Hispania citeriori S. Bernardi, ipsius urbis et Solsonensis episcopi, qui ex monacho Sanctarum Crucium ordinis Cisterciensis, apostolica auctoritate coactus, dignitates accepit; postmodum celebris opere et sermone potensque miraculis ad Dominum migravit insignis ; *et in Vita, sumpta ex Henriquezii Fasciculo, consequenter dixit beatum præsulem vita functum esse die* 16 *octobris. Qua via iverunt etiam auctor Calendarii Cisterciensis, rubricis Romani accommodati jussuque abbatis Cisterciensis Parisiis anno* 1689 *editi, in quo minoribus typis hæc ad diem* 16 *octobris leguntur expressa* : In Hispania Tarraconensi B. Bernardi episcopi; qui etiam potens opere et sermone, cum esset abbas Sanctarum Crucum, assumptus est invitus ad regendam ecclesiam Viquensem, et ubique zelo fidei, virginitate, miraculis et austeritate fuit illustris; *quin etiam Claudius Chastelain, cæteroquin accuratissimus, in Martyrologio universali.*

atque etiam ad 24 *octobris.*

29 *Multo melius Hugo Menard in Martyrologio Benedictino, quod anno* 1629 *Parisiis dedit in lucem, ad diem* 26 *octobris laudavit* in Hispania memoriam sancti Bernardi, cognomento Calvonii, episcopi Celsonencis, ordinis Cisterciensis. *Bucelinus in Menologio Benedictino ad diem* 16 *octobris* in Hispania sancti Bernardi, Viquensis episcopi, viri vere apostolici, *meminit et ad diem* 23 *octobris fuse ejus laudes celebravit, studiose omittens mortis diem ; quam in Annalium Benedictinorum secunda parte ad annum* 1243 *etiam præterivit. In Lexico sanctorum universali, quod Joannes Stadler et Franciscus Josephus Heim, ambo præstantes presbyteri, ab anno* 1858 *Augustæ in Germania multa diligentia edere cœperunt, annuntiatur* B. Bernardus *ad diem* 24 *octobris et simul ad* 26. *Quum autem Cistercienses Romani obtinuerunt facultatem recitandi officii* B. Bernardi, *videntur sacræ Rituum Congregationi obtulisse vetus Rituale aut Breviarium Vicense, in quo propter SS. Luciani et sociorum festum, quod die* 26 *octobris pridem illic agebatur,* B. Bernardi *natalis adscribebatur diei* 24 *octobris. Hinc in supplemento Martyrologii Romani ad usum Cirterciensium sub die* 24 *octobris legitur* : In Hispania sancti Bernardi, qui ex primo abbate cœnobii de Sanctis Crucibus in Catalonia ordinis Cisterciensis, episcopus Viquensis factus, spiritu apostolico plenus ac insignibus miraculis præclarus effulsit. *Hinc quum postea S. Gabrielis archangeli festivitas introducta est ad diem* 24 *octobris et* S. Bernardi *commemoratio secundo loco posita et simul ad diem sequentem translata, arbitrati beatum virum mortem obiisse die* 24 *octobris, dixerunt ad diem* 25 *octobris ejusdem supplementi* : Sancti Bernardi episcopi, qui pridie hujus diei migravit in cælum. *Errat autem Onuphrius Relles, quum* B. Bernardi *memoriam recoli tradit in Martyrologio secundum usum ecclesiæ Romanæ Galesinii, in Ferrarii Catalogo generali sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, et in Sanctuario Hispaniæ et Franciæ Molani. Recentiores libros gallos et germanos, in quibus commemoratur, omitto.*

AUCTORE V. D. B.

§ VI. S. Bernardi patria, genus, studia et officium profanum Tarracone.

S. Bernardus *natus est in avito manso Calvo, parœcia Villasicca, diœcesi Tarraconensi,*

Natum *fuisse* B. Bernardum *in manso seu prædio rustico, dicto* Calvone, *nemo umquam revocavit in dubium; quoniam id nititur tum vetusti biographi testimonio* (1), *tum ipso cognomine* de Calvon, *quod inde traxisse traditur beatus vir, in coævis diplomatibus nuncupatus* Bernardus Calvon, *atque etiam* Bernardus Calvo *et* Bernardus de Calvo; *quamquam valde verisimile est id nomen simul fuisse paternum. Nam Hugo de Cervellione, Tarraconensis archiepiscopus, dedit die* 11 *aprilis anni* 1169 *N. Calbo hæreditatem, sitam prope hanc civitatem, et ad hanc usque diem, ait Villanueva* (2), *dictam* Mas Calbo; *ita ut id prædium a* S. Bernardi *patre aut avo id nomen accepisse, non autem huic familiæ dedisse videatur. Sitne agnomen contumeliosum, a* calvitie *deductum, quum* calvus, *gallice* chauve, *catalaunis sit* calvo, *valde obscurum; quum accentus obstare videatur, (nisi tamen diminutivum* Calvoun *esse dicatur,) et* Calvo *facile detorqueri potuerit a* Carbo, *latine* Carbone. *Situm autem id erat mansum in parœcia S. Stephani de Villasicca * diœcesis Tarraconensis, media leuca a publico templo. Sebastianus Miñano* (3) *et similiter Paschalis Madoz* (4), *multas alias cognomines Villassiccas recensentes, hanc parœciam non neglexerunt, sed alio loco, nempe v°* Vilaseca *illustrarunt; Dep-*

* Vilaseca

(1) Vide infra in Memoriali instrumentorum et Fasciculum SS. Ord. Cist. lib. II, pag. 97 etc. — (2) Viaje literario, tom. XIX, pag. 155. — (3) Diccionario geografico-estadistico de España y Portugal, tom. IX, pag. 472 et seqq. — (4) Diccionario geografico-estadistico-historico de España, tom. XVI, pag. 283 et seqq.

AUCTORE V. D. B.

ping (1), *illis aliis omnibus omissis, unam nostram Villamsiccam, duabus leucis a Tarracone dissitam vergentemque ad austrum, refert. Alexander de la Borde* (2) *ejus quoque meminit traditque oppidum esse exiguum et turpis aspectus, reliquiis murorum circumdatum et positum sesquileucam a* Cambrils *et tantumdem a Tarracone. Madoz* (3) *ei assignat tres focos et incolas* 21; *Miñano* (4) *etiam parochiam ei adscribit. Atque hæ recentiores memoriæ. Mansum Calvonis a fertili solo, ab ære æquabili et maris vicinitate laudat plurimum Onuphrius Relles* (5), *et paradisum terrestrem, oleis omnique pomiferarum arborum genere, frumento aliisque segetibus consitum, appellat; verumtamen ejus ævo in media planitie, unius casæ supererant parietinæ, pristini forte castri reliquiæ. Suum enim olim id mansum habuerat dominum; cujus ditio simul cum jurisdictione et auctoritate a die* 15 *februarii anni* 1571 *(ut ex schedis, Vico mihi submissis, intellexi) erat penes Villam de Reus. Hac quoque ditione olim potitum fuisse* S. Bernardum *Rellesii sententia est, quoniam Garroferum* bajulum, *quod est justitiæ ministrum, habuerit; sed, quum natu maximus non fuerit sanctus vir, et maxime quum in ejus hæreditaria parte mansus ille non recenseatur, alio (ni fallor) ex capite is ei subfuit magistratus, ut suo loco aperiam.*

nobili genere : ejus consanguinei.

31. *Baptizatum fuisse beatum puerum in templo S. Stephani de Villasicca tradit idem ille Rellesius, re quidem vera conjectura potius nixus quam certo documento; sed conjectura illa satis firma esse videtur, licet Celedonius Vilà Reddensis* (6), sollertissimus *(sic eum laudari reperio)* Gotholaunicarum rerum investigator, *evincere nixus sit id fieri non potuisse, quum tunc S. Stephani de Villasicca ecclesia nondum exsisteret; quod manifestum fieri ex Bulla, qua anno* 1194 *Cælestinus papa III bona et jura archiepiscopatus Tarraconensis recensuit. Verum in hac bulla, quam Jacobus Villanueva* (7) *ex autographo edidit, non omnes recensentur sigillatim ecclesiæ, sed multæ per globos, ita ut ne media quidem pars nominibus suis exprimantur. Utrum N. iste, cui archiepiscopus Hugo de Cervellione hæreditatis suæ prædium contulit* B. Bernardi *pater an avus fuerit, quæri potest; ad quod quæsitum verisimilius respondendum est* S. Bernardi *patrem indicari. Matrem dictam fuisse Beatricem, fratrem vero Guilielmum et sororem Guilielmam ex charta, scripta anno* 1215, *inferius liquebit; itemque sanctum virum, quum mansum Calvonis inter ejus bona non recenseatur, natu maximum non fuisse, quemadmodum jam monui. Genus ejus* honestum *fuisse tradit Henriquez* (8); medium *fuisse, quod* nec illustris extollere prosapia, nec abjecta deprimere potuisset, *asserit Manrique* (9); *et quamquam id videantur divinando dixisse, a veritate tamen non aberrarunt, ut ex eadem illa charta etiam apparebit. Quod Onuphrius Relles natum seu baptizatum scripsit beatum virum anno* 1180, *videtur quoque divinatio esse; sed neque hæc spernenda est, quippe quæ conveniat cum reliquis ejus gestis, quorum tempus innotuit.*

Ilerdæ, in novo studio generali, philosophiæ et utrique juri non potuit vacare; quod hæc institutio recentior est.

32 Parisiisne, tum celebri Academia, *ait Manrique* (10), an Tarracone intra proprios sibi lares, sacris literis navarit, in dubio est; et primum illud videtur verosimilius homini Catalano, cui facilis ad Galliam patebat aditus; quo tempore vel a Castellanis, remotioribus loco, frequentabatur. *Quæ res multo verisimilior est quam quod ex suo penu protulit Vincentius Domenec, scilicet beatum virum theologiæ dedisse operam in studio literarum generali Ilerdensi; qua assertione in errorem traxit auctorem meditati Vicensis officii, ubi similiter beatus vir Ilerdæ studiis vacasse perhibetur. Verum enimvero ne ex primis quidem hujus universitatis scholaribus esse potuit, ut ejus suadet ætas et instituti studii tempus. Quum enim Jacobus II, Aragoniæ, Valentiæ et Murciæ rex, comesque Barcinonensis, intelligeret non bellicæ artis solum operibus populos suos exercendos esse, sed disciplinas liberales, quas alibi florentes videbat, inter eos etiam promovendas esse, petierat a Bonifacio papa VIII, (qui et annuit die* 1 *aprilis anni* 1300,*) ut sibi liceret* in civitate vel loco insigni terræ suæ, quem ad hoc magis aptum cognovisset, literarum studium instituere generale; *cujus* doctores et scholares illis privilegiis, indulgentiis, libertatibus et immunitatibus gauderent quæ Tholosæ literarum studio immorantibus a sede apostolica hactenus erant concessa (11). *Diplomate, dato Cæsaraugustæ die* 1 *septembris ejusdem anni, Ilerdam,* quæ quasi quoddam intermedium terrarum ac regnorum suorum exsistebat, *designavit et statuit ut in ipsa civitate esset studium generale de cætero, tam in jure canonico quam civili, medicina, philosophia et artibus ac quibuslibet facultatibus aliis et approbatis scientiis quibuscumque; et simul vetuit ne quis* infra et terram et dominationem suam alibi quam in suo studio Illerdensi jura canonica vel civilia, scientiam medicinæ seu philosophiæ præsumeret legere vel docere, *aut* audire (12). *Sequentibus diebus cum consilio et assensu episcoporum aliorumque primorum plura alia constituta sunt* (13), *quæ hujus loci non videntur esse : id unum addam ex his quidem manifestum fieri clericos æque ac laicos in studio illo ab initio versatos fuisse; sed nuspiam tamen de cathedra theologica mentionem fieri; quod jam tum passim multo pluris fierent disciplinæ juridicæ atque etiam ecclesiæ pastoribus dicerentur utiliores* (14), *et certe plus pecuniæ afferrent licentiatis et doctoribus quam scientia theologica. Cæterum in difficiliores theologicæ dogmaticæ partes excurrere tum amabant philosophiæ artiumque magistri; et theologia dogmatica et moralis fere tota continebatur corpore juris, quo definitiones dogmaticas conciliorum, præcepta morum et sacramentorum rationes etiam comprehensas fuisse nemo non novit. Sed nimium excurro, quum centum annis ante studuerit*

(1) Aperçu géographique de l'Espagne et du Portugal, pag. 75. — (2) Itinéraire descriptif de l'Espagne, tom. II, pag. 110 et 117. — (3) Diccionario etc. tom. XI, pag. 281. — (4) Diccionario etc. tom. V, pag. 430. — (5) Vida de san Bernardo, pag. 4 et seqq. — (6) Ap. J. Ripoll Vilamayor, Constitutiones archiep. Tarracon. pro diœcesi Auson. seu Viquensi, pag. 3. — (7) Viaje literario, tom. XIX, pag. 300 et seqq. — (8) Fasciculus etc. lib. II, pag. 97. — (9) Annales Cistercienses, ad an. 1214, cap. 6, num. 8. — (10) Ibid. loc. cit. — (11) España sagrada, tom. XLVII, pag. 245 et seqq. et 340. — (12) Ibid. pag. 341 et 342. — (13) Ibid. pag. 343 et seqq. — (14) Bouix, Juris canonici principia, pag. 73.

AUCTORE V. D. B.

S. Bernardus; *qui tamen æstimandus non est singulare in discenda theologia posuisse studium, sed potius (ubi terrarum nescio) ejus hausisse placita, prout ea philosophicis et juridicis immixta essent.*

Statim a studiis factus non est Cisterciensis monachus beatus vir, sed judex forensis; ut constat ex judicio prolato

33 *Hinc facile est judicare quid veri subsit iis, quæ in lectione* IV *officii approbati* S. Bernardi *leguntur, scilicet eum* sacris literis summopere deditum in theologum consummatum evasisse; *hæc deprompta ex Manrique* (1), *scriptore passim accurato, sed hic continuo fere aberrante. Ex eòdem hæc alia ejusdem officii hausta sunt verba* : Cum jam insigni pietatis, doctrinæ, virtutumque omnium splendore præluceret, a pluribus episcopis optabatur, ut in suis ecclesiis canonicus eligeretur; ipse autem, ad sacram solitudinem tantum aspirans, in monasterio de Sanctis Crucibus Cisterciensem ordinem ingressus est. *Contra affirmat Villanueva* (2) B. Bernardum *canonicum fuisse Tarraconensem atque etiam vicarium generalem. Verum videntur hæ omnes laudes totidem esse errores. Certe postquam studia literaria reliquit beatus vir, nequaquam ad solitudinem aspirabat, sed in rebus versabatur forensibus. Et quidem superest hujus rei documentum, quo constat eum ab Raimundo, archiepiscopo Tarraconensi, in hoc rerum genere fuisse occupatum; sententiam intelligo quam die* 20 *septembris anni* 1209 *tulit ipse Raimundus et cujus originale exemplar ad hanc diem servat tabularium episcopale et capitulare Vicense. Hæc autem erat causa. Quum anno* 1207 *Guilielmus de Tavartet, Vicensis episcopus, a duobus suis canonicis, Guilielmo Grosso et Gilaberto de Monteregali, multis criminibus accusatus, ab Innocentio III* (3) *Romam accitus fuisset, (mendacem autem fuisse accusationem repererunt judices delegati apostolici, archiepiscopus Tarraconensis, abbas de Populeto et archidiaconus Barcinonensis* (4),) *Guilielmus de Montecatano *, Vicecomes Bearnensis, in historia Catalauniæ celebratissimus, et occisor Berengarii de Villamulorum, archiepiscopi Tarraconensis, absenti præsuli, ejus ecclesiæ et hominibus multa damna intulerat : quare reduæ episcopus Guilielmum excommunicationi, ejusque terram interdicto supposuit; de qua sententia appellavit vicecomes ad Tarraconensem archiepiscopum, qui pro tribunali sedens Petrum de Tolone et* B. Bernardum *assessorum loco habuit. Accipe autem sententiam secundum exemplar, quod in singulari folio anno* 1818 *edidit Jacobus Ripoll Vilamajor, Vicensis canonicus et archivio præfectus.*

* Moncada.

in causa Guilielmi de Montecatano,

34 Ego Raymundus, Dei dignatione Terraconensis archiepiscopus, assidentibus mihi Bernardo, archidiacono Barchinonensi, Petro de Tolone et Bernardo Calvone, in causa, quæ vertitur inter Ven. fratrem nostrum Guilelmum episcopum et ecclesiam Vicen. ex una parte, et Guilelmum de Montecatano ex altera, interloquendo pronuncio, dictum Guilelmum de Montecatano debere restituere præfato episcopo et ecclesiæ Vicen. omnia damna, quæ a die, qua episcopus iter Romanum arripuit, usque in præsentem diem ipsi episcopo et ecclesiæ ab ipso Guilelmo vel hominibus suis de mandato tamen suo vel consensu fuerunt illata : quam restitutionem dico debere fieri secundum quod episcopus et clerici facient jurejurando per suos homines averari, taxatione facta a me vel a delegato a me : hac restitutione plenarie facta, juret Guilelmus de Montecatano staturum se mandato episcopi super omnibus, pro quibus vinculo excommunicationis ab episcopo fuerat innodatus et terra ipsius supposita interdicto. Episcopus vero faciat ei mandatum suum de consilio meo vel alicujus, cui ego in hac parte commisero vices meas. Iis plenarie et solemniter actis, interloquor episcopum debere absolvere personam dicti Guilelmi et terram ipsius ab interdicto relaxare. Super pecunia vero, quam episcopus asserebat Guilelmum jam dictum abstulisse hominibus ecclesiæ villæ Vici, mihi ad præsens sententiare retineo, quousque, mediante cognitione de causa ipsa, mihi plenius liqueat. Super attestationibus autem ab utraque parte receptis et recipiendis utrum valeant vel non, nihil ad præsens dico, sed tam super illis quam super quibuslibet aliis præter prædicta, ut lis suo marte discurrat, interloquendo pronuntio. Actum est hoc XII Kal. octobris an. Dom. M. CC. nono. † Ego Raymundus Dei gratia Terragonen. archiepiscopus confirmo. Sig†num mei Bernardi Calvonis. Ego Guilelmus de Castellet Not. Dom. archiepiscopi hæc scripsi die et anno præfixo. Sig†num Andreæ sacerdotis et pub. villæ Vici scriptoris. Petrus sacerdos, qui hæc fideliter transtulit. V Kal. septembris ann. Dom. M. CCX.

qui se subjecit interlocutoriæ sententiæ.

35 *Exsecutioni data fuit hæc sententia die* 22 *martii anni* 1211; *nam, licet annus* 1210 *scriptus sit, intelligendus est annus sequens, quoniam tum in regis Aragoniæ terris incoharentur fere anni die* 25 *martii* (5). Juro ego Guilelmus de Montecatano, tactis sacrosanctis quatuor Evangeliis, vobis, Dom. Guilelmo, Ausonensi episcopo, quod stabo mandatis vestris super iis omnibus pro quibus excommunicastis me, et diebus, ad hoc statutis a vobis et assignatis, mandatum quod mihi fecistis super prædictis, malitia omni postposita, adimplebo, per Deum super sancta quatuor Evangelia. Quod est factum XI. Kal. aprilis ann. Dom. M. CC. X. Sig†num Guilelmi de Cardona. Sig†num Petri de S. Eugenia. Sig†num Petri de Rivopetrarum. Sig†num Bernardi Calvonis. Guilelmus de Montecatano. Ego Raymundus, Dei gratia Tarraconensis archiepiscopus, confirmo. Petrus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo supra. Sig†num Andreæ sacerdotis et publici villæ Vici scriptoris. Raymundus sacerdos, qui hoc fideliter transtulit X. Kal. octob. ann. Dom. M. CC. XV. *Interlocutoria illa tantum erat sententia, qua pars tantum litis dirimebatur; quæ vero reliquum acta sunt me latent; neque ad* sanctum Bernardum *pertinent.*

Vicarius generalis Tarraconensis non fuit, neque etiam canonicus hujus sedis, quippe qui res proprias habe-

36 *Verisimiliter propter hanc sententiam, in qua Raimundo archiepiscopo assedit beatus vir, arbitratus est Villanueva* (6) *eum canonicum Tarraconensem fuisse atque etiam vicarium archiepiscopi generalem. Nam, ut dicere mittam de vicariatu generali, de cujus*

(1) Annales Cisterc. ad an. 1214, cap. VI, num. 8. — (2) Villanueva, Viaje Literario, tom. VII, pag. 20. — (3) Lib. V, tit. I de accusationibus, c. 19, *Cum oporteat.* — (4) Villanueva, Viaje literario, tom. VII, pag. 18 et 243. — (5) Art de vérifier les dates, tom. I, pag. X. Cfr. Villanueva, Viaje literario, tom. XIX, pag. 164. — (6) Viaje literario, tom. XIX, pag. 155.

institutione

bat : quod institutis canonicorum Tarroconensium vetabatur.

institutione ne cogitatum quidem tum forte fuerat Tarracone (nulla certe uspiam apparent vestigia), canonici Tarraconenses omnes erant illo aevo regulares, proprium non habentes; contra B. Bernardus, *antequam Cisterciensis monachus factus esset, regularem numquam vitam cum hac lege professus erat, ut constabit ex testamento, quod anno* 1215 *condidit et ex quo sat multa bona habuisse propria liquebit; quæ cum institutis canonicorum Tarraconensium nequaquam conveniebant. Anno scilicet* 1154 *Bernardus archiepiscopus* instituerat ut in cathedrali ecclesia sanctæ Theclæ essent amodo et in perpetuum canonici regulares et non alii, qui ibidem canonicam et apostolicam vitam ducerent; secundum regularem institutionem beati patris Augustini et morem et consuetudinem ecclesiæ sancti Rufi, *ut latius in diplomate, quod ex autographo exemplari edidit Villanueva* (1), *videre licet. In professione quidem paupertatis votum non exprimebant, dicentes* (2) : Ego frater N. offerens trado me ipsum Deo et ecclesiæ sanctæ M. et promitto obedientiam secundum canonicam regulam sancti Augustini Domino N. præfatæ ecclesiæ episcopo vel abbati et successoribus ejus, quos sanior pars congregationis canonice elegerit; *verum, ut alibi* (3) *docuimus, communis illo ævo ea formula, eaque voto paupertatis et castitatis contenta esse (utpote S. Augustini regula præcepta) censebantur; quod id ipsum anno* 1530 *confessi sunt Tarraconenses canonici, quum a Clemente papa VII postularunt ut capitulum suum sæculare fieret, declarantes* (4) *se contra suum institutum,* a longo tempore citra, bona etiam patrimonialia in particulari possidere, ac fructus, redditus et proventus benefficiorum ecclesiasticorum, per se pro tempore obtentorum, in suos usus convertere, necnon de bonis per se adquisitis disponere consuevisse, etiam nullo forte jure aut auctoritate sufficiente; *qui abusus ineunte sæculo* XIII *certissime non invaluerant; quum tum passim adhuc, etiam ii canonici regulares, qui secundum statuta Aquisgranensia proprium habere poterant, miro ardore ad omnimodam paupertatem impellerentur. Et sane statim ac novitius professionem memoratam fecerat, sermonem habebat archiepiscopus de exemplo primorum christianorum,* quorum plures possessiones et facultates rerum vendentes congregatis cum matre Jhu in unum prætia deferebant gaudentes. Quæ accepta apostoli tribuebant omnibus, prout opus erat. Sicque iste (*sic loquebatur de novo professo ad circumstantes canonicos*) nihilominus, inspirante Deo, eorum exemplo commonitus, nostris obtat* jungi consorciis. Idcirco damus ei communem societatem vivendi nobiscum (5). *Demum, licet canonici regulares secundum statuta Aquisgranensia proprietarii esse possent* (6), *nemo tamen umquam cogitavit canonicos regulares, S. Augustini regulam, prout illo ævo intelligebatur, et congregationis S. Rufi consuetudines professos, rerum suarum proprietatem servare potuisse* (7).

* optat

37 *Nedum autem* B. Bernardus *Tarracone canonicus regularis fuerit, videtur ibidem vixisse vitam plane profanam. Certe, ut ex testamento liquet, quod anno* 1215 *novitius Cisterciensis fecit, scutarium * nomine Guilielmum habebat et bajulum * seu vicarium justitiæ ministrum nomine Garroferum; quo videatur* S. Bernardus *tum miles fuisse et partem habuisse in gubernandis rebus civilibus. Potiebatur autem tunc temporis Tarraconensis archiepiscopus parte civitatis. Hanc scilicet totam anno* 1117 *Raimundus, comes et marchio Barcinonensium et Provinciæ, dederat ecclesiæ Tarraconensi; sed anno* 1128 *sanctus Olegarius archiepiscopus feudali jure eamdem donarat Roberto comiti ejusque successoribus et omne abdicarat temporale regimen* (8). *Infelicissimum profecto id fuerat consilium; nec mirum, si anno* 1151 *Bernardus Torts, Tarraconensis præsul, nixus feudali jure,* propter malorum hominum *(scilicet Roberti ejusque filii Guilielmi* (9)) *civitatem* perturbantium inquietationem, *illam dedit Raimundo, comiti Barcinonensi, Raimundi, qui illam olim dederat, filio* (10). *Sed loco non cessit Robertus comes et multo minus ejus conjux Agnes; quamobrem anno* 1153 *initum est pactum, quo duæ tertiæ partes factæ sint penes comitem Barcinonensem et archiepiscopum Tarraconensem et tertia relicta Roberto* (11). *Verum post hujus mortem uxor et filius negarunt id pactum umquam fuisse factum; quod ideo anno* 1162 *multorum testimonio probatum est* (12) *et sexennio post in plena curia regis Aragoniæ confirmatum* (13). *Archiepiscopus tum erat Hugo de Cervellione; qui ea de causa incredibile in se excitavit odium, adeoque die* 17 *aprilis anni* 1171, *machinantibus Guilielmo, Roberto et Berengario fratribus et genitrice Agnete, truculentas expertus est manus* (14). *Quare, jubente Alexandro papa III* (15), *illi omnes cum universa sua progenie de toto regno per edictum regium expulsi sunt et bonis suis privati* (16); *atque ea ratione iterum auctoritatem civilem Tarracone nacti sunt archiepiscopi. Unde intelligitur quo officio fungeretur* B. Bernardus, *scilicet justitia erat episcopi seu ejus nomine jus dicebat; et sententiarum exsecutionem procurabat; quod sine militari vi vix tum fieri poterat. Hinc forte concludere licet ne clericum quidem tunc fuisse* B. Bernardum.

Vir plane profanus erat, habens scutarium et bajulum, et sententiarum exsecutionem nomine archiepiscopi procurans. Civitatis conditio politica.

* écuyer.

* bailli

—

(1) Viaje literario, tom. XIX, pag. 214 et et seqq. — (2) Ibid. pag. 232 et 233. — (3) Examen historicum de regularium et sæcularium clericorum juribus, pag. 20. — (4) Vide Bullam Clementis VII ap. Villanueva, Viaje literario, tom. XIX, pag. 253. (5) Ibid. pag. 233. — (6) Cfr Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 223 et seqq. — (7) Cfr Hélyot, Hist. des ordres religieux, tom. II, pag. 17, 69 et seqq.; Amort, Vetus disciplina canonic. regul. et sæcul. passim; Fratres Sammarthani, Gallia Christiana, tom. IV, pag. 802. — (8) Cfr diploma S. Olegarii ap. Villanueva, Viaje, tom. XIX, pag. 212. — (9) Cfr judicium latum inter Bernardum et Robertum, ibid. pag. 280. — (10) Cfr diploma Bernardi, ibid. pag. 275 et seqq. — (11) Cfr testium charta, ibid. pag. 262. — (12) Cfr testimonium eorum qui definitioni, ibid. pag. 283. — (13) Cfr Judicium latum etc. ibid. pag. 287. — (14) Ibid. pag. 158 et seqq. — (15) Ibid. pag. 289 et 290. — (16) Ibid. pag. 159.

§ VII.

AUCTORE V. D. B.

§ VII. Ingressio monasterii SS. Crucum; tentationes a consanguineis; testamentum singulare ante professionem.

Ingressus post morbum monasterium SS. Crucum anno 1214, inde a consanguineis fere seducitur.

Meliora primum cogitasse videtur cum esset Tarracone in ipsa sua infirmitate; *qua anno* 1213 *ant ineunte* 1214 *laborasse censendus est et in qua primum testamentum, quod ex secundo tantum innotuit, condidit. Certum itaque habens et constitutum* c *mundo ejusque honoribus et divitiis nuntium remittere, circa Pascha anni* 1214, *quod die* 30 *martii tum celebrabatur, ad monasterium Sanctarum Crucum venit. Abbas eo tempore erat Bernardus* (1), *non autem Raimundus, ut scripsit Henriquez* (2). *Advenam probavit, suadens ei quadragesimale jejunium; quo absoluto, quum proximum esset Pentecostes festum, distulit eo usque ei vestem dare; at ut eum constantem vidit, induit eum illa die, quæ* 18 *maji erat, Cisterciensi novitiorum habitu. Ut hæc intellexerunt consanguinei, summo dolore fuere perciti; sperantes enim se aliquando multas divitias per beatum virum assecuturos, spes suas omnes præcisas cernebant. Nullum itaque non moverunt lapidem ut novitium ad sæculum reducerent; cujus rei narrationem aliquam inferius dabit* S. Bernardi *Vita, aliam abbatis Francisci ad Galcerandum episcopum epistola :* Audivimus nos, *inquit Franciscus, plus integro sæculo post scribens* (3), et multi de monachis nostris a senioribus,qui non diu defuncti sunt, plenius enarrari, quod anno novitiatus ipsius accidit sibi istud. Cum enim ipse liberali scientia sufficienter imbutus esset, parentes, consanguinei et amici ejus, attendentes quod ex ejus scientia, si ipse remaneret in sæculo, possent utilitatem non modicam et subsidia reportare multipliciter, cum pluries eum infestassent ut ordinem et habitum desereret, consentiendo aliquando eorum suggestionibus, quadam die venit ad januam monasterii; ubi, exutus vestibus ordinis et indutus laïcalibus ornamentis, interrogavit unum de circumstantibus sæcularem, quales vestes melius sibi erant. Qui, divinitus non dubium inspiratus, respondit quod vestes ordinis. Unde statim, abjectis vestibus sæcularibus et resumptis regularibus, redivit ad claustrum; ibique quam sancte, quam honeste, quam laudabiliter se habuerit vitæ successus declarat.

Anno sequenti ante professionem religiosam, condit testamentum,quo constat eum ære alieno gravatum fuisse et alia colliguntur.

39 *Quamquam tunc eadem severitas non esset in observanda lege de integro tirocinii anno eoque non interrupto, quæ post Bonifacii VIII decretalem* Cum ad apostolicam *et maxime post concilii Tridentini statuta invaluit, hinc tamen forte factum est ut post medium mensem julium anni* 1215 *novitius adhuc esset* B. Bernardus, *prout constat ex toties laudato secundo quod tum confecit testamento, non mortis, sed professionis causa:* (ejus enim interpretationem sibi reservat) : *ita ut singulare et antiquum hujus rei monumentum sit et specimen. Factum id autem forte fuit, quod tum jam in illis partibus lex amortizationis, ut postea dicta est, viguisse videatur : de qua re confer literas Jacobi regis, quas infra num.* 106 *partim recitabimus. Atque ex hoc quidem documento multa lux affunditur iis, quæ modo vidimus de ejus consanguineis, eum a religione avaritiæ causa retrahentibus, atque iis etiam quæ ipse antea in sæculo egerat. Inde enim colligere est eum tanto ære alieno gravatum fuisse ut jusserit,* quod si totus honor venditus *seu omne ejus patrimonium* non suffecerit ad debita solvenda, venderentur quoque duo ejus scyphi argentei et omnia alia *ejus* bona, præter ea quæ habuerunt Guillelmus scutarius *ejus* et Geraldus de Crossis; *qua de re quum dubitaret, liquet hinc etiam valde male ab eo procuratas fuisse res domesticas.*

Ante in judicio contenderat beatus vir cum extraneo et cum ipso suo fratre, quod hoc plus acceperat ex paterna hæreditate.

41 *Torquet autem me multum is testamenti locus, ubi jubetur Guilielmus Calvo,* S. Bernardi *frater,* Michaëli Navarro solvere centum morabitinos, quos ei debebat adhuc de exovario *seu dote* Beatricis uxoris suæ. *Unde illa dotis solvendæ necessitas? Stupri reis posita lex est :* Vel duc, vel dota. *Quod si id durius videatur, dicere per me licet Beatricem illam eamdem esse ac Guilielmi fratris filiam, quam dotare voluerit* S. Bernardus, *quod ipse potiorem partem paternorum bonorum accepisset. Sed quidni omisit eam neptem suam dicere? Si hæc itaque conjectura minus placet, potest alia excogitari, v. g.* B. Bernardum *spontanea liberalitate dotem promisisse et necdum exsolvisse aut alio quovis capite hanc contraxisse obligationem. Licet enim necesse non sit sanctos semper jugum divinæ legis portasse, quum præter perpetuam innocentiam pœnitentiæ via ad cælum conducat, nemo tamen leviter, multo minus cælicolæ, reus faciendus est immanium scelerum. Dum in sæculo degeret, duos processus habuerat beatus vir, unum cum Arnaldo Rafanedlo, alterum cum fratre suo Guilielmo. Ita vicerat in priori causa ut Rafanedlus damnatus fuisset ad solvendum sibi centum solidos; quibus tantum frumenti tunc emere poterant homines quantum nunc pretio francorum* 400 *aut* 500 (4). *Animi anxius erat beatus vir de hac victoria jussitque reddi Rafanedlo solidos triginta* ad conscientiam *suam* sanius conservandam. *Cum fratre autem Guilielmo in judicio contenderat post mortem patris de adeunda hæreditate, atque inde adeptus erat* duas legitimas seu falcidias,*id est,ni fallor,dimidiam partem omnium paternorum bonorum, deductis debitis. Falcidia enim lex plebisscitum erat, Augusti temporibus a P. Falcidio, tribuno plebis, propositum, quo cavebatur ut hæredibus necessariis quarta hæreditatis pars omnino cederet; hinc quadranti hæreditario, quod inde* legitima *dicta est sæpe* falcidiæ *nomen (quemadmodum hoc ipso loco) datum fuit* (5). *Paterno itaque testamento tantum acceperat solus* B. Bernardus *quantum simul frater et soror; quamobrem mirabitur nemo hos curasse ut ne sibi perirent fraternæ*

(1) Villanueva, Viaje, tom. XX, pag. 141. — (2) Fasciculus SS. lib. II, pag. 97. — (3) Manrique, Annal. Cisterc. ad an. 1214, cap. VII, num. 10. — (4) Mémoires sur l'appréciation de la fortune privée au moyen-âge. In Mémoires de l'Institut, savants divers, tom. I, pag. 269. — (5) Cfr Calvini Lexicon magnum juris, v° *Falcidia;* Encyclopédie méthodique de Panckoucke, Jurisprudence, v° *Legitimé, Quarte falcidie.*

facultates,

AUCTORE V. D. B.

facultates, quum hic religiosam vestem induit. Et quidem jam antequam testamentum istud conficeret novitius, cartæ *ejus* non secundum *ejus* voluntatem fuerant traditæ Guilielmo Calvoni; *qui et ejus bonorum usucapionem aut saltem administrationem susceperat, quippe qui supponatur in toties memorato testamento* solvisse aliquid pro *fratre*, aut contemplatione *ejus* in debitis *ejus*, vel aliquid impendisse pro *eo* in honore *aut bonis ejus* utiliter vel necessario.

Quanta essent quantique valerent tum S. Bernardi *bona.*

41. *Testamento suo legat* B. Bernardus *duo mansa; et quum singulis viginti quinque hectara facile assignare liceat* (1), *quinquaginta hectara possedisse censendus est. Trecentos etiam legavit marabotinos; de quibus sermo fit in coævis Consuetudinibus Ilerdensibus* (2) *in aliis monumentis citatis a Cangio* (3), *in appendice tomi* IV *operis Antonii de Capmany de mercatura Barcinonensium* (4) *aliisque libris. Sed scire satis erit anno* 1213 *una marca aurea contentos fuisse sexaginta marabotinos, ita ut horum singuli penderent sexaginta sex granis et valerent tredecim circiter francis gallicis* (5) *essetque hodie eorum potestas francorum* 78 (6). *Aliis insuper legavit solidos* 340; *quorum hodierna potestas esset francorum* 1402. *Quæ si omnia summatim considerentur, omisso librorum, supellectilis aliarumque similium rerum valore, tantum dives fuisse censendus est* B. Bernardus, *quantum qui nunc hectara habet terrarum arabilium quinquaginta et simul francos possidet* 23,100. *Sed hinc quoque intellige quam turbatæ essent ejus rationes, ita ut nesciret utrum hæc ad solvenda sua debita futura essent satis. Sed tempus jam est ut beati novitii exhibeamus testamentum, quod in tabulario monasterii Sanctarum Crucum reperit Villanueva* (7).

Instituit executores testamentarios; debita plura agnoscit; multa dat consanguineis;

42 In Christi nomine : ego Bernardus de Calvo, existens adhuc novitius intra conventus portam, sano plenoque sensu, et memoria integra, facio meum testamentum, in quo nomino manumissores et procuratores meos Raimundum præpositum Tarraconæ et Raimundum de Timors sacristam Tarraconensem, Michaellem Navarrum, Bernardum de Tamarito, et Arnaldum de Martorello; quibus confero plenam potestatem dividendi, distribuendi, et disponendi de omnibus meis bonis, secundum quod ordinatum invenerint in hac carta. In primis instituo mihi hæredem Guillelmum Calvionem fratrem meum. Dimitto ei totum jus meum, quod habeo, et habere debeo aliquo modo, in manso de Purpuris, ad omnes voluntates suas inde faciendas, ut ego facere poteram. Dimitto Domino Deo, et beatæ Mariæ de Sanctis Crucibus libros meos omnes. Dimitto sorori meæ Guillelmæ mansum meum de Raudelia, cum pertinentiis suis et tenedonibus, franche et libere ad omnes voluntates suas. Dimitto dominæ matri meæ Beatrici cameram meam totam, et omnem supellectilem. Volo et mando, quod eidem matri meæ solvat Guillelmus Calvo cc. morabatinos, pro quibus me ei (jam dudum est) obligavi, quemadmodum in carta inde confecta habetur, eo quod de spontalitio suo sibi deberentur. Michaelli Navarro solvat similiter c. morabatinos, quos ei debeo adhuc de exovario Beatricis uxoris suæ. Cætera debita mea omnia atque legata volo et præcipio quod solvat idem frater meus, omni malitia et contradictione penitus deficiente. De debitis, quibus teneor Bernardo de Tamarito, vel aliis quibuscumque, credatur ipsi Bernardo, suo simplici verbo, absque sacramento et calumnia, eo quod fere plenam habet ipse notitiam super datis omnibus et acceptis, recognitione tamen mea et confessione super debitis non chyrografariis nihilominus prævalente.

nonnulla debita certa aut dubia solvi jubet;

43 Ea quæ Guillelmo, scutario meo, et Geraldo de Crocis dedi aut reliqui, cum essem adhuc Tarraconæ in ipsa mea infirmitate, firma et illibata jubeo custodiri. Volo quod reddantur Arnoldo Rafanedlo de c. solidis, quos ab eo habui pro placito quod secum habebam, triginta solidi ad conscientiam meam sanius conservandum. Artaldo de Creixello reddantur similiter triginta solidi. Joanni Angles de Alcoario triginta solidi. Joanni Forcald de Monterubeo XV solidi. Cuidam homini de Regali, nomine Olsine, XV solidi. Dimitto Arnoldo Garrofer, bajulo meo, LX solidos, eo quod propter fratrem meum passus sit damnum pecuniarium, et quoque corporale. Dimitto Guillelmono, filio Geraldi et Asalaidis, C. solidos, cum quibus fiat frater conversus in monasterio Sanctarum Crucum, cum ad ætatem venerit, qua fieri possit frater. Si vero noluerit esse frater, nihilominus habeat ipsos C. solidos. Volo quod reddantur Saurinæ de Castelleta X quartereas ordei, eo quod pater meus habuerit quondam de pignoratione Pinetæ XL quartereas ordei ultra sortem.

fratri Guilielmo, hæredi universali, si deficiat, dein substituit neptem; quod si hæc etiam deficiat, sororem Guilielmam;

44. Si Guillelmus Calvo quocumque casu contingente heres mihi non fuerit, substituo ei in omnibus, quæ sibi dimitto, Beatricem neptem meam, ita quod ipsa teneatur satisfacere debitis meis, et legatis, fideicomissis, vel relictis. Si quid vero solvit pro me, aut contemplatione mei Guillelmus Calvo in debitis meis, vel si quid impendit pro me in honore meo utiliter vel necessario, bona fide illud totum restituatur ei a Beatrice dicta, fructibus nihilominus vel proventibus ex honore meo perceptis in sortem ab eo computandis. Quod si etiam ipsa Beatrix, neptis mea, ex causa substitutionis heres mihi non fuerit, plenam potestatem et licentiam habeant manumissores mei vendendi, distrahendi, et, quomodocumque voluerint, alienandi totum honorem meum vel partem, ut exinde possint satisfacere debitis meis omnibus et relictis. Verum, si quid remanserit de honore meo, quod vendi non oportuerit, illud habeat totum soror mea Guillelma, et si totum vendi necesse fuerit, quod supererit solutis debitis et relictis, habeat similiter ipsa totum, ita quod teneatur dare in eo casu Raimundo de Barberano, nepoti meo, causa studiorum quantum ego dandum videro, vel quantum ipsi Guillelmæ placuerit, si forte me tunc non contigerit superesse.

omnem facultatem dat executoribus, volens ante omnia debitis suis satisfieri;

45 Quod si totus honor venditus non suffecerit ad debita solvenda, vendantur quoque duo cifi mei argentei et omnia alia mea bona præter ea quæ habuerunt Guilelmus scutarius meus, et

(1) Cfr Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 217. — (2) Villanueva, Viaje, tom. XVI, pag. 176. — (3) Lexicum latinum, v° *Marabotinus, Pipio*. — (4) Memorias historicas sobre la marina, comercio, y artes de la antigua ciudad de Barcelona, tom. IV, pag. 133. — (5) Abot de Bazinghem, Dictionnaire des monnaies, ap. Migne, Dictionnaire de numismatique, col. 895. — (6) Leber, op. supra cit. pag. 269. — (7) Viaje literario, tom. VII, pag. 26, 244 et seqq.

Geraldus

Geraldus de Crosis. In venditione vero honoris facienda præferatur ille, quem ex titulo emptionis, justo interveniente prætio, ego voluero præferendum. Et est certum quod manumissores mei licite et de jure possunt vendere honorem meum totum, si opus fuerit, non obstante iis clausula substitutionis, in testamento prius appositæ, aut aliqua alia causa, eo quod de jure duarum legitimarum seu falcidiarum habuerim eum in causa, quam obtinui contra fratrem meum Guilelmum. Si quam dubitationem aut quæstionem ex hoc testamento oriri forte aliquando contigerit, ipsa confessioni meæ et recognitioni relinquantur dilucidanda et declaranda. Ea quæ mihi debent domina Guilelma de Castroveteri, et F. de Guardia, vel alius quicumque, nec remitto, nec volo quod ab hærede meo, vel substituta nepte, aut a manumissoribus exigantur, sed fiat de illis secundum (quod) de permissione majoris mei facere disposuero. Cartas vero meas, quæ non secundum voluntatem meam fuerunt traditæ Guilelmo Calvoni, reservo mihi repetere posse quandocumque si voluero.

testamentum, olim Tarracone factum, denuo revocat.

46. Illud autem testamentum, quod feci Tarraconæ in mana Domini Petri Raimundi capellani, quod jam alias revocavi coram testibus adhibitis, stare nullatenus volo, sed ruptum, frivolum, atque nullum constituo; ita quod nulli umquam personæ ex illo competat actio aliqua utilis vel directa, istud pro illo eligens, et pro legitima constituens voluntate. Quod si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum; et si valere non possit ut scriptum, valeat ut nuncupativum. Quod est actum XII kalendas augusti, anno Domini MCC. XV. Sig†num mei Bernardi Calvonis, qui hoc testamentum firmo, et a testibus firmari rogo, et a manumissoribus. Sig†num Fratris Gaufridi de Roqueta. Sig†num Bernardi de Albano. Sig†num Bernardi Piquer. Sig†num Berengarii Canceler. Sig†num Guilelmi de Clirsa. Sig†num Petri de Sancto-Martino, vicem prioris tenentis. Sig†num Bernardi de Biscarre monachi. Sig†num fratris Bernardi de Clusa. Sig†num fratris Arnaldi de Frontiniano. Sig†num fratris Petri Bernardi. Sig†num Bernardi, abbatis de Sanctis Crucibus. Ego frater Petrus novicius hæc firmo. Ego Raimundus Tarraconensis præpositus. Sig†num Bernardi de Tamarito hæc firmo. Ego Arnaldus de Martorello hæc firmo, Sig†num Raimundi de Timors Tarraconensis ecclesiæ sacristæ. Ego Michael Capellanus Villærotundæ et notarius qui hoc scribere mandavi et subscribo. Ego frater Guilelmus Petri, qui hoc testamentum jussu Michaelis de Villarotunda capellani scripsi et hoc sig†num feci.

—

AUCTORE V. D. B

§ VIII. Abbatiæ SS. Crucum, cui præfectus fuit S. Bernardus, origines et fata. Templi perfectio.

S. Bernardus fit abbas monasterii SS. Crucum; cujus exordia in Vallelaurea,

Profecit deinde plurimum beatus vir adeoque a fratribus abbas electus est; quo munere eum fungentem brevi videbimus mense majo anni 1225. *Atque hic opportunus videtur esse locus, quo nonnulla de monasterio Sanctarum Crucum referamus. Duas sedes habuit hæc abbatia : alteram in diœcesi Barcinonensi ad montem Serdanolam, ubi S. Mariæ Vallislaureæ titulum gessit; alteram in finibus diœceseos Barcinonensis et Tarraconensis, in terra de* Santas Creus; *unde Sanctarum Crucum nomen sumpsit. De utroque monasterio multa diplomata edidit Villanueva* (1) *et brevem inde collegit ejus historiam* (2). *Origines quoque ejus perscrutatus est et descripsit Hieronymus Pujades* (3); *quod fecit etiam Petrus de Marca* (4); *atque ante eum Manrique plurimis Annalium Cisterciensium locis* (5) : *sed passim multi admiscentur errores. Porro die* 4 *decembris anni* 1150 *Guilielmus Raimundi de Montecatano* *, *cognomine Dapifer et reapse dapifer Catalauniæ et Aragoniæ, filiique ejus Guilielmus et Raimundus atque Berengarius donarunt abbati Grandissilvæ in diœcesi Tolosana (de hoc monasterio plura vide ad diem* 23 *octobris in Vitis sanctorum Bertrandi et Giraldi de Salis) bona quæ habebant in monte de Serdanola; quod* donum factum est in manu Guillelmi, prioris S. Mariæ Grandissilvæ et Guillermi *(*VI, *comitis)* de Montepesulano *(et tum in Grandisilva pauperis monachi)*, et sociorum ejus (6), *qui die* 28 *maji anni ibi habitabant et ecclesiam ædificabant cum monasterio* (7). *Die* 16 *decembris anni* 1152 *proprium abbatem nondum habebat Vallislaurea; quamobrem ejus fundator* Willermus Raymundi promisit abbati Grandissilvæ et Willermo de Montepessulano et fratribus habitatoribus monasterii S. Mariæ de Vallelaurea dare per unumquemquo annum c morabatinos in auro *et alia multa*, donec esset factum prædictum monasterium S. Mariæ de Vallelaurea.

* Moncada

primorum abbatum series chronologica,

48 *Eadem die benedictus fuit primus abbas Guilielmus, quem plures* (8) *male crediderunt comitem fuisse Montepessulanum, minus forte male Villanueva* (9) *priorem Grandissilvæ, quamquam et hoc valde incertum sit. Certe catalogi communes Sanctarum Crucum* (10) *habent Guilielmum abbatem fuisse ab anno* 1152; *et in Chronologia Cisterciensi, qua ita disponuntur abbatiarum origines ut fere singulorum primorum abbatum benedictionem sequantur* (11), *legitur* (12) : Eodem anno (1152), XVII kalendas januarii, abbatia de

(1) Viaje literario, tom. XX, pag. 235-261. — (2) Ibid. pag. 134-146. — (3) Cronica universal del principado de Cataluna, tom. VIII, pag. 440 et seqq. — (4) Marca Hispanica, lib. IV, col. 502 et 503. — (5) Ad an. 1152, cap. VI; ad an. 1158, cap. V, etc. — (6) Donatio G. Raymundi Dapiferi, ap. Villanueva, Viaje, tom. XX, pag. 235 et 236. — (7) Donatio comitum de Cardona, ibid. pag. 256 et 257. — (8) De Marca, Marca Hispanica, col. 502; Vaissette, Histoire du Languedoc, tom. II, pag. 489. — (9) Viaje literario, tom. XX, pag. 138. — (10) Ibid. loc. cit. — (11) Cfr Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 1120. — (12) Ap. Manrique, Annal. Cisterc. ad an. 1152, cap. VI, num. 8.

AUCTORE V. D. B.

SS. Crucibus. *Die* 5 *julii anni* 1154 *seu* XVIII *regis Ludovici Junioris (initium regni computabant Catalauniæ incolæ) die* 1 *augusti anni* 1137 (1)) *ille idem Guilielmus Vallislaureæ adhuc abbas erat* (2); *ita ut Villanueva, qui prius* (3) *monuerat Hugonem successisse anno* 1158, *deinde* (4) *melius retulerit hujus administrationis exordium ad annum* 1155, *recte censens in diplomate, cui ejus inscriptum est nomen, non legendum esse annum* MCLIII, *sed* MCLV, *qui solus convenit cum anno* XVIII *Ludovici Junioris, prout hujus regnum in Catalaunia computatum fuisse diximus : ecce autem locus* (5) : III idus Julii, anno ab incarnatione Domini M.C.LIII. regnique Ludovici Junioris anno decimo octavo. *Dabat autem hoc diplomate Raimundus, comes Barcinonensis,* Deo et S. Mariæ Vallislaureæ, in manu videlicet domini Alexandri, abbatis Grandissylvæ, et venerabilis Ugonis, abbatis Vallislaureæ, ac viri religiosi Guillelmi Montispesulani ipsam speluncam de Ancosa cum omnibus terminis et pertinentiis, *etc. Volunt* (6) *ad hoc mansum, in villa de Maguer situm et postea SS. Crucum grangiam, monachos Vallislaureæ, pristini monasterii nomine retento, translatos fuisse; sed nuspiam antiquam hujus translationis reperio memoriam et contrarium potius innuitur in pluribus diplomatibus, scriptis eo tempore quo Ancosæ degissent Vallislaureæ monachi.*

translatio in terram SS. Crucum, situm in finibus ambiguis diœceseon Barcinonensis et Tarraconensis,

49 *Ipse Hugo non diu abbatiale pedum tenuit, quum in diplomatibus de die* 28 *et* 31 *maji anni* 1156 *Girardus seu Gerardus abbas S. Mariæ Vallislaureæ seu de Vallelaurea jam legatur* (7). *Anno* 1158 *Petrum de Puigvert in abbatiale munus successisse perhibet Villanueva* (8); *et certe cum a Geraldo Alaman seu Almandi, ejus consanguineis et affinibus terræ de* Santas Creus *donatio* facta *est* VII kal. februarii *seu die* 26 *januarii* anno ab incarnatione Domini M. C. LVIII *(anno exordiente die* 25 *martii,) Petrus erat Vallislaureæ abbas* (9). *Sita erat illa terra in agro castri Montisacuti, in fine episcopatus Barcinonensis* (10), *et multo opportunior visa est monasterio quam pristina sedes, quam aqua caruisse tradit Pujades* (11). Cum *itaque* angustia et importunitas loci *Vallislaureæ monachos* ad alium locum compellerent migrare (12) *et Sanctæ Cruces placerent, majoris firmitatis causa nova diplomata conficienda visa sunt. Quapropter die* 8 *augusti anni* 1160 *Geraldus Almandi, Geraldus de Jurba, Guilielmus de Monteacuto donationem terræ Sanctarum Crucum renovarunt* (13), *eamque cum canonicorum suorum consensu confirmavit Guilielmus, Barcinonensis episcopus* (14). *Ast ut eo se transferre cœperunt Vallislaureæ monachi securiores, Hugo de Cervellione, qui circa medium annum* 1163 *ad Tarraconensem sedem evectus fuerat* (15), auctoritatem suam opposuit, eundem locum ad suam asserens diœcesin pertinere, *quemadmodum die* 14 *julii anni* 1108 *aut sequentis Benevento rescripsit Alexander papa III* (16); *jubens ut usque ad festum Assumptionis nil novi attentaretur adversus monachos, et aliis literis, datis die* 10 *septembris ejusdem anni,* mandans quatenus neutri illorum *(archiepiscopi Tarraconensis et episcopi Barcinonensis)* jure parrochiali obedientiam vel reverentiam exhiberent, donec determinatum fuerit ad quem illorum præscriptus locus debeat de jure pertinere (17) : *quod quum determinatum fuerit numquam, hinc abbatia illa dicebatur* utriusque diœcesis Tarraconensis et Barcinonensis aut nullius (18), *aut* Tarraconensis seu Barcinonensis (19).

series abbatum usque ad S. Bernardum *et eximia decora declarantur.*

50 *Ex illo tempore, scilicet ab anno* 1169, *abbas et monasterium* Sanctarum Crucum *dicta sunt. Gessit primus hoc nomen translationis auctor, Petrus de Puigvert, qui id retinuit saltem usque ad mensem septembrem anni* 1174, *quum ecclesia de Sanctis Crucibus cœpit ædificari* (20), *et verisimiliter usque ad annum* 1185; *quo ei successisse Hugonem, in cujus præsentia die* 29 *julii anni* 1191 *positus fuit primus lapis in fundamento dormitorii* (21) *et cujus nomen in designatione terminorum monasterii SS. Crucum, die* 27 *martii anni* 1193 *a Berengario Tarraconensi et Raimundo Barcinonensi præsulibus facta* (22), *etiam legitur, tradit Villanueva* (23). *Anno* 1203 *abbatiale officium gerebat Bernardus, quippe qui die* 24 *julii illius cum aliis consilia contulit ad procurandam pacem inter fratres monasteriorum de Bonarequie et de Populeto* (24); *idemque is esse videtur ac Bernardus Ager, qui anno* 1220 *Sanctarum Crucum erat abbas* (25). *Huic successit anno* 1222 *Raimundus de Rifano; post quem idem munus occupavit* B. Bernardus *ante diem* 22 *maji anni* 1225. *Illo tempore multa jam possidebat bona SS. Crucum monasterium, quæ enumerare nolumus, ne infiniti simus. Creverunt hæc deinde valore atque etiam novis accessionibus, ita ut post Populetum nulla esset in illis terris abbatia SS. Crucibus opulentior. Vallisdignæ in regno Valentiæ et Altifontis in Sicilia circa annum* 1300 *mater facta est, atque etiam auctoritatem nacta fuit in militare cœnobium S. Georgii de Montesa in regno Valentiæ. Complures comites Barcinonenses reges Aragoniæ aliique principes sepulturam sibi in ea elegerunt et sub finem sæculi* XIII *ejus abbates creati fuerunt capellani majores regum Aragoniæ. Nihil itaque omnino defuit huic asceterio quo gloriosum esset apud Deum et homines. Florebat adhuc, quum ineunte hoc sæculo id visitavit Villanueva; ast nunc cum tot aliis bonis institutis periit. Verum hæc multo post* B. Bernardi *ævum acciderunt, neque diutius nos retinere possunt.*

51 *Quum autem beatus vir abbatis officio* S. Bernardus,

(1) Cfr Donationes Agnetis, Guilielmi de Montecatheno, Raymundi etc. ap Villanueva, tom. XX, pag. 246, 248, 250 etc. et Art de vérifier les dates, tom. I, pag. 578. — (2) Guillelmi de Montecatheno donatio, ap. Villanueva, tom. XX, pag. 239. — (3) Viaje, tom. XX, pag. 138. — (4) Ibid. pag. 140. — (5) Ibid. pag. 250. — (6) Manrique, Annales Cisterc. ad. an. 1152, cap. VI, num. 5; ad an. 1157, cap. V, num. 1; Pujades, Cronica de Cataluña, tom. VIII, pag. 440. — (7) Villanueva, Viaje, tom. XX, pag. 240, 241 et 253. — (8) Ibid. pag. 140. — (9) Ibid. pag. 251 et 252. — (10) Ibid. pag. 252. — (11) Cronica de Cataluña, tom. VIII, pag. 440. — (12) Villanueva, tom. XX, pag. 252. — (13) De Marca, Marca Hispanica, col. 1329. — (14) Ibid. col. 1329 et 1330. — (15) Villanueva, tom. XIX, pag. 151 et 152. — (16) Ibid. tom. XX, pag. 252 et ap. de Marca, col. 1351. — (17) Ibid. 253 et ap. de Marca, col. cit. — (18) Pujades, Cronica de Cataluña, tom. VIII, pag. 441. — (19) De Marca, col. 503. — (20) Notitia ædificationum ap. Villanueva, tom. XX, pag. 228. — (21) Ibid. loc. cit. — (22) Ap. Villanueva, tom. XX, col. 257 et 258. — (23) Ibid. pag. 141. — (24) Ibid. pag. 268. — (25) Ibid. pag. 141.

auctus

abbas factus, templum anno 1225 et deinceps absolvit.

auctus esset, habuit hanc felicitatem ut brevi templum, quod anno 1174 *incohatum fuisse supra diximus, ita absolutum viderit ut in eo jam divina officia fieri possent. Hinc in Notitia quarumdam ædificationum monasterii SS. Crucum* (1) *legimus:* Item anno Domini M. CC. XXV. XI kalendas junii in die Pentechostes circa horam tertiam conventus dicti monasterii transmutavit se in ecclesiam novam præsidente domino Bernardo abbate cum XL. quinque monachis. (*Postea ordinarius monachorum numerus fuit quadraginta, fratrum laicorum sedecim, præter multos donatos et familiares* (2).) *Et dein :* Item anno Domini M. CC. XXV. *(id est* 1226) XI kalendas aprilis commutatus est conventus prædictus in majori membro ecclesiæ ad vigilias matutinas. *Tria enim membra seu naves habet id templum; quorum medium magnæ est altitudinis, ambo vero lateralia minoris sunt quam ut conspectus ingratus non sit. Ad caput autem majoris membri seu navis est presbyterium, quo continetur chorus, pulcherrimis sedilibus instructus et ultra pronæas alas* * *extensus. Verbis itaque illis indicari videtur monachos tunc nondum usos fuisse choro, et in media navi pro communi temporum illorum more divinis functos fuisse officiis. Cæterum templum, quod absolvit* B. Bernardus, *insigne opus gothicum* * *est et maxima fabrica, a porta usque ad gradus presbyterii* 312 *palmos catalaunenses longa et in pronæarum alarum regione* 172 *lata. Ex lapide communi secto, quem vicina dedit fodina, constructum est et non invenustis fenestris pictis ornatum* (3). *Hæc ex Villanueva : ejus quoque laudes dabit Paschalis Madoz* (4). *Pergit esse ecclesia matrix vicorum de Aiguamarcia et Poblas, et S. Luciæ titulum habet.*

* transcept

* roman ?

§ IX. Missiones et miracula S. Bernardi in diœcesi Ilerdensi et alibi; procuratio commissa a Gregorio papa IX; alia ejus gesta et decora, dum esset abbas.

S. Bernardus *inter fratres suos recipit Petrum de Puigvert, episcopum Urgellensem;*

Dum SS. Crucum abbas esset S. Bernardus, *partem habuit anno* 1230 *in ordinandis rebus ecclesiasticis insulæ Majoricæ; sed quum iisdem multo magis occupatus fuerit episcopatus sui tempore, satius de hoc negotio dicetur infra uno tractu. Eodem anno (quod indicium sit quanta in æstimatione esset SS. Crucum monasterium, quum ei præsideret* B. Bernardus,) *Petrus de Podioviridi seu de Puigvert, nobili ortus genere et vigesimo sexto anno Urgellensis episcopus, vitæ religiosæ desiderio illuc se contulit et vestem monasticam induit. In quam rem Gregorius papa IX Sparago, archiepiscopo Tarraconensi, et Berengario, episcopo Ilerdensi, commiserat ut officii ejus cessionem reciperent*, facta ei ab eisdem provisione congrua, de qua valeret debito moderamine sustentari. *Id peractum feria* IV *Majoris hebdomadæ,* III *nonas aprilis, eique assignati trecenti aurei, quotannis a mensa episcopali Urgellensi solvendi. Sed omissa fuit hæc solutio : quare Gregorius literas dedit ad Vitalem de Alguayre, abbatem Populetensem, Ferrarium Pallares, præpositum Tarraconensem, et A. ibidem archidiaconum, ut Pohtium de Vilamur, in sede Urgellensi Petri successorem, compellerent ad solvendam decessori statutam pensionem, quo se ab ære alieno liberare posset et minus oneri esse monasterio SS. Crucum : quæ pontificia jussa duo posteriores fecerunt* (5). *Quibus in componendis rebus partem habuisse* B. Bernardum *dubitari nequit, quippe cujus* frater *et subditus factus esset Petrus de Podioviridi.*

AUCTORE V. D. B.

jubetur a Gregorio papa IX in facultates capituli Tarraconensis inquirere;

52 *Interea Romæ percrebuerat fama prudentiæ et probitatis beati viri : quapropter sæpius deinceps ei videbimus a Gregorio papa IX difficiliora et graviora negotia commissa. Tentamen quodammodo fuit mandatum, anno* 1232 *impositum; quod diploma quum breve sit, dabimus integrum* (6) : Gregorius episcopus etc. dilectis filiis abbati et priori Sanctarum Crucum, Cisterciensis ordinis, Terrachonensis diœcesis, salutem etc. Dilecti filii [*Ferrarius Pallares*] præpositus et capitulum Terrachonensis nobis humiliter supplicarunt ut, cum [*triginta fere abhinc annis*] venerabilis frater noster [*Joannes*], Sabinensis episcopus, tunc in partibus illis apostolicæ sedis legatus, venerabili fratri nostro *(Raimundo de Rocaberti)*, Terrachonensium archiepiscopo, ut tricesimum canonicorum numerum in Terrachonensi ecclesia instituceret, injunxisset; quia tot non possunt de ipsius ecclesiæ facultatibus comode sustentari, cum hospitalitatis onere præfata ecclesia non modicum aggravetur, providere super hoc ipsi ecclesiæ misericorditer dignaremur. Quia vero sic est ecclesiis de servitoribus providendum, quod ex eorum numero non graventur, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus inquiratis super præmissis omnibus diligenter veritatem, et quod inveneritis, nobis fideliter rescribatis. Datum Anagniæ XVI kalendas octobris pontificatus nostri anno sexto. *Fecere jussa procul dubio* B. Bernardus *ejusque prior; verumtamen viginti tantum annis post capituli Tarraconensis votis satisfactum est, ab Innocentio scilicet papa IV* (7).

missiones instituit in diœcesi Ilerdensi, non ita pridem a Saracenis libera;

53 *Alia singularia quæ hujus sint temporis non occurrunt : quocirca nil aliud hoc loco referendum videtur præter eam Francisci Miri epistolæ partem, quæ ad beati abbatis gesta pertinent et in quibus id singulare est primum et ultimum prodigium contigisse, quum beatus vir in diœcesi Ilerdensi seu ponus Ilerdæ aut in ejus vicinia missiones apostolicas institueret, ut in ejus Vita legitur. Quarum forte occasio fuit ipsa Illerdensis diœcesis hoc ævo conditio. Anno scilicet* 712 *cum reliqua Catalaunia in mahumetanorum manus hæc civitas venerat deditione, ut volunt Arabes* (8), *truculenta expugnatione, ut ma-*

(1) Ap. Villanueva, tom. XX, pag. 228. — (2) Pujades, Cronica de Cataluña, tom. VIII, pag. 441. — (3) Villanueva, Viaje, tom. XX, pag. 140. — (4) Madoz, Diccionario, tom. VII, pag. 166. — (5) Villanueva, Viaje, tom. XI, pag. 72 et 73. — (6) Ibid. tom. XIX, pag. 231. — (7) Ibid. pag. 81. — (8) Cfr de Marlès Hist. de la domination des Arabes et des Maures en Espagne etc. tom. I, pag. 107.

AUCTORE V. D. B.

lunt Hispani (1), *verisimillime autem subita occupatione. Deinceps sederunt episcopi Ilerdenses Rotæ in montanis, donec anno* 1101, *quo Petrus, rex Aragoniæ, Barbastrum expugnavit, cathedram suam eo contulerunt* (2). *Viginti annis post statuerant christiani Ilerdam eripere e Maurorum manibus; unde testatorem reperit Villanueva* (3), *volentem anno* 1122 pergere in oste de Lerida, *et anno* 1123 *Raimundum Berengarium III, comitem Barcinonensem, dantem monasterio de Solsona* ipsam meschitam majorem, quæ est infra villam Ilerde, ... quando Deus concedere nobis peccatoribus civitatem Ilerdam voluerit. *Concessit eam brevi post Deus Alfonso, Aragoniæ regi* (4); *sed dum paucis post annis Aragonenses et Castellani inter se de Urracæ, reginæ Castellæ, hæreditate certarent, denuo ea civitate potiti erant Mauri* (5). *Eam tenuerunt usque ad* 24 *octobris anni* 1149 (6), *quo eam post plurium mensium obsidionem pactis conditionibus accepit Raimundus, Barcinonensis comes* (7). *Quum itaque expugnata non fuisset Ilerda, nedum deleti aut extrusi mahumetani, pars bonorum eis relicta. Sane, quum postea bellum sæpius recruduit, credendum non est eis semper fuisse parcitum et paulatim non decrevisse eorum numerum; sed ineunte sæculo* XIII *plures fuisse qui ad fidem convertendi essent aut in ea confirmandi, quis dubitet? Et quidem in Constitutionibus pacis* (8), *anno* 1234 *a Jacobo I, rege Aragoniæ, Tarracone editis, primo loco mentio fit* sarracenorum de episcopatu Ilerdensi. *In his itaque christiana doctrina imbuendis occupatum fuisse beatum* Bernardum *valde verisimile est; quamquam Valdenses quoque, passim in Catalaunia pullulantes* (9), *suam forte etiam postularint operam. Sed accipe jam quæ abbas Franciscus Mirus, scribens ad Galcerandum episcopum, referat de* B. Bernardo, *Ilerdæ et alibi conversante.*

ubi duo miracula patrat, alterum ope crucis, quæ describitur;

54 Ferebant, *inquit* (10), seniores nostræ domus, qui virum sanctum assequi potuerunt aut saltem eos, qui ipsum assequuti sunt, quod quadam die invitatus in quodam hospitio apud Illerdam, dum ipse cum suis sociis adhuc abbas ad mensam sederet, et quidam monachus, ipsis epulantibus, lectionem divinam legeret, ut est moris : avis quædam, quæ vulgariter dicitur calandria, *(a peritis* alauda calandra, *atque olim, figura immutata, apud physiologos valde celebris erat, quod albo colore et supremo volatu Christum gloriose in cælum ascendentem repræsentare videretur* (11),) existens in gabiola *seu cavea*, garriens nimis, eos multum perturbabat; cui in Dei nomine præcepit ut taceret. Cumque illa statim quasi mortua taceret, etdomina ejus doleret, et multum sibi displiceret, putans illam fore mortuam; dictus abbas, perfecta lectione et cœna, licentiavit eam. Quæ protinus surrexit et statim more suo cantavit : de quo præsentes fuerunt plurimum stupefacti. Alio tempore accidit quod cum frugibus, quæ erant in quadam area juxta monasterium, *(immo propre sacrarium seu sacristiam, ut tradunt Domenecus et Henriquezius,)* quidam perversi ignem supposuissent, venit illuc abbas sanctus; et, accepta cruce in qua est lignum Domini, projecit eam super segetes ardentes : qui ignis virtute sanctæ crucis et meritis ipsius sine dubio illico fuit extinctus et segetes restauratæ. *Reperit adhuc ineunte hoc sæculo Villanueva* (12) *hanc ligni crucis particulam, quam* magnam *dixit Pujades* (13) et auro circumdatam, *eamque vidit* duobus lapidibus sculptis * ornatam, quorum alter humanam, alter equinam figuram refert. *Nil in his ornamentis mirum; quum olim quidquid pretiosum videbatur Deo dicabant, non examinantes decereretne an dedeceret : unde Rothomagi, ut multa alia hujus generis prætereram, servatur antiquum ostensorium, cujus pedi impositæ sunt spurcissimæ veteres imagines* (14).

* camées

messis vinique defectum tertio miraculo reparat; unde ortus ejus depingendi modus;

55 Ferunt et quodam anno nimium sterili, *Manriquii* (15) *verba recito*, cum monachi dolerent, quod non haberent quas in horrea inferrent fruges, imo neque quas meterent, nec vineæ in mustum botros protulissent; abbatem sanctum, verbis fidei plenis eorumdem mœstitiam consolatum, tot spiculas errantes avulsisse quot erant horrea, tot botrulos quot cadi; et propriis manibus illas confricantem, hos comprimentem, et vasa musto et horrea implesse granis, quæ non solum domesticis sufficerent, sed etiam peregrinis atque pauperibus. Atque hujus signi memoria conservatur in ejusdem picturis, dum terens spicas et botros manu comprimens in tabulis plerumque depingi solet; *seu botros et spicas atque etiam lapidem, quo dentes sibi fregisse legitur, a latere aut coram positos habens* (16). *Hæc neque ex Francisco abbate, neque ex antiqua Vita hausit Manriquius, sed ex traditione SS. Crucum monachorum, beati viri interpretantium imagines.* Communia alia *miracula* restitutæ salutis multis infirmis, quia ex ipsa frequentia velut vilescunt, prudens prætereo, *subdit Manrique optimo jure, siquidem de his nuspiam singularis supersit memoria.*

a longinquo monachi mortem cognoscit; fractis lapide dentibus, tentationem carnis amovet;

56 Alio tempore, *Franciscum Mirum abbatem denuo loquentem produco*, alio tempore, cum de remotis partibus [*ex terra Ilerdensi, ubi Quadragesimales sermones habuerat, ut volunt Domenecus et Henriquezius*]rediret ad monasterium et appropinquaret eidem, adhuc in via existens, subito descendit de animali, super quo (sedebat, et) [a via deflectens] stetit flexis genibus orando in terram per aliquam moram : cumque socii admirantes interrogarent eum cur hoc egisset; respondit quod ea hora fuit traditum sepulturæ corpus cujusdam monachi defuncti, cujus animam, dum conventus flecteret genua cantando more solito antiphonam : Clementissime Domine, ipse vidit in cælos ab angelis deferri; sicque cognoverunt, cum [post aliquot dies] intrassent monasterium, quod illa hora corpus dicti defuncti fuerat tra-

(1) De la Canal, Espana sagrada, tom. XLVI, pag. 110 et 111. — (2) Ibid. pag. 149 et 150. — (3) Viaje literario, tom. XV, pag. 2. — (4) De Marlès, tom. II, pag. 334. — (5) Ibid. pag. 335. — (6) Villanueva, Viaje, tom. XVI, pag. 4. — (7) Instrumentum concordiæ etc. ibid. pag. 159. — (8) Art. 17 ap. de Marca, Marca Hispanica, col. 1431. — (9) Jacobi I Constitutiones, ibid. col. 1425. — (10) Ap. Manrique, Annal. Cisterc. ad an. 1234, cap. III, num. 1 et seqq. — (11) Cahier et Martin, Mélanges d'archéologie, tom. II, pag. 129 et seqq. — (12) Viaje, tom. XX, pag. 119. — (13) Cronica de Cataluna, tom. VIII, pag. 442. — (14) Biblioth. de l'école des Chartes. — (15) Annal. Cisterc. ad an. 1234, num. 2. — (16) Cfr imagines, insertæ ejus Vitæ, auctore Onuphrio Relles, et Novendiali pietati, in honorem S. Bernardi Calvonis anno 1764 a Francisco Marti y de Rexach editæ et anno 1847 Vici recusæ.

ditum

ditum sepulturæ. *Noluit tamen se intra sola miracula continere Franciscus Mirus abbas et sequens castimoniæ amoris exemplum proposuit :* Quadam vice, *inquit,* dum esset in partibus Illerdæ et quædam mulieres vidissent dentes suos albissimos, dixerunt : Quam pulchros dentes habes, monache ! Illeque cum audisset et aliquantum elongasset se ab illis, secreto petivit unum lapidem de torrente seu via, ubi erant, et fregit sibi dentes ; volens inplere mandatum illud Evangelium * : Si scandalizaverit te pes tuus, vel manus tua, aut oculus, projicies illam abs te. *Quibus addit Henriquezius, nullo fonte indicato :* Mirabantur omnes tam monachi quam sæculares, sanctissimi viri exemplum sine exemplo videntes, et inhonestæ illæ mulierculæ, plane confusæ, contritione et devotione commotæ, secreto pœnitentiam summis cum lacrymis ab eo petierunt. Duæ autem ex illis, forma et decore cæteris præstantiores, quæque hujus facti majorem præ aliis causam dederant, sæculi vanitatibus valedicentes, in monasterio quodam vitam deinceps usque ad ultimum agonem duxerunt sanctissimam. *Quæ postrema quum singularia sint, non videntur sine aliquo auctore scripta.*

* Evangelii

et spiritale regimen accipit parthenonis Vallis de Onella, in diœcesi Barcinonensi.

57 *Quæ præterea gesserit beatus abbas me latent, nisi quod anno* 1226 *die* 29 *martii accepit spirituale regimen novi parthenonis. In diœcesi scilicet Barcinonensi, in termino castelli Ollordæ, cœtus erat deodatarum feminarum, habentium ecclesiam vallis de Onella, vulgo* Valldonzella. *In favorem Cisterciensium ut hæc ædes sacra in perpetuum conventualis fieret, concessit Berengarius de Palou, Barcinonensis præsul, cum capituli sui assensu ; ea lege ut ibidem instituereturmonasterium Cisterciense sanctimonialium, subjectum abbati SS. Crucum in rebus, ad regulam S. Benedicti spectantibus, (quæ conditio non parum commendat* B. Bernardi *regularis observantiæ curam) ; in reliquis vero episcopo Barcinonensi. Mulierum animos tam scite rexit beatus abbas ut paucis annis post nonnullæ ex illis deodatis feminis Cistercienses leges et habitum admiserint et novæ fundationi factum sit initium* (1). *Post* B. Bernardi *mortem, anno scilicet* 1269, *transtulit Arnaldus de Gurb, Barcinonensis episcopus, id asceterium Barcinonem ; ubi ineunte hoc sæculo adhuc exsistebat* (2). *Plura huc non pertinent.*

§ X. Depositio Guilielmi de Tavarteto, episcopi Vicensis ; postulatio S. Bernardi; consecrationis dilatio.

Dejecto a cathedra Vicensi Guilielmo de Tavarteto, quod male de fide sentiebat, et Romæ anno 1233 *mortuo,*

J*am si ad abbatis Francisci Miri epistolam redeamus, nil aliud inde amplius accipiemus quam generalia quædam dicta de* B. Bernardi *ad Vicensem sedem electione seu potius (quum monachus et abbas esset) postulatione.* Cum meritis ipsius exigentibus, *inquit ille* (3), abbas Sanctarum Crucum effectus esset, sed dein nobis ablatus vobisque donatus, factus est pro tempore episcopus Vicensis ; et gradatim ascendens, sicut in functionibus ita etiam iret de virtute in virtutem, quousque Deum deorum in Sion videre mereretur. *Hæc autem ejus promotionis fuit occasio. Guilielmus scilicet de Tavarteto, episcopus Vicensis, cujus causa (ut supra narravimus)* B. Bernardus *anno* 1209 *cum archiepiscopo Tarraconensi assessor pro tribunali sederat, tunc temporis* male de fide sentiebat, *ut auctor est Bzovius* (4), *nixus epistola* 383, *quam* v *kal. aprilis, pontificatus sui anno* VI, *seu die* 28 *martii anni* 1232 *dedit Anagniæ Gregorius papa IX ; ita ut Villanueva* (5) *nimio patriæ amore in apertum errorem abduci se sinat, quam id inter fabulas referat. Contra eum itaque pontifex F. Petro Caderitæ, ordinis Prædicatorum presbytero, officium inquirendi commisit, injungens Jacobo regi ne pontificio delegato ejusve auxiliatoribus injuriam fieri permitteret. Sententiamne pronuntiarit F. Petrus, ipsemet anno* 1279 *propter fidei defensionem occisus, definire non ausim ; sed Guilielmum e cathedra Vicensi fuisse detrusum certissimum est. In Necrologiis enim, quæ ex veteribus martyrologiis ecclesiæ Ausonensis seu Vicensis excerpsit Florez aut ejus successor Risco, hæc occurrunt* (6) : II kal. decemb. Anno D.MCCXXXIII obiit Guillelmus de Tavarteto, quondam Vicensis episcopus; qui ad ecclesiam Romanam vocatus, ibidem episcopatui resignavit. *Per hanc itaque coactam resignationem mense augusti ejusdem anni seu quatuor saltem mensibus ante Guilielmi mortem vacua erat Vicensis cathedra.*

AUCTORE V. D. B.

mense augusto anni 1233 *successor postulatur per compromissionem*

58 *Quamobrem die* 30 *augusti ejusdem anni canonici Vicenses in eo convenerunt ut per compromissionem demandarent electionis negotium in manus Bernardi de Tornamira, Petri Guarretis et Joannis Draper ; qui die* 10 *septembris* B. Bernardum Calvonem *elegerunt* (7). *Valde singularis hæc est electio. Ad hoc enim usque tempus Vici servata fuerat consuetudo ut clerus et populus episcopos eligerent ; et certe eo modo peracta fuerat anno* 1195 *electio Guilielmi de Tavarteto, continuo post missi ad Raimundum archiepiscopum Tarraconensem, a quo manuum impositionem acciperet* (8). *Asserere tamen non ausim tunc adhuc in usu fuisse (quemadmodum sæculo* X*) ut episcopus vicinus ad periculose ægrotantem collegam accurreret, morituri præsulis tumulator futurus, orphanæ ecclesiæ visitator et proximæ electionis præses ; ut dein electio probaretur non solum archiepiscopo, verum etiam comprovincialibus episcopis* (9). *Quam itaque ob causam factum sit ut populus atque ipse clerus ab electione fuerit exclusus et quare ad compromissionem ventum fuerit, quis dixerit ? Turbas fuisse atque ipsos canonicos inter se discordes fuisse pronum est conjicere. Neque minus mirum est* S. Bernardum *non fuisse consecratum episcopum ante mensem octobrem anni* 1234, *quamquam a*

S. Bernardus, *præter antiquum modum, qui explicatur;*

(1) Aymerich, Nomina et acta episcoporum Barcinonensium, pag. 346. — (2) Villanueva, Viaje, tom. XVII, pag. 220. — (3) Ap. Manrique, ad an. 1234, cap. III, num. 5. — (4) Annales ecclesiastici, ad an. 1232, num. 8. — (5) Viaje, tom. VII, pag. 24. — (6) España sagrada, tom. XXVIII, pag. 319. — (7) Villanueva, Viaje, tom. VII, pag. 26. — (8) Decretum electionis etc. ibid. pag. 241 et 242. — (9) Acta electionis Georgii anno 914, ibid. pag. 268 et seqq.

die

AUCTORE V. D. B.

die saltem 22 *januarii possessionem iniisset Vicensis cathedræ et* VII idus februarii anno Domini ab Incarnatione MCCXXXIII, *id est anno* 1234 *æræ christianæ vulgaris cum reliquis Catalauniæ magnatibus, episcopis et abbatibus conventui regio Tarraconensi, de quo plura inferius, sæpius dein versatus fuerit cum archiepiscopa Tarraconensi, a quo sacrandus erat.*

non tamen consecratur episcopus ante mensem octobrem anni 1234: *de anni initio in Catalaunia.*

59 *Quod autem tam diu seu etiam diutius dilata fuit ejus consecratio, certum fecit Jacobus Ripoll Vilamajor, folio volanti editis in lucem notitiis de conductis septem famulis et contracto sat magno ære alieno. Verum nonne ex illis sequitur beatum virum etiam mense januario et februario anni* 1235 electum *dumtaxat fuisse, nondum episcopali consecratione accepta? Re quidem vera tunc in Catalaunia anni initium (ut supra jam diximus) vulgo non erat repositum ad diem* 1 *januarii, sed ad* 25 *martii: ita ut quæ signata sunt die* VIII *idus aprilis et* III *nonas octobris et maxime in contrahendis debitis consistant, censenda videantur ad annum* 1234 *pertinere; quæ vero præferunt diem* 22 *januarii, pridie nonas februarii et* XIII *kal. martii et partim in conducendis famulis, partim in debitis solvendis et ineundis contineantur, ad annum* 1235. *Et sane reliqua ejusdem generis documenta omnino inter se confusa sunt, nullo temporis ordine servato. Verum, licet hæc ita esse negandum non sit, in computis tamen illis, quos integros ad nos destinari voluit illustrissimus Vicensis præsul, indicia insunt, quibus constet anni initium illic duci a die* 1 *januarii: verbi gratia* III *idus julii anni* 1237 *vocatur in memoriam computus factus* X kal. februarii transacti; *qui dies ante indicatus est his verbis:* Anno a Nativitate 1237, decimo kal. februarii; *quo die, uti et* III *idus julii, adhuc debebat beatus vir Petro de Subrupe et Petro de Torrentibus; dum nonis decembribus ejusdem anni* 1237 *nil amplius deberet Petro de Subrupe, sed tantum Petro de Torrentibus.*

Famulos aliosque conducit beatus vir; æs alienum contrahit totamque domum disponit: mensurarum aliquot, nummorum aliarumque rerum similium,

60 *Quum autem notitiæ, quibus Ripollius usus est, ad illustrandos illius ævi mores maximi momenti esse videantur, quumque alibi multos computos edituri simus, opportune eas denuo typis exprimemus. Constat autem ex priori parte illo ævo famulis conductitiis data fuisse quotannis præter vestimenta aliquot quatuor quarteria hordei (quarterium autem Barcinonense continet* 71 *litra gallica* (1),) *et viginti solidos monetæ proculdubio Vicensis. Vicensis enim episcopus, quod regalia ei concesserat Otto, rex Francorum, jus cudendæ monetæ propriæ habebat; quæ ex statuto anni* 1174 *ita cudebatur ut esset* de lege quatuor denariorum argenti puri et de legitimo pondere; ita quod octodecim solidi denariorum exirent ad marcham (2), *seu ut solidi Vicenses essent ex tam impura materia, ut de lege duodecim denariorum argenti puri, id est ex genuino argento non essent, sed ut tertia tantum pars esset argentum, duæ reliquæ ex ære aliave mixtura* (3); *ex altera vero parte ut tam ponderosa esset, ut ex marca argenti fieri possent solidi dumtaxat octodecim: qui valor, lege firmissima constitutus, postea non videtur fuisse mutatus, quamdiu episcopi Vicenses monetam cuderunt. Solidi itaque Vicenses pondere, non autem valore prope quintuplo majores erant quam Barcinonenses, seu ea erant inter se proportione ut* 18 *et* 88, *seu* 1 *et* 4,89. *Nam* de moneta *Barcinonensi, ut in charta anni* 1299 *legitur* (4), 65 solidi valent unam marcham argenti fini, recti, pensi Perpiniani *seu* 65/88 *marcæ pensi Barcinonensis, quandoquidem ineunte anno* 1214 injunctum fuisset notariis Barcinonensibus quod ponerent in chartis marcham argenti ad 88 solidos (5). *Quum autem marca passim dimidia libra sit et in Catalaunia pendat* 268,35 *grammatibus* (6), *quantum fere franci* 53,67, *hinc fit ut singuli solidi Vicenses æquarent centesimas* 74, *id est fr.* 0,74, *singuli vero solidi Barcinonenses centesimas* 61 *seu fr.* 0, 61.

quæ tum in diœcesi Vicensi aliisque

61 *Ut autem universum id argumentum nummarium (si ita loqui fas sit) continenter absolvam, placet pauca addere de solidis Jaccensibus et Melgoriensibus, qui inferius in novo testamento* S. Bernardi *obvii fient. Jaccensium valorem docet Antonius de Capmany* (7), *tradens undecim solidos Barcinonenses tantumdem valuisse quantum unum florenum aureum Aragonensem seu etiam novem solidos Jaccenses; ita ut singuli solidi Jaccenses æquarent* 75 *centesimas seu fr.* 0,75. *In Melgoriensium solidorum valorem, de quo jam pridem multi scripserant, annotavit plurima in Historia Occitaniæ D. Vaissette, sedulo in indicibus tomorum* II *et* III *significans loca, ex quibus ille valor definiri possit. Liquet autem inde solidos quinquaginta in marca argenti fini fuisse, quamdiu vixit* B. Bernardus (8). *Verum quum marcam argenti suam haberent Melgorienses, quæ a communi,* 24 *circiter grammata continente, non multum differret, necesse est ut singuli solidi valuerint* 96 *circiter centesimas, id est fr.* 0,96.

Catalauniæ partibus in usu erant, valor et potestas.

62 *Quodsi jam quæratur quæ pecuniæ tum esset potestas, comparata cum præsenti tempore, in summas angustias devenimus. Vulgaris sententia est eam tum potestatem quintuplo majorem fuisse quam quæ nunc est; id est hectolitrum frumenti (frumentum enim optima mensura censetur) quod nunc viginti francis venditur, tum quatuor dumtaxat francis constitisse; a qua sententia minime velim recedere. Verumtamen alia omnino sequuntur ex lege, quam anno* 1235 *Jacobus rex tulit in Catalaunia et secundum quam pecuniæ potestas minus triplo fuisset major: quæ res intelligi nequit, nisi tunc penuria fuerit: et quidem universa hæc lex propter penuriam lata videtur. Placet tamen statutum* XV, *paucis intermixtis animadversionibus, integrum edere, quoniam optime inde cognoscitur quam variæ essent tempore* S. Bernardi *pecuniæ et mensurarum ratio.* Item, *inquit* (9), statuimus quod per singulas civita-

(1) Doursther, Diction. universel des poids et mesures, pag. 430. — (2) Decretum Petri episcopi ap. Villanueva, Viaje, tom. VI, pag. 241. — (3) Leber, Académie des inscriptions, savants étrangers, tom. I, pag. 299. — (4) Ap. Cangium, Glossarium latinum, v° *Moneta Barcinonensis.* — (5) Chronicum Barcinonense ap. de Marca, Marca Hispanica. col. 755. — (6) Doursther, Dict. des poids, pag. 230. — (7) Memorias historicas sobre la marina etc. Suplemento a la colecion diplomatica, apendice, pag. 134. — (8) Histoire du Languedoc, tom. II et III, indic. v° *Monnaie.* Cfr Du Cange, Glossarium, v° *Moneta Melgoriensis.* — (9) Ap. de Marca, Marca Hispanica, col. 1430.

tes

tes et castella et loca nostra, et nobilium, militum, et locorum religiosorum omnium Catalauniæ apud Ilerdam et in locis Cataloniæ, ubi currit moneta Jaccensis, vendatur caficium Ilerdæ frumenti ad pretium 25 solidorum, et caficium hordei 20 solidos. *Unde appareret uno caficio tria quarteria Barcinonensia seu litra gallica* 213 *contenta fuisse et constitisse francis* 18. Et in aliis locis, ubi sunt diversæ mensuræ, vendatur mensura illa secundum quantitatem cafecii Ilerdæ in Catalonia. Ubi currit Barchinonensis moneta, vendatur quarteria Barchinonensis *seu* 71 *litra* de frumento ad plus decem solidos, et quarteria hordei septem solidos, et de cibaria *seu avena* quatuor solidos, quarteria siliginis *seu secalis* octo solidos. Et in aliis locis Cataloniæ, ubi sunt diversæ mensuræ, vendatur mensura illa secundum valores et quantitatem quarteriæ Barchinonensis. In episcopatu vero Gerundensi migeria de frumento ad plus vendatur sex solidos, et de hordeo quatuor solidos ; *migeria itaque Gerundensis æquabat sex decimas partes quarteriæ Barcinonensis seu litra gallica* 42. Migeria de Monellis de frumento quatuor solidos et dimidium et de hordeo tres solidos ; *unde hæc mensura ad litra circiter* 32 *accedebat*. Et ad hanc rationem ceteræ mensuræ, quæ sunt in episcopatu Gerundensi valeant et vendantur. In Catalonia vero, ubi currit moneta Acromontensis, vendatur frumentum et hordeum ad valorem cambii Jacensis et ad quantitatem mensuræ Ilerdensis ; *id est mensuræ comparentur cum caficio Ilerdensi et moneta Acromontensis accipiatur secundum Jaccense cambium*. Si quis vero ex præstito debebit bladum, solvat prædictam summam pecuniæ, si maluerit ; et non teneatur reddere bladum pro blado. Valeat hoc statutum a festo sancti Johannis de junio usque ad unum annum. *Annus enim, ut ita dicam, annonarius currebat passim in Catalaunia a S. Joannis Baptistæ festo ; in Vicensi tamen et Gerundensi diœcesibus aliquando a fine julii* (1).

Famulorum merces.

63 *Verum, ut ad mercedem conductitiorum* S. Bernardi *famulorum redeamus, omissa lege illa, quam ad annum frugum inopem pertinere diximus, viginti solidi Vicenses, qui illis dabantur, valebant francos* 14,80 ; *quorum potestas tanta tunc erat, quanta nunc francorum* 74,00. *Singulis dabantur insuper quatuor quarteriæ hordei ; et præter id hordeum eamque pecuniam dabatur primario famulo integer vestitus ; aliis pars vestitus, v. g. duæ camisiæ, binæ braccæ et calceamenta necessaria ; uni tamen nil præter hordeum. Hordei pretium paulo infra dabitur. Sed accipe jam illam partem :* Sub anno M.CC.XXXIIII. in festo Sci. Vincentii (22 *jaauarii*) Bernardus de Turre conduxit se cum B[ernardo], episcopo Vicen., inter conductum et vestitum [IIII quarteriis] ordei et xx. sol[idis] sine adjuncto, et debet servire per unum annum. Fidejussores P. de Gardiola..... Petrus de Castaniola et Geraldus frater suus conduxerunt se quilibet pro IIII. qrtiis * ordei et quilibet habet xx. sol. [et duas camisias] et duas bragas et calcia-

* quarteriis

tum ad sufficientiam. Fidejussor B[er]n[ardus] de Bosco. Domenec conduxit se pro quatuor qrtiis ordei, et xx. sol. et duas camisias, et duas bragas, et calciatum. Fidejussor..... Vitalis conduxit se sicut Domenec. — Martorel debet servire per unum annum... — R. de Torello conduxit se pro IIII. qr. * ordei a festo Paschæ usque ad unum annum. Fidejussor P. de Manleu...

AUCTORE V. D. B.

* quarteriis

64 *Postquam itaque* B. Bernardus *familiam episcopalem sibi collegisset, disponenda ei erat res sua domestica seu temporalis. Imprimis solvit Fr. P. de Pax* 500 *morabatinos, tantumdem pendentes quantum francos* 6500 *et tantæ potestatis quantæ nunc* 32,500 ; *dein* 500 *macemutinas, valoris* 3080 *francorum, et potestatis in præsentia* 15,400. Centum enim masumatinæ, *ut Honorius III papa cœvus loquitur* (2), computantur pro marcha *curiæ Romanæ ; in quam quum ineunte sæculo* XIV *sexaginta quatuor* floreni *pontificii seu florentini et* sexaginta quinque *Dalphinales* de viginti quatuor quaratis auri fini deberent intrare (3), *florenus vero pontificius idem esse videatur ac ducatus de camera* (4), *valens* 17 *juliis seu paulis et dimidio, id est francis* 96,25 (5), *facile computari potest* 500 *macemutinarum valor* (6) ; *quare autem annulos aureos septem et unum argenteum dederit* B. Bernardus *eidem viro assequi non possum : puto tamen eum adeo ære alieno fuisse gravatum ut etiam supellectilem pretiosam cedere debuerit et ut frater Loretus* 1200 *solidos Vicenses et alius nescio quis* 860 *ejus nomine solverit : quæ omnia si conjungas et decem marcas argenti superaddas, invenies (ni fallor)* B. Bernardum *aut alios ejus nomine uni viro solvisse pondus argenti* 12,038 *francorum, quibus tantum tunc emisses communium ciborum quantum nunc francis* 60,190. *Lege jam id singulare fragmentum :* Anno Dni. M.CC.XXXIIII pridie nonas februarii ego Fr. P. de Pax recepi a Dno. Vicen. episcopo D. morabatinos, et D. macemutinas, et VII. anulos aurei, et unum argentei. Et de alia parte recepi a Fr. P. Loret MCC. ff. *(solidos)*, et de alia parte DCCC.LX. ff. Item recepi a jam dicto electo x. marchas argenti.

Æs alienum solvit

65 *Unde hanc sibi conquisiverit pecuniam beatus vir nuspiam legitur ; sed brevi post novum æs alienum ab eo fuisse contractum certa habemus, ipsiusmet manu subscripta, testimonia. Ecce autem :* Sub eodem anno XIIII. Kal. marcii. Memoria quam facit B. de Bosco, quod mutuavit Dno. B. Vicen..... ducentas macemutinas in auro, et septingentos decem sol. Barchinon. monete de dublenco. Quod confessus est electus prædictus in præsentia Fr. B. de Favars, Fr. P. de Pax, et Fr. B. de Sco. Martino, et Fr. P. de Loret. Sig † num Guillelmi de Martorello, qui hoc scripsit mandato ejusdem electi. Acomodavit Bnardus de Sca. Eulalia eidem electo centum qrtias ordei, et centum qrtias espelte solvendas [dicto] Bn. in blado, vel in denariis, quantum plus valuerit usque ad messes proxime venturas ; et hoc est in electione ejusdem Bn. de Sca. Eulalia. Et est fidejussor pro

et contrahit, debitaque agnoscit.

(1) Cfr lex Jacobi de anno 1234 seu 1235 stylo novo ap. de Marca, col. 1431. — (2) Ap. Cangium, Glossarium latinum, v° *Masmodina*. — (3) Ibid. v° *Marcha curiæ romanæ* et v° *Floreni*. — (4) Ibid. v° *Floreni*. — (5) Migne, Dictionnaire de numismatique, col. 1048 et 1049. — (6) 500 mac. = 5 marc. = 5×64 fl. = 5×64×17 1/2 jul. = 5×64×17 1/2×0,55 cent. = 3,080 frs.

AUCTORE V. D. B.

electo Bn. de Bosco. Debet Dnus electus Bnardo de Sca. Eulalia de centum qrtiis ordei et LXVII qrtiis de espelta DCCCCLX..... solidos. Debet Dnus electus Bnardo de Bosco inter omnia quæ sibi debebat usque ad VIII id. aprilis trecentas quinquaginta macemutinas. Debet Dnus electus Vicen. Bnardo de Bosco inter omnia, quæ sibi debebat usque ad III nonas octobris an. M.CC.XXXIIII, septingentas macemutinas. Ego B. Vicensis electus hoc sig † num facio. *Uni itaque Bernardo de Bosco debebat beatus vir pondus francorum* 4312, *et Bernardo de S. Eulalia* 710; *quibus debitis tantum onerabatur quantum nunc aliquis ære alieno francorum* 25,110. *Sat æquis conditionibus hordeum et speltam suam commodabat seu vendebat Bernardus de S. Eulalia; quarteriam scilicet hordei solidis vicensibus quinque et speltam sex et novem denariis. Anno sequenti, creverat, ut vidimus, pretium. Nulla autem in commodando benignitas tunc temporis exspectanda erat; ita ut proximo illo anno Jacobus statuerit* quod nullus debitor teneatur solvere suo creditori nomine usurarum duodecim manc. pro centum et non plures; Judæi vero acciperent pro centum solidis viginti solidos in anno et non plures (1); *et quum his eumdem modum anno ante præscripsisset, cavere debuerat, sed irrito conatu* (2) *ne* miscerent usuram cum sorte (3), *id est ne usuras usurarum reciperent. Et quidem septuaginta annis post beneficii loco adhuc habebatur in illis partibus, si majus fœnus non expeteretur; certe in Libertatibus, quas Jacobus II, Aragoniæ rex, anno* 1301 *insulæ Majoricæ concessit, legimus* (4) : Item concedimus vobis et vestris et perpetuo statuimus quod Judæi et Sarraceni non accipiant pro usuris nisi quatuor denarios in mense de viginti solidis, licet alia pacta fuerint inter eos; *id est viginti pro centum.*

Pars creditorum S. Bernardi *potuerunt esse Vicenses canonici; qui, quod regulam Aquisgranensem sequerentur proprium habere poterant :*

66. *Qui autem illic leguntur pecuniam commodasse* B. Bernardo, *prima specie videntur omnes fuisse laici. Verumtamen ita non est. Ex eis enim plures siglis* Fr *nomen prænotatum habent; unde* fratres *eos dictos fuisse apparet. Suntne ergo illi Vicenses canonici? At vero regula S. Augustini eos obstrictos fuisse et nil proprii habuisse vult Floresius* (5) : *quæ res itidem obstare videtur quin eos monachos fuisse Cisterciensès et SS. Crucum alumnos dicamus; quod Cistercienses sine proprio vivere aliquando professi sint. Quis hæc extricet? Res facilior quam primo conspectu reputes. Fac itaque inter eos aliquot fuisse canonicos Vicenses. Quid ergo? Re quidem vera, tum passim canonici cathedrales erant regulares eoque numero censebantur Vicenses; verumtamen nil obstabat quin proprietarii essent, quoniam Regulam sequebantur Aquisgranensem, per quam (ut alibi* (6) *ostendimus) fas erat ejus professoribus proprium pro voluntate retinere aut abdicare. Quod autem Aquisgranensis Regula Vici in usu erat, manifestum fecit Villanueva ex codice, quo opusculum S. Isidori et Regula Aquisgranensis continebantur et cui ad finem hæc adscripta erant :* Dehinc vero inantea scripta est vita canonica, quam constituit Ludovicus imperator ad universos, qui pie vivere velint in sancta conversatione, clericos. Ego autem Ermemirus, quamvis indignus sacerdos, istos duos libros feci quoadunari eos in uno volumine, ut plenius ac vivatius quisque, degens in sancta professione, confestim inveniat lectionem, unde possit animam suam salvam facere : amen. Pax omnibus a Deo ista legentibus; et ortamur ut vestris orationibus adjuvemur. Scripta sunt hæc in sancta sede beati Petri Vico in anno IIII regnante Philippo rege, *seu anno* 1060. *Quæ rerum constitutio nequaquam mutata est, quum paulo post Berengarius episcopus canonicos, quod male viverent, inde expulit, atque anno circiter* 1080 *pœnitentes reduxit. In Charta* (7) *enim, quam ea occasione condidit, multa quidem statuit de vitæ honestate, de communi claustro, refectorio et capitulo; sed licet in his consilium adhibuerit abbatis S. Rufi, cujus fratres jam tum proprio caruisse dicuntur, nil tamen adjunxit quod supra aut præter regulam Aquisgranensem esset. Fatendum tamen est in bulla, qua B. Urbanus II canonicum institutum Vicense confirmavit,* interdici ne cui post professionem exhibitam proprium quid habere liceret (8); *verum, ut ex receptione Tedmari levitæ* (9), *anno* 1091 *facta, apparet, illi sibi non proposuerant secundum Regulam S. Augustini, qua proprium vetitum esse tum æstimabatur* (10), *sed* communiter secundum sanctorum Patrum institutionem omnipotenti Domino deservire; *quibus verbis Regula Aquisgranensis certissime designabatur* (11). *Quamobrem, quum errore id onus eis imposuisset Romanus pontifex, opportunum non duxerunt id admittere; et, quibus libitum erat, perrexerunt proprium habere. Qua ratione Richardus ipse, qui utpote sacrista* (12) *seu prima ornatus dignitate prior erat atque ille idem cui literas suas anno* 1099 *inscripsit B. Urbanus II* (13), *anno proxime sequenti seu* 1100 *multum adhuc proprii habebat; de quo, quum in mortis periculo esset, testamento disposuit* (14). *Verumtamen, ut monuimus, si qui vellent omne proprium abjicere et solis ecclesiæ expensis vivere, id eis etiam licebat : cujus rei plura exempla in medium produxit Villanueva* (15), *demonstrans hos aliquando dictos fuisse monachos. Quæ sufficere videntur ut intelligatur quomodo* B. Bernardus *omni tempore a canonicis suis pecunias mutuo acceperit.*

videntur tamen potius fuisse Cistercienses ex abbatia SS. Crucum, quibus tum licebat proprium seu peculium habere;

67 *Verum licet ii ex canonicis, qui omne proprium abdicarent, monachi dicerentur, ii tamen qui in* B. Bernardi *palatio versabantur, eique pecuniam commodabant et quorum vestes (ut in computo anni* 1243 *legitur) sumptibus ejus parabantur, nequaquam videntur fuisse de capitulo Vicensi, sed Cistercienses ex abbatia SS. Crucum. Etenim* Fr. Bg. de Sanangia, Fr. Petrus de Calzareins, Fr. Bartholomæus, Guilielmus de Carzona, *aperte* monachi Sanctarum Crucum *appellantur; quare non dubitandum est quin Fr. B. de*

(1) Constitutiones pacis et treugæ, ap. de Marca, Marca Hispanica, col. 1431. — (2) Ibid. col. 1433 et 1434. — (3) Ibid. col. 1426. — (4) Villanueva, Viaje, tom. XXI, pag. 211. — (5) España sagrada, tom. XXVIII, pag. 163 et 164. — (6) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 223 et seqq. — (7) Florez, España sagrada, tom. XXVIII, pag. 290 et 291. — (8) Villanueva, Viaje, tom. VI, pag. 249. — (9) Ibid. pag. 253 et seqq. — (10) Amort, Disciplina canonica, part. II, cap. 8 et alibi passim. — (11) Ibid. passim. — (12) Florez, tom. XXVIII, pag. 219. — (13) Villanueva, tom. VI, pag. 248. — (14) Ibid. pag. 251 et seqq. — (15) Ibid. pag. 46 et seqq.

Sancto

Sancto Martino, qui item monachus *fuisse dicitur et non secus ac tres illi in episcopi comitatu erat, etiam ex abbatia SS. Crucum fuerit. Quum vero ii omnes, aliquando solis siglis* Fr. *designentur, omisso monachatus titulo, atque alii similiter cum solis siglis* Fr. *iique cum prioribus commixti appareant, nullus ambigo quin ii omnes, qui* Fr. *seu* Fratres *dicantur, monachi sint SS. Crucum: quare arbitror cum beato viro in suo palatio versatos esse præter Fratres Berengarium de Sanangia, Petrum de Calzareins, Bartholomæum, Guilielmum de Carzana et Bernardum de Sancto Martino, Fratres Petrum de Pax, Petrum Loret, Bernardum de Favars, G. de Baucerenni, R. de Martorello et G. Richer, cunctos Cisterciences ex monasterio SS. Crucum: quos tamen non puto simul omnes in episcopi, pristini sodalis sui, societate fuisse; sed potius alios post alios, licet quidam stabiliores fuerint. Profecto multum commendat* S. Bernardum *quæsita Cisterciensium societas, neque minus in Cistercienses beati viri fiducia; sed quam exitiosæ sint regularibus istiusmodi extra' claustra commorationes docuit heu! nimis infelicissima experientia. Verum quod forte magis mireris, Fr. Petro de Calzareins debebat* S. Bernardus *mense octobri anni* 1242 *solidos centum quinquaginta et medio anno sequenti septuaginta solidos de duplo; ut tum ex computis, tum ex testamento beati episcopi patet. Verum is multum a vero aberrat, qui sibi persuaserit monachos tum nil proprii habuisse, aut quasi proprii, aut saltem quod peculii nomine nunc designetur. Quod tamen argumentum hic versare nolim, quum de eo accuratissime jam ante sæculum scripserit Carattinius* (1), *pluribus ostendens, Cistercienses illo tempore a proprio seu peculio non abhorruisse; quum vero initio sæculi* XIII *passim severior promoveretur disciplina, eos in comitiis anni* 1211 *proprium non sustulisse, sed superiorum auctoritati consuluisse. Decreto enim* II (2) *statuerunt ut* nulli omnino liceret depositum alterius alteri commodare, vel etiam in usus proprios expendere sine licentia depositoris; nec a quoquam mutuaretur pecunia, ut alteri commodaretur; *et demum* ut nullus omnino ordinis Cisterciensis commodaret pecuniam alicui, nisi esset de ordine. *Quum autem* B. Bernardus, *quamvis episcopus, pergeret de ordine Cisterciensi esse, poterat Frater Petrus de Calzareins ei de suo commodare pecuniam.*

Compositio domus S. Bernardi: *monachi; famuli; vicarius in temporalibus, bis quotannis rationem reddens;*

68 *Licet autem tamdiu jam in his monumentis moratus sim, nolim tamen ea relinquere quoniam, quum diligenter studuerit reditus mensæ suæ augere, atque ea de causa æs alienum sæpe susceperit, hinc factum est ut omni tempore difficilis fuerit res temporalis beati viri, licet in ea ordinanda et in disponenda sua domo multam operam posuisse videatur. Præter monachos enim, qui ejus sumptu vivebant, et famulos, quos paulo supra anno* 1234 *septem numero fuisse vidimus et qui anno sequenti decem erant, unum habebat notarium, scilicet Petrum de Pinn, atque dein alium, nomine A. Alamannum, postea tertium, nomine Ferrarium, quartum, dictum Petrum Dezpi, seu Dozpi, quintum magistrum Bernardum et forte alios, qui contractibus etiam minimis et redditioni computorum intererant, atque insuper vicarium in temporalibus, Raimundum de Clotis; quocum pactum iniit hac forma:* Sub anno Dni 1235, VIII kal. novembris, in præsentia P. sacriste Vicen., Bn. de Bosco, et Bg. Clotis, et G. de Martorello, intus in camera palacii, Dnus B. Vicen. episcopus commendavit R. de Clotis de Vico tractationem negotiorum suorum omnium in Vico vel extra, scilicet de firmamentis, in quibus non sint bajuli certi episcopi, et tertiis, et aliis directis episcopi fideliter inquirendis. Et recepit hoc totum prædictus R. de Clotis in præsentia prædictorum, et in fide homagii promisit eidem episcopo fideliter et legaliter se tractare negotia supradicta et alia ad mandatum et beneplacitum episcopi. Et episcopus incontinenti promisit ei dare c sol. singulis annis pro vestibus; ita quod, quantum sibi placuerit, ipse R. de Clotis gerat et teneat tractatum negotium de prædictis. *Commendatio itaque illa erat precaria seu ad nutum episcopi et pertinebat ad inquirenda et recipienda omnia jura, debita episcopo, nisi aliis incumberet ex officio receptio eorum: constituta pro vestibus annua mercede* 100 *solidorum Vicensium ponderis* 74 *francorum, potestatis* 370; *ita ut alia habuerit Raimundus de Clotis unde viveret. Bis quotannis, nempe ad finem junii et decembris, cum episcopo rationes putabat vicarius; quarum rationum placet exemplum hoc loco referre:* Anno Dni 1238, idibus decembris, die Veneris, venit ad compotum et sumam R. de Clotis cum Dno episcopo B. Dei gratia Vicen. episcopo, de omnibus, quæ receperat et expenderat idem R. nomine vel ratione Dni episcopi usque diem superius memoratam. Et est sciendum quod, omnibus et singulis computatis, debet Dnus episcopus eidem Raimundo de Clotis c sol., minus XIII d[enariis], et remanent penes eumdem R. de Clotis s[cilicet] in palatio Dni episcopi LXI q[ua]r[teriæ] frumenti et CLV qr. et media ordei et VIII qr. de segal, et XCII qr. et media de espelta et II qr. favarum. Actum est hoc die et anno præfixis in præsentia P. Vicen., sacriste, fratris P. de Calsareins, Girberti et Petri de Pinn, notarii Dni episcopi antedicti.

AUCTORE V. D. B.

œconomus, item bis quotannis rationem reddens;

69 *Atque illæ fruges de officio Raimundi de Clotis erant; aliæ enim servabantur in castris, ut ex testamento sancti viri constabit, atque aliæ in palatio, ut ex his, quæ continenter adduntur, liquet:* It[em], *sic pergitur*, die martis, in antea facta mesuratione, fuerunt invente in palatio CCLX qrtie ordei ad mesuram rasam, et de espelta CLX qr. similiter ad mesuram rasam, et de frumento CLX qr., et de milio CCC qr. et media ad mesuram rasam. *Erat itaque alter, qui reliqui penus curam gereret et œconomi impleret partes. Is, nomine Girbertus Galterii, bis etiam quotannis, semel mense junio, aut julio, semel mense decembri, ad computum veniebat. Specimen esto rationum redditio exeuntis anni* 1237: Anno Dni 1237 nonas decembris venit ad compotum et sumam Girbertus cum Dno episcopo, videlicet de omnibus expensis et receptionibus, quascumque fecerat idem Girbertus, nomine vel ratione episcopi usque ad diem illam quoquo modo. Et est sciendum quod, prædictis omnibus computatis Dnus episcopus debet eidem Girberto inter omnia, tam de præsenti compoto quam de transactis

(1) Vita Claustralis, pag. 365 et seqq. — (2) Ibid. pag. 382.

AUCTORE V. D. B.

actis omnibus quingentos XXIII sol.; et Girbertus debet recipere omnes census et redditus, ad Dnum episcopum pertinentes, usque ad diem ferius * memoratam. Et nullum debitum aliud remanet ad solvendum Dno episcopo in operatoriis *seu officinis et apothecis* vel alibi in villa Vici, neque in Ausona, præter debitum tantum Petri de Torrentibus.

* superius?

horum amborum laudat et remunerat servitium ante mortem.

70 *Quum autem computi illi seu rationes redditæ essent, censebatur beatus vir nil aliud debere nisi quod in schedula debere dicebatur; adeoque omne solvendi onus Girberto incumbebat, qui, ostensis expensarum instrumentis, necessariam pecuniam acceperat. Verum hic postea nova significabat debita, de quibus se non prius instrumenta habuisse affirmabat. Quo fiebat ut rationum redditiones numquam essent aut integræ aut sinceræ. Quare ab anno* 1239 *et multo apertius* 1241 *usque ad mortem voluit* B. Bernardus *ut computis cum Girberto adderetur* episcopum nil aliud debere in villa Vici sine instrumentis; debere *autem* Girbertum persolvere omnia debita, quæ sint in instrumentis; *seu etiam* quidquid episcopus deberet in villa Vici sine instrumentis, totum teneri solvere prædictum Girbertum. *Verumtamen ante mortem testatus est beatus vir Girberti servitium æque sibi placuisse ac Raimundi de Clotis. In Memoriali enim seu testamento hæc inscripta voluit :* Ceterum in recompensacionem servicii nobis exhibiti a Raimundi de Clotis et Gisberto Gauterii, damus ipsi Raimundo de Clotis, si nos mori contigerit, nostram mulam fulvam, et damus eidem Gisberto nostrum palafreudum *seu equum;* quæ mula et qui palafreudus ipsis dentur et tradantur statim post obitum nostrum sine ulla questione. *Quæ legata tanto magis notanda sunt quod nulla alia titulo remunerationis fecit sanctus episcopus.*

S. Bernardi *cura rerum temporalium.*

71 *Ut ex præmissis liquet, debita beati viri, antequam anno* 1238 *expeditionem Valentinam aggrederetur, maxima non erant : ante multo plus debuerat; sed ære alieno se liberarat tum parce vivendo, tum maxime elocando quidquid elocari poterat, potius quam ipse per ministros earumdem rerum procurationem faceret. Cujus administrationis placet aliquot referre specimina; ubi id notes venditionem esse elocationem seu venditionem juris rei per annum ad lucrum adhibendæ. Itaque ergo, ut scriptum reperimus,* anno Dni 1236 circa festum S. Joannis Baptistæ venditum fuit furnum Petro Furnerio pro CXV quarteriis frumenti per unum annum. Fidejussores Tomas Espangol et F. de Guner *(seu* Gaver *aut* Giner). Item venditum fuit feudum de parrochia Vici Petro Ripolli pro XX sextariis bladi, medium ordeum, medium espelta. Fidejussor Tomas Espangol. Venditum fuit feudum decimæ de Torelo Petro de Turre de Torelo pro XL sextariis bladi, medium ordeum, medium espelta, Fidejussor Bertrandus Clericus de Torelo et P. Olvi * de Vico.

* Oliver

—

§ XI. Vici civitatis et cathedræ origines. Præcipua castra et prædia episcopalia. Moneta episcopalis Vicensis.

Ex Ausa, quæ et Ausona, a Mauris occupata et bis

Quod illic Vicus *et* Ausona *distinguuntur, paucis id etiam explicandum, maxime quod alibi quoque ea de re incidit sermo. Antiquum civitatis nomen* Ausa; *unde universus illius regionis populus dictus est* Ausetani; *qui pluribus titulis inscripti leguntur* (1). Ausa, *cremento* na *seu* ona, *(quod* Setelis *quoque accessit, atque hinc* Setelisonam, Celsonam, Solsonam, Sulsonam *et* Sulsunam *effinxit,) latinitate senescescente, in* Ausonam *abiit. Quod nomen oppido remansit, donec sæculo* VIII *a Saracenis plane deletum est :* ita ut nec aliquis christianorum in pago Ausonæ remaneret (2). *Quod Tarraco metropolis similiter destructa esset, commendata Ausonensis christianitas vicino archiepiscopo Narbonensi. Quæ rerum conditio anno* 788 *adhuc durabat, quum* Danihel, archiepiscopus *Narbonensis, in concilio Narbonensi* (3) *de impacto ambitionis crimine se purgans,* de Ausonensi parrochia rationem adhibens, ostendit quod nullo modo episcopum ponere illuc potuisset ob paganorum infestationem et quemadmodum auxiliante Deo per antecessoris sui industriam quondam ibidem hæresis extincta fuerit, et quia ejusdem pagi plebs, sicut quidam ipsorum in præsentia retulerunt, nulli parrochiæ adhærere vellet nisi Narbonensi. *Et quidem nonnisi aliquot annis post pristinæ Ausæ sedes cœpit iterum incolas admittere, quum scilicet Ludovicus Pius, ut in ejus Vita* (4) *ad annum* 798 *legitur*, ordinavit illo in tempore in finibus Aquitanorum circumquaque firmissimam tutelam : nam civitatem Ausonam, castrum Cardonam, Castaserram et reliqua oppida olim deserta munivit, habitare fecit et Burrello comiti cum congruis auxiliis tuenda commisit.

a Christianis recepta, natus est Vicus ad finem sæculi IX et redintegrata est sedes episcopalis.

73 *Verum anno* 826 *bona hæc initia plane disturbata* perfidia Aizonis, *Gothi,* qui de palatio imperatoris fugiens, ad civitatem Ausonam venit; ibique receptus, Rodam subvertit; .... et misso fratre suo ad regem Saracenorum, Abdiraman nomine, validum contra *Francos* exercitum accepit (5). *Quæ vero tum a Mauris occupata sunt, in potestatem Christianorum non redierunt nisi post longissimi temporis intervallum, quando Ausonam, Rivumpullum et Manresam Wilfredus, comes Barcinonensis, Mauris abstulit circa annum* 886 (6). *Continuo* Wilfredus et fratres ejus, ex diversis locis et gentibus homines pio amore colligentes, prælibatam ecclesiam Ausonensem cum suis finibus in pristinum restauraverunt statum (7). *Verumtamen usque ad mortem præfuit Sigebodus, archiepiscopus Narbonensis. Cui quum successisset S. Theodardus, is ad petitionem*

(1) Cfr Madoz, Diccionario geographico, tom. I, pag. 112. — (2) Concilium Barcinonense anni 906, in España sagrada, tom. XXVIII, pag. 249. — (3) De Marca, de Concordia sacerdotii et imperii, lib. VI, cap. 25, tom. II, pag. 164 et 165. — (4) Ap. D. Bouquet, Recueil des Historiens français, tom. VII, pag. 91. — (5) Ibid. pag. 107 et 108. — (6) Ibid. in notis. — (7) Concilium Barcinonense anni 906 in España sagrada, tom. XXVIII, pag. 249.

marchionis

marchionis Wilfredi et cleri populique Ausonensis Gothmarum sacra benedictione consecrare non distulit (1) : *quod factum sit ante idus januarii anni* 888, *quo Gothmarus consecravit ecclesiam S. Andreæ de Fonda* (2). *Quum autem pristinæ civitatis integratio lente et pedetentim fieret, novarum domorum insulæ nomen datum est* Vici. *Etenim* id fuit, *ait Petrus de Marca* (3), eversarum urbium cognomen ; ut patet in oppido Illiberi, quod ob eam causam deinde dictum est Vicus Eliberri a Mela et Plinio. Eodem modo antiqua urbs Sontiatum in Aquitania, quæ civitas Aturrensium dicitur in veteri Notitia provinciarum Galliæ, Vicojuli vocatur in alio Notitiæ codice antiquo et apud Gregorium Turonensem : in quibusdam synodis posterioris ævi episcopi ejus dicuntur Vicojulienses. Hodie vulgo Ayre. Ex eadem occasione civitas Orgellitana vocatur Vicus Urgellensis in veteribus actis. *Ut itaque non universæ pristinæ Ausæ civitatis sedem Vicus occupavit, sed partem tantum, sic hæc sola pars* Vicus *aut* Vicus Ausonensis *dicta est, et reliqua perrexit* Ausona *appellari. Unde intelligitur quæ causa fuerit ut* B. Bernardus *alias res diceretur habere* in villa Vici, *alias* in Ausona. *Atque his difficilia quæque, quæ semestribus beati viri computis continentur, explicata arbitror : ipsos computos integros simul cum Memoriali seu testamento dabo ad finem Commentarii prævii.*

Feuda ecclesiæ Vicensis, anno 888 *accepta, et alia. Dominium civitatis.*

74 *Hinc etiam partim cognoscere licebit quæ feuda aliaque bona tum possideret ecclesia Vicensis : quorum pleraque ab Odone, rege Francorum, anno* 888 *collata fuerant.* Concedimus igitur, *dixerat ille* (4), jam dictæ ecclesiæ ejusque episcopo cum omnibus successoribus ejus in Ausonensi pago omnes regias dignitates, de Manresæ civitate quantum ipse comes consentivit ad ipsam ecclesiam de ipsa civitate, et vallem quæ dicitur Artesse, cum eclesiis, villis et villaribus, et cum finibus et adjacentiis illorum. *Benedictus papa VII in bulla, quam anno* 978 *dedit, alia duo castra inter sedis Vicensis seu Ausonensis bona recensuit :* Unum scilicet, *inquit* (5), *vocatur* Monteboi *(Mons bovinus)*, alium namque Tovos : *quod posterius comes Borellus anno* 970 *dederat* (6). *Alia minoris momenti præterimus. Concesserat etiam Odo rex in illo præcepto* jam dictæ ecclesiæ ejusque episcopo cum omnibus successoribus ejus in Ausonensi pago omnes regias dignitates (7); *atque alio, ut volunt, diplomate, multo magis perspicuis verbis,* villam, quæ dicitur Vicus, in qua præfata sedes est fundata (8). *Quidquid est, plane certum est Vici dominum fuisse episcopum. Sed Arnulfus initio sæculi* XI *in feudum concessit fratri suo Mironi partem superiorem civitatis ; quæ initio sæculi sequentis per matrimonium puellæ de domo Montiscatani * cum viro ex domo Dapiferorum ad Dapiferos transiit ; qui hinc etiam Montiscatani nomen assumpserunt* (9). *Quæ rerum conditio durabat, episcopo* S. Bernardo ; *ita ut inferiorem civitatis partem cum templi cathedralis vicinia possideret ; Dapiferi superiorem partem, ubi palatium suum habebant et forum Quintanum* (10). *Sæpe hinc dein ortæ difficultates ; nullarum tamen vestigia reperimus in* S. Bernardi *gestis.*

* Moncada

AUCTORE V. D. B.

75 *Regalium jure nitebatur monetæ cudendæ facultas ; qua adhuc usum fuisse* B. Bernardum *verisimile est, siquidem successor ejus multam operam posuerit in eo jure vindicando, invocato etiam Innocentii papæ IV auxilio* (11) *et decreto publice proposito ne quis auderet alia moneta mercari* (12). *Quibus renovabatur vetus lex, quam anno* 1174 *tulerat Petrus episcopus ; nisi quod excommunicationis pœnam, reservata sibi absolutione, veteribus pœnis substituerat. Sed meliores, ni fallor, Petri pœnæ quam Bernardi de Mur, quum delicta civilia punienda essent :* Statuimus, *scripserat Petrus* (13), quod si quis infra villam Vici vendiderit vel comparaverit quamcumque rem cum alia moneta, nisi cum supradicta, donet pro justitia 10 solidos, si probus homo est et potens : si vero mediocris est, donet 5 solidos pro justitia : et si de minoribus est, ascendat in ciconia die mercati, et si intra septimanam contigerit, intret in costel. *Ciconia autem seu trochlearium patibulum* estrapade *tollenoni seu ligno mobili et transverso, quo aqua hauritur* (bascule), *similis erat ;* costel *autem suggestus cum collaria erat* (carcan). De villanis, qui exterius venient, et extraneis ita statuimus quod donent duos solidos unusquisque, quando inter se mercantur cum alia moneta, aut ascendant in ciconia aut intrent in costel : *unde apparet ciconiam et costel non gravem pœnam fuisse, neque violenter in terram missos fuisse qui in ciconiam ascendissent.* Et si mercentur cum hominibus villæ, donent homines villæ numerum supradictæ pecuniæ, scilicet 10 aut 5 solidos. Hæc autem pœna sit de illis, qui usque ad centum solidos mercabuntur cum alia moneta ; et si ultra centum solidos mercati fuerint, duplicetur jam dicta pœna. *Supersunt etiamnum aliquot solidi Vicenses, quorum unum nomine* S. Bernardi *inscriptum volunt* (14) ; *sed, ut arbitror, levi argumento nixi.*

Jus episcopale cudendæ monetæ.

76 *Verum hæc proculdubio temporalium rerum cura primum inter sanctissimi viri cogitationes locum non occupavit. Qui enim, quum adhuc monachus erat, laudabatur a fervore spiritus, obedientia, castimonia aliisque virtutibus, studiis dabat multam operam et verbum Dei multo ardore passim prædicabat, peccatores reducens ad pœnitentiam, homines Dei mandatorum freno coercens, judiciorumque Dei severitate proposita, avertens malos a peccato, bonos autem ad sanctitatem impellens per æternæ mercedis declarationem et (quod præcipuum erat) exemplo suo omnibus præiens ; is profecto, quum ad sacerdotii fastigium promotus est, non potuit totis viribus non incumbere in procurationem spiritualem diœcesis sibi concreditæ. Fidem itaque plenam merentur Domenecus et Henriquezius, sanctum antistitem his pingentes coloribus :* Singulis diebus dominicis concionabatur, populum ad pietatem exhortans ; et tamquam

Maximo ardore fungitur B. Bernardus *episcopalibus muneribus.*

(1) Concilium Barcinonense anni 906 in España sagrada, tom. XXVIII, pag. 249. — (2) Charta consecrationis, ibid. pag. 246. — (3) Marca Hispanica, col. 191. — (4) Florez, España sagrada, tom. XXVIII, pag. 245. — (5) Ibid. pag. 254. — (6) Ibid. pag. 94. — (7) Ibid. pag. 245. — (8) Ibid. pag. 79. — (9) Ibid. pag. cit. et Villanueva, Viaje, tom. VI, pag. 5. — (10) Ibid. loc cit. — (11) Ibid. pag. 243. — (12) Ibid. pag. 244. — (13) Ibid. pag. 242. — (14) Ibid. pag. 27 et seqq.

AUCTORE V. D. B.

vigilantissimus tutor a quæcumque oppressione pupillos et viduas defendebat. Summa animi benignitate visitabat ægrotos, pauperibus juvenibus sanctis monitionibus et pecuniis subveniebat; egenas virgines suis sumptibus dotabat et matrimonio jungebat. Denique omnes reditus, quos ex episcopatu habebat, hisce et similibus operibus consumebat. Singulis bienniis, vigilantissimus pater commissum sibi gregem visitabat, sacerdotum mores reformans, quascumque dissensiones inter populos mirabili sagacitate componens. Licet erga se ipsum rigidus et nimis austerus fuerit, noctes integras orationibus, studiis divinis, afflictionibus aliisque piis exercitiis consumens : mira tamen clementia et pietate excellebat; quam simul cum prudentia et severitate conjungens, publica vitia extirpabat, occulta vero amore et suavitate corripiebat. *Hæ generales laudes ; ad singularia gradus jam faciendus est.*

§ XII. Conventus Tarraconensis. Statuta adversus Valdenses et Albigenses. Quam inimica esset amborum doctrina utrique reipublicæ et quot quantaque ab his patrarentur facinora.

Initio anni **1234** *interest* S. Bernardus *conventui Tarraconensi ; ubi præter alias leges nonnulla statuuntur adversus hæreticos, qui pleriquc*

Inter prima episcopalia officia, quibus fungi debuit beatus vir, venit ejus accessio ad conventum regium Tarraconensem, cui cum reliquis Catalauniæ magnatibus, episcopis et abbatibus interfuit VII idus februarii anno Domini ab incarnatione MCCXXXIII, *id est computando anni initium a die* 25 *martii seu a festo Incarnationis, et proin anno æræ vulgaris* 1234. *Communi consilio statuit in eo rex Jacobus ne laici publice vel privatim de fide disputarent ; ne quis apud se Scripturam sacram vulgari seu romancia lingua haberet ; ut hæretici, credentes vel receptores eorum perquirerentur auctoritate regis et episcoporum ; ut nec Judæus posset fieri Saracenus, nec e converso ; ut Judæi non reciperent plus viginti de centum ; ut immunitas ecclesiastica servaretur intacta et alia id genus* (1). *Jam vero quum in hæreticorum reductione* B. Bernardum *multam operam posuisse continuo visuri simus, opportunum videtur breviter inquirere quinam illi hæretici fuerint ; Albigensesne, qui pleraque Manichæorum infanda placita sequebantur, an Valdenses, quorum multo mitiores erant errores seu qui, bono consilio populi et maxime cleri reformationem adorti, paulatim in schisma et dein in hæreses prolapsi fuerunt. Porro indubium videtur quin maxime Valdenses ibidem versati fuerint, quamquam Albigenses etiam non defuerint et alii hæretici. Sane anno* 1197 *Petrus II, rex Aragonum et comes Barchinonæ, constitutionem edidit maxime adversus Valdenses.* Præcedentium, *inquit* (2), patrum nostrorum in fide imitatores, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ canonibus obtemperantes, qui hæreticos, a consortio Dei et sanctæ ecclesiæ et catholicorum omnium exclusos ubique damnandos ac persequendos censuerunt, Valdenses scilicet, qui vulgariter dicuntur Sabatati, qui et alio nomine se vocant Pauperes de Lugduno, et omnes alios hæreticos, quorum non est numerus nec nomina sunt nota, a sancta ecclesia anathematizatos, ab omni regno et potestativo nostro tamquam inimicos crucis Christi christianæque fidei violatores et nostros etiam regnique nostri publicos hostes exire et fugere districte et irremediabiliter præcipimus. *Quæ Petri regis constitutio nil aliud est quam renovatio edicti, quod paucis annis ante proposuerat ejus pater, rex Alfonsus II* (3). *Similiter decretum, quod Jacobus rex anno* 1234 *tulit, et de quo num.* 76 *meminimus respicit etiam potissime Valdenses, multo magis versatos quam Albigenses in legendis lingua vernacula Scripturis sacris.*

Valdenses erant.

77 *Suppetit aliud argumentum plane firmum, ex his depromptum, quæ Petrus de Vallibus Cernaji de moribus Raimundi VI, comitis Tolosani, perhibet. (Re quidem vera volunt nonnulli* (4) *falso accusatum fuisse Raimundum ; utinam res ita esset! sed quærimus tantum an tum Albigenses essent in Aragoniæ regis terris ; ita ut hoc loco id unum ex Petri verbis deducendum sit.) Ait hic itaque* (5) : Infirmabatur quodam tempore comes maledictus in terra Aragonum, et cum multum invalesceret infirmitas, fecit sibi fieri lecticam et in lectica illa faciebat se Tolosam deportari : et cum quadam die quæreretur ab eo cur cum tanta festinatione se faceret deportari, cum tam gravissima infirmitate laboraret, respondit miser : Quia non sunt Boni homines in terra ista, inter quorum manus possim mori. *Bonos homines autem Albigenses fuisse, qui et perfecti dicebantur et per quorum* consolationem, *quam vocabant, rectum morientibus iter parabatur ad cælum ignorat nemo. Unde satis liquet Albigenses ineunte sæculo* XIII *non potuisse magno numero versari in regis Aragoniæ ditionibus, siquidem hinc decessisse dicatur Raimundus VI, ut eos Tolosæ adiret ; sed contra Valdenses ibidem versatos esse plurimos. Per continuos itus et reditus Gallorum et Hispanorum in mutuas regiones sparsum fuisse ultra Pyrenæos montes id virus dubitandum non est* (6) ; *et quamquam non constet Petrum Aragonium, cujus legem paulo supra retuli, umquam hæreticorum placitis ex animo adhæsisse, quum tamen ab anno* 1209 *usque ad pugnam de Murello, in qua anno* 1213 *truculentam mortem invenit, comitum Tolosanorum partes secutus fuerit atque exinde sæpius cum hæreticorum tum Valdensium tum Albigensium agminibus milites suos immixtos habuerit, non potuit non esse in causa ut gens sua magis magisque erroribus inficeretur. Quum autem in Galliis*

(1) Ap. de Marca, Marca Hispanica, col. 1423 et seqq. — (2) Ibid. col. 1384. — (3) Vide Alfonsi edictum ap. Mariana, præf. ad. Lucam Tudensem, Biblioth. Pat. Lugdun. tom. XXV, pag. 590. — (4) Hist. générale du Languedoc, tom. III, pag. 323. — (5) Historia Albigensium, cap. IV, ap. Migne, Patrol. latina, tom. CLXXIII, col. 553. — (6) Cfr Hurter, Vie d'Innocent III, tom. II, pag. 259, Bruxelles, 1839.

Valdenses et Albigenses se invicem multum uterentur et sibi mutuum auxilium continuo ferrent, perquam faciliter communicabant sibi invicem suos errores, minus solliciti quid crederent quam quid ecclesiæ catholicæ doctrinæ adversaretur. Hinc alii plures, alii pauciores hæreses profitebantur, et rectissime dixit Petrus rex neque sectarum numerum, neque nomina fuisse nota; quamquam id omnibus commune erat placitum neminem ecclesiam nimio odio odisse posse.

Erant etiam Albigenses; quorum doctrina summopere libidinosa,

78 *Equidem arbitror vix bonæ fidei posse esse illum qui non fateatur hæreticos illos maxime exitiosos fuisse societati civili æque ac ecclesiasticæ, et tot tantaque fuisse rationum momenta ad eos graviter reprimendos quot quantaque paucis abhinc annis exstiterunt in Galliis et alibi ad socialistarum et in America ad murmoniorum cohibendos ausus. Albigenses enim, et quotquot alii Bulgarorum, Catharorum, Petrobrusianorum, Henricianorum, Tanchelistarum, Patarenarorum, Publicanorum et aliis id genus nominibus illo ævo veniunt, turpissima quæque Manichaeorum dogmata et ritus sequebantur; de qua re tot collata jam pridem sunt testimonia, ut ipsi protestantes, qui non dubitarunt per duo sæcula eos inter avos suos connumerare, quo minus nova sua videretur doctrina, nunc plane consentiant eos manichæismi propagines fuisse* (1); *atque hi omnes nequaquam se continebant intra blasphemias adversus Deum, ecclesiam ejusque sacramenta et universam doctrinam; sed, damnato matrimonio et honesta corporum conjunctione, quum carnis stimulis exagitarentur, ut luxuriam suam excusarent, dixerunt, teste Petro de Vallibus Cernaji* (2), quod nullus poterat peccare ab umbilico et inferius. *Nil itaque mirum si, ut Lucas Tudensis* (3) *auctor est*, efferebantur effrænes per varia desideria carnis, et nulla nociva est delectatio, quam non pertransiret eorum luxuria. Abutebatur filius matre, frater et pater in filia turpitudinem operabantur. Dicebant *enim* (4) quod non peccabat quis gravius dormiendo cum matre vel sorore sua quam cum qualibet alia.

infanda hypocrisis, incredibilis in templa et clerum furor,

79 *Tantæ turpitudini, quam jam olim Manichaeis exprobabat S. Augustinus, ipse eorum aliquando assecla, et quam nemo unus vir politicus in populo sineret impune serpere, jungebant incredibilem hypocrisim, passim se catholicos simulantes et eapropter infando sacrilegio horrendoque ludibrio ecclesiæ catholicæ sacramenta recipientes: quam sacris suis Deoque illatam injuriam non poterant non gravissime ferre fideles* (5); *atque nunc, etiamsi singulares adversus sacrilegia sublatæ sint leges, ubique tamen illatam rebus ecclesiasticis contumeliam pœnis plectunt sæculares magistratus. Neque uspiam abstinuerunt hæretici illi manus ab evertendis ædificiis, Deo dicatis, arbitrati, ut Petrus de Bruis* (6) *loquebatur*, templorum vel ecclesiarum fabricam fieri non debere, factas insuper subrui oportere, nec esse necessaria christianis sacra loca ad orandum, quoniam æque in taberna et in ecclesia, in foro et in templo, ante altare vel ante stabulum invocatus Deus audit, et eos qui merentur exaudit; *seu, ut declamabat Tanchelinus* (7), ecclesias Dei lupanaria esse reputanda. *Quis itaque non excuset* rogum Petri de Bruis, quo apud S. Ægidium zelus fidelium flammas dominicæ crucis, ab eo succensas, eum concremando ultus sit (8)? *Quid mirum, si Eudo de Stella, qui et Eon, eadem sequens placita, apud Guilielmum Neubrigensem* (9) *legatur, seducta sibi multitudine aggregata*, erupisse improvisus *per diversas Galliæ provincias*, ecclesiarum maxime ac monasteriorum infestator? *Quid, quod B. Petrus Venerabilis, abbas Cluniacensis, scribens ad archiepiscopos Ebredunensem et Arelatensem, episcoposque Diensem et Vapincensem, in præfatione in hæc exit verba* (10) : In partibus vestris populi rebaptizati, ecclesiæ prophanatæ, altaria suffossa, cruces succensæ? *Quum autem in partibus Cenomannicis Henricus monstra illa doctrinæ publice proposuisset, ea* hæresi, *ut in Actis episcoporum Cenomannensium, cap.* 35, *legitur* (11), plebs in clerum versa est in furorem, adeo quod famulis eorum *(clericorum)* minarentur cruciatus, nec eis aliquid vendere, vel ab eis emere voluissent : imo habebant eos sicut ethnicos et publicanos. Præterea non tantum ædes eorum obruere, et bona dissipare, sed illos lapidare aut affligere patibulo decreverant, nisi princeps et optimates ejus resisterent. In civitate *autem* Brixiæ, *verba Honorii III sunt* (12), quasi quodam hæreticorum domicilio, ipsi hæretici, eorum fautores, nuper in tantam vesaniam proruperunt ut armatis turribus contra catholicos non solum ecclesias destruxerint incendiis et ruinis, verum etiam jactatis facibus ardentibus ex eisdem ore blasphemo latrare præsumpserint, quod excommunicabant Romanam ecclesiam et sequentes doctrinam ejusdem.

crudelia de suicidio per inediam et consolamenta placita ex scriptis, a protestantibus laudatis, referuntur.

80 *Non magis parcebant corporibus; et plurium catholicorum cædes, quorum aliquot inter martyres relati sunt, ex historicis monumentis innotescit; quos mactare non audebant, carceri mancipabant; quos inter* Albiensis episcopus, quem, *ut refert Henricus, abbas Clarævallis* (13), *Rogerus, vicecomes Biterrensis*, sub custodia hæreticorum in vinculis tenebat. *Accedebat his, quasi nequitiæ cumulus, doctrina de* baptismo spirituali, *quod et* consolamentum, receptio *et* bonus finis *dicebatur et maxime dabatur infirmis.* Qui vero recipiebantur in sua infirmitate, *verbis utor Philippi a Limborch* (14), *SS. theologiæ inter Remonstrantes professoris, qui pro viribus Albigensium doctrinæ et disciplinæ impietatem elevat*, iis præscriptum fuit se ponerent in endura, id est, inedia, quin et venæ sectione et balneatione sibi mortem accelerarent. Sic de muliere quadam dicitur *in Libro sententiarum inquisitionis Tolosanæ*, quod in abstinentia, quam

(1) Cfr Gieseler, Lehrbuch der Kirchengeschichte, tom. II, part. II, pag. 520 et seqq. Bonn, 1851; Hurter, Histoire d'Innocent III, tom. II, pag. 215 et seqq.; maxime pag. 219.—(2) Ap. Gieseler, tom. cit. pag. 548. — (3) Lib. III adv. Albigenses, cap. 5. — (4) Petrus de Vallibus Cernaji, loc. cit. — (5) Cfr Hurter, tom. II, pag. 226. — (6) Ap. Gieseler, tom. cit. pag. 524. — (7) Ibid. pag. cit.—(8) Petrus Venerabilis ap. Gieseler, tom. cit. pag. 527. — (9) De rebus Anglicis, lib. I, cap. 19, ap. Gieseler, tom. cit. pag. 523. — (10) Bibliot. PP. max. tom. XXII, pag. 1033, aq. Gieseler, tom. cit. pag. 523. — (11) Mabillonii Vetera analecta, tom. III, pag. 312; edit. alt. pag. 315, ap. Gieseler, tom. cit. pag. 526. — (12) Ap. Raynaldum, Annales eccles. ad an. 1225, et Ricchinium, Monetæ adversus Catharos et Valdenses libri V, pag. XXVII. — (13) Ap. Gieseler, tom. cit. pag. 542. — (14) Historia inquisitionis, pag. 35.

AUCTORE V. D. B.

ipsi vocant enduram, « multis diebus perduraverit mortemque corporalem sibi acceleraverit, sanguinem minuendo, balneum frequentando, potum letiferum ex succo cucumerum silvestrium, immisso in eo vitro fracto quo frangerentur ejus viscera, in fine ut finiret celerius, petitum avide assumendo. » De alia, quod « inhibita fuerit a socru, ne filiæ suæ parvulæ, a Petro Sancii hæreticatæ, daret lac ad bibendum, atque ita filia illa mortua sit. » Alia confitetur, « quod non viderit patrem suum, ex quo fuit hæreticatus, comedentem neque bibentem, nisi aquam frigidam. » Hugo autem quidam aliquot diebus in endura perseveravit; sed postmodum ad instantiam matris suæ comedit et convaluit. Eodem anno illum Petrus Sancii invitavit « ut se poneret in endura, et faceret bonum finem : verum tum non consensit, sed quando esset in ultimo vitæ suæ. » Idem ille vidit, « quod Sancius sibi procurabat et accelerabat mortem per minutionem, balneationem et frigidationem. » Aliam mulierem legitur Petrus Auterii recepisse, « et postquam recepta esset inhibuisse, ne amodo aliquis cibus ministraretur dictæ infirmæ hæreticatæ; duæ autem feminæ, quæ illi ministrabant, observarunt quod de tota nocte, nec de die sequente ullus cibus vel potus ei fuit ministratus, ne dicta infirma perderet bonum quod receperat, et ne faceret contra ordinationem Petri Auterii, quamvis dicta infirma requireret quod darent sibi cibum. » Quæ tamen tertia die comedit et convaluit. *Ex quibus testimoniis, a Limbrochio collectis, apprime liquet quot homicidiorum et certe suicidiorum Albigensium doctrina fons esset et origo. Quod itaque, quæso, gubernium sineret homines ita dementari a fallacibus magistris? Quodsi non posset consiliis et persuasione tantum impedire malum, nonne ejuscemodi sectam carcere mulctaret aut exilio, et, si communes hæ castigationes non sufficerent, gladium adhiberet militis seu etiam chordam et flammas lictoris?*

Complures frustra laborant eos liberare ab impactis criminibus.

81 *Re quidem vera, quum diu protestantes, anxii novitatis, de qua merito a catholicis accusabantur, patres sibi et prædecessores veritatisque lutheranæ et calvinianæ testes inter Albigenses conquirerent, satagerunt eos ab impactis criminibus liberare. Verum nunc inter eos nullus amplius vir doctus est et cordatus quin fateatur eos veterum Manichæorum propaginem esse et potissima eorum dogmata et disciplinas abjiciat damnetque : attamen nescio qua veteris amicitiæ memoria volunt in eos misericordes esse et boni; adeoque plerique, licet fateantur Manichæorum placita eos fuisse secutos et multa honesto* enduræ *titulo patrasse homicidia, contendunt fidem non habendam esse testibus qui eos turpissimæ vitæ criminentur* (1). *Verum quæ supra retuli veterum testimonia, ea fere omnia ex Protestantium libris accepi, ex Limbrochii scilicet, Gieseler, Hurter aliorumque voluminibus, studio fere abstinens ab iis quæ a catholicis recitentur. Deinde nil omnino est quare fides non adjiciatur eorum dictis. Adversarii quidem plerique fuerunt, sed ii periti et accurati, qui nonnumquam cum iis in palæstram theologicam descenderant. Præterea quum iidem non minus restitissent Valdensibus, quidni his eadem crimina objiciant? Demum, si Albigenses ex Manichæis prognati sunt, (quod in dubium jam revocat nemo), quid mirum si Manichæorum obscenas disciplinas admiserint? Sane difficile intelligitur fieri posse ut ingentes turbæ adeo adversus ipsam legem naturalem desipiant : sed quis modum statuat humanæ vesaniæ, quando semel a vero Dei cultu recessum est? Babyloniorum et universæ Syriæ atque etiam Africæ religiones, mysteria Græcorum et Romanorum, et Floralia in media Roma, præsente Catone oculosque avertente, quis ignoret? Nonne etiam nunc in Russia sectæ sunt, æque impiæ et libidinosæ? Nonne paucos ante annos vetera Beghinorum instituta restaurata fuere in Gallia incredibili dementia, neque minori impudicitia? A tribunalibus damnati auctores et fautores; quorum dogmata absurdiora et ritus libidinosiores reperti sunt quam qui apud pristinos Albigenses usitati fuisse leguntur. Frustra itaque laborant qui Albigenses ab impactis criminibus liberare volunt.*

Licet Valdenses mitius errarint, reipublicæ tamen christianæ et politicæ valde exitiosi erant,

82 *Mitius profecto insaniebant Valdenses, sed ita tamen ut societati civili non minus exitiosi essent quam ecclesiasticæ, licet illo ævo una ab altera vix aut ne vix quidem distingueretur. Ab initio enim catholicorum juribus nequaquam pepercerunt. Valdus enim, ut Stephanus de Borbone, qui et de Bellavilla, ordine Prædicatorum et domo Lugdunensi* (2), *coævus testis est, non satis habens,* evangelia et ea quæ corde retinuerat per vicos et plateas prædicare, multos homines et mulieres ad idem faciendum ad se convocabat, firmans eis Evangelia : qui etiam tam homines quam mulieres, idiotæ et illiterati, per villas discurrentes et domos penetrantes, et in plateis prædicantes, et etiam in ecclesiis ad idem alios provocabant. *Quæ ecclesiarum invasio non sine maximis turbis fieri poterat. Se apostolorum paupertatis imitatores professi, nullum extra hanc viam saluti æternæ locum esse contendebant,* dicentes quod nostri clerici et sacerdotes, qui habent divitias et possessiones, sunt filii diaboli et perditionis; et quod peccant qui dant eis decimas vel oblationes (3). *Deinde ut læsæ auctoritatis ecclesiasticæ crimine se liberarent, prolapsi sunt in Donatistarum placitum potestatem omnem spiritualem perdi peccato; quod non potuere non trahere ad potestatem civilem* (4). *Statuerunt itaque* soli Deo obediendum esse; et si homini, soli justo, qui Deum habet in se (5).

neque ipsi umquam curarunt libertatem quam nunc dicunt politicam,

83 *Neque minus labefactabant principum jura, quum docerent* omne judicium a Deo esse prohibitum, et per consequens esse peccatum et contra Dei prohibitionem existere, quod judex aliquis in quocumque casu et ex causa quacumque hominem judicet ad supplicium seu ad mortem; quod hic applicarent verba Evangelii : Nolite judicare et non judicabimini (6); *aut*

(1) Schmidt, Histoire et doctrine de la secte des Cathares et des Albigeois, tom. II, pag. 150 et seqq. Limborch et alii. — (2) Ap. Gieseler, tom. cit, pag. 555. — (3) Cfr Ricchinius, Monetæ adversus, Catharos et Valdenses libri quinque, pag. XLII; Hurter, tom. II, pag. 252; Gieseler, tom. cit. pag. 551 et seqq. Limborch, Hist. inquisit. Tolosanæ, pag. 31. — (4) Historia episcoporum Autissiodorensium, ap. Labbe, Bibliotheca mss. tom. I, pag. 477. — (5) Cfr Ricchinius, pag. XL; Hurter, tom. II, pag. 252. — (6) Ap. Limborch, pag. 32; Cfr Ricchinius, pag. XLI.

quum

quum, jus belli negantes, homicidas reputarent et perditos, qui prædicabant pugnandum contra Saracenos (1). *Neque ipsi umquam cogitarunt de libertate quam nunc dicunt politicam aut conscientiæ; sed id unum quærebant per fas et nefas numerum suum augere; et quam primum se satis validos intelligebant, alios jubebant facessere, ni mallent ad sacra sua transire. Acute itaque anonymus Usserianus* (2) : Humillimo nunc incipiunt modo, quia pedem inferre nequeunt; quos si admiserimus, expellemur. *Quum itaque* minoris majorisve nulla esset distinctio, sed potius confusio; *quum* omnis, sive politica sive catholica, in pacis humanæ et salutis animarum dispendium daretur in exterminium disciplina; *quum hæc labes* jam in tantam prorumperet insaniam ut collatis viribus prompti essent assertore gladio libertatem sibi degenerem vendicare; nonne contra hanc formidabilem pestilentiam, quæ non blandis exhortationibus, sed immensis erat conatibus compescenda, *benignitate opus non erat, sed severitate?*

et eamdem quam Albigenses meruerunt pœnam.

84 *Jure itaque merito* de Brabantionibus et Aragonensibus, Navariis, Bascolis, Coterellis et Triaverdinis, qui tantam in christianos immanitatem exercebant, ut nec ecclesiis, nec monasteriis deferrent, non viduis et pupillis, non senibus et pueris, nec cuilibet parcerent ætati aut sexui, sed morte paganorum omnia perderent et vastarent, *quique omnes aut Valdensium surculi erant aut certe placita eorum sequebantur, constituerunt patres Lateranenses ut eorum receptores et fautores publice denuntiarentur, eadem pœna inusti qua Albigenses, et ut adversus eos sacrum bellum indiceretur. Quodsi factum fuisset ocius, universis fere Galliarum provinciis, Germaniæ, Belgio, Italiæ, Hispaniæ atque etiam Angliæ non incubuissent tot mala, quot deinde in historiis sæculorum* XII, XIII *et* XIV *summo luctu legimus.*

§ XIII. Inquisitionis origo et incrementa usque ad tempora S. Bernardi. Quomodo ipse constitutus inquisitor.

Initio leniter adversus eos processum est, populo sævius eos habente;

Initio passim adversus hæreticos processum est maxima lenitate, nisi quod populus, sæpe melius quam magistratus conscius quid facto opus sit, aliquando arbitratus est promptis suppliciis avertendam esse immanem illam calamitatem. Sic ille Henricus, *Albigensium seu Manichaeorum doctrinæ propagator, quocum conflixit S. Bernardus abbas, quum* ab Arelatensi archiepiscopo captus esset et dominó papæ Innocentio [II] Pisis in authentico concilio præsentatus, ibique iterum convictus et generaliter hæreticus appellatus; *graviores pœnas nequaquam luit; sed ne pergeret imprudentem plebem seducere*, ad postremum carcere mancipatur; *unde brevi post liber dimissus est.* Cui postquam permissio concessa est abeundi ad aliam provinciam, nova secta novo cursu novum iter assumpsit delinquendi : quam protinus ita turbavit, quod minime christiani ecclesiarum adirent limina, sed divinum contemnentes mysterium, sacerdotibus oblationes, primitias, decimas, infirmorum visitationes et solitam denegabant reverentiam (3) : *adeo ut hæc lenitas in Henricum ad nil valuerit nisi ut brevissimo tempore res sacras et profanas universa Occitania interturbaret. Quum eodem fere tempore Cathari detecti fuissent Coloniæ ad Rhenum, et,* per triduum admoniti, resipiscere noluissent, rapti sunt, *ait Evervinus, præpositus Steinfeldensis, ad S. Bernardum scribens* (4), a populis nimio zelo permotis, nobis tamen invitis, et in ignem positi atque cremati.

AUCTORE V. D. B.

dein inductus novus inquisitionis modus,

86 *Qui itaque tum nimius zelus visus est, postea, quum malum in dies serperet latius, quin industriis, quibus nunc securitati civili providetur, sed quas illa ætas nondum noverat, impediri posset, a sapientissimis viris probatus est et in usu positus; quin etiam consensione magistratus ecclesiastici et civilis introductum fuit novum institutum, quam vulgo* inquisitionem *nuncupamus. Ab initio ecclesiæ pœnas spirituales adversus hæreticos adhibitas fuisse dabunt ipsæ apostolorum epistolæ; in his dein per canones certus modus stabilitus est et ratio præscripta eas infligendi et remittendi. Quum autem universa societas christiana facta est, visum est principibus sæcularibus sua interesse ut hæc servaretur integra et (quantum fieri posset) illibata, adeoque ut quæ delinquerentur contra ecclesiæ auctoritatem peccata censerentur adversus ipsam rempublicam, quam gubernandam haberent. Quamobrem arbitrabantur a se plecti posse qui ecclesiam audire nollent. Unde factum est ut adversus hæreticos pœnæ indictæ sint spirituales ab ecclesia et corporales a principibus sæcularibus. Ut sine controversia episcoporum erat de doctrina christiana cognoscere, sic quoque eorum erat judicare utrum adversus eamdem doctrinam peccatum esset; quum autem sententiam tulerant de admisso crimine, supererat ut principes suas adversus hæreticos exsequerentur leges. Hæc utique quibusdam videntur mirum in modum severæ fuisse; sed considerandum est universam rationem pœnarum tunc parum clementem fuisse, ita ut simplex furtum plecteretur in viris suspendio, in feminis vivihumatione. Quæ si comparentur cum præsentibus furtorum pœnis, vivicomburium sane, ad quod tum plerumque damnabantur hæretici, sævior pœna non erat, quam qua nunc beguini, posthuma Albigensium progenies, in Galliis afficiuntur. Verum illa omnia, quæ* B. Bernardi *temporibus usurpabantur, multo ante exstabant quam de Albigensibus et Valdensibus auditum fuisset. Sed inter episcopos plures erant segnes et inertes, alii vero timidi et ignavi, atque interea infandi Manichæorum errores per Galliam, per Germaniam, per Italiam et per alias regiones incredibili pertinacia propagabantur; simulque Valden-*

(1) Ap. Ricchinium, pag. XLI. — (2) Ap. Usserium, de Christi eccles. successione edit. II Lond. 1682, pag. 112, et ap. Gieseler, tom. cit. pag. 557. — (3) Acta episcop. Cenomannensium, cap. 36, ap. Gieseler, tom. cit. pag. 527. — (4) Ap. Gieseler, tom. cit. pag. 532.

sium

AUCTORE V. D. B.

sium placita sub specie paupertatis christianæ promovendæ passim serpebant et prælatorum ecclesiasticorum evertebant auctoritatem. Quæ quum palam jam fierent cum minis et terrore, ita ut catholicorum templa muris circumvallanda essent (quemadmodum Biterris factum est), nova remedia eaque vehementiora, seu potius novæ exsecutionis formæ adhibendæ visæ sunt.

institutis inquisitoribus pontificiis loco episcopalium, prius temporaneis, dein perpetuis, accusatoribus et testibus non præsentibus.

87 *Legati itaque sunt a pontifice viri fortes et constantes in varias provincias, infectas hæresibus, eisque negotium datum non tantum excipiendi spontaneas accusationes et dijudicandi reos, sed inquirendi in hæreticos, in suspectos de hæresi et in eorumdem fautores : quod passim fiebat proposito programmate, quo omnes sub gravissimis pœnis jubebantur ut, siquid de talibus nossent, ad se deferrent. Initio stabile id institutum non fuit, sed temporaneum et personale; et tardius tantum in variis regionibus per certas et perpetuas leges stabilitum est. Hoc tamen in eo novum erat ut non ordinariorum nomine, sed Romani pontificis aut conciliorum auctoritate inquisitores procederent; ut speciale hoc eorum esset officium; atque etiam ut in habendis judiciis alias leges sequerentur quam communes fori modos et usus : quarum hæ præcipuæ erant ut rei accusatorum et testium ignorarent nomina. Quæ si fiant, ubi salus reipublicæ periclitatur aut testium accusatorumque vita discrimini objicitur (ut certe Albigensium ævo obtinebat), nemo prudens damnare ausit; sed ea simul proxima esse gravissimis abusibus nemo, nisi pervicax sit et obfirmato animo, denegare poterit : et quidem auctor anonymus, qui anno* 1789 *italicis typis duobus voluminibus epistolas apologeticas de punitione hæreticorum et de tribunali sacræ inquisitionis edidit, non diffitetur abusus; sed passim suggerit abusus damnandos esse, non vero ipsam sacram inquisitionem. Profecto in hoc negotio multa discretione opus est. Qui contenderit maxima bona non orta esse et innumera amota fuisse ab Hispania mala per inquisitionem, is plane hospes est in historia; sed qui probarit omnia et secum statuerit nil perturbato animo aut præpropere ab hoc tribunali fuisse actum, is non minus vapulare meretur; adeoque, ut uno exemplo contentus sim, quis laudabit umquam inquisitionem hispanicam quod, non audito Papebrochio nostro, hæresis damnavit omnia volumina Actorum sanctorum, in quibus ipse partem aliquam habuerat, et nullis umquam precibus et explicationibus induci voluit ut aut hæreses indicaret aut absurdum judicium revocaret. Quis contra non laudabit sanctam sedem Romanam, quod injustam istam sententiam cassam esse declaravit? Verum hujus loci non est laudes et lapsus sacræ inquisitionis prosequi; cæterum de eo argumento plures recentius dixerunt : quos inter singularem commendationem sibi promeritus est C.-J. Hefele, doctor theologiæ in universitate Tubingensi* (1), *et majorem forte nobilis vir Joannes Acton, qui in Hefelii libram sapientissimas animadversiones edidit* (2).

Inquisitiones prius factæ ab ordinariis,

88 *Quo primum tempore inquisitores instituti sint et qui primi hoc munere fuerint ornati, difficilis quæstio est, quoniam non statim huic instituto perfectio sua et coronis accessit; adeoque, si quis quæreret de inquisitione hispanica, qualiter extremo sæculo* XVIII *adhuc vigebat, respondendum ei esset eam ante sæculum* XV *fuisse incognitam. Quamobrem recte animadvertit Mamachius* (3), ut fere in reliquis rebus ita in magistratu illo constituendo rem, a quibusdam veluti rudimentis profectam, paulatim crevisse et tamquam gradibus ad maturitatem fuisse perductam. *Nos rem ad ea dumtaxat tempora prosequemur, quibus* B. Bernardus *Calvonius illis judiciorum rationibus immixtus fuit. Scilicet in concilio Lateranensi, quod anno* 1179 *celebravit Alexander papa III, capite* 17, *excommunicatio contra Albigenses eorumque fautores pronunciata est et admoniti principes aliique fideles ut eos etiam vi cohiberent, eorum bona confiscarent et personas servituti subjicerent* (4). *Quinquennio post, in concilio Veronensi* (5) *Lucius papa III in præsentia imperatoris Frederici Barbarufa, multo accuratius hæc omnia definivit, percellens anathemate Valdenses simul ac Albigenses, aliaque statuens de suspectis, alia de resipiscentibus, alia de relapsis, alia de obstinatis; quos postremos brachio sæculari tradi jussit. Quarum rerum cognitio atque etiam annua hæreticorum inquisitio servata ordinariis tribunalibus ecclesiasticis. Id autem in eis erat præcipuum, quod principibus sæcularibus præceptum est ne paterentur hæreticos in ditionibus suis degere; quod militibus, qui adversus eos pergerent, eadem indulgentiarum præmia proposita sunt quæ crucesignatis, adversus Saracenos bellantibus; et quod demum episcopi jussi sunt aut ipsimet aut per suos archidiaconos quotannis in hæreticos inquirere.*

deinde a legatis pontificiis;

89 *Sed, ut supra universim monui, ea erat plurium antistitum vecordia atque etiam suspecta fides, ut pontifex nollet eis solis confidere : quare ut jam anno* 1178 *Alexander III Petrum, presbyterum cardinalem S. Chrysogoni, Tolosam* (6) *et anno* 1181 *Lucius III Henricum, Albanensem episcopum cardinalem, ad castrum Vaurense ad hæreticos reducendos ablegarat* (7); *sic Innocentius papa III, potestate pontificia mittendi legatos usus, B. Petrum de Castronovo et Radulphum, utrumque Fontisfrigidi Cisterciensem monachum, legatos suos constituit, paulo post addito Arnaldo, abbate Cisterciensi* (8); *quibus commendatum ut pertinaces hæreticos brachio sæculari denuntiarent, exilio, confiscatione bonorum et personarum proscriptione puniendos. Triennio post sponte sua iis accesserunt Didacus, episcopus Oxomensis, et S. Dominicus, qui deinceps ordinem Prædicatorum fundavit; atque horum opera eo maxime valuit ut catholicorum animi erigerentur et ut experientia constaret quam utilis esset et necessaria missionariis vitæ pauperis et ar-*

(1) Der Kardinal Ximenes, cap XVIII, die spanische Inquisition und Llorente's geringe Glaubwürdigkeit, pag. 237 et seqq. — (2) The Rambler, July, 1860, pag. 138 et seqq. — (3) Annales ord. Prædicatorum, tom. I, pag. 203. — (4) Labbe, Collect. concil. tom. X, col. 1522 et 1523. — (5) Ibid. col. 1737 et 1738. (6) Rogerius de Hoveden, ap. D. Bouquet, Scriptt. rerum Gallicarum, tom. XIII, pag. 173 et seq. — (7) Gaufredus Vosiensis, ap. D. Bouquet, tom. XII, pag. 448. — (8) Manrique, Annal. Cisterc. ad an. 1204, cap. II. Cfr Hurter, Vie d'Innocent III, liv. XIV, tom. II, pag. 273.

duæ

AUCTORE V. D. B.

duæ professio. Tum Cistercium revocatus ad capitulum generale Arnaldus, acceptis prælectisque Innocentii III literis, quibus omnium abbatum ardor stimulabatur ut S. Petri naviculæ opem ferrent, curavit ut duodecim abbates eligerentur; qui anno proxime sequenti, qui est Christi 1207, *cum triginta fratribus ad meridionales Galliæ partes profecti sunt. Sed quum spei non responderet eventus et in dies audaciores fierent hæretici, atque ipse B. Petrus de Castronovo impia nece anno* 1208 *trucidatus fuisset, Innocentius, ab episcopis Narbonensis provinciæ rogatus, severiorem viam iniit et omnes Galliarum milites ad arma adversus hæreticos sumenda excitavit; quæ expeditio, a Simone de Monteforti administrata, ita nota est ut neutiquam explicanda videatur* (1).

omnium ardor innovatus anno **1215, 1229**

90 *Interea anno* 1215 *celebravit Innocentius concilium Lateranense* IV, *in quo capitibus* III *et* VIII (2) *omnium, maxime vero episcoporum, ardor adversus hæreticos inflammatus est et annuæ inquisitiones ab episcopis fieri iterum jussæ; quod institutum, nisi quod rebus spiritualibus contineretur, simile erat missorum dominicorum muneri et proximum veritati communi, quæ sæculo* XVII *in Belgio adhuc in usu erat. Verum anno* 1229, *quum fides catholica in diœcesi Tolosana et Narbonensi provincia plane vinceret, synodi Tolosanæ patres,* attendentes terras prædictas, post longæ ac miserabilis turbationis discrimina, tunc quasi miraculose pace de assensu et voluntate majorum gaudere, ordinandum duxerunt et statuendum de consilio archiepiscoporum, episcoporum, et prælatorum, et baronum, et militum, quæ ad purgationem hæreticæ pravitatis, conservationem pacis, necnon et terræ quasi neophytæ, norant expedire. Statuimus itaque, *inquiunt* (3), ut archiepiscopi et episcopi in singulis parochiis, tam in civitatibus quam extra sacerdotem unum et duos vel tres bonæ opinionis laicos vel plures, si opus fuerit, sacramento constringant, qui diligenter, fideliter, et frequenter inquirant hæreticos in eisdem parochiis, domos singulas et cameras subterraneas aliqua suspicione notabiles perscrutando et appensa seu adjuncta in ipsis tectis ædificia, seu quæcumque alia latibula, quæ omnia destrui præcipimus, perquirendo : et, si quos invenerint hæreticos, credentes, fautores et receptatores seu defensores eorum, adhibita cautela ne fugere possint, archiepiscopo vel episcopo, dominis locorum seu bailivis eorumdem, cum omni festinantia studeant intimare, ut animadversione debita puniantur. *Quæ dein latius explicant, nil omittentes ut firma esset lex et strenue servaretur.*

et deinceps, maxime in Aragonia et vicinis provinciis. S. Bernardus, *inquisitor pontificius,*

91 *Biennio post Gregorius papa IX, anathematizans universos hæreticos, eorumque receptores, defensores et fautores, declaravit eos omnis fere juris, non ecclesiastici tantum, verum etiam civilis vacuos* (4). *Anno* 1232 *die* 26 *maji literas, quibus initium* Declinante, *dedit idem pontifex ad domnum Sparagum, archiepiscopum Tarraconensem, ejusque suffraganeos, plurimum eos adhortans ut fortes essent in inquirendis hæreticis et decretum suum sedulo custodirent. Currentibus calcar addebatur. Jam ut vidimus, ab anno* 1194 *Alphonsus II, rex Aragoniæ, procurantibus Gregorio, cardinali de S. Angelo et Cælestini papæ III legato, et Raimundo de Castelltersol, archiepiscopo Tarraconensi, ditionibus suis abscedere jusserat Valdenses omnesque hæreticos, vetans sub pœna læsæ majestatis ne quis eos reciperet* (5); *quod edictum triennio post Petrus II, ejus successor, in concilio Tarraconensi innovaverat, satagens ne per magistratuum socordiam vacua esset hæc lex. Neque quieverat Sparagus, Tarraconensis archiepiscopus; cujus etiamnum exstat diploma* (6), *quo innotuit eum adversus hæreticos plurimum usum esse Carthusianorum opera. Sub finem enim anni* 1219 *priori Carthusiæ de Scala Dei Saracenos de Benifalet, episcopis Tarraconensibus a rege Aragonum concessos, contulit, quod* ad honorem Dei, *ait* (7), pro nostris utilitatibus infatigabiliter laboravit, a nostra diœcesi pravitatem hæreticam viriliter cum multa industria expellendo, et clerum et populum ab illicitis multiformiter corrigendo. *Similiter Guilielmus de Montegrino, qui ut electus aliquandiu sedem Tarraconensem tenuit, gravi officio suo prudenter fungi studebat. His se non continuit Gregorius papa IX; sed* XVII calendas junii *anni* 1235 B. Bernardo *Calvonio,* episcopo Vicensi, priori Barchinonensi et fratri Guilielmo de Barbarano ordinis Prædicatorum ut contra hæreticos in provincia Tarraconensi inquirerent et juxta præscriptum canonem procederent injunxit (8); *ubi episcopum ex ordine Cisterciensi cum duobus fratribus Prædicatoribus conjunctum cernere est, quod fere ea virorum societate in reducendis hæreticis id ætatis utebantur Romani pontifices.*

sequi debebat formam, jussu Gregorii IX a S. Raimundo confectam,

92 *Quem autem canonem sequi jubebantur, is ille ipse est quem, rogatu Gregorii IX papæ, S. Raimundus de Pennaforti conscripsit ut Guilielmi de Montegrino, electi illius Tarraconensis, dubiis satisfieret. Qui tractatus, in solis Annalibus ecclesiasticis Bzovii excusus, quum tam parum cognitus sit ut Quetif et Echard ejus nullam mentionem fecerint, huc transferendus videtur; maxime quo appareat multo majorem lenitatem illius ævi judiciis et reorum custodiæ infuisse quam vulgo credatur.* I. Credo, *ait itaque S. Raimundus* (9), quod deprehensi in hæresi secundum statuta domini papæ debeant incarcerari in carcere de muro forti, et (quantum fieri potest) in loco non suspecto debeant retrudi, ita caute quod habeant custodes fideles catholicos et securos, per quorum munus provideatur eis in necessariis, et, illorum sollicitudine mediante, per viros religiosos confortentur interdum et moneantur ad pœnitentiam et patientiam : ut alii, maxime simplices vel suspecti, nullo modo possint habere aditus loquendi ad ipsos. II. Item, utrum autem conjunctim vel separatim ponantur in uno vel diversis carceribus, dummodo masculi cum mulieribus, vel conversi taliter ab hæresi cum aliis captis, in aliis facinoribus deprehensis, in eodem carcere non ponantur, non credo

(1) Hurter, Vie du pape Innocent III, capp. XIV et seqq. — (2) Labbe, Conc. tom. XI, col. 148 et seqq. — (3) Ibid. tom. XI, col. 427 et 428. — (4) Raynaldus, Annalium Baronii continuatio, ad an. 1231, numm. 14 et 15. — (5) Llorente, Hist. de l'inquis. tom. I, pag. 30; Villanueva, Viaje, tom. XIX, pag. 171. — (6) De Marca, Marca Hispanica, col. 1384. — (7) Villanueva, Viaje, tom. XIX, pag. 310 et 311. — (8) Bzovius, Annales eccles. ad an. 1235, num. 5. — (9) Ibid. loc. cit.

AUCTORE V. D. B.

referre. Taliter etiam providendum est in qualitate carceris et vitæ necessariis, quod non mortem eorum propter nimiam asperitatem, sed potius vitam, sicut viri evangelici, in spiritu mansuetudinis et pietatis quærere videamur : quia, sicut ait pater noster Augustinus, sive plectendo, sive ignoscendo, hoc solum bene agitur ut vita hominum corrigatur. III. Credo, salvo meliori judicio, quod si uxor ejusdem esset conditionis cum viro, id est, ab hæresi cum ipso conversa, debent simul et separatim ab aliis in eodem carcere poni. Si autem ipsa non fuit hæretica, nec est celebratum divortium

* propter

per * carnalem vel spiritualem fornicationem ab ecclesia inter ipsos, ad instantem petitionem uxoris catholicæ, si alias diligenter admonita non potest induci ad continentiam, debet (si fieri possit sine periculo) uxori fieri interdum copia viri sui, ut ei adulterandi occasio tollatur.

qua dubia complura

93 IV. Credo quod quicumque sit inquisitor a sede apostolica constitutus, potest rogare et monere episcopum cum debita reverentia, ut taliter deprehensos in suo episcopatu incarceret vel incarcerari faciat secundum domini papæ statuta, et incarceratos custodiri faciat diligenter, licet forsitan posset dici quod bona talium valeant confiscari. Inquisitori satis videtur sufficere quod de dictis bonis in carceribus constituendis de vitæ necessariis provideatur eisdem. V. Ille quoque, qui non sponte, sed metu confitetur in jure hæreticorum erroribus credidisse, eosdem errores multipliciter exprimendo, asserit tamen se a quinque annis vel pluribus a prædicto crimine emendatum, (quod probare non potest nisi per famam,) nec aliud contra ipsum a prædicto tempore valeat probari; an conversus, an hæreticus debeat reputari : licet prima facie forsitan dici posset quod hæreticus est censendus, tamen quia in re dubia certa non est facienda sententia, ut eos dubie tam super metu quam super perjuriis necnon et quibusdam aliis casum præsentem scripsistis, elegi tutius de ipso casu non respondere ad præsens. VI. Si quis citatus in jure confitetur sponte, id est non metu probationum vel tormentorum, se olim hæreticis credidisse, dicit tamen se de crimine emendatum et in confessione secreta absolutum seu reconciliatum, et paratus est probare per suum confessorem; si crimen occultum erat, ita quod præter confessionem aliæ probationes non habentur, videtur quod ei sufficiat (quantum ad hoc) testimonium confessoris, si tamen discretus sit et bonæ opinionis. Si autem non sponte, sed metu facta esset talis confessio, vel crimen non esset occultum, videtur ulterius secundum discretum judicantis arbitrium procedendum; præsertim si secundum confessoris cognitionem et probationes contra ipsum inventas convinci valeat aliquos in confessione sua tacuisse errores; habita semper consideratione utrum per malitiam vel simplicitatem hoc videatur fecisse.

prudenter

94 VII. Quod factum est canonice, a judice præsertim, qui habet auctoritatem inquirendi a sede apostolica, non solum circa homines provinciæ sibi deputatæ, sed etiam circa extraneos, qui in ipsa inveniuntur provincia : credo quod (quantum ad hunc articulum) alius judex, de cujus provincia erant ipsi extranei, sine reprehensionis nota potest habere ratum : nisi appareret erga illos, ut inquisitionem evaderent, fraudulenter fugisse et alii judici veritatem sui erroris non simpliciter expressisse : vel nisi, quando recessit, esset jam inchoata inquisitio contra ipsum ; vel nisi alias, consideratis aliis circumstantiis, ex tali processu, facto in alia provincia, negotio fidei vel animarum saluti periculum immineret. VIII. Siquis recepit aliquando Valdenses, credens illos esse bonos homines, licet sciret quod ecclesia persequeretur eos et principes sæculares igni traderent cremandos, non tamen per confessionem ejus vel aliam probationem habeat, quod alicui errori crediderit speciali, credo quod, si talis scit vel credit quod ecclesia dictos Valdenses propter hæresim prosequitur vel condemnat, indubitanter est hæreticus judicandus; nisi constaret ipsum adeo fatuum et insanum quod nesciret quid esset hæresis vel error : nec subterfugit quominus super his doceretur et esset paratus credere secundum quod ecclesia doceret eum. Si autem ignorat causam persecutionis hujusmodi, credens eos esse catholicos, licet prima facie violenta præsumptio habeatur contra ipsum, cum debuerit approbare quos approbat ecclesia et reprobare quos reprobat, non videtur præsertim in foro confessionis hæreticus judicandus.

solvuntur.

95 IX. Si plures testes contra aliquem producuntur et unus dicit quod vidit Martinum adorantem R. hæreticum Romæ in hyeme; alius vero dicit eundem Martinum prædicasse hæresim Bononiæ in vere; tertius dicit eundem Martinum vidisse adorantem T. hæreticum Parisiis in æstate : credo, salvo meliori judicio, quod cum tales sint in suis testimoniis singulares, non potest contra eum sententia condemnationis proferri; nisi infamia contra ipsum et facta opinio talium testium et alia consimilia adminicula suffragentur. Tali tamen videtur canonica purgatio indicenda. X. Licet dubitationes vestræ essent per se apertæ, vel per viros religiosos et peritos, quorum credo vos habere copiam, terminandæ; ut tamen mea debilitas vestræ non videatur nolle satisfacere charitati, utcumque debiliter (quantum in me est) ad præsens satisfacere procuravi; rogans, et supplicans, et consulens ut a bonis et peritis nihilominus super his ad cautelam consilium adhibeatis. *Quibus probis institutis instructus, commendatum negotium pro animi ardore aggressus est beatus vir; sed, quod in omnibus fere ejus rebus gestis dolemus, vestigium dumtaxat reperimus; modos, adjumenta, obices plane ignoramus : ita ut conjecturis potius locus sit quam narrationi. Interea autem non negligebat episcopatus sui officia ; quæ in conservandis juribus partim posita esse manifestum est.*

AUCTORE V. D. B.

§ XIV. Controversia cum Populetensibus. Dedicationes ecclesiarum. Partes S. Bernardi in rebus Balearensibus, maxime in episcopatus constitutione.

Causam suam de patronatu parœciæ de Verdu vicit S. Bernardus *adversus monachos Populetenses; templum S. Mariæ de Casella consecrat.*

Controversia itaque jam pridem orta erat inter Guilielmum, episcopum Vicensem, ejusque capitulum, ab una parte, et ab altera inter Vitalem, abbatem de Populeto, ejusque monasterium super patronatu parœciæ de Verdu, quæ nunc in provincia civili Ilerdensi et diœcesi Celsonensi jacet (1). *Nitebantur Populetenses eo titulo quod Guilielmus de Cervera, ejus loci dominus et successor atque hæres fundatorum, religiosam vestem Populeti induerat eoque transtulerat omnia sua jura. Sopita jacuit aliquandiu hæc lis. Verum, ut cathedram Vicensem occupavit* S. Bernardus, *eam, quippe qui jurisconsultus erat, noluit intermittere. Delata itaque est causa ad tribunal Guilielmi de Montegrino, archiepiscopi Tarraconensis; qui pro more commissarium seu judicem designavit, scilicet magistrum Petrum de Albalat, præpositum S. Andreæ et sacristam Ilerdensem: quod posterius munus in omnibus ecclesiis Aragonensibus insigne erat et sæpe gradus ad episcopalem dignitatem; et quidem die* 14 *octobris anni* 1236 *ille ipse Ilerdensis antistes electus est* (2) *et initio anni* 1238 *archiepiscopus Tarraconensis. Quum autem hic aliis negotiis detineretur, consensu atque etiam rogatu partium subdelegavit Bernardum de Trago, archidiaconum de Benasque, et magistrum Matthæum, archidiaconum de Terrantona; qui testes audirent, documenta examinarent et sententiam ferrent. Illis itaque judicibus, die* 31 *augusti anni* 1235 *causam suam vicit* B. Bernardus. *Non quieverunt Populetenses et appellationem interposuerunt apud Gregorium papam IX; qui negotium commisit prioribus Scalæ Dei et Escornalbou atque Guilielmo Gatel, canonico Tarraconensi. Ut autem viderunt quibus fundamentis niteretur prior sententia, eam confirmarunt die* 16 *julii anni* 1236 (3). *Utrumque diploma in scriniis Vicensibus vidit Jacobus de Villanueva* (4); *sed non magis quam Populetensis historiographus declaravit quæ adversariis opposuerit* B. Bernardus. *Interea Ermengaudus Sineterra et Elicsendis de Falcs, nunc Fals, perfecerunt templum S. Mariæ, quod de suo moliebantur in loco de Caselli; quæ nunc exigua parœcia est duabus a Minorissa distans leucis, olim* in parochia de Cans *seu Cantios, nunc Camps, ubi nunc ecclesia annexa de Fonollosa est. Dotem concesserant fundatores maximam; sed omnia loca, verbi gratia Cumbalonga seu Comallonga, non hactenus innotuerunt. Segur et Vilalta servarunt nomen; ex quibus ædes S. Petri de Vilalta nunc annexa est parœciæ Castelltallat, cujus ecclesia anno* 1064 *a Guilielmo de Balsenery, Vicensi episcopo, consecrata est. Solemnitati Casellensi, ut ex subscriptionibus liquet, interfuerunt præter archidiaconum et fundatores, duo monachi SS. Crucum et complures canonici Vicenses, qui omnes diplomati subscripserunt. Ex testibus autem duo versus leoninos adhibuerunt: nempe Dalmatius archidiaconus et Petrus de Pax monachus; quorum ille hac formula usus est:*

Hoc signavit ita | Dalmatius archilevita †;

hic vero hac altera:

P. monachus scriptis | de Pax sic firmat in istis.

Quod prior abbatiæ Stagnensis intervenit, non alia est ratio quam quod huic asceterio data erat nova ecclesia; et quidem præpositura de Casellis deinceps inter præcipuas dignitates Stagnenses recensita fuit. Peracta autem hæc est dedicatio et diploma conscriptum XIV *kal. aprilis seu die* 19 *martii, anno* 1235 *secundum veterem stylum, et* 1236 *juxta novum: quæ dies feria* IV *erat, nulla festivitate distincta. Sed accipe ipsum diploma, quod folio singulari, anno* 1830, *rogatu et impensis Francisci Traveria y Saborit, canonici et rectoris seminarii Vicensis, in lucem dedit laudatissimus Jacobus Ripoll Villamajor.* Quoniam Redemptor mundi, salvans hominem misericorditer, Jesus-Christus, suæ passionis tempore, eliminatis vetustatibus sinagogæ, novam ecclesiam, cælestis Hierusalem figuram habentem, proprio sanguine consecravit, ut fidelium unio fieret, et sacratissima domus Dei, quæ nunch in terris ipsius dispositione militat, spiritualibus documentis sublimis existeret sanctorum habitatio, quando in cælestibus regnis Dei virtute et judicio triumphabit: cunctis liqueat præsentibus et futuris, quod cum venerabilis in Christo P. Bernardus, Dei miseratione Vicensis seu Ausonensis sedis episcopus, ad devotam instantiam viri nobilis Ermengaudi Sineterra et domina Elicsendis de Falcs, uxoris suæ, prioris etiam et conventus sanctæ Mariæ Stagnensis ad ecclesiam sive capellam beatæ Mariæ virginis gloriosæ de Casellis, constructam ab eis ad servicium Jesu-Christi in parrochia S. Mariæ de Cans Vicensis diœcesis, personaliter accessisset, et eam ad suplicationem eorum proponeret consecrare ac dedicare, de dote et assignatione beneficiorum eidem ecclesiæ cum ipsis tractatum habuit pleniorem, ac præfatus nobilis Ermengaudus Sineterra et domina Elicsendis de Falcs, inter se habito colloquio et reducto ad concordiam pleniorem, ob remedium animarum suarum et parentum suorum, necnon omnium fidelium defunctorum, de libero assensu ac spontanea voluntate donaverunt, laudaverunt ac perpetuo concesserunt, in præsentia prædicti episcopi et plurium aliorum, præfatæ ecclesiæ S. Mariæ de Casellis totam illam donationem et concessionem, factam ab eisdem nobilibus Q.° priori et conventui S. Mariæ Stagnensis, quæ in instrumento inde confecto dinoscitur contineri, et præsenti instrumento expressis vocabulis inseritur in hunc modum. Donaverunt namque ipsi Ermengaudus Sineterra scilicet et domina Elicsendis uxor sua, et irrevocabiliter tradiderunt et etiam obtulerunt Domino Deo et ecclesiæ Beatæ Mariæ de Casellis, quam suis propriis beneficiis

(1) Madoz, Diccionario, tom. XV, pag. 673. — (2) Villanueva, Viaje, tom. XVI, pag. 133. — (3) Finestres y de Monsalvo, Historia de el real monasterio de Poblet, tom. II, pag. 263 et seqq. — (4) Viaje, tom. VII, pag. 27.

AUCTORE V. D. B.

construxerant, mansum de Casellis, in quo ipsa ecclesia est fundata, quem mansum emerant de Cardona de Casellis. Donaverunt etiam ipsi ecclesiæ mansum Bernardi de Casellis, qui cum eodem se tenet manso. Et mansum de Ulmo, et mansum de Solario, et mansum de Podio, mansum etiam de Fontecalcata, mansum de Jungente et mansum de Solariogaceto, mansum de Cappraris, mansum etiam de Olzinis, et ipsum honorem, quem Petrus de Sancto Petro et Geraldus de Villasicca tenebant pro eis, et mansum de Fontelocusta, mansum de Conbabella, et mansum de Condaminis, qui est infra terminos castri de Falcs, quem tenebat pro eisdem Vitalis Turrecapraria, mansum Arnaldi Plomacii, qui est in termino de Segur apud Portespanam, duos mansos etiam de Casis, quos emerunt a Berengario Dalbespino, in termino de Segur, juxta locum qui dicitur Austor. Supradictos siquidem mansos et honores cum omnibus suis pertinentiis, tenedonibus et terminis, affrontationibus, ingressibus et egressibus, ac suis juribus universis, ad eosdem nobiles in . . . . . sis et honoribus ante donationem hujusmodi spectantibus vel pertinentibus et debentibus pertinere, præfatæ ecclesiæ sanctæ Mariæ de Casellis, et clericis ibidem Domino Deo et beatæ Mariæ perpetuo servituris substituendis, ad ejus servicium faciendum donaverunt et laudaverunt ipsi nobiles, pro francho et proprio alodio libere et quiete ab ipsa ecclesia et suis clericis omni tempore possidendos, prout in instrumento inde confecto, adjectis quibusdam aliis conditionibus, plenius et difusius continetur. Nos autem Ermengaudus Sincterra et domina Elicsendis de Falchs, attendentes quod, aumentatis donis et meritis ipsius ecclesiæ de Casellis, donorum aumentar debeant rationes, ex certa scientia et consulta, gratuita et spontanea voluntate, ipsi ecclesiæ et clericis, perpetuo deservientibus in ea, supradicta omnia et singula, ut melius dici et intelligi potest, libentius confirmantes de præsenti adjicientes donamus, assignamus et concedimus eidem ecclesiæ S. Mariæ de Casellis, et suis clericis omni tempore possidenda et habenda, omne jus et dominium nobis pertinentia vel debentia pertinere in decimo et in taschis prædictorum mansorum, vel in illis personis quæ in ipso decimo et taschis aliquid per nos tenent. Sunt autem hæc omnia in parrochiis ecclesiarum S. Mariæ de Cans, S. Vincentii de Falcs, et S. Andreæ de Cumbalonga, S. Mariæ de Segur, et S. Petri de Villaalta. Donamus etiam et assignamus, et de præsenti tradimus ecclesiæ et clericis supradictis, sexaginta solidos Bar[cinonensis] monetæ de duplo, et octo quarterias frumenti, ad mensuram fori Minorisæ perpetuo censuales super redditibus illius molendini de Cubo, quod apud turrem nostram habemus in termino de Miralles. Ad hæc nos Bernardus, Dei gratia Ausonensis episcopus prælibatus, considerantes devotionem multiplicem nobilium prædictorum, et exequendo nostrum officium pastorale, confidimus promereri gratiam et misericordiam Dei vivi, ad honorem Dei omnipotentis et B. Mariæ virginis gloriosæ, ac aliorum sanctorum, sub anno dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo quinto, die scilicet XIIII kalendas aprilis dedicavimus et consecravimus memoratam ecclesiam sive capellam de Casellis, et altare constructum in ea in honore B. Mariæ; quæ Mater Dei et hominis effecta vere Virgo Virginum meruit nominari : ut deinceps ipsa ecclesia, sponsa Jesu-Christi effecta, fidelium fiat conjunctio, et in peccatis perpetua defensio contra sæva jacula inimici, et convenientes in ea salubrium petitionum effectum apud Deum valeant liberius impetrare. Auctorizamus etiam et donando confirmamus eidem ecclesiæ, et universis clericis, ibidem Domino famulantibus, statutum cimiterium, quod eadem die ad latus ipsius ecclesiæ versus partem septentrionis duximus consecrandum. Et salvis parrochialium ecclesiarum laxationibus et juribus universis in eo, eisdem clericis et ceteris fidelibus liberam concedimus sepulturam; sed ut ipsa ecclesia cum omnibus ad se pertinentibus libertate ecclesiastica et immunitate debita gaudeat in futurum, eidem et suis clericis triginta passuum immunitatem consignantes et libere concedentes, statuimus et firmiter inhibemus, ne aliquis homo vel femina cujuscumque conditionis hanc immunitatem vel sacrariam seu cimiterium infringere, violare audeat vel turbare, seu alicui personæ vel personis, rebus etiam quibuscumque infra ipsius spatium vel terminos præsumat violentiam vel injuriam irrogare. Et quicumque, ductus spiritu nequiori, talia (quod absit) præsumeret attemptare, indignationem Dei omnipotentis, et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac aliorum sanctorum, et anathematis sententiam se noverit incursurum. Ad ultimum, ipsam ecclesiam sanctæ Mariæ de Casellis, cum omnibus ad se pertinentibus vel debentibus pertinere, sub libertate ecclesiastica ponimus et constituimus, videlicet, ut omnia bona, alodia et possessiones quæcumque, etiam mobilia et inmobilia, et specialiter supradicta omnia et singula, quæ hactenus juste et rationabiliter acquisivit, vel in posterum recte acquisitura est, Domino concedente, ex beneficentia scilicet pontificum vel liberalitate nol ilium, seu etiam oblatione fidelium quorumcumque, eadem ecclesia seu capella, et clerici, in ea perpetuo servientes, inconcusse habeant et possideant libere et tranquille. Salvis tamen in omnibus, Ausonensis sive Vicensis sedis S. Petri reverentia, auctoritate et justitia, jure nostro successorumque nostrorum. Quicumque vero eidem ecclesiæ et suis clericis de suis rebus contulerunt, sive in futurum collaturi sunt, aut illi etiam qui eamdem ecclesiam vel honores ipsius, vel ea quæ sunt juris sui bene defenderint, omnium beneficiorum et orationum sint participes, quæ fient, auctore Domino, in eadem, atque in futuro retributionem condignam a Domino consequantur. Si quis autem (quod absit) contra hanc dotalem paginam ac libertatem ecclesiasticam venire atemptaverit eamque violaverit, nisi admonitus resipuerit pœnitendo, a sacramentis ecclesiasticis fiat penitus alienus. Denique firmiter statuimus et præcipimus observari, quod clerici sæpefatæ ecclesiæ, diem tantæ solemnitatis annis singulis recensentes, eadem die ipsam ecclesiam per dedicationis officium solemniter venerentur. Actum est hoc XIIII calendas aprilis anno Incarnationis Jesu-Christi M.° CC.XXX quinto. Ego B. Ausonensis episcopus subscribo. Hoc signavit ita Dalmatius archilevita †. Sig † num mei Ermengaudi Sineterra. Sig † num Dominæ Elicsendis de Falcs, uxoris ipsius Ermengaudi, qui prædicta omnia laudamus, concedimus et firmamus, firmarique rogamus

rogamus. P. monachus scriptis de Pax sic firmat in istis. Ego Frater B. de Sancto Martino, monachus Sanctarum Crucum me pro teste subscribo. Sig†num Petri de Castrogalino testis. Sig†num Raimundi de Moraria, sacerdotis, qui pro teste firmat. Petrus de Torrentibus qui hæc firmo. † Ego B. de Colle, Vicensis canonicus, qui hoc firmo. † Raimundus Vite, Vicensis canonicus. Sig†num Ego B. de Sto. Ipolito sacriscrinius firmo. † Ego Petrus de Vivario qui hoc firmo. Sig†num Petri de Ayreis, Vicensis canonici. Sig†num Petri, Vicensis sacristæ †. Ego B. de Tornamira, Vicensis præcentor, firmo †. Ego Raimundus de Capraria Vicensis canonicus subscribo. Ego Guilabertus firmo † . . . . . hæc firmo = Sig†num Guilermi de Martorello, subdiaconi et notarii domini episcopi Vicensis, qui hoc de mandato ejusdem scripsi die et anno præfixis. *Neque hæc sola ecclesia ritibus sacris a* B. Bernardo *Deo dedicata est.* Die 6 septembris ejusdem anni, *inquit Jacobus Ripoll, annum* 1235 *intelligens,* consecravit templum S. Petri de Huyre seu Avira, annexa parœciæ S. Quintini de Puigrodon; et die 3 decembris anni 1236 initiavit altare S. Andreæ in templo cathedrali Vicensi, ut constat ex his Martyrologii Vicensis antiqui verbis : « III nonas decembris, anno 1236, dedicatio altaris S. Andreæ apostoli, quod est ædificatum in Vicensi ecclesia : quæ dedicatio facta fuit sub ordinatione Bernardi, ejusdem ecclesiæ episcopi. »

Implicatur S. Bernardus *rebus Balearensibus. Hæ insulæ*

97 *Rebus deinde multo gravioribus implicitus est beatus vir; quæ ea declarare studebimus brevitate, ut tamen qua de re agatur intelligi possit. Venit autem primo loco intricatissima quæstio de jure designandi episcopi Majoricensis, quæ inter sanctam sedem, Jacobum, Aragoniæ regem, et episcopos Barcinonenses agitata est et cui* B. Bernardus, *quum abbas adhuc esset SS. Crucum, immixtus fuit. De originibus christianis insularum Balearium vix quidquam quod certum sit compertum est. Imprimis tamen constat, imperantibus Romanis, has insulas Hispaniæ partem fuisse habitas atque etiam ante finem sæculi* IV *in singularem provinciam fuisse erectas, quæ Tarraconensi, Carthaginensi *, Lusitaniæ, Galliciæ, Bæticæ et Mauritaniæ Tingitanæ accesserit* (1); *qui ordo, quum religio christiana vicit in illis partibus, ad res etiam ecclesiasticas traductus fuisse videtur* (2). *Verum, quum anno* 416 *Gothi Hispaniam invaserunt, sublata est Balearium provincia et Narbonensi addita* (3).

* *Carthago Nova*

pro rerum politicarum varietate pars fuerunt

98 *Sed non diu stetisse censenda est hæc ordinatio. Postquam enim anno* 425 *a Vandalis tentatæ et post mortem Valentiniani imperatoris, rege Genserico, sub annum* 455 *captæ fuissent* (4), *insulæ Sardiniæ sortem, quæ ab iisdem eodem fere tempore occupata fuit* (5), *ut in rebus civilibus, sic in ecclesiasticis secuta est; unde Sardiniæ provincia, quæ antea hanc dumtaxat insulam et Corsicam complectebatur, insigniter aucta est. Hinc in Catalogo* nominum episcoporum catholicorum diversarum provinciarum, qui Carthaginem ex præcepto regali venerunt pro reddenda ratione fidei, die kalend. februarias, anno VI * Hunerici regis, *Christi* 484, *sequentia veniunt* nomina episcoporum insulæ *seu provinciæ* Sardiniæ (6): *Lucas Calaritanus, Martinianus de Foru-Trojani, Bonifacius de Sanafer,* Macarius de Minorica, *Vitalis Sulcitanus, Felix de Turribus,* Helias de Majorica, Opilio de Evuso; *quo constet tum tribus præcipuis Balearibus insulis suos fuisse antistites. Quod autem volunt nonnulli* (7) *tum Calarim metropolim ecclesiasticam seu provinciæ ecclesiasticæ Sardiniæ caput fuisse, non placet. Certe civilis erat metropolis; sed pro Afrorum* (8) *atque etiam forte Hispanorum* (9) *institutis is primas erat et universæ provinciæ præsidebat qui ante alios episcopali consecratione honestatus esset; licet inde paulatim desciverint Hispani, pedetentim communem concilii Antiocheni anni* 341 *disciplinam amplexi* (10).

AUCTORE V. D. B.

* VIII

plurium provinciarum. Sors earum, donec penes Saracenos facta sint.

99 *Nondum integro sæculo exacto ab dira captivitate, Vandalis, ex Africa a Belisario pulsis, Sardinia et Corsica erepta est Cyrilli Romani ducis opera, Baleares autem insulæ, id est Ebusa, Majorica et Minorica, curis Apollinarii, natione Itali* (11), *idque anno* 534 (12). *Permansit tum ea rerum conditio, quæ a Vandalis inducta fuit : ita tamen ut Sardinia non amplius singularis provincia fuerit, sed pars Mauritaniæ secundæ. Quare in Ordine præsidentiæ sanctissimorum patriarcharum, metropolitarum etc., quo episcopatuum ordo post expulsos Vandalos repræsentatur, veniunt prius Benepota et Mesopotamene in partibus Hispaniæ, dein Majorica et Minorica insulæ, et demum Sardiniæ et Mauritaniæ secundæ sedes* (13). *Volunt nonnulli* (14) *hanc constitutionem brevis fuisse temporis et Baleares insulas provinciæ Tarraconensi annumeratas fuisse, quoniam, quum S. Gregorius M. rescivisset monachos monasterii insulæ Capricanæ, quæ Majoricæ adjacet, male vivere, non ad Vitalem defensorem Calaritanum, sed ad Joannem, defensorem in Hispania, literas dedit, quibus eos redargueret et ad venerabiles leges revocaret* (15); *sed parum probabilis hæc ratio, quum defensoris officium provinciæ finibus non terminaretur : quod autem magis urget, nulla episcoporum Majoricensium aut Minoricensium mentio fit in divisione ecclesiastica, quæ rege Wamba facta fuisse traditur* (16). *Satius itaque est, quum nil obstet, Mauritaniæ Secundæ Baleares adscribere, donec iis potiti sunt Mahumedani Arabes : quod quo factum sit anno non constat, aliis* (17) *volentibus id ad annum* 797 *aut* 798 *referre, aliis* (18) *paulo*

(1) Schelstraete, Opus geographicum, pag. 287. — (2) Ibid. pag. 288. Cfr. Florez, España sagrada, tom. IV, pag. 84 et seqq. — (3) Schelstraete, Opus geog. pag. 521. — (4) Herbilly, Histoire du royaume de Majorque, pag. 20. — (5) Cantelius, Metropolitanarum urbium Historia, pag. 468 — (6) Ruinart, Histor. Persecutionis Vandalicæ Victoris Vitensis, pag. 139. — (7) Cfr Martini, Storia ecclesiastica di Sardegna, tom. I, pag. 92. — (8) Cfr Schelstraete, Ecclesia Africana, pag. 21 et seqq. Motta, de Metropolitico jure, pag. 27. — (9) Florez, Espana sagrada, tom IV, pag. 71, 90 et seqq. — (10) Ibid. pag. 99 et seqq. — (11) Procopius, de Bello Vandalico, II, 5, edit. Bonn. tom. I, pag. 230 et 231. — (12) Cfr Papencordt, Geschichte der Vandalen, pag. 162. — (13) Schelstracte, Opus geographicum, pag. 682 et 683. — (14) Matthæjus, Sardinia sacra, pag. 65; Martini, Storia ecclesiastica di Sardegna, tom. I, pag. 93. — (15) Regestum, lib. XIII, ind. VI, ep. 46. — (16) Morales, Coronica general de España, lib. XII, cap. 4, num. 19, tom. VI, pag. 282, edit. 1791. — (17) Descriptiones de las islas Pithiusas y Baleares, pag. 74, Madrid, 1787; Madoz, Diccionario, tom. XI, pag. 162. — (18) d'Hermilly, Histoire du royaume de Majorque, pag. 22.

post

AUCTORE V. D. B.

post occupatam Hispaniam anno 712, *scilicet ante annum* 726 (1) : *quod longe verisimilius est.*

Imperantibus Saracenis, episcopalis auctoritas transit ad præsulem Gerundensem, dein ad Barcinonensem.

100 *Dum autem varia fortuna has insulas tenerent Saraceni, desierunt paulatim illic, uti etiam in Africa, episcopi esse ; quo etiam nonnihil forte contulere Normanni, qui anno* 859, *ut Sebastianus, tum Salmanticensis episcopus, narrat* (2), Majoricam, Formenteram et Minoricam insulas aggressi gladio depopulaverunt. *Quapropter Gerundenses præsules earum curam acceperunt ; unde in diplomate, quod anno* 898 (3) *ad Servum Dei, Gerundensem præsulem, dedit Romanus papa, in ditione ejus recensentur* insulæ Majorica scilicet et Minorica (4). *Verum postquam anno* 1015 *Mudjehid edim, qui et Abuldjaisch Mudjehid edim ben Abdalla, ex familia Alameridarum* (5), *ab Abderahmano Dianii seu Deniæ (Valentiæ provinciæ antiquissima civitas est* (6),) *princeps constitutus, civilium bellorum capta occasione, Baleares insulas invaserat* (7), *denuo mutata est ecclesiastica earum conditio. Gislebertus scilicet, qui et Guislabertus, qui a* 21 *septembris anni* 1035 (8) *ad* 1062 *aut* 1066 *ecclesiæ Barcinonensi præfuit* (9), *gratiam Mudjehidi iniit, adeoque ab eo ejusque filio Hali obtinuit* omnes ecclesias et episcopatum regni sui, quæ erant in insulis Balearibus et in urbe Deniæ, ut perpetim abinceps manerent sub diœcesi urbis Barchinonensis et ut omnes clerici, presbyteri et diaconi, in locis præfatis commanentes, minime conarentur deposcere ab aliquo pontificum ullius ordinationem clericatus, neque chrismatis sacri confectionem, neque cultum aliquem ullius clericatus, nisi ab episcopo Barchinonensi aut ab ipso cui ille præcepisset. *Quam donationem, quum die* XIV *kalendas decembris anni* 1058 *ecclesia cathedralis Barcinonensis consecrata est, metropolitæ Narbonensis et Arelatensis, et præter Gislebertum quinque episcopi, quos inter Berengarius Gerundensis, confirmarunt* (10), *et Hali cum suis filiis proxima die* VII *kalendas januarii renovavit* (11) ; *accessit et Alexandri III papæ auctoritas, qui* VI *kalendas junii anni* 1169 in jure etiam præfatæ ecclesiæ confirmavit intra maris spatium insulas duas Majoricam et Minoricam, sicut antiquis temporibus eandem ecclesiam constabat tenuisse (12).

Annis 1114 *et* 1115 *expugnantur a christianis insulæ Ebusa et Majorica ; quæ, iterum amissæ, recuperantur anno* 1229. *Controversiæ*

101 *Verum jam pridem cogitabant et sæpius tentarant christiani Baleares insulas Saracenis eripere* (13) ; *quin etiam annis* 1114 *et* 1115, *B. Paschali papa II suadente, Pisani, conjunctis cum Barcinonensibus et Catalaunis armis, Ebusam insulam et Majoricam expugnarant, occisis plus quinquaginta millibus Saracenorum et triginta millibus christianorum liberatis. Sed quum novum regnum filio Batalis viri christiani, quem carcere liberarant, moderandum tradidissent, nullo fere præsidio relicto* (14), *quantum truculentum et diuturnum fuit bellum, tantum inutilis et brevis hæc fuit victoria* (15) ; *adeoque anno sequenti insulas recepit sultanus Ali-ibn-Jusuf* (16). *Sæpius postmodum de eadem re consilia agitata fuerunt ; quin anno* 1205, *quum Petrus II, Aragoniæ rex, Majoricæ occupationem meditaretur, promissis se obstrinxit Innocentius papa III se illic cathedram episcopalem erecturum, si in christianorum veniret manus* (17). *Factum id demum a Jacobo* I, *juvene viginti annorum, sed jam viro summo, anno* 1229, *natali S. Silvestri, (qui dein quotannis solemni supplicatione celebratus est* (18),) *urbe regia hostibus erepta et rege capto* (19). *Petro, filio regis Portugalliæ, loco comitatus Urgellensis, in feudum data insula et postmodum Minorica quoque et vicinæ insulæ, quum hæ etiam in christianam libertatem vindicatæ fuerunt. Qua in re partem etiam aliquam habuit* B. Bernardus, *tum SS. Crucum abbas. Contulit enim se Ilerdam ; ubi* III *kal. octobris anni* 1231 *diplomati subscripsit, quo Jacobus rex infanti Petro, comitatem Urgellensem cedenti, in feudum donavit insulam Majoricam jam occupatam, et insulam Minoricam aliquando occupandam : quod diploma edidit Villanueva* (20). *Illic inter testes post episcopum Ilerdensem venit* B. Bernardi *nomen his siglis* Fr. B. abbas sanctarum Crucum. *Interea autem curandum erat ut in Majorica episcopus institueretur : verum multi hac in re jus sibi esse contendebant. Initio lis exstitit inter episcopum Barcinonensem, titulo Mudjehidi donationis, confirmatæ ab episcopis et ab ipsa sancta sede agnitæ, et inter regem Jacobum, quippe qui, assignatis reditibus, novam ecclesiam fundarat ; accessit dein Gregorii papæ IX oppositio, prius quod dos non videretur sufficiens, dein quod litigiosa esset sedes, et demum quod peccatum esset contra canones. Intervenisse etiam videtur Tarraconensis archiepiscopi studium, provinciæ suæ novam ecclesiam vindicantis. Nullus huic negotio magis implicitus fuit quam* B. Bernardus.

de novo episcopatu creando. Quam partem in his rebus habuerit S. Bernardus.

S. Bernardus *cum abbate Populetensi arbitrariam sententiam pronuntiat adversus episcopum Barcinonensem in negotio episcopatus Majoricensis.*

102 *Jam anno* 1230, *quum SS. Crucum adhuc esset abbas, a rege Jacobo et Berengario, Barcinonensi præsule, ejusque capitulo arbiter et pacis sequester, simul cum Arnaldo, abbate Populetensi, electus est, ut id negotium pro juris prudentia componeret. Contulit itaque se Populetum, ubi festum et octavam Omnium Sanctorum celebrabat*

(1) Matthæjus, pag. 5. — (2) De Marca, Marca Hispanica, col. 328. — (3) Cfr Villanueva, Viaje, tom. XIII, pag. 34, et tom. XXI, pag. 34. — (4) De Marca, Marca Hispanica, app. num. LIX, col. 854. — (5) Cfr Casiri, Biblioth. Arab. Hisp. tom. II, pag. 44 ; et Aschbach, Geschichte der Ommaiden in Spanien, tom. II, pag. 271. — (6) Cfr Florez, España sagrada, tom. VII, pag. 203 et seqq. — (7) De Marlès, Histoire de la domination des Arabes en Espagne, tom. II, pag. 96. — (8) Villanueva, Viaje, tom. XVII, pag. 178. — (9) Cfr Florez, tom. XXIX, pag. 223 et seqq. et 364 ; Aymerich, Nomina et acta epp. Barcinonensium, pag. 295 et seqq. — (10) De Marca, app. num. CCXLVIII, col. 1113 et seqq. — (11) Ibid. num. CCXLIX, col. 1116. — (12) Villanueva, Viaje, tom. XVII, pag. 324. — (13) Cfr Amari, I diplomi arabi, del R. Archivio Florentino, pag. XXXV et seq. — (14) Pujades, Cronica universal del principado de Cataluña, tom. VIII, pag. 160. — (15) Cfr maxime Laurentius diaconus, ap. Muratori, Scriptores rerum italicarum, tom. VI, col. 101 et seqq. 162 et 169. — (16) Amari, I Diplomi arabi del l'Archivio Florentino, pag. XXXVI. — (17) Cfr La Porte du Theil et Brecquigny, Epistolæ Innocentii III, lib. VIII, num. 93, tom. II, pag. 734 ; Migne, Opp. Innocentii III, tom. II, col. 666. Raynaldus, Continuatio Annalium Baronii, ad an. 1205, num. 63 ; Villanueva, Viaje, tom. XXI, pag. 38. — (18) Processio in die S. Silvestri ex consueta ecclesiæ Majoricensis, ap. Villanueva, Viaje, tom. XXI, pag. 253 et seqq. — (19) D'Hermilly, Histoire du royaume de Majorque, pag. 51 et seqq. Cfr Zurita, de Marca, Mariana, Villanueva, etc. — (20) Viaje, tom. XXI, pag. 257 et seqq.

Jacobus

Jacobus rex, et sententiam, quam ex sequenti diplomate intelligere fas est, pronuntiavit (1): In Dei nomine et ex divina gratia manifestum sit cunctis præsentibus atque futuris, quod cum inter Jacobum, illustrem regem Aragonum et regni Majoricarum, comitem Barchinonensem et dominum Montispessulani, ex una parte, et venerabilem patrem Berengarium episcopum et capitulum Barchinonense ex altera, quæstio mota esset super ecclesia cathedrali de Majoricis, et ibidem episcopo eligendo, quæ omnia dictus episcopus et capitulum ad se de jure spectare dicebant ratione cujusdam donationis, quam quidam Sarracenus, olim dominus Deniæ et insulæ supradictæ, fecerat episcopo et ecclesiæ Barchinonensi, cui donationi consenserant olim comites Barchinonenses, archiepiscopi et episcopi plures, et etiam prædicta omnia sedes apostolica confirmavit. Quæ nitebantur probare per publica instrumenta. Tandem dicti episcopus et capitulum, attendentes quod dicta civitas et regnum Majoricarum episcopum exigebant, quem dominus rex Jacobus supradictus ibi creare volebat, animatus ad dotandam ecclesiam supradictam, quæ tamquam novella plantatio pullulabat, voluntati regiæ in hac parte liberaliter adhæserunt, ita quod, mediantibus Populeti et Sanctarum Crucum abbatibus et aliis bonis viris, super præmissis ad hanc concordiam sive compositionem amicabiliter pervenerunt; videlicet quod creetur episcopus in Majoricis, et fiat ibi ecclesia cathedralis, et ista prima vice solummodo sit episcopus civitatis alia persona quam dominus rex voluerit nominare, et quod dicti episcopus et capitulum illi nominationi non possint resistere, imo annuant regiæ voluntati, et eam charitatis brachiis amplectantur : et si forte persona nominata a domino rege ante consecrationem decederet, vel ejus consecratio impediretur electionis vitio vel electi, idem dominus rex aliam nominet personam, et sic de singulis, quousque talem dominus rex personam nominet, quæ ad consecrationem perveniat licite cum effectu. Mortuo autem isto primo episcopo consecrato, postea perpetuo fiat electio per episcopum et capitulum Barchinonæ, cum assensu regis Aragonum qui tunc regnabit, et de gremio ecclesiæ Barchinonæ, si ibi potuerit idoneus reperiri; si autem ibi inveniri non posset, de ipsa eadem ecclesia Majoricarum, vel de alia, per eumdem episcopum et capitulum Barchinonæ, consentiente tamen semper rege, episcopus assumatur ad ecclesiam supradictam; et sic perpetuo res procedat, verumtamen voluntas regia ultra duos menses nullatenus expectetur. Iste idem ordo servetur, si in Minoricis vel Evica fieret ecclesia cathedralis, salva in omnibus portione civitatis et terræ assignata et assignanda episcopo Barchinonæ, ratione militum et hominum armatorum, quos secum duxit et habuit in captione civitatis et insulæ supradictæ, et salvo in omnibus apostolicæ sedis mandato. Datum apud Populetum octavo idus novembris anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo. Signum Jacobi, Dei gratia regis Aragonum et regni Majoricarum, comitis Barchenonensis, et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt, Frater A. Gallart, abbas Populeti. Frater B. Calvo, abbas Sanctarum Crucum. Frater G. de Cervaria. P. de Sentillis, sacrista Barchinonensis. P. Ferrandi de Albarazino. P. Cornelii. Pelegrinus de Castroacello. Signum Petri de Sancto Melione scriptoris, qui hoc mandato domini regis scripsi pro G. Rabacia notario suo, loco, die, et anno præfixis.

AUCTORE V. D. B.

Electus episcopus impeditur quin consecretur a Gregorio papa IX, quod dos non videbatur sufficere;

103 *Designavit itaque rex primum Majoricensis restitutæ sedes episcopum Bernardum, ab anno* 1220 *abbatem S. Felicis de Jecsalis seu Gissalis, nunc vulgo* San Feliu de Guixols, *in diœcesi Gerundensi, et belli Majoricani cum hominibus* 179 *participem* (2). *Quare die nonas aprilis anni* 1232, *Barcinone versans, Jacobus* postulato *episcopo ejusque successoribus concessit* totam decimam et primitiam *omnium suorum bonorum, quæ tum in Majorica habebat et deinceps se habiturum sperabat in Minorica, scilicet fructuum terræ et animalium, quin etiam piscium et monetæ Majoricensis, excepta decima de Albuferiis et juribus personalibus* (3). *Verum hanc non dotem esse arbitratus est Gregorius papa IX, sed communia dumtaxat jura; maxime quod rex, episcopi et nobiles ante susceptam expeditionem* voto se unanimiter astrinxerant, quod si Deus ipsis traderet terram illam, iidem in primis ecclesiæ Dei construendæ ibidem dominicaturas et dotem congruam assignarent; de quibus viri ecclesiastici, illic Domino servituri, possent commode sustentari (4). *Quare quum Sparagus de Barca, archiepiscopus Tarraconensis, et Jacobus rex eum literis adiissent, ut* faceret munus consecrationis impendi *Bernardo Guixolensi, rescripsit mense julio anni* 1232 *ad Poncium de Vilamur, episcopum Urgellensem, et ad Guilielmum de Cabanellas, episcopum Gerundensem, hortandum esse regem ut ecclesiæ Majoricensi de sufficientibus possessionibus et aliis reditibus dotare procuret.* Qua sufficienter dotata, *sic pergit* (5), provideatis sibi de auctoritate nostra de persona idonea in pastorem, ei munus consecrationis postmodum impensuri. Quia vero ipsi ecclesiæ de pastore sic volumus provideri, ut nullius jus ex hoc lædatur, volumus et mandamus ut ecclesiam sæpefatam ad manus Romanæ ecclesiæ reservetis, donec de jure Barchinonensis ecclesiæ ac aliorum per sedem apostolicam plenius cognoscatur. Datum Reate II kal. augusti, pontificatus nostri anno sexto.

suasu (ut videtur) episcopi Barcinonensis. Curatur ut dos augeatur.

104 *Ex quarum literarum fine manifestum fit Barcinonensem præsulem non consensisse in arbitratum* B. Bernardi *et Arnaldi Populetensis; neque ejus nomine subscriptum est diploma, quod supra edidimus; neque alterum, quo dotem qualemqualem anno* 1232 *Jacobus rex Barcinone assignavit novæ sedi; sed Petri de Scintillis dumtaxat, sacristæ Barcinonensis. Quare valde verisimile est a Berengario, Barcinonensi episcopo, ea omnia profecta esse, quæ de dotis defectu objecit Gregorius IX. Sed nil valuere apud Jacobum Urgellensis et Gerundensis antistitum monita, quoniam omnes jam terræ distributæ erant et pars regia in feudum data Petro Lusitano. Quam ob causam Gregorius papa*

(1) D'Achery, Spicilegium, tom. III, pag. 602. edit. in-folio. — (2) Villanueva, Viaje, tom. XV, pag. 1 et 11. — (3) Ibid. tom. XXI, pag. 282 et 283. — (4) Ibid. pag. 285. — (5) Ibid. pag. 284.

ad

AUCTORE V. D. B.

ad Guilielmum de Montegrino, sacristam Gerundensem et electum Tarraconensem archiepiscopum, literas dedit quibus ei mandavit ut regem Jacobum, dominum Petrum et omnes qui voti erant participes et in Majorica terras tenerent, etiam censuris compelleret ad dotandam novam ecclesiam; et dein initio anni 1235, III *scilicet idus januarii, alias ad Ferrarium Pallares, præpositum Tarraconensem, jubens ut se in Majoricam conferret et assignandam dotem reciperet aliaque procuraret* (1). *Jussa fecit Ferrarius et multas donationes accepit nomine futuri episcopi* (2).

Archiepiscopus Tarraconensis,

105 *Sed ex quo tempore Mauris erepta erat Tarraco et pristina sedes restituta, contendebant archiepiscopi priscos suffraganeos, qui Mahumetanorum imperio Narbonensem præsulem et aliquandiu episcopum Vicensem metropolitam agnoverant, juri suo revendicare; qui conatus eis feliciter cesserant* (3). *Nil itaque mirum si Ferrerius, Tarraconensis præpositus, et Guilielmus de Montegrino, archiepiscopus electus, in Majoricensem cathedram auctoritatem sedis Tarraconensis stabilire studuerint. Certe non satisfecerunt Romano pontifici* (4); *quin etiam non solus Ferrerius donationes admisit, verum etiam electus archiepiscopus* (5), *adeoque anno* 1235, *die* 13 *decembris, diploma dedit Jacobus rex Guilielmo de Montegrino, quo concessit* episcopo præficiendo in ecclesia cathedrali Majoricarum et clericis residentibus in eadem, et vobis, *ait*, G. Dei gratia Terrachonen., electo, pro episcopo et clericis memoratis, quod in eadem insula possint libere possessiones emere; ... ita tamen quod processu temporis, si nobis visum fuerit quod eadem ecclesia cathedralis ultra modum possessiones adquireret in insula memorata, possimus auctoritate nostra propria hanc adquirendi licentiam revocare. *Ut itaque paulatim procedebat novæ ecclesiæ dotatio, sic crescebat archiepiscopi Tarraconensis auctoritas. Verum, ut ex his quæ supra declaravimus perquam manifestum est, jam ab ineunte sæculo* V *cessarat in illa insula eorum jurisdictio et potiora fuissent archiepiscopi Calaritani jura.*

episcopus Barcinonensis et rex Jacobus sibi arrogant constitutionem novi episcopi; Gregorius IX cassam facit erectionem episcopatus et novam diœcesim erigit, immediate a sancta sede, pendentem, donec provinciæ Valentinæ facta sit.

106 *Neque meliora erant episcopi Barcinonensis. Etenim, etiamsi detur sub Maurorum tyrannide parum curari debuisse aut potuisse canones, quin immo legitime insulam Majoricam additam fuisse diœcesi Barcinonensi, quod antiquis canonibus ecclesiæ pastore vacuæ vicinis episcopis commendabantur; res tamen inaudita pæne erat propter erectionem novæ diœcesis, ex altera excisæ, huic jus designandi e suo sinu episcopos remanere. Paulo melior erat Jacobi regis conditio, quippe qui fundator censendus esset: verum tum nondum omnino prævaluerat ut pro patronatus jure reges designarent episcopos. Ut itaque æqua erat sententia, a* S. Bernardo *anno* 1230 *lata, si contendentes spectentur, Jacobus nempe rex et episcopus Barcinonensis; sic minus conveniebat cum canonibus, per quos capitulis cathedralibus sua adhuc servata erat facultas eligendi episcopos. Verum, licet tum jam rudimenta quædam capituli in Majorica essent* (6), *justus tamen canonicorum numerus non aderat, neque recta ordinatio; quum non ante diem* 27 *januarii anni* 1240 *facta sit a Gregorio IX facultas erigendi capituli cathedralis* (7). *Nil itaque procedebat et dies fluebant et anni, quin quidquam fieret. Supererat ergo ut Romanus pontifex hæc omnia secundum canones componeret. Irritam itaque habuit novæ sedis erectionem, se inscio, auctoritate partim laica, partim episcopali, factam; atque reliqua omnia quæ hanc secuta erant eaque nitebantur. Incassum propterea abibat compositio, inter regem et episcopum Barcinonensem inita; electio seu postulatio Bernardi, Guixolensis abbatis, in primum episcopum, et alia id genus. Amovit quoque Tarraconensis archiepiscopi jurisdictionem, et declaravit* ecclesiam Majoricanam ad se nullo medio pertinere (8); *quam exemptionem die* 1 *aprilis anni* 1248 *Innocentius papa IV et alii dein pontifices confirmarunt et ratam habuerunt; donec die* 9 *julii anni* 1492 *Rodericus de Borgia, cardinalis archiepiscopus Portuensis, episcopus Majoricensis et administrator perpetuus ecclesiæ Valentinæ, ab Innocentio papa VIII primus archiepiscopus Valentinus designatus est; quam dignitatem ipse, paulo post summus pontifex nomine Alexander VI creatus, filio suo Cæsari contulit* (9): *atque ab eo tempore Majorica pars hujus provinciæ facta est* (10).

S. Bernardus *cum S. Raimundo de Pegnaforti et episcopo Ilerdensi jubetur anno* 1237 *a Gregorio IX episcopum Majoricensem eligere et curare ut consecretur.*

107 *Quum itaque Gregorius IX satius duxisset novam Majoricensem ecclesiam sedi apostolicæ nullo medio addicere, mense julio anni* 1237 *literas dedit ad Petrum de Albalat, episcopum Ilerdensem, ad* B. Bernardum, *Vicensem episcopum, et ad S. Raimundum de Pegnaforti, cui ita confidebat ut nulli magis* (11). *Accipe literas* (12) : Gregoris episcopus, servus etc. venerabilibus fratribus [Petro et Bernardo] Illerdensi et Vicensi... episcopis et dilecto filio fratri Raimundo ordinis Fratrum prædicatorum, capellano et pœnitentiario nostro, salutem et apostolicam benedictionem. Licet, secundum apostolum, neque qui plantat, neque qui rigat sit aliquid, sed qui dat Dominus incrementum, vineæ tamen Domini Sabaoth cultores positi et custodes, desiderio desiderantes circa illam diligentem sollicitudinem et sollicitam diligentiam adhibere, et cooperatores Dei cupientes existere, juxta quod ex injunctæ nobis officio imminet servitutis, libenter ejus gratiam sequimur præeuntem. Quia etsi non egeat adminiculo alicujus, utpote cunctapotens, placet ei tamen humanæ cooperationis affectus, cui nihil potest adjici vel adimi per effectum. Sane gratias agentes gratiarum omnium largitori, qui per charissimi in Christo filii nostri illustris regis Aragonum et aliorum Christi fidelium ministerium propriam causam gerens, regnum Majoricarum dudum a Sarracenis invasum, cultui restituit Christiano, ac volentes ecclesiæ, Majoricanæ

(1) Villanueva, Viaje, tom. XXI, pag. 285 et 286.— (2) Ibid. pag. 67 et seqq. — (3) Ibid. tom. XIX, pag. 47 et seqq. — (4) Ibid. tom. XXI, pag. 287. — (5) Ibid. pag. 68. — (6) Ibid. pag. 81 et seqq. — (7) Ibid. pag. 85. — (8) Ibid. pag. 287. — (9) Ibid. tom. I, pag. 52; cfr Raynaldus, Continuatio Annalium Baronii, ad an. 1492. — (10) Cfr Moroni, Dizionario di erudizione ecclesiastica, v° *Valenza,* tom. LXXXVII, pag. 287. — (11) Villanueva, tom. XVI, pag. 136, et tom. XXI, pag. 69.— (12) Ibid. tom. XXI, pag. 286.

pastore carenti, quæ ad nos nullo medio pertinet, de persona idonea provideri, per quam commissus sibi populus cælestis irrigui foveatur humore, circumspectioni vestræ, de qua plenam fiduciam obtinemus, provisionem ipsius ecclesiæ duximus committendam. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus talem eidem ecclesiæ præficiatis in episcopum et pastorem, qui tanto congruat oneri et honori : ac faciatis ei a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. Cui vos, fratres episcopi, adjuncto vobis legitimo collegarum numero, non quidem de Tarraconensi provintia, sed potius aliunde, consecrationis gratiam impendatis, recepturi ab eo postmodum pro nobis, et Romana ecclesia, fidelitatis solitæ juramentum, juxta formam, quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Formam autem juramenti, quod ipse præstabit, de verbo ad verbum nobis per ejus patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium quantocius transmittatis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Viterbii, idus julii, pontificatus nostri anno undecimo.

S. Bernardus eo officio fungitur. Vindicatur Gregorius IX ab accusatione Villanuevæ.

107 *Functi sunt quam primum suo officio tres delegati apostolici et nomine Romani pontificis designarunt Bernardum de Turriliis; quem constat jam die* 12 *octobris anni* 1238 *Majoricensem cathedram occupasse* (1). *Atque his continetur universum negotium, cujus initiis et fini implicitus fuit* B. Bernardus *et cujus occasione obscure carpere ausus est Gregorium IX Jacobus Villanueva* (2), *maxime quod Jacobum regem, quem alias tanto passim honore et amore prosecutus est, minus benevole tum habuit. Verum in hoc erravit diligentissimus scriptor, quod ad iniens sæculum* XIII *transtulit posteriorum temporum mores et consuetudines. Voti religio tum multo major erat quam nunc est et difficilius in eo dispensabatur; ita ut mirum profecto fuisset, si Gregorius eos, qui se ad Majoricensem dotandam ecclesiam voto obligarant, censurarum minis eo non compulisset. Quod vero ei non permisit episcoporum designationem, id tum in usu non erat; adeoque ipsemet rex id episcopo Barcinonensi cesserat. Huic autem plane jus nullum fuisse ejusque molimen canonibus sacris plane adversum jam monuimus.*

§ XV. Expeditiones Jacobi I, regis Aragoniæ, Valentina et Italica : quam partem in iis habuerit S. Bernardus.

Monzone in conventu procerum, cui interfuit anno

Dum autem illa lis penderet, Jacobus rex, satis non habens Majoricam in libertatem vindicasse, meditabatur Valentiæ expugnationem. Impellebat Gregorius papa, qui et cruciatarum expeditionum solitas indulgentias et privilegia concesserat (3). *Mense itaque octobri anni* 1236 *curiam habuit rex Monzone seu Montesoni, in diœcesi Ilerdensi; non autem Oscæ, vulgo* Huescæ, *ut voluit Onuphrius Relles. Monzonem convenerunt procurator ecclesiæ Tarraconensis, episcopi Barcinonensis, Cæsarangustanus, Turiasonensis, Tortosanus et* B. Bernardus, *Vicensis; multi religiosi viri, quos inter S. Raimundus de Pegnaforti et innumeri magnates. De bello convenit, treuga indicta, et certus valor constitutus monetæ Jacensi* (4); *ne mercium instabili pretio mercatores averterentur et annonæ inopia oriretur. Hæc illius consilii præcipua capita. Ipse autem rex solemne votum fecit, quod satis fuerit indicasse* (5).

1236 S. Bernardus, *votum facit rex Jacobus de recuperando regno Valentino*

109 *Favebat tum omnino divinum numen Hispanorum ausis. Etenim non minus prudenter quam fortiter dimicabat S. Ferdinandus, Castellæ et Legionis rex, tum Cordubensem obsidionem urgens, brevi post Jacense et Hispalense regna expugnaturus et regem Granatensem habiturus vasallum. Portugalliæ quoque christiani incolæ ultimum parabant impetum, quo Saracenicum jugum plane excuterent. Jacobi autem res aliquot feliciter gestas jam recensuimus. Felix etiam fuit Valentina expeditio, quam passim multis celebrant Aragoniæ et Hispaniæ historici, singulari autem diligentia enarravit, qui anno* 1788 *tomum quartum Historiæ hispanicæ, auctore Mariana, edidit et post librum* XII *integrum tractatum de bello Valentino subjecit. Ab initio ejus particeps non fuisse videtur* B. Bernardus; *sed cum militibus advenit, postquam rex mense majo anno* 1238 *Valentiam jam obsidione et vallis cinxerat* (6); *atque hanc quidem ob rem plurimum æs alienum contraxit; a quo, quum morti proximus esset, nondum liber erat, ut suo loco in testamento videbimus. Ad hoc tempus pertinent sequentia, quæ ex Henriquezio, Domeneci vestigia relegente, sumimus :* Zelo fidei succensus versus Valentiam iter direxit, et aliquas urbes et castra, divino favore munitus, parva tamen militum turma obsedit et occupavit. Habuit hæc expeditio insigne quiddam ad decus et gloriam christiani nominis. Cum enim Bernardus noster cælestis mentis instinctu adversus impias gentes commotus, exercitum duceret, militibus suis contra Mahumetanos certantibus, orationis fervore divinum implorabat auxilium; et suis precibus talem gratiam obtinuit quod, dum oraret, fidelium exercitus victoriam reportaret : et tandem, ingentibus hostium copiis interemptis et depulsis, victrici ornatus palma ad civitatem suam magno populi applausu reversus est. Cum autem per milliare adhuc a civitate abesset, res miranda contigit. Omnes enim campanæ, nullo movente, gratissimum adventum sancti viri sonitu suo præcinerunt. Qua de causa totus populus maxima lætitia affectus est. *Quidni firmiore testimonio constat campanas a nemine fuisse motas?*

Ad finem dum taxat, nempe mense majo anni 1238, *cum militibus interfuit* S. Bernardus *expeditioni Valentinæ.*

110 *Dum autem res bellicæ tractarentur,* Quum univer-

(1) Villanueva, tom. XXI, pag. 127. — (2) Ibid. pag. 57 et seqq. — (3) Bleda, Coronica de los Moros, pag. 426. — (4) Zurita, Anales de Aragon, lib. III, cap. 26, tom. I, pag. 146. — (5) Catalanus, Concilia Hispaniæ, tom. V, pag. 188. — (6) Cfr Villanueva, Viaje, tom. VII, pag. 28.

non

Sã Italia in partes scinderetur,

non omissæ omnino politicæ : ex quibus nulla major fuit quam Italiæ pax et fausta gubernatio. Fervebant enim tunc temporis summopere simultates Gibelinorum et Guelforum, quorum alii fere imperatorum Germaniæ, Italiæ dominationem affectantium, alii Romanorum pontificum, ejusdem libertatem et supremam sibi auctoritatem plerumque vindicantium, partes sequebantur; cædibus, rapinis, exsiliis et proditionibus patriam deturpantes et jam exteros in suum auxilium vocantes, jam eosdem incredibili vafritie et crudelitate expellentes. Quæ odia et strages usque ad medium fere sæculum XVI *continuata sunt, quando finis eis imposuit Carolus V imperator. Quum itaque Guelfi devicti fuissent, pro Italorum more (nam olim Græcos, Saracenos et Francos vicissim auxilio advocarant, ut quos prius in auxilium acciverant, dein alio novoque auxilio ejicerent, postmodum autem jam Gallos, jam Germanos inter se commiserant,) ad exteros confugerunt.*

Gregorius papa IX invitat Jacobum I regem Aragoniæ adversus imperatorem Fredericum.

111 *Porro, verbis utor Bernardini Gomesii Miedis* (1), *quocum conveniunt Zurita, Mariana, Ferreras aliique*, per id temporis cum Jacobi fama ejusque rerum gestarum gloria universum orbem pervagaretur; atque optimi et bellicosissimi imperatoris nomine celebraretur, superiorque potentia et armis cæteris christianis regibus haberetur, ab Italis olim orbis domitoribus ipsoque summo capite ac Romanæ urbis rectore accersitus est ut afflictæ tandem propeque prostratæ Italiæ, maxime vero sacrosanctæ Romanæ sedi opem ferret : quas Fredericus imperator eo tempore, iniquo bello et contumeliis summa cum impietate affligebat multisque calamitatibus et cladibus prosequebatur; atrocissimum Cremonensi, Mantuanæ et Ticinensi, nobilissimis civitatibus, bellum inferens; quo Italia omnis concussa erat; totique interminatus ille fuerat se sub acerbissimum eam missurum jugum. Ad quam rem suscipiendam sæpius a Gregorio IX pont. max. rogatus est Jacobus, Federicum impium omnino esse atque anathemate dignum doctus; propterea quod non modo in suam matrem ecclesiam et Christi sacerdotes conspiraverat, sed ut sævus et inhumanus in Henricum natu majorem filium, Jacobi consobrinum, ad regnum Germaniæ adscitum, manus injecerat ipsumque in carcerem intruserat : ac propterea quod pontificias partes foveret, non solum regno, sed vita privaverat. Unde Mediolanensis, Bononiensis et Placentina, præstantissimæ Italiæ civitates, quibus ejusmodi bellum jam imminebat, legatos cum literis pontificiis ad Jacobum miserunt, qui summis precibus ab eo peterent ut ecclesiæ sacrosanctæ atque universæ Italiæ, quibus ab impio tyranno ultimum excidium parabatur, subveniret, ecclesiasticique præcipue ordinis et imperii tutelam susciperet. In ejus autem expeditionis sumptus CL millium librarum imperialium (sic loquebantur) et in singulos annos jura atque annuos reditus, qui imperatoribus in Cisalpina Gallia pendebantur, promittebant : seque patroni, defensoris ac gubernatoris loco ipsum; Romanam vero ecclesiam protectoris habituram; ac totam demum Italiam patris patriæque liberatoris nomine perpetuo donaturam.

S. Bernardum aliosque episcopos et proceres ad consilium vocat rex, an ab expeditione Valentina eundum sit in Italiam.

112 Legatis auditis atque magnifice exceptis, dum respondere parat, eos deduci jussit per castra; ipse vero, convocato consilio [*in diem* XIII *junii anni* 1238], *ex* [*Jolante*] regina, fœmina prudentissima, [*qua non audita nil agebat umquam*], et [*Vitali de Canellas*] Oscensi, [*Bernardo de Monteacuto*] Cæsaraugustano, [B. Bernardo *Calvonio*] Vicensi, [*Ximeno*] Segobricensi antistibus, una cum [*Raimundo Berengario*] templario et [*Petro de Exea*] hospitali pro magistris, aliisque Aragonensibus et Catalanis proceribus, proposuit quam brevissime expeditionem italicam offerri sibi, quo tempore in Valentina oppugnatione esset : proinde utram utri præferret ab ipsis exposcere. De qua re ardua sane difficilique postquam in utramque partem satis disputatum est, tandem communi omnium sententia deliberatum fuit, ne faventi aspirantique fortunæ atque ad permagnas et gravissimas res bene gerendas sese offerenti deesset; divini quippe esse numinis ad tantum negotium vocari, quo et ecclesiæ sanctæ subveniret et Italiæ succurreret, ut catholici regis inde nomen, tantopere a majoribus suis expetitum, ipse forte dextera acquireret. Valentinas enim res in eas esse angustias adductas, ut cum tanto exercitu facile possent earum intra paucos dies potiri atque conduplicato victoris nomine italicam expeditionem obire. Quæ deliberatio, cum regis magnanimitate valde conveniens, rem eo deduxit ut in ipsis castris rex cum [*Othone Cendatario, Mediolani et Placentiæ, et Juliano Leonardo, Faventiæ et Bononiæ*] legatis pacisceretur. Atque in primis ipse recepit se in Italiam duo millia equitum ex nobilitate delectorum bellico cum apparatu transmissurum; et in Lombardia, Marcha Trevisana, aut Romandiola, ut petebatur, bellum cum Federico imperatore cumque sequentibus civitatibus usque ad internecionem gesturum. *Verum, licet hæc tanta acta essent maturitate, nil tamen inde profectum est, quod forte vellet Deus ut pergerent Itali internecinis bellis a se ipsi pœnas expostulare.*

S. Bernardus, quem volunt militem fortem fuisse, duobus mensibus ante captam Valentiam accipit a rege duas villas, quas postea commutat.

113 *Quod ad tantarum rerum examen vocabatur* B. Bernardus, *hinc intelligitur eum summopere regi acceptum fuisse et prudentem sagacemque virum habitum. Quin volunt eum militem strenuum fuisse et pugnacem* (2); *cujus tamen rei nullum exstat vestigium, nisi quod morti proximus scutum, quo olim in bello usus erat, adhuc servabat, ut ex ejus testamento constat, et quod teste biographo ejus vernaculo, semper ex omnibus præliis victor recessit. Meruit certe beatus vir ut die* 20 *julii, duobus ante expugnatam Valentiam mensibus rex Jacobus ei concesserit duos vicos rusticos, ex aliquot domibus constantes* (3), *in termino de* Murviedro, *dictos* Labayren *et* Cunillera, *et totidem alias in termino de Paterna, nuncupatas* Alcudia *et* Benialcazim; *quas posteriores triennio post ea lege regi reddidit ut hic earum loco beato viro castellum de* Sagart *donaret : postea vero horum omnium loco concessa baronia de Artes, castellum cum villa de* Sallent, *in valle de Llobregat, et alia loca* (4). *Diplomata, huc*

(1) De vita et rebus gestis Jacobi I, lib. XI, in Hispania illustrata, tom. III, pag. 482 et 483. — (2) Villanueva, Viaje, tom. VII, pag. 28. — (3) Cfr Tractatus de expeditione Valentiana, post tom. IV Hist. Hispaniæ Marianæ, edit. 1788, pag. 399. — (4) Ibid. loc. cit. Cfr biographus vernaculus.

pertinentia

pertinentia, reperit et singularibus foliis (1) *in lucem dedit anno* 1820 *diligentissimus canonicus Vicensis, Jacobus Ripoll; quæ, ut vix nota sunt, juverit hoc loco attexere :* Noverint universi, quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragon[iæ], Majoricarum et Valentiæ, comes Barchin. et Urgelli, ac dominus Montispessulani, donamus et confirmamus vobis Bernardo, eadem Vicen. episcopo, et successoribus vestris Vicen. episcopis in perpetuum illas duas alcherias, quarum una vocatur Labeiren, et alia vocatur Cunilare, quæ sunt in termino castri et villæ de Murvedre, et sunt contiguæ ad invicem; quas alcherias jam vobis dedimus, anno videlicet millesimo ducentesimo tricesimo octavo, tertio decimo kal. augusti. Has autem alcherias cum terminis, pertinentiis et tenedonibus suis donamus vobis et successoribus vestris, ut supradictum est, per hæreditatem et alodium, proprium similiter et liberum, ad habendum, tenendum et ad omnes voluntates vestras et successorum vestrorum libere faciendas. Ab hac autem donatione excipimus omnes terras et possessiones, quas laborabant, tenebant et possidebant Sarraceni de Murvedre in terminis dictarum alcheriarum, eo tempore, quo nos cum nostro exercitu cepimus Borrianam. Cætera omnia de terminis et tenedonibus dictarum alcheriarum, sive illo tempore erant ibi Sarraceni dictarum alcheriarum et eas possidebant, sive non, donamus et concedimus vobis, ut supradictum est, cum pratis, pascuis, aquis, lignis, furnis et molendinis, terris, arboribus, et cum omnibus ad dictas alcherias pertinentibus, exceptis possessionibus supradictis. Et si nos citra prædictum tempus, scilicet ex quo nos cepimus Borrianam, aliquid de terminis et tenedonibus dictarum alcheriarum, vel de terris eis subjectis dedimus, vendidimus vel alienavimus, totum promittimus vobis et vestris restituere integre. In compensationem etiam duarum alcheriarum, scilicet Alcudiæ et Benialcazim, quæ sunt juxta Paternam, quas vobis similiter dederamus, de præsenti donamus vobis, et successoribus vestris in perpetuum, castrum, quod dicitur Sagart, cum terminis, pratis, pascuis, herbis, aquis, lignis, furnis et molendinis, et pertinentiis universis a cælo in abyssum, sicut melius et plenius nos illud quondam dedimus abbatissæ et monasterio de Valbona, et postea illud emimus ab ipsa abbatissa et monasterio supradicto. Præfatum itaque castrum, dictum Sagart, et prædictas duas alcherias, Labeiren videlicet et Cunilare, cum omnibus supradictis, vos, et successores vestri Vicen. episcopi, exceptis iis, quæ superius memoravimus pro Sarracenis de Murvedre, ex nostra donatione et libera concessione nostra, ex nunc habeatis et possideatis ad vestras et successorum vestrorum voluntates perpetuo faciendas. Dat. Barchin. pridie kal. novemb. an. Dom. millesimo, ducentesimo quadragesimo primo. Sig † num Jacobi, Dei gratia regis Aragon[iæ], Majoricarum et Valentiæ, comitis Barchin. et Urgelli, ac domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt P[etrus] Tarraconen. archiepiscopus. F. Valentianus episcopus. P[ontius] Dertusen. episcopus. G. d' Entenza. Eximinus de Focibus. Assalitus de Gudal. G. de Sto. Vincentio. Sig † num Guillelmoni scribæ, qui mandato Dom. regis hæc scribi fecit loco, die, et anno præfixis. = Lecta Regi.

AUCTORE V. D. B.

Consentit regina.

114 Noverint universi, quod nos Yolans, Dei gratia regina Aragon[iæ], Majoricarum et Valentiæ, comitissa Barchin. et Urgelli, ac domina Montispessulani, laudamus, damus et confirmamus vobis Bernardo, eadem Vicen. episcopo, et successoribus vestris Vicen. episcopis, in perpetuum, illas duas alcherias, quarum una vocatur Labeiren, et alia vocatur Cunilare, quæ sunt in termino castri et villæ de Murvedre et sunt contiguæ ad invicem. Quas alcherias jam vobis dedit dominus, nobilis vir noster, Jacobus, Dei gratia rex Aragon[iæ], Majoricarum et Valentiæ, comes Barchin. et Urgelli, ac dominus Montispessulani, anno Dom[ini] millesimo ducentesimo tricesimo octavo, tertio decimo kal. augusti, et postea donavit et confirmavit anno præsenti, scilicet pridie kal. novemb. sicut in charta donationis et confirmationis, ab ipso domino rege vobis factæ, plenius continetur. Laudamus etiam, damus et confirmamus vobis et vestris successoribus in perpetuum, castrum, quod dicitur Sagart, quod dictus dom[inus] rex, vir noster, dedit abbatissæ et monasterio de Valbona, et postea emit ab abbatissa de Valbona et ejusdem monasterio, et postea dedit ipsum castrum vobis in compensatione duarum alcheriarum, scilicet Alcudiæ et Benialcazin, quæ sunt juxta Paternam, quas similiter vobis dederat idem dom[inus] rex. Prædictas itaque duas alcherias, Labeiren videlicet et Cunilara, et castrum dictum Sagart cum terminis et tenedonibus, horum cultis et eremis, pratis, pascuis, herbis, aquis, lignis, furnis et molendinis, et pertinentiis universis, sicut melius et plenius dom[inus] rex, noster vir, vobis dedit et confirmavit, sicut in dicta charta, a vobis sibi facta, plenius continetur, damus, laudamus et confirmamus vobis et successoribus vestris Vicen. episcopis in perpetuum, per hæreditatem, et alodium proprium, francum et liberum vestrum, ad vestras vestrorumque successorum omnes voluntates libere faciendas, ad habendum, tenendum, omnique tempore in pace possidendum. Dat. Barchin. III idus novembris, an. Dom. MCCXL. primo. Sig † num Yolans, Dei gratia regina Aragon[iæ] Majoricarum et Valentiæ, comitissa Barchin. et Urgelli, ac domina Montispessulani. Hujus rei testes sunt P[etrus] Terracon. archiepiscopus, F[errerius Pallares] Valentianus episcopus, P[ontius] Dertusen. episcopus, G. de Entensa, Assalitus de Gudal, Eximinus de Focibus, G. de Sto. Vincentio. Sig † num Magistri Guidonis, qui mandato dominæ reginæ hoc scribi fecit die, loco, et anno præfixis.

Deditur Valentia.

115 *Quum ad finem mensis septembris anni in christianorum potestatem venit Valentia, adhibitus iterum a rege Jacobo* B. Bernardus. *Maluissent complures milites vi oppidum expugnare, ut prædam agere possent; sed aliter placuit Deo et regi. Licet enim Aben-Zeyan, qui Valentiæ rex habebatur, copiis abundaret et armis, quum tamen auxilium nullum aut sperari aut ad se venire posse intelligeret, maritima terrestrique viis a christiano exercitu et classe occupatis; satius duxit pactionibus quam bello fortunam experiri* (2).

(1) Cartas de donaciones hechas por el rey de Aragon etc.

(2) Viardot, Histoire des Arabes et des Maures d'Espagne, tom. I, pag. 292 et 293; de Marlès, d'après Condé, Histoire de la domination des Arabes en Espagne et en Portugal, tom. II, pag.

AUCTORE V. D. B.

Urbem itaque, arces oppidaque cis Sucronem, quamquam pleraque rex jam ceperat, regi se intra viginti dies traditurum ea conditione spopondit Zeyan, ut urbani possent, salvis suis sacris, moribus et bonis, et absque singularium vectigalium pensione domi manere; aut incolumes, auro, argentoque, armis et bonis exportatis, Cullarim aut Dianium abire; utrinque septennium armis abstineretur.

Deditionis Saracenorum Valentinorum conditiones, a militibus improbatas, confirmare jubetur S. Bernardus,

116 *Vehementer displicuit id fœdus Jacobi militibus, quod in prædam hiarent; sed jussit rex ut a præcipuis, interposita jurisjurandi fide, confirmaretur: quorum numero iterum fuit* B. Bernardus *Calvonius cum infanti Ferdinando, ipsius regis patruo, archiepiscopis Narbonensi et Tarraconensi, episcopis Cæsaraugustano, Oscensi, Turiasonensi, Segobricensi et Tortosano, et compluribus magnatibus, quorum nomina Zurita* (1) *et Bleda* (2) *recensent. Sed præstat ipsum diploma hoc loco edere, quod primus in lucem edidit Martinus Fernandez de Navarete in appendice ad Dissertationem* (3) *historicam de his quæ bellis cruciatis egerint Hispani, juxta exemplar, collatum Barcinone die* 16 *junii anni* 1802 *cum charta (ut videtur) originali, quæ in tabulario Coronæ Aragoniæ inter instrumenta anni* 1238, *num.* 363, *exsistit, curis Joannis Sans; deinde vero anno* 1828 *nonnihilo accuratius singulari folio* (4) *sæpe a nobis laudatus canonicus Vicensis, Jacobus Ripoll, secundum exemplar, die* 10 *maji anni* 1827, *ex eadem illa charta, nunc num.* 734 *signata, descriptum manu archivarii Prosperi de Bafarull. Hæc autem ejus est forma.* Nos, Jacobus, Dei gratia rex Arag[oniæ] et regni Majoricarum, et comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montispesulani, promittimus vobis Çayen, regi neto regis Lupi, et filio de Modef, quod vos et omnes Mauri, tam viri quam mulieres, qui exire voluerint de Valencia, vadant et exeant salvi et securi cum suis armis et cum toto sua ropa mobili, quam ducere voluerint et portare secum in nostra fide et in nostro guidatico; et ab hac die præsenti quod sint extra civitatem usque ad viginti dies elapsos continue. Præterea volumus et concedimus, quod omnes illi Mauri, qui remanere voluerint in termino Valenciæ, remaneant in nostra fide salvi et securi, et quod componant cum dominis, qui hereditates tenuerint. Item assecuramus et damus vobis firmas treugas per nos et omnes nostros vassallos, quod hinc ad VII annos dampnum malum vel guerram non faciamus per terram nec per mare, nec fieri permitamus in Deniam, nec in Cuileram, nec in suis terminis; et, si faceret forte aliquis de vassallis et hominibus nostris, faciemus illud emendari integre secundum quantitatem ejusdem maleficii: et pro hiis omnibus firmiter atendendis, complendis, et observandis nos in propria persona juramus, et facimus jurare domnum Fem*. Infantem Arag[oniæ], patruum nostrum, et domnum Nunonem Sancii, consanguineum nostrum, et domnum P. Cornelium majorem-domus Arag[oniæ], et domnum P. Fem*. de Açagra, et domnum Garciam Romei, et domnum Rodericum de Liçana, et domnum Artallum de Luno, et domnum Berengarium de Entenza, et G. de Entença, et domnum Atorella, et domnum Assalitum de Gudal, et domnum Furtuni Açnariç, et domnum Blascum Maça, et Rogerium comitem Pallariensem, et Gllmu* de Monte-Catano, et R. Bg*. de Ag. (Ager), et G. de Cervilione, et Berengarium de Eril, et R. G. de Odena, et Petrum de Queralt, et Guillelmum de Sancto Vincencio. Item nos P[etrus] Dei gratia Narbon., et P[etrus] Terrachon. archiepiscopi, et nos Berengarius Barchinone, P[etrus] * Cessaug[ustanus], V[italis] Oscen., G[arcia] * Tirasone, Ex[imenus] Sogobricen., P[ontius] Dertusensis, et B[ernardus] Vicensis episcopi promitimus quod hæc omnia supradicta faciemus atendi et atendemus, quantum in nobis fuerit et poterimus bona fide. Et ego Çayen rex prædictus promito vobis Jacobo, Dei gratia regi Aragonum, quod tradam et reddam vobis omnia castra et villas, quæ sunt et teneo citra Xuchar infra prædictos scilicet viginti dies, abstractis et retentis mihi illis duobus castris, Denia scilicet et Cuilera. = Dat. in Roçafa, in obsidione Valencie, quarto kalendas octobris, era millessima ducentessima septuagessima sexta. = Signum Guilelmi Scrib. qui mandato domini regis pro domino Berengario, Barchn. episcopo, cancellario suo, hanc cartam scripsit loco die et era præfixis cum litteris suprapositis in quinta linea.

* Ferdinandum

* Ferdinandum

* Guilielmum
* Berengarium

* *alii* Bernardus
* *alii* Guilielmus

117 *Eadem die* 28 *septembris, S. Michaeli sacra, cum rege et exercitu sanctoque Raimundo de Pegnaforti* (5), *venerabili Michaeli de Fabra, S. Dominici discipulo* (6), *Berengario de Castelbisbal, postea Gerundensi episcopo* (7), *et cum S. Petro Nolasco* (8) *civitatem ingressus est* B. Bernardus, *et Petro de Albalat, archiepiscopo Tarraconensi, adstitit, quum præcipuam meschitam aquis lustralibus purificaret et sacris Deo ritibus consecraret. Interea incolæ, quos sola regis fides tuebatur, intra dies quinque numero quinquaginta millium pristinas sedes suas deseruerunt. Domus vacuæ aliaque bona inter equites trecentos octoginta, plerosque Catalaunenses, divisa* (9). *Partem quoque suam sortitus est* B. Bernardus *ut ex ejus testamento luculente constat; multo autem luculentius ex ipso diplomate, quod secundum exemplar authenticum anno* 1820 *in lucem dedit, quem modo nova laude ornabam, Jacobus Ripoll. His autem conceptum est verbis:* Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragon. Majoricæ et Valentiæ, comes Barchin. et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et omnes nostros damus et concedimus per hæreditatem propriam, francam et liberam, vobis, venerabili et dilecto nostro B[ernardo], Dei gratia episcopo Vicen. et episcopis vestris successoribus in perpetuum domus in Valentia, quæ fuerunt de Raiç Abuazmen, cum duabus domibus ad opus stabuli, quæ se tenent cum

qui cum rege civitatem ingreditur, mechitam purgat et partem recipit spoliorum.

43 et seqq.; Aschbach, Geschichte spaniens und Portugals zur Zeit der Herrschaft der Almoviden und Almohaden, tom. II, pag. 188 et seqq. — (1) Annales de Aragon, lib. III, cap. 33, tom. I, pag. 134. — (2) Coronica de los Moros de España, pag. 441 et 442. — (3) Memorias de la real academia de la historia, tom. V, pag. 166. — (4) El obispo de Vich, S. Bernardo Calvo fue uno de los prelados que prometieron etc. — (5) Touron, Hist. des hommes illustres de l'ordre de saint Dominique, tom. I, pag. 22 et 23. — (6) Hist. des premiers disciples de S. Dominique, pag. 665. — (7) Mariana, tom. IV, edit. 1788, pag. 410, et Villanueva, Viaje, tom. XIII, pag. 173 et seqq. — (8) Ribera, Militia Mercenariorum, cent. I, pag. 476. — (9) Aschbach, Zurita etc.

illis

illis ex parte occidentali, et cum alia domo, quæ est ante portam earumdem domorum versus viam publicam, per quam itur ad portam turris majoris, quæmodo est Fratrum Militiæ Templi; et damus vobis hortum de Maomat Abenarap, ad habendum, tenendum, possidendum, expletandum, cum introitibus, exitibus, affrontationibus et suis pertinentiis universis a cælo in abyssum, ad dandum, vendendum, impignorandum, alienandum, et ad omnes vestras vestrorumque voluntates cuicumque volueritis faciendas. Datum Valentiæ, quarto idus decembris, era MCCLXX sexta. Sig†num Jacobi, Dei gratia regis Aragon. Majoricarum et Valentiæ, comitis Barchin. et Urgelli, et domini Montispessulani. Hujus rei testes sunt F[erdinandus], infans Aragon., P. dominus Majoricarum, P. Fernandiç de Azagra, Eximenus de Urrea, A. de Luna. Sig†num Guillelmoni scribæ, qui mandato domini regis, pro domino Barchinonen. episcopo, cancellario suo, hoc scripsit. *Situs harum domorum cognosci potest ex his quæ de Valentiæ topographia disserit auctor dissertationis de expeditione Valentina, subjecta tomo* IX *Historiæ Hispaniæ Marianæ* (1). *Operam tamen suam in divisione spoliorum non collocavit* B. Bernardus; *quæ prius a rege, dein ab equitibus aliis episcopis et proceribus concredita fuit : unde appareat* B. Bernardum *magni tum quidem factum esse, non tamen maximi.*

§ XVII. Concilio Tarraconensi sæpius interest S. Bernardus. Statuta capituli Vicensis exsequitur. Diœcesis suæ monasteria visitat. Pie moritur.

Anno 1239 *interest* S. Bernardus *concilio Tarraconensi; visitat archiepiscopus*

Quum domum redierat B. Bernardus, *brevi ad concilium provinciale Tarraconense vocatus est a Petro de Albalat, metropolita; qui quotannis fere id genus sacrorum conventuum celebrabat* (2). *Initium illi cœtui datum est die* 18 *aprilis seu* XIV *kal. majas anni* 1239 (3) *eique præter Albalatium et* B. Bernardum *interfuerunt episcopi Barcinonensis, Dertusensis, Urgellensis, Oscensis et Ilerdensis.* Statutum est ne clerici sæcularibus negotiis se immisceant; ut incendiarii et raptores publici tamquam excommunicati evitentur et ecclesiastica sepultura careant: ne occultæ ecclesiasticorum beneficiorum donationes fiant; ne quis duas canonicas seu præbendas in diversis ecclesiis obtineat; ut monachi et canonici regulares apostatæ redire teneantur ad sua claustra (4). *Paucis mensibus post suffraganeorum diœceses visitavit Petrus venitque mense augusto Vicum. Servatur etiamnum Vici visitationis charta seu ordinationes, quas illic tum fecit archiepiscopus et quæ ipsimet* B. Bernardo, *cui omnis exsecutio commissa est, inscriptæ sunt. Ecce initium* (5) : P[etrus] miseratione divina Terrachon. archiepiscopus venerabili fratri B[ernardo] per eandem Vicen. episcopo, salutem et sinceram in Domino charitatem. Cum essemus in Vicensi ecclesia personaliter constituti, eandem ex debito pastoralis officii visitantes et de statu ejusdem inquirentes sollicite, quædam invenimus digna reformatione juxta canonicas sanctiones et ordinationem, quam venerabilis pater J[oannes] *Halgrina, domo Ambianensis, monachus Cluniacensis,* Sabinensis episcopus, apostolicæ sedis legatus, fecerat in eadem *ecclesia Vicensi, dum eam post Ilerdense concilium,* IV *kal. apriles anni* 1229 *celebratum* (6), *visitaret.*

AUCTORE V. D. B.

capitulum Vicense, et statutorum exsecutionem,

119 Quapropter, *sic pergit,* vobis præcipimus et mandamus quatenus nullus canonicus vel clericus alius cendadalum *(vulgo* camelot) defferat rubeum vel viride, nec aurum in calcaribus, frenis, et sellis, et pectoralibus; nec aliquis in dignitate vel sacerdotio constitutus capam manicatam *(vulgo* capote) induat, nec comam nutriat, immo rotundam gerat tonsuram capitis, secundum aprobatam consuetudinem clericorum. *(De qua consuetudine plura disputat Ripoll, ostendens ex concilio Toletano ann i*633, *Compostellano anni* 1031 *et maxime ex Montepessulano anni* 1214, *atque etiam ex imaginibus tum pictis in decreto Gratiani, tum sculpta S. Laurentii et demum ex auctoritate Masdeu* (7) *approbatam clericorum tonsuram similem fuisse Fratrum Minorum, Prædicatorum aliorumque, qui circulum crinium dumtaxat retinent).* Volumus etiam et mandamus quod illi canonici, qui duas canonias intitulatas detinent, earum alteram infra mensem eligant quam obtabunt *; alioquin canoniis et beneficiis, quæ ratione canoniarum possident, priventur, nisi privilegio sedis apostolicæ poterunt se tueri.

* optabunt

olim factorum,

120. Et mandamus quod diligens fiat inquisitio contra hereticos et clericos concubinarios, secundum quod provide fuit in Terrachon. concilio *(anni proxime præcedentis)* ordinatum. Super clericis non residentibus in ecclesiis fiat similiter inquisitio, et priventur eisdem, qui noluerint residere. Ordinationes vero venerabilium patrum J[oannis], quondam Sabinensis episcopi, et Sparagi, bonæ memoriæ quondam Terrachon. archiepiscopi, *(qui kal. maji anni* 1230 *Tarracone concilium provinciale celebravit),* vestro arbitrio duximus relinquendas, ut in executione ipsarum, secundum quod procedendum videritis, procedatis. Item præcipimus et mandamus quod omnes canonici teneantur confiteri singulis annis proprio confessori, et in tribus anni sollemnitatibus publice recipiant Corpus Christi : *(plerique enim presbyteri non erant neque passim in religiosis ordinibus frequentior præcipiebatur sacramentorum susceptio).*

quæ breviter explicantur,

121 Item constituimus quod nullus, habens administrationem vel dignitatem, pertinentia alii quasi pro benefitio audeat assignare; propter quod post mortem vel translationem ejusdem suo successori possint vel debeant aliquatenus impediri. Et siquis in contrarium fecit vel fecerit, irritum habeatur et vacuum. Et hoc

(1) Historia general de España, edit. 1788, tom. IV, pag. 406. — (2) Villanueva, Viaje, tom. XIX, pag. 163 et seqq. — (3) Ibid. tom. VII, pag. 29. — (4) De Marca, Marca Hispanica, lib. IV, ad an. 1239, col. 528. — (5) Ripoll in folio singulari, et Villanueva, Viaje, tom. VII, pag. 249. — (6) Cfr Catalanus, Concilia Hispaniæ, tom. V, pag. 184. — (7) Historia critica de España. tom. XIII, pag. 318 et 319.

idem

AUCTORE V. D. B.

idem de beneficiis, ad mensam episcopi pertinentibus, quæ canonicis sunt collata vel in posterum conferentur, observandum dicimus et mandamus. Præterea, quia episcopus, sicut intelleximus, vacante sacristia majori, archidiaconatu vel præcentoria majori, mandat alicui, habenti cappellaniam vel beneficium, cujus collatio pertineat ad episcopum tantum, ut eidem renunciet, antequam ei conferat sacristiam, archidiaconatum vel præcentoriam vacantem, et talis suo beneficio non renuntiaret, nisi crederet aliud quod vacat beneficium obtinere; quod quidem continere credimus speciem simoniæ : *(præstat sane omnia nude et simpliciter in materia beneficiali peragi; in illis tamen, ubi partim resignatio, partim permutatio intercedit, speciem simoniæ plane nullam aut periculum video)* : talem consuetudinem reprobantes, quæ censenda est potius corruptela, ne id de cætero fieri debeat, penitus inhibemus; de consensu episcopi et capituli statuentes, quod cum aliqua de prædictis dignitatibus vacare contigerit, episcopus libere eam conferat, cui merito viderit conferendam, et canonicus, illam recipiendo, beneficiis sive capellaniis, quæ possidet, quarum donatio pertinet ad episcopum tantum, vel ad episcopum et capitulum insimul, sit ipso jure privatus; ita quod episcopus libere possit aliis illud conferre.

committit S. Bernardo.

122 Feriale vero, *(seu modum cibi potusque in singulas hebdomadum aut certe in aliquot ferias præstitutum* (1),*)* communi mensæ canonicorum a suæ institutionis principio assignatum, quod postea intelleximus inter aliquos in aliqua sui parte pro præbendis divisum, præcipimus integrari; quod circa ipsius divisionem hactenus fuerat attemptatum, decernentes irritum et innane *. Insuper præcipimus et mandamus quod in vigiliis Nathalis Domini, et Pentecostes, Omnium Sanctorum ac beati Petri apostoli evangelium et epistolam in altari majori decantent canonici, sicut de sollemnitatibus IX lectionum in vestra ecclesia extitit ordinatum. *(In ecclesia universali missa in vigiliis Natalis Domini et Pentecostes sunt ritus duplicis; non item in vigiliis Omnium Sanctorum et B. Petri.)* Horum autem executionem vobis, frater episcope Vicen., commendamus, rogantes atque præcipientes quatinus eam faciatis taliter in vestra ecclesia effectui mancipari, quod laus et fama inde redoleat apud homines, et æternam retributionem a Deo promereamini et gloriam in futurum. Dat. apud Vicum II nonas augusti anno Domini M.CC.XXX nono. *Non est dubitandum quin his, licet nulla singularia sint, remedium attulerit* B. Bernardus.

* inane

Hic diœcesis suæ monasteria visitat sæpius, quæ inter monasterium S. Mariæ de Stagno.

123 *Hic autem metropolitam suum in visitationum ecclesiasticarum cura imitabatur. Certe Jacobus Villanova reperit inter reliquias prisci monasterii B. Mariæ de Stagno* (Estany, *seu* Estanque) *aliquot constitutiones de pitantiarum distributione reique temporalis administratione, quas* B. Bernardus, *quum anno* 1240 *id asceterium visitaret, confecerat; quin etiam in originali monumento notatum vidit jam ante visitatoris officio functum illic fuisse beatum virum* (2). *Surgebat autem illa domus duabus aut tribus a Vico leucis, in montibus ad meridiem, non procul a stagno; quod, quum febrium causa esset, anno* 1737 *faucibus pulvere sulfureo apertis, dilapsum est* (3). *Sæculo* XI *erecta, canonicos regulares S. Augustini cepit, donec eos anno* 1592 *cessare voluit Clemens papa VIII* (4). *Quum id visitavit* B. Bernardus, *præerat Guilielmus titulo* prioris; *ejus enim successor omnium primus* abbas *dictus est*, præpositi *aut* prioris *nominibus initio multo magis usitatis. Pendebant inde multæ filiales ædes sacræ, scilicet S. Petri de Arguells, S. Mariæ de Casellas, S. Mariæ de Maga, Rabinat, Segur, Sabarca, Terrasola, prioratus S. Salvatoris de Sabadell, Tarracola, Pontons in diœcesi Barcinonensi, S. Mariæ de Montmany et Vallcarca, S. Mariæ de Manlleu et S. Joannis las Abadesas* (5); *ita ut momento non careret opera, illic a* B. Bernardo *posita. Præterea in schedis, Vico ad me submissis, notatum reperio juxta librum, indicatum siglis :* Cur. official. Protocollo de 1239 ad 42, fol. 6, S. Bernardum *compromissarium electum fuisse a monachis de Caserras super reformatione monasterii in spiritualibus et temporalibus. Sed de hoc negotio plura non innotuerunt.*

Concilio Tarraconensi anno 1243 *interest; paulo post memoriale seu testamentum condit et demum pie moritur.*

124 *Concilio provinciali Tarraconensi, quod* VIII *idus majas anni* 1240 *incohatum est* (6), *et alteri quod* III *idus majas anni* 1242 *celebrari cœpit* (7), *non interfuit beatus episcopus* (8); *sed anno sequenti, quum aliud iterum Tarracone die* 5 *seu* III *nonas maji habebatur, noluit abesse. Paulo post vires suas paulatim deficere intelligens, memoriale fieri curavit, in quo singulariter cavit ne justitiæ leges negligerentur; quod eo magis pronum erat, quo plus æris alieni jam pridem contraxerat. Multis aliis de causis valde insigne id monumentum est; ita ut, licet Jacobus Ripoll et Jacobus Villanueva id jam ediderint, a nobis omnino omitti non possit. Inferius itaque id dabimus cum necessariis annotationibus. Diuturno morbo absumptus non fuisse videtur beatus vir, siquidem quatuor ante mortem diebus rationem dati et accepti iniit cum œconomo Girberto. Cum maxima sanctitatis opinione mortem obiit; ut ex his quæ initio de ejus cultu retulimus apprime manifestum est. Qui cum eo habitabant aut ei famulabantur videntur maximi ejus virtutum præcones fuisse : certe Maria, uxor Januarii de Podiolo, quæ paucis diebus post beati episcopi mortem de recuperata a se corporis valetudine coram legitime constitutis auditoribus testimonium dixit, professa est se*, audita austeritate vitæ dicti episcopi ab uno nuncio, qui cum eodem manserat, commisisse se precibus et meritis illius : *ubi tamen cave ne per* austeritatem vitæ *jejunia aliaque corporis afflictiones intelligas; (has tamen usurpasse beatum præsulem non dubito;) sed* vitæ austeritas *nil aliud est nisi* sanctimonia; *ita ut in Vita catalaunica hoc loco legatur :* E agues hoyde la fame de la santadat gran de sent Bernat. *Superest ut documenta quæ passim promisimus in lucem demus.*

(1) Cfr Historia critica de Espana, tom. XIII, pag. 237. — (2) Ibid. pag. 29 et 237. — (3) Madoz, Diccionario etc. v° *Estany*. — (4) Villanueva, Viaje, tom. VII, pag. 234 et seqq. — (5) Pujades, Cronica universal del principado de Cataluña, tom. VI, pag. 447. — (6) De Marca, Marca Hispanica, lib. IV, ad an. 1240; Catalanus, Concilia Hispaniæ, tom. V, pag. 189. — (7) Ibid. ad an. 1242; Catalanus, pag. 30. — (8) Ibid. locc. citt. Cfr Villanueva, Viaje, tom. VIII, pag. 30.

MONUMENTA

DE S. BERNARDO CALVONIO.

CAPUT PRIMUM.

Reditus et jura feudalia S. Bernardi Calvonii, desumpta ex tabulario episcopali Vicensi *a*.

Debet P. Furner a festo S. Johannis Baptistæ, proximo venturo, ad unum annum Dno episcopo Vicen. 200 qrterias frumenti, ita quod tenet... singulis septimanis quatuor. qr. frumenti *b*. Actum est hoc v. id. martii anno Dni 1234. Fidejussores P. de Albergaria, et P. de Fontecuberta, unusquisque pro toto.

2 Debet Ariya et P. de Zatorra Dno Vicen. Ep. pro decimo de Torajo 35 sesters *c* de annona, medium ordeum, medium espelta... aportare ad palatium Dni episcopi dictum bladum cum eorum expensis; et unusquisque tenetur pro toto, et donant ei retorn *d* super omnes res eorum mobiles et immobiles... dictum episcopum de petra et de nebula *e*. Fidejussores P. Oliver de Mata et Bertran de Sco Felice; qui hoc totum unusquisque nostrum pro toto promittimus : : persolvi.

3 Debet P. Gali Dno Vicen. Ep. pro decimo de Sca Eulalia, quam emit 45 sesters annone, medium ordeum, medium espelta. Debet aportare... ad palatium Dni Ep. cum suis expensis. Hoc totum emit... excepta petra et nebula. Fidejussores P. de Pradello, et... olosa unusquisque nostrum pro toto super nos, et super omnes res nostras.

4 Debet J. Bardaner. Dno Vicen. episcopo 12 sesters annone, mig. *f* ordei, mig. espelta. Tomas Espanyol fermanza *g*... excepta petra et nebula.

5 Debet Perpiya Samanbla Dno Vicen. episcopo 90 sol. pro leuda fori *l* a festo Sci Johannis Baptistæ proximo venturo ad unum... P. de Pradello fermanza. Hoc totum debet persolvere in proximo festo venturo Natalis Dni.

6 Sub anno Dni 1234, circa festum S. Mariæ augusti, quidam miles de Toreyo fecit hommagium Dno episcopo Vicen. in præsentia multorum ante cameram ejusdem episcopi apud Vicum.

7 Item R. Fulconis fecit homagium... eidem episcopo, sicut continetur in instrumento, inde confecto.

8 Item sub eodem anno XIX kal. jan. R. de Timore fecit homagium eidem episcopo pro castro de Montelone *m*, in villa Cervariæ, in domibus Magri Ricardi, in præsentia Pet. de Guana (Grauyana) et P. de Qralto, et aliorum plurium.

9 Item sub anno Dni 1235, circa festum Apparitionis *n*, Sibilica de Cicera fecit homagium eidem episcopo in ecclesia Sti Baudilii in præsentia plurium.

10 Item R. de Castelleto de Bagis fecit homagium eidem episcopo in domibus canonice Minoricen. *o* in presentia multorum.

11 Item Beatrix de Olost fecit homagium eidem episcopo in ecclesia Scæ Mariæ *p* apud Vicum in præsentia plurium, sicut continetur in instrumento inde confecto.

12 Item IV kal. martii Berengarius de Sca Eugenia fecit homagium eidem episcopo pro domo de Eures et pro feudo Scæ Eulaliæ Rivo pm. in pr. mul.

13 Item R. de Luza circa festum S. Michaelis transactum fecit et *q* in palatio apud Vicum.

14 Item III non. aprilis P. Raimundi de villa de Mayn *r* fecit et in camera ejusdem episcopi apud Vicum in præsencia B. de Savassona, archidiaconi *s*, P. de Brolio, et Bg. de Sobirats, canonicorum Vicensium, et quorumdam aliorum.

15 Item III non junii Sibilia de Gardia fecit et pro feudo de Arters *t* apud Minorisam in domo R. de Gnalosa in præsencia sacristæ Minorisen. et Gr. de Merleto decani de Gnena (Gruenena) et prædicti R. de Gnalosa et plurium aliorum.

16 Item XVII kal. augusti Petrus de sancta Eugenia mayor fecit et pro quadam decima S. Quircii de Fagia *u* apud pratum de Aguilar in præsencia archidiaconi et pietotoris *x* et sacriste Vicen. et aliorum canonicorum et P. R. de villa de Mayn, Bn. de Balenya, et Bg. de Sca Eugenia et plurium aliorum.

17 Item P. de Tous *y* fecit homagium et juram. Ep. Vicen. apud Scm Benedictum.

18 Item sub anno Dni 1236 kal. martii Arnaldus de Calaf miles fecit et apud Amenlam de feudo scilicet, quod tenet pro eo in castro de Arters. Et hoc fuit in præsencia Fr. Bn. de Sco Martino et Bg. de Calaf, filii ipsius Arnaldi, et aliorum.

19 Item XVIII kal. madii apud Salelcs juxta Minorisam G. de Pegera fecit et de feudo scilicet de Arters. Et hoc fecit in presen. archid. et Sacr. Vicen. et B. Guillelmi et Aroti de Adena et plur. alior.

20 Anno Dni 1236 circa festum S. Joannis Baptistæ venditum fuit *z* furnum Petro Furnerio pro 115 qr. frumenti per unum annum. Fidejussores Tomas Espanyol et F. de Guner (Gaver *seu* Giner).

21 Venditum fuit feudum de parrochia Vici Petro Pipolli pro 20 sext. bladi, med. ordeum, med. espelta. Fidejussor Tomas Espanyol.

22 Venditum fuit feudum decime de Torelo *aa* Petro de Turre de Torelo pro 40 sext. bladi, med. ordeum, med. espelta. Fidejussor Bertrandus Clericus de Torelo et P. Olvi (Oliver) de Vico.

23 Item sub anno Dni 1236 et VII idus julii fecit homagium Brg. Qralto Dno B. D. G. Vicen. Ep. cum sacramento scilicet sem. Audineam de Gurbo in præsentia Dalmacii de Castelione, A. de Tavarteto, B. de Sco Romano et Brg. de Cas[tel]lo, militum, et Fr. de Sco Martino, Fr. P. de Calzareins, monachorum, et P. de Brotio atque P. de Pausa, canonicorum Vicen., et alior. mult.

24 Item. XVII. kal. novembris apud Carvariam *bb* infra ec[clesiam] ipsius ville Bngarius de Montepanone de Glorieta fecit homagium Dno. B. Vicen. episcopo pro decima de Bardello. Et hoc fecit in præsencia G. de Cervaria, P. de Cheralt et P. de Timore, archidiaconi Urgellensis

EX MSS.

EX MSS.

sis, P. de Montepalacio et G. de Merleto, decani Cervariæ.

25 Item xv. kal. decem. Dna Elicsendis uxor Guillelmi de Caldariis fecit et pro feudo de Arters. Et hoc fecit in præsentia Bngarii et B. de Olo militum, et Bngarii de Savassona, B. de Angulo, et Fr. de Sco Martino et Fr. P. de Canezareins.

26 Item sub anno Dni 1237, in vigilia S. Marchi Evang., VIII scilicet kal. madii, fecit homagium P. de Maala Dno B. Dei g. Vicen. episcopo in camera sua apud Vicum, coram presen. Fr. B. de Sco Martino, Fr. P. de Calzareins, et Petri Dożpi Not. ipsius Ep. et Ferrarii de Disalrig. militis.

27 Item sub anno Dni 1238, XVIII kal. febr. fecit homagium P. de Villagelans Dno B. D. g. Vicen. episcopo in palacio suo apud Vicum coram presen. B. de Balanano, Fr. P. de Calzareins, Fr. B. de Sco Martino, monachorum, et B. de Talavera, Girberti atque Petri de Pinu Not. ejusd. D. episcopi, quod homagium sibi fecit pro feudo quod tenet in mercato.

28 Anno Dni 1239... fecit homagium de Regaria Dno B. D. G. Vicen. episcopo pro Castelleto de Corneto *cc* apud Vilamo (Vilaramo) cc cum sacramento in presen. R. de Luzano, et A. de Sco Augustino, Btrandi de Merola et G... sacrista Vicen. P. de Torrentibus, Fr. Bartolomei, monachi Sanctarum Crucum, et Fr. G. de Bauezereins.

29 Anno Dni 1240, die Epiphaniæ Dni, fecit homagium B. de Duobusrivis filius R. de Duobusrivis quondam, Dno B. D. G. Vicen. episcopo pro honoribus, quos per ipsum tenet apud Turilionem, et apud Montembarbatum, et in quibusdam aliis locis; et factum fuit hoc apud sem. Petrum de Turillione, in presentia Fr. P. de Calzareins, monachi Sanctarum Crucum, et B. Clerici S. Petri de Turilione, et Btrandi de Vilario et plurium aliorum.

30 Item XVI kal. april. an. Dni 1240, fecit homagium B. de Castrociro D. B. D. G. Vic. Ep. pro mansis quos tenet in termino castri de Arters, sub hac videlicet conditione quod si Dna Sibilla de Guardia obtine.. de jure quod ei... It. sub alia conditione, scilicet si A. de Vilar miles pro predictis mansis... Hoc fuit factum in palacio Dni episcopi, present. Fr. P. de Cadzarey, B. de Angulo et pluribus aliis.

31 Anno Dni 1243, x. kal. april. fecit homagium D. B. D. G. Vi. Ep. G. de Pujalt, filius Bg. de Pujalt. Et episcopus concessit feudum quod per eum tenet, salvo jure suo, et salvo jure ejusdem G. et salvo jure matris sua Elixendis. Et hoc fuit factum present. G. de Vilagnata Casluz, Bartolomeus de Fornamira et fratre suo, et Fr. G. Richier, et aliis quibusdam et R. de Clotis.

ANNOTATA.

a *Veniunt hæc ad finem computorum* B. Bernardi *et notata sunt fol.* 61 *et* 62 *Regesti. Ea cum reliquis ad usum nostrum descripta voluit illustrissimus episcopus Vicensis.*

b Inferius num. 20 *idem Petrus Furnerius, (quod cognomen et simul officii nomen est,) conduxit idem furnum, ad annum, non quarteriis frumenti* 200, *sed* 115. *De valore quarterii frumenti et ordei vide Commentarium prævium, num.* 62.

c Sester, sistarium, sextariun, *vulgo* setier.

d Retorn, *jus recuperandi.*

e *Ut hic venit* : De petra et de nebula, *sic inferius sæpius:* Excepta petra et nebula. *Grando seu* petra *et nimiæ pluviæ seu* nebula *causæ erant non solvendi statuti pretii aut non standi pactis conditionibus, uti apparet ex charta institutionis duodecim præposituarum in templo Vicensi, anno* 1176 *conscripta; in qua cavetur* ut nullus præpositorum prætendat occasionem aliquam grandinis, nebulæ vel cujuscumque te[mpestatis]... ad diminutionem servicii canonicæ (1).

f Mig, miga, *catalaunice, pro* media.

g Fermanza, *catalaunice,* fidejussio.

l Leuda, leida *Catalaunis aliisque est jus percipiendi aliquod vectigal ab iis, qui in foro venum exponunt frumentum aliasve fruges. Solidorum pretium explicuimus in Commentario prævio numm.* 60 *et* 61.

m Montelone, *vulgo* Monlleo, *in districtu municipali S. Antolii et judiciali Cerveriæ, constans ex novem domibus et templo parœciali* (2). *Ineunte sæculo* XII *penes episcopos Vicenses jam erat castrum de Monteleonis* (3).

n *Indicatur festum Epiphaniæ; redibit de eo sermo in Annotatis ad Computos.*

o Canonica Minoricensis, *vulgo* Manresa, *omnino regularis erat et sequebatur regulam S. Augustini* (4).

p *Est hæc ecclesia pars ecclesiæ cathedralis et dicebatur* ecclesia rotunda B. Mariæ. *Quod voluere nonnulli illic primitus fuisse sedem cathedralem, plura de hac ecclesia, quæ privilegiis nonnullis fruebatur, disputavit Jacobus Villanueva* (5).

q *Videtur esse* fecit fidem, *id est* se obligavit *seu* homagium fecit; *nisi illud* f, *quod etiam alibi occurrit, sit loco* etc., *id est, nisi indicium sit aliqua hic omissa esse.*

r *Est* Vilademany.

s *Debet legi* præcentoris. *Erant tres dignitates in capitulo Vicensi, archidiaconus, sacrista et scholasticus seu* capiscol; *sed loco scholastici venit etiam primicerius et in ipso testamento* S. Bernardi *præcentor.*

t *Inferius num.* 19 *et* 25 *redit* feudum de Arters, *num.* 18 feudum in castro de Arters, et *num.* 30 mansi in termino castri de Arters. *In Commentario prævio pauca de hac sedis Vicensis possessione diximus.*

u *Jam ante medium sæculum* XI *ecclesia S. Quirici (intelligitur martyr, filius S. Julittæ, qui mense junio colitur,) de manibus abbatissæ S. Joannis seu de Abbatissis (vetus monasterium diœcesis Vicensis erat) transierat cum aliis ecclesiis, alodiis, et terris, et oblationibus, et fiscis, et censibus multis, in manus episcoporum Vicensium : de qua re videnda Notitia Guifredi Ausonensis episcopi, post annum* 1046 (6).

x Pietotor *non potest non esse nisi* præcentor.

(1) Villanueva, Viaje, tom. VI, pag. 255. — (2) Madoz, Diccionario geografico, v° *Monlleo.* — (3) Florez, España sagrada, tom. XXVIII, pag. 194. — (4) Ibid. pag. 20 et seqq. 29, 174 et 191. Villanueva, tom. VII, pag. 171 et seqq. — (5) Ibid. tom. VI, pag. 18 et seqq. — (6) Cfr Florez, España sagrada, tom. XXVIII, pag. 141 et seqq. et pag. 288 et seqq.

Vide

Vide annotatum s, *ubi traditur Vici in capitulo tres dumtaxat fuisse dignitates.*

y *Castellum de Tous in comitatu Minoricensi jam a sæculo* x, *donante marchesio Borello, dominium factum erat ecclesiæ cathedralis Vicensis* (1).

z *Venditum non fuit ipsum furnum, sed annuus ejus usus; ita ut mera locatio intelligenda sit. Vide supra annotatum* b.

aa *Jam ab ineunte sæculo* XI *penes ecclesiam cathedralem Vicensem erat ecclesia de Torelo, duas leucas a Vico distans. Decimæ sequebantur plerumque ecclesiam.*

bb *Cervaria intelligitur; locus satis notus.*

cc *Ante medium sæculum* XI *Cornetum jam accensebatur bonis templi cathedralis Vicensis* (2).

CAPUT SECUNDUM.

Computi B. Bernardi ab anno 1234 ad 1243 *a*

Sub anno 1234, in festo S. Vincentii (22 januarii), Bernardus de Turre conduxit se cum B. episcopo Vicen. inter conductum et vestitum ordei, et 20 sol (solidis) sine adjuncto; et debet servire unum annum. Fidejussores P. de Gardiola . . . P. (Petrus) de Castaniola et Geraldus frater suus conduxerunt se quilibet pro 4 qrtiis (quarteriis) ordei; et quilibet habet 20 sol... et duas bragas et calciatum ad sufficientiam. Fidejussor B[ernardus] de Bosco. Domenec conduxit se pro quatuor qrtiis ordei, et 20 sol. et duas camisias; et duas bragas, et calciatum. Fidejussor... Vitalis conduxit se sicut Domenec. Martorel debet servire per unum annum. Bernardo debet servire per annum. B. de Torello conduxit se pro 4 qr. (quarteriis) ordei a festo Pascha usque ad unum annum. Fidejussor P. de Manleu. G. de Turre de Torello conduxit se pro 4 qr. ordei. Terminus a kal. madii. Fidejussor P. de Turre de Torello frater suus. Raymundus de Vilar tenetur servire a kal. madii ad unum annum sub ea forma qua Domenec prædictus conduxit se. Fidejussor Bn. de Furus de Vico. Petrus Vitalis tenetur servire a kal. madii ad unum annum sub ea forma, qua Domenec prædictus conduxit se. Fidejussor Brg. de Cute de Gurbo.

2 Anno Dni 1234 pridie nonas februarii ego Frat. P. de Pax *b* recepi a Dno Vicensi episcopo 500 morabatinos et 500 macemutinas et 7 anulos aurei et unum argentei. Et de alia parte recepi a fratre P. Loret 1200 ff * et de alia parte 860 ff *. Item recepi a jam dicto electo 10 marchas argenti.

3 Sub eodem anno XIIII kal. marcii. Memoria quam facit Bn. de Bosco quod mutuavit Dno. B. (Bernardo) Vicen.... ducentas macemutinas in auro et septingentos decem sol. Barchinon. monete de dublenco. Quod confessus est electus prædictus in præsentia fris (fratris) B. de Favars, fris P. de Pax, et fris B. de Sto Martino, et fris de Loret. Sig†num Gllmi de Martorello, qui hoc scripsit mandato ejusdem electi.

4 Acomodavit Bnardus de Sta Eulalia eidem electo centum qrtias ordei, et centum qrtias espelte solvendas... Bn. in blado, vel in denariis, quantum plus valuerit usque ad messes proxime venturas; et hoc est in electione ejusdem Bn. de Sta. Eulalia. Et est fidejussor pro electo Bernardus de Bosco. EX MSS.

5 Debet Dnus electus Bnardo de Sta Eulalia de centum qrtiis ordei et 67 qrtiis de espelta 960... solidos.

6 Debet Dnus electus Bnardo de Bosco inter omnia quæ sibi debebat usque ad VIII id. aprilis trecentas quinquaginta macemutinas.

7 Debet Dnus electus Bnardo de Bosco inter omnia quæ sibi debebat usque ad III non. octobris an. 1234 septingentas macemutinas. Ego B. Vicensis electus hoc sig†num facio.

8 Anno Domini 1235 recepit Gibertus in blado centum sext[arios] minus unus sext[arius], exceptis frumento furni, et semine laboratoris *c*, et blado familiæ de mercede; quæ omnia sunt soluta. *c*

9 Sub anno Dominicæ incarnationis 1235 kal. madii.. Verdager conduxit se cum domino Vicen. episcopo a festo primo venturo S. Marchi usque ad unum annum. B. Verdager fr. ipsius fidejussor. R. de Torello conduxit secum Dno episcopo pro 4 qrtiis ordei. Fidejussor P. de Menleu de Vico. G. de Turre similiter conduxit se. Fidejussor P. de Turre de Torello fr. suus. P. de Castanola et Gr. de Castanola debent servire similiter a proximo festo præterito Sti Vincentii ad unum annum. Fidejussor pro eis Bn. de Boscho. Vitalis de Pratis similiter debet servire. Burdus den Bassa tenetur servire a festo S. Mariæ augusti ad unum annum. Fidejussor Bassa den Sagrista. Burdus de Avinione similiter debet servire. Fidejussor Bg. de Clotis. Vigata similiter debet servire pro quatuor qrtiis ordei. Fidejussor P. Sabater cognatus suus. Duc debet servire ab isto festo S. Luch. ad unum annum. Fidejussor P. de Torrentibus, claviger S. Petri *d*. *d*

10 Sub anno Dni 1235, VIII kal. novembris, in præsentia P. sacristæ Vicen. Bn. de Bosco et Bg. de Clotis et G. de Martorello intus in camera palacii Dnus B. Vicen. episcopus commendavit R. de Clotis de Vico tractationem negotiorum suorum omnium in Vico vel extra scilicet de firmamentis, in quibus non sint bajuli certi episcopi, et terciis et aliis directis *e* episcopi fideliter inquirendis. Et recepit hoc totum prædictus R. de Clotis in præsentia prædictorum, et in fide homagii promisit eidem episcopo fideliter et legaliter se tractare negotia supradicta, et alia ad mandatum et beneplacitum episcopi. Et episcopus in continenti promisit ei dare c sol. singulis annis pro vestibus, ita quod quantum sibi placuerit ipse R. de Clotis gerat et teneat tractatum negotium de prædictis. *e*

11 In anno Dni 1236, kal. januarii, recognitum est totum bladum, quod habebat Dnus episcopus Vicen. in cunctiis . . . . Et habet in palacio 52 qrtias frumenti cum frumento furni percipiendo usque ad Apparitionem Dni *f* proximam. Et 108 qrtias mestalli *g* et 219 qrtias ordei. Et 261 qrtias espelte, computatis omnibus et solutis usque ad hanc diem. Item habet epi- *f* *g*

b recepi

* solidos

* solidos

(1) Cfr Florez, España sagrada, tom. XXVIII, pag. 94, 126, 156 et seqq. — (2) Ibid. pag. 149.

scopus

ex mss. scopus in Arters 35 qrtias frumenti, et 16 qrtias siliginis. Et 28 qrtias mestalli et 114 qrtias et med. ordei. Et 28 qrtias et med. espelte; computatis omnibus et solutis usque ad presentem
h diem. It. habet episcopus apud Montboy *h* 161 qrtia et med. bladi, medium ordeum, med. espelta, ad mensuram de qsta (questia o quistia)
i *i* ipsius castri. Et 3 qrtias et med. frumenti ad mensuram de Aglata. Et ibi debet Bn. de Torrentibus episcopo 12 qrtias bladi, med. ordeum, med. espelta, ad mensuram qstie solvendas sibi in proximis venturis messibus. Item habet episcopus apud Cocalem decem qrtias frumenti, et decem qrtias ordei qrtias. Et debentur eidem episcopo de frumento furni usque ad festum S. Joannis Baptistæ mensis junii 88 qr. frumenti.

12 Sub anno Dni 1236 kal. januarii computavit Bn. de Angulo cum domino episcopo Vicen. de redditibus et exitibus castri de Arters, et, computatis omnibus proventibus et censibus perceptis et percipiendis, exceptis vino et aventu-
k riis *k* et ovibus censualibus usque ad kal. madii, et etiam paccata familia usque ad ipsas kal. debet Bn. de Angulo Dno episcopo 31 qur. frumenti et 16 qur. de segle et 28 qur. de mestallo, et 114 qur. et med. de ordeo et 28 qur. et medio de espelta. Et de supra. — Ego B. Vicensis episcopus subscribo. Sig†num Guillelmi de Martorello, qui hoc scripsit mandato Dni episcopi.

13 Sub anno Dni 1236 kal. februarii, P. de Castanola et Gr. frat. suus debent servire ab istis kal. febr. ad unum annum. Fidejussor Bn. de Bosco. R. de Torelo a kal. aprilis ad unum annum. Fidejussor P. Bg. de Seva a kal. madii ad unum annum. Fidejussor Perpinianus de Mambla. Burdus de Avinione a kal. junii ad unum annum. Fidejussor Bg. de Clotis. Fr. G. de Turre a mediante junio ad unum annum. Fidejussor fr. suus P. de Turre de Torelo.

14 In anno eodem 1236, circa festum S. Johannis Baptistæ mensis junii, facto compoto diligenti de toto blado veteri palacii, tam de receptis quam expensis deductis eisdem expensis usque ad ipsum festum Sci Johannis, remanent de blado veteri in palacio 72 qr. frumenti, et 96 qr. ordei, et 171 qr. espelte, et 30 minus s. qr. mestalli.

15 Anno a Nativitate 1237, decimo kal. februar. Girbertus... cum Dno episcopo de omnibus exitibus et aventuriis perceptis et expensis factis a XIV kal. septem. usque ad præsentem diem. Et computatis omnibus tam receptis et quam expensis, debet Dnus episcopus eidem Girberto inter computum alium et istum 1200 sol. minus 7 sol. et IIII di. (denarii). Ita quod nullum debitum remanet ad solvendum in operatoriis *l* vel alibi in villa Vici præter debitum P. de Sotsrocha et Petri de Torrentibus. Sciendum est quod 10 aurei Brg. de Queralto non fuerunt computati in compoto isto subscripto, quia Dnus episcopus eos solvere debet.

16 Anno Dni 1237, III id. julii, die lune, venit Girbertus ad compotum et sumam cum Dno episcopo, videlicet de omnibus expensis et receptionibus quascumque fecerat idem Girbertus a x kal. februarii transacti usque ad prædictam diem lune. Et est sciendum quod, prædictis omnibus computatis, Dnus episcopus debet eidem Girberto inter omnia tam de isto compoto quam de omnibus aliis 1208 sol. et 3 d. (denarios); et computavit Girbertus in receptionem suam omnia censualia festi Sti Petri usque ad præsentem diem. Et nullum debitum remanet ad solvendum Dno episcopo in operatoriis vel alibi in villa Vici vel in Ausona præter debitum Petri de Subrupe et Petri de Torrentibus *m*. *m*

17 Anno Dni 1237, [III] id. julii, die lune, computavit Girbertus cum Dno episcopo de omnibus bladis, quæ receperat et expenderat usque in præsentem diem. Et est sciendum quod remanent penes Girbertum 180 qurterie ordei, et 133 qurterie de expelta, et 68 qurterie frumenti. Et in hoc compotum nihil venit vel fuit computatum de blado præsentis anni, scilicet a festo S. Joannis Bapt. proxime transacto citra, nec de mercede familie. Sig†num Petri Dezpi, notarii Dni episcopi, qui hoc scripsit die et anno præfixis.

18 Anno Dni 1237, nonas decembris, venit ad compotum et sumam Girbertus cum Dno episcopo videlicet de omnibus expensis et receptionibus quascumque fecerat idem Girbertus nomine vel ratione episcopi usque ad diem illam quoquomodo. Et est sciendum, quod, prædictis omnibus computatis, Dnus episcopus debet eidem Girberto inter omnia tam de præsenti compoto quam de transactis omnibus quingentos 23 sol. et Girbertus debet recipere omnes census et redditus ad Dnum episcopum pertinentes usque ad diem ferius memoratam. Et nullum debitum aliud remanet ad solvendum Dno episcopo in operatoriis vel alibi in villa Vici neque in Ausona præter debitum tantum Petri de Torrentibus.

19 Anno Dni 1238, XV kal. februarii, die lune, computavit Girbertus cum Dno episcopo de omnibus bladis, quæ receperat et quæ expenderat usque in præsentem diem. Et est sciendum quod remanent penes Girbertum 288 qurterie ordei et 110 frumenti, et 147 espelte inter omne bladum vetus et novum; et est satisfactum familie de toto logerio *n* præsentis anni, s[cilicet] quod debent habere unusquisque eorum *n*
usque ad kal. junii. Verumtamen joverii *o* debent accipere bladum pro cibo ab hac die solummodo in an[non]a, et non venerunt in hoc compotum 83 qur. frumenti, quæ sunt recipiende adhuc pro furno usque ad festum S. Joannis Baptistæ. Sig†num Petri Dezpi, notarii Dni Vicen. episcopi, qui hoc scripsit die et anno præfixis. *o*

20 Anno Dni 1238 pridie videlicet kal. junii die lune, venit Girbertus ad compotum et sumam cum Dno B. Dei gratia Vicen. episcopo de omnibus et singulis que idem Girbertus usque ad diem prædictam nomine vel ratione ejusdem episcopi receperat vel expenderat quoquomodo. Et est sciendum quod, omnibus prædictis et singulis legitime computatis, Dnus episcopus ab eodem Girberto se tenuit per paccatum ad suæ bene placitum voluntatis et ipse Girbertus a Dno episcopo per paccatum se tenuit versa vice. Actum est hoc die et anno præfixis sub præsentia fris P. de Calsareins, fris B. de Sto Martino, monachorum, Raimundi de Clotis, Paschasii, et Petri de Pinu, notarii ejusdem Dni episcopi, qui hec scripsit.

21 Anno Dni 1238 id. decembris die veneris venit ad compotum et sumam R. de Clotis cum Dno episcopo B. Dei gratia Vicen. episcopo de omnibus, quæ reciperat et expenderat idem R. nomine vel ratione Dni episcopi usque diem superius memoratam. Et est sciendum, quod omnibus

omnibus et singulis computatis, debet Dnus episcopus eidem Raimundo de Clotis 109 sol. minus 13 d.; et remanent penes eundem R. de Clotis s (scilicet) in palatio Dni episcopi 66 qr. (quarteriæ) frumenti et 155 qr. et media ordei et 8 qr. de segal. et 92 qr. et media de espelta et 2 qr. favarum. Actum est hoc die et anno præfixis in præsentia P. Vicen. sacriste, fratris P. de Calsareins, Girberti, et Petri de Pinu, notarii Dni episcopi antedicti.

22 Item die martis, in antea facta mesuratione, fuerunt invente in palatio 260 qrtie ordei ad mesuram rasam, et de espelta 160 qr. similiter ad mesuram rasam, et de frumento 145 qr. et de milio 3 qr. et media ad mesuram rasam. Et hæc fuerunt præter solagium quod remansit
p ad civitam *p* hospitum.

23 Anno Dni 1239, XIII kal. junii, videlicet die veneris, venit ad compotum et sumam Girbertus cum Dno B. Dei gratia Vicen. episcopo de omnibus; quæ receperat et expenderat idem Girbertus nomine vel ratione Dni episcopi a die qua antea computaverat usque ad præsentem diem. Et est sciendum quod, omnibus et singulis computatis, Dnus episcopus debet eidem Girberto, inter omnia computatis vestibus et aliis omnibus tam de præsenti computo usque ad præsentem diem quam etiam de transacto, mille et sex solidos. Et non debet in operatoriis vel in
q alio aliquo loco aliquid, quod manulevaverit *q* jam dictus Girbertus. Et remanent penes eundem Girbertum in palatio centum vigenti et quatuor qrtarie frumenti, et quod teneat furnum usque ad festum Sti Joannis, et quadraginta qrterie ordei, et centum quatuor qrterie et dimidia espelte, et due quterie de milio. Actum est hoc die et anno præfixis in præsentia fris P. de Canesereins, et R. de Clotis et A. Alamanni notarii Dni episcopi.

24 Memoriæ R. de Clotis. Venit ad computum cum Dno episcopo, anno Dni 1239, XIII kal. junii, de omnibus, quæ receperat vel expenderat nomine ipsius episcopi et computatis omnibus, debet ei Dnus episcopus centum viginti et septem solidos. Et Dnus episcopus est bene paccatus suus, et R. de Clotis similiter versa vice.

25 Anno Dni 1239, kal. octobris, die mercurii, computavit Girbertus cum Dno episcopo de omnibus bladis, tam veteribus quam novis, quæ receperat et expenderat usque in præsentem diem. Et est sciendum quod remanent penes Girbertum 87 qurterie et media frumenti, et mestalli 45 et media, et ordei 116 qur., et expelte 126 et media. Et in hoc compotum non venit milium, neque quinque qurtie frumenti, quæ recipiende sunt in sabbato ante festum
r S. Michaelis, neque etiam de mensatis *r* mensium septem[bris] et aprilis. Et est satisfactum
s troteriis de loquerio *s* suo preterquam de præsenti anno usque ad junium. Et est similiter satisfactum joveriis de loquerio et cibo, quantum ad præsentem annum. Et habet computare jam dictus Girbertus denarios, quos habuit de 38 qurteriis frumenti cum alio computo denariorum, quod fuit factum XIII kal. junii retro, in quo computo debebat sibi episcopus 1006 sol. Et hoc fuit factum in præsentia F. P. de Cauceens et R. de Clotis et A. Alamanni, Not. Dni episcopi.

26 Anno Dni 1239, XVIII kal. decem., die scilicet lune, computavit Girbertus... Dnus episcoput debet eidem Girberto, inter omnia computatis vestibus..... mille et VI s. Et in hoc fuit in præsentia Fr. Bqii. Fr. G. de Baucerenni, R. de Clotis et A. Alamanni, Not. Dni episcopi. EX MSS.

27 Anno Dni 1240, 3 id. martii. Hæc est memoria q. R. de Clotis venit ad computum cum Dno B. Vicen. episcopo de omnibus, quæ receperat vel expenderat nomine ipsius episcopi; et computatis omnibus, debet ei Dnus episcopus 105 sol. et 5 d. et obulum; et Dnus episcopus est bene paccatus suus, et R. de Clotis similiter versa vice.

28 Anno Dni M.CC. quadragesimo, XVIII kal. julii, scilicet die jovis, computavit Girbertus cum Dno episcopo de omnibus... Dnus episcopus (ut supra) 892 sol. et 5 di. : : : :]Hoc autem fuit factum præsentibus Fr. P. de Calezareins, Fr. Bg. de Sanangia, Fr. R. de Martorel, R. de Clotis, Poncio de Argilagosa scriptore. Item preter istud compotum debet persolvere Dnus episcopus G. Cortesii juniori 60 sol. et P. de Subtusrocha 5 morabatinos, et R. Coqui 115 sol. et R. de Luciano 48 sol. et R. de Clotis 55 sol.

29 Anno Dni M.CC. quadragesimo, III kal. novem., scilicet die martis, computavit Girbertus cum Dno episcopo etc. Dnus episcopus debet 826 sol. et 41 di. et non amplius. Hoc autem fuit factum præsentibus Fr. P. de Calezareins, et R. Fr. Bg. de Sanangia, B. de Talavera, R. de Clotis, et B. de Clotis, filio ejus, et Poncio de Argilagosa scriptore publico villæ Vici. Item preter istud compotum debet persolvere Dnus episcopus P. de Subtusrocha 5 morabatinos, et B. Coqui 115 sol.

30 Anno Dni M.CC.XL. primo, idibus februarii, sequenti scilicet die post festum Stæ Eulaliæ Barchi., computavit Girbertus cum Dno episcopo de omnibus, etc. Dnus episcopus debet 549 sol : : : Actum est hoc præsentibus. 577 sol. minus 4 d. : : Quod fuit factum præsentibus R. de Clotis, Fr. P. de Calezareins, magistro B. notario Dni episcopi.

31 IV. non. madii, anno Dni M.CC.XL.I, sequenti scilicet die post festum Stæ Crucis, computavit Girbertus cum Dno episcopo de omnibus etc. Dnus episcopus debet 603 sol. : : Actum est hoc præsentibus R. de Clotis, B. de Talavera, Fr. P. de Cadzarns. Manifestem est etiam quod remanent in palacio 156 qrtie ordei, et 52 qrtie spelte, et 80 qrtie frumenti; et non computatum hic frumentum quod debet haberi de furno usque ad festum Sti Joannis, scilicet 32 qrtie frumenti et media.

32 VI kal. septem. anno Dni 1240, primo die martis ante kal. ejusdem mensis, computavit Girbertus cum Dno episcopo de omnibus bladis tam veteribus quam novis, etc. Remanent in palatio 400 qrtie ordei, computatis in isto ordeo mestallio et legumine, et de frumento 158 qrtie et media. Et de espelta 92 qrtie et media. Et est certum quod in hoc computum prefatum venit frumentum, ordeum, et espelta de mensata aprilis de Salliforis *t*.

33 v. kal. septemb., in die Sti Augustini, an. Dni 1241, computavit Girbertus cum Dno episcopo de omnibus etc. Dnus episcopus debet 544 sol. et dim[idium]. Et est certum quod dictus Girbertus debet persolvere 20 et 4 sol. de Luciano. Preterea sciendum est quod Dnus episcopus nihil aliud debet in villa Vici sine instrumentis; debet enim Girbertus persolvere omnia debita, quæ sunt in instrumentis. Masmutine vero de pto (prato) Vici non venerunt

ex mss. in hoc computum, quia sunt scilicet 17 masmutine et quarta. Actum est hoc prefata die et anno, præsentibus Fr. P. de Cadzarès, Fr. Bg. B. de Clotis, et B. Fr. Not. Dni. episcopi.

34 VIII id. augusti, anno Dni 1242, computavit R. de Clotis cum Dno episcopo de omnibus, quæ receperat vel expenderat usque ad præsentem diem. Et est certum quod, universis et singulis computatis, debet Dnus episcopus dicto R. de Clotis 90 sol.; et nihil aliud debet episcopus in villa Vici, nisi forte a die, qua venit Valentia *u*, prout scilicet Girbertus ostendet in computo suo ab illa die citra.

35 Anno Dni 1240 secundo, videlicet XVII kal. novemb. computavit Girbertus cum Dno episcopo etc. Dnus episcopus debet eidem Girberto 335 sol. et 4 d. Preterea sciendum est quod Dnus episcopus nihil aliud debet in villa Vici sive in Ausona sine instrumentis. Certum est etiam quod in hoc computum non venerunt 5 morabti P. R. de villa de Maya (valla de Mara) et alii 5 mora. B. et Btrandi de Tornamira, nec 24 solidi R. de Luciano, nec 81. sol. R. de Clotis, nec 150 sol. Fr. P. de Calezareins, nec debitum P. de Cumbaulmorum. Hoc autem fuit factum, præsentibus Fr. Bg. de Sanangia, et Fr. G. Richer, et R. de Clotis. Sig†num mei Poncii de Argilagosa, scriptoris ville Vici, qui hoc scripsi et interfui compoto supradicto.

36 VI kal. jan. anno Dni 1242 computavit R. de Clotis cum Dno episcopo de receptione panis et denariorum furni et de expensis ejusdem; et est certum quod receperat de pane usque ad hanc diem præsentem 716 sol. et 8 d [enarios] et obolum. Et receperat in denariis 580 sol. minus III d. et obolo. Præterea sciendum est quod expendit in furno et in missionibus ejusdem 220 et III sol. et 8 d. Verumtamen sta præsens septimana Natalis Dni usuvenit in hoc computum, quia non potuit sciri quantum erat. Eodem die et anno fuit summa et memoria de omnibus computatis tam de furno quam de aliis; et computatis 300 sol., quos episcopus dedit R. de Clotis, debet Dnus episcopus eidem R. 200 minus 11 sol.

37 VI kal. kal. jan. an. Dni 1242 computavit Girbertus cum Dno episcopo de omnibus etc. Dnus episcopus debet 582 sol. minus 3 d. Manifestum est etiam quod remanent in palacio 137 qrtie frumenti et media, et 305 qrtie ordei et 82 qrtie espelte et media. Sciendum est quod Dnus Ep. debet ex alia parte Girberto 37 sol. et 4 d. Actum est hoc præsentibus Fr. P. de Cadzarès, et R. de Clotis, et Peytavino, et Bn. de Clotis.

38 Anno Dni 1240 tercio, videlicet III id. februarii computavit Girbertus cum, etc. Dnus episcopus debet 338 sol. et 3 di. Certum est etiam quod in hoc computum non venerunt 81 sol. R. de Clotis, nec debitum P. de Cumbaulmorum, nec 50 sol. quos Dnus episcopus debet R. de Villa, pro F. de Torrentemalo. Hoc autem fuit factum præsentibus Fr. Bg. de Sanangio, et Fr. G. Richer et R. de Clotis. Sig†num mei Poncii de Argilagosa scriptoris ville Vici, qui hoc scripsi et interfui compoto supradicto.

39 Anno Dni 1240 tercio, videlicet id. julii computavit Girbertus cum Dno episcopo in palacio de omnibus, quæ receperat et expenderat idem Girbertus nomine et ratione Dni episcopi a die qua antea computaverat, ut predicitur, usque ad hanc præsentem diem. Et est sciendum quod, omnibus et singulis computatis, Dnus episcopus debet eidem Girberto inter omnia 740 et 2 sol. et 2 di. Certum est autem quod in hoc compotum non venerunt aliqui morabatini, quos Dnus episcopus debet alicui vel aliquibus, nec venit illud quod episcopus debet militibus pro feudo, nec etiam in hoc compotum venerunt debitum R. de Sala, Vicensis canonici, nec debitum P. de Sala, clerici, nec debitum Bg. do Sco Salvatore, Vicensis, ebdomadarii *x*. Sciendum est preterea quod Dnus episcopus nihil aliud debet in villa Vici sine instrumentis, quia quidquid episcopus debet in villa Vici sine instrumentis, totum tenetur solvere prædictus Girbertus. Hoc autem fuit factum præsentibus Fr. Bg. de Sanangia monacho Scrum Crucum et R. de Clotis. Sig†num mei Poncii de Argilagosa, scriptoris ville Vici, qui hoc scripsi et interfui computo supradicto.

40 Anno Dni 1240 tertio, videlicet XI kal. novemb. *y*, computavit Girbertus cum Dno episcopo in palacio de omnibus, quæ receperat et expenderat idem Girbertus nomine vel ratione Dni episcopi a die qua antea computaverant, ut predicitur, usque ad hanc præsentem diem. Et est sciendum quod, omnibus et singulis computatis, Dnus Ep. debet eidem Girberto inter omnia 1167 sol. et 6 di. Certum est autem, quod in hoc compotum non venerunt aliqui morabatini, quos Dnus, episcopus debet alicui vel aliquibus, nec venit illud quod Ep. debet militibus pro feudo, nec etiam in hoc compotum venerunt debitum R. de Sala Vicen. canonici, nec debitum P. de Sala clerici, nec debitum Bg. de Sco Salvatore, Vicen. ebdomadarii. Sciendum est preterea quod Dnus episcopus nihil aliud debet in villa Vici sine instrumentis, quia quidquid episcopus debet in villa Vici sine instrumentis totum tenetur solvere prædictus Girbertus. Preterea sciendum est quod vestes monachorum et familie palatii venerunt in hoc compotum. Hoc autem fuit factum præsentibus R. de Clotis, B. Coqui, et magistro B. Sig†num magistri Bnardi predicti, qui hoc scripsi mandato Dni episcopi et interfui compoto supradicto.

ANNOTATA.

a *Ordine temporis disposuimus hos computos, ab illustrissimo episcopo Vicensi acceptos. Initium declaravimus in Commentario prævio, numm.* 60 *et seqq.*

b *In Commentario prævio num.* 67 *explicuimus fratres, qui hic passim appareant, videri omnes monachos Cistercienses fuisse abbatiæ SS. Crucum. Ibidem explicuimus quomodo eis liceret commodato dare* B. Bernardo.

c Laborator, *vulgo* laboureur, agricola. *Significatur hoc loco, præter frumentum, furni consumendum in palatio, semen necessarium agricolæ, et frumentum accipiendum pro mercede seu usu furni* 99 *sextarios concreditos fuisse Girberto, qui eos venderet aut servaret, et de quibus certe rationem postea reddere debebat. De frumento furni vide infra num.* 31.

d Claviger S. Petri *est* sacrista capituli Vicensis, *una ex tribus dignitatibus. Venit postea inter creditores beati viri.*

e Firmamenta, bajuli, tertiæ *et* directa *difficultatem facessunt. In Cangiano Glossario adducuntur*

adducuntur ex Donatione Petri, regis Aragonum, anno 1212 *facta, hæc verba :* Firmamenta omnium causarum civilium et criminalium; *ex quo loco firmamenta mulctas esse diceres : videntur tamen hic, ut alibi* firmantiæ, *omne genus præstationum esse.* Bajuli, *sæpe superiorum potestatum locum tenentes, hic omne officialium genus repræsentare videntur.* Tertiæ *aliquando jus sunt percipiendi tertiam frugum partem; sed per synecdochen significant quodcumque jus aliquam frugum partem percipiendi. Non omittenda hic charta consecrationis ecclesiæ cathedralis Vicensis; quæ consecratio anno* 1038 *facta est. Constare enim ex illa charta videtur vere* tertiam partem *fuisse. Accipe verba* (1) : Tertiam partem de redditibus ecclesiarum, vel sylvarum, aut de pratis, aut eremis, sive rafigis, vel quos hujus patriæ vulgus TERTIOS ABSOLUTE VOCAT, quemadmodum hucusque habuit, vel habere debuit... ut in perpetuum... possideat confirmamus. Directa *sunt* jura *qualiacumque, vulgo* droits.

f Notandum est... Apparitionem... idem esse cum Epiphania : *ita legitur in Ordine officii Gothici tom.* III *Collect. concil. Hisp. pag.* 266, *atque inde in Glossario Cangianc.*

g Mestallum *est frumentum mixtum cum hordeo, vulgo* métail.

h *Castellum Montbuy, uti et Castellum Tous, de quo alibi, sita in extrema Marca Ausonensi, jam sæculo* X *possidebantur ab episcopo Vicensi* (2). *De Arters jam supra fuit dictum. In omnibus videtur fuisse procurator; et quidem num.* 12 *apparet Bernardus de Angulo, hoc officium agens in castro de Arters.*

i Questia, quistia, questa, *vulgo* quête, perquisition, droit de fouage, *videtur hic, uti et alibi, quodcumque jus significare.*

k Aventura, caducum *seu* casuel *et quidquid ex confiscationibus et mulctis domino feudi aut prædii quasi fortuito obvenit. Cangius, in Glossario,* v° Aventura. Paccata familia, *quæ pone venit et alibi sæpius, est quæ statutum pretium accepit,* qui a été payée.

Operatoria *sunt officinæ, in quibus laboratur.*

m *Petrus de Subrupe et Petrus de Torrentibus iidem sunt, qui paulo supra dicuntur P. de Sotsrocha et Petrus de Torrentibus; quorum posterior canonicus Vicensis erat. Eadem die de expensis et receptis atque etiam de bladis rationem reddidit Girbertus.*

n Logerium *est* merces; *nunc etiam provinciali lingua* loger *dicitur quod Gallis est* récompense. *Verumtamen ipsi Galli sæculo* XVIII *adhibebant adhuc vocabulum* loyer *loco* récompense, salaire, *etc.*

o Joverii *seu* juverii *apud Aragones et Catalaunos sunt* bubulci, *ut in appendice ad Cangii Glossarium manifeste ostendit Carpentarius.*

p Civita *seu* civata, civada, cibado, sibado, sibada, *est præstatio hordei, avenæ et aliarum forte frugum, quæ dominis feudorum penditur, maxime ratione juris hospitii. Cfr Cangius in Glossario,* v° Civada.

q Manulevare *est* fidejubere; *ita ut hoc loco significetur Girbertum se obligasse ad reliqua omnia, si quæ sint, solvenda. Tum et deinceps videtur nonnihil a Girberto cavisse* B. Bernardus.

r Mensatæ *sunt servitia per mensem et annona per mensem; uti dabit Cangius in Glossario, videtur posterior significatio hic adhibenda.*

s Troterii *sunt* cursores, *quasi diceres* trotteurs. Loquerium *est idem quod* logerium *supra annotato* n; *id est* merces.

t *Castellum de Salforas, una leuca distans a Vico et ad occidentem spectans, jam sæculo* XI *inter bona sedis Vicensis erat* (3). *Hinc singulis mensibus fruges accipiendæ erant.*

u *De expeditione Valentina adversus Mauros vide Commentarium prævium numm.* 109 *et seqq. atque etiam testamentum* S. Bernardi.

x *Erant tum Vici triginta canonici; dein clerici nonnulli. Verum, licet hebdomadarius ille passim sit canonicus qui sacrum majus canit et omnes horas incohat, non tamen videtur hoc loco illo sensu venire. Hebdomadarius scilicet apud Vicenses hebdomadarium officium aut canonicale vel non erat, vel non erat semper; sed* hebdomadarii *illis erant qui alibi dicebantur* parochi, sacerdotes, rectores, *etc. Quæ res constat ex ordinatione Raimundi de Anglesola seu de Angularia, episcopi Vicensis, qui anno* 1267 *vetuit ne deinceps diœcesis suæ ecclesiæ haberent* duos hebdomadarios seu duos rectores, *jubens ut* qui fuerit rector tot teneret presbyteros et servitores in eadem ecclesia in suo officio quot usque tunc consuescerent ibi esse et deberent (4).

y *Quatuor itaque diebus ante mortem hunc computum fecit* B. Bernardus. *Unde apparet eum non esse mortuum ex diuturno morbo.*

CAPUT TERTIUM.

Charta ultimæ voluntatis S. Bernardi Calvonii.

Ex editione Jacobi Ripoll et Jacobi Villanueva.

Disponit S. Bernardus *de rebus, quæ in palatio suo erant,*

In Christi nomine. Hoc est memoriale *a* quod nos Bernardus, Dei gratia Vicensis episcopus, facimus presentibus Petro de Ayreis et Petro de Brolio et Petro de Pausa, Vicens. canonicis, de omnibus pannis, et vasculis tam panis quam vini, et de omnibus aliis arezamentis *b* et rebus, que nos emimus et modo sunt in palacio nostro; et etiam de omnibus debitis que nos solvere tenemur. In primis sunt in palacio VII culcitre, et XIIII Lodices, et XV capcialia, et IIII matalasia, et V saglits, et VIII lecti lignei, et III strails, et Ia almuseria, et due vanoe, et I coopertorium staminis fortis, et V pulvinaria *c*.

a

b

c

in coquina et alibi,

2 In coquina sunt due caldarie eree, scilicet Ia parva que est fracta, et alia magna que non est fracta, et duo clamascles ferri, et III olle

(1) Florez, España sagrada, tom. XXVIII, pag. 283. — (2) Ibid. pag. 254. — (3) Cfr ibid. pag. 161. — (4) Villanueva, Viaje, tom. VII, pag. 258.

eree

EX IMPR.

eree, et II olle eree que sunt fracte, et unum morterium ereum, et IIII ferres ignis, et I caput focarium, et due conque de lautone, et I pelvis, et IIII quantaleres eree, et due padeles, et IIII asts ferri, et IIII secures, et III coopertore ferri, et quedam grailles, et quedam mols ferri, et due cacie eree fracte, et I torrador caseorum, et III loces, et I morterium lapideum, et Ia sperla ferri, et I forroil *d*.

d *scilicet de utensilibus domesticis, sacris,* *e f*

3 Item est in palacio una lanterna ferri cum coopertorio de staminea, que pendet in consistorio *e*. Est in camera episcopi una ataud *f*. Sunt in dispensa V arche et Ia ataud, et II pasteres, et III gerres olieres, et due bote ligni, una in qua *g* stat nectar, et alia in qua stat acetum *g*. Et in *h* farnera *h* sunt II atauds, et in granario IIII atauds, et in capella sancti Narcissi est una ataud. Et sunt in dispensa VII tovailles et II *i* tessors *i*. Et sunt in palacio X tabule, et Ia mensa *k* rotunda, et V banchs *k*. Et sunt in palacio.... condirecta, et I cub esdogad, et II soladors, et aliud cub parvum, et Ia tinna, et IIII paria de portatoribus maneris, et XIII tonne, et V austores prime.... camera palacii majoris I ataud. Item sunt in palacio V selabasts, et duo porci pastius *l*. Sunt in capella palacii IIII libri scilicet Officiarius, et Epistolarius, et Textus, et Misale, et duo vestimenta sacerdotalia, et duo calices, unus argenteus et alius stagni, et una almuceria; tamen calix argenteus est ecclesie sancti Petri. Et sunt in capella, quam nos defferimus nobiscum, indumenta pontificalia et unus liber, qui dicitur Ordinarius episcopalis, quem *m* nos fieri fecimus *m*.

m *rusticis et aliis.* *n*

4 Sunt in manso nostro duo paria bovum et tria aradria condirecta, et dues axades *n*. Preterea habemus in nostro palacio Vici unam alcubam. Et habemus apud Valenciam in domibus nostris aliam alcubam majorem et pulcriorem illa alia predicta. Item habemus VIII anulos aureos cum lapidibus, et unum anulum argenteum cum lapide. Preterea habemus unum lapidem qui dicitur stopacius *o* sine anulo. Certum est autem quod nos emimus omnia et singula supradicta preter pauca. *o*

Debita sua orta ex quinta, *p* * denarios

5 Debita siquidem, que tenemur solvere, sunt hec. In primis certum est quod debemus quinte *p* MMM. C. XC. VIIII. sol. et V di *. Et in compotum quinte non venit illud quod tenemur dare pro nostra parte, quod levat sive facit M. DCCC. XL. I. sol. et I. di., nisi magister Philippus vel ejus locum tenens voluerit quod deducantur expense mansi nostri, que sunt D. L. sol. preter L sol. qui jam computati sunt in illa summa VIIII millia CC. V. sol. et V di. Et est certum quod dominus archiepiscopus habuit jam de quinta XI. milia sol. Item debemus domino archiepiscopo Tarrachon. C. morabatinos qui sunt de quinta; de quibus idem archiepiscopus habet instrumentum. Item recepimus nomine quinte a priore Stagnen. *q* DCCC. sol.

q *titulo acceptionis* *r*

6 Item de CC. LXX. et IIII. aureis, quos debebamus P. de Torrentibus *r* *, pro quibus erat ei obligatus noster furnus, fuit jam ipsi P. de Torrentibus satisfactum de exitibus ipsius furni in festo sancti Joannis proxime transacto in DCCCC. L. et III. sol. monete curribilis Barchin. *s* de duplo *s*. Item debemus eidem Petro de Torrentibus ex alia parte CC aureos; pro quibus est ei obligatum cum carta illud debitum, quod Bernardus de Angulo de Arteriis debet nobis *t* ratione venditionis exituum Castri de Arteriis *t*.

Item debemus Ruberto de Pulcrovicino cum carta D sol. Jachen. pro quibus ei obligavimus illos censuales de Terrachona, qui sunt XXX aurei vel circa.

et commodati, propter expeditionem Valentinam et castrum de Torrodella initi, enumerat, *u*

7 Item debemus cum carta isti presenti prepposito Minorise *u* CCC sol. Barchin. de duplo, quos ab ipso mutuo recepimus, quando ivimus Valentiam, pro quibus ei obligavimus exitus de Marganello: quos exitus levavit per duo expleta cum isto presenti expleto. Item debemus magistro R. Barchin. canonico XL. II. aureos vel circa, prout in instrumento inde confecto plenius continetur. Item debemus magistro Guillermo commoranti in Vico LX aureos, quos ab eodem mutuo recepimus ad illam solucionem CCC aureorum, quam facere tenebamur pro facto Valencie et castri de Torrodella *x*. Item debemus Petro de Subtusrocha V morobatinos, quos manulevavimus ad predictam solucionem faciendam. Item debemus Fri Petro de Calczareins *y* LXX sol. de duplo et Berengario de sancto Salvatore Vicen. ebdomadario LX sol. et Petro de Sala clerico XL sol. et Joanni clerico et monacho Sancti Martini de Cotibus pro facto de Torrodella XXXVII sol. et Guillermo Clerico de Quadris XX sol. pro eodem facto de Torrodella. Item debemus R. de Sala Vicen. canonico XXII sol. Item debemus Gisberto DCCXLIII sol. et V di., prout in albarano *z*, inter nos et ipsum facto per alphabetum diviso, continetur. Item debemus prepositure aprilis *aa* CXX sol. Mlgrs *., quos recepimus a Bernardo de Moraria de Minorisa, prout in instrumento vendicionis continetur. *u* *x* *y* *aa* * Melgorienses

et curat ut omnino solvantur.

8 Et quia certum est quod omnia debita quibus nos sumus obligati debemus pro facto Valencie, et pro castro de Torrodella, et pro causa Rivippolli, et pro melioramento quod fecimus in furno ville Vici, si successor noster vel aliqua alia persona opposuerit aliquod impedimentum ad predicta debita persolvenda, in presenti assignamus et obligamus ad ipsa debita persolvenda castrum de Torrodella, et omnes domos, quas habemus in civitate Valencie, et castrum de Sagard, quod est in regno Valencie, et illas duas alcherias, videlicet de Labayren et de Cunilayre, quas nobis auffert dominus rex, et illos V aureos, quos emimus in palacio, et omnia vasa vinaria et universa alia superius nominata que nos emimus, et totum bladum nostrum quod habemus in palacio et apud Montembovinum *bb*, et nostras decretales novas. *bb*

Remunerat procuratores suos et exsecutores ultimæ suæ voluntatis instituit.

9 Ceterum in recompensacionem servicii, nobis exhibiti a Raymundo de Clotis et Gisberto Gauterii, damus ipsi Raymundo de Clotis, si nos mori contigerit, nostram mulam falvam, et damus eidem Gisberto nostrum palafreudum; que mula et qui palafreudus ipsis dentur et tradantur statim post obitum nostrum sine aliqua questione. Predicta quidem omnia et singula comitimus fidei P. de Gavarreto Vicen. sacriste, et predictorum Petri de Ayreis et Petri de Brolio et Petri de Pausa, Vicen. Canonicorum, ut ipsi omnia nostra debita persolvi faciant, ut superius dicitur, de omnibus rebus predictis; et etiam quod faciant restitui de omnibus rebus predictis omnes nostras injurias, si quas alicui tenemus. Quibus debitis persolutis et injuriis restitutis, totum residuum tradatur successori nostro episcopo. Et si predictus sacrista nequiret hiis predictis interesse, dicti tres procedant, sua absencia non obstante, ad predicta debita persolvenda

solvenda et injurias emendandas, et ad omnia alia (ut dictum est) adimplenda.

Quia monachus est, testamentum non facit, sed memoriale,

10 Et quia testamentum facere non possumus, nec debemus, cum simus monachus, facimus memoriale de nostris debitis omnibus et de rebus aliis predictis universis, quemadmodum superius est expressum. Rogamus itaque archidiachonum et precentorem et totum capitulum Vicen. quod non opponant aliquod impedimentum, nec opponi permitant ad nostra debita persolvenda, et ad injurias nostras restituendas, sive ad alia (ut predicitur) adimplenda.

quod archiepiscopo Tarraconensi committit.

11 Denique ponimus et mitimus istud memoriale et omnia hic expressa sub proteccione et deffensione Dni archiepiscopi Terrachon., eidem humiliter supplicando quod omnia et singula, hic scripta, attendi faciat et compleri ac firmiter observari in omnibus, quemadmodum sunt superius annotata. Hec autem omnia facimus salvo jure successoris nostri in rebus videlicet spectantibus ad mensam episcopalem. Quod est factum pridie idus julii anno Dni MCCXL. tercio. Ego Bernardus Vicensis episcopus, subscribo †. Ego Petrus de Pausa, Vicen. canonicus, subscribo †. Eg†o Petrus de Brulio, Vicensis canonicus, firmo. Ego Petrus de Gavarreto, Vicen. sacrista, firmo †.—Cum Fr. Guillermus de Corzana, monachus Sanctarum Crucum, aportasset nobis presens memoriale ex parte Ven. fratris Vicen. episcopi, quod subscriberemus in eo, et literas ab eo recepissemus, nos Petrus, Ste Terrach. ecclesie archiepiscopus, subscribimus in eodem. Sig†num Petri de Ayreis, Vicen. canonici et publici ville Vici notarii. Sig†num Poncii de Argilagosa, scriptoris jurati, qui hec scripsit mandato Petri de Ayreis publici Vicen. Not. die et anno quo supra.

ANNOTATA.

a *Vocat* memoriale *potius quam* testamentum, *quoniam, ut infra ipse significat, monachus erat. Vide tamen Commentarium prævium, num.* 124.

b Aresamen *in lingua provinciali dicitur significare* équipement, ordonnance, disposition.

c Lodices *etiam latinis* stragula coopertoria *seu* vestes lectorum. Capcialia, *quæ vox fugit Cangium, provincialibus* cabes, cabessial, chabes, cabessier, cabet, cabeçal, *Italis* capezzale, *Hispanis* cabezal, *est transversum lecti cervical, vulgo* traversin. Culcitra *autem, immo* culcita, *hispanice* colcedra, *est lectus plumeus.* Matalasia *sunt* matelas *seu lectus laneus.* Saglits *me torquet plurimum. Conjicio tamen esse pannum laneum subtilem, usitatum in Hispania, hispanice* sayalete, *gallice* bure fine. *Provinciales nunc adhuc dicunt* saga, *olim* sagel. Saglits *itaque possunt esse interulæ aut tunicæ laneæ.* Strails *suntne tomenta straminea?* Almuseria *idem quod* almutium, *vulgo* aumusse; vanoæ *seu* vannæ *sunt stragula;* stamen forte *seu* stamfort *est panni species, ipso suo nomine satis indicata; et* pulvinaria *demum,* coussins.

d *Instrumenta culinaria alia facilius intelliguntur; alia difficilius: conatum qualemcumque faciamus. Missis itaque caldariis æneis,* clamascles ferri, *provincialibus* cumascle, cremal, carmal, cremascle, carmalher *et* clumascle, *Catalaunis* capmascles, *est lamina denticulata seu catena suspendendis supra ignem lebetibus destinata, vulgo* crémaillère; ferres ignis *videntur esse* des tisonniers; caput focarium, *lingua provinciali* chafuec, cafuech, carfuch, *etc. vulgo* chenet, *est fulcimentum ligni in camino.* Conque de lautone *sunt pelves ex orichalco,* bassins de laiton; quantaleres *(ut edidit Ripoll) videntur esse candelabra; sin autem legendum (ut est apud Villanueva)* quantareles, *venit id a* cantharo *et scriptum est pro* cantharulis, *vulgo* petits vases pour contenir de l'eau ou du vin; padeles *pro* patellis *seu* parvis patinis, *vulgo* plats; asts ferri *pro* astis, *immo* hastis, *sunt verua, vulgo* des broches de fer; coopertore ferri, *vulgo* des couvercles en fer; grailles, *craticulæ, vulgo* grils; mols ferri, *mulctra (ni fallor) ferrea, vulgo* vases à traire le lait, *nisi potius sint moletrinæ ferreæ,* des moulins de fer : *certe* mol *lingua provinciali et* molé *lingua catalauna est* moulin; caciæ, *catalaunice* casse, *vulgo* poêlon; torrador caseorum, *instrumentum quo caseus torretur,* est rôti; loces, *cochlearia majora, vulgo* lousses; sperla ferri, *pro* sperula *ab* spherula *ex ferro, est vas ferreum rotundum; demum* forroil, *seu* ferrolh, ferroulh, fourroulh, veroul *et* barroulh *est veruculum,* une broche.

e Coopertorium de staminea *est involucrum ex panno, dicto* étamine. Consistorium *est* vestibulum, porticus, aula anterior.

f Ataud, *etiam* ataud *hispanice,* ataude *lusitanice,* atahut, ataut, taut, atahuc *lingua provinciali, est* feretrum, sandapila, *gallice* bière. *Olim erat etiam hispanice mensura granaria. Non potest itaque hic nil nisi arcam quamdam, vas quoddam ligneum significare.*

g Pastera *catalaunice,* pastiera *lingua provinciali, est latine* mactra, *vulgo* huche. Gerres olieres *sunt* vasa olearia, des jarres à huile. Bota ligni *sunt* dolia lignea; bota *Catalaunis, Hispanis, Lusitanis et Provincialibus est* barrique, tonneau. Nectar *est vinum pigmentatum, maxime melle mixtum.*

h Farnera *et* farinera *Catalaunis,* fariniera, farinieira *et* farinadonira *Provincialibus, et* Harinero *Hispanis, est locus seu cista, qua farina clauditur: hic locus.* Tovaille, *seu* tovalla *catalaunice,* tovaglia *italice,* toualha *provincialice, etc. est mappa, qua mensa sternitur aut manus lavantur.*

i Tessors, *loco* tersors, *vulgo* essuie-mains.

k Tabulæ, *vulgo* tables; banchs, bancs.

l Condirecta *est idem ac* bene curata, in bono statu; *hic nomen omissum; inferius veniunt* aradria *seu* aratra condirecta. *Vide Cangii Glossarium, v°* Condirigere. Cub esdogad, *id est* cuppa cujus asseres soluti sunt; doga *enim est* douve. Solador *seu* salador, *lingua provinciali* saladour, *gallice* saloir, *est vas salarium.* Tinea *pro* tina, *vulgo* cuvier pour lessive. Paria de portatoribus maneris, *seu paria tabularum gestatoriarum, quibus cibi in refectoria afferuntur, hispanice* portador, *gallice* plateau en bois, porteur à main. Tonne, dolia, tonneaux. Austores, *latine* accipitres, *vulgo* autours, éperviers. *Quid* selabats? *An* silvatici *porci?* Porci pastius *videntur esse* domi pasti, saginati, pingues.

m Officiarius, Officiarium, Officialis liber, Officialis, Officiale *est ille liber qui vulgo* Rituale

tuale *vocatur*, *aut* Agenda, *aut* Manuale sacerdotum, *aut* Sacerdotale, *aut demum* Pastorale, *et continet ritus sacramentorum, exsequiarum, benedictiones et id genus alia.* Epistolarius *continebat epistolas S. Pauli et aliorum apostolorum, non autem evangelia; quæ* Textu *(ut hic vocatur) continebantur.* Ordinarius episcopalis *vulgo dicitur* Pontificale.

n Aradria condirecta *sunt* aratra in bono statu. Axades *sunt pastina*. Axada *enim, catalaunice* assada, *est* une houe.

o Alcuba, alcoba, alcôve, *ab arabico* elkauf, *zeta tentorium seu locus penetralis ubi cubatur. Videntur hoc loco significari vela et alia id genus, quibus lecti circumdantur aut objectacula, quibus ventus arcetur, maxime armaria, quibus lecti clauduntur et quæ etiamnum ab Hispanis* alcobæ *dicuntur.* Stopacius *pro* topazo, *vulgo* topaze.

p *Videntur hic nonnulla excidisse; ita ut universus locus intelligi nequeat.* Quinta, *quæ sæpe hic recurrit et cujus sensus (ut apud Cangium et lexicographos hispanos videri potest) multiplex est, non potest hic aliud significare quam* villam, prædium rusticum, *siquidem* expensæ mansi *huc pertineant. Si divinandum sit,* S. Bernardus *villam emerat ab archiepiscopo Tarraconensi pretio* 11,000 *solidorum et* 100 *morabatinorum; quæ pecuniæ summa æquivalet ponderi* 7500 *francorum, potestati* 37,500; *de quibus* 11,000 *solidos ex mutuo accepta pecunia solverat.*

q *De Stagnensi abbatia dictum in Commentario prævio num.* 123. Castrum de Torrodella *puto situm fuisse in diœcesi Gerundensi; nunc vulgari nomine* Torroellam, *olim* Turriculam (1). *Verumtamen in ipsa diœcesi Vicensi sita sunt loca, quorum nomina huc accedunt, nempe locus* S. Genesii de Tarradell (2) *et alter* S. Martini de Torruella (3). *Quod* factum castri de Torrodella *conjungitur cum* facto Vallenciæ, *videtur utrobique sermo esse de expeditione militari. Res tamen certa non est; nam inferius* causa Rivippolli *additur, quæ videtur controversia de jurisdictione fuisse. Jam enim annis* 1167 *et* 1168 *jurgia erant inter episcopum Vicensem et Rivipollense cœnobium* (4); *quæ anno* 1260 *nondum desierant* (5), *adeoque nonnisi* 1748 *a Benedicto XIV suppressa fuerunt* (6). *Non ausim itaque negare factum castri de Torrodella ad jurisdictionem pertinuisse. Certe medio sæculo* XII *fervebat lis inter Vicensem episcopum et præpositum Solsonensem de ecclesiis Anglesola, Tarrega, Taladell, Jorba, S. Coloma, Figuerola et Querault, positis in territorio de Segarra et Urgel. Quæ interventu Guilielmi de Torroja, episcopi Barcinonensis, et Bernardi Tort, archiepiscopi Tarraconensis, ita dirempta est ut media pars ecclesiarum a patronatu Solsonensi esset, salvo tamen jure episcopali sedis Vicensis. Quæ controversia tempore* S. Bernardi *facile renovari potuit. Etiam* Taladellæ *nomen primitus fuisse Turriculam manifestum est. Sed hæc forte omnia obscuriora sunt quam ut caligo dissipari possit. De facto Valenciæ vide Commentarium prævium,* § XV. *Petrus Subtusrocha cognosci poterit ex indice onomastico.*

r *Petrus de Torrentibus erat claviger S. Petri seu thesaurarius templi cathedralis Vicensis. Ex indice onomastico collige alia loca, ubi ejus nomen occurrit. Furnus autem ille venit etiam in Redituum elencho.*

s *De moneta Barcinonensi vide Commentarium prævium num.* 60.

t *De castro Arteriis vide Redituum elenchum. Alibi jam animadvertimus locationem dici aliquando* venditionem. *Hic* exituum venditio *dicitur, accurate satis.*

u *Minorrissæ, gallice* Manrèse, *vetustissimum erat capitulum : de quo vide Florez, Villanueva, etc.*

y *Petrus de Calczareins erat monachus SS. Crucum Cisterciensis de comitatu* S. Bernardi. *Diximus in Commentario prævio quomodo tum commodare possent Cistercienses.*

z Albaranus *est* breviculus, computus. *Norunt etiamnum hanc vocem Hispani.*

aa Præpositura aprilis *quid sit cognosci non potest nisi ex charta institutionis* (7), *quæ anno* 1176 *facta est. Quum scilicet multum crevissent templi cathedralis Vicensis reditus, visum est in capitulo duodecim præposituras instituere, singulas nomine mensis indicatas, ita ut episcopus præposituram mensis martii haberet, alii canonici aliorum mensium. Qui præposituram nanciscebatur, peculiares reditus accipiebat, sed nullo prætextu poterat præposituram dimittere, nisi obtenta facultate et solutis viginti morabitinis.*

bb Mons bovinus *est* Montebuy; *de quo castro dictum est supra. De alcheriis seu prædiis rusticis aliisque expeditionis Valentinæ rebus vide Commentarium prævium* § XV.

MEMORIALE INSTRUMENTORUM. *a* *a*

PROLOGUS.

Sequentia instrumenta collecta sunt procurandæ canonizationis causa.

Memoriale instrumentorum et monumentorum, quæ adjuvare possunt ad demostrandam sanctitudinem beati Bernardi, Vicensis episcopi, et ad docendum quod olim temporibus elapsis festum de illo celebrabatur in ecclesia cathedrali Vicensi, in qua corpus ipsius custoditur in quadam capella, intra limites dictæ ecclesiæ constructa, vulgo dicta *de sanct Bernat,* in solemni sepulchro lapidis marmorei, in quo sunt sculpta atque depicta aliqua miracula, ab eo gesta tam in vita quam post ejus obitum, et ibi magna veneratione, devotione ac totius populi frequentatione colitur. Quod quidem factum est ut consulatur dominis doctoribus an hæc sufficiant ad impetrandum a SS. D. N. papa declarari jam ab eo antiquitus fuisse beatum, aut noviter obtinendam beatificationem ipsius, aut saltem consequendum ut ipsius festum et officium celebretur per totam diœcesim Vicensem, cujus episcopus fuit, aut ad minus in ipsamet sua ecclesia cathedrali, attento quod ejus sanctum corpus in ea integrum hucusque asservatur; necnon dicant modum et formam, quibus sit procedendum, et quid agendum et procurandum ad supradicta consequendum.

(1) Cfr de Marca, Marca Hispanica, col. 20. — (2) Madoz, Diccionario, tom. XIV, pag. 590. — (3) Ibid. tom. XV, pag. 115. — (4) Aguirre, Concilia Hisp. tom. V, pag. 316 et seqq. — (5) Tristany, Corona Benedictina, pag. 316 et seqq. — (6) Villanueva, Viaje, tom. VIII, pag. 19. — (7) Cfr Villanueva, Viaje, tom. VI, pag. 255 et seqq.

ANNOTATUM

ANNOTATUM.

a *Collectum fuit id Memoriale anno* 1625. *Vide de ejus causa et originibus Commentarium prævium, num.* 18.

CAPUT PRIMUM.

Sequitur epistola abbatis Sanctarum Crucum.

Abbas SS. Crucum ex monasterii traditione et antiqua codice

Reverendo patri et domino Galcerando, divina providentia Vicensi episcopo, frater Franciscus, dictus abbas monasterii Sanctarum Crucum, æternam in Domino salutem. Venerandæ paternitatis vestræ litteras dudum suscepimus reverenter, inter cetera continentes, quod ex eo, quia beatus Bernardus, qui fuit episcopus Vicensis et monachus quondam dicti monasterii Sanctarum Crucum, oriundus de Manso Calvoni Tarraconensis diœcesis, habetur in magna devotione et reverentia a gentibus propter miracula multa, quæ Dominus Jesus Christus ibi ejus meritis facit et operatur, rogabatis attentius ut etiam de miraculis (ut intellexeratis) pro eo hic factis, nec non de vita, et actibus ejus, prout scripta essent vel scriberentur, vos plenarie certiorare vellemus; intendentes ipsum facere canonizari. Quibus, et aliis in dictis litteris vestris contentis diligenter et sollicite perlectis, singula pleno percepimus intellectu. Unde paternitati vestræ ducimus præsentibus respondendum quod nos, cupientes (ut convenit) tam vota devotionis vestræ implere, quam sancti illius merita (quantum humana patitur nostra infirmitas) extollere, perquisivimus et perquiri fecimus solliciti et attenti in dicto nostro monasterio diversa scrinia, si forte invenirentur miracula scripta aliqua dicti sancti, seu vita vel actus ejusdem; et inquisitis cum diligentia, invenimus in quodam libro sermonum beatæ Mariæ quemdam quaternum papireum antiquatum, in quo scripta sunt plura miracula dicti sancti; quem quidem quaternum vestræ ducimus paternitati destinandum, ut de ipsis potius eadem legendo paternitas valeat informari. Nihil aliud de vita vel actibus ipsius relatione dignum potuimus invenire aut scire nisi ea, quæ inferius continentur.

narrat quomodo S. Bernardus *novitius vicerit tentationem deserendæ vitæ monasticæ*

2 Audivimus eum nos et multi de monachis nostris a pluribus nostris senioribus, non diu defunctis, pluries enarrari quod anno novitiatus ipsius accidit sibi istud. Cum enim ipse esset litterali scientia sufficienter imbutus, parentes, consanguinei et amici ejus, attendentes quod ex ejus scientia, si ipse remaneret in sæculo, possent utilitatem non modicam et subsidia multipliciter reportare, cum pluries eum infestassent, ut ordinem et habitum desereret, consentiendo aliquandiu eorum suggestionibus, quadam die venit ad januam monasterii; ubi exutus vestibus ordinis, et indutus laicalibus indumentis, interrogavit unum de circunstantibus secularem, quales vestes meliores sibi erant. Qui divinitus (non dubium) inspiratus, respondit quod vestes ordinis. Unde, statim abjectis vestibus secularibus, et resumptis regularibus, redivit ad claustrum; ubi quam sancte, quam honeste, quam laudabiliter se habuit, vitæ successus declarat. Nam progressu temporis meritis suis exigentibus factus est abbas monasterii prælibati; et inde nobis ablatus, vobisque donatus, factus est pro tempore episcopus Vicensis ut gradatim ascendendo et eundo de virtute in virtutem Deum deorum in Sion videre mereretur.

AUCTORE FRANCISCO ABBATE.

et aliam contra castitatem. Miracula calandriæ et incendii per sanctam crucem exstincti.

3 Narrabant etiam dicti seniores quod quadam die, invitatus in quodam hospitio apud Ilerdam, dum ipse cum suis sociis adhuc abbas ad mensam sederet et quidam monachus, ipsis epulantibus, lectionem divinam legeret, ut est moris, avis quædam, quæ vulgariter dicitur calandria *a*, existens in gabiola, garriens nimis, eos multum perturbabat. Cui in nomine Domini præcepit ut taceret. Cumque illa statim quasi mortua jaceret, et domina ejus doleret et sibi multum displiceret, putans illam esse mortuam, dictus abbas, perfecta lectione et cœna, licentiavit eam; quæ protinus surrexit, et statim more suo cantavit : de quo præsentes fuerunt plurimum stupefacti. Alia vice, dum esset in partibus illis Ilerdæ et quædam mulieres vidissent dentes suos albissimos, dixerunt : Quam pulchros dentes habet monachus ille? Qui cum audisset et aliquantulum elongasset se ab illis, secreto petiit unum lapidem de torrente seu via, ubi erant; et fregit sibi dentes, volens implere mandatum illud evangelicum : Si scandalizaverit te pes tuus, vel manus tua, aut oculus, projice illum abs te. Alio tempore accidit quod, cum fruges, quæ erant in quadam area juxta monasterium, quidam perversi igni supposuissent, venit illuc; et, accepta cruce in qua est lignum Domini, projecit eam super segetes ardentes : qui ignis virtute sanctæ crucis *b* et meritis ipsius sine dubio illico fuit extinctus et segetes restauratæ.

a

b

Monachi mortem divinitus cognoscit. Gulam jejunio reprimit.

4 Alioque tempore, dum de remotis partibus rediret ad monasterium et appropinquaret eidem, adhuc in via existens, subito descendit ab animali, super quo sedebat; et stetit flexis genibus orando in terra per aliquam moram. Cumque socii sui admirantes interrogassent eum cur hoc egisset, respondit quod ea hora fuerat traditum sepulturæ corpus cujusdam monachi defuncti; cujus animam, dum conventus flecteret genua cantando more solito Antiphonam " O, clementissime *c*, " ipse vidit in cælis ab angelis deferri; sicque invenerunt, cum intrassent monasterium, quod illa hora corpus dicti defuncti fuerat traditum sepulturæ. Quadam etiam die, dum esset episcopus, et iret apud Minorissam visitatum, et esset quasi deprope dictam villam, quidam socius suus interrogavit quosdam de viatoribus, si erat ibi bonum vinum; qui cum dixisset optimum esse, ibi complacuit sibi quam plurimum *d*. Sed postea procedendo ultra redivit ad cor suum, suamque conscientiam et cogitationem arguendo pœnituit, et ideo in pane et aqua abstinuit illa die, corrigendo et castigando carnem suam, et voluptatem (ut debuit) compescendo. Multa quidem et alia signa his similia audivimus ab eo facta, de quibus non recordamur ad præsens. Credimus tamen quod tam ista, quam alia quæ vobis scripta transmittimus, sufficiunt ad prædicta. Quapropter omnipotentum Deum ea qua possumus devotione rogamus

c

d

AUCTORE FRANCISCO ABBATE.

rogamus quatenus ut et votum vestrum de canonizando sanctum prædictum, cujus memoria in benedictione est et gloria in honore, adimplere faciat et permittat; et deinde post præsentis vitæ labores ad vitam æternam ejusdem sancti meritis et intercessione suffultos pariter nos perducat. Amen. Datum in Sanctis Crucibus IV kal. decembris anno Domini 1338.

ANNOTATA.

a *Vide quæ num.* 54 *Commentarii prævii de hac avicula diximus.*

b *De hac cruce et crucis dominicæ reliquiis aliqua monuimus in Commentario prævio num.* 54.

c *Quum Ordo ad inhumandum mortuum, abs Cisterciensibus usitatus, extra eorum monasteria non facile obvius sit, ecce hæc antiphona, quam ad finem Breviarii, anno* 1630 *typis impressi, reperi:* Clementissime Domine, qui pro nostra miseria ab impiorum manibus mortis supplicium pertulisti, libera animam ejus de inferni voragine et de ministris tartareis miserator absolve, et cuncta ejus peccata oblivione perpetua dele : eam ad lucem tuam angeli tradant, paradisique januam introducant, ut dum corpusculum pulveri traditur, ad æternitatem perducant. Domine, miserere super peccatore. *Cantabatur olim, ut constat ex libro Usuum Cisterciensium, edito a Martennio inter Antiquos monachorum ritus, lib.* V, *cap.* X, *num.* 58, *dum corpus ex ecclesia ad tumulum deferebatur; postmodum vero, dum corpus jam in fossa depositum esset, fossa vero nondum esset terra completa.*

d *Hæc ita intelligenda sunt quasi ipse* S. Bernardus *nimiam inde voluptatem in se sensisset; atque ita etiam intellexit auctor Vitæ sermone catalaunico, quæ latine olim versa jam sequitur.*

CAPUT SECUNDUM.

Sequitur Vita beati Bernardi, episcopi Vicensis, scripta et inventa inter Vitas sanctorum in quodam libro vetustissimo, intitulato de Vitis sanctorum, in dicto archivio custodito, in lingua materna sive catalauna, licet antiqua plane, et simplici stilo composita, quæ in linguam latinam simili stilo sic conversa est.

De Vita sancti Bernardi, episcopi Vicensis. a

S. Bernardus, *prius monachus dein abbas*

Beatus Bernardus fuit episcopus civitatis Vicensis; attamen fuit primo monachus monasterii Sanctarum Crucum; et fuit oriundus de manso Calvoni, archiepiscopatu Tarraconensi; et fuit optimus monachus et sanctæ vitæ; et postea fuit electus episcopus civitatis Vicensis; et erat vir literatissimus; et cum in primo anno, quo ipse ingressus fuit prædictum monasterium, cognati et amici eum plurimum arguerent eo quod ordinem fuisset introgressus, dicentes melius et utilius esse in sæculo remanere; et ideo quod habitum relinqueret, et vestes laïcales iterum assumeret; et sanctus Bernardus ex uno illorum, qui ad hoc inducebant, quæsivit quales vestes eligeret : et, inspiratus a Domino Jesu Christo, sibimet responsum dedit, dicens [se] velle accipere et vestire vestes ordinis; et statim cucurrit ad claustrum, ibique sanctissime vixit. Postea fuit abbas dicti monasterii Sanctarum Crucum.

SS. Crucum, tentatur in tirocinio a consanguineis,

2 Quodam die invitatus in quadam domo in partibus civitatis Ilerdæ cum suis sociis, et cum essent in mensa, quidam monachus lectionem legebat; et quædam avis calandria, in quadam gabia existens, canens turbabat monachum legentem. Quare beatus Bernardus in nomine Domini Jesu Christi ei præcepit ut taceret : in continenti quasi mortua in gabiola. cecidit. Domina autem domus, credens avem mortuam, quam plurimum sibi doluit. Cæterum, lectione perfecta et cœna facta, beatus Bernardus avem licentiavit ut resurgeret et prosequeretur cantus suos; quæ illico surrexit et protinus cantavit, mirantibus omnibus circumstantibus. Iterum reversus Beatus Bernardus ad supradictas partes Ilerdenses, cum mulieres quædam vidissent ejus dentes pulchros et albissimos, dixerunt inter se : Videtis quam pulchros dentes habet monachus ille? Quæ verba audivit beatus Bernardus; et cum aliquandiu elongasset, quæsivit lapidem de torrente seu riaria, in qua aderant; et dentes sibi fregit, cupiens mandatum illud evangelicum adimplere, dicens : Si scandalizaverit te oculus tuus, aut pes tuus, aut manus tua, projice eum abs te. Alio tempore accidit quod cum essent plures segetes in quadam area subtus monasterium Sanctarum Crucum, quidam perversi homines, perditionis filii, jecerunt ignem in eas; qui ignis maximus fuit atque terribilis : quem cum vidisset beatus Bernardus, accepit crucem, in qua est lignum in quo Jesus Christus Dominus Noster redemit nos, et eam injecit super ignem ardentem messis; et statim ignis per virtutem sanctissimæ crucis extinctus est, et segetes omnes remanserunt omnino illæsæ.

catandriæ imperat, dentes sibi amore castitatis frangit, ignem extinguit,

3 Alio die, veniens beatus Bernardus a remotis, cum appropinquaret supradictum monasterium et descenderet subito ab animali, in quo sedebat, et genuflecteret se super terram, oravit per aliquam moram. De quo maxime fuerunt mirati ejus socii, qui interrogaverunt cur hoc fecisset; et respondens ait : Nunc hæc ipsa hora est, in qua corpus cujusdam monachi defuncti in nostro monasterio traditum est sepulturæ et monachi ejusdem monasterii genuflexi cecinerunt antiphonam : « O clementissime Jesu, » ut moris est; et ego vidi angelos ascendentes in cælum cum anima dicti monachi. Et cum pervenissent ad monasterium, invenerunt illa hora corpus illius religiosi fuisse sepultum. Alia die cum beatus Bernardus, jam episcopus Vicensis, iter faceret ad visitandum episcopatum versus Minorissam et cum jam esset satis prope, et socius peteret a viatoribus an ibi esset bonum vinum; qui responderunt : Optimum ibi invenietis

e longuinquo novit monachum ad sepulcrum deferri, peccatum gulæ castigat et pie moritur.

nietis. Quod cum beatus Bernardus audivisset, quam plurimum sibi complacuit; sed ultra procedendo citius suam mentem arguit et conscientiam, et valde pœnituit abstinuitque per totum illum diem, solo pane et aqua contentus. Deinceps sanctissime honestissimeque vixit, et rexit suum episcopatum, in oratione Dei semper existens. Qui postea spiritum Deo et Domino nostro Jesu Christo tradidit; et cives Vicenses corpus ejus sepelierunt, et deinde fabricaverunt aliquod pretiosum sepulchrum marmorei lapidis, in quo ejus corpus collocatum persistit usque hodiernum diem, intra quamdam capellam dictæ sedis Vicensis. *b*

b

ANNOTATA.

a *Licet catalaunicum præ oculis haberem exemplar, ex quo hæc Vita latine versa est, præplacuit tamen eam ipsam versionem describere, quæ Memoriali instrumentorum inserta est, ut Romam mitteretur.*

b *Quæ notanda forent ad hanc Vitam, jam dicta sunt ad epistolam Francisci Miri, ex qua illa desumpta est.*

CAPUT TERTIUM.

Miracula collecta a deputatis canonicis.

Ex processu authentico, facto brevi post mortem,

Adest in archivio dictæ ecclesiæ cathedralis Vicensis quidam liber foliis pergamenis profecto vetustissimus, cujus inscriptio et Kalendarium uniuscujusque diei litteris rubris, sive vermiliis scripta sunt, et initium cujuslibet miraculi littera majuscula ejusdem coloris depicta; in quo quidem libro inveniuntur centum et quatuor miracula, aut saltim pro talibus numerata, quorum aliqua præcipua ponuntur hic ad demonstrandum modum et formam, quibus scripta sunt, ut domini doctores et practici consulendi indicent et referant, an dictus liber et omnia in eo contenta sint in forma probanti; viso et considerato, quod sumus in antiquissimis aut saltim in antiquis; cujus libri tenor talis est. HIC INCIPIUNT MIRACULA BEATI BERNARDI, VIRI RELIGIOSI, ABBATIS SANCTARUM CRUCUM, QUI POSTEA DEI GRATIA IN SEDE VICENSI PRÆSULATUS OBTINUIT DIGNITATEM ET FELICITER MIGRAVIT AD CHRISTUM VII KAL. NOVEMBRIS ANNO DOMINI 1243. QUÆ QUIDEM MIRACULA, QUÆ DOMINUS FACERE DIGNATUR IN EJUS EXTOLLATIONEM, NOS R. DE CAPRARIA, R. DE SALA VICENSES CANONICI AD COMMISSIONEM DOMINI EPISCOPI, ET AD MAGNAM PRECUM INSTANTIAM CAPITULI DICTÆ SEDIS *a*, PRÆSTANTE DOMINO, IN SCRIPTIS DUXIMUS REDIGENDA AD MAJOREM OMNIUM INFORMATIONEM ET AD HABENDUM MEMORIAM IN FUTURUM.

a

refertur sanatio mulieris,

2 Anno Dni 1244 II kal. martii. Nos R. de Capraria et R. de Sala, Vicenses canonici, dati et communiter assignati ab episcopo et capitulo Vicensi, ut miracula, quæ Dominus dignatus est facere, ad fidem illorum miraculorum redigeremus in scriptis qui spe precum fratris Bernardi Calvoni, quondam ejusdem loci episcopi, a suis infirmitatibus liberati fuerunt; vocavimus Mariam, uxorem Januarii de Podiolo, qui vocatur Bonafides, et præsentibus Andrea de Tona * et G. de Fontanellis sacerdotibus Vicensis ecclesiæ, jurata et interrogata dixit in verbo veritatis, quod cum febricitasset per duos menses et dimidium febribus duplicibus quartanis, audita austeritate vitæ dicti episcopi ab uno nuncio, qui cum eodem manserat, commisit se precibus et meritis illius, et postea per Dei gratiam nullam passa fuit febrem, sed pristinæ restituta fuit sanitati.

ex mss.

* *al.* Kona

duorum sacerdotum febricitantium,

3 XIII kal. aprilis anno prædicto. Ferrarius de Cuspineda sacerdos vocatus a dictis R. de Capraria et R. de Sala, præsentibus dicto A. de Tona * et Bng. [Berengario] de Sancto Salvatore hebdomadario, paratus jurare, dixit in verbo veritatis, quod cum febricitasset duplici tertiana per tres dies, commisit se precibus dicti S. Bernardi episcopi, credens firmiter quod suis precibus et meritis mediantibus Dominus restitueret ei sanitatem; qui, Domino operante, liberatus est a languore.

* *al.* Kona

promissa annali lampade;

4 V kal. madii anno prædicto. Berengarius de Clocario sacerdos paratus jurare, præsentibus A. de Kona prædicto, G. de Fontanellis, et Berengario de Sancto Salvatore sacerdotibus, dixit in verbo veritatis, quod cum ipse febricitasset febribus duplicibus quartanis, commisit se precibus fratris Bernardi prædicti, promittens quod, si Dominus liberaret eum ab ipsa infirmitate, quod ardenti... de nocte per unum annum una lampada coram sepulchro dicti fratris Bernardi episcopi; et habens fidem meritis et precibus ipsius fratris, Dominus restituit ei plenariam sanitatem.

mulieris surdæ;

5 Nonis junii anno prædicto. Ermesendis de Bugatello de parochia de Brolio dixit in verbo veritatis et parata jurare, quod cum non audivisset ex una aure per duos annos et ex alia per mensem et plus, et fuisset aliquo tempore sub auxilio medicorum, nullum inde sentiret juvamen, audivit quod Dominus per sanctum Bernardum multa miracula faciebat; mota ad fletum, commendavit se precibus et meritis ipsius, et Dominus in continenti restituit ei auditum.

monachi Cisterciensis, morti proximi et cælitus moniti; *b*

6 Anno Dni 1245, XIV kal. septembris. Guillermus de Balcerens *b* de ordine Cistersiensi de domo Sanctarum Crucum, præsentibus R. de Capraria, R. de Sala, A. de Kona, et Bng. de F., clerico Sanctæ Mariæ Rotundæ Vici, confessus est in verbo veritatis et sub fide ordinis sui, quod cum gravi infirmitate detineretur in hebdomada sancta proxime transacta, videlicet feria secunda, in eodem monasterio, ita quod de eo nulla spes vivendi apud medicum haberetur, immo præfixerat terminum obitus sui trium dierum, circa mediam noctem sequentis diei mercurii, et ipse jam recepisset unctionem et officium, quod infirmantibus solet dari, invocans fideliter preces et auxilium fratris Bernardi ut ei, si posset fieri, vitam cum Domino prælongaret, existens in pleno sensu et integra memoria, audivit super se vocem dicentem sibi: Ne timeas quod prælongata est tibi vita, sed dic istum versum: Dirupisti vincula mea et dispone et ordina negotia et actus tuos; cum autem dictus frater G. vacillaret utrum hæc vox esset alicujus monachi vel alterius, prædicta vox dixit ei: Vade, visita sepulchrum meum et in continenti sensit se liberatum et restitutum pristinæ sanitati. Cumque abbas et quidam monachi ejusdem monasterii super salute sua et libe-

EX MSS.

ratione infirmantis non modicum mirarentur, hanc revelationem eis protinus nunciavit; qui gratias pro eo Domino in capitulo retulerunt.

pueruli, a S. Bernardo confirmati;

7 Anno Domini 1254, VII idus junii. Bernardus Sapera, de parochia S. Assiscli de Vallealta, paratus jurare, asseruit, quod cum filius ejus parvulus pateretur febrim, ita quod per decem dies (cibum) non sumpserat, recordatus fuit de nocte dictus Bernardus, quod beatus Bernardus chrismasset eum; et pro filio suo ejus auxilium invocavit et ad intercessionem dicti sancti curatus est statim, Domino operante.

puellæ semimortuæ;

8 Eodem anno, V nonas octobris. Berengaria de Torrentibus, de parochia S. Cypriani de Cabaner, parata jurare, asseruit in verbo veritatis, quod cum filia ejus R. de Fonte, de parochia de S. Jost, laboraret ad mortem, ita quod nulla vitæ spes esset, et sic per triduum semimortua stans, demens facta, non loqueretur, nec cibum sumpsisset; dicta mater, confisa de vita et meritis B. Bernardi, pro ipsa filia sua auxilium beati Bernardi imploravit, et post paululum ad intercessionem et meritum dicti viri sancti convaluit dicta R. Nomina testium sunt Berengaria supradicta et vir ejus R. Bnº. de Font, Elisendis M. et plures alii earumdem parochiarum.

mulieris, loquelæ destitutæ;

9 Anno Dni 1256, kal. XIV septembris. Geralda de Sala, uxor Eymerici de Saniaclura, de parochia de Premiano Barchinonensis diœcesis, parata jurare, asseruit, quod cum gravi infirmitate percussa fuisset subito, et propter hoc sensum et loquelam amisisset omnino, et etiam sic per quinque dies extitisset, dictus vir suus cum pluribus aliis circumstantibus, licet nulla spes haberetur de ejus vita ipsius, pro ea cum lacrimis beati Bernardi auxilium imploravit; et continuo dicta Geralda per fidem circumstantium et meritum beati Bernardi loqui cœpit et protinus convalere. Testes sunt prædictus Eymericus et plures alii ejusdem parochiæ, qui cum eo erant.

paralytici;

10 Eodem anno, VII kal. septembris. Petrus Marset, de parochia de Parets Barchinonensis diœcesis, paratus jurare, asseruit, quod cum ab infirmitate paralisi percussus fuisset subito, ut extorta facie et debilitate membrorum manifestius apparebat, habens fidem in vita et meritis Beati Bernardi, curatus est. Nomina testium sunt Bn. et Matheus et M. filii dicti Petri.

pueruli desperati;

11 Eodem anno, IV nonas septembris. Bn. de Famoscort, de S. Maria De Brea Gerundensis diœcesis, paratus jurare, asseruit, quod cum filium parvum haberet, et gravi detineretur infirmitate, ita quod de vita ipsius pueri desperaretur omnino, quia lac non suxerat per biduum, agitavit sive attraxit eum ad sanctum Bernardum mater ipsius pueri; et in continenti curatus est dictus puer per intercessionem dicti viri sancti. Testes sunt, mater [et] avia ipsius pueri. Item asseruit dictus Bn. quod per intercessionem et meritum dicti viri sancti curatus fuit de febre quartana.

mulieris gravissime ægrotantis;

12 Eodem anno, XI kal.... Nobilis domina Sibilia de Sancta Oliva de Panades, Barchinonensis diœcesis, parata jurare, asseruit, quod, cum febre continua cum apostemate laboraret ad mortem, ita quod magis ab omnibus ad mortem quam ad vitam judicaretur, ipsa cogitans inter se de vita et meritis B. Bernardi, ejus auxilium imploravit et per intercessionem et meritum ejusdem Bernardi statim convalere cœpit dicta domina et curata est. Testes sunt nobilis vir de S. Oliva, ejusdem dominæ vir, et filia eorum domina Elisendis de..... et plures alii.

mulieris sterilis, quæ post duodecim annos filiam peperit;

13 Anno Domini 1260, VI idus augusti. Petrus Marcet et uxor ejus Arsendis, de parochia S. Cucufati Barchinonensis diœcesis, parati jurare, asseruerunt, quod, cum per duodecim annos simul cohabitarent et prolem suscipere nequivissent, venientes in tumulum beati Bernardi, humiliter rogaverunt eumdem ut per gratiam et meritum ipsius S. Bernardi prolem suscipere mererentur : qui infra annum a tempore petitionis factæ per intercessionem et meritum ipsius sancti quamdam filiam genuerunt; quam cum reverentia et honore apportaverunt ad tumulum B. Bernardi die et anno ut supra. Testes sunt plures de parochia supradicta.

et demum resurrectio pueri.

14 Anno Domini 1324, XII kal. novembris. Raymundus de Villa de parochia sanctæ Mariæ de Villanova Vicensis diœcesis, paratus jurare, asseruit virtute præstiti juramenti quod cum per spatium quindecim dierum febre continua teneretur, completo spatio supradicto, creatore omnium disponente, ab hoc seculo transmigravit. Unde cum unus de parochia supradicta ad Vicensem civitatem dirigeret gressus suos, ut pannum, candelas et alia, quæ necessaria sunt exequiis defunctorum ad opus dicti R., quem defunctum reliquerat, ut juravit, emere procuraret, ipso moram faciente, ad locum unde venerat redeundo, parentes dicti defuncti nimirum contristati morte filii, a somno subito exurgentes invocaverunt auxilium B. Bernardi, clamantes pariter et dicentes : O sancte Bernarde, placeat tibi ut nos non amittamus nostrum filium hac die; sed preces dirige Salvatori, ut ipsum mortuum faciat suscitare. Hac ergo oratione facta, precibus glorissimi B. Bernardi, qui mortuus fuerat resurrexit, præsentibus et audientibus parentibus; et ille, qui pannum candelasque portaverat et ipsum mortuum reliquerat, cum recesserat, cooperta jam ejus facie, ut est moris, in regressu sanum loquentem et curatum mirabiliter adinvenit. Et hoc dixit dictus R. in præsentia Estaderii de Villarourich, Dominici Baconis et Antonii Costelli et plurium aliorum.

ANNOTATA.

a *De ea re dictum est in Commentario prævio num.* 5; *ubi ipsum capitulare decretum dedimus.*

b *Qui hic scribitur* Guillermus de Balcerenis *idem Cisterciensis monachus est qui alibi dicitur* G. de Baucerenni, S. Bernardi *conviva. Vide Commentarium prævium, num.* 67.

—

CAPUT QUARTUM

CAPUT QUARTUM.

Sequitur bulla cujusdam confratriæ, concessa a Raimundo episcopo Vicensi, in pergameno litteris vetustissimis scripta, tenoris sequentis *a* :

Raimundus, episcopus Vicensis, jubet recipi quæstores,

R. Dei gratia Vicensis episcopus venerabilibus et dilectis in Christo universis per eamdem abbatibus, prioribus, præpositis, capellanis et ecclesiarum rectoribus vel eorum locatenentibus per Vicensem civitatem et diœcesim constitutis, ad quos patentes litteræ pervenerint, salutem in Domino Jesu Christo et salubribus monitis obedire. Cum ecclesia cathedralis beati Petri Vicensis, quæ caput est omnium ecclesiarum nostræ diœcesis et magistra, in qua corpus B. Bernardi, quondam ejusdem episcopi, sepultum est, et per quod Dominus multa miracula operatur, et vos etiam ad ipsam ecclesiam in vestris majoribus negotiis recurritis confidenter, et de qua etiam necessaria suscipitis sacramenta, reparatione indigeat non modicum sumptuosa *b*, et ad hoc perficiendum propriæ operis ecclesiæ non suppetant facultates, vobis ecclesiarum rectoribus et clericis universis mandamus in virtute obedientiæ et sub pœna excommunicationis firmiter et districte, quatenus, cum nunciis prædictæ ecclesiæ ad vos venire contigerit cum testimonio præsentium pro confratria constituenda in ecclesiis vestris, benigne et honorifice recipiatis et super prædicta confratria facienda in parochiis vestris impendatis consilium eisdem nunciis et juvamen, prout sibi videbitur melius et utilius expedire, et indulgentias nostras et necessitatem operis ipsius ecclesiæ in ecclesiis vestris ante Evangelium et post libere et spatiose et sine aliquo impedimento exponere permittatis, omnibus aliis quæsitis et quæstoribus interim cessantibus, postpositis et remotis, receptis et recipiendis, cujuscumque ordinis et dignitatis vel conditionis existant, non obstantibus aliis litteris quæstoribus a nobis concessis vel de cætero concedendis, nisi de præsentibus expressam de verbo ad verbum fecerint mentionem, vel nisi forte de mandato domini papæ eis fuerit jam concessum.

quos cum indulgentiis aliisque privilegiis per diœcesim mittit

2 Cæterum vos presbiteros et clericos in Domino duximus exhortandos ut vestrum quilibet in sua parochia pro confratre se scribi faciat in principio confratriæ, ut subditos suos ad largiendi devotionem moveat per exemplum : adjicientes ut cum parochianos vestros ad sacramentum pœnitentiæ duxeritis admittendos, pœnitentias ipsis a vobis alias in eleemosinis injungendas in subventionem prædicti operis studeatis diligenter et sollicite commutare, et in testamentis parochianos vestros in quantum poteritis inducatis, ut ad tam pium opus manum porrigant ad invicem; et nos confratres, in extremis laborantes, ab omnibus peccatis, de quibus vere contriti fuerint et confessi, absolvimus, et vos sacerdotes auctoritate nostra similiter absolvatis. Ad hæc etiam vobis universis presbiteris in nostra diœcesi constitutis in virtute obedientiæ injungimus ut unusquisque in anno celebret missas tres pro vivis confratribus et defunctis. Si vero nuncii præfati ad aliqua loca nostræ diœcesis accesserint, a nobis generaliter vel specialiter interdicta, semel in anno in eorum jucundo adventu, interdictis et excommunicatis nominatim exclusis, divina ibidem officia celebrentur. Insuper corpora confratrum decedentium et infantium eorumdem usque ad septimum annum, nisi propria culpa interdicti vel excommunicati fuerint, tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, et mulieres confratrissæ tempore purificationis in ecclesiis admittantur. EX MSS.

in gratiam confratrum, qui auxiliatrices manus porrexerint templo Vicensi, in quo S. Bernardi corpus quiescit.

3 Nos vero de Jesu Christi misericordia ac beatæ Mariæ omniumque sanctorum meritis et intercessionibus confisi, omnibus confratribus et aliis benefactoribus, qui ad hoc pium opus eleemosinas dederint vel transmiserint, vel alias in personis propriis aut quolibet alio modo auxilium dederint vel favorem, pro qualibet eleemosina, auxilio et favore quadraginta dies de injuncta sibi legitima pœnitentia per Spiritus Sancti gratiam relaxamus, et peccata oblita, et venialia, vota facta, si ad ea redierint, offensas patrum et matrum sine violenta manuum injectione, et transgressiones factas circa solemnitates, observantias, et juramenta, in quibus proximus non læditur, dum tamen de his confessi fuerint et contriti, et jejunium a festo resurrectionis dominicæ usque ad S. Michaelis, nisi ex voto ad hoc teneantur, eis ex parte Dei omnipotentis remittimus ac misericorditer indulgemus. Nihilominus sacerdotibus et clericis, qui confratres fuerint, et parochianis suis negotium istud diligenter exposuerint, quidquid per ignorantiam, impotentiam vel oblivionem in divinis officiis omiserint, relaxamus. Præterea duximus indulgendum, ut omnes usuræ, rapinæ et male acquisita, nisi illi inveniantur vel eorum hæredes, a quibus habita fuerint vel extorta, dentur operi memorato *c*, remittentes insuper omnibus confratribus et benefactoribus operis sæpedicti quidquid per impotentiam de injunctis sibi pœnitentiis omiserint. Illi vero, qui jejunia debita jejunare non poterunt, redimant jejunia in hoc opus secundum quantitatem criminis eleemosinas erogando juxta sui arbitrium confessoris. Nos et omnes confratres et eorum defunctos pœnitentes in omnibus indulgentiis, missis, et orationibus, et omnibus bonis, quæ fiunt, et de cætero fient in ecclesia Vicensi et in tota diœcesi, facimus participes et consortes. *c*

Monentur denuo omnes presbyteri.

4 Et vos, capellani seu rectores ecclesiarum, omnem indulgentiam supradictam parochianis vestris per verba nuncii nostri diligenter exponatis et eisdem auctoritate nostra concedatis. Si quis vero clericis vel laicis hanc confratriam, quamusque ad quinquennium fieri præcipimus et mandamus, perturbare præsumpserit, vos clerici prædicti citetis perturbatorem coram nobis, vel coram officiali nostro super hujusmodi excessu nobis et Vicensi capitulo responsurum. Latores vero præsentium et omnia bona eorum ab omni malo et damno defendi volumus, prohibentes nihilominus omnibus clericis et laicis sub pœna excommunicationis, ne aliquis inferat eisdem nunciis nostris vel inferri faciat injuriam vel gravamen. Volumus præterea ut ob reverentiam et honorem ecclesiæ Vicensis matris vestræ nuncios sæpe dictos benigne in vestris

EX MSS. stris hospitiis recipiatis absque nostrarum onere expensarum, ne forte diffamentur, si eos necesse sit cum personis sæcularibus hospitari. Datum Vici II kal. septembris anno Dni 1268.

ANNOTATA.

a *Anno* 1268, *quo hæc epistola seu bulla episcopalis publico prodiit, plurimum aberat ut confraternitates tam frequenter essent quam nunc; et quidem passim improbabantur. Verumtamen etiam reperire est quæ ab episcopis commendarentur. Postmodum, anno nempe* 1326, *quæstores circummisit et confraternitatem instituit Berengarius Çaguardia, episcopus Vicensis, quo pecunias colligeret ad opus claustri. Cfr Commentarius prævius, num.* 6.

b *De templo cathedrali Vicensi ejusque restauratione dictum in Commentario prævio num.* 7

c *Quum hæc nunc in more vix sint posita, non intelligetur ab omnibus quid hoc loco velit episcopus. Jussit scilicet Christus Dominus (Luc.* XVI, 9*), ut* faceremus nobis amicos de mammona iniquitatis; ut, cum defecerimus, recipiant nos in æterna tabernacula: *id est, ut, si injuste bona possideamus, ea suis reddamus dominis; quos si ignoraverimus, ea demus pauperibus aut in alia bona opera distribuamus : quod eleemosynæ genus etiam animæ utilissimum sit. Designat itaque Raimundus episcopus fabricam S. Petri Vicensem, cui dari possint res, injuste detentæ; quæ quibus jure competant nescitur: quod in episcoporum arbitrio erat, quoniam tum operum piorum administratio censebatur ecclesiastica. Videtur autem illud olim largitionum genus multo in usu fuisse inter Hispanos; ita ut etiam in bullis cruciatæ ea super re agatur; neque alienum fuisse a gravissimis abusibus, quos candide persequitur Ven. vir Eysaguirre in Historia Chiliensi.*

CAPUT QUINTUM.

Sequitur alia Bulla indulgentiarum ab episcopo Vicensi concessarum *a*.

Quum S. Bernardi *corpus, miraculis in templo Vicensi coruscans, novo sepulcro honestandum videretur, Garcias episcopus*

Garcias, Divina miseratione Vicensis episcopus, universis et singulis Christi fidelibus, per Vicensem civitatem et diœcesim constitutis, ad quos præsentes pervenerint, salutem in Domino et bonis semper operibus abundare : Quoniam antiqui hostis calliditas fraudulenter nostras incessanter conatur animas diversis vitiorum nexibus irretire, opportet nos variis virtutum defentionibus præmuniri ad ejus malitiam superandam, et sanctos Dei in quantum possumus honorare, ut et ipsi pro nobis apud Altissimum intercedant. Cum igitur in sede nostra Vicensi corpus beati Bernardi sanctæ memoriæ, ejusdem episcopi, sit sepultum, cujus meritis et intercessionibus plures et diversæ personæ ad locum, ubi dictum corpus repositum existit, devote in earum necessitatibus recurrentes et ibi diversa voventes, a Domino gratias obtinuerunt et incessanter obtinent multiplices et insignes, multaque miracula meritis dicti sancti Altissimus operatur, ob quod tenemur ipsum sanctum honoribus frequentare, ut digni efficiamur ipsum intercessorem nostrum habendi, et propterea fuerit ordinatum, quod in dicta sede fiat unum solemne sepulchrum cum rexiis et aliud quoddam pulchrum opus, in quo ipsius sancti corpus magis honorifice quam sit solitum teneatur, et etiam illuminetur, et opus hujusmodi, quod erit non modicum sumptuosum, nequeat fieri absque Christi fidelium eleemosinis et succursu; ideo universitatem vestram requirimus, et in Domino exhortamur, in remissionem peccatorum vestrorum vobis nihilominus injungentes quatenus de bonis vobis a Deo collatis dicto operi, luminariæ et ornamentis dicti sancti corporis pias eleemosinas et grata charitatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram dictis operi, luminariæ et ornamentis debite consulatur, ut vos per hæc et alia bona, quæ feceritis, Domino inspirante, ad æterna possitis gaudia feliciter pervenire.

porrigentibus auxiliatrices manus et visitantibus concedit in festo S. Bernardi *aliisque certas indulgentias;*

2 Nos enim de omnipotentis Domini nostri Jesu Christi meritis et beati Petri, sub cujus invocatione dicta nostra Vicensis ecclesia est fundata, dictique sancti Bernardi meritis confidentes, omnibus et singulis vere pœnitentibus et confessis, qui dicto operi, luminariæ et ornamentis manus quocumque modo porrexerint adjungentes, et qui die festi dicti sancti Bernardi, et in festis Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, et Ascensionis, Penthecostis, ac Corporis pretiosi Domini nostri Jesu Christi, nec non in festis Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis beatæ Virginis Mariæ, et qui die festi S. Petri, et diebus sabbatinis et dominicis, et in octavis cujuslibet festorum prædictorum, et etiam diebus Quadragesimæ et Adventus Domini, quacumque horæ noctis vel diei in dicta ecclesia sepulchrum dicti sancti causa orationis, peregrinationis visitaverint pro qualibet die et hora peregrinationis prædictæ et pro qualibet eleemosina seu adjutorio, et pro quolibet Completorio, in quo interfuerint in dicta ecclesia, quadraginta dies de injunctis sibi legitime pœnitentiis per gratiam S. Spiritus in Domino misericorditer relaxamus.

idque decretum servari jubet.

3 Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ et sub pœna excommunicationis hebdomadariis dictæ ecclesiæ Vicensis, vel eorum locatenentibus, cæterisque universis, et singulis ecclesiarum rectoribus vicariis perpetuis, et aliis curam animarum in dicta nostra Vicensi diœcesi regentibus, et cuilibet eorum, ad quos præsentes pervenerint, quatenus qualibet die dominica, et in festis præcipuis aliis supradictis hanc nostram indulgentiam, et omnia in ea contenta populo exponant, ipsumque salubribus monitis inducant ad benefaciendum operi, luminariæ, et ornamentis, superius expressitis. In quorum testimonium præsentes fieri et sigilli nostri appenditione jussimus muniri. Datum Vici die 5 mensis octobris anno a Nativitate Domini 1381. Garcias, episcopus Vicensis.

ANNOTATUM.

De hoc decreto actum in Commentario prævio, num. 15.

CAPUT SEXTUM

CAPUT SEXTUM.

Sequuntur aliquæ constitutiones seu ordinationcs ecclesiæ Vicensis *a*.

a

Claviger seu thesaurarius Vicensis curat ceram S. Bernardo *oblatam;*

Noverint universi quod die mercurii, IV kal. junii, anno Domini 1310, Guillermus de Anglaria archidiaconus et reliqui fratres ordinaverunt et perpetuo statuerunt.... Item quod dictus claviger vel ejus locum tenens non elevet seu removeat aliquas imagines ceræ, cujuscumque speciei fuerint, nec alia aliqua, præter ceram ante sepulchrum B. Bernardi, nisi semel in anno; et quod tunc etiam qualibet vice ad elevationem dictæ ceræ sint præsentes sacrista Vicensis vel ejus locumtenens et alius canonicus Vicensis, quem ipse sachrista vel ejus locumtenens ad hoc duxerint eligendum, ad quorum cognitionem dictus claviger possit inde dictas imagines removere.

quid faciendum, quum patrantur miracula;

2 Decimo sexto kal. junii 1312 per Dominum Berengarium, Dei gratia Vicensem episcopum, et canonici tunc existentes ordinaverunt : Primo, quod cum contigerit beatum Bernardum, quondam Vicensem episcopum, facere miracula, ipsis miraculis publicatis, pulsentur cimbala majora unum magnum tractum; et quod dicta miracula per Vicensem clavigerum seu ejus locumtenentem scribantur in quodam libro, et nomina etiam illorum qui sciverunt dicta miracula facta fuisse, et quod primo sequenti sermone, qui fiat in dicta sede, publice denuncientur dicta miracula.

ordinatio de festo,

3 Item anno Dni 1324, die mercurii, quæ fuit VIII idus junii, fuit ordinatum : Primo quod fiat festum novem lectionum sanctorum Luciani et Martiani martirum, et celebretur eorum festivitas in tertia die post festum S. Bernardi episcopi Vicensis.

de procuranda canonizatione,

4 Anno Dni 1330, VIII kal. junii per Galcerandum episcopum et canonicos fuit ordinatum Primo etc... Item ordinamus quod unus canonicus noster, quem nos episcopus eligendum duxerimus, mittatur ad curiam communibus expensis nostrorum, episcopi et capituli, pro canonizatione beati Bernardi, et habeat, et percipiat, eundo, stando et redeundo, integre canonicam portionem.

de colligendis miraculis semel,

5 Anno Domini 1339, XVII kal. junii per Galcerandum episcopum. Item Venerabili Berengario de Lercio et Petro de Avencho, concanonicis nostris, committimus quod exacta diligentia inquirant et informationem plenam recipiant de miraculis factis per sanctum Bernardum, quondam Vicensem episcopum, dum in humanis ageret, et post mortem, et ea quæ invenerint faciant redigi in scriptis, et dum pro his extra civitatem Vicensem proficisci oportuerit, percipiant in absentia suas canonicas portiones.

terum

6 Anno Domini 1340, III nonas junii. R. Dominus Galcerandus episcopus etc. Item commiserunt venerabili domino archidiacono Berengario de Lercio, Petro de Avencho et Berengario de Columbario, canonicis Vicensibus, quod inquirant de miraculis beati Bernardi, factis tam in vita, quam in morte per eumdem sanctum, et inde ordinent processum; qui percipiant canonicam portionem, si, et quando eos extra civitatem hac de causa contigerit proficisci. *ex mss.*

et tertio;

7 Anno Dni 1342, XIV kal. junii, venerabilis Berengarius de Portella, et die martis XII kal. junii. Super perquirendis et colligendis miraculis beati Bernardi, episcopi Vicensis, ad quæ erant assignatæ certæ personæ de capitulo, inter quas erat venerabilis Petrus de Catroculino, quondam archidiaconus Vicensis, fuit subrogatus in locum dicti archidiaconi venerabilis Petrus Joannes de Avencho.

commissio pro canonizatione.

8 Anno Domini 1346, pridie nonas junii, primo ordinaverunt quod venerabilis Jacobus de S. Clemente et Petrus Joannis intendant sollicite circa procuranda, habenda et dirigenda omnia necessaria pro obtinenda commissione a domino papa super canonisatione beati Bernardi, Vicensis episcopi.

ANNOTATUM.

a *De his omnibus actum in Commentario prævio,* §§ II *et* III.

MIRACULA
S. BERNARDI CALVONII
auctoritate publica collecta, *ex codice ms. Vicensi.*

PROLOGUS

Duo canonici designati colligunt miracula S. Bernardi *Calvonii.*

Hic incipiunt miracula beati Bernardi, viri religiosi, abbatis Sanctarum Crucum, qui postea Dei gratia in sede Vicensi præsulatus obtinuit dignitatem, et feliciter migravit ad Christum, septimo kalendas novembris, anno Domini millessimo ducentessimo quadragessimo tertio. Quæ quidem miracula, quæ Dominus pro eo facere dignatur, in ejus extollationem *, nos Raymundus de Capraria, Raymundus de Sala, Vicenses canonici, ad comissionem domini episcopi, et ad magnam precum instantiam capituli dictæ sedis *a*, præstante Domino, in scriptis duximus redigenda ad majorem omnium informationem et ad habendum memoriam in futurum.

* *alias* sublimationem

a

ANNOTATUM.

a *In Commentario prævio num.* 5 *aliquid ea de re dictum. In Memoriali instrumentorum miracula dumtaxat erant tredecim; quæ ad verbum deprompta erant ex processu authentico. Ea dividere non placuit; quare maluimus processum hunc hoc loco sequi. Ex iisdem miraculis habemus octodecim, conscripta lingua Lemovicina seu catalaunica. Eorum ope loca quædam declarabimus.*

MIRACULA.

Mulier liberatur a febribus;

Anno Domini millessimo ducentessimo quadragessimo cuarto, secundo kalendas martii. Nos Raymundus de Capraria et Raymundus de Sala, Vicenses canonici, dati et communiter assignati ab episcopo et capitulo Vicensi ut miracula, quæ Dominus dignatus est facere, ad fidem illorum miraculorum redigeremus in scriptis; [ex eis] qui spe precum fratris Bernardi Calveti, quondam ejusdem loci episcopi, a suis infirmitatibus liberati fuerunt *a*, vocabimus Mariam uxorem Jannuarii de Podiolo *b*, qui vocatur Bonafides, et præsentibus Andrea de Dona *, et Guillelmo de Fontanellis, sacerdotibus Vicensis ecclesiæ, jurata et interrogata dixit in verbo veritatis : quod cum febricitasset per duos menses et dimidium febribus duplicibus cuartanis, audita austeritate vitæ dicti episcopi ab uno nuntio, qui cum eodem manserat, comissit se precibus et meritis illius, et postea prædicti gratia, nullam passa fuit febrem, sed pristinæ restituta fuit sanitati.

a

b

* *al.* Kona

item presbyter;

3 Decimo tertio kalendas aprilis, anno prædicto. Ferrarius de Cuspineda sacerdos, vocatus a dictis Raymundo de Capraria, et Raymundo de Sala, præsentibus dicto Andrea de Tona *, et Berengario de Sancto Salvatore hebdomadario, paratus jurare in verbo veritatis, dixit : quod dum febricitasset duplici tertiana per tres dies, comisit se precibus dicti sancti Bernardi episcopi, credens firmiter quod suis precibus et meritis mediantibus Dominus restitueret ei sanitatem : qui Domino operante liberatus est a languore.

* *al.* Kona

item alius presbyter a febri;

4 Quinto kalendas madii, anno prædicto. Berengarius de Clocario sacerdos, paratus jurare, præsentibus Andrea de Tona * prædicto, Guillelmo de Fontanellis, et Berengario de Sancto Salvatore, sacerdotibus, dixit in verbo veritatis : quod dum ipse febricitasset febribus duplicibus cuartanis, comissit se precibus fratris Bernardi prædicti; promittens, quod si Dominus liberaret eum ab ipsa infirmitate, quod ardenti devotione per unum annum una lampada coram sepulcro dicti fratris Bernardi episcopi.... et habens fidem meritis et precibus ipsius fratris, Dominus restituit ei plenariam sanitatem.

* *al.* Kona

item mulier ex S. Hippolyti de Voltragua a stomachi doloribus;

5 Nonas junii anno prædicto. Maria de Casanova de parochia sancti Hipoliti, præsentibus Raymundo de Capraria, Raymundo de Sala et Andrea de Tona, parata jurare, multis aliis præsentibus, dixit : quod dum pateretur dolorem nimium in stomacho, et sinistro brachio, et passa fuerat graviter ipsum dolorem per duos annos et amplius, habens fidem meritis et precibus fratris Bernardi episcopi, Dominus reddidit ei sanitatem. Et hoc idem erant parati jurare filius dictæ Mariæ et ejus uxor.

item puella a spumatione;

6 Petrus de Casanova, de parochia sancti Hipoliti, et Maria uxor sua, prædicta die, præsentibus prædictis, fuerunt parati jurare : quod, cum Maria filia eorum pateretur magnam infirmitatem, et sibi evenisset subito ut spumaret, et non confiderent jam in vita sua, comiserunt eam meritis et precibus fratris Bernardi, et Dominus in continenti restituit ei sanitatem; et hoc fuit die jovis parasceve.

item mulier a crurum dolore;

7 Ermesendis de Gallifa, de parochia sancti Hipoliti, prædicta die, et prædictis testibus præsentibus, fuit parata jurare : quod dum ipsa passa fuisset dolorem maximum in genibus et tibiis, ita quod vix poterat ire per duos annos, habuit fidem meritis et precibus dicti fratris Bernardi, et Dominus restituit ei plenariam sanitatem.

item vir a tibiæ infirmitate;

8 Petrus Villar, de parochia de Taradello, cum pateretur dolorem in humero et tibia, ita quod non poterat se juvare, comendavit se precibus et meritis fratris Bernardi, et statim convaluit pro majori parte.

similiter alius;

9 Guillelmus de Figueroles, de parochia de Seva, dum ascendisset quandam quercum, cecidit inde; et dum pateretur magnam infirmitatem in tibia, habens fidem meritis et precibus fratris Bernardi, Dominus restituit ei pristinam sanitatem.

item alius ab universali infirmitate;

c

10 Arnaldus, qui moratur in manso præcentoris *c*, confessus est in verbo veritatis, et paratus jurare : quod dum pateretur dolorem in omnibus membris suis, ita quod non poterat se juvare in aliqua parte sui corporis, habens fidem meritis et precibus fratris Bernardi, Dominus restituit ei in continenti sanitatem.

item mulier a dolore oculorum;

11 Maria de Sancto-Martino, de parochia de Cotibus, confessa est in verbo veritatis : quod, dum pateretur magnum dolorem in oculis, habens fidem meritis et precibus fratris Bernardi, Dominus restituit ei oculorum pristinam sanitatem.

item puer a fluxu ventris;

12 Secundo nonas septembris. Petrus de Fabrica et uxor sua Maria, de parochia Stagni, parati jurare, dixerunt in verbo veritatis : quod, dum quidam filius eorum pateretur febrem et fluxum ventris, et jam desperarent de vita sua, habentes fidem precibus et meritis fratris Bernardi, comendaverunt eum precibus ejus cum imagine cerea *d*, et statim Dominus restituit ei pristinam sanitatem.

d

item vir a febri;

13 Petrus de Franqueza, de parochia de Folgueroles, paratus jurare, dixit in verbo veritatis : quod, dum febrem pateretur qualibet nocte, habens fidem meritis et precibus dicti fratris Bernardi, Dominus restituit sanitatem.

item mulier a dolore brachii;

14 Berengaria de Cellariis, de parochia de Casafranca, dixit in verbo veritatis : quod, dum pateretur dolorem in brachio et manu, ita quod non poterat aliquid facere, habuit fidem meritis et precibus dicti fratris Bernardi, et Dominus restituit ei sanitatem.

item vir a dolore lateris;

15 Raymundus de Spinateres, de parochia de Taradello, dixit in verbo veritatis : quod dum passus fuisset per duodecim annos maximum dolorem in latere dextro, habens fidem precibus et meritis fratris Bernardi, Dominus restituit ei sanitatem.

item mulier partim a surditate;

16 Ermesendis de Bugatello, de parochia de Brolio, dixit in verbo veritatis, et parata jurare : quod, dum non audisset ex una aure per duos annos et ex alia per mensem et plus, et fuisset aliquo tempore sub auxilio medicorum, nullum inde sentiret juvamen, audivit quod Dominus per fratrem Bernardum multa miracula faciebat, mota ad fletum commendavit se precibus et meritis ipsius, et Dominus in continenti restituit ei auditum.

item mulier a dolore brachii.

17 Berengaria de Pontarro dixit in verbo veritatis : quod, dum passa fuisset magnum dolorem in brachio dextro per tres annos, commendavit se precibus et meritis fratris Bernardi, et Dominus restituit ei pristinam sanitatem, ita quod nullum postea sensit dolorem.

18 Anno

Monachus e mortis faucibus eripitur;

18 Anno Domini millessimo ducentessimo quadragessimo quinto : decima cuarta kalendas septembris. Guillelmus de Balcereny de ordine Cistersiensi, de domo Sanctarum Crucum *e*, præsentibus Raymundo de Capraria et Raymundo de Sala, Andrea de Tona, et Berengario, fratre, clerico Sanctæ Mariæ Rotundæ *f* Vici, confessus fuit in verbo veritatis, et sub fide ordinis sui : quod, cum gravi infirmitate detineretur in hebdomada sancta proxime transacta, videlicet, feria secunda, in eodem monasterio; ita quod de ea nulla spes vivendi apud medicum haberetur; (immo præfixerat terminum obitus sui trium dierum, circa mediam noctem sequentis diei mercurii;) et ipse jam recepisset unctionem et officium, quod infirmantibus solet dari, invocans fideliter preces et auxilium fratris Bernardi, ut ei (si posset fieri) vitam cum Domino prolongaret; existens in pleno sensu et integra memoria, audivit super se vocem dicentem sibi : Ne timeas, quia prolongata est tibi vita; sed dic istud verbum versum : « Dirupisti vincula mea : et dispone et ordina negotia et actus tuos. » Cum autem dictus fratres Guillelmus vacillaret utrum hæc vox esset alicujus monachi vel alterius, prædicta vox dixit ei : « Vade, visita sepulcrum meum. » Et in continenti sentit se liberatum et restitutum pristinæ sanitati. Cumque abbas et quidam monachi ejusdem monasterii super salute sua et liberatione infirmitatis non modicum mirarentur, hanc revelationem eis protinus nunciavit; qui gratias pro eo Domino in capitulo retulerunt.

e

f

puellæ redditur visus et auditus;

19 Guillelma de Chero, de parochia de Gurbo, cum haberet quamdam filiam habentem decem vel undecim annos, et pateretur quamdam infirmitatem semel in mense, ita quod amitteret visum et auditum, habuit fidem precibus et meritis fratris Bernardi, ipsa et ejus vir commendarunt eam Domino et orationibus prædicti fratris Bernardi, et restituta est sanitati.

os viri sanatur;

20 Raymundus de Serris, commorans Barchinonæ, paratus jurare, dixit in verbo veritatis : quod, dum pateretur magnam infirmitatem in ore, ita quod non poterat comedere, et etiam infirmitates aliquas, quas noluit exprimere, habens fidem meritis et precibus fratris Bernardi, Dominus reddidit ei pristinam sanitatem.

puellæ brachium curatur;

21 Armesendis, filia Petri de Bondrons, confessa fuit in verbo veritatis : quod, dum cecidisset et excorruisset sibi brachia, ita quod dexterum non poterat volvere, et pateretur magnum inde dolorem, ad visitandum venit dicti fratris Bernardi sepulchrum, et habens fidem meritis ipsius, Dominus restituit ei sanitatem, ita quod in mane fuerit totaliter curata.

mulier restituitur sanitati;

22 Ermesendis de Cumbis, de parochia sancti Martialis de Montesigno, dixit in verbo veritatis : quod dum pateretur magnum dolorem a cingulo inferius, venit visitandum sepulchrum beati Bernardi, rogans Deum, ut meritis et precibus ipsius dignaretur ipsum dolorem a corpore suo removere, et ipsa reversa ad domum suam, Dominus reddidit ei sanitatem; et ipsa postea rediit ad sepulchrum ejus, referens gratias Domino Jesu-Christo.

puella desperata convalescit;

23 Ferrarius de Castellar, de parochia sancti Vincentii de Espinalbes, confessus fuit in verbo veritatis et paratus jurare : quod cum quamdam filiam suam per novem septimanas infirmam tenuisset, ita quod de vita ipsius jam desperaret, confidens meritis beati Bernardi reclamavit ad Deum, et in continenti fuit liberata. EX MSS.

puer a morbo caduco liberatur;

24 Maria Descroses, de parochia de sancta Maria de Villanova, cum haberet filium detentum morbo caduco per medium annum, habuit fidem meritis beati Bernardi, et reclamavit se ad eum, et statim liberatus fuit infans ab illa infirmitate.

puer quinquennis ab hernia curatur;

25 Maria Boyles, de parochia de Brolio, habens filium unum, ætate quinque annorum, confessa fuit in verbo veritatis : quod fuerat fractus sive erniosus per menses tres; et quadam nocte habuit fidem meritis et precibus beati Bernardi, et cum magno dolore reclamavit se ad Dominum et in mane invenit eum per Dei gratiam liberatum.

puella a dolore capitis sanatur;

26 Arnaldona, filia Guillelmi Bassa, de parochia sanctæ Mariæ de Samar, confessa fuit in verbo veritatis : quod dum detenta fuisset per longum tempus magna infirmitate in capite, ita quod non audebat sola facere propter timorem, quem habebat, quia videbatur, quando illa infirmitas veniebat, ei, quod aliquis teneret eam oppressam in gutture et clamabat fortiter quod juvarent eam; et postea non poterat loqui, dum detenta esset ab illa infirmitate, donec cessaret; commendavit se precibus beati Bernardi, et Dominus restituit eam pristinæ sanitati.

puer desperatus redit ad sanitatem;

27 Guillelma de Riaria, de parochia de Bisaura, confessa fuit verbo veritatis : quod habebat filium unicum infirmatum et etiam quasi mortuum; ita quod de vita ipsius jam desperabat; reclamavit se ad Dominum et ad preces beati Bernardi, et divina gratia fuit sanitati optime restitutus.

item alius puer;

28 Pagesia de Ulmo, de parochia de Bisaura, confessa fuit in verbo veritatis : quod habebat filium parvulum infirmum, ita quod de vita ipsius desperabat; reclamavit se ad Dominum et ad preces beati Bernardi, et restitutus fuit pristinæ sanitati.

unus liberatur a compedibus, alter a lupia;

29 Berengarius de Valloria Subirana, de parochia sanctæ Mariæ de Sallent, captus fuit a Guillelmo de Valloria, convicino suo, et a quibusdam aliis, et misserunt eum in castro de Orebasi in magno cep *g*; et dum litteræ legerentur, quas dominus Vicensis episcopus transmisserat Bernardo de Jorba, domino dicti castri, quod redderet sibi dictum hominem, quidam scutifer, qui ibi erat præsens, coram omnibus dixit, quod habebat lupiam inter ambos occulos et crescebat in tantum, quod timebat amittere visum; ipse autem audiverat quod Dominus per sanctum Bernardum miracula multa faciebat, habuit fidem in ipsum et reclamavit se ad Dominum et ad preces ejus, et Dominus curavit ipsum ab illa infirmitate. Hoc audiens supradictus homo, qui ibi captus erat, direxit preces suas ad sanctum Bernardum, dicens cum magna devotione, quod si Dominus per ipsum deliberaret eum a captivitate, visitaret sepulchrum suum tribus libris ceræ; et in sequenti nocte Dominus traxit eum a dicta captione, sine damno, cum illo cep in pedibus suis, et custodes, qui circa eum erant, nihil audierunt.

g

puer contractus erigitur et mater liberatur a febri;

30 Anno Domini millessimo ducentessimo quinquagessimo, idus octobris. Guillelma, uxor Bernardi de Bonastre, de parochia sanctæ Mariæ de Mari in civitate Barchinonæ, venit apud Vicum

ex mss. Vicum, et dixit in verbo fide sua : quod cum haberet filium parvulum contractum ex tibia et brachio, nec etiam poterat mamillam suggere, habens fidem meritis beati Bernardi, invocato ipsius adjutorio, Dominus eum restituit sanitati. Preterea, dum ipsa febricitasset per septem hebdomadas, et demum circunstantes de vita ipsius desperassent, habendo fidem invocaverunt beatum Bernardum, et restituta fuit sanitati. Et hoc fuit parata jurare in præsentia Raymundi de Capraria et Raymundi de Sala, Bernardi de Pinu, et Raymundi de Moraria.

item mulier et vir febricitantes;

31 Bernardona Casa, uxor Berengarii Ermengaudi, de Sancti Andreæ de Palomar, dum febricitasset et in extremis laborasset, Guillelma ejus soror et alii circunstantes invocaverunt sanctum Bernardum, statim recuperavit loquelam et per consequens plenarie sanitatem; et hæc ambæ partes fuerunt jurare paratæ in præsentia prædictorum.

mulieri valetudo redditur;

32 In anno præfixo, sexto calendas novembris, Maria uxor Bernardi Cirera, de Barchinona, de parochia sanctæ Mariæ de Mari, venit ad beatum Bernardum cum dicto viro suo nudis pedibus, et retulit in veritate : quod cum diu variis languoribus et infirmitatibus afflicta in lecto jaceret, vovit, quod si beatus Bernardus impetraret ei sanitatem a Domino, ad ejus tumulum nudis pedibus veniret; et hac promissione facta in sero, in mane, recuperata sanitate, de lecto surrexit.

mulieri loquela fere omissa restituitur;

33 Anno Domini millessimo ducentessimo quinquagessimo primo, tertio calendas augusti. Raymunda de Treserra de Lisavissa dixit : quod, cum per duodecim annos amississet fere loquelam, ita quod vix intelligebatur, rogavit beatum Bernardum, quod impetrasset ei sanitatem, et statim recuperavit loquelam.

pater et filia curantur;

34 Anno præfixo, quinto calendas septembris. Petrus Rosello de Corco Jussa, dixit : quod per novem hebdomadas steterat quod non viderat, et reclamavit beatum Bernardum, quod impetraret sibi sanitatem a Domino; et statim dolor recessit et curatus est. Item quædam filia sua Maria, quæ per tres hebdomadas amisserat auditum, ita quod nihil audiebat, quadam die in sero rogavit beatum Bernardum, ut rogaret pro ea ad Dominum, et in mane recuperavit auditum.

puer contractus erigitur;

35 Ripol de Podio, de parochia de Semalus, dixit : quod, cum quidam filius suus per tres hebdomadas contractus fuisset, ita quod pedes et manus movere non posset, emissit vocem, et rogavit Dominum ut per merita beati Bernardi dicto filio suo redderet sanitatem; qui statim curatus est.

puer moribundus convalescit;

36 Anno præfixo, quinto calendas novembris. Guillelma Genera de Loberes, de parochia sancti Stephani de Vilanova, dixit : quod filius suus Franciscus laboraverat per quindecim dies febre continua et accuta; et cum loquelam amisisset et jam esset quasi mortuus, dicta Guillelma flens in terra prostrata rogavit Dominum, quod per merita beati Bernardi redderet suo filio vitam; et statim recuperavit loquelam, et curatus est.

vir a fornice lapsus curatur;

37 Anno ut supra, cuarto calendas novembris. Guillelmus Lombart, de Sancta Anna, de Barchinona, dixit : quod cecidit in ecclesia Beatæ Mariæ de Mari cum quadam volta et fregit sibi tibiam, ita quod a genu inferius non remanserat os sincerum; et cum ab omnibus medicis esset destitutus, et esset opinio eorum quod curari non posset; tandem dixit ei quidam clericus, quod forte posset curari, si faceret sibi cidi in calle pedis, et dum ipse vellet hoc facere, dixit ei quædam mulier, quod hoc non faceret, sed quod rogaret beatum Bernardum, qui sine dubio ipse impetraret sibi sanitatem; et statim dicta mulier fecit fieri pedem de cera, et in continenti recessit dolor, quem patiebatur, et per consequens curatus est perfecte.

alius a morbo tredecim annorum;

38 Anno Domini millessimo ducentessimo quinquagessimo secundo tertio idus octobris. Guillelmus Marques de Vilanova, dixit quod terdecim annos, in quolibet mense, in renovatione lunæ, contigerat sibi, quod per octo dies in qualibet luna non poterat ire nec se movere de loco suo; et habens fidem in meritis beati Bernardi invocavit ejus auxilium, et, Domino cooperante, curatus est.

alius a surditate quindecim annorum;

39 Petrarius Destimonet de Granuliers, de Valles, dixit : quod per quindecim annos auditum habuerat impeditum, et aliquando nihil audiebat, et in festo Pasche proxime transacto invocavit auxilium beati Bernardi, et ex tunc recuperabit omnino auditum.

alius liberatur a carcere;

40 Anno præfixo, decimo tertio kalendas novembris. Joannes Albus de Taradello, cum captus esset ab A. Deschirs, duxerunt eum ad mansum Raymundi de Torrentibus de Tabernolis, et rogavit eum * Dominum, ut per merita beati Bernardi liberaret eum ab illa captione : et in sero cum esset in dicta domo, et omnes dormissent, et ipse et illi qui eidem * ceperant; ipse post paululum excitatus a sompno, vidit januam appertam, quam ipso vidente fortiter clauserat in sero; et quidam canis jacebat super tibias suas, qui statim amovit se, et dedit ei locum, et non latravit, licet de hoc multum timeret, et sic exivit domum et evasit.

* eum *dele*

* *l.* eumdem

puer curatur a febri;

41 Anno Domini millessimo ducentessimo tertio, decimo cuarto calendas decembris. Petrus Rupit, de parochia sancti Juliani de Altura, paratus jurare, dixit : quod dum Berengarius filius ejus febricitaret, ita quod de vita ipsius desperabatur, et jam loquelam amitteret, ipse habens fidem in meritis sancti Bernardi, et, invocato ejus auxilio, cœpit infans loqui, et in continenti convaluit; et recognovit patrem et matrem, quos antea ignorabat.

puella a dolore capitis;

42 Eodem anno et die, quo supra Berengaria de Postius, de parochia de Terrasiola, parata jurare, asseruit : quod cum Maria filia sua, quæ per unum annum dolorem capitis passa fuit, ita quod ex toto visum amisserat propter dolorem capitis, habuit fidem in meritis beati Bernardi, et, Domino concedente, restituta est sanitati.

mulier ab axillæ infirmitate;

43 Eodem anno, et die. Agnes Despinalbes, parata jurare, asseruit : quod cum gravem infirmitatem super assella pateretur, ita quod ex inde multipliciter afligebatur, in tantum quod neque dormire, neque comedere poterat, commendavit se ad sanctum Bernardum, ad cujus sancti merita et intercessionem extitit liberata.

alia mulier a cancro;

44 Ermesendis de Treserra, de parochia de Muntenyola, parata jurare, asseruit : quod cum ipsa gravem infirmitatem morbi corrossivi *h* in manu pateretur, ita quod a medicis nullum dari poterat consilium in vulnere, atraxit se ad sanctum Bernardum, et ad intercessionem præfati sancti viri meritis, extitit liberata.

h

puer, chrismatus a S. Bernardo, a febri;

45 Anno Domini millessimo ducentessimo quinquagessimo cuarto, septimo idus junii. Bernardus

Bernardus Sapere, de parochia sancti Asiscli de Vallealta, paratus jurare, asseruit : quod cum filius ejus parvulus pateretur febrem, ita quod per decem dies non supreserat cibum ; recordatus fuit de nocte dictus Bernardus, quod beatus Bernardus chrismasset eum, et pro filio suo ejus auxilium invocavit, et ad intercessionem dicti sancti curatus est statim, Domino operante.

puer claudus erigitur ;

46 Anno ut supra, sexto idus novembris. Arnaldus de Casis, de parochia sancti Bartholomei de Gradu, paratus jurare, aseruit : quod cum filius ejus parvulus, quem habebat, ita claudus fuerat quod ipsius tibiæ cruribus et anchis inseparabiliter adherebant, et sic contractus per mensem stetit ; sed dictus Arnaldus motus pietate pro filio suo, beati Bernardi auxilium invocavit, et infra octo dies rectus et curatus fuit ejus filius ad intercessionem et meritum dicti viri sancti Bernardi, Domino operante.

alius curatur ab epilepsi ;

47 Anno Domini millessimo ducentessimo quinquagessimo quinto, sexto idus augusti. Englicia de Saperareta, de parochia sancti Andreæ de Palomar, Barchinonensis diœcesis, parata jurare, asseruit : quod cum filius ejus Romeus morbo epileptico laboraret et illa infirmitate fere per annum vexatus fuisset ; dicta Englicia pro filio suo prædicto auxilium beati Bernardi cum lacrymis imploravit, et ab illa hora inantea ad intercessionem dicti viri curatus est filius ejus perfecte.

alius a morte proxima ;

48 Eodem anno, octavo calendas octobris. Agnes de Cortali, de civitate Barchinonæ, de parochia sanctæ Mariæ de Mari, parata jurare, asseruit : quod cum filius ejus Petrus repentina infirmitate detentus fuisset, ita quod visum, auditum et loquelam penitus amississet, et sic stetit per triduum continuum, non recipiens potum vel cibum ; ipsa Agnes pro filio suo jam dicto confidens de vita et meritis sancti Bernardi, ipsius viri sancti auxilium imploravit ; et ad intercessionem dicti sancti curatus est dictus infans et cœpit loqui ; unde circumstantes Domino gratias referebant.

alius a fractura interna ;

49 Eodem anno, sexto nonas octobris. Raymundus Calvera, de parochia sancti Stephani de Castellar, paratus jurare, in verbo veritatis asseruit : quod cum filius ejus Simon fracturam in genitalibus pateretur, ita quod absque incisione ipsum medici curandum esse non credebant, et dicti medici dicebant, quod opportebat ipsum puerum attenuari, antequam possit incidi, per abstinentiam cibi et potus, cum pinguis esset et carnosus, mater et pater dicti pueri, pietate commoti, incisionem hujus medicamenti differebant, et a quibusdam convicinis suis inducti fuerant ut agitarent seu atraherent dictum puerum ad sanctum Bernardum. Quod pluribus videntibus ita factum ; est incontinenti curatus dictus puer de illa infirmitate per intercessionem et meritum dicti viri sancti. Nomina testium sunt Guillelmus Andreu, Berengarius de Lasera, et Ermessendis de Podiolo, et parentes dicti pueri, scilicet Raymundus prædictus et Guillelma ejus uxor.

puella a lethali morbo ;

50 Eodem anno, quinto nonas octobris. Berengaria de Torrentibus, de parochia sancti Cipriani de Cabanes, parata jurare, asseruit in verbo veritatis : quod cum filia ejus Raymunda de Fonte, de parochia de Sent-Fort, laboraret ad mortem, ita quod nulla vitæ spes esset, et sic per triduum semimortua stans, demens facta, loqueretur, nec cibum suscepisset, dicta mater, confissa de vita et meritis beati Bernardi, pro ipsa filia sua auxilium beati Bernardi imploravit, et post paululum ad intercessionem et meritum dicti sancti convaluit dicta Raymunda. Nomina testium sunt Berengaria supradicta et vir ejus Raymundus-Bernardus de Font, Eligsendis Martina, et plures alii earumdum parochiarum.

ex mss.

femina a excitate ;

51 Eodem anno ut supra, decimo sexto calendas novembris. Ermesendis de Ulmo, de parochia sancti Andreæ de Castro-Ciro, parata jurare, in verbo veritatis asseruit : quod cum per annum et amplius privata fuisset visu, habens fidem in vita et meritis beati Bernardi, ipsius auxilium cum lacrymis imploravit, et per intercessionem et meritum dicti viri sancti recuperavit visum.

puer a contractione ;

52 Eodem anno, decimo quinto kalendas novembris. Maria Cascanell, de parochia de Samalus, parata jurare, asseruit : quod cum haberet filium septennem, et in ætate illa per cuatuor annos et amplius continuos contractus et claudus fuisset, toto audito de vita et miraculis sancti Bernardi, dicta Maria confidens de meritis ipsius pro ipso filio suo, ejusdem beati Bernardi auxilium imploravit, et post paululum ad intercessionem et meritum dicti viri sancti rectus et curatus est filius ejus. Testes sunt sacerdos ejusdem parochiæ et plures alii parochiani sui.

mulier ab infirmitate auris ;

53 Anno Domini milessimo ducentessimo quinquagessimo quinto, secundo calendas novembris. Bernarda Custureva, de parochia sanctæ Mariæ de Pinu, civitatis Barchinonæ, parata jurare, in verbo veritatis asseruit : quod cum pateretur in aure dextra, ita quod ex parte illa amississet auditum ex toto bene per mensem, habuit fidem in meritis beati Bernardi et curata est ex illa infirmitate.

vir a morbo desperato ;

54 Eodem anno, septimo idus novembris. Berengarius Suyera, de parochia sanctæ Mariæ de Pinu, in civitate Barchinonæ, paratus jurare, asseruit : quod cum per tres menses et amplius gravi detineretur infirmitate et ad ultimum sensum et visum amississet, ita quod de vita ipsius nulla spes esset, et sic demens stetit per octo dies, vicini et amici ejus pro eo auxilium beati Bernardi invocaverunt ; et incontinenti, facta oratione, incepit videre et convalere dictus Berengarius, et curatus est ad intercessionem et meritum dicti viri sancti. Testes sunt uxor dicti Berengarii, Raymundus Ripol, et plures alii.

alius a vulnere insanabili ;

55 Petrus de Ermenart, de parochia sancti Petri de Rubi, Barcinonensis diœcesis, paratus jurare, asseruit : quod cum esset in arbore olivæ ut scinderet ibi frondes, cadens de ipsa, a quodam trunco ipsius arboris in crure accepit insanabile vulnus ; et cum ibi dolorem intolerabilem pateretur, mater ejusdem Petri atraxit eum ad sanctum Bernardum et infra quindecim dies sanatus est et curatus ad intercessionem et meritum dicti sancti. Testes dicta ejus mater, Petrus de Remnart et filia ejus Sancia, et Ermesendis Casadrid de Molendinoregis.

femina nobilis a lupia ;

56 Eodem anno, decimo tertio calendas decembris. Nobilis domina Eligsendis de Rivopirorum, parata jurare, in verbo veritatis asseruit : quod cum in dorso manus suæ deformitatem cujusdam lupiæ pateretur, atraxit se ad sanctum Bernardum promittens, quod si Dominus per intercessionem et meritum dicti sancti illa lupia

EX MSS. removeretur, inde manum ceream ad ejus tumulum deportaret; et curata fuit manus ejus de illa infirmitate ad intercessionem et meritum beati Bernardi; sed cum votum solvere prolongaret nimis, iterum in eodem loco facta fuit eadem lupia, ipsa vero domina iterum invocavit auxilium beati Bernardi prædicti propter hoc, et solvit quod promisserat, et iterum ad preces ipsius viri sancti curata est, Domino operante.

vir nobilis liberatur a dolore brachii et duello;

57 Eodem anno et die. Nobilis vir Bernardus de Muntalegre, paratus jurare, in verbo veritatis asseruit: quod cum quodam die cum armis in collo brachii sui dextri cum ense magnum ictum sive vulnus accepisset, et per multum tempus magnum sustinuisset dolorem, demum curatus est, ita quod per decem annos non sensit ibi dolorem, sed pro tempore cum ad preces aliquorum suorum amicorum agressus fuisset sive arramississet *i* quemdam alium militem de uno hastiludio sive juncta; ex qua (si fieret) oriri poterat majus bellum et guerra. Unde cum dies esset præfixa et assignata ad faciendam dictam junctam, et ex utraque parte omnes essent congregati in nocte ante præfatum diem junctæ, dum ipse jaceret in lecto cum fratre suo Arnaldo de Muntalegre, circa ipsam mediam noctem idem dolor, et in eodem loco cœpit eum vexare; ita quod non posset lanceam sustinere, neque alium percutere; et cum propter dolorem dormire non posset, quæsivit ab eo dictus Arnaldus si timebat junctam, aut quare non dormiebat; cui retulit omnia, dicens et secum deliberans: « Nunc propter verecundiam non possum cedere, sed expectabo alium cum scuto et ipse percutiat me; » sed finaliter cogitavit intra se et fuit recordatus merita beati Bernardi et dixit secum: « Si beatus Bernardus propter merita sua, Domino cooperante, mihi impetraverit ut iste dolor ita vehemens removeatur a me, ego ob reverentiam ipsius (si potero sine verecundia) cedam junctæ, ne malum, nec guerra inde deterior oriatur; » et ad intercessionem et meritum dicti viri sancti Bernardi, antequam esset dies, cessavit dolor; et in crastinum invenit idem nobilis viam, qua sine dedecore cessit junctæ; et cessavit malum et discordia, quæ inde parata erat oriri, et idem nobilis postea non sensit dolorem illum, gratias referens Domino.

i

puella a mortis angustiis;

58 Eodem anno et die. Sancia, uxor Simonis Correfer, de parochia sancti Justi, in civitate Barcinonæ, parata jurare, asseruit: quod cum pergeret ad quandam mulierem, filiam suam parvulam, sanam et hilarem, in brachio ferens, subito in ipsa via eadem filia cœpit laborare ad mortem; et cum exanimis crederetur, et quidam clauserat sibi os ipsa ac occulos, ipsa mater ejus pro vita filiæ suæ beati Bernardi auxilium imploravit, ad cujus preces et meritum per fidem matris ipsa parvula ipsa vivens restituta est plenarie sanitati.

mulier a dolore pedum;

59 Eodem die et anno. Ermesendis de Bonastre, uxor Petri de Bonastre, de eadem parochia et civitate, paratus jurare, asseruit: quod cum diu in pedibus dolorem nimium pateretur et gressu omnino careret, post multa medicamenta beati Bernardi auxilium imploravit, et confidens in eo per intercessionem et meritum ipsius beati Bernardi bene curata est mulier antedicta.

mulier loquelam recuperat;

60 Anno Domini millessimo ducentessimo quinquagessimo sexto, decimo cuarto calendas septembris. Geralda de Sala, uxor Eymerici de Samadura, de parochia sancti Petri de Premiano, Barcinonensis diœcesis, parata jurare, asseruit: quod cum gravi infirmitate percussa fuisset subito, et propter hoc sensum et loquelam amississet omnino, et etiam sic per quinque dies stetisset dictus vir suus, cum pluribus aliis circunstantibus, licet nulla spes haberetur de vita ipsius, pro ea cum lacrymis beati Bernardi auxilium imploravit; et continuo dicta Geralda per fidem circunstantium et meritum beati Bernardi loqui cœpit et protinus convalere. Testes sunt prædictus Eymericus, et plures alii ejusdem parochiæ, qui cum eo erant.

vir curatur a paralysi aut apoplexi;

61 Eodem anno, septimo calendas septembris. Petrus Marcet, de parochia de Parets, Barcinonensis diœcesis, paratus jurare, asseruit: quod cum ab infirmitate paralisi percussus fuisset subito, ut extorta facie, et debilitate membrorum manifestius apparebat, habens fidem in vita et meritis beati Bernardi, cum sic stetisset per duos dies, postea per intercessionem et meritum beati Bernardi curatus est. Nomina testium sunt Bernardus et Matheus, et Maria, filii dicti Petri.

mulier a triennali contractione;

62 Eodem die et anno. Ermesendis de Comabello, de parochia sancti Martini de Rinderenes, Gerundensis diœcesis, parata jurare, asseruit: quod cum per trienium et amplius de omnibus membris suis propter dolorem contracta fuisset, et demum propter hoc in extremis laborans, habuit fidem in vita et meritis beati Bernardi, ad preces cujus convaluit et curata est.

vir ab infirmitate desperata;

63 Eodem die et anno. Guillelmus de Prunetes, de parochia sancti Stephani de Castellar, Barcinonæ diœcesis, paratus jurare, asseruit: quod cum filius ejus Thomas dolorem in gutture et maxillis pateretur, et non posset loqui nec cibum recipere, et propter hoc de vita ipsius dicti Guillelmi desperaret, habens fidem in vita et meritis beati Bernardi, pro filio suo prædicto ejus auxilium imploravit, et continuo cœpit loqui dictus Thomas, et propter meritum ipsius sancti Bernardi curatus est. Testes sunt prædictus Guillelmus et uxor ejus Maria, et filia eorum Berengaria.

alius vir a gravi febri;

64 Eodem anno, cuarto nonas septembris. Jacobus de Turre, de parochia sancti Cypriani de Cabanes, Barcinonæ diœcesis, paratus jurare, asseruit: quod dum gravi laboraret infirmitate et etiam alias febricitasset ad mortem, et de vita ipsius desperaretur, tam ipse, quam uxor ejus Eligsendis, beatum Bernardum humiliter rogaverunt ut ejus precibus et meritis ab illa curaretur infirmitate; et in hoc sperans cum fiducia dictus Jacobus curatus est per intercessionem et meritum dicti viri sancti. Testes sunt rector ecclesiæ de Galex, et Petrus de Solerio de Sancta Perpetua.

presbyter a maxillarum morbo;

65 Eodem die et anno. Homo-Dei Rubiol, rector ecclesiæ de Lobons, Barcinonensis diœcesis, paratus jurare, asseruit: quod cum maxillis suis et dentibus dolorem vehementissimum pateretur, in tantum quod quædam ossa evellebat maxillis, precibus et meritis beati Bernardi cum fiducia se commissit, et per ejus meritum curatus est dictus rector.

puer a lethali morbo;

66 Bernardus de Samascort, de sancta Maria de Brea, Gerundensis diœcesis, paratus jurare, asseruit: quod cum filium parvulum haberet, et gravi detineretur infirmitate, ita quod de vita ipsius pueri desperaretur omnino, quia lac non sugerat per biduum; agitavit sive atraxit eum ad sanctum Bernardum mater ipsius pueri, et

et incontinenti curatus est dictus puer per intercessionem dicti viri sancti. Testes sunt mater et avia ipsius pueri. Item asseruit dictus Bernardus : quod per intercessionem et meritum dicti viri sancti curatus fuit de febre quartana.

vir a gutturis dolore;

67 Eodem die et anno, quinto idus septembris. Bernardus de Roca, de parochia sancti Vincentii de Joncheres, Barcinonensis diœcesis, paratus jurare, asseruit : cum in gutture quoddam malum pateretur quod *cireres j* vulgariter appellatur, et ipso gutture de die in diem tactu medicorum propter hoc necessario indigeret, et sic passus fuit fere per quadriennium ; sed cum non posset per ullam artem medicorum curari, auxilium beati Bernardi imploravit et confidens de vita et meritis ipsius curatus est ab illa infirmitate dictus Bernardus ad intercessionem dicti viri sancti. Testes sunt Raymundus et Petrus de Sabruguera.

j

alius ab oculorum infirmitate;

68 Eodem die et anno. Petrus de Bruguera, de parochia sancti Juliani Dealtura, Barcinonensis diœcesis, paratus jurare, dixit : quod cum in occulo dextro dolorem vehementissimum pateretur, ita quod ex eo non videbat, habuit fidem in precibus et meritis beati Bernardi, et invocato ejus auxilio ad intercessionem dicti viri sancti curatus est, et vidit ut prius. Testes sunt Arnaldus de Roca, et Raymundus de Bruguera et parentes dicti Petri.

alius a ventris tumore;

69 Die et anno ut supra. Ferrarius de Bramasachs, de parochia de Vilanova de Runtornes, Barcinonensis diœcesis, paratus jurare, asseruit : quod cum in ventre suo infirmitatem et tumorem magnum ad modum prægnantis pateretur fere per annum et curari non posset, immo vero hidropicus credebatur, beati Bernardi precibus confisus, ei auxilium imploravit, et per intercessionem et meritum dicti viri sancti curatus est. Testes sunt Rotlandus de Montornes, Bernardus Sa-Cirera et Berengarius Ferigola et Olivarius Darguès ejusdem parochiæ.

alius a vulnere insanabili;

70 Eodem anno, decimo cuarto calendas octobris. Bernardus de Podio Cordelos, de parochia sanctæ Mariæ de Luciano, diœcesis Vicensis, bajulus ejusdem castri, paratus jurare, asseruit : quod cum latere suo sinistro vulnus insanabile pateretur, quod ex diuturintate temporis apparebat, eo quod per annum et vigintiduos dies illud passus fuisset, ad inductionem Bernardi de Prexana, civis Vicensis, beati Bernardi auxilium imploravit, et per intercessionem et meritum dicti viri sancti Bernardi curatus est infra cuatuordecim dies continuos, postquam in ipsius precibus et orationibus fidem habere cœpit.

matrona a febri;

71 Eodem anno, undecimo calendas septembris. Nobilis domina Sibilia de sancta Oliva de Panedes Barchinonensis diœcesis, parata jurare, asseruit : quod cum febre continua cum aposthemate laboraret ad mortem, ita quod magis ab omnibus ad mortem quam ad vitam judicaretur, ipsa cogitans inter se de vita et meritis beati Bernardi, ejus auxilium imploravit, et per intercessionem et meritum ejusdem beati Bernardi statim convalere cœpit dicta domina et curata est. Testes sunt nobilis vir de sancta Oliva, ejusdem dominæ vir, et filia eorum nobilis domina Eligsendis de Rineto, et plures alii.

mulier a brachii dolore;

72 Eodem anno, secundo calendas octobris. Berengaria, uxor Petri de Brea, de parochia sancti Saturnini de Muntornes, diœcesis Barcinonensis, parata jurare, asseruit : quod cum in brachio dextro dolorem pateretur fere per medium annum, ita quod in ea parte debilis et impotens erat omnino, orationibus et meritis beati Bernardi cum lacrymis se commissit, et in eadem nocte, qua ejus auxilium imploravit, curata fuit, ut de ipso brachio potens sit.

EX MSS.

vir ab osse in stomacho;

73 Eodem anno, secundo nonas octobris, Raymundus Gallus, de parochia sanctæ Mariæ Callidis, Barcinonensis diœcesis, paratus jurare, asseruit : quod cum more solito carnes arietinas comederet, ex inesperato et casu fortuito quoddam os cum ipsis carnibus transglutisset, quod fixum portavit in orificio stomachi per septem hebdomadas *k*, et cum super hoc non posset medicorum auxilium invenire, nec posset anelare, nec comedere, beati Bernardi auxilium imploravit, et incontinenti post cuatuor dies dictum os, per intercessionem et meritum dicti beati Bernardi, evulsum est de loco illo, et liberatus est dictus Raymundus. Testes sunt uxor ejus et plures alii ejusdem loci.

k

mulier a surditate;

74 Eodem anno, secundo idus octobris. Guillelma de Vilario, de parochia sancti Felicis de Raona, diœcesis Barcinonensis, parata jurare, asseruit : quod cum auditum penitus amisisset et per duos menses et amplius surda stetisset, beati Bernardi auxilium invocavit, et per meritum et intercessionem dicti viri sancti recuperavit auditum.

maritus et uxor a diuturno morbo;

75 Idus octobris anno ut supra. Petrus Sagiol, de parochia sancti Juliani de Altura, Barcinonensis diœcesis, et uxor ejus Guillelma, parati jurare, dixerunt : quod cum ambo diu ægrotassent et juvare se non possent nec movere, nisi ab alio moverentur, per se et per alios vicinos suos inducti fuerunt ut beati Bernardi auxilium invocarent ; et cum ipsi ejus precibus et meritis se commississent cum devotione, per intercessionem et meritum ipsius beati Bernardi, ambo incontinenti curati sunt. Testes Ferrarius En-Casanova, et F. En-Cozal, et plures alii ejusdem parochiæ.

puella a cancro;

76 Eodem anno, secundo nonas decembris. Maria de Pulcro-loco, de parochia sancti Bartholomei de Gradu, Vicensis diœcesis, parata jurare, asseruit : quod cum filia Bartholomera in manu dextra et pede sinistro malum corrosivum per annum et medium pateretur, nec in hoc posset ope medicorum juvari, dicta Maria pro filia sua beatum Bernardum cum lacrymis exoravit ut per intercessionem et meritum ipsius ab illa infirmitate curaretur dicta ejus filia ; et incontinenti cœpit convalere et curata est per meritum dicti viri sancti Bernardi. Testes rector ipsius ecclesiæ, Berengarius Bolugues de Vilario, et Raymundus Sauria.

puer a demencia;

77 Anno Domini millessimo ducentessimo quinquagessimo septimo, secundo idus julii. Bernardus de Cumba, de parochia sancti Petri de Corno, Barcinonensis diœcesis, simul cum filio suo Guillelmo paratus jurare, dixerunt : quod cum idem Guillelmus filius ejus insensatus factus fuisset omnino et in hac dementia per annum fere stetisset, idem Bernardus in ecclesia sancti Michaelis de Vrastrells, ejusdem diœcesis, præsente præposito, beati Bernardi auxilium imploravit et fecit ab aliis præsentibus implorari ; et continuo sanus factus est et curatus de illa dementia dictus Guillelmus, per intercessionem et meritum viri sancti. Testes sunt Raymundus de Vultrera, et mater et uxor ejus,

ex mss. ejus, Bernardus de Navel, et Arnaldus de Malagarriga, et ejus uxor, et dictus de Vrastrell, et plures alii infirmi.

vir a tibiarum infirmitate; 78 Eodem anno, tertio idus octobris. Arnaldus Isarni, de parochia sanctæ Mariæ de Palatio, Barcinonensis diœcesis, paratus jurare, asseruit : quod cum in tibiis et aliis membris dolorem pateretur ita quod non poterat ire, nec se movere, inductus sit ut beati Bernardi auxilium invocaret, et comittens se ejus precibus et orationibus, per intercessionem et meritum ipsius incontinenti curatus fuit de illa infirmitate. Testes Guillelmus Soreda et ejus uxor G. Ribalta, et Raymundus Geraldi ejusdem parochiæ.

miles a vulnere; 79 Eodem anno, septimo calendas decembris. Gerardus de Vilari, de parochia sanctæ Mariæ, de Vidrera, Gerundensis diœcesis, paratus jurare, asseruit : quod cum esset in Ausonia *l* cum nobili domino Geraldo de Montesurico, et cum armis insultum facerent contra quosdam, idem Gerardus de Vilari in parte posteriori, (quæ inter medium spathularum *m*,) cum ballista letali vulnere percussus fuit, ita quod asta cum ferro totum corpus perforabat ipsius, quæ in parte anteriori apparebat ipsius et exibat; qui cadens in terra, quasi mortuus, non loquebatur nec etiam respirabat; cumque per multum temporis spatium sic stetisset et a suis ad locum securum apportatus fuisset; licet de vita desperaretur ipsius, quidam consanguineus suus cum aliis pluribus militibus et peditibus pro vulnerato beati Bernardi auxilium humiliter invocaverunt; et incontinenti, evulsa de corpore ejus asta, respirare cœpit et loqui, qui etiam post tres septimanas curatus est, et ad intercessionem et meritum prædicti sancti Bernardi.

l

m

nautæ a naufragio; 80 Anno Domini millessimo ducentessimo quinquagessimo octavo, tertio nonas madii. Raymundus de Prato, de parochia sanctæ Mariæ de Mari, in civitate Barcinonæ, paratus jurare, asseruit : quod cum esset in quodam ligno in mari circa insulam Majoricarum et Ibicæ cum pluribus aliis, venit ventus calidus et procella, et idem ligneus submersus fuit; et cum jam ivissent in mare valde longe a terra, et impetus venti appelleret eos huc et illuc, idem Raymundus invocavit beatum Bernardum, ut eos dignaretur cum Domino adjuvare, et incontinenti per meritum et intercessionem beati Bernardi Dominus ministravit eis barcham minorem ipsius lignei sine aliquo regimine, in quam se recipiens idem Raymundus cum sex personis, Domino cooperante, sanus evasit; alii autem evaserunt in barcha majori; de nominibus autem qui cum eo erant non recordabatur.

vir ab oculorum morbo; 81 Eodem anno, decimo calendas julii. Andreas de Turiges, de parochia sanctæ Mariæ de Olone, Vicensis diœcesis, paratus jurare, asseruit : quod cum in auribus et occulis dolorem maximum pateretur per quem visum amisserat et auditum, beati Bernardi auxilium imploravit; cujus meritis et intercessionibus restitutus est ac visum pariter et auditum [obtinuit.]

alius a surditate; 82 Eodem anno, octavo idus septembris. Petrus de Capdevila, de parochia sancti Michaelis de Trulls, Urgellensis diœcesis, paratus jurare, asseruit : quod cum per biennium et amplius obterate * fuissent aures ejus, ita quod per idem tempus nihil audiebat, venit ad tumulum beati Bernardi, rogans eum cum humilitate ac devotione, ut per intercessionem et meritum ipsius beati Bernardi mereretur recuperare auditum; qui ad preces ejusdem viri sancti, antequam reversus fuisset ad domum propriam, appertæ sunt aures ejus et recuperavit auditum. Testes sunt Franciscus Sabater, Guillelmus de Trulls et plures alii.

* *l.* obturatæ

puer a duplici hernia; 83 Eodem anno, cuatuordecimo calendas novembris. Petrus de Torrentibus, ætate decem annorum, cum avia sua Maria, de parochia sancti Petri de Canoves, parati jurare, asseruerunt : quod dictus Petrus esset fractus ex utraque parte; ipsa Maria et mater dicti Petri invocaverunt auxilium beati Bernardi, ut per preces et virtutem ejus Dominus deinde puerum sanaret ab illa infirmitate; et ad intercessionem et meritum ipsius sancti curatus est. Testes Berengarius et Andrea de Sala, Guillelmo de Podiaca et uxor ejus Berengaria, et plures alii ejusdem parochiæ.

clericus a febri quartana; 84 Eodem die et anno. Berengarius Arnaldus, de Monistrol, Vicensis diœcesis, clericus sanctæ Mariæ de Monserrato, paratus jurare, asseruit : quod cum diu febrem quartanam passus fuisset, et plures sanctos pluries rogasset ut eorum intercessionibus de hac convaleret infirmitate; sed feria quinta, qui dies Assensionis erat, præsentibus multis, recordatus de vita et miraculis beati Bernardi, promissit se esse servum ejus in perpetuum, si ipse dignaretur pro eo de sua convalecentia Dominum deprecari; et illa die non fuit passus, nec postea dictam febrem; et sic per intercessionem et meritum ipsius viri sancti incontinenti curatus est.

vir a perdita loquela; 85 Anno Domini millessimo ducentessimo quinquagessimo octavo, sexto idus madii. Petrus et Geralda de Vinyals, de parochia sancti Petri de Tavrasa, Barcinonensis diœcesis, parati jurare, asseruerunt : quod cum Martinus de Vinyals, pater eorum, subito dum sanus esset, amississet loquelam omnino, ambo fratres prædicti pro patre suo prædicto beati Bernardi auxilium invocaverunt, et ipse pater eorum audiens orationem, quam filii pro eo faciebant, in precibus et meritis ipsius beati Bernardi fidem habentes, simul cum eis lacrymas effundebat, et incontinenti ipse Martinus curatus est per intercessionem et meritum beati Bernardi, et recuperavit loquelam.

vir a morbo desperato; 86 Anno Domini millessimo ducentessimo sexagessimo, septimo calendas augusti. Berengarius de Rupa de Seravols in Ausonia *n*, Vicensis diœcesis, paratus jurare, asseruit : quod per sex menses gravi detentus fuisset infirmitate, et ad ultimum de vita desperaretur ipsius, ita quod jam ab amicis expositus fuerat et penitus derelictus; quidam circunstantes pro salute ipsius beatum Bernardum exorare cœpit, quamvis de ejus vita multi desperarent; sed, oratione facta pro eo, per intercessionem et meritum dicti viri sancti curatus est ex tunc dictus Berengarius.

n

mulier a febri; 87 Eodem anno, secundo calendas julii. Anticha Santos, sanctæ Mariæ de Mari, Barcinonæ diœcesis, paratus jurare, asseruit : quod cum gravi et febrili detineretur infirmitate, ita quod de vita desperaretur ipsius; positus extremitate visum fuit ei quod appareret sibi quidam vir religiosus in veste abbatis et postmodum idem sacerdos; qui, redactus ad mentem, cogitans quod hic esset beatus Bernardus, qui sic apparuerat ei, rogare cœpit circunstantes ut pro salute sua ipsum beatum Bernardum humiliter exorarent;

exorarent; et, facta super hoc oratione ab eis, prædictus sacerdos, per intercessionem et meritum dicti beati Bernardi, incontinenti convalere cœpit de illa infirmitate, et curatus est plene. Testes sunt plures stantes qui aderant hic et inde.

mulier a sterilitate;

88 Eodem anno, sexto idus augusti. Petrus Marcet et uxor ejus Arsendis, de parochia sancti Cucuphatis, Barcinonæ dicœcesis, parati jurare, asseruerunt: quod dum per duodecim annos simul cohabitarent et prolem suscipere nequivissent, venientes in tumulum beati Bernardi, humiliter rogarunt eumdem, ut per gratiam et meritum ipsius sancti Bernardi prolem suscipere mererentur: qui infra annum a tempore petitionis facta per intercessionem et meritum ipsius sancti Bernardi, quandam filiam genuerunt, quam cum reverentia et honore apportaverunt ad tumulum beati Bernardi die et anno ut supra. Testes sunt plures de parochia supradicta.

puer claudus a nativitate;

89 Anno Domini millessimo ducentessimo septuagessimo, tertio nonas novembris. Petrus de Saragossa, juvenis de parochia sancti Mandati, Barcinonæ dicœcesis, constitutus ante sepulcrum beati Bernardi in sede Vicensi, paratus jurare, asseruit: quod cum ipse claudus nasceretur de utero matris ejus, et sic contractus stetisset per tres annos et amplius, pater et mater ejus ad beatum Bernardum cum lacrymis invocaverunt, ut ipsius precibus Dominus dirigeret gressus ejus; et oratione facta, per intercessionem beati Bernardi rectus factus est et sanus.

reus liberatur a vinculis;

90 Anno Domini millessimo ducentessimo septuagessimo secundo, terdecimo calendas novembris. Petrus de Ugerio, paratus jurare, asseruit: quod cum in curia Barcinonæ pro quodam crimine captus esset, juste timebat justitiam corporalem sine dubio sustinere, et multis et fortibus vinculis detineretur ligatus; beati Bernardi auxilium invocavit, et sic a captivitate prædicta et vinculis per intercessionem ipsius et meritum evasit illæsus.

vir convalescit a gravi infirmitate;

91 Anno Domini millessimo ducentessimo septuagessimo, decimo calendas novembris. Geraldus Bartholomei, de parochia de Granulers, Barcinonensis dicœcesis, paratus jurare, asseruit: quod cum gravem sui corporis per octo annos et amplius passus fuisset infirmitatem, a qua non poterat medicorum auxilio liberari, licet multipliciter laborasset, beati Bernardi auxilium cum lacrymis imploravit, et sic per intercessionem et merita ipsius firmiter est curatus.

alius ab apoplexi;

92 Eodem die et anno. Petrus de Ameyes, rector ecclesiæ de Ullastrell, Barcinonensis dicœcesis, paratus jurare, asseruit: quod cum quadam nocte sanus intraret lectum, et in mane percussus paralisi, in facie graviter habuit os tortum et contractum omnino versus aurem dextram; de qua deformitate contristari cœpit plurimum et dolere, et a medicis solicite et aliis auxilium postulavit; et ad consilium ipsorum medicorum circa curam istius infirmitatis dedit cum medicinalibus et aliis operam efficacem; et cum per eos non posset sanari aliqua ratione et per quatuor menses passus fuisset continue dictum malum, recordatus de vita et miraculis beati Bernardi, ipsius auxilium cum lacrymis invocavit dicens: Domine sancte Bernarde, per cuatuor menses passus sum hanc infirmitatem; per cuatuor annos vestrum tumulum visitabo, si de hac infirmitate curatus fuero a Deo vestris meritis et honore; et, oratione facta, incontinenti curari cœpit, et per meritum et intercessionem dicti beati Bernardi infra spatium quindecim dierum curatus est ab illa infirmitate clericus superius dictus. EX MSS.

puer a fractura interna;

93 Eodem die et anno. Petrus de Martins, de Castro-Episcopali, Barcinonensis dicœcesis, paratus jurare, asseruit: quod cum unicus filius ejus parvulus, fractus omnino in genitalibus, sine incisione curari non poterat ullo modo; quam cum timeret fortiter, paterna dilectione commotus pro eo, beati Bernardi auxilium invocavit, et sic per meritum et intercessionem ipsius beati Bernardi curatus est prædictus puer.

puer ab oculi morbo;

94 Anno Domini millessimo ducentessimo septuagessimo tertio, undecimo calendas novembris. Eligsendis Desplusca, de parochia de Thalamanca, præsens coram tumulo beati Bernardi, parata jurare, asseruit: quod cum in præsenti anno filius suus parvulus in ætate trium annorum dolorem vehementissimum per sex hebdomadas et amplius in occulo dextro continue pateretur, ita quod dictus dolor ipsum occulum de loco naturali evulserat et pendebat super faciem ejus omnino; sed mater commota pietate materna, habens fidem in meritis et virtute dicti beati Bernardi, pro dicto filio suo ejus auxilium imploravit, et, orationem ad ipsum factam, per meritum et intercessionem ejusdem sancti restitutus fuit dictus ejus filius sanitati; et, dolore remoto, ejus occulum in locum debitum et ad visum mirabiliter restauratus.

vir ab hydropisi;

95 Eodem die et anno. Bernardus de Boscho, juvenis, paratus jurare, asseruit: quod cum diu morbo hydropico laboraret, nec posset aliquo medicamento adjuvari, habens fidem in meritis et virtute beati Bernardi, ejus auxilium imploravit; qui per meritum et intercessionem beati Bernardi curatus est.

puer a morbo lethali;

96 Anno Domini millessimo ducentessimo septuagessimo, sexto calendas augusti. Guillelmus Sabet, de parochia sancti Martini de Palafutgello, Gerundensis dicœcesis, constitutus coram tumulo beati Bernardi apud Vicum, paratus jurare, asseruit: quod cum filium, quem habebat parvulum, ætate unius anni et medii, infirmaretur ad mortem, in tantum quod per quinque dies nec occulos aperiret, nec lac suggeret, et jam de vita ipsius desperaretur; ipse Guillelmus et mater dicti pueri cum lacrymis beati Bernardi auxilium invocavit; et incontinenti, oratione facta, cœpit puer convalere, et per intercessionem beati Bernardi curatus est.

puer a vexatione dæmonis;

97 Anno Domini millessimo tercentessimo cuarto, octavo calendas martii. Petrus Desquer, et uxor sua Ermessendis, cives Barcinonæ, adduxerunt Vicum filium eorum ætatis trium annorum ad tumulum beati Bernardi; et, constituti coram eodem tumulo parati jurare, asseruerunt: quod cum dictus filius eorum infirmaretur graviter per medium annum et ultra, ex eo quem * vexabatur et cruciabatur a dæmonio, in tantum quod nullum remedium dabat ei, quin vexaret eum continuo; obtulerunt eum beatæ Mariæ de Carmelo de Monteserrato et pluribus aliis locis et sanctis; et cum nihil prodesset, quidam vicinus eorum dixit eis ut offerrent eum beato Bernardo de Vico, quem ipse

* *l.* quod

ex mss. ipse vicinus audierat dici pluries, quod Dominus multa miracula visibilia operabatur per eum et meritis ipsius; et sic dicti parentes pueri obtulerunt eum verbo beato Bernardo, promitentes visitare sepulcrum suum, si Dominus per merita sua liberaret dictum puerum, facta siquidem oratione et promissione, incontinenti ipsa eadem hora cessavit a dicta vexatione, et nunquam postea accidit sibi hujus dicta vexatio, et prædicta die qua fuit festum cathedræ sancti Petri dicti parentes adduxerunt puerum ad tumulum beati Bernardi, domino Jesu-Christo, et beato Bernardo gracias referentes quia exaudierat preces eorum.

nautæ a naufragio; 98 Anno Domini millessimo tercentessimo decimo septimo, decimo calendas madii. Jacobus Pleens, filius Bernardi de Pleens, de civitate Vicensi, constitutus personaliter coram tumulo beati Bernardi, paratus jurare, asseruit in verbo veritatis : quod a paucis temporibus citra erat in mari in quadam navi cum multis aliis navigantibus; qui recedentes a civitate de
o Nisse *o* veniebant ad civitatem Majoricam, et cum devenissent ad locum qui est inter Alavaix et Nisse, mare tummescente, fuit eis ventus contrarius et procellas maximas habuerunt, sic quod pro nimia tempestatis impulsa arbo-
p rum vela, amplustra *p*, cæteraque marina gubernacula dictæ navis fracta penitus extiterint. Cum igitur reffugium aliquid vel locus aliquis evadendi naufragium nullus esset, patronusque totaliter desolatus, de vita propria jam desesperans, volens alios quasi exanimes consolari, flens amare, dixit eis : « Domini et amici carissimi, ut videtis, positi sumus in angustia maxima et in vespere vitæ nostræ; si tamen scitis aliquod corpus sanctum in aliquo loco, ibi devotissimi preces fundite, ut præsens procella in profundum maris nos subito non demergat. » Quo audito, dictus Jacobus protinus cum aliis, qui ibi erant de civitate et diœcesis Vicensis, flexerunt genua sua in navi, flentes et cum lacrymis dicti beati Bernardi auxilium exorantes, promittentes insuper, quod si mortem evaderent illa die, quam citius appulsi essent ad portum, sepulcrum sancti Bernardi cum suis oblationibus ac reverentia visitarentur. Et, oratione completa, per intercessionem viri sancti, pristinus ventus eis fuit propitius, et mare penitus tranquillatum, et procella cessavit omnino. Et demum ad portum appulsi sunt præobtatum; sic quod dictus Jacobus dicta die sepulcrum præfati sancti cum reverentia et oblationibus visitavit, retentis tantummodo camisia et femoralibus, vestibus cæteris redemptis Domino Jesu-Christo et beato Bernardo, gratiarum refferens actiones. Et hoc juravit verum esse in posse Bernardi Guasch, præsbyteri, præsentibus testibus Petro de Albanello, Dominico Bachonis presbytero, et Berengario Pleens prædicto.

mulier a paralysi; 99 Anno Domini millessimo tercentessimo undecimo : in mense augusti. Quædam mulier, de parochia de Madrona, venit ante sepulcrum beati Bernardi, quondam Vicensis episcopi, et flendo dixit et protestata est et parata jurare : quod cum per multum tempus debilitata fuisset amamillis usque ad pedes, sic quod nihil sentiret de membris prædictis in se habere, et cum per aliquod tempus visum penitus amississet; invocavit totaliter auxilium dicti beati Bernardi, flendo et ejulando; et restituta fuit ipsius meritis et precibus sanitati pristinæ protinus. Istud dixit, præsentibus Berengario Panali, Monacho-Majoris, Dominico Bachonis, Joanne de Medivoles et Bernardo de Cumbe, sacerdotibus, et Berengario Vaschone, et pluribus aliis.

vir a morte suscitatur; 100 Anno Domini millessimo tercentessimo vicesimo cuarto, duodecimo calendas novembris. Raymundus de Villa, de parochia sanctæ Mariæ de Vilanova, Vicensis diœcesis, paratus jurare, asseruit virtute præstiti jurammenti *q* : q
quod cum per spatium quindecim dierum febre continua teneretur, completo spatio supradicto, Creatore omnium disponente, ab hoc seculo transmigravit. Unde, cum unus de parochia supradicta ad Vicensem civitatem dirigeret gressus suos, ut pannum, candelas et alia quæ necessaria sunt exequiis deffunctorum ad opus dicti Raymundi, quem deffunctum relinquerat, ut juravit, emere procuraret; ipso moram faciente ad locum unde venerat redeundo, parentes dicti deffuncti, nimirum contristati morte filii, a somno subito exsurgentes, invocaverunt auxilium beati Bernardi, clamantes pariter et dicentes : « O sancte Bernarde, placeat tibi, ut nos non amittamus nostrum filium in hac die; sed preces dirige Salvatori, ut ipsum mortuum faciat suscitare : » Hac ergo oratione facta, precibus gloriosissimi beati Bernardi, qui mortuus fuerat resurrexit, præsentibus et videntibus parentibus, et ille qui pannum, candelasque portaverat et ipsum mortuum reliquerat cum recesserat, cooperta ejus facie, ut est moris, in regressu sanum loquentem et curatum mirabiliter adinvenit. Et hoc dixit dictus Raymundus in præsentia Estraderii de Villarourich, Dominici Baconis, et Antonii Costelli, et plurium aliorum.

vir curatur ab hydropisi; 101 Anno Domini millessimo tercentessimo trigessimo secundo, septimo calendas novembris. Bernardus de Podio, de parochia Sancti Joannis de Fabriciis, diœcesis Vicensis, juravit ad sancta Dei evangelia in præsentia Arnaldi de Alodio, Berengarii de Planis, et Guillelmi Joncar, scolarium Vicensium : quod cum ipse Bernardus longa fuisset infirmitate detentus seu quadam especie hydropisiæ, dicta vulgariter *ayguamici*, nec sibi auxiliari posset aliquis medicinorum, devote beato Bernardo precibus se commissit promittens, quod si Dominus liberaret eum precibus dicti sancti, ejusdem sancti sepulcrum personaliter visitaretur, et suis muneribus honoraretur; qui statim dormivit; et in sompnis visus fuit sibi, quod dictus beatus Bernardus esset juxta lectum suum, et excitatus a sompno invenit protinus se curatum; post quæ venit personaliter apud Vicum, visitans et honorans suis muneribus sepulcrum dicti sancti Bernardi, Deo regratians, et etiam dicto sancto.

puer a gravi morbo; 102 Sibilia de Manso-Berengario, uxor Bartholomei de Manso-Berengario, fabri de civitate Vici, dixit et confessa fuit per Deum et ejus sancta quatuor Evangelia, suis manibus propriis corporaliter tacta, in posse Jacobi Alemany præsbyteri, tenentis locum thesaurarii Vicensis, coram quo erat personaliter constituta in sede Vicensi *r*, et coram testibus infra scriptis : quod quidam filius suus parvulus, nomine Berengarius, stetit sex diebus et sex noctibus quod non sucxit lac nec commedit aliquid aliud, et octo diebus quod non vidit; sicque super hoc parentes ejus deprecaverunt beatum Bernardum, episcopum Vicensem quondam, quod redderet
r

deret ei sanitatem pristinam; et incontinenti dictus infans fuit curatus et redditus pristinæ sanitati.

item alius puer; 103 Catharina, uxor Petri de Regali, de dicta civitate, juravit eodem modo quo supra : quod habebat et habet quendam infantem parvulum, nomine Periconum, qui stetit una die semimortuus, in tantum quod non suggebat mamillam nec commedebat, sicque parentes ejus deprecaverunt prædictum sanctum Bernardum, quod redderet ei sanitatem; et curatus est infans jam dictus incontinenti. Testes Matheus de Pinos, Geraldus de Abadia, et Petrus de Carraria, præsbyteri, Petrus de Can-profeta, et plures alii.

alius puer ab hernia. 104 Anno Domini millessimo tercentessimo trigessimo septimo : dominica die, intitulata septima calendas martii. Cum pervenisset ad aures venerabilis et discreti Berengarii de Columbano, tenentis locum officialis in civitate Vicensi pro reverendo domino Galcerando, Dei gratia, Vicensi episcopo, ad pulsationem cimbalorum *s* factam in sede Vicensi, ut est moris, quod beatus Bernardus olim Vicensis episcopus, miraculum cum Dei adjuterio operatus fuerat; volens super hoc scire plenariam veritatem, ut his plenior fides valeat adhiberi, recepit juramenta a duobus conjugibus prout sequitur, in præsentia Berengarii de Ultzines presbyteri, et scriptoris curiæ dicti officialis, et Pontii de Turricella presbyteri, rectoris ecclesiæ sancti Petri de Savassona, et plurium aliorum. Bernardus de Colle de Lanars, de parochia ecclesiæ sancti Andreæ de Lanars, diœcesis Vicensis, interrogatus in sua propria confessione super præmissis juravit et dixit : quod cum Bernardus, filius suus et Guillelmæ ejus uxoris, qui in proximo præterito festo Natalis Domini habuit duos annos completos, esset fractus seu erniosus bene est annus elapsus, et nuper etiam post dictum festum Natalis Domini fortius solito vexaretur dicta infirmitas puerum supradictum, ita quod bene stetit per unam diem et per unam noctem, quod non sucxit mamillam matris suæ: tamen idem deponens dolens de filio patiente, fecit somnum et venit ipsi in visione, quod atraheretur dictus ejus filius ad beatum Bernardum, Vicensem episcopum. Quod et fecit prædictus Bernardus de Colle pater. Et finaliter, post octo dies elapsas, facta promissione dicto beato Bernardo, dictus Bernardanus, ejus filius et dictæ ejus uxoris, fuit curatus a dicta infirmitate; ita quod vix potuit cognosci quod dictus infans unquam haberet malum in dictis testiculis sive genitalibus : ita quod gerentes Deo et beato Bernardo dictus puer est bene et plene curatus; unde dictus Bernardus de Colle venit ad sepulcrum dicti beati Bernardi referens gratias Deo, et promittens quod quolibet anno de vita dicti pueri solveret et adduceret ad sepulcrum dicti beati Bernardi mediam libram cèræ. Guillelma de Colle uxor dicti Bernardi interrogata super præmissis, juravit et dixit idem in omnibus et per omnia ut Bernardus de Colle maritus ejus testis supra receptus, excepto quod ipsa Guillelma non fecit somnium, nec venit sibi in visione, quod atraheretur dictus filius suus beato Bernardo, Vicensi episcopo, sed tantum viro suo prædicto. Qui ambo conjuges dicta die et præcedenti nocte vigilarunt, et in sepulcro dicti sancti gratias Deo devotissime referentes.

ANNOTATA.

a *In exemplari Processus adduntur hæc, quæ integrare non possim* : et intercedente a . . . ac bona memoria liberarent; *quæ quum sensu careant, in exemplari Memorialis omissa fuerunt.*

b *In versione catalaunica dicitur Despujol.*

c *Intelligitur præcentor templi cathedralis, cujus præbendæ assignatum fuerit illud mansum, quum vitæ communis societas illic dissoluta est.*

d *Locus insignis, quo apparet jam tum imagines cereæ* B. Bernardo *fuisse oblatos.*

e *Guilielmus de Balcerenni idem Cisterciensis monachus est, qui alibi G. de Baucerenni dicitur et inter* S. Bernardi *familiares seu convivas recensetur.*

f *S. Mariæ Rotundæ ædem Vicensem, ita propinquam ecclesiæ cathedrali ut eam dejici oportuerit, cum illa restaurata est, atque perperam habitam pro primario et antiquissimo templo Vicensi, ostendit ex authenticis documentis Villanueva* (1) *anno* 1140 *a canonico Guilielmo Bonfill ædificatam fuisse et die* 25 *maji anni* 1180 *a Petro de Retorta solemniter dedicatam.*

g In castro de Crebasi in magno cep. *In Miraculis catalaunicis legitur :* En lo castell de Orebasi en un grand cup. *Putem* Orebasi *genuinam esse nominis formam; neutram tamen in Dictionariis geographicis Hispaniæ, in Marca hispanica aliisque id genus libris invenio.* Cep *sunt compedes;* cup *dolium. Videtur legendum* in magno cep, *quum inferius veniat :* Sine damno cum illo cep in pedibus suis.

h *Catalaunice scriptum adest mihi hoc miraculum; sed ibi legitur :* Agues grand malaltia en la mare de malaltia corresiva. *Quibus verbis significari arbitror hanc feminam cancro uterino laborasse.* Mal de mare *(malum matris) est matricis infirmitas. Non tamen ausim affirmare textum catalaunicum meliorem esse; manus enim etiam cancro corrodi potest; et inferius memoratur* vulnus : *quod populariter de manu cancro occupata dicitur, non autem de matrice.*

i Arramittere *est* fidem dare, provocare, *etc., ab* arrhas mittere.

j Areres *legitur in Miraculis catalaunice scriptis.*

k *Hoc plane incredibile est, non tantum quod prius mortuus fuisset Raimundus, sed quod os pauco tempore dissolutum fuisset.*

l Ausonia *est proprie pars Campaniæ in Italia, inter Beneventum et Cales; sed id nomen Magnæ Græciæ atque etiam universæ Italiæ aliquando commune factum est. Verum hic Ausonia Vicensis intelligitur, ut inferius num.* 86 *sine dubitatione patet. De hac Vici parte dictum in Commentario prævio, num.* 72.

m Spathulæ *videntur hoc loco scapulas,* épaules, *indicare.* Épaules *enim venit ab* espathulis, espathlis, espaltis.

n *Vide annotatum* l.

o *Videtur intelligi Nicæa, vulgo* Nice; *quæ nunc pars est Galliæ.*

(1) Viaje, tom. VI, pag. 13 et seqq.; tom. VII, pag. 10.

p Aplustre

p Aplustre *et plurali numero* Aplustria *et* Aplustra, *atque etiam inserto* m *ante* p Amplustria *et* Amplustra, *navis ornamentum significant, ex tabulis confectum, et in summitate puppis positum, et plerumque in modum pinnarum aut cristæ efformatum, et versus proram recurvum, cujusmodi in columna Trajani et in aliquot nummis conspicitur; afferturque ejus figura a Scheffero in Militia navali, lib.* II, *cap.* 6. *In medio aplustri fixus erat baculus, cui alligatæ erant fasciæ et tæniæ versicoloriæ, quæ per aera ludebant, erantque veluti parva vela, ex quorum agitatione ventus cognosci poterat, cum mali vela submissa erant. Quum aplustre inter ambo gubernacula triremium esset, aut, si unum esset gubernaculum, ejus repagulis superstaret, hinc videtur, medii saltem ævi temporibus, pro ipso gubernaculo sumptum esse. De qua re vide Cangium et Carpentarium in Glossario et Supplemento v°* Amplustria.

q *Testes nuspiam alibi dicuntur jurasse, sed* jurare parati *fuisse et* in verbo veritatis asseruisse; *præsens testis dicitur* paratus jurare *et* asseruisse virtute præstiti juramenti : *adeo ut ex verbis* paratus jurare *nequaquam concludere liceat jusjurandum non intercessisse. Verumtamen præsens dumtaxat et sequentes videntur jurejurando sese obligasse.*

r Sedes Vicensis *hic et alibi est ipsum templum cathedrale.*

s *Ex universa hac depositione apparet cymbala seu campanas non solum pulsatas fuisse, quum miracula fierent, verum etiam quum viri et mulieres advenirent, Deo et* B. Bernardo *de beneficiis, jam pridem obtentis, gratias acturi; quemadmodum nunc etiam, quum peregrinantium agmina a locis piis non longe amplius absunt, campanæ pulsari solent.*

APPENDIX.

DOCUMENTUM PRIMUM.

a

Originalis processus a *actitatus de vita et miraculis gloriosissimi S. Bernardi, Vicensis episcopi, cujus corpus tumulatum extitit in altari S. Martini et capella ejusdem, constitutis intus ecclesiam cathedralem Vicensem.*

Salvator Jungenii notarius.

Anno 1573 *procuratores capituli et civitatis Vicensium*

In nomine Domini. Amen. Pateat universis quod anno a nativitate ejusdem Domini 1573, die vero 7 mensis julii intitulata, assistente illustrissimo et reverendissimo in Christo patre et domino Domino Joanne Bertran de Guevara, Dei et apostolicæ sedis gratia Vicensis episcopo, inquisitore apostolico et regio consiliario sacræ cæsareæ catholicæ et regiæ majestatis, intus ecclesiam suam cathedralem Vicensem, in mei salvatoris Junent sacra apostolica et regia auctoritate [et] reverendissimi domini Vicensis episcopi auctoritatibus notarii publici Vicensis, et reverendorum et providorum dominorum Damiani Comalada beneficiati et Victoris Ramon presbyterorum atque sedis Vici testium, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, præsentia, personaliter coram sua illustrissima et reverendissima dominatione comparuerunt venerabiles viri domini Salvator Molera, procurator beneficiatusque curator, sindicus, œconomus, et actor reverendi capituli et canonicorum sedis Vici, et Bartolomeus Ferrial, sindicusque, curator et actor magnificorum dominorum consiliariorum et honorabilium universitatis et singularium civitatis Vici [*et illustrissimo reverendissimoque domino episcopo hunc libellum supplicem obtulerunt*].

petunt ab episcopo ut suppressam a decessore annuam B. Bernardi *solemnitatem*

2 Illustrissime et reverendissime præsul, majores nostri recolendæ memoriæ episcopi et capitulum ecclesiæ Vicensis, videntes, quod plurima miracula, quæ Deus O. M. per intercessionem et merita B. Bernardi, olim episcopi Vicensis, in hac civitate et alibi invocantibus eum misericorditer operabatur, et propter devotionem, quam clerus et populus hujus civitatis erga eum habebant, corpus ejusdem B. Bernardi episcopi egregio tumulo, in quadam capella ecclesiæ Vicensis fabricato, sepelierunt; (ubi per longissimum tempus in maxima ejusdem cleri et populi veneratione fuit habitum, et in dicto sepulchro integrum permansit atque etiam nunc inspicientibus apparet); et cupientes ejusdem cleri et populi votis satisfacere et cultum divinum in eodem B. Bernardo augere, statuerunt et ordinaverunt, quod festum B. Bernardi abbatis, quod celebrabatur die 20 mensis augusti, celebraretur die 26 mensis octobris, in quo beatus Bernardus episcopus Vicensis cælos ascenderat, et pro multis intercedebat, prout experimento compertum est, ex quo D. O. M. per intercessionem ejusdem quamplurimos cives Vicenses et alios eum invocantes et deprecantes a diversis languoribus curavit, et multa miracula operatus est; et ita dictum festum cum magno cleri et populi concursu et devotione per ducentos annos et ultra celebratum fuit; adeo quod ab aliquibus Christi fidelibus ad effectum canonizationis ejusdem et ad celebrationem missarum in dicta festivitate aliqua legata in eorum testamentis relicta fuerint. Et postmodum evenit quod illustrissimus et reverendissimus frater Benedictus de Tocco, tunc Vicensis, nunc Gerundensis episcopus, occasione sumpta ex quodam decreto concilii Tridentini, super reliquiis et veneratione sanctorum disponentis; mandavit, festum B. Bernardi abbatis, quod die 26 octobris, quo B. Bernardus episcopus Vicensis decesserat, celebrabatur; et quod dicta die 26 octobris festum non fieret, nec aliqua commemoratio B. Bernardi episcopi.

b

restaurare velit.

3 Quæ licet bono zelo facta credantur, nihilominus tamen clerus et populus hujus civitatis, propter devotionem, quam erga B. Bernardum episcopum habebat, ægre atque moleste prædicta tulit; et dictum festum, propter plurima beneficia sibi collata et quæ in dies accipere expectat per intercessionem ejusdem B. Bernardi episcopi, restitui plurimum desiderat. Quapropter procurator seu œconomus reverendi capituli ecclesiæ Visensis et sindicus ejusdem civitatis dominationi vestræ humiliter suplicant quatenus de prædictis informationem recipi

recipi mandare dignetur. Et cum his librum producunt antiquum, in sacristia ecclesiæ Vicensis reconditum, in quo descripta sunt quamplurima miracula, quæ Dominus noster per intercessionem ejusdem B. Bernardi episcopi operatus est, et alia acta, prout designabantur, petentes inseri cum dicta informatione sanctissimo Domino nostro mittenda. Quæ licet D. altissimus, etc. Necnon exhibuerunt, nominarunt et præsentarunt eidem domino Vicensi episcopo eorum mandata et..... quamdam litteram missam R. D. Galcerando, miseratione divina quondam felicis recordationis Vicensi episcopo, per reverendum abbatem SS. Crucum desuper vita et miraculis gloriosi S. Bernardi; necnon etiam et quemdam librum de miraculis ejusdem S. Bernardi, in sacratissimæ sedis Vici archivio reconditum et sub fideli custodia custoditum, non vitiatum, non cancellatum, neque in... aliqua eorum parte suspiciosum, sed omni prorsus vitio et suspicione carentem, suplicans per-et-exemplavi in primo originali processu et de verbo ad verbum in eo exemplavi, et [rogavi ut] continuari mandare benigniter dignaretur. Et oblata et præsentata suplicatione, continuo prædictus D. Vicensis episcopus mandavit de præmissis..... et producta omnia et singula in præsenti processu originali inseri et continuari per ordinem, ut decet. Et proximæ provisionis vigore, desuper [a] dominatione reverendissima discrete factæ, ego dictus episcopus... processi ad inserendum et de facto inserui ea, ut sequuntur. *Sequuntur Miracula, collecta ab anno* 1244 *ad* 1337, *quæ superius in Memoriali documentorum dedimus; et dein Epistola Francisci Miri, abbatis SS. Crucum.*

ANNOTATA.

a *Titulum servavimus, licet Miracula et Epistolam Francisci Miri, abbatis SS. Crucum, de vita et virtutibus S. Bernardi, propter quæ totus codex originalis processus dictus est, hoc loco resecuerimus, alibi eadem edentes. De hac scriptione vide Commentarium prævium, num.* 9.

b *Mortuus quidem est* S. Bernardus *die* 26 *octobris; sed propter SS. Marciani et Luciani festum agebatur illa solemnitas die* 24 *octobris; ut ostensum est num.* 6 *Commentarii prævii.*

DOCUMENTUM SECUNDUM.

Epistola patrum concilii Tarraconensis ad Clementem papam VIII de canonizando B. Bernardo a.

Beatissime pater. Viros gloriosos et parentes nostros laudandos ab eis præsertim, qui ex eadem gente et natione ortum habent, luculentissimis Spiritus sancti testimoniis comprobatum est; cum enim illi Christo Jesu et Evangelio eos genuerint, gravissimosque dolores parturiendo sint perpessi, donec in illis ejusdem Christi imaginem formaverint, merito laudem apud nos, gloriamque sibi paterno jure vindicarunt. Quæ sane, licet a fidelium congregatione sit aperte enuntianda, non tamen eidem permittitur, nisi prius ipse Spiritus in Sscripturis sanctis de illis testificetur, aut sancta sedes apostolica, quæ eodem Spiritu agitur et gubernatur, id sua singulari auctoritate decernat. Hac de causa nullus, quantumvis humilis, sobrius, castus, continensque fuerit, æquus insuper, et prudens, et innocens, ac in Deum ipsum pius, in divos relatus haberi debet, nisi altero ex prædictis testimonio comprobante, ne libera nobis errandi facultas detur. Propterea non semel sanctam sedem apostolicam pro viris, qui vitæ integritate floruerunt, canonizandis adivimus; ex quibus nuper a vestra liberalitate accepimus S. Raimundum, et speramus cum beato Ignatio de Loyola nostrum archiepiscopum Ollegarium. Inter hos autem nunc proponimus sanctum virum Bernardum, episcopum Vicensem integerrimum : et nobilitatis splendor, et vitæ innocentia, et morum integritas, multis maximisque rebus spectata, per Cathalauniæ et totius Hispaniæ partes a tercentum et quinquaginta octo annis, quibus jam (ut pia nostra fert sententia) Deo fruitur, longissime propagatur. Hic, ad Tarragonenses nostros genus referens, virtutis apud eos et doctrinæ viam ingressus, maxima ab incunabulis documenta præclaræ indolis et futuræ sanctitatis dedit. Quam, ubi fuit monasterii SS. Crucum ordinis divi Bernardi creatus abbas, suis monachis exhibuit; postmodum vero ad innumerabilia ejusdem sanctissime gesta maximus apud Vicenses, a quibus fuit electus episcopus et a sancta sede apostolica confirmatus, summa cum omnium admiratione cumulus accessit. Ejus eximias et in ore omnium virtutes, singularem doctrinam, mirabilia portenta, quæ mortalem hominem longe multumque superant, non explicamus; tantum petimus a benignissima vestra clementia eamque humili prece obsecramus et obtestamur; ut, facultate a vobis concessa investigandi hujus viri probitatem, recta illius vitæ et miraculorum diligens inquisitio fiat; et quæ quondam auctoritate ordinaria de iis in actis redacta sunt et fideli custodia apud Vicenses servantur, apostolica vestra auctoritas annuat resurgere, sicut sacrorum rituum regulæ præscribunt. Quibus ita investigatis, debitæ honestatis at sanctimoniæ suæ mercede affectus, noster Bernardus, nunc in beatorum (ut ajunt), progressu autem temporis in divorum numerum gloriosissime referatur. Hanc, quæsumus, petitionem, Sanctissime Pater, vestra æquanimitas libens valensque accipiat et complectatur, tamquam animi vestri et pietatis vestræ testimonium. Cujus tanti beneficii gratiam D. O. M., hujus viri assiduis precibus, sanctitati vestræ referet cumulatissimam, nihilque nobis gratius aut virtute vestra dignius contingere unquam poterit. Datum Tarracone kal martis 1602.

Beatissime Pater, Sanctitatis Vestræ et Beatitudinis alumni et devoti, qui Sanctitatis et Beatitudinis Vestræ pedes reverenter deosculantur. Archiepiscopus et convocati in concilio provinciali Tarraconensi.

AL. CENDRA secretarius.

ANNOTATUM.

a *Pauca de hac epistola monuimus in Commentario prævio num.* 17.

EX MSS.

DOCUMENTUM TERTIUM.

Epistola canonicorum Vicensium ad suum episcopum a.

Illustrissime admodum et reverendissime præsul. Admirandæ sanctitatis, religionis et pietatis vir, Bernardus Calvo, recolendæ ac felicissimæ recordationis, quondam Vicensis antistes, prædecessor D. V. reverendissimæ, cum non solum in vita sua quam plurima edideret miracula, verum etiam a die sui obitus, qui fuit VII kal. novembris anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, usque ad hodiernum diem innumerabilia miracula quotannis operari nunquam destiterit : hinc est ut per totam diœcesim D. V. reverendissimæ ac per totum Catalauniæ principatum, ac etiam per partes remotas ab omnibus Christi fidelibus in summa sit et semper fuerit veneratione, devotione ac reverentia. Quibus permotus Bernardus de Muro, felicis recordationis, tunc Vicensis episcopus, dictique reverendissimi Bernardi Calvo immediate successor, anno videlicet suæ migrationis sanctæ immediate sequenti Raymundo de Cappraria et Raymundo de Sala Vicensibus canonicis ad instantiam et humilem supplicationem canonicorum et capituli civitatis Vicensis commisit, quatenus prædicta miracula, ne ab hominum memoria recederent, ea diligenter in scriptis redigere curarent; prout prædicti canonici vigore dictæ commissionis munus suum exercuerunt, quam plurimaque signa et miracula, quæ per intercessionem dicti sancti antistitis Bernardi Calvi Deus illis temporibus edidit, in quodam libro pergameneo, qui hucusque in archivo dicti capituli sub fideli custodia reconditus invenitur, prædicta miracula describere et continere fecerunt. Crevit igitur in dies ardens devotio reverendissimi sanctique antistitis; ita ut anno millesimo ducentesimo sexagesimo octavo Raimundus, Dei gratia tunc Vicensis episcopus, pie et devote confraternitatem quamdam sub dicti S. Bernardi invocatione erigere non dubitaverit. Præterea Garcias, divina miseratione Vicensis episcopus, anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo primo ut solemne sepulcrum cum rexiis, et quoddam aliud pulcrum opus, in quo ipsius sanctum corpus magis honorifice repositum existeret, fieri posset, licentiam et facultatem petendi eleemosinas per totam suam Vicensem diœcesim libentissime concessit. Ulterius etiam reverendissimus dominus Johannes Bertrandus de Guevara, memoriæ recolendæ, Vicensis episcopus, anno millesimo quingentesimo septuagesimo tertio ad instantiam et petitionem præfati capituli ac etiam civitatis Vicensis, crescente semper et in dies augente numero miraculorum dicti reverendi et sancti viri et antistitis Bernardi, super eadem diligentem informationem recipi mandavit. Et demum anno millesimo sexcentesimo secundo, congregato concilio provinciali Tarragone præsidentique illustrissimo et reverendissimo D. D. Johanne Teres, piæ recordationis Tarraconensi archiepiscopo, attenta sanctitate et miraculorum fama, nec non ingenti Christi fidelium devotione beati episcopi Bernardi Calvo; exiit a dicto sacro provinciali concilio quoddam decretum: scribendi prout scripserunt, ac humiliter et magna affectione supplicarunt SS. D. N. papam : quatenus præfatum episcopum Bernardum in beatorum, progressu autem temporis in divorum numerum gloriosissime referre dignaretur, prout omnia prædicta et quam plurima alia circa sanctitatem et miracula dicti S. Bernardi in archivio prædicti capituli Vicensis sub fideli custodia et clave conservata reperiuntur. Quocirca, reverendissime præsul, cupientes nunc et ex animo, prout semper exoptantes, præfati canonici et capitulum Vicense devotionem populi in beatum Bernardum augere, ne multitudo miraculorum, quæ Altissimus per intercessionem ejusdem pii ac sancti viri sæpissime operatur, ab humana mente recedant, quantum cum Deo possunt cavere, D. V. reverendissimæ auxilium in hac parte implorantes, obnixe supplicant quatenus dignetur D. V. reverendissima de prædictis miraculis hucusque editis, et quæ in futurum evenerint, diligenter informationem recipi, et ea recepta (si opus fuerit) instrumentum autenticum et fidem faciens fieri et confici, mandari et provideri, certificantes D. V. reverendissimam, quod pro tam pio et bono opere ultra retributionem, quam D. V. reverendissima per intercessionem sæpe dicti sancti ab Altissimo recipiet, præfati canonici et capitulum pro singulari beneficio a D. V. reverendissima recepto illud reputabunt, et pro salute et exaltatione D. V. reverendissimæ ad Deum optimum maximum semper in suis sacrificiis preces effundent. Quæ licet, etc.

ANNOTATUM.

a *Vide de hac epistola Commentarium prævium num.* 19.

DOCUMENTUM QUARTUM.

Officium S. Bernardi meditatum a.

a

In festo S. Bernardi *Calvonii, episcopi Vicensis et confessoris, duplex cum octava : cujus corpus, in civitate Vicensi conquiescens et crebris miraculis præfulgens, per dictam civitatem et ejus diœcesim summa veneratione colitur. Quando venerit in sabbato nihil fit de vigilia apostolorum Simonis et Judæ. Omnia dicuntur de communi confessoris pontificis, exceptis his quæ hic sunt propria.*

1 In utrisque Vesperis hymnus.

Vetusta laus, et sæculi
Antiquioris gloria,
Quam prorsus admirabilem
Miracula facta comprobant.

Nostri patres te noverant :
Dum tu studes incognitus
Vixisse, prodit lumine
Ipsam suo se sanctitas.

Electus

Electus es, volentibus
Cunctis; places et omnibus :
Ovile Christi traditur,
Mandatur et custodia.

Tu, spretor alti muneris,
Ipsisque formidabilis
Cælestibus virtutibus,
Non vis sedere pontifex.

Sed summus ille præsulum,
Aulæ sacræ qui præsidet
Petri, venire præcipit
Curamque mandat præsulis *b*.

Honor, decusque maximo
Patri, decusque Filio;
Laus æqua sit Paraclito
Nunc usque in omne sæculum. Amen.

ORATIO. Deus, qui Beatum Bernardum Calvonium, confessorem tuum atque pontificem, verbi tui præconem eximium effecisti : præsta, quæsumus, ut ejus suffragantibus meritis, quod ore simul et opere docuit, te adjuvante exercere valeamus. Per D. N. J. C., etc.

2 Ad matutinum hymnus.

Læta jam nostri rediere patris
Festa Bernardi, peragenda nobis,
Ritibus sacris et honore, divo
Præsule digna.

Hæc agat morbo penitus levatus,
Quisquis et vitæ sibi restitutæ
Sensit auctorem, medicina quem non
Ulla juvabat.

Hæc agent orbi pueri, viroque
Mater, et grandis sine dote virgo,
Et scholæ pauper subiens frequenter
Limen amatæ.

Affuit nostris semel et rogatus;
Nunc adest nobis semel et vocatus;
Vota nec parvis recipit sacellum
Mixta tabellis.

Notus externis velut et propinquis,
Fert opem cunctis, favet et benignus;
Quique turbatum rapitur per æquor,
Sentit amicum.

Laus sit excelso sine fine Patri
Et coæternæ Soboli, tibique,
Spiritus veri dator et beati
Muneris auctor. Amen.

3 IN PRIMO NOCTURNO. Lectiones de epist. prima B. Pauli ap. ad Tim. cap. III. *Fidelis sermo* cum responsoriis. IN SECUNDO NOCTURNO. *Ex monumentis ecclesiæ cathedralis Vicensis et plurimis auctoribus.* LECTIO IV. Bernardus Calvonius, in agro Tarragonensi natus, cum Ilerdæ *c* theologiæ operam dedisset, in monasterio SS. Crucum monachus Cisterciensis efficitur *d* : apostolico zelo correptus, verbum Dei per civitates et castella prædicabat : obstinatos in via perversitatis peccatores extremæ Dei ultionis et judicii commemoratione deterrens ad pœnitentiam convertebat; justos autem in virtutis studio et perseverantia confirmabat. Mortuo ejus monasterii abbate *e*, in prælatum eligitur; in quo munere mirabile vitæ integritatis et regularis observantiæ exemplum præbuit. ex mss.

4. LECTIO V. Varie et pertinaciter a diabolo tentatus, impollutum ab omni carnis inquinamento spiritum usque in finem servavit; cujus rei vel illud non leve argumentum est, quod cum quædam non ignobiles fæminæ nitorem et pulchritudinem illius dentium admiratæ intuerentur : earum minus castas cogitationes divinitus intelligens; accepto lapide omnes sibi dentes confregit et continuo in illas expuit, desideria earum turpia vehementius reprehendens; neque ex ea re vitium vel defectum in edendo, et loquendo sensit. Fama, quæ de ejus sanctitate percrebuerat commotum, capitulum Vicense ipsum in episcopum eligit; et eum honorem recusantem munere impetrat apostolico *f*. Officii pastoralis observantissimus, pupillorum et viduarum defensor erat; ægrotos præsens consolabatur; pauperibus scholaribus subveniebat et egenas virgines dotabat.

5 LECTIO VI. In regno Valentiæ, collecta quam potuit militari manu, Saracenos expugnavit, captis non paucis oppidis et pagis. Rigidus fuit sui corporis castigator et pro verbo aliquando ex impatientia prolato cingulo se ferreo obstrinxit, donec divinitus illud deponere admonitus est *g*. Ilud quoque accidere solebat, eo ad sedem suam redeunte, ut urbis cymbala ultro pulsarentur et adventus illius admonerent. Tribus uvarum racemis quodam anno solum repertis, dolia domus suæ vino replevit, quod pauperibus distributum divinitus augebatur *h*. Panes etiam multiplicavit *i*. Duos suscitavit mortuos *k*. Denique miraculis vivus et post mortem claruit. Ad cælum migravit anno salutis millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, septimo kal. novembris. Ejus corpus in ecclesia cathedrali integrum asservatur in sacello suo nomine dicato et magna populi veneratione celebratur. IN III NOCTURNO. Homilia in Evang. *Homo quidam.*

6 Ad Laudes hymnus.

Urbs o beata protinus
Cunctis futuris sæculis,
Cæleste quæ non accipis
Sub lege donum temporis.

Nam te patris custodiet
Tutela semper optimi;
Metu malorum cordibus
Pulso, bonam spem concipe.

Non te cadentem prælio
Calcabit hostis impius,
Virtute numquam corrues
Subnixa divi præsidis.

Bernardus olim, milite
Forti coacto, reppulit
Ab oppidis fidelium
Lunæ ferocis agmina.

Arcebit idem finibus
Hostem tuis et impetum,
Depellet ac innoxiis
Ensem ferum cervicibus.

Æterna sit laus cælitum
Patri, sit et laus Filio,
Filiique summe Spiritus,
Per cuncta prorsus sæcula. Amen.

EX MSS.

7 *In diebus infra octavam, non impeditis Dominica vel festo novem lectionum, fit de eo. Omnia dicuntur ut in die festi, præter lectiones primi nocturni; quæ desumuntur ab octavario romano, a sacra rituum congregatione approbato, ab auctoritate SS. D. N. Urbani papæ VIII, de communi confessoris, videlicet : Homilia in Evang.* Homo quidam *juxta ordinem ibi dispositum. In die octavæ fit officium dup. videlicet in* II *vesp. festi omnium SS. fit Comm. de dicto die octavæ* S. Bernardi *Calvonii. Antiphona :* Sacerdos et pontifex. *Ver.* Amavit eum Dominus. *Oratio ut supra. Reliqua ut in die festo, præter lectiones primi Nocturni, quæ dicuntur de Scriptura occurrenti, et secundi et tertii, quæ sumuntur a dicto octavario. Fit commemoratio diei infra octavam Omnium Sanctorum.*

8 MISSA. INTROITUS. Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore Beati Bernardi Calvonii, antistitis nostri; de cujus festivitate gaudent angeli et collaudant Filium Dei. PSAL. Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis ejus. Gloria Patri. Oratio propria ut supra. Reliqua ut in Missale Romano in prima Missa de communi confessoris pontificis, et dicitur Credo. Infra octavam dicitur eadem missa. Die octavo dicitur eadem missa cum commemoratione Omnium Sanctorum.

ANNOTATA.

a *Licet in scriptione juridica, circa annum* 1680 *confecta atque ad me ab episcopo Vicensi missa, dicatur hoc Officium* antiquum *esse, non puto tamen id medio sæculo* XVII *antiquius esse; quippe quod id reperi ad finem consultationis hujus ævi, cujus scopus est ut impetretur a sede apostolica facultas ejus recitandi. Placuit tamen id edere, quum, paucis mutatis, possit probari et longe melius sit quam quod initio Commentarii prævii edidimus.*

b *Intercessisse auctoritatem Romani pontificis, sed longe aliam ob causam, in Commentario prævio monuimus.*

c *In Commentario prævio docuimus* S. Bernardum *non potuisse Ilerdæ studere theologiæ; quum hæc universitas integro sæculo recentior sit et initio scholas theologicas non habuerit. Hæc itaque, ex Domeneco et Henriquezio hausta, deleantur.*

d *Ante multo alia egit* S. Bernardus.

e *Raimundus de Rifano huic abbati nomen erat.*

f *Commentarius prævius veram dabit rationem ob quam huic negotio intervenerit Romanus pontifex.*

g *Ecce ut hæc res ab Henriquezio secundum Domenecum narretur :* Quodam die rediens ex partibus Urgellitanis, ubi antiquas inimicitias inter Urgellenses et Sagarrenses nobiles aliosque incolas pacifice composuerat, ad civitatem Vicensem pervenit. Cumque per medium milliare a civitate distaret et ad quemdam

* Coll de Malla

locum, qui dicitur Mallecollis * advenisset, campanæ (ut solebant) ultro cœperunt pulsari summa cum totius populi jucunditate. Contigit autem ut vehementissimus ventus, viam pulvere deturbaret : qua de causa spiritus Bernardi aliqua impatientia commotus est, et eodem instanti a strepitu et sonitu campanæ cessaverunt. Hoc videns sanctus episcopus aperte cognovit tali impatientia se Dominum Deum offendisse; et magno timore correptus ab itinere jam pene absoluto mœstus reversus est; vicarium quemdam generalem in ecclesia sua constituens ad eamdem concionibus piisque exercitiis in absentia sua regendam. Igitur loca occulta, ut a nemine cognosceretur, captans, severissimam delicti sui pœnitentiam peragere decrevit. Qua de causa cingulum quoddam ferreum, asperum, durum et ponderosum contexuit; et, ut carnibus strictius adhæreret, arctissimam seram, clavi obseratam, cingulo apposuit. Profectus est autem ad regnum Valentiæ, ut Saracenos, qui ibi supererant, prædicatione sua ad fidem converteret. Cum ergo ea intentione navem conscendisset et per integrum diem navigasset, tempestas terribilis vento valido coagitante suscitata est; ita ut nautæ imperium et gubernaculum navis amiserint, vela decisa fuerint in varias partes, malus fractus deciderit, denique nihil nisi mortis periculum pro solamine in tantis angustiis restaret. Tunc B. Bernardus ardentissime Deum oravit ut vellet omnes illos innocentes salvare, cum ipse solus peccator inter eos existeret, nec pro uno solo injusto tot homines miseri punirentur. Sed dum hisce et similibus precibus Dominum peroraret, navis omnibus instrumentis ad navigandum necessariis aquæ fluctibus spoliata fuit; ita ut pene magno omnium timore et clamore submergeretur. Quamobrem beatus antistes continuis lacrymis oculisque in cælum positis Dei auxilium pro sociis iterum imploravit, et subito mare quievit, ita ut tranquillo et prospero vento, nave tamen velis et malo destituta, secure et absque timore navigarent. Viso hoc miraculo, petiit a nautis ut si forte [ad] insulas Baleares appellerent, eum ibidem relinquerent; nam intentio illi erat fidem catholicam Mahumetanis proponere et pro eo (si necessarium esset) martyrium constanter obire. Ipsi autem dixerunt : vellet a Deo exposcere ut ad securum portum possent pervenire; nam in potestate illorum non erat navem pro libitu gubernare : si autem illuc quo desiderabat appellerent, libentissime voluntati suæ satisfacerent. Igitur ut amplius divinæ majestati placeret, magis quam more solito consueverat, jejuniis, abstinentiis et pœnitentiis se dedit, arctius quoque cingulum ferreum corpori strinxit : quod ut clausit, clavem in mare projecit, ea intentione ut numquam illud deinceps deponere posset. Nocte ergo appropinquante, nautæ omnes cœperunt corpora sua, laboribus perturbata, tradere somno : solus divus Bernardus pro custode vigilantissimo remansit, et in puppi humillime omnipotentem Deum fusis lacrymis exoravit, et delictorum suorum veniam petiit : cum ecce, mari pacifico, subito ventus rapidus flavit, qui celerrimo cursu navem ferebat, ita ut illucescente die Barchinonem advenirent; unde ante aliquod tempus navigium conscenderant; et nautæ cœperunt instrumenta navis studiosissime reparare. Beatus episcopus ad monasterium quoddam, beato Hieronymo dicatum, profectus est; ubi Domino Deo gratias egit propter pericula illa, quæ auxilio divino evaserat; orans ut vellet intentionem ejus sanctissimæ suæ voluntati conformare. Sequenti die, postquam sacrum celebrasset, culinam intravit, ubi monasterii cocus pisces ad edendum accommodabat.

accommodabat. Qui dum attente a sancto præsule respiceretur, invenit in quodam pisce parvam clavem; quam miratus beato Bernardo videndam tradidit : qui non sine stupore cognovit esse eam, quam manibus suis in mare projecerat. Et statim templum adiit; et, ante venerabile sacramentum prostratus, immortales Deo optimo maximo gratias egit propter tantum et tam inexspectabile donum. Tunc clare agnovit se peccati sui veniam impetrasse, et hanc esse voluntatem divinam ut ad episcopatum suum rediret, ecclesiam et populum (ut solebat) sua doctrina instrueret et regeret, ferreumque cingulum fere intolerabile deponeret; quandoquidem clavem illam piissimus omnium pater per tam inauditum et extraordinarium modum sibi ipsi in proprias manus reddiderat. Hoc miraculo divulgato, omnes monachi religiosi omnipotenti Deo gratias egerunt; et, canentes « Te Deum laudamus, » summopere exultarunt; quod tantum et tam sanctum virum in monasterio suo meruissent recipere. Gratiis ergo peractis, ad episcopatum suum profectus est, eumque [tres] monachi sanctissimæ et religiosissimæ vitæ comitabantur; cumque jam a civitate Vicensi per milliare tantum abessent, campanæ omnes (ut antea solebant) ultro cœperunt pulsare. Quo signo populus incredibili lætitia et gaudio affectus fuit; et omnes sacerdotes et religiosi ecclesiæ Vicensis, nullo alio nunciante [aut] indicante, statim cognoverunt antistitem, patrem et pastorem suum, non longe a civitate esse. Ideoque devotissima processione, et magno cum honore et gaudio ei obviam venerunt, quoniam ab ipsis incredibili desiderio exspectabatur. Iterum ergo in ecclesia sua divina voluntate constitutus, sapientia, consilio ac morum gravitate, quibus insigniter præpollebat, effulsit. Gregem suum cum summa sollicitudine rexit, ut creditæ sibi negotiationis talentum Domino suo cum duplicata reportaret usura : cujus sanctitas, sicut religiosis virtutibus, sic innumeris eluxit miraculis. *Domenecus, qui hæc etiam refert, rite animadvertit tum nullum prope Barcinonem fuisse S. Hieronymi monasterium, sed intelligendam esse aut carthusiam, aut S. Cucuphatis de Vallibus abbatiam. Equidem, licet ex processu hæc videantur excerpta, plurimum dubito an vera sint. Etenim peccatum* S. Bernardi *tantum non erat ut singularibus pœnitentiæ laboribus se damnaret; deinjuris ecclesiastici peritior erat quam ut credere potuerit sibi licere tam exiguam ob causam diœcesim suam relinquere; tertio videntur* S. Bernardo *adscripta fuisse quæ ab aliis sanctis patrata sint, v. g. a S. Ambrosio Caduccensi, cujus Vita in Actis nostris ad diem* 16 *octobris illustrata est et qui eamdem pœnitentiam egit eodemque modo clavim cinguli sui ferrei in pisce invenit : ut mittam alia exempla repertarum similiter clavium; quæ dabit Bagatta in Admirandis orbis christiani tom.* I, *lib.* IV, *cap.* 6, *et tom.* II, *lib.* III, *cap.* IV. *Quid, quod Hieronymianum monasterium, manifesto errore intrusum, signum est id ex alius sancti Vita, ubi id legebatur, venire?*

h *Domenecus et Henriquezius hoc quoque miraculum fuse narrant. Accipe hujus verba:* Anno sequenti, *scilicet post miraculum clavis repertæ,* vineæ territorii Celsonensis *(immo Vicensis)* grandine et fulminibus (frigore, *ait Domenecus)* obrutæ fuerunt; ita ut nullum vinetum illæsum remanserit : quod quidem notabile damnum omnibus attulit. In fine autem septembris vasa omnia et tinias purgari jussit, et reliqua omnia, quæ ad condendum et conficiendum vinum in domo ipsius necessaria erant, præparari. Et fercularium suum advocans, dixit ei ut ad vindemiandum progrederetur et omnes uvas, quas invenire posset, secum afferret. Alter subridens respondit quod mandata ipsius exsequeretur, sed quod illo anno tempestas omnes vineas plane destruxerat, ita ut nullus racemus remaneret. Tunc Bernardus : « Vade, inquit, et accipe racemos quos inveneris; nam major est misericordia Dei quam tempestatis furor, et plus potest Deus reparare quam ipsa corrumpere : fides enim Dei debet esse constans et stabilis. Quo audito, cellerarius et cæteri monachi, ut patris præceptum adimplerent, egrediuntur; sed nihil præter tres marcidos racemos invenerunt. Quos reverenter sancto antistiti offerunt, asseruntque nihil amplius in omnibus vinetis potuisse inveniri. Quibus hilari vultu Bernardus dixit : « Benedicite et laudate Deum et creatorem vestrum ob tantum donum nobis omnibus concessum, et immortales gratias agamus propter hunc fructum, quem nobis immeritis misericordia sua largitus est. Dividamus igitur et singulis partem aliquam fructus imponamus. Et racemos manibus accipiens, gratias Deo peregit pro tam singulari beneficio, quo post tot supplicia, pro sceleribus et peccatis suis bene merita, eos sublevabat. Hoc facto, ad locum vinarium appropinquavit, ubi uvas propriis manibus pressit, singulis doliis singulas guttas dividens, et vasa omnia cooperuit, dicens : « Qui ex quinque panibus et duobus piscibus, quos parvus quidam puer habebat, quinque millia hominum saturavit, non numeratis mulieribus et infantibus; potens quoque erit hisce paucis uvis, omni populo meo necessitate oppresso satietatem adferre et qui in nuptiis Gallileæ ex aqua vinum confecit, poterit quoque implere vasa domus meæ liquidissimo vino, ut illo pauperibus suis mihi commendatis charitatem exhibeam, et animas, quarum curam gero, jam plane pietate et devotione languidas, operibus charitatis possim reparare et conari ut omni virtutum genere abundent. His dictis, discessit; et viginti diebus continuis necessitatem hanc suis precibus omnipotenti Deo humiliter commendavit. Post viginti vero dies dapifer vasa invisit, viditque ea pretiosissimo vino copiose exuberare, et absque mora miraculum hoc antistiti sanctissimo nuntiavit. Qui infinitas clementissimo Deo gratias egit pro tam singulari beneficio; et statim præcepit vinum pauperibus erogari. Populus autem, stupore perfusus, miraculum hoc admirabatur. Sed ecce unde magis mireris. Vinum illud per singulos dies populo distribuebatur, abundanterque ex illo omnes accipiebant; nec tamen minuebatur, sed potius augebatur mirabiliter. Qua occasione sanctus præsul benignis verbis suos admonebat, dicens sterilitatem illam ob peccatorum suorum multitudinem advenisse; ideoque delictorum pœnitentiam agerent, sanctamque et piam vitam traducerent.

ex mss.

i *Panum multiplicatorum miraculum prosequitur dein, præeunte Domeneco, Henriquezius his verbis :* Post aliquod tempus regio illa magna aquæ penuria premebatur, sic ut in civitate

civitate Celsonensi *(immo Vicensi)* valde parum, in reliquis vero terræ partibus nihil prorsus frumenti colligerent. Quare sollicitus pastor et pater omne granum episcopatus sui in unum collegit et emollivit; et, pane confecto, omnibus pauperibus in hunc modum distribuebat. Singulis diebus, postquam finem sacro imposuisset, panes aliquot, mensæ superpositos, benedicebat; eosque dividens, pauperibus erogabat, ita ut, quamvis magnus pauperum numerus accessisset, semper tamen panis abundaret. Unde facillime collegit populus quod manus Dei panes illos multiplicaret. Impossibile enim erat tam parvo numero panis tot pauperes alere, sicut in dies magis ac magis ad S. Bernardum adveniebant.

k *A* S. Bernardo *vivo mortuos suscitatos fuisse non reperio; sed a mortuo aliquot lego; quos vide supra pag.* 94.

DE B. DAMIANO FINARIENSI

QUI ET FURCHERIUS

CONF. NON PONT.

EX ORDINE FRATRUM PRÆDICATORUM REGII LEPIDI IN ITALIA

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§ I. B. Damiani patria, professio religiosa, labores apostolici, scripta, virtutes, vitæ tempus.

ANNO MCDLXXXIV B. Damianus, *cujus nomen Martyrologio Fratrum Prædicatorum inscribi concessit Pius Papa IX,*

Ex inclyta Prædicatorum familia, *verbis utor Patrum S. R. C.*, veluti e fodina locupletissima continuo prodierunt viri sanctitate illustres; inter quos sæculo xv accensetur Fr. Damianus Furcherius a Finario; *de quo hac die in Actis nostris sanctorum eo nomine dicendum est, non quod ea vitam clauserit, sed quia Pius papa IX (quem Deus diu ecclesiæ suæ conservet incolumem!) anno* 1848 *voluit natalem ejus die* 26 *octobris deinceps festive celebrari; concedens Fratribus Prædicatoribus ut in ejus honorem officium ecclesiasticum et missam quotannis ritu duplici peragerent ejusque elogium in Martyrologio recitarent his verbis :* Regii Lepidi beati Damiani Furcherii a Finario; qui vitæ innocentiam cum pari corporis castigatione conjunxit; zelo prædicationis incensus, præco eximius extitit et post mortem miraculis claruit. *Ad quæ in antecessum quasi animadvertimus; eum* Furcherium *dici, quod gente Furcheriorum natus perhibeatur; et* a Finario, *quod in proximo vico primum lucem aspexerit; demum* Regio Lepido *ejus affigi memoriam, quoniam inde evolaverit ad cælum. Vita ejus superest nulla, neque coæva documenta; quin etiam in nullis Legendariis FF. Prædicatorum nomen ejus legitur; ita ut quindecim abhinc annis passim a suis sodalibus ignoraretur. Verumtamen satis indiciorum habemus, ex quibus cognoscere liceat eum virum apprime religiosum fuisse et continuo a morte cœpisse publice coli: quemadmodum anno* 1848 *S. R. Congregatio constare decrevit. Quæ omnia paulo luculentius exponenda sunt.*

natus est prope Finarium nobili (ut volunt) Furcheriorum genere;

2 *Si Nicia, olim Italiæ, nunc Galliæ civitate, Genuam secus maris littus pergas, medio itinere inter Albengam et Savonam ad pagum venis, qui Romanorum ævo dictus est* ad Fines; *deinde nude* Fine, *seu etiam* Finar, Finale *et* Finarium, *nunc vulgo* Final. *Distinctus autem hodie est in tria oppida; quorum unum, quoniam olim illic castrum erat, dictum est* Final Borgo; *secundum, quia mari vicinius est (sedet ad viam qua Nicia Genuam itur)* Finale Marina; *tertium, quod minoris momenti est,* Final Pia. *Continebatur olim Marca seu Marchisiatu Savonensi, et pars erat patrimonii celebris Alerami, quo marchesii de Carreto prognati sunt. Ab ineunte sæculo* xii *Marchesiatus Finalis in diplomatibus recensetur; sed tenebatur a marchesiis Savonensibus; adeoque anno tantum* 1268 *singulares habuit dominos, quorum primus fuit Antonius Tertius de Finale. Is ei obtigerat, quod terni Jacobi de Carreto filii paternam hæreditatem inter se diviserant : qui rerum status, multis bellis et calamitatibus*

AUCTORE V. D. B.

bus insignis, usque post medium sæculum XVI *perseveravit. Caput erat Finale Burgum, initio tredecim dumtaxat vicos sub se habens; qui numerus, quod nonnulla ibi aliquando fuit felicitas, ad novemdecim accrevit, præter Finale Burgum et Marinum* (1). *Has villas seu vicos inter venit Pertum, vulgo* Perti, *situm supra collem, mille passuum a Finali Burgo* (2). *Superest illic vetus templum S. Sebastiani, quod olim titulus abbatialis cardinalis Dominici de Carreto fuit, nunc autem, et quidem dudum, dominium Fratrum Prædicatorum Finariensium. Inde non procul jacet planities, cui vulgare nomen* il Piano dei Fulcheri, *et domus seu villa, dicta* Villa Folcheri; *ubi volunt, (quoniam, ut anno* 1844 *Fratres illi Prædicatores loquebantur, ita fert constans omnium incolarum Finariensis Marcæ traditio, quacum convenit inscriptio, non admodum antiqua, quæ in illo S. Sebastiano templo servatur), in lucem venisse* B. Damianum (3); *quem idcirco* Finarii in Liguria ex nobili æque ac locuplete familia de Furcheriis *natum esse dixerunt: antiquiores tamen nobile ejus genus ignorasse videntur.*

mira a recentioribus traduntur de ejus pueritia; fit F. Prædicator;

3 *Quum ad magnam senectam venisse tradatur atque anno* 1484 *diem obiisse, non dubitandum quin circa sæculum* XV *iniens primum diem aspexerit. In eadem illa inscriptione, quæ quod antiquior non est dolemus, dicitur* recens natus, ut ferunt, ab amente surreptus, tum ad procumbens in genua brutum signo lucis inventus. *A puero sanctimonia vitæ excelluisse volunt, quoniam lipsanothecæ Viglebanensi inscriptus legitur hic versus:* Mortali numquam crimine læsus obit; *cujus major esset auctoritas, si majoris foret antiquitatis quam videatur. Ab Andrea Rovetta* (4) *de Brixia* B. Damianus alumnus *dicitur* provinciæ Lombardiæ, *scilicet superioris* (5): *nam anno tantum* 1500 *ambæ Longobardicæ provinciæ, quæ ab ordinis initiis seorsim exstiterant, in unam conflatæ fuerunt. Verum, quum Regiensis æque ac Finariensis conventus intra superiorem Longobardiam continerentur, hinc intelligere non possumus utrius filius fuerit; licet multo verisimilius videatur eum vestem Prædicatorum induisse in Finariensi S. Catharinæ conventu, anno* 1359 *fundato, jussuque et expensis Emmanuelis, Alerami et Arighetti, Finariensium marchesiorum, exstructo* (6).

laudantur a supparibus ejus labores et virtutes, a quibus anno 1484 *obiisse traditur;*

4 *In instrumento, quod inferius dabimus integrum et quod anno* 1503, *novemdecim ab ejus obitu annis, Prædicatores Regienses, testes utique optimi, condiderunt,* vir *dicitur* conversatione perspicuus, spectabilis opinione, mirabilis fama, devotione gratus, humilitate lenis, obedientia placidus, benignitate suavis, pietate compasciens, patientia constans, charitate præstabilis, zelantissimus ac strenuissimus prædicator ac divini verbi præco, ac in cunctis moribus maturitate compositus. *Quibus laudibus quid addi possit non video. Neque hæc Regiensium dumtaxat Fratrum erat opinio; sed et aliorum. Quum enim in ea charta agatur de concedendo beati viri brachio Fratribus conventus S. Petri martyris de Viglebano, vulgo* Vigevano, *dicitur etiam istic, qua utpote concionator non semel transierat,* dum in humanis ageret, magno veneratus fuisse affectu. *Eodem tempore, et quidem a morte fere* B. Damiani, *Ambrosius Taegius, Mediolani natus et ibidem in recenti S. Mariæ Gratiorum cœnobio Prædicatorum instituta amplexus, ad historiæ ordinis notitiam applicabat animum, acta originalia et omnis generis memorias colligens atque ex iis conficiens chronicum ordinis generale, sex in folio mss. voluminibus membraneis distinctum, quæ vulgari titulo Monumentorum ordinis citari solent* (7). *Ut itaque suppar ille scriptor parte* II *testis est, fuit* B. Damianus vir ferventis caritatis, humilitatis profundæ, miræ abstinentiæ, maximi zeli circa salutem animarum, devotione præcipuus, oratione devotus, vita sanctus, scientia clarus, omnique morum honestate compositus. Quum autem diu et in multis communibus fructuose et ferventissime prædicasset, multosque ad veram rectamque vivendi normam convertisset, apud Regium constitutus, cum magno spiritus fervore et devotione, sumptis prius omnibus christianæ religionis sacramentis, anima illa sanctissima, meritis onusta, carne soluta, cælos feliciter petivit anno Domini 1484. Sepultus est autem in ecclesia præfati conventus *(Regii Lepidi)*; ubi et plurimis postmodum coruscavit miraculis.

qua in re alii nonnulli erraverunt;

5 *Paucis annis post, anno scilicet* 1517, *Bononiæ typis excudendum curavit Leander Albertus, Bononiensis vir clarissimus, de viris illustribus ordinis Prædicatorum libros sex in unum congestos, (is operis titulus est), in quibus ad marginem fol.* 248 *legitur* B. Damianus Finariensis; *in ipso vero textu:* Damianus Finariensis vir mira charitate præditus, ac sacri verbi concionator vehemens et assiduus, Regii Lepidi vita functus est MCCCCL; ubi præcipua colitur veneratione, miraculis fulgens. *Typographi an auctoris errore irrepserit annus* 1450 *loco anni* 1484 *dicendo non sum; sed certus manifestusque lapsus est. Præluxerunt enim Leandro ipsius Taegii scripta, quemadmodum ille profitetur his verbis* (8): Ecce dum loquimur venit Ambrosius Mediolanensis, ostentans Chronicam ordinis Prædicatorum valde prolixam, ab se contextam maximis lucubrationibus, maximis vigiliis, maximisque laboribus, ut ordinem illustret. Cujus laborem sedulum laudare ac approbare debemus, eo maxime quod ex laboribus suis partem nobis subministravit. *Legit ita illic (breviavit enim Taegii dicta) non annum* 1450, *sed* 1484. *Verumtamen, licet Antonius Senensis, qui et Lusitanus, Taegii scripta etiam viderit* (9), *secutus tamen est Leandrum; cujus errorem (nec mirum, quippe qui a suis* (10) *historicus parum accuratus dicatur,) in Chronicum ordinis Fratrum Prædicatorum, quod anno* 1585 *Parisiis edidit, recepit. Recensens enim* beatorum castra speciosissima: Anno, *inquit* (11), 1450 obiit Regii frater Damianus Finariensis,

(1) Casalis, Dizionario geografico degli stati del Re di Sardegra, tom. VI, pag. 638 et seqq. — (2) Ibid. tom. XIV, pag. 388 et seqq. — (3) Confirmat. cultus, Positio super casu excepto, pag. 16 et 17. — (4) Bibliotheca chronologica illustrium virorum Provinciæ Lombardiæ sacri ordinis Prædicatorum Bononiæ, anno 1691, pag. 71. — (5) Quétif et Echard, Scriptores ord. Prædic. tom. II, pag. 920. — (6) Canalis, tom. VI, pag. 642. — (7) Quétif et Echard, tom. II, pag. 33. — (8) De viris illustribus ordinis Prædicatorum, fol. 133. — (9) Quétif et Echard, tom. II, pag. 33. — (10) Ibid. pag. 272. — (11) Chronicum etc. pag. 248.

concionator

AUCTORE V. D. B.

concionator excellens, vir sanctus, et miraculorum virtute pollens et clarus : *quæ verba, ut ut mutata, a Leandro Alberto luculente accepta sunt. Ex Antonio Senensi sua hausit scriptor Indiculi beatorum aliquot, martyrum et confessorum sacri ordinis Prædicatorum, subjecti ad finem Martyrologii ordinis Prædicatorum, anno* 1604 *Romæ excusi, ubi legitur* (1) : Fr. Damianus Finariensis, vir sanctus et miraculorum operatione pollens, Rhegii temporariam vitam cum æterna commutavit.

laudatur item beatus vir a Michaele Pio, et corporis elevatio narratur ;

6 *Omisso itaque Leandro ejusque sequacibus, ad alios veniamus. Anno* 1607 *Joannes Michael Pio, natione Bononiensis, professione lector theologiæ inter Fratres Prædicatores, anno* 1607 *Bononiæ italice edidit priorem partem virorum illustrium ordinis S. Dominici; ubi B. Damianum de Finario et B. Vincentium de Finario, ejusdem patriæ consortes, ejusdem instituti professores, ejusdem domus verisimiliter incolas et contubernales, ejusdemque ævi decora (ille enim anno* 1484, *hic circa annum* 1450 *diem obiit) conjunxit, Taegium et Relationes quas vocat Lombardiæ secutus.* Finarium, *inquit* (2), Fratris Damiani et Fratris Vincentii; qui Patres, quum viverent, clarissima ordinis sui fuerunt lumina. In priori splendebat profunda humilitas, caritas fervens et zelus mirabilis in procuranda proximi salute. Comites ejus erant oratio et jejunium : quorum alterius auxilio domabat corpus; alterius mentem semper ad cælos sublatam gerebat. Doctus erat et celeberrimus prædicator divini verbi. Diu Italiam peragravit et ferventi suo sermone multos ad sinceram duxit pœnitentiam. Mortuus est Regii anno 1484, postquam maximo spiritus ardore sacramenta receperat. In ordinis sui templo sepultus, aliquandiu gratias et miracula multa operatus est. Annis plurimis post, corpus, ex primo sepulcro eductum, integrum, inviolatum et incorruptum repertum est et repositum prope altare S. Christophori, ubi adscriptum legitur hoc epitaphium : EXIMII PRÆCONIS, VITÆQUE INTEGERRIMÆ, FRATRIS DAMIANI FINARIENSIS, ORDINIS PRÆDICATORUM, REBUS HUMANIS EXEMPTI, HIC OSSA REQUIESCUNT. *Omitto quæ de B. Vincentio habet, licet cultu publico, non tamen approbato, fruatur* (3); *quoniam nimis a longinquo huc spectat : multo magis B. Catharinam de Finario, quæ etiam in Prædicatorum Finariensium templo sepulta est et a populo honoratur* (4).

scripta aliquot reliquit B. Damianus

7 *Non verbis tantum, sed etiam calamo Dei gloriam, sanctorum honorem proximique salutem promovit* Damianus. *Quem enim supra jam indicavi, Andreas Rovetta de Brixia, qui anno* 1691 *Bononiæ Bibliothecam chronologicam illustrium virorum provinciæ Longobardiæ sacri ordinis Prædicatorum publici juris fecit, his eum prosequitur laudibus* (5) : Frater Damianus de Finario Ligur, provinciæ Lombardiæ alumnus, vir non tam scientia, quam sanctitate vitæ celebris, qui et a nonnullis inter beatos enumeratur. Iste, ut concrediti sibi a Domino talenti in proximorum lucrum facilius fructosiusque ad cælestem usuram daret, studio sacrarum Scripturarum adeo etiam in vigiliis noctis sese applicavit, ut brevissimo tempore, licet gravissimo suo incommodo, eruditissime scripserit *codicem sermonum de tempore*, item *librum alterum sermonum de sanctis*, atque *librum alterum piarum meditationum*, et *alia plura*, quæ in bibliotheca S. Dominici Genuæ asservantur. *De ejus scriptis non plura noverunt Echard et Quetif, satis habentes Alberti Leandri verba et aliquid ex Rovetta recitasse. Ex quibus omnibus id unum fere novimus eum egregium S. Dominici discipulum fuisse, gnaviter prædicationis munere fungentem et in animabus ad vitæ christianæ normam reducendis felicem, adeoque a fratribus suis sanctum habitum et cælitum honoribus dignum.*

§ II. Cultus B. Damiani Regii, Viglebani, Bononiæ, Perti et Finarii. Reliquiæ. Cultus approbatio.

Cultus B. Damiani *Regii Lepidi ;*

Quum tanta virtutum sanctimoniæque fama e vivis recessisset B. Damianus, *nil mirum, quod, quum illo ævo vetera Romanorum pontificum de veneratione piorum hominum decreta, in Italia maxime, obsoleta essent et nova Urbani VIII solummodo sesquisæculo post prodierint, statim a morte publice coli cœpit Regii, Finarii aliisque oppidis : quæ cultus indicia ordine locorum potius quam temporis jam recensebimus. Regium, ubi beatus vir vivere desiit, oppidum est satis superque notum, situm Parmam inter et Modenam, olim Regium Lepidi, nunc* Reggio di Modena *dictum, quo ab aliis Regiis distinguatur. Nil est quod de ejus hic fatis, sive profanis, sive ecclesiasticis agamus; quæ quippe passim reperire sit. Qui autem illic anno* 1484 *S. Dominici conventum incolebant Fratres Prædicatores, priusquam* B. Damiani *corpus terræ mandarent, abscidisse videntur brachium sinistrum; quod pii pignoris loco asservarent, significantes quam certi essent de ejus cælesti felicitate et potentia apud Deum. Coluerunt itaque eum et similiter oppidi cives; ita ut anno* 1503, *quemadmodum in diplomate hujus ævi legitur,* B. Damianus in multa esset populi Regini devotione. *Miraculis tum effulsisse pluribus testimoniis supra intellexímus; quo tandem factum est ut patronis Regiensibus annumeratus fuerit; quemadmodum anno* 1623 *scripsit civis Regiensis, Fulvius Azzari* (6). *Ut ex Michaele Pio audivimus, tum jam pridem levatum fuerat beati viri corpus et repertum integrum. Quo tempore repositum est in loculo singulari prope altare Crucifixi, ubi nunc etiam in veneratione est* (7).

item Viglebani, quo anno 1503 *sinistrum ejus brachium translatum est,*

9 *Dum vivebat* B. Damianus, *erexerant cives Viglebanenses incredibili ardore (fœminæ et pueri calcem et lapides advexerant) templum S. Petri martyris et adjunctum conventum, ubi se reciperent Fratres Prædicatores. Quod itaque ædificium, consentiente Philippo duce*

(1) Indiculus etc. pag. 96. — (2) Degli nomini illustri etc. lib. I, col. 120 et seq. — (3) Semeria, Secoli cristiani della Liguria, tom. II, pag. 256. — (4) Ibid. pag. cit. — (5) Bibliotheca chronologica, pag. 71. — (6) Compendio dell' Istorie della città di Reggio, Reggio, 1623, in Summario, pag. 13. — (7) Semeria, Secoli cristiani della Liguria, tom. II, pag. 257.

Mediolanensi

Mediolanensi et Eugenio IV papa, anno 1445 *incohatum fuerat, id occupabant religiosi incolæ anno sequenti* (1). *Quum autem sæpius hac transiisset* B. Damianus, *circumquaque evangelicum semen spargens, et magna illic veneratione fuisset habitus, pii sodales, non contenti corpore B. Matthæi Carrerii seu Mantuani, qui anno* 1470 *illic obiverat, postularunt anno* 1503 *a Regiensibus Fratribus ut sibi aliquid de illius exuviis communicarent. Votis eorum satisfactum; quemadmodum ex sequenti diplomate constat :* In Dei Filio sibi dilecto venerabili patri Fratri Joanni de Gravarona ordinis Prædicatorum, conventus Regini Sancti Dominici superiori, Frater Simon de Oscimiano præfati ordinis, et præcitati conventus prior, venerabiles patres Bartholomæus de Martinengo, Fr. Antonius de Garlascho et Fr. Baptista de Mediolano omnes præsentes dicti conventus de Regio salutem et Spiritus Sancti consolationem. Cum justum sit fas divinum colendum in toto orbe, quantum vires suppetunt humanæ, diffundere, et quorum vita lumen, et exemplar sanctitatis iis, qui in hujus mundi caligine degebant, existit, reliquias venerari, et quantum possibile est extollere. Igitur cum in præfato conventu Regino elapsis annis venerandus pater Damianus de Finario ordinis præfati Prædicatorum, vir conversatione perspicuus, spectabilis opinione, mirabilis fama, devotione gratus, humilitate lenis, obedientia placidus, benignitate suavis, pietate compasciens, patientia constans, charitate præstabilis, zelantissimus ac strenuissimus prædicator ac divini verbi præco, ac in cunctis moribus maturitate compositus, suum extremum clauserit diem, cujus animam divina frui visione, ob ejus innumerabilia merita, haud ambigimus, et omnino in nulla * sit populi Regini devotione.

* *lege* multa *ut ex diplomate constat ;*

10 Expositumque est nobis, et requisitum a prædicto patre Fratre Joanne brachium sinistrum prædicti Ven. Patris Damiani, abscissum jam pluribus annis a corpore, nec in aliqua sepultura reconditum, sibi nomine conventus sancti Petri Martyris de Viglevano, ubi Ven. præd. Rev. Pater Damianus dum in humanis ageret magno venerabatur affectu, donari et concedi. Nos igitur prædicti prior et Fratres, super hoc mature habito consilio, justæ petitioni prædicti fratris Joannis annuentes, votisque suis facere satis cupientes, tenore præsentium dictum brachium sinistrum prædicti Patris Damiani Finariensis dicto Patri Fratri Joanni ad dictum conventum Viglevanensem deferendum concedimus, elargimur et donamus, hortantes omnes Patres et Fratres Viglevanenses, ut hanc venerandam reliquiam qua possunt veneratione et devotione prosequantur. In quorum fidem et robur præsentes fieri jussimus, singulorumque nostrorum manus apposuimus, ac sigilli præsentis conventus Regini impressione comuniri mandavimus. Datum Regii die 1 maji 1503. Ego Frater Simon de Ociniano ordinis Prædicatorum, prior conventus sancti Dominici de Regio ejusdem ordinis, confirmo et testificor supra scripta omnia esse vera et teste manu propria. Ego Frater Bartholomæus de Bergamo, confessor sanctimonialium sancti Raphaelis ordinis S. Benedicti, prædicti ord. sancti Dominici, affirmo prædicta et teste manu propria. — Ego Frater Bartholomæus de Martinengo ord. Prædicatorum supra scripta confirmo teste manu propria subscripsi. Ego Frater Antonius de Garlascho confirmo ut supra teste manu propria. — Ego Baptista de Mediolano Prædicator confirmo et approbo teste manu propria. *Repertum est hujus diplomatis apographum die* 18 *martii anni* 1847, *quum, annuente Pio Vincentio Forzani, Viglebanensi episcopo, theca reliquiaria* B. Damiani *aperta fuit et visitata. Viginti quinque annis ante, die scilicet* 23 *julii anni* 1822, *Carolus Volpi, parochus S. Christophori in templo S. Petri Martyris, (quando enim die* 8 *junii anni* 1805 *suppressus fuit Fratrum Prædicatorum conventus, in eorum templum translata est S. Christophori parochia,) id illic nomine suo signatum collorarat, testatus se id ad verbum descripsisse ex originali exemplari, quod ibidem invenerat, quum ex veteri capsa in novam* brachium B. Damiani a Finario *(ut inscriptum erat) transferret.*

AUCTORE V. D. B.

11 *Bononiam quoque, Æmiliæ caput, devenerunt* B. Damiani *reliquiæ; sed nescitur quo anno. Id tamen constat, eas illic jam exstitisse anno* 1746, *quo typis excusus prodiit indiculus reliquiarum, quæ in Bononiensi S. Dominici templo et Fratrum Prædicatorum conventu asservabantur : has inter pars ossium* B. Damiani, *ostensorio conclusa. Die* 20 *augusti anni* 1817 *auctoritate cardinalis Caroli Opizzoni, Bononiensis archiepiscopi, visitata fuit; atque etiamnum custoditur in sacrario capitis S. Dominici, quo sine municipum interventione nullus accessus est. Hinc Pertum,* B. Damiani *patriam, redeundum est. Servatur illic in tabula, novem circiter palmis Genuensibus alta et quinque larga, vetustissima beati viri picta imago; supra quam marmori insculpti leguntur antiquissimis characteribus hi versus :*

similiter Bononiæ et Perti prope Finarium ;

Qui decus, ut nostras, est nostri, nosque tuetur,
Sit nostri exemplar, gloria, spes et amor.

et infra, item in marmore, sed partim calce obducta, hæc verba :

[M]CCCCLXXXXIII. DIE XIII AVGVSTI
[HOC FECIT FIERI] BERNARDVS BALESTRERIVS EX DEVOTIONE SVA.

Sub quibus verbis sequentia recentiori penicillo picta sunt :

B. DAMIANVS FVLCHERI
IN SVI COGNOMENTI AVITO HINC PRÆDIO
RECENS NATVS, VT FERVNT, AB AMENTE SVRREPTVS
TVM AD PROCVMBENS IN GENVA BRVTVM
SIGNO LVCIS INVENTVS
PLENVM IN ANIMALEM APPETITVM PORTENDIT IMPERIVM
CVI CONSONVM
IN THECA EIVS BRACHII VIGLEBANI AB ANNO VSQVE 1503
IN ARA S. O. * CVLTI
LEGERE EST
MORTALI NVMQVAM CRIMINE LÆSVS OBIT.

* Sanctorum Omnium

In vetusta autem illa tabula exhibetur B. Damianus, *veste Dominicana indutus, specie senex, nonnihil calvus, caput radiis cinctus et benedicens ex cathedra; ad cujus pedes pie auscultat frater conversus et populus. Olim aderat lampas, nunc sublata, quoniam in festo dumtaxat S. Sebastiani, patroni titularis*

(1) Canalis, Dizionario etc. tom. XXV, pag. 133 et 211.

AUCTORE V. D. B.

laris, aperitur ædes et missa celebratur; sed ferrum, quo tenebatur, adhuc remanet. Examinatum fuit vetus id pietatis indicium a pictore Jacobo Maria Pino die 20 *aprilis anno* 1834, *præsente delegato Augustini de Mari, episcopi Savonensis; atque iterum a pictoribus Augustino Opilia Savonensi et Nicolao Orsolini Genuensi die* 26 *octobris anni* 1846 : *qui omnes judicarunt picturam et literas factas fuisse circa annum* 1500. *Olim similiter in templo parochiali Pertensi S. Eusebii imago erat* B. Damiani, *coram qua accendebantur candelæ et lampades.*

et demum ante annum 1523 *Finarii in templo S. Catharinæ.*

12 *Proxime post mortem coli etiam cœpit beatus vir in templo S. Catharinæ Fratrum Prædicatorum Finariensi : illic enim ante annum* 1523 *in muro pictus erat habitu Prædicatorum, manibus junctis, in genua procumbens coram Redemptore, signa Passionis manibus tenente, cum adscriptis ad latus his verbis :* BEATVS DAMIANUS. *Quæ omnia calce et lapidibus cooperta fuerunt, quum erectum illic est altare et capella in honorem S. Joannis Evangelistæ; cujus ætatem certam facit appositus lapis, his inscriptis verbis :* CONSTRVCTA FVIT PRÆSENS CAPELLA ET PER LATINAM*, RELICTAM ANDREI HANELI *, QVÆ NON EX OBLIGATIONE ALIQVA, SED SPONTE ET IN HONOREM DEI AT * BEATÆ MARIÆ NEC NON ET BEATI JOANNIS EVANGELISTÆ ILLAM CONSTRVI MANDAVIT ANNO MDXXIII, DIE VIII MAII; *similiter inscriptio, quæ in tabula picta S. Joannis Evangelistæ legitur :* HOC OPVS FIERI FECIT DOMINA CATINA SCANELA AD HONOREM DEI ET BEATI JOANNIS EVANGELISTÆ MDXXVI, DIE VIIII MENSIS IVLII. *Postmodum curarunt Fratres Prædicatores Finarienses sodalis sui piam servare memoriam. Hinc anno* 1844 *in archivio habebant tabulam, anno* 1636 *pictam, in qua quatuor exhibebantur Fratres Prædicatores Finarienses, cum sanctitatis opinione jam pridem mortui : a dextris* B. VINCENTIVS DE ORCO FINARIENSIS, *qui et* Maglio; *a sinistris* B. ANTONIVS DE ALBERTIS FINARIENSIS; *medius* B. DAMIANVS DE FVLCHERIIS FINARIENSIS, *et ad pedes habitu conversorum* FR. IACOBVS FINARIENSIS; *omnes quatuor caput circumdati radiis. In angulo hic versus legitur :* Qui tutela, decus, quoque sint dilectio nostri 1636. *Anno autem* 1761 *adepti sunt hermam marmoreum, anno* 1844 *in sacrario collocatum, cum sequenti inscriptione :* B. DAMIANVS FVLCHERI DE FINARIO, ORDINIS PRÆDICATORUM, VITA, SCRIPTIS, SIGNISQVE CLARUS 1761.

* Catinam ?
* Scaneli ?
* ac ?

Ab. anno 1769 *cogitarunt Fratres Prædicatores Finarienses procurare beatificationem æquipollentem* B. Damiani,

13 *Quum autem anno* 1769 *laborarent Fratres Prædicatores Finarienses in reficiendo S. Joannis altari, casu retecta est die* 17 *aprilis vetus illa* B. Damiani *imago, anno* 1523 *antiquior. Jam autem cogitabant tum illi procurare beatificationem æquipollentem sui sodalis, seu ostendere eum publice honoratum fuisse centum annis ante Urbani VIII de veneratione sanctorum leges, et proinde sacræ rituum congregationi licere eumdem cultum confirmare et ratum habere. Quare Carolus Dominicus Cavanna, conventus prior, intelligens imaginem illam ad propositum finem non inutilem fore, Octavium Mariam de Mari, episcopum Savonensem, Finarii versantem, rogavit ut eam recognosceret. Postulata fecit pius antistes die* 28 *septembris anni* 1770, *adhibitis duobus pictoribus, auditisque testimoniis muratoris et trium aliorum virorum, qui, ut primum imago retecta fuerat, viderant. Efflagitante eodem priore atque iterum testibus juratis auditis, recognovit religiosus antistes aliam imaginem antiquam, in ligno pictam et impositam inter alias sanctorum imagines altari S. Antonini, archiepiscopi Florentini, cum appictis verbis :* B.DAMIANVS DE FINARIO DE FVRCHERIIS CLARENS MIRACVLIS; *qua beatus vir exhibetur radiis redimitus, verbum Dei prædicans et sinistra librum gerens. Hæc olim cum altari in ipso S. Catharinæ templo erat; sed quum anno* 1719 *novum odæum construendum videretur, in chorum nocturnum eam simul cum altari transferri voluerat Æneas Montecuculli, patria Modenensis et conventus prior. Interea autem alia manserat in templo ejusdem beati viri, picta in tela linea. In omnia itaque, quæ ad sodalis sui honorem pertinerent, oculos tum intentos habebant Finarienses Prædicatores; ita ut in libro consiliorum conventus ad annum* 1769 *legatur :* Nota... quod anno 1769 circa medietatem anni Finarii publice vendebantur a Germanis, imaginum venditoribus, imagines beati Damiani de Fulcheriis, Augustæ impressæ. *(Sign.)* F. Turcotti O. P. *Quo forte referendæ sunt duæ imagines, prelo impressæ, quæ anno* 1844 *Finarii adhuc erant, et quibus repræsentabatur Dominicanus stans, radiis ornatus, secum habens ejusdem ordinis socium, sinistra baculum manu tenens, dextram ad B. Mariam Virginem, in nubibus cum puero Jesu apparentem, extendens, adscriptis infra his verbis :* B. Damianus de Finario. *Verum hæ, uti etiam Germanorum imagines, videntur prius ad alium sanctum pertinuisse, et dein, mutata epigraphe, ad* B. Damianum *relatæ; quo facilius Finarii venderentur. Sic Roma accepimus imaginem B. Joannis de Brito, martyris Societatis Jesu, quæ alia non erat quam quæ inserta est Passioni S. Lani, centum et amplius abbinc annis editæ.*

maxime ab anno 1844.

14 *Quum aliquot annis sævierunt in illis partibus bella et Galli agrum Genuensem occuparunt, non potuit non sopiri ille ardor, quo approbationi cultus* B. Damiani *studebatur. Verum anno* 1834 *iterum ea de re cogitatum fuisse, liquet ex his quæ de imagine Pertensi supra num.* 12 *retulimus. Et quidem omnium maxime huic rei operam suam impendit Ignatius Buffa, ordinis Prædicatorum sacerdos; verum, inquit Semeria* (1), *anno* 1843 *scribens, morte hujus religiosi viri et aliorum negligentia vani facti sunt illi conatus. Non tamen diu meruerunt hanc criminationem* B. Damiani *sodales. Anno enim* 1844 *iterum passim colligi cœpta sunt documenta et testimonia; atque ex his pleraque hausimus quæ retulimus hactenus. Quibus addas, præter scriptores quos jam indicavimus, illustrasse* B. Damiani *nomen Schiaffinum in Annalibus ecclesiasticis Liguriæ, Bartholomæum Montaldum in Ligustici cæli sideribus et Joannem Baptistam Semeriam, cujus Sæcula christiana Liguriæ jam adduximus, in Historia ecclesiastica Genuæ et Liguriæ, anno* 1838 *in lucem data. Anno demum* 1847, *instante Vicentio Ajello, magistro generali ordinis Prædicatorum, in sacra rituum con-*

(1) Secoli cristiani di Liguria, tom. II, pag. 257.

gregatione,

gregatione, cardinali Spinola relatore, introducta est causa confirmationis cultus ab immemorabili tempore, præstiti servo Dei Damiano Fulcherio ex ordine Prædicatorum, beato nuncupato. *Eam dixerunt Joannes Rosatini et Franciscus Mercurelli, fidei promotore Andrea M. Frattini. Non potuit non habere felicem finem; adeoque anno sequenti prodiit optatum decretum, quod hic subjungere visum est.*

Votis satisfactum anno **1848,**

15 Ex inclyta Prædicatorum familia veluti e fodina locupletissima continuo prodierunt viri sanctitate illustres, inter quos sæculo XV accensetur Fr. DAMIANUS FURCHERIUS a Finario; et quamquam lateat annus ortus ejusque parentes, ipsum tamen ex perantiquo monumento asserere licet natum a delecta familia eodem ineunte sæculo in villa Furcheriorum nuncupata, in vico Perti ditionis Finariensis, atque ultimam aspexisse diem anno MCCCCLXXXIV, postquam diu fuerat evangelici præconis officio functus. Traditione teste, adolescentiam ipsam omnemque dein ætatem in sanctitate traduxit, et cælestibus solum bonis inhians, mundi opes illecebrasque contemnens, nomen dedit Prædicatorum Ordini; ubi pietate, scientia, apostolico zelo, omnique virtute sodalibus præfulsit vivens, et post mortem crebris etiam claruit miraculis: adeo ut merito appellari queat vir ferventis charitatis, profundæ humilitatis, miræ abstinentiæ, maximi zeli circa animarum salutem, devotione præcipuus, oratione compositus, vita sanctus, scientia clarus, omnique virtutum honestate singularis. In osculo Domini apud Regium Lepidum, cum magno spiritus fervore susceptis prius omnibus christianæ religionis sacramentis, cælos feliciter petivit, ac sepulturæ mandatus in ecclesia cœnobii ejusdem. Eo ipso sæculo nondum exacto, cultus publicus et ecclesiasticus Fr. DAMIANO præstitus fuit, sicuti eruitur ex imaginibus depictis cum aureolis et titulo Beati, ex concessionibus lipsanorum, ex scriptoribus: queis accedunt testimonia Finariensium, qui deponunt, se Beati appellatione DAMIANUM semper appellari audivisse, imagines ejus conspexisse publicæ venerationi prostantes, non modo in templis S. Sebastiani et Sanctæ Catarinæ, sed etiam in templo S. Eusebii vici Perti, et coram imaginibus vidisse lampades et cereos accendi.

pristino cultu confirmato

16 Hæc et similia publici et ecclesiastici cultus erga Beatum DAMIANUM ab ipsa morte ac deinceps præstiti indicia et significationes animo reputans R. P. Fr. Vincentius Ajello, magister generalis universi Ordinis Prædicatorum et caussæ postulator, ab Sacrorum Rituum Congregatione humillime petiit, ut cultus hic formiter de more probaretur, quæ in ordinariis comitiis ad Quirinales ædes tertio idus septembris anno 1847 coadunata, ad relationem Emi et Rmi Domini Cardinalis Petri-Ugonis Spinola Ponentis, omnibus accurate matureque libratis, auditoque R. P. D. Andrea Maria Frattini, S. Fidei Promotore, qui scripto et voce suam sententiam exposuit, ut in negocio tam gravi consideratius procedi posset, rescribendum censuit: *Dilata, et coadjuventur probationes.* = Elucidatis propterea et enucleatius expositis a defensoribus omnibus, quæ hunc ecclesiasticum cultum propius attingunt, iterum proposita caussa hujus confirmationis cultus ab Emo et Rmo Domino Cardinali Constantino Patrizii Urbis vicario, loco et vice recensiti Eminentissimi Domini Cardinalis Relatoris in altero ordinario Sacrorum Rituum cœtu in palatio apostolico Quirinali subscripta die coadunato, novo examini subjectis novis allegationibus, iterumque audito eodem Sanctæ Fidei Promotore, qui denuo scripto et voce suum votum emisit, ac mature consideratis omnibus, rescribendum Emi ac Rmi Patres censuere: = *constare de casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papæ VIII.* Die 22 mense julio anno 1848. Super quibus omnibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro PIO PAPÆ IX per me subscriptum secretarium fideli relatione, SANCTITAS SUA rescriptum Sacræ Congregationis adprobavit, et cultum Beato DAMIANO ex Ordine Prædicatorum ab immemorabili præstitum sua auctoritate confirmavit die 4 mense augusto anno eodem.

AUCTORE **V. D. B.**

Loco † Sigilli

Pro Emo et Rmo Dno Card. Lambruschini
S. R. C. Præf.
D. A. Card. Bianchi.
Joseph Gaspar Fatati S. R. C. Secretarius
REVISA
Petrus Minetti S. C. Adv. electus S. R. C. Ass. et S. Fidei Sub-Promotor.

et Officio concesso.

17 *Continuo postulavit idem Vincentius Ajello, iisdem relatore, causidicis et fidei promotore, ut decretum fieret* concessionis et approbationis Officii et Missæ atque elogii Martyrologio ordinis apponendi in honorem beati Damiani Furcherii ex ordine Prædicatorum; *scilicet ut festum duplex agere liceret de confessore non pontifice cum lectionibus* I *Nocturni* Beatus vir, II *Nocturni propriis et* III *Nocturni homiliam in Evangelium* Sint lumbi; *dein cum Missa* Os justi *et tribus orationibus propriis, et elogio, quod initio recitavimus. In his nil est quod ita singulare sit, ut referri mereatur. Lectiones* II *Nocturni edimus, quæ loco Vitæ sint, quum nil aliud habeamus.*

VITA
B. DAMIANI FINARIENSIS
Ex lectionibus in II nocturno, S. R. C. approbationi propositis, cum correctionibus præcipuis.

B. Damiani pia juventus.

LECTIO IV. Damianus Finarii in Liguria ex nobili æque ac locuplete familia de Furcheriis sæculo decimoquinto ineunte natus est *a*. Quis futurus esset puer iste, ex ipsa ejus infantia Deus insigni prodigio testatum voluit: nam a dementesubreptus,et diu a parentibus conquisitus, tandem indicio cælesti fulgoris in præsepio, luce coruscus, inventus fuit, ac prope jumentum, quod veluti adoraturum coram puero procubuerat *b*. Adolescentiam ingressus, eam juste sancteque peregit, ac taliter reliquum vitæ instituit, ut, adjuvante Dei gratia, innocentiæ stolam, qua in baptismate ornatus fuerat, ad mortem usque intemeratam servarit *c*. Ut autem facilius bona cælestia, quibus inhiabat, assequeretur, mundi opes ac illecebras contemnens, Prædicatorum ordini nomen dedit *d*.

a

b

c

d

Religiosa vita.

2. Lectio v. Religionem veluti *e* scholam perfectionis ingressus, in excolendis omnibus virtutibus totus fuit; hinc solidæ sanctitatis fundamenta jaciens, in humilitate profunde se exercuit; corpus spiritui subjectum habuit per jejunium et abstinentiam *f*: devotione præcipuus, orationi ferventer incubuit *g*, ac omnimoda morum honestate singularis apparuit : unde nihil mirum, si in carne præter carnem vivens charitate erga Deum exarserit. Ut autem concrediti sibi a Domino talenti in proximorum lucrum ad cælestem usuram daret, studio sacrarum Scripturarum etiam in vigiliis noctis adeo sese applicuit, ut scientia clarus evaserit, et brevissimo tempore, licet gravissimo incommodo, nonnullos scripserit sacros codices pia unctione refertos *h*.

Labores apostolici et sancta mors.

3. Lectio vi. Cum vero Damiano evangelizandi munus commissum fuisset, apostolico zelo incensus, pluribus in locis fructuose ac ferventissime verbum Dei annuntiavit, multosque ad veram rectamque vivendi formam convertit. Tandem suæ prædicationis cursu consummato, apud Regium Lepidi constitutus, cum magno fervoris spiritu et devotione sumptis omnibus christianæ religionis sacramentis, meritis onustus, cælos feliciter petivit anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo quarto *i*. Sepultus in ecclesia cœnobii sui ordinis, miraculis coruscare cœpit; quapropter ejus reliquiis in varias regiones delatis *k*, exinde publicum ecclesiasticum cultum obtinuit; quem ad hæc usque tempora propagatum Pius IX pontifex maximus ex sacrorum rituum congregationis consulto adprobavit; et ut ejus festum cum Officio et Missa in universo Prædicatorum ordine celebraretur benigne indulsit.

ANNOTATA.

a *Vide Commentarium prævium, num.* 2.

b *Minus affirmanter hæc centum abhinc annis dicebantur. Cfr Commentarius prævius, num.* 11. *Voluit S. R. C. ut solummodo diceretur* : Tandem cælesti indicio inventus fuit.

c *Vide de his Commentarium prævium, num.* 3. *His substituit S. R. C.*: Adolescentiam ingressus, eam juste sancteque peregit, et reliquo vitæ tempore numquam ab instituto declinavit.

d *Quem conventum ingressus fuerit quæsitum est num.* 3 *Commentarii prævii.*

e *Omittenda censuit S. R. C. verba* : Religionem veluti.

f *S. R. C. substituit* : Jejunio et abstinentia corpus spiritui subjecit.

g *S. R. C. dici jussit* : Orationi studuit pro viribus; *et sic alibi passim latinitatem corrigi voluit.*

h *Librorum qualemcumque notitiam dabit Commentarius prævius, num.* 7.

i *De anno mortis dictum in Commentario prævio, num.* 5.

k *Videntur reliquiæ solummodo esse Regii, Viglebani et Bononiæ; Genuæ autem libri.*

DE B. BONAVENTURA POTENTINO

CONF. NON PONT.

EX ORDINE FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM

RAVELLI IN REGNO NEAPOLITANO

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§ I. B. Bonaventuræ exempla quibus proposita. Biographi veteres. Nova vita. Series præcipuorum gestorum beati viri.

ANNO MDCCXI.

B. Bonaventura, nullis grandibus actionibus, sed heroicis virtutibus in communi vitæ genere nobilis,

Licet ecclesiæ Christi in decernenda servis Dei sanctorum aut beatorum gloria potissimæ propositum non sit definire quinam mortales, præsenti vita functi, æternam in cælis adepti sint hæreditatem; — si hoc enim ei esset propositum, pueri baptizati primi ante omnes solemni statuto inter sanctos referendi essent; — sed significare mortalibus egregios viros, qui rerum gestarum splendore, virtutum laude et meritorum frequentatione stuporem excitent, christianæ sanctimoniæ magnitudinem ostendant hominesque in sui amorem et admirationem rapiant : non solis tamen Carolo Borromæo et Francisco Salesio, Ignatio a Loyala et Philippo Nerio, Francisco Xaverio et Vincentio a Paulo hic honor reservandus est; ne una summorum virorum contemplatione animi reprimantur, confundantur, debilitentur; sed locus etiam dandus est Aloysio Gonzagæ,

zagæ, Camillo de Lellis, Hieronymo Æmiliano, Rosæ Limanæ, Josepho a Cupertino, Joanni Berchmanno et tot aliis, qui exemplo sint iis a quibus grandia facta non exspectat Deus, sed qui docendi sunt etiam in mediocri vitæ genere perveniri posse ad supremos heroicæ integritatis gradus. Ad quem ordinem sanctorum referendus est B. Bonaventura Potentinus; *in quo nil reperias quod mundus laudet aut magni faciat. Natales enim fuerunt humillimi; scientia fere nulla; officia communia; gesta non super solitum. Hac una re eximius fuit quod, ut semper dicere posset :* Vivo ego, jam non ego; vivit autem in me Christus, *victor sui continuo exstiterit, numquam quærens se ipsum, sed quæ sunt Christi Jesu, et in hoc intentus ut non naturæ studiis, sed divinæ voluntati perpetuo obsequeretur : qua sexaginta annorum contentione tantum in cupiditates omnes et animi motus imperium adeptus est ut non homo, sed angelus videretur. Nemo itaque speret sibi in Vita* B. Bonaventuræ *Potentini obvia fore longissima ad peregrinas gentes itinera, ingentia ad divinam gloriam suscepta molimina, incredibiles hominum turbas sacrum pulpitum circumstantes, doctrinæ latices apertos et eruditorum librorum editione propagatos : horum nihil hoc loco prodibit; sed vir dumtaxat qui, nil nisi Jesum cognoscens atque hunc crucifixum, per obscuras vias ad perfectionis culmen progressus est, complures interea animas, excusso peccati jugo, Christo lucrifaciens. Atque hoc imprimis considerandum est beatum virum, licet sæpius Neapolim accitus fuerit ibique vixerit, nullam illic sui memoriam reliquisse; ita ut Ludovicus Parascandolo in Commentariis historicis, criticis et diplomaticis ecclesiæ Neapolitanæ, quos anno* 1847 *edere instituit, nullam plane de eo mentionem fecerit; quamquam alios viros sanctimoniæ præclaros omittere non solet. Similiter testes Neapolitani plerique, qui coram quæsitoribus apostolicis testimonium dixerunt, maxime jejuni sunt : unde appareat beatum virum in civitate, viris doctis piisque abundante, neutiquam floruisse, quamvis aliqui tunc etiam ejus consiliis usi sint. Contra in parvis oppidis, in quibus rari aut nulli erant viri eximii, ut Capreis, Isclae et Ravelli, magnam sui admirationem excitavit Dei servus; atque iisdem locis ministerium sacrum maxima utilitate exercuit.*

nactus est præclarum biographum Josephum Mariam Rugilo; cui Ludovicus Sileo, causæ postulator, egregiam operam navavit. Rugili opus breviavit Jose-

2 *Quamquam vero demortuum summa sanctitatis laus subsecuta est, multum tamen interpositum est tempus priusquam gesta ejus conscripta sunt. Dati sunt quidem, adeoque ipso mortis anno, in lucem breves libelli, quibus vitæ ejus series, maxime pars Ravelli acta, et præcipuæ virtutes commemorarentur; sed in omnibus tantopere desideratur diligentia et accuratio ut ne recenseri quidem mereantur* (1). *Ad Benedictum Mazzaram, Minorem Reformatum, epitomen vitæ, ex Actis canonizationis, ordinaria auctoritate confectis, collectam, misit ante annum* 1722 *procurator generalis Conventualium* (2); *sed neque hæc laudanda est, in qua quippe gestorum series texatur nulla et paucæ admodum res, pleræque Ravellanæ, sine ordine et modo referantur. Quamobrem Josephus Maria Rugilo, patriæ et religionis communitate cum B. Bonaventura conjunctus et facultatis theologicæ in collegio conventus S. Laurentii Neapoli lector seu regens, totum se contulit ut ne minori sinceritate quam splendore res beati viri conscriberet et publico daret. Cui operam plurimam contulit Ludovicus Sileo, postulator causæ apud sanctam sedem et sub annum* 1750 *socius et assistens generalis sui ordinis. Hic scilicet triginta prope annos labores, itinera, curas hausit, quo processus ordinarii et apostolici rite profligarentur, interea loca, res, homines, quibuscum commercium fuit venerabili viro, perlustrans, examinans, recognoscens; cujus diuturnæ operæ fructus et emolumenta cum Rugilo communicavit. Atque is egregie alienis illis studiis profecit, maxime ut melius testimonia, quæ actis canonisationis concludi solent intelligeret et rerum modos rationesque cognosceret. Quæ omnia ita disposuit et tanta claritate stylique elegantia enarravit, ut ejus scriptio inter meliores sanctorum Vitas recensenda sit : nisi quod desit negotiorum varietas et majestas; quæ utique non in ejus posita erant potestate. Distribuit autem universum opus in quatuor libros, quorum primus vitæ seriem, secundus virtutes, tertius dona gratis data et quartus mortem gloriamque posthumam continet; verum ex hac divisione consecutum est, ut liber primus justo jejunior sit, et ut libris secundo et tertio multa perhibeantur quæ minus ad universam ætatem quam ad certa tempora referenda sint. Vidit hoc vitium jam pridem Josephus Ludovicus Rossi, Minor Conventualis; qui anno* 1775, *quum legitimo decreto servus Dei in beatorum ordinibus a Pio papa VI accensitus est, breviorem Vitam, quam Ludovicus Maria Marzoni, minister generalis, pontificio nomini consecravit, conscripsit et edidit* (3); *Rugili vestigia ita secutus ut opus ad duos libros contraxerit, plerisque rebus ad certa sua tempora relatis. Quem Rossium (ut id hoc loco significem) secutus est Carolus Butler* (4), *ipsemet interpretem nactus V. V. Tresvaux* (5); *verum hic postea, Rossii librum adeptus et beati viri gesta a Butlero indicata magis fuisse quam narrata intelligens, novam epitomen scripsit, quæ in recentioribus hagiographicis collectionibus gallicis recepta est, a Butleriana plane diversa* (6).

phus Ludovicus Rossi.

3 *Et quoniam frustra scriptis literis et aliena opera usi sumus ut nobiscum commu-*

Vitam, infra editam, ex Ru-

(1) Cfr Vita del Ven. Padre Bonaventura da Potenza, Minore Conventuale, scritta da F. Giuseppe Maria Rugilo dell' istesso ordine, dedicata all' eminentissimo e reverendissimo principe Antonino cardinal Sersale, arcivescovo di Napoli. In Napoli, 1754, presso Giuseppe Raimondi, con licenza de' superiori. — (2) Mazzara, Leggendario Francescano, tom. X, pag. 346. — (3) Vita del B. Bonaventura di Potenza, sacerdote dell' ordine de' Min. Conventuali di S. Francesco scritta da F. Giuseppe Luigi Rossi dell' istess' ordine e dedicata alla santità di N. S. Papa Pio VI. In Roma 1775. Nella stamparia di Giovanni Zempel. Con licenza de' superiori. Prodiit eadem iterum Taurini anno 1776. — (4) Continuation of the Rev. Alban Bulter's lives of the saint, pag. 33 et seq. — (5) Vies des Pères, des Martyrs et des autres principaux saints. Supplément à l'ouvrage de MM. Alban Butler et Godescard, Tournay, pag. 39 et seqq. — (6) Vide hunc errorem in secunda editione V. V. De Ram Vitarum sanctorum Butleri, tom. V, pag. 622.

nicaretur

guli et Rossii libris contraximus.

nicaretur Summarium super dubio an constaret de virtutibus B. Bonaventuræ *Potentini, — cujus libri nullum exemplar extra tabularium sacræ rituum congregationis exstare dicitur, — ex Rugili et Rossii fontibus bibendum nobis fuit. Verum ii puri omnino sunt et illimes, atque etiam abundantissimi; ita ut nihil, quod alicujus momenti sit, prætermisisse videantur; atque ea est Rugili diligentia ut passim ad marginem adscripserit ex quibus processibus et summarii locis dicta sua hausta sint. Sinceros itaque probosque duces nacti sumus. Attamen vexat nos aliquid, quod occulere nolimus. Rugilus sane testes examinavit sedulo et summa fide verba eorum retulit. Verum nonne pressius eorum sensa secutus est? An omnia, quæ viris parum doctis leges ecclesiasticas laudabilia visa sunt, ab ipso quoque laudanda erant? Nonne in vita sanctorum plura occurrere possunt, quæ, etsi profecta ex animo puro, minus tamen recta sint aut certe non in exemplum intuenda? Ita esse nemo prudens negarit. Nihilominus, si in nimia facilitate scopulus positus sit, multo majus periculum latet in censura et vituperatione facinorum sanctorum. Quamobrem, quum cauti nimium esse non possimus, res ipsas narrabimus, prout gestæ sunt; et, si quid mirum videatur aut a communi via recedens, quæ ecclesiæ legibus aut theologorum præceptis traduntur, in annotatis explicabimus. Licet enim neque Rugili, neque Rossii libri latine vertendi videantur, quoniam alterius stylus, ut italicus, est fusior, et alterius narratio aliquando abruptior, erit tamen hæc Vita, utpote ex eorum scriptis collecta, eorum potius quam mea; quam idcirco commentariis explicare possim, iis maxime locis quæ aliquid admirationis habeant aut a citramontanis moribus et consuetudinibus deflectant.*

Ordo gestorum B. Bonaventuræ.

4 *Atque hic finem huic ponerem paragrapho, nisi quotidiana experientia constaret quam utilis sit brevissima gestorum series, secundum temporum rationem ordinata.*

— *Anno itaque* 1651 B. Bonaventura *ex Lælio Lavanga et Catharina Pica, pauperibus sartoribus, nascitur et die* 4 *januarii baptizatur, acceptis nominibus Carolo Antonio Gerardo.*

— *Anno* 1657, *die* 11 *martii Potentiæ confirmatur.*

— *Anno* 1666, *die* 4 *octobris, admittitur inter Minores Conventuales Nuceræ Paganorum.*

— *Anno* 1667, *die* 5 *octobris, editis tribus religiosis votis, vitam regularem profitetur, et non multo post mittitur Aversam, ubi logicæ præcepta delibat; hinc paulo post Matalonum in terra Laboris; ubi studiis in perpetuum valedicit.*

— *Anno* 1668 *petit conventum seu eremum S. Mariæ Gratiarum in fundo, cui nomen Pio, diœcesi Beneventana.*

— *Anno* 1671 *pergit Amalphiam, ubi octo annos conversatur cum sanctissimo magistro Dominico a Muro. Primo anno fit subdiaconus, secundo diaconus, tertio presbyter, ætatis vacationem indulgente sancta sede.*

— *Anno* 1680 *pergit Neapolim ad conventum S. Antonii Patavini seu Spiritus Sancti; unde mittitur ad conventum Maranulanum, diœcesi Cajetana; hinc in conventum S. Crescentii in terra Juliani, diœcesi Aversana; dein in conventum S. Francisci Montellanum, diœcesi Nuscana.*

— *Anno circiter* 1685, *ætatis* 34, *sedem nanciscitur in conventu S. Euphemiæ Surrentino; hinc ad annum* 1688, *aut extremo* 1787, *mittitur ad Capreas insulam; unde tribus mensibus post revocatur ad Neapolitanum S. Antonii conventum, ubi paululum dumtaxat commoratur.*

— *Anno* 1688 *mittitur in insulam Isclam, ubi ministerio sacro decem integros annos plurimam operam impendit.*

— *Anno* 1698, *die* 19 *octobris, hinc recedit valetudinis causa et petit conventum Neapolitanum S. Mariæ Apparentis.*

— *Anno* 1701, *die* 7 *julii, iterum incolere instituit conventum S. Antonii Neapoli; ubi tres fere annos habitat.*

— *Anno* 1703, *mense octobri, mittitur Nuceram Paganorum, ubi magistri novitiorum officiis fungatur.*

— *Anno* 1707, *mense junio, remittitur tertio ad conventum S. Antonii Neapolitanum, vicinos pagi Vomeris ægrotos curaturus. Crus ejus aduritur et inciditur.*

— *Anno* 1710, *die* 4 *januarii, venit ad recens recuperatum Ravellanum conventum; unde ad vicinas plebes missionarius excurrit. Confessarius fit episcopi Minorensis.*

— *Anno* 1711, *die* 26 *octobris, Ravelli moritur, anno ætatis* 61, *religionis* 46 *incohato.*

— *Anno* 1770, *die* 4 *junii, eum heroicis virtutibus effulsisse declarat Clemens papa XIV.*

— *Anno* 1774, *die* 8 *septembris, constare de prodigiosa sanatione Andreæ Russi et Andreæ de Pino, interventu V. S. D., decernit idem pontifex.*

— *Anno* 1775, *die* 29 *junii, tuto procedi posse ad ejus beatificationem solemniter pronuntiat Pius papa VI.*

— *Anno* 1775, *die* 19 *novembris, literas in forma brevis edit idem Pius VI, quibus beatorum honores Dei servo assignat.*

§ II. Quatuor decreta, quibus B. Bonaventuræ beatificationis causa absoluta est. Lectiones pro divino officio probatæ.

Recitantur decreta apostolica, quibus virtutes B. Bonaventuræ *heroicæ pronuntiantur,*

Quaterna decreta, quæ modo indicabam et quibus causa beatificationis sanctissimi viri absoluta est, videntur hoc loco proponenda: nam in ipsa Vita, quantum sufficere visum est, explicuimus præcipuas hujus negotii partes, quod nullis singularibus impedimentis retardatum fuit. Primum est de heroicis ejus virtutibus: POTENTIN. SEU RAVELLEN. BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI BONAVENTURÆ A POTENTIA, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM SANCTI FRANCISCI. Qui admirabilis in corde hominum disponit ascensiones, eosque per quædam veluti virtutum incrementa ad solium usque evehit gloriæ suæ; habet quoque in beneplacito suo, ut super opera manuum suarum constituti quantocius celebrentur in terris; atque hinc fideles populi, frequentioribus excitati

excitati exemplis, promptiores possint et in stadio currere, et æternum quod præparatum est ab origine mundi accipere bravium. Hisce benedictionibus dulcedinis plane prævenit Deus venerabilem Bonaventuram a Potentia, sacerdotem professum inclyti ordinis Fratrum Minorum Conventualium, talemque posuit in capite ejus evangelicarum virtutum splendidam coronam, ut post congregationem antepræparatoriam, habitam die 20 septembris 1763, non modo sacrorum rituum congregationis consultores, reiterato sedulo earum examine, censoria nota in congregatione præparatoria, coacta die 24 aprilis currentis anni, quidquam non improbaverint, verum etiam, eadem et R. P. fidei promotore adprobante, omnes unanimem protulerint sententiam, eas decernendas esse fulgentissimas atque præclarissimas. Quapropter sanctitas sua consentaneum duxit generalem congregationem de theologalibus et cardinalibus virtutibus ejusdem servi quamprimum habere, die nempe 30 maii : in qua etsi de earum heroicitate conforme accesserit reverendissimorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium ejusdem congregationis suffragium; attamen tanti momenti judicium de more distulit, ut a patre luminum, a quo omne datum optimum, omne donum perfectum descendit, suis aliorumque precibus spiritum intellectus et consilii, spiritum sapientiæ et veritatis imploraret. Hac igitur solemnitatis lætitiæque die propter anniversariam ad summum pontificatum inaugurationis memoriam sanctissimi domini nostri Clementis papæ XIV, quem ipse Minorum Conventualium ordo sodalem jam habuit, hæc vero causa relatorem, accitis coram se post sacrum peractum reverendissimo cardinali Flavio Chisio, sacrorum rituum congregationi præfecto causæque relatore, prædicti ordinis patrono, atque R. P. Carolo Alexio Pisani, sanctæ fidei promotore, meque infrascripto secretario, declaravit ac decrevit CONSTARE DE VENERABILIS SERVI DEI BONAVENTURÆ A POTENTIA SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM VIRTUTIBUS THEOLOGALIBUS FIDE, SPE ET CHARITATE ERGA DEUM ET PROXIMUM; AC DE CARDINALIBUS PRUDENTIA, JUSTITIA, FORTITUDINE ET TEMPERANTIA, EARUMQUE ADNEXIS IN GRADU HEROICO IN CASU ET AD EFFECTUM, DE QUO AGITUR. Et hoc decretum in acta sacrorum rituum congregationis referri ac publicari mandavit. Hac die quarta junii 1770. Ita reperitur in actis et regestis secretariæ congregationis sacrorum rituum. In fidem etc. Ex eadem secretaria die 4 maii 1864. D. Bartolini S. R. C. secretarius.

duo miracula certa esse declarantur,

6 *Secundum decretum pertinet ad miracula; atque hæc ejus est forma :* POTENTINA SEU RAVELLEN. BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI BONAVENTURÆ A POTENTIA, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM SANCTI FRANCISCI. Nec sterilis, neque infœcunda fuit unquam seraphica religio in producendo novella germina sanctitatis. Id plane compertum fit in venerabili servo Dei Bonaventura a Potentia, sacerdote professo ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium; inter cujus præclara prodigia, quæ ad ejusdem sanctitatem comprobandam Deus Optimus Maximus hujusce venerabilis viri invocatione patrare dignatus fuit, tria potissimum ad sanctuarii lancem rite recteque pendenda, post feliciter absolutum ab anno usque 1770 de heroicis illius virtutibus judicium, proposuerunt religiosi viri ejusdem ordinis, de procurando consodali suo beatificationis honore, ut par erat, sollicitis. Horum igitur miraculorum examen fuit primo institutum in congregatione antepræparatoria in ædibus reverendissimi cardinalis Marefuschi ponentis die 20 aprilis 1773; deinde in præparatoria, in palatio apostolico quirinali coacta die 5 julii currentis anni 1774; ac tandem in generalibus comitiis coram sanctissimo domino nostro die 16 augusti 1774 celebratis; in quibus, proposito dubio per reverendissimum cardinalem ponentem an et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur, suffragia omnia reverendissimorum cardinalium et consultorum concordia summa convenere in miraculo adscribendis duabus sanationibus, implorata ope servi Dei sequutis, primo et secundo loco a postulatoribus propositis : at sanctitas sua sententiam ferre distulit, ut in gravissimo hoc negocio tum suis tum alienis precibus divinum lumen exposceret. Hac vero die, qua beatæ Mariæ virginis Nativitatis commemoratio ab ecclesia celebratur, idem sanctissimus dominus noster, post divina peracta mysteria evocatis ad se reverendissimis cardinalibus Lazaro Opitio Pallavicini, ac Mario Marefusco, causæ relatore et sacrorum rituum congregationi præfecto, nec non R. P. Dominico de Sancto Petro, fidei promotore, meque infrascripto secretario, declaravit atque decrevit ex tribus miraculis, quæ proposita fuere tamquam a Deo patrata ad invocationem venerabilis Bonaventuræ, constare in tertio genere nimirum de primo INSTANTANEÆ SANATIONIS SACERDOTIS ANDREÆ RUSSO A DIRISSIMO INVETERATO ISCHIADIS MORBO; ac de secundo INSTANTANEÆ SANATIONIS INFANTIS ANDREÆ DE PINO MALIGNIS ULCERIBUS LEPRÆ SPECIEM PRÆSEFERENTIBUS UNDEQUAQUE RESPERSI, ET SUMMA MACIE CONSUMPTI, CARNE CUTISQUE NITORE RECUPERATIS. Quod decretum publicari ac in actis sacrorum rituum congregationis referri mandavit. Hac die 8ª septembris 1774. Ita reperitur in actis et regestis secretariæ congregationis sacrorum rituum. In fidem etc. Ex eadem secretaria die 6 maii 1864. D. Bartolinus S. R. C. secretarius.

AUCTORE V. D. B.

et tuto procedi posse ad beatificationem respondetur.

7 *Proxime ad beatificationem via sternitur tertio decreto; quod his conceptum est verbis :* POTENTINA SEU RAVELLEN. BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI BONAVENTURÆ A POTENTIA, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM SANCTI FRANCISCI. Postquam venerabilis servi Dei Bonaventuræ a Potentia, sacerdotis professi ordinis Minorum sancti Francisci Conventualium, egregiæ heroicæque virtutes a sa. me. Clemente papa XIV die 4 junii 1770 solemni decreto fuere probatæ, ac die 8 septembris 1774 ex prodigiis, quæ divina virtute ad illius invocationem edita contendebantur, duo simili decreto inter miracula fuerint recensita, æquum sane videbatur ad ejus solemnem beatificationem devenire : sed, nequid in re gravissima diligentiæ omitteretur, nova congregatio generalis die 2 maji 1775 coram sanctissimo domino nostro Pio papa VI fuit habita; in qua, referente reverendissimo cardinali Marefusco sacrorum rituum congregationi præfecto ac hujusce causæ ponente, fuit propositum dubium : an stante approbatione duorum miraculorum tuto procedi possit ad solemnem ejusdem servi Dei beatificationem. Omnibusque affirmative respondentibus, sanctitatis sua resolutionem

AUCTORE V. D. B.

lutionem differre voluit, ut prius, effusis ad Deum precibus, cælestis luminis opem in tam gravi deliberatione imploraret. Hac vero die, qua sanctorum apostolorum Petri et Pauli commemoratio ab ecclesia celebrabatur, accitis Rmo cardinali Marefusco, sacrorum rituum congregationi præfecto, ac R. P. Dominico de Sancto Petro, fidei promotore, meque infrascripto secretario, præsens beatificationis decretum per litteras apostolicas in forma brevis cum consuetis indultis in Vaticana Basilica quandocumque faciendæ expediri et publicari mandavit. Hac die 29 junii 1775. Ita reperitur in actis et regestis secretariæ congregationis sacrorum rituum. In fidem etc. Ex eadem secretaria die 6 maii 1864. D. Bartolini S. R. C. secretarius.

Breve Pii papæ VI de beatificatione servi Dei.

8 *Quartum decretum est ipsummet* BREVE BEATIFICATIONIS VEN. SERVI DEI BONAVENTURÆ A POTENTIA, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM SANCTI FRANCISCI. Pius PP. VI ad perpetuam rei memoriam. Infestissimus humani generis hostis, nil unquam intentatum relinquens, quo animabus, Christi sanguine redemptis, exitiales ubique ponat insidias; ea etiam, quæ amantissimi Salvatoris charitas dirigit ad salutem, in illarum ipse perniciem vertere sollicita calliditate conatur. Ineffabilis Redemptoris bonitas docuit angustam portam, arctamque viam esse, quæ ducit ad vitam : latam vero, quæ ad perditionem et interitum : oportere igitur, ut laboriosum iter ingressi per tribulationes multas quasi violenter cælorum regnum capere enixe contendamus. Quo tamen divino monitu tepidi desidesque fideles erigi atque excitari maxime deberent, eo contra insidiantis dæmonis astu sæpe misere deterrentur, et nimiam lapsæ, corruptæque naturæ imbecillitatem causati, fingentesque laborem in præcepto, vel pedem inferre in vias mandatorum Dei reformidant, vel vix dato gradu turpiter revocant; non attendentes omnia nos posse in eo, qui nos confortat, fideli Deo, qui nec patitur nos tentari supra id, quod possumus. Verum, ut animalis homo ea, quæ Dei sunt, non intelligens, sapiat tandem; summa Dei miserentis providentia factum est, ut gloriosi cujusvis ordinis et conditionis viri omni quoque tempore in ecclesia surrexerint, qui, fortes in bello cum antiquo serpente, in viis Domini tamquam in latitudine usque ad consummationis exitum ambulantes, latum nimis mandatum Dei esse proprio exemplo cunctis ostenderent. In istorum sane numero censendus venerabilis Dei servus Bonaventura a Potentia; qui, ab ineunte ætate in lege Domini sanctissime ambulans, majores tamen in corde suo ascensiones disposuit, dum inclyti ordinis Minorum Conventualium sancti Francisci disciplinam amplexus est; et novo veluti vinculo Christo vehementius obstrictus, quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso, in domo Dei enituit. Ardentissima enim erga Deum et proximos charitate, humilitate, innocentia, cum incredibili ferme vitæ austeritate conjuncta, cæterarumque virtutum laude floruit : et quod aliis sanctis viris divina dispensatione usuvenisse novimus, ut nimirum certa quadam, reliquas inter, virtute præcellerent, ut hinc ecclesia, mirabili quadam circumdata varietate, magis magisque nitesceret : id ipsum venerabilis servus Dei, Domino adjuvante, est consecutus. Obedientiam enim præclarius sibi excolendam proposuit; eamque maximam, matremque cæterarum virtutum merito prædilexit. Hac nihil unquam antiquius habuit, summumque, quoad vixit, illi jus fuit, nihil arbitrio suo agere, per omnia ad parentum primo, superiorumque deinde nutum potestatemque pendere. Obedientia perpetuo duce, justus ambulans, in simplicitate, stultus propter Christum factus est, ut fieret sapiens, callidique hostis delusis insidiis, locutus est victorias, donec cursu consummato ad paratam in cælis immarcescibilem coronam evolavit. Post obitum, percrebrescente fama sanctitatis venerabilis servi Dei, eo tandem omnium vota perducta sunt, ut, confectis apostolica auctoritate processibus et in sacra rituum congregatione institutis de more judiciis, tum super vitæ sanctitate ejusque virtutibus, tum super miraculis, quæ a Deo, ut ostensam faceret servi Dei sanctitatem, patrata asserebantur; riteque perpensis omnibus, sanctæ memoriæ Clemens XIV prædecessor noster et heroicas judicaverit servi Dei virtutes et miraculorum oraculo suo asseruerit certitudinem. Nos itaque, in hac supremi apostolatus celsitudine, Dei voluntate, non quidem nostris meritis, constituti, cum, auditis cardinalium et consultorum ejusdem sacræ rituum congregationis suffragiis, cognoverimus posse, quandocumque nobis videretur, prædictum Dei servum beatum declarari, communibus etiam votis et precibus annuentes, tenore præsentium deque apostolicæ auctoritatis plenitudine concedimus et indulgemus ut idem servus Dei Bonaventura a Potentia inposterum BEATI nomine nuncupetur, ejusque corpus et reliquiæ fidelium venerationi (non tamen in processionibus circumferendæ) exponantur, imagines quoque radiis seu splendoribus ornentur, ac de eo singulis annis die XXVI octobris recitetur Officium et Missa celebretur de communi confessoris non pontificis cum oratione a nobis approbata juxta rubricas Breviarii et Missalis romani. Porro recitationem Officii ac Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus tum pro universa Franciscanorum familia, tum in civitate Potentiæ, in qua servus Dei ortum habuit, tum in civitate Nuceræ Paganorum, ubi regularem emisit professionem diuque versatus est, tum denique in civitate Ravelli, in qua efflavit animam ejusque corpus remansit humatum, ab universis Christi fidelibus tam sæcularibus quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur; et, quantum ad Missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus, ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus. Præterea primo dumtaxat anno, a datis hisce literis inchoando, in ecclesiis locorum prædictorum solemnia beatificationis ejusdem cum Officio et Missa sub ritu duplici majori, die ab ordinariis constituta, postquam tamen in basilica principis apostolorum de urbe celebrata fuerint ejusmodi solemnia, (pro qua re diem XXVI nensis novembris currentis assignamus,) pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac decretis de et super non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut præsentium litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu secretarii supradictæ congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo præfecti seu pro-præfecti ejusdem congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus ubique tam in judicio quam extra illud habeatur,

habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XIX novembris MDCCLXXV, pontificatus nostri anno primo. J. Card. de Comitibus. M. Gallo S. R. C. secretarius. Loco † signi. Romæ MDCCLXXV. Ex typographia reverendæ cameræ apostolicæ. Ita reperitur in actis et regestis secretariæ congregationis sacrorum rituum. In fidem etc. Ex eadem secretaria die 9 maii 1864. D. Bartolini S. R. C. secretarius.

Lectiones propriæ, anno **1817** *concessæ, quibus*

9 *Ut ex his ipsis literis patet, cultus et veneratio publica initio restricta ad Fratrum Minorum congregationes et ad diœceses Potentinam, Nucerinam Paganorum et Ravellanam. Postea illa paulisper aucta. In Calendario enim Amalphitano anni* 1847, *quo festa omnium diœcesium littoris Amalphitani, (sunt autem hæ diœceses numero quinque, anno* 1818 *omnes extinctæ et Amalphitanæ unitæ), die* 26 *octobris festum* B. Bonaventuræ *agendum præcipitur non solum in pristina diœcesi Ravellana, sed et in metropoli et Scalæ. Idem festum non celebratur in diœcesi Neapolitana; sed in Ordinibus divini officii, servandis in prima regali palatina capella totaque regali jurisdictione pro annis* 1844 *et* 1847, *ritu duplici idem festum indicitur in diem* 26 *octobris. Lectiones initio recitatæ ex Communi confessorum non pontificum; sed die* 8 *julii* 1817 *a sacra rituum congregatione propriæ probatæ sunt, quæ nunc usurpantur in diœcesibus Potentina, Nucerina Paganorum, Ravellana, Scalensi, Amalphiæ, in Regia capella atque imprimis a Minoribus Conventualibus; sed reliquæ S. Francisci familiæ, quæ propter nimiam sanctorum beatorumque abundantiam ad libitum ritu semiduplici* B. Bonaventuræ *festivitatem agunt, parum aut nihil novis illis lectionibus utuntur; unde fit ut in citramontanis partibus valde raræ sint.*

virtutes religiosæ,

10 *Non itaque inutile fuerit eas hoc loco recitare.* LECTIO IV. Bonaventura piis et honestis parentibus Potentiæ in Lucania natus, adhuc puer modestia vultus, solitudinis amore et orationis studio, quanta futurus esset sanctitate jam inde præmonstravit. Adolescens, ut arctius Deo adhæreret eique liberius inserviret, inter Minores Conventuales recenseri obtinuit. Cum vero illum post emissam professionem ad scientiam sanctorum vocari superiores prænoscerent, a philosophicis studiis, jam inceptis, et a scholasticis concertationibus evocarunt, ut ei contemplationis dono uni Deo vacare liceret. Quare Amalphim missus, ut ibi moderatori spiritus probatissimo operam daret, eo magistro admirandum in modum in virtutibus omnibus profecit : in id potissimum incumbens, ut perfecta sui abnegatione Christo fieret conformis. Obedientia præsertim adeo fuit eximius, ut sibi mortuus, et omnem judicii sui discretionem exutus, sola præcipientis voce ad ardua quæque, et prope impossibilia exequenda alacriter evolaret.

labores apostolici, caritas in pauperes, pœnitentiæ,

11 LECTIO V. Sacris initiatus, animarum saluti procurandæ se penitus addixit, prædicationi verbi Dei, et puerorum institutioni in rebus fidei. In confessionibus excipiendis, licet variis molestisque morbis affectus, ad ultimum usque vitæ assiduus perduravit : ad infirmos in extremo agone constitutos, quacumque adiretur hora, impiger accurrebat. Erga pauperes mira charitate flagrans, ut eos reficeret, non solum suo, licet tenuissimo, cibo abstinebat, verum ab aliis subsidia emendicando comparabat, et non semel piis largitionibus oleum et panes miraculo multiplicavit. Carceribus detentos, ut ad pœnitentiam excitaret, frequenter adibat, nulli parcens labori, ut temporali simul, et æternæ proximorum utilitati prospiceret. Tot curis distractus, ab oratione tamen animum non remittebat, solitus in adoratione Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenti, et Dominicæ Passionis contemplatione (quibus mysteriis magnopere afficiebatur) noctes insomnes traducere. Hinc factum est, ut soli Deo adhærens, et mundana omnia contemnens, præclarum extiterit religiosæ perfectionis exemplum, paupertatis præcipue, numquam tam lætus, quam cum victum mendicare cogeretur. Abstinentiæ itidem, et pœnitentiæ fuit austeritate singulari; nam jejunia illi continua fuere, et singulis fere noctibus in se ipsum flagellis acriter insæviebat. Nec nisi gravi infirmitate lectulo usus est; nam brevem somnum humi, vel super nudam tabulam carpere consueverat.

AUCTORE V. D. B.

fructus spirituales concionum, dona gratis data, invicta constantia et miracula recensentur.

12 Hujusmodi corporis macerationibus, tamquam mortuum grani frumentum, multum fructum attulit. Quamvis enim in simplicitate sermonis ad populum loqueretur, tamen vivus erat sermo ejus et efficax. Quapropter plurimos perditos peccatores et impudicas mulieres, in insula præsertim Ænaria, Christo lucrifecit, Deo præclarissimis donis apostolicos servi sui labores prosequente : nam sæpe in extasim rapi visus est, prophetiæ spiritu multa prædixit, et gratia curationum morbos varios derepente sanavit : inde Neapolim remissus, cum ibi in charitatis et pietatis officiis totus esset, ingravescente jam tumore, quo in genu jam diu laboraverat, horrida chirurgorum instrumenta, et candentium laminarum adustiones ad pœnitentiæ exercitium immobilis toleravit. Ubi convaluit, Ravellum profectus est, ibique satis superque meritis refertus, mortis tempore prænunciato, sacramentis devotissime susceptis, psalmos et hymnos dulciter concinens, lætus obdormivit in Domino, die vigesima sexta octobris, anno millesimo septingentesimo undecimo, ætatis suæ sexagesimo primo. Statim post mortem multa sunt patrata miracula, inter quæ illud circumfertur, quod proxime tumulandus, cum portitores ante tabernaculum Venerabilis Eucharistiæ pertransirent, ipse extinctos oculos aperuit, et cunctis cernentibus ac stupore perculsis, caput in venerationis signum inclinavit. Quibus aliisque signis rite probatis, eum Pius Sextus, pontifex maximus, beatorum albo recensuit.

Oratio propria et elogium in Martyrologio.

13 *Orationis hæc est forma :* Deus, qui in beato Bonaventura confessore tuo eximium obedientiæ exemplum constituere dignatus es; præsta, quæsumus, ut, ejus imitatione voluntatem nostram abnegantes, mandatis tuis perpetuo inhærere valeamus. Per Dominum. *Elogium autem, appendici Martyrologii Romani insertum, breve est et his ipsis conceptum verbis :* Beati Bonaventuræ a Potentia confessoris, ordinis Minorum Conventualium; quem, obedientia cæterisque virtutibus insignem, Pius Sextus, pontifex maximus, beatis adnumeravit.

Conventuales vindicati.

14 *Nolim autem hunc brevissimum commentarium claudere, quin prave detortam*

AUCTORE V. D. B.

et inveteratam opinionem evertere.coner, quo ipsa B. Bonaventuræ *conditio intelligatur melius. Quum scilicet Conventuales non integram S. Francisci Regulam observent, sed in paupertatis legibus dispensationes pontificias, a concilio Tridentino confirmatas et ad alios multos ordines mendicantium extensas, admittant, traducuntur sæpe ab aliis quasi degeneres S. Francisci filii; adeoque, si quosdam audias, nil apud eos esse diceres quin corruptum sit et perversum, et certe congregationis disciplinam labantem esse et neutiquam intentam. Equidem veteres labes novasque omitto, quæ ex hominum imbecillitate et prava temporum conditione oriantur et a quibus nullæ religiosæ familiæ omnino immunes sint: sed ipsa Conventualium instituta sanctissima sunt; et, si illi ex mendicitate non omnino vivant, considerandum est non defuisse spiritum Dei concilio Tridentino, cui visus est modus imponendus religionibus mendicantibus et cui imprimis placuit ut Conventuales reditus haberent. Neque profecto ecclesiæ placita dijudicanda sunt secundum S. Francisci statuta, sed hæc statuta moderanda illis placitis. Deinde quod Conventualium (ut et reliquorum regularium) historia a miseriis expers non est, ad argumentum nostrum fere non pertinet, quum conventus semper exstiterint et provinciæ sanctissimorum virorum abundantia insignes, et in nullis defuerint instrumenta salutis et religiosæ perfectionis. Et quidem, dum beatus* Bonaventura *vixit, videtur provincia Neapolitana complures habuisse viros vitæ solitariæ, contemplationis et severissimæ pœnitentiæ studiosos. Ecquæ præterea provincia religiosa profert, non singularem dico virum, sed seriem hominum continuam, qui mereantur sanctorum catalogo solemniter adscribi? Sed protulit Neapolitana Conventualium provincia V. S. D. Dominicum a Muro*, B. Bonaventuræ *magistrum annoque* 1683 *vita functum: protulit* B. Bonaventuram, *illius discipulum et ad cælites transgressum anno* 1711: *protulit V. S. D. Antonium Lucci, qui, anno* 1681 *natus, anno* 1695 *Conventualium vestem induit; quam nonnisi anno* 1728 *aut sequenti cum Bovinensibus infulis commutavit, has anno* 1752 *in sepulcro depositurus. Atque eodem tempore in vicina provincia florebat Angelus Antonius Sandreani, anno* 1675 *in diœcesi Senogalliensi natus, anno* 1691 *Urbinatensi tirocinio additus, et conventuum Senogalliensis et Æsinatis deinde decus, donec anno* 1752 *die* 29 *octobris inde ad cælum evolavit. Qui quaterni, aliquando sanctis adscribendi, uno tempore, brevissimo terræ spatio, Christi odorem heroicarum virtutum exercitio sparserunt. Hæc detractoribus suis opponant Conventuales.*

—

VITA

B. BONAVENTURÆ POTENTINI

EX ORDINE MINORUM CONVENTUALIUM,

Collecta ex Vitis a Josepho Maria Rugilo et Josepho Ludovico Rossi, aliisque monumentis historicis.

PROOEMIUM.

De misera conditione Regni Neapolitani dum viveret B. Bonaventura Potentinus

Post medium sæculum XVII, quo tempore vixit B. Bonaventura,

Licet tam obscura fuerit B. Bonaventuræ vita ut ejus nomen nihil cum historia reipublicæ sive civilis sive sacræ commune habuisse videatur, censeo tamen brevibus enarrandum quæ esset quinquaginta posterioribus annis sæculi XVII et initio subsequentis regni Neapolitani conditio; quoniam nemo, quantumvis tenuis et humilis sit, vim et efficientiam, quæ rationi temporum locorumque insita est, detrectare omnino potest. Erat autem ejus fortuna misera valde: academica studia prolapsa, nobiles redacti ad inopiam, mercatores impares solvendo facti, quæstus fundorum perditi (1). Jam pridem agrorum cultura, quæ divitiarum esse fons debuerat, (multis enim locis tres quotannis messes colligi possunt (2),) et omnis pene negotiatio, maxime sericaria, ex qua aliquando quadraginta octo sextulæ * Neapolitanæ civitatis vixerant (3), improvida vectigalium indictione oppressæ. Fides sublata publica nummorum furtiva corrosione et dein cusione pecuniæ tenuioris (4). Peculatus in omni ministeriorum ordine communis; pœna mortis passim in mulctas mutata; multi gubernatores, pauperes adventu, reditu probrose divites (5). A concussionis labe non immunes ecclesiastici viri (6). Nulla consiliorum constantia, nil firmi, nil stabile. Imperantibus Hispanis seu Austriacis duorum sæculorum spatio regno præpositi proreges quadraginta, legati viginti; singuli (si æqualiter dividatur intervallum) annos tres et aliquot menses. Quorum opera partim posita in diruendis decessorum cœptis, universim in strenue colligendis atque etiam augendis tributis (7).

* $48/60 = 4/5$

miser status

2 Hæc ut negari non sinunt certissima documenta, sic ille iniquus est qui ea hominum culpæ potius quam rerum necessitati adscripserit, non quod gubernatorum aliquot peccata nulla sint, sed quod, volentibus nolentibus, tunc temporis remedium afferri non poterat (8). Res scilicet nummaria regum Hispaniæ pessumiverat

(1) Franc. di Andrea, Ragionamento a' nepoti, ap. P. Napoli-Signorelli, Vicende della cultura nelle due Sicilie, tom. V, pag. 142. — (2) Napoli e i luoghi celebri delle sue vicinanze, tom. II, pag. 207. — (3) Ranke, Hist. des Osmanlis et de la Monarchie espagnole, pag. 387. — (4) Ibid. pag. 457. Cfr Giannone, Hist. civile du royaume de Naples, tom. IV, passim; Ludovico Bianchini, Storia delle Finanze di Napoli, tom. II, pag. 543 et seqq. — (5) Ibid. pag. 454 et 455. Cfr Giannone, op. cit. — (6) Ibid. pag. 287 et seqq. — (7) Napoli-Signorelli, Vicende etc. tom. V, pag. 9 et 10. Cfr Ranke, pag. 455. — (8) Cfr Colletta, Storia del reame di Napoli, lib. I, § 2.

jam

AUCTORE V. D. B.

jam ab imperatoris Caroli V temporibus; neque umquam restitui potuit, quoniam numquam pax floruit satis diuturna. Medio sæculo XVI, quum prospere fluerent negotia, non advehebantur ex America in ærarium regium plus quadringenta millia scutatorum, pondo marcarum argenti 71,642 (1), francorum circiter 3,000,000 : ex Belgio aliquando sextuplum (2). Quum autem hæc regio turbata est et, nedum pecunias daret, infinitas absorberet, emungendæ fuere aliæ provinciæ : non parsitum Castellæ, multoque minus Regno Neapolitano; difficiliores Aragonia, Sicilia, Mediolanensis pagus, veterum privilegiorum tenaciores (3). Neapolitanum itaque Regnum, quod Caroli V temporibus vectigalium oneri succumbebat, multo magis deinde pressum, ita ut sexaginta annorum spatio tributa triplo accreverint (4). Verumtamen anno 1620 ascendebant ad quinquagies centena millia (5,000,000) ducatorum seu tercenties prope centena millia (30,000,000) francorum (5), id est (quum vigies fere centena millia [2,000,000] incolarum (6) essent) ad francos quindecim in singula capita; quod, quoniam nunc pecuniæ potestas triplo minor est, tantum valet, quantum nunc franci 45. Qui tamen non omnes eodem premebant pondere, quum bona feudalia et ecclesiastica, media minimum pars Regni, immunia essent. Quin extremo sæculo XVII volunt scriptores non mali duas tertias partes agrorum liberorum penes ecclesiastica instituta fuisse (7). Quibus oneribus si alia addantur jura, baronibus aliisque solvenda, nemo non videt triplo saltem plus a Neapolitani Regni incolis solutum fuisse quam nunc a Belgis. Sed raro videntur tributa tam immania exacta fuisse (8).

utriusque reipublicæ

3 Verum calamitas inde maxime oriebatur, quod colligendæ pecuniæ publicæ ars illo ævo ignota erat, neque recta vectigalium indicendorum ratio. Hoc cunctis regibus propositum minimo populorum onere stipendia necessaria exigere, quoniam perspectum habebant plus adhærere digitis collectorum quam venire in publicum ærarium; et quidem demonstravit Sullyus ex collatis a populo millies quingenties centenis millibus francorum (150,000,000) in ærarium regis Galliarum redacta fuisse tercenties dumtaxat centena millia (30,000,000) (9). Quapropter reges Hispaniarum avide excipiebant qui se malo remedium afferre posse gloriarentur (10); civitates autem populusque hoc maxime per suos procuratores in comitiis seu curtibus postulabant ut penes se esset ipsa pecuniarum coactio (11) : sed videbatur hæc postulatio in regiæ auctoritatis detrimentum vergere. Omne itaque collectorum genus institutum est; quod quum ad quædam percipienda vectigalia minus promptum et sagax esset, porta aperta est redemptoribus, et Genuensibus expilandum quasi traditum Regnum Neapolitanum (12). Non minores errores admissi in tributorum constituenda ratione. Imprimis officia, feuda et jurisdictio in vicos et pagos sæpius fuerunt vendita iis plerumque qui nihil cogitarent nisi quo pacto maximum inde referrent lucrum (13). Dein quum rex, gubernatores, populus, pecuniæ penuria laborarent, hoc contendebant omnes ut metalla pretiosa, mercibus peregrinis (quantum fieri posset) amotis aut nummorum evectione vetita, intra regnorum fines retinerent (14); nescii non pecuniam vi aut dolo retinendam, sed potius mutui commercii securitate alliciendam. Deinde nihil fere permissum sine vectigalium exactione. Si aliquid venderetur intra Regnum, aderat exactor; si adveheretur, aderat similiter (15). Telonia ubique constituta, quum portoria reciperentur non tantum in finibus, sed ad portas civitatum et in mediis foris (16), tam de fructibus indigenis, quam de mercibus exteris. Sed quamvis hæc nobis mira videantur, illis temporibus erant communia; quin etiam in Hispania, in singulis regnis, principatibus et civitatibus a transeuntibus mulis tributum exigebatur et unum pro centum de viatorum pecunia, confiscatione proposita (17). Ita volebant populi, quos multo nimis auscultabant reges Hispaniarum (18), et quibus certum videbatur scientiam œconomicam in hoc consistere ut ab exteris præcipue exigerentur tributa, ut pecuniæ non permitterentur exire e regno et ut directa potius vectigalia quam indirecta indicerentur (19). Non considerantes mercaturam hac via non posse non perire et ipsa proinde tributa minui'; indictiones itaque indictionibus addendas, donec nil amplius esset liberum; pereunte mercatura, florere non posse culturam agrorum et universam rempublicam pessum ire. Et quidem, quum velis nolis minimum rerum pretium naturale impendio fabricationis, quod est operarum victus necessarius, locationis merces et vectigalia, constituatur; et nihil ex his (nisi venditionis pretium augescat) crescere possit, quin aliæ partes minuantur; quumque, frumenti exportatione prohibita et horreis publicis constitutis (20), vendi non possent fruges aucto propter vectigalia pretio; intolerabilis facta est colonorum conditio, atque ipsa dominorum fortuna mirum in modum imminuta, quum vix quidquam solverent conductores, quod non absorberent procuratores et causidici. Neque melior ecclesiasticorum bonorum conditio; adeo ut abbatia Cassinensis superioribus sæculis, quum magnam Regni Neapolitani partem possidebat, minus pecuniæ haberet, quam nunc, quum omnibus fere bonis spoliata est (21).

in Regno Neapolitano.

4 Quum ergo miseria ut in aliis Hispanicis provinciis sic quoque in Regno Neapolitano quotannis cresceret, adeo ut sæculo XVIII Judæi a Borboniis revocandi fuerint a quibus prolapsæ mercaturæ aliquis stimulus adderetur (22), et ut vici seu parœciæ essent, in quibus nemo præter præfectos domum incoleret, colonis subterraneis

(1) Ranke, Op. cit. pag. 375. — (2) Ibid. pag. 377 et 382. — (3) Ibid. pag. 385. — (4) Ibid. pag. 298. Cfr pag. 386 et 387. — (5) Ibid. pag. cit. — (6) Galanti, tom. I, lib. I, cap. III, § 10. — (7) Cfr Ludovicus Bianchini, Storia delle finanze di Napoli, tom. II, pag. 269. — (8) Ibid. tom. II, lib. II, cap. 8 et seqq. — (9) De Hamal, Traité élémentaire d'économie politique, pag. 186. — (10) Ranke, Op. cit. pag. 383 et 384. — (11) Ibid. pag. 401. Cfr Marina, Hist. des grandes assemblées nationales d'Espagne, tom. II, pag. 347 et seqq. — (12) Signorelli, Op. cit. tom. V, pag. 9 et 10. Cfr Colletta, Storia del Reame di Napoli, lib. I, § 13. — (13) Ranke, Op. cit. pag. 455. Cfr Colletta, Storia, lib. I, § 13 et 16; Galanti, tom. I, lib. I, cap. III, § 8. — (14) Cfr Galanti, Neue Geographie von Italien, tom. I, pag. 187. — (15) Signorelli, Op. cit. tom. V, pag. 132 et seqq. — (16) Cfr Giannone, Hist. civ. tom. IV, pag. 513. — (17) Le Jeunehomme, Relation d'une voyage de la Flesche à Lisbonne, en 1627, pag. 7 et 8. — (18) Ranke, Op cit. pag. 425 et seqq. — (19) Cfr Signorelli, Op. cit. tom. V, pag. 9, 132 et seqq. — (20) Galanti, tom. I, pag. 187. — (21) Tosti, Storia della badia di Monte Cassino, tom. II, pag. 319 et 320. — (22) Colletta, Storia, lib. I, § 31.

specubus

AUCTORE V. D. B.

specubus pro domicilio utentibus (1); et quum nihilominus Hispaniæ regibus, continua fere bella pro principatu, gloria et ecclesiæ defensione gerentibus, pecuniæ multæ necessariæ essent, sæpe inde excanduerunt simultates inter curiam Romanam et regiam Hispanicam, quum ambæ indigerent nummis, illa ad fabricam S. Petri, bellum contra Turcas et splendorem ecclesiasticum, hæc ad tuendam conservandamque terra marique Castellani nominis auctoritatem. Carolus itaque V, Philippus II aliique reges Hispaniarum caverunt ne absque suo permissu seu exsequatur regio ullæ literæ apostolicæ inferrentur, nihil adeo timentes ne in his pecuniarum aucupia laterent (2). Quo factum est ut supremum dominium, quod sanctæ sedi in Regnum Neapolitanum aut scriptis diplomatibus aut usucapione competebat (3), nil nisi annuum asturconem Romam acciret (4) et ut multum etiam periret de emolumentis, quæ ex collatione beneficiorum, ex nuntiorum et collectorum missione multisque aliis veteribus novisque consuetudinibus veniebant (5) : quæ justarum utique Romanorum pontificum querelarum continua scaturigo fuit et frequentium pessimi exempli contentionum occasio. Utut autem hæc flenda erant, populi tamen pietas nihil detrimenti accipiebat. Hispanorum enim principatu plura templa et cœnobia, quorum aliquot splendida valde, exstructa fuerunt quam ullis aliis temporibus; ita ut hæc assidua Giannonis conquestio sit. Deinde clericorum, monachorum et sanctimonialium numerus ad centena duodecim millia (112,000) ascendit, quum vix quadragies centena millia (4,000,000) incolarum essent; adeoque universim inter duodecim pubere virilis sexus unus erat ecclesiastici seu monastici ordinis, et ex triginta puellis nubilibus una sanctimonialis (6). Qui licet non omnes pietate ad hoc vitæ institutum adducerentur, plerique tamen præcipue cogitabant Dei servitium. Demum, quum non semel populus, tributorum immanitate excitatus, in apertam rebellionem prorumperet, mirum erat videre quantam, initio saltem seditionum, reverentiam et fiduciam exhiberet archiepiscopo Neapolitano, legato pontificio et imprimis Christi vicario. Vitiorum tamen colluvie squallebat Neapolis, et plures provinciæ sesquisæculum a latrociniis, quibus penuria et vectigalium intemperantia ortum dederant, laborarunt. Interea tamen simul cum miseria triplo auctus est incolarum numerus (7). Remedium aliquod afferre conati sunt ultimi gubernatores Hispani, multoque magis Borbonii; sed quum ipsi quoque bellis impliciti fuerint, nil magnopere initio perficere potuerunt; deinde vero ministros præposuerunt, nequaquam pios, qui Regni pararunt ruinam. Sed hæc post mortem B. Bonaventura evenerunt, neque ad nos pertinent. Hæc scripseram, quum venerunt ad manus meas Historia ærarii Neapolitani, auctore Ludovico Bianchini, et Conatus politicus de censu incolarum et publicis vectigalibus utriusque Siciliæ, a M. L. R. conscriptus, ambo anno 1834 regia auctoritate Neapoli typographia Flautina edita; atque in his non minus misera apparet Regni Neapolitani sæculo XVII facies quam in aliis illis libris quibus supra usus sum.

(1) Colletta, storia, lib. II, § 19. — (2) Gianone, lib. XXXIII, cap. 4; Ranke, pag. 285 et seqq. 291 et seqq. — (3) Cfr Muratori, ap. Borgiam, Breve istoria del dominio temporale della sede apostolica nelle due Sicilie, pag. 212 et seqq. — (4) Ranke, pag. 293. — (5) Cfr Giannone, lib. XXXIII, cap. 5 et 6. — (6) Cfr Galanti, tom. I, lib. I, cap. VI, § 3 et alibi passim. — (7) Ibid. tom. I, lib. I, cap. III, § 10.

CAPUT PRIMUM.

B. Bonaventuræ ortus, professio religiosa, incolatus Nuceræ Paganorum, Aversæ, Matalonæ et in eremo S. Mariæ Gratiarum. Studiorum renuntiatio.

B Bonaventura, *in sæculo dictus Carolus Antonius Gerardus Lavanga, in media paupertate pie adolescit, anno ætatis duodecimo ad scholam missus;*

Super viam publicam, qua Salerno itur Materam, medio fere itinere, consurgit in colle Potentia *a*, vetus Lucaniæ oppidum, nunc Basilicatæ seu provinciæ Potentinæ caput *b* et ante hominum memoriam sedes episcopalis, ad septentrionem spectans Manfredoniam, ad orientem Tarentum, ad meridiem sinum Policastrensem, et Neapolim ad occasum. Lucem illic vidit B. Bonaventura, natus patre Lælio Lavanga, paupere sartore, et matre Catharina Pica, ejus uxore, baptismoque ablutus est in templo cathedrali S. Gerardi *c* die 4 januarii anni 1651, domestico nomine dictus Carolus Antonius Gerardus. Sexennio post, die nempe 11 martii anni 1657, ibidem confirmationis sacramento signatus est a Bonaventura Claverio *d*, ex ordine Minorum Conventualium ad civitatis episcopatum assumpto. Quum præ inopia oppidani in dies numero minuerentur *e* et parentes ex artificio minus meritorio viverent, non lauto victu neque molli vestitu adolevit puer; verumtamen, quum æstate etiam illic frigeat, non quoad sapere cœpit incessit eo habitu quem suspicetur lector morum Regni Neapolitani non ignarus. Jam in puero illuxit qualis esset futurus; quippe qui quasi ad pietatem natus videretur. Quare placuit patri eum non in sua officina retinere, sed ad ludum mittere literarium, quem presbyter pius et gravis Potentiæ regebat, sese intra literarum elementa continens. Nullum scilicet Potentiæ tunc erat seminarium; quod instituti genus, quo nullum salubrius a concilio Tridentino præceptum est, valde difficile in Regnum Napolitanum penetravit *f*. Quum autem lingua vulgaris tantopere accedat ad latinam ut duobus sæculis ante sæpe adhuc latine diceretur ex sacro pulpito ad populum *g* (quo fere modo nunc gallice concio habetur ad rudes Gallos), non italice, sed latine instituebantur pueri; et quidem, licet beatus puer non ante annum ætatis duodecimum ad magistrum missus censendus sit *h*, quum intelligentiæ segnis non esset, in literis latinis intra paucos annos supra spem profecit.

a
b
c
d
e
f
g
h

puericiam et adolescentiam sanctissime peragit, omnibus carus et gratus;

2 Verumtamen multo magis excelluit religione et morum innocentia. Natura comis erat, in sermone lepidus et facilis; (quas dotes ad finem vitæ usque retinuit); sed, quum totus in se et in Deum intenderet, parcus erat verborum, raro sponte loquens, et fere non nisi interrogatus, breviterque. Similiter, ingenio quasi suo, sive solus esset, sive in publico, compositus erat et modestus, vultu demisso, exemplo

omnibus,

omnibus, et in aspectu oculisque, ut testes dixerunt, puritatem corporis et animi patefaciens. In plateis non versabatur nisi ut ad templum scholamve pergeret aut paternis fungeretur mandatis; et universim ita dicto audiens erat parentum jussis aut votis, ut reprehensione nulla umquam dignus fuerit. Seorsum secedere amabat, ut aut scholastica pensa absolveret, aut libros pios legeret, aut altariolum ornaret imaginibus sacris, maxime B. V. Mariæ, quam a puero dilexit : quo loco, quum ætate profecisset, multum temporis aliquando orabat. Quod si quando domo non coactus excederet, horæ secunsiam non stabat in via. In schola autem mutus et immobilis aut studebat aut ab ore pendebat magistri; quare procacior aliquis condiscipulus, ut experiretur utrum hanc mentis firmitatem turbare posset, ictibus eum aliquando et alapis affecit; frustra : nihil a sua mansuetudine dimotus est adolescens. Procul dubio hanc virtutem in Christi patientis schola didicerat; ubi et doctus est corpus flagellis cædere, nonnumquam quoad sanguis flueret : ad quam carnis debilitationem utebatur cubiculo superiori, quo nemo accedere solebat. Ad hoc a teneris volupe ei fuit ecclesias adire missæque sacrificio quotidie de genibus interesse, et, quum judicio rationisque usu plene potitus est, singulis diebus dominicis eucharistiam participare; a quibus cœptis numquam declinavit. Suspiciebatur itaque a parentibus et universa civitate; ita ut palam diceretur sanctus aliquando futurus et patriæ decus.

Anno 1666 *admissus inter Conventuales, anno sequenti professionem facit Nuceriæ Paganorum.*

3 Anno autem Christi 1666, ætatis decimo sexto, quum ea scire videretur quæ ab ordinis sui candidatis non ignorata esse volebant Minores Conventuales, statuit se eis adjungere. Consenserunt parentes; et quum paulo post ad Potentinum conventum accessisset magister Antonius de Pescopagano, minister provincialis, obtulit se adolescens, et facile admissus est ut filius Potentinæ familiæ. Missus tamen fuit tiro Nuceram Paganorum; quæ civitas sita est in fertilissima regione octo milliariis a Salerno super viam Neapolitanam. Posito itaque sæculari nomine ut deinceps Bonaventura Potentinus diceretur, tirocinium illic incohavit die 4 octobris, felicitatem simul suam cum festo S. Francisci, spiritualis sui patris, celebrans. Brevi autem omnium oculos in se convertit : tanta ejus erat modestia, pietas, regularum observantia et obedientia! Quin ii, qui testes fuerant tam eximiæ virtutis in tenera ætate, medio sæculo post non sine admirationis significatione ejus renovabant memoriam. Ut vero tirocinii annum absolvit, ad professionem religiosæ vitæ admissus est; quam in manibus magistri Francisci de Cerchiaro, guardiani conventus, fecit eo animi solatio et alacritate quam oculi et vox adstantibus proderent.

Inde missus Aversam et deinde Matalonem, ut studiis det operam, iis valedicit consilio Sebastiani di Cesare. Inde mittitur ad eremum S. Mariæ Gratiarum in fundo

4 Inde non multo post jussus est Aversam ire, quæ episcopalis civitas Neapolim inter et Capuam jacet, ut ibidem studia scholastica incoharet : erat enim illic seminarium provinciæ. Operam itaque aliquam posuit in discendis primis philosophiæ elementis; sed non multa delectatione, quod animus ad cælestia avocabatur. Superiores itaque, quoniam forte non satis paratus videbatur ad severiora studia, miserunt eum ad conventum Matalonensem *i* in Terra Laboris, diœcesi Casertina, non procul a pristina Calatia, Neapolim inter et Beneventum; ubi tum juniorum professorum * seminarium erat. Sed, nedum id valuerit ad amorem literarum ei immittendum, occasio fuit eis in perpetuum valedicendi. Olim scilicet, anno nempe 1222, per hunc vicum transiens S. Franciscus acceperat ab incolis ædiculam, non multo ante ab eis erectam; quam cellulis circumdedit. Licet autem deinde conventus plurimum auctus fuisset, anno tamen 1668 supererat adhuc * angusta pergula, in qua aliquando sanctus vir stetisse tradebatur. Quum autem se ad eam inconsulto applicuisset beatus juvenis, subito ei venit in mentem indigne id a se, magno peccatore, fuisse factum; et in planctum erupit. Quem quum audivisset magister Sebastianus di Cesare, vir ætate gravis et boni consilii, rogavit eum quid tantopere ploraret. Pudore an tristitia impeditus, nil respondit adolescens. Roganti itaque iterum Cæsario : « Et quomodo, ait Bonaventura, a lacrimis temperabo, qui innixus fuerim pergulæ, quam tetigit sanctus fundator? » Quum ergo tam levi de causa in religiosas lacrimas solveretur ille, intellexit Cæsarius eximia pietate ejus pectus abundare; quare subdidit : « Fili mi, nonne vides Te a Deo ad se vocari et totum sibi adscribi? Studiis nuntium remitte; quibus te natum non esse manifeste apparet. Exinde totum te trade perfectionis studio et scientiæ sanctorum. Hæc a te postulat Deus qui tibi tam teneros sensus inspiraverit. » Placuere hæc plurimum beato juveni, neque displicuerunt superioribus; qui, licet B. Bonaventura decimum octavum annum vix attigisset, dimiserunt tamen eum ex studiorum curriculo et ad conventum S. Mariæ Gratiarum in fundo cui nomen Pio, diœcesi Beneventana, destinarunt.

riæ Gratiarum

i

* minor gioventù

* angusta loggia

ANNOTATA.

a *Est et altera Potentia in Piceno.*

b *Anno* 1273 *a terræ motu ruinam traxit. E ruderibus nova in vicinia exstructa civitas* (1).

c *Intelligitur S. Gerardus, natione Placentina, qui ad finem sæculi* XI *Potentiam peregrinus venit et juventutem in pietate et literis instituit, posteaque Potentinus episcopus et patronus factus est. De eo dicetur in his nostris Actis die* 30 *octobris. Interea vide veterem ejus Vitam apud Ughellium* (2).

d *Occupavit sedem Potentinam a die* 16 *julii anni* 1646 *usque ad annum* 1677, *quo Didacus Lozanus Carmelita demortuo antistiti successit. Quum centum abhinc annis reditus stabiles non ascenderent nisi ad bis mille quingenta (*2,500*) ducata* (3) *seu francos decies octies mille centum viginti quinque (*18,125*), (quorum præsens potestas ad quadragies mille accedit, sed non magni tum illic fiebat,) fere nonnisi religiosi ad hanc sedem tum designabantur* (4).

e *Anno* 1648 *recensiti fuerant foci* 1178; *sed anno* 1669 *non plus* 883. *Ineunte hoc sæculo incolæ erant circiter* 9,000 (5); *anno* 1824, 8,800 (6).

(1) Giustiniani, Dizionario geografico del regno di Napoli, v° *Potenza*. — (2) Italia sacra, edit. Coleti, tom. VII, col. 134 et seqq. — (3) Galanti, tom. I, lib. I, cap. VI, § 3. — (4) Cfr Ughelli, tom. VII, col. 143 et seqq. — (5) Giustiniani, v° *Potenza*.— (6) Dizionario statistico de' paesi... al di qua del Faro, pag. 133.

f *In*

AUCTORE V. D. B.

f *In relatione de regno Neapolitano, ad Paulum papam V missa circa initia sæculi* XVII, *dicuntur episcopi minora beneficia erectis seminariis adjunxisse et tributa cleri inferioris percipere, atque tamen ad convictum neminem admittere, quin alimentorum pretium solvat* (1). *Alii omnino neglexerunt concilii Tridentini mandatum. Sed plures non potuerunt, diœcesis angustiis et paupertate impediti. Profecto V. D. S. Antonio Luccio, episcopo Bovinensi, neque zelus defuit, neque abstinentia : verumtamen institutum stabile erigere potuit nullum, ubi clerus erudiretur. Quæ enim a pientissimo viro facta sunt et a testibus mirabilia prædicata, utpote ab aliis præsulibus omissa, hæc sunt* (2). *Quum in oppido et diœcesi rarissima essent disciplinæ literariæ instrumenta, accersivit magistrum exterum, qui stipendiis venerabilis viri multis annis pueros oppidi et diœcesis grammaticam et humanitatem docuit; Fratrem quoque Conventualem in palatium suum vocavit, qui philosophiæ et rhetorices leges explicaret clericis : quos a vicario suo generali in utroque jure institui voluit, ipse sibi reservans theologiæ moralis et cantus præceptionem, et aliquando pueris literas affligens. Quæ temporaria fuisse neque ab omnibus episcopis exspectanda manifestum est.*

g *Videatur hac de re Tiraboschius* (3), *conf*-

futans eos qui docuerunt olim nonnisi latine verbum Dei prædicatum fuisse in Italia et ostendens in concionibus familiaribus linguam italicam sæpe fuisse usurpatam.

h *Hanc conjecturam ex more, qui multis adhuc Italiæ locis viget, feci.*

i *Exstabat hoc oppidum seu castrum jam sæculo* VIII, *nomine forte assumpto ab æde Benedictina S. Mariæ Magdalenæ, morte, cultu et miraculis S. Augusti celebri. Sæculo* IX, *vicina Galatiâ a Sarracenis diruta, profugis civibus aucta est. Historiam nuper scripsit Hyacinthus de Sivo* (4).

CAPUT SECUNDUM.

In eremo S. Mariæ Gratiarum multoque magis in Amalphitano conventu, duce V. D. S. Dominico a Muro, in omnibus virtutibus profectus B. Bonaventuræ, maxime in obedientia cæca.

In eremo S. Mariæ Gratiarum nullis inferior fuit in sanctimoniæ palæstra. Triennio post optimum directo-

In mediis silvis, procul ab omni hominum commercio, posita est illa domus; quam tum temporis incolebant, pro veteri Fratrum Minorum instituto *a*, Conventuales aliquot, asperioris vitæ et contemplationis studio illecti. Quibus quum triennium sociatus fuit beatus juvenis, nulli inferior visus est regularum observantia,

pœnarum ultronearum admissione, sensuum custodia, voluntatis propriæ expugnatione et diuturnis orationibus. Verumtamen alibi ei præparaverat Deus majoris perfectionis magistrum, Dominicum scilicet a Muro, cujus cælestis prudentia tam splendidos emittebat radios ut pientissimi inter Conventuales eum de animæ negotiis consulerent, pluresque, etiam boni theologiæ magistri, qui Deo singulariter servire avebant et ex quibus nonnulli ad perfectionis christianæ fastigium progressi sunt, ad ejus sanctimoniæ scholam confluerent, et cujus virtus tam conspicua erat ut etiam miraculis celebraretur et processus solemnes, quibus via pararetur ad beatificationem confecti fuerint *b*. Versabatur autem insignis hic præceptor Amalphiæ, ad sinum Salernitanum, inter duos asperos montes, ubi in parte orientali, accepto S. Sophiæ castello, S. Franciscus anno 1222 conventum S. Mariæ Angelorum (qui titulus postea in S. Franciscum mutatus est) fundaverat et ubi ad hanc usque diem, licet religiosa familia expulsa sit et domus incredibiliter squalleat, visitur sub templo angusta sanctissimi viri cella, in oratorium conversa; tunc autem demonstrabantur adhuc vites, myrti et mali puniceæ, ejus manibus terræ insertæ.

rem nanciscitur Amalphiæ V. S. D. Dominicum a Muro;

a

b

6 Placebat itaque B. Bonaventuræ locus, placebat consortium, placebat ante omnia egregius magister. Ut se cognoverunt, dilexerunt se in Domino, ut vix separari possent. Omnia animæ arcana detexit discipulus præceptori; atque hic nullas omisit curas, quin agrum a Deo benedictum excoleret, socium eum assumens et participem orationis. Noctu jacebant ambo prostrati coram augustissimo Eucharistiæ sacramento; atque etiam interdiu, quibus horis minus observarentur. Inde hausit beatus juvenis incredibilem hujus mysterii amorem; adeo ut deinceps, quamdiu in vivis fuit, vix posset ejus mens a Christo, in sacro tabernaculo constituto, avocari, ad eum frequentissime rediret sermones ejus et pia de eo cogitatio sæpe lacrimas et suspiria eliceret. Et quidem religio in divinam Eucharistiam quasi indoles facta est, forma et modus ejus sanctimoniæ. Initio *c* habitus in censu fratrum laicorum eique cura commendata sacrarii et templi; quod officium proxime ad venerabilis sacramenti cultum pertinet. Nil itaque omisit quin omnia munda et parata essent, altaria, supellex, templum; lampades opportune accensæ, purificatoria diligenter lota. Atque hæc per omne vitæ tempus, etiam quam hæc sollicitudo ei non incumberet, magnopere cordi habuit, laborans etiam, munditiei ergo, ut non vinum rubrum, sed album in Missæ sacrificio adhiberetur, et perquam sollicitus ne lumen coram tabernaculo deesset, atque huic rei partem noctis aliquando impendens. Reliqua alio loco aperiam.

qui summa eum excoluit cura. Illic in fratrum laicorum ordine recensitus, sacristæ officio fungitur beatus juvenis. Ejus pietas in sacram Eucharistiam;

c

7 Non minus in aliis bonis exercitationibus magistrum sequebatur discipulus. Ut matrem religiosæ vitæ diligebat venerabilis Dominicus sanctam paupertatem; quæ, licet dominio communi non interdicat Conventuales, prohibet tamen ab omni usu libero et suadet res viles præferre pretiosioribus. Multo longius progressus est B. Bonaventura, quippe qui nonnisi ve-

paupertas et humilitas;

(1) Ranke, Hist. des Osmanlis et de la monarchie espagnole, pag. 228. — (2) Bovinensis beatif. et canon. V. S. D. Antonii Luccii, episc. Bov. Summarium, num. 9. — (3) Storia della letteratura, italiana, tom. IV, pag. 386, et tom. VI, part II, pag. 382. — (4) Storia di Galazia campana e di Maddaloni, scritta da Giacinto de Sivo. Napoli, 1859-1865.

stibus

tibus laceris suaque manu resartis uteretur, ut cellam inhabitaret cæteris omnibus magis nudam et ut pecuniam nullam, ne obolum quidem, manu attrectare vellet. Neque deinceps, ut suo loco dicetur, ab his institutis deflexit. Corpus durissime habebat Dominicus, quo carnem spiritui subjiceret; in his quoque magistrum imitabatur discipulus, adeo ut, licet natura valida esset firmisque viribus, a nimia flagellationum, vigiliis et jejuniis continuis miserabiliter macilentus factus sit, instabili vestigio membraque vix trahens. Quod quum ex sincera pietate proficisceretur, valuit utique ad se Deo magis magisque dedendum; sed in exemplum proponi non potest, quoniam ipsi Dei servo postea minus probatum est. Verumtamen periculum non erat ut in superbiam incideret: oculis suis vilis factus erat non tantum propter natales, quorum ignobilitatem memorare amabat, sed maxime propter culpas suas; quæ, utut minimæ, sibi videbantur portentosa scelera, quæ gravissimis pœnis sibi eluenda essent. Ex animo itaque nuncupabat se peccatorem infamem, sceleratissimum, turpissimum universi mundi. Qua animi demissione amplectebatur officia quæque infima, fratribus laicis se subdens eorumque aliquando contumelias patientissime ferens. Quamobrem P. Michael Ferrigno, qui tum Amalphiæ ejus guardianus fuit, in testimonium a judicibus apostolicis vocatus, non potuit non profiteri se omni vitæ suæ tempore numquam alios religiosos vidisse, sese in humilitate tam heroico animo exercentes quam Dei servum. Atque tunc tamen Amalphiæ erant religiosi, quorum sanctimoniam Deus miraculis confirmabat.

obedientia ejus prompta et cæca et supra modum simplex; cujus exempla

8 Humilitati comes ibat obedientia: quæ quoniam in superioris voluntate voluntatem divinam agnoscere eum docuerat, cæca in eo erat et prompta, ut manifestum fiet speciminibus aliquot. Quum in viam, quæ conventui adjacebat quæque præcipitio similior erat quam plateæ, (ita ut etiam interdiu periculosus accessus esset), projecti fuissent cucumerum cortices, guardianus, inumbrante vespere domum rediens, lapsus erat aut non longe abfuerat a lapsu. Post cœnam itaque publice dixit non bene hoc loco esse cortices, sed projiciendos in vicinum mare. Quæ verba non mandantis, sed notantis erant; neque singulariter ad B. Bonaventuram pertinebant; neque certe volebat superior hæc mediis tenebris perfici, sed postridie mane. Verum cæcior erat in obediendo B. Bonaventura quam ut hæc videret. Quocirca continuo exivit, palpando cortices collegit collectosque projecit in mare: quo labore non sine periculo functus est. Experimento ejus obedientiam aliquando tentare libuit venerabili Dominico. Quum nempe B. Bonaventura, sacristiæ clavi amissa, officium suum obire non posset, magistrum adivit consilii causa: „ Clavis, respondit Dominicus, in ima cisterna est; si eam recipere velis, debes hamo piscari. Fac ergo sic: piscatorum illorum hamum, filo affixum, dimitte et piscare eam. „ Nil dubitans cucurrit continuo obedientissimus juvenis ad hamum, deinde ad cisternam, ubi clavis appendit se levissimo instrumento. Quod prodigium in conventu et civitate percelebre fuit. Probavit eum etiam nonnumquam guardianus; et aliquando, die prima augusti, eum ad se accivit dixitque: „ Cras in templo nostro lucranda erit indulgentia Portiunculæ. Adi moniales Benedictinas B. M. Virginis Annuntiatæ, easque meo et omnium Fratrum nomine invita ad nostrum templum, ubi, adorato sanctissimo sacramento, lucrentur indulgentiam. „ Jocosa erant hæc verba, quum moniales clausæ sint; verumtamen eximia simplicitate eas convenit beatus juvenis et, facta invitatione, responsum exspectavit. Apposite responderunt virgines se, si non corpore, mente venturas. Quæ dicta ille diligenter ad guardianum retulit.

AUCTORE V. D. B.

complura referuntur;

9 Præter opinionem alia die insigne hujus simplicitatis specimen vidit idem guardianus. Collegerat B. Bonaventura ad usum Fratrum molem nivis, quacum in guardianum incidit. Ex hoc sciscitatus ubi reponeret eam „ in sacristiæ armorio „ responsum tulit. Quæ verba ludendo dixerat superior, quasi ad inutilem quæstionem, quum bene notum esset, ubi servanda esset nix. Sed extra jocum ea intellexit Dei servus nivemque in sacrarii promptuario recondidit. Porro prandii tempore nivem rogatus, respondit miro candore eam superioris jussu in armorio esse repositam. Quæ dicta auditoribus prius stuporem, dein ingesserunt timorem, ne sacra suppellex impuro liquore inquinata esset. Sed licet æstus flagrantissimus foret et plurimum jam temporis effluxisset, nivem quidem aliquantum minutam viderunt, sed aquam non effusam, verum hærentem in glaciei finibus, nullo damno vicinorum pannorum *d*. Alia die non minor ingenuitas apparuit. Quum officii pars esset capellam B. Mariæ de Monte Carmelo, extra conventum ad latus scalarum positam, curare, eam quotidie mane adibat, ut portam aperiret, altare concinnaret, ædiculamque servaret mundam et decoram. Quadam die ut solito citius eo se conferret excitari se interius sensit; ivit et mox audivit vagitum puellæ recens natæ. Misericordia motus tollere voluisset infantem; sed obstabat superioris reverentia, sine cujus licentia puellulam in conventum inferri non posse intelligebat. Hunc itaque convenit; a quo jussus est inventam prolem ad vicinam rotam portare. Ubi rediit, quum superior et circumstantes fratres experiri vellent quam simplici candidoque esset animo, dixit guardianus: „ Fili mi, quum tibi contigerit reperire hanc infantulam, gravissimo muneri satisfaciendum tibi est. Ex eventu intelligitur velle Deum te ejus curam gerere. In hoc igitur versabuntur cogitationes tuæ ut eam educes, nutrias, vestias, verbo ut paternis officiis in eam fungaris. Tu quid dicis? „ Auditis his monitis, scapulas contraxit juvenis; et in Dei voluntatem consentiens: „ Si Deus, inquit, hæc a me postulet, ego quamvis pauper contentus sum et conabor facere quæ potero: „ et reapse fecisset, nisi paucos intra dies ad Angelorum choros translata fuisset innocentissima anima.

d

in aliis tamen prudens erat. Ejus pudicitiæ cura et adversus protervos zelus.

10 Verum longe a stoliditate aberat hæc ejus simplicitas. Prudentiam, quam inter obediendum novisse non videbatur, alias diligenter adhibebat. Virtutum et insignium donorum, quibus eum cumulaverat Deus, splendorem ita occultabat, ut multum tempus magna pars sodales latuerit. Præsentissimo animo prævidebat et vitabat occasiones et pericula, etiam remota, et quoscumque puritatis suæ laqueos. Raro confabulabatur cum religiosis, rarissime cum sæcularibus. Quodsi profanos homines effugere non posset, eo severius observabat se; neque verbum minus castigatum audire aut gestum vanum aut immodestum videre poterat, quin

AUCTORE V. D. B

quin color pallidus et ruber, pudoris ejus indicium, faciem suffunderet. Adversus protervos fervido utebatur aliquando zelo; sed rationem habebat locorum, temporum, hominum, ardoris sui ignem comprimens aut suavius admovens. Quo officio quum functus erat, ex consortio pudibundus recedebat et properabat in cubiculum. Quo factum est ut petulantissimi homines nil coram eo facere aut dicere auderent, quod rectum non esset. Quando autem per obedientiam aut caritatem ei non licebat a muliebri societate abesse, vix credibile est quantum sibi invigilaret : oculos servabat immotos; atque omni tempore hoc ita secutus est ut numquam feminam intuitus sit. Qua cura corpore et anima semper virgo, albam baptismalem tunicam ad sepulcrum posuit. Aliarum omnium virtutum usu inter Amalphitanos sanctissimos fratres enituit, ita ut qui eum tum penitissime noverant post mortem solemniter testati sint persuasum sibi esse eum intra octennium, quo P. Dominici a Muro præcepta audiverit, ne unum quidem peccatum veniale fecisse et conscientiæ ejus puritatem certasse cum angelica.

Maximi fucit V. S. D. Dominicum a Muro.

11 Eo autem magis ad Deum trahebatur B. Bonaventura magistri sui monitis et exemplis, quo pluris eum faceret : faciebat vero maximi, ut constat ex colloquio quod ambo inter se habuerunt et quod ipse B. Bonaventura, a judicibus in causa canonisationis Ven. Dominici testis citatus, retulit : « Die quadam, inquit, scire volebam an miracula patrasset P. Dominicus; apposite dixi : « Beatus qui Deo servit et facit miracula? » Ad quæ dicta ille reposuit : « Quid miracula, quid miracula? quomodo? » Tum ego : « Sed nonne ecclesia demonstrat se miracula magni æstimare? Nonne, miraculis non recognitis, neminem inter sanctos recenset? » Ad quæ P. Dominicus, significare volens sanctimoniam non in miraculis consistere, sed in virtutibus : « Equidem, inquit, rationem nullam habeo. Deberet me itaque ecclesia inter sanctos recensere, quoniam infirmus attractatione mea convaluit; et vulnus, facto signo crucis, curatum est! An propterea sum sanctus? »

Provehitur ad sacros ordines et in salutem animarum incipit incumbere.

12 Tanti viri consuetudine B. Bonaventura, totus divinæ gratiæ artificiis vacans patensque, non poterat nisi multum proficere. Utrum autem hæc ejus eximia virtus et sanctimonia impulerit superiores ut eum ad ordines sacros proveherent necne perquam obscurum est. Id unum novimus eum primo anno, ex quo Amalphiæ habitavit servus Dei, — eo autem advenit (ut diximus) anno 1671, — ad subdiaconatus gradum promotum fuisse a Josepho Sagetio, episcopo Ravellano et Scalano; secundo ad diaconatus honores a Stephano Quaranter, archiepiscopo Amalphitano; et tertio ad presbyteratum, indulgente sancta sede ætatis vacationem, quoniam annum agebat dumtaxat vigesimum tertium aut potius vigesimum quartum *e*. « Summa autem animi alacritate ordines sacros accepit, inquit unus inter testes, et ut angelus se ad tantam dignationem paraverat. Abhinc in spiritu et fervore semper progrediens, quotidie sacris operatus est, donec ex Amalphitano conventu discesserit. » Abhinc quoque cœpit sitire salutem animarum et proximi juvamen omnigenum. Instituit primum verba hortatoria habere ad populum, visitare infirmos, consolari mœstos, egenis opem ferre aliaque opera facere misericordiæ corporalis et spiritualis. Qui labor quum feliciter succederet pulcrosque produceret fructus, diu non latuit Amalphitanum antistitem; cui visa est in beato viro prudentia christiana scientiæ doctrinæque lacunam explere. Quod enim aliqui voluerunt eum divinitus doctum institutumque fuisse, nonnisi infirmis nititur suspicionibus; quas hoc loco, quoniam res gravis est, ad examen vocabimus.

e

ANNOTATA.

a *S. Franciscus, initio anxius utrum vitam eremiticam an apostolicam profiteretur, divino consilio alia domicilia in oppidis, alia in solitudine constituit; quæ posteriora incolerent qui mallent oratione quam sacro ministerio detineri.*

b *Rugilus hujus servi Dei vitæ conscribendæ dedit operam. Jacet ejus corpus in cella S. Francisci, quæ sub templo est, cum apposito hoc titulo* (1) : HIC IACET CORPVS VENERAB. SERVI DEI P. F. DOMINICI A MVRO ORD. MINOR. CONVENTVALIVM QVI CVM MAGNA SANCTITATIS AC MIRACVLORVM FAMA OBIIT DIE XXX MENSIS DECEMBRIS ANNO MDCLXXXIII. *Murus autem, unde V. Dei servus erat oriundus, civitas episcopalis est provinciæ Basilicatæ.*

c *Quum studiis valedixerat* B. Bonaventura, *non poterat nonnisi inter fratres laicos referri; neque enim inter Conventuales gradus medius exsistit, neque censendi sunt superiores cogitasse de promovendo rudi ad ordines sacros. Et quidem Rugilus ex narratione de nive, in sacrario deposita, concludit beatum virum tum laicum fuisse, quippe qui secus interrogatus non fuisset.*

d *Hæc miraculi loco habita fuerunt a testibus; sed vereor ut vera senserint. Si magna nivis copia fuerit, in armario clauso pannisque sericis circumdata, non poterat brevi tempore compacta nix liquefieri. Videatur apud physicos theoria caloris latentis. — Sed hoc maxime animadversum velim obedientiam servi Dei hoc loco atque alibi laudari, non ut in exemplum proponatur, sed quatenus egregia ejus simplicitate et superiorum veneratione nitebatur. Obedientia enim in superiorum facienda voluntate posita est; non in verbis ad literam observandis. Fac episcopum non sequi legum ecclesiasticarum sensum, qui solemnis interpretationis regulis et auctoritate doctorum firmetur; sed verba singula religiose explorare et omnia ad apices atque etiam figuras perficere; vir videbitur sine judicio, exitiosus suo gregi atque etiam exuendus officio. Fac quæ Christus de castratione et de abjiciendo oculo edixit, ad verbum fieri a viro laico; hic aut stultus aut hæreticus censebitur. Sed obedientia hæc verbalis seu literalis si in episcopo et in viro laico probanda non est, neque etiam probanda est in religioso viro. An itaque culpabimus beatum virum eumque peccati reum faciemus? Absit. Ea erat erga superiores observantia, ut ne auderet quidem in sensum verborum eorum inquirere, sed locutiones eorum omnes, etiam manifeste figuratas, accipiebat ad literam. Quod quum faceret, certe superiorum volun-*

(1) Camera, Istoria di Amalfi, pag. 54.

tati

tati non serviebat; sed nihilominus laudabilis erat animus ex observantia cæcus. Alia vero est obedientia cæca, omni ex parte probanda, quum quis bona simplicique mente rem facere tentat supra vires, sed a superioribus revera præceptam. Verumtamen beati viri obedientia minus cæca et prompta erat, siquid præciperent superiores, quod cum asceticis suis placitis minus conveniret. Sic tardus fuit in adeunda sorore moribunda, tardus in conveniendo consanguineo, tardus in officiis magistri novitiorum et guardiani Ravellensis admittendis, tardus in aperiendo suis superioribus severo vitæ genere et corporis infirmitate. Quæ nequaquam reprehenderim; sed inde hoc colligo, beato viro præstitutum fuisse cæce et ad literam obedire, si res naturæ repugnarent; sin autem naturæ arriderent, objiciendi jure uti seque subducendi.

e *Nodi chronologici aliquot expediendi sunt hoc loco. Aperte narrat Rugilus* B. Bonaventuram *Amalphiam venisse anno ætatis suæ* XXI; *quo signo annus Christi* 1671 *designatur, quum beatus vir natus sit ineunte anno* 1651. *Fieri potest ut ordines minores acceperit Aversæ aut Matalone, quum illic studiis operam qualemcumque daret; quod si factum non sit, Amalphiæ acceperit oportet: sed nequaquam primis mensibus, quum tunc inter fratres laicos recensitus esset. Porro fac, ut omnia facile fluant, eum Amalphiam venisse medio anno* 1671; *octo menses meruisse inter laicos; Quatuor temporibus Quadragesimæ ordinibus minoribus fuisse instructum et subdiaconatu Quatuor temporibus Pentecostes: hunc ordinem acceperit anno ætatis* XXII, *primo incolatus Amalphitani. Intercedere dein debuit integer annus, ita ut diaconatum acceperit Quatuor temporibus Pentecostes anni* 1673, *ætatis* XXIII; *et presbyteratum medio anno sequenti, ætatis* XXIV. *Quum concilium Tridentinum, abrogatis omnibus contrariis privilegiis, constituerit nemini subdiaconatum ante annum ætatis* XXIII *conferendum esse, diaconatum ante* XXIV *et presbyteratum ante* XXV *(anni autem incohati computari solent) manifestum est* B. Bonaventuræ *ter necessariam fuisse sanctæ sedis indulgentiam; verumtamen Rugilus non memorat nisi unum breve apostolicum, quo scilicet ei via ad presbyteratum aperta est anno ætatis* XXIV. *Neque ego putem alia brevia allata fuisse; non quod necessaria non essent, sed quod propter vetera privilegia, per quæ ante legitimam ætatem licebat religiosis ordines sacros recipere, necessaria non esse haberentur. Concilium quidem Tridentinum, sess.* XXIII, *cap.* 12, *omnia hujus generis privilegia sustulerat: sed ea de re dubitationes suscitatæ fuerant et motus proprii papales seu vivæ vocis oracula, communi doctrinæ opposita, perperam allata. Quo fiebat ut sæpe lex Tridentina violaretur* (1). *Neque uspiam faciliora erant hæc errata quam in Regno Neapolitano, ubi pro ecclesiasticæ potestatis invidia episcoporum et Romanorum pontificum auctoritas continuo opprimebatur. Legum ecclesiasticarum satis gnarus non erat* B. Bonaventura *ut illa in re suo, non autem judicio superiorum, se committeret: neque proinde mirum est si absque Romano diplomate ad subdiaconatus et diaconatus gradus se promoveri siverit.*

AUCTORE V. D. B.

CAPUT TERTIUM.

An divinitus eruditus fuerit B. Bonaventura.

Ex magistrorum institutione, librorum paucorum lectione, maxime catechismi, et ex meditandi et conscientiæ examinandæ usu, sine miraculo

Re quidem vera non multum temporis studiis impenderat, quippe qui non nisi linguæ latinæ elementa didicisset et logicam summis attigisset labiis. Sed diligenter audiverat magistrum novitiorum et maxime Ven. Dei servum Dominicum a Muro; qui licet cum eo non egerint nisi de humilitate, de cordis simplicitate, de contemptu mundi et perfecta Christi imitatione, eum tamen hac ipsa arte docuerunt accurate sentire de rebus moralibus, similia distinguere, virtutis viam metiri et vitiorum adhibere remedia; quum vero ab eis eruditus est meditandi et contemplandi methodos et conscientiæ excutiendæ regulas, facile insuevit ordine cogitare et loqui de rebus divinis et de animæ judicare negotiis. Libros deinde legebat pios, paucos quidem, sed quos videbatur exhaurire, meditationum argumenta inde desumens. Vitas quoque sanctorum amabat evolvere, ex quibus exempla, in concionibus simplicioribus perquam opportuna, depromebat. Sed quod potissimum est, catechismum seu doctrinam christianam probe cognoverat; unde præsto ei erant definitiones omnium rerum sacrarum, adeoque universæ theologiæ dogmaticæ et moralis principia. Hæc siquis bene intelligat et in memoria composita habeat, is multo plura norit, quam plerique suspicentur. Accedit quod tractatum de theologia morali, italice scriptum, legerat beatus vir; quem in hac lectione negligenter versatum non esse suadet ipsamet ejus virtus et sanctimonia. Quum autem mente acri et facili esset, judicii recti et boni, atque in divinis et conscientiæ suæ rebus scrutandis versatus plurimum, absque prodigiosa scientiæ infusione ea omnia facere potuisse videtur quæ fecisse legatur.

scire potuit B. Bonaventura *quæcumque necessaria sint ad commune sacrum ministerium,*

14 Imprimis quod ad presbyteratum pervenit, non transgressus studiorum curriculum, hoc citramontanos, nequaquam ultramontanos, admiratione afficiet. Nostrates enim episcopi in admittendis ad ordines sacros juvenibus jam pridem longe difficiliores fuerunt, nemini manus imponentes, quin legitimum tempus in seminariis aut aliis id genus institutis philosophiæ et theologiæ navaverit; quum illic, maxime sæculo XVII, quando passim seminariis adhuc carebant Regni Neapolitani diœceses, presbyteri crearentur qui, « diligenti examine præcedente, idonei comprobati essent ad populum docenda ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, et ad administranda sacramenta: » quam infimam scientiæ metam indixerat concilium Tridentinum (2); neque sane ægre eam attigerat B. Bonaventura. Quod autem ei nulla esset mundi notitia, quem adolescens deseruisset, hæc communis fere clericorum et religioso-

(1) Laurentius de Portel, Dubia regularia, pag. 773 et 777. Lugduni, 1643. — (2) Sess. XXIII, cap. 14 de reform.

AUCTORE V. D. B.

rum ignorantia, facile utique brevique sublata. Quod vero optimus esset consiliarius, non magis ad rem : quum consilia minus a doctrina quam a naturali scientia et prudentia repetenda sint. Neque certius indicium ex ejus concionibus exsurgit; quarum quidem argumentorum sublimitas, cogitationum altitudo et verborum laudatur facilitas : sed potius sequebatur dictionem popularem, tritis et communibus immiscens difficilia et ardua, partim nota meditandi usu, partim lectis libris. Quod fervor ejus sermonis percelleret indoctos et dialectices perfecta ratio placeret eruditis, incredulosque ad fidem et tepidos ad virtutem capessendam inducerent, proficiscebatur ille fervor ex Dei proximique amore; hæc vero disserendi ars ex naturali judicii firmitate.

et ad responsa quædam de rebus moralibus et de nodis theologicis,

15 Testimonium insuper profertur P. M. Simeonis, viri inter Conventuales celeberrimi et aliquando ad universi ordinis clavum promoti. « Quum anno, inquit, 1707 degerem in conventu Nucerino Paganorum, solitus eram cum B. Bonaventura post prandium in cubiculo meo colloqui; et licet probe nossem eum theologiæ morali non studuisse, placebat tamen mihi ei casus proponere intricatissimos. Respondit mihi semper apposite; ita ut mirarer; et promptas bonasque dabat rationes. Tunc itaque venit mihi in mentem tantam morum doctrinam ei cælitus infusam fuisse pro mercede heroicæ ejus fidei. Anno quoque 1708 multos menses consuetudo mihi fuit cum Dei servo in conventu Neapolitano S. Spiritus seu S. Antonii Tarsensis extra portam Medimnam *a*. Volupe iterum mihi erat difficillimos theologiæ nodos ei objicere; sed ille nil cunctatus optime solvebat eos. Interdum argumenta constringebam validissime : « Ad hæc, inquiens, non respondebis. » Sed ille humiliter multaque reverentia ajebat : « Cum divina gratia respondebo; » et reapse recte respondebat. Quo confirmata est opinio illa mea de cælesti ejus institutione. Quum autem aliquando cum Dei servo sermones theologicos miscerem, P. M. Jacobo Pascæ, viro docto et theologiæ professori, qui forte aderat, difficillimam quæstionem theologicam expediendam proposui. Cujus intellecta sententia, sciscitatus sum ex servo Dei quid ipse opinaretur. Alia omnino respondit aptisque demonstravit argumentis. Dicta sua tuere conatus est magister Jacobus et objecta refellere. Sed tanta vi sermonis tantoque rationum pondere contradixit Dei servus, ut ambo miraremur et in sententiam ejus concederemus. »

v. g. de concordia liberi arbitrii et gratiæ,

16 « Aliquot vero mensibus post, mecum agitans fierine posset annon ut duo viri ejusdem indolis, eadem accepta gratia, diversa operarentur, adeo ut unus gratiæ responderet, alter non, de solutione hujus quæstionis interrogavi Dei servum. Qui mihi tanta doctrina, facilitate et gratia respondit, quantam non assecutus esset optimus theologiæ magister. Equidem non solum ejus responsa admiratus sum, sed admisi eadem cum adjectis argumentis; quod mihi plane satisfactum esset. Ex multis autem rebus, quas tum mihi dixit, hæc una nunc mihi occurrit : « Vos theologi, inquit, nonne dicitis gratiam fuisse concessam Angelis proportione naturæ? Ita ut angeli perfectioris naturæ acceperint gratiam majorem quam angeli ex choris inferioribus. Lucifer itaque, natura reliquis perfectior, majore quam cæteri gratia donatus est : verumtamen Lucifer cooperatus non est majori gratiæ, et reliqui angeli cooperati sunt minori gratiæ. » Ab hoc tempore, quum sermo incideret de servo Dei, omnibus dicere solitus fui eum, licet studiis non dedisset operam, venerandum tamen esse ut virum doctissimum, quippe qui scientiam non sua opera, sed divina infusione nactus esset. Hæc etiam in catechesibus et concionibus ad populum paruit : in eis enim non solum magnum zelum humanæ salutis ostendit et auditoribus profuit plurimum, verum etiam reliquos omnes concionatores virosque doctos in sui admirationem rapuit, adeo ut omnium esset vox ejus doctrinam infusam esse. »

quæ ad comprobandam divinam ejus scientiæ originem afferuntur. Ejus disputatio de immaculata Deiparæ conceptione nequa quam theologica.

17 Verum in hoc testimonio alia sunt generalia, alia singularia. Priora utique minus momentum habent, quæ ne examinari quidem possint; nisi quod ex speciariis judicium aliquale de iis ferendum sit. Quod autem magistri Simeon et Jacobus hæserint in quæstione de concordia liberi arbitrii et gratiæ, nequaquam vero beatus vir, hæc una videtur mihi esse causa, quod illi libris, in quibus gratia ex se efficax præcipitur, dedissent operam, hic vero, omissis illis placitis, et naturalis judicii lumen sequens, intelligeret libero arbitrio, ut sit aliquid, hanc saltem inesse debere vim ut pro beneplacito assentiat aut non assentiat gratiæ, omnisque voluntatis determinatio ex se proveniat, non autem ex externis auxiliis quibuscum sociabilis non sit ejus dissensus: adeoque unum ex duobus ejusdem indolis obsequi gratiæ, quia libere vult aut ad id se determinat; alterum eidem gratiæ repugnare, quia libere vult ei non consentire. Quæ exemplo Luciferi confirmavit, argumento usus a majori ad minus. Profecto ejusmodi responsa elicies ex centenis hominibus qui aliquo meditandi usu exercitati sint. Neque major inest ad persuadendum auctoritas in theologorum admiratione; quotidie scilicet pii ludimagistri, qui in catechismo dumtaxat eruditi sunt, sed intellectum exercitum habent, ita doctrinæ christianæ capita explanant ut mirum in modum placeant et claritate, ordine et accuratione verborum viros longe magis doctos superent. Quibus dotibus si addas pectoris ardorem et animorum studium, ex quibus facile proficiscitur verborum copia, nihil ad egregias conciones desiderabitur. Cæterum unus tantum in beati viri Vita occurrit locus, ex quo ejus disputandi modus appareat. Videlicet quum in insula Iscla nocte quadam, absolutis Matutinis, Fratres de immaculato B. Mariæ conceptu confabularentur, nullus in laudanda Deipara vicit Dei servum; qui et exclamavit : « Maria creata est a Deo infinite pulcra! » Quæ dicta quum unus aliquis carperet, summa alacritate subdidit B. Bonaventura : « Quantum Deus potuit et voluit, tantum dedit Mariæ! » « Atque hæc, respondit aristarchus, quomodo demonstras? » Tum Dei servus, sancto ardore flagrans : « Ego, inquit, non sum theologus, neque hæc scio demonstrare; sed collo meo demonstro; » et simul cervicem extendit, quasi eam carnifici amputandam præferret. In quibus nihil est quo manifesta fiat cælestis doctrinæ infusio; sed contra inde liquet eum neque sibi neque aliis visum esse theologum aut theologica .scientia præditum.

—

ANNOTATUM

ANNOTATUM.

a *Tunc temporis complura cœnobia Neapoli habebant Conventuales, quorum tria memorantur in* B. Bonaventuræ *Vita, videlicet S. Antonii Tarsensis seu S. Spiritus; S. Mariæ ad Paretam seu Apparentis, quæ et Patrum Perusianorum; et tertium S. Laurentii Majoris. In duobus prioribus dumtaxat versatus est Dei servus; sed et tertii occurrit memoria. Quantum necesse fuit, distinxi ea ubique; sed placuit hoc loco lectoris animum ad hanc diversitatem considerandam excitare. Quartum insuper monasterium Conventualium, anno* 1573 *titulo S. Severi fundatum, in* B. Bonaventuræ *Vita non memoratur : hoc illi singulare, quod ibi est aditus ad pristinum cœmeterium subterraneum. Omittuntur similiter quintum monasterium S. Mariæ de Montibus, anno* 1563 *conditum, et sextum S. Catharinæ in vico Chiaja, ineunte sæculo* XVII *exstructum in gratiam Conventualium Reformatorum; qui et possidebant monasterium S. Antonii Patavini Patrum Conventualium tertii ordinis, ad finem sæculi* XVII *ædificatum; et præterea septimum monasterium Conventualium in Capitemontis* (Capodimonte).

CAPUT QUARTUM.

Gesta et virtutes B. Bonaventuræ, quum primum in Neapolitano S. Antonii seu S. Spiritus cœnobio habitavit.

Neapolim ad conventum S. Antonii seu S. Spiritus missus, laicorum officiis initio fungitur,

Licet itaque magistri Simeonis persuasio de supernaturali B. Bonaventuræ institutione pia magis sit quam certa, negari tamen non potest præcipua adjumenta, quibus animas Deo lucrifaceret, ei non defuisse. Quæ fama brevi inter Fratres Conventuales ita sparsa est, ut cœperit beatus vir ab optimis quibusque superioribus postulari, tum ut exemplo suo conventus ad meliorem disciplinam reduceret, tum ut exteros ad sanctimoniæ semitam revocaret. Stabat autem illud nonnihil per venerabilem virum Dominicum a Muro; qui aliquandiu negavit B. Bonaventuram Amalphia recessurum : sed intervenit tandem minister provincialis, qui jussit eum migrare in Neapolitanum S. Antonii seu S. Spiritus conventum extra portam Medimnam, non procul a porta et via Toletana; ubi omnium vehementissime expetabatur. Non sine dolore amicissimæ animæ a se invicem divulsæ sunt; perpetuam tamen non fore corporum divisionem prædixit Ven. Dominicus, monens sodalem quod aliquando ad hoc littus rediret : eum corporis sarcinam Ravelli, ubi amicitia episcopi antiquam sedem ordo recuperaret, depositurum atque ea ratione futurum ut amborum corpora non magno intervallo quietem nanciscerentur *a*. Quum itaque anno Christi 1680, ætatis circiter trigesimo, triennio ante Ven. Dominici obitum, primum Neapolim venit, summa reverentia, et gaudio a fratribus suis receptus est; sed ille nihil nisi imbecillitatem suam cogitans, eo se ex misericordia vocatum esse sentiebat. Quamobrem se superiori stitit ad officia qualiacumque domestica paratum; et sine mora se fratribus laicis addidit. Inde videre erat laborantem in culina, lignum humeris asportantem, aquam trochlea haurientem, vasa tergentem linteis, in refectorio instruentem mensas mantiliaque ordinantem, cubicula deinde purgantem et dormitoria, ministrantem infirmis, maxime autem procurantem templum, altaria et sacristiam; ut quasi sacrista esset.

AUCTORE V. D. B.

19 Se sacerdotali ministerio plane indignum arbitratus, vitam absconditam agere sibi proposuerat; diligens propterea defectuum suorum ostentator et virtutum celator diligentissimus; sed non poterant ad hominum notitiam non venire sanctimoniæ ejus radii, neque Deus sub modio positam volebat lucernam quam ipse accenderat. Exercitiis pietatis communibus aderat semper, imprudenter aliorum oculos in se convertens. Satagebat enim ut primus ad Dei laudes accederet; inter psallendam autem pedibus stabat rectus, capite retecto, compressis manibus, corpore immoto; et tanta animi adversione sequebatur verba ut in continuam extasim abreptus videretur. Non minus mirabiliter sacris operabatur. Ad altare ibat numquam, nisi prius semel aut iterum sacramento pœnitentiæ conscientiæ labeculas eluisset, numquam suo judicio purus satis et bene dispositus. Ipsa autem sacra mysteria rarissima gravitate peragebat, immersus tantarum rerum consideratione, ut nihil cernere aut audire videretur, et frequenter in pias lacrimas diffluens. Integras dein horas gratias agebat Deo, mente in cælum sublata. Neque libera privataque divini cultus functio omnino latere poterat. Diu scilicet quotidie in templo versabatur, altaria SS. Sacramenti, B. Mariæ Virginis, S. Francisci, S. Antonii et aliorum sanctorum visitans, ea corporis firmitate et mentis intensione ut statuæ similis esset, neque ullo strepitu excitaretur. Intellexerunt etiam collegæ quotidie ab eo superaddi divino officio Parvum B. Mariæ Officium, totum Rosarium, litanias et alias multas conceptas orationes, studio tamen et fidelitate majori quam numero. Quibus accedebat ejus in observandis regulis consummata diligentia, perpetuum quasi silentium et solitudinis amor : neque enim domo exibat, nisi jussus a superioribus aut caritate ductus; et ne cubiculo quidem, nisi ut fratres laicos adjuvaret, choro interesset aut in templo precaretur. Quod si loqui contingeret, divini amoris igne sermones ejus ardere videbantur. Principio habitus est vir corporis sui hostis, quod præter legem jejunabat sæpius; sed sensim dumtaxat compertum est numquam eum magis jejunare, quam quum de omni cibo aliquid comederet, mirabili arte usus ut inediam suam occultaret.

quibuscum sociat orationis omniumque virtutum singulare studium.

20 Patuit itaque prius fratribus, deinde exteris beati viri sanctimonia; quæ summam ei conciliavit venerationem et fiduciam, ita ut plures suam ei regendam crederent conscientiam et consilia ejus etiam de rebus temporalibus exquirerent. Quibus in rebus quum cælica ejus appareret sapientia, optimates quoque eum convenerunt et animæ domusque suæ constituerunt arbitrum. Quos inter recensentur Fulvius quidam et Antonius Paganus, nobiles viri egregio judicio; dein Franciscus Navarretta, regius consiliarius

Ejus sanctimoniæ fama excitati complures ad ejus ministerium confugiunt : præ cæteris pauperes curat et moribundos.

a

AUCTORE V. D. B.

consiliarius præclaræ famæ et Josephus a Januario, patricius Neapolitanus, qui quantum in servi Dei schola profecerint dicemus alio loco. Nullo autem labore aut tædio vinci poterat, siqui rudes instituendi essent, pœnitentes confirmandi in bonis propositis, peccatores ad Deum reducendi, potissime tamen si infirmi pauperes et moribundi egerent auxilio. « Si vocarer, ajebat ipsemet, ad pauperem infirmum aut moribundum et portæ essent clausæ omnisque impeditus exitus, præcipitem me darem per fenestram. » Quo tempore tanta floruisse existimatione traditur ut religiosi advenæ Neapoli non discederent, nisi prius aliquid de ejus spiritu gustassent.

Prædicit Bonaventuræ Cennamo ejus vitæ fata.

21 Augebat famam prophetiæ donum, quod celebrabatur plurimum : unius vaticinii memoria superest. In conventu Neapoli proximo literis navabat Bonaventura Cennamus, brevi venturus ad examen, quo inter Conventuales gradus fit ad collegialium classem atque hinc via sternitur ad magisterium. Quum dubius esset et eventi plurimum sollicitus, cupiebat vehementer ex beato viro quæ se maneret fortuna intelligere. Quæ dum animo volveret, forte contigit ut Neapolim mitteretur et in Dei virum omnium primum incideret, hoc ipso tempore quo ad S. Laurentii conventum *b*, quo sibi quoque pergendum erat, proficisci parabat et itineris quærebat socium. Summa alacritate obtulit se juvenis. Ut erant in via, percontari voluisset beatum virum; sed pudor supprimebat in ore verba. Audacior tandem factus : « Pater Bonaventura, » ait; sed longius progredi non potuit. Intellexit tamen Dei servus; et mutata facie et rubore suffusus : « Vos, inquit, juvenes, non nisi de adipiscendo magisterio cogitatis. Eris magister, quemadmodum vis, et plus quam magister; sed dein manent te tanta et tanta...., » abrupitque sermonem et ad formam naturalem rediit. Quibus auditis, Cennamus, terrore et lætitia plenus, hiscere amplius ausus non est; sed brevissimi hujus colloquii numquam amisit memoriam, et ut oraculo accesserit fides ipse aliquando confessus est. Revera non tantum ad magisterium venit, sed inter insigniores provinciæ patres habitus est; quin et commissarii generalis munus in eadem provincia gessit, et demum concionator Leopoldi imperatoris creatus fuit; sed vitæ cursum turbarunt molestiæ et tædia innumera.

b

S. Antonii Patavini interventu a calculo liberat Jacobum Pascam.

22 Dicebatur etiam beatus cælo tam gratus esse ut nil ei Deus negaret et sancti in ejus conspectum apparerent, maxime S. Antonius Patavinus, cujus interventu vota ejus et orationes numquam essent vacua. Id autem memoriæ traditum est magistrum Pascam *c*, quoties gravibus angustiis aut periculis premeretur, audiri solitum quum diceret liberationem suam in P. Bonaventuræ arbitrio esse positam, si quidem oratiunculam ad thaumaturgum faceret. Neque vana erat hæc ejus fiducia. Quum enim aliquando atrocissime ex renibus laboraret, adrepsit ad Dei servum : « Cito, pater, inquiens, cito per caritatem; veni mecum in templum; recita mihi Responsorium S. Antonii *d*, qui me liberet; spasmate enecor. » Ut in ædem descenderunt, consuetam orationem orsus est beatus vir; verum ubi ad hæc venit verba : *Pereunt pericula*, mente ad superna abreptus est; et, mutato colore, vocem intendit et validissime clamavit, quasi morbum fugasset : nec frustra; illico enim emisit Pasca ingentem calculum, ut ambiguum sit quid potius mireris subitam curationem an magnitudinem lapilli per angustissimos meatus ejecti.

c

d

ANNOTATA.

a *Quomodo hæc impleta fuerint dicetur suo loco.*

b *S. Laurentii cœnobium Conventualium Neapoli ex obviis libris cognosci potest; ejus enim templum, anno* 1266 *inceptum dictumque S. Laurentii Majoris, inter pulcherrimas aut certe magis conspicuas ædes sacras Neapolitanas recensetur. Teste Francisco de Magistris in suo statu ecclesiæ Neapolitanæ, pag.* 294, *degebant illic extremo sæculo* XVII *Fratres circiter nonaginta.*

c *Ille idem Jacobus Pasca, de quo num.* 15.

d *Responsorium S. Antonii Patavini, de quo sæpenumero recurret sermo, his conceptum est verbis :*

℟. Si quæris miracula, mors, error, calamitas,
Dæmon, lepra fugiunt : ægri surgunt sani.
* Cedunt mare, vincula, membra resque perditas
Petunt et accipiunt juvenes et cani.
℣. Pereunt pericula, cessat et necessitas;
Narrent hi qui sentiunt, dicant Paduani.
* Cedunt mare, etc.
Gloria Patri, etc.
* Cedunt mare, etc.
℣. Ora pro nobis, B. Antoni.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO. Ecclesiam tuam, Deus, B. Antonii, confessoris tui, deprecatio votiva lætificet, ut spiritualibus semper muniatur auxiliis et gaudiis perfrui mereatur æternis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Adscribitur hoc Responsorium S. Bonaventuræ et passim in conventibus Fratrum Minorum in usu est. De eo pauca commentatus est Papebrochius in appendice ad Vitam S. Antonii seu analectis de S. Antonio Patavino, num. 135; *ubi et mutationes in oratione et additamenta aliquot recenset : quibus orationibus et additamentis alia alibi substituta reperio. Sed hæc hoc loco longius persequenda non sunt.*

CAPUT QUINTUM.

Maranulæ in diœcesi Cajetana, in conventu S. Crescentii in diœcesi Aversana, Montellæ in diœcesi Nuscana et in conventu S. Euphemiæ Surrentino B. Bonaventuræ incolatus. Mortis periculum ex jejuniis; obedientia cæca. Iter Potentinum divinitus interruptum.

Maranulam, ubi collegis exemplo sit, mittitur subito

Interea visum est ministro provinciali Bonaventuræ de Nicola beatum virum alio mittere. Quinque scilicet a Cajeta millibus passuum vergit ad orientem Maranula, mille incolis frequens

B. Bonaventura;

quens castrum, olim comitum Fundorum, postea familiæ Caraffæ; ubi sub medium sæculum XIV Honoratus Cajetanus, Fundorum comes, et universitas Maranulana ædem B. Mariæ Annuntiatæ incoharant, dote et rectore destitutam. Visum itaque eis est eam fratribus Minoribus transcribere; cui rei anno 1371 assensit Gregorius papa IX. Mansit hoc cœnobium, in mediis montibus conditum, penes Conventuales, quum ordo in plures partes divisus est; sed disciplina regularis sub casum sæculi XVII ea non erat quæ præclari exemplaris adjumento non indigeret. Statuit igitur provincialis minister eo mandare B. Bonaventuram, qui perfectionis semitam collegis demonstraret. Quod consilium ut patuit, tristitia summa affecit non incolas tantum S. Antonii conventus, sed et complures laicos, qui eum vitæ magistrum elegerant, maxime Franciscum Navarrettam et Antonium Paganum, qui, interposita auctoritate sua et suis alienisque effusis querelis, Bonaventuram de Nicola in aliam sententiam adducere nisi sunt. Cedere noluit provincialis minister : ordinis utilitati postponenda esse privata commoda. De his nihil hactenus audierat beatus vir; qui quum, subito ad superiorem accitus, in virtute sanctæ obedientiæ jussus est sine mora Maranulam migrare, ne novæ fierent intercessiones, in genua provolutus est, exclamans se promptum esse abire quocumque a superioribus mitteretur, etiam ad infernum *a*. Quibus dictis, jussu ministri assurrexit et continuo, benedictione accepta, perrexit Maranulam, nihil percontans de itineris causis, sed obedienter cæceque imperata faciens.

a

inde ad conventum S. Crescentii in diœcesi Aversana; ubi jejuniis nimiis in mortis periculum deducitur. Jussus integrum piscem manducare, etiam aculeos tentat comedere.

24 Quum autem ibidem aliquandiu egisset fratribusque et populo religiosæ et christianæ perfectionis amorem immisisset, denuò solum vertere debuit, missus ad conventum S. Crescentii in terra Juliani, diœcesi Aversana; qui locus plus octo millibus incolarum frequens ad lævam viæ, qua Neapoli Aversam itur, quinque milliariis a priori civitate, duobus ab altera, positus est et ædibus sacris abundat. Non minus ibi valuit ejus exemplum quam aliis locis ad fratrum castigandos mores et vitam severiorem inducendam. Ipse tamen, suo relictus arbitrio, modum excessit, et imprudens vitæ imposuisset finem, nisi robustioris fuisset naturæ et simplicitate sua Dei meruisset auxilium. Etenim hic quoque solita arte jejunia sua continua seu potius inediam celabat collegas, tempore pergens ad refectorium cibosque sibi allatos absumens, non quos manducaret, sed pauperibus servaret. Qua paulatim abstinentia viribus exhaustus est et morbis gravissimis implicitus, ut non procul a morte abfuerit. Neque tamen diu nimia hæc temperantia celari potuit collegas, qui monuerunt superiorem : non enim fas esse ut sibi beatus vir mortem adsciscat, sed cogendum ut revera admotis cibis vescatur. Postridie quum forte fortuna accidisset ut pii piscatores magna piscium copia conventum donassent, jussit præpositus ut ex eis unus optime conditus B. Bonaventuræ apponeretur, addito imperio ut ex obedientia eum manducaret, adeoque integrum. Hic, jussis dicto audiens neque aliud quidquam recogitans, ambabus manibus piscem sumpsit et caput ori intulit, squamos, spinas et aculeos masticans, ut palatum, lingua et gengivæ cruentarentur : veram nempe obedientiam, ut loquitur S. Gregorius Magnus, nec præpositorum intentionem discutere, nec præcepta discernere : nescire judicare quisquis perfecte didicerit obedire *b*. Verum ut tentavit deglutire, pene suffocatus est. Sed, audita tussi, intellexit superior beati viri molestiam, et continuo exclamavit : « Quid agis, Pater Bonaventura? » Qui, sublatis oculis atque ore impedito : « Obedio, inquit, Pater; piscem manduco integrum. » Aliam suam mentem fuisse declaravit tum superior, hinc compertum habens quam cautis verbis jubendus esset Dei servus. Alio tempore, quum in Neapolitano Sancti Spiritus cœnobio degeret beatus vir, tentavit similiter ex obedientia integrum manducare piscem.

AUCTORE V. D. B.

b

Mittitur beatus vir Montellam in diœcesi Nuscana, atque inde ad conventum S. Euphemiæ Surrentinum, ubi medio sæculo post ejus adhuc vigebat fama.

25 Non multo post viginti quinque leucis ad orientem missus, Montellam videlicet in diœcesi Nuscana, olim Samnitium oppidum, nunc principatus ulterioris, a Montefusco octodecim milliariis, a Neapoli quadraginta distans, incolas habens sexies mille, in novem vicos et octo parochias distributos; quibus accedunt alia instituta sacra. Hæc inter veniebat amplum Conventualium cœnobium, ab ipso S. Francisco designatum in ripa Caloris fluminis in finibus nemoris Falconii, montibusque et collibus cinctum. Literaria studia absolvebant ibidem juvenes Conventuales et scholas adibant adolescentuli Montellani : unde loci momentum et auctoritas dignoscatur. Non diu ibi exemplo fuit suis beatus vir, anno 1685, ætatis trigesimo quarto, ad Surrentinum S. Euphemiæ conventum evocatus. Quæ archiepiscopalis civitas, non multo plus quinquies mille incolis frequentata, ad littus orientale sinus Neapolitani jacet et ædibus institutisque sacris abundabat. Tanta autem sanctimoniæ fama ibi floruit beatus vir, ut medio sæculo post adhuc vigeret. « Venit, inquit Rugilus, in manus meas testimonium cujusdam feminæ Surrentinæ, nomine Cæciliæ Fiorentino, publicis consignatum literis, de beneficio undecim ab ejus morte annis tactu reliquiarum obtento. Quum scilicet gravi corporis periculo laboraret, suasit ei vir de clero sæculari ut ejus patrocinium, siquidem tot miraculis ejus illustratus erat obitus, imploraret. Quæ, nomine Bonaventuræ Potentini audito, visa est a longa quasi oblivione resurgere. Rediit itaque ei in mentem facies et fama servi Dei, olim sibi cogniti; et continuo exclamavit: « Quid mihi in memoriam revocas! Quem mihi narras Ravelli mortuum et tanta sanctimoniæ et miraculorum fama coruscare, cognovi ego cum incoleret S. Euphemiæ cœnobium; atque tum eadem jam de eo habebatur existimatio; maxime mirabilis erat ejus pœnitentia et propterea ab universis vocabatur pater sanctus *. » In altero de eadem re testimonio solemni ecclesiastici viri Surrentini similis occurrit spontanea ejus laudis confessio.

* padre santo.

Horret Potentiam ire; quo tamen, missus ad sororem moribundam, non pervenit, in itinere ejus morte divinitus intellecta.

26 Unde apparet non inutiles fuisse plebibus has locorum mutationes; quæ et servo Dei hoc afferrebant commodum ut rebus creatis in dies minus adhæreret. Pleræque insuper illæ domus non plus quinque aut sex religiosos capiebant, ut res familiaris angustior esset, disciplina difficilior et fratres laïci paucissimi; gaudebat itaque B. Bonaventura quod plus illic pati posset et in domesticis laboribus versari. Horrebat unam sedem, nempe patriam, quoniam timebat ne ibi in honore esset. Quapropter sæpius ardentissimis precibus convenit superiores ne votis Potentinorum fratrum, consanguineorum et civium, maxime comitis Errici Loffredi, cederent.

Unus

AUCTORE V. D. B.

Unus tamen minister provincialis aliquando annuit. Graviter ægrotabat B. Bonaventuræ soror et magis quam umquam timebat ne eum amplius ante mortem videret; ad quam ut se sine mora conferret jussit minister. Nil repugnans dedit se in viam beatus vir cum socio; sed quum Ebolum, Salernitani agri oppidum, venisset, spiritu intellexit sororem efflare animam. Continuo ad comitem conversus : « Non prosequendum est iter, inquit, neque pergendum Potentiam. Mortua est soror mea. Superest ut ad conventum redeamus, unde profecti sumus. » Et relegerunt vestigia. Interea Potentini, qui eum in civitatem inducere honorifica stipatione paraverant, quum se spe delusos animadverterunt, investigarunt diligenter quam ob causam non advenisset. Quam ut resciverunt, multo magis eum prophetam habuerunt, quippe qui quadraginta milliariorum intervallo sororis mortem cognovisset.

ANNOTATA.

a *Hæc manifesta hyperbola est, qua id unum significare voluit beatus vir nihil esse ita arduum quod superiorum jussu non perfecturus esset.*

b *Affertur hic locus a Rugilo ad commendandam* B. Bonaventuræ *obedientiam. Sed S. Gregorius non cogitavit commendare literalem (ut alibi jam vocavi) obedientiam, quæ in verbis, non in jussis superiorum faciendis consistit. Suadet S. Gregorius ut in superiorum adimplenda voluntate non quæramus utile sit an inutile, opportune an importune, melius an minus bene, facile an difficile, etc.*

CAPUT SEXTUM.

Missio et fundatio novi conventus in insula Capreis. Annulus inventus ope S. Antonii.

Missus Capreas insulam ad novum cœnobium incohandam guardiani munus a se deprecatur B. Bonaventura.

Interea ad novam mutationem parabat se Dei famulus. Jacet ad introitum sinus Neapolitani insula Capreæ, circuitu IX M.P., olim ab imperatoribus Augusto et Tiberio ornata multis ædificiis, nunc saxosa, pauper et agrestis, duo habens castra, Capreas, sede episcopali insignes, Anacapreas, in abrupto colle positas, utrasque minus bis mille incolis frequentes. Ut autem Anacapreani simplices dicebantur et boni, sic Capreani fraudulenti et improbi; neque ullum fere inter ambos intercedebat commercium *a*. Quum autem nulli illic degerent regulares, qui animarum curam gererent, rogarunt insulani ministrum provincialem Conventualium, ut, aliquot ex suis ad se destinatis, cœnobium in insula constitueret; neque repulsam tulerunt. Novæ coloniæ caput præficiendus visus est B. Bonaventura; qui quum id suspicatus est, ut præverteret indeclinabile imperium, pallidus, contremiscens, concussus, accessit ad superiorem; et, quum hic inciperet eum jubere guardianum, ad genua ejus provolutus est, sudore perfusus et perterritus quasi in extremum periculum devenisset; lacrimarumque imbrem emittens, obsecravit eum suppliciter ne se fratribus præficeret : se ineptum esse, stupidum, ignarum; semet ipsum regere non posse, quanto minus fratres? ad obediendum se promptissimum esse, et libenter corporis et animi vires omnes impensurum; sed hanc se implorare gratiam ut non præfectorio nomine, sed quasi servus infimus mittatur, quippe qui ad majora idoneus non sit. Quæ tam lacrimabili voce peroravit ut minister, miseratione motus eumque humo levans bonisque verbis consolatus, ab imperio liberaverit. Lætus itaque, conscensa navicula, ad annum 1688 Capreas trajecit, comitibus uno laïco et M. Hyacintho Silvestro, directorisque titulo præfecto M. Innocentio Pezzella, viro probatis moribus; qui, quamvis præter famam, cætera servi Dei ignarus, gaudebat plurimum quod socium haberet fratrem tam celebris sanctimoniæ. Suscepti honorifice ab insulanis et ad paratam sibi domunculam deducti; ubi quam primum operam suam locarunt in animarum cultura.

Officia domestica et sacrum ministerium simul procurat; deprehenditur numquam in lecto cubare.

28 Nil tamen magis placebat beato viro quam officia servilia, quorum functio, quum necessaria videretur, minus esset in presbytero mirabilis. Divisam itaque cum fratre laico habebat domesticam curam; scopis diverrens mansiunculam, ollas et vasa abstergens, cibos præparans atque etiam, humeris injecta pera, ostiatim mendicans : quod postremum officium alibi prudens facere non potuerat *b*. Gaudebat his sordidis vilibusque operibus, neque minus, quod domus augustiæ, alimentorum parcitas, grabatorum et supellectilis negligentia pauperatem summam olerent. Cavebat tamen ne famularis labor impedimento esset apostolicis muneribus et orationis studio; ita omnia temperans et distribuens ut singula tempore faceret et ex conversatione cum hominibus compositior rediret ad colloquia cum Deo, ex oratione animosior ad ministerium sacrum, ex defatigatione corporali ad exercitationem animi. Et quidem numquam passus est operam suam desiderari in pœnitentiali sede, in concionatorio pulpito, ad infirmorum, maxime morientium, spondam, in mendicorum procuratione. Nihil interea remittebat de vitæ severitate, cilicii et flagellorum usu ciborumque abstinentia. Atque tum primum inventus est humi, non in culcita cubare. Hujus rei suspicio insinuaverat Innocentii directoris animis : qui ut omnem sibi dubitationem tolleret, aliquando summo mane improvisus venit in ejus cellam; sed stantem offendit et vestitum. Verumtamen, quasi dicendum sibi aliquid esset, ad spondam propinquat, nec quidquam umquam in lecto motum videt. Dein quasi inquireret an bona conditione esset grabatulus, manu palpat; neque ulla usuræ vestigia deprehendit. Demum limbum straguli a tomento stramineo (nam in his consistebat omne cubile) sustulit; sed ecce nidus murium, quaquaversum fugientium, apparet. Tum Innocentius, ut confessionem ex B. Bonaventuræ ore exprimeret, negligentiæ eum incusavit; sed ille, de sua humi cubandi consuetudine non hiscens, exprobrationem silentio excepit; donec director, omni fictione remota, in virtute sanctæ obedientiæ ei imperavit ut vera fateretur, quomodo scilicet hæc facta essent et an in lecto dormiret. Tum ille suppliciter petiit ne hæc manifesta fierent, et, pudore suffusus, confessus est se nihil de muribus scivisse, quippe qui humi brevem

brevem somnum caperet, neque umquam lectum attingeret.

Ex obedientia literali et cæca semel integrum fere diem consistit in eodem loco.

29 Simplicem cæcamque beati viri obedientiam non minori admiratione expertus est Ignatius de Rapone, qui paulo post Capreanæ domui guardianus præfectus est. Quum enim quadam die Neapolim cogitaret et in domestico oratorio cum Dei servo versaretur : « Hic exspecta, inquit, donec ad littus pergam et quæram cymbam quæ Neapolim solvat. » Ut advenit, reperit naviculam abitum parantem; ita ut redeundi tempus non esset. Verum quum, confectis Neapoli negotiis, tertia die domum regressus est, frustra sciscitatus est ex fratre laico, ubi locorum versaretur P. Bonaventura; se existimasse eum simul cum guardiano ad civitatem navigasse respondit frater. Inquisitione itaque ab ambobus facta, repertus tandem est Dei servus stans pedibus in oratorio, hoc ipso loco ubi jussus fuerat exspectare; triduum nullo sumpto cibo, neque forte somno : quod a miraculo non procul abfuerit. Quid rei esset percontatus est Ignatius, imperii sui oblitus. Ad quæ ille simpliciter respondit se dicto audientem esse. Neque aliter se gessit mane quodam, quum, absolutis chori officiis, a guardiano ductus fuisset in vicinum hortum, ab insulanis dono datum. Dum enim illic consisterent, hortulani operam considerantes, venit ad eos vir ecclesiasticus, postulans ut alteruter duos insulanos, ingenti odio efferatos, inter se conciliaret. Quibus auditis, comes ivit nuntio guardianus; et se non diu abfore arbitratus : « Exspecta hic paulisper, ait ad beatum virum; nam brevi redux ero. » Verum hac spe delusus est, ut non ante noctis caliginem domum redire potuerit. Nil cogitans de B. Bonaventura, negotia quædam absolvit, dein ad cœnam ivit. Ubi quum non videret Dei servum, monuit fratrem laicum ut eum vocaret : atque tunc primum intellexit eum domi non esse, neque ad prandium venisse. « Ohoh, exclamavit guardianus, faxit Deus ne P. Bonaventura cæca sua obedientia ruri retineatur, ubi eum hoc mane reliqui ! » Ita res se habebat; invenit quippe eum laicus hoc ipsissimo stantem loco, ubi mane exspectare jussus fuerat *c*.

c *Apparet ei sæpe S. Antonius Patavinus, ex quo cognoscit ubi lateat annulus,*

30 Quum nihil in eo quod pium et præclarum non esset animadverteretur, maxima eum veneratione habebat populus, et plurimum eum apud Deum et cælites posse arbitrabatur. Qua fiducia eum convenit aliquando femina, sperans se per eum annulum aureum, casu amissum, recuperaturam. Vehementissimo dolore premebatur quod maritus, vir asper et ferox, pessima quæque de ea suspicatus, monile clam venditum dicebat et uxorem nonnisi immansuetis oculis verbisque minacibus excipiebat. Ivit itaque mulier ad novum hospitiolum et guardianum patremque Bonaventuram rogavit, qui Responsorium *d* de sanctissimo thaumaturgo recitarent. Sevocavit dein Dei servum, cui diceret suam in eo maxime positam esse confidentiam, eumque propterea sui debere misereri et cum S. Antonio loqui, a quo disceret ubi annulus lateret; se postridie redituram ut responsum acciperet. Vulgo scilicet ferebatur Christi famulo cum apparente sibi thaumaturgo commercium esse, a quo multa arcana doceretur. Ad quæ ille : « Quid, filia, quid dicis ? Credisne me cum sanctis colloqui ? Justo simplicior es. Scias oportet me improbissimum peccatorem esse; et pessima mihi natura est, quæ bonis operibus repugnet. Quomodo ergo credere potes sanctos mihi apparere velle et Deum bonum exaudire meas preces? Verumtamen orabo S. Antonium pro te; et, si tibi placet cras redire, redi. » Postremis verbis inhæsit mulier et multa fiducia abiit. Interea animadverterat guardianus eum subridentem; cujus rei causam ex eo sciscitatus, hoc tulit responsum : « Vide quam bona et simplex sit hæc femina; volebat a me rogari S. Antonium annulum suum et ipsa cras redire, acceptura responsum. » Communem famam noverat guardianus; noluit tamen interrogare beatum virum verane esset an falsa, sed monuit dumtaxat ut miseræ niteretur opitulari : quod se facturum respondit tum ex misericordia, tum propter obedientiam.

AUCTORE V. D. B.

discordiæ inter maritum et uxorem causa.

31 Non omisit utique postridie rudis mulier redire; et ut vidit Dei servum advenientem : « P. Bonaventura, clamavit, quid de annulo meo dixit sanctus? » Atque ille, nihil de thaumaturgo commemorans : « Recordare, ait, te proxima die dominica, quum a sacrificio Missæ domum fuisti redux, collocasse annulum super arcam, fenestræ vicinam; dein exuisse vestes festivas easque complicatas in aperta arca reposuisse, quin animadverteris annulum inter aperiendam arcam in eamdem incidisse. Illic eum diligenter quære et invenies. » Quæ singula, nulli hominum, nisi sibi soli, cognita, quum vera esse sciret mulier, domum rediit certa felicis eventus, et mox designato loco annulum reperit summo suo gaudio et mariti satisfactione. Sparsa continuò est per civitatem hujus rei fama, quæ ad guardiani aures demum devenit. Hic itaque eum jussit pandere quomodo secreta hæc rescivisset. Quo imperio vehementer conturbatus est ejus animus. Sed quum obedientiæ lege constringeretur, flebili præmisso procœmio et silentio efflagitato, confessus est sibi proxima nocte, quum tristis feminæ negotium S. Antonio commendaret, thaumaturgum coram se stetisse sibique revelasse singula; dein a superiore coactus, addidit eum sibi sæpe apparuisse familiari commercio multaque retexisse. Plura alia cælitus in hac insula a beato viro fuisse monita diu memoria traditum est, licet menses ibidem vixerit tres tantum.

ANNOTATA.

a *Ita utriusque castri incolas distinctos reperio in insulæ descriptionibus.*

b *Conventuales certos reditus habere possunt ex communi licentia, plerisque regularibus concessa a concilio Tridentino. Verumtamen in omnibus fere conventibus, quos incoluit Dei servus, tam tenuis erat res domestica, ut sine eleemosynarum subsidio vix vivere possent.*

c *Vide quæ de hoc obedientiæ genere monuimus in annotato* d *ad caput* II, *et in annotato* b *ad caput* V.

d *Responsorium hoc in annotato* d *ad caput* IV *dedimus.*

—

CAPUT SEPTIMUM

AUCTORE V. D. B.

CAPUT SEPTIMUM.

Brevis Neapoli commoratio. Decem annorum incolatus in insula Iscla. Amicus Sabbatus Schiano. Pietatis exercitia. Pœnitentiæ. Jesu patienti compatiendi modus. Scrupuli et tentationes luxuriæ. Obedientiæ et fiduciæ in Deo exempla. Consanguineorum horror.

Post brevem Neapoli conversationem, anno 1688 Isclam mittitur, ubi amicitiam init cum Sabato Schiano presbytero.

Neapolim scilicet ad S. Antonii conventum revocandus visus erat; cujus rei rumor ut primum sparsus est, Capreotarum omnium animos dolore affecit, et Neapoli summo gaudio cos replevit qui olim abitum ejus impedire conati erant, nunc autem ejus reditum miro ardore maturabant. Sed brevis hæc eorum fuit lætitia. Hoc ipso enim anno 1688 missus est Dei famulus ad insulam Isclam seu Ischiam, antiquis Pithecusas dictam et Ænariam, in introitu sinus Neapolitani ad occidentem e regione Caprearum positam, circuitu XVIII M. P. et a 24,000 cultoribus habitatam; caput Iscla, civitas episcopalis, pluribus institutis sacris insignita: quæ inter Conventualium cœnobium, titulo S. Mariæ Gratiarum. Solus sine comite illuc trajecit vir Dei anno 1688. Exspectabat eum ad littus presbyter numquam antea visus, Sabbatus Schiano, vir perfectionis christianæ et præclarorum Dei servorum studiosiosissimus; quem fama ejus et veneratio eo allexerant. Ut e navicula descendit beatus vir, nummum argenteum pro naulo dedit nautis, qui æra aliquot reddiderunt. Deinde benevolentissime ab ignoto presbytero exceptus, perrexit cum eo ad conventum ubi illico superiorem postulavit et advenientem veneratus est. Tum sine mora in manus ei dedit æra residua, tam eximia simplicitate ut adstans presbyter, recte sciens nihil hujusmodi imperari Conventualium legibus *a*, non posset non mirari hunc absolutæ paupertatis amorem. Ei itaque se devinxit familiari amicitia, ut ab ejus latere discedere non posse videretur; amboque summa animorum conjunctione plus decem continuos annos vixerunt, sibi invicem spiritualia sua arcana communicantes.

a

Quum decem annos Isclæ vivit, observantur a populo et collegis omnes ejus pietatis partes.

33 Et quoniam Isclæ tam diu versatus est Dei servus, plurimum observata fuit ab incolis ejus pietas; quam vritutem omnium maxime populus intelligit et in justo pretio habet. Primus itaque ad officia divina aderat in choro; ubi capite aperto, brachiis ante pectus intermutatis et pedibus consistens psalmabat, tam eximia corporis compositione et spiritus ad Deum elevatione, ut suavissima extasi abreptus videretur. Præscriptis vero horis quotidie addebat Officium B. Mariæ Virginis, Rosarium integrum et Litanias, præter diurnas nocturnasque stationes ante altaria B. Mariæ sine labe conceptæ, S. Francisci, S. Antonii et potissime SS. Sacramenti. Ubi admirationem excitabant immotus ejus habitus, lacrimarum effusio et ignitus aspectus, animæ Deum contemplantis imago. Plus horæ spatium parabat se ad offerendum Missæ sacrificium; ad quod accedebat numquam nisi prius pœnitentiæ sacramento expiatus. Qua in re tantam ponebat diligentiam ut importunus esset confessariis, a quibus nonnumqum exagitatus ac pulsus est. Quum itaque jam semel auditus erat, et denuo redibat ad presbyterum, hic, nimiam ejus religionem pertæsus, clamavit: « Quid ego de isto facere debeo? Et quam rem vult confiteri? A qua culpa eum absolvere possum, si ne peccati quidem venialis reus sit? » Profecto hic, ut alibi etiam scrupulis aliquando vexatus est, sed numquam animum despondit, insigni conscientiæ tranquillitate semper usus, et Deum non servili sed filiali timore colens. « Amemus, dicere solebat, et timeamus Patrem et Dominum nostrum, non qua servi, sed qua filii. » Intra sacram liturgiam diffluebat cælesti consolatione, et populum exemplo excitabat ad tenerum piumque fervorem. Ea peracta, secedebat post altare præcipuum, ubi integram horam suspiriis, suavi planctu et querulis vocibus teneros ardentesque animi sensus erga Servatorem, intra suum tum pectus clausum, exprimebat, inde non discedens nisi ut pœnitentibus aures applicaret.

Ejus jejunia, somnus durus et novaculæ pessimæ amor;

34 Hæc pietas sanctis plerisque communis; paucioribus ejus patiendi studium, quod ita Isclæ eminuit, ut quasi tunc primum incipere visum sit. A principio abstinuit a carnibus, quasi sibi nocivis; quotidiana fere ejus jejunia; cibus ordinarius fabæ aqua mollitæ aut cæpe crudum; pane non vescebatur omni die; sæpius integra pars, ei apposita, penes pauperes fiebat. Naturæ vitio non abhorrebat a vino, sed abstemius videbatur; adeo aquæ assueverat. Pristinam artem assidendi communi mensæ et occultandæ inediæ iterum adhibuit, solitus dicere se hoc modo mundum et dæmonem fallere, officio fungi et Deo oblectamentum afferre. Lecto non uti perrexit, novo invento celans hanc consuetudinem. Lintea scilicet, quæ singulis binis mensibus ad eum deferebantur *b*, maculabat et pulvere sordidabat; sed hæc fraus brevi retecta. Quam tamen decem annos adhibuit, nescius ea neminem falli. Cæteroquin nullam negligebat patiendi occasionem. Quum primum tonsor ad ejus radendam barbam accessisset, deprompta optima novacula, nitebatur levissima manu officio suo fungi. At ille, dolorem nullum sentiens: « Muta novaculam, inquit; hæc enim non valet. » Obstupuit tonsor, jussa tamen fecit. Verum quum secunda novacula etiam acutissima esset: « Clementer fer, ait iterum; sed neque hæc pro me bona est; aliam adhibe. » Tum tonsor indignabundus, quasi in virum difficiliorem incidisset, manu gravi pessimum adhibuit cultrum: « Oh! inquit jam ille, hic optimus est; eo semper mecum utere. » Vix a risu abstinuit tonsor; sed recordatus sanctimoniæ famam beati viri, suspicari cœpit illa ab eo dicta fuisse mortificationis studio; quod studium bis deinceps exploravit, optimis prius usus novaculis, dein pessima. Quæ postrema quum sola placeret, plane demum compertum habuit amore cruciatuum hanc expeti a Dei servo; cui dein venerabundus morem gessit.

b

item ejus et Angeli a Palea dirissimus modus recolendæ

35 Ipse vero supra modum in corpus crudelis. Nihil quasi curans ordinarias flagellationes, quas singulis noctibus plerumque usque ad sanguinem

AUCTORE V. D. B.

feriis sextis Christi passionis; flagellationes ejus et cilicia.

guinem usurpabat, cujusque feriæ sextæ noctem in pœnitentiæ tempus eximia quadam ratione converterat. Tum scilicet in memoriam passionis dominicæ solebat adire templum seque in sacello Crucifixi cum patre Angelo a Palea *, ejusdem severitatis amatore, includere; atque illic meditantes et commiserantes Christi patientis conditionem, integram fere noctem in spargendis lacrimis et sanguine membrisque lacerandis transigebant. Tam atrocia erant verbera ut per ædes resonarent et cœnobitis horrorem incuterent. Unus aliquando, in chorum descendens, visus est sibi audire ferocissimos homines occidentes se potius quam pœnitentiam agentes, et tanto terrore correptus est ut pene corruerit. Aliquoties postea explorare voluit eamdem carnificinam; sed toties præ horrore fugit, priusquam ad sacelli januam accesserat. Sæpius postridie mane visitavit ædiculam, et, muros sanguine madidos deprehendens, manus suas non numquam pœnitentium cruore maculavit. Cæterum indusium servi Dei, fœde coinquinatum, nocturnarum illarum castigationum testimonium erat, quod lotrices fugere non posset *c*. Prudentiores utique omittebant beatum virum de ejus pœnitentiæ rationibus interrogare; sed hæc non omnium continentia. Si tamen bono spiritu eos agi aliquando intelligeret, non omnino abrumpebat colloquium et aliquid de participandis Christi doloribus disserebat. Sin autem vana curiositate eos motos adverteret, gravi lepidove responso retundebat eorum temeritatem. Ad hunc modum, quum imprudentes aliqui, animadversis sanguinis vestigiis in tibialibus (quæ quum unum dumtaxat par haberet mutare non poterat), hujus rei causam aliquando sciscitarentur, hanc ipse intemperantiam venuste cohibere consueverat: « Pulices, inquiens, me maculaverunt. » Omnibus innotuerat eum horrido cilicio indutum incedere; unde nonnumquam corpus inter incedendum improvisis motibus contorqueret. Quare quum quidam non sine contumelia rogaret eum aliquando quid hæc faceret, multa pace et æquissimo responso sedavit hanc malam cupidinem. Aliis tamen, quibus fidere posset et utilis esse, fatebatur se cilicium gestare. Quod cilicium quum ipsemet non posset telæ assuere, alterius religiosi opem implorare debuit; qui religiosus tum vidit cilicium constare ex hamis ferreis et tres in quadrum palmos magnum esse. Super cilicium interulam gestabat ex hispido panno, quo equi confricari solent. Ipse tamen alii religioso, qui eo utebatur confessario, permittere noluit, etiam sæpius roganti, ut plus ter in hebdomade cilicium indueret. Et quum ille objiceret quotidie eum hac pœnitentia fungi: « Equidem, respondit, pellem durissimam habeo et possum quotidie cilicium ferre; sed tu, qui junior es et teneriori pelle, non potes. » Probe scilicet noverat in hoc rerum genere modum necessarium esse, neque eadem fieri posse ab omnibus.

* Angiolo della Paglia.

c

Interim omnigenis morbis et infirmitatibus gravissimis premitur, et scrupulis, triennalique spiritus impuri tentatione vexatur.

36 Interea tanta erat ejus vitæ asperitas, ut, quamvis eam diligenter celaret, exitu demonstraretur. A diuturno genibus innitendi usu natus ei erat in genu tumor, qui sine summo dolore premi non poterat. Nil tamen remisit de stabili genibus incumbendi consuetudine. Pelvium cavitatem ad ambos renes ita cilicium et flagellationes auxerunt ut ordinarius panis imponi posset. Vigiliæ, inedia ciborumque vilitas vitiaverunt omnino humores et sanguinem, unde constanter phthisicorum more phlegmata purulenta et sanguinea excreavit. Peritonæi autem pars inferior ita se remisit, ut intestina in scrotum descenderint: unde insanabili hernia totam vitam afflictus est. Accessit vesicæ et urinalium viarum vexatio, qua sæpe ex rĕnibus laboravit, et incommodissima stranguria, qua aliquando vicies quinquies intra horæ spatium urinæ libidine lacessebatur. Neque tamen inter medios hos dolores et morbos cessabat corpus cruciatibus afficere. Quod vero omnium gravissimum fuit, interea dum sibi minime parceret, tres annos a spiritu impuro tentatus est, frustra gemens cum apostolo: « Infelix ego homo! Quis liberabit me de corpore mortis hujus. » Neque conscientiæ quiete tum gavisus est, continuis fere scrupulis et angoribus vexatus. Firmus tamen in hoc certamine stetit; nam quum de triennali hac pugna aliquando cum amico loqueretur: « In hac parte, ait, plurimum mihi adstitit Deus, et semper victor fui; ita ut diabolus muscas apud me ceperit. »

Ex obedientia turbidissimum mare trajicit, ut se conferat ad Bonaventuram Ferrara, commissarium ægrotum;

37 Pœnitentiæ comes ibat obedientia, aliarum virtutum mater. Quum igitur magister Bonaventura Ferrara, commissarii titulo provinciæ Neapolitanæ præpositus, in conventu S. Anastasiæ (qui fertilissimus vicus ad pedes Vesuvii montis orientem æstivum versus positus est) gravi morbo decumbens, ad guardianum Isclanum scripsisset ut quantocius ad se destinaret Dei servum, hic ut illa intellexit, licet literæ vespere vigiliarum Natalis Domini advenissent, continuo se ad iter accingere voluit. Sed obstitit guardianus propter noctis, hiemis marisque pericula, atque etiam quod tanta festivitate promptæ non essent naviculæ, vetuitque ne ante festum S. Stephani proficisceretur. Paruit beatus vir, sed nulla ei postridie quies fuit, quasi continuo in auribus sonaret commissarii vox. Sed tertia die, ut se liberum sensit, summo mane celebravit missæ sacrificium curavitque ut Benedictus Panicus, assignatus ei socius, opportune expiaret conscientiam et eucharistiam sumeret, (nondum enim erat presbyter), et quam primum, guardiani accepta benedictione, dedit se in viam. Verum quum cælum pluvia ventoque fœdum esset et turbidum mare, aquis se committere non audebant nautæ. Tum beatus vir, nil nisi obedientiam cogitans, orare, obtestari, instare, donec animum addidisset navicularis. Solverunt itaque cymbam, sed brevi tanta suborta est tempestas, ut naufragii periculum proximum esset. Vela itaque reduxerunt et minaces fluctus remis frangere tentarunt; sed, exhaustis viribus, animum desponderunt: nullus autem magis territus quam junior socius. Recurrerunt itaque ad B. Bonaventuram placidum et timoris expertem. Qui inclamantibus Panico et nautis subridens respondit: « Ne dubitarent; periculum esse nullum; iter alacres prosequerentur, quoniam Deus eos adjuvaret et servaret. » Fides non defuit verbis; sed in tanto versati erant discrimine ut, quum Neapoli appulissent, se vix salvos crederent. In genua igitur circum Dei servum ceciderunt in littore, gratias ei agentes quod ejus orationibus mortem evasissent.

ad quem noctu et difficillimis viis pervenit.

38 Sed sex milliariorum iter supererat, vias corruperant imbres et nox instabat. Rogavit itaque Panicus ut in conventu S. Laurentii Neapolitano pernoctare vellet; noctem et vias ob-

AUCTORE V. D. B.

stare quominus longius progrederentur; se defatigatione fractum, eumque præ infirmitate vix incedere posse; postridie mane iri posse ad S. Anastasiæ pagum. Nihil ad hæc respondit beatus vir, pergens porro. Verumtamen brevi offenderunt puerum, duos asinos custodientem; quos, convento de pretio, conscenderunt, quo adventum maturarent. Sed vix medium iter perfecerant, quum puer, noctis tenebras causatus et viarum præcipitia, eos descendere coegit. Nequaquam hæc turbarunt beati viri animum; qui jussit integrum pretium a socio solvi : ipse enim pecuniam non portabat, sed pro more socio commiserat. Dein sine mora reliquum iter intendit, nullas omnino querelas effundens, licet infirmo et plagato corpori gravissima esset nocturna hæc per colles et valles cursitatio; neque pusillum quievit, donec tertia noctis hora ad commissarii spondam staret, lassus et præfractus. Admiratus est æger promptam beati viri obedientiam, simul dolens quod tantam ei creaverat molestiam; eumque Isclam non remisit, nisi quatriduo post, quum ejus solatiis et orationibus se melius valere sensit.

Hac occasione, atque etiam quum ad mulierem Surrentinam infirmam missus est, ejus in Deum fiducia.

39 In reditu, priusquam Neapoli portu solverent, Carmeli Majoris templum cum socio ingressus est ut Christum in Eucharistiæ sacramento adorarent et se B. Mariæ commendarent patrocinio. Absoluta oratione, obvium habuerunt mendicum; cui ut socius aliquid pecuniæ daret vehementer institit. Ille negavit se quidpiam habere. Perrexit mendicus rogare Dei servum, hic impellere socium, socius autem sibi nihil esse dictitare. Tunc demum beatus vir : « Quomodo, inquit, fieri potest ut nihil habeatur unde huic mendico fiat eleemosyna? » Qua objurgatione motus socius fassus est sibi quidem monetam argenteam esse vigintisex granorum *d*, datam a guardiano in expensas itineris; sed si hæc darentur, quid dein superesset pro viatico. Quibus auditis, zelo accensus est vir Dei, quod pecunia non deesset, neque tamen daretur mendico : « non oportere ut solliciti essent suæ necessitatis; Dei non defuturam providentiam. » Datus itaque est nummus, neque illi impediti fuerunt quin Isclam trajicerent. Res non dissimilis alio contigit tempore. Quum quaquaversum ejus sanctimoniæ fama sparsa esset, rogarat femina quædam Surrentina ministrum provincialem ut Dei servum ad se, morti proximam, acciret. Jussus venire, continuo se contulit Neapolim cum P. Bonaventura de Marinis. Sed quum hinc solvendum esset Surrentum, crumenam vacuam esse dixit socius, et naulum in vicino conventu Neapolitano quærendum. Negavit Dei servus, salutis æternæ illius mulieris et obedientiæ unice sollicitus : « nihil quippe curandum esse; Deum provisurum. » Quibus dictis, ecce supervenit laicus ignotus et sponte obtulit necessarios nummos.

d

Consortium consanguineorum abhorret; succurrit tamen neptibus nubilibus.

40 Isclam redux, consuetum vitæ suæ genus sequebatur, quum aliquando ad se venientem vidit fratris aut sororis filium. Ægre id tulit, neque plus semel cum eo breviter loqui voluit, ab hoc proposito nequaquam dimovendus, licet juvenis instaret, viæ longitudinem obtendens, et collegæ cum amicis preces suas adderent. Quum vero adolescens abitum procrastinaret, monuit eum per amicum Sabbatum « vestigia quam primum relegeret; vanam esse exspectationem; se eum non amplius auditurum, quippe qui in professione mundo et sanguini valedixisset; neque se alios cognoscere consanguineos quam fratres contubernales. » Verumtamen dubitandum non est quin hac severitate usus sit Dei servus, quod rebus sæcularibus eum implicare vellent cognati aut ejus operam adhibere ad augendam rem familiarem. Non enim religiosa professio vincula sanguinis, ab ipso naturæ auctore confecta et christiana caritate firmata, solvit, sed potius perficit et spiritualia reddit. Neque alia erat mens beati viri. Et quidem quum intellexit duas fratris aut sororis filias, mortuis parentibus et reliqua etiam propinquitate extincta aut absente, orphanas nubili ætate relictas esse et omni humano destitutas subsidio, non quo eas paupertate levaret, sed pudicitiæ periculo eriperet (ut ipsemet magistro Simeoni explicuit), nervos omnes intendit. Efflagitavit itaque ab ordinis superioribus atque etiam a Romana cardinalium congregatione licentiam adjuvandi consanguineas conquisitis apud ditiores Isclanos eleemosynis. Non spernendas ergo collegit pecunias; quæ dotis loco oblatæ maritos eis conciliaverunt. Ideo tamen Potentiam abire nequaquam voluit. Quum autem illæ pecuniæ non de suo (pauper enim erat) aut de conventus opibus (nullas enim habebat) venirent, quare singularibus facultatibus, quas ut alienos juvaret nequaquam petebat, muniendus sibi visus esset, aliquando interrogatus est : « Quia de proprio sanguine agebatur, respondit. Amore enim naturali facile obcæcari poteram et decipi. » Quod negotium ei numquam excidit e mente; sed amabat de eo loqui, etiam ab altari ad populum, quo natalium vilitatem demonstraret et existimationem suam minueret.

ANNOTATA.

a *Paupertas Conventualium in multis minus severa quam aliorum Fratrum Minorum. Illo tempore quotusquisque secum habere poterat julios tres, id est francum unum cum* 65 *centesimis, et multo plus singulari superiorum mandato aut ad usum ipsius monasterii. Censet Rugilus a beato viro nihil reddendum fuisse de viatico, quum id omne, quod Neapolitanus superior dederat, in itinere absumere potuisset, et, quod supererat, quasi tenuis eleemosyna peculio aut libello ejus accenseri posset. Hæc tum consuetudine recepta inter Conventuales. In plerisque ordinibus religiosis usu aut certa lege viatica reguntur : atque his standum est.*

b *Passim in hac Vita videre est quantum mundities, ut in regione et cælo ferventi, parum curæ esset. Sed procul dubio egestas aliquid conferebat ad hanc negligentiam.*

c *Postea minus probavit ipse Dei servus hanc spontaneam sævitiem; verumtamen, quod et alibi monuimus, Deus in omni hominum ordine aliquot sibi seligit, qui invitæ aut ultroneæ quasi victimæ sint et divinæ justitiæ omnium nomine satisfaciant.*

d *In marca argenti, ut in Hispania, utraque Sicilia atque alibi usurpabatur, erant grana* 4608 *seu grammata* 230, *ita ut singula grana valerent* 230/4608 *grammati seu una franci centesima parte, et viginti sex grana æquarent proxime franci quadrantem; non copiosum utique viaticum. Sed alia grana æquabant centesimas* 4 1/4, *et* 26 *grana paulo plus francum; putem hæc indicari.*

AUCTORE V. D. B.

CAPUT OCTAVUM

B. Bonaventuræ Isclæ conversatio; vita severa; tentationes; admirabiles virtutes; ministerium apostolicum.

Isclæ, adjuvante episcopo Hieronymo Rocca, mirabili fructu exercet sacrum ministerium: ejus labores feriis sextis mensis martii

a

Sed Isclam missus non fuerat Dei servus ut sibi dumtaxat aut suis prodesset, sed maxime ut apostolico ministerio homines Deo lucrifaceret. Ut eum cognovit Hieronymus Rocca *a*, episcopus, vere populi sui pastor et pater, eum utriusque sexus laicorum confessarium designavit, et deinde multis precibus confessarium extra ordinem et directorem spiritualem monialibus S. Claræ impetravit. Et quum ipsemet in animarum curam toto pectore incumberet atque etiam confessiones publice audiret, apostolatui beati viri tamquam minister potius quam præsul cooperatus est. Peccata exstirpare et pauperum miseriam supprimere imprimis sibi proposuit B. Bonaventura. Quo priorem finem assequeretur, singulis feriis sextis mensis martii, quas Passionis Dominicæ memoria christianis venerabiliores facere solet, ad populum civitatis et viciniæ, in conventuali æde congregatum, de acerbis Christi cruciatibus et morte dicebat tanto ardore et pietate, tot lacrimis et suspiriis, ut lamentis templum resonaret, pœnitentia in auditorum vultu appareret et frequentes peccatores redirent ad Deum. A concione sedem confessionalem occupabat; quam tanta circumdare solebat hominum turba, ut non dies dumtaxat, sed integras interdum noctes in eis audiendis poneret, licet alii religiosi opem ferrent. Quorum tamen omnium industria sufficiens non erat; quare episcopus, ne qua messis pars periret, coegit omnes confessarios sæculares ut in Conventualium templo pœnitentes expiarent: quin et ipse summo mane veniebat ad eamdem ædem, et, postquam intra concionem ferventissimi oratoris planxisset ipsemet et populum ad plangendum invitasset, sedebat ad sacros crates solidos fere dies, pœnitentem plebem peccatorum pondere levans.

et reliquo anni tempore; nautæ aliique in meditationis usu instituti; martyrii studium,

b

c

42 Neque reliquo anni tempore ferias sextas sinebat Dei servus inanes abire; sed vespere congregabat in templo plebem ad cantandos hymnos Passionis psalmosque pœnitentiales, ad flagellationem publice celebrandam et ad adorandam Christi crucem, quo ritu privatim in omnibus ordinis domibus hæc pia functio frequentatur *b*. Suadebat etiam suis discipulis ut illis diebus coronam agoniæ Christi Salvatoris recitarent, ex triginta tribus orationibus dominicis constantem *c*. Miscebat autem hæc exercitia sacris adhortationibus, quibus facile, quum natura orator esset, adstantium animos flectebat quo vellet. Insuper quotidie fere ab altari dicebat, jam ut pueros rudesque catechismum doceret, jam ut mentes cultiores in arte usuque orationis et meditationis institueret; affirmare solitus æternam salutem in oratione præcipue positam esse, nec quemquam, nisi ægerrime, absque orationis subsidio salvum fieri posse. Quis credat? Non perpolitis solum civibus, verum etiam compluribus agrestibus nautis persuasit ut quotidie ante ortum solem et laborum initia conferrent se ad limina templi; ubi, si janua clausa esset, sub dio genibus flexis, pro ingenio suo orationem faciebant mentalem. De fidei nostræ præstantia sæpe publice dicebat et mirabiliter laudabat martyrum constantiam; ita ut auditores, commoti et accensi, cuperent stare coram tyrannis et sanguinem effundere in mediis cruciatibus.

Dei amoris aliarumque virtutum inculcatum incredibili ardore et auctoritate.

43 Neque omittebat aliarum virtutum laudes, Dei amorem et peccati odium. Quæ audiri non poterant quin in adstantium animis excitaretur tantum Deo placendi studium et disciplicendi horror, ut parati essent omnia perdere atque ipsam vitam potius quam minimo peccato creatorem suum offendere. Amabat etiam explicare gradus Dei amoris; quorum ultimum esse dicebat oblivionem omnimodam universarum rerum creatarum et animæ totius constitutionem in Deo solo *d*: quæ non minus clare quam suaviter declarabat. Et generatim, quum ipse usu hoc aliaque sublimioris doctrinæ capita perceperat, ea communi facilique oratione exponere noverat, ut etiam ignaræ simplicesque mulierculæ dicta ejus intelligerent. « Proficiscebantur enim ex intima anima ejus sermones de Deo; qui valebant plurimum ad inflammandos animos amore Summi Boni; adeoque quicumque eum audirent, capiebantur. » Cui testimonio Mariæ Angelæ a Cruce, ejus eximiæ discipulæ, consentiunt alii testes, eum zelo Dei consumptum fuisse prædicantes.

d

In confessionali sede admirabiles edit fructus, ita ut laqueus peccatorum *appelletur. Quomodo alliceret et inquireret peccatores.*

* la tagliuola de' peccatori,

44 Inter loquendum pallebat, ardebat, sudabat, ducebat suspiria, ejusque verbis, quamvis maternis et simplicibus, vis inerat occulta et tam suavis auctoritas ut eis nemo resistere posset. Quotiescumque autem divinum verbum prædicaverat, illico conferebat se ad pœnitentialem sedem, ubi fructus colligeret; mirabili præditus dono examinandi peccatores eosque ad contritionem perfectam ducendi. Qui semel eo confessore usi erant, toti erant ejus seu potius Dei; nec quisquam ab eo discedebat nisi in melius mutatus. Quare vocabatur ab insulanis *laqueus peccatorum* *. Omnes usque ad unum, etiamsi ante vitiorum cæno omnino immersi fuerant, justi facti et complures perfecti; alii, jam ante Deum timentes, in sanctimoniæ via plurimum progressi sunt. Quorum numerus tantopere crevit ut universa insula eum magistrum spiritualem habere dici posset. Nil eum a sacro tribunali arcere poterat, neque dolores, neque angustiæ, neque morbi; de cibo somnoque ne cogitabat quidem. Integros aliquando dies immobilis sedebat; ita ut nihil pati videretur. Verumtamen atrocissime sæpe cruciabatur, et die quadam, quasi mortuus in pœnitentiali sede humi corruens a fratribus in cubiculum deferendus fuit. Libenter vitam suam dedisset, ut unam animam Deo lucrifaceret; operæ non parcens neque defatigationi. Obdurati peccatores eum audire nolebant, multo minus ad ejus sedem accedere; verumtamen aliqui veniebant interdum: sed quod plures ejus commercium fugerent, dolebat vehementer. Quare adibat eos domi aut in agris; interpellabat et defatigabat, neque quiescere sinebat, donec eos ad pœnitentiam duxisset; sed quum lentior hæc esset curatio, exploratores et exploratrices adhibuit complures, qui in peccata publica et peccatores publicos inquirerent. Ingemebat deinde nuntiis, quæ

AUCTORE V. D. B.

quæ ad eum deferrentur; preces indicebat, sed simul investigabat diligenter quomodo ad salutis semitam reducere posset errantes oves; hoc maxime agens ut eas per amicos ad audiendam prædicationem aut ad eum in sede pœnitentiali conveniendum alliceret; ubi eos multo labore in alios homines convertebat.

Ut peccatores lucretur, includit se in carcere.

45 Neque gravis ei erat carcerum squallor, si quæ anima lacranda foret. Intellexerat patricium Neapolitanum, sceleribus non minus quam natalibus conspicuum, jacere regia auctoritate in obscuro carcere castelli Isclani, in summo scopulo medias inter maris undas exstructi. Per asperam semitam eo ascendit Bonaventura et peccatorem ad pœnitentiam invitavit. Sed facinorosus homo flecti non poterat, rupe durior. Animum non despondit vir apostolicus, Dei auxilio non diffisus. Octo dies eundo et redeundo difficile hoc iter fecit; neque destitit, nisi quum vicisset vincti pervicaciam, et tres continuos dies scelerum confessionem audivisset. Alio tempore quum P. Thomas a Cereto consuetis B. Bonaventuræ muneribus fungeretur, inquisitione facta, compererunt insulani eum jam octo dies totidemque noctes majorem temporis partem quasi sepultum jacuisse in humido turris carcere ut nefarium hominem ad peccatorum detestationem pelliceret. Per jocum ei dein dicebant: « Quid hoc, Pater Bonaventura, quod te carceri mancipaverint? » Ad quæ ille respondebat « se tempus quodcumque libenter in carcere quolibet transacturum, si quidem animam salvare posset. » Sed satis non habuit hunc miserum a peccatis expiare et eucharistico cibo reficere; volebat et corporis saluti providere. Summam idcirco in tristitiam incidit, quum mortis damnatum eum esse intellexit. Ejus itaque mœstitiam vultusque pallorem animadvertentes die quadam discipuli, dum ad castellum ibat, sciscitati sunt quæ causa esset ægritudinis. « Quænam esse possit? respondit. Miser vinctus capitali sententia damnatus est; vultisne vos me nunc lætari? » Tum aliquis ex adstantibus, ut eum consolaretur, monuit vitam ejus desperatam non esse; sententiam revocari posse. Ille autem, alio conversa cogitatione, in virtute sanctæ obedientiæ jussit Mariam Angelam, cujus laudes mox declarabimus, negotium multo ardore commendare S. Antonio Patavino; se idem facturum. Tres itaque dies neque ab oratione cessavit, neque ab animi cruciatu; sed tertio die, quum intellexit exauditas suas preces, luctum mutavit in gaudium: et quidem ad vesperum venit nuntius reum ita a patrono pauperum defensum fuisse ut præter omnium opinionem crimine absolutus fuerit. Vehementissimo autem afficiebatur dolore, si quæ anima, a pœnitentia non omnino abhorrens, e manibus suis elaberetur. Certe, quum aliquando confessionalis sedes ingenti populi multitudine sepiretur, vir quidam, moræ impatiens, terga vertit, submissa voce dicens: « A triennio peccata confessus non sum; tres alios et plures annos exspectabo. » Quæ, per ora adstantium translata, verba audire non potuit Dei servus absque summo mœrore; surrexit itaque continuo, miserum in templo et plateis quæsivit, repertumque suaviter manu prehendit, neque dimisit nisi corde obtritum. Sed ad hos, quos alieno ministerio inquirebat et ad pœnitentiæ viam compellebat, redeundum est.

Insignes ali-

46 Inter complures itaque, quos illo artificio ad Dei caulam reduxit, venit Prudentia Curcio, publica et famosa peccatrix. Satis fuit huic mulieri se Dei servo sistere; qui divinæ gratiæ auxilio reliqua perfecit omnia. Neque ad vomitum rediit infelix femina, quam frequentibus monitis instruxit atque etiam temporalibus subsidiis, donec eam bono juveni Antonio Parasole, maritasset: nam et aliquando ei vendendum dedit pannum, quem conficiendis sibi femoralibus acceperat; mallens a frigore morbos suos exasperari quam miseram feminam famem pati. Alia mulier, ob turpitudinem vitæ Cianna di Sasso vulgo nuncupata, similiter ad eum ducta est; quæ non solum peccatorum pondus abjecit, sed ad insignem sanctimoniam processit, severissimæ vitæ exemplo scandala redimens, et ex peccatrice publica pœnitens præclara facta. Quin, duce Dei servo, vitam spiritualem professa est vestemque monasticam ad finem usque vitæ virtutibus ornavit. Quo refertur matronæ cujusdam testimonium: « Convertisse Dei servum pravam feminam; quam ejus magisterio ita se divino dedicasse servitio ut omnium esset exemplar, vita publice prava in sanctam mutata et perfectam; et communem hanc fuisse existimationem. » Non aliter miles quidam perversus et perfidus, mutatis moribus, in virum perfectum conversus est; adeo ut Dei servus, quum filias spirituales ad majorem fervorem excitare vellet, dicere esset solitus: « Oh! quidni saltem puram habeamus conscientiam ut lictor ille *? » *quot peccatrices et peccatores ad Deum conversi.*

*quello sbirro.

ANNOTATA.

a *In Colleti additamentis ad Ughellii Italiam sacram plurimum laudatur Hieronymus Rocca, qui Isclanas insulas adiit initio anni* 1673 *et anno* 1691 *ad sepulcrum deposuit.* Suos diœcesanos, *inquit Colletus*, semper ut filios adamavit; illorum sacramentales excipiebat confessiones, viam salutis etiam nolentibus facilem reddebat, animosque ad rixam declives in pace componere pars fuit sollicitudinis operosior; *a diœcesi tamen aliquandiu abfuit, ut aut Neapolitanæ aut Beneventanæ ecclesiæ operam daret.*

b *Ritus adorandæ Crucis, a Conventualibus in capitulo privatim usurpatus, idem est ac qui in universa ecclesia adhibetur feria* V *in Parasceve. Ei adjungi solent flagellationes et preces, quas auditoribus suis etiam suadebat* B. Bonaventura. *Illa Crucis adoratio maxime Assisii in usu est; sed ad certas ferias* V *anni in omnibus conventibus præcepta est.*

c *Valde multa sunt* coronarum *genera, quæ quotusque invenire pro sua pietate potest; quum in hoc omnes sint positæ ut certus orationum numerus recitetur in honorem seu memoriam alicujus rei sacræ. Coronam Dominicam, ex triginta tribus Orationibus Dominicis constantem, invexit B. Michael de Pino, Camaldulensis; cujus Vitam auctario tomi* V *octobris inseruimus. Hanc Coronam ad recolendam Christi Domini agoniam transtulit* B. Bonaventura *Potentinus.*

d *Italice legitur*: Il fissamento di tutta l'anima nel solo Dio. *Hæc creaturarum oblivio et mentis in solo Deo constitutio non ita intelligendæ sunt, quasi officia erga proximos et res creatas negligenda sint, sed quod homines resque omnes amandæ sunt et colendæ propter Deum.*

CAPUT NONUM.

AUCTORE V. D. B.

CAPUT NONUM.

Sanctissimum commercium B. Bonaventuræ cum sorore Maria Angela a Cruce.

Sororem Mariam Angelam a Cruce, a mundi vanitate ereptam,

Nulla autem præda pretiosior quam soror Maria Angela a Cruce, una confessione sui in perpetuum dissimilis. Adolescentula erat cutis nitore et universa corporis compositione præclara, venusta facie, moribus honestis, sed alacris nimis et festivior, vanitatis muliebris serva, sæculi placita sequens et maritum ante omnia aucupans. Displicuit hæc levitas gravi matronæ; cui visum est puellam ad Dei servum ducere. Mirabilis a prima confessione mutatio exstitit; abjecit enim procul a se juvencula omnem mundum muliebrem et sæculares nugas, comaque abscissa, vili sacco cineritii coloris se induit, et habitum pœnitentialem tertii ordinis S. Francisci de manu beati viri accepit. Inde dies transegit plorandis peccatis, corpus voluntariis cruciatibus subjecit, animumque heroicis virtutibus excoluit, imperio beati viri promissione Deo facta se numquam minimum peccatum deliberatum admissuram. Hæc corona B. Bonaventuræ; hæc ejus ministra in operibus piis; hoc brachium quo peccatores sæpe ad pœnitentiam traxit atque etiam insignia fecit miracula. Vixit annos multos post recessum servi Dei ex insula Iscla atque etiam post mortem; quo factum est ut ejus testimonium rerum magnitudine et abundantia emineat in apostolica de beati viri virtutibus et miraculis cognitione. Interea autem ab inita semita pedem removit numquam et tanta sanctimoniæ opinione vita clausit ut in templo S. Mariæ Gratiarum singulare sepulcrum nacta sit.

B. Bonaventura, *singulariter modestus in conversatione cum mulieribus piis, vitam durissimam docet, imprimis obedientiam : apparitio præclara.*

48 Sed juverit in unum colligere et paulo latius explicare quæ de Maria Angela in B. Bonaventuræ gestis sparsim leguntur, quo facilius intelligatur quæ esset ejus magistri spiritualis institutionis ratio. Imprimis, quum feminarum omnis conditionis turba se ejus discipulas profiterentur, cum nulla familiaritatem sibi esse volebat, ne unam quidem oculis umquam contemplatus; et coram Maria Angela, quæ quasi ab eo pendere videbatur et assidua ejus ministra erat, verbum nullum umquam protulit aut signum dedit, quo teneriorem affectum manifestaret; sed angelum cælestem humana forma agentem dixisses. Ut ipse amabat vitæ severitatem, sic eamdem infigebat pœnitentium animis; neque ab ea alienam esse sivit Mariam Angelam; quin et ipse Deus prodigium aliquando addidit. Quum scilicet stata hora noctis feriæ secundæ *a* flagellis se cædere a magistro jussa esset soror in redemptionem pœnarum, quibus fidelium animæ post hanc vitam purgantur, atque ipsa, accenso lumine pedibusque consistens, flagrum manu jam stringeret, fastidio capta est; atque in eo jam erat, licet oratione animum erigere hostemque fugare tentasset, ut arma poneret; quum ecce sibi videre visa est e regione lampadis stantem B. Bonaventuram, vultu minaci torvoque, atque hæc severa verba audire : « Siccine hæc tua est obedientia? Eia, macte animo! Vince te ipsa et flagellationem fac. » Quibus dictis, evanuit imago et vix humi semimortua non procubuit Maria Angela. Hæc, ut resumpsit animos, sæviit in corpus, ut auxiliaretur defunctis. Successerunt multa dubia variæque cogitationes : « Confessarius meus hac hora extra conventus septa! Hac hora in meo cubiculo! Unde venit? Quomodo penetravit ?.... Forte ludibrium est! Quis mihi apparuerit? » Hæc et alia mente volvens, nondum orto die jam adstabat ad templi januam, animo tam turbato ut advenientem P. Bonaventuram oculis interrogare mallet quam verbis. Et quidem ut e longinquo apparuit, visus est eadem minaci facie; quum vero accessit, prior hæc locutus est verba : « Nonne scis defunctorum animas singulis feriis secundis noctu a te exspectare levamen? Quare ergo repugnasti hac nocte et tam tarda et segnis fuisti obedientiæ? » Quo novo prodigio de priore certior facta Maria Angela infirmitatem suam confessa est et deinde in magistro virtutem quamdam cælestem suspexit.

Eamdem instituit in ferendis injustissimis contumeliis,

49 Verumtamen hic non in corpore domando potiorem curam constitutam esse volebat, sed in continendis pravis animi cupiditatibus. Cujus rei hoc esto specimen. Quadam die, post absolutam confessionem, dixit Mariæ Angelæ ut eam ad patienter ferendas contumelias pararet : « Quid ageres, si quæ te mulier pugno percuteret? » Ignara Maria Angela his verbis vaticinium subesse, subridens respondit : « Si nemini injuriam inferam, quis me pugno cædet? » Tum ille : « Si tamen hoc Deus fieri sineret, quid faceres tu? » « Pro amore Dei, ait puella, si Deus hoc permitteret, ferrem patienter. » Vana hæc nequaquam fuerunt. Biduo enim post, quum in Conventualium templo, magna comitante turba, supplicatio fieret, mulier quædam tam valido pugno percussit Mariæ Angelæ humerum sinistrum, ut quatriduum inde doluerit. Sed magistri sui prophetiæ non oblita, nihil turbata est, sed Dei amore effensam silentio pertulit. Non oculis, sed spiritu omnia viderat magister; qui post supplicationem ad se accersivit discipulam. Ut autem hæc subridens loqui volebat : « Rem novi, inquit Dei servus; propterea te vocavi. Sed dic quid egeris et quare rideas. » Quibus eam denuo monuit de patientiæ necessitate, simulque silere jussit de impleto vaticinio.

in expugnandis suis libidinibus,

50 Non minori sollicitudine expugnabat voluntatem propriam, sæpe præcipiens quæ naturæ, indoli et cupiditatibus intelligeret esse contraria : atque in his quoque singulare Dei lumen ei non deerat. Quadam utique die, qua Maria Angela a magistro jussa erat jejunium servare, neque vesci nisi pane et aqua, mane insolita eam incesserat libido comedendi stata hora, non panem ordinarium, sed azymum, sub cineribus coctum. Quum culpam hac in re vidisset nullam, se de hac cogitatione minime incusavit, quum eodem mane ad pœnitentiæ tribunal accessit. Verumtamen, absoluta confessione : « Dic mihi, filia, ait Dei servus, nonne singulari cibi cujusdam appetentia mota es? » Quod alias numquam sciscitatus est. Opstupuit puella dixitque intra se : « Bone Deus! Etiam secretæ cogitationes patent huic Patri! » Et dein alta voce addidit : « Revera hodie mane vehementer concupivi manducare de azymis panibus, coctis in prunis. » « Bene, respondit magister;

a

AUCTORE V. D. B.

magister; equidem in virtute sanctæ obedientiæ veto ne intra sex proximos menses hunc cibum manduces. » Atque ipsa annuit.

et in abdicanda omni voluptate : prodigiosa aviculæ obedientia. Hujus virtutis laus.

51 Alia autem die, quum præter morem magno ad eum accederet gaudio, quare ita lætaretur interrogavit vir Dei. Se in itinere ad templum aviculam audivisse respondit, voce tam suavi canentem, ut sibi in cælum rapi videretur. Rem ipsam non improbavit magister, sed multa tamen disseruit de excutienda omni rerum creatarum cupidine, et de omittenda omni voluptate et superanda voluntate propria. Tum demum : » Oh, filia, inquit, si esses omnino a tua voluntate libera et segnis omnis voluptatis, quanta facere posses! Si mihi promittas te a tua voluntate prorsus discessuram, ego tibi promitto me ostensurum tibi obedientiam multo magis perfectam quam tuam, obedientiam nempe stupendam et prodigiosam. » Promisit Maria Angela se daturam operam ut in re nulla sua commoda quæreret aut voluntati suæ obsequeretur. » Atque ego, ait Dei servus, promissa mea præstabo. Fac ergo in hunc modum. Interea dum domum redibis, denuo in eodem ramo sedentem videbis eamdem aviculam et canentem audies. Tunc e regione consiste, palmaque aperta, dic ei : » Creatura Dei, per sanctam obedientiam jubeo ut ex hoc ramo super meam palmam sine timore volites. » Si tu, filia, perfecte obediens fueris, cæcoque et nil tecum disputans hoc imperium feceris, tibi promitto te hoc mane testem futuram miraculi. » Quum itaque, Maria Angela, licentia accepta, plenaque fiducia et consilii certa, cum sociabus domum repeteret, ecce, designato loco videt auditque aviculam eamdem cantilenam canentem. Quo principio læta et vaticinii secura, convertit se ad socias : » Amicæ, inquiens, consistamus hic aliquantisper; nam debeo hoc loco imperium confessarii perficere. » Dein ad aviculam conversa et aperiens palmam : » Creatura Dei, ait, in virtute sanctæ obedientiæ jubeo ut, relicto isto ramo, in hanc, quam tibi porrigo palmam, secura advoles. » Continuo imperata fecit avicula, et, mirantibus feminis, confidenter mansit in palma; adeo ut eam facile ceperit Maria Angela et domum tulerit. Postridie quum ad magistrum iret, hic iterum prior prodigium memoravit. Ut enim eam vidit : » Euge, euge, inquit, nunc læta es, quod domi aviculam habes : ecce promissis meis fides addita. Observa, filia, magnam obedientiæ virtutem, cujus vim sentiant etiam animalia rationis expertia. Disce ab hac avicula quomodo absque repugnantia et tergiversatione, contra naturam et cum alacritate, omnia relinquenda sint et quoquoversus volandum obedientiæ causa. Obedientia virtus est qua in cælum ferimur. »

Crux hierosolymitana reperta jussu S. Antonii Patavini : nova obedientiæ laus.

52 Alio tempore, quum Mariæ Angelæ gaudio successisset ingens mœstitia propter perditam crucem hierosolymitanam, beatus vir, intelligens hunc dolorem non ex sola proficisci pietate, verum etiam ex inordinato studio, eam solito severius accepit, et deinde novo prodigio obedientiam cæcam docuit. » Volo, inquit, imperiosa voce usus, volo te non amplius turbari ob perditam cruciculam; exerceri te volo in cæca obedientia, tibique monstrari neminem cæce obedire quin faciat et obtineat quod velit. Hanc itaque habe fidem; obedi et tibi etiam obedietur. Illico perge ad altare S. Antonii Patavini; recita ibidem ejus Responsorium *b*; et dein ei edicito ut in virtute sanctæ obedientiæ faciat statim portari ad suum altare cruciculam tuam, ubicumque locorum fuerit. » Jussa fecit omnia Maria Angela, nil nisi imperium beati viri cogitans; et absoluto Responsorio, alias dicebat solitas preces; quum ecce altera puella, ejus lateri assidens, videt in pavimento prope Mariam Angelam crucem hierosolymitanam, partim nigra arena marina coopertam, eamque indicavit sociæ. Quæ ut audivit hæc verba, obstupuit, vaticinii beati viri memor, et vix oculos in eam convertere potuit. Convertit tamen et dixit intra se : » Ecce, hæc mea crucicula est; » sed nil potuit ultra, et innumeris exagitata cogitationibus, brachium non extendit ut crucem caperet. Quapropter una ex sociabus eam coram illa posuit, nullam tamen ex ejus ore eliciens vocem, qua secretum proderetur. Neque hæc, priusquam inquireretur in servi Dei sanctimoniam, venerunt in hominum notitiam. Doctrina itaque, miraculis multoque magis exemplo virtutum semitam demonstrabat beatus vir piis animabus, quæ eum magistrum spiritualem elegerant.

b

Pisces mirabiliter inventi.

53 Die quadam, qua cibis quadragesimalibus vescendum erat et turbatum mare omnibus insulanis pisces negaverat, supervenit Mariæ Angelæ hospita; quam quod laute excipere non posset, aliquantum turbata est. » Quare animo tranquillo non es? » ait vir Dei ad accedentem puellam. Causam perturbationis hæc candide confessa est. Tum ille : » Ne dubites; depone has cogitationes, et alacris redi domum, quoniam quod quæris subministrabit divina Providentia. » Dicto audiens fuit jussis. Quum itaque cum sociabus domum rediret et maris undæ adhuc tumerent, reperit juxta viam maris quinque pisces pulcherrimos, fritinnientes juncoque ligatos. Incredibile dictu est quanto gaudio eos domum tulerit Maria Angela.

Præparat B. Bonaventura *Mariam Angelam ad summas calamitates : vaticiniorum impletio.*

54 Hæc eadem, non obscuris orta natalibus, omnium rerum copia tum abundabat; sed statuerat Deus eam per adversam fortunam omnino purgare et perficere. Quod consilium servo suo manifestum fecit, quo tela prævisa minus ferirent. Hic itaque ei quondam dixit : » Scito spes tuas non collocandas esse in hominibus, sed in solo Deo. Adveniet aliquando tempus quum omnis humani subsidii expers et a tuis quasi expulsa, gravissima insuper infirmitate probaberis a Deo. Præpara ergo animam ad patientiam. » Solatium tamen aliquanto post addidit Deus, iterum servi sui ministerio usus. Quum scilicet aliquando pia puella de animæ negotiis cum magistro loqueretur, ecce templum ingreditur novennis puer. Quem digito indicans vir Dei : » Convertere et vide hunc puerum, et dic mihi sitne tibi sanguine junctus : nostin'eum? » Respondit Maria Angela eum ad se non attinere et sibi vix notum esse. » Scito itaque, ait ille, temporibus maximæ tuæ desolationis hunc futurum tuum patrem et præsidium. » Suspexit omnia hæc verba Maria Angela, licet non intelligeret sibi ab extraneo puero adesse posse auxilium, quod denegaret multitudo fratrum et consanguineorum. Non immerito; nam multo post beati viri mortem, quum senectute jam conficeretur, vaticinii onus experta est. Suis enim partim extinctis, a reliquis domo ejecta fuit et brevi post febribus, apoplexi, podagra aliisque morbis acerbissime afflicta. Jacebat itaque

que inops et derelicta in paupere lecto et solitario cubiculo, viribus, motu, voce destituta. Ab omni auxilio nudata, confugit ad pristinum magistrum, quem non dubitabat in cælis regnare, et continuo sibi visa est audire vocem dicentem: " Ecce jam venit qui tibi auxiliator promissus est. " Et quidem brevi intervallo ingredientes vidit duos ecclesiasticos viros Blasium Tirabella et Antonium Terzuolo, plane inexspectatos et insolitos interventores. Dum autem spondæ assiderent, ecce nova vox animo Mariæ Angelæ insonuit: " Ille est (significabatur Blasius) qui tibi in omnibus necessitatibus aderit. " Et revera ipse se sponte obtulit qui miseræ filius, frater et pater esset; et orationi facta convenerunt. Et quum ipsa Maria hæc coram quæsitoribus apostolicis testata est, octo jam annos Blasii caritatem experiebatur. Quem Blasium hunc eumdem esse puerum novennem, a B. Bonaventura indicatum, vix monendus est lector.

ANNOTATA.

a *Orta est consuetudo orandi singulariter pro fidelium defunctorum animabus feriis* II, *quod olim præceptum erat clericis in Adventu et Quadragesima singulis feriis* II *non impeditis Officium defunctorum recitare; aliis fere anni temporibus prima die mensis non impedita. Inde paulatim invaluit inter laicos ut omnibus feriis* II *pro defunctis orarent.*

b *Vide de hoc Responsorio annotatum* d *ad caput* IV.

CAPUT DECIMUM.

Caritas B. Bonaventuræ erga peccatores, miseros et moribundos Isclanos. Laborum fructus. Miracula aliquot.

Ut peccatorum causam avertat, providet pauperibus Isclanis, discipulorum ministerio et eleemosynis large usus :

Non itaque in solis convertendis peccatoribus ejus consistebat industria; sed ad animas quoque, perfectionis christianæ cupidas, pertinebat. Ad priores tamen juvandos erat proclivior et mirum in modum felix; adeo ut Maria Angela coram quæsitoribus apostolicis testata sit tot ferventissimo servi Dei zelo ad Deum reductos fuisse peccatores, ut enumerandi finis non sit, eosque universæ civitati Isclanæ esse cognitos. Neque satis ei erat eos a peccatorum cæno lavisse, sed curabat ne ad volutabrum redirent. Quum itaque experientia intellexisset inopiam et pudorem malesuadas esse pestes, nihil omisit quin pauperibus cunctis vestitum, cibum et domicilium procuraret; ita sollicitus ut culpæ sibi verteret si quem juvare non posset. Superioris igitur licentia in egenos erogabat quidquid fere cibi quotidie a communitate sibi ministraretur. Calceos sæpe suos dabat et tibialia *a*, ipse nudis pedibus incedens; quin et vestes interiores sibi nonnumquam detraxit, nuda mendicorum membra contecturus. Sed hoc exiguum fuisset levamen, nisi aliorum accessisset caritas. Conquirebat itaque ipse eleemosynas; verumtamen potius utebatur pœnitentium ministerio : quod ita temperabat ut singulis pro sua conditione officia imponeret, quamquam nihil alienum esse volebat a Maria Angela. Hanc itaque videre erat ingentia aliquando gestantem onera, quasi jumentum fuisset pro amore Christi. Omnium autem distributor erat ipse Dei servus, qui singulis ratione necessitatis dividebat. Egenos itaque et miseros adibat in tuguriis et carceribus, tum ut inopiam exploraret, tum ut eis dona ostiatim ferret, nullum præteriens; neque impediri poterat corporis infirmitate, perpetuitate laboris, viarum asperis, noctium tenebris, solis ardore, tempestatis sævitie, hiemali gelu, aliisve periculis. Res profecto mira, quod decem annos unus homo famelicos cibavit, nudos vestivit, peregrinos hospitio recepit. Permultos insuper infirmos prodigio sanitati restituit, multos prodigio e carcere liberavit, alios e mortis discrimine eripuit. Interea Dei misericordiæ demerendæ occasionem dedit divitibus, exercendæ virtutis ministris, laudandæ divinæ providentiæ cessandique a peccatis pauperibus.

AUCTORE V. D. B.

Panem, insciis heris, pauperibus ejus jussu et approbatione datum,

56 Quicumque autem ei suam commodabant operam, conspicuis præmiis afficiebantur a Deo. Imprimis hoc experta est domus marchionis Jacobi Lanfreschi, quæ, perinde ac aliquot aliæ locupletiores familiæ, voto quasi se obstrinxerat ad nihil umquam negandum quod B. Bonaventuræ nomine peteretur, et quæ intra ædes receperat Sororem Mariam Angelam, non ut famulam, sed potius ut sociam et matrem, quæ pietatem inter incolas propagaret, omnibus præiret virtutum exemplo et liberos in Dei timore institueret. Quadam itaque die dixit Dei servus suæ discipulæ: " Volo a te mihi in crastinum diem procurari copiosius solito subsidium; pauperes enim aderunt magno numero. " Surrexit ante ortum solem puella, imperium factura; sed somnum adhuc protrahebat Constantia, marchionis filia natu maxima rebusque domesticis præposita. Eam tamen importuna adivit Maria Angela et P. Bonaventuræ nomine eleemosynam rogavit. Illico Constantia, in dando munifica : " Accipe, ait, penus claves, et fac ut placet et convenit. " Reperit Maria Angela quinque majoris molis panes, quales illic coqui solent. Quos omnes abstulit; atque ingenti hoc pondere onusta non sine sudore abivit ad Dei servum. Qui, ut eam vidit : " Bene, inquit, fecisti, filia, quæ tantam stipem attuleris. " Sed hæc, cui in via in memoriam recurrerat panes hos paratos esse agricolis, vespere redituris, et quam timor proinde incesserat ne culpam admisisset : " Contra, respondit, Pater mi, videor mihi in gravem errorem incidisse. Panis hic dandus erat famulis, hoc vespere facile redituris; atque ego imprudens nihil reliqui. Porro quid dicturi sunt heri? " At ille nihil turbatus : " Si veniant famuli, ne dubites, Deus providebit. " Quid hæc dictio significaret usu didicerat Maria Angela, adeoque secura domum rediit, nec quidquam manifestavit.

Deus restituit et triplicat.

57 Interea sol occidit, et ecce adsunt ex agro coloni et panis petitur. In cubiculo sedebat in gyro universa familia, neque aberat Maria Angela. Dum autem alii fabularentur de pane, hæc quæ agebat prosecuta est, oculos ne quidem movens. Famula itaque panem quærere jussa est; sed, diligenti facta investigatione, rediit, micam panis in penu non esse affirmans. Verbo nullo silentium rupit Maria Angela, neque mutavit colorem, neque palpebras contraxit. Tum

AUCTORE V. D. B.

Tum mater familias, cui nomen Angela marchionissa de Bellarena : « Valde cæca sis oportet, inquit, quæ tantam panis massam non videris. Debet adesse et quidem multum. » Tum ad filiam Constantiam conversa : « I, tu, inquit, et monstra ei, quæ hoc vespere sui compos non sit. » Surrexit itaque filia et cum famula ad penum perrexit; sed scrutantibus angulos omnes nihil se obtulit; ita ut Constantia mirabunda retulerit ad familiam nuntium nihil erratum fuisse a famula; crustulam panis adesse nullam. Hinc exorta est magna inter feminas concertatio; culpa autem in Constantiam conjecta a matre, quæ se suis oculis pridie vespere panes vidisse testabatur. Tum puella : « Equidem nihil abstuli, neque aliquid ultra scio. Verumtamen novi me hodie mane claves dedisse Mariæ Angelæ : quæ quid fecerit mihi incompertum est. » Omnes itaque in eam conversi sunt, dicentes : « Tu igitur sumpsisti panem? Deus tibi veniam det! Sed quidni monuisti, ut saltem alius procurari posset? Ecce jam advesperascit : quid ergo faciemus? » Ad hæc Maria Angela, quasi ex somno expergefacta : « Bone Deus! Fierine potest ut non adsit panis? Puellæ illæ non accurate observaverint. Eamus omnes et videamus. Venite mecum; equidem panem reperiam. » Neque enim dubitabat Maria Angela quin Deus provideret, ut beatus magister dixerat. Universa itaque familia ad penum perrexit. Quo ubi pervenit, vidit coram se mensam, paulo ante omnino vacuam, nunc autem onustam non quinque panibus, sed quindecim, et quidem recentibus et fumantibus. Obstupuerunt ad hoc prodigium omnes, sui pene non compotes. « Et tanta, ajebant, copia panis unde exorta est? unde venit? Quis fecit hunc panem hodie? Nam recens est adhuc et tepidus. » Quæ paulo ante penum ingressæ erant, addebant : « Sed modo mensa vacua erat; vacuam vidi his meis oculis. » Interim Maria Angela, docta a magistro non magnificare miracula : « Videte, ajebat; numquid dixi non posse panem non adesse, et cæcutivisse has puellas? » Sed illæ affirmabant et jurabant se semel et iterum vidisse clarissime oculis et sana mente; et quidem hæc demum omnium fuit sententia divinum fuisse propter servi Dei merita miraculum et effusæ caritatis in pauperes singulare præmium. Tres dies pastum est hoc pane famulitium; de eodem appositum herili mensæ; et sapor jucundissimus visus quasi cibi cælestis. Postridie ad magistrum properavit Maria Angela, eum de prodigio monitura; verum Dei servus, qui omnia noverat, silentium ei imposuit, et vetuit ne deinceps ea de re sermo fieret. Sed quum quæsitores apostolici Isclam venerunt, beati viri virtutes et miracula investigaturi, magnus testium numerus de mirabili illa panis multiplicatione deposuerunt; quos inter Maria Angela, marchionissa Angela di Mesa ejusque filia Constantia, testes oculatæ et rei gestæ consortes.

Oleum similiter multiplicatum.

58 Oleum simili miraculo adauctum est. Marchio Jacobus Lanfreschi Mariæ Angelæ facultatem dederat ex dolio hauriendi quantum postularet Dei servus. Multo tempore post, quum arbitraretur cupam jam pene vacuam esse, eam inspexit, sed ad summum usque labrum plenam reperit. Obstupuit; sed, alterum miraculum non suspicatus, accivit Mariam Angelam, ex qua sciscitatus est an oleo usa esset, unde sumpsisset, quamdiu et quanta copia. Respondit puella se ex cado, quem sibi monstrabat, a longo tempore, frequentissime, magnaque copia hausisse. « Quantum ergo, ait tum marchio, jam deesse putas? » « Minimum mediam partem, » inquit puella. « Accede itaque, ait ille, et vide ut dolium plenum sit. » Miraculum abscondere nequivit Maria Angela, omnisque domus agnovit quam potens esset apud Deum beatus vir et quantum ei placeret pauperum amor.

Mirabilis ejus caritas in familiam hebræam, ad fidem conversam;

59 Sua itaque parcitate et jejuniis, munificorum liberalitate atque omnipotentis Dei mira providentia satis subsidiorum colligebat, quibus omnium necessitatibus subveniret. Singularia aliquot exempla ad recordationem servata. Vix credibile est quantam curam adhibuerit vir Dei meritrici Prudentiæ Curcio : sed hanc caritatem supra indicavimus. Non minori misericordia prosecutus est peregrinam mendicorum familiam, olim judaica superstitione obcæcatam, deinde fidei illustratam lumine. Pater, mater et filia Isclam advenerant; sed nullum eis patebat hospitium. Accesserunt itaque ad Dei servum, tectum postulantes et victum. Sine mora adivit beatus vir domum piam, quam ad christianæ hospitalitatis officia promptam noverat, et facile causam vicit. Quotidianum deinde cibum procuravit. Interea pater in gravissimum morbum incidit; et ecce non tam ministrum infirmi quam servum se fecit vir misericors, vasa vilissima abstergens, cibum remediaque parans et medicum accersens. Animæ tamen potiorem curam gessit, fidei principia ei inculcans, pias sententias suggerens eumque ad permittendum se divino arbitrio exhortans. Crevit adhuc ejus ad ægroti spondam assiduitas, quum mors appropinquare visa est. Ultimis sacramentis ut muniretur ad supremum iter, dedit operam; in extremo agone ei adstitit; neque prius inde decessit quam emittenti spiritum ultimum benedixerat. Sepulturam ejus deinde curavit, et ut suffragia et missæ pro ejus animæ refrigerio fierent sedulo fecit. Paulo post eamdem caritatem in matrem exseruit; neque neglexit filiam orphanam, cujus crus non ita multo post plaga affectum est. Huic aliquandiu victum præbuit; sed quum ad duodecimum ætatis annum pervenisset et præclara corporis forma floreret, cum tribus aliis religiosis consilium de ejus sorte contulit statuitque puellam nubilem luxuriæ periculo eripere. Res ardua profecto; sed interventu potentiorum virorum, quibus volupe erat ei morem gerere, perfecta. In famulatu enim adolescentula collocata apud nobiles sanctimoniales Neapolitanas atque ita corona imposita curis, familiæ hebrææ a Dei servo impensis.

60 Qua singulari cura patrem matremque hebræos, morbo decumbentes, prosecutus est, hanc eamdem aliis quoque ægrotis, prout singulorum postulabat conditio, adhibebat. In quo ministerio tantam famam adeptus est ut nemo Isclæ graviter laboraret aut certe animam traheret quin communis omnium pater advocaretur. Neque procul a prodigio abesse videbatur, quod, quum etiam intempesta noctis hora vocaretur, statim exibat e cubiculo vestitus et ad iter expeditus. Quare rumor sparsus est eum non solum vestes numquam deponere, sed vigilare ad populi salutem, et non sine miraculo vivere. Neque hoc loco exemplis abstinebimus. Media aliquando nocte forinsecus clamor insonuit vocantis Dei servum ad moribundi lectum.

Vix

Vix primis auditis verbis, adfuit ille vestitus et paratus in superioris cubiculo, licentiam rogans. Objecit superior noctis tenebras, sævam tempestatem, longum minusque securum iter et infirmam valetudinem : « Equidem, subjunxit, neque mitto te, neque impedio; res est in tuo arbitrio posita : tu statue. » Anxius adstabat vir Dei, injussu nil umquam faciens et caritate ad ægrotum allectus; neque verbum proferebat ullum, sed miserabili vultu petere videbatur ut in ambiguo non relinqueretur. Mutam orationem intellexit superior eumque Deo commendatum jussit ire. Quod imperium tanta fecit lætitia ut volare potius videretur quam procedere. Alia nocte quum vocaretur, tibialibus carebat et calceos solverat. Sed tanto caritatis impetu impulsus est, ut nudis pedibus ad ægrotum perrexerit. Erat is autem miserrimus vir Isclæ insulæ. Jacebat in terræ caverna, sordida, fœtida, turpi, super paleam, pediculis obsitus. Qui eum aut sanguinis aut christiana caritate curabant, nonnisi e longinquo ei ministrabant. Monuerunt itaque Dei servum ne propius accederet. Frustra. Miseria excitabat ejus amorem. Integram porro noctem lateri ejus assedit, sæpe se super moribundum inclinans, neque desistens eum ad meliorem vitam parare, multoque minus sordes, fœtorem, pediculos curans; donec ultimum emisisset spiritum. Hinc per civitatem sparsus est jocus « P. Bonaventuram ivisse ad Joannem Aniello (erat hoc moribundi nomen), cujus pediculis se oneraret. »

item in apoplecticos.

61 Accidit aliquando ut piscator in littore maris non procul a conventu apoplexi prosterneretur. Accurrit vir Dei; sed mortuum invenit et in templum deferendum curavit. Qui tamen sperans vitam sopitam potius esse quam exstinctam, totam noctem ejus lateri assedit, jam oculos explorans, jam os, si quod forte signum appareret : « Quis novit, ajebat, utrum ex torpore consurrecturus sit? Accidit sæpe in hoc morborum genere ut multis horis spiritus abfuerit et dein redierit. » Neque reliquit cadaver, nisi postquam frigidum sensit et pallore mortis obductum. Felicior fuit alio tempore. Accurrerat similiter ad virum, in littore apoplexi abjectum et agentem animam. Corpus suum applicuit corpori, vultum vultui, et tamdiu ad ejus latus jacuit, agitans eum et conclamans, donec ille sui compos factus est. Quem demum, summa lætitia refectum et humo sublatum, ad vicinum deduxit hospitium. In his autem, licet corpus non negligeret, multo magis spectabat animam, ne sine sacramentorum subsidio ex his terris recederet.

Quam varii et continui B. Bonaventuræ *labores essent; qui ejus zeli fructus.*

62 Verum enim vero maxime omnium mirabile videbatur ab uno homine tot res peragi. Quasi apostolus in civitate versabatur, jam in pulpito, jam in sede pœnitentiali, nunc in viis, nunc in domibus, tum in agro, tum in conventu, neque tamen carebat tempore quo communibus fratrum exercitationibus, potissime choralibus, interesset, diuturnas sibi privatim constitutas orationes faceret et corpus piacularibus pœnis cruciaret. Quid, quod quasi sacrista pulsabat campanas, verrebat ædem, curabat altaria? Quid, quod operam commodabat coquo, ignem accendens, præparans cibos, vasa abstergens? Atque interea voluntarium martyrium patiebatur, inedia exhaustus, plagis coopertus, morbis doloribusque conflictatus, sed vultu semper hilari et fronte sollicitudinum libera. Incredibili autem labori par respondit messis. Imprimis observata generalis reformatio in colloquiis, in actis et in vestitu. Feminæ præsertim lascivos aliquot vestiendi modos mutarunt, modestiori habitu universim assumpto. Deinde omnino ex insula exstirpavit publicas meretrices et pessimi exempli homines. Et demum tertio, quum prius singularia opera pœnitentiæ et pietatis vix usu ab insulanis illis noscerentur, brevi tanta multitudo vitam spiritualem amplexa est ut in omnibus domibus sermones miscerentur de pœnitentia, de oratione, de sanctitate. Magnus numerus habitum pœnitentiæ S. Francisci induit, severum religiosumque vitæ genus colens; quorum multi ad insignem perfectionem ascenderunt. Ad tantam inducendam morum correctionem valuit plurimum fama miraculorum; quorum jam aliquot memoravimus. Restat ut singulari capite dicamus de spiritu ejus prophetico et cordium scrutatione, quæ ad miracula quoque pertinent et omnium fuerunt efficacissima.

ANNOTATUM.

a *Passim apparet tunc temporis Conventuales Regni Neapolitani quemque sibi vestes ex peculio aut piorum eleemosynis comparasse : inde videtur liberior fuisse* B. Bonaventura *in iis dandis; sed interea vix habebat necessarias.*

CAPUT UNDECIMUM.

Vaticinia, arcanorum cognitio, prodigia B. Bonaventuræ, dum Isclæ habitaret.

Duabus mulieribus egenis victum non defuturum prædicit;

Mane quodam versabantur in Conventualium templo Laura Montefusco ejusque soror, feminæ pauperrimæ. Quæ quum post absoluta pietatis exercitia domum redire pararent, altera, recordata nihilum cibi domi sibi esse reliquum, querula pauca verba susurravit ea de re ad sororis aures, sed voce adeo submissa ut beatus vir, qui in templo quoque erat, sed magno distabat spatio, nihil plane audire posset. Intellexit tamen; et, surgens ab oratione, venit ad egenas mulierculas læto vultu : « Alacres abite, inquiens; confidite Deo; ipse providebit. » Quibus dictis, rediit ad priorem locum. Obstupuere sorores quod hæc novisset Dei servus; sed quoniam diuturna experientia sciebant verba : « Deus providebit, » tantum valere quantum a Deo jam provisum esse, magna fiducia ex æde digressæ sunt; et ecce non magno intervallo reperiunt in arena nummum argenteum, valentem tarum unum *a;* quantum scilicet satis esset ad diem transigendum. Gratias utique egerunt Deo, in servo suo tam mirabili.

a

pœnitentium arcana cognoscit mirabiliter;

64 Corda autem ei quasi patere omnibus pœnitentibus firmiter erat persuasum, nemini autem magis quam Mariæ Angelæ. « Dono scrutationis animorum, ait, ita præditus erat P. Bonaventura, ut quidquid volverem in mente, quidquid cuperem corde, quidquid secreto facerem, ipse mihi prius diceret quam aperirem

AUCTORE V. D. B.

labia. Unde ego simplex arbitrabar confessarios communi privilegio secreta cordium cognoscere; sed experientia didici ita non esse. " Idem expertæ et testatæ sunt ambæ sanguine et proposito sorores Lucretia et Magdalena Famurare, ad habitum pœnitentiæ S. Francisci a magistro suo et spirituali duce B. Bonaventura admissæ. Quæ quando peccata sua sacramentaliter confitebantur, maxime conversionis initiis, multa culparum momenta per ignorantiam omittebant. Sed, ut loqui cessabant, integram vitæ earum seriem repetebat Dei servus, multa abscondita addens cordisque arcana et singulorum res circumstantes. Deinde : " Hoc et hoc, ajebat, quod cogitasti illo tempore, loco et modo, culpa non vacat, quemadmodum credis. Hoc aliud graviter displicet Deo. Illud autem neutiquam amplius facere debes. Illius atque illius rei accusare te debes cum dolore, distincte et fideliter. " Atque alii generatim Isclani pœnitentes similiter coram quæsitoribus apostolicis testati sunt summum in conscientias fuisse beati viri imperium, quod vaticiniorum admirabilitas, prodigiorum vis et admonitionum perspicuitas commendaret.

intelligit a tonsore crines suos servari in gratiam pœnitentis,

65 Quod sequitur exemplum alius omnino generis est. Andreas Chiaromonte, conventus Isclani tonsor, sæpe, instanter et secreto a Joanna (vulgo Cianna) di Sasso (quam famosam peccatricem a viro Dei ad severissimam pœnitentiam amplectendam inductam fuisse supra diximus) ut sibi cincinnum magistri reservaret, aliquando negaverat, aliquando in speciem promiserat, quo se ab importunitate mulicbri liberaret. Sed vexare eum non cessabat Joanna. Quocirca statuit demum ei morem gerere, quam primum servi Dei coronam totondisset. Verum alia tum cogitans sæpius occasionem prætcrlabi sivit. Tandem aliquando, quum ejus capillos rescinderet, promissionis memoria recurrit. Caute itaque cirrum, ab occipite desectum, manu sinistra recepit. Continuo B. Bonaventura, divinitus tonsoris tentamen intelligens : " Andrea, inquit, mitte hanc vanitatem; ne sinas te decipi; projice omnia. " Obstupuit tonsor, manuque immota stetit. Quare concitato impetu surrexit Dei servus, humique sparsum capillamentum collegit et per fenestram projecit in hortum. Veniam petiit Andreas, pudore confusus; et quum mentem ejus pulsaret cogitatio facile ex horto recuperari posse projectos crines, sibimet respondit nil hæc juvare, etiamsi secreto fierent, quum voluntates introspiceret; eum forte jam scire quæ volutaret animo. Abjecit itaque hoc consilium.

cui eidem pœnitenti prædicit vultum ejus gangræna vitiandum;

66 Alio tempore eadem Joanna di Sasso propheticum beati viri spiritum experta est. Non multo postquam e luxuriæ cœno emerserat, hæc et similia verba ex ejus ore audivit : " Mulier, nimium placere voluisti mundo, detrimento et injuria Dei. Scito itaque Deum velle te in hac vita a peccatis tuis purgare et castigare in illis ipsis rebus quibus peccasti. Ultimis vitæ tuæ annis ille vultus tuus, quo oculos hominum delectasti, turpissima et insanabili gangræna vitiabitur, quæ nauseam et horrorem afferet non aliis tantum, sed et tibi ipsi. " Quod nuntium æquo animo excepit peccatrix, tanta pœna se dignam confitens. Voluit beatus vir Mariam Angelam futuræ hujus rei esse consciam; quapropter paucis diebus post, quum cum ea loqueretur : " Vide, inquit, Joannam digito indicans, vide mulierem illam sanam et robustam. Scito ejus faciem in tabem ituram, ut a vermibus edatur; atque hoc pacto morietur. " Sparsa erat per civitatem hujus prædictionis fama; et jam pridem ex insula excesserat, quin etiam diem obiverat beatus vir, quum eventi publicâ exspectatio persisteret. Et quidem post sex demum lustra prophetia impleta est, fœda gangræna totam faciem mulieris corrodente, ita ut aliis sibique horrori esset. Inanis fuit omnis medicina; adeoque Joanna, tanto patientior quanto diutius prænonita, post longum martyrium, malo tandem succubuit.

prænuntiat ignotum equitem Hispanum perventurum ad magnam sanctitatem; b

67 Narratur exemplum aliud, quo scrutatio animi simul continetur et prophetia. Angela di Mesa *b*, matrona Isclana et beati viri pœnitens, duxit secum aliquando in templum equitem Hispanum ignotum, hospitem sibi commendatum. Seorsim orantes vidit beatus vir ex confessionali sede. Continuo surgens nullius invocatu, venit ad matronam eique placide dixit : " Quem angelum tecum adduxisti hoc mane? Quantus servus Dei erit! Quantus servus Dei erit! " Quæ verba cum nullo homine communicavit matrona. Paulo post, finita oratione, accersivit ad se Dei servum eques eumque in secretum locum deduxit, quasi de rebus maximis locuturus. E diuturna confabulatione lætus discessit eques, omnes tamen habitam deliberationem celans; nisi quod hæc mox exitu patuit. Trajecit quippe mare; et, ut Neapolim venit, abjecta omni spe sæculari, vestem S. Francisci induit inter discalceatos S. Petri de Alcantara alumnos. Obivit apud eos summa laude severissimum tirocinii annum, ingenti alacritate professionem fecit religiosam et insigni sanctimoniæ fama vixit inter discalceatos Hispanos in conventu Neapolitano S. Luciæ de Monte *c*. Inde in Hispaniam transgressus est. Sed qui hæc coram quæsitoribus apostolicis testati sunt, reliqua ejus gesta ignorabant, quamquam dubitandum non est finem respondisse tam sanctis initiis, a beato Dei servo comprobatis.

c

biennio ante prædicit P. Thomæ a Cerreto mortem;

68 Multo majorem strepitum Isclæ excitavit aliud vaticinium. Festo immaculati conceptus B. Mariæ Virginis Matutinum recitaverat cum collegis B. Bonaventura et, quoniam nox erat et frigus sæviebat, stabat cum eisdem ad focum. Sermones miscebantur de rebus seriis et utilibus, siquidem omnes essent castigatissimæ vitæ religiosi; quum beatus vir, ad Thomam a Cerreto conversus, prophetico ore ei dixit : " Carissime frater, dispone res animæ tuæ, quoniam abhinc biennio morte morieris. " Quæ verba, utpote profecta a viro tam probati spiritus, joco excepit nemo. Ipse Thomas, vir religiosus Deoque obsequentissimus, voce neque tristi neque turbata respondit : " Fiat ut Deo placet; equidem promptissimus sum, quidquid ferat Dei voluntas; " et paulo post hæc addidit : " Unum beneficium a te postulo, Pater Bonaventura, scilicet ut terrifico hoc tempore animæ meæ assistas. " Ad quæ Dei servus novo vaticinio : " Libenter facerem, Pater Thomas; verum amplius hic non ero. " Quæ omnia sine stupore et terrore audire non potuerunt adstantes. Postea P. Thomas, humani aliquid passus minasque extimescens, tentare cœpit si quæ via esset effugiendæ mortis. Quapropter, quasi sors sua esset in manibus B. Bonaventuræ, querelas suas effudit in aures Sororis Mariæ Angelæ, cui vaticinium narravit. Hæc miseratione

tione mota, quod P. Thomas egregius confessarius erat, ut primum vidit Dei servum : « Quomodo, ait, Pater, sustinuisti dicere P. Thomæ eum ad finem biennii moriturum? Heu miserum! Juvenis adhuc est et validus; pientissimus insuper est et animabus utilissimus. Equidem tibi fateor me idcirco magnopere dolere. » Placide hæc excepit Dei servus, strinxit humeros et respondit : « Quomodo non bene factum? Nonne præstat hunc Patrem scire biennium vitæ et non plus ei superesse, quo tempore possit perfectior fieri et majori fervore se cum Deo conjungere? » Affirmavit Maria Angela; sed quum ad querelas suas redire videretur : « Scito, ait vir Dei, me nil minus facere potuisse atque ad hæc dicenda necessitate fuisse coactum. » Post hæc tacuit, neque dein hoc vaticinium verbo attigit. Interea studebat P. Thomas tempus redimere novo ardore, menses aliquot juvenili robore gaudens, donec violento impetu cruenta exscreavit, quo malo pedetentim in phthisicam febrim prolapsus est, inutili medicorum ministerio. Quum itaque annos et menses aliquot ægrotasset, infra octavam Immaculati Conceptus, animam Deo reddidit, morientium sacramentis munitus. Quo tempore Iscla jam abiverat Dei servus; ita ut omnes vaticinii partes impletæ fuerint.

uni sorori prædicit mortem, salutis recuperationem alteri, quam et miraculosa panis multiplicatione adjuvat;

69 Alii prædictioni, et quidem duplici, eadem fides facta. Lucretia et Antonia di Pietro, ambæ sorores, acuta febri laborabant; atque illa erat morti vicinior. Eas invisit et consuetis spiritualibus officiis juvit B. Bonaventura, qui quasi publicus infirmarius erat. Tunc cum auctoritate surgens, utramque feminam aspexit, et, spiritu prophetico impulsus, dixit Lucretiæ : « Tu vives; » dein Antoniæ : « Et tu, para te ad mortem. » Respondit Lucretia se vivere amplius non posse, quippe quæ sentiret symptomata, prænuntia imminentis mortis. Tunc iterum Dei servus : « Atque ego tibi dico te victuram et Antoniam, sororem tuam, morituram. » Paucis diebus post præter omnium exspectationem Antonia in pejus declinavit et decessit; Lucretia contra convaluit et satis diu vixit ut de his testimonium dicere potuerit coram quæsitoribus apostolicis. Eadem Lucretia di Pietro (nomen enim convenit) alio quoque tempore experta est cælestem beati viri virtutem. Domi jacebat infirma, nihil alimenti habens, quod cum quatuor puerulis participaret. Quamquam pro more invisisset servus Dei, intellecta summa inopia, secum duxit ad conventus januam filiolam quadriennem; per quam ad matrem misit tres carlinos *d* et panem quadrilibrim. Avidissimis dentibus panis discerptus; sed quod prodigium est, sex dies uno illo pane (alius enim cibus non aderat) saturata fuit universa illa domus, quemadmodum ipsamet Lucretia testata est.

d

prænuntiat duos reos præter ornnem spem liberos dimissum iri;

70 Lauræ Greco frater, stipendia merens in triremibus gallicanis, rebellionis reus factus erat, et, catenis onustus, conjectus in militiæ regiæ carcerem. Quum sententiam mortis aut perpetuum remigium exspectaret, soror ejus, timore ululans, confugit ad B. Bonaventuram; qui consultissimum duxit Responsorium S. Antonii Patavini recitare. Absoluta oratione, quasi a cælicola monitus, surrexit, seque ad lugentem mulierem convertens : « Bono animo esto, filia, inquit; neutrum e duobus malis, quæ reformidas, accidet fratri tuo. Quin etiam dico tibi te in festo S. Antonii fratrem tuum visurum domi, liberum et salvum. » Aberant tum ab hac celebritate mensem circiter; quo temporis spatio nullo accepto nuntio, inter spem et metum anceps et dubia vixit Laura. Sed, illucescente die festo, ecce in littus descendit defletus frater, vinculis noxaque solutus, et casuum suorum pleno ore suis narrans historiam. Pejori conditione erat causa Andreæ Chiaromonte *e*, qui post longi carceris ærumnas tandem a judicibus Neapolitanis capitis damnatus est. Ut hæc fama Isclam perlata est, incredibili dolore mater affecta fuit. Hæc itaque, capillis diffusis, palmas concutiens, efferisque clamoribus vias complens cucurrit ad pedes beati viri. Per singultus et lacrimas vix ei licuit mœroris sui causas declarare. Misericordia motus B. Bonaventura et cælesti proculdubio illustratus lumine : « Mulier, inquit, ne dubites; statim proficiscitor Neapolim; dico tibi filium tuum, interventu S. Antonii Patavini, salvum fore. » Jussa fecit; insperato judicium rescissum est, et filius domum rediit, a morte, carcere et infamia liber.

e

juvenculam infausti matrimonii præmonet, aliique mulieri ejusdem nominis felicem partum procurat.

71 Theresia Garofalo malo suo fidem non addidit dictis patris sui spiritualis. Hortabatur eam vir Dei ut virginitatem suam Christo consecraret; sed adolescentula, nuptiarum cupidior, his consiliis aurem parum commodabat. Quam pertinaciam ut advertit B. Bonaventura, aliquande voce minaci eam adortus est his verbis: « Si sponsum terrenum anteposueris sponso cælesti immortali, scito te manere divinam castigationem : per omnem vitam tuam gemes sub pondere crucis tuæ acerbissimæ. » Matrimonii cupiditate victa est; sed vix celebratæ erant nuptiæ, quum gravem Dei manum sensit. Triennium tentata est morbo tam molesto, ut mortis solatia imploraret. Convaluit tamen, et duodecim peperit liberos, omnes superstites, sed non omnes validos. Oneri fuerunt quatuor filii, multo tamen magis octo filiæ. Qualitercumque inops et pauper, tantam familiam educavit, sed tantis incommodis ut coram apostolicis quæsitoribus ipsa fateretur satis superque in se impletam servi Dei prædictionem. Altera Garofalo, nomine Prudentia, cælestem servi Dei potentiam etiam experta est. Utero gerebat gemellos, quorum unum abortu ediderat, alterum parere non poterat, hinc jam morti vicina. Advenit B. Bonaventura, capiti reliquias imposuit S. Antonii Patavini, dein ventri, interposita stragula; dixitque mulieri : « Bono animo esto, quia mox sine periculo parturies. » Quibus dictis, abivit Dei servus. Sed ad scalarum pedes nondum venerat, cum mulier fœtu feliciter liberata est; quæ brevi convaluit et multos deinde vixit annos.

ANNOTATA.

a *Tarus, vulgo* taro, *est moneta fictitia* (monnaie *seu* valeur de compte), *penditque grammatibus* 4,25; *ita ut tarus argenti æquet* 85 *centesimas franci partes.*

b *De eadem factus est sermo supra num.* 59.

c *Anno* 1559 *FF. Minores Conventuales aliquot inceperunt solitario hoc loco reformationem quamdam, annis* 1561 *et* 1567 *a Pio IV et Sixto V confirmatam; unde dicti Conventuales Reformati; sed postea ad Alcantarinos hæc domus traducta est.*

d *Tres carlini æquabant unum francum et* 275 *millesimas partes.*

e *Idem hoc nomen est ac tonsoris, de quo numm.* 34 *et* 67.

AUCTORE
V. D. B.

CAPUT DUODECIMUM.

Alia vaticinia, arcanorum cognitio et prodigia B. Bonaventuræ, dum habitaret Isclæ.

Pauperem feminam ejusque familiam vaticiniis animat et prodigiis sustinet;

Laura Montefusco, quæ jam commemorata est, meliori fortuna beati viri vocem auribus suis insonantem audiit. In pectore ejus assurgebat tumor, granomalato non minor, quo verminibus acerbissimis torquebatur. Quadam itaque die, dum peccata sua Dei servo confiteretur, vehementissimo dolore correpta est et, voce faucibus hærente, flebilem clamorem edidit. Causa mali comperta : « Ne timeas, inquit vir Dei; pusillum dumtaxat durare potest. » Et, subito disruptis tumentiis, exiit arena omnino sicca diversi coloris. Continuo vulnus conglutinatum est, non relicto cicatricis aut doloris vestigio. Aut subitam sanationem aut prædictionem B. Bonaventuræ inter miracula censendam putat Rugilus; majori forte prudentia ab hac disquisitione abstinebimus, satis habentes rem miram mirari. Erat autem illa Laura e pauperrimis civitatis; sed sollicitudinem majorem ei crcabant duæ sorores, adolescentulæ nubiles, a quibus neque pater, neque frater, neque ullus consanguineus pericula propulsaret. Unus Dei servus earum patronus et tutor; qui hanc legem Lauræ præstituerat : « Quoties nihil habebis, neque ego habebo quod vobis dem, ito ad littus maris, et invenies piscem qui sufficiat ad sustentationem. » Dicto audiens fuit puella jussis viri Dei. Et quidem, quum primum, omni subsidio destituta, ad littus ivit, neque hamum secum ferens neque rete, in arido littore micantem invenit piscem grandiusculum, non vilis pretii. Quem prehensum, Deo benedicens gratiasque agens, vendidit in foro publico, accepitque unde ipsa et sorores illa die viverent. Idem deinde fecit quotiescumque premeretur inopia, neque umquam fefellit mare ejus fiduciam. Aliam quoque spem ejus animo injecit B. Bonaventura, quum ei aliquando dixit : « Bono animo crucem tuam fer; tempus enim breve est, neque diu ea tibi ferenda erit. Paulo mox liberabit te Deus ab his miseriis. Insuper dico tibi commode collocatum iri ambas sorores; quas tibi propediem levamini futuras. » Quæ res, licet ad hanc diem nullum indicium innotuisset Lauræ, paulo post facta est; et quando illa testimonium dixit coram quæsitoribus apostolicis, vitam facilem ducebat, affatim bonorum habens et amore sororum bene nuptarum felix.

eamdem feminam proximæ contumeliæ admonet et alio tempore mirabiliter liberat a febri;

73 Priusquam hæc fierent, experta erat Laura spiritum viri Dei propheticum. Eam quippe aliquando post confessionem hortatus patientiam christianam, monuerat brevi huic virtuti exercendæ locum fore, quum mox paulo valida percutienda esset alapa; quam contumeliam modice amore et imitatione Christi patientis ferendam esse. Promisit puella, licet non intelligeret unde hæc sibi accidere posset infelicitas. Sed ecce postridie platea implebatur clamoribus : soror junior cum vicina rixam commiserat, sibique invicem fervidæ mulieres manus injiciebant et in capillum involabant. Quod jurgium ut cessaret, mediatrix processit Laura : accurrit et vir lingua manuque promptus; qui sequestram neutiquam discernens a jurgantibus, tam firmo pugno verberavit Lauræ faciem, ut livorem, plagam et sanguinem fecerit. Recordata puella verborum confessarii suæque promissionis, omnem motum exteriorem cohibuit; sed minus animo quam linguæ et manui dominata est, iram pectore concoquens. In hunc modum composita, adivit confessarium; qui eam excepit severo vultu neque audire voluit. Bis terque eumdem convenire tentavit, sed eadem semper ratione habita est. Quarta demum die permissa est intrare pœnitentialem sedem; ubi Dei servus, priusquam labia solvisset femina, eam his verbis asperoque aspectu adortus est : « Scisne quare tres dies te audire noluerim? » Ad quæ illa : « Non. » « Scito itaque, ait, me voluisse te castigare, quia neque obediens, neque patiens es. Dic mihi : nonne te præmonui de infligenda alapa ut te pararem ad eam animo moderato et tranquillo accipiendam? Promisisti; sed promissis non stetisti. Revera exterius iræ signa non demonstrasti; sed vindictæ consilia fovisti pectore : quæ equidem scio. Tantumne es debilis ut præmonita patienter ferre non possis alapam? » Inhorruit mulier, intima animi sensa servo Dei perspecta videns; confessa itaque est culpam et fidelius constantiusque se officia sua facturam pollicita est. Et quidem alio tempore magis fuit obediens. Octavum scilicet jam diem gravissima febri laborabat. Misit ad eam magister spiritualis, qui eam suo nomine juberet in virtute sanctæ obedientiæ lecto surgere, venire in templum ad confessionem et solita peragere exercitia spiritualia. Obedivit puella, licet nocte ante invaluisset morbus et via longa esset atque difficilis. Sed in templo post acceptam communionem improviso frigore et tremore correpta est. Quod quum innotuisset Dei servo : « Nihil mali timeas, inquit. Quin imo volo a te, in qua nunc es imbecillitate, genibus peragi visitationem septem altarium; et tum demum veniam domum redeundi tibi do. » Quæ imperia fideliter fecit Laura, a frigore et tremore plane libera. Verumtamen, domum redux, lecto se composuit non sine consilio, ut ab ægritudine recenter recreata; sed brevissimo tempore vires omnes recuperavit.

quatuor puerorum aut juvenum futurum vitæ statum prænuntiat;

74 Degnamerita quædam Scotto testis quoque fuit spiritus prophetici, quo Isclæ Dei servus floruit. Ei enim prædixit filiolum ejus, licet nullum hujus rei tum exsisteret indicium, ordini Eremitarum S. Augustini nomen daturum; quod et factum est. Ad Beatricem de Laurentiis hæc verba habuit : « Filiolum tuum, veste nostra indutum, video semper coram S. Antonio nostro; » quibus verbis significavit eum Conventualibus annumeratum iri; atque id quoque, nullo servi Dei interventu, contigit, licet tum nulla affulgeret spes, imo contra. Juniori equiti Francisco Lanfreschi, sæculari veste adhuc induto, prænuntiavit eum aliquando adepturum dignitates ecclesiasticas; et reipsa, nomine dato militiæ ecclesiasticæ, episcopus Cajetanus creatus est et deinde archiepiscopus Materanus. Alii equiti, qui militiam sæcularem se professurum affirmabat, id fieri non posse respondit, quippe qui S. Petri de Alcantara instituta secuturus esset. Quibus verbis concordavit exitus, quum ille F. Mathias factus sit.

75 Ad

AUCTORE V. D. B.

oleo ex lampade S. Antonii Patavini ægrum sanat;

75 Ad aliud virtutum genus pertinet Joannis Baptistæ Canetti sanatio. Qui, omnibus membrorum commissuris atrocissime dolens, lecto decumbebat. Ægrum visitavit vir Dei, peccatorum horrorem docuit et sincero obtritum corde a peccatis expiavit. Tum ad lecti spondam de genibus oravit; et paulo mox læto vultu surgens: « Si tu, inquit, fidem tuam excites, subito corpus tuum deserent dolores. » Inde unxit eum oleo ex lampade S. Antonii, quo carebat numquam. Quibus vix perfectis, affirmavit infirmus se omni dolore plane esse liberum et continuo sanus e lecto surrexit. Isclæ etiam, signo crucis fronti impresso, puellam anniculam, in mortis periculo constitutam, illico pristinæ valetudini restituit.

frondes putridas ori injicit, ut ostendat quanta caritate et reverentia infirmi tractandi sint.

76 Cæterum reverentia quadam singulari, quam excitabat et fovebat caritas, prosequebatur infirmos omnes. Quæ reverentia eximie aliquando apparuit in ipso conventu. Quum frater laicus multis gravibusque plagis cruribus laboraret, atque ipse beatus vir superioris imperio domo abesset, infirmi curam gerebat alter religiosus. Interea loci accidit ut hic, quum folia vix renovaverat, vocaretur ad templum; quo dum pergit, rogat in itinere clericum professum ut sparsas humi in cubiculo frondes colligere velit. Sed hic justo delicatior ab hoc officio manus abstinuit et mox reduci collegæ se talia facere nolle respondit. Inde ortum jurgium. Dum itaque contentiose altercarentur, supervenit B. Bonaventura, et, quo pacem reduceret, sciscitatus est rixæ causam. Altero arguente, altero defendente omissionem, intellexit dissidii initium fuisse ægroti despectum. Subito vultus color mutatus est; vox tamen nulla excidit; sed proripuit se ad invalidi conclave, folia sanie maculata congessit; et, conglobata manu tenens, his illos adortus est verbis: « Et quomodo? Foliane hæc aversanda sunt? An dedignanda? Ubi ergo est caritas? » Quibus dictis, ori injecit putridas frondes. Ut vidit clericus beatum virum eas masticantem, horrore correptus est et vetuit ne deglutiret: « Quid facis, inquiens? occidis te. Quid facis? venenum est. » Et nonnisi multis precibus et clamoribus fecit ut exspueret. Satis utique ostenderat beatus quanta caritate et reverentia exercenda et tractanda sint infirma Christi membra.

Ejus caritas erga latronem contumeliosum.

77 Cæterum eadem caritate complectebatur profligatissimos homines sibique injurios. Vir nequam, a lictoribus ad mortem conquisitus, confugerat in conventum; ubi se pessime gerebat. Interea noctu quadam fimbria pallii altaris sublata est. Qua de re quum sermo esset inter Conventuales, atque ipse facinorosus interrogaretur, hic iracundia correptus adortus est Dei servum: « Tu, inquiens, tu pater, tu hypocrita, latro es; tu furatus es fimbriam. » Quæ ille modeste placideque excepit; quin et hac die omnem sibi destinatum cibum ad eum detulit, ipsemet inani ventre diem transigens. Quod exemplum ut imitaretur spiritualis filia, ab alia graviter offensa, paucis diebus post induxit.

—

CAPUT TERTIUMDECIMUM.

Novus incolatus Neapoli in conventibus S. Mariæ Apparentis et S. Antonii. Caritas in P. Polonum.

Mittitur triennium in Neapolitanum S. Mariæ Apparentis conventum, ubi solitis virtutibus reliquos præit.

Tanto autem animi robori non respondebat corporis valetudo, cui inimicum semper exstiterat insulæ cælum, paucis salubre, et quam spontanei ejus cruciatus profligabant. Laborabat itaque in dies magis urinæ ardore, pectoris impedimento, renum apertura et genus tumore; ita ut ejus discipuli, vitæ ejus timentes, sæpius eum supplices rogarint ut loci mutatione aerem meliorem quæreret et severitati pœnitentiæ modum imponeret. Sed ille totus in superiorum arbitrio collocatus numquam de suo ex insula excessu verba facere voluit: « Hoc, ajebat, non debeo curare. Deus omnia videt, et novit quid mihi expediat. Quando volet me hinc proficisci, inspirabit id ipsemet superioribus, atque ego eorum jussu proficiscar. » Quod factum est. Veritus nempe minister provincialis ne B. Bonaventura cæli gravitati succumberet, jussit Neapolim secedere in conventum Patrum Perusianorum, vulgo dictum S. Mariæ Apparentis *a*, quo omnium votis acciebatur. Summo itaque Isclanorum dolore portu solvit die 19 octobris anni 1698. Ut Neapolim venit, abjecit se ad superioris pedes, benedictionem postulans et veniam fungendi solitis aliquot pietatis exercitiis: quod alibi quoque ab eo factum esse creditur, ne quid extra obedientiæ legem patraret. Triennium illic vixit non minori quam antea religione et vitæ sanctimonia; sed testes non nisi universalibus laudibus eum cumulant. Coram quæsitoribus apostolicis testificatus est guardianus eum perquam perfecte dominatum esse omnibus animi motibus et corporis sensibus; omne genus recreationis, etiam momentaneæ, ei ignotam fuisse; lectum ei visum perpetuum hostem, ita ut quasi non interrumperet vigilias; paupertatem ab eo cultam omnimodam et extremam, nec quidquam ab eo umquam fuisse petitum, licet vestes laceræ essent et miserrimæ; eum a pecuniæ tactu abstinuisse tamquam a re inimica; scommatum et irrisionum fuisse avidissimum, ita ut eis obviam iret. « Videbatur, inquit idem ille guardianus, summopere cupere se Dei honori et proximi saluti impendere; quos duos fines ut consequeretur, nullum laborem, utcumque arduum, fugiebat. Verba ejus commovebant animos et mirabiliter excitabant fidem, spem et caritatem. » Dein laudavit ejus in observandis regularibus institutis diligentiam, indulgentiarum seu ecclesiasticarum pœnæ meritæ remissionum studium contentionemque et angelicam vitæ innocentiam. Quam postremam Joannes Baptista Brocchetti, ejus confessarius, non minus prædicavit, asserens sibi plane certum esse Dei servum a teneris angelos æmulatum fuisse, ita ut non facile esset in generali universæ vitæ confessione peccatorum venialium vestigia deprehendere.

a

79 Dum

Retectionem latronis sacrilegi prædicit et mortem pueri Isclani.

79 Dum autem illic degeret B. Bonaventura, accidit ut noctu ædes sacra sacrilege spoliata fuerit omni argento. Superiori supra modum dolenti sponte adfuit beatus vir et renidenti vultu : « Noli tristari, inquit, pater guardiane; spera in Deum et brevi detegetur latro. » Et revera postridie latro inventus est cum maxima parte prædæ. Tum quoque ex insula Iscla ad Dei servum advenit Andreas Chiaramonte *b*, supra jam nuncupatus, cum uxore et infirmo filiolo. Hunc enim precibus beati viri, cujus apud Deum potentiam jam pridem noverant, sanitati restitutum iri confidebant. Rogarunt itaque eum enixe ut orationes suas interponeret. Sed hic, neglectis parentibus, puerum manu mulcere instituit et dein subridens dixit : « Brevi ad paradisum pergere debet hic puerulus; illuc enim vocatur et exspectatur. » Quibus auditis, Isclam redierunt parentes, minime dubii de fide verborum servi Dei; et reapse intra paucos dies in cælum abiit innocentula anima.

b

Remittitur ad cœnobium Neapolitanum S. Antonii, ubi ejus virtutes, vigiliæ et extases melius observantur;

80 Quum autem prope triennium in S. Mariæ Apparentis cœnobio virtutum exemplis præluxisset, die 7 aprilis anni 1701, superiorum jussu denuo mandatus est ad conventum S. Antonii extra portam Medimnam. Visus illic est idem qui antea, nisi quod a rebus creatis magis apparebat alienus, totus in Deum mente sublatus. Corporis cruciatus æque atroces; ita ut P. Magister Grillo, ejus confessarius, innocentiæ ejus et inculpatæ vitæ certus, non intelligeret quomodo vir, propriorum scelerum non reus, tanta severitate in membra sæviret. Vix duas horas singulis diebus somno dabat, ad templi chorum pergens, quum reliqui cubitum secederent, neque petens cubiculum nisi una hora ante diluculum, albente cælo primus affuturus Matutino. Cujus rei testis fuit vir laicus, more Neapolitano templi custos. Quum enim a Dei servo aliquoties negligentiæ incusatus esset quod lumen coram tabernaculo exstingui sineret, hic, certus id non nisi noctu factum esse, miratus erat hoc peccatum beato viro innotuisse. Sed cessavit admiratio, quum, noctu aliquoties surgens, vidit, lampadis lumine exstincto, chorum illustratum prodigioso lumine, quod ex corpore B. Bonaventuræ proficiscebatur, donec denuo lampas accenderetur; atque tum animadvertit beatum virum integras noctes cum Deo conversari. Illo quoque tempore intellectum est perpetuum ejus silentium et mentis compositionem, quæ ubique observabatur, maxime tempore officii divini aliarumque publicarum precum, et quum se præpararet ad Missæ sacrificium, id celebraret et gratiarum actionem faceret, non ordinariam fuisse animi intentionem, sed extasim et ad cælestia evectionem, suavissimæ dulcedinis scaturiginem.

nudat se ut P. Poloni nuditati consulat.

81 Ad hoc quoque tempus referendum est insigne caritatis specimen. Advenerat in conventum Pater Polonus, nomine Telesphorus, veste tam lacera ut risum, misericordiam et ruborem excitaret. Seduxit eum in cubiculum Dei servus et veste sua induit, semetipsum contegens illius laciniis. Ut dein venit ad suos collegas, hi non potuerunt non ridere tam mirum spectaculum; atque unus etiam eum excepit verbis severioribus : « Quanta, inquit, indecentia et probrum! Quæ hæc tua fuit prudentia? Idem est malum. Si in hospite inhonesta fuit hæc nuditas, non minus inhonesta in te. Et quomodo procurabis tibi aliam vestem, qui non habeas unde tibi compares *c*? » De his non cogitarat beatus vir, caritatis vi abreptus, neque aliud responsum dedit nisi Deo curam fore.

c

ANNOTATA.

a *S. Mariæ Apparentis seu potius ad Paretam conventus et templum sita erant in clivis S. Martini. Carcer S. Mariæ Apparentis in vico Chiaja nunc passim notus. Anno* 1678, *non ita multo antequam illic degit* B. Bonaventura, *descripsit hunc locum Magistrius in Statu suo ecclesiæ Neapolitanæ, pag.* 471, *his verbis :* Fuit S. Mariæ ad Paretam ecclesia fabricata a magistro Philippo S. Georgii, de civitate Perusii monacho Conventuali, sub radicibus S. Martini in amœnissimo loco, qui manet super littus Plagiæ, ubi clare aspicitur mare et deliciosissima loca et viridaria illius situs. Et illi Fratres successive erexerunt pulcram ecclesiam cum conventu; ubi nunc habitant quadraginta Fratres ejusdem ordinis.

b *Vide annotatum* d *ad caput* XI.

c *Confer annotatum* a *ad caput* X.

CAPUT QUARTUMDECIMUM.

Nuceræ Paganorum novitiorum magistri partes concreditæ B. Bonaventuræ. Modus ejus instituendi tirones. Vaticinia. Zelus.

Mittitur Nuceram Paganorum, ubi sit magister novitiorum;

Multa tum consilia conferebant neque ulli parcebant operæ superiores Conventualium quo disciplinæ regularis vigorem reducerent, et maxime tironum educationem, in qua omnis spes posita est, corrigerent. Eapropter ab annis plurimis neminem inter novitios admiserant; et quum jam denuo curriculum aperiendum videretur, sentiebant tanta prudentia opus esse quanta quum novus ordo instituitur. Juvenum director, in quo consistebant omnia, summa cura deligendus. Nemo aptior visus B. Bonaventura. Eruditus quidem non erat; sed neque S. Franciscus Assisias, neque S. Franciscus Paulanus, neque tot alii ordinum religiosorum auctores et sanctimoniæ initiatores hanc laudem habuerunt; sed quæ horum fuit commendatio, hæc ei non deerat, mundi despectus, timor Dei, vitæ severæ amor divinique honoris et humanæ salutis studium singulare. Statuit itaque P. M. Bonaventura Zola, minister provincialis, hoc officium committere servo Dei, etiam interposito imperio, si repugnaret. Hæc quum secum deliberasset, versabatur aliquando cum præclaro P. M. Simeone in Patrum Oratorii æde S. Mariæ Nascentis *a*. Ecce in eum incidit beatus vir; cui stare jusso dixit Zola sibi mentem esse eum magistrum novitiorum constituere Nuceræ Paganorum; ubi ipsemet triginta septem annis ante regularia instituta didicerat. Ut hæc audiit B. Bonaventura,

a

Bonaventura, hunc a se honorem deprecari; se ignarum esse, ineptum, et reliqua, quibus solebat a se amovere quidquid in oculis hominum honestius esset. Locum non èsse excusationibus respondit minister; rem quippe certam decretamque esse; in virtute sanctæ obedientiæ pararet se ad profectionem. Quo imperio non tantum cessavit omnis repugnantia, sed pedes, nullo apparatu, illico itineri se dedit. Mature subitum recessum compererunt Zola et Simeon, et revocato ex via dixerunt tanta festinatione opus non esse, biduo aut triduo res suas componeret et opportuniori hora Nuceram pergeret.

hos singulari cura obedientiam docet,

83 Mense itaque octobri anni 1703 conventum S. Francisci petiit itinere XIX M. P. Totidem enim Neapoli distat Nucera. Qua in sede communi exspectationi præclare satisfecit. Etenim, singulorum indolis explorator diligens et officiorum præceptor atque exactor æquus, studebat juvenum animis non mediocres sed eximias inserere virtutes. Perfectæ obedientiæ et abnegationis amantissimus, eam supremam esse legem volebat. Exemplo S. Francisci aliorumque ordinum fundatorum, res quandoque imperabat aut absurdas et inutiles, nullam in his patiens negligentiam aut contumaciam. Novitius, jussus aliquando ob commissum errorem pavimentum lingua tergere, prompte dicto audiens fuerat; sed, iterato imperio, dubius animi hærebat. Quod ut comperit Dei servus, humi se projecit et per dormitorii partem repsit, lingua pavimentum verrens. Sine pudore hæc videre non potuit discipulus, qui dein sodalibus speculum obedientiæ factus est.

humilitatem aliasque virtutes, omnibus exemplum perfectionis factus.

84 Eximia moderatione corrigebat defectus, ut appareret magis ab eo emendationem expostulari quam pœnas. Vultum aliquando severum exhibebat, ita tamen ut non sineret superioris gravitate offuscari paternum animum. Os nonnumquam solvebat in verba aspera et elata, sed minæ abibant in delenimenta et blandas voces. Disciplinæ domesticæ apices observari volebat, sed ipse præibat exemplo, licet cum magistri officiis conjungere studeret apostoli, pœnitentis et contemplatoris partes. Mutuam commiserationem exigebat, sed de nullo conquerebatur, etiamsi justissimæ erant causæ. Nuper accesserat ex sæculo novitius, qui magistri despectu magna olei copia vestem consperserat. Ast hic non aliis eum excepit verbis quam his humanissimis : « O fili, quid fecisti? » Quibus ille tantopere motus est, ut eum deinceps non minori veneratione quam obsequio prosecutus sit. Quam venerationem et obsequium adversus superiores animis inculcabat plurimum. Quum itaque aliquando P. M. Paschalis Rossi tironum ædes ingressus esset, beatus vir, ad discipulos conversus : « Veneramini, ait, hunc patrem singulariter, non solum quia huic conventui præpositus est, sed quoniam brevi universæ provinciæ præficietur. » Neque tamen tunc temporis hæc præfectura in deliberatione versabatur; sed propheticis verbis anno sequenti fides accessit, quum a capitulo Rossius minister provincialis electus est. Humilitatis christianæ, quæ omnis perfectionis fundamentum est, assectator perpetuus, nullam omittebat occasionem quin novitios hanc virtutem exemplo doceret aut exercitatione. De superioris gradu magnam partem remittebat, numquam patiens ut sibi pro more et lege ministrarent; quin sæpe in multis eis subesse videbatur. « Ex animo (hoc unius est testimonium) despiciebat quidquid in suam existimationem et laudem cederet; atque hæc tantum complectebatur, quæ eum pudore suffunderent. Sese itaque vilem nuncupabat, ignarum humilibusque natalibus, et postponebat omnibus collegis, etiam infimis, quin et suis novitiis. »

AUCTORE V. D. B.

Corrigit eos non verbis tantum, sed et exemplis; convertit juvenem religiosum;

85 Hos aliquando in orbem circum se dispositos, ob rem nullam humi spuere jussit, dein sputa lingua lambere. Horrentes et vix non aperte contumaces ut vidit Dei servus, humi ipse procubuit et lingua omnia sputa delinxsit, exemplo docens quomodo virtute natura domanda sit. Dein se attollens et pedibus consistens, vultuque quasi flammas jaculans, voce gravi et severa ad eos dixit : « Nihil estis et magis abominandi quam illa sputa. » Quibus dictis, attonitos et quasi fulmine perculsos reliquit. Alium juvenem non minus præclare emendavit. Erat is frater Archangelus Rossi, P. M. Paschalis Rossi nepos, vitam religiosam jam professus, sed tanta ferocia vivens ut plurium superiorum (nam ex alia in aliam domum missus fuerat) fatigasset patientiam et demum ipsius patrui, tum Nucerini guardiani, animum a se avertisset. Ultimum itaque remedium sperandum visum est a beati viri curatione. Hic eum adortus est jam suaviter, jam dure : sed nihil retulit nisi contumelias. Animum tamen non despondit, sed humilitate eum domare statuit. Accersitum ergo in cubiculum et sevocatum de genibus, collo fune cincto manibusque junctis, quasi ipse reus esset, incredibili mansuetudine et amore allocutus est, ignorantiam suam incusans veniamque petens admissorum in correctione errorum. Quo miserabili spectaculo adeo motus est juvenis ut, culpas præteritas illico confessus, vitæ emendationem promiserit : quam reapse procuravit.

ejus humilitas, quum extases ejus innotuerunt tironibus.

86 Etiam silentio humilitatem docebat discipulos. Quum scilicet novitius quidam, omnium maxime magistri sanctimoniam admiratus, sæpius ex ejus vultu cælestes radios prodeuntes vidisset, et cella exeuntem denuo prodigiosa luce circumdatum animadvertisset, non potuerat non exclamare venerabundus : « Ah! pater magister mi, angeli vultum habes tuaque præsentia ineffabili me afficit lætitia; et quando tu me alloqueris, residunt omnes animi mei perturbationes. » Qua discipuli simplicitate conquassatus Dei servus, neque verbum respondit, neque oculos in eum movit, sed, tergo obverso, se in cubiculum conjecit. Neque fugere poterant oculatos adolescentes alia Dei dona. « Magister meus, inquit ex eis unus, stans coram quæsitoribus apostolicis, extasis dono ornatus erat; ita ut, quum juvenis essem, dicere solerem ejus animum semper peregrinari; sed postea quum melius consideravi singula momenta, intellexi esse extases; atque ipse sæpius eum animadverti sensuum usu orbatum, quum Dei magnalia contemplaretur, maxime inter celebrandum Missæ sacrificium. « Similiter alius : « Familiari commercio, ait, quod mihi fuit cum servo Dei, sæpe eum vidi inter orandum raptum in Deo, sensibus destitutum et aliquandiu immobilem. Quum ad se rediret, videbatur ex somno expergefieri. Hujus rei causa erat ejus ad sublimissimam contemplationem facilitas quæ, ex continuo ejus orationis usu et ardentissima Dei caritate orta erat. Crescebat autem maxime ejus fervor in Missæ celebratione. Sæpius eum vidi summis pedum digitis insistentem, quasi corpore

AUCTORE V. D. B.

pore fuisset excelsior. Vultus accendebatur coram sanctissimo sacramento, ut res non videretur esse humana. Exibant e facie lucidi radii, quos declarare non possum utpote supernaturales, neque ullis corporibus lucidis, quæ in terra sint, similes. "

Distributio temporis et argumenta ejus instructionum.

87 Diei et noctis spatia certa lege distinxerat, partem dans suis officiis, partem liberæ pietati et pœnitentiæ. Quatuor horas totus erat in spiritualibus exercitiis, mente in cælo conversans. Reliquas inter communia munera et juventutis institutionem distribuebat. Quotidie horam absumebat declarandis ordinis constitutionibus, ritibus sacris et ecclesiasticis cæremoniis. Quas instructiones mirabili condiebat virtutis sensu; sed mirabilius loquebatur de vita mystica et occulta : namque tanta his ejus sermonibus inerat vis, affectus et alacritas, ut animos, quamvis inertes et tepidos, accenderet et quo vellet raperet. Alterum tantum temporis traducebat oratione mentali explicanda : quæ inter de virtutis usu et officiorum exsecutione dicebat. Nulla die omittebat lectionem Vitarum sanctorum, numquam sui interea ita dominus ut internos æmulationis impetus occultare posset.

Septem juvenibus vitæ suæ vices prædicit.

88 Ex hac lectione ceperat aliquando occasionem dicendi de mortis incerto tempore. Qua sermonis opportunitate et prophetæ præsentia impulsi, juvenes suas quisque vitæ rationes ex eo sciscitati sunt, et imprimis quando essent morituri. Itaque F. Bonaventuræ Casella, qui primus hoc quæstionum genus moverat, respondit : " Brevi; namque prius morieris quam ad ordines sacros ascenderis. " " Atque ego, pater magister? " ait dein F. Eugenius de Pescopagano. " Tu etiam, inquit Dei servus, flore juventutis morieris. " Tertio F. Josepho della Saponara, his uso verbis : " Dic mihi, quid de me fiet? " respondit : " Ascendes ad sacerdotium, sed brevi post morieris. " Idem interrogarunt FF. Josephus de Piccinisco et Bonaventura Garofalo : quorum alteri respondit : " Tu non tantum morieris juvenis; sed brevi eris hydrops; " atque huic : " Paucissimi vitæ anni tibi supersunt. " Aderant duo alii fratres, Thomas Albanese et Paulus Alvaro; quibus non libuit virum Dei percontari. Hi diu fuerunt superstites, reliquis designato tempore exstinctis. Præ cæteris mors Bonaventuræ Casellæ admirabilitatem magnam fecit. Post professionem ad studia missus fuerat atque anno 1710 versabatur in conventu Montellano, florida juventute et promptus ad conscendendum subdiaconatus gradum. Magistri vaticinii non erat immemor; sed, prophetam mendacem arbitratus, a ministro provinciali dimissorias literas efflagitaverat. Paratus itaque erat episcopus, dies certus, valetudo optima; ut P. Bonaventuræ minas rideret juvenis. Biduo itaque ante dixit sodalibus : " Hac vice male divinavit P. Bonaventura. Cecinit mihi me e vivis recessurum antequam ad ordines sacros deveniam : et ecce subdiaconatui proximus sum; dimissoriales literas mecum habeo; episcopus paratissimus est; vivo et valeo; et perendino die, quæ dies dominica est, in ordinibus sacris constitutus ero. " Temeritatis arguerunt eum collegæ, sed risu excepit reprehensionem. Postridie sensit quam improvide, quum vehementi correptus febri, lecto jacere coactus est et brevi post, quod mense augusto aer illic gravis est et malignus, Neapolim, in patriam, translatus; ubi vita functus est, subdiaconatus ordine numquam recepto. Ante mortem auditus est dicens : " Ah! nimis vera fuit prophetia, nimis veridicus propheta et magister meus P. Bonaventura *b* ! "

b

Alia documenta quibus novitios instituit.

89 Omnium autem jucundissima et tenerrima erant ejus de Christi passione et amore Dei alloquia. In his quum esset, plus lacrimis et spiritus raptibus quam verbis disserebat. Tum videre erat cælesti pietate perfusum, scintillantibus oculis, corpore extensum, pedum digitis vix humi consistentem, aut, si sederet, corpore et sede sublatis et exsultantibus scintillæ instar, ducentem suspiria et copioso conspersum sudore, etiam frigidissima tempestate. Quo discipulorum animis necessariam erga S. Eucharistiam venerationem et Deiparæ debitum obsequium insinuaret, liberis horis secum eos ducebat ante eorum altaria. Si sacra communione reficiendi essent, irrequieta sollicitudine eos præparabat, sancto fervore inflammans eorum pectora. Indulgentiarum ecclesiasticarum, si quæ lucrandæ essent, pretium et usum docebat diligenter. De castitate dicebat summa prudentia, modestiam sensuumque custodiam sedulo inculcans, et imperiose vetans ne sua aut aliena nuda membra aspicerent *c*, aut aliquem manu tangerent. In re nulla volebat eos reprehensione dignos, Dei amorem et timorem instillabat eis assidue, quo a minimis culpis abhorrerent; continuo in eorum memoriam revocans parvos defectus neglectos gravissimorum peccatorum parentes esse. Insciente se, nil agere eos assuefaciebat atque etiam cogitationes sibi aperire. Ad summam infatigabili prudentique caritate tantum in eorum actus omnes, voluntates et cogitationes nactus erat auctoritatem, ut auditis his solis verbis : " Mortificate vos, " rebus etiam necessariis se spoliarent, cibumque ex ore dejicerent, pauperibus reservandum, se forsan minori fame pressis. Ultima hora vespertina pium regebat exercitium, cui nomen *bene vivendi et bene moriendi* dederat. Erat autem in eo positum ut, recitatis communiter consuetis orationibus, unus aliquis supinus humi jaceret agonizantis aut mortui specie et circumstantes novitii psalmum *De profundis* aliasque preces funebres dicerent *d*. Eos deinde cubitum dimittebat, semper jam unum, jam alium secum retinens, quocum integram fere noctem traduceret, aut pia meditatione aut spiritualibus colloquiis.

c

d

Vitam severissimam ab eis exigit, ipse in se longe severior.

90 Hoc tirocinium aut eremitarum solitudinem dixisses aut angelorum paradisum. Valere jussa oblectamenta seu animi remissiones, ipsis regulis permissæ. Singulis mensibus si daretur ex claustro excedere, præclara liberalitas; namque non nisi trinis aut pluribus mensibus licebat pedem extra conventum ferre *e*. Quam facultatem quum concederet, volebat omnia in spirituale lucrum converti; sermones fieri nonnisi de rebus divinis; habitum et incessum ad modestiæ leges compositum; et, si locorum solitudo pateretur, jubebat eos spinas et tribulos evellere, ne viatoribus nocerent et iræ essent blasphemiarumque occasiones. Durum utique hoc jugum juvenibus, sæculo vix egressis; sed lenibus ejus alloquiis hoc eis tam suave fiebat et optabile, ut assuescerent id alacriter portare : neque jubebantur uno die perfectionis apicem attingere, sed per gradus ducebantur ad absolutam sui victoriam. Accedebat magistri exemplum, ex cujus comparatione intelligebant a se

e

se non nisi facilia postulari. Corpus crucifigere eos docebat, sobriosque esse et abstinentiæ præclaros; sed fragorem nocturnarum flagellationem audiebant, cellulæ parietes sanguine conspersos videbant, genus tumorem gangræna vitiatum noverant, et omnia membra quasi uno continuo vulnere cruentata; neque tamen ab eo minui corporis cruciatus, neque jejunia, neque assiduas ad infirmos et moribundos cursitationes. Otium omnino inter eos non patiebatur; sed apparebat ante eorum oculos magister sacristiam curans et ædem, pauperibus et pœnitentibus opitulans, sanctimoniales claustris inclusas dirigens, a prædicatione et institutione numquam lassus et, dum dormirent, corpore et spiritu vigilans. Demum cælestis sagacitas, qua penitus introspiciebat eorum mentes, et vaticinia frequentia de futura eorum fortuna sacro quodam timore eos continebant et simul ineffabili amore eorum animos illi obstringebant; ita ut non solum ejus jussa prætergredi non auderent, sed nec vota, etiamsi extra hominum conspectum essent.

Furtum novitii detegit; ab omnibus justo pretio non habetur; a superiore male tractatur.

91 Ab hac tamen via deflexit aliquando F. Franciscus Maria Tolbe, terra de Abriola, diœcesi Potentina; sed male ei cessit. Reliquias acceperat Dei servus ab ordinis protectore, cardinali Vallemani; et aliquot efflagitaverat Tolbius. Sed his non contentus, absentia magistri, quem in reficiendis laceris vestibus in cubiculo adjuvabat, opportune usus, capsam aperuerat, reliquias alias abstulerat, et ad opus redierat. Ut eum B. Bonaventura redux diligenter suentem vidit : « Amice, ait subridens, repone reliquias in arcula unde sustulisti. » Erubuit juvenis furtumque negavit. Mendacium ægrius tulit magister et voce severa : « Non est, inquit, quod neges aut mentiaris. Certissime scio reliquias a te sublatas esse; eas ad locum suum refer. » Effugium nullum supererat culpamque suam fassus est juvenis. Neque omnes alii magistri doctrinam sequebantur, virtutesque ejus justo pretio habebant, ut hac occasione Rugilus animadvertat sanctos nonnisi post mortem, quum cesset invidia et tacita alienæ negligentiæ reprehensio, quæ eximiæ sanctimoniæ adhærere solet, debita laude cumulari. Et quidem religiosus sacerdos, instigante diabolo, eum adortus est in publico claustro non minus injuriose quam arroganter; sed nihil turbatus Dei servus beneficii loco habuit contumelias, et de genu osculatus maledici manum gratias egit veniamque postulavit. Quod, ni fallor, ipsius guardiani peccatum fuit *f*. Sed neque alii justo loco ejus sanctimoniam habebant. Ex unius ore audivit Rugilus hanc confessionem : « Oh! si tunc ea mihi fuisset rerum existimatio, quæ nunc mihi est! Per inscitiam meam multas res magnas tum non intelligebam, quæ nunc mihi videntur mysteria et prodigia! » Verumtamen quasi propheta inter eos incedebat et plena erat Nucerina domus ejus vaticiniorum fama. Plura retulimus; pauca hoc loco adjiciemus.

f

Alteri Conventuali prænuntiat episcopatum, alteri adversi examinis theologici exitum.

92 Aliquando inter deambulandum cum discipulis de obvio juvene professo voce miserabili dixit eis : « Oh! juvenis ille morietur priusquam ad sacerdotium perveniat! » et revera, licet tum viribus esset robustis, non multo post diem obiit. Accidit quoque dum illic versaretur ut ad P. M. Simeonem, cujus nomen sæpius jam recurrit, deferrentur ex insula Iscla P. M. Gagliani literæ, quibus B. Bonaventura singulariter salvere jubebatur. Nil suspicatus P. Simeon salutem ad Dei servum detulit; qui respondit : « Novi quid significare velit ille pater. Eum Isclæ novi et monui eum episcopum futurum. Hac salutatione in memoriam mihi revocare intendit hanc meam promissionem, nondum impletam. Ei dico et tu ei scribas simpliciter eum episcopum futurum. » Quæ postrema verba lætiori vultu protulit. Quæ quum coram quæsitoribus apostolicis testaretur P. Simeon, addidit tunc temporis, anno scilicet 1707 multoque minus aliquot annis ante, quum Isclæ habitaret vir Dei, nullas in P. Galliano fuisse laudes, quæ tantam ei mererentur aut præsagirent dignitatem. Verumtamen anno 1715, quadriennio post beati viri mortem, Umbriaticensis episcopus creatus est *g*. Nuceræ quoque aliquando convenit Dei servum juvenis pater diligentia et ingenii acumine insigni, jam bacalaureus, nomine Januarius Antonius Ercolini, quum Romam pergeret, magisterii lauream in certamine petiturus. Rogavit beatum virum an approbationem nancisceretur et aliquando ad summos literarios honores perveniret. Cui, in cubiculum seorsum deducto, manu correptam Christi cruci affixi imagunculam ostendit : « Laudo, inquiens, tua studia; sed a te postulo ut ad pedes hujus Christi Jesu studeas, ut operam majorem des servitio et omnia tua impendas saluti animarum. » Hæc communis beati viri ad ingeniosos juvenes adhortatio ut scilicet Christum patientem meditarentur, confessiones exciperent, Dei verbum prædicarent et proximi æternam felicitatem procurarent sedulo. Sed tum addidit : « Prænuntio tibi, fili, omnem tuam defatigationem vanam fore. Omni tua solertia non adipisceris quæ cogitas; numquam eris magister. » Hæc monita non curavit juvenis; sed nec approbatus fuit, neque umquam consecutus est magisterii honores.

AUCTORE V. D. B.

g

Sacerdotem, mente captum multaque erronea et blasphema dicentem, domat.

93 Quum potiorem suam curam tironibus deberet, minus quam alibi tempus exteris dare poterat. Dabat tamen, ut supra diximus. Quo pertinet indefessus ardor quem in cohibendis absurdis dictis presbyteri amentis exseruit. Is vir doctrinæ fama olim floruerat, omnibus honoratus; sed morbo nonnihil captus animi erat. Delirus multa aliquando effutiebat temeraria, erronea aut a fidei puritate aliena. Hæc ab aliis presbyteris negligebantur, utpote non ab iniqua voluntate, sed a mota mente profecta; non item a Dei servo, cui satis non erat peccata compescere a libertate vitiosa, sed ea etiam quæ ab insania erant ignoscenda. Comperto itaque miserum verba blasphema aut minus pia dixisse, sive in proximo esset, sive in longinquo, continuo accurrebat et oculorum flammis verborumque jaculis vesanum virum quasi fulminabat. Accendebatur vero magis et ferociebat, si ille resisteret; et si necesse esset errores redarguere, facultatem oratoriam et scientiam theologicam auxilio vocabat. Quem virum, neminis reverentem, adeo domuit ut suam vocem, non secus as infans magistri virgam, pertimesceret. Sed Neapolim cum beato viro redeundum est.

ANNOTATA.

a *Eo advenerant S. Philippi discipuli anno* 1586. *Initio sedes exigua; postea pulcherrimus conventus cum splendido templo.*

AUCTORE V. D. B.

b *Josephus Maria Rugilo in* B. Bonaventuræ *Vita, pag.* 211, *demonstrat hoc vaticinium longe certissimum esse. Quum enim adstantes juvenes paulo post per provinciam dispersi sunt, vulgarunt ubique* B. Bonaventuræ *dicta; quorum refrigerabatur memoria, quoties pars aliqua implebatur.*

c *Minus mira videbitur hæc commendatio, si cogitetur plerosque tirones humili loco fuisse natos, et quidem sub cælo, ubi operarii nuditatem minus vitent.*

d *Similia exercitia etiam in aliquot Societatis Jesu tirociniis facta fuisse constat. P. Dominicus Lejeunehomme in itinere quod anno* 1627 *Flexia Ulyssiponem instituit, inde Indias petiturus, narrat se in villa Ulyssiponensis tirocinii novitios vidisse vespere facientes colloquium confessorum et martyrum; martyres, tergo arbori obverso, quasi alligatos, capite nudo, oculis ad cælum sublatis, dixisse quæ martyrem decerent; confessores alio situ animam Deo commendasse; atque hæc tanta pietate ut ex adstantium oculis lacrimas elicerent. Non dubito quin hic ludus plurimum valuerit ad tot excitandos missionarios adeoque martyres, quot Societas nostra Lusitanica utrisque Indiis dedit.*

e *Communibus tirocinii regulis permissa erat hebdomadaria ambulatio.*

f *Rugilus docet* B. Bonaventuram *a duobus superioribus dure et contumeliose fuisse habitum; sed studiose eorum nomina tacet. Alter certo fuit guardianus Ravellanus; alter nullo indicio significatur. Sed quum Rugilus narrat beatum virum Nuceræ a religioso sacerdote in publico claustro injuriose fuisse exceptum, mihi videtur ipsum superiorem designare; maxime quod alibi neminem contumeliarum incusat. Quod vero nomen esset illi guardiano Nucerino non reperio traditum: non ausim dicere Paschalem Rossium, secundum servi Dei prophetiam creatum ministrum provincialem.*

g *Rugilus et Rossius affirmant Antonium Gallianum episcopum Umbriaticensem in Calabria Citeriori creatum esse anno* 1713, *biennio post beati* Bonaventuræ *mortem. Hæc quidem sedes vacabat ab anno* 1708; *sed Coletus in appendice ad episcopos Umbriaticenses Ughellianos diserte docet Gallianum Umbriaticensi infula redimitum fuisse* 21 *januarii anni* 1715; *sed non diu commissum gregem pavisse quippe hoc eodem anno mense augusto diem obiverit. Præplacet Coleti auctoritas.*

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

Neapoli infirmorum cura B. Bonaventuræ. Nova pietatis, caritatis et obedientiæ exempla. Mira constantia in dira cruris curatione. Verborum diligentia. Consanguineorum fuga.

Neapolim revocatus, curat infirmos del Vo-

Illic itaque ad occasum castelli S. Angeli consurgit in colle vicus *del Vomere*, amœnissimis nunc villis in montis clivis circumdatus et tem-

plis ornatus; olim multo minus florens, accessu difficili et ministerii ecclesiastici neutiquam dives: quem in locum anno 1707 lues epidemica ingruerat, magnam stragem faciens. Interim initio mensis junii Neapolim revocatur Dei servus: quod iter instituit magno solatio, tum quod obedientiam et humilitatem exhiberet relinquendo novitiorum ministerio, tum quod spes ei esset succurrendi miseris. Et sane, quamvis provectæ ætatis et affectæ valetudinis incommodis premeretur, nullum omisit diem quin asperi montis juga conscenderet et sparsas domos maxima defatigatione visitaret, ægrotum nullum præteriens. Paucis animo eis addito, de salutis æternæ rationibus disserebat, suspiriis et fletibus vocem interrumpentibus. Quibus ut commotos videbat infirmos, de corporis sanitate nihil amplius cogitans, totum se dabat animæ curationi, non prius a cœptis desistens quam eam in gratiam cum Deo rediisse cerneret. Guttam demum olei ex S. Antonii lampade (vasculum hujus olei secum semper circumferebat) eis applicabat; quo cælesti remedio multos ad sanitatem non sine prodigio reduxit. Nuspiam ad cælestia promptior visus est. Sæpius quam umquam vultus accendebatur et rapiebatur spiritus; radii magis corusci ex ejus fronte proficiscebantur; sudor copiosior, etiam hieme, membris manavit; motus corporisque succussus magis extra ordinem; et contemplatio quasi perpetua. « Quum diu cum servo Dei in S. Antonii conventu Neapolitano versatus sim, — hæc unus ex collegis coram quæsitoribus apostolicis testatus est, — vidi eum sæpe integras horas coram SS. Sacramento Altaris genibus procumbentem, plane immotum, licet circumcirca rumor esset et populi frequentia; non mutantem neque locum, neque corporis compositionem, maxime ante et post Missæ sacrificium. Atque tunc ego aliique præsentes eum æstimavimus, atque nunc æstimo eum extasi abreptum fuisse et a sensibus alienum. »

mere, ad cælestia et extases solito promptior.

Colloquio de Assisiate templo movetur ad lacrimas.

95 Antea parcus erat verborum; jam libentius loquebatur, securius et liberius, sed semper de Deo, verbisque acutissimis. Qui sermones sæpe mixti aut interrupti lacrimis et planctu. Exemplum retulit Nicolaus Sirletius, ordinis Conventualium presbyter, qui et magna pars fuerat. Namque ipse Sirletius, Assisii veneratus S. Francisci memoriam, vix redux erat in conventum suum S. Antonii seu S. Spiritus Neapolitanum, quum ecce adest servus Dei; et, data invicem redditaque salute, incredibili aviditate ex eo sciscitatur singulas sanctuarii partes, structuram, rationes modosque. Sed, paucis auditis, mutatur colore, accenditur et solvitur in vehementem planctum. Quo narrantis vox obscuratur et emollitur animus; ut hic quoque lacrimas cœperit profundere, nec potuerit sermonem continuare.

Caritate in pauperes et obedientia effulget.

96 Quum Isclanis innotuisset beatum virum denuo Neapoli versari, convenerunt eum plures ex pristinis discipulis: hos inter recensentur Maria Angela a Cruce et canonicus Michael Garofalo. Cum hoc aliquando in civitatem ingressus Dei servus, incidit in mendicum, qui canonicum, neglecto religioso, eleemosynam rogavit. Michael, totus intentus colloquio, sine industria, sed levi aliquo impatientiæ motu abegit pauperem. Non minus quam vulnus pectori inflictum sensit hoc beatus vir. Qui primum tacere, dein pallere et contremiscere, et demum ventre

ventre intumescere; ita ut animam efflaturus videretur. Qua re animadversa, mendicum accersivit canonicus et donatum dimisit. « Continuo autem, Garofali verba sunt, tumor abivit, rediit serenitas, et colloquium nostrum continuavimus solita ejus tranquillitate et vultu hilaro. Tantopere ei horrori erat quidquid caritati adversaretur. « Similiter simplici cæcaque obedientia ad finem vitæ usque effulsit. Socium eum secum sumpserat aliquando Bonaventura de Marinis, cœnobii S. Spiritus guardianus; quem amicus, in foro Castelli obvius, seorsum traxit, secreto quædam dicturus. Monuit guardianus socium hoc loco consisteret; se mox rediturum. Sed colloquii momento aut voluptate abduci se passus est, beatum virum plane oblitus. Neque domi ante noctis tenebras eum recordatus est. Tum sciscitatus de eo, nondum esse reducem intellexit, licet pluvia cecidisset copiosa. Inquiri jussit ubi eum consistere imperaverat. Facile repertus, totus madidus; et quidem, dum imber ingrueret, loco se non moverat, licet quatuor inde passibus adesset refugium *a*.

a *Febri cogitur gangrænam genus superioribus manifestare;*

97 Quod vero plerumque multo difficilius est, obedientiæ lege constringi sivit opera sua pœnalia. Sed quum his modum imposuit, vicariam manum adhibuit Deus et tot eum afflixit malis, doloribus et plagis, ut collegæ timerent, quantavis ejus esset constantia, ne mors sequeretur. Genus sinistri diutinus tumor in gangrænam abiverat *b*, et ne tumidum crus et femur eadem vitiarentur periculum erat. Sed ipse, dissimulato dolore et incommodo, prosequebatur suos consuetos labores; neque ægritudinem suam prius manifestavit quam ex inflammato vulnere febricitans lecto jacere coactus est *c*. Tunc demum corpus suum, vulneribus conspersum, medicis curandum tradidit non sine joco; gaudens quod Deus eum pati sineret. Quum autem dolores erant acerbissimi, tum audiebatur cum gaudio exclamans : « Ecce nunc Deus meus vere mihi vult bene? Semper sint Deo meo laudes, benedictio et gratiarum actio! »

b

c

incredibili constantia sectionem et adustionem chirurgicam sustinet;

98 Omnes vero in B. Bonaventura periclitari videbantur, nec quidquam omittendum censebant quo auxilium afferretur servo Dei. Optimi itaque accersiti sunt Neapolitani chirurgi. Sed his contentus non fuit marchio Franciscus Navaretta, regius consiliarius, qui, abjectis omnibus curis temporalibus, conventum S. Spiritus incolebat, quo facilius a beato viro dirigeretur. Julianum itaque misit, unde Franciscum Buglione, optimum universæ regionis chirurgum, accerserent. Accurrit Buglio et cum collegis Neapolitanis deliberationem habuit. Febris, gangræna et erysipelas tam gravia visa sunt, ut communi consensu pronuntiarint mortem vicinam esse, nisi miraculum interveniret; ignem tamen et ferrum adhiberi posse tamquam ultimam spem. Quo nuntio omnes ad lacrimas commoti; sed nihil turbatus est Dei servus. Dum itaque alii denudant ejus genu, femur et crus, alii latam laminam duasque virgas ferreas igne incendunt, et Buglio expedit instrumenta, quibus decerpat potius quam secet carnes. Corpus sustinendum visum est, ne inter sectionem se moveret et periculum augeretur. Sed Dei servus, in medio positus, omnes vincebat constantia et monebat necesse non esse ut sustentaretur; se satis validum esse : et reapse nullius adjutorium admisit. Horrebat multo magis denudare corpus; sed jussis paruit, ita tamen ut retexerit hanc solam partem quæ videnda et tangenda erat. In genu, gangræna tumidum, forcipes immisit Buglio, et aperto vulneri candentem laminam applicuit. Deinde novacula usque ad vivum tribus locis femur incidit, singulisque secturis ignitum ferrum admovit. Interea alter chirurgus tibiam cruciabat, cultrum virgasque ignitas per vicem adhibens. Cujus lanienæ testes, ut ipsimet postea coram quæsitoribus apostolicis professi sunt, pallore et horrore perfundebantur; ipse vere Dei servus, quem martyrem dixeris, neque pedem, neque manum, neque ullam corporis partem movit, statuæ marmoreæ similis aut potius homini res divinas contemplanti. Oculos namque apertos continuo in cælum intendit, identidem dicens : « Maria, Maria, Maria! » Ad cujus opem unus ex compluribus testibus tantam constantiam retulit.

in verbis suis mirum in modum accuratus est;

99 Corporis deinde curam medicis et superioribus omnino permisit Dei servus. Lecto jacere jussus est; sed, hujus solatii insolens, repertus est primum non tectus, sed acervo pannulorum, per domum pridem collectorum, involutus extra decentiam; ut alius religiosus eum stragula sua contegere debuerit. Abstinuit quoque ab omni sacro ministerio; sed brevi tempore, quum mox redditum sit satis virium, non quo sanitas restituta videretur, sed quo acturosæ caritati ablata quies. Tum verborum magis quam umquam sollicitus. Medico Bartholomæo Persico sciscitanti responderat se aliquantisper melius valere, sed scalas nondum scandere posse. Verum hæc non accurate dicta ei visa sunt; revocato itaque medico : « Vide, inquit, dixi me scalas ascendere non posse; sed hoc absolute verum non est; dicere volebam me nonnisi ægerrime ascendere posse. » Alias roganti chirurgo Sebastiano de Alteriis promiserat se beneficii accepti memorem pro eo Deum oraturum usque ad vitæ finem; sed brevi subiit cogitatio impedimenta contingere posse. Subjunxit itaque : « Vide, promitto me pro te oraturum, sed tunc dumtaxat quando potero. Esne contentus? » « Apprime, » respondit chirurgus, insuetus tantæ verborum diligentiæ.

incipit minoris facere voluntarios corporis cruciatus, ad quos tamen mox redit;

100 Cœpit tum quoque aliter sentire de voluntariis cruciatibus, quos a magistro Dominico a Muro didicerat, quibus omne vitæ tempus corpus supra modum afflixerat et quæ proculdubio causa fuerant gangrænæ et duodecim aliorum morborum quos experiebatur. Cuidam itaque corporales pœnitentias memoranti respondit : « Non parum facio, si hunc infirmum (corpus indicabat) curem. » Præterea unum ex collegis hæc de vitæ severitate et perfectione præcepta docuit : « Cura ut passiones tuas mortifices; hac enim in re consistit vera perfectio, non in flagellationibus, in jejuniis aliisque corporis afflictationibus; quæ levis momenti sunt. Equidem in juventute hoc pœnitentiarum genus usurpavi multum; sed annorum decursu cognovi corporis castigationem certe utilem esse spirituali profectui, genuinam tamen sanctitatem filiam esse perfecti in passiones dominii. » Verumtamen, licet ita sentiret, ut primum licuit, rediit ad pristinam consuetudinem affligendi corporis; adeo ut mutatio fere deprehendi non potuerit. Pergebat novendialia et vigilias celebrare, quibus jejunabat in pane et aqua; singulis hebdomadibus tres dies dabat, ut olim, jejuniis; noctes pæne integras et dierum partem traducebat

AUCTORE V. D. B.

bat in oratione, quæ mortis appropinquatione etiam magis continua visa est. De geniculationibus nihil intermissum, licet aliud suaderent genus, femoris et tibiæ vulnera, brevi in fistulas cavernosas et incurabiles mutata. Certis horis corpus flagellabat, ut prius, usque ad sanguinem. Asperrimum cilicium non nisi cum vita posuit. Adeoque vix quidquam in pœnitentialibus suis institutis mutavit.

ægre se videndum sistit consanguineo.

101 Interea longo itinere venit Neapolim quidam ex ejus consanguineis et tres dies ad eum accedere tentavit; sed frustra. Nam quo magis soli Deo vivebat beatus vir, eo magis abhorrebat omne commercium quod carne et sanguine niteretur. Rogavit igitur peregrinus superiorem ut interponeret suam auctoritatem. Jussus itaque vir Dei se propinquo sistere, adivit conventus januam: ubi, oculis in terram conversis brachiisque compositis, se videndum præbuit; sed nonnisi paucis obscurisque verbis ad interrogata respondit et post brevem moram deseruit advenam, verecundia confusum magis quam fortuna sua contentum. Verum et ipse beatus vir paulo mox inde abscedere debuit.

ANNOTATA.

a *Vide quæ de hoc obedientiæ genere diximus annotato* d *ad caput* II.

b *Jam Nuceræ gangræna genu vitiatum fuerit oportet, ut liquet ex his quæ num.* 90 *dicta sunt.*

c *Ex his patet* B. Bonaventuræ *patiendi amor; sed hæc nequaquam in exemplum proponendi sunt. Et quidem regulares passim jubentur suis legibus opportune suos morbos manifestare.*

CAPUT SEXTUMDECIMUM.

Restitutio conventus Ravellani. Missio B. Bonaventuræ. Guardiani officium frustra oblatum. Raptus. Vaticinium. Sacrum ministerium. Contumeliæ superioris. Sociorum desertio. Summa penuria.

Ravelli in littore Amalphitano, ubi innumeræ ædes sacræ erant, Innocentii X constitutione suppressum fuerat Conventualium monasterium;

* Costa d'Amalfi.

Plus viginti milliariis recta linea a Neapoli jacet, ad orientem prospectans, Ravellum, quæ et Rebellum et Rabellum, civitas in montibus littoris Amalphitani * posita, itinere maritimo quindecim milliaria a Salerno dissita, terrestri leucas septem, ab Amalphia duas. De antiquitate ferbuerunt olim controversiæ, ut de initiis plerorumque oppidorum Italiæ; sed sæculo XI jam erat condita et proprium episcopum habebat. Volunt aliquando illic versatos esse hominum triginta sex millia; quod nemo sanæ mentis crediderit. Ineunte sæculo XVI recensiti foci 180; qui numerus aliquantisper crevit et decrevit, ut anno 1669 essent dumtaxat 69, adeoque homines 300 circiter. Initio autem hujus sæculi vix 1500 et viginti annis post prope 1200. Sed si deessent incolæ, tanto plures aderant ædes sacræ: olim centum quatuor fuisse ferebantur; anno 1724 paulo post B. Bonaventuræ mortem quinquaginta duæ, ex quibus parochiales tredecim et monasticæ quatuor; ita ut temporibus, ad quæ devenimus, una fere esset ædes sacra in singulas familias. Quid autem a tali rerum conditione exspectes, nisi malesuadum otium a presbyteris et cœnobitis, status clericalis abjectionem, agrorum et industriæ negligentiam et lentam incurabilemque populi exhaustionem et inopiam? His malis ut remedium aliquod afferretur, caverat jam pridem concilium Tridentinum ne quis ordinaretur " qui judicio sui episcopi non sit utilis aut necessarius suis ecclesiis; " leges multas tulerant Romani pontifices, quibus modus fieret ædificationi conventuum aut templorum, maxime ne quæ exstruerentur parum utilia aut plebibus gravia; verbo multa sapienter constituta fuerant adversus nimium ædium sacrarum virorumque ecclesiasticorum numerum. Verum per hominum negligentiam aut minus sapientem pietatem factum erat ut exspectatus inde fructus non perciperetur. Quapropter Innocentius papa X anno 1652 jussit ut omnes minores conventus, in quibus regularem disciplinam servari non sinebat incolarum paucitas, supprimerentur. Multi continuo clamores exorti adversus constitutionem *Instaurandæ*, maxime adversus ejus auctorem, celeberrimum jurisperitum Fagnanium, quem inimicum capitalem Fratrum dixerunt, sed qui ecclesiæ optime consuluisse videtur. Re quidem vera ex hoc decreto occasionem lucri sumpsisse traditur Olympia Maidalchini Pamphili, Innocentii X cognata; sed hujus harpyiæ facinora, a quibus nihil integrum fuit, efficere non possunt quin Innocentiana lex optima sit.

quod monasterium quum Perimezzio episcopo restituendum visum est,

103 Quum itaque Ravelli cœnobia Augustinianorum et Conventualium necessario fratrum numero carerent, ambo suppressa sunt. Verum, licet Ravelli abundarent parochi (erant numero tredecim) et licet adessent canonici aliique cum episcopo clerici, quum tamen nulli Fratres essent, quibus secundum regionis mores peccata confiterentur accolæ, penuria spirituali laborabat oppidum. Quapropter Josephus Maria Perimezzi, ex ordine Minimorum S. Francisci a Paula ad regimen ecclesiarum Ravellanæ et Scalensis (unitæ enim jam pridem erant, utpote ambæ mirum in modum exiguæ,) et a literarum scientia morumque probitate commendatus, operæ non pepercit ut Conventuales postliminii jure in pristinum reducerentur cœnobium. Provinciæ Conventualium Neapolitanæ præerat tum non a longo tempore Bonaventura Cennamus, ille ipse juvenis, cui olim beatus vir prædixerat, ut suo loco narravimus, eum aliquando fore magistrum et plus quam magistrum; et magistro, fore ut provincialis munere fungeretur: quæ omnia impleta erant. Restabat ut Conventuales Ravelli restituerentur, quo B. Bonaventura illic sepulcrum nancisceretur, quemadmodum V. D. S. Dominicus a Muro triginta annis ante eum præmonuerat. Neque huic vaticinio defuit fides. Namque postulatis episcopi et Ravellani populi assensit Cennamus, et quo initia sanctiora essent, statuit eo destinare B. Bonaventuram. Quod consilium probatum est commissario generali, qui tum Neapoli in conventu S. Laurentii Majori versabatur.

eo missus est commissarius

104 Accersito itaque ad se Dei servo dixit

AUCTORE V. D. B.

B. Bonaventura, qui tum raptum patitur et guardiani officium a se deprecatur:

commissarius : « Conventus fundandus nobis est Ravelli, quoniam rogamur ab episcopo et populo ; et certum mihi est te illuc destinare. » Quibus vix auditis, memor sibi moriendum esse Ravelli, ut ex magistro audiverat et ipse sæpius declaraverat Isclæ, Nuceræ et Neapoli, vultu exarsit beatus vir, et in genua procumbens brachiisque in crucem extensis, quasi sui impos, exclamavit : « Pergo, pater commissari, pergo ; et si conventus is cedere non debeat in Dei gloriam et ordinis honorem, precor Deum ut mihi vitam eripiat, priusquam illuc venero. » Quæ dum diceret, spiritu raptus est et, corporis compositione formaque genuflectentis non mutata, levatus est in aerem, tertia palmi parte super terram hærens. Quo viso miraculo, jussit superior in virtute sanctæ obedientiæ ut ad sensus et terram rediret pedibusque staret. Quod illico factum, vultus ardore evanescente. Tum superior, dissimulans miraculum : « Vellem, inquit, te Ravellum ire titulo fundatoris et præpositi novæ familiæ, quo melius possis ibidem constituere regularem observantiam et procurare proximi utilitatem Deique gloriam. » Ad hæc verba palluit Dei servus, et toto corpore tremens profudit lacrimas prorupit que in hæc verba : « Supplex precor te ne hoc facias ; crede mihi, ineptus sum ad regendos alios. Faxit Deus ut me ipse regere possim ; » et in abundantiores ivit lacrimas. Resistere non potuit superior, et, mutata sententia, misit eum omnis auctoritatis expertem.

prædicit ante abitum principi de Sirignano eum votis nobilium consiliarium regium futurum : quod præter omnem spem contingit.

105 Priusquam Neapoli digressus est, convenit valedicendi gratia Josephum di Gennaro, principem de Sirignano, nobilissimi sanguinis, sed patrimonio naufragum. Quæ tum facta sunt excipienda sunt ex ipsius principis ore. « Collatum mihi erat officium præsidis in provincia ; sed id admittere non sinebat tum parentum senectus, tum aliæ justæ causæ. Optabam itaque aliud munus, quo sustentarem familiam ; nam temporum calamitate recisi erant domus meæ reditus. Necessitatem meam exposui Dei servo ; qui rogatus se pro me Deum oraturum recepit. Quum autem anno 1710, quando ante Ravellanum iter me ultimum salutaturus convenit, nondum mihi quidquam obtigisset, conquestus sum quod abiret, nulla re in meum commodum facta. At ille mihi seorsim, vultu accenso, dixit : « Feci, feci ; » et dein : « Quodnam in hac civitate posses habere officium perpetuum ? » Respondi : « Curatoris sanitatis publicæ habere potui ; sed hoc non est publicum. » Tum Dei servus : « Sed quodnam officium habere posses in
a consilio *a* ? » Ad quæ ego : « Civitas non confert officia in S. R. consilio ; neque consiliarius esse possum, quippe qui neque doctor, neque doctus sum. » At ille : « Hoc novi, nec quidquam aliud novi nisi quod habebis officium perpetuum in S. R. consilio, cum annua mercede mille atque
b etiam bis mille ducatorum *b*. » In quo sermone quum nil quod humanum non esset suspicarer, cum nemine communicavi nisi cum uxore mea Alexandra Minutola Casarelli. Neque sciebam in S. R. consilio officium esse patricium, quod diceretur primarii regii consilii et conferretur a civitate votis omnium ordinum nobilium. Ne etiam de hoc cogitarem obstabat florens ducis de Spezzano valetudo, quem excepturus videbatur Ferdinandus Sanfelice. Verum biennio post e fabrica lapsus dux de Spezzano diem obiit. Vacuum officium ut ambirem hortatus est me dux de Marigliano ; sed ne indecoram repulsam ferrem, nolui me periculo exponere, omnemque hujus rei curam ei permisi. Et quidem, quum omnes nobiles aliis suffragari videbantur, tot undique consurgebant obstacula ut animo prorsus caderem. Revocavit mihi tum mea uxor in memoriam verba servi Dei ; quibus quasi propheticis affirmatus sum animo et concursationes contentionesque continuari permisi. Verumtamen omnia erant adversa : namque omnis nobilitas, quin ipsi mei consanguinei et amici atque cardinalis Pignatellius aliis condidatis favebant. Nihilominus tot tamque variæ res intercesserunt, ut, animis mutatis, mihi collatum fuerit officium : ut non dubitem quin miraculum sit. Omnes enim prædictionis partes impletæ sunt. Contra omnem scilicet humanam exspectationem obtinui officium perpetuum primarii S. R. consilii ; quod unicum officium in S. R. consilio confertur a civitate secretis suffragiis omnium ordinum nobilium. Primo anno mercedem accepi mille ducatorum, secundo duorum circiter millium. Quæ omnia attribuo potentissimæ servi Dei intercessioni ; qui quæ mihi vivus pollicitus erat, mortuus sed in cælis regnans impetravit. »

Receptus Ravelli festive, fit confessarius episcoporum Ravellani et Minorensis, monasteriorum S. Claræ et S. Cataldi, et in universo littore Amalphitano ministerium sacrum exercet.

106 Postquam itaque principi de Sirignano aliisque amicis valedixisset Dei servus, die 4 januarii anni 1710, cum guardiano P. Dominico Vessicchio aliisque fratribus profectus est Ravellum, ubi festive recepti sunt et antiquæ sedi restituti. Hæc inter eos singulari erat honore, quoniam S. Bonaventura cardinalis ibi habitasse dicebatur, et quievisse S. Franciscus a Paula, monticulo prodigiose consurgente majoris commodi gratia : in cujus rei memoriam ædicula exstructa erat. Placuit maxime Perimezzio servi Dei adventus ; a primis diebus dixit ei se totum gregem ejus curæ committere ; præposuit eum dein spirituali regimini duorum monasteriorum virginum nobilium S. Cataldi et S. Claræ *c* et demum suam ipsius animam ei permisit usque ad mortem. Quod quum intellexit Franciscus Morgione *d*, episcopus Minorensis, antea sedis Rubensis antistes, eum etiam in confessarium suum conscientiæque arbitrum selegit. (Milliario scilicet tantum a Ravello distat Rheginna Minor, ad littus maris posita, focos habens illo tempore non multo plus octoginta, sed tria parochialia templa et complura alia ; quæ inter cathedrale, ministrantibus quindecim canonicis et sex hebdomadariis.) In his autem non retinebat Dei servus suum zelum ; debebatur totus animarum saluti, nec a quoquam suam operam desiderari patiebatur. Universum littus Amalphitanum, quod ex civitatulis episcopalibus constare videbatur, eum laborantem vidit, adeoque Scala, Amalphia, Atranum, Rheginna Minor, Rheginella Major * aliaque loca sæpius ejus sudore maduerunt. Quocumque vocaretur ibat, nulla umquam locorum difficultate aut longinquitate impeditus semperque paratus ad concionandum Dei verbum, audiendas confessiones et adjuvandos miseros, moribundos et peccatores, miraculis etiam patratis.

c

d

* Majore.

Obedientia mira ;

107 Profecto mirabilis erat indefessus ejus labor, quem cohibere numquam potuit corporis infirmitas, ex tot orta morbis et cruciatibus, neque montium asperitas, quæ in hac regione summa est, neque pluviæ ventique vis, quæ in editioribus his locis perquam importune sævit.

Sola

AUCTORE V. D. B

Sola obedientia eum sistere poterat. Et quidem quum aliquando in eo esset ut cum guardiano exiret, dixit hic ei, quod soli egredi præplaceret : « Exspecta hic. » Pro more vestigio se non movit amplius Dei servus. Interea Atrano *e* venit difficillima semita mulier, peccata sua confessura; at ille accedere renuit, jussus illic stare. Adeoque quatuor horas ibi stetit immotus, obedientiæ legem præferens caritati. Ecce aliud obedientiæ specimen : domus plena erat muribus; adversus quam labem guardianus felem procurarat eamque, quum alio vocaretur, crediderat Dei servo, dicens. « Observa hanc felem, donec rediero. » Ut autem se in dormitorio, ignoto loco, vidit bestia, occultare se tentavit. Sed Dei servus, jussus eam observare, prosequebatur eam; ita ut spectaculum esset non miserabile minus quam ridiculum cernere Dei servum fugacem felem observantem. Quatuor horis post, quum scilicet rediit superior, repertus est vir Dei animal e regione blandiens.

e

patientia et reverentia erga superiorem contumeliosum.

108 Detrimentum nullum afferebant ejus obediendi studio et reverentiæ erga superiorem quotidianæ injuriæ et maleficia quæ illic experiebatur. Guardianus scilicet, juvenis imprudens, inexpertus, lingua intemperanti, iracundus et violentus, exprobationibus assiduis eum insectabatur *f*. Aliquando in plurium corona ebriosum eum appellavit et voracem, vehementique ictu ejus pectus pulsavit, quoniam a difficillimo itinere lassus et sudans scyphum vini rogarat. Sæpe etiam tempore prandii jubebat virum, annis, sanctimonia et communi veneratione spectabilem, genibus niti et se publice flagellare. Quæ sævities improbabatur omnibus præterquam Dei servo; qui, sui semper compos, se suaque accusabat, superioris reprehensores corrigebat et debita reverentia prosequebatur guardianum. Aliquando tamen ut ipsemet confessario aperuit, pectus intumescere sensit, quasi venarum diruptio immineret. Ut se in proximo iracundiæ periculo vidit, dixit sibi « Crepa, morere; sed ne respondeas. »

f

Relictus cum solo fratre laico, quotidie Amalphiam pergit ad confessarium; illi obedit et in maxima versatur penuria :

109 Neque hac una superioris inclementia patientia ejus exercebatur. Conventus, a tot annis desertus, pluviis et ventis patebat, ruinan trahens; reditus parcissimi, quoniam absentibus patribus pars bonorum dissipata fuerat, pars in alienas manus devenerat, et vix quidquam sine lite recuperari poterat; subsidii aliquid subministrabat Perimezzius, sed non satis, adeoque in pauperrima regione mendicato vivendum erat. Supellex commoda aberat a cubiculis; in templo et ad altaria vix decens. Tantam penuriam non ferentes guardianus aliique fratres unus post alium appropinquante hieme, dilapsi sunt *g*; sed Dei servus caritate proximi et paupertatis amore pedem inde non movit, suasitque fratri laico ut ipse quoque remaneret. Secum itaque presbyterum non habens, quum tamen quotidie ante Missam conscientiam sacramentaliter expiare vellet, aliquandiu singulis diebus primo mane montuoso itinere Amalphiam ivit atque inde Ravellum redivit, quo purior sacris operaretur. Sed postea, quum Amalphiam ex alia provincia advenisset junior presbyter Conventualis, blanditiis delinimentisque eum induxit ut secum habitaret Ravelli. Prius fratri laico tamquam superiori obedivit, postea juveni presbytero. Quamdiu cum solo laico fuit, non culinam, non alium locum ingressus est, nisi prius ad januam venia postulata. Aliquando, initio hiemis, frigore contremiscens, rogavit licentiam intrandi in culinam; sed focum exstinctum reperit : quem propter ligni penuriam denuo accendi non posse dixit frater. Excessit itaque Dei servus et petivit conventus partem minus apertam; sed nullus locus a vento liber erat. Reperit igitur eum in angulo gelidum Octavius Deliani, pictor et beati viri filius spiritualis. Cui admiranti quod tanto frigore ad ignem non staret, respondit mira mansuetudine et simplicitate : « Dixit mihi laicus ignem accendendum non esse; necesse quippe esse ut ligno parcatur. » Sed hæc penuria erat universalis; verum ipse nullas de ea fundebat querelas; si Perimezzius interrogaret eum an quid deesset, respondere solebat nihil necessarii deesse, et plus esse in conventu quam ipse mereretur. Neque commissarius generalis quidquam de hac cognovit inopia, nisi serius et ex extraneis.

g

ipsemet B. Bonaventura *auget penuriam eleemosynarum largitione, solatus socios colloquiis de abstinentia, aliterve placans.*

110 Augebat egestatem ipse Dei servus. Namque quum scirent pauperes eum solum domi esse, accedebant ad conventus portam, et signo eorum audito, ibat beatus vir ad tenuem penum eisque afferebat unde famem levarent. Quod aliquandiu silentio tolerarunt socii, sed tandem conqueri cœpit frater laicus. Quibus querelis quum non moveretur misericors pater et pergeret necessaria inter mendicos distribuere, paulatim in jurgia, iras et exprobrationes prorupit frater; quæ vir Dei blando excipiebat subridentique vultu, in hæc aut similia respondens verba : « Sed quid faciendum est, quum pauperes multi sint et fame moriantur? » Ad quæ frater : « Et nos interea nonne etiam fame moriemur? » At ille : « Nobis Deus providebit. » Frequentia hæc erant inter patientem presbyterum et impatientem laicum litigia. Hic sæpius denuo ad colligendas eleemosynas exire cogebatur, et Deus interdum aderat miraculis, sed nonnumquam tolerandum erat invitis jejunium. Sedebant aliquando ad mensam (duos alios presbyteros secum tum habebat Dei servus), neque panem, neque alia alimenta afferre poterat laicus, quoniam tardius egestionem animadverterat. Displicuit universis præpostera servi Dei caritas; qui mirabili animi tranquillitate et vultu verbisque suavissimis instituit dicere de abstinentiæ fructibus. Qui sermo, initio parum gratus, paulatim eos ita demulsit ut nemo amplius quereretur de coacto jejunio. Atque hac ratione sæpius composuit querelas de inopportuna sua largitate. Alio die magnam panis copiam mendicando collegerat laicus; sed vespere cellam penariam invenit vacuam. Flammantibus itaque oculis adivit Dei servum : « Quid, inquiens, fecisti de omni hoc pane? » Respondit pacifice : « Dedi pauperibus, qui hodie mane magno venerunt numero; et propterea jejunus hodie mane fui. » Tum ille : « Tu loqueris de matutino tempore, ego de vespertino. Quid faciemus? » Ad quæ beatus vir subridens : « Herba vesci poterimus. » Sine animi commotione hæc audire non potuit laicus, qui, quamvis advesperasceret, denuo exivit mendicatum. Alio tempore, omnibus cibis distributis in pauperes, sedavit socium presbyterum frustulo panis, et laicum uno pane nautico seu paximate *, ipse herbis silvestribus contentus.

* biscotto

111 Sed sæpe jejunus transigebat dies. Namque certis suis jejunii diebus rogabat laicum partem panis sibi ad mensam destinatam, eamque dabat pauperibus, vescens herbis, fabis aut aliis leguminibus

Nullas omittit artes, quibus pauperes pascat : ejus erga eos reverentia.

leguminibus; quæ si deerant, omni alimento carebat. Atque ita re nulla indigebat, ut loquebatur cum Perimezzio, et infirmum corpus curabat, sicut narrabat suis clientibus. Si laicus domi esset, nihil dabat sine ejus licentia; sed, ut pauperes adesse noverat, vocabat laicum donec veniret : tum vero eum rogare et obtestari in nomine pauperum Jesu Christi eleemosynam concederet : finiens flebilem suam orationem his fere verbis : « Pauperculi non habent unde vivant. Si fame enecentur! » Supra modum beatus erat, si laicus facile consentiret; sin autem, tanto fervore instabat tantasque adhibebat blanditias ut eum tandem emolliret. Quo liberalior esset laicus et pauperum, Christi personam repræsentantium, reverentior, distribuenti eleemosynas adesse studebat, genuflectens prius ante mendicum et donum exosculans. Quam formam etiam servare debebat laicus, Dei servo absente.

Item ejus caritas erga leprosum et viros contumeliosos.

112 Sed multo admirabilius sequens exemplum. Ravello Atranum pergenti cum laico, obvius fuit B. Bonaventuræ mendicus, cujus faciem lepra depasta erat. Horrore correptus avertit se beatus vir, socium tamen rogans ut stipem egenti daret; sed mox se adversus caritatem peccasse arbitratus, cursu vestigia relegit, leprosum brachiis strinxit, vulneraque lingua linxit. Interrogatus dein a comite quid vultus putredinem lambisset, respondit : « Ob infirmam carnem videbar mihi effugisse hunc mihi obvium pauperem; quum tamen fieri possit ut sanctus sit. » Quibus dictis, se denuo castigavit, dentibus manum mordens. Aliam formam induit ejus caritas in sequentibus. Rogatus ab ecclesiastico viro sæculari ut, opera sua interposita, pacem inter fratres reduceret, ab eodem in publica via dicteriis indignissimis exceptus est; quæ, ut alii laudes, sic ipse audivit libens, genibusque flexis irato gratias reddidit. Similiter egit cum juvene nobili et libidinoso : qui quum beati viri ministerio se impeditum sensit in furtivis amoribus, iram vindictamque concepit animo; quas, quum ei aliquando obvius factus est, furibundus evomuit : sed ille, ut prima improperia audivit, in genua procubuit et silentio audivit nebulonem, donec fatigatione defecit. Tum vultu voceque placidissima hæc sola dixit verba : « Quid mali feci? » Quibus ille non quidem delenitus est, sed a vi abstinuit tergumque vertit, dicens : « Eas in malam crucem. » Quum humo surrexisset, rogavit eum socius, quæ juveni esset simultatis causa; sed probrum ejus aperire noluit Dei servus, satis habens respondere : « Deus novit. »

ANNOTATA.

a *Sacrum consilium institutum fuerat a regibus Aragonensibus. Quantum hujus ordinis rationes ad* B. Bonaventuram *pertinent, satis hoc loco explicitæ sunt.*

b *Ducata Neapolitana singula æquabant tum præterpropter francos quatuor et dimidium.*

c *S. Claræ Franciscanum monasterium puellare, anno* 1333 *a patricio Philippo Pironto conditum, non Scalæ ad hæc usque tempora exstitit, quemadmodum tradidit Rossius in* B. Bonaventuræ *Vita, sed Ravelli. Contra S. Cataldi Benedictinum monasterium puellare, ineunte hoc sæculo suppressum, exsistebat Scalæ; quæ civitas episcopalis mille circiter incolis frequens uno milliario a Ravello distat. Hæc suffraganea est provinciæ Salernitanæ; Ravellum vero olim Amalphitanæ, sed jam pridem exempta. Ambæ tamen ecclesiæ unitæ die* 31 *julii anni* 1603; *quibus præsedit Perimezzius ab anno* 1707 *usque ad annum* 1714; *quo ad sedem Oppidensem in Calabria ulteriori translatus est. Ravellanæ et Scalensis ecclesiarum ultimus episcopus fuit Silvester Miccu, qui anno* 1804 *ad Amalphitanam translatus est. Vacaverunt dein usque ad annum* 1818, *quo a Pio VII suppressæ sunt et Amalphitanæ unitæ.*

AUCTORE V. D. B.

d *Rheginna Minor, vulgo* Minori, *interposito monte, adjacet Ravello ad orientem, uno milliario dissita. Rugilus appellat hunc episcopum Carolum Cutillum, manifesto errore. Nam Pansa in Historia Amalphitana et Coletus in auctariis ad Ughellii Italiam sacram tradunt Carolum Cutillum, olim abbatem generalem Montis Virginis, accessisse ad sedem Minorensem die* 13 *septembris anni* 1694, *et vita functum mense decembri anni* 1704. *Quare substitui successorem, Franciscum Morgione, ante Rubensem episcopum, qui a die* 18 *maji anni* 1705 *usque ad mensem novembrem anni* 1712 *Minorensem cathedram occupavit.*

e *Atranum, vulgo* Atrani, *olim pars erat Amalphiæ, prospectans ad orientem, profunda valle a Ravello divisa, tribus millibus incolarum frequens, subest archiepiscopo Amalphitano. — Nolim repetere quæ sæpius de hoc obedientiæ genere monui.*

f *Certum est* 1° *guardianum Ravellanum alterum fuisse ex superioribus qui* B. Bonaventuram *contumeliose habuerit;* 2° *illum guardianum eumdem esse qui, antequam servus Dei sepulcro impositus est, mamillam ejus abscindi jusserit;* 3° *P. Dominicum Vessicchium, ineunte anno* 1710 *cum beato viro Ravellum missum fuisse, guardiani titulo decoratum, atque hoc munus, utpote triennale, non fuisse absolutum die* 26 *octobris anni* 1711, *quo* B. Bonaventura *e vivis recessit. Indubium itaque videtur P. Dominicum Vessicchium illarum injuriarum reum esse.*

g *Superior aliique socii dilapsi sunt ante finem anni* 1710, *et redierunt post hiemem; ita ut hiemali tantum tempore abfuisse videantur.*

CAPUT SEPTIMUMDECIMUM.

Miracula et vaticinia B. Bonaventuræ Ravelli.

B. Bonaventuram.

Miraculorum dono adjuvit aliquando Deus ejus caritatem. Josephus Manso Ravellanus, renalium vertebrarum offensione curvatus et ab incessu præpeditus, filii brachiis et duorum baculorum ope qualitercumque ad conventum ductus est. Dimisit beatus vir filium; qui, prodigii præsagus, se in angulo abscondit. Supervenit chirurgus Josephus d'Ippolito; qui et ipse secessit.

AUCTORE V. D. B.

secessit. Ambo itaque viderunt Dei servum accedentem ad infirmum audiveruntque dicentem: « Josephe mi, quomodo tu vales? quomodo te habes? » At ille, ex imo pectore suspirans, respondit: « Ah Pater, morior. » Ad quæ beatus vir: « Ne dubites, macte animo; Dei enim omnipotentia sanari potes. Habesne fiduciam in Deo? » Quumque ægrotus affirmasset: « In genua itaque procumbe, ait; » brachiisque eum sustinens, adjuvit. Dein quo vividiorem ejus fidem faceret, jussit eum recitare symbolum apostolicum et orationem dominicam. Sed interea, sublato clamore, prosilit vir; sanitatem videlicet viresque recuperaverat. Tum, consolatione repletus: « Pater, inquit, quid est hoc? Tu me sanitati restituisti. » Sed Dei servus: « Non ego, non ego, humili voce respondit, te sanitati restitui, fili mi; sed Deus infinite misericors et potens. Gratus itaque erga eum esto; et tace. » Quibus dictis, occlusit se in cubiculo; unde reliquum diem non exivit.

miraculorum dono adjuvat Deus.

114 Ecce aliud exemplum: Antonia di Palma lenta subtilique febre laborabat et, quinque jam menses aqua inter cutem pedum afflicta, a medicis derelicta erat, quasi insanabili hydropisi ægrotans. A mortalibus itaque desperata, ad superos confugere statuit, et interno ignotoque impulsu se ad altare S. Antonii Patavini deducendam curavit; ubi ante thaumaturgi imaginem de malis suis lacrimans conquesta est. Ejus planctu excitus beatus Bonaventura rogavit eam quæ causa doloris esset aut quid vellet. Infirmitatem suam declaravit mulier seque ejus precibus commendavit. Tum ille: « Bono animo esto, filia; sanctus enim hanc tibi faciet gratiam. » Dein incurvatus alterum pedem leviter tetigit, eamque spe plenam deseruit, sacris operaturus. Missæ pie interfuit femina; et quidem ad sacrificii finem amborum pedum tumor evanuerat et febris. Diu dein firma valetudine superstes vixit. Similiter levi capitis tactu Catharinam Christinam, apoplexia resolutam mortique vicinam, a gravissimo malo liberavit. Nobilem virum Josephum Confalone, triennium dirissimis stomachi doloribus tentatum, frustra unxit oleo ex S. Antonii lampade; sed postridie, quum aqua oleum abluit, eum subito ad salutem perduxit. Mulierem prius capite, dein una scapula et demum altera scapula acutissime dolentem, ita manus impositione percuravit, ut fugiens malum persequi visus sit.

Spiritu propheticofratrem suum corrigit et juvenem rudem;

115 Spiritus propheticus Ravellum quoque secutus erat Dei servum, ut ex sequentibus exemplis manifestum erit. Erat ei frater natu minor, nomine Josephus, inter Conventuales laïcos Potentinos adscriptus, jocorum amantior quam religiosæ severitatis; de qua re eum sæpius frustra aut scriptis literis aut aliena opera corripuerat beatus vir. Quum autem aliquando cælum tonitribus streperet, turrim conscendit laicus, æs campanum pro more pulsaturus; sed incidens fulmen galerum, medias vestes mediumque corpus combussit, miserumque præcipitem dedit, ut omnes mortuum crederent: sed prodigio sanus repertus est. Et quidem quatuor diebus post accepit a fratre, rarissime ad eum dante literas et quatriduano itinere dissito, schedam his inscriptam verbis: « Frater, casus, quem expertus es, faciat te diligentiorem. Ad tuam necem fulmen advenerat; sed Deus misericors per patroni tui intercessionem concedit tibi novum et vitæ et pœnitentiæ spatium. Gratias itaque Deo age de magno hoc beneficio, et operibus gratum tuum animum deinceps ostende. » Unde videtur B. Bonaventura divino indicio fratris periculum novisse suisque precibus amovisse. Ex hoc tempore alius vir factus est Josephus; qui fratri diu superstes sanctissimam obivit mortem. Joannem Manso, juvenem pauperem simplicemque, spiritu prophetico plane correxit. Ut enim ipsemet coram quæsitoribus apostolicis testatus est, eum Dei servus sæpe seorsum accersebat, et tum brachia complicare jusso dicebat: « Tu hanc aut illam alteram rem fecisti aut cogitasti hoc aut illo loco; » singula accurate distinguens. « Quare, sic pergit Manso, sedulo abstinebam ab omni imperfectione, sciens Dei servum id divino lumine cogniturum et me reprehensurum. » Cujus rei hoc est singulare specimen. Atranum missus Joannes beati viri mandatum oblitus erat, non nisi in redeundo recordatus. Redux juvenis dixit coram multis Dei servo se Atrani frustra quæsivisse. Dissimulavit mendacium B. Bonaventura; sed quum abivissent socii, seduxit Joannem eumque his verbis blande adortus est: « Præclarum mendacium! Dixisti te Atrani non potuisse reperire quod quæreres: hoc non est verum. Nihil quæsivisti; oblitus eras; et recordatus es dumtaxat coram templo S. Mariæ de Castellione. Cave ne denuo mentiaris. Os enim quod mentitur occidit animam. (SAP. I, 11.) »

item duos viros ad crudelem vindictam sumendam paratos;

116 Octavius Deliani, pictor Amalphitanus jam memoratus, in Ravellano conventu commorabatur propter assignatos labores, sed dies festos domi degebat. Quum itaque aliquando feria II Ravellum rediisset, convenit eum Dei servus, dixitque: « Octavi, tu idem non es qui heri abivisti. » Ille negavit. Tum beatus vir: « Quid negas? Scio enim te heri vespere cum cognato tuo, a quo graviter offensus es, vehementer jurgatum esse; a quo occisus fuisses, nisi cavisses. » Inhorruit ad hæc Octavius, quod extra domum nemo quidquam de his intellexerat. Sed perrexit Dei servus: « Novi insuper, ait, te hodie mane, quum Amalphia Ravellum venires, cogitasse de vindictæ modis et statuisse ejus necem. » Quæ, Deo sibique dumtaxat nota, ut audivit Octavius, facilius se ad veniam dandam ex animo flecti sivit. Josephus Manso *a*, frater forte illius Joannis, iratus Carmelo di Amato, secum deliberaverat eum morti tradere, adeoque noctu in via solitaria *delli Magroni* inimicum exspectabat. Interea apud Conventuales versabatur Carmelus; sed secunda hora exivit, nihil suspicans. Divinitus periculum cognovit Dei servus; continuo prosiluit e cubiculo, descendit per scalas, cucurritque post Carmelum. Quem ut assecutus est: « Fili mi, inquit, quum nunc domum redis, vita viam solitam *delli Magroni*, aliamque carpe. » Nihil præterea addidit. Admonitioni paruit Carmelus et per ambages domum repetiit. Frustra itaque eum exspectavit totam noctem Manso, qui nonnisi albente cælo ad suos reversus est. Sed orto sole a B. Bonaventura per nuntium accersitus est. Ivit, nescius quid sibi vellet beatus vir. Qui ut eum vidit, seorsum duxit eum dixitque: « Josephe, quid cogitasti facere hac nocte? » Palluitque ad hæc verba miser, responditque se nil cogitasse facere. Tum Dei servus: « Quomodo affirmas te nihil cogitasse facere? Nonne heri vespere strinxisti pugionem? Nonne hac nocte exspectasti in via *delli Magroni* Carmelum, quem occideres? »

a

Eum

Eum deinde tam potentibus verbis commovit ut ad redintegrandam cum Carmelo amicitiam adduxerit : qui deinde totam vitæ tempus summa pace et concordia vixerunt.

vaticiniis feminas aliquot futuri admonet ;

117 Antonia di Palma, quam paulo supra commemoravi, conquerebatur aliquando apud B. Bonaventuram de numerosa sua prole, quam non nisi ægre ali sinebat paupertas. Corripuit eam beatus vir quod de Dei donis conquereretur; sed dein ad patientiam hortatus est, lætusque subjecit : « Gaude, quoniam die quadam dominica paries filium, presbyterum aliquando futurum tuumque auxiliatorem. » Quibus dictis fidem addidit eventus. Soror Catharina Bonito, nobilis S. Claræ monialis, quum aliquando in comitatu aliarum sororum colloqueretur de præfecturis claustralibus et animum ab eis alienum demonstraret : « Verumtamen, respondit ille, elegeris abbatissa; plures annos gubernabis monasterium et in ipso officio morieris : » Et quidem biennio post electa est, et, absoluto triennio, consensu Congregationis de rebus regularium, ad novum triennium in officio confirmata; sub cujus finem diem obiit : ita ut omnes vaticinii partes impletæ fuerint. Educabatur in eodem cœnobio nobilis puella Anna d'Afflitto, vitam religiosam exosa. Ægre ferebant hanc animi aversionem moniales, maxime consanguineæ. Quarum una, cæteris tristior, quum suam aliquando mœstitiam Dei servo explicaret, hic respondit in hæc verba : « Ne dubites; fidem facio neptem tuam numquam futuram laicam, ut velle videtur atque tu times. Abhinc anno sponte sua vestem religiosam assumet, facietque novitiatum et solemnem professionem, magna vestra omnium ædificatione; et semper in claustris vivet, ut bonam decet monialem. » Quibus omnibus respondit eventus.

item viros aliquot,

118 Chirurgicus Josephus d'Ippolito, cujus nomen sæpe recurrit, solebat secum ad Dei servum filiolum suum ducere; de quo sæpe ille inter blanditias dixit : « Oh! puellus iste pro mundo hoc factus non est; debet esse angelus paradisi. » Atque antequam e pueris excederet, cælum hac terra commutavit. Fulvius Guerra, juvenis Romanus et Perimezzii episcopi familiaris, quum, dimisso ministerio, in procinctu esset ut Ravello discederet, venit ad eum B. Bonaventura dixitque : « Bono animo iter fac; brevi enim servies alteri episcopo, similiter regulari, ex nobili stirpe, sed majori diœcesi præposito. » Reapse, Romam redux, brevi transiit juvenis in familiam episcopi Spoletani Lascari. Quod vaticinium coram quæsitoribus apostolicis aperuit Perimezzius; qui et testatus est Dei servum disertis verbis iisque minimum dubiis significasse se a Ravellana et Scalensi ecclesiis ad majorem translatum iri; neque umquam postea dicta sua infirmasse. Neque huic vaticinio defuit fides, quum Perimezzius ineunte anno 1714 ad sedem episcopalem Oppidi in Calabria *b* translatus fuerit.

b

imprimis nobilem juvenem, Emmanuelem d'Afflito.

119 Ultimo vitæ anno, Christi 1711, die festa S. Annæ *c*, patronæ suæ, Scala Ravellum venerat nobilis adolescens, Emmanuel d'Afflitto nomine. In itinere cogitarat peccata sua confiteri Dei servo, quem vix de facie noverat, studiorum causa alibi fere ætate transacta. Sed recordatus se in peccatum reservatum incidisse, (diu confabulatus fuerat cum puella educanda, quam, invita matre sua Maria del Ponte, in uxorem accipere statuerat et ardebat,) sententiam mutavit. Sed vespere templum cathedrale ingressus, ut miraculosum S. Pantaleonis, Ravellani patroni, sanguinem *d* veneraretur, orantem offendit B. Bonaventuram; cujus manum humaniter et reverenter osculari tentavit. « Oh, ait Dei servus, exspectavi te hodie mane : quidni venisti? » Obscura verba intellexit juvenis respondítque : « Confessus sum peccata mea vicario *e*. » Tum ille : « Bene fecisti : sed num quid est quod mihi dicas? » In votis erat juveni promissum matrimonium matrisque repugnantiam enarrare; sed rubore inhibitus est, nec quidquam dixit nisi hæc verba : « Pater, ora pro me. » Abiturientem seduxit Dei servus atque his verbis allocutus est : « Fili mi, nemini vivo manifestes quæ tibi dicturus sum. Frustra matrimonium concupiscis. Numquam eris maritus aut illius juvenculæ aut alius feminæ. Deus te creavit ad sacerdotium. » Ad quæ juvenis : « O Pater, ait, ne hoc attingas. Quæ dicis fieri non possunt. Puella illa uxor mea fieri debet. Promissionem feci; quam, quum nobilis sim, implere debeo, etiamsi mundus ruat. » Reposuit B. Bonaventura : « Fac quæ voles; eris tamen clericus, neque umquam uxorem duces. Cave itaque et time ne, si Dei voluntati repugnes, moriaris, priusquam uxorem duxeris : » His nonnihil turbatus est juvenis, et beati viri dicta aperuit presbytero Carolo Alviggi, domui suæ familiari. Quæ quum ex hujus ore audivisset mater, sperare cœpit; nisi quod mortis minis terreretur. Misit itaque presbyterum ad Dei servum, quem rogaret ut, fusis pro filio precibus, clarius sibi manifestaret divinam voluntatem. Retulit hic pro responso : ne timeret; certo futurum ut Emmanuel matrimonium non contraheret; eum itaque vitæ usura non privandum, sed clero daturum suum nomen. Et quidem paulatim ille amor ita refriguit ut quam primum conditionem clericalem inire vellet, matremque suis precibus fatigaret. Sed hæc, inconsulto Dei famulo, consentire noluit; qui respondit nondum advenisse tempus; novam mentis mutationem instare; remittenda lora; futurum tamen certissime ut presbyter fiat, adeoque hoc ipso tempore quum cathedrale templum maxime indigebit. Reapse post mortem Dei servi abjecit novam sententiam alteramque puellam amare cœpit. Quo nuntio mater commota non est, beati viri dictis confidens. Non frustra. Triennio post priora sponsalia, firma voluntate ascendit ad sacros ordines, et cantoratu (nam tum cantor obiit) auctus est; quum autem presbyter creatus est, Antonius Sasso, vicarius capitularis et archidiaconus Scalensis, vita recedens, hunc ei locum vacuum fecit; quem archidiaconatum diu multa laude tenuit.

c

AUCTORE V. D. B.

d

e

ANNOTATA.

a *Vir eodem nomine supra occurrit, num.* 115.

b *Oppidensis diœcesis in provincia ecclesiastica Rhegiensi ad quadraginta milliaria extenditur et sedecim loca seu pagos continet.*

c *Rugilus S. Annæ festum indicat, Rossius S. Antonii, utique Patavini, hoc mense junio, illud mense julio. Sed certissime festum S. Annæ retinendum est, quod celebratur die* 26 *julii : nam postridie festum erat S. Pantaleo-*

AUCTORE V. D. B.

nis, medici Nicomediensis, quod 27 ejusdem mensis agitur.

d *Sanguis S. Pantaleonis, medici et martyris Nicomediensis, Ravelli multisque aliis locis servatus*, liquefit ad primas vesperas festi ejus, quando intonatur DEUS TUORUM MILITUM, usque ad secundas vesperas festi, quod celebratur die 27 julii. *De qua re vide num.* 31 *Commentarii de S. Pantaleone, quem ad eam diem decessores nostri Actis sanctorum inseruerunt.*

e *Scilicet vicario generali, quoniam clancularium colloquium cum puella educanda peccatum reservatum erat in illis partibus.*

CAPUT OCTAVUMDECIMUM.

B. Bonaventuræ concio de exarmanda ira Dei. Raptus et corporis elevationes super terram. Ultimus morbus. Effigies.

i concio B. aventuræ varmanda Dei;

Valuit proculdubio illa beati viri caritas et hæc rerum futurarum cognitio ad publicam ei conciliandam reverentiam. Ultimus in eo venerando esse noluit Perimezzius; qui aliquando ad pedes ejus se abjecit, qui eos oscularetur. Sed restitit vir Dei, neque consensit nisi ipse prius episcopi pedibus oscula fixisset. Si quæ autem res majoris momenti aut in templo aut in diœcesi peragenda erat, consiliarium et apostolum adhibebat eum bonus antistes: adeo ut esset B. Bonaventura quasi oculus et custos ejus vineæ, et, si publicæ aut singulares ingruerent calamitates, refugium et solatium miserorum. Cujus rei ecce exemplum. Ignitos cineres evomuerat Vesuvius, regionem circumcirca ipsumque Amalphitanum promontorium perdens. Quo ira Dei cessaret et montis sulfurei eruptio, rogavit Ravellanus præsul virum Dei ut de exarmanda divina vindicta ad populum diceret. Dicto audiens fuit beatus pater; et jam animos audientium ad pœnitentiam flexerat, quum, exemplo S. Francisci Assisiatis, supplicavit populo ut in se tamquam in omnis mali causam sævirent; humique prostratus et terra velociter repens, jussit proximo religioso ut fune, quem collo admoverat, juvaret se in trahendis humi corporis membris. Quod reapse factum esset, nisi populi clamores et episcopi vetitum impedimento fuissent. Cæterum Dei honor incendebat ejus animum. Quum aliquando in templo esset, audivit virum superbum et violentum foris prorumpentem in blasphemias. Illico zelo inflammatus sine formidine excurrit ad vesanum eumque tanta verborum vi objurgavit ut, qui neminem reverebatur, se revereretur, atque pallidus et contremiscens ad servi Dei pedes procumberet, veniam demisse postulans.

vitæ ibus, e Missæ e, ra- atitur et terram s eleva-

121 Quanto propior morti erat, tanto magis crescebat contemplationis studium et raptuum frequentia. In hac conventus solitudine placebat ei singulariter cella quam sibi elegerat. Erat enim ipse pristinus religiosorum chorus, ex quo per fenestellam prospectus erat ad altare. Hic in summo silentio (nam magnam partem solus fere conventum incoluit, qui conventus seorsim erat positus a raris Ravellanorum civium domunculis,) Christum in sacra Eucharistia latitantem adorabat, intuebatur, tantaque prosequebatur pietate, ut non nisi ægre inde avelli posset. Quodsi inde arcessendus esset, satis non erat aperire portam eumque vocare, sed manu excutiendus erat quasi ex divino somno; nisi pauperes aut moribundi ejus indigerent auxilio: tum promptus erat ad auditum et ad exitum. Blasius d'Ippolito, chirurgi filius, singularia quædam memoriæ servavit: „Equidem, inquit, stans coram quæsitoribus apostolicis, novi servum Dei extasium dono ornatum fuisse. Quum enim frequenter ei in Missæ sacrificio serviverim, vidi eum sæpius, quum ad Missæ canonem venisset, corpore elevatum quatuor circiter digitis supra altaris gradum: tum vultus erubescebat, resplendebat et sudore manabat. Eadem corporis compositio durabat fere horæ quadrantem. Interea habitus membrorum is erat, quem ceremoniæ sacræ postularent. Contingebant hæc ei maxime diebus ferialibus, quum nemo adesset; itaque tum ejus Missa erat diuturnior quam diebus festis, quum adstaret populus. Quas extases judicavi semper esse supernaturales; et mihi terrori simul erat et gaudio videre eum immotum tamquam statuam et sine spiritu elevatum supra terram. „ Lucretia Famulare, Conventualium tertiaria, similiter testata est se vidisse sæpius Isclæ (ita ut multo ante mortem hoc donum jam acceperit) Dei servum inter celebrandum divinum sacrificium pedibus a terra sublatum, fuisse ita ut extremis digitis dumtaxat niteretur in gradu altaris; tum vultum resplenduisse; atque hanc elevationem, quæ omnibus præsentibus divinum donum videbatur atque ex Dei amore profecta, aliquando mediam fere horam durasse. Non aliter soror Joanna Proto, item tertiaria, quæ testata est se aviam Aureliam Marinam audivisse quum diceret se aliquando Missæ tempore vidisse servum Dei palmo elevatum super gradum altaris. „ Atque ego aliquando, addidit Joanna Proto, quum ejus Missæ interessem, vidi eum inflammatum et quasi paratum volare. „ Antonia Amato hoc testimonium dixit: „ Narravit mihi Angela di Marino mea mater se mane quodam intra Missæ sacrificium suis oculis eum vidisse toto corpore elevatum super gradum altaris. „ Quæ confirmavit Laurentius Proto, ecclesiasticus vir, dicens: „ Dixit mihi Angela di Marino, avia mea, servum Dei intra Missæ sacrificium toto corpore super gradum altaris palmo circiter elevatum fuisse. „

et minimis rebus extra se abripitur. Multis modis prænuntiat proximam suam mortem.

122 Cæterum, illo tempore minima re, neque tantum sacrificii eucharistici majestate, extra se rapiebatur. Quum enim ei pomum obtulit parochus Franciscus d'Amato, dicens: „ Vide quam bene oleat istud pomum; „ Dei servus, cogitans de cælesti suavitate et fragrantia, vultu mutatus est, usum sensuum amisit et palmum supra terram elevatus aliquandiu hæsit: ut vero ad se rediit et in terram descendit, cucurrit ad cubiculum ubi se quasi pudore suffusus absconderet. Tum quoque nulla ei magis placebant colloquia quam de morte. Audiebatur quum diceret „ se velle abire ad patriam; se locum velle ubi in perfecta pace et caritate vivatur. „ Pro more suo verba habens ad populum a sinistro cornu altaris S. Antonii dixit: „ Ubi nunc pedibus sto, brevi jacebo facie et capite; „ quod reapse factum est. Pœnitentibus et collegis videbatur valedicere

valedicere. Mense majo, sex ante mortem mensibus, insolita lætitia dixit superiori : " Video morbos meos nimium crescere; necesse est ut brevi me loco moveam. Semper concupivi sedem ubi vivatur in perfecta pace et caritate, et ubi omne studium in Dei amore ponatur. Nondum potui hanc sedem nancisci; necesse itaque erit ut proficiscar et vadam ad meam patriam. " Similia dicebat amicis, collegis aliisque ecclesiasticis viris; quorum plerique credebant eum, posita veteri repugnantia, Potentiam cogitare. Aliqui ergo eum rogarunt quandonam esset discessurus; ad quod interrogatum respondit : " Ad finem mensis octobris. " Quod responsum quum vulgatum esset, multi ex iis, qui ei adhærebant summopere, ei minabantur se curaturos ut superiores, populus et episcopus ejus discessum impedirent. Quibus ille respondebat neque hominem esse ullum aut ullam creaturam, neque preces, neque vim ullam, quibus posset retineri; necessarium esse ut abiret, neque fieri posse ut remaneret. In quo sermone arcanum latere aliqui deprehenderunt; quos inter amicus ejus chirurgus Josephus d'Ippolito dicebat : " Ab aliquo tempore sæpius de adeunda sua patria loquitur P. Bonaventura. Intelligo quid velit. Memini P. Dominicum a Muro, ejus magistrum, quum morti appropinquaret, multoties dicere se patriam suam petere velle. Deinde innotuit eum non locutum esse de patria terrena, sed de cælesti, ad quam evolavit. Mihi itaque videtur P. Bonaventura idem significare. Nos relinquet, non ut Potentiam, sed ut in paradisum pergat. " Aderat huic colloquio ipse beatus vir; qui, quasi ab hoc sermone vehementem animi convulsionem esset passus, a capite ad pedes contremuit, copiosissimo sudore perfusus. Plurimum itaque verisimile est eum jam pridem cælitus fuisse monitum de vicina morte.

Ultimus ejus morbus

123 Interea advenit dies 15 octobris, qua pro more adivit episcopum Perimezzium, ejus confessionem excepturus. Quo officio functus : " Reverendissime Domine, ait singulari amicitiæ sensu, rem maximi momenti tibi dicendam habeo; quam tibi aperiam, quum mihi amplius non confiteberis. " Jussit præsul, moræ impatiens, ut eam sibi statim indicaret. " Si ergo, inquit ille, eam scire velis, dicam. Quando tuus non amplius ero confessarius, cura ut alium arcessas, qui tecum agat apostolica libertate. " Nec quidquam addidit, pergens illico ad conventus templum; ubi, occupata confessionali sede, non cessavit filiis spiritualibus extrema monita dare; donec, eo mane ardentissima febri correptus, lecto cubare coactus est. Cujus rei fama per promontorium Amalphitanum sparsa ingentes animorum motus excitavit. Tunc omnes intellexerunt de quo discessu, de qua patria continuo dissereret. Venit ad conventum ingens multitudo, alii ut languenti assisterent, alii ut se domumque suam ei commendarent, alii ut eum monumentum quoddam rogarent. Hos inter eminebat Perimezzius, non sinens se ab ægroti sponda avelli. Nuspiam utique melius disci poterat quomodo moriantur qui fastidiunt mundum, cælum adamant et conscientiæ pace fruuntur, divinis pollicitationibus confisi. Die octava maligna visa est febris, accedente sanguinis crassamento et membrorum fervore; sed quanto debilius corpus, tanto validior factus est spiritus solatiorum cælestium abundantia. Quum vicinæ mortis a medico monitus est, apparuit in ejus vultu ineffabilis lætitia. Gratiis itaque impense actis tanti boni nuntio, non minori fortitudine quam humilitate extrema sacramenta petiit. Quibus præivit confessione publica, qua adstantes vehementissime commoti sunt. Suavissimæ pœnitentiæ lacrimas profundens : " Ego, inquit voce miserabili, indignissima creatura fui, et peccator turpissimus qui in terra exstiterit. Peccatis meis scandalo fui sæcularibus et disciplinæ negligentia vitæque mollitie religiosis. Quare Deum et vos veniam humiliter rogo. " Deinde ad superiorem conversus : " Ego, ait, tibi confiteor me esse indignum qui ordinis habitum geram et religiosus vocer. Quapropter peto a te ut, priusquam moriar, peccata mihi condones et negligentias; et patere ut interea me ad pedes tuos abjiciam humilis et pœnitens. " Atque illico surrexit stetitque in lecto, humi pedes superioris osculaturus; et descendisset, nisi adstantium conatibus accessisset guardiani jussio, qui, fletu vocem impediente, hæc verba interrupte pronuntiavit : " Mi P. Bonaventure, impero tibi ne te lecto moveas; et si pedes osculari velis, eorum loco Christi pedes osculare. " Jussa continuo fecit, imagine quam ad pectus habebat admota ori.

124 Acceptis sacramentis, alto silentio se continuit, radio cælesti tempora circumdatus, quasi paradisi primitiis jam frueretur. Deinde tamquam ex placido somno expergefactus, neque umquam oculos avertens a Christi cruci afflixi imagine, nisi ut eos in iconem Deiparæ, e regione lecti appensam, conjiceret, prodigioso cantu psalmorum et hymnorum instituit Deo gratias laudesque tribuere; et licet, etiam juvenili ætate, vox ejus semper fuisset rauca et demissa febrisque ardore fauces exaruissent, nullo admisso potu, viginti quatuor horas (alii duos dies dixerunt) tono limpido et suavi angelicam hanc melodiam persecutus est; neque ab ea cessavit, nisi una ante mortem hora. Demum, inter superioris benedictiones, nulla defatigatione, nulla mutatione nullaque agonia pressus, ter salutata Dei Matre angelicis verbis : " Ave, Maria, " die 26 octobris, hora secunda vespertina *a*, anno 1711 animam Deo reddidit aut reddidisse creditus est *b*, ætate annorum sexaginta, mensium octo, dierum viginti sex; quorum quadraginta quatuor annos in religione egerat, et viginti duos menses, minus diebus octo, in conventu Ravellano; ubi ad hanc usque diem corpus ejus asservatur.

et mirabilis transitus.

a

b

Externa ejus facies et internæ dotes.

125 Cajetanus Fumo ejus delineavit effigiem, quam Antonius Baldi æri incidit, in fronte Vitæ Rugilianæ exhibendam; sub qua scripta sunt hæc verba : *Vera effigie del ven. servo di Dio Pre Bonaventura da Potenza.* Sed non satis fidei imperat quam ut hic repræsentetur. Apparet enim in ea beatus vir mediocritate major, quum constet eum pusillum fuisse. Neque Josephus Ludovicus Rossi eamdem Vitæ suæ servi Dei præposuit, sed aliam plane imaginariam typo græco seu classico. Illis itaque omissis, ejus statura fuit infra mediocritatem, corpus firmum et validum, indoles natura ignea, sed virtute mirum in modum placida. Vultus facilis accensu, floridus et juvenis, etiam senilibus annis; facies ei numquam fuit viri pœnitentis, quanticumque ejus essent voluntarii cruciatus. Affluebat lepore et venustate, eratque in agendo expeditus; ut sine indice nulla in eo animadverteretur morum aut virtutis singularitas : quo

AUCTORE V. D. B.

quo factum est ut, donec post mortem placuit Deo ut ejus sanctimonia manifestaretur, magna ex parte latuerit. Literis parum valuit, non tamen omnino expers. De lingua latina aliquid novit et de theologia morali, multo vero plus de theologia mystica; experientia, sano judicio et Spiritus Sancti magisterio magis institutus quam hominum præceptis librorumque lectione. Parum loquebatur et fere non nisi voce demissa et suavi; ad finem tamen vitæ colloquiis spiritualibus indulgebat magis. Enituit in eo maxime morum innocentia, corporis castigatio et proximi amor; quibus virtutibus universa ejus vita exornata fuit.

ANNOTATA.

a *Ad finem mensis octobris prima hora italica incipiebat Neapoli hora* 5 *et* 47 *minutis; ita ut quum hora secunda absoluta est, communi calculo haberetur hora* 7 *et minutæ* 47. *Vide Iter italicum Lalande, ubi tabella correspondentium horarum exsistit, alibi fere nuspiam obvia.*

b *« Quam crebro fiat ut qui credantur mortui revera mortui non sint, non est quod lectorem moneam. Jam vero quodnam signum adfuit, quo deprehendi posset beatum virum veram, non apparentem, mortem obiisse? Contra nonne omnia quæ capite* xx *traduntur indicio sunt eum lethargo fuisse pressum? Proculdubio hæc pro miraculo accepta fuerunt; et rectum hoc fuisset judicium, si prius exploratum esset Dei servum vitæ vere fuisse expertem: sed nemo ea de re cogitavit. » Hæc aut similia venient procul dubio in multorum cogitationem; nec quidquam habeo quod opponam. Quamobrem, ut lector ipse statuere possit, narravi universam rerum seriem, non mea ratione, sed ex sententia eorum qui putarunt copiam adfuisse miraculorum. Nemo ægre ferat a me non defendi, quæ quomodo defendi possint non video. Neque sacra Rituum Congregatio decrevit intervenisse servi Dei morti prodigia. Quid, quod causæ beatificationis fautores tam splendida miracula examini S. R. C. subjicere ausi non sunt, contenti duarum sanationum, in quibus nullus inerat splendor, approbationem efflagitare? Hæc itaque lectorum judicio permitto.*

CAPUT NONUMDECIMUM.

Quæ per triduum ante B. Bonaventuræ sepulturam facta sunt. Lethargia an mors. Ejus sepultura.

Magnus concursus populi et cleri ad B. Bonaventuræ *feretrum;*

Demortui corpus, secundum ordinis ritus vespere curatum est; circumcirca privatim recitatum officium mortuorum aliæque preces. Aderat Perimezzius, qui parvam servi Dei Christi cruci affixi imaginem sibi efflagitavit; quam crucem deinceps supra pectus gessit. Jussit etiam ut, dum conventus æra pulsarentur, responderent Ravellana et Scalensia : quo brevi tristis nuntius ubique sparsus fuit, ut multi littoris Amalphitani incolæ noctis partem in beati viri laudibus traduxerint. Frater autem Josephus Lavanga, servi Dei germanus, audita ejus morte, incredibili gaudio præter naturam affectus est. Albente cælo, cum cantu et luminibus cadaver templo illatum est; ubi a primo mane circumdatum fuit multitudine hominum omnis sexus, conditionis et ætatis; qui ex vicinis vallibus et circumposita regione advenerant, « ut viderent, quemadmodum loquebantur, beatum, et se sancti precibus commendarent. » Alii admirari amabilem faciem aut suavem corporis fragrantiam; alii conari eum osculari aut saltem digito tangere; alii applicare numismata et rosaria; alii audaciores vestis particulam captare. Paulatim plebeja pietas omnem modum superavit; fuere enim qui barbam expilarent et capitis crines evellerent; quid? tentarunt nonnulli carnes exscindere; et fecissent, nisi supervenisset episcopus, et nobilitas, clerus religiosique semetipsi turbæ objecissent. Tum ne novus impetus fieret, circum feretrum instituta est valida custodia, clamante populo ne sibi saltem inviderent gaudium adspiciendi patris sui et apostoli. Ordine tum omnes, episcopo præeunte, accesserunt et demortui pedes osculati sunt. Deinde Missæ sacrificium obtulit præsul et reliqui post eum presbyteri; atque ita matutinum tempus expletum est. Discessit tum antistes cum parte cleri et nobilitate; cæteris custodiam persequentibus. Hora Vesperarum rediit cum comitatu episcopus; sed vix ad chorum penetrare potuit, quod Ravellani et Scalenses fere omnes adessent. Peractum officium funebre, reliquæ preces recitatæ, sparsa aqua benedicta et incensum cadaveri adhibitum. Quibus absolutis, sermo factus de designando singulari sepulcro propter sanctimoniæ famam.

ad preces populi et monialium differt episcopus Perimezzius ejus sepulturam; corpus fertur per plateas viasque;

127 Qui nuntius quum cœpit serpere in populo, templum, atrium, claustra atque etiam plana sub dio occupante, susurrus excitatus est vehemens : se nolle sanctum et beatum sepeliri; sibi nondum esse satisfactum; se invocare velle et suo commodo videre suum patrem. Interea ex Ravellano et Scalensi parthenonibus allatæ quoque preces monialium, rogantium ut magistri sui corpus, priusquam terra conderetur, monstraretur sibi. Quam insolitam omnium pietatem quum vidit Perimezzius, sensit a communi semita recedi posse jussitque ut sacræ exuviæ per commodiores vias præclara pompa deferrentur. Sed ecce, ut funebris ordo ex templo exiturus erat, improvisus imber ventusque vehemens ingruit. Aliis alia consilia proponentibus, exclamavit aliquis : « Prodeat processio, et videbitis quid facere sciat pater noster Bonaventura. » Placuit dictum, atque omnium una fuit vox : « Exeatur, procedatur. » Quod factum est. Sed ecce, ut princeps foras extulit pedem, nebulæ tenuiores factæ sunt, cessavitque imber et ventus. Humeris itaque incolarum, duplice ordine clericorum, nobilium aliorumque præeunte, elatum est sacrum cadaver coram universo fere Amalphitani promontorii populo.

mirabiles clamores et motus infantis nobilis; non sine prodigio maniales vident corpus confessarii sui;

128 Quum ad palatium nobilis familiæ Confalone ventum est, puellà biennis inter nutricis brachia jacens, ridere cœpit, exsultare, et præ gaudio manibus plaudere; dein clamare, domesticos accire et maternis verbis dicere : « Transit puellus, transit puellus *. » Qui quum accurrissent, tum iterum puella, corpus Dei servi

* Passa il ninno

servi demonstrans, summa lætitia : " Ecce, ait, puellus, ecce puellus *. " Neque prius cessavit a festivis motibus quam feretrum, quod plausu, saltu et voce prosecuta erat, ab oculis evanuisset. Quod puerile testimonium a divino impulsu alienum non fuisse multi crediderunt *a*. Interea campanarum sonitu et presbyterorum cantibus monitæ fuerunt Scalenses S. Cathaldi moniales de corporis circumlatione. Sed ne ad eas iretur tanto comitatu, obstabat longinquitas itineris et interjecta vallis. Restabat id unum piis virginibus ut cœnobii muros conscenderent, e longinquo pompam aspecturæ. Conscenderunt, sed densissimæ nebulæ interjectu nil videre poterant. Summus feminarum dolor. Tum una : " Quid despondemus animum? An solæ in hac regione destituemur solatio? Non videbimus P. Bonaventuram? Idne ipse fieri sinet? Nequaquam. Volumus eum videre et videbimus. Viva fide armemur, genibusque flexis recitemus ter Ave, Maria, in honorem puritatis beatissimæ virginis, quemadmodum nos facere jussit in omni necessitate *b*. " Probarunt consilium omnes, et brachiis ad eam partem, ubi æstimabant corpus esse, extensis, ter salutarunt Deiparam et clamarunt ad P. Bonaventuram ut se sibi patefaceret. Illico in duas partes scissa est nebula, ut intervallo appareret feretrum luce fulgida circumdatum ; quod tam prope adesse eis visum est ut formam, colorem, oculorum pilos et capitis crines cernerent. Obstupuerunt prodigium; atque una coram quæsitoribus apostolicis quæ tum essent animi sui sensa aperuit : " Equidem, ait, quum nubem divisam contemplata sum et incedentem populum, visa mihi sum videre Maris Rubri divisas aquas et populo israelitico apertas. "

* Ecco il ninno.

a

b

ante aliud cœnobium monalium vultus color mutatur ; illa infans sponte amplectitur corpus ;

c

129 Ivit deinde pompa ad Ravellanum S. Claræ cœnobium, ubi aliæ moniales in inferioribus atriis, aliæ in pergulis superioribus suspensis animis magistri sui funus opperiebantur. Stetit coram eis paululum lugubris ordo; sed ecce facies colorem suum album rubro commutat et magis magisque reviviscere videtur *c*. Cujus rei testes fuerunt quotquot feretrum circumstabant; qui erant omnium nobilissimi. Miraculi rumor continuo sparsus est; lætissime acclamarunt turbæ; virginesque, viso hoc patris sui amoris testimonio, in lacrimas proruperunt. Sed pergendum erat; verumtamen vultus rubor tunc tantum disparuit, quum ex conspectu monialium esset pompa funerea. Demum inter populi applausus denuo illatus est templo sacer thesaurus. Qui ut in liminibus aderat, biennis illa puella, quam nutrix asportaverat, novo spiritu mota, iterum exsultare incipit. Oculis animisque ad beatum corpus intentis, conatur ad hoc devenire; frustra retinetur : tanta se contorquet vehementia, ut e nutricis brachiis elabatur et festiva alacrisque currat ad feretrum; ubi sollicite corpus contemplata, genua flectit, humi prosternitur et quanta potest reverentia sacras exuvias veneratur *d*. Dein presbyteri circum corpus ritus funereos precesque renovant, servo Dei pacem et requiem sempiternam exoptantes. Tum demum plebei, visu satiati et ingruentis noctis tenebris admoniti, quisque ad suam reversi sunt sedem.

d

quod in templum relatum sudore manat,

130 Remanserunt in templo præstantissimi quique sepulturæ interfuturi. Selectum est cornu sinistrum altaris S. Antonii; ubi dum, præside vicario generali Carolo Mansi, ab episcopo huic operi præfecto, effoderetur terra, duo ex præsentibus viris, corpus solitarium videntes, occasionem opportunam arbitrati, tentarunt reliquias aliquot abripere. Qui prior manum vultui imposuit, visus est sibi manum aquæ immittere. Dubitans essetne aspersa aqua benedicta, abstersit manum eamque denuo super vultum expandit. Qua rursus madefacta, dixit socio : " Quid hoc est? Vultum P. Bonaventuræ reperio humidum; neque scio utrum sit aqua an sudor. " Postposito itaque suo consilio, oculis manibusque deprehenderunt non esse aquam superinfusam, sed sudorem vivum, tanta copia ex corpore scaturientem ut capilli maderent quasi fonte loti. Genas quoque observarunt rubentes, reliquum vultum candidum, calida et mollia omnia membra, juncturas flexiles totumque corpus quasi vivum aut reviviscens *e*. Prodigii securi, advocarunt Mansium; qui, examine instituto, cessari jussit ab opere omnesque ad feretrum accedere, clamando : " Corpus sudat. " Ad quæ ex adstantibus unus, cæteris suspicacior, respondit: " Exploremus sedulo nonne sit superinjecta aqua benedicta aut nebulosi aeris coacti vapores. " Qua dubitatione excitata est testium diligentia. Abstersus imprimis linteo humor capillorum, colli, vultus, oris et manuum servi Dei; tum, oculis in corpus intentis, visa est undique ex defricto corpore novi sudoris copia effluere. Quod experimentum renovatur, scrupulosius abluto capite : idem prodit sudor. Tum totum corpus inspicitur, et pectus aliaque membra tepida inveniuntur et sudore madida.

AUCTORE V. D. B.

e

131 An flexile sit corpus dein expenditur; singula membra in omnem partem flecti posse deprehenduntur, ut duobus brachiis signum crucis in fronte et pectore effinxerint. Carnis intentio non minus certa; sæpius enim compressa et laxata, cedit et renititur. Emittit insuper gratissimos acutissimosque odores; quos alii dixerunt similes hyacinthi indici tuberosi *f*, alii balsami apoplectici, prodigio eo majori quod pestilens et vitiosus euronotus spirabat. Quapropter mittendus visus est qui hæc episcopo nuntiaret. Sedebat hic in corona clericorum et nobilium de rebus diurnis colloquens; ut illa audivit, surrexit continuo et, quamquam inopportuna hora erat, venit cum omni comitatu ad templum, præ gaudio lacrimans. Cum adstantibus genua flexit ad feretrum, certus se nova miracula visurum; dein pedes osculatus, accensis pluribus funalibus, accessit ad caput viditque sudorem affluentem a capillis per vultum mentumque in vestes. Abstersit bombyce; sed ecce sudor copiosior fumansque erumpit. Hæc sine lacrimis videre non potuerunt testes; qui omnes bombyce collegerunt aliquid sudoris, reliquiarum loco servandum. Quum non cessarent prodigia, visum est antistiti Deo nondum placere ut corpus terra conderetur. Jussit itaque in oratorio, cujus firmissima janua in templum aperturam habebat, reponi corpus, postridie mane a nobilitate adversus populares tumultus tuendum et nonnisi tertio sepeliendum die.

flexile est, odores emittit, pergitque sudore : Perimezzius judicat nondum esse sepeliendum.

f

132 Tum vero vicarius generalis, domum reB. Bonaventura, *jussus brachium extendere, præbet eum chirurgo ; qui, vena secta, copiosum sanguinem elicit.*

dux, dixit aliquot comitibus : " Res magnas vidimus et fecimus; tamen mihi videmur operæ pretium neglexisse et perdidisse. Ut vidistis, corpori servi Dei deest solummodo spiritus ut vivat. Vidi venas tumidas et sanguis adhuc circuire videtur : quidni emissionem tentavimus? Quidni illico pergamus tentaturi? Putatisne nos

AUCTORE V. D. B.

nos miraculum non visuros? « Ad quæ episcopus : « Redeatur in templum, priusquam plebeja turba ingruat; et tentetur emissio. « Ivit itaque vicarius cum archidiacono Andrea Coppola, cum primicerio Francisco di Vito, cum canonico pœnitentiali Cajetano Augustino, cum medico Agnello Gambardella, cum chirurgo Josepho d'Ippolito aliisque conspicuis viris; qui, a religiosis aliquot sociati, oratorium ingressi sunt. Continuo accenduntur lumina, orationes funduntur, circumdatur cadaver. Dum brachiorum vincula solvit et lanceolam expedit chirurgus, vicarius attollit vocem in hæc verba : « Eia age, P. Bonaventura, præbe nobis brachium dexterum. « Motus nullus deprehensus est. Tum iterum vicarius : « Intelligo. Vivus numquam manum aut pedem movit P. Bonaventura nisi superiorum jussu. Mortuus idem faciet. Nolet extendere brachium, nisi superior jusserit. Tu itaque, pater guardiane, præcipe ut nobis brachium præbeat. « Quod mandatum nondum hic absolverat, quum omnium admiratione mortuus improviso magnoque impetu brachium a pectore dimovit, suspensumque in ære ad emissionem obtulit. Quum se aliquantisper collegissent, brachium denudat chirurgus reperitque molle et candidum, venisque tumentibus. Constrinxit itaque vittis, ut in vivis fieri solet, venamque majorem incidit. Scaturivit rivulus sanguinis rubicundi et calidi, qui pelvi receptus est; ut dein testaretur physicus a se numquam feliciorem emissionem fuisse factam *g*. Collectæ plures unciæ, neque prius cessavit profluvium quam vicarius, defatigatione et admiratione fractus timensque animi deliquium, vulnus claudere jusserit. Lintea imbuta prodigioso sanguine et in singulos distributa; sudarium bene madidum episcopo servatum; pelvis vacua ut res sacra seposita. Quæ episcopus audire non potuit quin inter osculandum sudarium lacrimas profunderet.

g

Irruit turba, sed expellitur. Corpus reperitur vivo prorsus simile.

133 Omnium harum rerum fama brevi sparsa est; adeoque ante ortum solis accedunt ad conventum accolæ et in templum obliquis viis penetrant. Mox effracta oratorii janua, circumstant cadaver, vestes discindunt, capillos avellunt, neque a violando ipso corpore abstinuissent, nisi designati ab episcopo custodes accurrissent et clamoribus, imperiis, vi removissent lacessentes. Interea vulgus vociferabatur jam corpus cultui publico exponendum esse; se velle commendare se beato suo; se velle eum venerari; quidni deponatur super altare. Vix credebatur sapientioribus qui dicerent hoc fieri non posse absque ecclesiæ Romanæ licentia. Respondebatur : « Gratias a B. Bonaventura volumus; reliquias S. Bonaventuræ volumus. « Interea summa erat frequentia conantium ad feretrum pervenire. Exclusis rudibus propter reverentiam, illustriores admittebantur viri et matronæ, hos observantes ritus : orabant primo Deum eumque laudabant quod in servo suo tantopere acquieverit; dein manus pedesque cadaveris osculabantur; postea contemplabantur gratissimum vultum et ignoto odore delectabantur; experiebantur insuper carnis intentionem et membrorum flexionem; denique appositum linteum, et vultus, colli aut manuum sudore humidum, accipiebant; demum, aperta brachii cicatrice, intingebant sanguine panniculum. Atque talibus dies consumptus est. Tertia autem die neque sudor, neque sanguis minus abundans fuit, aut alia cessarunt prodigia.

Mulier a tumore mirabiliter sanatur.

134 Interea apparet in limine templi, viam sibi per turbas aperiens, vir quidam, secum trahens feminam vultu deformi. Erat is ipse chirurgus Josephus d'Ippolito, cujus uxor, nomine Candida Capezza, quatuor menses patiebatur sciroma, ovo majus, adversus omnia remedia contumax, et gangrænæ proximum. Moribundi precibus se suamque domum commendarat Josephus et confidebat jam advenisse tempus quo audirentur. Clamoribus itaque, supplicationibus et audacia obstacula perrupit et cum Candida sua pervenit in oratorium. Ubi prostrati ter salutarunt Deiparam angelicis verbis in memoriam ejusdem puritatis; quam religionem commendare solitus fuisse Dei servus jam dictus est. Tum maritus ad uxorem : « Velim, fidem tuam resuscites et toto animo spem tuam in patre Bonaventura colloces : hodie ei in memoriam revoco ejus pollicitationem ut eam adimpleat. Volo te sanitati restituat. Apprehende ejus manum et tumori applica. « Jussa fecit mulier, et quum beati viri levavit manum, sciroma evanuerat; ut nullus superesset tumor, macula, pallor aut vestigium. Quæ subita sanatio perennis fuit. Illico Josephus et Candida totis pectoribus exclamarunt : « Gratia, miraculum! « Quæ verba proximi et longinqui sæpius ingeminarunt, maxime quum coram eis apparuit mulier vultu libero et sano.

Summo labore asportatur noctu sepulcrum marmoreum, cui includatur corpus;

135 Tres dies totidemque noctes insepultum jacuit cadaver, maxima semper adstante hominum frequentia quæ vix nocti cederet. Rumor fuit multa accepta fuisse beneficia; quorum tamen nullum monumentum superest, nisi quod medio sæculo post in Amalphitano promontorio passim adhuc sermones fierent de illa celebritate. Tandem vespere tertiæ diei visum est episcopo corpus sepelire. Scripsit itaque brevem commentarium de vita, morte, virtutibus et miraculis servi Dei; quem, subtili laminæ affixum, inclusit pyxidi ex metallo, sigillo suo obsignatæ. Quum autem discessisset populus et selecti tantum adessent viri, clam templum ingressus præsul jussit perfici foveam ad sinistrum cornu altaris S. Antonii inceptam, quamquam nemo hactenus cogitarat hunc ipsum locum a beato viro pro sepulcro suo fuisse designatum. Allata est urna lignea, quæ antistiti vilior visa est quam ut tantum thesaurum caperet. Tum vicarius : « In templo S. Joannis de Tauro *h*, cujus rector sum, habemus urnam opportunam. Sex pedibus longior est, tres circiter alta et lata, excisa ex uno saxo. Vacua est et nullius usus. Prompto animo eam offero illustrissimo domino ad honorem P. Bonaventuræ; sed obstat ingens pondus, quod per plana nonnisi rotis, machinis, bobus et jumentis moveri possit. Quid in hac regione, tanta distantia, noctis caligine, per vias montuosas, augustas, obliquas? Equidem diffido hoc saxum transferri posse a juventute quamvis robusta et numerosa. « Dixerat, quum omnium admiratione sex adstantes juvenes se ad tantum laborem vires suas gratis offerunt. Placuit oblatio, utcumque temera, episcopo, et cum vicario profecti sunt audaces ad conandum operæ. Alii autem secuti sunt episcopum, in conventus exedra exspectaturum.

h

i interea guardianus procurat ut mamilla sinistra abscin-

136 Quum itaque nemo amplius in templo esset, guardianus *i* conficta causa seorsum duxit chirurgum Josephum d'Ippolito in oratorium; ubi

datur; quod non fit sine vultus mutatione et copiosa sanguinis emissione.

ubi eum his verbis adortus est : « Quoniam in te confido, huc te pellexi. Opera tua indigeo; nec quidquam gratius mihi præstare potes. Si mihi acquiescas, beneficii memor ero, donec vivam. Sed prius adjuro te ut inviolabili secreto tegas quæ tibi dicturus sum. Quinimmo gravissimi peccati reus eris, si revelaveris *k*. Pax itaque mihi nulla est, nisi reliquias de hoc corpore nanciscar. Cogitavi autem mecum alteram mamillam omnium facillime exscindi posse. Idcirco precor ut sinistram artificiose reseces, ut nihil exterius appareat. Ne dubites; nihil mali huic rei inest : nonnisi ex pietate agimus, estoque certus futurum esse ut hoc sacro pignore obtineamus quascumque velimus gratias. In similibus rerum adjunctis hoc fieri solet. Tempus opportunum usurpemus, et priusquam deprehendamur, forcipes tu statim expedi. » Inhorruit ad hæc verba chirurgus : « O pater, inquit, quam atrocem rem cogitasti! Egone ferrum immittam tam venerabili pectori? Tantum animi mihi non est; sola cogitatio me tremefacit. » Non cessit superior; sed precibus, blanditiis, promissis chirurgi consensum extorsit. Ad primum et secundum ictum quasi indignabundus et pallidus visus est beatus vir buccam vultumque in oppositam partem avertere, rivumque sanguinis, quo interiores vestes infectæ sunt, emisit *l*. Recisa mamilla primo candida visa est et musculosa, dein rubra, humida, stillansque sanguine; et quum sexto post mense ostensa est eidem chirurgo, non minus recens erat, integra et uda quam quum primum decisa fuit. Quæ ejus postea fata fuerint ignoratur. Sed viginti novem annis post, quum corpus solemniter recognitum fuit, observatum est in pectore vulnus ad hostiæ magnitudinem, vividum et cruentum, quasi recens a sectione.

Dum corpus ante tabernaculum defertur, oculos aperit et Eucharistiam veneratur. Sepelitur.

137 Interea seni juvenes, præeunte vicario, templo inferunt saxeam urnam, omnium stupore, eamque in effossum sepulcrum demittunt. Tum gaudium inter et planctum itur ad oratorium, accensisque luminibus brevis instituitur pompa, qua sacrum corpus, arcæ ligneæ impositum, ad sepulcrum defertur. Dum transitur ante altare S. Antonii, ubi Eucharistiæ sacramenta servabantur, exemplo demortui S. Paschalis Baylon, non solum oculos aperuit Dei servus, sed et caput inclinavit, Christum adorans. Qui primus animadvertit (arca enim desuper aperta erat), putans eum ad vitam redire : « Aspicite, inquit, videte; corpus aperit oculos et inclinat caput. » Quo monitu admoverunt funalia omnesque prodigii testes fuerunt. Saxeo sepulcro dein impositum cadaver. Quum autem ultima officia absoluta essent, pyxidem metallicam de manibus episcopus accepit vicarius; qui ut vestes levavit sub quibus thecam conderet, mamillam abscissam deprehendit, carnes cruentatas, vestes sanguine madidas : sed patrati facinoris auctores se non prodiderunt; quod in irreverentem plebeculam rejectum est. Solidis dein tignis sepulcrum coopertum fuit et arcuato opere tectum; superjecta dein terra et fistucatum solum. His quasi via strata ad cogitationem de referendo beati viri nomine inter cælites. Verum quum beatificationis decreto judicium contineatur de heroicis ejus virtutibus et posthumis miraculis, hæc prius delibanda sunt, quam ad solemnem hanc sedis apostolicæ sententiam exponendam accedamus. Verumtamen in virtutibus declarandis breves nobis esset licebit, quum ad singula sua tempora testimonia retulerimus. Itaque intra generalia fere consistendum nobis est.

AUCTORE V. D B.

ANNOTATA.

a *Brevis commentarius de gestis* B. Bonaventuræ, *paulo post mortem servi Dei editus atque dein insertus Legendario Franciscano Benedicti Mazzaræ, continet etiam hanc rem; ita ut videatur ab omnibus observata et ab initio mirabilis habita. In hoc tamen commentario non perhibetur puella dixisse* Passa il ninno, Passa il ninno, *sed simpliciter* Il ninno, Il ninno; *quod vocabulum centies audiverat ex matris et nutricis ore.*

b *Ravelli et Scalæ videtur* B. Bonaventura *plurimum propagasse hanc pietatem. Nulli testes anterioris vitæ de ea locuti leguntur.*

c *Profecto magnum miraculum, si certa mors præcessisset.*

d *In commentario illo brevi, de quo in annotato* a, *dicitur puella se ex maternis brachiis expedivisse, ad feretrum ruisse et corpus amplexata esse : neque quidquam præterea; nisi quod tum clamavit :* Ecco il ninno, Ecco il ninno.

e *Nihil utique deest ut sit præclarum miraculum, nisi quod de prævia morte non constat.*

f *Rugilus dialecto Neapolitana scripsit* tupirosa, *sed* tuberosa, *gallice* tubereuse, *intelligenda est, flos peregrinus, sed in universa Europa notus.* Balsamo apopletico *putem esse balsamum, quod adversus apoplexiam adhibetur.*

g *Res prodigio proxima, quod nemo adstantium suspicatus est* B. Bonaventurum *non esse mortuum.*

h *Vulgo* S. Giovanni del Toro. *Fuit olim hæc ecclesia collegii canonicorum, anno* 1018 *fundata; inde habebat adhuc illo tempore tres parochos, veterum canonicorum quasi successores. Templum plenum erat marmoribus; neque carebat operibus musivis.*

i *Est ille idem, qui* B. Bonaventuram *tot contumeliis affecerat.*

k *Si nihil promisit chirurgus, nullius peccati reum se fecit hæc revelando; si promisit, peccatum veniale an fecerit, definiant theologi : certe grave non fecit.*

l *Utique hæc totidem miracula forent, si de morte* B. Bonaventuræ *constaret.*

CAPUT VIGESIMUM.

B. Bonaventuræ cultus, observantia et pietas in Deum et sanctorum veneratio.

B. Bonaventura, *in officiis erga Deum,*

Porro Dei amor, ut debuit, maxima ejus laus fuit. Dixere testes, a quæsitoribus apostolicis interrogati, omnibus ejus cogitationibus verbis et operibus finem non alium præfixum fuisse ac Deum, cui in rebus omnibus studeret placere. Summo in pretio ei erant leges divinæ, ecclesiasticæ, regulares, consilia evangelica et spiritualis

AUCTORE V. D. B.

ritualis mysticæque vitæ præcepta; ita ut vix credibile sit quam diligens et cautus esset in omnibus suis operibus, verbis et cogitationibus, quantaque sollicitudine res suas omnes, quamvis minimas, ad examen revocaret. BUCCAM VERITATIS ET CARITATIS eum appellavit episcopus Perimezzius; alii addiderunt ex ejus ore non fuisse auditum verbum otiosum. Ceremoniarum ecclesiasticarum, etiam minutissimarum, erat observantissimus, accurationem prosequens et decorem. Divinum officium recitabat admirabili pietate, omnibus membris compositis, pedibus stans immotus, capite retecto, demissis oculis, brachiis conjunctis, non patiens ut verbum non meditatum transiret aut saltem ut interrumperetur attentio. Quodsi violaret hoc propositum, privatim sæpius de integro recitavit officium. Eamdem sedulitatem a collegis exigebat, non ferens psalmodiam properatam, aut minus piam, neque satis accuratam; ut, quum abesset superior, sæpius silentiun indixerit, solus deinde pergens maxima religione. Neque alias ejus animus a Deo sejungebatur, etiam in mediis externis occupationibus. In cognitione apostolica hæc testatus est unus ex ejus superioribus: « Singularis erat in orationis mentalis et vocalis exercitio; quod ordinarium quasi et continuum ejus negotium fuit. In perpetua itaque erat contemplatione, cum Deo conjunctus omnibusque cogitationibus absorptus in Deum. Neque ei obstaculo erant exercitia corporalia aliique labores, mandati a superioribus. » Nisi vero sacro ministerio detineretur, quatuordecim circiter horas versabatur quotidie in oratione et aliquando multo plures. Sed diurnas nocturnasque functiones passim explicuimus; hoc unum præsenti loco monentes eas non ubique fuisse easdem: in minoribus scilicet locis, ut Capreis, Isclæ et Ravelli, claritudine quadam eminebat multusque erat in excipiendis confessionibus et verbo Dei prædicando; multo minus in majoribus civitatibus, verbi gratia Neapoli, ubi ejus nomen ita fere fuerit incognitum ut nunc etiam in historiis ecclesiasticis plane prætereatur. Quum ergo quietus esset ab hominibus, oratione fere tempus transigebat; nisi quod amaret operam præstare fratribus laicis.

et superiores ecclesiasticos diligentissimus,

139 Qua religione Deum prosequebatur, eamdem exhibebat superioribus ecclesiasticis; de quibus non ferebat quemquam irreverenter loqui. « Omnia ecclesiæ capita, ajebat, Christi locum tenent; cum eis itaque agendum nobis est sicut cum Christo. » Quapropter ad papæ, cardinalium, episcoporum et superiorum regularium nomina caput inclinabat, et aliquando genibus flexis ad episcopos ingressus est. Alias auditus est quum diceret: « Papa, cardinales, episcopi et superiores ministri Dei sunt totidemque dii in terra. Hæc itaque iis exhibenda est reverentia, quæ Deo, nos per eorum ministerium gubernanti. » Sacerdotalis ordinis non minus erat reverens; ut presbyteris ad minimum signum prompte et simpliciter obediret.

peccatum summo odio prosequebatur.

140 Sumno odio prosequebatur peccatum, mallens cælum et terram perire quam divinam bonitatem vel minimum offendere. Videtur voto se obstrinxisse ne quod umquam deliberate peccatum veniale committeret; hanc enim promissionem a Maria Angela aliquando elicere voluit, solitus aliis non proponere quæ ipse non faceret; deinde consentiunt ejus confessarii se in eo numquam deprehendisse peccatum voluntarium. Quod quantum refugeret, indicio sunt ejus animi anxietates et scrupuli; ita ut sæpe rediret ad confessarios, qui cujus peccati se reum fateretur non intelligebant. Sed de his passim jam fuit sermo. Quum Dei amore, non formidine pœnæ detestaretur peccatum, satis ei erat audire Deum ab aliquo offensum fuisse ut irrequieto dolore conficeretur: vultus color immutabatur; totus erat turbatus atque anxius, et audiebatur quum exclamaret: « Quomodo reperiri potest anima quæ Deum offendat, quæ Dei inimicitiam sustineat! » Alias: « Omnia perdantur, non perdatur Deus! » Solebat etiam dicere: « Intelligere nequeo hominem, a Deo creatum ut fruatur paradisum, tantam felicitatem gratis perdere. » Hæc quoque interdum ex ejus ore prorumpebant verba: « O! si homines scirent quanto a Deo diligantur amore, conarentur omnes eum amare ex toto pectore; amore insanirent. » Alias: « Fiamus omnes sancti! Amemus Deum, serviamus Deo! Estne major felicitas Dei servitio, Dei amore? Omnes res mundi finem habent; solus Deus sine fine est. » Ned quidquam omisit quo Dei amorem et peccati odium propagaret.

Zelum honoris Dei studiose propagabat, tum ad lacrimas et raptus promptior.

141 Siquem videret inter religiosos juvenem præclaris dotibus ornatum, curas intendebat omnes, ut eum adduceret ad vires suas Dei gloriæ impendendas. Ambibat eum, in cubiculum seducebat eique ponebat ante oculos quanta beneficia Deo deberet, quam severam rationem aliquando redditurus esset. Commendabat autem ei imprimis sacramenti pœnitentiæ et prædicationis ministerium, ejus dignitatem et mercedem declarans. Hoc in ejus animo tamquam principium repositum erat: « Deum omni tempore, omni loco atque in omni actione præsentem intueri, neque uno momento ex conspectu amittere. » Quod et aliis inculcabat, jam cogitationem divinæ præsentiæ et rectum operationum finem docens, jam ad voluntatem cum divina conformandam adhortans. Præibat exemplo, solitus dicere: « Sit ad Dei gloriam! » et hæc alia verba: « Faciamus Dei voluntatem! Fiamus omnes sancti; neque Deus aliud vult quam ut omnes fiamus sancti. » In his erat fervidus, liber, audax et constans, adeo ut animi ardor in vultu totoque corpore appareret et ut carere non posset linteolo quo sudorem assidue abstergeret. Promptus tum erat ad lacrimas, sanguine rubentibus pupillis. Videbatur interdum paratus volare, et nonnumquam magno impetu proripiebat se a sede; quin et mirabiliter eum aliquando cum ipsa sede subsultasse alibi narravimus. In publicis concionibus abrumpebat frequenter sermonem, spiritu abreptus; quorum raptuum accessum quum sentiret, dicebat ad adstantes: « Exspectemus paulisper, expectemus paulisper! » Atque illi etiam sæpius sentiebant hunc accessum, se invicem monentes his verbis: « Eia, nunc perdimus P. Bonaventuram. »

Mirabili fiducia in Deum, fide et martyrii cupiditate eminebat;

142 Quum nil præter Deum quæreret, hunc se æternum possessurum confidebat. Quare aliquando deprehensus est quum diceret, gaudio perfusus atque oculis brachiisque ad cælum intentis: « Ire in paradisum quid aliud est quam volatus? » et dein a sensibus abreptus: « O infinitæ Dei misericordiæ! » Alias in publicis concionibus se sanctum et beatum appellavit. Atque hæc fiducia pertinebat ad omnia. Dei enim auxilio nixus, multa suscipiebat quæ corporis animique

AUCTORE V. D. B.

mique vires superarent, utens his Apostoli verbis : « Omnia possum in eo qui me confortat; » adeoque discipulis suis inculcabat « fidem vivam esse omnipotentem, et qui fidem vivam habeat omnia a Deo obtinere quæ velit. » Et quidem satis erat si diceret : « Speremus in Deo; confidamus in Deo; Deus providebit, » ut certum esset res mirabiles eventuras. Omnia pro Deo facere paratus erat, nescius quomodo suam Deo fidelitatem satis testatam faceret. Suprema ei felicitas videbatur inter acerbissima tormenta religionem christianam sanguine consecrare; quod intelligebatur, siquando ad populum hæc verba proferret : « Fides, martyrium, martyres. » Ad astra extollebat gratiam moriendi pro Christo; quam gratiam singularem dicebat, multisque sanctis negatam, et non nisi carioribus amicis a Deo concessam. Neque Passiones martyrum diu legere poterat, quod suspiriis, lacrimis, raptibus impediretur. Audiebatur aliquando quum diceret : « Omnem sanguinem pro Christo profundere debemus. Ardenter concupiscere debemus vitam dare pro Deo. Quotusquisque christianus debet semper esse paratus et vehementer optare mortem pro fide oppetere. » Amabat sibi fingere tempora, quibus daretur hoc eximium bonum assequi. Quod quum alii gratiæ causa etiam interdum facerent, atque unus aliquando Isclæ diceret : « Fingamus Turcas ad hanc insulam appellere : quid tu, P. Bonaventura, faceres? » Atque hic insolita lætitia respondit : « Quæ pulcrior occasio sit spargendi sanguinis pro Jesu Christo? » Neque dubitabat multis ex suis amicis spiritualibus confiteri martyrium sibi summopere in votis esse.

similiter zelo adversus peccata.

143 Ex qua Dei dilectione proficiscebatur ingens ejus divinæ gloriæ zelus; quo fiebat ut, qui plerumque in verbis et operibus suavis erat et placidus, totus alius videretur, si Deum offendi intelligeret. Tum, offusa quasi oculis caligine, vehementissime adoriebatur peccatores, suæ conditionis alienæque dignitatis oblitus. Exardescebat maxime, siquæ fidei aut religioni christianæ irreverentia irrogaretur. » Ante omnia, sic legitur in solemnibus cognitionibus apostolicis, honorem fidei zelabat; et siquando verba ei contraria audiebat, illico incendebatur, reprehendebat, admonebat audacem. » Blasphemias simili horrore prosequebatur; inde in iisdem cognitionibus hæc occurrunt : « Siquæ blasphemia ad ejus sonaret aures, sine mora, vultu inflammato, vehementer increpabat reum. Siquem autem in campis, conventui vicinis, in blasphemiam prorumpentem audiret vel sub cubiculi sui fenestra, inhorrescebat et blasphemum ad se accersebat ut eum corriperet. » Siqui sanctos aut magistratus ecclesiasticos offenderent, neque hi irreprehensi abibant; et proportione quadam nulli peccatores. Quid, quod zelo exarsit adversus superiorem, officii sui negligentem, maxime choralis observantiæ?

Indulgentias maximi faciebat;

144 Quo ipse et discipuli sui culpas suas eluerent perfectius, indulgentias ecclesiasticas faciebat permagni; tam diligenter studens eas lucrari earumque usum aliis suadere, ut fidem fere superet. Memoriter noverat infinitas ordini suo concessas a Romanis pontificibus indulgentias, et singulos eis destinatos dies; quin etiam multas alias, omnibus fidelibus propositas. Quas gratias quo certius consequeretur, pluribus diebus ante parabat se insolitis pœnitentiæ, humilitatis et misericordiæ operibus, severiorique conscientiæ recognitione.

145 Inter omnes vero obsequii modos, quibus Deo amorem suum et reverentiam exhibebat, eminebat ejus in augustissimum Eucharistiæ sacramentum religio : de qua passim plura retulimus. Itaque, siquando in minus religiosos incideret : « Angeli, ajebat, trementes circumstant tabernaculum : et quanta sit oportet hominum reverentia? » Aliis negligentioribus inculcabat « sancta sancte tractanda esse. » Acriter reprehendit presbyterum quod calicem non satis absterserat. Ministros et sacristas frequenter admonebat de officio; ita ut unus aliquando exclamarit : « Nimium est! » Ad quæ ille vehementi zelo : « Quid nimium? Quæ diligentia, quæ accuratio, quæ reverentia in sanctissimum sacramentum esse potest, nedum superflua, sed sufficiens? Scito me facile propterea positurum esse vitam. » Nisi superiorum jussa et sacrum ministerium obstitissent, non facile recessisset ab altari, ubi Christi corpus quiescebat. Noctu quum esset liberior, prorumpebat ante tabernaculum in suspiria, lacrimas, exclamationes et oblationes spirituales, prostratus pavimentumque deosculans, aut genibus flexis brachiisque extensis. Diem præterire non sivit, quicumque essent labores, quin horam visitando Christo in Eucharistiæ sacramento impenderet : neque templum prætergrediebatur, quantumvis frequentia essent, nisi prius ad tabernaculum accessisset; quod si januæ clausæ erant, adorabat Christum ex via. Quotiescumque autem his obsequiis fungeretur, corpus solito erat immobilius, vultus ardentior, mens ad cælestia applicatior. Verum nuspiam magis ejus apparebat religio quam in Missæ sacrificio. Non solum parabat se quotidiana conscientiæ expiatione, verum etiam multis fidei, amoris et caritatis actibus. Ad altare ejus corporis compositio, actus et pronuntiatio imago quædam erat internæ pietatis. Ad canonem mutabatur aspectus, augescebat ardor sudorque, et lacrimæ majori copia excidebant; atque exinde usque ad finem corpus et anima supernaturalibus donis exornabantur; quorum magis conspicua agilitas et splendor. Post Missam quid ageret docuimus alibi.

S. Eucharistiam venerabatur omnium maxime;

146 Quomodo Christi passionis memoriam Isclæ celebraret aliisque celebrandam proponeret diximus similiter. Sed Majori Hebdomade modum fere non noverat ejus pietas. Hæc sola vox Passio, quæ Evangelii loco quatuor diebus legitur, lacrimarum fontem eliciebat ex ejus oculis; ut per vestes sacras et librum missalem quasi rivi decurrere viderentur, quibus tamen charta non madefieret. Feria quinta, ut ad sepulcrum delata erat sacra hostia, procumbebat ad altare, neque inde surgebat, nisi quum postridie reportarentur sacramenta pro Missa Præsanctificatorum, interea cibi oblitus et quietis, totusque immersus in meditatione de Christi morte. Tum surgebat de loco perseverans in meditatione, feriamque V Parasceves noctemque Sabbati sancti in silentio transigebat et luctu. Sed in festo Paschatis primo mane videbatur cum Christo resurgere; tanta ejus erat tum alacritas et jubilatio! Atque eatenus eum imitabantur ejus discipuli ferventiores ut feria quarta ab omni cibo abstinerent, nisi quod pervesperi tres bucceas panis, cinere aspersi, comederent.

Dominicam Passionem recolebat tenerrima pietate, maxime hebdomada sancta;

147 Quoniam qui Christum amat, non potest non amare ejus matrem, non poterat nonnisi summa

Deiparam, sine labe originali conce-

ptam, ut filius amabat;

summa caritate prosequi Deiparam qui tam tenere ejus Filium diligebat. Puer hanc jam pietatem profitebatur, quæ cum ætate crevit. Usque ad vitæ finem inviolabili lege jejunium observavit, pane et aqua contentus, omnibus vigiliis festorum B. Mariæ Virginis omnibusque feriis quartis et sabbathis; novem vero diebus parabat se ad solemniora festa. Quotidie autem recitabat Officium Parvum, Litanias aliasque preces; si periculosa essent tempora, tum maxime ad ejus præsidium confugiebat. Vere Mariæ nomen quasi mel in ejus ore. Potissima, quæ a Deo acceperat beneficia, Mariæ quoque se debere confitebatur, et æternæ salutis spem in Christo constituebat et in Maria. Principio singularum actionum, potissimum si initia essent difficilia, implorabat ejus auxilium, venerans singulariter ejus puritatem : quam religionem
a efficacissimam esse aliis etiam inculcabat *a*. De Maria non dicebat, nisi vultu inflammato. In quo propagandi ejus cultus officio invictus erat a labore. Commendabat summopere vim et rationem ejus patrocinii, necnon meditationem ejus dolorum. Immaculatus ejus conceptus maxima ei erat in existimatione, ut eam in precibus et sermonibus soleret appellare Mariam immaculatam, Mariam sine macula, Mariam omnino pulcram aut puram; nil omittens quo hujus mysterii cognitionem propagaret. Sed sibi non videbatur sufficere; adcoque audiverunt eum sæpius quum exclamaret : « Quidni alter Scotus sum? O! si mihi etiam obtingeret defendere posse immaculatam Mariæ conceptionem! » Cujus mysterii fidem sanguine libenter obsignasset, ut Isclæ, quemadmodum suo loco narravimus, protenso quasi ad securim collo, satis demonstravit.

pius quoque in S. Franciscum Assisiatem, S. Antonium Patavinum, S. Josephum, S. Theresiam, S. Bonaventuram cardinalem et S. Antonium abbatem.

148 Proportione quadam similis pietatis obsequio prosequebatur alios sanctos, nitens eorum exempla imitari et confidens eorum patrocinio. Primum locum merito occupabat S. Franciscus Assisias, quem patris loco habebat. Hujus religionis indicia retulimus jam plura : quibus accedit singularis ejus reliquiarum veneratio. Quum scilicet particulam nactus esset celebris sacci miraculosi, (de quo consiliarius Navarretta ejus forte impulsu — regebat enim illius conscientiam — plurima scripsit), atque religiosus quidam hunc thesaurum participare vehementer cuperet, concessit quidem, sed noluit dividere, nisi duobus cereis in mensula accensis; dein genua flexit sociumque flectere fecit; post summa observantia detexit pannum divisumque collegæ donavit. Sed hæc semel. Quotidie vero sancto patri sua præstabat obsequia, ejus altare visitans; quotannis autem novendiali cultu severoque jejunio parabat se ad ejus festum, curans insuper ubique ejus diffundere venerationem. Beatissimo patriarchæ sociabat præclarum S. Antonium Patavinum; cujus altare visitabat quotidie similiter, festi vigilias consecrabat jejunio in pane et aqua, ipsumque festum sanctissimis actionibus. Nil omittebat quo populi fiduciam in ejus patrocinio augeret, singulis feriis tertiis ejus renovans memoriam et de miraculis dicens virtutumque imitatione. Meruit ita frui ejus apparitionibus, colloquiis et familiaritate; ut fama esset thaumaturgum ejus apud Deum ordinarium esse interpretem, cujus interventu quidquid vellet obtineret; et ut in communibus proverbiis versaretur ei, qui a Deo beneficia accipere vellet, curandum esse ut a P. Bonaventura Potentino Responsorium S. Antonii Patavini recitaretur. Quod dictum experientia nitebatur. Alia suo loco retulimus. S. Josephum quoque, B. Mariæ sponsum, singulariter colebat, confidens plurimum ejus precibus et ubique laborans ut ejus clientes numero crescerent et pietate. Quare pluribus in locis docuit populum se per novem dies ad ejus parare festum. Quod et fecit in honorem S. Theresiæ, tantæ perfectionis magistræ et S. Josephi amantissimæ. S. Francisci Paulani quoque gloriam cordi habuit, curans ut tredecim feriæ sextæ, quæ in ejus celebrantur memoriam *b*, singularibus pietatis exercitiis et a se ornarentur et a discipulis. Doctoris Seraphici S. Bonaventuræ, cujus nomen assumpserat, cultor quoque erat eximius, necnon S. Antonii abbatis; de quo aliquando Ravelli coram nobilibus aliquot Salernitanis civibus tanto ardore dixit ut animi deliquium passus sit, adstantium terrore et commiseratione.

b

ANNOTATA.

a *Ultimis suis temporibus maxime hanc propagavit pietatem; quæ quid contineret videri potest in ipsa Vita, num.* 129.

b *Indulgentiis etiam compluribus hæc pietas exornata est.*

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

B. Bonaventuræ caritas in proximum, pœnitentia, castitas, humilitas, obedientia et paupertas.

Proximos, maxime ut eos Deo conciliaret, prosequebatur ardentissima caritate,

Ut in Dei amore sanctorum cultus et veneratio consistit, sic quoque proximi caritas. Quæ virtus in B. Bonaventura vere præclara fuit. Ea quidem complectebatur totum genus humanum, nisi quod se in hac parte, uti in aliis, superiorum imperiis regi patiebatur. Sin autem res in suo erant arbitrio, ordinem caritatis sequebatur, mallens animabus opitulari quam corporibus, peccatoribus quam justis, infirmis quam validis, pauperibus quam locupletibus, moribundis quam reliquis omnibus. Animarum itaque salus prima ejus erat cura. Dicere solitus erat huic negotio omnia postponenda esse, nec quemquam laborare aut pati posse quantum mereatur una anima : et quæ ore dicebat, opere ab eo completum esse passim jam legere fuit. In apostolicis functionibus ordiebatur a pueris, quos singulis diebus festis rudimenta christianæ disciplinæ docebat, sermonem adæquans eorum intellectui, atque hoc potissimum curans ut, ingenti sacrilegii horrore concepto, reverenter ad sacramenta pœnitentiæ et eucharistiæ accederent. Sed multo magis erat in erudiendis natu majoribus, in iisque ex pulpito adhortandis ad bonum et avertendis a malo; ut nullum argumentum omitteret : summa vero vis et auctoritas a sanctimoniæ laude. Multo tamen plures animas ad Deum deduxit in sacro tribunali, ubi solebat sedere, quam diu adessent pœnitentes, certum

certum surgendi tempus non habens, aliquando meridiem transgrediens, aliquando usque ad vesperam expians peccatores. Singulos autem eximia patientia, perseverantia, prudentia cælestique unctione excipiebat, suavitati ita miscens severitatem, ut ad ejus pedes tremerent pœnitentes, et tamen eo innumeri allicerentur, et qui semel venissent alio ire nollent. Neque perfunctorie hoc obibat ministerium, ac neminem dimittebat quem ad perfectam contritionem non commovisset. Ægrotos et moribundos curabat ante omnes, solitus dicere : « Si mihi, ad pauperem infirmum aut moribundum vocato, clausæ essent omnes portæ, neque alius exitus pateret, paratus essem me per fenestram projicere in viam. » Quæ non nuda verba fuisse, sed pectoris sensa ex innumeris exemplis innotuit.

quam Deus multis decoravit miraculis.

150 Caritatem tam eximiam ubique fere miraculorum gloria exornatam vidimus; neque repetere libet quæ alibi satis declarata sunt. Ad hunc itaque locum pauca tantum servavimus; quæ, quoniam Neapoli, ubi sæpius versatus est Dei servus, contigerunt, ad certa tempora referre non potuimus. Joanna scilicet Cipolla, gravi oculorum tumore sanguineoque fluxu laborans, frustra humanis remediis adhibitis, alterum oculum amiserat et in manifesto amittendi alterius discrimine erat : ita ut medici hoc periculum averti non posse affirmarent. Opportune supervenit beatus vir jussitque ut inutilem vittam ab oculis deponeret. Tum, genibus flexis, solitum recitavit S. Antonii Patavini Responsorium; dein ultimo sacræ chordulæ suæ nodo signum crucis fecit super utrumque oculum; atque illico omnis tumor sanguineus, omnisque dolor et caligo evanuit, ut reliquum vitæ tempus lumina integra fuerint et bona. Aliam similiter Neapoli, copioso sanguinis fluxu in mortis discrimen adductam, cinguli sui impositione sacraque benedictione valetudini illico restituit.

Licet gravissimi ejus essent morbi, nil tamen remittebat de sacro ministerio, jejuniis et cruciatuum voluntariorum usu :

151 Illa autem ejus caritas tanta semper fuit ut numquam corporis doloribus victa fuerit. Neque enim herniæ incommodis, lunæ incremento gravioribus, ardore stillicidioque urinæ, renum resolutione, pectoris angustiis, sanguinis spuitionibus, genus tumore, gangræna et fistulis omniumque membrorum vulneribus a ministerio sacro inhiberi se passus est. Pati enim simul voluit et miseris adesse. Quum autem solito acutiora erant mala, audiebatur quum diceret : Ecce nunc bene mihi vult Deus meus! O! sit ei semper laus, benedictio et gratiarum actio? » Neque conquerebatur de dæmonis impetu, quem non solum in animo, verum etiam in corpore sæpius expertus est. Hac non contentus constantia, studuit omnes, etiam minimas et perquam innocuas, a se amoliri delicias, ut non nisi necessaria admitteret : hinc somnus ejus brevissimus et durus; carnis vinique perfecta fere abstinentia, et cibi minus grati selectus. Ut ipsemet amico spirituali confessus est, vorabat potius cibos quam manducabat, ne palatum saporem sentiret. Meliores particulas servabat pauperibus aut occulte feli projiciebat. Sparsim singularia ejus jejunia memoravimus : quæ, auctore Rugilo, in hoc erant posita ut singulis feriis quartis, sextis et sabbathis jejunaret in pane et aqua, et novem diebus ante septem solemniora B. Mariæ festa et ante S. Francisii Assisiatis natalem. Ab Ascensione Domini ad Pentecostem vescebatur dumtaxat aliquot castaneis, fabis aqua mollitis, cæpis crudis herbisque silvestribus; similiter novem diebus ante Nativitatem Domini et omnibus ecclesiæ ordinisque vigiliis solemnioribus. Fuere inter testes, qui eum sæpe a pane abstinuisse dicerent et herbis fructibusque silvestribus vixisse; alii eum integros dies atque etiam biduum nullo usum esse cibo, ut aut haberet quod daret pauperibus, aut contemplationis quiete frueretur, aut difficilius imperium faceret. Tanto autem mirabiliora hæc sunt jejunia, quod fame canina, quam dicunt, aliquando vexabatur. Cilicia, flagella aliaque cruciatus machinamenta alibi descripsimus; quorum usum et collegas, et novitios, et pœnitentes, etiam feminas, docebat.

quid sentiendum de illis cruciatibus.

152 Sed in fine vitæ minoris hæc æstimare cœpit ut instrumenta perfectionis. Atque hæc sane ratio et judicium maximi est ponderis, et experientia reique veritate nititur. Verumtamen considerandum est Deum, si misericordiam suam demonstrare velit, consuescere ex singulis hominum classibus, civitatibus, ordinibus aliquot seligere, a quibus non suorum dumtaxat, sed et sodalium peccatorum pœnas exposcat et qui quasi publicæ victimæ sint. Et quum tunc temporis Deus beneficentissimus fuerit erga Conventuales provinciæ Neapolitanæ, licet inter eos, ut in omnibus humanis collegiis peccata non defuerint, a vero non aberrabit is qui crediderit Ven. Dominici a Muro, B. Bonaventuræ Potentini eorumque discipulorum pœnitentia placatam fuisse divinam justitiam et in clementiam conversam.

Eximie coluit colendamque docebat castitatem et modestiam;

153. Ut enim ex universa vita patuit, numquam peccato ullo gravi animam suam maculavit Dei servus. Castitatem virginalem ab eo servatam fuisse illibatam testimonio confessariorum et sui ipsius constat, licet a tentationum molestiis liber non fuerit. Oculos modeste demittere solitus erat; passu incedebat lento et gravi, manibus intra manicas complicatis; sed simplex semper et procul ab omni affectatione. Hinc a testibus dictus est vultu et oculis puritatem prætulisse, et tam castus fuisse et purus ut angelus carne vestitus videretur. Verbis suis ingerebat pudicitiam aliis; et si quid minus casti auribus insonaret, increpabat apostolica vehementia. Feminarum aspectum fugiebat studiosissime, atque etiam vocem. Propterea clausam volebat fenestram, ne feminina vox aut cantus ad ejus aures perveniret. Imagines etiam rudes feminarum abhorrebat; ut patuit Ravelli, ubi, quum ei dedisset superior pelvim in qua rustice picta erat femina, hanc suam infelicitatem, quam vocabat, ægerrime tulit, neque hoc vase uti umquam voluit ad se lavandum. Panni si dandi essent lotrici, e longinquo projiciebat, e vicinia timens periculum. Sed verecundiam vincebat obedientia; ita ut detrimentum nullum inde caperet sacrum ministerium : sed ita tum sibi cavebat ut, etiamsi sæpius feminarum corona circumdaretur, nullius umquam vultum aspexerit. Ipsa Maria Angela, quacum frequens ei fuit commercium, vocem nullam blandam umquam ex ejus ore elicuit. Non minori diligentia a corporis sui membris oculos avertebat, neque ea sine summa repugnantia et rubore retegebat coram medicis et chirurgis, nil præter partem infirmam ostendens. Aliis quoque, juvenibus præsertim, vehementer commendabat custodiam sensuum, modestiamque in ponendis et induendis vestibus aliis consulebat, aliis perfectioribus

AUCTORE V. D. B.

fectioribus præcipiebat. Vetabat sedulo ne juvenes et puellæ, etiam consanguinei germanique fratres et sorores, familiariter inter se conversarentur. Verbo nihil omittebat, ubicumque versabatur, quo angelicæ virtutis amorem propagaret; inutiles ornatus, licentiám morum et publica scandala fortiter persequens. Noluit Deus prodigiosa sua dona ab hoc studio abesse. Sæpe enim accidit ut, quum per incognita loca transiret ubi luxuriosi homines habitabant, nares suas clauderet, ne putorem peccati (ut dicebat) sentiret; atque eumdem putorem percipiebat, quum ad eum libidinosi accederent. Ipse vero ex corpore emittebat odorem gratissimum, quem omnes fere ejus familiares experti sunt, maxime ii qui ejus manum pro more regionis reverenter osculabantur: quod tamen nonnisi invitus patiebatur. Quin et chirurgus suavem hunc odorem, ex vulneris putredine emanantem, naribus traxit. Qui odor tam acutus aliquando erat, ut, teste Maria Angela, vix ferri posset.

donatus a Deo mirifico ex membris manante odore.

154 Hæc autem quum aliquando ad confessionalem ejus sedem accederet, odorem sensit solito majorem et continuo crescentem, ut sibi quasi paradisi odorem percipere videretur. Unde coacta est sæpius interrumpere sermonem. Quare tandem Dei servus eam interrogavit quid ita media in voce resisteret. Dissimulare volebat puella, ut jam pridem facere solita erat; sed novis odoris augmentis novisque sermonis intermissionibus eo tandem adducta est, ut responderit: « Quid hoc est, Pater, et quid volo? Novi a te odores nullos circumferri; et tamen ex te prodeuntem sentio odorem tam suavem, ut sustinere non possim et deliquium pæne patiar. » Illis turbata non est beati viri humilitas, qui reposuit: « Quem odorem, quem odorem tu dicis? Quem sentis et credis sentire, putor est, putor est. Quomodo tu nondum novisti me intus et foris esse putridum? putorem vivum? Visne videre? Ecce. » Et putredinem, cruore mixtam, exscreavit. Etiam vestes et quidquid corpori suo ejus applicitum fuerat, participabat hæc mira effluvia. Ab his expers non erat calix, quo ad altare utebatur; adeoque, qui hoc prodigium noverant, solebant, quam primum ad gratias Deo agendas recessisset, accurrere ad calicem, ut cælestem odorem naribus traherent. Atque hoc castissimi corporis prodigium etiam post mortem perseveravit.

Humilitatis erat exemplar,

155 Hoc autem ut et reliqua splendidiora Dei dona occultabat, quantum poterat: humilitas enim ejus par ibat ejus sanctimoniæ. Quapropter si intelligeret aliquid de eis innotuisse aliis, efflagitabat a consciis ut hæc perpetuo tegerent silentio. Nihil quippe ei gravius quam thaumaturgi fama; adeo ut dubius aliquandiu fuerit pergeretne visitare infirmos. Quam animi anxietatem amico aperuit, dicens: « Expertus sum homines esse ita compositos ut, si quid videant a divina misericordia patrari, continuo spargant me auctorem esse et incipiant dicere: « Sanctus, sanctus, » quum tamen sceleratissimus peccator sim. » Natalium vilitatem deprædicabat ubique: « Nihili me facere debetis, sic fere ubique loquebatur. Quemnam enim me esse putatis? Homo vilis sum, filius pauperis sartoris. Omnes mei consanguinei sunt pauperes, et neptes maritatæ eleemosynis bonorum christianorum. » In deprimendo se erat assiduus, majoribus, æqualibus atque etiam minoribus se postponens. Artem quamdam invenerat, qua inter incedendum latus sinistrum socii tegeret et ubique locum inferiorem occuparet. Obvios salutabat prior, neque in hoc obsequiorum genere se præveniri patiebatur. Unus ex ejus novitiis hæc testatus est: « Rarissimæ humilitatis erat Dei servus. Pessime de se sentiebat, æstimans nullum se nequiorem peccatorem in terris vivere. Despiciebat propterea quidquid in suum honorem et laudem vergeret; hæc sola amplexabatur quæ ad se deprimendum valerent; dicebat se vilem, ignarum, humilibus natalibus, amans contemni. Postponebat se religiosis omnibus, etiam inferioribus, quin et novitiis. » Perimezzius episcopus hæc alia pro testimonio dixit: « Perfectionem humilitatis servi Dei plurimum admiratus sum, quum mihi declararet consanguineorum paupertatem, natales infimos, naturam suam ad malum propensam, tentationes quibus vexabatur, et imperfectiones quarum se reum esse deprehendebat. Fugiebat omnem plausum humanum, neque sivit me pedes suos osculari, nisi ipse prius meos esset osculatus. » Demum P. M. Simeon hæc fere eadem retulit: « Servus ille Dei, inquit, humilitate vere eminuit. Despiciebat omnes gloriæ existimationisque rationes et opprobria contemptumque quærebat. Amabat idcirco natalium ignobilitatem manifestare, consanguineorum egestatem, studia imperfecta, imperfectiones quarum sibi conscius erat. Existimabat se peccatorum omnium turpissimum; fugiebat hominum applausum, et obedicbat etiam inferioribus. » Sed ubique in ejus vita humilitatis studium adeo enituit, ut hæc universalia plane sufficiant.

itemque obedientiæ.

156 Non impar erat obedientiæ simplicitas; ita ut passim verba superiorum magis quam voluntatem faceret: sed hoc jam satis apparuit. Solitus erat dicere, pia hyperbole usus, se ex obedientia paratum esse ire per universum mundum, atque etiam descendere in inferni abyssum. A nullo superari se in obedientia patiebatur; ita ut si generaliter superiores aliquid præciperent, quod ad laicorum officia potius pertineret, ipse tamen princeps erat operis. Sic quum aliquando guardianus in dormitorio languens lumen vidisset et adstantibus dixisset: « Opem ferte huic lampadi, » reliquos antecessit Dei servus, diuturno molestoque negotio operam daturus. Fiebat ut interdum hæc minus placerent collegis presbyteris; quorum unus, videns eum in culina laborantem, rogavit eum deceretne manus sacerdotales talia tractare: ad quæ respondit Dei servus: « Melius sapiet cibus ille, presbyteri manibus præparatus. » Cæterum nihil agere volebat nisi ex superiorum auctoritate; et si abesset superior, ab altero presbytero benedictionem postulabat; quod si non nisi laici adessent, eorum se permittebat arbitrio. Qua animi dispositione abutebantur nonnumquam tertiarii. Sin autem omnino solus domi exsistens ex conventu evocaretur, profunda corporis inclinatione salutabat superioris cubiculum, et dein in templo B. Mariam Virginem et S. Franciscum benedictionem rogabat. Quæcumque vero ejus esset superiorum observantia, sordida tamen non erat neque abjecta. Quocirca aliquando visus est, ut jam dixi, guardianum reprehendere, quod disciplinam regularem et maxime chori leges negligeret. Ut amabat subesse, sic abhorrebat ab omni magistratu, ne quidquam de obedientiæ merito perderet;

AUCTORE V. D. B.

ret; gemens, plangens, tremens, si sermo fieret de se creando superiore. Discipulos autem suos in eadem virtute exercebat diligenter; quemadmodum ex Mariæ Angelæ institutione satis patuit, multoque magis ex novitiorum disciplina.

A V. S. D. Dominico a Muro doctus arctissimam paupertatem,

157 In schola Dominici a Muro didicerat studiosissime colere paupertatem, quam venerabilis ille vir ut matrem diligebat, et quæ, licet dominio communi non interdicat Conventuales, prohibet tamen ab omni usu libero et suadet res viles præferre pretiosioribus. Hæc ita amplexus est B. Bonaventura ut nonnisi vestibus laceris suaque manu resartis uteretur, ut cellam inhabitaret cæteris omnibus magis nudam, et pecuniam nullam, ne obolum quidem, manu attrectare vellet. Neque umquam ab his institutis deflexit. Rei enim omnino nulli adhærebat, non patriæ, non conventui aut cellæ alicui, non vestibus aut supellectili ulli, semper paratus ea relinquere ad superiorum jussa; quin etiam nil ex iis umquam postulare voluit, multo minus quod quasi singulariter ad suum esset usum: hoc enim certum ei erat et præstitutum dispensatoribus semper obnoxium esse. Quid, quod sibi persuaserat sibi in ordine ad rem quampiam nullum jus esse? Raro superiores aut famulos de suis necessitatibus monebat; et, si faceret, ut sibi ex caritate providerent rogabat; aut, siquid peteret, id a se fieri ad pauperes suos sublevandos dicebat. Superflua abhorrebat ut pestem, tum maxime lætus, quum aliquid ei deerat. Pallium nonnisi dumtaxat unum habebat ex panno vili coloris cineracii. Severiores inter Conventuales utebantur tum panno Amalphitano *, vulgari et crasso; non ex alio conficiebantur B. Bonaventuræ tunicæ; qui etiam hieme corpus non texisset, nisi obedientia obstitisset et decentia: sed ita tunicam componere noverat, ut non multo minus a frigore pateretur. Si braccas haberet, cilicio erant similes, lateribus appensæ; quibus si careret (contingebat autem id sæpius), tunicellam hispidam, infra genua descendentem, gerebat. Plus duas camisias numquam habuit, plerumque unam tantum in formam sacci, sine manicis et collari, atque ex tela qua illic saccariorum amictus confieri solet. Si hæc unica aut a cruore aut alia de causa purganda esset, a collega, pœnitentiæ suæ conscio, mutuo petebat aliam, aut defectum patiebatur. Sæpenumero erat ei unum dumtaxat par tibialium ex lana vili; ea frequenter lacera aut resarta. Calceis omnis fere forma deerat; neque umquam plus uno pare habuit.

* Saya della Costa di Amalfi.

hanc virtutem totum vitæ tempus strenue coluit,

158 Verum, licet diligenter vestes rudes et pingues ambiret et gereret, ita tamen eis parcebat ut integra lustra eas ferret, centones addens centonibus, quamdiu suendi locus superesset. Neque projicere solebat depositos panniculos; sed partes meliores servabat in pera, ut omni tempore in promptu haberet unde dilabidam vestem reficeret, aut dabat easdem pauperibus, aut bireta inde conficiebat. Quum vetuerit S. Franciscus ne serico uterentur Fratres Minores, hæc verba " nihil sericum " ita intelligebat ut ne filum quidem sericum in vestibus suis ferret, filo lineo contentus. Cæterum omnem speciem in indumentis ita fugiebat ut dicatur a testibus processisse per vias quasi saccus vestitus. In reliqua sua supellectile eadem paupertas elucebat. In omnibus quas incoluit domibus hæc ejus cellæ species: angustissimum continebat et pessimum conventus lectum, quem norat qualicumque obtinere modo; mensulam ex ligno rudi, quæ scribenti aut legenti utilis esset, cum superposito libello pio, unde meditationem suam aleret; et duas sedes vulgares ex palea. Muri ornati erant parvo simulacro Christi cruci affixi et duabus imaginibus chartaceis sanctorum: neque plus reperit magister Simeon, minister provincialis, in demortui cubiculo. In lecto autem neque pulvinus, neque stragulum; ultimis tribus annis super tomentum jacuit, reliquis humi aut super lecti imam tabulam et cervical stramineum. Vestem non deponebat ante somnum, neque se operiebat nisi pannulis; adeo ut, quum ægrotaret, aliunde afferenda esset lodix. Atque hanc summam paupertatem non regulæ auctoritate, non vi votorum, neque superiorum avaritia colebat, sed sponte et Christi, pauperis facti, amore. Quum sacerdos erat et confessarius, dolebat pluribus ejus pœnitentibus patrem suum spiritualem in tanta egestate cernere; sed nihil ab eis accipere volebat, nisi quod consensu superiorum in pauperes distribueret, aut quod in communem fratrum utilitatem cederet: curans tum maxime ut quam primum hæ eleemosynæ penes superiorem essent.

munuscula et pecuniam vehementer aversatus: hujus rei

159 Ut ad usum suum proprium aliquid admitteret induci numquam potuit. Frustra tentavit Josephus Maria Perimezzius, episcopus Ravellanus et Scalensis, ei ad vitæ finem aliquid obtrudere, quo ejus inopia aut consanguineorum levaretur. Dicebat se re nulla pro se aut suis indigere et habere supra meritum. Deperiit pœnitens quædam desiderio dandi ei subligaria, quibus eum carere noverat: inutiles omnes conatus. Alia, quæ ad eum deferebat par tibialium, non fuit felicior; quam quippe ut vidit, fugit. Nuceræ a tertia non accepit strophiolum, plenum nucibus, nisi jussus a confessario propter feminæ solatium; sed statim ad superiorem portavit. Aurum et argentum non tangebat, exemplo Capuccinorum, nisi veste interposita, dicens pecuniam esse viperæ similem. Et quidem siquando manu teneret, non minus irrequietus erat quam si illud animal circumgestasset. Cujus rei spectaculum aliquando ridiculum erat. Quum scilicet conventum S. Spiritus seu S. Antonii Neapolitanum incoleret, jusserat ei superior ut dealbescentem pileum dispensatori committeret, qui curaret eum tingi; simulque ei dederat nummulum argenteum, carlino *a* non majorem, dispensatori tradendum. Sed hic domo aberat; et donec rediit, beatus vir sui compos non videbatur, quasi ignem pallio gestasset: qui ut eum reducem vidit, a longinquo miserabiliter clamavit: " Oh Deus, pater baccalauree, quando venisti? " Non secus ac si calamitas aliqua accidissit; neque prius respiravit quam nummulo suo liberatus est. Ravelli rem fere similem vidit pœnitens; qui quum manum osculari vellet, eamque mira sollicitudine manicæ limbum stringentem deprehenderet, rogavit quid esset. Et beatus vir, nummulum argenteum retegens: " Est eleemosyna, inquit, oblata mihi pro Missæ stipendio; exspecto conversum, cui eam tradam; reposui in manica, quoniam pecuniam tangere mihi non licet *b*. " Et similia con- *b*

a

tigerunt sæpius.

exempla aliquot mira referuntur.

160 Quum autem emitteretur a superioribus sine socio et pecunia aliqua pro viatico instrueretur, hæc, vestis limbo circumvoluta, stimulus erat ut citatissimo passu viam conficeret et nummos alienis crederet manibus. Quo vero facultas

AUCTORE V. D. B.

cultas sublata sibi esset retinendæ monetæ aut alius cujuscumque rei, nolebat crumenam sacculumve vesti suæ assui. Qui pecuniæ horror, ut multis notus erat, sic jocis patebat. Et certe, quum calcei ejus (novos enim raro admittebat) frequenter reficiendi essent, nonnumquam superiores jubebant ab ipsomet mercedulam sutori tradi. Quod mandatum quum aliquando Neapoli ab eo fieri cerneret clericus, abstinentiæ illius non ignarus : « Quid, ait, perinde ac si scandalum pateretur, tu, Pater Bonaventura, pecuniam tractas! » Atque hic, non animadvertens hæc non amoto ludo dicta esse, erubuit et contremuit, quasi in scelere deprehensus; atque dein rem excusavit, dicens potestatem sibi factam esse a guardiano. Alio tempore dederat ei iterum superior aliquot nummulos, sutori destinatos. Sed opportune non adfuit sutor, et beatus vir domo exire debuit : quo factum est ut ante noctem cerdonem non viderit, et pecuniæ, in cella repositæ, ante somnum recordatus non fuerit. Sed ut eam postridie vidit, inhorruit, neque Missæ sacrificium offerre voluit, nisi prius expiatus. Adivit itaque confessarium, magistrum Ludovicum a S. Felice *c*, cui scrupuli et animi anxietates ita judicium obscurarant ut propter multorum turbatas conscientias a P. Bonaventura Nicolaï, ministro provinciali, jure excipiendi confessiones interdictus fuerit. Quum illa audivit imprudens homo, pronuntiavit peccatum mortale esse et casum superioribus reservatum. Hæc ita esse non posse videbat beatus vir; sed sententiæ alienæ magis quam suæ laudator, credidit infando dolore se Deo inimicum factum esse; et maxima lacrimarum copia ad superioris pedes se abjecit. Qui confessarii errorem tum maxime intellexit, quum B. Bonaventura, interrogatus an pecuniæ amore teneretur : « Pater guardiane, respondit, nedum pecuniam amem, eam non novi; » et perrexit lacrimas profundere : qua apparet numquam ab eo attente conspectam fuisse monetam. Ut itaque confessarii, non autem pœnitentis, erratum emendaret superior, remisit eum ad magistrum Ludovicum, jubens huic ut beatum virum absolveret et ut deinceps res, ab omni culpa vacuas, in gravissima delicta non converteret. Sed quid singulas virtutes delibo? Universa enim ejus vita, non ex præclaris gestis, quales historia amet, sed ex sanctis actionibus, quæ asceticis libris inserantur, et ex divinis charismatibus, quæ illarum quasi corona et comprobatio sint, constitit : ita ut Rugilo, qui singulas ejus dotes prosequi voluit, omnia fere quæ prius dixerat, repetenda fuerint aut certe in memoriam revocanda. Quod profecto exemplum imitari non lubet.

c

ANNOTATA.

a *Carlinus, qui nummus a Carolo II anno* 1686 *cusus est, pendebat acinos* 63 1/2, *id est grammata* 2, 83; *inerant autem argenti partes* 11, *æris una; ita ut singulus carlinus valeret quantum nunc* 57 *centesimæ franci partes. Postea carlini valuerunt dumtaxat* 42 1/2 *centesimis.*

b *Hæc sibi legem præstituerat beatus vir, et nemo alius. Re quidem vera hæc paupertatis ratio præscripta est aliquot Fratrum Minorum familiis, sed neutiquam Conventualibus; qui tum secum habere poterant julios tres, id est, francum cum* 65 *centesimis; multoque plus singulari superiorum mandato.*

c *Italice legitur* Ludovico da S. Fele, *id est Ludovicus ab oppido S. Felicis; quod oppidum est provinciæ Materanæ* VI.P.M. *a civitate Muro dissitum, ubi exstabat Conventualium monasterium. Alia quoque loca Regni Neapolitani appellantur* San Fele *seu* San Felice.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

B. Bonaventuræ post mortem patrata miracula et beatificatio.

B. Bonaventura *apparet ægrotis*

Quum itaque vir Dei, tot tantisque sanctimoniæ decoribus ornatus, e vivis sublatus esset et tam singulari modo tantaque animorum excitatione sepulcro fuisset traditus, nihil profecto mirum si passim homines, maxime Ravellani, in necessitatibus suis ad ejus confugerint subsidium et si Deus prodigiosis beneficiis hanc de servo suo fiduciam confirmaverit. Superest ut pauca quædam referamus, initio ducto ab iis in quibus beatus vir apparuit. Imprimis soror Maria Angela a Cruce hæc coram quæsitoribus apostolicis testata est : « Abhinc, inquit, quatuor annis gravi apoplexia linguæ usu orbata sum, ut non possem confiteri peccata mea nisi signorum ope, neque recipere communionem : quo in statu tres fui dies. Desperantes itaque salutem meam, extrema unctione me unxerunt; aderatque mihi V. V. Blasius Tirabella, qui me ad bene moriendum juvaret. Tum commendavi me vehementer Dei servo dixique ei internis vocibus : « P. Bonaventura, mi spiritualis pater, qui Dei facie nunc frueris, ora pro me. » Porro mane tertiæ diei, quum in agonia essem et, candela benedicta accensa, recitarent Litanias et Commendationem animæ, apparuit mihi Dei servus dixitque mihi hæc verba : « Soror Maria Angela, macte animo : nondum venit tempus; bene te habes. » Quibus dictis, evanuit atque ego cœpi loqui. Prima mea verba fuerunt : « P. Bonaventura, P. Bonaventura; » atque inde cœpi me melius habere et recuperare salutem. » Qui aderant similiter testati sunt se ex Mariæ Angelæ ore hæc audivisse verba : « P. Bonaventura, P. Bonaventura, » quum ejus mortem continuo exspectarent, et Mariam Angelam interrogantibus quid rei esset respondentem : « Venit P. Bonaventura jussitque me gaudere quod nondum ex his terris recessura sim; » atque ex hoc tempore mirum in modum melius valuisse et paucis diebus perfecte fuisse sanatam.

eosque interventu suo

162 Testata est hæc alia eadem Maria Angela: « Alio tempore, non recordor utrum dormirem an vigilarem, visa mihi sum videre Dei servum sedentem in confessionali sede eumque hæc audire dicentem : « Dominus Josephus Messina graviter ægrotat; neque tamen tu eum visitas? Obediens esto; adi eum et dic ei meo nomine rem bene ei cessuram; eum proxime nacturum dignitatem eique multas animas ad Deum ducendas fore. » Mane mandatum feci servi Dei, qui, quamvis mortuus semper tamen vivit pro adjutorio amicorum, et cum V. V. Andrea Morgioni

gioni ejusque sorore contuli me ad infirmum; cui dixi me ad eum missum esse a P. Bonaventura; et legatione fideliter functa sum. " Quod testimonium confirmavit idem ille Messina his verbis : " Abhinc annis viginti tribus circiter afflixit me Deus gravissimo morbo, quo ad extrema deductus sum, ut medici desperarent meam salutem. Venit tum ad me soror Maria Angela a Cruce, quæ numquam domum meam ingressa erat; adeo ut propterea eo deducenda fuerit a canonico Andrea Morgioni. Quo dimisso, venit soror ad meum lectum, genibusque nixa, petiit a me ut quæ dictura esset secreto servarem. Tum sic exorsa est : " Dormiens an vigilans, nescio, vidi Dei servum, nostrum P. Bonaventuram Potentinum, qui mihi dixit te graviter ægrotare, jussitque ut te visitarem atque tibi dicerem : gauderes; ne dubitares de salute, quoniam convalesceres; brevi te habiturum dignitatem ecclesiasticam et Deum tibi crediturum multas animas quas ad eum dirigeres. " Quibus dictis, recessit. Unde magnum cepi solatium; et quum me ex animo commendassem Dei servo, subito melius me habere cœpi et e lecto surrexi. Quatuor autem diebus post mortuus est D. Franciscus Migliaccio, canonicus pœnitentiarius hujus diœcesis; cujus beneficium obtinui. Insuper D. Trapani, tum noster episcopus, creavit me confessarium ordinarium monialium S. Claræ hujus civitatis. "

ad sanitatem

163 Soror Joanna Proto, tertiaria S. Francisci, viginti jam annos ægrotabat pectoris vitio et continua sanguinis spuitione; adeoque lenta febri phthisica consumebatur, salutem desperantibus medicis. Cui malo accessit novus dolor ex gravissimo casu, quo nervi læsi, brachia pedesque facta immobilia, impeditus omnis membrorum usus, ut quasi truncus jaceret in lecto. Quum itaque nocte quadam, accenso lumine, vigilaret Joanna, hanc orationem ad Dei servum habuit : " Si corporis restitutio utilis sit animæ meæ saluti, eia serve Dei, opem mihi fer! " " Dum autem me his verbis commendarem, — sic testimonium suum persecuta est Joanna, — visibilis mihi apparuit P. Bonaventura Potentinus, vultu venerabili blandoque, summa dignitate et paradisiacis odoribus cubiculum implens. Qui et dixit mihi : " Confide Deo. Nostine his laboribus gloriam paradisi comparari? Gaude. " Quibus dictis, ab oculis meis sublatus est atque ego summo affecta sum solatio. Tum recordata sum sub pulvino meo jacere particulam ejus vestis; quam tergo meo applicui, denuo eum precata ut aut mihi sanitatem aut animum parem doloribus ferendis obtineret. Tum me ab omni malo liberam sensi et somnum cœpi. Mane sponte surrexi sana et ab utraque infirmitate mea libera, statimque laborare cœpi, quæ prius absque alieno adjutoria movere me non poteram. Perseveravi sic dies complures; sed mane quodam, quum surgere vellem, iisdem me implicitam vidi malis quibus prius, et vestibus induendis imparem. Quod fieri propterea, quod non in dorso, sed sub cervicali servarem servi Dei reliquias, quum mihi subiisset in mentem, eas recepi et denuo sine mora sana facta sum et ab omni morbo libera, atque exinde valere perrexi. " Quod testimonium matris Antoniæ di Amato et medici Felicis Coppola depositione confirmatum est.

reducit.

164 Potentinus civis, nomine Ludovicus Tramutoli, simile beneficium accepit; de quo his verbis testatus est : " Ante annos octo febri maligna dies quatuordecim tentatus et a medicis derelictus, in proximo mortis periculo versabar. Venit itaque ad me lecto decumbentem frater meus Gerardus dixitque mihi : " Ludovice, votum feci visitandi sepulcri servi Dei P. Bonaventuræ, popularis nostri, a quo tibi auxilium venturum spero. " Dataque mihi in haustu aquæ particula indusii servi Dei, perrexit his verbis : " Fidem habe et eris salvus. " Sequenti nocte oppressus fui morbi doloribus, mei tamen omnino compos; et ecce oculis meis apparuit Pater ex Minoribus Conventualibus S. Francisci, qui, ad lectum meum accedens meque sublevans, resoluta sua chordula medium me cinxit, dicens : " Gaude, quia jam sanus es; " et illico evanuit. Atque hoc ipso temporis momento sanum me sensi, febri liberum omnique dolore; et intra paucos dies surrexi a lecto. " Similiter Antonia Palma, invocato Dei servo, vidit eum et gravi capitis vulnere omnino et sine mora liberata est.

AUCTORE V. D. B.

Complures super sepulcrum ejus strati convalescunt;

165 Quæ sequuntur miracula, inter alia multa selecta fuerunt ex inquisitionibus apostolicis, tum quod fere insigniora sunt, tum maxime quod magno testium numero fuerunt confirmata. Soror Maria Fortunata di Afflitto, nobili genere, quum in Ravellano S. Claræ monasterio educaretur, pustulis malignis circa nares affecta, in nullis remediis levamen invenerat. Novem annorum spatio exasperatæ, in horrendum fistulam degenerarant, et medicis insanabiles videbantur. Tum ad Dei servum confugit misera, voto concepto se adituram ejus sepulcrum. Quod quum fecit, lacrimabunda vultum applicuit tumulo; et cujus facies ante omnino corrupta erat, surrexit sine dolore, sine vulnere, sine macula, sine mali vestigio; adeoque sanatio subita fuit, publica, integra, stabilis, omniumque consensu agnita. Joachimus Guerrasio, puer biennis, gravissimo trium mensium morbo omnes vires amiserat ultimosque spiritus ducere videbatur. In gremium sumpsit tunc misellum mœstissima mater posuitque super sepulcrum servi Dei. Quem sacrum locum vix attigit puellus, quum sponte surrexit, sanus, vigens, floridus, recessitque cum matre ex templo exsultans et festivus. F. Angelus Amendola ceciderat ex turri campanaria Conventualium Ravellanorum, humique jacebat graviter plagatus, cruore conspersus, semivivus. Multorum brachiis delatus super beati viri sepulcrum, primo contactu sanatus est et sponte surrexit integer. Dominicus Coppola a nativitatis hora usque ad annum ætatis duodecimum hernia intestinali gravissima laborabat, peritoneo rupto visceribusque in scrotum descendentibus; Candida Gascano eodem inveterato malo affecta erat; Horatius vero Famulare a longo tempore febri tertiana; qui terni, ut in extremis angustiis jacuerunt super terram sepulcro instratam, omnino a suis malis convaluerunt. Quibus miraculis ingens gloria Dei servi tumulo accessit.

idem beneficium concessum iis, qui sibi pie ejus reliquias applicant,

166 Reliquiarum applicatio ejusque nominis invocatio non minus fuerunt utiles. Laurentius Manso, herniosus, rupta membrana intestinisque in scrotum delapsis, et canonicus Joannes Dominicus Famulare, eodem malo laborans atque insuper erysipelate et pulmonum inflammatione lethifera, quum ambo sine spe jacerent, mortem proxime exspectantes, et Simeon Galise,

AUCTORE V. D. B.

lise, similiter insanabili hernia æger, imploraruntDei servi patrocinium sibique reliquias applicuerunt : quod ut fecerunt, sanitati restituti sunt. Ignatius di Amato, vulnere gangræna vitiato, ultimisque acceptis sacramentis, quum desperatus decumberet, ejusdem patrocinii invocatione et reliquiarum admotione illico curatus est; similiter soror Angela Maria Confalone ab inveteratis pustulis et incurabili gutturis tumoribus, atque alio tempore ab erysipelate; Natalis Manso a profundo veterique cruris vulnere; Stephanus Manso ab ingenti cruris dextri tumore; Agnes Manso a contumaci genus tumore; Josephus di Amato a vultus extuberatione, frustra adhibitis humanis remediis, sanitati restituti sunt, ut primum eis impositæ fuerunt reliquiæ. Cæsaris Carola, medicinæ doctoris, bucca biennium dolebat ulceribus malignis et insanabilibus. Quum nihil arte medica juvaretur, cælestem medicum invocavit, ori admoto B. Bonaventuræ dente. Illico cessit malum. Animam agebat Theresia Bonito, acuta febri afflicta; Joanna Zaccaria sex annos acerbo internoque morbo et obstinata raucedine laborabat; et Antonia Milano ingentem tumorem in collo habebat; admotis beati viri reliquiis, subito recuperarunt salutem.

aut qui ejus implorant patrocinium : fœtus, triduum mortuus, ad vitam revocatur.

167 Laura Mosca ex alto lapsa erat loco. Fractum crus aut mala curatione aut alia causa gangræna vitiatum erat. Quum itaque jam in mortis esset discrimine, vulnerato membro applicuit reliquias servi Dei, et ecce, reddita sanitate, surrexit integra salvaque. Andreas di Simone ejusque filius Antonius, maligna febri simul laborantes, ut se viderunt in mortis angustiis, commendarunt se B. Bonaventuræ; non frustra : nam subito redierunt ambo ad perfectam salutem. Brigida Lombardo in ultimum discrimen ex partus difficultate venerat. Fœtus maturus, a triduo extinctus, transverse jacebat in utero cumque putredine inficiebat. Demum misera mulier adstantesque thaumaturgi Ravellani implorarunt opem. Ut vero reliquiæ ejus ventri admotæ sunt, repente ejectus est fœtus et fœmina saluti reddita. Quod miraculum spem alterius majorisque prodigii injecit. Novis itaque precibus efflagitarunt Dei servum ne sua pietas deesset infanti : et reapse ille ipse puer, triduum mortuus et jam putrescens, illico venit ad vitam perrexitque vivere.

Ischiadis et lepræ curationes approbatæ a S. Sede tamquam miraculosæ.

168 Ad finem servavimus duo miracula, quæ sanctæ sedis judicio confirmata sunt. Andreas Russo, presbyter et canonicus Ravellanus, plus quinque menses atroci ischiade laborabat, communi medicorum voto desperatus. Os enim ischion ex recessu suo motum erat; liquor gummosus interius induratus; crus siccatum et simile factum stipiti; ita ut æger sine motu in lecto jaceret. In summis doloribus imploravit servi Dei auxilium et reliquias infirmæ corporis parti applicuit. Quo contactu ischion suo loco restitutum est cessavitque illico omnis dolor, deinceps non rediturus. Absque ullo itaque adminiculo ad templum ivit Russus, benefactori suo gratias acturus, atque inde ad episcopum Perimezzium, cui nuntiaret prodigium. Andreas di Pino, infans dierum circiter quadraginta, a matre, Agatha Amatruja, lactis inope, nutriendus datus erat Sanctæ Proto, honestæ feminæ Ravellanæ. Quæ quum fasces ejus sustulisset, invenit ejus corpus coopertum elephantiasi seu lepra arabica, ita ut ulcera et tabes nauseam moverent. Nihil profuerunt adhibita remedia; et continuæ vigiliæ, carnes corrosæ et teneri corpusculi sceletro similis forma mortem vicinam esse præsagiebant. Quare mater et nutrix, mœrore afflictæ, confugerunt ad superos, et inter lacrimas et preces posuerunt semivivum puellum super servi Dei sepulcrum. Vix autem sacrum locum attigerat infans, quum ridere cœpit et sanus ludere cum matre. Dómum vero quum delatus est et indumentis spoliatus, repertus est a lepra omnino mundus, sine cicatrice aut macula.

Prodigia quæ anno 1750 in B. Bonaventuræ corporis recognitione acciderunt.

169 Quibus demum coronidis loco accedat mirabilis beati viri corporis retectio; quam secundum Rossium ex literis Augustini Giannini, episcopi Litterarum testisque oculati, referam. Gianninius enim die 8 aprilis 1750, simul cum Antonio Maria Santoro, episcopo Ravellano, et V. S. D. Antonio Maria Lucci, episcopo Bovinensi *a*, auctoritate sedis apostolicæ corporis recognitionem fecit. Postquam itaque Gianninius dixisset corpus a se repertum fuisse integrum, molle, flexile, odoriferum, omnibus carnibus indutum et vivo simile, sic prosequitur : « Visum est mihi aliisque episcopis et præclaris viris, corporis recognitioni præsentibus, reponendum esse corpus in loculo ligneo, linteis subtilibus vestito.... Sed quando corpus servi Dei, ex priori sepulcro depromptum, tentarunt arcæ imponere, hæc tam angusta reperta est, ut corpus pectore tenus emineret, quoniam palmi trientem scapulæ latitudinem arcæ excedebant. Stupore correpti sumus, sed simul timore ne indiscreta populi pietas modum finesque superaret. In hoc itaque periculo, superiori quodam spiritu impulsus, dixi alta voce, audientibus aliis : « Eia, P. Bonaventura, compone te in arca, quia nos facere non possumus. » Quæ verba vix dixeram, quum vidi et adstantes viderunt venerabile corpus sponte sua constringens brachia et scapulas, intrans omnino in arcam, ibique se commode componens. Sed quum corpus in arcam intravit, caput extra cervical, quod decentiæ et commoditatis causa imposueramus, remanebat. Extensas itaque meas manus quasi ad caput sublevandum admovens, eadem fiducia dixi : « Eia, P. Bonaventura, ut fecisti prius, sic fac nunc. » Quæ ut dixi, sine impulsu aut adjutorio manuum mearum, quæ motum dumtaxat sequebantur, caput sponte sua se movit et commode super subjacens cervical se composuit. » Vivunt adhuc, scribebat Rossius viginti annis post, complures testes tanti prodigii *b*.

a

b

Statim post mortem incipit parari via ad ejus beatificationem ;

170 Plurimum jam tum promota causa beatificationis servi Dei, cujus occasione hæc facta est corporis recognitio. Quæ causa quasi cœpit intra triduum, quo ante sepulturam corpus per plateas circumlatum est et populari pietati propositum : tum enim plebs audita est quum eum suum beatum, suum sanctum, suum patronum appellabat. Prodigia, quæ tribus illis diebus Ravellani et universi fere littoris Amalphitani incolæ sibi videbantur vidisse, non potuerunt non spargi per universum Regnum Neapolitanum. Quin et ultra montes nomen servi Dei a FF. Conventualibus propagatum est : cui propagationi inservierunt plurimum imagines pictæ aut impressæ et breves de ejus gestis commentarii. Rumor etiam multus erat de beneficiis et prodigiis, interventu beati viri post mortem patrati. Paulatim itaque invaluit inter Conventuales cogitatio laborandum esse ut cælitibus decreto

decreto apostolico Bonaventura Potentinus adscriberetur. Quæ res nonaginta quatuor supplicibus epistolis postulata est a cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, baronibus et collegiis ecclesiasticis et sæcularibus. Hujus operis quasi princeps fuit P. M. Simeon, provinciæ Neapolitanæ præpositus, quum e vivis recessit beatus vir. Qui ut hujus mortem intellexit, sine mora Ravellum se contulit, tum ut memorias colligeret, tum ut supellectilem servaret: de qua nihil superfuisset, nisi populari pietati obstitisset ordinis lex, qua nemini licet elati cubiculum intrare absque ministri provincialis auctoritate. Quum autem minister adfuit, probabilis demortui hæreditatis distributio facta est. Ad conventum Potentinum misit integram tunicam interiorem servi Dei; ubi recepta multo honore et clausa decenti urna, in secreto loculamento altaris domestici deposita : in qua tunica plus quadraginta annis post tineæ nullæ animadversæ sunt. Inde extracta urna et honorificentius collocata, quum beati honores Dei servo decreti sunt. Conventui Neapolitano S. Laurentii Majoris, quæ præcipua ministrorum provincialium sedes erat, ejus flagellum seu disciplinam aliasque res minores destinavit Simeon; ex quibus rebus, quum anno 1752 retectæ sunt, suavis odor emanavit. Sibi reservavit minister indusium, tinctum sanguine; et unus ex beati viri discipulis efflagitavit baculum ex ligno rudi, quo aliquando in itineribus usus erat. Alii autem res alias nacti sunt pro petentium fervore et dignitate : Qui omnes testati sunt se in omnibus suis necessitatibus non frustra adhibuisse concessas reliquias. Quas vero partes in promovendo beatificationis negotio habuerit Ludovicus Sileo, causæ postulator, diximus in Commentario prævio.

cujus demum solemnitas celebrata est Romæ die 26 *novembris anni* 1775.

171 Horum itaque virorum labore strenue promota est causa beatificationis servi Dei. Anno 1727 cœptæ fuerunt auctoritate ordinariorum solitæ inquisitiones in sanctitatis famam, virtutes, miracula, eæque triennio post Romam missæ; unde anno 1739 venerunt articuli et mandata ut nomine pontificis nova inquisitio fieret; quæ intra anni spatium absoluta est atque Romam destinata. Tum præscriptis ordine et forma causa processit, donec die 4 junii anni 1770 heroicæ beati viri virtutes, et die 8 septembris anni 1774 duo post mortem patrata miracula, et paulo ante a nobis relata, solemnibus decretis a Clemente papa XIV, ex eadem religiosa familia assumpto, firmata sunt. Dein die 29 junii anni 1775 Pius papa VI declaravit ad solemnem ejusdem servi Dei beatificationem deveniri posse; et quidem die 19 novembris ejusdem anni publice legi jussit literas, quibus concessit et iudulsit ut servus Dei Bonaventura a Potentia in posterum beati nomine nuncuparetur ejusque corpus et reliquiæ fidelium venerationi exponerentur : sed quaterna documenta, quibus hæc omnia luculentius continentur, in Commentario prævio dedimus. Maxima itaque celebritate acta est die 26 novembris beatificationis servi Dei solemnitas in basilica Vaticana, gaudentibus populis multoque magis cælitibus, quas inter recensebat beatus vir permultos, quos consiliis, concionibus et sacramenti pœnitentiæ administratione ex peccatorum cœno ad Dei amicitiam olim adduxerat. Quum vero calamum ponimus, hanc ab eo efflagitamus gratiam ut Regno Neapolitano, tot nunc malis afflicto, opem suam conferre velit, quo tellus, ejus nativitate laboribus et virtutibus nobilitata, denuo videat justitiam florentem et pacem.

AUCTORE V. D. B.

ANNOTATA.

a *In inquisitionibus apostolicis in virtutes V. S. D. Antonii Mariæ Luccii legitur hic præclarus episcopus, postquam anno* 1729 *cathedræ Bovinensi impositus est, numquam arctos diœcesis suæ fines excessisse, nisi ut Neapoli ecclesiæ suæ rationes defenderet et Ravelli partem haberet in conficiendis processibus apostolicis in causa* B. Bonaventuræ *Potentini; ut videatur non solum corporis recognitioni, verum etiam testium auditioni interfuisse.*

b *Hoc tempore corpus ex Conventualium templo elatum non est; sed postea. Nunc enim, ut tradit Matthæus Camera in Historia civitatis et littoris Amalphitani, anno* 1836 *edita, requiescit in pristino templo FF. Eremitarum S. Augustini, quod impræsentiarum a FF. Conventualibus occupatur.*

EPILOGUS

Quum hæc scripsimus, nondum latæ erant novæ leges, quibus omnes religiosæ societates et collegia ecclesiastica fere omnia in Italia interimento addicta sunt. Hæ nunc rogatæ, ita ut verisimile sit ejectos fore ex suis sedibus regulares plerique omnes, quando in publicum hic edetur tomus; adeoque, quod in Vita et in Annotatis passim affirmaverim domus a Conventualibus adhuc occupari, hoc non amplius futurum verum, quum liber in lectorum manus veniet. Sed hæc horum temporum est conditio ut nil stabile sit, quoniam justitiæ humanæ mota sunt fundamenta, et ut in dies quasi scribenda sit historia et cum quotidianis mutationibus mutanda. Sed nulla est ratio, qua hæc incommoda caveantur.

2 *Faxit Deus per intercessionem* B. Bonaventuræ *Potentini, qui novissimus inter Conventuales cælitibus accensitus est, ut hæc familia, inter Franciscanas omnium antiquissima, sed quæ extra Italiam paucas dumtaxat domos habet, in mediis tribulationibus, quæ eam manent, firma stet in officio, et ut sodales omnes, nihil nisi Deum cogitantes, ecclesiam et sui ordinis salutem, in mediis sæculi curis spiritum servent seraphicum; quo animati et fervidi, arborem, non excisam, sed dejectam, iterum erigant, quum sævire cessaverit temporaria tempestas. Hæc nostra vota; hæ nostræ spes. Quia adhuc visus procul, et apparebit in finem, et non mentietur.* HAB. II, 3.

APPENDIX

DE BB. ALEXANDRIS MACCHIAVELLIIS

CONFF. NON PONTT. FABULOSIS

BONONIÆ IN ITALIA

V. D. B.

SYLLOGE CRITICA

Brochius B. Alexandro Macchiavellio *in Vitis SS. Bononiensium locum dedit,*

Quum catalogum prætermissorum et in alios dies relatorum initio hujus diie typographo excudendum dedi, latebat me plane B. Alexandrum Macchiavellium, *eremitam tertiariisque Carmelitanis adscriptum, qui præsenti die anno* 1300 *in Palæstina e vivis recessisse traditur, umquam publice cultum fuisse, et propterea ejus nomen, quod a nullis hagiographis Bononiensibus receptum est, inter prætermissos conscripsi* (1). *Sed, quem ignorabant hagiographi Bononienses, non prætermisit Josephus Maria Brocchi, præclarus scriptor Vitarum sanctorum Florentinorum; qui, acceptis ab advocato Alexandro Macchiavelli, lectore publico in archigymnasio Bononiensi, documentis aliquot specie egregiis, ejus laudes in partem* II *tomi* I *hagiologii Florentini* (2) *intulit; arbitratus ejus venerationem non intra privatos domesticosque parietes constitisse, neque minus centum annis ante Urbaniana decreta viguisse; verum jam pridem in publica templa fuisse admissam. Quid ergo? An hoc loco omissionem illam supplebimus? Immo etiam ostendere conabimur putidas fabulas et nefanda mendacia hic nobis esse obvia, eaque divendita non obscuris sæculis aut ab obscuris viris, sed medio sæculo* XVIII, *quum ars critica mirum in modum vigeret, et a viro qui multis eximiis muneribus functus est et qui se in numismate dici passus est* salutem archigymnasii *Bononiensis, videlicet ab advocato illo Alexandro Machiavellio, a quo Brocchius instrumenta sua recepit. Huic enim operi nostro non hoc solum propositum est sanctorum Acta illustrare; verum etiam eadem expurgare a loliis, atque etiam nomina, præpostere in sanctorum catalogos intrusa, expellere et delere. Quod posterius officium non minus utile quam prius.*

deceptus ab advocato Alexandro Macchiavelli, *falsario sæculi* XVII,

2 *Alexander itaque Macchiavelli, die* 26 *octobris anni* 1693 *gente civili Bononiensi ortus et philosophiæ jurisque prudentiæ laureas publicasque cathedras adeptus, res patrias atque etiam gentis suæ scrutari instituit; verum, nescio quo mentis vitio aut ingenii pravitate, vir, qui bonus fuisse dicitur atque pius, et innumeros libros in lucem dedit aliosque manuscriptos reliquit, vitam suam consumpsit in inveniendis falsis documentis, quibus historiæ lacunas suppleret, aut amicas sententias propagaret; non magis abstinens a rebus sacris et religiosis quam a civilibus et politicis. Propterea a Joanne Fantuzzi* (3) *dicitur alter Annius Viterbiensis; fictor auctorum, testium et monumentorum, quæ nonnisi in ejus exstiterunt phantasia; Sigonii operum vitiator; nummorum et veteris calendarii Bononiensis temerator, et Bollandianorum deceptor in controversia de rebus S. Dominici. Non clementius eum excipit Dominicus Maria Federici, qui eum appellat somniatorem nullius auctoritatis* (4); *rerum mirabilium ad libidinem pingendarum auctorem* (5); *et demum editorem tot documentorum et anecdotorum, stuporem animis injicientium, ut fidem famamque perdiderit* (6). *Unde apparet in quam lutulentum cœnum delapsi simus.*

qui eum docuit de B. Alexandro *illo sermonem fieri in ficto Arethusii libro*

3 *Ex hoc itaque fonte intellexit imprimis hagiographus Florentinus Brocchius pluribus de beato hoc viro sermonem fieri in Epitome memoriarum de illustrioribus viris nobilis familiæ Macchiavelliorum Bononiensium* (7), *quam Epitomen usque ad annum* 1515 *Flaminius Artusi deduxerit et dein continuaverit Angelus Nerozzi. Sed quidni indicatur ubi ille liber editus sit aut ubi servetur? Certe nihil de eo norunt Peregrinus Antonius Orlandius, qui anno* 1710 *integro volumine et Joannes Fantuzzius, qui anno* 1781 *et sequentibus octo tomis Notitias scriptorum Bononiensium ediderunt; Flaminii Arethusii unum Iter exercitus imperialis per agrum Mantuanum, anno* 1629 *publico datum, commemorantes* (8) *et plane tacentes de Angelo Nerozzio. Suspectus est itaque omnino Arethusii et Nerozzii ille liber, aut potius manifestum advocati Macchiavellii figmentum est. Affert præterea Brocchius ex eadem officina acceptum documentum, quo nihil præclarius excogitari possit, videlicet partem epistolæ, quam Collatius seu Nicolaus Macchiavelli I (plures enim Collatii veniunt in Macchiavelliorum Bononiensium stemmate, ab advocato Macchiavelli producto,) circa annum* 1420,

(1) Cfr Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 790. — (2) Vite de' santi e beati Fiorentini, tom. I, part. II, pag. 353 et seqq. — (3) Notizie degli scrittori Bolognesi, tom. V, pag. 96 et seqq. — (4) Istoria de' Cavalieri Gaudenti, tom. I, pag. 201. — (5) Ibid. tom. II, pag. 99. — (6) Ibid. pag. 139. — (7) Compendio di memorie de' soggetti più illustri fioriti nella nobile famiglia de' Macchiavelli di Bologna. — (8) Orlandi, Notizie degli scrittori Bolognesi, pag. 115; Fantuzzi, tom. I, pag. 297.

quum


quum in Germania legatione pro patria fungeretur, scripserit ad filium suum Francischinum, mittens ad eum librum, cui titulus sit : Politices morales sententiæ; *cui libro illam epistolam proœmii loco præposuerit.*

et in ficta Collatii Macchiavellii epistola,

4 *Accipe hanc laciniam :* Hinc propterea *(hæc scripsisse Collatius perhibetur)* D. O. M. gratias habebo ipse semper, quas et tu, Francischine mi, habebis ob hoc eidem præcipuas, ac de eo, de quo summopere lætamur, prope infinitas, Macchiavello sanguine (qui plane clarus Florentiæ fuit et per Lentium, stipitem nostrum, causa sectandæ partis Guelphæ et adhærendi Romano pontifici, Bononiam translatus, fidei et pietatis erga hanc patriam nostram non pauca aut levia argumenta dedit) natum utrumque nostrum esse, eoque nomine appellari, quo prognati tot nostri majores splendescunt, coruscabuntque pariter (quemadmodum certissime spero et confido) quotquot erunt nepotes nostri futuri, propterea quia visa est mihi semper res plane impossibilis exinde, ubi sunt insita semina virtutis, pronasci degeneres ac minus comptos homines posse, suo id propemodum sanguine interdicente. Hæc vero prospere ac familiæ nostræ (ut precor et auguror) feliciter ita cedant fac velim, Francischine mi, gentem nostram esse apud Deiparam intactam virginem incessanter commendatam, simulque gentili nostro B. Alexandro; quem sicuti proximius ut nos sentiremus auspicem, Joannes, cognomento Gophia dulcisque parens meus, suo voluit patruum tuum fratremque meum carissimum Alexandrum, S. Mariæ gloriosæ equitem, fausto nomine appellari, (quemque volo nomine meo salutatum plurimum facias suoque consilio adhæreas, quia maturum est et grave;) ita ut nosti, sategi ego quoque Alexandri nomine fratrem tuum suavissimum, mihique et ipsum lectissimum filium, insigniri.

firmamento fictitiæ genealogiæ.

5 *Qui locus ut uno quasi conspectu intelligatur, ob oculos ponenda videtur pars stemmatis Macchiavelliorum Bononiensium, quatenus ad præsentem nostram rem pertinet : quod stemma misit quoque ad Brocchium ille idem advocatus Alexander Macchiavelli.*



Ostenditur epistolam illam falsam esse

6 *Quid itaque? Ut uno verbo animi sententiam proferam, arbitror hæc omnia esse conficta. Imprimis Orlandius et Fantuzzius, qui non tantum libros Bononiensium prelo editos recensuerunt, verum etiam manu exaratos, omiserunt omnino Collatium Macchiavellium ejusque* Politices morales sententias; *deinde neque* politices sententiæ, *neque* morales sententiæ, *quæ verba in titulo leguntur, iniens sæculum* XV *sapiunt, sed* XVII *et* XVIII; *præterea universus locus toto cælo diversus est a latinitate scholarum juris sæculo* XV, *et contra scriptus videtur a viro, qui Ciceronem in scholis Societatis Jesu legerit; insuper* Lentius, STIPES NOSTER, gens quæ sit APUD DEIPARAM, intactam virginem, INCESSANTER COMMENDATA, simulque GENTILI B. Alexandro, *qui et* auspex *dicatur, et imprimis hæc* Alexandri *nominis propagatio, propter speratum inde patrocinium, hæc, inquam, et quæ alia similia illic leguntur, nihil commune habent cum his quæ ineunte sæculo* XV *in more erant posita aut cum illius ævi loquendi formis, sed manifeste scripta sunt sæculo* XVII *aut* XVIII; *demum omittendum non est hæc subministrata fuisse a somniatore an a falsario. Scopus præterea patet : conatus est auctor generis sui nobilitatem commendare atque etiam perpetuam suæ gentis devotionem adversus sedem apostolicam; quæ nobilitas et devotio medio sæculo* XVIII *præcipui adhuc gradus erant Bononiæ, quibus perveniretur ad participationem beneficiorum Romanorum pontificum. Sed et Collatius ille, qui juris consultus dicitur, lector publicus atque anno* 1421 *confalonarius justitiæ, non venit inter nomina eorum, qui illo tempore jurisprudentiam et artes magno numero Bononiæ profitebantur* (1). *Videant autem Bononienses an eo ævo ille idem confalonarius justitiæ fuerit.*

et B. Alexandrum *ex Ord. FF. Præd. et* B. Alexandrum *Carmelitanum, in ea assertos, aliis esse incognitos.*

7 *Vexat me similiter alter* B. Alexander, *Collatii filius, qui in ordine FF. Prædicatorum fuerit magister sacræ theologiæ, lector publicus, delegatus Eugenii papæ IV, mortuus anno* 1441. *Ignorant eum hagiographi et historici Bononienses omnes; non recensetur inter viros præclaros aut scriptores ordinis Prædicatorum; nomem ejus in serie sanctorum, beatorum et venerabilium alumnorum ejusdem ordinis non legitur; neque etiam occurrit in historia ecclesiastica, quæ Eugenii papæ IV gesta continet : ita ut plane timeam ne in figmentum advocati Macchiavellii inciderim. Itaque, numquam exstiterit in natura rerum hic* B. Alexander, *Collatii filius et ordinis Prædicatorum decus? Non exstiterit; neque eum noverunt FF. Prædicatores, neque alius quisquam præter unum advocatum Macchiavellium. Sed ille prior, Lentii seu Laurentii filius, eremita sub veste Carmelitana, qui die* 26 *octobris anni* 1300 *in Palæstina obiverit, an hic quoque fictitius habendus est? Equidem id unum peto ut proferatur, præter advocatum Macchiavellium, unus testis, sive Bononiensis sive Carmelitanus, qui umquam eum viderit aut in antiquas de eo memorias inciderit. Sed ex unius falsarii fide nihil ego credam umquam; quin etiam persuasum habeo ab eo dictum fuisse imaginarium* B.

(1) Cfr Ghirardacci, Historia di Bologna, part. II, pag. 637; Muzzi, Annali della città di Bologna, tom. IV, pag. 159.

Alexandrum,

AUCTORE V. D. B.

Alexandrum, *eremitam Carmelitanum, die* 26 *octobris obiisse, ut quasi sacra esset dies, qua anno* 1693 *ipsemet in lucem fuerat editus.*

Imagines, æri incisæ aut pictæ in ædibus FF. Præd. FF. Carmel. et privatis Macchiavelliorum, fœtus sunt advocati Macchiavellii.

8 *Sed non tantum imago, æri insculpta, quam inter prætermissos accurate descripsi, exstat, verum etiam utriusque* B. Alexandri Macchiavellii *imagines, radiis exornatæ, publicæ venerationi Bononiæ exponuntur: altera seu* B. Alexandri *Eremitæ in capella S. Mariæ Magdalena de Pazziis in templo Carmelitano S. Mariæ Gratiarum; altera vero seu* B. Alexandri *Prædicatoris in templo renovato FF. Prædicatorum; ambæ vero in oratorio domestico gentis Macchiavelliorum: quod oratorium S. Alexandro, ad diem* 22 *octobris Martyrologio Romano inscripto, dedicatum est* (1). *Nonne his omnibus monumentis ulla inerit auctoritas? Nullam adscribere ausim, nisi prius demonstretur hæc omnia non esse facta cura et studio aut potius fictione advocati Alexandri Macchiavellii. Etenim alia a pictoribis immanibus tabulis ad libidinem fingi voluit in templo FF. Prædicatorum Bononiensium, quemadmodum in Historia Equitum Gaudentium conqueritur Federicius* (2), *ipsemet F. Prædicator; neque est quod illi difficiliores fuerint in admittenda commentitia tabula* B. Alexandri *sui, quam in recipiendis tot aliis benefactoris suis deliramentis. Neque FF. Carmelitani obstinati fuerint in rejicienda imagine alterius* B. Alexandri, *sui sodalis. Tum enim historica studia plane sopita jacebant Bononiæ, nec quisquam doctus erat de alienis assertis erudite dubitare et in eorumdem veritatem inquirere. Dein quis suspectam habuerit fidem viri pii, lectoris publici, scriptoris copiosi atque rerum Bononiensium cognitione longe ante omnes conspicui, consultoris SS. Inquisitionis aliisque publicis ornati officiis? Diu itaque Bononiæ maxima auctoritate valuit Macchiavellius; sed non decepit tantum cives, sed et exteros, ut Brocchium adeoque (ut jam monui) Bollandianos* (3). *Nemo itaque miretur quod Prædicatores et Carmelitani Bononienses communem sortem experti sunt. Hoc unum ab eis rogandum ut, si illæ pictæ tabulæ adhuc in templis suis sint, investigare velint qua fide hæc figmenta nitantur.*

Afficta gesta non sunt examinanda.

9 *Quum itaque utrumque* B. Alexandrum Macchiavellium, *unum nempe Carmelitanum, alterum Prædicatorem, omnino expungendos esse sentiam, nolim operam perdere in recensendis quæ eis attribuuntur gestis. Hæc qualitercumque composuit advocatus Macchiavellius et secundum eum Brocchius cum historia politica Florentina et Bononiensi. Sed non difficilis hæc nova fictio; quum in fingendo historiam non negligeret Macchiavellius.*

(1) Brocchi, Vite de' santi e beati Fiorentini, tom. I, part. II, pag. 336. — (2) Istoria de' Cavalieri Gaudenti, tom. II, pag. 99. (3) Fantuzzi, tom. V, pag. 96 et 99.

ACTA

OCTOBRIS

DIES VIGESIMA SEPTIMA

SANCTI QUI VI KALENDAS OCTOBRIS COLUNTUR.

SS. Thraseas, episcopus, Polycarpus, Cajus seu, Gajus, Alexander, Neon, Diodorus, Metrobius, et quatuor alii, martyres Eumeniæ in Phrygia.

SS. Florentius et Vandeletus martyres et S. Honoratus confessor, in Tilæcastro, oppido Burgundiæ.

SS. Marianus seu Marcianus, Lucius et Victus.

SS. Maximus, Venantius, Lucianus, Donatus et Comitius, martyres Romæ.

SS. Vincentius, Sabina et Christeta, martyres Abulæ in Hispania.

S. Capitolina et S. Eroteis, ejus ancilla, martyres in Cappadocia.

S. Nestor, martyr Thessalonicæ et socius S. Demetrii.

SS. Marcus, Soterichus et Valentina, martyres Asiani, culti in insula Thaso.

S. Eucharius, episcopus, ejusque socii, martyres in Lotharingia.

S. Abrahamus, discipulus S. Pachomii, in Ægypto superiori.

S. Justus, presbyter Lemovicensis in Galliis.

S. Frumentius, conf. pont. apostolus Habessinorum.

B. Namatius, episcopus Claromontanus.

SS. Abbani Kill-Abbaniensis et Magharnudhiensis in Hibernia.

SS. Ia, Breaca, Uni, Sininus, Elwinus, Marnanus, Germochus, Crewenna, Helena, Tecla seu Etha, Gwithean et Gwinnear seu Wymerus, partim virgines, partim martyres et confessores in Cornubia Britannica.

S. Elesbaas, rex et confessor, et SS. Aragawi seu Za-Michael, Pantaleon, Garima, Alef, Tzehma, Alftze, Liqanos, Imeata et Guba sive Otz, monachi in Æthiopia.

S. Flos, conf. et pont. Polæ in Istria.

S. Odranus, conf. non pont. in insula Hia.

S. Cyriacus, episcopus Constantinopolitanus.

S. Desiderius, et BB. Quintilianus, Haymarius, Maurinus, Aaron, Betto et Guido, episcopi Antissiodorenses.

S. Colmanus, conf. in Senboth, in Hibernia.

B. Tekla Haimanot, monachorum pater in Æthiopia.

B. Hemelina conversa, et B. Goswinus monachus, ambo Cistercienses.

B. Joanna Soderini, ex ordine Mantellatarum, Florentiæ.

B. Antonia Brixiana, monialis ex ordine Fratrum Prædicatorum, Ferrariæ.

PRÆTERMISSI

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI

S. Vincentii levitæ et martyris inventio *seu* translatio *memoratur hodie in auctariis Usuardinis Pratensi et Molani, a Galesinio, Ferrario, Saussayo et Tamayo; qui ambo posteriores hanc translationem effuse prosecuti sunt. Quam translationem, anno* 855 *factam et duobus libris conceptam ab Aimono monacho, legere est in Actis nostris ad diem, qua S. Vincentius Cæsaraugustanus colitur,* XXII januarii.

S. Amandi, Trajectensis episcopi, ordinatio in Elnonensi monasterio *annuntiatur hodie in Martyrologiis Molani Usuardino, in Saussayi Gallicano et in Menologio Bucelini Benedictino. Verumtamen pridie annuntianda erat, ut videri potest in prætermissis ad* 26 *octobris. Ubi monuimus hoc ordinationis festum cum reliquis S. Amandi gestis illustrata fuisse ad diem, qua fere nunc colitur,* VI februarii.

S. Odranus, S. Patricii discipulus et martyr, *hac die laudatur in pluribus martyrologiis, quæ initio Sylloges de S. Odrano Hiensi indicavimus; sed errore. Cultus fuit is sanctus die* 19 *februarii vel* 8 *maji; et de eo dixerunt decessores nostri ad priorem diem, scilicet ad* XIX februarii.

S. Otterani, episcopi et confessoris, *patronique templi cathedralis et universæ diœcesis Waterfordiensis, festivitas annuntiatur hac die in calendario ecclesiastico hujus diœcesis, addita hac præscriptione ut officia peragantur sub ritu duplici primæ classis cum octava, Missa* Statuit *recitetur, et reliqua omnia desumantur ex communi seu ordinario confessorum pontificum. Initio sæculi* XVI *novit etiam hunc natalem Grevenus, Coloniensis Carthusianus, adeoque in utraque sua Usuardi editione, anni scilicet* 1515 *et* 1521, *edidit ad hanc diem :* In Hibernia Orani episcopi et confessoris. *In prætermissis ad diem* 26 *atque etiam ad hanc diem et similiter in Sylloge de S. Odrano Hiensi multa retulimus ex Martyrologiis hibernicis de S. Odrano quod nomen idem est ac* Otteranus; *ex quibus manifestum est jam pridem dubios fuisse Hibernos martyrologos, quis S. Odranus seu Otteranus hac die colatur. Quum inter illustrandos SS. Hiberniæ patronos in hæc incidit Matthæus Kelly* (1), *qui vice-rector universitatis catholicæ Dublinensis diem obiit, definire nequaquam potuit essetne* S. Otteranus, *Waterfordiensis patronus, idem ac S. Odranus de Latteragh, an potius Hiensis seu etiam discipulus S. Patricii et martyr. Sed, quod eruditus vir non animadvertit, nullus ex eis episcopali dignitate ornatus fuit. Et quidem unum V. V. O'Hanlon, presbyter Dublinensis, qui multos annos et invictam constantiam posuit in colligendis et illustrandis actis sanctorum Hiberniæ (quæ utinam aliquando in lucem veniant), misit ad me laboriosissimos de sanctis, nomine Odrano seu Otterano, commentarios ; sed ipse quoque hæret. Animadvertit in plaga occidentali Waterfordiæ magnam esse tellurem, in mappis topographicis notatam* Killoteran *atque in hujus finibus, duobus ab oppido milliariis, positam esse ædem quæ* S. Otteranum *patronum titularem habeat; deinde refert S. Odranum seu Otteranum, qui hodie colitur, a S. Ængussio* abbatem natantem *dici, quod natando ad Gar Inis pervenerit; quemadmodum in sylloge de S. Odrano scripsi. Sed animadvertit ipsemet hunc* abbatem natantem *non videri umquam fuisse episcopum. Ubi addam Gar Inis jacere in parte occidentali Momoniæ, Waterfordiam in orientali. Sunt hæc itaque perquam obscura. Et quidem unum tantum hujus nominis episcopum inveni in Martyrologio Tamlactensi, scilicet ad diem* 8 *maji, et similiter unum tantum apud Colganum* (2), *qui floruit circa annum* 580 *et in regimine ecclesiæ de Inis-Cathaig* (Scattery Island *in ostiis fluvii Sinenni seu* Shannon) *S. Senani, cujus discipulus fuerat, successor. Qui si fuerit* S. Otteranus, *cultus Waterfordiæ, videantur ejus gesta in Vita S. Senani apud Colganum aut in opere nostro ad diem* VIII martii.

B. Thomassellum, *ordinis FF. Prædicatorum professorem, qui anno* 1270 *die* 17 *martii obiit, laudat Emmanuel a Lima in Hagiologio Dominicano. Breviter jam pridem de eo dictum est in his nostris Actis ad diem* XVII martii.

B. Gualfardi eremitæ translationem, *cujus corpus die* 27 *octobris anni* 1602 *Verona devectum est Augustam Vindelicorum, annuntiat hodie Basilius Duverchius in Menologio Camaldulensi : de hac translatione et de B. Gualfardi gestis actum est in opere nostro ad diem* XXX aprilis.

Alexandri papæ et martyris inventionem, *Justinopoli in Istria hac die anno* 1306 *factam, annuntiat Ferrarius in Catalogo sanctorum Italiæ et in Catalogo generali sanctorum qui in Martyrologio Romano non sunt. Verum Henschenius noster* (3) *S. Alexandrum papam et martyrem pro alio Alexandro ibi fuisse acceptum ostendere conatur, ad diem, qua Acta S. Alexandri papæ illustravit,* III maji.

S. Dymphnæ, celeberrimæ patronæ Gheelensis, translatio *hac die recensebatur in Usuardo Carthusiæ Bruxellensis ; de ea dictum num.* 6 *Commentarii de S. Dymphna ad diem* XX maji.

S. Ivonis, presbyteri Trecoriensis in Britannia Minori et confessoris, *pauperum advocati dicti atque a Fratribus Minoribus turgido suo Tertiariorum catalogo inscripti, translatio, aut perperam ordinatio, memoratur hodie in auctariis Usuardinis Albergensi, Florentino, Medicæo, Lubeco-Coloniensi, Greveni et Molani; in martyrologiis Canisiano*

(1) Calendar of irish saints, pag. 133. — (2) Acta SS. Hiberniæ, pag. 542, col. 1. — (3) Acta SS. Maji, tom. I, pag. 370.

Walasseri

Walasseri et Galesinii; in Catalogo generali Ferrarii; in Menologiis Franciscanis aliisque fastis. Facta est hæc translatio anno 1347, *non die* 29 *octobris, quam diem in codice suo legit Papebrochius* (1), *sed die* 27 *octobris, qua sola fastis sacris inscripta est. Sed vide Vitam S. Ivonis in opere nostro ad diem* XIX maji.

S. Joannis Prodromi seu Baptistæ capitis depositio legitur *in calendario Evangeliarii Mstislaviensis* (2). *De hoc sancto atque de ejus reliquiarum fatis disputatum est in his nostris Actis ad diem* XXIV junii.

S. Rumoldi, *episcopi et martyris, atque Mechliniensis patroni, memoria celebratur hodie in multis fastis. In Tornacensi Bedæ auctario legitur:* Maslinas monasterio natale S. Rumoldi martyris; *in Usuardo Greveni :* Rumoldi episcopi et martyris relatio; *in editione Molani :* In Mechlinia, relatio beati Rumoldi, episcopi et martyris. *Omitto Martyrologium Canisianum Walasseri, Catalogum generalem Ferrarii, Martyrologium Gallicanum Saussayi aliosque libros, in quibus hodie S. Rumoldi relatio commemoratur. Nam et hæc olim singulari festivitate recolebatur Mechliniæ; et Leodii usque ad hæc fere tempora S. Rumoldi festum agebatur die* 27 *octobris. Sed quæ hæc corporis relatio? Respondit perperam Saussayus hanc ipsam, qua corpus continuo post martyrium Mechliniam relatum est; contra Solerius noster in Commentario de S. Rumoldo,* § XIII, *eam esse censet qua corpus, sæculo* IX *in Steenokezeele reconditum, dein Mechliniam reductum est. Vide itaque Acta nostra ad diem natalem S. Rumoldi,* I julii.

S. Odranus, sacerdos Lethrechensis vel Hiensis, *annuntiatur hac die in Martyrologio Tamlactensi. De S. Odrano Hiensi dicetur infra ad hanc diem. De S. Odrano Lethrechensi dictum est in prætermissis ad diem præcedentem; et in Actis simulque de fratre S. Medrano ad diem* VII julii.

S. Amelbergæ virginis corporis adventus *in Blandinum Montem, Gandavense in Belgio monasterium, commemoratur hodie in auctariis Usuardinis Centulensi et Molani, in Ferrarii Catalogo generali, in Saussayi Martyrologio Gallicano, in Arturi Gynecæo et in Benedictinis menologiis. Hanc celeberrimam translationem, anno* 870 *peractam, in opere nostro enarratam vide ad diem, qua S. Amelbergæ illustrata fuerunt Acta,* X julii.

In pago Pictavo, natalis S. Florentii presbyteri et confessoris, *seu* presbyteri et monachi, *et plerumque cum laude* maximæ sanctitatis et innocentiæ viri, *annuntiatur hodie in tribus reginæ Sueciæ, nunc Vaticanis* 511, 512 *et* 514 (3), *codicibus Martyrologii Adonis, in Fuldensi Martyrologio* (4), *(ubi errore* (5) episcopi *pro* presbyteri *typis expressum est,) item in Martyrologio Antissiodorensi antiquissimo* (6), *similiter in apographis Usuardini Martyrologii Centulensi, Ambianensi, Remensi et Greveniano. Porro in aliquot libris comes incedit S. Florentius Pictaviensis S. Florentio Tilæcastrensi, de quo ad præsentem diem agimus; in aliis eum plane excludit. Sed quis hic sanctus Florentius Pictaviensis? Censet Sollerius in auctariis Usuardinis ad hanc diem S. Florentium Glonnensem designari, cujus nomine duo olim prope prope Salmurium in pago Andegavensi insignita erant monasteria; quorum alterum oppido, vulgo* Saint-Florentin, *nomen suum communicavit. Contra Georgius in annotatis ad Adonis martyrologium contendit S. Florentium Oiensem laudari; qui scilicet in insula Oia, vulgo* Lois, Loix, Loye, *annexa insulæ Radi* (l'ile de Ré) *prope Rupellam* (la Rochelle), *(quæ insula quasi pars erat pagi Pictaviensis,) floruit et sepulturam nactus est; et cujus reliquiæ Normannorum invasionibus in monasterium S. Savini, pago Pictaviensi, delatæ fuerunt ibique sepultæ* (7). *Equidem nullus dubito quin S. Florentius Glonnensis hac die annuntietur. Imprimis animadvertendum est Glonnam olim partem fuisse non pagi Andegavensis, sed Pictaviensis; qui pagus usque ad Ligeris ripas extensus erat ideoque intra fines suos complectebatur S. Florentii monasteria* (8). *Quapropter Usuardus ad diem* 22 *septembris celebrat* in pago Pictaviensi S. Florentii presbyteri et confessoris *memoriam; quæ eadem verba quum hodie in plerisque fastis recurrant, indicio sunt eumdem significari sanctum. Deinde ut Usuardus, qui ad* 22 *septembris laudavit S. Florentium presbyterum et confessorem, eumdem ad præsentem diem non commemorat, sic alii, qui ejus hodie faciunt mentionem, eumdem omittunt ad diem* 22 *septembris, quasi studiose vitarent eumdem virum bis producere. Tertio in multis codicibus hieronymianis, auctariis Adonis et Usuardi aliisque fastis sacris celebratur ad diem* 27 *junii (ut in prætermissis ad hanc diem* 27 *junii et in annotatis Georgii ad eamdem diem in Martyrologio Adonis videre est,) S. Florentii Oiensis translatio, natalis aut nuda memoria; atque ibi, aut locus nullus indicatur, aut* insula Oia *aut* monasterium Oia, *numquam vero pagus Pictaviensis; atque idem observatur ad diem* 30 *decembris, qua ejusdem S. Florentii Oiensis depositio, natalis aut memoria in pluribus quoque martyrologicis codicibus legitur. Quarto ad præsentem diem in pluribus martyrologiis S. Florentius* maximæ sanctitatis et innocentiæ vir *dicitur; quod laudis genus vix reperias, nisi Vita sancti exsistat : exsistit autem Vita S. Florentii Glonnensis, neutiquam S. Florentii Oiensis. Quamobrem ubicumque prodit S. Florentius in pago Pictavo seu Pictaviensi, intelligendus est S. Florentius confessor, cujus Acta dederunt decessores nostri ad diem* XXII septembris.

Archangeli Michaëlis v ovtchei seu ἐν Προβατίῳ, *cujus loco recte* in Promoto *legi jubet Joannes Martinov, hodie annuntiatur in Kalendario Ostromirano* (9). *Erronee autem Can-*

(1) Acta SS. tom. V Maji, pag. 579, num. 160. — (2) Cfr Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 261. — (3) Ap. Georgi, Martyrologium Adonis, pag. 547. — (4) Ibid. pag. 672. — (5) Ibid. pag. 548. — (6) Ap. Martene, Analecta, tom. VI, col. 727. — (7) Cfr Mabillonius, Acta SS. Ord. S. Benedicti, sæcul. III, part. II, pag. 538. — (8) Acta SS. tom. X Octobris, pag. 151, 795 et 801. (9) Ap. Kopitar, Glogolita Clozianus, pag. LXIII; Annus Græco-Slav. ad XXVII Octobris.

gius

gius (1), *in littore Asiatico Bosphori situm fuisse suburbium Promoti deducit tum ex Chronico Paschali, anno Heraclii* VIII, *tum ex Epistola quadam Ausonii* (2). *Sequitur enim omnino ex Chronico, suburbio* Promoti *locum esse assignandum in Europæo littore: namque Avares, quorum invasio et latrocinia in hoc Chronico narrantur, a Thraciis regionibus profecti, ultra Bosphorum non sunt progressi. Neque ex eo quod Ausonius loquitur de* insana... Propontidis acta Promoti celebrata ducis de nomine... *necessario deducendum est Promoti suburbium in littore Chalcedonensi exstitisse, siquidem* insana acta *merito vocatur Bosphori littus, fluctuum impetu se invicem collidentium notissimum. Cæterum versuum in Gallia scriptorum auctoritati præstat Chronici Paschalis assertio. Vox autem* πέραν *nude posita, qua primum nititur Cangius, apud Byzantinos de parte illa littoris Europæi dicitur, quæ* ultra portum *extenditur. Verum siquis quærit ubinam probabilius ecclesia S. Michaëlis in Promoto sita fuerit, opinor eamdem esse ac notissimum monasterium S. Michaëlis* in Sosthenio, *de quo paulo superius loquitur Cangius. Ædes enim Archangeli ædificata est a Constantino Magno, post apparitiones, de quibus adi Nicephorum Callistum* (3) *et Sozomenum* (4), *ac proin facile intelligitur quomodo memoria ejus, utpote omnium extra urbem celeberrimæ, in antiquo illo Kalendario Ostromirano descripta fuerit. De Sosthenio consule præter Cangium, loco citato, Petrum Gyllium* (5). *Sed de S. Michaële, uti et de aliis sanctis angelis, in opere nostro dictum est ad diem, qua S. Michaël præcipue colitur,* XXIX septembris.

SS. Chrysanthi, Mauri et Dariæ *natalis signatus est hodie in kalendario Trevirensi, scripto ante finem sæculi* V *et ab Althano* (6) *titulo kalendarii Gertrudiani edito.* Mauri *scriptum puto loco* Martyris. *Chrysanthi et Dariæ nomina veniunt etiam in Richenoviensi prope Constantiam Martyrologio, in his Actis ad finem Junii a Sollerio edito. Quod autem hac die illic hoc festum occurrit, nulla alia est ratio nisi quod, quum medio sæculo* IX *horum martyrum reliquiæ in Prumiense Eifliæ monasterium translatæ sunt, invaluit eorum cultus in universa diœcesi Trevirensi. Sed quum celeberrima illic quoque essent SS. Crispini et Crispiniani nomina, hinc factum est ut alicubi, tum in diœcesi Trevirensi, tum in vicinia, ad præsentem diem translata sit SS. Chrysanthi et Dariæ festivitas ex ea, quæ eis propria est,* XXV octobris.

S. Protus presbyter et S. Januarius diaconus, *magistri S. Gavini militis in insula Sardiniæ, leguntur hac die in multis antiquissimis fastis, plerumque omisso S. Januarii nomine, Proti seu Prothi mutato in* Potum, *aliquando Sardinia pro palæstra indicata, aliquando suppressa. Hujus loci non est singulas varietates diligentius persequi. Si omnes inter se conferantur codices, apparet omnino in laterculis Hieronymianis, ex quibus tamquam ex fonte in innumeros martyrologiorum rivos hæc annuntiatio defluxit, primitus scriptum fuisse :* In Sardinia, Turribus, Proti et Januarii. *Quæ memoria aut integra aut decurtata aut corrupta, legitur in codicibus Hieronymianis compluribus, nempe in vetustissimo Corbejensi Dacherii* (7), *in Lucensi Florentinii* (8), *in Antverpiensi seu S. Willebrordi Epternacensi* (9), *in Richenoviensi Sollerii* (10), *in Augustano* (11) *et Labbeano* (12) *ejusdem; in auctariis Martyrologii Bedæ Atrebatensi, Lætiensi et Tornacensi* (13); *in Martyrologio Rhabani* (14) *et demum in additamento Florentino ad Usuardi Martyrologium, a Sollerio editum. Quin et vestigium deprehenditur in Martyrologio SS. Trinitatis Dublinensi* (15); *et, quod mireris idem vestigium cernitur in Barberiniano Bedæ auctario* (16). *Hinc nequaquam dubium est, quin horum martyrum festum, quod nunc die* 25 *octobris agitur, simul cum natali discipuli eorum, S. Gavini, olim actum fuerit præsenti die. Deinde, licet Joannes ab Arca in horum martyrum Actis scripserit SS. Protum et Januarium eadem die martyrio affectos fuisse qua S. Gavinum, ex ipsa narratione manifestum est (ut jam pridem animadvertit Florentinius) inter cædem discipuli et necem magistrorum paucos aliquot dies intercessisse, v. g. biduum; quod cum calendariis seu martyrologiis antiquioribus convenit; adeoque Joannem ab Arca nimiam constituisse vim et auctoritatem in unitate natalis. Sed de his nunc satis, quum SS. Proti et Januarii Acta edita fuerint simul cum S. Gavini militis ad diem* XXV octobris.

In Africa SS. Saturnini et Flavii *memoria legitur hac die in Martyrologio S. Hieronymi Corbejensi, edito a Dacherio; et in alio breviori, item Corbejensi, producto a Martenio in Amplissima Collectione; et in tertio, etiam Corbejensi, excripto a Sollerio; abest eadem memoria a codicibus Epternacensi, Lucensi, Blumiano, recensitis a Florentinio; a Richenoviensi, Augustano et Labbeano, editis a Sollerio; et ab Ottoboniano, in lucem dato a Georgio. Florentinius non audet eos seponere. Verumtamen si animadvertisset eos libris Corbejensibus ita esse proprios, ut alibi non appareant; deinde biduo ante eadem nomina prodiisse cum aliis athletis Africanis; non dubitasset profecto (quemadmodum etiam non dubitavit Morcellius in Africa christiana) hos Saturninum et Flavium seu Flavianum eosdem dicere ac martyres Africanos, qui in opere nostro breviter indicati fuerunt ad diem* XXV octobris.

S. Evaristi papæ et martyris *festum annuntiatur præsenti die in Flori Martyrolo-*

(1) Cplis Christ.pag.187, ed.P.— (2) Ep. IX, ap. Migne, tom. XIX, col. 920. — (3) Lib. VII, cap. 30. — (4) lib. II, cap. 3.— (5) De Bosphoro Thracio, lib. II, cap. XI.Ed.P. et ap. C. Müller Geogr.Minores, tom.II, pag. 38 et seqq. — (6) De calendariis in genere et speciatim de calendario ecclesiastico, pag. 124. — (7) Spicilegium, tom.II, pag. II, edit. 1723. — (8) Vetustius ecc-

cles. occid.martyrol.pag. 936. — (9) Ibid. pag. cit. — (10) Acta SS. tom. VII Junii, part. II, pag. 13. — (11) Ibid. pag. 22. — (12) Ibid.pag. 29.—(13) Acta SS. tom.II Martii, pag.XXXVI.— (14) Basnage, Thesaurus monum. Canisii, tom.II, part. II, pag. 343. — (15) J. H. Todd, The book of obits and martyrology etc. pag. 170. — (16) Acta SS. tom. II Martii, pag. XXXVI.

gio

gio (1), *item in Adonis Martyrologio vulgato* (2), *in compluribus auctariis Usuardinis collectis a Sollerio, in antiquo Martyrologio Antissiodorensi, edito a Martenio* (3), *in Calendario Verdinensi* (4), *et in aliis antiquioribus fastis ad Flori exemplum. Verum in Hieronymianis laterculis, in exemplaribus Adonis, quæ Georgio* (5) *præluxerunt, in auctario Usuardino Centulensi et in aliis fastis statuitur ejus natalis die* 23 *decembris; verumtamen, Martyrologium Romanum aliosque laterculos secuti, diximus de eo ad* XXVI octobris.

S. Tutus, *qui in Corbejensi Dacherii Hieronymiano Martyrologio hodie legitur additus SS. Thraseæ et sociis, idem est ac S. Titus, ex sodalitio SS. Luciani et Marciani, martyrum Nicomediensium, de quibus actum est ad diem* XXVI octobris.

S. Luciani, *martyris Nicomediensis, hodie meminit Usuardinus codex Rosweydi, errore unius diei. Natalis enim ejus a martyrologis celebratur die proxime præcedenti, qua de eo diximus,* XXVI octobris.

S. Artemidorus *martyr annuntiatur hodie in Calendario Hieropolitano et in Menologio Florentino, conjungiturque cum S. Nestore martyre in Calendario Naniano* (6); *de eo pauca pridie dicta fuerunt, scilicet ad* XXVI octobris.

S. Alorum, episcopum Corisopitensem, *laudat hac die in Martyrologio suo universali Castellanus, et post eum V. V. Petin in Lexico hagiographico, uno die recedentes a reliquis fastis sacris : pertinet ad diem, qua breviter ejus gesta attigimus,* XXVI octobris.

S. Quirinus martyr *prodit hac die in kalendario Mediolanensi, quod præmissum est Breviario Ambrosiano, scripto initio anni* 1465 (7). *Quæ festivitas indicata non est in Calendario Mediolanensi Sitoniano, exarato sub annum* 1000; *neque in ullis, quatenus mihi constat, sæculo* XV *antiquioribus. Quid itaque? Mediolanenses a sæculo* IX *aut* XI *colunt corpus S. Quirini, simul cum S. Nicomedis presbyteri depositum in basilica S. Vincentii ; quod dicunt esse corpus S. Quirini, episcopi Sisciani in Pannonia et martyris. Sed ejusdem S. Quirini corpus multo ante Romam translatum fuit et in cœmeterio subterraneo depositum. Quare censuit Papebrochius* (8) *hoc corpus alterius esse S. Quirini. An huic ergo conjecturæ, utique optimæ, favet illud Mediolanense Calendarium? Affirmare non ausim; primo enim in nullo alio Mediolanensi calendario inscriptus est S. Quirinus ad diem* 27 *octobris; dein in omnibus aliis, atque etiam in hoc ipso scripto anno* 1465 *annuntiatur ad diem* 4 *junii natalis SS. Quirini et Nicomedis martyrum; quin etiam in omnium antiquissimo Sitoniano legitur* (9) : SS. Quirini et Nicomedis ad S. Vincentium. *Unde patet tunc jam persuasum fuisse corpus S. Quirini, quod in S. Vincentii conservetur, episcopi Sisciani esse, et idcirco alterum S. Quirini natalem verisimillime ex translatione aliqua aut alia solemnitate esse ortum. Cæterum videantur decessorum commentarii de S. Quirino, episcopo Sisciæ et martyre, ad diem* IV junii, *et de S. Nicomede presbytero ad* XV septembris.

S. Tarsus, Tarreus *seu* Taricus, *hodie in multis fastis laudatus, idem est ac S. Thraseas, de quo inferius dicemus.*

S. Euminus, Cuminus, Eominus, Euminius, Eumenius *et* Eumenia, *qui hodie in multis laterculis legitur, est nomen fictum ex vocabulo civitatis Eumeniæ in Phrygia, ut in Sylloge de S. Thrasea explicabitur.*

S. Metropius, Metrosius *et* Metrobrius, *qui hodie in aliquot fastis apparet, idem est ac S. Metrobius, infra cum S. Thrasea illustratus.*

S. Gaus, Gagus *seu* Gogus, *in aliquot Hieronymiani Martyrologii exemplaribus hodie celebratus, non alius est ac S. Gajus seu Cajus, S. Thraseæ, inferius illustrati, socius.*

S. Longus *seu, litera elapsa,* Logus, *in aliis Hieronymianis laterculis additus martyribus Eumenianis in Phrygia, in aliis ab eisdem separatus, quemadmodum in Sylloge de SS. Thrasea et sociis inferius videri potest, nobis plane ignotus est.*

S. Marinianus, *qui præsenti die occurrit in Hieronymianis aliquot fastis, idem est qui S. Marianus seu Marcianus, martyr Romanus; de quo infra.*

S. Lucianus, *quem codices Hieronymiani aliquot exhibent hac die, non alius est quam* S. Lucius, *martyr Romanus : de quo dicetur suo loco.*

S. Vivetus *seu* Vietus, *quod nomen in multis fastis hac die obvium fit, videtur idem qui S. Victus, martyr Romanus : de quo dicemus, ubi de S. Marciano.*

S. Sabinæ virginis et martyris *festum cum octava, supplicatione publica et summa solemnitate agebatur sæculo* XVII *in S. Petri de Ager ecclesia, diœcesi Ilerdensi, in Catalaunia, die dominica ante festum SS. Apostolorum Simonis et Judæ; quoniam ejus corpus a multis sæculis illuc asportatum erat. In libris mss. nihil de ea invenit Domenecus* (10), *nisi quod de ea recitabatur oratio ex communi virginum* Indulgentiam nobis, Domine, *etc. Unde concludit Catalaunensis hagiographus eam diversam esse a S. Sabina Romana, uxore Valentini, quæ in ecclesia Romana celebratur die* 29 *augusti. Sed incertum plane hoc est argumentum, quum olim etiam uxoratæ et viduæ in liturgicis libris frequenter* virgines *dicerentur atque ipsa S. Sabina Romana a Beda et Wandelberto* virgo *nuncupata fuerit; quin ad hæc usque tempora in aliquot editionibus Missalis et Breviarii Romani* (11) *Contendit similiter Domenecus hanc S. Sa-*

(1) Acta SS. tom. II Martii, pag. XXXVI. — (2) Georgi, Martyrol. Adonis, pag. 547. — (3) Amplissima collectio, tom. VI, col. 727. — (4) Ibid. col. 683. — (5) Martyrologium Adonis, pag. 636. — (6) Cfr Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 261. — (7) Georgi, Martyrologium Adonis, pag. 719. — (8) Acta SS. tom. I Junii, pag. 381. — (9) Ap. Muratori, Scriptt. rerum Ital. tom. II, part. II, pag. 1038. — (10) Historia de los santos de Cataluña, pag. 194. — (11) Cfr Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 143.

binam diversam esse a SS. Sabina, quæ hodie cum S. Vincentio et Christete colitur; quoniam Algerenses ambas Sabinas diversis celebrabant diebus. Verumtamen ipsi Algerenses canonici non dubitabant quin S. Sabina, cujus habebant corpus, eadem esset ac S. Vincentii comes; quemadmodum in Commentario de S. Vincentio ejusque sociis explicabitur.

S. Matthæi martyris *natalem annuntiat hodie in Martyrologio suo Mediolanensi Petrus Paulus Bosca, archipresbyter ecclesiæ Modoëtiensis, tradens natalem hunc agi* in pago S. Juliani prope Coloniam, *ubi* corpus *ejus* digno honore fuit sepultum. *Deinde vero addit :* Quoniam alius pagus est ejusdem nominis in via romana, ideo hunc a vicinia vici Colonii seu Coloniæ nominamus; qui pagus continetur in plebe Segrati. Ex tabulis constat ecclesiæ parochialis S. Juliani. Quæ olim cum pareret capitulo basilicæ insignis Modoëtiæ *(Monza)*, iccirco a nobis memorabitur in ejusdem basilicæ monumentis, quæ prosequimur. Ibi vero custoditur in ara majori in arca, quam argenteæ laminæ plures ditant : ejusque dies festus a confluentibus populis devote celebratur. *Monumenta ecclesiæ Modoëtiensis absolvit numquam Bosca et cum reliquis libris nondum editis morti proximus igne aboleri jussit ; sed morem ei non gesserunt hæredes ; perveneruntque illi codices in potestatem comitum Durinorum* (1). *Latuit hoc tamen Antonium Franciscum Frisi, Modoëtiensem canonicum, qui omnes, quas olim volverat Bosca, chartas denuo examinavit; atque inde confecta ecclesiæ Modoëliensis Memorabilia anno* 1774 *edidit* (2). *Pluribus itaque in iis egit Frisius de templo et terra S. Juliani prope Coloniam, vulgo* terra di S. Giuliano presso Cologno, *ejus fata a sæculo* IX *prosecutus* (3); *sed frustra illic* S. Matthæi martyris *nomen investigabis. Ignoravit hoc quoque nomen Ferrarius tum in Catalogo generali Sanctorum, tum in Catalogo sanctorum Italiæ. Præterea a Calendario liturgico Modoëtiensi pro anno* 1847 *abest plane hoc nomen. Demum, si Matthæum quemdam martyrem colunt Tarentini die* 6 *julii, aliumque, sub Diocletiano passum, memorant libri græci et latini ad diem* 23 *julii, neutrius corpus umquam ad S. Juliani oppidum devenisse videtur ; neque alium hujus nominis martyrem in codicibus nostris reperimus. Quare subit cogitare hoc corpus ex cœmeteriis Romanis illuc advectum fuisse et* Matthæi *nomen fuisse impositum, tamquam commune; quo quippe* donatus *significetur. Sed sæpe jam monuimus nos de hoc martyrum genere non nisi inter prætermissos agere solere.*

S. Florentium, martyrem ex legione Thebana, *qui Thilæ (quod oppidum Geldriæ Vahali adjacet) martyrio coronatus sit aut certe egregium cultum nactus sit, producit ad hanc diem Miræus, nil affirmans, sed conjectans, nescius ubi alibi locorum sita esset Tila. Eruditus Miræi error est. Tilæ enim castrum in Burgundia esse positum et hodiernum* S. Florentium *cum legione Thebana nihil commune habere suo loco ostendemus.*

S. Florini in Sardinia natale *annuntiatur hodie in Barberiniano Bedæ auctario : conflata hæc annuntiatio partim ex depravata* S. Florentii *memoria, partim ex S. Proti, qui* Sardiniam *sanguine suo irrigavit.*

S. Florentinus *et* S. Florentianus *non semel substituitur SS. Florentiis, qui hac die in fastis sacris recensentur. Sed quid mirum nomina propria derivata cum primitivis in scriptis hagiographicis alternare, quum idem passim vitium deprehendatur in libris historicis* (4)?

S. Florentius, *martyr Tilensis in Bætica Hispanica, a Tamayo aliisque Hispanis ad hanc diem productus, merum plantasma est, ex Higuerianis figmentis ortum.*

S. Ercus, episcopus de Domhnach-mor-Maighe-Luadhat, *annuntiatur hac die in Festilogio metrico S. Ængussii et in Martyrologio Tamlachtensi; additurque tum in annotatis ad Festilogium, tum in Martyrologio Dungallensi :* In septentrionali parte Ui Faelain. *Quam gentem Colganus* (5) *in Ultonia posuit; O'Donovan autem, ad prodigium usque in pristina geographia Hiberniæ versatus, in Lagenia, comitatu Kildariensi.* Occupabat, *inquit hic* (6), baronias de Clan et Salt, et majorem partem Ikeathy et Oughterranny, nisi potius integras. Oppidum Nas seu Naas, et ecclesiæ de Claenadh seu Clane, de Laithreach Bruin seu Laraghbrine prope Maynooth, de Domnach mor Muighe Luadhat seu Donaghmore, de Cluain Conaire seu Cloncurry et de Fiodh Cuillinn seu Feighcullen erant in ejus ambitu. *Sed hæc Donaghmore (complures enim sunt in Hibernia) in vicina baronia Ratoath sita est, comitatu Midiæ orientalis. Erravit itaque insuper Colganus, quum alibi* (7) *Domnach-mor-Mainech in Momonia collocavit. Erratetiam Archdallius* (8) *et secundum eum Carlislius* (9), *quum hujus S. Erci sedem in Donaghmore, altera baronia Decies, comitatu Waterfordiensi, constituunt. Quum itaque in Midia Orientali floruerit S. Ercus, facile distinguitur a* S. Erco *seu* Mac-Erco (10), episcopo de Domnaigh mair Maighe Cobha, *uti ad diem* 17 *septembris in Martyrologio Tamlachtensi legitur, aut* de Domnach-mor Maighe Damhairne, *uti scriptum est in Dungallensi, edito a præclaris viris Todd et Reeves. Etenim Domnaigh moir Maighe Cobha, interprete Matthæo Kelly et consentiente Guilielmo Reeves* (11), *est Donaghmor in Iveagha superiori, comitatu Dunensi, Ultoniæ provincia. Suspicatus est Colganus* (12), *sequentibus Archdallio* (13) *et Carlislio* (14), *S. Ercum Midensem discipulum fuisse S. Senani; sed nullo fundamento. Neque confundi potest cum S. Erco,*

(1) Argelati, Bibliotheca scriptt. Mediol. col. 205 et 206. — (2) Memorie della chiesa Monzese, raccolte e con varie dissertazioni illustrate, Milano, 1774. — (3) Ibid. diss. IV, pag. 121 et seqq. — (4) Cancellieri, Diss. de S. Orsa etc. pag. 9. — (5) Trias Thaumaturga, pag. 712. — (6) The book of Rigths, pag. 206. — (7) Acta SS. Hiberniæ, pag. 540, num. 19. — (8) Monasticum Hibernicum, pag. 687. — (9) Topogr. dict. of Ireland, v° *Donaghmore.* — (10) Irish kalendar, pag. 14. — (11) Ecclesiastical antiquities of Down, Connor and Dromore, pag. 111 et 112. — (12) Acta SS. Hib. pag. 540, num. 19. — (13) Op. cit. loc. cit. — (14) Op. cit. loc. cit.

episcopo

episcopo Slanensi in Midia : natalis enim et genus plane differunt (1). *Quum nondum obliteratæ essent pleræque sanctorum Hibernorum memoriæ, jam dubius erat S. Ercus qui hodie annuntiatur. Certe Michaël O'Clery, qui anno* 1630 *Martyrologium Dungallense collegit, sic de eo loquitur* (2) : Potest hic esse Ercus, episcopus, filius Fergnæ, filii Folachtæ, qui est de gente Bresal Breac ; unde Osraighi descendunt. *Sed præstat hæc eruditis Hibernis permittere.*

Airennani Tigh Airennain i Midhe *legitur hodie in Tamlachtensi Martyrologio, id est memoria* Airennani de Tigh *seu Mansione* Airennani in Media. *Sitne idem qui in Martyrologio Dungallensi nude* Ernanus *vocatur, definire non ausim ; maxime quod Joannes O'Donovan* (3) Airennain *idem dicat esse nomen quod* Airindan *et* Farannan, *in quod* Ernanum *numquam conversum vidi.* Tigh Airennain *nuncupatur nunc* Tiffernan, Tyfernan, *seu* Tyfarnam, *in baronia de Corkery, in comitatu Mediæ occidentalis, in Lagenia. In Martyrologio Dungallensi annuntiatur ad diem* 11 *augusti his verbis :* Ereran, de Tigh Ereran, in Illidia, et abbas Tamlachtensis post Maelruain ; *quæ et in Tamlachtensi ad illam diem leguntur, ubi* sapiens *dicitur. Hinc cognoscitur ejus ætas. Condita est enim Tamhlachta anno* 769 *a S. Maelruain* (4), *qui diem obiit anno* 787 (5). *Venit deinde S. Farannanus, qui locum fecit Eochadio, vita functo anno* 812 (6). *Quum nomen suum olim monasterio, nunc parœciæ Tiffernan communicarit S. Farannanus, vix aut ne vix quidem dubium est quin cultu ecclesiastico illic honestatus fuerit ; verumtamen, quum a quatuor Magistrorum annalibus, in quibus alii recensentur Tamlachtenses abbates, ejus nomen absit, videtur satis esse eum in prætermissis commemorasse.*

Ernanus *absque ulla alia designatione et* Moaba, filius Ernani, de gente Conall Gulban, filii Nialli, *annuntiantur hodie in Martyrologio Dungallensi. A Conallo Gulban descenderunt Cinel-Conaill, id est O'Donnellii eorumque cognati ; quorum sedes in Tirconnell seu comitatu Dungallensi, in Ultonia* (7). *Videtur itaque in illis quoque partibus vixisse Moaba. Ab aliis martyrologis omitti videtur Moaba ; ad hanc diem forte memoratus propter præmissum S. Ernanum : quod nomen hujus quoque pater gessit.*

Septem filiorum Stiallani de Rath-mac-Stiallain in Ardghalia *memoriam recolit hodie Martyrologium Dungallense. Non videntur cultu ecclesiastico honestati fuisse.*

Augustinus Benchorensis *laudatur hac die in Martyrologio Tamlachtensi, et a Quatuor Magistris in Annalibus Hiberniæ diem obiisse traditur anno* 775 (8). *Nomen ejus inscripsit Guilielmus Reeves* (9) *Calendario Downensi, Connorensi et Dromorensi, quod summa diligentia undecumque collegit ; in quo et sancti titulo eum adornavit, non dubitans eum ecclesiastico cultu honestatum fuisse. Sed nihil nos de ejus gestis reperimus.*

Rectiniæ virginis *memoria recolitur hac die in Martyrologio Dungallensi. Plura de ea doceri cupimus.*

S. Tudwen virginem, *cultam in sacello parœciæ Llandudwen, in Wallia septentrionali, memoravimus inter prætermissos ad diem* 21 *octobris, atque ad præsentem diem remisimus, siquæ forte plura reperiremus. Sed vana hæc fuit nostra exspectatio. Rice Rees, qui ex proposito in vitas sanctorum Wallensium inquisivit, nil nisi nomen S. Tudwen recensuit* (10).

Commemoratio omnium sanctorum monachorum et monialium cœnobii Barkingensis in Anglia *celebratur hodie in Menologiis Bucelini, Herreræ, Cherlii et Lechleri. Sed hæc cultus ecclesiastici formam non habent.*

Rathonem, *episcopum Argentoratensem, anno* 815 *vita functum, hac die in Supplemento Menologii Benedictini Gabrielis Bucelini sanctis accenset Robertus Schindele, auctoritatem ipsius Bucelini* (11) *secutus. Non bene : nam Grandiderius* (12) *eum cultus esse expertem ostendit, quippe qui neque Argentorati, neque Monasterii, neque Haselachi colatur ; ubi tamen ante omnia colendus fuisset.*

B. Werdinum, abbatem Hydruntinum, *a pietate et spiritu prophetico laudant hac die Wion, Menardus, Bucelinus, Herrera, Cherlius et Lechlerus in Menologiis suis Benedictinis, itemque V. V. Petin, nominans eum* Saint Guerdin, *in Lexico hagiographico ; Jansonii Dokkomensis Mercurium Gallo-Belgicum anni* 1594 *seculi. Extremo scilicet sæculo* XVI *Paulus, abbas Cosentinus, dedit ad principem de Bisignano literas, quas Joannes Doccomensis publico communicavit et quibus ille scripserat se in reficiendo templo abbatiali reperisse sepulcrum singulare, cum hac inscriptione :* CUM SANCTA CIVITAS SPLENDORESTELLÆ SOL ITERUM ME VIDEBIT. HOC EST CORPUS ABBATIS WERDINI HIDRUNTINI SEPULTI VI KAL. NOVEMBRIS ANNO 1279 * A VIRGINEO PARTU ; *intus vero prophetiam, quæ ad discrimina Italiæ, Galliæ, Germaniæ et Bataviæ sæculo* XVI *spectat, quamque lector apud Wionem videre potest. Universa hæc res, etiam corporis inventio, certe inscriptio et prophetia, mihi ficta videtur. Verumtamen abbas Werdinus, si umquam exstitit in natura rerum, nuspiam umquam nactus est cultum ecclesiasticum.* * *al.* 778

Petrum Berchorium, *monachum et priorem S. Eligii Parisiensis, plurimum hodie deprædicat a veneratione et amore Deiparæ Schindelius in suo Supplemento. Numquam cœpit ecclesiasticis honoribus nobilitari.*

Bueillium, *ex monacho Montis-Serrati primum Americæ patriarcham et legatum pontificium, qui sub annum* 1509 *diem obiit, laudat hodie Schindelius in Supplemento Martyrologii Bucelini. Cultum ecclesiasticum numquam habuit.*

B. Menfredum seu Mefredum, priorem Eberba-

(1) Cfr Martyrologium Dungalense ad 2 novembris. — (2) Ibid. pag. 287. — (3) The four Masters, Annals of the kingdom of Ireland, ad an. 877, pag. 52. — (4) Ibid. ad an. 769, pag. 373. — (5) Ibid. ad an. 787, pag. 393. — (6) Ibid. ad an. 807, pag. 419. — (7) Ibid. ad an. 464, pag. 146. — (8) Ibid. ad an. 775, pag. 381. — (9) Ecclesiastical antiquities of Down, Connor and Dromore, pag. 380. — (10) An Essay on the Welsh Saints, pag. 309. — (11) Germania sacra, part. II, pag. 296. — (12) Histoire de l'Église de Strasbourg, tom. I, pag. 318.

censem

censem in diœcesi Moguntina, *laudant hac die a pietate, prudentia et prophetiæ dono Henriquezius in Menologio Cistercienci et qui anno* 1689 *Usuardi Martyrologium auctum titulo Calendarii Cisterciensis ediderunt; et post eos Bucelinus, Herrera, Cherlius et Lechler in Menologiis Benedictinis. Quibus omnibus præivit qui anno* 1617 *Divione Calendarium sacri ordinis Cisterciensis in lucem dedit, venerabiles æque viros ac sanctos et beatos recensens. Verum Jongelinus* (1), *Maurini* (2) *et De Visch, monachus Dunensis, qui Eberbaci aliquandiu vixit ejusque antiquitates collegit et digessit* (3), *in notitiis de hoc monasterio, quas dederunt in publicum, nil habent de B. Menfredo, Eberbacensi priori, nedum narrent eum ecclesiastico cultu honestatum fuisse. Neque aliunde optimus ille vir notus esse videtur quam ex epistola, quam scripsit ad S. Hildegardim* (4), *et ex Exordio magno Cisterciensi* (5). *Omissus fuit in Catalogo de sanctis et beatis ac servis Dei Ordinis Cisterciensis, quem Sigismundus Albertus, anno* 1712 *Monteregali edidit, et pridem ante in recensione sanctorum, beatorum et venerabilium virorum ordinis Cisterciensis, quam Miræus libro suo de Originibus monasticis inseruit. Contra Lechner recepit eum in Martyrologium suum Benedictinum, quod anno* 1855 *germanice in lucem dedit.*

Armand-Jean le Bouthellier de Rancé, *celeberrimus congregationis Trappensis auctor, hodie annuntiatur in Menologio Benedictino Donauwerdensi et in simili opere Lechleri, quoniam die* 27 *octobris anni* 1700 *ad superos evolavit. V. V. Petin in Lexico hagiographico pridie ejus mortem non recte collocat. Numquam cogitatum fuit de decernendis ei cælitum honoribus.*

Ven. Catharina, monialis in Parco Dominarum Silvanectensium, *celebratur hodie minoribus characteribus in Calendario seu Martyrologio Cisterciensi, edito anno* 1689. *Nulla cultus ecclesiastici vestigia supersunt.*

Helenam a Cruce *seu* Henriquez, *quæ circa annum* 1500 *in Salmanticensi S. Mariæ monasterio ejusdem ordinis sanctissime in Domino obdormivit;*

Joannam de Cespedez, *ejusdem ordinis alumnam in monasterio S. Spiritus, civitate de Alcarez, circa annum* 1590 *mortuam;*

Didacum Wolfæum, *ejusdem ordinis presbyterum, quem puritani anno* 1651 *in Hibernia, fertili sanctorum martyrum palæstra, ex odio fidei occiderunt et quem capitulum generale ordinis anno* 1656 *laudavit plurimum* (6);

Michaëlem Francez, *qui conventum Cæsaraugustanum virtutum suarum odore et miraculorum fama implevit atque anno* 1629 *ad aliam vitam recessit; et*

Laurentiam de Eguia Otazu, *quæ tertium ordinem S. Dominici Limæ in America illustravit et die* 27 *octobris anni* 1618 *cælestem mercedem receptura abiit, laudat hac die in Hagiologio Dominicano Emmanuel a Lima, ita tamen ut clare significet cultum ecclesiasticum eis numquam fuisse concessum.*

F. Rolandinus a Florentia, *ordinis FF. Minorum alumnus, cui inter orandum in monte Ilciensi custodiæ Clusinæ certa animæ salus revelata est, ab Arturo et Huebero laudatur hac die in Menologiis Franciscanis; ubi et* beati *titulo ab Arturo insignitur. Hunc secuti sunt Mauritius Francesconi* (7), *Carolus Guido Forti* (8) *et Ludovicus Santoni* (9), *qui eum præsenti quoque die in fastis Florentinis celebrant. Eisdem præiverant in sanctitatis titulo ei adscribendo Gonzaga* (10) *et Waddingus* (11), *aliique; verum* beati *ille titulus in libris aliquot tam liberali manu concessus reperitur, ut plane non sufficiat ad cultum asserendum ecclesiasticum aut publicum, sed dumtaxat privatum; nisi alia aliunde accedunt adminicula, v. g. singularium miraculorum memoria, sepulcri visitatio, radii picti circa caput aliaque hujusmodi. Sed nihil simile reperitur in Rolandino. Traditur floruisse circa annum* 1241. *Sed ubi vixerit, ubi diem obiverit, ubi sepulturam nactus sit, videtur incompertum. Et licet Brocchius* (12) *eum in eorum recenseat numero, qui cum radiis in diœcesi Florentina pingantur, nullo tamen verbo indicat id fieri cœptum annis centum ante Urbani VIII decreta. Quapropter malim imitari sobrietatem Hueberi, qui in Menologio suo Franciscano abstinuit Rolandinum* beatum *vocare, ut Urbanianis decretis obsequeretur.*

Hieronymum Steve, *ex ordine FF. Minorum, qui Valentiæ in Hispania anno* 1358 *placide in Domino obdormivit,* beatum *hodie nuncupat Arturus in Menologio; eumdem laudat Waddingus in Annalibus Minorum ad annum* 1358, *num.* 11, *eum tamen* beatum *non appellans. Recte, quum numquam publice cultus fuerit.*

Catharinam, filiam Valentis ab Amatrice, *terra Aprutiorum, circa annum* 1480 *pie in Domino defunctam in monasterio S. Luciæ Fulginatensi, ornat hac die Arturus in Menologio Franciscano et Gynecæo* beatæ *titulo; contra abstinent Waddingus in Annalibus Minorum* (13), *Hueberus in Menologio et Jacobillus in Vitis SS. Umbriæ* (14). *Placet hæc Urbani papæ VIII decretorum observantia.*

Franciscum Nanium Samsonem, *generalem ordinis FF. Minorum ministrum, qui disputando pro immaculato B. Mariæ conceptu tantam famam adeptus est atque die* 27 *octobris, anno* 1499, *Florentiæ in Thuscia obiit, laudatur hodie ab Huebero in Menologio Franciscano: verum absque* beati *laude: et recte, quum numquam publice cultus fuerit.*

Joannem de Wehrenberga, confessorem Wer-

(1) Notitiæ abbatiarum Ord. cist. lib. II, pag. 42. — (2) Gallia christiana, tom. V, col. 654. — (3) Varia curiosa, tom. I, pag. 305 et seqq. ms. seminarii Brugensis. — (4) Biblioth. max. Lugdun. tom. XXIII, pag. 578. — (5) Dist. V, cap. 17, ap. Tissier, Biblioth. PP. Cisterc. tom. I, pag. 213 et seqq. — (6) Cfr de Burgo, Hibernia Dominicana, pag. 568. — (7) Firenze sacre, pag. 126. — (8) Catalogus agiologicus Etruscus, pag. 40. — (9) Guida sacra Fiorentina, pag. 107. — (10) De origine Seraphicæ religionis, pag. 99. — (11) Annales Minorum, ad 1241, num. 11. — (12) Vite de' sante e beati Fiorentini, tom. I, pag. 381 — (13) Ad an. 1480, num. 8. — (14) Vite de SS. dell' Umbria, tom. II, pag. 7 et 8.

meburgi

meburgi in Saxonia *et ordinis FF. Minorum alumnum, celebrant hodie, alii cum* beati *titulo, alii absque eo menologi ordinis Franciscani. Verum neque umquam videtur publice cultus fuisse, aut certe coli non pergit.*

Dionysium, *ex ordine Minorum, quem alii presbyterum, alii fratrem laicum appellant, anno* 1519 *ab Indis Cumanis crudeliter trucidatus, ornatur hodie ab Arturo in Menelogio* beati *et* martyris *laudibus; sed minus convenienter cum Urbanianis decretis.*

F. Bonaventuram Melitensem, *qui anno* 1540, *Julianæ in Sicilia, in conventu S. Annæ sepultus est, aperte adversus Urbaniana decreta hodie* beati *titulo condecorat Arturus in suo Menologio Franciscano; a quo laudabiliter recessit Hueberus atque nos recedemus.*

Adrianum a Gouda, *janitorem conventus Minorum Alcmariensium, circa annum* 1572 *ex odio sinceræ pietatis a Geuziis occisum;*

Petrum de Bosna Argentina, *Orsovæ in Servia anno* 1692 *carceris Turcici squallore enectum, et*

Antonium Pouponium, *in Francia tertii ordinis S. Francisci reformatorem atque anno* 1620 *prope Parisios religiosa morte extinctum, celebrat hac die Hueberus in Menologio Franciscano, a* beati *titulo abstinens.*

Martyrium parochi anonymi, *qui, quod Varæ, diœcesi Argentoratensi, paræcianos, diebus jejuniis tabernas adeuntes, increpuisset, ab uno ex eis occisus est, nuntiat hodie Castellanus in Martyrologio suo universali, magis propter exemplum, quam propter cultum ecclesiasticum. Commemorat ibidem martyrium cujusdam consulis pagi Gabalitani, quem hac die anno* 1702 *Calviniani, quod protestantica dogmata admittere nollet, interfecerunt. Sed illo anno innumeri alii tum ecclesiastici viri, tum laici, etiam feminæ, in pago Gabalitano pro fide cæsi sunt.*

S. Ninæ, *cujus ministerio Deus usus est ad gentis Iberæ conversionem, memoria hodie ex Rufino renovatur in Menæis Græcorum et in Prologo Mosquensi, non quasi ejus festivitas præsenti agatur die, sed ut gentis Iberæ conversio memoretur. Colunt eam Iberi die* 14 *januarii: ad quam Martinovius in Anno ecclesiastico slavico* (1) *diligenter contraxit quæ Rufinus, Moyses Chorenensis, biographus Iberus et Wakhoucht de ea tradiderunt.*

Joannam Dedemaecker, *quæ anno* 1631, *die* 27 *octobris, cum egregiæ pietatis et præcellentioris caritatis laude Alosti obiit, placet celebrare, quantum hujus loci angustiæ siverint. Nata est die* 22 *februarii anni* 1600 *Angiæ, vulgo* Enghien; *quod oppidulum tunc diœceseos Cameracensis erat, nunc vero Tornacensis in Belgio. A pueris pietate in Deum, caritate in pauperes et castimonia vitæ claruit. Verum, quo Christi vestigiis pressius insisteret, Beguinis Alostanis associari anno* 1616 *petiit et obtinuit. Post tirocinium itaque rite peractum, circa festum S. Martini Turonensis, mense novembri professionem novæ vitæ fecit. Ab hocce præsertim tempore diu noctuque Christi Domini gesta et imprimis ejus dolores mente volvit: discens inde æmulari ejus temperantiam, animi demissionem, obedientiam, zelum animarum et amorem in B. Mariam Virginem. Aliquando sodales Joannam, sanitate pollentem, ab omni cibo, præter Eucharisticum, per quatuordecim vel quindecim dies abstinere, uti etiam vulnera Christi in corpore suo manifesto ferre, miratæ sunt. Tandem, dum inserviret alteri Beguinæ peste correptæ, ipsa quoque labem contraxit; qua dicta die extincta, evolavit ad cælos, jure merito inter martyres caritatis recensenda. Ejus sanctitatem multis et præclaris miraculis Deus omnibus patefecit* (2).

S. Nestoris, annalistæ Rossi et monachi Cryptensis, *memoriam hodie facit Joannes Martinovius in Anno ecclesiastico Slavico* (3), *Calendarium Mosquense, Menologium et Versinskium secutus. Vir videtur fuisse catholicus et cultu ecclesiastico honestatur; adeo ut jure locum sibi in opere nostro vindicet. Qui utique ei datus fuisset, si laudatus Martinovius actorum B. Josaphati martyris, proxime inter sanctos referendi, scriptione impeditus non fuisset, quin (quod sibi proposuerat) commentarium de S. Nestore, doctum utique et erudito suo stylo dignum, confecisset. Superest itaque ut lector contentus sit brevi Vita, quæ Anno illi ecclesiastico ad hanc diem inserta est.*

Antonius Junior Peloponesius thaumaturgus *annuntiatur hodie in Menæis Mediceis, ut in Anno Slavico videre est. Alii velint nos docere ejus gesta, maxime an catholicus fuerit.*

Andreæ, principis Smolenscensis, corporis inventio *memoratur hodie ex Calendario Mosquensi in Anno ecclesiastico Slavico Martinovii nostri. Quæ de eo comperta sunt reperiet lector in Memoriis slavicis, quæ pars sunt Anni illius ecclesiastici.*

Demetrii Bessarabi *memoria cum martyrii laude recolitur hodie in Kalendario Valachorum* (4). *Quod non certo catholicus fuit, neque sanctum, neque beatum eum nuncupare voluit Martinovius. Ab eo itaque et nobis abstinendum est.*

Procla *seu* Procula Pilati, uxor, *quam Christianæ religioni nomen dedisse autumant Origenes* (5) *et S. Joannes Chrysostomus* (6), *sanctorum catalogo ad hanc diem inscribitur a nonnullis Græcis et Slavis, uti ex Menæis Græcorum aliisque fastis demonstravit noster Martinovius* (7). *Sed quum Græci multo nimis ament nomina singularia, et ingentem virorum et mulierum catervam, qui in veteris novique Testamenti libris leguntur, in calendaria sua intruserint, hanc jam pri-*

(1) Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 43. — (2) Het seldtsaem ende wonderbaer leven van Joanna Dedemaecker, begyntjen in 't Begynhof van Aelst, door Franciscus Van Schonenberg. — (3) Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 261. — (4) Martinov, Annus Eccles. Slavicus, in Actis SS. tom. XI Octobris, pag. 261. — (5) Opera omnia, tom. III, col. 1774. Series veteris interpretationis commentariorum, num. 122. Apud Migne, Patrolog. Græca, tom. XIII. — (6) Homil. 86, alias 87 in Math. tom. VII, col. 764. Apud Migne, Patrologia Græca, tom. LIX. — (7) In Actis Sanctorum, tom. XI Octobris, Annus ecclesiasticus Græco-Slavicus, pag. 261.

dem.

dem sibi legem præstituerunt decessores nostri, ut de viris feminisque biblicis, qui ab Orientalibus celebrantur, in Actis extra prætermissos non dicerent, nisi simul alicubi a Latinis festum eorum ageretur. Verum quum hanc sortem Pilati uxori nuspiam apud Occidentales contigisse noverimus, satis habemus eam hoc loco commemorare.

S. Rictrudis, *abbatissa Marchianensis in Belgio,* S. Eusebia, *ejus filia et abbatissa Hamaticencis, prope Duacum, et* S. Gertrudis, *avia mariti S. Rictrudis patrisque S. Eusebiæ, et prima Hamaticensis cœnobii abbatissa, commemorantur hodie in auctariis Bedæ et Usuardi, in Martyrologio Gallicano Saussayi, in Benedictinis aliquot et in Gynecæo Arturi. Sed plerumque sola S. Rictrudis prodit, aliquoties tamen cum S. Eusebia; ita ut dubium sit utrum S. Gertrudis, quæ in Florentino et in Medicæo Usuardi codicibus legitur, ex errore S. Rictrudis locum occupet. S. Rictrudis alicubi virgo dicitur, quoniam omnes, etiam viduæ, censebantur virgines, quæ officiis ecclesiasticis colebantur* (1). *Hodie vero fit memoria elevationis corporis SS. Eusebiæ et Rictrudis, cujus loco Gertrudim dixit Saussayus: de qua translatione in Actis S. Eusebiæ dicetur. Porro de S. Rictrude in opere nostro actum est ad diem, qua ejus natalis celebratur,* XII maji; *de S. Eusebia dicetur ad* XVIII novembris; *et de S. Gertrudi ad* VI decembris.

S. Cyrilla, virgo et martyr Romana, *quæ Decii imperatoris et S. Tryphoniæ filia dicitur, annunciatur hodie in Martyrologio Ottoboniano, edito a Georgio, et in paucis aliis fastis. Aberratur una die; nam pertinet ad* XXVIII octobris.

S. Suffrasiani apud Carthaginem natalem *celebrat hodie in suo Usuardo Grevenus; qui hoc nomen accepit ex Hieronymiano codice a proxima die, ad quam ostendemus veram forman esse* Sophronianum, XXVIII octobris.

SS. Clodius, Saterius et Neverius, *qui hodie post S. Capitolinæ ejusque ancillæ annuntiationem in calendario Menologii Armeni apud Assemanium* (2), *nominibus pro more editoris deformatis, commemorantur, sunt iidem Clodius, Asterius et Neon* (3), *de quibus agendum nobis erit cum Græcis ad diem* XXIX octobris.

S. Abrahamum, *patruum S. Mariæ Pœnitentis, commemorat hac die Castellanus in Martyrologio universali. De eo dicetur ad diem, qua Orientalium fastis sacris inscriptus est,* XXIX octobris.

S. Colmanus, qui et Macduach, episcopus Killmacduachensis in Hibernia, *in opere nostro illustrandus erat die* 3 *februarii. Sed quod tunc temporis Killmacduachenses ejus natalem transtulerant ad præsentem diem, qua S. Colmanus a Senboth colitur, decessoribus nostris visus est referendus ad* 27 *octobris. Verum, quum hodie sanctorum apostolorum Simonis et Judæ vigilia agatur, cum festo patroni diœcesani parum conveniens, Romana sacra rituum congregatio, anno* 1747 *rogata a clero Hiberno licentiam recitandi officia plurium sanctorum nationalium, S. Colmani mac-Duach festum indixit in* 29 *octobris. Qua die quum nunc S. Colmani natalis solemnissime agatur etiam in Killmacduach, opportunius dicemus de eo ad diem* XXIX octobris.

S. Aidus, filius Aidi, *memoratus fuit in Prætermisis ad diem* 31 *augusti, itemque* S. Aidanus de Cluain-Eocuille, *ad diem* 9 *octobris; sed ambo remissi fuerunt ad diem* 27 *octobris, ut ad eam de illis agatur occasione S. Colmani, qui et Macduachus. Cujus Acta quum distulerimus ad diem* 29 *octobris, restat ut de SS. Aido et Aidano etiam dicamus ad eam diem* XXIX octobris.

S. Eadsii *seu* Eadsini, *archiepiscopi Cantuariensis, memoriam celebravit ad hanc diem in Martyrologio suo Anglicano Wilsonus, ejusque exemplo Lingardus in Calendario Romano ecclesiastico, quod Harris Nicolas Chronologiæ suæ historiæ inseruit; sed Ferrarius et Chalonerus ejus natalem differunt ad diem, qua obiisse traditur,* XXXI octobris.

S. Florentii confessoris, *qui anno* 678 *Argentinensem cathedram conscendit et die* 7 *novembris anni* 693 *beatam vitam sanctissima vita finivit, et cujus ossa die* 26 *octobris anni* 1143 *solemnissime visitata fuerunt, et plus duobus sæculis ante die* 7 *novembris, Vitam, in novem lectiones distributam, substituendam curavit Carolus Descars, episcopus Lingonensis, lectionibus de S. Florentio, martyre Tilæcastrensi. Sed ambo sancti prorsus diversi sunt; et quidem sanctus Florentius, Argentoratensis episcopus, semper celebratus est die, ad quam de eo dicemus,* VII novembris.

B. Margaritæ a Sabaudia, virgine Dominicana, *quæ die* 23 *novembris anni* 1464 (4) *obiit, natalem annuntiat hodie in Florentia sacra Mauritius Francesconi, errore integri mensis; sacra enim rituum congregatio statuit ejus festum die, ad quam de ea dicetur in opere nostro,* XXVII novembris.

S. Tettam, abbatissam Winburnensem in Anglia, *quæ sub medium sæculum* VIII *floruit, celebrant hodie in suis Menologiis Benedictinis Bucelinus, Herrera, Cherlius, Lechner aliique. Eamdem in suo Memoriali pietatis Britannicæ laudavit ad diem* 12 *augusti Chalonerus; sed festum ejus agebatur, quemadmodum recte docent Alfordus, qui et Griffith, Castellanus, Petin aliique, die, ad quam de ea in hoc opere nostro dicetur,* XVII decembris.

(1) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 143. — (2) Bibl. Orient. tom. III, pag. 653. — (3) Cfr Aucher, Vitæ Sanctorum Calend. Armeni, tom. XII, pag. 236.—(4) Gallizia di Giaveno, Atti de' santi de' dominj della casa di Savoya, tom. V, pag. 283.

DE

DE SS. THRASEA EPISCOPO, POLYCARPO,

CAJO SEU GAJO, ALEXANDRO, NEONE, DIODORO,

METROBIO ET QUATUOR ALIIS MARTYRIBUS

EUMENIÆ IN PHRYGIA

SYLLOGE CRITICA ET HISTORICA

V. D. B.

Sanctorum patria, nomina, palæstræ, martyrii tempus.

SUB ANNUM CLXXI. *Eumeniæ in Phrygia, nunc* Ishekli,

Si *Mæandrum, vulgo* Meinder *seu potius* Mendere, *flumen Asiæ Minoris notissimum, adversis fluctibus subeas, quum prope gradum longitudinis Londinensis* 30 *deveneris, non procul distabis ab oppido* Ishekli *seu* Ichekli (1); *quo repræsentari pristinam Eumeniam, ab Eumene, rege Pergami, super Cludrum, in Mæandrum confluentem, conditam atque unam e præcipuis Phrygiæ Majoris civitatibus, demonstrarunt Leake et Arrundell* (2), *pluribus inde relatis inscriptionibus et titulis; postquam eumdem locum ante visitassent Pocockius* (3) *et bis Hamiltonius* (4), *antiquum nomen non assecuti. Divisa erat hæc civitas in certas tribus; senatum habebat et comitia populi; ludos augustales, præside proconsule Asiæ, in natali Augusti celebrabat; et in templis Dianam colebat, Æsculapium matremque deorum Agdistim* (5). *Auxit plurimum ejus splendorem publicis operibus Marcus Aurelius* (6); *sed, quod præcipuum est, non secus ac alia multa Phrygiæ loca, mature ex S. Philippo apostolo ejusve ministris cognovit Christi fidem* (7), *quam undecim saltem martyres sanguine suo consignarunt.*

colebantur olim, ut ex Martyrologio Syriaco, fastis Hieronymianis

2 *Nuper enim W. Wright in Diario literaturæ sacræ et biblicorum documentorum* (8) *atque etiam seorsim* (9) *edidit vetus Martyrologium Syriacum summi pretii, in quo ad præsentem diem hæc leguntur :* In civitate Eumenia in Phrygia, Thraseas, Polycarpus, Gajus et octo alii. *Quibus lux aliqua affunditur turbatissimis hac die Hieronymianis laterculis. Quum vero loco hoc reliquis præstet Corbejense exemplar, quod edidit Dacherius* (10), *agmen ducat :* In Phrygia, Tarsi, Polycarpi, Gaï, Eumeni, Nocomini, Longi, Diodori, Metrobi, Euminæ, Tuti. *Lucense Florentinii hanc formam habet* (11) : In Frigia, Tarsi, Polycarpi, Gagi, Eumeni, Noconi, Longi, Diodori, Metrobi, Euminiæ. *Antverpiense seu Epternacense S. Willibrordi duas quasi distinguit turmas, hoc modo* (12) : Et in Frigia Eomeni, Canonis, Diodori et Metrosi. Item in Frigia, Tarsi, Policarpi, Gagi, Nocori, Logi. *In Richenoviensi autem, edito a Sollerio ad finem Junii in his nostris Actis, hæc leguntur :* In Frigia Eumenii, Diodori et Metropi. *In Augustano S. Udalrici, item illic a Sollerio in lucem dato :* Policarpi, Neonii, Euminii, Mariani, Tarsi, Gagi, Diodori, Metropi, *et, post duo alia nomina inserta,* Longi. *In Labbeano autem, cujus editionem etiam Sollerii curis debemus :* Polycarpi, Nicomi, Eumini, Mariani, Tarsigogi, Diodori, Metrobi *et post alia duo nomina* Longi. *Item in Gellonensi, quod Dacherius* (13) *etiam publico communicavit :* Polycarpi, Niconi, Eumini, Mariani, Tarsi, Gagi, Diodori, Metrobi, *et iterum post duo nomina* Longi. *Etiam in Weissemburgensi, quod vidit Franciscus Maria de Aste, archiepiscopus Hydruntinus* (14) : Tarrei, Commiri. *In Ottoboniano, quod Adonis Martyrologio subjecit Georgius :* In Frigia, nat. sanctorum Tarsi, Policarpi, Gagi, Eumenii et Metrobri. *In brevioribus, editis a Martenio, S. Germani Antissiodorensis* (15) : Polycarpi, Cumini, Metrobi; *et in Morbacensi* (16) : Eumenii, Mariani, Tarsi; *in additamentis Barberinianis ad Martyrologium Bedæ* (17) : In Phrygia SS. Tarsi, Polycarpi, Gagii, Metrobi, Eumeniæ; *in Martyrologio Rhabani* (18) : In Phrygia Eumeni, et Cononis, Diodori et Metrovii; *et demum in editione Usuardi Lubeco-Coloniensi ad diem* 28 *octobris :* In Phrygia, sanctorum Tharsi, Policarpi, Gaji, Eminii. *Præterea in aliquot laterculis duplicantur eadem nomina, ut dein secundo veniant* Tarreus *seu* Taricus, Cominius, Cominia *seu* Comuinia. *Sed hæ duplicatio-*

(1) Cfr Mappas Arrowsmithii, ap. Hamilton; Leakii; Arrundellii; et Texerii. — (2) A visit to the seven churches of Asia, pag. 257 et seqq. et 329; tab. X et seqq. Cfr Lebas, voyage archéol. en Grèce et en Asie-Mineure, part. V, pag. 224. — (3) Voyages en Orient etc. tom. V, pag. 150, trad. franç. 1772. — (4) Reisen in Kleinasien, tom. II, pag. 157 et 353, edit. germanica C. Ritter. — (5) Leake, Journal of a tour in Asia Minor, pag. 156 et 157. — (6) Cfr Texier, Asie Mineure, pag. 425. — (7) Eusebius in Chronic. ad an 4 Olympiadis 207. Cfr Tertullianus, adv. Judæos, cap. 7. — (8) The Journal of sacred Literature and Biblical Records for January, 1866. — (9) An ancient Syrian Martyrology, London, 1866. — (10) Spicilegium, tom. II, pag. 20, edit. 1724. — (11) Vetustius Martyr. Occid. pag. 956. (12) Ibid. pag. cit. — (13) Spicilegium, tom. II, pag. 35. — (14) In Martyrol. Rom. dissertat. pag. 485. — (15) Thesaurus anecdotorum, tom. III, col. 1561. — (16) Ibid. col. 1570. — (17) Acta SS. tom. II Martii, pag. XXXVI. — (18) Ap. Basnage, Monumenta Canisii, tom. II, part. II, pag. 345.

nes

AUCTORE V. D B.

et aliunde constat, SS. Thraseas, Polycarpus, Cajus, Alexander, Neon, Diodorus, Metrobius *et quatuor anonymi.*

nes (1), *quales alibi quoque in his fastis occurrunt, negligendæ visæ sunt.*

3 *Quæ si jam inter se conferamus, pleraque nomina purgare licebit a rubigine, qua obducta sunt. Imprimis extra controversiam est* Thraseæ *nomen, aliunde (ut videbimus) notum, quod passim mutatum fuit in* Tarsum, *sed et alicubi etiam in* Tarreum *et* Taricum. Polycarpus *notior quam ut perverti posset.* Gajus *seu* Cajus *latet sub larvis* Gaï, Gagi *et* Gogi; *quæ formæ a dialectis librariorum germanicæ stirpis pendent.* Neon *pessimus habitus, quem quippe mutarunt in* Nocominum, Noconum, Nocorum, Canonem *et* Nicomum. Diodorus *manifestus est, uti et* Metrobius, græce Μητροβιος, *perperam* Metropius *dictus,* Metrosius *et* Metrobrius. *His addendus* Alexander, *quem aliunde novimus.* Euminus, Cuminus, Cominius, Cominia, Comuina, Cominus, Commirus, Eominus, Euminius, Eumenius *et* Eumenia *expungendi; quum nil aliud sint quam ipsum civitatis Eumeniæ nomen, plerumque loco mutatum, sedem tamen suam servans in Antverpiensi, Richenoviensi et Morbacensi exemplaribus.* Marianus *excerptus est ex manipulo Romano, qui hac quoque die celebratur, et cum Eumeniano per verborum trajectionem confusus.* Longus *seu, suppresso* n, Logus *me vexat: imprimis nomen latinum est et, licet orientales nomina latina non omnino respuerint, Longi tamen seu* Λογγου *vocabulum omnino non reperitur in novo Lexico græcitatis Henrici Stephani et in Papii Lexico nominum propriorum græcorum* (2); *et dein in exemplaribus Augustano, Labbeano, Gellonensi et Ottoboniano, quibus eadem videtur fuisse origo,* Longus *ab Eumenianis martyribus separatur, interjectis nominibus Proti, martyris Turritani, et Florentii, martyris Galli, ab illis utique prorsus alienorum.* Tutus *idem est ac* Titus, *quæ ambæ ejusdem nominis formæ veniunt etiam ad diem* 26 *octobris, ubi recensetur inter SS. Luciani et Marciani, martyrum Nicomediensium, socios.* Tutus *itaque alius non est ac unus ex hac Nicomediensi corona, uno die e sede sua motus, errore fere quotidiano. Aperta itaque sunt nomina* Thraseæ, Polycarpi, Gaji, Neonis, Diodori, Metrobii *et* Alexandri: *reliqua autem quatuor hactenus latent.*

Ex his S. Thraseas *episcopus fuit et martyr sub annum* 171, *Smyrnæ sepultus;*

4 *Ex his* Thraseas *is ipse est de quo Polycrates, episcopus Ephesinus, circa annum* 196, *in epistola ad S. Victorem I papam, qua Asianorum consuetudinem celebrandi paschatis luna* XIV *propugnavit, locutus est his verbis* (3): Καὶ Θρασέας, καὶ ἐπίσκοπος, καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται; *quod est* Thraseam *quoque,* Eumeniæ episcopum et martyrem, qui Smyrnæ requiescebat, *inter magna fuisse Asiæ lumina jam extincta. Neque alius fuit ac* Thraseas, *de quo Eusebius* (4), *recensens confutationem Montanistarum seu Cataphrygum, quam circa annum* 211 *Apollonius edidit, hæc pauca scripsit verba:* Καὶ Θρασέα δὲ τινος τῶν τότε μαρτύρων μνημονεύει; et Thraseæ quoque, unius ex illius temporis martyribus, meminit *Apollonius. Mentio etiam de eo fit in Actis S. Polycarpi et S. Bucoli, episcoporum Smyrnensium, his verbis:* Efferentes vero B. Bucoli corpus ad cœmeterium basilicæ Ephesiacæ dictæ, juxta Smyrnam sitæ, illud condiderunt; ubi nunc myrtus crescit, post translationem corporis S. Thraseæ martyris. *Sentiunt Tillemontius* (5) *et Byeus noster* (6) *eum martyrio coronatum fuisse, imperante Marco Aurelio, sub annum* 171, *certe post ortam hæresim Montanistarum circa hunc annum* 171, *et aliquanto antequam epistolam suam scripsit Polycrates. Hujus* S. Thraseæ *festum inscriptum est martyrologiis occidentalibus ad diem* 5 *septembris; ad quam de eo in opere nostro dictum est valde subtiliter. Eum nonnisi levissime attigit Lequien* (7).

SS. Cajus *et* Alexander, *domo Eumenia, communionem Montanistarum martyrum aversati, cæsi sunt sub annum* 171 *Apameæ super Mæandrum prope* Dinair. S. Polycarpus *diversus ab episcopo Smyrnensi.*

5 Cajum *quoque et simul* Alexandrum *ex Eusebio seu potius ex S. Apollinari, Hierapolitano episcopo, cujus scripta Eusebius partim nobis servavit, cognovimus. Disputans scilicet adversus Montanistas seu Cataphrygas, Hierapolitanus præsul ostendit eorum martyres non esse veros martyres, eorumque communionem sollicite vitari a genuinis catholicisque martyribus:* Atque id verum esse, *ait* (8), constat ex iis, quæ nostra ætate in urbe Apamea, quæ ad Mæandrum sita est, gesta sunt a Cajo et Alexandro martyribus, oriundis Eumenia. *Hierapolis autem, Apamea super Mæandrum et Eumenia, non procul a se invicem distant, scripsitque S. Apollinaris sub annum* 171; *ut meliorem testem desiderare non possimus. Horum martyrum memoria annuntiatur in martyrologiis occidentalibus die* 10 *martii; ad quam diem dixerunt de eis in his Actis decessores nostri. Nolit autem quisquam sentire* Polycarpum, *qui in Martyrologio Syriaco hac die annuntietur, eumdem esse ac S. Polycarpum, Smyrnensem episcopum; non ita est. Hic enim cum Eumenia nihil commune habet; deinde S. Polycarpus Smyrnensis in Martyrologio illo Syriaco proprium diem habet, nempe* 23 *februarii.*

Videntur omnes hi martyres a proconsule Asiæ, provinciam circumeunte, alii in aliis civitatibus aliisque diebus cæsi.

6 *Quum itaque* S. Thraseas *Smyrnæ obiverit, et* SS. Cajus *et* Alexander *Apameæ, manifestum est undecim illos martyres non uno eodemque tempore cælestem lauream percepisse. Et quidem in Martyrologio illo Syriaco, quod magnam partem constat ex Asiæ Minoris martyribus, nullo alio die Eumeniani athletæ annuntiantur; ita ut in unum diem omnes coacti videantur. Verisimillimum tamen est eos omnes intra unam persecutionem Marci Aurelii cæsos fuisse: ferbuit hæc enim in universa Asia, ut ex Melitonis* (9) *reliquiis constat, et quidem sæviit in Phrygia plurimum, ut apparet ex gloriatione Montanistarum; qui (ut refert S. Apollinaris Hierapolitanus* (10) *et Apollonius* (11)) *jactabant plurimum se quoque, neque tantum catholicos, martyres habere. Sed, ut hæ memoriæ omnino sunt certæ, sic nihil in eis explicatur per partes. Si vero suspiciones meæ quidquam valent, ego puto undecim martyres a proconsule, provinciam peragrante, captos esse et circumductos, eosque in itinere alios uno loco, alios alio*

(1) Cfr de Rossi, Roma sotterrranea, tom. I, pag. 114. — (2) Wörterbuch der griechischen Eigennamen, 1842. — (3) Ap. Eusebium, Hist. eccles. lib. V, cap. 21. — (4) Ibid. lib. V, cap. 18. — (5) Mémoires ecclesiastiques, tom. II, pag. 440 et 441. — (6) Acta SS. tom. II septembris, pag. 12. — (7) Oriens christianus, tom. I, col. 807. — (8) Ap. Eusebium, Hist. eccles. lib. V, cap. 16. — (9) Ibid. lib. IV, cap. 26. — (10) Ibid. lib. V, cap. 16. — (11) Ibid. cap. 18.

fuisse

fuisse cæsos (1). *Qualis circumductionis exemplis plena sunt Acta sanctorum martyrum. Quod autem* SS. Thraseæ, Caji *et* Alexandri *nomina, in hoc opere jam laudata, iterum plane præter morem recensui atque etiam initio hujus Sylloges adscripsi, hoc ideo factum est quod aliter omnino possibile non erat de eorum sociis dicere.*

Hieronymiani Martyrologii collector videtur usus esse calendariis syriacis.

7 *Animadvertendum denique est literas, quibus syriace scriptum est* S. Thraseæ *nomen in annotatis W. Wrightii ad illud suum Kalendarium, potius legendas esse* Tarsis *quam* Thraseas, *cum vocabulum illud exeat in* iud *et* semcath. *Solent enim Syri, præsertim recentiores, nomina in* as *græce exeuntia per literas* wau *et* semcath *terminare, ut apparet in voce* Andreas, *qualiter passim in Novo Testamento syriaco legitur; quin et eadem nominis immutatio deprenditur in scriptis arabicis* (2). *Verum si* S. Thraseam *scripserint sine litera* vau, *sed cum* iud *et* semcath, *potius more suo legerint* Tarsis *quam* Thraseas. *Quum itaque Martyrologii Hieronymiani collector* Tarsum *scripserit loco* Thraseæ *(nam in* Tarso *diversissimi codices conveniunt), necessario subit hæc cogitatio præluxisse viro illi (quicumque demum fuerit) kalendarium seu menologium syriacum. Verum non hac tantum die, sed multis aliis, Wrightii kalendarium syriacum utilissimum est ad dejiciendas tenebras, quibus involvitur Hieronymianum Martyrologium. Hæc jam pridem intellexeramus: confectum id fuisse ex multis calendariis Romanis, Africanis, Asianis et Illyricis; atque inde provenire ut iidem sancti diversis repetantur diebus, atque etiam aliquando iisdem, depravatis plerumque nominibus; deinde nullos aut pene nullos in eodem celebrari sanctos, sumptos ex fastis Constantinopolitanis. Sed ope Wrightii kalendarii, quæ quasi clavis sit, atque etiam aliorum calendariorum syriacorum, armeniacorum, ægyptiacorum et carthaginensis, licebit forte aliquando omnia fere reserare illius Martyrologii arcana. Quodsi fiat, centeni martyres innotescent melius certiusque, et plurium ecclesiarum origines earumque adversus impietatem gentilium gloriosa certamina nunc tandem quasi primum in lucem venient. Faxit Deus ut ne desint vires et tempus.*

AUCTORE V. D. B.

(1) Cfr Acta SS. tom. X Octobris, pag. 12 et seqq. — (2) Cfr Assemani, Biblioth. Orient. tom. III, pag. 609.

DE SS. FLORENTIO ET VANDALETO

MARTYRIBUS

ET S. HONORATO CONFESSORE

IN TILÆCASTRO IN BURGUNDIA

SYLLOGE CRITICA

V. D. B

§ Unicus. Innumeri errores de S. Florentio martyre. Ubi situm Tilæcastrum. Ecclesia, prioratus, reliquiæ S. Florentii tum in Tilæcastro, tum in Insula Barbara. Festum in diœcesibus Lingonensi et Divionensi. Memoria SS. Vandaleti et Honorati.

CIRCA ANNUM CCLXIV. S. Florentius *martyr, omnibus fere orbis partibus adscriptus*

De paucis admodum sanctis tantum laboratum est quantum de S. Florentio *martyre, cujus hodie nomen celebratur in martyrologiis aliisque fastis sacris. Quum enim ignoraretur ubi positum esset Tilæcastrum, quo loco cultus aut cæsus fuisse ferebatur sanctus martyr, alii dixerunt eum martyrium fecisse ad Euphratem* (1), *alii in Ponto* (2), *alii in Africa* (3), *alii in Geldria* (4), *alii in Hispania* (5), *alii prope Lugdunum* (6), *alii demum in Burgundia inter Lingones et Divionem. Sed hæ pleræque conjecturæ, quæ hoc dumtaxat nituntur quod locus aliquis, cujus nomen plus minus ad* Tile, Thile, Tyle *aut* Thyle *accedit, in illis regionibus reperitur, confutatione non indigent, quam primum certo cognoscitur ubi castrum illud situm sit. Sola persuasio Hispanorum alio fundamento consistit. Hi enim, Higuerii figmentis sub nomine Dextri, Maximi aliorumque veterum scriptorum admissis, sibi vindicarunt S. Florentium. Quapropter Tamayus, stipatus agmine illo fabulatorum, sed et ipse fictor et fabulator, ad præsentem diem hæc annuntiat* (7): Apud Castrum Tyle in Tudetanis Bæticæ Hispanicæ prope Hispalim, S. Florentii martyris;

(1) Cfr Sollerius, Martyrologium Usuardi, pag. 631. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Saussayus, Martyrologium Gallicanum, pag. 165. — 4 Miræus, Fasti Belgici et Burgundici, pag. 636. — (5) Tamayus aliique Hispani. — (6) Saussayus, Martyrologium Gallicanum, pag. 784. — (7) Anamnesis sive Martyrologium, tom. V, pag. 659 et seqq.

AUCTORE V. D. B.

qui, ad fidem conversus catholicam, ob ipsum et propter Christi nomen comprehensus, sub Adriano imperatore, post verbera et flagra martyrii coronam strenuus agonista recepit. *Quæ dein in Commentario exornat; ubi etiam perhibet ejus nomen fuisse M. Bolanum Rusticum Florentium; ad eum scripsisse Plinium juniorem et alia ejusdem furfuris. Quis crediderit iis fucum fieri potuisse Francisco Mariæ de Aste, archiepiscopo Hydruntino, qui anno* 1716 *non malum Beneventi edidit commentarium in Martyrologium Romanum* (1)? *Verumtamen hæc falsa esse ostendere nolim : in eorum enim gratiam qui, post Nicolai Antonii censuras Higuerianarum mercium, fidem adhuc aliquam habent historiis, quæ ex Pseudodextri, Pseudomaximi aliorumque scriptis desumpta sunt, scribendum non videtur. Sed veniamus ad meliora martyrologia et calendaria, quibus* S. Florentii *nomen inscriptum est.*

et in multis antiquissimis fastis sacris laudatus,

2 S. Florentii *seu, depravata paulisper forma,* S. Florenctis *natalis annuntiatur hodie ad finem aliarum memoriarum in tribus melioribus exemplaribus editis Martyrologii Hieronymiani, scilicet in Antverpiensi seu Epternacensi S. Willibrordi, in Corbejensi Dacherii et in Lucensi Florentinii, nuspiam designata palæstra* (2); *item in Richenoviensi, Augustano et Labbeano, editis a Sollerio in his nostris Actis ad finem Junii; in Gellonensi Dacherii* (3); *in S. Germani Antissiodorensis* (4) *et in Calendario Corbejensi antiquissimo* (5), *in lucem datis a Martenio; in accessionibus ad Martyrologium Bedæ Vaticana, Atrebatensi, Tornacensi, Lætiensi et Barberiniana* (6), *ubi etiam* Florianus *et* Florinus *dicitur, aliquando duplicatur, atque etiam ex vicinia S. Proti Turritani Sardiniæ adscribitur; in Martyrologiis Adonis et Usuardi :* Eodem die apud Tyle seu Tile castrum, natale S. Florentii martyris, *nisi quod in tribus Adonis exemplaribus alius Florentius substituitur, in aliis additur, uti etiam in aliquot Usuardinis : de quo Florentio inter prætermissos. Admissus etiam in Martyrologia Galesinii, Romanum Baronii, Parisiense Noalii, Ebroicense Petri de Rochechouart et Gallicanum Saussayi, quin etiam in Calendarium Parmense-Aquilejense, editum ab Althano* (7).

in Tilæcastro, qui locus inter Divionem et Lingonas ad Tilam rivum est,

3 *Porro ubi Tile seu Tyle castrum positum sit, recte vidit Hadrianus Valesius.* Fluvius Tila, *inquit* (8), in Chronico Divionensis monasterii S. Benigni (9) non semel memoratus, vulgo dicitur *Tille,* quibusdam *Til,* genere masculino. *Initio duos alveos, ex diversis ortos fontibus, habet; quorum alter, proprie* Tille *dictus,* aluit vicos Mariacum *(Marey-sur-Tille), Villiacum (Villey), Cressiacum (Cressey),* Fossatum *(le Fossé) et Echevanne; alter vero, cui nomen* Ignon *seu* Ivron, *præterlabitur Moloy, Villamcomitis (Villecomte),* Icium *(Issur-Tille) et Marcilliacum (Marcilly). Confluunt deinde ambo rivuli, uno Tilæ nomine servato. Qui auctus rivus præterfluit* Tilæcastrum *(Tille-Chateau), atque dein, a septentrione ad meridiem currens,* Fauriniacum vel Faberniacum villam *(Favernay) et alios complures vicos;* ac demum in Ararim *(la Saône)* defluit. In chronico supra laudato litteræ, datæ anno 1020, *Humberti clerici Tilecastri,* mentionem faciunt. Aliæ sic desinunt : *Acta sunt hæc Tilecastro publice anno ab I. D. N. J. C.* 1017, *indict.* XV, *regnante Rotberto Francorum rege, mense februario.* Hugo quidam *de Tilecastro* in litteris anni 1026 ibidem reperitur, et aliis in ejus Chronici tabulis passim : item *Milo Balbus, Tilensiscastri miles.* Vocabatur ergo hoc castrum ante annos 650 nunc, idque sæpius, *Tilæcastrum;* nunc et *Tilense castrum,* a Tila fluvio, cui assidet, quasi castrum ad Tilam. Pro *Tilæ castro* sæpissime *Tilecastrum* in priscis codicibus, uti supra, scriptum invenitur. In eodem Chronico *Tiricastrum, Tiricastel* et *Tricastel* reperio : nomina ex vocabuli *Tilæcastri* vel *Tilæcastelli* depravatione nata, *l* in *r* et *æ* vel *e* in *i* conversis. Ex *Tricastel* fecere quidem nostri *Trichastel, Trichasteaul* et *Trichasteau :* quo nomine hic locus a plerisque nunc corrupte appellatur. *Hæc Valesius anno* 1675; *nunc vero ut ex mappis topographicis Cassinii, et lexicis geographicis Galliarum novi, vulgare nomen est* Tille-Chateau, Til-Chateau, Thil-Chateau, *atque etiam* Mont-sur-Tille. *Situm est oppidum, nongentis incolis frequens, super viam publicam, stratam inter Lingones et Divionem; a qua civitate distat chiliometris* 24. *Remanent in monte pristini castri, a quo nomen accepit, insignia vestigia.*

celeberrimum cultum nactus est, ut ex prioratus historia

4 *Quum Ado atque Usuardus sæculo* IX *Martyrologia sua ediderunt, celebrabatur jam tum illic* S. Florentii *natalis et asservabatur corpus; templum vero, seu potius* altaria et decimæ de Tillecastro *erant penes canonicos regulares S. Stephani Divionensis, quibus ea dederat Betto, episcopus Lingonensis,* mense majo in anno 33, regnante domno Carolo imperatore, *seu anno Christi* 801; *ut eis esset* unde subsidium corporale necessarium haberent (10). *Sed integra non permansit hæc donatio. Certe Tilæcastrenses domini intruserunt se loco S. Stephani canonicorum et beneficiali jure tenebant de episcopis Lingonensibus ecclesiam* S. Florentii *Tilæcastrensem cum annexis juribus; ita tamen ut curarent a clericis aliquot ibidem peragi divinum officium. Sed anno* 1033 *Aimoni militi non satis religiosa visa est hæc rerum conditio. Quæ apprime constant ex sequenti diplomate, quo ecclesiam* S. Florentii *canonicis Divionensibus reddidit, et quod ideo præcipue iterum in lucem damus, tum quoniam* S. Florentii *cultus rite inde illustratur, tum quoniam semel dumtaxat hactenus lucem vidit, in rarissimo nempe Fyoti opere de Divionensi S. Stephani ecclesia* (11). *Accipe itaque antiquissimum illud instrumentum.*

et diplomate anni 1033

5 Postquam sanctorum apostolorum prædicatione, ut in eorum Actibus legimus, multi, sua pro Christo relinquentes, nihil se in mundo possidere gaudebant, ut cælestibus in futuro præmiis ditarentur, mos inolevit, ut plerique, relictis omnibus, monasticæ se traderent disciplinæ, plerique, retentis suis, canonice in congre-

(1) In Martyrologium Romanum dissertationes, pag. 485. — (2) Cfr Florentinius, vet. Martyrol. Occidentale, pag. 937. — (3) Spicilegium, tom. II, pag. 35. — (4) Thesaurus anecdotorum, tom. III, col. 1561. — (5) Ibid. col. 1603. — (6) Acta SS. tom. II Martii, pag. XXXVI. — (7) De calendariis, pag. 275. — (8) Notitia Galliarum, pag. 455. — (9) Ap. Dacherium, Spicilegium, tom. II, pag. 386 et seqq. — (10) Vide Chartam Bettonis, ap. Fyot, Histoire de l'église abbatiale et collégiale de saint Estienne de Dijon, Preuves, num. 117, pag. 77. — (11) Ibid. pr. num. 71, pag. 41.

gationibus Deo militare satagerent. Laicorum quoque fidelium devotio, æternæ recompensationi participare cum talibus ambiens, suis facultatibus ac beneficiis, ad Dei servitutem liberius exercendam, propensius eis ministrare curavit. Unde ego Hugo, sacrosanctæ Lingonensis ecclesiæ Dei dignatione pontifex, notum fieri ecclesiæ filiis præsentibus vel futuris cupio, quod quidam noster fidelis ex nostræ ecclesiæ filiis, me in eadem ecclesia residentem adiens, humiliter petiit, quatinus in quadam ecclesia, quam de me beneficiali jure tenebat, ad Dei servitutem faciendam, et sancto ejusdem martyri Florentio, qui ibi requiescit, venerationem exhibendam, clericos canonice viventes aggregare procurarem et abbatiæ S. Stephani Divionensis castri, ecclesiam cum clericis perpetuo deditam esse constituerem. Cujus petitionem libentissime suscipiens adimplere protinus studui.

abundeconstat. 6 Dedi igitur, secundum militis, nomine Aimonis, petitionem, altare illud cum beneficio, cuidam clerico, prædictæ abbatiæ S. Stephani præposito, nomine Warnerio, vice clericorum in jam dicta ecclesia sancti martyris Florentii aggregandorum, cum servis utriusque sexus ad sanctum pertinentibus, cum mercato quoque, teloneum videlicet, et quidquid de mercato consuetudinario jure persolvi solitum est, ut canonici illius loci perpetualiter teneant atque possideant, et Deo servitutem debitam et martyri venerationem congruentem reddant : subjectionem vero abbatiæ S. Stephani prælatis exhibere non negligant et secundum eorum jussionem loci ordinatio et rerum ad eum pertinentium dispensatio sine contradicente liberaliter fiat. Interdicimus quoque Dei omnipotentis virtute, et sanctorum omnium auctoritate, et a Deo nobis collata potestate, ne aliquis præsumat amodo, hæc, quæ Dei obsequio donata sunt, suis propriis usibus rapere, et ab ejus servitio separare; alioquin anathema fiat maranata. Si quis autem hujus nostræ regalis proque Deo factæ donationis auctoritatem et pontificalis decreti corroborationem diabolico instinctu infringere, vel in aliquo violare temptaverit, sicut diximus, æternæ maledictioni subjaceat, nisi resipiscens sancto protomartyri Stephano, canonicisque ejus Divionensi in castro degentibus satisfecerit. S. Hugonis, Lingonicæ civitatis episcopi; S. Aimonis, hujus donationis et auctoris et laudatoris; S. Hildegardis, uxoris ejus. S. Otberti, fratris ejusdem Aimonis; S. Warini presbyteri; S. Arduini militis; S. Ulgerii; S. Humberti; S. Witberti præpositi; S. Widonis militis et filii ejus; S. Ulderii; S. Stephani; S. Walterii clerici et filii ejus; S. Organdi; S. Petri et filii ejus Teutbaldi. Actum Tille-Castro publice, anno incarnationis Dominicæ MXXXIII, indictione I, epacta sexta, die nativitatis S. Baptistæ Joannis, feria V, mense junio, regnante Henrico Francorum rege, anno VII regni ejus. Ego Odolricus datavi, et manu propria firmavi.

SS. Florentii *et* Honorati *reliquiæ super duo altaria in templo, quod simul* 7 *Præter ecclesiam* S. Florentii *erat ibidem* capella de Tylecastro; *quæ, licet pertineret ad illam ecclesiam, simul cum ea reddita non fuerat. Eam itaque* in feodo *de Roberto, Lingonensi episcopo*, tenebat *Aldo filius Aldonis, qui et ipse filius illius Aimonis. Suasu itaque illius Roberti, qui ab anno* 1185 *usque ad annum* 1110 *cathedram Lingonensem occupavit*, regnante Philippo rege *seu inter annos* 1060 *et* 1108, *ac* existente Odone duce in Burgundia, *id est inter annos* 1078 *et* 1102, divino motu animi visitatus, timens esse sub anathemate, atque avidus æternæ gloriæ, reddidit ecclesiæ S. Florentii capellam de Tylecastro, unde injuste mutilata fuerat. *Ipsam chartam dabit Fyotus* (1). *His itaque Aimonis et Aldonis restitutionibus factum est, ut canonici S. Stephani aliquot ex suis illic constituerint, quibus præerat prior, parœciæ cura præ cæteris fungens. His canonicis concredita quoque administratio parœciæ Marcilliaci, Tillæcastrensi unitæ. Perstitit hæc ordinatio donec suppressa est canonicorum communitas, et parœcia Tillæcastrensis a prioratu separata. Inde factus est prioratus simplex, pleno jure ab abbate S. Stephani pendens.* S. Florentius *patronus erat prioratus; sed prioratui et parœciæ, quod pristina ecclesia renovata non fuerat, idem erat templum : ita ut prior solemnioribus festis divina officia celebraret ad altare præcipuum* (2); *supra quod collocata erat capsa,* S. Florentii *ossa continens* (3); *aliis diebus in capella* S. Honorati, *confessoris, cujus reliquiæ illic supra altare erant positæ. Quarum reliquiarum translatio celebrabatur secunda dominica post Pascha : confluebant tamen vicini populi in festo SS. Trinitatis* (4); *quæ res quasi monumentum quoddam erat pristinarum processionum bannalium, quæ proxime ad Pentecosten solebant institui* (5). *Erat etiam ibidem hospitium cum æde B. Mariæ in cælum assumptæ, abbati S. Stephani obnoxium* (6); *sed hoc minus ad* S. Florentium *pertinet. Sæculo superiori summa adhuc illic in veneratione erat* S. Florentius; *cujus festum quum concurreret cum vigilia SS. Apostolorum Simonis et Judæ, a sancta sede licentiam impetrarant observandi pridie commune jejunium.*

prioratui et parœciæ inserviebat, servabantur.

Quæ tradantur de SS. Florentino *et* Vandalcto. 8 *De ejus martyrio, quod tot martyrologiorum, quæ pleraque antiquissima sunt, plurium veterum chartarum, quas supra indicavimus et partim recitavimus, et demum constantis traditionis auctoritate constat, plane dubitandum non est. Sed quandonam vitam pro Christo dederit* S. Florentius, *cujus tyranni præcepto, qua occasione, nemo nihil dubitans dixerit. Verumtamen valde olim illis in locis celeber erat quidam Crocus, quem alii ducem Alemannorum, Lingonenses vero, Engolismenses aliique regem Wandalorum faciunt. De eo inter eruditissimos Gallos gravissima dissidia exstiterunt : aliis consentientibus S. Gregorio Turonensi eum temporibus Gallieni imperatoris in Gallias cum Alemannorum agmine irrupisse et multis locis fecisse stragem christianorum; aliis, auctoritate turbæ scriptorum sequioris ævi, contendentibus eum ineunte sæculo* V *cum Vandalorum aut aliorum barbarorum catervis in provincias cirhenanas penetrasse*

(1) Fyot, pr. num. 109. pag. 73. — (2) Ibid. Pouillé de S. Estienne, pag. 296. — (3) De Mangin, Histoire des diocèses de Langres et de Dijon, tom. I, pag. 127. — (4) Fyot, Pouillet etc. pag. 296. — (5) Acta SS. tom. X Octobris, pag. 861. — (6) Fyot, Pouillé etc. pag. 301 et 302.

et

AUCTORE V. D. B.

et passim sæviisse in christianos; aliis demum statuentibus plures fuisse Crocos qui diversis temporibus crudeles in fideles Gallos fuerint. In quam quæstionem sæpius jam illapsi sunt decessores nostri; quibus visus est unus Crocus persecutor admittendus, quum secus eadem gesta diversis viris adscribenda sint; deinde auctoritatem S. Gregorii Turonensis, qui Croci, regis Alemannorum, in Gallias adventum ad Valeriani et Gallieni tempora retulerit, cæteris longe præstare (1) : *neque video quid sapientius in re obscurissima sentiri possit. Fuit hæc quoque jam pridem Vignerii sententia, qui in Chronico Lingonensi narrat, Valeriano post infaustum prælium aut per fraudem capto, Gallienoque filio recens imperante, utique salutis anno* 164, *Crocum sive Chrocum, magna Suevorum, Vandalorum, Alamannorum, manu cinctum, in Gallias penetrasse et Lingonum arcem, Antomadunum, obsedisse; atque tum eum cruentas manus intulisse S. Desiderio, episcopo Lingonensi, cujus Acta illustravit Henschenius noster ad diem* 23 *maji, et S. Valeriano, diacono Lingonensi, cujus Acta primum data sunt in lucem ad diem* 22 *octobris. Addit deinde* (2) : Barbarorum supranominatorum sævitia Florentium apud Tile-Castrum corruisse, cum illi via Lugdunensi Arelatem peterent, nobis persuasum est. *Quæ persuasio convenit cum traditione* S. Florentium *in persecutione Vandalica obiisse, scilicet quod in Actis S. Desiderii et in aliis S. Valerii Crocus dux aut rex Vandalorum dicitur; nam Vandalorum nomine barbari quicumque, sicuti nunc, olim quoque intelligebantur : quin et admissa fuit ab historiographo diœcesis Lingonensis* (3); *qui et addit tum quoque in Tillæcastro peremptum fuisse* S. Vandaletum *martyrem. Martyrii* S. Florentii *rationem aut modum commemorat Saussayus* (4), *libros liturgicos insulæ Barbaræ secutus; videlicet* S. Florentium, super ingens saxum in flumine positum, aratri vomere *a Croci militibus capite* truncatum *fuisse;* ipsius vero caput per stupendos scopulos, per aquarum *Tillæ et Araris* rapidos meatus, divino evectu, usque in insulam Barbaram in Arari *prope Lugdunum* delatum ibique detectum, summo reconditum fuisse (quo decebat) honore. *Quantum hæc absque probo vade parum sint credibilia manifestum est. Cæterum displicuerunt jam pridem Lingonensibus episcopis : quos inter Carolus Descars, quum anno* 1604 *Breviarium Lingonense edidit, suppressas voluit lectiones de* S. Florentio *martyre, seu potius eis substitutas novem lectiones de S. Florentio, confessore et episcopo Argentoratensi post S. Arbogastum, in Calendario tamen atque etiam in Officii titulo servata* martyris *appellatione. Improbandum utique consilium, quum inde nihil sequi et oriri possit, nisi sanctorum inter se confusio. Mutata hæc sæpius postmodum; adeoque in Calendario liturgico Divionensi anni* 1827, *(qua diœcesi Tillæcastrum nunc continetur,) die* 27 *octobris, quæ sabbatum erat, agi præcipitur officium de B. Maria Virgine, et pridie, seu* 26 *octobris, celebrari ritu semiduplici natalis* S. Florentii martyris. *In Calendario autem Lingonensi anni* 1829 *indicuntur in diem* 27 *octobris vigiliæ SS. Apostolorum et nuda commemoratio* S. Florentii martyris : *cujus nomen etiam servatum in libello annali diœcesis Lingonensis* (5).

Cultus S. Florentii *in Insula Barbara, ubi ejus olim servabatur caput.*

9 *Ex his, quæ paulo supra ex Saussayo referebam, intellexerit lector caput* S. Florentii *servatum olim fuisse in Insula Barbara; quæ insula in Arari fluvio* (la Saône) *supra Lugdunum jacet. Traduntur illic eremitæ seu monachi etiam ante pacem ecclesiæ concessam degisse; certe postea surrexit ibi monasterium, patrono S. Martino, cujus celeberrima fuit fama; septem ibidem constructæ ecclesiæ, licet insulæ ambitus perquam exiguus sit* (6) : *sed septenarius ille ecclesiarum numerus etiam alibi observabatur, v. g. Hohenbergi, seu in Monte S. Odiliæ; item Andennæ in Belgio. Celebrabantur olim in Insula Barbara solemnissima aliquot festa in honorem B. Mariæ Virginis, S. Lupi, S. Dionysii, S. Andreæ, S. Mariæ Magdalenæ et S. Marthæ; ad quæ mira religione quotannis veniebant numerosissima agmina, non ex vicinia tantum, verum etiam ex remotis provinciis* (7). *Sed nullam partem in eximio hoc honore habebat* S. Florentius; *cujus tamen duplex festum illic celebrabatur : alterum die* 23 *martii in memoriam susceptionis ejus capitis in Insula Barbara; alterum præsenti die* 27 *octobris in martyrii ejus memoriam. Quin et Theophilus Raynaudus, qui in Sanctorum Lugdunensium indiculo a tot cælitum nominibus pulverem abstersit, prætermisit* S. Florentium *martyrem. Sed Stephanus de Vernay, presbyter Lugdunensis, qui summo labore Breviarium Lugdunense ad formam concilii Tridentini seu potius S. Pii papæ V confecit, innumeris insertis lectionibus de sanctis propriis, nolebat* S. Florentium *omitti, ut ex ms. ejus codice mihi constat; sed causam suam perorare non potuit : adeo ut* S. Florentii *cultus in diœcesi Lugdunensi constiterit usque ad domorum religiosarum eversionem intra fines Insulæ Barbaræ; nunc vero omnino oblivioni sit traditus, quum in illa insula nullæ amplius exstent ædes sacræ, sed villæ dumtaxat, monasticarum veterum structurarum reliquiæ.*

De S. Vandaleto *et* S. Honorato *confessore nihil innotuit, ne natalis quidem.*

10 S. Vandaletum, *de quo paucissima dixi secundum Manginum, alibi omnino nuspiam designatum inveni. Nomen etiam mihi suspectum est, tum quod neutiquam romanum est, tum quod ex* Vandalo *diminutum fuisse videtur. Hæc profecto valent ad fidem detrahendam nominis formæ, nequaquam ad vocandum in suspicionem ipsum sanctum martyrem.* S. Honoratus *vero* confessor, *qui sponte quasi sua se nobis scribentibus obtulit, alius videtur ac sancti Honorati confessores, quorum gesta innotuerunt. Neque calendaria, neque libri Lingonenses aut Divionenses ullum subministrant lumen. Fyotus, qui non potuit ab ejus abstinere nomine, studiose vi-*

(1) Cfr Acta SS. tom. X Maji, pag. 242 et seqq. Ibid. tom. IV Augusti, pag. 434 et seqq. — (2) Chronicum Lingonense, pag. 15. — (3) De Mangin, Histoire ecclésiastique des diocèses de Langres et de Dijon, tom. I, pag. 127. — (4) Martyrologium Gallicanum, ad 23 martii et 27 octobris. — (5) Pechinet et Mongin, Annuaire ecclés. et hist. du diocèse de Langres, 1838, pag. XXVIII. — (6) Fortis, Voyage à Lyon, aux environs etc. tom. II, pag. 465. — (7) Ibid. pag. cit.

tavit

tavit de eo quidquam dicere. Nos vero, ut toties alias, hoc unum facere conamur, SS. Vandaleti *et* Honorati *memoriam qualitercumque ab oblivione vindicare. Superest ut moneamus lectorem in prætermissis ad hanc diem ex calendariis plures recensitos fuisse sanctos Florentios, quibuscum facile confunditur sanctus martyr Tilæcastrensis; sed quæ illic dicta sunt, non videntur hoc loco repetenda.—De tribus sanctis Tilæcastrensibus alia plura exspectamus documenta a venerabili Tilæcastrensi parocho; quæ si opportune ad nos delata fuerint, curabimus ea in hoc ipso tomo inter addenda collocare.*

AUCTORE V. D. B.

DE SS. MARCIANO

SEU MARIANO, LUCIO ET VICTO

MARTYRIBUS ROMÆ

SYLLOGE CRITICA

V. D. B.

Tres sancti martyres nonnisi ex laterculis Hieronymianis cogniti.

VERISIMILITER AD FINEM SÆCULI III.

In fastis Hieronymianis, formis valde confusis,

Quam difficiles sint hodie Hieronymiani laterculi supra in SS. Thrasea et sociis, martyribus Eumenianis in Phrygia, patuit. Perseverant eædem difficultates in martyribus Romanis, ut ex sequentibus manifestum fiet. In Corbejensi Dacherii (1) *exemplari legitur:* Romæ, Mariani, Lucii, Viveti; *in Antverpiensi seu Epternacensi S. Willibrordi* (2): Romæ, Marciani, Luci, Vieti; *in Lucensi* (3): Romæ, Mariani, Luci, Vieti; *in Ottoboniano* (4): Romæ, Mariani, Luci et Victi; *in Richenoviensi* (5): Romæ, Mariani, Lucii, *et post iterum* Mariani, *præpositi SS. Chrysantho et Dariæ; in Augustano* (6), *in Labbeano* (7), *in Gellonensi* (8) *et Morbacensi* (9) *immiscetur solius* Mariani *nomen martyribus Eumenianis; cujus solius* Mariani *nomen apparet quoque in Trevirensi Bedæ Martyrologio* (10); *in Auctariis autem Bedæ Vaticanis* (11) *hæc occurrunt:* Romæ, Marciani, Luciani, Floriani, Lucii; *in S. Cyriaci* (12): Romæ, Martiani, Lucii, Florentii; *in Barberiniano* (13): Natale SS. Mariniani, Lucii, Victi; *qui* Victus *in codicibus Atrebatensi, Lætiensi et Tornacensi* (14) *occurrit, uti et in Usuardo Grevenii, ubi additur S. Proto Turritano.*

annunţiantur hac die SS. Marianus *seu* Marcianus, Lucius *et* Victus.

2 *In his expungendus imprimis* Florianus *seu* Florentius, *quippe qui martyr Gallus est, nihil commune habens cum athletis Romanis.* Marianus, Marcianus *et* Marinianus, *unius martyris nominis diversæ formæ sunt; quarum tertia minus probabilis est et in deterioribus exemplaribus obvia. Utra autem præstet,* Marianus *an* Marcianus, *definire non ausim:* Marianus *communior; sed* Marcianus *fulcitur auctoritate codicis Epternacensis et auctariorum aliquot Bedæ.* Lucius *et* Lucianus *unus est* Lucius, *qui in optimis quibusque libris legitur.* Vivetus, Vietus, Victus, *multo difficiliores formæ; sed expungenda* Viveti, *quæ quippe vox latina non sit. Si* Vivatum *dixeris, neque hæc nominis forma defendi potest, quum poetica sit pro* vegeto, *ideoque extra communem usum.* Vietus, *flaccidus, mollis, non plus usurpabatur; ita ut grammatici ejus significationem explicent, non secus ac vocabuli* Vivatus (15). *Superest* Victus, *rarum utique nomen, verumtamen inter christianos non inauditum; quum in Hieronymianis fastis Lucensi et Epternacensi S. Victus martyr Africanus legatur ad diem* 21 *maji. Quod quidem nomen fausti (ut amabant Romani) ominis non est; sed hanc legem non sequebantur christiani, etiam nominibus minus honestis contenti* (16). *Potius me vexat timor ne* Victus *ille Africanus effictus sit a librariis ex* Poly-eucto: *quem timorem non vanum esse facile videbit qui oculos in Hieronymianas tabulas ad diem* 21 *maji conjecerit.* Victum *itaque, si admittatur, non ausim dicere singulare non esse exemplum; non magis tamen mirum quam Ambustum* (17), *et ex eventu inditum. Potuit enim* Victus *dici, quod olim in ludo gladiatorio succubuerat. De tempore nihil statui potest, nisi quod plerique martyres, Hieronymianis fastis adscripti, temporibus Diocletiani videantur ad bravium pervenisse.*

(1) Spicilegium, tom. II, pag. 20, edit. 1723. — (2) Ap. Florentium, Vet. Martyr. Occid. pag. 936. — (3) Ibid. pag. cit. — (4) Ap. Georgi, Martyrologium Adonis, pag. 686. — (5) Ap. Sollerium, Martyrologia Hieronymiana, pag. 13. — (6) Ibid. pag. 22. — (7) Ibid. pag. 29. — (8) Ap. Dacherium, Spicilegium, tom. II, pag. 35. — (9) Martene, Anecdota, tom. III, col. 1570. — (10) Martene, Amplissima collectio, tom. VI, col. 647. — (11) Acta SS. tom. II Martii, pag. XXXVI. — (12) Ibid. pag. cit. — (13) Ibid. pag. cit. — (14) Ibid. pag. cit. — (15) Facciolati, Lexicon latinum, v^s *Vivatus* et *Vietus*. — (16) Cancellieri, Dissert. sopra due iscriz. delle martiri Simplicia ed Orsa, pag. 6 et seqq. — (17) Ibid. pag. 7.

DE

DE SS. MAXIMO, VENANTIO, LUCIANO

COMITIO ET DONATO,

MARTYRIBUS IN APRUTIO ULTERIORI

R. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§ Unicus. Pinnæ in Aprutio Ulteriori cultus SS. martyrum Maximi, Venantii, Luciani, Comitii et Donati. Cur parum sint noti.

SÆCULO I ET IV. *Pinnæ, quod Aprutii ulterioris oppidum est, olim decorum, nunc humile,*

Pinna (vernacule Città di Penna), *cujus origines breviter declararunt Ughellius* (1), *Lucentius* (2), *Sacco* (3), *et Moroni* (4), *oppidum est antiquissimum Regni Neapolitani in Aprutio Ulteriori, leucis quinque Theate distans; quod et quondam principem in Vestinis tenuit locum. Ejus incolæ non pauci religioni Christianæ, prædicante S. Patra, uno (ut ferunt) ex septuaginta Christi discipulis, et primo Pinnensium episcopo, nomen suum dedisse dicuntur* (5): *quod tamen ex historicis monumentis sinceris non adeo facile probatur, quoniam primitivæ ecclesiæ Pinnensis scrinium vel bellorum calamitate, vel aliis cladibus totum interiit : adeo ut vix quidquam certi de ejus ante sæculum* IX *antiquitatibus proferri posse videatur. Tunc quidem, anno circiter* 800, *Carolus Magnus Pinnam provinciæ metropolim civilem declaravit eamque cum plurimis castris et pagis ecclesiæ Pinnensi donavit seu plenissimo episcopi subjecit juri. Quam largitionem imperatores et reges, Caroli Magni successores, confirmarunt. Hinc per longam annorum seriem divitiis et potentia floruit Pinna : sed tandem, Italia bellis perturbata, regnoque Neapolitano undequaque discisso, corruit Pinnensis episcopi dominium : dein anno* 1252 *Innocentius IV* (6), *cum ecclesiam Adriensem in cathedralem erexisset, eam cum Pinnensi univit, ac statuit ut Pinnensis episcopus et Adriensis nuncuparetur. Adde quod Clemens VII, anno* 1526 *Theatinam ecclesiam episcopalem in metropolitanam convertens, ejus suffraganeas esse voluit ecclesias Pinnensem et Adriensem* (7). *Sed Paulus III, cum Pinnenses ægre Theatinis subessent, eos anno* 1539, *Romanæ sedi immediate subjecit* (8).

coluntur et quiescunt SS. Maximus, Venantius, Comitius *et* Donatus *martyres ;*

2 *Porro a remotissimis temporibus in ecclesiæ Pinnensis primarium patronum* S. Maximus *et in secundarios* SS. Venantius, Lucianus, Comitius *et* Donatus *assumpti sunt. Ex quibus* Comitius *primus, post eum* Donatus, *qui supra* S. Comitii *sepulcrum ecclesiam Nerone Claudio imperatore construxit, ac tandem* Maximus, Venantius *et* Lucianus, *ineunte sæculo* IV, *in insula Piscaria* (9), *ad Aterni fluminis ostia quatuordecim millibus passuum a Theate, gloriosum agonem perfecerunt. De quibus sanctis martyribus nostri decessores vel ad diem* 7 *maji, qua* SS. Maximus, Venantius *et* Lucianus *passi sunt, vel ad diem* 11 *ejusdem mensis, qua* SS. Venantii, Luciani Comitii *et* Donati *natalis agitur* (10), *dicere debuissent; sed quum ad horum sanctorum venissent notitiam, nescierunt, ut ait in quadam schedula superstite Papebrochius,* an seorsim, an conjunctim, et quo vel quibus diebus colerentur. *Postea tamen Ughellius lectiones cujusdam breviarii et hymnum de* S. Maximo *ejusque sociis, a Baptista Cantalicio, episcopo Pinnensi, confectum, transmitti curavit. Quod si nunc ad diem* 27 *octobris de* S. Maximo *aliisque Pinnensium patronis agimus, causa est quod hac die, anno* 868, *Giraldus seu Grimaldus, Pinnensium episcopus, eorum ossa ex ecclesia* S. Comitii *in insula Piscaria ad Pinnensem ecclesiam cathedralem pompa augustiori transtulit, atque sub altari majori honorificentius collocavit : quæ ecclesia, B. Mariæ Virgini et* S. Maximo *dicata, est* antiquissimæ structuræ, (*fors ea ipsa, de qua in instrumentis publicis annorum* 968, 1059, 1112, 1123 *et* 1140 (11),) cui inserviunt, *ajebat ineunte sæculo* XVIII *Lucentius* (12), decem canonici et tres dignitates, archidiaconus, archipresbyter et primicerius, et unaquæque dignitas alteri canonicatui annexa annuos percipit redditus centum scutorum ejus monetæ; canonicorum census est quinquaginta ducatorum. Sex alii beneficiati sacerdotes enumerantur, et clerici seu presbyteri inferiores circiter viginti quinque. *Hæc tamen institutio aliquam mutationem subiisse videtur : nam* capitulum Pinnense, *ut scribit Moroni* (13), constat ex tribus viris dignitate eminentibus, archidiacono scilicet, archipresbytero et primicerio : dein ex duodecim canonicis, quos inter theologus et pœnitentiarius : atque ex sex beneficiatis, et pluribus aliis clericis. *Qua in ecclesia, ubi et hodiedum corpora sanctorum*

(1) Ughellius, Italia sacra, tom. I, col. 1110. (Edit. Coleti).— — (2) Lucentius, Italia sacra, tom. I, col. 1428 et seqq. — (3) Sacco, Dizionario geografico etc. del regno di Napoli, tom. I, pag. 319. — (4) Moroni, Dizionario di erudizione ecclesiastica, tom. LII, pag. 53 et seq. – (5) Ughellius et Lucentius, Sacco et Moroni, locc. citt.—(6) Ughellius, loc. cit.— (7) Ibid. tom. I, col. 1138; Cantelius, Metropolitanarum Urbium historia, P. III, Diss. III, cap. II, pag. 599. — (8) Ibid. tom. VI, col. 755; Lucentius, col. 1431. — (9) Lubin, Abbatiarum Italiæ notitia, pag. 291. — (10) Ordo divini officii Pinnensis et Adriensis pro anno 1807, pag. 51. — (11) Ughellius, Italia sacra, tom. I, col. 1115, 1116, 1117, 1118, 1119. — (12) Italia sacra, col. 1429. — (13) Moroni, tom. LII, pag. 81.

patronorum

patronorum quiescunt (1), *peculiaris cultus* S. Maximo *aliisque martyribus exhibetur. Et quidem ibi, singulis annis die Dominica prima maji,* S. Maximi, *sub ritu duplici* I *classis, cum præcipuus patronus sit civitatis, fit festum : ita tamen ut officium ecclesiasticum sit de communi* I *loco unius martyris, et Missa* Protexisti. *Sanctorum vero martyrum* Comitii, Donati, Venantii *et* Luciani, *civitatis Pinnensis patronorum minus principalium, festum agitur die* 11 *maji, sub ritu duplici majoris, atque totum officium ecclesiasticum est de communi plurium Martyrum tempore paschali* (2).

qui, quum eorum vix meminerint scriptores antiqui, maxime ex diplomate anni 1169

3 *Verum lugendum est scriptores veteres, qui Pinnensibus rebus illustrandis operam dederunt, vix de* S. Maximo *aliisque sanctis martyribus locutos esse; et, si de* S. Maximo *mentionem fecerint, de ejus sociis necnon et de* SS. Comitio *et* Donato *siluisse. Hinc monumenta Italiæ historica diligenter perscrutatus, nullum vetustius documentum reperi, quod quinque martyrum nomina exprimat, quam diploma Odorisii, Pinnensium anno* 1169 *episcopi. Quo quidem instrumento publico, quod ob suam antiquitatem in præsentiarum recitandum videtur, Oderisius donationes, a Gozalino, comite Laureti, monasterio S. Mariæ de Liciano factas, confirmat hisce verbis :* Nos Odorisius Dei Gratia Pinnensis episcopus. Cum universo capitulo nostro rogatione D. Gozalini, comitis Laureti, de omnibus quæ in hoc privilegio continentur, talem fecimus excommunicationem, quod quicunque hæc omnia, quæ nobilis vir Gozalinus, comes Laureti, monasterio S. Mariæ de Liziano concessit, frangere vel contraire tentaverit, ex parte omnipotentis Dei, et B. Mariæ matris ejus, et SS. Apostolorum ejus Petri et Pauli, ac BB. martyrum Maximi, Comitii, Donati, Venantii atque Luciani, patronorum nostrorum, eos maledicimus, et excommunicamus, et anathemati perpetuo subjicimus, nisi se cito correxerint, et per dignam pœnitentiam, emendationem et dicto monasterio restitutionem tantum facinus curaverint expiare. Amen. Amen. Anno Dom. 1169. Ego Magister Betraimus, judex et Pinnen. ecclesiæ canonicus, ex mandato D. comitis Gozalini hoc privilegium propria manu signavi (3).

sunt noti.

4 *Ex hac igitur instrumentorum penuria factum est ut de* S. Comitii *genere, professione, ætate, passione vix aliquid proferre audeamus : tantum ex antiqui breviarii lectionibus scimus super ejus tumulum a* S. Donato *presbytero temporibus Neronis Claudii imperatoris erectam fuisse ædiculam. Item in iisdem lectionibus* S. Donatus *dicitur presbyter, et ex traditione populari Ortona, maritimo istius tractus oppido, oriundus fertur : sed, quonam imperatore, an Nerone, an ejus successore, vitam clauserit, me prorsus latet.* S. Maximum *vero auctoritate duorum diplomatum, alterius sæculi* XI, *alterius sæculi* XII (4), *et Pinnensis ecclesiæ traditione* (5) *volunt fuisse levitam seu diaconum : sed in breviarii lectionibus et in hymno infra recitandis legimus eum non secus ac* SS. Venantium *et* Lucianum *ad finem usque vitæ militarem induisse cingulum : additur et in hymno eum in Piscaria insula primo aspexisse lucem, ubi postea, anno scilicet* 306, *sub Maximiano Herculeo, quem Diocletianus anno* 303 *imperii consortem fecerat, post multa eaque dira superata tormenta simul ac* SS. Venantius *et* Lucianus *in religionis Christianæ testimonium animam posuerunt. Superest ut, quum genuina Passio non amplius supersit, has lectiones et hymnum in lucem demus, ex quibus hoc saltem novimus quæ sequioribus temporibus de illorum pugilum agone traderentur ab ecclesiæ Pinnensis clericis.*

AUCTORE R. D. B.

PASSIO

SS. Maximi et sociorum et SS. Comitii et Donati, *ex Lectionario antiquo Pinnensi.*

SS. Maximus, Venantius et Lucianus, ob fidem in insula Piscaria prædicatam,

LECTIO I. Anno ab incarnatione Domini fere trecentesimo sexto surrexit impiissimus et crudelissimus rex *a*, nomine Cerso in partibus Theatinis, qui omnes Christianos cogebat ad sacrificia idolorum : et qui sacrificare noluerunt, diversis cruciatibus interficiebat. Eodem tempore tres nobiles milites, viri christianissimi, videlicet Maximus, Venantius et Lucianus, cum multis aliis christicolis latitabant apud insulam Piscariam *b* in ecclesia sancti Comitii, quam olim beatus Donatus presbyter tempore Claudii *c* imperatoris ædificaverat, et ibi fortiter fidem Christi prædicabant; diu noctuque jejunio et orationi vacabant.

a

b

c

« Cerso diris nervis cæsi,

2 LECTIO II. Quod audiens Cersus rex jussit eos comprehendi, et ante suam præsentiam deduci, et interrogans eos unde essent, ex ea patria se esse Christi milites animose responderunt, et Christianos se esse patefecerunt. Qui cum dixisset : « Audistis qualis pœna proposita est adversus eos, qui hujusmodi religionis sunt, » dixerunt : « Audivimus, derisimus, ac judicavimus tuam jussionem nullam esse et vilem. » Quod audiens rex turbatus est, et fecit ora eorum lapidibus contundi, et duris nervis diu cædi. Porro læsio non erat in eis.

in ligno suspenduntur;

3 LECTIO III. Deinde jussit eos rex poni in custodia in uno carcere vinculatos magno ferri pondere, dicens eis : « Adnotate nomina vestra. » Qui dixerunt : « Nihil ad te de nostris nominibus pertinet. » Tunc rex dixit ad populum : « Quid vobis videtur de istis hominibus. » Quidam dixerunt bonam esse eorum doctrinam, alii vero non. Tunc rex jussit eos suspendi in ligno, et ungulis ferreis carnes eorum laniari, et crudeliter cædi, ita quod costæ eorum denudarentur. Sancti autem nihil timebant perculsi, sed tantummodo gloriam et laudes Deo dabant.

aliisque tormentis cruciati,

4 LECTIO IV. Post hæc rex dixit sanctis : « Vultis esse nobiscum, an cum Christo vestro? » Qui dixerunt : « Semper cum Christo fuimus, sumus et erimus. » Iratus itaque rex, jussit eos in terram sterni, et virgis acriter cædi, ipsi autem Dominum Jesum Christum benedicebant. Videntes rex eorum constantiam, iratus valde, jussit eos

(1) Moroni, loc. cit. — (2) Ordo divini Officii Pinnensis, pag. 20 et 31. — (3) Ughellius, tom. I. col. 1120. — (4) Ibid, col. 1116, 1119. — (5) Ordo divini officii Pinnensis, pag. 20.

ad stipitem ligari, et acutos in manibus eorum clavos, ac pedibus figi: dicens eis: « Tamdiu hic stabitis fixi, donec diis debitum reddatis honorem. » Ipsi vero constanter et gaudenter gratias Deo persolvebant. Tunc furibundus rex tribus diebus et noctibus sine cibo et potu fecit eos sic manere in ligno suspensi, et post tres dies depositos et flagellis cæsos fecit eos in carcerem includi.

in flumen Piscariæ immerguntur.

5 Lectio v. Videns autem rex non posse per tormenta sanctorum martyrum tolerantiam superari, et quia multi propter eos crediderunt in Dominum Jesum Christum, dedit eadem nocte contra eos sententiam, ut, ligatis ingentis ponderis lapidibus ad eorum colla, demergerentur in flumen Piscariæ. Ubi sic in bona confessione Domini nostri Jesu Christi spiritum Deo reddiderunt. Passi sunt autem sancti martyres Christi sub Cerso, primo rege *d*, die nonarum maji, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui erant addicti et pro cujus nomine passi sunt.

Eos ex SS. Comitii *et* Donati *ecclesia, ubi sepulti fuerant,*

6 Lectio vi. Accedentes autem Christiani venerunt, et levaverunt de flumine prædicto eorum sacratissima corpora cum reverentia maxima, et in ecclesia sancti Comitii, prope Piscariam, quam ædificaverat Donatus, presbyter Ortonensis, sepelierunt eum cum luminibus ac laudibus juxta corpora sanctorum Comitii et ipsius Donati presbyteri, et ibi in pace quieverunt, ubi multa miracula per ipsos Deus operatus est. Nam cæci illuminati sunt, leprosi mundati, paralytici curati, dæmoniaci liberati, claudi sanati, et variis infirmitatibus detenti eorum meritis reducti sunt ad pristinam salutem.

frustra conati sunt auferre Theatenses.

7 Lectio vii. Post multum igitur tempus religiosi viri, zelo Christi incitati, nocte occulteque venientes in locum ipsum de Theatinensi civitate, volebant effodere corpora eorum, et ipsa velut thesaurum pretiosissimum ad civitatem Theatinam de loco suo transferre. Sancti autem non permiserunt se ipsos occulte portari, qui fuerant publice pro Christi fide puniti : illi autem recesserunt.

Postea tamen Geraldus episcopus Pinnensis eos simul cum SS. Comitii *et* Donati *corporibus transtulit Pinnam, e*

8 Lectio viii. Crescente autem paulatim fide Christiana, convenerunt in unum Pinnensis episcopus, nomine Geraldus *e*, presbyteri, religiosi, sanctimoniales et populus universus civitatis ejusdem, et moniti voce angelica per revelationem venerunt ad dictam ecclesiam sancti Comitii, et fodientes invenerunt illa sacratissima corpora, videlicet Comitii, Donati, Maximi, Venantii atque Luciani, integra et candida velut nix; et elevantes inde, condiderunt aromatibus, et cum hymnis et canticis ad Pinnensem civitatem cum magna devotione et honore portaverunt.

ubi miraculis coruscant.

9 Lectio ix. Factus est autem magnus populorum concursus undique a circumstantibus partibus, et magnum illum præclarissimum thesaurum in majori Pinnensi ecclesia, constructa sub vocabulo beatæ Mariæ virginis et beati Maximi levitæ et martyris, quæ est pontificalis sedes, sexto kalendas novembris, portaverunt. Deinde dictus episcopus presbyteri et sanctimoniales cum multis aliis christianis veneraverunt usque ad vesperam in psalmis et hymnis, et obtulerunt sacrificium Domino. Fuerunt autem multis pompis multisque solemniis sanctorum prædictorum corpora collocata ibidem. Per quæ Deus multa beneficia illi populo Pinnensi elargitur, et ab eorum adversitatibus ipsorum meritis proteguntur.

ANNOTATA.

a *Cum nomen* regis *medio ævo non raro daretur iis omnibus, qui aliqua auctoritate pollerent* (1), *hinc factum esse videtur ut Cersus, qui* præsidis *munere apud Samnites* (2) *fungebatur, vocatus fuerit* rex.

b *Insula Piscaria ad ostium Aterni fluminis sita est.*

c *Claudius ab anno* 41 *ad annum* 54 *imperio Romano præfuit.*

d *Quandonam Samnites cœperint habere præsides hactenus videtur esse incertum.*

e *Geraldus seu Grimaldus sedebat Pinnæ sæculo* ix. *Ad ejus decessorem Helmanium Joannes papa VIII scripsit anno* 862 *epistolam decretalem. Ipsa vero translationem* SS. Maximi *aliorumque martyrum celebravit anno* 868 (3).

HYMNUS

in honorem SS. Maximi et sociorum secundum veram historiam,

Joanne Baptista Cantalicio episcopo Pinnensi et Adriensi auctore a.

a

S. Maximus cum SS. Venantio *et* Luciano, *fidem confessus, jussu Cersi præsidis,*

Inter coronas martyrum
Laudes canamus Maximi,
Cujus sub patrocinio
Nostra lætatur civitas.

Qui natus ex Piscaria,
Vicino nobis oppido,
Undis Aterni fluminis
Perpessus est martyrium.

Hic junctus cum Venantio
Et Luciano sociis,
Dum confitetur Dominum,
Duris datur suppliciis;

Cum Cersus rex sævissimus
Per Aprutinos populos
Exercens feram rabiem
Christi necabat milites.

Quos ubicumque gentium
Repertos morti tradidit,
Afflictos prius varia
Per tormentorum genera.

post multa tormenta stipiti affigitur, triduum fame affligitur et demum præcipitatur in fluvium.

2 O cruda regis pectora
Per quem tam sancta corpora
Consumpta sunt crudeliter
A tam tyranno perfido.

Qui, dum beatus Maximus
Constanter Christum prædicat,
Illum conatur vertere
Terrore, minis, verbere.

(1) Ducange, Glossarium latinum, vox *Rex*. — (2) Pancirollus, Commentarius in Notitiam Imperii ultra Arcadii et Honorii tempora, cap. 54. Apud Grævium, Thesaurus antiquitatum Rom. tom. VII, col. 1903. — (3) Ughellius, Italia sacra, tom. I, col. 1113.

Quem

Quem cum non posset impius
Mactare, fixit stipitem,
Ad quem ligari martyrem
Crudis flagellis imperat;

Cumque duobus sociis
Famem pati per triduum,
Durisque cædi fustibus
Per infinita verbera.

Sed cum beati martyres
Magis constanti pectore
Profiterentur Dominum,
Mortis dat rex sententiam.

Inde saxorum pondere
Circumdans colla martyrum,
Immergi jussit fluvio
Terna sanctorum corpora.

Sepelitur in templo S. Comitii, *a* S. Donato *exstructo, et fulget miraculis.*

3 Quæ post turba piissima
Christianorum veniens
Sepelierunt pariter
Magna cum reverentia

In templo, quod Comitio
Sancto beatus fecerat
Ante Donatus presbyter,
Christi minister optimus.

Præclaris quorum meritis
Fulserunt post miracula :
Cæci nam sua lumina
Recipiebant liberi;

Leprosi munda corpora,
Auditum surdi perditum,
Gressum claudentes liberum,
Civesque paralitici.

Inde Geraldus episcopus transfert Pinnam sanctorum corpora.

4 Geraldus mox egregius
Pinnensis tunc episcopus
Admonitus per angelum,
Sanctos retexit martyres.

Clero coacto nam suo,
Cum sanctimonialibus
Huc tulit ex Piscaria
Sanctorum quina corpora.

Quæ sub altari condita
Hæc nostra habet ecclesia,
Cuncta simul jacentia
Nunc cum beato Maximo.

Da, deprecamur, Trinitas,
Ut festa quæ recolimus
Perducant ad cælestia
Tandem Pinnensem populum.
Amen.

ANNOTATUM.

a *Baptista Cantalicius Sabinus*, teste Ughellio (1), *rudimenta grammatices scripsit, vir utique eruditus ac sapiens;* 1 *die ineuntis decembris anni* 1503 *electus fuit ex canonico S. Mariæ in Via Lata, interfuitque Laterano concilio sub Julio II. Decessit anno* 1514.

(1) Italia sacra, tom. I, col. 1150.

DE SS. VINCENTIO, SABINA ET CHRISTETA

MARTYRIBUS, ABULÆ IN HISPANIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

J. V. H.

§ I. Sanctorum Martyrum memoria in Fastis Sacris et Officio Liturgico, præsertim Mozarabico; locus natalis, an in Lusitania aut Carpetania; inquiritur in veritatem monumenti de Daciano, Hispaniarum præside.

VERISIMILITER ANNUM 305 *Memorantur Sancti in Fastis sacris*

Sanctorum Martyrum Vincentii, Sabinæ *et* Christetæ *memoria in omnibus fastis sacris, si Hieronymianum Florentinii excipias, celebratur. Ac imprimis prodit Martyrologium Romanum, quod vulgo Parvum appellatur, in quo* VI kal. novembris *legitur :* Abela civitate, Vincentii, Sabinæ et Christetes Martyrum (1). *Quod elogium latius pro more suo explicat eadem hac die Ado, dicens :* In Hispaniis, Abela civitate, natalis Sanctorum Vincentii, Sabinæ et Christetes, qui primo adeo in equuleo sunt extensi, ut omnes compages membrorum eorum laxarentur; deinde capita eorum, lapidibus supposita, usque ad excussionem cerebri validis vectibus sunt contusa; atque ita martyrium compleverunt, agente præside Daciano. *Eadem, pauculis verbis nullius momenti exceptis, refert Usuardus, quem presse sequitur Martyrologium Romanum hodiernum. Florus, Lugdunensis diaconus, eadem aliis verbis habet, nempe* (2) : Ipso die (XXVII *octobris),* passio Sanctorum Vincentii, Sabinæ et Christetæ, qui passi sunt in urbe Avila. Qui singillatim sursum ac deorsum in equuleo sunt extensi, divaricatis membrorum compagibus, et dissipati verberibus. Et cum nec sic deficerent,

(1) Giorgi, Martyrol. Adonis, pag. XXXVI. — (2) Migne, Patrol. tom. XCIV, col. 1084.

AUCTORE J. V. H.

colla lapidibus supposita, fuste desuper cerebro illiso, tali martyrio consummati, pariter animas tradiderunt. *De quibus etiam Wandelbertus Prumiensis ad eamdem diem cecinit :*

Hinc sextum *(kal. nov.)* Martyr pugnans Vincentius ornat :
Christete hoc paritur, Sabinaque virgo triumphat.

et in Officio liturgico ;

2 *Hæc omnia demonstrant, cultum horum Martyrum antiquissimum fuisse in universa Ecclesia latina ; nam quos hactenus citavimus Scriptores, ad Hispanias non pertinent. In Hispania autem, eorum natali solo, ritus Mosarabicus ad diem* XXVII *octobris habet officium* sex capparum *seu omnium solemnissimum, ut patet inspicienti Kalendarium, liturgiæ Mozarabicæ præfixum* (1). *In Breviario ac Missali omnia dicuntur plurimorum Martyrum, excepto hymno sequenti* (2) :

Huc vos gratifica, plebs pia, convocat
Virtutum Dominus, testium atria
Conferte dapibus vota calentia
Cælorum locet in intima.

Juncti Martyribus jungite gaudia ;
Vincentii teneat munera vox pia,
Sabina recinat cœlica litera
Chrystetes bona æthera.

Hi mundi misera, lucra per ardua
Spernunt hominum vafra dolentia
Cædunt punicea colla per omnia,
Rex Christe, tibi laureantia.

Simplex ac Trinitas te, Deus unitas,
Rogamus precibus horum ut audias,
Quæ ipsi petimus : corda calentia,
Immense bone, proroga.

Sit trina Deitas ac tibi gloria,
Qui unus retinens omnia, judicas
Large continua perpetim sæcula :
Sed ultra bene prosperans. Amen.

Quamvis porro hymnus nihil speciale habeat de Sanctis nostris, immo sat intricatus videatur, noluimus tamen eum omittere, quoniam ostendit summam fuisse in Hispania Martyrum istorum venerationem.

auctoritas Actorum ;

3 *Acta horum Martyrum valde antiqua non habemus. Tamajus in suo Martyrologio Hispanico ea edit,* ex Legendariis. *Quapropter Sollerius noster ad Usuardum hujus diei dicit :* De Actis ipsis quid sentiam, si me rogas, malo judicium tantisper suspendere, quam quidquam temere definire : tametsi sufficientia occurrant vestigia, quæ satis ostendunt, ad aliorum Actorum imitationem, aliquot post eorum passionem sæculis, fabricata fuisse : adeo ut Tamajus de Salazar, cætera in corradendis omnibus satis facilis, non exiguam eorum partem rescindendam putaverit. *Quando Sollerius loquitur de parte rescissa Actorum, alludit ad alterum ejusdem passionis exemplar, olim a Papebrochio descriptum ex pervetusto codice Canonici Joly Parisiis. Sollerii judicium suo quoque calculo probat Dominicus Giorgi in Observationibus ad Martyrologium Adonis. Felici sorte inter schedas Bollandianas servatum nobis est Papebrochii apographum, quod itaque licuit nobis cum Tamajano exemplari conferre. Sunt certe apud Papebrochium aliqui, ut vulgo dicitur, loci communes, a Tamajo omissi : sed ipsa passionis narratio nequaquam convenit sive ejus exordium, sive cursum et finem consideremus cum iis, quæ passim de aliis Martyribus referuntur. Unde censeo, narratis subesse antiquissimam traditionem. In edendis porro Actis ex Tamajo, additamenta Papebrochii, in Annotatis, annectemus : tali ratione lector utramque scriptionem expendere poterit.*

de loco SS. natali controvertitur ;

4 *Utrumque exemplar habet,* S. Vincentium *ejusque sorores incoluisse Eboram civitatem. Atque hinc nata est quæstio cui provinciæ attribuenda est natalis civitas Sanctorum Martyrum, aliis pro Ebora in regno Lusitaniæ, aliis pro altera Ebora, in Carpetanis, hodie Talaveyra in regno Castellano, pugnantibus. Utriusque partis argumenta exponemus, qualia nobis exhibet Henricus Florez in eximio opere, Hispania Sacra* (3). *Pro Ebora Carpetana facit imprimis ipsum nomen, saltem tempore Gothico, quo Acta Martyrum plerumque elaborata fuerunt, Talaveræ oppido inditum fuisse. In Chronico Sampiri, Asturicensis circa annum* M *episcopi, legitur num.* 24 (4), *Ramirus rex,* exercitu aggregato perrexisse Elboram civitatem Agarenorum, quæ nunc Talavera a populis vocitatur. *Dein in passione S. Leocadiæ, cujus Acta dabuntur ad diem cultus,* IX *decembris, dicitur* (5), *Dacianus Toleto per Eboram Emeritam venisse : inspicienti autem mappam qualemcumque manifestum fit, Eboram seu Elboram Carpetanam mediam jacere inter Toletum et Emeritam. Et quidem stringeret argumentum, si duobus quasi fulcris niteretur : videlicet si dies passionis Martyrum recte in Martyrologiis exprimeretur, ac deim si martyria secundum rationem itineris facta fuissent. Sed passio S. Leocadiæ Martyrologio inscribitur die* IX *decembris, S. Eulaliæ Emeritensis die* X *ejusdem mensis, nostrorum vero Martyrum* Vincentii *et sororum die* XXVII *octobris. Notatur porro in Actis S. Leocadiæ, ab Henrico Florez editis* (6), *tunc mortem obiisse, quando interemptorum Eulaliæ ac* Vincentii *sororumque* in Toletanam urbem ad Beatam Leocadiam percurrisset fama. *Si itaque verus martyrii dies in Martyrologio indicatur, solidus interest annus inter passionem SS. Eulaliæ et Leocadiæ : et proin itinerarium Toleto Emeritam per Eboram nihil prorsus probat, quum certum sit, in uno itinere hos Martyres Dacianum non interemisse.*

an Ebora Lusitana, an Carpetana ·

5 *Labilis igitur est sententia pro Ebora Carpetana : Verum non multo firmiores sunt rationes, quæ pro Ebora Lusitana afferuntur. Nam quod Eboræ Lusitanæ antiquum sit nomen, nihil magnopere efficit, quum idem de Carpetana dici potest, nam recentior est Talaveræ appellatio* (7). *Dein Dacianum Eboræ Lusitanæ fuisse, non est quod dubitem ; celebrior enim erat urbs, quam ut Dacianus, dum*

(1) Migne. Patrol tom. LXXXV, col. 95. — (2) Ibid. tom. LXXXVI, col. 1235. — (3) Espan. Sagr. tom. XIV. pag. 27. — (4) Ibid. pag. 434. — (5) Ibid. tom. VI, pag. 317. — (6) Espan. Sagr. loc. cit. — (7) Ibid. tom. I pag. 243.

Hispanias

AUCTORE J. V. H.

Hispanias frequens percurrebat, præterierit. Sed quia Dacianus Eboræ Lusitanæ moratus fuerit, nullatenus sequitur, eumdem apud Carpetanos versatum non fuisse. Neque multum favet, Eboram Lusitanam Carpetana celebriorem fuisse : nam certe talis nobis exhibetur Dacianus, ut quocumque loco invenisset christianos, eos aut idolatras aut exterminatos voluisset. Et quidem tam obscura non erat Ebora Carpetana, utpote in cujus finibus etiam hodie reperiuntur vestigia romana, quæ *ait Cl. Paschalis Madoz,* fidem faciunt fuisse olim urbem præcipuam, licet ejus mentionem non faciat Ptolomæus *in sua Geographia*(1). *Æqua igitur lance librantur argumenta, ut in neutram partem inclinari hactenus possimus.*

in Lusitania quidem fuisse Dacianum, monstrat

6 *Diximus, indubitatum nobis esse, quod Dacianus aliquam Eboran Lusitanæ moram fecerit. Quam in rem confirmandam plerique adducunt lapidem cubicum cujus inscriptio antiqua est :* DD. NN. ÆTERN. IMPP. C. AUR. VALERIO. JOVIO DIOCLETIANO. ET. M. AUR. VALERIO. HERCULEO. MAXIMINIANO. PIIS. FEL. SEMPER. AUGG. TERMINUS. INTER PACENSES. ET. EBORENS. CURANTE. P. DATIANO. V. P. PRÆSIDE. H H. N. M. Q. EORUM. DEVOTISSIMO. *Dextrorsum erat inscriptum :* HEINC. EBORENSES; *sinistrorsum* HEINC PACENSES. *Miratur Cl. Gams. Ordinis S. Benedicti in sua elaborata Historia ecclesiastica Hispaniæ, germanico idiomate conscripta* (2), *tum Henricum Florez, tum Joannem Masdeu nostrum sine censura ulla admississe inscriptionem* (3), *quam ipse suspectam habet. Suspicionis vero suæ causam affert generalem, quem statuit, canonem, nempe quoties inscriptio aliqua solitaria est, sive personam sive rem consideres, toties ut dubia habenda est : atqui unica est inscriptio, quæ de Daciano, seu quæ de limitibus inter civitates definiendis agit. Secundum hunc canonem pars longe maxima inscriptionum hispanicarum delenda est, quas ad numerum* 1350 *collegit Joan. Masdeu : inspiciatur scilicet index* VI *in fine tomi* VI *Historiæ Criticæ laudati Masdeu, et in ictu oculi patebit vix decimam partem solitariam non esse, adeoque extra omnem suspicionem poni.*

lapis antiquus, cujus veritas

7 *Ast severior nobis videtur canon, utpote qui dubias faciat multas inscriptiones, quarum falsimonium nullius erat aut commodi aut momenti. Fateor equidem in Hispaniis veterum monumentorum falsarios fuisse, sed fraudis dolique causæ in aperto sunt. Sic ad gloriam civitatis Granatensis in lucem prodiere, e cavernis eruta, laminæ plumbeæ et libri membranei, in quibus de antiquitatibus ecclesiasticis mirabilia narrabantur. Dolum suboluit Roma et damnavit, ut referunt nostri ad diem* I *februarii in Actis S. Cæcilii* (4). *Pari quoque modo e tenebris emersit excusus Cæsaraugustæ anno* 1619 *Flavius Dexter, verum mendaciorum plaustrum, in Germaniæ bibliotheca aliqua delitescens, et summo plausu initio exceptus* (5). *Ast istiusmodi monumenta ad laudem gentis magnopere conferre, nemo est, qui dubitat : falsitatis igitur causa in vana gloria quærenda est. Verum alia omnino ratione judicandum est de inscriptione Daciani : quod enim emolumentum afferre potest ad qualemcumque opinionem firmandam aut elidendam, quod Dacianus, Hispaniarum præses terminum posuerit inter Pacenses et Eborenses? Forte ut constaret, Dacianum vere Hispanias administrasse? Sed id proclamant Acta Martyrum, carmen Prudentii, initio sæculi* V *florentis. Dein quales fuerint termini inter Pacenses et Eborenses, si lapis mentitur, nullius erat momenti posterioribus sæculis. Alio tunc modo dispertitæ erant regiones istæ; sine aliqua autem utilitate monumenta non finguntur.*

aliquousque vindicatur :

8 *Petit dein laudatus Gams, quid sibi velint inscriptiones laterales :* Heinc Pacenses, Heinc Eborenses. *Hæc verba, inquit, suspectum faciunt universum monumentum. Nemini enim indicandum erat, quam in partem dirigere se deberet ad Pacenses aut Eborenses : de ista re nequaquam agebatur, sed de limitibus utriusque provinciæ definiendis lapis loquebatur. Si quidem lapis fuerit index viarum, melius scriberetur* Heinc AD Pacenses, Heinc AD Eborenses, *sed, fateor, superfluum fuisset. Ast mea sententia hæc verba aliud significant nempe* heinc incipere fines Pacenses, heinc incipere fines Eborenses. *Quod optime latine sonat ; inter auctores antiquiores bonæ latinitatis, eum selegi, qui frequentissime loquitur de populorum finibus, Plinius senior. Libro* IV *cap.* V : Inde Eliorum ager, qui ante Epei vocabantur, *incipit. Nec magnopere cavillabit qui particulis* hinc *et* inde, *quatenus situm loci indicant, eumdem vim attribuerit. Eodem quoque libro cap.* VIII : De hinc a Tænaro ager laconicus, liberæ gentis, *id est, Spartanorum. Tandem, ne actum agam cap.* XXI A Durio *flumine* Lusitania incipit, *et certe nomini pronomen substituere licet, ita ut dicere liceat:* Hinc Lusitania incipit. *Hæc abunde sufficiunt ad ostendendum, rite scriptum lapidem, qui ex utroque latere terminos regionum* heinc *et* heinc *describit. Nihil igitur causæ est, ut lapis iste inter monumenta incertæ fidei reponatur. Hactenus dicta non ita tamen intellecta cupio, quasi certum undequaque existimarem hunc lapidem; unum volui, refutare oppositas rationes. Quod si quis falsum aut adulteratum probaret monumentum, victas libenter darem manus. Jam supra dixi, in Hispaniis fuisse monumentorum falsarios, ut constat ex plumbis Granatensibus. Et quidem Cyriacus Anconitanus, sæc.* XV *florens, qui lapidem nostrum primus in lucem emisit, traducitur a multis, ut scriptor insulsus, ut mendax : nihilominus Hieronymus Tiraboschi ejus fidem aliquatenus vindicat* (6). *Nec video quid utilitatis derivare potuisset, sive rem religiosam sive politicam spectemus, ex lapide allato. Merito suspecta esse possunt monumenta, quæ v.g. agunt de* deleta christianorum *superstitione et his similibus.*

verisimilius in Carpetania nati SS. Martyres.

9 *Sed unum superest argumentum, quod apud disputantes non inveni, et quod aliquousque quæstionem dissolvere mihi videtur. Nempe in Actis dicitur,* S. Vincentius *cum sororibus* alacri profectu cornipedum vectatione

(1) Diccionnar. geogr. de Espan. v° *Talavera.* — (2) Kirchengeschichte v. Spanien, tom.I, pag. 347. — (3) Hist. crit. de Espan. tom. V, pag. 503. — (4) Act. SS. tom. I Febr. pag. 10.— (5) Nicol. Antonius. Biblioth. Hispan. Vetus, tom. I, pag. 205. — (6) Storia della Litteratura Italiana, tom. VI, pag. 135.

Abulam

AUCTORE J. V. II.

Abulam confugisse : statimque eos indicio cujusdam sacrilegi, præmisso velociori equitatu, cruentissimos persecutores assecutos fuisse. *Quæ verba, quatenus genuina sunt, indicant magis Eboram Carpetanam quam Lusitanam. Etenim Ebora Lusitana distat Abula, si mappas inspicias, fere* 325 *chiliometris, dum Carpetana solum* 135 *Abula separatur. Quod si sancti martyres e Lusitania Abulam pervenissent, non satis intelligitur, quomodo* velociori equitatu *eorum Abulæ adventum non prævenerint et eosdem media via non interceperint. Dein* indicium sacrilegi *difficile erat, quando Sancti e Lusitania proficiscebantur; in protracto itinere variæ occurebant viæ, fugitivis apertæ. Ast istius modi difficultates maxima ex parte vanescunt, si statuerimus Sanctorum solum natale fuisse Eboram Carpetanam. Quamvis igitur argumenta, ab aliis allata, æquilibria sint, quæ afferimus ejus sunt ponderis, ut in sententiam eorum propendamus, qui stant pro Ebora Carpetana.*

§ II. Chronotaxis persecutionis Diocletiani ordinatur, tempus martyrii indicatur; sanctorum martyrum examinantur translationes.

Quatuor a Diocletiano edicta

In Actis SS. Martyrum, qualia habemus, nihil signatur circa annum, quo passi sunt. Certum est, martyrium fecisse sæviente adhuc persecutione Diocletiani, agente Daciano in Hispaniis, et SS. Vincentium, Sabinam *et* Christetam *nullatenus ad clerum pertinuisse: unde illorum passio secuta est quartum edictum contra christianos. Quatuor enim edicta tulit Diocletianus : primum quidem teste Eusebio lib.* VIII *Hist. Eccles. cap.* II (1), *nono decimo anno imperii Diocletiani, qui cum vulgari* 303 *concurrit,* mense dystro, quem Romani Martium vocant, appetente die festo dominicæ Passionis proposita sunt ubique imperialia edicta, quibus ecclesiæ ad solum usque dirui, sacri vero codices flammis absumi jubebantur : utque honorati quidem infamia notarentur; plebeji vero libertate spoliarentur, si in christianæ fidei proposito permansissent. Et primum, *pergit Eusebius,* quidem contra nos edictum hujusmodi fuit. Sed non multo post *(en secundum edictum)* aliæ rursus literæ supervenerunt, quibus mandabatur, ut omnes ubicumque Ecclesiarum antistites, primum quidem conjicerentur in vincula; deinde vero diis sacrificare omnibus modis cogerentur. *Edictum primum datum dicit Eusebius* mense martio appetente die festo dominicæ Passionis, *quæ verba intelligenda sunt de tempore, quo in Palæstinam delatum fuit, nempe in Quadragesima : nam Lactantius de Mortibus Persecutorum cap.* XII (2) *aperte dicit,* inquisitum *edicti promulgandi* diem aptum et felicem, ac potissimum terminalia delecta, quæ sunt ad septimum kalendas martias (XXIII *februarii*) : ut quasi terminus imponeretur huic religioni. *Tertium edictum, quum in Armenia et Syria quidam imperium arripere conati essent, promulgatum fuit,* ut omnes ubique Ecclesiarum antistites vincti in carcerem traderentur (3).

contra christianos data

11 *Quartum tandem edictum promulgatum fuit secundo dehinc anno, ait Eusebius de Martyribus Palæstinæ cap.* III (4) *et in Chronico suo* (5) *et pœna capitalis inflicta fuit omnibus christianis, qui Christum renegare nollent.* Secundo, *inquit Eusebius de Martyribus Palæst. cap.* III (6) dehinc anno, cum persecutionis adversus nos furor vehementius incaluisset, ... primum imperatoris missæ sunt litteræ, quibus generali præcepto jubebatur, ut omnes ubique locorum et gentium publice idolis sacrificia et libationes offerrent. *Post hoc igitur edictum, quo omnes omnis conditionis et sexus cogebantur idolis immolare, Martyres nostri capitalem sententiam subiere. Statuto itaque anno hujus edicti, quam proxime ad annum martyrii accedimus. Secundus porro annus persecutionis, qui Eusebio incepit anno* 304 *circa festum Paschæ, ut diximus superiori numero; itaque si dies martyrii pariter certus esset, nempe* XXVII *octobris, vix ullum superesset dubium, quin ad hunc annum martyrum certamen pertineret. Verum difficultatem facessunt Acta S. Philippi et sociorum Hadrianopoli in Thracia, quæ a nobis illustrata sunt ad diem* XXII *octobris. In iis autem legitur* (7), *incumbente* Epiphaniæ die, *adeoque initio januarii Philippum et socios, nempe Severum presbyterum et Hermem diaconum coram Basso præside conventos fuisse, qui eis dixit* (8) : Legem imperatoris audistis, jubentis nusquam colligere christianos, prorsus ut in toto orbe terrarum hujus sectæ homines aut ad sacrificia convertantur, aut pereant.

examinantur, et Eusebii chronologia firmatur;

12 *Secundum hæc quartum edictum jam in fine decembris promulgatum fuisset; nec jam attingeretur* secundus annus *persecutionis Eusebii. Difficultatem solvere tentat Tillemontius in suis Commentariis ecclesiasticis, dicens* (9), *aut Bassum præsidem latius extendisse edicta imperatorum tunc promulgata, quæ solum clerum afficiebant, aut potius Eusebium locutum fuisse non de ipso edicto, quam de majori atrocitate, in omne genus hominum exercita. Equidem, ut dicam, quod sentio, mihi videntur hæc alio modo explicari posse. Quamvis nempe omnino consentiam Acta S. Philippi esse sincera; non tamen, quia præsidialia non sunt* (10), *accurate referunt omnia interrogata et responsa, prout in tabulariis publicis conscripta fuere : sed plus minusve testes, etiam coævi, falli potuere in scribendo, ita ut dictum uno tempore, melius aptetur posteriori : ita Bassus, aliquandiu Martyres in carcere reliquit, post decursum unius alteriusve mensis spatium hæc proferre potuerit, et ita quidem vere dixerit Bassus, quæ narrantur, sed mense aut martio aprili. Nam Martyres sat longo tempore in vinculis fuisse, patet ex Actis, quæ numm.* 6 *et* 7 (11) *dicunt sanctos* paucis diebus in carcere effectis,

(1) Migne, Patrol. gr. tom. XX. col. 746. — (2) Patrol. lat. tom. VII, col. 213. — (3) Patrol. Græc. tom. XX, col. 1470.— (4) Ibid. col. loc. cit. — (5) Ibid. col. 182. — (6) Ibid. col. 1470. — (7) Act. SS. tom. IX Octobris, pag. 545. — (8) Ibid. pag. 546.— (9) Mém. pour serv. à l'hist. ecclés. tom. V, pag. 607.— (10) Acta SS. tom. IX Octobris pag. 558. — (11) Ibid. pag. 559.

dein

AUCTORE J. V. H.

dein in domo cujusdam Pancratii, sub custodia receptos hospitio; *ac interim* Basso præsidi *datum* successorem annuum, Justinum nomine. *Numquid narrator, quantumvis oculatus, errare potuit in tribuendo dictum uniusjudicis alteri et ita errare potuit circa tempus, quo dictum aliquod prolatum fuit? Aliqua certe intercapedo temporis fuit inter primam audientiam et finalem et minuta quædam narratorem fugere, aut saltem inordinate memoria retineri potuerunt. Standum itaque chronotaxi Eusebianæ censemus, et si quidem Martyres nostri die* XXVII *octobris passi fuerint, eorum martyrium verisimillime circa annum Christi* 305 *signamus. Neque obstat, Diocletianum et Maximianum kalendis jam majis* 105 *purpuram deposuisse et sibi substituisse Constantium et Galerium Maximianum* (1), *adeoque tunc cessasse persecutionem et proin martyrium Sanctorum nostrorum in annum* 304 *referendum : nam mutato imperio, non statim abrogabantur edicta imperatorum. Quamvis sub Constantio Chloro persecutio in Galliis cessasset, sæviebat tamen in Hispaniis* (2). *Et Eusebius de Martyribus Palæstinæ cap.* III (3) *docet post abdicationem duorum Augustorum* bellum inexpiabile *inter Romanos exarsisse, quo furente, minimi æstimabantur leges et edicta.*

ex quibus ostenditur tempus passionis S. Vincentii *et sororum.*

13 *Nihil de ipsa passione Sanctorum nostrorum hic loci dicemus, quia illustratione indiga in Annotatis evolventur. Sed multis difficultatibus intricata sunt, quæ de Martyrum sepultura circumferuntur. Nemo quidem dubitat, Sanctorum corpora Avilæ condita fuisse : ast posterioribus sæculis variæ civitates Hispaniæ gloriantur, quasi pugilum nostrorum corpora possiderent. Rodericus, archiepiscopus Toletanus, anno* 1247 *defunctus, lib.* VI *de Reb. Hispan. cap.* XII *dicit* (4) : Postea cum civitas Abulensis longis temporibus diruta remansisset, rex Fernandus ab eo corpora Sanctorum Martyrum Vincentii, Sabinæ et Christetæ dicitur transtulisse. Sed quia aliqui dicunt, ea esse Abulæ, alii in monasterio S. Petri de Aslantia, alii corpus S. Vincentii Legione, alii corpus Christetæ, dubium pro certo asserere non præsumo. *Fernandus seu Ferdinandus, de quo hic agitur, est hujus nominis Primus, qui simul rex fuit Castellæ et Legionis et regnavit ab anno* 1035 *ad* 1065. *Ista autem temporis inter capedine Abula a Sarracenis occupata fuit; tum demum a Christianis redacta, quando Alfonsus VI, rex ab anno* 1065 *ad* 1109, *eam gubernandam dedit anno* 1088 *genero suo Raymundo, marito filiæ Urracæ* (5). *Quo tempore igitur Ferdinandus I sceptrum tenuit, deserta fuit Abula, ac proin facile fuerit sive occupatione temporaria sive industria christianorum Legionem transferre male custoditas Sanctorum exuvias, præsertim quia nullus erat Abulæ episcopus, præcipuus rerum sacrarum sequester. Nam primus, expulsis Sarracenis, Abulæ episcopus fuit Dominicus circa annum Christi* 1087 (6).

S. Vincentii *exuviæ Abulæ*

14 *Sed quia istius modi translatio* SS. Vincentii *et sororum fieri potuit, nemo dicet reapse factam eamdem esse. Nostri ad diem* IV *aprilis edidere Historiam translationis sancti Doctoris Isidori Hispali Legionem : in qua dicitur* (7); *Ferdinandus rex* post adventum corporis almi pontificis Isidori *(mense decembri* 1063*)*,.. Corpus S. Vincentii Martyris, Sanctarum Martyrum Sabinæ et Christetæ fratris, ab Abula in Legionem transtulit. *Han Historiam scriptam censent nostri medio sæculo* XIII (8), *adeoque duobus post sæculis. Est porro alia Historia, quam nostri primigeniam appellant, utpote scriptor ex num.* 5 *Historiæ suæ fateatur se* ab his, qui interfuere audivisse (9) : *in hac autem narratione nullo prorsus verbo attingitur translatio Martyrum nostrorum, quamvis opportuna se offerret occasio. Nam quum dixisset scriptor, reges catholicos paulatim extendisse regnum christianum, devictis Sarracenis, addit* (10) : Antiqua episcopia innovarunt, basilicas fundarunt et thesauris ditarunt, auro, gemmis et libris ornarunt, pro viribus christiani nominis gloriam dilatarunt. *Quod si tempore, quo scripta est Historia ista primigenia, Abula Legionem translatum fuisset corpus* S. Vincentii, *sponte fluebat sua, ut et hoc ornamentum, urbi Legionensi additum, recenseret. Nunc autem solum ducentis post annis ejus translationis mentio fit.*

Legionem translatæ

15 *Ast in Vita coæva S. Dominici Silensis, anno* 1073 *defuncti, cujus Acta illustranda occurrent ad diem* XX *decembris, refertur* & *Tamajo ad eamdem diem* (11), tempore Fredelandi (Ferdinandi), regis Hispaniarum gloriosi et strenuissimi, præfuisse monasterio S. Petri de Arlanza Garsias abbas, vir omnino vitæ venerabilis, et felici perseverantia memorabilis, cui per visum divinitus est revelatum, ut de civitate Hispaniæ, quæ vocatur Abela, transferret SS. Martyrum Vincentii et sororum suarum Sabinæ et Christetæ corpora, illic in negligentia posita. Quod etiam factum est præeunte Domini gratia et administrante supradicti abbatis labore et industria. *Hæc translatio celebrata narratur cum maximo concursu episcoporum, abbatum, inter quos S. Dominicus, procerum et plebis utriusque sexus; additurque multos petiisse* de Reliquiis Sanctorum Martyrum sibi pro benedictione dari. *Quod et factum est, solo S. Dominico nihil petente : unde redux ad suum monasterium, contristati sunt ejus monachi, quod nihil Reliquiarum attulisset. Quos consolatus est vir sanctus promittens brevi illis futurum corpus sanctum. Si hæc relatio undequaque vera esset, ac proin a coævo conscripta, extra omne dubium poneretur translatio. Sed simul constaret, sacras Reliquias particulatim fuisse dispartitas; adeoque nuspiam requiescere Sanctorum corpora integra.*

dicuntur sed tantum earum pars magna;

16 *Verum an plena fides adhibenda est Vitæ, quam Tamajus publici juris fecit? Dubitant nostri ad diem* IV *aprilis, loquentes de translatione corporis S. Isidori.* Addit, *inquiunt* (12), Tamajus eamdem Vitam *(S. Dominici Silensis)* una cum miraculis CXIV servari, litteris gothicis exaratam, in actuario cœnobii

(1) Tillemont, Hist. des Emper. tom. IV, pag. 249. — (2) Ibid. pag. 247. — (3) Migne, Patrol. Græc. tom. XX, col. 1471. — (4) Collect. Patt. Toletan. tom. III, pag. 127. — (5) Madoz, Dizion. Geogr. v° *Avila,* f° 34, v°. — (6) Ariz. Hist de Avila, f° 34 v°. — (7) Acta SS. tom. I Apr., pag. 338. — (8) Ibid. pag. 328. — (9) Ibid. pag. 902. — (10) Ibid. pag. 901. — (11) Martyrol. Hispan. tom. VI, pag. 511. — (12) Acta SS. tom. I Apr, pag. 338.

B. Martini

AUCTORE J. V. H.

B. Martini Madritensis : unde vehementer optamus, tam hanc quam illam nobis integre transcribi (nam Tamajus vix umquam fideliter retinet antiquum stylum, et miracula tædio prolixitatis omisit) beneficium gratanter agnituri. *Hæc nostri, qui iteratis epistolis institerunt, ut cum illis saltem transcribendum communicaretur ms. gothicum. Sed frustra: nam post diuturnas tergiversationes tandem responsum tulerunt, illum codicem* fideliter descriptum *in Martyrologio Tamaji. Hæc quidem bonus senex, olim abbas monasterii Silensis, ex memoria, forsan vacillante, protulit. Hæc ex Schedis hagiographicis, in bibliotheca regia sub num.* 8980 *excerpsimus. Sed esto : quam fidelissime Tamajus exscripserit. Restat alia quæstio : nempe an Vita coæva nullis flosculis decursu temporis adornata fuerit. Enimvero aliquando contigit, ut scriptis coævis additamenta intertexta exsistant. Cujus rei exemplum habemus luculentum in hac ipsa sæpius recantata Historia translationis S. Isidori. Nam quum post Vitam dedissent nostri Historiam translationis ex ms. Toletano* (1); *postmodum invenerunt Historiam primigeniam* (2) *et fatentur, a posteriori scriptore* pro majori parte eadem servari verba, sed multis adjunctis distracta ab invicem et in fine potissimum variata. *Quis itaque vadem se præstiterit, talem adulterationem primigeniam Vitam S. Dominici Silensis non infecisse. Certe Rodericus Toletanus, supra num.* 13 *citatus, controversiam dirimere ausus non est, id certe facturus, si suo tempore vita coæva, qualis nunc est, nota fuisset.*

ita ut et Abulæ remanserit pars altera.

17 *Varias tamen sententias componi posse nobis videntur, si dicamus in singulis locis asservari exuvias sanctorum Martyrum, nuspiam vero integra corpora. Ac imprimis si vera sunt, quæ supra ex Vita S. Dominici Silensis excerpsimus, nempe Garsiam, abbatam S. Petri Arlazanensis, multis divisisse Reliquias, quas Abula detulerat, omnino manifestum fit, integra corpora in nulla ecclesia inveniri, sed in multis partes majores minoresve venerari : unus enim Dominicus inter tot episcopos, abbates et proceres absque aliqua, ut dicitur,* benedictione *ad propria rediit. Dein frequens est apud scriptores locutio, ut pars pro toto sumatur, adeoque ut pars corporis pro toto ponatur, ut jam notavimus ad diem* XVII *octobris in Commentario S. Lulli num.* 119. *Tandem in locis, quæ Sanctorum nostrorum Reliquiis gloriantur, antiqua est traditio, quæ temere, nisi contrarium evidenter clareat, falsitatis arguitur : præsertim quum tot sint in Hispaniis SS. Martyrum exuviæ, ut spurias Reliquias mentiri non oportuerit. Reliquum est, ut de singulis locis agamus, quatenus* Vincentii, Sabinæ *et* Christetæ *Reliquias possideant.*

Vetera monumenta utrumque demonstrant: imprimis Legione

18 *Et quidem antiquissimis temporibus Legione simul cum corpore S. Isidori Hispalensis etiam exuvias* S. Vincentii *fuisse, monstrant vetusta monumenta. Ambrosius Morales in suo Chronico generali Hispaniæ lib.* X, *cap.* XII (3) *refert, in Legionensi monasterio S. Isidori servari corpus* S. Vincentii, *dum alii contendunt Abulæ requiescere : juxta auream thecam S. Isidori, haberi pariter alteram ex auro et ebore antiqui operis, mediæ circiter virgæ castellanæ, adeoque unius et medii pedis, in cujus summitate scriptus est versus :* Arcula Sanctorum micat hæc honore duorum, *et in latere :* Era millena septana sub nonagena, *id est, era* 1097 *seu anno Christi* 1059. *Duo Sancti, thecæ inclusi, sunt,* Vincentius *noster et Joannes Baptista, cujus maxilla ibidem recondita est. Est et alterum lapidi inscriptum monumentum, quod in vestibulo sacelli regum intra claustrum exstat, quod damus cum solœcismis, prout jacet* (4) : Hanc quam cernis aulam Sancti Joannis Baptistæ, olim fuit luteam. Quam nuper excellentissimus Ferdinandus rex et Sancia regina edificaverunt lapideam. Tunc ab urbe Hispali adduxerunt ibi corpus Sancti Isidori episcopi, in dedicatione templi hujus, diem XII kal. januarii, era MCI. Deinde in era MCIII, VI id. maji adduxerunt ibi de urbe Abila corpus Sancti Vincentii frater Sabinæ Christetisque. Ipsius anno præfatus rex revertens de hoste ab urbe Valentia hinc ibi die sabb., obiit die tertia feria, sexto kal. januarii, era MCIII. Sancia regina Deo dicata peregit.

ex arca aurea regum Ferdinandi I et Sanciæ

19 *Opportunum censeo consuetis verbis inscriptionem interpretari, nempe : Hæc, quam cernis, aula seu ecclesia olim fuit lutea : quam excellentissimus Ferdinandus rex et Sancia regina ædificaverunt lapideam. Tunc ab urbe Hispali adductum huc fuit corpus S. Isidori episcopi in dedicatione hujus templi facta die* XXI *decembris anno Christi* 1063. *Dein anno* 1065, *die* X *maji adductum huc fuit ex urbe Abula corpus S.* Vincentii, *fratris SS.* Sabinæ *et* Christetis. *Eodem anno præfatus rex, cum exercitu redux Valentia die sabbathi, obiit feria tertia,* XXVII *decembris anni* 1065. *Sancia regina, sanctimonialis, monumentum perfecit. Aliqua in hac inscriptione animadvertenda occurrunt. Primo sat mirum videri potest, arculam, recipiendis exuviis* S. Vincentii *destinatam, sexennio ante earumdem receptionem paratam fuisse, videlicet anno Christi* 1059, *ut diximus num. præcedenti, quum tamen anno primum* 1065, *die* X *maji illata fuerint. Difficultatem solvit Ambros. Morales dicendo, regem jam tum consilium habuisse transferendi corpus* S. Vincentii, *ac propterea tanto ante tempore præparasse arculam. Sed si vera sunt, quæ in Vita S. Dominici Silensis narrata num.* 15 *retulimus, nullo ibi verbo attingitur voluntas regis, imo contrarium magis insinuatur, quum dispertitæ inter præsentes Reliquiæ dicuntur. Esto igitur pars aliqua corporis* S. Vincentii *Legionem avecta, et in arcula S. Joannis Baptistæ deposita : consequemur, recensitas inscriptiones, factas non fuisse propter* S. Vincentii *Reliquias. Cæterum ipse Ambros. Morales facile concedit non totum corpus, sed ejus dumtaxat partem Legione requiescere* (5).

dein viduæ et sanctimonialis:

20 *Est et alterum notatu dignum : scilicet in monumento Sancia regina vocatur* Deodicata *seu sanctimonialis; quia reginis viduis interdicebantur ulteriores nuptiæ. Id nempe,*

(1) Acta SS. tom. I Apr., pag. 353. — (2) Ibid. pag. 900. — (3) Coronic. gen. de Espan. tom. V, pag. 104 et seq. — (4) Ibid. pag. 107 et ibid. Hist. Ferd. tom. XI, pag. 50. — (5) Ibid. pag. 51.

consentiente

consentiente rege, in concilio Toletano XIII, *anno* 683 *celebrato, statutum erat cap.* V (1) : Nulli licebit superstitem reginam sibi in conjugio ducere, non sordidis contactibus maculare; non hoc secuturis regibus licitum, non cuiquam hominum licebit esse permissum. *Et paulo post in synodo Cæsarangustana III, anno* 691 *celebrata, renovatur decretum Toletanum, et consulitur defuncti honori et relictæ pudori, præcipiendo cap.* V (2) *ut* deinceps relicta principis superiorem sententiam *(concilii Toletani)* illibato animo pudice servans, statim, arcessito ab hoc sæculo principe, vestem sæcularem deponat et alacri curiositate Religionis habitum assumat. Quam etiam et confestim in cœnobio virginum mancipandam esse censemus, ut et ab omni turbine mundi remota, nequaquam cuilibet locus attribuatur, per quod aut contumelia tantæ potestati in publico ingeratur, aut subdita plebi esse patescat, quorum ante dudum agnoscitur domina fuisse : sed infra claustra monasterii jugi sedulitate persistens atque sanctimonialem vitam peragens, de regno temporali opitulatione divina ad regnum æternitatis mereatur pervenire.

dein Abulæ ab ritum

21 *Propter ista igitur monumenta libenter admitto, partem corporis* S. Vincentii *Legione conservari : sed non minus firma et antiqua est traditio pro ejusdem Martyris Reliquiis Abulæ. Nam celebre erat Sancti sepulcrum, utpote ad quod conveniebant, qui modo sanctissimo jurare vellent. Quia tamen lapsu temporis aliquid sive temeritatis sive superstitionis admixtum erat, aut etiam, ut ait Tamajus in suo Martyrologio ad hanc diem* (3), tot frequentium eventuum et mirabilium significationes intuebantur, ob scandalum vitandum, *catholici reges Ferdinandus et Isabella, sua semper valitura sanctione, in comitiis Tauronensibus edita similia juramenta prohibuere.* Item decernimus, *latinam interpretationem Tamaji exscribo*, quod nequaquam imposterum fiat juramentum, etiam judice jubente aut actore petente, in ecclesia S. Vincentii Abulensi aut in vecte S. Agathæ aut super altare, corpusve sacrum, Reliquiasque corporis S. Isidori Legionensis, nec in alia ecclesia, ubi solitum est jurari; sub decem millium marapetinorum *(maravedis)* pœna, fisco nostro applicandorum, tam juranti quam jubenti et petenti. *Erant igitur circa finem sæculi* XV *in Hispaniis, præter celebriores hic recensitas, etiam aliæ ecclesiæ, quæ* juratoriæ, Iglesia juradera *vocabantur, et ad quas confluebant, qui solemni jurejurando obstringere se volebant. Ast lex ipsa monstrat, antiquissimam traditionem de Reliquiis* S. Vincentii *Abulæ* (4).

celeberrimum jurandi ad ejus tumulum :

22 *Mos jurandi ad Sanctorum Reliquias non in sola Hispania viguit, sed in plerisque regionibus christianis. Etenim hinc proveniunt tot libri Evangeliorum, quorum tegmina sacris imaginibus et Reliquiis splendissime ornata erant ; quia nempe super istius modi libris jurejurando obstringebant se fideles. Ab antiquissimis sæculis mos hic inoleverat. Ut omittamus ethnicos, v. g. Virgilium lib.* XII, *Æneid.* v. 201, *qui dicit :* Tango aram, mediosque ignes ac numina testor, *S. Augustinus antiquam consuetudinem luculenter explicat epist.* LXXVIII (*alias* CXXXVII), *in qua agitur de causa fœdi criminis, Bonifacio presbytero a quodam, monacho impacta. Quum criminatio nec certo probari nec certo discuti posset, dicit S. Doctor* (5): Elegi aliquid medium, ut certo placito se ambo constringerent ad locum sanctum perrecturos, ubi terribiliora opera Dei non sanam cujuscumque conscientiam multo facilius aperirent et ad confessionem vel pœna vel timore compellerent. Ubique quidem Deus est, et nullo continetur vel includitur loco, qui condidit omnia et eum a veris adoratoribus in spiritu et veritate oportet adorari, ut in occulto exaudiens, in occulto etiam justificet et coronet. Verumtamen ad ista, quæ hominibus visibiliter nota sunt, quis potest ejus consilium perscrutari, quare in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiant? Multis enim notissima est sanctitas loci, ubi Beati Felicis Nolensis corpus conditum est, quo volui ut pergerent; quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest, quidquid in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum. Nam et nos novimus Mediolani apud memoriam Sanctorum, ubi mirabiliter et terribiliter dæmones confitentur, furem quemdam, qui ad eum locum venerat, ut falsum jurando deciperet, compulsum fuisse confiteri furtum, et quod abstulerat, reddere. Numquid et Africa sanctorum Martyrum corporibus plena est? Et tamen nusquam hic scimus, talia fieri. Sicut enim quod Apostolus dicit* non omnes Sancti habent donum curationum, nec omnes habent dijudicationem spirituum; ita nec in omnibus memoriis Sanctorum ista fieri voluit ille, qui dividit unicuique, prout vult. *Simili modo Gregorius Turonensis lib.* II *de Gloria Martyrum cap.* XXXIX (6) *refert de perjuris punitis ad Reliquias S. Juliani.*

* *XI Cor, XII,* 30

S. Sabinæ *Reliquiæ*

23 *Hæc quidem de* S. Vincentio *Abulensi. Nunc de* S. Sabina *ejus sorore agendum est, cujus corpus aut ejus pars Ageri servatur. Ageris vero (Hispan.* Ager*) oppidum est in diœcesi Urgellitana, cujus archipresbyter, caput ecclesiæ collegiatæ, usum habet pontificalium ornamentorum et jurisdictionem episcopalem exercet in subjecto territorio* vere, *ut dicitur,* nullius (7). *Erat nempe olim ista ecclesia monasterium canonicorum regularium S. Augustini, quod anno* 1592 *Clemens VIII sæcularizavit instituendo canonicos sub archipresbytero, eosdem honores et juridictionem habente, ut olim abbates* (8). *Atque hinc provenit, ut in afferendis instrumentis Aggerensis Ecclesiæ præpositi, abbates appellentur. In oppidi istius ecclesia S. Petri exstat capsa reliquiaria insignis operis, ex ebano et ebore composita, in qua reconditæ sunt exuviæ* S. Sabinæ, *sororis* S. Vincentii. *Jacobo Villanueva in suo erudito opere itineris Hispanici dubium non est, quin* Sabina *sit soror et socia Martyrum Abulensium* (9). *Tamajus nihilominus aliam omnino Sanctam exhibet in suo Martyrologio ad diem sequentem, seu* XXVIII *octobris, dicens :* In Agerensi S. Petri basilica principatus Cathaloniæ Hispaniæ, depositio sacrarum exuviarum S. Sabinæ, civis Emeritensis in Hispania et

(1) De Aguirre. Conc. Hisp. tom. IV, pag. 282. — (2) Ibid. pag. 319.—(3) Ibid. tom. V, pag. 660.— (4) Cfr Ariz. Grandezas de Avila fol. v° 32. — (5) Migne, Patrol. tom. XXXIII, col. 269 — (6) Ibid. tom. LXXI, col. — (7) Madoz, Diccion. geogr. de Espan. v° *Ager*. — (8) Viaje litter. tom. IX, pag. 119. — (9) Ibid. pag. 133.

AUCTORE J. V. H.

Martyris Agannensis in Gallia, ubi cum S. Fide concive propter Christi sponsi nomen, ejusque confessionem martyrio coronata est. Cujus sacra pignora, Arnaldo Mirone, comite Pallensi instante, illuc translata, et canonicis regularibus S. Augustini contradita, ibidem omnium populorum veneratione et miraculorum frequentia requiescunt. *Mirum, Tamajum, qui ad gloriam gentis suæ tot Sanctos alienigenas Hispaniæ addicit, hic Sanctam indigenam quasi abdicasse, et martyrii palæstram in Gallia collocasse : nisi forsan ideo hæc commutatio facta dicatur, ut aliquid laudis aspergatur nomini hujus Sabinæ ex celebritate S. Fidis Virginis et Martyris, cujus cultus frequentissimus erat in nostris regionibus Cisalpinis. Sed hanc cum S. Fide, Aginnensi Martyre societatem jam exploserunt nostri ad diem* VI *octobris in ejusdem Virginis Actis* (1), *quæ adiri possunt.*

Aggerem in Catalaunia advectæ fuere

24 *Cæterum in Ecclesia Aggerensi* S. Sabina *numquam vel ut civis Emeritensis vel ut socia S. Fidis venerationem obtinuit, ut aperte constat ex decreto synodali, edito ab Hieronymo Cardona, abbate Aggerensi ab anno* 1566 *ad* 1582, *quod sic habet* (2). Cum cælesti rore floruerit, et plures fœcunda mater ecclesia nobis Sanctos progerminaverit, unde etiam custodiam venerandi corporis, seu reliquiarum divæ Virginis et Martyris Sabinæ, sanctæ Christetis et sancti Vincentii Martyrum sororis, Ecclesia nostra Aggerensis sortita est, qui in urbe alma ulterioris Hispaniæ, quam vulgus appellat Avila, martyrii palmam adepti sunt.... Comperimus equidem a Vincentio Segarra, abbate prædecessore nostro *(anno* 1407 *ad* 1433) (3) statutum, quod die dominico proximo præeunte festum Sanctorum Simonis et Judæ, festum sanctæ Sabinæ in ecclesia sancti Petri Aggeris celebraretur; sicque Vincentii sororem a Vincentio abbate in nostra ecclesia primo cultam : nos vero etc. *Mandat, ut deinceps festum* S. Sabinæ *eodem apparatu celebretur, quo festum corporis Christi. Ex dictis liquet imprimis, apud Aggerenses nullum fuisse dubium, quin* S. Sabina *fuerit Martyrum Abulensium sororem, Abulæ autem non Agenni passam. Confusionem ortam existimat laudatus Villanueva ex eo, quod junctæ fuerint utriusque Virginis Reliquiæ et facile nomen oppidi* Ager *facile figuram civitatis Aquitaniæ* Agen *assumpserit* (4). *Tandem præteriri non debet, cultum* S. Sabinæ *Aggeri primum occœpisse, ut habet decretum, initio sæculi* XV *sub abbate Vincentii Segarra.*

sæc XI ; S. Christetæ *Reliquiæ Placentiæ asservari dicuntur.*

25 *Nihilominus censet laudatus Jac. Villenueva* S. Sabinæ *Reliquias Aggerem delatas fuisse sæculo* XI, *eo nempe tempore, quo, ut diximus supra num.* 13, *Abula Arlansam translatæ fuerunt* (5). *Vidimus quidem particulas corporis dispertitas fuisse inter præsentes sive episcopos et abbates, sive proceres. Verum magnopere dubito, num ante hoc sæcula Ecclesia Aggerensis notabilem saltem partem corporis* S. Sabinæ *obtinuerit. Nam imprimis vix inceperat monasterium Aggerense, quando Garzias Arlanzanensis Reliquias ad suum cœnobium detulerat : dicitur enim anno* 1060 *in bulla Nicolai II, villa* NUPERRIME de potestate paganorum et gentilitatis errore divinitus liberata (6). *Dein summæ negligentiæ arguendi essent canonici regulares, qui per quatuor fere sæcula has exuvias sine honore reliquerunt. Nam, ut vidimus num. præcedenti, Vincentius Segarra circa initium sæculi* XV S. Vincentii sororem in *Aggerensi* Ecclesia primo coluit. *Enimvero in libris liturgicis anterioribus abbati Segarra nihil circa cultum sanctæ Martyris occurrit* (7); *adeoque ante ætatem recentiorem non videntur* S. Sabinæ *exuviæ ibidem fuisse. Quod etiam confirmatur ipsa donatione thecæ reliquiariæ, sententia Jacobi Villanueva sæculo* XVI *confectæ* (8), *quam obtulit Laurentius Perez, loci abbas et Nicopolitanus episcopus, anno* 1542 *defunctus* (9). *Hæc ejusmodi sunt, ut incertum existimem tempus, quo Reliquiæ* S. Sabinæ *Aggerem advectæ fuere. De Reliquiis* S. Christetæ *vix aliquid dicendum habeo : Ambrosius Morales censet, easdem etiam Arlanzæ et Placentiæ conservari* (10).

§ III. Inquiritur, an ex timore rebellionis inceperit et propagata fuerit persecutio Diocletiani.

Levibus quandoque ex causis

Ars critica magni momenti est, ut vera a falsis discernantur et in rebus historicis suus sit veritati locus. In hoc enim toti sumus, quando Acta Sanctorum illustramus et exponimus, ut certa pro certis, dubia pro dubiis et falsa pro falsis demus. Verum et in hisce tenendus est modus, ultra quem rectum nequit consistere, et in alterutrum scopulum aut nimiæ simplicitatis aut sceptiscismi impingamus. Nostra porro ætate duplex est, si ita loqui fas, schola historica, a recto tramite devia. Alii quidem antiquas legendas, fabulis manifestissimis scatentes, tota mente amplectuntur et impietatis cujusdam arguunt, qui qualecumque factum neque loco cæterum, neque ætati aut personæ accommodatum, rejiciunt, aut silentes prætereunt. Ejusmodi homines nimia sua credulitate non raro causæ, cui patrocinari intendunt, quam maxime nocent, quasi robur sacrosanctæ Religionis in mirabilibus istis quærendum foret. Legendarum mentio fiat, non adeo, ut undequaque probentur; sed elucidationis causa, quatenus explicant et illustrant monumenta, quæ antiquitas reliqua fecit. Sed altera ex parte est quoque schola, quæ leviusculis argumentis ducta, quidquid indubitatum et firmaverat traditio constans, et calculo suo probarant omnes eruditi, convellunt et cavillationibus quibusdam veritatem historicam labecfactant. Tales certe omnia fundamenta Historiæ subruunt. Quemadmodum igitur instituti nostri est nimiæ credulitati repagulum opponere, ita quoque cavillationes ineptas, quæ facta indubitata obscurare magno quandoque eru-

(1) Acta SS. tom. III Octobris, pag. 168. — (2) Villanueva, Viaje, tom. IX, pag. 139. — (3) Ibid. pag. 121. — (4) Ibid. pag. 140. — (5) Ibid. pag. 155. — (6) Ibid. pag. 112 et 231. — (7) Ibid. pag. 139. — (8) Ibid. pag. 138. — (9) Ibid. loc. cit. — (10) Coronic. de Espan. tom. V, pag. 105 et tom. XI, pag. 52.

ditionis

AUCTORE J. V. H.

ditionis apparatu moliuntur, discutere debemus. Utrinque enim detrahitur veritati, quæ sola, quantum fieri potest, suam rebus aspergere debet claritatem. Æquo pondere tenenda est Historiæ lanx, quæ nec tricis quibusdam eruditis, nec fabulis insulsis inflecti potest.

adulteratur a quibusdam criticis historia :

27 *Hæc præfati sumus, quia ab annis aliquot utraque schola denuo in aciem prodiit, et nostro judicio utraque veritati historicæ vulnera inflixit. Exaggeratæ quidem critices specimen nobis dedit ipsa, sub qua Martyres nostri passi sunt, persecutio crudelissima Diocletiani, qua Ecclesia Dei sub finem sæculi* III *et initio sæculi* IV *agitata fuit. Scilicet Jacobus Burckhardt anno* 1853 *Basileæ edidit librum de Ætate Constantini Magni* (Die Zeit Constantin des Grossen), *in quo Christianis exprobrat, quod nomen Diocletiani maledictis omnino obruerunt. Burckharto succinuit anno* 1857 *Albertus Vogel, theologiæ acatholicæ doctor Jenensis, in opusculo, cui titulus : Imperator Diocletianus. Dolemus certe, utramque lucubrationem coram non habere : sed confidimus, P. Pium Gams, Ordinis S. Benedicti, sincere retulisse in suo opere, germanice conscripto, de Historia ecclesiastica Hispaniæ, adversariorum argumenta, nihilque subticuisse, quod ad quæstionem elucidandam conducere potest. Ex hoc igitur libro nostra deducimus. Vult nempe laudatus Burckhardt, christianos sub Diocletiano passos fuisse, non quidem propter fidem suam, sed propter conspirationem, per orbem fere universum propagatam, qua, assumpto ad imperium principe christiano, rebus potirentur* (1). *Crescens identidem eorum ubique dispersorum simul et in unum coalescentium numerus, illis spem faciebat, hac ratione infra breve mporis spatium summam se totius imperii potestatem adepturos. Quæ si vera sint, consequitur, christianos juste fuisse punitos; nam jure suo Diocletianus morti meritissimæ addicebat, qui majestati suæ, imo et vitæ insidias struebant. Vanus igitur est honor Martyribus ab Ecclesia exhibitus, vana est gloriatio ex tanta nube testium, ad sanguinem usque decertantium deducta : qui coluntur ut Sancti, homines sunt scelerati, justo supplicio affecti.*

sic christianorum vexatio tribuitur eorum rebellioni, quæ ex lapide Hispanico,

28 *Sed quibus tandem argumentis affirmatur effatum, inter eruditos hactenus inauditum? Est primo monumentum Hispanicum, quod Cluniæ inventum fertur. In eo gratulantur Hispani Augustis Diocletiano et Maximiano* amplificatum imperium Romanum et nomen christianorum deletum, qui rempublicam evertebant (2). *De simili inscriptione jam alibi egimus ad diem* XVII *octobris quatenus ad Neronem spectaret, et diximus, ejus veritati opponi solum argumenta negativa* (3). *Unum tamen est, quo maxime inclinor, ut spurium habeam monumentum, videlicet ipsum lapidem a nemine visum fuisse. Nihilominus miror istiusmodi monumenta hactenus delituisse : exstitisse enim, certum est. Nam apud Eusebium legitur lib.* IX *cap.* VII (4): In mediis urbibus, quod numquam antea factum fuerat, civitatum adversus nos decreta et constitutionum imperialium rescripta, æreis incisa tabulis proponebantur. Pueri item in scholis toto die nihil aliud præter Jesum et Pilatum, et Acta illa, ad contumeliam conficta, in ore habebant. *Producit dein epistolam Maximini imperatoris, quam, ait,* adversus christianos ex tabula ænea Tyri, ἀπο της ἐν Τυρῳ στηλης descriptam dicit. *Propterea dixi, mirari me raritatem maximam talium inscriptionum; ac monumentum Hispanicum fidem merituram, si constaret aut adhucdum exsistere aut a testibus idoneis aliquando visum fuisse. Neque prætermittendum, hanc ipsam epistolam, æri incisam, dum Tyrios adhortatur, ut in idolatria persistant, tribuere christianæ religioni omnes calamitates publicas, utpote quæ* ob pestiferum errorem inanissimæ vanitatis secleratorum illorum hominum evenerint : *quapropter vult christianos extorres a civitate Tyria. Altissimum est cæterum de conspiratione, sæculo demum* XIX *excogitata, silentium. Similiter quando quocumque quæsito colore injustitia persecutionis dissimulanda erat, crimina communia obtendebantur. Sic apud eumdem Eusebium lib.* IX *cap.* V (5) *legitur,* dux quidam in urbe Phœnices Damasco, cum impuras nescio quas mulierculas ex foro rapuisset, tormenta se ipsis admoturum minatus, eo adegit miseras, ut publice editis apud Acta testimoniis faterentur, se olim christianas fuisse et flagitiorum, quæ a christianis gererentur, conscias. *Quæ autem sunt flagitia fidelibus objecta? Eadem, quæ jam ab initio Ecclesiæ in ore ethnicorum versabantur : nempe :* eos in ipsis ædibus sacris obscœna quædam perpetrare *et* quæcumque alia ad infamandam religionem. *Ast de conspiratione contra principes et rempublicam ne hilum quidem.*

nihil ad rem faciente,

29 *Sed ad monumentum Hispanicum e diverticulo redeamus. Admissa veritate inscriptionis, non videtur validum confici posse argumentum pro sententia Cl. Burckhardt. Quoties enim lex quæcumque passumdatur, toties dici potest, rempublicam everti, utpote quæ legibus consistit. Quod præcipue verum est, quando agitur de legibus ad religionem spectantibus. Intima porro erat apud Romanos connexio rerum sacrarum et civilium, adeoque novæ legis prædicatores, quatenus omni labore et conatu contenderent, spreta antiqua, novam inducere religionem, recto sensu rempublicam evertere dicebantur. Neque sæculo primum tertio id criminis christianis intendebatur; imo et ipse Christus Dominus talium accusatus fuit :* Hunc, *inquiunt judæi Pilato Luc.* XXIII, 2, invenimus SUBVERTENTEM gentem nostram et prohibentem tributum dare Cæsari. *In Actis quoque Apostolorum* XXIV, 5 *inter alia multa, passim discipulis objecta, Tertullus orator S. Paulo eversionem gentis exprobrat :* Invenimus hunc hominem pestiferum et CONCITANTEM SEDITIONES omnibus judæis in universo orbe et auctorem seditionis sectæ Nazarenorum. *Quam autem accusationem et in Christum Dominum et in ejus Apostolos exercebant judæi, eam quoque in posteriores christianos factitabant. Ne longior sim, unum proferam exemplum, ex sæculo secundo vulgari desumptum, nempe S. Polycarpi, producti in theatrum Smyrnense, contra quem*

(1) Gams. Kirchengeschict. Span. tom. I, pag. 595. — (2) Muratori. Inscriptt. tom. III, pag. 1797. — (3) Act. SS. tom. VIII Octobris, pag. 22. — (4) Migne. Patrol. Gr. tom. XX, col. 110. — (5) Ibid. col. 807.

AUCTORE J. V. H.

multitudo exclamavit (1) : Hic est Asiæ magister, christianorum pater, nostrorum deorum destructor pertinax, violatorque templorum; qui docebat non sacrificandum, nec deorum adoranda esse simulacra. *Ex hisce, quæ multis documentis amplificare possemus, quum in omnium fere Martyrum Actis similia reperiantur, liquet, vagam valde esse accusationem eversionis seu subversionis reipublicæ, nec posse præbere fundamentum solidum sententiæ, docenti, Christianos passos sub Diocletiano propter flagrantem contra imperatores et statum civilem conspirationem.*

ex epistola Theonæ,

30 *Alterum sententiæ argumentum, quod tradi peremptorium veluttur, desumit Cl. Burckhardt ex epistola Theonæ, quem editores Alexandrinum fuisse episcopum ab anno* 282 *ad* 300 *conjiciunt* (2): *certus Græcus erat, scripturas, ait,* Ptolomæus Philadelphus in linguam NOSTRAM traduci curavit. *Inscribitur porro epistola* Luciano præposito cubiculariorum. *Sed oculos plusquam lynceos habere oportet, ut in ea vel umbra conspirationis reperiatur. Etenim in ipso quasi limine dicit :* Non ergo, mi Luciane, te jactari puto aut volo, quod multi ex palatio principis per te ad agnitionem veritatis pervenerunt, sed magis gratias Deo nostro referri decet, qui te bonum instrumentum in rem bonam confecit, teque apud principem sublimavit, ut christiani nominis odorem in suam gloriam et multorum salutem diffunderes. Nam quanto magis princeps ipse, nondum christiana religioni adscriptus, ipsis christianis velut fidelioribus vitam et corpus suum curandum credidit, tanto decet nos sollicitiores, ac in illius salutem et curam diligentiores esse et prospectiores, ut per id plurimum Christi nomen glorificetur et illius fides per vos, qui principem fovetis, quotidie augeatur : nam quia nos maleficos olim et omnibus flagitiis refertos nonnulli priores principes putaverunt, sed jam videntes vestra bona opera non possint nisi ipsum Christum glorificare. *Percurrit dein scriptor varia officia palatina, et singulos docet accuratam diligentiam et summam in iis gerendis fidelitatem.*

nihil simile indicante

31 *Quo igitur in angulo, dicet quis, latet conjurationis venenum? Respondet Cl. Burckhardt delitescere apud eum, qui curam habet librorum* (3). *Dicit autem Theonas :* Ille præcipuus inter vos erit et diligentissimus, cui libros servandos princeps mandaverit; hunc ipse ex probata scientia sibi eliget virum gravem et magnis rebus aptum, ac omnibus quæsitis respondere paratum, qualem Philadelphus Aristeum intimum cubicularium in re hac delegit, ac nobilissimæ bibliothecæ præposuit, quem ad Eleazarum maximis cum muneribus pro traducenda Scriptura Sacra legatum misit : hic idem historiam septuaginta interpretum plane scripsit. Si igitur ex credentibus in Christum ad hoc ipsum officium advocari contingat, non spernat et ipse litteras sæculares et gentilium ingenia, quæ principem oblectant. Laudandi sunt poetæ in magnitudine ingenii, in inventorum acumine, in expressionis proprietate et eloquentia summa : laudandi oratores, laudandi philosophi in genere suo, laudandi historici, qui gestarum rerum seriem, majorum mores et instituta nobis explicant, qui vivendi norman ex antiquorum gestis ostendunt. Interdum et divinas scripturas laudari conabitur, quos mira diligentia et largissimo impendio Ptolomæus Philadelphus in linguam nostram traduci curavit. Laudabitur et interim Evangelium Apostolusque pro divinis oraculis : insurgere poterit Christi mentio, explicabitur paulatim ejus sola divinitas. Omnia hæc cum Christi adjutorio provenire possent. *Hisce adduntur monita de cura libris impendenda, de eorum transcriptione et ornatu et de consilio legendi illos, qui* utilitati magis quam tantummodo voluptati conveniunt.

et frustra rejecto libro de Mortibus Persecutorum

32 *Quid conjurationis in hisce verbis subolere quis possit, plane non percipio : nisi forte fuerit, qualem in Actis Apostolorum* XXVI, 28 *legimus, ubi* Agrippa ad Paulum : In modico suades me christianum fieri. Et Paulus : Opto apud Deum, et in modico et in magno, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis et ego sum, exceptis vinculis his. *Videlicet Theonas volebat, domesticos palatinos iisdem artibus uti, quibus Apostolus, quem nemo conjuratorem dixerit: nisi quis contendat, omnem persuasionem esse conspirationem veritatis contra errorem. Tertium sententiæ suæ fulcrum quærit Cl. Buckhardt in abjudicando Lactantio librum de Mortibus persecutorum; quatenus tali attributione gravissimum ejus nomini infligeretur vulnus; etenim in eo opere, ait, litteratura et summa doctrina Lactantii desiderantur. Certe si vere Lactantii est liber, in ipsis fundamentis convellitur scriptoris nostri opinatio : nam testem coævum, oculatum habemus, cujus auctoritas nullo artificio declinari potest. De auctore libri de Mortibus persecutorum multæ lucubrationes prodierunt, quarum magnam partem reperire est, in Patrologia latina T.* VII. *Illud tamen generatim dicam, reliqua Lactantii opera, quæ ad nos pervenerunt, philosophica fuisse, unum de Persecutoribus librum esse historicum, in quo proin summa doctrina requirenda non est. Esto tamen : Lactantii opus non sit liber. Fatendum erit, qualiscumque sit scriptor, eum rebus, quæ narrat, præsentem fuisse : nimis accurate eas refert per dierum quasi particulas, ut ab absente conscribi potuissent; exemplo sit ejusdem libri caput* XII.

comprobatur;

33 *Sed eliminato Lactantio, remanent Acta Martyrum quam plurima, quæ aut Eusebius nobis servavit, aut curæ Theodorici Ruinart, ut sincera edita sunt. Nuspiam autem reperiuntur judices, qui quæstionem habent cum christianis de subversione politica reipublicæ. Habentur quidem ut rebelles, ideoque torquentur et capite plectuntur, sed solummodo quia edictis imperatorum, religionem christianam prohibentium, obedire nolunt. Eædem proferuntur calumniæ, accusationes eædem sub prioribus quam sub posterioribus imperatoribus. Relegantur martyria, exempli causa S. Ignatii Antiocheni sub Trajano anno Christi* 107 (4) *et Luciani presbyteri itidem Antiocheni sub sub Diocletiano anno Christi* 307 (5), *ubique christianis alterna conditio exhibetur aut*

(1) Ruinart. Act. sinc. Martt, pag. 54. — (2) Migne. Patrol. Græc. tom. X, col. 1570. — Gams. Kirchengeschicht. Span. tom. I, pag. 394. — (4) Ruinart. Acta sinc. pag. 8. — (5) Ibid. pag. 505.

sacrificandi

AUCTORE J. V. H.

sacrificandi idolis aut moriendi, quin ullo verbo objiciatur crimen læsæ majestatis, quatenus aut ipsos imperatores aut reipublicæ statum pessumdare vellent. Si quæ autem scelera calumniose exprobrantur, privata sunt seu communia, eaque relegere licet in Octavio, a Minutio Felice conscripto sæculo tertio (1). *Ex eo tempore nihil novi adversus christianos excogitarunt gentiles, sed easdem calumnias, ut in aliquibus monumentis legimus, hinc inde objiciebant. Quod si crimen, ut dicere licet, politicum in christianis latuisset, procul dubio idem ingenti apparatu promulgassent imperatores, excusationem crudelitatis suæ prætendentes omnium efficacissimam.*

accumulatis insuper

34 *Deinde si quid veri in sententia Cl. Burckhard fuisset, id silentio non prætermisisset Julianus imperator, cujus maximi referebat, defectionem a fide christiana et persecutionem ab obtrectatoribus vindicare. Irridet quidem apostata ritus ecclesiasticos, christianos qua blanditiis et qua minis et suppliciis suæ desertionis consortes facere satagit, scientiam christianam, interdicto scriptorum profanorum usu, elumbem reddere conatur : sed nullo verbo grandem illam conjurationem attingit, qua publicata, christianos omnibus exosos, gentiles sibi addictissimos et in re christiana abolenda persuasissimos fecisset. Et si quid sceleris fuerit in christianis sub Diocletiano, latere non potuit Julianum, quinquagenis vix annis ab eo remotum, qui arcana, etiam maxime recondita, scire poterat et debebat, cujusque intererat conspirationes christianorum, si quæ aliquando fuerunt, palam facere. Attamen istiusmodi conjurationis ne levissimum quidem vestigium in ejus scriptis reperitur. Quin immo Ecebalo sophistæ, suo olim magistro, scribit Julianus epist.* XLIII (2) : Equidem de Gallilæis *(christianis)* omnibus adeo clementer et humaniter statui, ut nemini vis inferatur, neque in templum trahatur, neque alia de re ulla præter voluntatem suam contumelia afficiatur. *Quod si novisset aut etiam suspicatus fuisset apostata, exstitisse ante annos quinquaginta vastam conjurationem per totum imperium dilatatam, ut ethnicos principes aut legi christianæ subjiceret aut exterminaret, profecto non tam* clementer et humaniter *tractasset christianos, sed ut perturbatores pacis publicæ et reos majestatis igne et ferro ubique locorum fuisset insectatus : idque tanto magis quod successor duorum principum christianorum propior ruina illi imminebat. Juliani igitur imperatoris agendi ratio cum christianis specie tenus moderata (nam multi sub ipso fecere martyrium) et summum de christianorum conspiratione silentium tanti mihi sunt ponderis, ut argumentum negativum fortissimum in hac quæstione mihi videatur.*

variis conjeturis,

35 *Tandem argumenta hactenus discussa fulcire nititur Cl. Burckhardt conjecturis quibusdam, quas cordatus quisque minimi faciet. Has quam accuratissime ex laudato Pio Gams dabimus. Imprimis exauctoratos milites christianos censet propter rationes, ut vulgo dicitur, politicas, nempe rebellio militaris timebatur, imo miles quidam edictum imperatorum, Nicomediæ affixum, detraxerat* (3). *Ut quidpiam valeat assertio, hactenus nuda, operæ pretium fuisset, indicare aliquem scriptorem, ætati Diocletiani aut coævum aut proximum, qui levi etiam verbo simile quid significasset : præsertim quum Eusebius lib.* VIII, *cap.* IV (4) *aliam prorsus rationem exauctorandæ militiæ christianæ alleget, nempe initium persecutionis a militibus factum, quia* reliqui nullo negotio expugnandi credebantur, si hos *(milites)* primum in certamine superasset *persecutor. Qui vero dicitur discerpsisse edictum, apud Eusebium cap.* V (5) *non miles, sed* vir minime obscurus, sæcularium honorum prærogativa imprimis conspicuus *vocatur. Sed esto : quid inde? Quia unus delictum committit, numquid totus exercitus perjurus? Istiusmodi facta in Actis Martyrum frequenter occurrunt non quidem in contemptum debitæ obedientiæ, sed quia rem habebant ut injustam, quod aperte dicit Eusebius, discerptum edictum* tamquam impium et scelestum. *Animadvertamus obiter, exauctorationem ad gregarios milites productam non fuisse : nam Eusebius de militari persecutione loquens l.c. dicit :* Complures regni Jesu Christi milites nominis illius confessionem sæculari gloriæ ac felicitati, qua fruebantur, absque ulla cunctatione prætulerunt. *Non facile perspiciat quis* gloriam et felicitatem, qua fruitur *miles gregarius, perspiciet autem, si sermo sit de præfectis militaribus. Sed demissis solum præfectis, remanebat robur exercitus, et si quæ fuerit rebellio timenda, domanda non erat tam levi remedio. Quapropter ex hoc quoque capite conjectura sustineri non potest. Idem mihi dicendum est de iis Martyribus, qui, ut loquitur Eusebius cap.* VI (6), in palatio versabantur.

inter se pugnantibus.

36 *Alteram conjecturam profert Cl. Burckhardt, nempe conspirationem inter paucissimos aulæ et militiæ ministros coaluisse* (7). *Sed pace viri dixerim, si inter paucissimos fuit secretum, quæ sunt arcana scripta, nuper detecta, quæ post silentium tredecim sæculorum rem prodiderunt? Certe nihil ex antiquis monumentis est, quod allegetur. Restat igitur conjectura, suo fundamento destituta. Dein si conspiratio inter paucissimos coaluit, nulla exstat ratio, ut ad universum imperium extenderetur persecutio, quam monstrat dein Eusebius per totum Orientem grassatam. Conjectura mera quoque est, Galerium potuisse altius quam Diocletianum conjurationem indagasse. Potuit sane, si fuit conspiratio : sed nihil prorsus adfertur, ex quo constat conspirasse aliquando christianos. Imo contraria omnino produnt Acta Martyrum istius ætatis. Unum proferam exemplum ex passione S. Victoris Massilientis desumptum* (8). *Sollicitatus Sanctus ut mandatis principis obediret, probe gnarus* reddere Cæsari, quæ sunt Cæsari et quæ sunt Dei, Deo *respondit :* Si de injuriis Cæsaris et

(1) Migne. Patrol, tom. III. — (2) Juliani Oper. tom. II, pag. 196. Edit. Paris 1630. — (3) Gams. Kirchengeschicht. Span. tom. I, pag. 394. — (4) Migne. Patrol. gr. tom. XX, col. 750. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Ibid. col. 751. — (7) Gams. tom. I, pag. 395. — (8) Ruinart. Acta Sinc. pag. 294 et Acta SS. tom. V Jul. pag. 144.

AUCTORE J. V. H.

reipublicæ agitur, numquam, inquit, Cæsari, numquam reipublicæ nocui, numquam honori imperii quidquam detraxi, non ab ejus me propugnatione retraxi. *Sed simul firmam tenuit fidei christianæ professionem, pro qua post tormenta plurima tandem capite plexus fuit. Nihil ergo conspirationis aut rebellionis suberat in Martyribus istius ætatis : pro solo Christo ejusque Evangelio sanguinem dabant suum. Atque hæc de controversia satis sunto. Unum miramur, viros eruditissimos ex præjudicatis opinionibus tam facile abripi in sententiam, quam omnia monumenta antiqua respuunt, et cujus falsitatem proclamant. Ses tandem ad* SS. Vincentium, Sabinam *et* Christetam *redimus, quorum Acta subnectimus ex Joannis Tamaji Martyrologio Hispanico ad diem* XXVII *octobris* (1) : *inter sincera non recensentur, quia ex Legendariis minoris antiquitatis descripta sunt.*

ACTA

SS. VINCENTII

SABINÆ ET CHRISTETÆ

FRATRUM MARTYRUM

ABULENSIUM IN HISPANIA

Ex legendariis, collata cum ms Collectionis Bollandianæ a.

a

CAPUT UNICUM.

S. Vincentius in vincula conjicitur; ejus cum sororibus fuga Abulam, ubi martyrium patiuntur; eorum sepultura et ædificata basilica.

S. Vincentius *captus,* b

Vincentius Sabina et Christeta, natione Hispani, patria Elborenses in Carpetania, *b* prosapia nobiles, sanguine fratres germani et religione ac fide catholici, dum vitam in urbe patria virtuosam, Deo servientes, agerent, immanis imperatorum Diocletiani et Maximiani adversus Christi asseclas persecutio in Hispania, præside Daciano exorta est. Nam quum iste in Gallias plurimos martyrio coronasset, et Hispanias ingressus, Barcinone, Cæsaraugusta, Toleto et alibi innumerabiles animas per cruciatuum angustias ad gloriam restituisset *c*, Elboram Carpetaniæ venit, ut quoscumque invenisset christianos ad se præsentari præciperet. Hic satellites Vincentium comprehensum conspectui præsidis sistunt. Quem videns Dacianus, blandiendo eum decipere desiderans, ait; Cujus sectæ es? Vincentius, cujus jam spiritus cælo hærebat, respondit : Christum colo, ex cujus nomine Christianus vocor. Dacianus præses dixit : Illum Christum colis, quem pro facinoribus suis Judæi crucifixerunt? *d* Sanctus Vincentius dixit : Obmusesce, diabole *e* et noli exprobrare, quem colere debes, si dæmon non esses. Dacianus vero iterum * blandiendo eum decipere desiderans, dixit : Indulgeo juventuti tuæ, quod non ad solidum prudentiæ robur perveneris : tamen consultum tibi erit, si me quasi patrem tuum audieris et sacrificaveris diis. Vincentius respondens dixit : Solido intellectu carent, qui relicto Deo vero et vivo, qui cælum potenti manu extendit et terram fundavit, tartara penetravit, mari terminum posuit, lapides et ligna colunt.

c

d

e

* Omittit P. *iterum*

Daciano præsidi sistitur,

2 Dacianus dixit : Et quis est Deus, qui hæc omnia fecit, nisi Jupiter? S. Vincentius respondit : Jupiter quam inutilis fuerit, et quanta stupra commiserit, libri vestri satis evidenter exponunt. Deus enim noster sanctus ac immaculatus est : in essentia unus et trinus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, cujus potestas æterna, cujus bonitas immensa, cujus et admirabilia opera suam undique divinitatem testantur *f*. Is est, qui cœlum tegit nubibus, et terram aridam abundanti pluviarum rore congruenter inundat. His et hujusmodi sermonibus Dacianus furore repletus, dixit : Quia non obedisti monitis meis, indignum est mihi tecum verbis contendere : nam et ea quæcumque de Deo tuo es dicturus, jam ab aliis indignis et perditis et crudeliter interemptis comitibus tuis audivi. Tu autem consule ætati tuæ et exemplum aliorum ad veram salutem revoca, et magno deo Jovi sacrifica. Tunc S. Martyr ait : Tu sacrifica Jovi perditissimo periturus et iturus cum eo in ignem æternum, qui præparatus est diabolo et sociis ejus. Repletus indignatione Dacianus cum ingenti voce satellitibus * dixit : Amovete ab oculis meis nefandissimum istum : et edictum ex tabula recitate*, quod aut sacrificet Deo Jovi, aut in eodem loco, ubi sacrificare noluerit, diversis pœnis addictum, morte turpissima condemnate.

f

* P. *officio*

* P. *recitavit*

3 Quum autem duceretur, ut Jovi sacrificaret, venienti in unam platearum, subito lapis, qui plantæ ejus subjacebat, divinitus * ita est mollitus, ut pulverem esse, penitus crederetur, et velut impressio cujuslibet metalli in cera, ita sigillum pedis lapis ille demonstravit. Quod prodigium usque hodie sic intuentibus cernitur. Territi post hæc tanto miraculo milites, inquiunt : Nihil tale fecerunt cultores deorum nostrorum : illum vero Deum esse constat, quem colit Vincentius, cujus imperio vires suas lapides amittunt. Hinc eum in domum suam custodiendum reducunt, et dixerunt Daciano : Domine, juvenis ille triduo inducias petit, ut pertractet, utrum mori aut sacrificare sponte velit. Dacianus vero petita concessit. In quo dierum spatio multas sibi animas per prædicationem sanctissimi Martyris Vincentii Dominus feliciter acquisivit.

a quo triduanas inducias obtinet :

* P. omittit *divinitus*

4 Tunc ut fletui consolationem aliquam adhiberent Sabina et Christeta, germanæ ejus, cellam vinculorum fratris ingrediuntur, et silentio adhibito, occasione reperta et nullo adstante, tales dabant cum fletu voces : Parce, Domine, parce nobis. Jam patre matreque orbatis, tu nobis dominus, tu pater, tu mater cui nos perituras relinquis? Quis putas erit noster dominus*, aut quis virginitatem nostram jure barbarico non violabit? Et quæ effrenata petulantia animos

fugam cum sororibus arripit,

* P. *Deus*

(1) Ruinart. Acta Sinc. tom. V, pag. 660.

mos corporaque nostra non polluet? Paulisper placata aure audi lamentabilem suggestionem nostram : simulque fugam arripiamus : ut si fugientes a peccatoribus præoccupati fuerimus, simul truncati * Deo animas tradamus. Si autem evaserimus, quantum tecum * longam cum pudore duxerimus vitam, tantum a Deo nobis cumulabitur et sanctitas. Victus tandem fletibus germanarum Vincentius sanctus cessit, pariterque fugam arripientes alacri profectu cornipedum evectatione Abulam confugiunt. Statimque indicio cujusdam sacrilegi præmisso *, velociori equitatu cruentissimi persecutores assequuntur.

* P. *Trinitati*
* P. *te eminente*
* P. *eos, indicio cuidam sacrilego præmisso*

5 Quos in memorata urbe repertos, spoliantes crudeliter vinxerunt, et extra portam adducentes, in locum, qui nunc Vastigia * vocatur, singillatim sursum ac deorsum in equuleo extentis et divaricatis membrorum compagibus, diversis eos dissipavere verberibus, confitentes Deum Patrem, Filium et Spiritum sanctum et colla lapidibus superposita, fuste desuper cerebro illiso, tali martyrio consummati sanctissimi fratres pariter Domino animas tradiderunt. Inhumata milites corpora relinquentes *, ad Dacianum summa cum lætitia regrediuntur. Et licet manducanda canibus corpora, nullo stante * obstaculo, reliquissent, nec ipsa pia miseratio Christiana ad Martyres accedere prorsus audebat *h* ; quum subito nutu Dei a cavernis terræ serpentina egressa est bellua, quæ viventes consueverat deglutire, et cœpit sinuoso sui corporis flexu capite sublimato, mortuos Christi Martyres custodire. Judæum quemdam, itinere commeantem, Martyrum corpora invisenda curiositas impulit.

ac cum eis varie torquetur,
* P. *Vestigia*
* Addit P. *et ne sepilirentur comminantes*
* P. *tegente*
h

6 Illico serpens ille, squammea colla sublimans, facto impetu volubiliter, corpus suum circumdatum veluti vinculis adstringens, vertici hominis tantum supereminebat ejus, ut caput in altum tolleret. Stetitque unius fere horæ spatio immobilis, et Deo inspirante, oculos sursum erigens, hæc verba produxit : Christe, tuorum defensor servorum, libera me ab hac maligna bestia, ut in te credens, signaculum accipiam tuum, et corpora dominorum meorum, amicorum tuorum, honorifice sepeliam ; ac basilicam nomini eorum meo sumptu efficiam. Hæc ut dixit, paulatim serpens ille tortuosa vincula solvit rapidissimo ictu, et fugiens subito, nusquam comparuit. Stetit ille hebes et gelidus, transactoque alterius * horæ spatio, cœpit secum volvere mirans tantum mysterium. Protinus urbem ingreditur, genibus devolvitur sacerdotum, postulans, ut christianus effici mereretur, nec ulla ad purificandum fieret mora, quo jam christianus posset corpora sepelire Sanctorum. Impetravit, quod fideliter poposcerat, et tunc jam novus per fontis uterum natus * honestis * sarcophagis sanctorum corpora recondens, basilicam desuper miro opere * construxit. In qua si quis puro corde, fideli devotione ex fide prompta oraverit, statim petita ultro adveniunt et omnis infirmitas amovetur per eum, qui sanctos suos coronat per bonam confessionem, cui est honor et gloria, virtus et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

ac tandem interfectus, prodigiose sepelitur.
* P. *parvo*
* P. *renatus*
* P. *novis*
* addit P. *decoratam*

—

(1) Espan. Sagr. tom. VI, pag. 315. — (2) Act. sinc Martt. pag. 315. — (3) Migne. Patrol. græc. tom. col. 806.

AUCTORE J. V. H.

ANNOTATA.

a *In collectione ms Bollandiana in regia Bruxellensi bibliotheca sub num.* 8923 *habetur alterum exemplar Passionis Sanctorum nostrorum, manu Danielis Papebrochii descriptum* ex pervetusto, *ut scribit*, codice *canonici Joly. In eo autem habetur prologus, quem omittendum putavi, quia ad verbum refertur in Passione S. Leocadiæ, cujus Acta ad diem* XI *decembris illustranda venient. Habetur prologus apud Henricum Flores, qui eum edidit in sua Hispania Sacra* (1); *quapropter melius ad Acta S. Leocadiæ referetur. Quamvis censeam, eum esse generalem prologum cujusdam Legendarii, qui multis Martyrum historiis præmitti potest. In laudato codice Parisiensi occurrunt quæ pro opportunitate textui nostro addemus, et variantes lectiones alicujus momenti notabimus in margine littera* P.

b *De Ebora seu Elbora, Sanctorum Martyrum loco natali, egimus Commentarii prævii num.* 4 *et seqq.*

c *In codice Parisino hæc et sequentia aliter exhibentur : Dacianus Toleto* Elboram concedit, in aula officium omne præmonet suum, ut indagine præmissa, christianos quoscumque invenissent, tribunali præsentarent. Statimque compertum adolescentem, nomine Vincentium, cujus meritum nomini comitabatur, comprehensum ejus conspectibus sistunt. Ex officio dictum est : Ecce temeraria impulit insania, ut ecclesiam audacter intrarent, * dum orare ex more vellet ; captum huic sacratissimo tribunali attraximus tuo, quid de eo vestra clementia jubeat dictum, decernite. Dacianus vero Vincentio dixit : Cujus sectæ es? *Quod in codice Parisino* Officium *dicitur, textus noster appellat* satellites. *Officii nomine designantur, ait Theod. Ruinart* (2) publici ministri, qui proconsulibus, præsidibus aut magistratibus in publicis muniis deserviebant. Hinc officiales. *De officio luculenter agit Baronius in Notis Martyrologii Romani ad* XXVI *maji.*

* *intraret?*

d *Sparsa nempe erant illo ipso tempore Acta quædam, Christo Domino maxime ignominiosa : de iis agit Eusebiis lib.* IX, *cap.* 5 (3): Quum acta quædam, apud Pilatum super Servatore nostro habita, composuissent plena impietatis adversus Christum ; ea per omnes provincias imperii Maximini (*Maximiani, Diocletiani socii*), ipso jubente dirigunt : mandantes per literas, ut ubique locorum tam in agris quam in civitatibus publice proponerentur ; utque ludimagistri pro dictatis hæc declamanda et memoriæ commendanda pueris traderent. *Ad istius modi igitur Acta alludere videtur Dacianus, dum dicit, christum* pro facinoribus suis a Judæis *crucifixum.*

e *Verborum cruditas, quæ tum in his tum in aliis Martyrum Actis occurrunt non raro, offendunt hodiernorum criticorum aures teretes : quapropter et suspecta habent Acta, ubi hujusmodi vituperia reperiuntur. Nihilominus apud Theodoricum Ruinart varia habentur Acta, in quibus criminationes istius generis reperiuntur. Aliqua, raptim collecta,*

AUCTORE J. V. H.

cta, in exemplum adducam. Consule Acta SS. Claudii et Asterii in Lycia (1); *Rogatiani et Donatiani, Namnetis* (2); *Bonifacii, Tarsi in Cilicia* (3); *Cassiani, Tingi in Mauritania* (4); *Theodoti, Ancyræ in Galatia* (5); *Vincentii Diaconi, Cæsaraugustæ* (6); *Saturnini et sociorum, in Africa* (7); *Philippi episcopi Heracleæ* (8); *Tarachi, Probi et sociorum* (9); *Philæi et Philoromi, in Thebaide* (10): *Petri Balsami Autonæ* (11). *Varii Martyres varias exprobrationes tyrannis suis ingerunt. Sic speciatim in passione S. Saturnini Dativus, unus ex ejus sociis Pompejano accusatori suo dixit:* Quid agis in hoc loco, diabole? Quid contra Martyres Christi adhuc usque conaris? *Dein recte animadverti P. Gams, homines, christianos factos, nativam indolem non exuisse et gentis sua formam usque retinuisse* (12). *Certe Orosius lib.* VI *Hist. cap.* XXI (13) *de Hispania sub Julio Cæsare vocat* gentem hominum trucem natura et ferocem, quæ ad voluntariam mortem servitutis timore concurrit. *Unde mirandum non est christianos in Hispania aliquid rude in verbis retinuisse, quod cæterum christianis aliarum provinciarum ea ætate commune, ut ostendimus, habebant.*

f *Aliam lectionem dat codex Parisinus:* Deus sanctus atque immaculatus est Pater cum Filio et Spiritu sancto: hi tres unus est Deus, qui tegit cœlum nubibus et parat terræ pluviam. *Dacianus præses dixit: Quia non obaudisti se.*

g *Locum* Vastigia *seu* Vestigia *nuspiam reperi: in lexicis topographicis allum est silentium, imo nec nomen loci cujuscumque occurrit, quod vel a longe cum voce* Vastigia *similitudinem habeat. Quapropter Ludovic. Ariz in sua Historia Abulensi* (14), *nulla facta mentione loci* Vastigia, *dicit SS. Martyres passos* extra civitatem, in loco qui hodie appellatus est S. Maria Subterranea, Nuestra Senora de la soterrana. *Hunc scriptorem allegat Paschalis Madoz v°* Avila (15) *in suo Lexico geographico: additque in æde* S. Vincentii *esse sacellum subterraneum, ad quod frequentissimus concurrit populus, quodque sub ara templi maxima constructum est. In eo sacrario habetur rupes, supra quas martyrium consummarunt suum. Igitur operæ pretium esset indagare, quo sæculo locus, quæ passim hodie a* S. Vincentio *nomen habet, appellatus fuit* Vastigia, *quia tunc Acta conscripta fuerunt: adeoque eorum ætatem propius indicare possemus. Sed deficiunt nobis documenta.*

h *Et hic variantem lectionem exhibet codex Parisinus:* Et nec ipsa pia miseratio christiana, quæ provenisse sibi Martyres gaudebat, corpora custodiret (unde credo, nec vana mihi fides est, ideo humanum nullum excubiis vigilare obsequium, ne honori Martyrum divina custodia deesse crederetur) subito nutu Dei ex cavernis..... custodire. O quam laudabilis es, Christe, in tuorum defensione Martyrum, quia quos viventes diligis, nec mortuorum corpora derelinquis. Omnia quæ vis, recte vis, atque voluntati tuæ omnia cœlestia et terestria administrant. Ferarum retundis iram, famem compescis draconum, prævenis homines nolentes, et ne frustra velint, consequeris. Judæum quemdam, itinere commeantem, ad Martyrum corpora vi-senda curiositas impulit. Illico serpens ille, squammea colla sublimans, facto impetu volubiliter circumdatum vinculis corporis sui adstringens vertici hominis tantum caput supra eminebat. Stetitque etc.

(1) Acta Sinc. Martt. pag. 266. — (2) Ibid. pag. 280. — (3) Ibid. pag. 284. — (4) Ibid. pag. 304. — (5) Ibid. pag. 348. — (6) Ibid. pag. 369. — (7) Ibid. pag. 385. — (8) Ibid. pag. 418. — (9) Ibid. pag. 425. — (10) Ibid. pag. 493. — (11) Ibid. pag. 501. — (12) Kirchengeschicht, tom. I, pag. 384. — (13) Migne. Patrol. tom. XXXI, col. 1055. — (14) Hist. de la Grandez. de Avica, fol. 31. — (15) Tom. I, pag. 167.

DE SS. CAPITOLINA ET EROTEIDE

MARTYRIBUS

CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

H. M.

§ Unicus. Martyrum cultus. Templi prope Constantinopolim situs ac fata. Actorum fides expenditur.

ANNO CCCIV. *Sanctarum mentio in martyrologiis et menæis,*

SS. Capitolinam *et* Eroteidem, *Cappadociæ insignes martyres, a sæculo saltem* X *Constantinopoli publico cultu honoratas fuisse, testantur duo monumenta, quæ nos ad idem sæculum referunt* (1): *Menologium videlicet Basilianum et Kalendarium slavicum, Evangeliario Ostromirensi adjectum; ex quibus cæteræ martyrologiorum et menologiorum annuntiationes sunt derivatæ. A priori enim Græci sanctarum martyrum nomina mutuati sunt, quum ea inseruerunt tam Menæis omnibus manuscriptis*

(1) Cfr Ann. Græco-Slavicus, pag. 2 et 6.

et

et excusis, cum etiam eis libris, qui Menæorum partes aut breviaria nobis exhibent, uti sunt Synaxarium Sirmundi, Vitæ vernaculæ a Maximo Margunio Cytherorum episcopo conscriptæ, Ephemerides metricæ Siberi. Quin et a Monachis Basilianis Cryptæ ferratæ Sanctorum, quos colebant, fastis inscripta est S. Capitolina, *ut ex recenti Theodori Toscanii libro intelligimus; postea tamen S. Nestori martyri locum cessit* (1). *A Græcis ad Armenos transiisse sanctarum martyrum memoriam, discimus ex duobus kalendariis, menologii seu* Aismavourk *altero, altero autem Ritualis seu* Donazoiz; *quæ, publici juris facta ab Assemanio* (2), *ope vitarum, armenice a J. B. Aucher scriptarum, hic sicut et in aliis locis bene multis emendamus.* S. Capitolinam *enim cum* sociis *annuntiat Assemanius, quod quam sit erroneum patet ex opere mox citato* (3). *Slavos quod attinet, utrumque monumentum, quod paulo mox laudabamus, ob oculos habentes, Græcis omnino consentiunt. Postremo autem Latinis innotuerunt nobiles Christi martyres, opera Petri Galesinii necnon et Sirleti, qui, schedis suis cum Baronio communicatis, annuntiationis in Martyrologio Romano auctor est habendus.*

in quorum recentioribus bis S. Eroteidem *commemorari*

2 *Verum cum deinceps in Græcorum Menæis secunda admissa fuisset* S. Eroteidis *commemoratio, (qua occasione ignoramus), Baronius, Sirleti auctoritate fretus, bis et ipse hujus sanctæ martyris nomen suis fastis intulit, quamvis agnovisse non videatur unam eamdemque esse* S. Erotidem, *die* 6 *octobris seorsim laudatam, ac* S. Erotheidem, *quæ martyrium cum* S. Capitolina *passa die* 27 *ejusdem mensis legitur. Aliter enim nomen apud eum scribitur, aliis verbis ejus mors refertur, nec ullo modo vel in annotationibus eamdem duobus diversis diebus coli innuitur. At cum die sexta octobris de* S. Eroteide *agerent decessores nostri* (4), *suspicati sunt non aliam atque aliam die* 6 *et die* 27 *hujus mensis memorari. Joannes vero Martinov in anno Græco-Slavico, nulla dubitationis specie* (5), *recte a die* 6 *ad* 27 *octobris remisit, licet* S. Erotheidis *nomen priori die non ita bene scripserit.*

variis rationibus probatur.

3 *Quis enim anceps hæreat, quum nomen* Ἐρωτηΐς *sit rarissimum et hac forma in nullis, quæ norim, aliis documentis obvium, deinde recenter hæc commemoratio addita fuerit kalendario Græcorum. Abest enim a Menæo Ms. Prædicatorum Florentiæ, ab Ambrosianis, a Mazarinæo et a Sirmundiano Synaxario, quorum indices texuerunt olim Bollandiani, nunc repositos in bibliotheca regia Bruxellensi: de quibus omnibus adi Joannem Martinov, loco citato, pagina* 3; *emenda tamen notam de Menæo FF. Prædicatorum Florentiæ, quod non a martio ad septembrem, sed a septembri ad martium pertingit. Huc accedit die sexta duobus versibus de sancta martyre referri, quæ cum actis* SS. Capitolinæ *et* Eroteidis *aptissime conveniant, si forte nomen virginis excipias, quod conjectando* S. Eroteidi *applicitum arbitror,*

Ἐρωτηΐδα πυρπολοῦσι παρθένον,
Ἔρωτι Χριστοῦ τὴν προπυρπολουμένην,
Eroteidem flammis consumunt virginem,
Amore Christi jam prius consumptam.

AUCTORE H. M.

Quibus quidem non adversatur distichon, quod de utraque martyre die 27 *legitur:*

Κτείνουσι δούλην ἐκ ξίφους καὶ Κυρίαν,
Δούλας Τριάδος τῆς ἀληθοῦς Κυρίας,
Occidunt servam gladio atque dominam,
Servas Trinitatis veræ Dominæ.

Namque S. Eroteis, *flammis primum tradita, et ab his mirum in modum servata, gladio tandem vitam finivit. Maneat ergo certum unius tantum* Eroteidis *nomen in sacris fastis reperiri. His ultimis versibus addunt Menæa anni* 1592,

Εἰκάδι Ἀμφίπολον τάμον ἑβδόμῃ ἥδε Κυρίαν,
Vigesima septima occiderunt servam atque dominam.

Harum cultus Constantinopoli probabilis origo

4 *Itaque ab urbe Constantinopoli ad viciniores ecclesias Slavicam atque Armenam, ac dein ad Latinam transiit memoria sanctarum martyrum. Quo autem modo, quæ Cæsareæ pro Christo necatæ sunt et sepultæ, urbi regiæ innotuerunt, quamvis de earum martyrio nihil apud antiquos scriptores legatur, proindeque non ad gloriosam martyrum turmam pertineant, quæ per totam ecclesiam a longo tempore celebrantur? Verba quædam, in Sirmundi Synaxario, elogio* SS. Capitolinæ *et* Eroteidis *addita, nobis viam pandunt ad earum cultus historiam penitus investigandam:* Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῶν μαρτυρίῳ τῷ ὄντι πέραν πλησίον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Φωκᾶ. Agitur earum festus dies in sanctissimo earum templo, ultra portum, prope sancti martyris Phocæ. *Habuerunt ergo sanctæ martyres ecclesiam propriam non procul ab urbe, circa ea loca quæ hactenus nomen* Pera, *a Byzantinis jam pridem usurpatum, retinuerunt. Inde pronum est conjicere reliquiis a Cæsarea in urbem regiam aliquando translatis, cultum hunc peculiarem deberi. Profecto, cum Persarum et Saracenorum, imperii non magis quam fidei osores, invasionibus pateret Cappadocia, imo urbs ipsa Cæsarea non semel in hostium potestatem devenerit, illud factum esse suspicamur, quod Chalcedone accidisse in historia S. Euphemiæ narratur* (6). *Sufficiat autem, ad hanc opinionem fulciendam, in memoriam revocasse Cæsaream anno* 603 *a Persis, et* 718 *a Saracenis captam ac direptam fuisse* (7). *Liceat igitur assumere ossa martyrum, imminente bello, a Cæsareensibus in urbem regiam fuisse asportatas, ut immunes forent a contumeliis, quibus barbari quidquid christianis sacrum erat afficere solebant. Inde nota Constantinopolitanis nomina, inde cultus exhibitus ac tandem ecclesia, quæ ab his nostris martyribus titulum sortita est. Nemini enim dubium esse potest, quin, ex solemnitate alicubi intra urbem aut non procul ab ea in honorem* SS. Capitolinæ *et* Eroteidis *acta, orta fuerit mentio in Kalendariis et Menæis, quæ sæculo*

(1) Ad typica Græcorum animadversiones, Romæ, 1864, pag. 40 et 80. — (2) Bibl. Or., tom III, pag. 648 et 655. — (3) Aucher, Vitæ Sanctorum, tom. XII, pag. 226. — (4) Acta SS. tom. III Octobris, pag. 578. — (5) Annus Græco-Slavicus, pag. 242. — (6) Acta SS. tom. V Sept, pag. 258. — (7) Theophan. Chronogr. pag. 251 et 338. Ed. P.

sane

AUCTORE H. M.

sane decimo jam exstabat. Basilii enim Porphyrogeniti Menologium, quod hoc sæculo exeunte scriptum fuit, et Kalendarium Ostromiranum, cujus scriptori antiquius monumentum, a Basiliano opere diversum (1), *sanctorum Constantinopoli cultorum elenchum suppeditavit, hujusce rei nos faciunt certos. Sed et aliud nobis documentum in Synaxarii Sirmundiani loco citato subministratur, cujus ope historiam ecclesiæ hujus ad S. Phocæ sitæ, ac proin cultus sanctarum martyrum, altius repetamus. Monasterium enim S. Phocæ, de quo in codice Sirmundiano, notissimum est; atque ex ejus fatis quid nostrarum martyrum templo acciderit verosimilius deducere licet.*

et fata, cum historia monasterii S. Phocæ connexa, quod a Basilio extructum

5 *Tempore Theophili I vixit patricius quidam, Joannis* VII *patriarchæ Constantinopolitani frater, Arsavir seu* Ἀρσαβήρ *nomine:* Huic suburbanum ad Euxini sinistram enavigati partem, ad sancti Phocæ monasterium *(in antecessum hoc utique dicitur),* ædificiis maximis ac splendidis porticibus, balneis ac præterea cisternis instructum fuit. Illic crebro solitum diversari patriarcham subterraneum quoddam domicilium, Trophoniano haud absimile, construxisse ferunt (2). *Locum istum turpi voluptati simul et præsligiis addixerat Joannes, vir nefandissimus et sacris honoribus indignissimus:* Aliquando tamen a fratre *(Arsaviro nempe)* venditum hoc impurum domicilium Basilio tum accubitori *(postea imperatori)* in sacrum transiit monasterium, neque id modo sed et quæ ad illum attinebant reliqua : sanctique magni martyris Phocæ a fundamentis erectum monasterium est (3). *Verba hæc quæ, dictante quasi Constantino Porphyrogenito Basilii hujus nepote, scripta sunt, omnino iis consonant quæ Constantinus ipse, in sua vitane dicam an panegyri Basilii Macedonis, in hunc modum narrat:* In Steno quod vocant, Euxini scilicet cervice, Phocæ ædem perquam venerabilem pie religioseque abs se constructam, collectoque religiosissimorum monachorum cœtu ac loco structuris prædiisque abunde locupletato, monasterium Deo auctore collectum animorumque officinam medicam fecit (4). *Acquisitam ergo villam et quæ eam attinebant reliqua, Basilius qui Augusti dignitate et diademate regio* 26 *maii anni* 865 *auctus est, et* 24 *septembris anni proxime sequentis Michaeli* III *successit, in monasterium mutavit, quod* structuris abunde locupletavit. *Nonne conjectura probabili scilicet opinabimur, additas et monasterio multorum sanctorum reliquias, addita et templa et sacella? additum et* SS. Capitolinæ *et* Eroteidis Μαρτύριον? Hoc profecto decet illum imperatorem qui erga sacras ædes earumque curam et reparationem (quibus pietas in Deum atque sanctitas designatur) inter imperatores inclitæ memoriæ sese habuit (5). *Sane ita facile intelligitur, adeo celebre sæculo decimo fuisse nomen* SS. Capitolinæ *et* Eroteidis, *ut ei Kalendario, quod scriptor codicis Ostromirani præ oculis habuit, inferrentur.*

per plura sæcula permansit,

6 *Verum nunc restat ut hujus monasterii ac proin ecclesiæ nostris martyribus sacræ fata, quantum per documenta licet quæ nobis præsto sunt, paucis exponamus. De monasterio S. Phocæ mentionem facit sæculo* XI, *exscripto præter nomen imperatoris loco prius citato ex Theophanis continuatione, Georgius Cedrenus aut Joannes Scylitzes (nam hujus loci non est de* Historiarum *illius* compendii *auctore judicium ferre)* (6). *At cum nomen Basilii in hoc opere reticeretur, cespitasse videtur Cangius, qui in notis ad Alexiadem* (7), *de cubiculario (seu accubitore) et de Basilio loquitur, quasi non unus idemque vir duplici hac appellatione notaretur. Sed in Constantinopoli Christiana* (8) *errorem emendavit, silendo videlicet de cubiculario et de solo Basilio sermonem habens. Sequitur postea versus finem sæculi* XI *Anonymus auctor Antiquitatum Cpolitanarum* (9), *ad quem locum Bandurius, parum diligenter Cangio utens, male notavit Joannem Scylitzem cæteris adversari in assignando auctore monasterii S. Phocæ. Sæculo* XII, *Anna Comnena loquitur de Theodoro Gaura ab Alexio imperatore excepto* in suburbanam domum magnifica elegantia structam, prope templum magni martyris Phocæ ad Propontidem situm (10); *et Francorum copias, duce Gothofredo,* collocatas *ait* circa Propontidem eo ambitu castrorum ut a ponte prope Cosmidium *(id est ab extremitate portus)* sito ad S. Phocam extenderentur (11). *Quibus in locis cave ne Propontidem sensu minus late patenti intelligas : nam hic agi de Bosphoro dubium non est. Post Annam Comnenam nullum invenio auctorem qui hoc monasterium innuat a se visum. Equidem apud Georgium Codinum, qui Constantinopoli a Turcis captæ superstes fuit, in libro de* ædificiis *sequentia legi verba :* Ecclesiam S. Phocæ trans fretum Basilius Macedo ædificavit (12), *verum ex variis libris, nulla fere facta mutatione, opus suum congessit Codinus* (13), *et idcirco inde inferre non licet S. Phocæ ædem tunc temporis adhuc exstitisse. Quod quidem argumentum nemo inficias ibit, qui adverterit quædam ædificia ab ipso citata certo certius jam diu eversa fuisse, v. g., prout ecclesias dicatas Mocio martyri, quadraginta martyribus, omnibus sanctis* (14), *quas a Joanne I Palæologo erutas anno* 1391, *ut lapides ædificandis urbis regiæ muris sibi procuraret, ex Ducæ historia Byzantina luculenter constat* (15).

ac tandem ante annum 1453 *dirutum fuisse censemus.*

7 *Ut vero nihil nos impedit quominus admittamus templum S. Phocæ ad Turcicarum usque invasionum tempora permansisse, ita et multa nobis suadent demolitionem hujus ædis uti et cæterarum omnium, quæ Bosphoro adjacebant, imperii Constantinopolitani eversioni præcessisse. A tempore enim Bajazeti I, qui regnavit ab anno* 1389 *ad* 1402, *littus Europæum Bosphori fuit continuo a Turcis vastatum. Jusserat ille Sultanus ædificari in littore Asiæ, unde in Europam facilior et promptior esset transitus, castrum, cui nunc* Anadoli hissar *seu castrum Asiæ, aut* Gyzel hissar *seu pulchrum castrum nomen est apud*

(1) Annus Græco-Slavicus, pag. 6. — (2) Theophanis continuati, lib. IV, pag. 97. Ed. P. — (3) Ibid. pag. 98. — (4) Ibid. lib. V, pag. 209. — (5) Ibid. pag. 210. — (6) G. Cedreni, pag. 537 Ed. P. — (7) Anna Comnena, lib. VIII, nota pag. 343. Ed. P. — (8) Lib. V, pag. 188, num. XXXVIII. — (9) Banduri, Imperium Orientale, tom. I, lib. III, num. 164. — (10) Alexias, lib. VIII, pag. 241. Ed. P. — (11) Ibid. lib. X, pag. 293. — (12) Cod. pag. 58. Ed. P. — (13) Cfr Fabricius, Biblioth. græca, ed. Harles, tom. VII, pag. 795 sqq. — (14) Op. cit. pag. 37, 45 et 62. Ed. P. — (15) Historia Byzantina, cap. XIII, pag. 24 et 25. Ed. P.

Turcas

Turcas, apud Europæos vero vieux château d'Asie. *Ut hoc opus compleret, simulque totius Bosphori navigationem pro suo libitu moderaretur, ac tandem ad urbis ipsius regiæ expugnationem viam sterneret, Sultanus Mohammedus II (non vero Murad aut Amurath II ut quidam erronee scribunt), castrum alterum e regione prioris* (Rumili hissar, *castrum Europæ, aut* vieux château d'Europe *nunc vocant), adhibitis ad hunc finem inter alia ruderibus templi S. Michaëlis in Sosthenio, in littore Europæ anno* 1452 *exstrui mandavit* (1). *Cum ex altera parte imperatores Græci, Turcarum vero sultani ex altera, templorum lapides et materias operibus militaribus addicebant, facile divinare est quodnam fuerit fatum ædificii christiani, quod inter novum castrum Europæ et Galatam jaceret. Verum suum nomen monasterium loco reliquit : discimus enim a P. Gyllio, qui sæculo sequenti urbem et Bosphorum peragravit, vicum quemdam, leuca a Cpoli distantem, et Byzantinorum locis supra citatis omnino congruentem, a Græcis vocari Agion Phocan* (2); *quod confirmat Pitton de Tournefort* (3), *addendo nomen portui esse Agion Phocan, vico vero* Ortacui. *Porro in omnibus chartis geographicis invenimus Ortakeui* (4), *cujus nomen turcicum medium vicum aut janissariorum vicum interpretari possumus;* Orta *enim significare legionem janissariorum intelligimus ex Bianchi lexico Turcico.*

Sanctarum elogium in Menologio Basiliano,

8 *Progrediendum jam est ad historiam ipsam sanctarum martyrum elucidandam. Ac in primis quidem elogium, quod de more in Menologio Basiliano legitur, præmittendum est, quippe quod actis, qualia nobis in promptu sunt, antiquius forte documentum est.* Certamen sanctæ martyris Capetolinæ et Eroteidis ejus ancillæ. Capetolina martyr, Diocletiano imperatore, ex Cappadociæ regione fuit, genere clarissima; comprehensa autem et ad Præsidem adducta, de nomine, patria et parentibus interrogata. Ego, inquit, Christiana vocor : patriam autem habeo quæ sursum est Jerusalem : et parentes sunt Christianorum Doctores, cum quibus et magnus Firmilianus, Cæsareæ Cappadociæ episcopus. Igitur cum generose Christum prædicasset, falsam autem idolorum superstitionem redarguisset, vincta in carcerem detruditur. Quod ubi rescivit Eroteis ejus ancilla, carcerem ingressa, dominæ vincula osculabatur. Tum vero Sancta Capetolina capite obtruncatur. Eroteis autem primum in ignem conjecta, et incolumis inde egressa; cum idolis sacrificare impulsa, ad id induci nequiret, gladio percussa et ipsa occubuit. *Cui Passionis summario subjicere placet pauca verba, quæ de iisdem sanctis ad diem* 27 *octobris habet Kalendarium Ostromiranum, quoniam in nominando imperatore sub qua passæ sunt sanctæ martyres, non Actis edendis, sed Basiliano Menologio consentit. Legimus itaque in editione Bartholomæi Kopitar :* Passio S. Martyris Capetulinæ et Perotidis ancillæ ejus sub Diocletiano imperatore. *Nullam hic difficultatem creat parum emendatus scribendi modus : etenim præmisit nonnemo initio vocis elementum* H; *cujus loco, ob litterarum similitudinem, tandem scripta est littera* II. *Cetera Slavorum monumenta, ut audio a Patre Joanne Martinov, Menologium Basilianum pro more suo secuta, Diocletiani nomen referunt.*

AUCTORE H. M.

quod longius quam Menæa excusa, desciscit ab Actis,

9 *Attamen quoniam locis non paucis, iisque in historia nostra gravissimis cum Basiliano Acta mox edenda atque Menæa excusa discrepant, describemus quæ ad præsentem diem in Menæis anni* 1592 *et* 1843, *post disticha quæ supra attulimus, leguntur.* Vixerunt sub Diocletiano imperatore et Zilicinthio præside Cappadociæ. Capitolina quidem femina nobilis et dives, omnibus bonis inter pauperes distributis, servisque libertate donatis, ad judicem audacter accedit. Carceri primum mancipata, diluculo gladii pœnam subit. Eroteis vero, hujus sanctæ ancilla postquam lapidibus judicem petivit, virgis cæditur. At cum Christi virtute intacta maneret, gladio decollatur. *Ea omnia quæ, nomine imperatoris excepto, ex Actis esse desumpta legenti patebit, non ægre cum Menologio Basilii componemus : diversa enim, non contraria sunt. De nomine tamen præsidis* Zilicinthii *vel* Zelicinthii, *ut per iotacismum promiscue scribitur, aut etiam* Zolicinthii, *quod in Maximi Margunii vitis reperio* (5), *necnon et de audacia* Eroteidis, *judicem non verbis tantum aggredientis, dubitationes cuivis prudenti subibunt. Quibus si addamus alia in Actis obvia, nimirum nomen imperatoris* Licinii, *generis propinquitatem* S. Capitolinam *inter et S. Firmilianum, Cæsareæ episcopum, dum contra de spiritali quadam filiatione loquitur Basilianum, prolixas ad Deum preces, ex compluribus S. Scripturæ locis petitas, Serapidis cultum quem* S. Capitolinæ *objicit judex, adeo augetur difficultas ut necesse fiat de Menologii et Actorum fide curiosius disserere.*

quorum indoles traditur, ideo suspecta

10 *Rarissima sunt hæc Acta, utpote quæ (ni fallor) in sola bibliotheca Coisliniana exstare dicuntur* (6), *unde exemplar sibi describi curavit Tillemontius* (7), *præter quem nemo de iis disputavit. His autem verbis codicem breviter describit Montfaucon :* Codex CX olim CXL membranaceus, constat foliis 221. Continet vitas SS. pro media postrema octobris parte, est XI circiter sæculi (8). *Codicis hujus folium* 181 *incipit ab Actis* SS. Capitolinæ *et* Eroteidis, *quæ abrupte terminantur cum folii* 186 *aversa parte, paucis certe deperditis. Hæc ad nos summa cura, sua manu descripta, misit vir humanissimus juxta ac doctissimus, J. H. Nolte. Ex ipsius animadversionibus quæ de codicis scriptione discimus infra in annotatis referemus. Hic vero quæ nos ipsi sentiamus de fide auctoris, ingenue aperiemus. In universum utique, arbitror in primis quidem si facta ipsa in hoc documento enarrata spectas, si verba perpendis quæ a martyribus aut a paganis pro-*

(1) Cfr Von Hammer, Geschichte des Osman. Reiches, tom. I, pag. 195, 385 et 386; Leunclavius, Pandectæ Hist. Turc. pag. 445 et et 446. Ed. P. — (2) De Bosph. Thracio, lib. II, cap. IX. Ed. P.; et cap. 8, apud C. Müller, Geogr. minores, tom. II. — (3) Voyages, Lyon 1717, tom. II, pag. 447. — (4) Guides Joanne. Itin. de l'Orient. pag. 391. Cfr chartam geogr. — (5) Vitæ Sanctorum, pag. 62, fol. v. edit. 1656. — (6) Fabricius, Bibl. græca, edit. I, tom. IX, pag. 64; edit. Harles, tom. X, pag. 208. — (7) Mémoires ecclésiastiques, edit. II, tom. V, pag. 184. — (8) Bibl. Coislin., pag. 184.

AUCTORE H. M.

lata dicuntur, nihil profecto erit quod ejus fidem multum elevet. Stylus enim simplicissimus, imo rudis, nulla arte fucatus, pietatem ac sinceritatem redolet, quod et ipse Tillemontius, ad severiora judicia quamquam propensus, ultro fatetur (1). *Interrogationes responsaque in universum non longe ab illis absunt, quæ in genuinis martyrum actis leguntur.*

quod ad Acta S. Theogenis, de quo hic pauca,

11 *At quominus Actis, ubicumque a Menologio Basiliano dissentiunt, fidem omnimodam præstemus, nos impedit eorum ad normam Actorum Theogenis, martyris Pariani, studiose quæsita accommodatio. Quæ res cum ejusmodi sit ut facultatem præbeat certa ab incertis aut dubiis dignoscendi in sanctarum nostrarum historia, ampliorem a nobis exposcit enarrationem. Ad diem* 3 *januarii martyrologia Hieronymiana hæc habent :* In Hellesponto, civitate Paretia, Cyrici, Primi, Theogenis. *Quorum postremi apud Græcos memoria servata et elogium, ex Actis antiquis contractum, Menologio Basiliano insertum fuit. Sed hæc Acta, utpote quæ communem fere talium documentorum sortem non effugerunt, suspicor græce jam male habita fuisse ante Menæorum excusorum compositionem. Cujus rei testimonium nobis subministrat nomen* Zelicinthii *tribuni, de quo nihil apud Basilianum. Verum hic non stetit eorum depravatio. Ad latinos enim cum pervenissent Acta Theogenis, jam per Hieronymiana Kalendaria noti, mira orta est confusio. Ex episcopo Parii factus est Theogenes episcopi filius ex Phrygia; ad quod egregie conferebat* Fili episcopi *in Hieronymianis mentio. Hinc corrupta Acta, et in martyrologiis sæculi noni mixta omnia quæ ad Theogenem, ad Marcellinum, puerum christianum, et ad episcopum, cujus nomen latet sub voce* Fili, *pertinent. Lege enim apud martyrologos ejusdem sæculi, quæ* IV, III *et* II *nonas januarias enarrant, et statim intelliges bis eadem repeti, rebus aut potius verbis paulum variatis; nisi quod Usuardus, breviora sectando, pauca in Marcellini historia die* II *januarii servavit, atque sequenti die Hieronymianorum simplicitatem superavit, omissa in Theogenis et sociorum annuntiatione civitatis Parianæ seu Paretiæ nomine. Usuardum pone secutus est Baronius, et in Martyrologio Romano servavit hanc laciniam ex Actis S. Theogenis, Marcellini, pueri christiani, nomini assutam. Quum itaque errorem, aliud agens, in hoc loco mihi visus sum deprehendisse, non abs re fore judicavi, si, tantisper a via declinans, verum pro erroneo indicarem. Theogenis ergo, martyris Parii, et Marcellini, pueri christiani, nominibus vindicatis, ad Acta* SS. Capitolinæ *et* Eroteidis *redeo.*

minus scite licet bona fide sunt accomodata.

12 *Jam vero si quis Acta S. Theogenis, cum eis quæ mox edituri sumus, diligenter conferat, minime dubitabit, ad sancti martyris Pariani Acta antiqua et omni fide digna* (2), *Passionem* S. Capitolinæ *fuisse mutatam. His incipiunt Acta S. Theogenis :* Multi martyres vicerunt diabolum et omnes adinventiones ejus in nomine Domini Jesu Christi, qui coronavit eos : inter quos annumerare dignatus est Theogenem beatissimum martyrem qui sic irrisum vicit inimicum. *Meminerimus oportet Græcum originale exemplar periisse, ac verosimilius longiores periodos ab interprete latino membratim fuisse divisas, antequam conferantur illa Acta cum initio Passionis* S. Capitolinæ. *Observandum deinde est nomina Zelicinthii et Licinii, utrisque Actis communia, Actis edendis inserta fuisse contra Basiliani et Ostromirani codicis auctoritatem; tribunus et præpositus* (3) *ex S. Theogenis Actis etiam videntur accepti. Neque optionis irati verba prætereunda sunt :* Si potestatem haberem, *ait fere utrobique,* gladiis te frustari facerem, et projicerem canibus (4). *Præterea Christus apparet S. Theogeni in carcere, ut et* S. Eroteidi; *Theogenes qui primum famis supplicio addictus fuerat, cibum oblatum Domini jussu recusat. Eodem modo* S. Eroteis, *cui cibos afferri vetuerat judex, panem et aquam ex misericordia appositos respuit. In utrisque Actis in carcere psallunt angeli, mirante cum suis militum duce; qui ostium recludi jubet, illic adesse ratus christianos. Plura omitto quæ consideranti occurrent. At quid inde concludemus? Acta* SS. Capitolinæ *et* Eroteidis *penitus vitiata fuisse temere quis assereret. Basiliani enim Menologii cum Actis concordia in plerisque probat exstitisse sæculo decimo Acta omnino sincera, quæ a mox edendis non tantopere discedunt, ut communem utrique historiæ fontem assignare vereamur. Sapienter tamen egerimus, si in iis tantum locis, in quibus Basiliano consentiunt, aut saltem ab iis non dissentiunt, Actis nostris fidem habemus. Excipiamus etiam ea quæ ab Actis S. Theogenis desumpta videntur; non tamen quod auctorem mala fide egisse credamus. Virum enim, pium magis quam doctum, ex conjecturis imprudenter ductis, ex libris mendose scriptis, ex traditionibus vulgi et ex similitudinis cujusdam specie potius aberrasse censeam.*

Rejecto Licinii nomine

13 *Nunc igitur patet cur, Actorum testimonio posthabito, mortem* SS. Capitolinæ *et* Eroteidis *ad Diocletiani persecutionem referamus. Jam enim in Kalendario Ostromirano, hujus imperatoris tempore contigisse beatarum martyrum passionem legimus; quod quum Menologii Basiliani auctoritate confirmetur, nihil est quod nos Actorum scripturæ adhærere suadeat. Hac itaque ratione magis ducimur quam argumento quod Tillemontio placet* (5), *ad Diocletiani potius quam Licinii persecutionem pertinere quæcumque in Actis narrantur, videlicet generalem tunc temporis Christianorum inquisitionem edictam, hominesque missos fuisse qui fideles invenirent, inventosque raperent ad tribunal, ut, ni veri Dei cultum ejurarent, secundum leges imperatoris capitis damnarentur. Verum, præterquam quod de generali quodam edicto, aut de hominibus christianorum conquisitioni addictis hic sermo non est* (6), *nefas est negare persecutionem sub Licinio, in quibusdam Orientis provinciis, ipsa re quamvis non vi aliquamdiu generalem fuisse. Vetuit episcopos in synodum convenire, christianos*

(1) Mémoires ecclésiastiques, tom. V, pag. 648. -- (2) Cfr Chr. Lupi Diss. de antiqua discipl. christ. militiæ, cap. III, Opp. tom. XI, pag. 105. — (3) Acta SS. Capitolinæ et Eroteidis, num. 8. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) Mémoires ecclésiastiques, tom. V, pag. 649. — (6) Vide infra. Acta num. 1.

AUCTORE H. M.

stianos palatio expulit, dignitatibus, honoribus et bonis spoliavit (1). Cumque omnium bona tanquam lucrum aliquod sibi oblatum rapuisset, ad extremum mortem quoque minatus est iis, qui salutare sibi nomen christianæ religionis assumerent (2). *Multis aliis decretis, quorum in citato Eusebii libro mentionem legimus, fideles vexavit religionemque tantum non extirpare conatus est* (3). *Sint hæc obiter dicta, quoniam, in imperatoris nomine, Acta non sequimur, sed fidem Menologio Basiliano præstamus.*

Denodatisque difficultatibus de Serapidis cultu,

14 *Serapidis cultum in urbe Cæsarea non sine admiratione notat Tillemontius* (4). *Sed ne temere carpamus quod et in aliis sanctorum martyrum Actis obvium est. De Serapidis enim idolo Cæsareæ in Cappadocia, in illa ipsa Diocletiani persecutione, precibus S. Carterii presbyteri dejecto, agitur in operis nostri primo volumine* (5). *Idem cultus Pataræ in Lycia exstitisse narratur in Actis SS. Leonis et Paregorii* (6). *Soræ in Italia fanum Serapidis commemorant Acta Italica S. Juliani, quæ quidem deam pro deo appellant, ipsa nominis in lingua italica terminatione in errorem haud dubio ducta* (7). *An dicemus illos christianos auctores qui Acta recensita descripserunt, antiquorum numinum et veteris superstitionis non satis gnaros, conjecturis suis aberrasse? Nonne forsan Serapidem divinando nominarunt, quoniam sæculo* IV *exeunte, famosum illud numen factum est propter eversionem templi Alexandrini, Theodosii imperatoris jussu perfectam? Hoc fieri omnino potuit: at si quis secum reputaverit, cultus peregrinos, qui jampridem Romam invaserant, per totum Romanum orbem, ac in primis inter Asiæ populos, quibus plerarumque religionum initia, monumenta, rudera, prope jacebant, assectatorum greges sibi nactos esse, is certe ab improbandis Actorum locis, quæ pretiosa nobis exhibent antiquitatis vestigia, prudens abstinebit* (8). *Missis plurimis inscriptionibus ac titulis Serapidis nomine ornatis, quæ plures archæologi passim collegerunt, non parum hic valebunt quæ de nonnullis imperatoribus audimus et numorum testimonio oculis quasi conspicimus. Serapidi addictos fuisse imperatores, Septimium Severum et Severum Alexandrum discimus ex Æ. Lampridio et Æ. Spartiano* (9). *Serapis adest in numis Caracallæ Amaseæ in Ponto* (10), *Commodi Ægæ in Cilicia* (11), *L. Veri Nicææ in Bithynia* (12), *et quod rei caput est, Macrini* (13) *et Severi Alexandri* (14) *Cæsareæ in Cappadocia cusis. Imo cultum Serapidis origine fuisse Ponticum, quod nos ad Cappadociæ fines ducit, tradidere veteres* (15); *quibus tamen, utpote miras antiquarum religionum vices non satis expertis, fidem jure denegant diligentiores mythorum indagatores* (16), *adstipulantibus licet Eckhelio* (17) *et aliis* (18). *Inde vero cultum Serapidis per has regiones, unde propter quamdam numinum confusionem ortus credebatur, facilius propagatum fuisse nemo mirabitur. Pluribus hac de re supersedemus, quippe quæ a proposito et studiis nostris nimis aliena. Hæc notasse sufficiat, ad vindicanda, quoad fieri potest, nobilium Martyrum Acta.*

et de cognatione cum S. Firmiliano,

15 *Postremo perpendenda veniunt, quæ de S. Firmiliani cum* S. Capitolina *necessitudine, refraganti Menologio Basiliano, Acta afferunt, cætera enim quæ negotium facessunt in annotatis excutiemus. Secundum igitur Menologium, monumentum antiquius et quo præcipua historiæ sanctarum martyrum capita continentur,* S. Capitolina *de* nomine, parentibus, patria, *interrogata mystico quodam sensu respondit se nomine christianam esse; patriam illam quæ sursum est Jerusalem; parentes illos christianos doctores qui Cæsareenses in fide instituerunt. Hæc omnino cohærent cum Judicis triplici quæsito, quod aliis verbis circa* nomen, conditionem, patriam *versatum esse Acta ipsa referunt. Potiorem igitur hanc narrationem duco: quum cæteroquin mirum foret martyres, magistros christianæ doctrinæ, ipsumque Firmilianum progenitos fuisse ex una eademque familia, quæ prorsus incognita remansisset. Fateor ultimam argumenti partem per se stare non posse, ejus tamen generis est ut animum, jam ad contrariam partem ob prius dicta amplectendam propensum, omnino moveat.* Patres *igitur de quibus in Actis antiquioribus, unde sua hausit Menologii scriptor, de* majoribus *dici intellexerit auctor, cujus opus ad nos usque servatum est, et hoc sensu* S. Capitolinæ *interrogationem, cæterum pietate et genuina quadam integritate plenam, scripto redegit. Nec inde fides Actorum multum labefactatur. Quo enim modo suspicabimur documenta illa composita fuisse. Vetera Acta describit pius auctor, obscuriora magis evolvit, responsa, orationes amplificat, non secus ac illi qui historiam, non inventis rebus aut præcipuis orationum capitibus, additis tamen ornamentis mutatoque verborum ordine, stylo politiore tractant. Errores in hujus modi librum sensim irrepunt, quin tamen auctoris fides elevetur, aut ipsum opus falsitatis notam mereatur.*

de ætate martyrum et de virginitatis gloria disseritur.

16 *Porro quoniam in persecutione Diocletiani passæ sunt sanctæ martyres, non oportet in annum martyrii fusius inquirere. Tempora enim hujus præcipui belli, quod adversus christianam fidem gesserunt ethnici imperatores, optime nota sunt. De eo sæpius in Actis nostris sermo recurrit* (19); *atque extra nostri operis volumina non pauci egerunt, inter quos nominabo Tillemont* (20), *Ruinart* (21), *Rivaz* (22). *Adi etiam, si lubet, Joannis Gieseler*

(1) Eusebius, de Vita Constantini, lib. I, cap. 51 et 52. — (2) Ibid. cap. 52. — (3) Cfr Ruinart, Acta MM. Amstel. 1713, pag. 513 et 514. — (4) Op. cit. pag. 648. — (5) Acta SS. tom. I Januarii, pag. 472. — (6) Acta SS. tom. III Februarii, pag. 58. — (7) Acta SS. tom. II Januarii, pag. 767. — (8) Cfr Becker und Marquardt, Handbuch der Röm. Alterthümer, tom. IV, pag. 82 sqq.; Döllinger, Paganisme et Judaïsme, lib. VIII, num. 87, pag. 242. Ed. Bruxell. — (9) Spartianus in Severo, cap. XVII; Lampridius in Severo Alexandro, cap. XXVI. — (10) Eckhel, tom. II, pag. 343 et 344. — (11) Mionnet, tom. III, pag. 541. — (12) Ibid. Suppl. tom. V, pag. 99. — (13) Ibid. Suppl. pag. 691. — (14) Ibid. Suppl. tom. IV, pag. 432; suppl. tom. VII, pag. 698. — (15) Taciti Hist. lib. IV, cap. 83; Plutarchus, Isis et Osiris, cap. XXVIII. — (16) Parisot, Biographie Universelle, partie mythologique; Jablonski, Pantheon Ægypt.; Osann, Sylloge Inscripp. pag. 170 etc. — (17) Tom. II, pag. 344. — (18) Ap. Becker, tom. IV, pag. 85. — (19) Cfr Acta SS. tom. X Octobris, pag. 629; ibid. tom. XI, pag. 496. — (20) Mémoires ecclésiastiques etc. tom. V, edit. II, 1702. — (21) Acta Martyrum, pag. LX, et pag. 304 et seqq. Ed. Amst. 1713. — (22) Eclaircissements sûr le martyre de la légion Thébéenne, Paris, 1779, pag. 253 et seqq.

Historiam

AUCTORE H. M.

Historiam Ecclesiasticam, in qua præcipua veterum loca brevi quodam conspectu citata reperies (1). *Anno itaque* 304 *latum est ultimum generale edictum* καθολικὸν πρόσταγμα, *ut Eusebii verbis utamur*, quo jubebatur ut omnes ubique locorum ac gentium publice idolis sacrificia ac libationes offerrent (2). *Atqui hoc anno in Oriente incepit persecutio. Anno vero sequenti, Diocletianus et Maximianus, abdicato imperio, locum et christianos prosequendi studium Galerio et Maximino reliquerunt. Initia persecutionis in præcipuis civitatibus, quibus amplioris auctoritatis præerat magistratus esse ponenda, primamque furoris impii rabiem in illos fuisse conversam, qui claris natalibus, auctoritate et gratia pollebant, quis in dubium revocet? Episcopos christianique gregis illustriora capita in primis adortus est hostis, de ceteris faciliorem victoriam præsumens, ducibus amotis.* S. Capitolinæ *igitur quæ toti domui, imo toti civitati, exemplar christianæ vitæ censebatur primitiæ debebantur. Hujus ideo mors anno* 304 *certo ascribenda est; et quidem diei* XXVII *octobris, et passio* S. Eroteidis *sequenti diei, si fidem Actis præstamus. An vero ei ejusque ancillæ (satius dicerem sorori), cum martyrii palma, virginitatis honor deferendus sit dicendo non sum. Hic utique titulus versibus Græcis, supra num.* 3 *allatis,* S. Eroteidi *tribuitur, at nullo sat antiquo testimonio; neque favet sane servilis ejus conditio. Quæ difficultas cum a* S. Capitolina *absit et cum in Actis nihil contrarii reperiatur, cumque virginitas apud christianos magno in honore habita, gentilibus contra in dedecus potius converteretur, ac tandem cum nobilis martyr domum propriam in qua cum servis suis, nulla alicujus cognati aut filii aut parentis facta mentione, habuisse ac rexisse videatur, ei virginitatis honor facilius vindicari posse videtur. Deficiente tamen auctoritate, virginem eam vocare non audeo, et* SS. Capitolinam *et* Eroteidem *in titulo huic commentario præfixo martyrum tantum titulo cohonestandas existimavi.*

(1) Kirchengeschichte, tom. I, pag. 217 et seq. — (2) De martyribus Palæstinæ, cap. III.

MARTYRIUM SANCTARUM MARTYRUM CAPITOLINÆ ET EROTEIDIS

Auctore anonymo, ex Codice Coisliniano CX a.

a

S. Capitolina *judici sistitur,*

Multorum magnorum et triumphantium martyrum, qui oppositas sibi vires in nomine Domini devicerunt, ita ut ab iis qui sperant in Domino nostro Jesu Christo magnificarentur, invictis turmis merito annumerantur sancta martyr Christi Capitolina *b* et ejus ancilla nomine Eroteis, quæ fideliter *c* pugnantes hostium vires conculcarunt. Illo enim tempore comprehensa sancta Capitolina defertur Zelicinthio cuidam, tum Cappadociæ præsidi *d*, Licinio in partibus Orientis imperante. Ab his igitur, qui ad hoc missi fuerant, capta ac vinculis constricta, ad præsidem in stadio sedentem et equorum certamen contemplantem adducitur. Quo facto, gemitu personat universus populi cœtus, quasi ejus vicem dolerent, et communem ducerent infamiam, quod ignominia martyri illata, propter ipsius natales præ cæteris omnibus Cæsareæ illustres, toti urbi tribueretur. Verum cum præco populi clamorem ac tumultum repressisset, et omnibus quietem indixisset, accusator *e* præsidem allocutus est : Quandoquidem potentissimo imperatori, qui omnino Deorum cultui prospicit, magnitudo tua sedulo cooperatur atque adeo in eos qui christiani dicuntur inquirit, nos quidem ab hac Deos negari, Christum vero ut Deum palam haberi cum invenerimus, eam tuo sistimus tribunali, ut pervicaciæ præmia recipiat.

b

c

d

e

Πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ καλλινίκων μαρτύρων ἐκνικησάντων τὴν τοῦ ἀντικειμένου δύναμιν ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου, ὥστε μεγαλύνεσθαι αὐτοὺς ὑπὸ τῶν ἐλπιζόντων εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐν τούτοις κατηξιώθησαν καταλογισθῆναι τοῖς ἀηττήτοις μάρτυσιν, καὶ ἡ ἁγία μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Καπετωλίνα καὶ ἡ ταύτης δούλη Ἐρωτὶς τῷ ὀνόματι, αἵτινες νομίμως ἀγωνισάμεναι κατεπάτησαν τῶν ἐχθρῶν τὴν δύναμιν. Κατὰ γὰρ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον κρατηθεῖσα ἡ ἁγία Καπετωλίνα καταμηνύεται Ζηλικινθίῳ τινὶ, τῷ τηνικαῦτα ἄρχοντι Καππαδοκῶν καταστάντι, ἐπὶ τῶν χρόνων Λικιννίου τοῦ τῶν ἑώων μερῶν βασιλεύοντος. Καὶ συλληφθεῖσα παρὰ τῶν εἰς τοῦτο τεταγμένων, καὶ δεσμοῖς περιβληθεῖσα, τῷ δηλωθέντι ἄρχοντι Ζηλικινθίῳ προσάγεται ἐν τῷ σταδίῳ καθημένῳ καὶ τὴν τῶν ἵππων ἅμιλλαν θεωμένῳ. Τούτου δὲ γενομένου, οἶκτος εἰσήει εἰς τοὺς ἐκεῖσε συνημμένους ὡς ἐπ' αὐτὴν ὀδύρεσθαι καὶ κοινὴν ἡγεῖσθαι ἀδοξίαν τὴν νομισθεῖσαν αὐτοῖς ἀτιμίαν τῆς μάρτυρος, διὰ τὸ κατὰ σάρκα αὐτῆς γένος, καθὼς ἦν παρὰ πάντας τοὺς ἐν τῇ πόλει ἔνδοξος. Καταστείλαντος τοίνυν τοῦ κήρυκος τὴν τοῦ δήμου οἰμωγὴν καὶ τὸν θόρυβον, καὶ πᾶσιν ἡσυχίαν ἄγειν παρεγγυήσαντος, ὁ τὰς δίκας ἐμπεπιστευμένος, ἔφη πρὸς τὸν ἄρχοντα· Ἐπειδήπερ τῷ κρατίστῳ βασιλεῖ πᾶσαν ὑπὲρ τῆς θεραπείας τῶν θεῶν ποιουμένῳ πρόνοιαν, σπουδαίως ἡ σὴ μεγαλειότης συμπραττοῦσα, τῆς κατὰ τῶν λεγομένων χριστιανῶν ποιεῖται ἔρευναν, ταύτην εὑρόντες τοὺς μὲν θεοὺς ἀρνουμένην, Χριστὸν δὲ ὁμολογοῦσαν θεὸν καὶ κύριον, τῷ σῷ προσάγομεν βήματι, πρὸς τὸ κατὰ τὸν βασιλικὸν νόμον δέξασθαι τὰ τῆς ἀπειθείας ἐπίχειρα.

Ὁ δικαστὴς

2 Ὁ δικαστὴς ἔφη· Ἡ ἑστῶσα λεγέτω προσωνυμίαν καὶ τὴν τύχην καὶ τὴν πατρίδα ἐξ ἧς ὥρμηται. Ἡ δὲ μακαρία τοῦ Χριστοῦ μάρτυς πλησθεῖσα πνεύματος ἁγίου ἀπεκρίνατο· Τὸ μὲν ἐκ τῶν γονέων ἐπιτεθέν μοι ὄνομα* Καπετωλία λέγομαι· πόλις δέ μοι πρόσκαιρα ἡ παροῦσα γῆ· ἀληθινὸν δὲ ὄνομα ἐμοί τε καὶ πᾶσι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον χριστιανοὶ κεκλήμεθα καὶ πόλις ὡσαύτως ἡμῖν μία, ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἐκκλησία τῶν προτοτόκων τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὁ ἄρχων εἶπεν· Ἀκήκοα λαμπροῦ σε καθίστασθαι γένους, καὶ τῶν πρώτων τοῦ Καππαδοκῶν ἔθνους· μὴ τοίνυν ἀφρόνως βουλευομένη τοῖς σοῖς προγόνοις προσάψῃς δυσγένειαν, ὡς ἀνάξιον αὐτῶν καρπὸν βλαστήσασιν· ἀλλὰ τοῖς νόμοις πειθομένη τῶν αὐτοκρατόρων τοῖς θεοῖς ἐπίθυσον. Ἡ δὲ ἁγία τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ἀπεκρίνατο· Σὺ μέν, ὦ δικαστὰ, τὰ γήϊνα φρονῶν τὸ κατὰ σάρκα μου γένος θαυμάζεις, καὶ τοὺς ἐμοὺς προγόνους νομίζεις με καταισχύνειν ἀγωνιζομένην ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως· ἐγὼ δὲ τούτους ἐν τῷ μέρει τούτῳ ἐκπλήττομαι, ὅτι οὐ μόνον μάρτυρας ἀλλὰ καὶ τοῦ θείου λόγου διδασκάλους καὶ κήρυκας καθάπερ εὐγενεῖς καὶ ὡραίους κλάδους ἐξήνθησαν. Ὅθεν καὶ ὁ μέγας Φιρμιλλιανὸς τὴν ὑμετέραν λυσσώδη πλάνην βδελυξάμενος καὶ τῷ εὐαγγελικῷ πιστεύσας κηρύγματι, ὁδηγὸς τῶν τῇ ἀπιστίᾳ τυφλῶν ὄντων πρὸς τὸ φῶς τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἤγαγεν, καὶ τῆς ἐνταῦθα ποίμνης διδάσκαλος γέγονεν, ᾧ κἀγὼ κατακολουθοῦσα τὸν μὲν Κύριον καὶ Σωτῆρα Χριστὸν ὁμολογήσω βασιλέα βασιλευόντων, κεκτημένον τὸ κῦρος καὶ τὴν δεσποτείαν συναΐδιον· τῷ δὲ σῷ βασιλεῖ τῆς μὲν ζωῆς ἀφέλκοντι, ὁδηγοῦντι δὲ πρὸς θάνατον οὐ πεισθήσομαι.

*lege Καπετωλίνα

3 Ὁ δικαστὴς εἶπεν· Καὶ μὴν ὁ παρὰ σοῦ ὁμολογούμενος Χριστὸς προξενεῖ σοι τὸν θάνατον τοὺς θεοὺς ἀρνουμένῃ, ἐγὼ δὲ καὶ ὁ αὐτοκράτωρ τὴν σὺν ἡμῖν εὐδαιμονίαν καὶ ζωὴν πεισθείσῃ σοι παράσχομεν. Ἡ μάρτυς ἔφη· Ζωὰς δύο ἐκ τῆς θείας γραφῆς μεμαθήκαμεν καὶ δύο θανάτους, ὧν τὰ μὲν πρόσκαιρά ἐστι, τὰ δὲ αἰώνια. Καὶ οἱ μὲν ἀγαπῶντες τὴν πρόσκαιραν ζωὴν καὶ τῷ πόθῳ τῷ πρὸς αὐτὴν προσδεδεμένοι, μηδὲν δὲ γενναῖον ἢ πρὸς ἀρετὴν φέρον διαπραττόμενοι, τῷ αἰωνίῳ θανάτῳ, τοῦτ' ἔστιν τῇ ἀπεράντῳ κολάσει παραδοθήσονται. Οἱ δὲ διὰ Χριστὸν καταφρονοῦντες αἰκισμῶν καὶ τὸν θάνατον ὑπὲρ θεοσεβείας αἱρούμενοι, τὸν αἰώνιον διαφεύξονται θάνατον, καὶ τὴν ὄντως ζωὴν κληρονομήσουσιν, ἔνθα οὐκ ἔστιν ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμὸς· οὕτως τοίνυν ἐγὼ φρονοῦσα ψευδονύμῳ θεῷ, μᾶλλον δὲ ξοάνῳ, προσκυνεῖν οὐκ ἀνέξομαι· προσκυνῶ δὲ ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ τῷ μόνῳ ζῶντι Θεῷ.

4 Ὁ ἄρχων εἶπεν· Οὐ δοκεῖ σοι ὁ Σέραπις* μέγας εἶναι θεός; Ἡ μάρτυς εἶπεν· Οὔτε μέγαν αὐτὸν ἡγοῦμαι, οὔτε μικρὸν, ἀλλ' αὐτὸν μᾶλλον ἀλόγων ἁπάντων ἀτιμότερον κρίνω, καὶ ἀψύχων ἁπάντων ἀχρηστότερον· λίθοι μὲν γὰρ καὶ ξύλα, εἰς οἰκοδομὴν ἀνθρώποις παραλαμβάνονται· τὰ δὲ τῶν θεῶν ὑμῶν ξόανα, εἰς καταστροφὴν ψυχῶν καὶ ἀπώλειαν τῶν προσκυνούντων αὐτοῖς εἰσίν. Διὸ καὶ καλῶς περὶ ὑμῶν ὁ προφήτης ἔλεγεν· Ὅμοιοι αὐτῶν γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς· ὅτι τὸν βασιλέα καὶ Κύριον τῆς θείας δόξης καταλιπόντες, ὀνόματα θεῖα ξύλοις καὶ λίθοις, ἔργοις ἀνθρωπίνων χειρῶν, προσάπτετε, καὶ τοῖς ἐναντίοις τὸν κτίστην καὶ δημιουργὸν ἀμείβεσθε· τούτου γὰρ δεδωκότος ἐξουσίαν τοῖς ἀνθρώποις τέκνα Θεοῦ γένεσθαι τοῖς ἐλπίζουσιν εἰς αὐτὸν, ἵνα γενώμεθα θείας κοινωνοὶ φύσεως θεοί τε καὶ υἱοὶ ὑψίστου, κατὰ τὸ ψαλμικὸν λόγιον, εἰς τοσαύτην ὑμεῖς ἄνοιαν ἠλάσατε, ὥστε θείας δόξης ἀνταλλάξασθαι ξόανα, καὶ ἀκαθάρτοις δουλωθῆναι πνεύμασιν, διὰ λίθων καὶ ξύλων ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς ἀπώλειαν. Ἐγὼ δὲ μέχρις οὗ ἐστιν πνοὴ ἐν ῥισίν μου, τόν παντοκράτορα καὶ μόνον δημιουργὸν Θεὸν, καὶ τὸν τούτου μονογενῆ υἱὸν

* rectius Σάραπις

2 Judex ait: Rea dicat nomen, conditionem et patriam. Beata ergo Christi martyr, repleta Spiritu sancto respondit: Nomine quidem a parentibus imposito dicor Capitolina; civitas temporalis hæc ipsa urbs; at vero nomine ego et omnes qui Christum diligunt Christiani vocamur, et una nobis omnibus civitas est superna Jerusalem,* ecclesia primitivorum qui conscripti sunt in cælis. Præses ait: Audivi te nobili loco natam, et ex primoribus Cappadociæ: ne ergo insano quodam consilio, tuis majoribus hoc inuras dedecus, ut fructus indignus ex illa stirpe germinasse videaris, sed potius legibus imperatorum obtemperans, Diis immola. Sancta Martyr Christi respondit: Tu quidem, o judex, terrena cogitans, genus meum carnale suspicis, et a me majores dehonestari existimas, quia pro fide Christi certo; ego vero præcipue eos miror, quod non tantum martyres, sed et verbi divini magistros et præcones quasi quosdam nobiles ac speciosos ramos protulerunt. E quibus *f* magnus ille Firmilianus insanum vestrum errorem detestatus, et evangelicæ prædicationi fide adhibita, dux eorum quos infidelitas cæcos reddit, ad lucem solis justitiæ viam monstravit, et hujus gregis pastor factus est; cujus ego vestigiis inhærens Dominum et Salvatorem Christum confitebor regem regum, auctoritatis et dominii sempiterni potientem. Imperatori vero tuo, qui a vita quidem retrahit, atque ad mortem ducit, non obediam.

ex mss. *qui eam nec blanditiis,*

* Hebr. XII, 23

f

3 Judex ait: Attamen quem confiteris Christus tibi a Diis deficienti mortem procurat, ego vero et imperator nostram felicitatem et vitam tibi obedienti damus. Dicit martyr: Duas esse vitas ex scriptura didicimus rursusque duas mortes, temporalem alteram, alteram vero æternam. Qui vero hanc temporalem vitam amant, ejusque desiderio abripiuntur, nihil autem quod generosum sit aut ad virtutem ferat, agunt, æternæ morti id est nunquam finiendis pœnis tradentur. Sed qui propter Christum supplicia contemnunt, et mortem pietatis ergo oppetunt, æternam effugient mortem et veram vitam hæreditabunt, in qua non est dolor, nec luctus, nec gemitus. Hac igitur mente, ego falsum Deum vel potius simulacrum adorare non possum, omni vero tempore, omni loco adoro solum viventem Deum.

nec minis victam,

4 Dixit præses: Num Serapis non tibi videtur magnus Deus *g?* — Neque magnum, neque parvum hunc æstimo, ait martyr, sed bruto quovis ignobilius, inanimato quovis inutilius: lapides enim et ligna ad ædificandas domus hominibus inserviunt; Deorum vero simulacra animabus ruinam et suis cultoribus perniciem afferunt. Pulchre ergo de iis propheta: Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis *, quoniam, Rege et Domino divinæ gloriæ derelicto, nomina divina lignis et lapidibus, operibus manuum hominum, aptatis, et creaturas in creatorem mutatis. Cum hic enim dederit filiis hominum sperantibus in eum, filios Dei fieri, ita ut efficiamur divinæ consortes naturæ et filii altissimi, juxta Psalmorum oraculum, eo stultitiæ devenistis, ut divinæ gloriæ simulacra anteponatis, et immundis spiritibus serviatis, qui per ligna et lapides vos in perniciem detrudunt. Ego autem, donec spiritus vitæ erit in naribus meis, omnipotentem et unicum Creatorem Deum, ejusque unigenitum Filium Jesum Christum

postpræclaram fidei confessionem, in carcerem reduci jubet.

g

* Ps. CXIII, 8.

ex mss. Christum adorare non desinam, illum dico qui Spiritum suum Sanctum mihi dedit, quorum lumine ad veritatis agnitionem et fidei salutaris confessionem adducor. Tunc quidam ex circumstantibus martyrem interpellans *h* : En, inquit, ex tuis ipsius verbis, Deus Filium habet : quomodo ergo unum Deum profiteris ? Duos profers et tres adorare fateris, licet nostros deos neges. Dixit martyr : Religio nostra iis qui sanis oculis et pura mente sunt prorsus vera est : nos quidem Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, consubstantialem *i* Trinitatem in unadivinitate, a deorum multitudine abhorrentes, credimus. Vobis vero quorum oculi cæci sunt et aures occlusæ, eadem incredibilia et absona videntur : quamobrem errantes idolis cultum exhibetis. Tunc ira commotus judex jussit eam in custodia retineri; cum legione enim ex urbe, mandato imperatoris, profecturus erat. Sancta vero martyr cum ad carcerem rapiebatur gaudens exclamabat : * Quam dilecta tabernacula *k* tua Domine virtutum, concupiscit et deficit anima mea in atria Domini ; et quæ deinceps leguntur.

h

i

Ps. LXXXIII. *k*

De his monita, S. Eroteis *ad eam accurrit ejusque mandata*

5 Quibus ita gestis, unus ex iis qui aderant, beatæ Capitolinæ morem gerens, ad domum ejus cucurrit, et ancillæ Eroteidi omnia nuntiavit. Hæc autem cum in eo esset ut farinam subactam fermentoque mixtam igni traderet, omnibus in medio relictis *l*, ad heram suam in carcere detentam cucurrit, farinam in omnium nutrimentum et ipsi Domino committens. Postquam vincula sanctæ martyris osculata fuerat, eam allocuta est : Beata es, ait, o domina mea quod temporalem hanc vitam contemnis atque futuram illam æternamque cupis : at ora pro me ancilla tua ut et ego tui certaminis et dolorum Christi particeps fiam. Sancta vero Christi martyr : Cras hic adsis, ait, ut sis mortis meæ testis : magno autem studio et tu bona præsentia despicias, æternaque affectes : non enim metuendi sunt * illi qui corpus occidunt, animam vero non possunt occidere, sed potius eum qui et animam et corpus potest perdere in gehennam. His auditis Eroteis domum, et, coctis panibus, ad carcerem cum cibis reversa est. At Sancta Christi martyr ejus laudans benevolentiam, alimenta tamen noluit tangere *m* : * Non in solo pane, inquit, vivet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei : habens ergo cælestem cibum panem vitæ, his non indigeo : panes autem pauperibus distribue. Porro vende quæcumque possideo, eaque egentibus divide *n*. In itinere enim ad cælum hoc viaticum auferamus oportet, ut Christus nobis dicat *o* : * Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim et dedistis mihi manducare, sitivi et dedistis mihi bibere; et alia his similia. Cum vero didiceris jamjam exsequendam mei certaminis sententiam, adesto meæ morti.

l

* Matth, X, 28.

m

* Matth. IV, 3. Deut. VIII, 3.

n

o

* Matth. XXV, 34, 35.

domum redux exsequitur, mox a Domino sibi apparente confirmata,

6 Hæc mandata beata Eroteis exsecuta, ad Dominum clamavit : Domine Jesu Christe, qui omnibus non tantum viris sed et feminis, non tantum justis sed et peccatoribus, veritatis agnitione dignatus est, qui beatam et sanctam Theclam *p* pro tuo nomine certare concessisti, corrobora et me humilem famulam tuam, et animos viresque mihi addas, quibus munita te coram hominibus confitear; da etiam mihi fortitu-

p

Ἰησοῦν Χριστὸν προσκυνεῖν οὐ παύσομαι, τὸν δωρησάμενόν μοι τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον, ἐν οἷς φωτίζομαι πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, καὶ ὁμολογίαν τῆς εἰς σωτηρίαν πίστεως. Τότε εἷς τῶν παρεστώτων ἔφη πρὸς τὴν τοῦ Χριστοῦ μάρτυρα· Ἰδοὺ κατὰ τὸν σὸν λόγον ὁ Θεὸς υἱὸν ἔχει· πῶς τοίνυν ἕνα Θεὸν ὁμολογοῦσα δύο προβάλλῃ, καὶ τρεῖς λέγεις προσκυνεῖν, τοὺς ἡμετέρους ἀρνουμένη Θεούς. Ἡ μάρτυς εἶπεν· Τὸ ἡμέτερον σέβας λίαν ἐστὶ τοῖς τὰς φρένας ὑγιαίνουσι καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας καθαριεύουσιν ἀληθὲς· καὶ γὰρ Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον ὁμοούσιον Τριάδα ἐν μιᾷ Θεότητι πιστεύομεν, πολυθείαν ἀποστρεφόμενοι. Ὑμῖν δὲ τοῖς κατὰ διάνοιαν τυφλοῖς οὖσιν καὶ τὰ ὦτα τῆς καρδίας βύουσιν, ἄπιστα ταῦτα καὶ μωρίας ἐχόμενα δοκοῦσιν· διὸ καὶ πλανώμενοι τοῖς εἰδώλοις λατρεύετε. Τότε ἐκκαυθεὶς ὁ δικαστὴς τῷ θυμῷ ἐκέλευσεν αὐτὴν ἐν τῇ εἱρκτῇ κατακλεισθῆναι· ἔμελλεν γὰρ παραυτίκα ἐκδημεῖν τῆς πόλεως, ἅμα τοῖς στρατιώταις τῆς λεγεῶνος, κατὰ τὴν βασιλικὴν πρόσταξιν. Ἀπαγομένη δὲ εἰς τὴν φρουρὰν ἡ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ ἔψαλλεν λέγουσα· Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυναμέων, ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα.

5 Ἐν τούτοις δέ τις τῶν συμπαρόντων, τῇ ἐρωτήσει τῆς μακαρίας Καπετωλίνης, δραμὼν εἰς τὸν αὐτῆς οἶκον τῇ αὐτῆς θεραπαινίδι ὀνόματι Ἐρωτιΐδι τὰ κατ' αὐτὴν ἀπήγγειλεν. Ἡ δὲ τὰ ἄλευρα φυροῦσα καὶ τὴν ζύμην τῇ τοῦ ἄρτου κατασκευῇ τῷ πυρὶ παραδίδοναι μέλλουσα, ἐάσασα πάντα σπουδαίως, πρὸς τὴν κυρίαν αὐτῆς ἔδραμεν ἐν τῇ φυλακῇ, τὴν ζύμην τῇ τροφῇ τῶν ἁπάντων καὶ Σωτῆρι καταπιστεύσασα. Καὶ περιπτυξαμένη τὰ τῆς ἁγίας μάρτυρος δεσμὰ ἔφη πρὸς αὐτήν· Μακαρία εἶ, δέσποινά μου, ὅτι τῆς παρούσης ζωῆς καὶ προσκαίρου καταφρονήσασα, τῆς μελλούσης καὶ αἰωνίου ἐπεθύμησας· ἀλλ' εὔξαι κἀμοῦ τῆς δούλης σου, ἵνα κἀγὼ τύχω τοῦ ἀγῶνος τούτου, καὶ κοινωνὸς τῶν παθημάτων Χριστοῦ γένωμαι. Ἡ δὲ ἁγία τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ἔφη πρὸς αὐτήν· Αὔριον παραγενοῦ ἐνταῦθα, ἵνα ἐπιστῇς τῇ τελειώσει μου· σπεῦσον δὲ καὶ σὺ τῶν μὲν παρόντων ὑπεριδεῖν, τῶν δὲ αἰωνίων τυχεῖν ἀγαθῶν· οὐ γὰρ χρὴ φοβεῖσθαι τοὺς ἀποκτείνοντας τὸ σῶμα, ψυχὴν δὲ μὴ δυναμένους ἀποκτεῖναι· ἀλλὰ μᾶλλον φοβεῖσθαι τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. Ταῦτα ἡ Ἐρωτιὶς ἀκούσασα παρὰ τῆς κυρίας αὐτῆς ἀνεχώρησεν, καὶ τοὺς ἄρτους ὀπτήσασα ἀπῆλθεν ἐν τῇ εἱρκτῇ πρὸς τὴν κυρίαν αὐτῆς, τὰ πρὸς τροφὴν αὐτῇ κομίζουσα. Ἡ δὲ ἁγία τοῦ Χριστοῦ μάρτυς ἀποδεξαμένη αὐτῆς τὴν προαίρεσιν, τὴν βρῶσιν οὐ προσήκατο λέγουσα· Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ· ἔχουσα τοίνυν τὴν οὐράνιον τροφὴν τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, τούτων οὐκ ἐπιδέομαι· τούτους δὲ τοὺς ἄρτους παράσχου τοῖς χρείαν ἔχουσιν. Τὰ δὲ ὑπάρχοντά μου διαπωλήσασα τοῖς ἐνδεέσι διάνειμε, χρὴ γὰρ ἡμᾶς ἐντεῦθεν πρὸς τὸν οὐρανὸν ἐκδημούσας ἐφόδια ταῦτα ἐπικομίσασθαι, ὅπως καὶ ἡμῖν ὁ Χριστὸς εἴτῃ· Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· ἐπείνασα γὰρ καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψησα καὶ ἐποτίσατέ με, καὶ τούτοις ὅμοια· ὅταν δὲ μάθῃς εἰσαγώγιμον τὴν δίκην γίνεσθαι τῆς ἐμῆς ἀθλήσεως, ἐπίστηθι ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἐμῆς τελειώσεως.

6 Λαβοῦσα δὲ τὴν ἐντολὴν ταύτην ἡ μακαρία Ἐρωτιΐς παρὰ τῆς κυρίας αὐτῆς καὶ πάντα τὰ διατεταγμένα παρ' αὐτῆς πληρώσασα, ἐβόα μετὰ δακρύων πρὸς τὸν Σωτῆρα Χριστὸν λέγουσα· Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ πᾶσιν οὐ μόνον ἀνδράσιν ἀλλὰ καὶ γυναιξὶν, οὐ δικαίοις ἀλλὰ καὶ ἁμαρτωλοῖς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν δωρησάμενος, ὁ καὶ τὴν μακαρίαν καὶ ἁγίαν Θέκλαν ἀθλῆσαι καταξιώσας ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου, καὶ ἐμὲ τὴν ταπεινὴν ἐνίσχυσον, καὶ θαρσοποιὸν δύναμιν παράσχου

παράσχου μοι, ὅπως ὁμολογήσω σε ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, καὶ δὸς καμοὶ ὑπομονήν, δέσποτα Κύριε, ἐν ταῖς προσαγομέναις βασάνοις τῷ ἐμῷ σώματι· σὺ γὰρ εἶ ἡ ἐλπὶς τῶν ἀβοηθήτων βοηθός, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ταῦτα μετὰ κλαυθμοῦ προσευξαμένη, καὶ μικρὸν ἀφυπνώσασα, ὁρᾷ τὸν Κύριον ἐπιφανέντα αὐτῇ καὶ λέγοντα· Θαρσεῖ, γύναι, ἡ πίστις σου σέσωκέν σε· ἔσομαι γάρ σοι ἀεὶ βοηθὸς ὡς προσηύξω μελλούσῃ πάσχειν πολλὰ ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου. Διυπνισθεῖσα δὲ ἡ μακαρία Ἐρωτὶς ἐν εὐφροσύνῃ τῷ Θεῷ εὐχαριστοῦσα ἔλεγεν· Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου.

7 Τῇ δὲ ἐπαύριον προκαθίσαντος τοῦ ἄρχοντος ἐπὶ τοῦ βήματος, καὶ τὴν μακαρίαν Καπετωλίναν προσαχθῆναι κελεύσαντος, μαθοῦσα ἡ Ἐρωτὶς ταύτην παραστᾶσαν τῷ δικαστικῷ βήματι, καταλιποῦσα πάντα τὰ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῆς, πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἔδραμεν καὶ λίθοις τοῦτον βάλλουσα ἔλεγεν· Ὁδηγὲ τοῦ σκότους καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρέ, πῶς οὐκ ἀναιδῆ τὴν τοῦ Θεοῦ δούλην καὶ πρώτην τῆς πόλεως δημοσίᾳ ἐξετάζων, τὴν διὰ Χριστὸν βδελυξαμένην τὰ εἴδωλα, καὶ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ προσδραμοῦσαν. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ταύτην μὲν συλληφθῆναι ἐκέλευσεν, τὴν δὲ μακαρίαν τοῦ Χριστοῦ μάρτυρα Καπετωλίναν τὴν διὰ τοῦ ξίφους τιμωρίαν δέξασθαι προστάττει. Δοθείσης οὖν τῆς ἀποφάσεως, ἐλθοῦσα ἡ ἁγία μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Καπετωλίνα ἐπὶ τὸν προκείμενον αὐτῇ τῆς ἀθλήσεως τόπον, τὸ μακάριον τέλος ἐδέξατο σύντομον εὐραμένη τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον. Ἐτελειώθη δὲ ἡ ἁγία μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Καπετωλίνα μηνὶ ὀκτωβρίῳ ΚΖ· ἄνδρες δὲ εὐλαβεῖς εὑρεθέντες τὸ ἅγιον αὐτῆς λείψανον πρὸ τῆς πόλεως, ἔνθα καὶ ἀπετμήθη, κατέθεντο, ὅπως ὡς πύργος ἀῤῥαγὴς καὶ τεῖχος ἀνάλωτον πᾶσαν δαιμόνων πλάνην καὶ ἀνθρώπων ἐπήρειαν ἀπώσηται. Τὴν δὲ μακαρίαν Ἐρωτίδα, προστάξει τοῦ ἄρχοντος δήσαντες οἱ στρατιῶται τῷ δικαστικῷ παρέστησαν βήματι. Ἐπηρώτησεν δὲ αὐτὴν ὁ ἡγεμὼν λέγων· Τί σοι τὸ ὄνομα καὶ ποία ἡ τύχη ἐστιν; Ἡ δὲ ἁγία τοῦ Χριτοῦ μάρτυς Ἐρωτὶς ἀπεκρίνατο· Ἐκ μὲν τῶν ἐμῶν γονέων Ἐρωτὶς καλοῦμαι· ἐκ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐγώ τε καὶ πάντες οἱ πεπιστευκότες τῇ ἀληθείᾳ, χριστιανοὶ ὀνομαζόμεθα. Δούλη δὲ γέγονα τῆς μακαρίας καὶ ἁγίας Καπετωλίνης, ἥτις πρὸ μικροῦ καλῶς ἀγωνισαμένη καὶ τὸν ὑφ' ὑμῶν ἐκδικούμενον διάβολον νικήσασα, καὶ τὸν δρόμον τελέσασα, καὶ τὴν πίστιν τηρήσασα, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκδημήσασα, ἐν τόπῳ φωτεινῷ καὶ σκηναῖς δικαίων, ἔνθα φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας αὐλίζεται, ἧς εὔχομαι κἀγὼ κοινωνῆσαι τῷ πάθει, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοῖς ἐπηγγελμένοις τοῖς ἀθλήσασι μέχρις ἐκχύσεως αἵματος ἐν ἀπολαύσει γένεσθαι. Πατρὶς δέ μοι νῦν ἐστιν ἡ πόλις αὕτη· ἐπείγομαι δὲ ἀπελθεῖν, προς τὴν ἐν οὐρανοῖς μητρόπολιν. Ὁ δικαστὴς εἶπεν. Οἰκετικοῦ γένους ὑπάρχουσα, πῶς ἐτόλμησας ἀπειθῆσαι τῷ αὐτοκράτορι καὶ λίθοις κατὰ τῆς ἐμῆς ἐξουσίας χρήσασθαι; Ἡ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ εἶπεν· Ἐν Χριστῷ Κυρίῳ μου οὐκ ἔνι δοῦλος οὐδὲ ἐλεύθερος· διὰ τοῦτο γὰρ ὁ λυτρωτὴς ἡμῶν Χριστὸς, πρὸς τὸ πάθος ἐρχόμενος, ὑπὸ δούλου ῥαπισθῆναι ἠνέσχετο ἵνα πάντας τοῦ ζυγοῦ τῆς δουλείας τῆς ἁμαρτίας καὶ τῶν παθῶν τῆς φθορᾶς ἐλευθερώσῃ, καὶ πᾶσιν ὁμοτίμως τὴν βασιλείαν δωρήσηται, καθὸ ἄν τις αὐτὸν ἠγάπησεν.

8 Θυμωθεὶς δὲ ὁ δικαστὴς ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ τῆς μάρτυρος ἐκέλευσεν αὐτὴν ἐκ τεσσάρων τανυσθεῖσαν βουνεύροις ὠμοῖς τύπτεσθαι. Πολλῆς δὲ διαδραμούσης ὥρας, καὶ τῆς μακαρίας Ἐρωτίδος πρὸς μὲν τὸν Κύριον δι' ὃν ἔπασχεν ἐκτενῶς εὐχομένης, ἐν ὑπομονῇ δὲ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ τοὺς αἰκισμοὺς δεχομένης, ἐκέλευσεν ὁ ἄρχων ῥαβδοῖς τὸν νῶτον αὐτῆς καταξαίνεσθαι. Ἐπιπολὺ δὲ τούτου γενομένου καὶ τῶν ῥαβδῶν εἰς πολλὰ συντριβέντων, οὐκ ἐπαύσατο ἡ γενναῖα

dinem ut illata corpori meo supplicia constanter feram : tu es enim iis qui auxilio destituuntur spes et auxilium! te laudibus prosequimur in sæcula. Amen. Hac oratione cum gemitu profusa paulisper obdormiscit, Dominumque sibi apparentem et loquentem videt : Confide, mulier! fides tua te salvam fecit : ero enim semper sicut rogasti, adjutor tuus in iis multis quæ pro nomine meo passura es. Expergefacta beata Eroteis, cum gaudio Deo gratias agit : Magnificat, ait, anima mea Dominum et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. EX MSS.

7 Postera autem die cum sedisset judex et beatam Capitolinam adduci jussisset, Eroteis audiens dominam ad tribunal stare, rebus omnibus in medio relictis, ad judicem cucurrit eumque lapidibus impetivit *q* : Dux tenebrarum, inquit, veritatis hostis ! tene non pudet Dei famulam eamdemque primam urbis civem publice interrogare? hanc quæ idolorum cultum execrata, ad verum Deum accessit. At judex Eroteidem apprehendi, beatam vero Christi martyrem Capitolinam gladio perire jubet. Pronuntiata igitur sententia, sancta martyr Christi Capitolina in locum suo certamini destinatum profecta beatam mortem accepit, compendio viæ ad cælum et vitam æternam invento. Octobris die XXVII, passa est Sancta Christi martyr Capitolina, cujus corpus cum viri pii invenissent prope urbem, illud in ipso martyrii loco deposuerunt, ut tanquam turris invictissima et murus inexpugnabilis dæmonum vires et hominum insultus frangeret. Postea jussu præsidis a militibus vinculis constricta ad tribunal attrahitur beata Eroteis. Quam his interrogavit judex : Quodnam tibi nomen, quæ conditio tua? Sancta martyr Christi Eroteis respondit : A parentibus quidem Eroteidem nomen accepi, a Salvatore autem nostro J.-C., ego et omnes veritatis sectatores Christiani vocamur. Porro sum serva beatæ et sanctæ Capitolinæ quæ nuper bene certavit, et, devicto illo qui per vos sævit diabolo, cursum consummavit, fidem servavit ac demum ad Deum abiit in locum luce splendentem et in tabernacula justorum ubi vox exultationis et salutis resonat, cujus ego cruciatuum ut particeps fiam oro, ut bonis, quæ iis, qui ad sanguinis usque effusionem pugnarunt, promittuntur, tandem frui valeam. Patria hæc urbs, vehementer autem cupio ad cælestem metropolim transire. Dein judex : quomodo tu, servilis conditionis cum sis, ad imperatoris dictum ausa es non obtemperare, et lapidibus me impetere? Respondit martyr Christi : In Christo Jesu Domino meo non est servus, neque liber : propterea enim redemptor noster Christus, cum ad passionem pergeret, servi alapam pertulit ut omnes jugo servitutis et passionibus corruptionis liberaret, et omnibus pariter, pro ratione amoris erga Deum, regni gloriam elargiretur. *judicem increpat, comprehenditur, mortuaque domina, quæstioni fortiter respondet, q*

8 Tandem martyris audacia accensus judex eam primum ad quatuor palos extensam nervis in humeros cædi jubet *r*. Post plures autem horas, cum beata Eroteis Dominum propter quem cruciabatur jugiter oraret, constanterque et hilari vultu supplicia exciperet, mandavit præses ut virgis dorsum ejus afficeretur *s*. Quod cum diu factum fuisset, virgis ipsis comminutis, nedum cessaret generosa martyr amantissimo *mox nervis, virgis tentata, adstantium intercessionem spernit, r s*

ex mss.

amantissimo Deo gratias agere, imo, non secus ac statua malleo percussa maximum emittit strepitum, ipsa quoque majore voce preces ad Deum fundebat *t**. Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me : nec delectasti inimicos meos super me. Domine, eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum. Domine Deus meus in æternum confitebor tibi. Da mihi Domine fortitudinem usque ad finem ut, particeps facta salutaris tuæ passionis, ad gaudium æterni tui et ineffabilis thalami perveniam *. Non sunt enim condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in Sanctis tuis. Post quas orationes, adstantes *v* tribunus et præpositus hortati sunt judicem ut eam miseraretur ac dimitteret. Hæc autem, quasi a divino et vivifico Spiritu acta, clamabat : Christiana sum, et inflicta a vobis verbera delicias arbitror et gaudii mei fundamentum : si ergo majoribus tormentis me addicere vultis, cito rem vestram agite! prima enim verbera omnino non sensi. Tunc eam interpellans tribunus : Numquid ergo cruciatus non sensisti? — Minime, respondit martyr : vobis enim, qui corpore nihil doletis, non tantæ sunt vires, quanta nobis a Christo vero Deo et animarum atque corporum medico suppeditatur consolatio atque auxilium : nolite ergo hallucinari : namque meum erga benefactorem meum amorem auferre nunquam poteritis! Optio *x* autem eorum qui hic aderant militum tunc exclamavit : Si hanc in mea tenerem potestate, canibus ejus carnes projicerem. Cui respondit beata Christi martyr Eroteis : Si quid nos pro Christo patimur, utique inmortalitatem et vitam æternam gaudioque plenam speramus, vos contra, qui idolis et errantibus regibus servitis, hanc in primis improbam vitam relinquetis, ac dein vero mortem subibitis, æternæ illius pœnæ prænuntiam, quam in locum gemitus et stridoris dentium projecti luetis.

* Ps. XXX, 1, 3, 12.

* Rom. VIII, 18.

t

v

x

noctu in carcere. ab angelis recreatur, atque postera die igne non læsa

z

9 His autem dictis, tribunus, præsidis mandato, beatam Eroteidem in carcerem reduci ibique fame necari jussit *z*. Verum angeli Domini albis vestibus induti ipsi noctu adfuerunt, et hymnos divinos canentes eam adeo confirmarunt, ut cibo corporis facilius careret. Hinc vero carceris custodes cum cælestes modos audirent, et quosdam e christianis per fenestram ingressos cum ea psallere arbitrarentur, portas aperuere et inventa sola Eroteide, quæ Dominum precabatur, rem prorsus mirandam ad ducem suum retulerunt. Quod cum ille admiraretur, misericordia motus panem et aquam jussit martyri apponi. At oblatos cibos recusavit martyr : * Oleum, inquit, peccatoris non impinguet caput meum : nolite spe vana falli : ego cibi vestri non indigeo, neque unquam ab amore Christi mei discedam, est enim ille panis vitæ et vera vitis quæ proprio quasi sanguine pios delectat. Immutabilem igitur manere confessionem martyris, ejusque fidem in Deum cum audisset tribunus, eam ad præsidem reduxit qui beatam Eroteidem extra urbem igne comburi decrevit, ita ut Christiani nullas ejus reliquias auferre possent. Mox accensa fornace *aa*, ingentique assurgente flamma : cum ad ignem raperetur beata Eroteis, a militibus ut sibi orandi copia fieret impetravit. Stans ergo facie ad Orientem conversa, Deum salvatorem implorabat : Domine Deus! martyrum corona, qui in

* Ps. CXL, 5.

aa

μάρτυς τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ τὴν εὐχαριστίαν προσφέρουσα· ἀλλὰ καθάπερ ἀνδριὰς ὑπὸ σφύρας τυπτόμενος βόμβον ἔχει μέγιστον, οὕτως καὶ αὕτη μείζονι τῇ φωνῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέχρητο λέγουσα· Ὑψώσω σε, Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με, καὶ οὐκ εὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐπ'ἐμέ. Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον, Κύριε ὁ Θεός μου, εἰς τὸν αἰῶνα ἐξομολογήσομαί σοι. Παράσχου μοι, δέσποτα, τὴν ὑπομονὴν μέχρι τέλους, ἵνα κοινωνὸς γενομένη τοῦ σωτηρίου σου πάθους, καταντήσω εἰς τὴν χαρὰν τοῦ νυμφῶνός σου τὴν ἀΐδιον καὶ ἀνεκλάλητον. Οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλύπτεσθαι δόξαν τοῖς ἁγίοις σου. Ταῦτα τῆς μακαρίας Ἐρωτιΐδος προσευχομένης, παρεστῶτες ὅτε τριβοῦνος καὶ ὁ πραιπόσιτος παρεκάλουν τὸν δικαστὴν ὅπως ἐλέους τυχεῖν αὐτὴν ἀξιώσῃ καί ἀνέσεως. Ἡ δὲ μειζόνως ἐβόα ὡς ὑπὸ τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος κινουμένη· Ἐγὼ χριστιανή εἰμι, καὶ τὰς προσαγομένας μοι παρ' ὑμῶν μάστιγας τροφὴν ἡγοῦμαι καὶ εὐφροσύνης ὑπόθεσιν· εἰ τοίνυν μείζοσιν αἰκισμοῖς ὑποβάλλειν μοι βούλεσθε, τοῦτο διὰ τάχους πράξατε, αἱ γὰρ πρότεραι μάστιγες ἀνεπαίσθητοί μοι γεγόνασιν. Ὁ δὲ τριβοῦνος εἶπεν πρὸς αὐτήν· Τί οὖν; οὔπω ἤσθου τῶν βασάνων; Ἡ δὲ μάρτυς εἶπεν· Οὐχί· οὐ γὰρ πάρεστιν ὑμῖν τοσαύτη δύναμις τοῖς μὴ ἄλγουσι τὸ σῶμα ὡς ἐμοὶ, παρὰ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ ἰατροῦ τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν, καταπέμπεται ἀντίληψίς τε καὶ παράκλησις τῇ δι' αὐτὸν ἀθλούσῃ· μὴ τοίνυν ἀπατᾶσθε· οὐδενὶ γάρ με τρόπῳ τῆς πρὸς τὸν εὐεργέτην μου ἀγάπης ἀφελκύσαι δυνήσεσθε. Ὁ δὲ ὀπτίων τῶν ἐκεῖσε παρεστώτων στρατιωτῶν ἔφη· Εἰ ταύτης τὴν ἐξουσίαν ἔλαβον, κυσὶν ἂν τὰς αὐτῆς σάρκας ἐμέλιζον. Ἡ δὲ μακαρία μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Ἐρωτιὶς πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο· Ἡμεῖς μὲν εἴ τι δ'ἂν διὰ τὸν Χριστὸν πάθωμεν, ἐλπίδα ἀθανασίας καὶ ζωὴν αἰώνιον εὐφροσύνης γέμουσαν ἀπεκδεχόμεθα· ὑμεῖς δὲ οἱ τοῖς εἰδώλοις καὶ τοῖς πεπλανημένοις βασιλεῦσιν δουλεύοντες, καὶ ἐνταῦθα μὲν τοῦ ζῆν κακῶς ἀπαλλαγήσεσθε, κἀκεῖ δὲ τὸν θάνατον ἕξετε προοίμιον τῆς αἰωνίου κολάσεως, εἰς τὸν τόπον τοῦ κλαυθμοῦ καὶ τοῦ βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων ἐκπεμπόμενοι.

9 Ταῦτα τῆς ἁγίας εἰπούσης, ὁ τριβοῦνος κελεύσει τοῦ ἄρχοντος ἐπέτρεψεν αὐτὴν εἰς τὴν εἱρκτὴν ἐμβληθῆναι, καὶ τὸν διὰ λιμοῦ ὑποστῆναι θάνατον. Ἄγγελοι δὲ Κυρίου λευχειμονοῦντες, ἐπιστάντες αὐτῇ νυκτὸς καὶ τὴν θείαν ὑμνωδίαν σὺν αὐτῇ ἐπιτελέσαντες, ἐνίσχυσαν αὐτὴν, ὥστε σωματικῆς μηκέτι δεηθῆναι βρώσεως. Ὅθεν τινὲς πλησίον ὄντες τῆς φυλακῆς, ἀκούσαντες τῆς τοιαύτης ψαλμωδίας, καὶ νομίσαντες τινὰς τῶν ὁμοπίστων αὐτῆς χριστιανῶν διὰ θυρίδος εἰσελυθότας συνψάλλειν αὐτῇ, τὰς θύρας ἀνοίξαντες, καὶ αὐτὴν μόνην ἑωρακότες πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην προσευχομένην, τὸ παράδοξον θαῦμα τῷ ἡγεμόνι ἀνήγγειλαν. Ὁ δὲ, φησίν, θαυμάσας καὶ σπλαγχνισθεὶς πρὸς τὸ δελεάσαι τὴν μάρτυρα, ἐκέλευσεν αὐτῇ ἄρτον καὶ ὕδωρ δοθῆναι· ἡ δὲ μάρτυς οὐ προσεδέξατο τὴν τοιαύτην τροφὴν λέγουσα· Ἔλαιον ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου, μὴ οὖν ἀπατᾶσθε· ἐγὼ γὰρ τῆς παρ' ὑμῶν τροφῆς οὐκ ἐπιδέομαι, οὐδὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ μου ἀγάπης ἀφίσταμαι· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, ἡ ἀληθινὴ ἄμπελος, ἡ τῷ οἰκείῳ αἵματι τοὺς φιλοθέους εὐφραίνουσα. Ἐγνωκὼς οὖν ὁ τριβοῦνος τὴν ἀμετάθετον αὐτῆς ὁμολογίαν, καὶ τὴν πρὸς τὸν ἀληθινὸν Θεὸν πίστιν καὶ ἔνστασιν, ἀνήγαγεν τῷ ἄρχοντι. Ὁ δὲ ἐκέλευσεν αὐτὴν πρὸ τῆς πόλεως πυρὶ παραδοθῆναι, ὥστε μήτε τὸ λείψανον αὐτῆς δυνηθῆναί τινα τῶν ὁμοπίστων κομίσασθαι. Καὶ δὴ ἀναφθείσης τῆς καμίνου, ὑπερβαλλούσης τε φλογὸς ἀρθείσης, φερομένη ἡ μακαρία Ἐρωτιὶς τοῦ ἐμβληθῆναι ἐν αὐτῇ, παρεκάλεσεν τοὺς ἀπάγοντας αὐτὴν στρατιώτας καιρὸν αὐτῇ παρασχεῖν τοῦ προσεύξασθαι, καὶ στᾶσα κατὰ ἀνατολὰς

ἀνατολὰς, ἐκτενῶς τὴν εὐχὴν αὐτῆς τῷ Σωτῆρι Θεῷ προσέφερεν λέγουσα· Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ τῶν μαρτύρων στέφανος, ὁ τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας συγκατελθὼν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν κάμινον, κἀκείνους μὲν δροσίσας, τοὺς δὲ βασιλικοὺς ὑπηρέτας φλογίσας, πρὸς τὸ τὸν ἄθεον τύραννον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐπιγνῶναι τὴν σὴν μεγαλειότητα, καὶ νῦν τῇ σῇ δούλῃ συνεισελθε καὶ ἄφλεκτόν με ἐν τῇ καμίνῳ ταύτῃ διαφύλαξον, πρὸς ἔνδειξιν καὶ δόξαν τοῦ παναγίου ὀνόματος τῆς μεγάλης καὶ ἀνεκφράστου σου δυνάμεως· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Μετὰ οὖν τοῦ προσεύξασθαι τὴν ἁγίαν, κατηκόντισαν αὐτὴν οἱ στρατιῶται εἰς τὴν κάμινον· διαιρεθεῖσα δὲ ἡ φλὸξ οὐδὲ τριχὸς τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἥψατο, ἀλλ' ἔμεινεν καθόλου ἄφλεκτος. Καὶ τούτου τοῦ παραδόξου θαύματος γενομένου, θάμβος τοὺς στρατιώτας ἔλαβεν ἐπίγνοντας ἐπ' αὐτῇ ἐνδειχθεῖσαν δύναμιν, καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν τῷ ἡγεμόνι καὶ τοῖς τῆς πόλεως τὸ γεγενημένον θαῦμα· ὥστε πολλοὺς πιστεῦσαι τῷ Σωτῆρι Χριστῷ ὁμολογοῦντας καὶ λέγοντας, ὅτι μέγας ἐστὶν ὁ Θεὸς τῶν χριστιανῶν, ὁ τοὺς οἰκείους δούλους ἐκ πάσης ἀνάγκης ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐλπίδα λυτρούμενος.

Babyloniam fornacem cum tribus pueris descendisti, eosque irrorasti, servos vero regis flamma consumpsisti, ut impius tyrannus ejusque asseclæ tuam potentiam agnoscerent, descende et nunc ad famulam tuam, et serva me a flamma intactam, ut demonstretur et laudetur sanctum nomen magnæ tuæ et ineffabilis potentiæ, quia tui est regnum, et potentia et gloria Patris et Filii et Spiritus Sancti, in sæcula. Amen. Absoluta oratione, milites stimulis in caminum trudunt martyrem, quæ, in duas partes divisa flamma, et ne uno quidem tacto capillo, prorsus inviolata permanet. Ad tantum portentum timor milites occupat qui, potentiæ martyris testes facti, duci suo et civitati rem enarrant. Quo fit ut multi Christum palam profiteantur et in has erumpant voces : magnus est Deus christianorum, qui servos suos a periculo præter spem omnem liberat. ex mss.

10 Ἐγνωκὼς δὲ ὁ ἄρχων τὴν τῶν πολιτῶν ἀθρόαν μεταβολὴν, καὶ φοβηθεὶς, μήπως ἑτέραις παραδιδομένη βασάνοις, καὶ ἄλλας θαυματουργίας ἐνδείξηται, καὶ πολλοὺς εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ὁμολογίαν ἐπισπάσηται, ἐκέλευσεν αὐτὴν τὸν διὰ ξίφους ὑπομεῖναι θάνατον. Δεξαμένη δὲ ἡ ἁγία τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ἐρωτηὶς τὴν τοσαύτην ἀπόφασιν, καὶ εἰς τὸν τόπον παραγενομένη τῆς αὐτῆς τελειώσεως, στᾶσα κατὰ ἀνατολὰς προσηύξατο πρὸς Κύριον λέγουσα· Εὐχαριστῶ σοι, δέσποτα Χριστὲ ὁ Θεός μου, ὅτι τὸ ἀσθενὲς τῆς ψυχῆς μου καὶ τοῦ σώματος ἐνίσχυσας, καὶ τιμῆς μαρτυρικῆς διὰ τῆς ὑπομονῆς κατηξίωσας. Ἀλλὰ καὶ ταύτην μου τὴν ἐπιθυμίαν πλήρωσον, ἵνα μὴ δὲ, μετὰ τὴν τοῦ βίου τούτου μετάστασίν μου, χωρισθῶ τῆς ἁγίας δούλης σου Καπετωλίνης τῆς ἐμῆς κυρίας, ἥτις πρὸ ἐμοῦ νομίμως ἀθλήσασα τοῦ στεφάνου τῆς δικαιοσύνης ἠξίωται. Ἀλλὰ καὶ νῦν ἱκετεύω σε, δέσποτα Κύριε ὁ Θεός μου, κἀμὲ τῆς μερίδος τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί σου καταξίωσον, καὶ τοῖς τὴν μνήμην τῆς ἡμῶν τελειώσεως ἐπιτέλουσι δώρησαι ἐν μὲν τῇ παρούσῃ ζωῇ τὴν αὐτάρκειαν, πάντα διαβολικόν τε καὶ ἀνθρώπινον πειρασμὸν ἀποδιώκων ἐξ αὐτῶν, τοῦ σοῦ φόβου καὶ πόθου πλήρωσον· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι, κοινωνοὺς αὐτοὺς ἀνάδειξον τῶν ἐπηγγελμένων σου ἀγαθῶν· ὑπόδειγμα γὰρ τοῖς σὲ ποθοῦσιν τὸ ἑκούσιόν σου πάθος ἐν τῷ τιμίῳ σου σταυρῷ γέγονεν εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου, ὅτι σὺ εἶ Θεὸς μόνος, καί σοι πρέπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ταῦτα τοίνυν αὐτῆς προσευξαμένης καὶ τῷ ξίφει τμηθείσης τὴν κεφαλὴν, ταῖς τῶν ἁγίων ἀγγέλων χερσὶ τὴν ψυχὴν ἐναπέθετο, οἵπερ καὶ παρέστησαν αὐτὴν τῷ ἀγωνοθέτῃ Χριστῷ. Ἐγένετο δὲ ἡ τελείωσις τῆς μὲν μακαρίας Καπετωλίνης μηνὶ ὀκτωβρίῳ ΚΖ, τῆς δὲ ἁγίας Ἐρωτιΐδος, τῷ αὐτῷ μηνὶ ΚΗ· ὧν ταῖς μνήμαις κοινωνοῦντες ἡμεῖς μέχρι τέλους φυλαττόμεθα πνευματικῆς χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πληρούμενοι κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ καὶ ηὐφράνθην, καὶ πάλιν.....

10 Verum cum præses tot cives ad fidem christianam converti audiret, timens ne forsan, novis tentata suppliciis, alia prodigia patraret martyr, atque inde non paucos ad Christum pertraheret, mandavit ut gladio tandem periret. Accepta igitur sententia, beata Christi martyr, in locum supplicii adducitur, et versa ad Orientem facie : Gratias ago tibi, inquit, Domine Deus meus, quod me animo et corpore infirmam sustentasti, et per constantiam, martyrii quoque dignatus es honore. Perfice ergo desiderium meum, ut post migrationem ex hac vita, a sancta famula tua Capitolina domina mea non separer, quæ post legitimum certamen corona justitiæ digna est habita. Sed nunc, obtestor te, Domine Deus meus, mihi etiam hæreditatis sanctorum in lumine tuo in partem me voca, eos vero qui nostri memoriam agent *bb*, in hac quidem vita quod sufficiat tribuas, et omni diabolica et humana tentatione depulsa, tuo timore et amore repleas, in futuro autem sæculo, omnium quæ promisista bonorum participes efficias. Omnibus enim qui te diligunt, voluntaria tua passio in exemplum facta est resurrectionis vitæ æternæ. Quia tu es solus Deus, et te decet gloria in sæcula. Amen. Postea, amputato capite, animam martyr sanctorum angelorum manibus deposuit, qui eam coram agonotheta Christo statuerunt. Contigit autem mors beatæ Capitolinæ octobris die vigesima septima, beatæ vero Eroteidis die vigesima octava, quarum nos memoriæ communicantes, eam ad finem usque servamus *cc*, spirituali lætitia et gaudio pleni, juxta illud : * Memor fui Dei et delectatum sum et iterum..... *gladio tandem martyrium consummat.* *bb* *cc* *Ps. LXXVI, 4*

ANNOTATA.

a *Codex Coislianus* CX *scriptus est duabus columnis, quarum singulæ triginta versibus constant. Historiæ sanctarum martyrum cinnabro exaratus titulus :* Μαρτύριον τῶν ἁγίων μαρτύρων γυναικῶν Καπετωλίνης καὶ Ἐρωτιΐδος. *Interpunctio vero eadem est in hoc codice quæ in codice mazarinæo, Historiam ecclesiasticam Eusebii continente, et de qua pluribus disseruit Valesius in hujus operis præfatione. Hæc fere ad nos scripsit V. V. J. H. Nolte. Textum repræsentamus qualem accepimus, mutata tantum interpunctione.*

b *Nomen* Capitolina *in inscriptionibus et historicis documentis passim obvium : ubique in Octobris tomus XII.*

Actis, more potius latino, Καπετωλίνα *scribitur, quod græce servamus, et in responso sanctæ martyris, num.* 2, *restituendum censemus pro* Καπετωλία. Ερωτηΐς, *aut* Ἐρωτιΐς, *(ut per vulgarem itacismum in Actis legitur), nomen est rarissimum, quod in nullo alio documento invenimus. Pleraque hujusmodi nomina ad dialectos aut ad linguam poeticam pertinent, derivanturque a masculinis in* ευς (1); *atqui hic mihi videor deprehendere formam dialecticam. Est enim* Ἐρωτηΐς *pro noto* Ἐρωτίς (2), *perinde ac in inscriptionibus Lyciæ* Ναννίς *et* Ναννηΐς *apud Bœckhium legimus* (3).

c *Vocem* νομίμως, *quæ et infra num.* 9 *occurrit, miratur Tillemontius* (4), *quod* S. Eroteis *semetipsam judici sistendo eumque lapidibus aggrediendo, leges ecclesiæ non servarit. Vix notandum esset, istam vocem ex* 2 *Tim.* 2,5 *desumptam, ad* leges *servatas aut non servatas minime referri, sed ad fortitudinem qua prædita Dei serva martyrium subierit* legemque *seu* fidem *servaverit.*

d *Ex iis, quæ de Actorum S. Theogenis et* S. Capitolinæ *cognatione supra diximus, patet* Zelicinthium *præsidem pro nomine genuino accipi non posse. Et quidem, etiamsi priorem illum Zelicinthium tribunum, qui in Actis S. Theogenis occurrit, admitteremus, hic tamen offenderet* Zelicinthius *præses. Nam si utramque personam ab uno eodemque viro geri dixeris, quis feret ex præside tribunum militarem factum? In tribunatu enim mortuus est Zelicinthius, de quo in Actis S. Theogenis. Si duos ejusdem nominis viros existimaveris, secundum ad primi normam fictum fuisse nemo non conjecerit. Omisso igitur præsidis nomine, de magistratu, coram quo hic sistitur* S. Capitolina, *pauca jam notemus. Cappadocia tunc temporis* legatum *consularem habebat, cum titulo* legati Augustalis pro prætore, *qui proin græce jure* ἄρχων *dicitur* (5). *Nos autem pro* ἄρχων *ubique* præsidis *appellatione usi sumus, quippe quod, teste Macro,* nomen generale est, *quo* et proconsules et legati Cæsaris, et omnes provincias regentes, licet senatores sint,.... appellantur (6). *Præter hunc proprium dignitatis titulum,* ἡγεμών, δικαστής, *passim in Actis vocatur. Unius autem legionis mentionem sub finem num.* 4 *mihi videtur Actorum posterior scriptor ex Actis S. Theogenis desumpsisse: duas enim legiones cum legato consulari provinciæ addiderat Vespasianus* (7). *Tandem de Licinio imperatore dictum est supra num.* 13.

e Commentariensis *proprie vocabatur qui reorum curam agebat, acta excipiebat, examinandos ad tribunal ducebat, ut ex locis compluribus abunde demonstratur apud Pitiscum* (8). *Attulisse sufficiat Acta SS. Claudii et sociorum* (9), *Marcum diaconum in Actis S. Porphyrii* (10). *Hujus officii munera ab iis, quæ cornicullariorum propria sunt, non videntur valde distincta. Commentariensem præsidis aut præfecti legionis minister fuit. Ad legionis autem ipsius administrationem potius pertinebat cornicularius* (11).

f *De Firmiliani cum* S. Capitolina *necessitudinis vinculo vide quæ diximus in Commentario prævio num.* 15.

g *De Serapidis cultu egimus in Commentario prævio, num.* 14.

h *Responsa* S. Capitolinæ *de mysterio SS. Trinitatis clariora judicat Tillemontius quam ut ante concilium Nicænum sint descripta. Præclara utique est ista confessio :* Patrem et Filium et Spiritum Sanctum consubstantialem Trinitatem in una divinitate credo. *Nulla profecto ex his vocibus seorsim sumpta negotium facessit. At tam paucis iisque tam apte selectis verbis, Diocletiani ætate, enuntiari dogma, omnibus quidem ab initiis ecclesiæ notum, sed formula scholastica tam scite ante quartum sæculum nunquam conceptum, vix etiam ego credam. Admittamus igitur Trinitatis confessioni quædam a scriptore post Arianorum hæresim addita aut mutata fuisse. Nihil inde detrimenti patietur Actorum fides, quantum ad summa historiæ capita, ac pleraque verba attinet.*

k *Si quis ab ultimo Actorum scriptore, hanc Psalmi citationem, ut et pauca alia passim non apte inducta in sanctarum martyrum sermones, pro illo animi sensu quo affecta fuerit* S. Eroteis, *additam fuisse contendit, non magnopere refragabor. Attendat tamen velim adeo primis sæculis familiares fuisse christianis ecclesiæ orationes et Sacræ Scripturæ lectiones, qui passim talia loca severius improbet* (12).

l *Indole fervida et ad audacter agendum, considerationi vix tempore relicto, promptissima pluribus in locis Actorum apparet* S. Eroteis. *In iis igitur quæ hic legimus, nihil est quod respuerem, nisi forsan hæc verba* τῇ τροφῇ τῶν ἁπάντων *quæ huc non bene quadrant, et accepta videntur ex verbis* S. Capitolinæ *num.* 6.

m *Dubia mihi sunt, quæ de cibis a* S. Capitolina *rejectis habent Acta, propter similem locum in Actis S. Theogenis, ut supra monui in Commentario prævio num.* 12.

n *De bonis inter egentes divisis, agunt Menæa, silente Basiliano. Præterea addunt Menæa servos libertate donatos fuisse, quod unde acceperint nescio. Cæterum, rem christianorum moribus omnino consentaneam, antiquiore testimono non comprobari dolemus. Verum jussa dominæ suæ non nisi partim exsequi potuit* S. Eroteis, *quippe quæ postridie in vincula conjecta fuit.*

o *Hic sane locus est eorum generis, quæ ex actis expungere nefas foret.*

p *Colitur celeberrima hæc martyr die* 23 *septembris.*

q *Post orationes tam prolixas et Christi colloquium, quis in re hujusmodi non hærebit?*

(1) Cfr Pott in Zeitschrift für Vergleichende Sprachforschung, tom. IX, pag. 177 et sqq. — (2) Ap. Muratori, Inscriptiones, pag. MCCLXX, 7 et MDLXXXIX, 7. — (3) Bœckh, Corpus Inscriptionum, tom. III, numm. 4215 et 4244. — (4) Mémoires ecclésiastiques, tom. V, pag. 648. — (5) Cfr Bœcking, notitia dignitatum, tom. II, pag. 147; Becker et Marquardt, Röm. Alterthümer, tom. III, part. I, pag. 160 et 161. - -(6) Digest. lib. I, tit. XVIII. — (7) Suetonius in Vespasiano, cap. 8. — (8) Lexicon antiqq. romanarum, sub voce *Commentariensis.* — (9) Ap. Ruinart, pag. 266. — (10) Acta SS. tom. VI Febr, pag. 660. — (11) Cfr Becker, Röm. Alterthümer, tom. III, part. II, pag. 419 et 420. — (12) Cfr Honoré de Ste-Marie, Réflexions sur la critique. Dissert. IV, art. VI, tom. II, pag. 39 et seqq.

Novi

Novi utique illud facinus potuisse S. Eroteidi *præclarum videri, et sine ullius religionis violatione patrari; nec quidquam obstat quin, quod sibi rectum videbatur, capitis periculo generosa perfecerit. Verumtamen, ut dicam quod sentio, additum illud aut mutatum a scriptore* ‖*eo libentius putem, quod de hoc insigni facto silet Menologium Basilianum. Forsan pro verbis facta, pro convitiis aut reprehensionibus lapides male consultus scriptor posuit.*

r S. Capitolina, *nobilis conditionis femina, capitis damnata est, nullo alio præeunte supplicio :* S. Eroteis *autem, utpote serva, crudelius habetur. Nervis primum, ac dein virgis cæditur. De his vero pœnis lege Gallonium* (1), *Sagittarium* (2) *et Ruinartium* (3).

s *Virgarum pœnam non enarrat Menologium Basilianum; Menæa autem nervos ad flagellationem primum adhibitos non referunt, at contra de igne, quem Menologium Basilianum cum Actis memorat, prorsus tacent. Verum cum breviaria Actorum, qualia in Menæis et in Menologio Basiliano reperimus, omnia comprehendere nequeant, nihil inde contra Actorum fidem potest deduci. Slavorum Prologus, qui Menæorum vestigiis insistit, virgas ferreas, ut audivi a Patre J. Martinov, pro voce græca ῥάβδοις slavonice exprimit.*

t *Vide annotatum sub littera* k.

v *Unicum scholium, quo ornata sunt Acta nostra in Ms. coisliniano, hoc loco occurrit. Etenim juxta notata a V.V. J. H. Nolte voci* τριβοῦνος *superscribitur* ὁ τοῦ βήματος, *voci vero* πραίπόσιτος, *primum* ἡγούμενος, *cui rursus superscribitur* ἡγεμών. *Quibus quidem expositionibus num vocis* tribuni *cum* tribunali *(græce* βήμα*), cognationem, et vocis* præpositi *sensum indicare voluerit, prorsus nescio, suspicor tamen. Porro* tribunum, præpositum *et* optionem, *de quo infra, huc ex Actis S. Theogenis transmigrasse nullus dubito* (4).

x *Nomen et dictorum partem mutuatus est scriptor. De optionis munere sæpius actum est : adi, si lubet, Pitiscon in Antiquitatum romananum Lexico, voce* Optio, *Ruinartium* (5), *et sæpius laudatum opus Beckeri* (6).

z *Multa hic valde dubia notabis ex Actis S. Theogenis, præsertim cum in his omnibus auctoritatem tum Menologii Basiliani, cum etiam Menæorum desideremus.*

aa *Fornax Tillemontio suspecta est* (7) ; *exempla tamen non desunt ad Acta vindicanda* (8), *nec in servis torquendis multum legibus aut moribus impediebantur judices. Cæterum cum ignis ipsius pœna in* S. Eroteidem *decreta auctoritate Menologii Basiliani confirmetur, operæ pretium non est rei adjuncta excutere.*

bb *Cæteris omnibus difficultatibus intolerabilior Tillemontio videtur oratio* S. Eroteidis. *Latuitne virum doctum vocem* αὐταρκείαν sufficientiam, *et cætera quæ diabolicas tentationes respiciunt, eodem sensu a sancta martyre prolatam fuisse, quo a S. Paulo ad Timotheum scribitur* (9) : Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia... habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem. *Verborum autem, quæ, de memoria martyrum aliquando facienda, in eadem oratione leguntur, jacturam faciemus, cum aliquid in eis offensionis inveniemus.*

cc *Ex ultimis Actorum verbis recte concluditur pluribus annis post mortem* SS. Capitolinæ *et* Eroteidis *ea fuisse scripta. Verum hæc non juvant ad ætatem prioris scriptoris definiendam.*

(1) De SS Martyrum cruciatibus, cap. IV. — (2) De martyrum cruciatibus, Francof. 1796. — (3) Acta martyum, pag. 171 in nota, et seqq. edit. 1713 — (4) Acta SS. tom. I Jan. pag. 135. — (5) Acta martyrum, pag. 112, pag. 87. — (6) Röm. Alterthümer, tom. III, part. II, pag. 420, 421. — (7) Mémoires ecclésiastiques, tom. V, pag. 648. — (8) Cfr Sagittarium, martyrum cruciatus, pag. 181. — (9) I Tim. VI, 6. 8. 9.

DE S. NESTORE, MARTYRE

THESSALONICÆ

SYLLOGE.

V. D. B

§ Unicus. Martyrum ordines apud Græcos. An S. Nestor megalomartyr sit. Quomodo excusanda ejus monomachia cum gladiatore. Unde desumenda gesta.

CIRCA ANNUM CCCVI. *Diversi apud Græcos martyrum ordines :*

Sanctissimos Christi martyres distinxerunt Græci in ordines quosdam, quibus propria sint sua nomina. Videlicet πρωτομαρτυρας *vocarunt atque etiam nunc vocant, non tantum Abelem, qui primus pro pietate occisus est, et Christum, sanctorum martyrum caput et exemplar, sed eos quoque qui initio ecclesiæ sanguinem suum pro Christo fuderunt, ut S. Stephanus S. Thecla aliique;* νεομαρτυρας *contra, qui post pacem ecclesiæ concessam, v. g. temporibus imperatorum iconomachorum, martyrium fecerunt, atque etiam qui nunc identidem a Turcis occiduntur.* Μεγαλομαρτυρας *deinde dixerunt et dicunt eos, qui dignitate aliqua civili aut militari honestati fuerint aut genere editi nobiliori, ut SS. Theodorus*

AUCTORE V. D B.

Theodorus, Eustathius, Georgius, Arethas, Sergius, Demetrius etc.; ex adverso ἁγιομαρτυρας *aut nude* μαρτυρας *martyrum quasi vulgus. Præterea* ἱερομορτυρας *appellarunt eos, qui episcopali aut sacerdotali consecratione Deo devoti fuerunt: sed* ὁσιομαρτυρας *sanctos monachos, quorum complures pro defensione sanctarum imaginum procubuerunt. Veniunt deinde* καλλιμαρτυρες; *quod nomen feminis fere datum reperimus, ut SS. Anthusæ, Barbaræ, Euphemiæ, Bassæ aliisque; sed et S. Mocium* καλλιμαρτυρα *dictum offendimus. Insuper* συμμαρτυρες, *seu principalioris martyris socii, occurrunt sæpius; verumtamen non ut titulus, sed ut rei gestæ indicium* (1). *Atque in his notis aut characteribus, uti in omni simili rerum genere, erratur aliquando aut a communi usu declinatur; sed rarius quam ut negligenda sint hæc classium discernicula.*

S. Nestor *megalomartyr non est, utpote adolescens plebejus*

2 *Non itaque sine consilio aut quasi ex casu* megalomartyr *appellandus est* S. Nestor, *cujus memoria hodie apud Orientales agitur. Re quidem vera* megalomartyrem *eum vocavit Papebrochius* (2) *in Ephemeridibus græco-moschis; et Byeus* (3), *decessoris auctoritate deceptus, credidit eum* megalomartyris *titulo a Græcis fuisse honestatum. Sed ita non est. Venit* S. Nestoris *nomen in synaxariis orientalibus ad tres dies : scilicet ad* 25 *octobris, qua ejus fit memoria tum in Menologio slavico Assemanii, in Menæis communibus Mosquensibus et in calendario Sisatovacensi anni* 1324, *tum in Menologio græco Mediceensi; dein ad diem sequentem, qua in omnibus slavicis et græcis laterculis S. Demetrii Thessalonicensis natalis celebratur, et* S. Nestoris *in Menologiis Basiliano, Sirmundiano et altero Mediceensi; et demum ad præsentem diem quia in omnibus fere græcis et slavicis fastis* S. Nestoris *festivitas recolitur; sed in his nuspiam mihi obvius factus est cum* megalomartyris *titulo, qui in iisdem passim S. Demetrio, viro consulari, cujus quasi socius fuit, tribuitur. Neque in ipsis Ephemeridibus græco-moschis, quarum occasione in hunc errorem lapsus est Papebrochius, quidquam erat cur* S. Nestor megalomartyr *diceretur. Re quidem vera, non secus ac S. Demetrius, veste illic militari pictus est; sed veste communi, non autem ducali aut ornata, quacum S. Demetrius exhibetur. Neque dux, aut princeps, aut præses, aliove umquam munere aut officio auctus fuit* S. Nestor; *sed adolescens erat audax et formosus, genere plebejo, omni laude destitutus, nisi quod christianus erat.*

Victo gladiatore gentili, jubetur a Maximiano decollari;

3 *Ecce autem ut in Menologio Basiliano ejus celebratur memoria :* Nestor martyr erat ex civitate Thessalonica temporibus Maximiani imperatoris. Christianus quum esset, adibat sanctum Demetrium, ubicumque is moraretur, ab eoque accuratius veritatis verbo instituebatur. Quum autem Thessalonicæ versaretur Maximianus, circenses ludos haberi jussit; in quibus produxit gladiatorem gentilem *, nomine Lyæum, portentosa corporis proceritate et firmitate virum, qui complures ex adversariis jam occiderat. Hunc videns S. Nestor divino zelo accensus est; et quum audivit Maximianum dicentem : « Siquis velit, congrediatur cum Lyæo eumque vincat; » cucurrit ad S. Demetrium eumque consultorem ea de re adhibuit. A beato viro itaque confirmatus et Domini nostri Jesu Christi virtute auctus, Lyæum gladio sustulit. Quamobrem vehementer commotus imperator Nestorem decollari jussit. Atque ita Christi martyr consummatus est, de diabolo simul et de Lyæo triumphans.

* nationc Vandalum

caretne hic narratus auctoritate?

4 *Indignabundus hanc narrationem rejicit Tillemontius* (4), *tum quod hæc non nitantur nisi Simonis Metaphrastæ auctoritate, tum quod* S. Nestori *adscriptum certamen plane pugnet cum lege divina : Nestorem quidem aliquem cum Lyæo pugnasse, sed gentilem; quem christiani imprudenter in martyrem mutarint et S. Demetrii socium. Verum enimvero narratio hæc Metaphraste longe antiquior est. Byæus nempe exemplar græcum Passionis produxit, quod sæculo* VI *videtur scriptum; ex quo apparet* S. Nestorem, *qui cum Lyæo pugnavit, christianum fuisse, neque descendisse in arenam, nisi prius re communicata cum S. Demetrio, non procul inde custodito; eumque a Maximiano fuisse capitis damnatum, quoniam, interrogatus an arte magica usus esset adversus Lyæum respondit :* Arte magica, absit, haud cecidit, sed neque incantatione quapiam est occisus, sed Deus Demetrii, Deus christianorum, angelum suum misit, scelestumque ac superbum in manu mea occidit. Iratus igitur imperator mandavit, ut is, utpote christianus, ad occidentales urbis partes in locum, cui Aureæ portæ nomen, abduceretur; ibique gladio proprio a Menutiano protectore occideretur, atque ita martyrii coronam est adeptus. *Non itaque juvat hoc loco Metaphrastæ nomen invocare, quo explodantur quæ displiceant : quæ enim de* S. Nestore *scripsit Metaphrastes in antiquioribus repererat libris.*

obstatne ne S. Nestor *inter cœlites habeatur?*

5 *Prius itaque Tillemontii argumentum Byeo probari non potuit; sed alterum, scilicet quod* S. Nestoris *cum Lyæo pugna a lege divina plane aliena sit, ab eo ambabus ulnis admissum est. Quocirca hæc Byæo stat sententia aut a Græcis virum plane indignum cultu ecclesiastico honestatum fuisse, aut probo cuidam S. Nestori martyri afficta fuisse Nestoris gladiatoris gesta. Verum nulla pejor argumentandi ratio quam quæ in his posita est : « Fieri non debuit; ergo factum non est. » Utique nemini privato licet alterum occidere, nisi justæ defensionis causa; sed hæc pugna non ita nude et simpliciter* SS. Nestoris *et Demetrii menti proposita est. Ut ex omnibus apparet Actis, reprimere volebant Lyæi gentilis et imperatoris, christianos prosequentis, jactantiam : quo proculdubio frangeretur gentilium superbia, quam primum audiretur victorem esse christianum; ut quasi gentilitas a christianitate victa esset. Quæ nequeunt intelligi, nisi quis probe cognitas habeat partes et factiones circenses, atque etiam studium christianorum, illo non minus quam præsenti tempore ex animo ad Deum clamantium :* Ut

(1) Cfr de universo hoc argumento Sagittarius, de Martyrum cruciatibus, pag. 19; Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 124; Thesaurus Græcus H. Stephani, edit. Didot, v° ἁγιομαρτυς, ἱερομαρτυς, καλλιμαρτυς, μαρτυς, μεγαλομαρτυς, νεομαρτυς, ὁσιομαρτυς, συμμαρτυς; Suicerus, Thesaurus ecclesiasticus, v° μαρτυς. — (2) Acta SS. tom. I Maji, pag. XLIX. — (3) Ibid. tom. IV Octobris, pag. 62. — (4) Mémoires ecclésiastiques, tom. V, pag. 639.

inimicos sanctæ ecclesiæ humiliare digneris, te rogamus, audi nos. *Facile itaque potuerunt* S. Nestor *et S. Demetrius putare lictium esse hoc certamen tam egregiam ob causam. Insuper, quod viri illi eruditi animadvertere non videntur, utique tunc temporis tanta scientia morum non erat christianis quanta nunc presbyteris. Quid, quod tum plures etiam episcopi et presbyteri, arbitrabantur christianis virginibus licitum esse suicidium, quo castitatem suam illibatam servarent* (1)*? Recentius scilicet inventus est instinctus divinus, quo hæc suicidia excusarentur.*

Reliquæ res S. Nestoris quærendæ in Commentario de S. Demetrio.

6 *Quum itaque hæc mea sit sententia, fides mihi facienda erat verbis Byei; qui in prætermissis ad diem* 8 *octobris, quum retulisset* S. Nestoris *nomen non secus ac S. Demetrii ad illam diem in Martyrologio Romano consignatum fuisse, sed suo judicio perperam propter rationes Tillemontii, in Commentario de S. Demetrio exponendas, sic pergit :* Quodsi autem illæ *rationes* post haud arriserint, Nestoremque nihilominus sanctis martyribus in opere nostro accensere visum fuerit, fieri id poterit ad diem, quo de eo præcipuum suum officium, in Menæis excusis occurrens, Græci faciunt, 27 octobris. *Verumtamen hoc loco nolim acta agere. Quæcumque enim de* S. Nestore *colligi et disceptari queunt, hæc reperire est in egregio Byei de S. Demetrio Commentario; quem ipse Theophilus Tafelius, in universitate Tubingensi lector, qui vitam quasi suam rebus Thessalonicensibus eruderandis impendit, laudavit plurimum* (2).

Byeo et Tafelio

7 *Licet in Passione legantur SS. Demetrius et* Nestor *jussu Maximiani Herculii cæsi fuisse, sensit tamen Byeus id factum jussu Maximiani Galerii. Bis hunc nodum examinavit Tafelius, et bis in Byei sententiam concessit :* Non posse enim Maximianum, cognomine Herculium, rite admitti; Gothos scilicet seu Sarmatas *aut* Scythas, ut Acta volunt, numquam ab isto imperatore victos, sed a Maximiano Galerio, qui in Illyrico imperavit ab anno 303 *ad* 311 (3). *Et alibi sic prosequitur idem argumentum* (4) : In annum 311 eam ob causam S. Demetrii *(et* S. Nestoris) passio incidere vix potuit, quod eo ipso anno Galerius imperator decretum suum de Christianis, anno 303, *die* 24 februarii, ab ipso et Diocletiano promulgatum, revocavit (5). Deinde non Maximianus Herculius christianorum fuit persecutor sed Diocletianus et C. Galerius Valerius Maximianus Armentarius, ut pleno Augusti nomine utar. In tempore vero passionis Demetriacæ constituendo is annus maximopere eligendus est, quo Galerius a sede sua imperiali Thessalonica non abfuit; qui erit fere annus 306. Is mihi etiam nunc maxime probabilis annus videtur. *Hactenus bene : sed minus bene quod putavit Tafelius* (6) S. Nestoris *memoriam factam esse die* 26 *octobris in Menologio Basiliano ut* initium *esset* festi S. Demetrii. *Contra in hoc Menologio non secus ac in aliis libris, conjunguntur SS. Demetrii et* Nestoris *natales; sed in codicibus liturgicis græcis frequenter variantur uno die festivitates, quemadmodum in Anno ecclesiastico græco-slavico Martinovii passim observatur.*

videtur hoc martyrium contigisse anno 306.

(1) Cfr Nicephorus Callistus, Hist. eccl. lib. VIII, cap. 13, tom. I, pag. 455; S. Hieronymus, Comment. in Jonam, cap. I, V. 12, ap. Migne, Patrologia, tom. XXIV, col. 1129; S. Joannes Chrysostomus, opp. tom. II, homil. XL, num. 11, pag. 585; Eusebius, Hist. eccles. lib. VIII, cap. 12, pag. 305. — (2) Historia Thessalonicæ, pag. 30 et seqq —(3) Ibid. pag. 30.— (4) De Thessalonica ejusque agro, pag. 114. — (5) Manso, Leben Constantinus des Grossen, pag. 354 et 359. — (6) De Thessalonica, pag. 152.

DE SS. MARTYRIBUS ASIANIS

MARCO, SOTERICHO ET VALENTINA

CULTIS IN INSULA THASO

SYLLOGE.

V. D. B.

§ Unicus. Memoria in Menologio Basiliano et in fastis slavicis. Martyrii modus. Translatio reliquiarum ad insulam Thasum.

TEMPORE INCERTO. *In Menologio Basilii et in fastis Slavicis, sed in nullis aliis Græcis, celebratur ad diem* 26 *aut* 27 *octobris memoria*

Si quis conferre velit Annum ecclesiasticum græco-slavicum Martinovii nostri, quem initio præcedentis tomi edidimus et qui ex centenis synaxariis, menologiis, menæis aliisque id genus libris slavicis et græcis collectus est, cum Martyrologio Hieronymiano aut cum Martyrologio Syriaco Wrightii, facile deprehendet a libris, qui qualitercumque ortum suum ecclesiæ Constantinopolitanæ debent, abesse plus mediam partem nominum sanctorum, qui in patriarchatu Constantinopolitano olim culti fuerunt aut etiamnum coluntur. Neque multum ab octo sæculis crevit sanctorum numerus, qui Menæis Græcorum inscripti sint, sed potius imminutus fuit, ut ex comparatione Menologii Basiliani cum iisdem Menæis manifestum est. Inter eos autem, quorum cultus in ecclesia Constantinopolitana cessavit, recensendi sunt tres sancti martyres Asiani, quorum corpora in insulam Thasum delata fuerunt. Celebrantur enim eorum gesta in Menologio Basilii, quod

AUCTORE V. D. B.

quod ad finem sæculi X *conscriptum est, sed plane omittuntur in Menæis impressis atque etiam in Sirmundiano Menologio et in aliis, quæ in his Actis nostris allegari solent. Sed fideliores fuerunt Slavi; qui, Menologio Basiliano aut alio simili libro olim usi, in codices suos sacros transtulerunt trium sanctorum martyrum memoriam eamque ad hanc usque diem servaverunt. Unde fit ut* SS. Marci, Soterichi *et* Valentinæ *martyrum nomina in his tantum libris scripta reperiamus : in Menologio Basiliano ad diem* 26 *octobris, et in Calendario Sisatovacensis monasterii, exarato anno* 1324, *in Prologo Mosquensi tum orthodoxo, tum Staroverorum, in Menologio Mosquensi Demetrii Rostoviensis et demum in Calendario Mosquensi anni* 1818 *ad præsentem diem* 27 *octobris. Nihil invenimus in aliis libris.*

SS. Marci, Soterichi *et* Valentinæ, *a furente plebe ad mortem raptorum,*

2 *Accipe jam* Certamen sanctorum martyrum Marci, Soterichi et Valentinæ, *quod in Menologio Basiliano legitur :* Hi sancti martyres vitam antea in omni pietatis genere egerant; Christum annuntiabant omnibus; et multos ex infidelibus, ad Dominum conversos, baptizabant in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Quare comprehensi ab impiis Græcis, multisque tormentis excruciati, longis clavis in corpore confossi, itaque tracti atque huc et illuc sine misericordia a viris, feminis et pueris super terram raptati et conculcati fuerunt, donec sanctas ac beatas animas Deo tradiderunt. Christianus autem quidam, vir pius, fidelis, Deumque timens, qui viventibus martyribus animum ad subeundum martyrium addere, defunctis vero amorem et honorem exhibere consueverat, eorum pretiosas reliquias ex Asia in Thasum insulam translatas honorifice deposuit; ubi curationes ad hanc diem fidelibus fundunt. Viro, qui eorum exuvias transtulit, nomen erat Terentianus.

sine interventu magistratus, incertisque tempore et loco, sed in littore Asiæ occidentali.

3 *Ex hoc narratu liquet tres Christi pugiles non juxta fori formas legesque imperatorum mortis damnatos fuisse, sed populari tumultu, adversus christianos excitato, periisse. Complures sanctos, crudelissimo hoc cruciatu enectos, recenset Gallonius* (1) *et post eum Sagittarius* (2); *atque ex exemplis, quæ proponunt, apparet hoc martyriorum genus in usu fuisse, etiam quum nulla persecutionis edicta ab imperatoribus essent proposita. Satis erat ut idolorum sacerdos aliquis, magus, aruspex aut alius vafer homo plebeculam excitaret. Hæc tum in christianos irruens placari non poterat, nisi immanis ejus sævitia, visis cruentatis Christi fidelium membris, satiata esset. Et quidem adversus* SS. Marcum, Soterichum *et* Valentinam *exacerbata est, quoniam multos gentiles divini verbi prædicatione ad sacra christiana traducerent. Sed quoniam nullus præses aut alius magistratus huic martyrio intervenit, hinc forte factum est, ut indicium nullum adsit temporis. Sed quidni saltem locus indicatur? Hoc unum compertum est sanctos martyres ad mortem raptatos esse in Asia, utique Minori, et quidem in littore occidentali, quum Terentianus Thasum transtulerit eorum corpora. Nec quidquam certius de tempore et loco martyrii colligere licet ex libris slavicis. Prologus enim orthodoxus et Staroverorum proxime sequuntur Menologium Basilianum; in Menæis impressis brevis tantummodo fit, et quidem minutioribus literis, commemoratio; neque eloquentiores sunt Versinskius et Kalendarium Mosquense.*

Reliquiæ, in insulam Thasum translatæ, verisimiliter ibidem adhuc servantur.

4 *Thasus autem seu Thassus insula, quo devecta fuerunt sanctorum corpora, jacet in parte septentrionali maris Ægæi seu Archipelagi, oræ Thraciæ inter ostia Nesti et Strymonis fluminum adjacens, Samothraciam spectans ad orientem et ad occidentem brumalem Montem Atho seu Sanctum. Eam diligenter visitavit ante triginta annos Prokesch d'Osten, legatus Austriacus in Græcia, antiquitates profanas et topographicam rationem præcipue investigans* (3), *atque anno* 1839 *A. Grisebach* (4), *ad res naturales maxime attentus, ibique repererunt domos* 1020 *et incolas fere* 6000, *Græcos omnes, in* 12 *pagos divisos. Sed rerum ecclesiasticarum indagine parum aut nihil se detineri passi sunt. Verum quum hæc insula omnium fere minimum a Turcis passa sit, valde verisimile est illic adhuc servari sanctorum martyrum reliquias et forte etiam eorumdem Passionem. Fatendum tamen est Francisco Braconnier, Societatis nostræ presbytero, qui ineunte sæculo* XVIII *eamdem insulam adiit et præcipua loca peragravit, nihil de eis monstratum esse, licet a populo et clero optime fuisset exceptus* (5). *Neque etiam de eis meminit Ludovicus Lacroix* (6), *qui nuperius collegit quæ de illa insula innotuerunt.*

(1) Cruciatus SS. Martyrum, pag. 192 et 193. — (2) De Martyrum cruciatibus, pag. 229 et seqq. edit. 1696. — (3) Dell' isola di Taso, in Dissert. della pontificia Academia romana di archeologia, tom. VI, pag. 182 et seqq.; Denkwürdigkeiten und Erinnerungen aus Orient, tom. III, pag. 611 et seqq. — (4) Reise durch Rumelien und nach Brussa, tom. I, pag. 210 et seqq. — (5) Lettres édifiantes et curieuses, Mémoires du Levant, tom. II, pag. 308 et seqq. — (6) Iles de la Grèce, pag. 372 et seqq.

DE

A D

DE S. EUCHARIO, EPISCOPO

EJUSQUE SOCIIS

MARTYRIBUS IN LOTHARINGIA

COMMENTARIUS CRITICUS. V. D. B.

§ I. S. Eucharii memoria in fastis sacris; aliorum sanctorum frater habitus; parentela incerta.

AMNO CCCLXII S. Eucharius, *diversis diebus laudatus in fastis sacris,*

B *Præsenti mense octobri actum fuit de pluribus sanctis, qui consanguinitatis vinculis inter se conjuncti fuisse in pristina diœcesi Tullensi, in qua ecclesiasticos honores consecuti sunt, jamdiu perhibentur; die scilicet tertia dictum est de S. Menna, die octava de S. Libaria, die decima sexta de S. Eliphio; atque etiam ad diem octavam in prætermissis memorata fuit S. Susanna; qui omnes non secus ac* S. Eucharius, *impræsentiarum qualitercumque illustrandus, ex Baccio et Lientrude nati feruntur. Unde fit ut, cum hic ultimo loco veniat, satis futurum sit ut plura, quæ ad eum spectant, tangantur potius quam explicentur. Tribus diversis diebus* S. Eucharii *nomen fastis sacris inscriptum reperi : die* 20 *octobris in Breviario Tullensi, anno* 1749 *jussu episcopi Scipionis Hieronymi Begon editi, et secundum id in Ordine divini officii juxta ritum Tullensem in diœcesi San-Deodatensi servatum pro anno* 1830, *item in Ordinibus juxta ritum Nancejensem pro annis* 1838 *et* 1839 *et in kalendario liturgico diœcesis Nancejensis et Tullensis (hæ enim in unam coaluerunt ab anno* 1801*) pro anno* 1852; *die* 24 *octobris in Catalogo generali sanctorum Ferrarii, qui sibi præluxisse affirmat kalendarium Tullense ineuntis sæculi* XVII, *et in supplemento Martyrologii Gallicani Saussayi, ubi hæc leguntur :* Ipso die *(*24 *octobris)* natalis S. Eucharii, episcopi Tullensis et martyris gloriosi, in prædicatione divinæ veritatis et gregis sui tutela a barbaris impie furentibus obtruncati; *et demum die* 27 *octobris in Martyrologiis universali Castellani, in Parisiensi cardinalis de Noaliis et in Ebroïcensi Petri Julii Cæsaris de Rochechouart; in quibus, uti etiam in universali Castellani, qui* episcopi *titulum addit, hæc legitur memoria :* Prope Liberdunum in territorio Tullensi, sancti Eucharii, qui ibidem ut martyr honoratur.

C

olim colebatur die 27 *octobris, postea die* 20 *octobris.*

2 *Ferrarius insuper in Catalogo generali ad diem* 27 *septembris habet :* Tulli in Gallia S. Eucharii martyris. Ex kalendario et tabulis ecclesiæ Tullensis. Cætera nobis ignota; *atque hinc Saussayus ad eamdem diem in supplemento :* Tulli Leucorum natalis S. Eucharii martyris, triumpho magis quam historiæ celebritate nobilis. *Verum manifesto errore ad diem* 27 *septembris relatus est beati viri natalis, qui solum* 27 *octobris signandus erat. Hac enim die, priusquam prædictus episcopus Tullensis Scipio Hieronymus Begon mutasset Tullense Breviarium, agebatur* S. Eucharii *festum* (1); *atque ante omnem hominum* E *memoriam illa die id actum fuisse vel inde constat quod decessores nostri antiquum anni* 1535 *Tullense Breviarium habebant, in quo id dicta die* 27 *octobris notabatur* (2). *Ratio autem, ob quam id institutum mutavit Begonius, non obscura est. In literis enim, per quas novi sui Breviarii usum indixit, principii loco statuit* quadragesimam, utpote luctuosis pœnitentiæ laboribus sacram, nonnisi ægre martyrum admittere solemnia; *quare, inquit,* occurrentes per illud tempus festivitates ad aliud magis opportunum transtulimus; exceptis tamen festis S. Joseph et Virginis Annuntiatæ, quibus propter solemnitatem suus religiose locus servatus est. *Quum vero die* 27 *octobris, vigilia SS. Simonis et Judæ, jejunium esset, hujusmodi etiam jejuniorum ratio habenda visa est, saltem sicubi in diœcesi Tullensi sanctus, cujus festum celebrandum fuisset, patronus esset : quocirca* S. Eucharius, *quem Liberduni patronum esse inferius videbimus, coli jussus est prima die proxime vacua, id est* 20 *octobris.*

Lectio præcipuas ejus res continens.

3 *Lectio* III *(officium enim ritus simplicis est), quam novo suo Breviario inserendam curavit Begonius, pleraque continet, non tamen omnia, quæ de* S. Euchario *disputari possunt, et desumpta esse dicitur* ex abbate Ruperto in Vita S. Eliphii apud Surium, ex diplomate Dagoberti I, ex charta Petri de Brixeio *etc. Est autem sequens :* Eucharius, sancti Eliphii martyris frater, ipse quoque, Juliani apostatæ temporibus, sub Sallustio Galliarum præfecto, pro Christi fide securi percussus fuisse fertur, prope vicum nomine Pompejum, ubi Martha Mosellæ illabitur; unde corpus ejus, a christianis delatum, in Liberdunensi castro sepultum est; cui quidem loco tutissimum fuisse præsidium sacrum hoc pignus, his testatur verbis Dagobertus primus Francorum rex in diplomate ecclesiæ Tullensi concesso : « Locus, inquit, in quo sanctus Eucharius veneratur, obsessus a Vandalis remansit indestructus : ubi Deus excitando potentiam suam salvos fecit multos; et F

(1) Benoit de Toul (Picart), Hist. ecclés. et polit. de la ville et du diocèse de Toul, 1707, pag. 210. — (2) Act. SS. tom. VII Septembris, pag. 378, et tom. II Octobris, pag. 151.

Vandali

AUCTORE V. D. B.

Vandali, passi ruinam magnam, perierunt propter iniquitates suas. « Duodecimo autem sæculo, quum Petrus de Brixeio Liberdunum, antiquissimum Tullensis ecclesiæ castrum, instaurasset, ad loci munimentum, maxime vero, ut ait, ad honoranda gloriosi martyris Eucharii ibidem quiescentis ossa, sub illius nomine ecclesiam construxit. Sacræ beati martyris reliquiæ, sexaginta post annos ab Ægidio de Sorcejo, Tullensi episcopo, translatæ et in pretiosiori theca repositæ, a Lutheranis, confracta arca, decimo sexto sæculo concrematæ sunt.

In Passione S. Eliphii aliisque monumentis

4 *Neminem porro novi qui de* S. Eucharii *vita quidpiam tradiderit ante sæculum* XI, *quo scripta est antiquior S. Eliphii Passio; sæculo* XII *ineunte meliori latinitate donata a Ruperto, abbate Tuitiensi. Leguntur autem in ea sequentia* (1) : Ferunt qui ejus *(Eliphii)* progeniem non ignorant, quod vir Deo plenus quatuor habuit germanos, in omni sanctitatis perfectione per cuncta sibi simillimos, sanctissimum videlicet episcopum nomine Eucharium, qui cum palma martyrii susceptus est in paradisum. Corpus ejus sanctissimum in castrum ad

*Liberdunum.

Liberdum * est conditum; castissimas etiam tres virgines per omnia Christo devotas, quarum nomina lectioni placet inseri. Menna dicitur prima sacra virgo et monacha ad Porses est condita; secunda nominabatur Libaria, monacha et martyr, in civitate Grandi fuit sepulta; tertia, monacha similiter et martyr cognomine Susanna, in Campania est sepulta. *His Acta S. Mennæ, quæ proculdubio multo recentiora sunt, et inscriptio Pompejana, quam sæculo* XIII *positam fuisse P. Benedictus conjicit sed quæ multo recentioris videtur esse ætatis, adjiciunt SS. Odam et Gontrudem aut Gertrudem* (2) *et alii* (3) *alias. Breviarium Tullense, anno* 1535 *typis expressum, in lectione* VII *de* S. Euchario *in sororum numero consentit cum Passione S. Eliphii et in parentum nomine cum Vita S. Mennæ et inscriptione Pompejana* (4). *Hi autem parentes Bactius et Lientrudis seu Lieutaudis fuisse dicuntur et habitasse Solecisii seu Solimariacæ, vulgo* Soulosse, *in pago Sanctensi* * (5).

* Le Saintois. *plura traduntur incerta de ejus consanguineis.*

5 *Quid? ex Catalauniæ regio prosapia fuisse perhibentur in memorata epigraphe Pompejana; quod non omnino displicuit Browero* (6), *neque etiam Bueo* (7), *quoniam* Ammianus tot celebrat regulos et regales, tunc passim in civitates non modo receptos, sed præcipuos etiam militiæ consecutos honores; ex quorum genere Lientrudis forte prodiit. *Verum ut mittam Ammianum loco* (8), *quem cogitabat Browerus, loqui de regibus Allemannorum ad dextram Rheni ripam positis, inscriptio illa non ejus est ætatis ut fidem ullam mereatur; et certe si traditio de regio genere SS. Eliphii,* Eucharii *et sororum sæculo* XI *jam invaluisset, ea in Passione* S. Eliphii *fuisset recepta. Præterea, quum optima non adstipulantur monumenta, nemo prudens probarit regales sanctorum origines; quandoquidem vulgus, videns sanctorum et sanctarum imagines diadematibus coronatas, semper pronus esse debuit ad æstimandos eos fuisse reges aut reginas : quod jam in Commentario de S. Tryphonia* (9), *in quo plures sanctæ, imperatrices creditæ, collectæ fuerunt, potuisset animadverti : et certe si quis oculos conjiciat in imagines sanctarum, quas Perret in cœmeteriis subterraneis Romanis reperit et pinxit, id unum mirabile est non plures habitas fuisse reginas et imperatrices. Sed quid hæc prosequor? jam in Commentario de S. Eliphio* (10) *mentem meam aperui, scilicet fraternitatem SS. Eliphii,* Eucharii *et sororum, et multo magis Baccii et Lientrudis parentelam inde ortam fuisse videri, quod ii sancti in eadem regione coluntur; et plane multa hujusmodi exempla sunt, v. g. duodecim fratres martyres, de quibus ad diem* 24 *octobris plura disputavi in Commentario de S. Felice Tubzocensi. Id unum addam nomina alia germanicæ originis esse v. g. Eliphius* (11), *Lientrudis, Oda et Gontrudis; alia romana seu græca v. g.* Eucharius; *alia hebraica ut Susanna; ita ut ii sancti ne ad eamdem quidem gentem pertinere videantur. Atque hac animadversione omnino subvertitur vetus Hibernorum persuasio* (12) *omnes hos sanctos natione Scotos aut Hibernos fuisse. Sed hæc quoque stare non potest, quoniam nititur dumtaxat auctoritate Cratepolii* (13); *qui dixit S. Eliphium filium regis Scotiæ fuisse, quia Coloniæ maxime colebatur in S. Martini Scotorum cœnobio. Sed de hac re in S. Eliphio* (14) *diximus; eumque errorem hoc loco intactum prætermisissemus, nisi Joannes Lynch* (15), *qui et Gratianus Lucius,* S. Eucharii *exemplo singulariter usus fuisset ad ostendendum Hibernos martyrii non esse pavidos. Melioribus telis hac in parte defendere se possunt Hiberni.*

§ II. An episcopus fuerit S. Eucharius; an idem qui S. Eucharius Trevirensis; utrum Grandi, an Tulli fuerit episcopus. De archidiaconatu Blesiensi controversia.

Episcopus fuisse legitur S. Eucharius *et quidem Grandi apud Leucos.*

At si parum fidendum sit narrationibus de S. Eucharii *genere, quam reliquis traditionibus dabimus fidem? Dicemusne eum fuisse episcopum ut sæculo* XI *certissime tradebatur, an contra sequemur scriptores breviarii anni* 1749 *aliosque qui ex ejus actis episcopatum ejus expunxerunt? Quodsi episcopus fuerit, utrum Grandi an Tulli, ut alii aliter tradunt? Fecitne martyrium annon? Si fecerit, an imperante Juliano Apostata, an alio tempore? Imprimis prorsus negare aut in dubium vocare non ausim*

(1) Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 812. — (2) Ibid. tom. II Octobris, pag. 151. — (3) Cfr ibid. pag. cit. — (4) Ibid. pag. cit. et ap. Benoit de Toul, pag. 211. — (5) Acta S. Mennæ, tom. II Octobris, pag. 157. — (6) Annales Trevirenses, lib. IV, num. 114, tom. I, pag. 247. — (7) Acta SS. tom. II Octobris, pag. 151. — (8) Lib. XVIII, cap. 5. — (9) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 321. — (10) Ibid. pag. 815. — (11) Ibid. pag. 799 et 800. — (12) Usserius, Britannic. eccl. antiquit. pag. 410. — (13) De Germaniæ episcopis et doctoribus, pag. 52. — (14) Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 815. — (15) Cambrensis eversus, tom. III, pag. 408, edit. 1851.

A S. Eucharii *episcopatum. Verba Passionis S. Eliphii, quæ num.* 4 *dedimus, ea de re plane luculenta sunt, neque dubium ullum exortum fuisse videtur ante sæculum* XVII. *Certe Rupertus, qui illam S. Eliphii Passionem sæculo* XII *meliore forma edidit, scripsit* S. Eucharium episcopali functum honore (1). *In Breviario Tullensi, quod annis* 1512 *et* 1513 *typis excudi jussit Hugo des Hazards, Tullensis præsul, lectio* VII *de* S. Euchario *ab his incipit verbis* (2) : In ea siquidem urbe, Grandi nomine, præclarissimus vir Eucharius Deo dilectus, Dei disponente gratia, fuerat episcopus ordinatus; *in Missali autem, anno* 1550 *impresso, Gradualis de* S. Euchario *sequens est initium* (3) : O pie pastor ovium, urbis Grandis et finium, nostrum pasce collegium..... Coronam gloriæ, triumphator Eucari, digne promeruisti; *in Prosa vero, quæ pone venit, hæc habes* (4) :

Hic ubi Grandi præfuit,
Ibi vita resplenduit;

B *in Breviario demum, excuso anno* 1593 *atque iterum* 1628, *hymnus de* S. Euchario *ad vesperas hæc complectitur* (5) :

Sanctum tamen Eucarium
Ac virtutum opificem
Urbs Grandis et confinium
Habuit in pontificem.

Dubitari nequit quin episcopus fuerit.

7 *His sane opponi potest* S. Eucharium *ferri medio sæculo* IV *floruisse; antiquissimum monumentum septem sæculis esse posterius; eodem potissime niti traditionem de ejus fratre et sororibus germanis, quam tamen minimi fecerimus et alia id genus. Re quidem vera ita est; atque libens addam alios plures sanctos, qui numquam fuere episcopi, postea tamen episcopos habitos fuisse et eo nomine cultos : cujus rei (ut alia omittam) singulare exemplum habes in S. Benedicto Quinciacensi, de quo ad diem* 23 *octobris disputavimus. Verum, licet hæc ita sint, nemo prudens eam ob causam dubitaverit de* S. Eucharii *episcopatu. Quum enim cultus* S. Eucharii *antiquissimus sit, ut inferius dicemus, atque in officiis divinis passim semper discrimen observatum fuerit inter episcopos et alios sanctos, non facile supponendum est temporis diuturnitate hominumque levitate immutationes inductas fuisse, adeoque has immutationes (sicubi objiciendæ videantur) demonstrandas esse certis documentis, nequaquam autem vanis conjecturis et nudis divinationibus obtrudi posse : secus si fiat, nulla amplius erit librorum liturgicorum historica auctoritas, quam cordati omnes venerantur. Alia scilicet omnino res est ex illis libris definire utrum aliquis fuerit episcopus et martyr, annon; quæ ex officiorum forma, saltem ex Missa, colligi queunt : alia episcoporum et martyrum inde demonstrare gesta; hæc enim eo sæpe illata sunt ex vulgi rumoribus seu etiam ex doctiorum conjecturis, quæ pedetentim receptæ fuerunt ab omnibus pro rebus indubiis et certis. Ab his facile discedi posse manifestum est; ab illis item ut fiat nulla proba suadet ratio.*

AUCTORE V. D. B.

8 *Jam si episcopus fuit* S. Eucharius, *quo in loco sedem suam habuit? Hæc controversia multo difficilior et a pluribus agitata. Extremo sæculo* XVII *jam pridem communis erat sententia* S. Eucharium *non Tulli, sed Grandi sedisse, qui locus ad occidentem hiemalem Tulli jacet inter Matronam * et Mosam, ad fontes orientales rivi Odornæ seu Ornæ *, ad lævam viæ qua Novocastro * itur Barumducis. Quum autem illo ævo in partibus istis controversiæ ortæ essent de abbatiarum aut capitulorum aliquot territoriis exemptis, maxime capituli S. Deodati, qui ab abbatiarum et capitulorum stabant partibus, studebant Tullensis cathedræ elevare gloriam et antiquitatem, quemadmodum, qui episcopis Tullensibus favebant, abbatiarum et capitulorum jura et dignitatem conabantur deprimere. Utriusque partis in hoc negotio manifestum peccatum est. Abbatiarum et maxime S. Deodati capituli exemptio et* E *jura tam luculenta erant, ut nil magis; verum nequaquam hæc pendebant a Tullensis sedis antiquitate, quum certo certius episcopi sedem suam Tulli constitutam habuerint, priusquam cogitatum fuisset de erigenda ulla abbatia aut capitulo, quæ illo ævo adhuc exstarent; ita ut frustra omnino illa de re ageretur. Sed non minus peccabant Tullensium episcoporum patroni, qui certissima privilegia vocabant in controversiam. Verum illa tum erat communis mentium inclinatio ut per fas et nefas bellum indiceretur exemptorum locorum juribus; quo piaculo se maculabant optimi etiam episcopi.*

Ferventibus apud Leucos litibus de exemptione aliquot ecclesiarum,

* Marnc.

* Orne.

*Neufchateau.

9 *Utut id est, primus in arenam descendit Franciscus Riguet, vir vere eruditus, dedit-que in lucem anno* 1701 *et* 1707 *typis Nancejensibus* Systema chronologicum episcoporum Tullensium (6). *Ut Riguetius aliquando inter Præmonstratenses versatus fuerat, ei achatem se dedit Carolus Ludovicus Hugo, ejusdem instituti præclarus alumnus et historicus; atque hic scripsit præfationem, quæ priori editioni Riguetii libri præfixa est. In* F *utraque autem illa scriptione eo collimatum est ut ostenderetur* S. Eucharium *Grandi suam habuisse sedem et postea tantum, quum nempe sæculo* V *Grandis destructa est, institutam fuisse Tullensem cathedram. Adversus eas lucubrationes sub persona Antimonis surrexit Delisle junior, aut (ut alii volunt) Nicolaus Clement, domo Tullensis et bibliothecæ regiæ Parisiensi præfectus, data in lucem* Defensione antiquitatis civitatis et sedis episcopalis Tullensis (7). *In Clementis partes paulo post inclinavit Tullensis historicus P. Benedictus Picard, vulgo* Benoit de Toul, *ita tamen ut quidem expungere velle videatur cathedram Grandensem et* S. Eucharii *episcopatum* (8), *sed simul ut S. Mansuetum, quem statuit primum Tullensem fuisse episcopum, medio sæculo* IV *aut potius circa annum* 400 *floruisse innuat* (9); *eamdemque fere senten-*

de S. Eucharii *episcopatu multi conscripti fuere libri, et nuperius etiam aliquot commentarii.*

(1) Ap Surium, Vitæ SS. Octobris, pag. 246, edit. 1618. — (2) Ap. A. Digot, Mémoire sur l'épiscopat de S. Eucaire, in Diario l'Espérance, courrier de Nancy, 1841, 1, 8 et 15 juillet. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Système chronologique et historique des évêques de Toul, in-12. — (7) Défense de l'antiquité de la ville et du siége épiscopal de Toul, Paris, 1702. — (8) Histoire de Toul, pag. 149 et 210. — (9) Ibid. pag. 149.

AUCTORE V. D. B.

tiam secutus est Calmetus (1). *Hæc vero quum pro more suo in priore suæ Historiæ Lotharingiæ editione moderate fecisset, non tamen evasit Tullensis ecclesiæ defensorum censuras, tum quod non satis antiquam fecisset Tullensem cathedram, tum maxime quod ad illorum opinionem non accommodasset historiam abbatiarum S. Deodati, Senonensis, Medii Monasterii, S. Apri et Stivagii; quare surrexit adversus eum Brulerius, postea Tullensis archidiaconus, qui anno* 1727 *typis Tullensibus excudi jussit* Defensionem ecclesiæ Tullensis (2) *et anno* 1746 Observationes in animadversiones R. P. Domni Augustini Calmeti seu prosecutionem Defensionis ecclesiæ Tullensis (3); *ad quod utrumque opus respondit Calmetus in* Dissertatione *singulari* de episcopis Tullensibus, *præmissa primo tomo posterioris editionis Historiæ Lotharingiæ, anno* 1747 *in lucem datæ. Quievit deinde illa controversia, donec anno* 1841 *renovata est a cl. v. Dufrêne, causidico Tullensi. Edidit autem hic de eo argumento scriptionem tum*
B *in Commentariis antiquariorum Galliæ, tum in diario Nancejensi* (4), *tuitus Clementis et Calmeti partes eorumque usus argumentis. Paulo post Augustus Digot contrariam sententiam propugnavit et adversariorum rationes infirmare conatus est* (5); *quo in opere ei dein suppetias tulit R. D. Marchal, parochus in Heillecourt* (6).

Licet multa suadeant S. Eucharium, *a Tullensibus et Trevirensibus cultum, unum virum esse,*

10 *Quid porro de illis statuendum videbitur? Priusquam ad id quæsitum qualecumque responsum dem, non possum non aperire angorem, quo, dum Commentarium de S. Eliphio et præsentem de* S. Eucharo *scriberem, mens mea continuo tentata fuit, scilicet* S. Eucharium, *episcopum, a Tullensibus cultum, eumdem esse ac* S. Eucharium, *primum Trevirensem præsulem : et licet Bueus* (7) *scripserit* inepte confusum iri Eucharium Tullensem cum Trevirensi, *liquidum est vel ex hac sola ejus animadversione eamdem opinationem animo ejus obversatam esse. Et quidem pristina Tullensis diœcesis, utpote pars Belgicæ primæ, continebatur provincia ecclesiastica Trevirensi; unde procul dubio S. Eucharius Trevirensis*
C *fidem in ea regione propagavit aut curavit propagandam. Deinde ut Trevirenses videntur episcoporum suorum catalogum auxisse nominibus, ad alias sedes pertinentibus, sic nil mirum erit si Tullenses crediderint S. Eucharium Trevirensem suæ diœcesis fuisse episcopum; et quum tamen in antiquis catalogis nomen ejus non legeretur, pronum erat ut Grandi, cujus pristinum splendorem ex ruderibus perspectum habebant, eum sedisse arbitrarentur. Et demum quod nomen ejus a catalogis illis abest, argumentum inde depromi posse videtur eum neque Grandi, neque Tulli sedisse, adeoque alius sedis fuisse episcopum; quandoquidem, ubi intra unius ejusdemque diœcesis limites cathedra episcopalis ab uno loco transfertur ad alium, episcoporum series eam ob causam non rumpitur aut nova non incohatur. Opponi quidem potest*

natales esse diversos, S. Eucharium *videlicet* D *Tullensem olim cultum fuisse die* 27 *octobris, Trevirensem vero die* 8 *decembris. Verum quis huic diversitati, ex reliquiarum translatione aut templi dedicatione forte ortæ, fidere ausit? Nam non unum natalem seu festum habuit* S. Eucharius *Tullensis : in inscriptione gallica Pompejana, quam inferius recitabimus, depositus dicitur* x *kalendas majas seu die* 22 *aprilis; translationis vero festum agebatur Liberduni* v *kalendas majas seu die* 27 *aprilis* (8); *et demum, ut initio vidimus, alia festivitas celebrabatur die* 27 *octobris; ita ut argumentum, deductum ex natalium distantia, impræsentiarum tanto minus firmum sit quanto plura* S. Eucharii *Tullensis fuerint festa.*

aliter tamen statuendum est propter duorum corporum ab antiquissimis temporibus exsistentiam.

11 *Adeoque nil dubitans* S. Eucharium *Tullensem et Trevirensem unum eumdemque dicerem esse virum, nisi ineluctabilis obstaret ratio, ex duorum corporum ab antiquissimis temporibus conservatione repetita : neque opponi potest utrobique partem tantum ossium fuisse depositam, quum illo ævo vix aut ne vix quidem apud latinos in more esset positum sacra ossa distrahere* (9). *Porro, ut inferius videbitur, a sæculo saltem* VI *servatum est in Tullensi diœcesi* S. Eucharii *corpus, dum alterum studiose custodiretur Treviris. De hoc testimonia habemus, alia Normannorum invasione antiquiora, alia recentiora; quod ideo animadvertimus quod nonnulli plane flocci faciunt hæc posteriora documenta, quasi ex nudis S. Matthiæ monachorum fictionibus constarent. In Vita S. Maximini, edita a decessoribus nostris* (10), *quam omnes etiam Hontheimius* (11) *fatentur sæculo* VIII *conscriptam fuisse, de ejus funere apud Treviros hæc narrantur* : S. Paulimus igitur, civitatis antistes, in basilicam S. Joannis, quam antecessores ejus ædificaverant, ferri eum imperavit. Videlicet SS. Eucharius, Valerius atque Maternus alium illic præparaverunt sibi locum ad quiescendum : ibique vir beatissimus in ecclesia, cujus superius meminimus, honorifice conditus est. At sancti Eucharius, Valerius, Maternus ex altera quiescunt parte civitatis, infra ecclesiam,
F quam sibi procul a civitate mirabili construxerunt opere. *Duobus fere sæculis antiquior S. Gregorius Turonensis, in Vitis Patrum, capite* XVII, *agens de S. Nicetio, Trevirensi præsule, hæc refert* (12) : Cum autem lues inguinaria Treviricum populum in circuitu valde vastaret... factus est sonus de nocte magnus... Audita est in medio rumoris vox una cæteris clarior, dicens : « Et quid hic, o socii, faciemus? Ad unam enim portam Eucharius sacerdos observat, ad aliam Maximinus excubat, in medio versatur Nicetius : nihil hic ultra prævalere possumus. » *Hæc scilicet locuti dæmones, quod S. Nicetius vivus in media civitate seu templo cathedrali oraret, et SS. Eucharius et Maximinus extra obversas portas, ille ad occidentem, hic ad orientem, mortui quiescerent. Supersedeo referendis monumentis recentioribus; quæ singulari diligentia indicavit Wait-*

(1) Histoire de Lorraine, 2e édition, tom. I, col. XXIX et seqq. et col. 202 et seqq. – (2) La défense de l'église de Toul, in-4°, Toul, 1727. — (3) Réflexions sur les remarques du R. P. Dom Augustin Calmet, abbé de Senones, pour servir de suite à la défense de l'église de Toul, in-4°, Toul, 1746. — (4) L'Espérance, num. 79. — (5) Ibid. 1841, 1 et 8 juillet. — (6) Ibid. 1841, 15 juillet. — (7) Acta SS. tom. II Octobris, pag. 153. — (8) Benoit Picard, Histoire de Toul, pag. 210. — (9) Cfr Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 935. — (10) Ibid. pag. 22. — (11) Hist. Trevirensis diplomat. tom. I, pag. LVIII. — (12) Opp. S. Gregorii Turonensis, col. 1237.

zius

A *zius in editione Gestorum Trevirorum* (1). *Hæc enim quum a S. Matthiæ monachis, non secus ac pleræque Vitæ sanctorum Trevirensium, collectæ fuerint, multus in omnibus eorum scriptis de S. Euchario Trevirensi ejusque corpore est sermo; quandoquidem ipsimet constituti essent in suburbana cœmeteriali basilica, prius S. Joannis dicta, dein S. Eucharii, postea SS. Eucharii et Matthiæ, et demum S. Matthiæ, quia hujus apostoli reliquiæ sæculo* IV *illuc illatæ fuisse dicebantur.*

Plurima favent ut S. Eucharius *dicatur Grandi fuisse episcopus;*

12 *Alius itaque est S. Eucharius, Trevirensis episcopus, alius* S. Eucharius *episcopus, cultus a Tullensibus. Unde quæstio redit cujus demum sedis hic episcopus fuerit, utrum Grandensis, an Tullensis. Equidem luculente profitebor me hic hærere quam maxime. Numero* 6, *ubi ostendimus* S. Eucharium *vere fuisse episcopum, plura loca recitavimus, quibus traditur Grandi suam habuisse sedem; atque hæc potissima sunt argumenta, quibus sedis Grandensis defensores nituntur. Addunt in Passione S. Eliphii* (2) *legi* maxi-

B mam longitudine et latitudine urbem *fuisse,* turribus et muris tunc temporis munitissimam, nomine videlicet Grandem; *hæc verissime dicta esse, quippe quæ manifesta sint ex reliquiis* (3) : *superesse nempe partes aquæductus, quo ex longinquo adducebantur necessariæ aquæ; immensum ibidem fuisse amphitheatrum, cujus axis major metra longus erat centum triginta septem aut octo, minor sexaginta et unum; repertos ibi fuisse multos numos primorum imperatorum, scilicet Neronis, Vespasiani, Faustinæ junioris, Commodi, Septimiique Severi, et inscriptiones cum alterius Antonini nomine; anno* 1808 *ibidem detectum fuisse carcerem publicum, in quo compedes ænei reperti, catenæ et quinque cadavera; balnea publica ibidem inventa similiter; et vix alicubi fodi posse terram, quin appareant sepulcra, statuarum, zophororum, capitellorum aliarumque id genus rerum fragmina; verbo immensum hujus oppidi ambitum colligi posse ex superstitibus vestigiis* (4); *viam stratam, qua Nasio* * *ibatur Noviomagum* *, *per Grandem deductam fuisse,*

* Naix dans la Meuse,
* Neufchateau

C *adeoque nil obstare quin hic locus præcipuum Leucorum oppidum fuerit; fieri itaque potuisse ut ibidem sedem suam habuerit* S. Eucharius; *dum autem id oppidum floreret, exiguum valde fuisse Tullum; ejus ambitum, quem Calmetus notavit in Tullensi mappa, primo Historiæ suæ Lotharingicæ tomo inserta, tam parvum fuisse ut eo vix bis mille quingenti incolæ continerentur; videri castellum tantum fuisse; unde viam, quæ pristinum adhuc dissecat oppidum, etiam nunc dici* Micastel *seu* Michâté (5); *videri itaque Tullum non prius factum esse Leucorum caput et episcopi sedem, quam Grandis a barbaris destructa fuerit.*

alia favent Tullo; quæ tamen

13 *Verum, licet ambigi non possit quin Tullum illo ævo valde brevibus constringeretur mœnibus, indubium tamen est eam Leucorum civitatem fuisse. Ptolemæus enim, qui sub Hadriano et Marco Aurelio Antonino floruit:* Sub his, *inquit* (6), *scilicet Mediomatricibus,* et Rhemis sunt Leuci, et civitates eorum Tullum, Nasium; *ita ut non minus ante barbarorum irruptiones quam temporibus Honorii Augusti* civitas Leucorum Tullo *fuerit (verba sunt Notitiæ imperii)* (7). *Dein Tulli situs multo melior fuit quam Grandis. Tullum enim super Mosellam positum erat et duabus secabatur viis publicis; altera qua Andomaturo* * *Divodurum* *; *altera qua Remis aut propius Nasio ibatur Andesinam* (8), *atque hinc forte Argentoratum. Adde Grandim ab omnibus antiquis scriptoribus fuisse ignoratam. Opponunt præterea Grandim ne videri quidem olim sitam fuisse in Leucorum territorio aut diœcesi Tullensi, sed potius in Lingonensi, immo Trecensi: quod ita conficiunt. Grandis, inquiunt, continebatur archidiaconatu Blesiensi; qui quum olim pars diœcesis Trecensis esset et divisiones ecclesiasticæ et maxime diœceses pristinos populorum terminos repræsentarent, hinc fit* E *ut Grandis Tricassinis adjudicanda sit, nequaquam autem pertinuerit ad Leucos.*

dicuntur de archidiaconatu Blesiensi, quo Grandis continebatur et quam volunt olim Trecensis diœcesis partem fuisse,

* Langres
* Metz

licet aliter judicarit B. Paschalis II,

14 *Nituntur autem sequenti diplomate* (9), *quod quia fere incognitum est hic damus:* Paschalis episcopus, servus servorum Dei, Tullensis ecclesiæ episcopo Piboni et canonicis salutem et apostolicam benedictionem. Pro archidiaconatu Blesiensi querelam adversus vos a Trecensibus clericis in concilio (*Trecis* (10) *mense aprili anni* 1104 (11) *celebrato*) motam audivimus; cui nimirum concilio frater noster Richardus, Albanus episcopus, tunc temporis nostræ auctoritatis vices præferens, præsidebat. Cæterum querelam ipsam, judicantibus venerabilibus episcopis, qui in eodem consilio considebant, facile consopitam juste legaliterque cognovimus. Cum enim venerabilis Hugo, nunc Catalaunensis episcopus, quondam vester canonicus Tullensis, ecclesiæ possessionem quadragenariam et longe supra canonice probare paratus affuerit, Trecenses e regione interruptionem legalem a se factam ostendere nullatenus potuerunt. Data igitur ex episcopali judicio sententia est ut Blesiensis archidiaconatus, omni F deinceps remota pulsatione Trecensium, omnino quiete et integre in jure Tullensis ecclesiæ permaneret. Quam profecto sententiam, et tertiam qui præsentes affuerant relationibus intimatam, et litterarum quæ penes idem concilium conscriptæ sunt præsentatione contentam, nos quoque, largiente Domino, litteris præsentibus confirmamus, et Blesiensem archidiaconatum ecclesiæ [Tullensi] jure ac possessione perpetua tenendum servandumque saucimus. Data per manum Joannis diaconi ac bibliothecarii II kal. februarii, indictione XIIII, *(anno Christi* 1106).

nullius momenti sunt ad solvendam propositam quæstionem.

15 *Sed argumentum, quod inde petitur, valde infirmum est. Imprimis divisio diœceseon in archidiaconatus non tantæ est antiquitatis, ut inde pristinorum pagorum mino-*

(1) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VIII, passim. — (2) Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 812. — (3) Vide Mappam topographicum Grandis ap. Caylus, Recueil d'Antiquités, tom. VI, pag. 349. — (4) Benoit Picard, Histoire de Toul, pag. 110; D. Calmet, Histoire de Lorraine, tom. I, pag. XXXVII; Caylus, Recueil d'Antiquités, tom. III, pag. 429 et seqq.; tom VI, pag. 349 et seqq.; A. Digot, l'Espérance, courrier de Nancy, 8 juillet 1841; Valckenaer, Géographie ancienne des Gaules. tom. I, pag. 533 et 534. — (5) A. Digot, loc. cit. Cfr Benoit Picard, pag. 16. — (6) D. Bouquet, Recueil des historiens français, tom. I, pag. 77. — (7) Ibid. pag. 123. — (8) Valckenaer, Géographie ancienne des Gaules, tom. III, pag. 86 et seqq. — (9) Benoit Picard, Hist. de Toul, pag. CXXIV. — (10) Labbe, Collect. concil. tom. X, col. 738 — (11) Mabillonius, Annal. Bened. lib. LXX, num. 75-79.

rum

AUCTORE V. D. B.

rum tuto intelligi possit circumscriptio (1); *et quidem in pristina diœcesi Tullensi raro archidiaconatus conveniebant cum pagis minoribus. Deinde valde varia fuit fortuna politica illius regionis, quæ archidiaconatus Blesiensis seu Risnellensis dicta est et varios minores pagos aut pagorum partes complexa est; ita ut integer commentarius facile de ea conscribi possit: quamobrem quum sæpius ecclesiasticæ res politicas secutæ sint, valde incerta sunt ea omnia, quæ tanta varietate nituntur. Tertio olim in diœcesi Tullensi octo erant archidiaconatus, nempe Tullensis, Portensis, Vitellensis, Risnelliensis seu Blesiensis, Vosgiensis, Linegensis, Gondulfi Curtis et Barriducis; qui duo posteriores aliquando suppressi sunt eorumque territorium aliis additum* (2). *Porro Gondulfi Curtis archidiaconatus videtur fere cepisse ambas Ornensis seu Odornensis pagi partes, de quibus in divisione imperii, anno* 870 *facta, hæc leguntur:* Ludovico, *regi Germaniæ...,* Odornense quod Bernardus habuit, *seu pars orientalis, pago Tullensi contigua...,* Carolo *Calvo...* Odornense
B quod Tetmarus habuit, *seu pars occidentalis, pago Bassiniacensi tum non valde lato finitima; ita ut Odornensis pagus tunc complecteretur præter territoria, ad fontes Ornæ seu Adornæ rivi posita, etiam pagum Vallium,*
* Vaucouleurs *quo Vallis Colorum* continetur, adeoque circumscriberetur finibus pagi Tullensis ad orien-*
* Soulossois *tem vernum, pagi Solimaricensis* ad orientem hiemalem, pagi Bassiniacensis ad meridiem et occidentem hiemalem, pagi Barrensis ad occidentem vernum et æstivum et pagi Virdunensis ad septentrionem* (3). *In eo itaque pago, cujus præcipua pars vulgare nomen adhuc servat* Pays d'Ornais, *sita erat Grandis, licet aliqui velint hunc locum partem aliquando fuisse pagi Solimaricensis** (4), *ad*
* Le Soulossois
* Le Mouzon. *fontes fere Mosæ et Mosunæ* siti. Quarto archidiaconatus Blesiensis vix videtur ad*
* La Marne. *dexteram Matronæ* ripam porrectus fuisse, adeoque Tullensis decanatus dicebatur seu pars archidiaconatus Risnelliensis. Quinto Lifou Majus et Minus, quod Trecensibus propius erat quam Grandis atque etiam archidiaconatu Blesiensi seu potius Risnelliensi*
C *continebatur, in Historia episcoporum Antissiodorensium, quam sæculo* X *scripsit Herricus, dicitur* Lufaous in pago *majori seu diœcesi* Tullensi (5); *ita ut multo ante B. Paschalis* II *tempora, immo ante omnem hominum memoriam tractus ille diœcesis Tullensis pars fuerit. Sexto demum S. Libaria, quæ Grandi plurimum culta fuit, in diœcesi Trecensi numquam honores assecuta fuisse videtur ecclesiasticos; contra in diœcesi Tullensi. Frustra itaque tentant ex B. Paschalis II diplomate demonstrare Grandim intra Tullensis diœcesis limites sitam non fuisse. Præterea etiamsi id daretur, nequaquam hinc confieret* S. Eucharium *Grandi suam non habuisse sedem, sed solum eum versatum esse extra diœcesim Tullensem.*

Lectiones 16 *Hæc itaque omnia multo minus gravia sunt quam nonnulli opinantur. An itaque eundum in sententiam eorum qui* S. Eucharium *Grandi episcopum fuisse affirmant? Non dixerim. Si enim olim in pluribus libris liturgicis dicebatur Grandensis episcopus fuisse, in aliis v. g. in Breviario Tullensi, quo usus est Gononus* (6), *dicebatur fuisse* episcopus Leuchorum, *quo nomine episcopus Tullensis medio ævo certissime intelligebatur; in aliis autem tradebatur Tulli scholas rexisse, quas Constantinus Magnus ibidem constituisset* (7). *Dabo quidem facile id inventum fuisse, quoniam memoria superesset scholas in hac civitate plurimum olim floruisse* (8); *sed id quoque dandum valde instabilem fuisse de episcopatu Grandensi* S. Eucharii *traditionem, ut tam facile alia traditio contraria admissa fuerit. Animadvertendum etiam est sæculo* IX *invaluisse opinionem S. Mansuetum primum fuisse Tullensem episcopum; quo quum antiquior fuisse videatur* S. Eucharius, *hinc pronum erat ut non Tullensis diceretur fuisse episcopus, sed alius loci, nempe Grandis. Quare in mediis illis tenebris malo nil definire*
E *quam manifestum erroris periculum incurrere. Id unum tenendum eum episcopum fuisse et martyrium fecisse in diœcesi Tullensi; nisi quis malit statuere Leucos primis temporibus divisos fuisse in duas diœceses, quippe qui (ut testis est Ptolemæus) duas haberent civitates Tullum et Nasium; Grandim, quæ non secus ac Nasium inter Mosam et Matronam jacet, successisse Nasio; in hac parte Leucorum episcopum fuisse* S. Eucharium; *postea diœcesim Nasiensem seu Grandensem additam fuisse Tullensi, quemadmodum de aliis quoque Belgicæ diœcesibus factum est; facile id fieri potuisse quum Nasium et Grandis a barbaris destructæ fuere, adeoque, veteri disciplina statutum fuisse ut vicini episcopi viduas ecclesias procurarent; quo pronum fuisse ut paulatim unio fieret. Atque has plane conjecturas probarem, si me meliorem haberent auctorem. Venimus jam ad tempus quo* S. Eucharius *truculentam mortem pro Christo obiit.*

antiquæ Tullenses non magni pretii. Quæritur utrum olim territorium Leucorum non in duas divisum fuerit diœceses.

§ III. Quo tempore et loco S. Eucharius martyrium fecerit. Nupera retectio fortuita sepulcrorum ejus sodalium. F

S. Eucharius *martyrium subiit imperante Juliano,*

Quo itaque tempore martyrii palmam accepit beatus vir? Omnia quæ supersunt monumenta clamant id tempore Juliani apostatæ contigisse; quin etiam in antiquis Passionibus SS. Mennæ, Libariæ et Eliphii fertur Julianus ipsemet sanctos interrogasse eosque capitali sententia damnasse; idemque de S. Euchario *fecisse ferunt. Ast, ut in commentario de S. Eliphio satis superque demonstravimus* (9),

(1) Cfr Guérard, Essai sur le système des divisions territoriales de la Gaule, pag. 87 et seqq. — (2) Benoit Picard, Hist. de Toul, pag. 164. — (3) Wastelain, Description de la Gaule Belgique, edit. 1778, pag. 271 et 272. — (4) Benoit Picard, pag. 111. — (5) Labbe, Bibliotheca Mss. tom I, pag. 430. Cfr Lelong et Fevret de Fontette, Bibliothèque historique de la France, tom. I, numm. 494, 521 et seqq. — (6) Vitæ Patrum Occidentis, pag. 225. — (7) Benoit Picard, Hist. de Toul, pag. 209. — (8) Launoyus, de Scholis celebrioribus, cap. 37, Opp. tom. IV, part. I, pag. 42 et 43. — (9) Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 802 et 803.

Julianus

A *Julianus anno* 361 *christianam religionem publice adhuc sequebatur; post id tempus in agrum Tullensem amplius non venit; et, quod præcipuum est, gentiles ritus non prius publice adhibuit aut christianis adversarium se ostendit quam ex Galliis excessisset. Quum tamen passim colantur in Galliis sancti, qui Juliano imperante vitam pro Christo dedisse dicuntur, contenduntnonnulli a Sallustio præfecto generalem in Galliis suscitatam fuisse persecutionem, qua Tullenses etiam martyres perierint; verum hæc sine ullo vade proponi in citato commentario ostendimus* (1). *Hinc, (nisi quis credat hæc martyria Juliano afficta fuisse vulgi rumore, quod exoso viro, cujus præsentiæ in illis partibus memoria superat, facile cædes tribuantur), reliquum est ut dicantur magistratus aut copiarum duces, Juliani favores aucupantes, truculente egisse in* S. Eucharium *uti et in S. Eliphium aliosque. Neque a Juliani temporibus dimoveri posse videtur* S. Eucharii *martyrium; id enim fert traditio a sæculo saltem* IX *; et, quod præcipuum est, in ejus sociorum cœmeterio de-*
B *tectus est non ita pridem Constantis, Constantini Magni filii, numus, quemadmodum paulo infra explicabimus; quare nisi dicatur tumulus, in quo is numus repertus est, aliis postea accessisse (quæ parum probabilis divinatio est), necessario statuendum est immensam hanc cædem Juliani ævo fuisse factam; quum alio tempore christianorum persecutio non fuerit. Profitebor tamen me nequaquam adversari Tullensibus, qui crediderint multo ante Constantini tempora fidem christianam apud Leucos cognitam fuisse et propagatam. Cæterum ad diem* 17 *octobris in Commentario de S. Florentino, episcopo Trevirensi et Tungrensi, plurimus hac de re sermo institutus fuit.*

in Pompania villa, ut inscriptiones, affixæ S. Eucharii *eremitorio,*

18 *Vix quæstio esse potest de loco in quo* S. Eucharius *martyrio coronatus est : id factum esse Pompejæ seu in Pompania villa plane certum est. Jacet hic vicus ad ripam sinistram Mosellæ inter Liberdunum et confluentes dicti fluvii et Mortæ ad septentrionem Nanceji, a quo duas leucas distat, tres vero a Mussiponte* (2). *Parva olim ibidem*
C *exstabat ecclesia,* S. Eucharii *memoriam servans, quam anno* 968 *S. Gerardus, Tullensis episcopus, parthenoni de Buxeriis* * *dono dedit et quæ sæculo* XVIII *ampliori forma a fundamentis denuo ædificata est* (3). *Ad orientem æstivum ejus templi et ad dexteram viæ stratæ, qua Nancejo Mussipontem itur, aliud monumentum cernitur multo propius ad* S. Eucharium *pertinens; sacellum scilicet, etiam eremitorium dictum, olim sub ditione capituli Liberdunensis* (4), *nunc ruinam trahens et ante annum* 1312 (5) *conditum in ipso loco in quo sanctus martyr sanguinem profudisse traditur. In exteriori pariete ambæ sequentes leguntur inscriptiones, quæ sæculo* XIII *aut* XIV *factæ dicuntur, sed recentioris videntur esse ævi. Primi eas ediderunt Abrahamus Ortelius et Joannes Vivianus in suo Itinerario per nonnullas Galliæ Belgicæ partes* (6); *dein Browerus* (7); *postea Riguetius* (8); *P. Benedictus Picard* (9); *Calmetus* (10); *Augustus Digot* (11), *Ludovicus Collenot* (12) *aliique. Ecce prius gallica epigraphe :*

AUCTORE V. D. B.

Pour lamour du Creatour
Ici en cest lieu et alentour
Nobles barons chevaliers et champions de la foy
De la vie eternelle ayant la soif
Desquels le mirouer et exemplaire
Etait mōs : sc̄t Eucaire
Par Unaldres Sarasīs et paiens
Avec l'apostat Julien
Vingt deux cents par nombre
Sont ici mis en comble
En l'an IIIe LXII la Xe kalende de May
Furent mis en ceste macthe
Hi felices prælibati
Juliani gladio sunt truncati. E

Latina ita sonat :

Ex Catalaunie regis prosapia
Baccii et Lientrudis editi sunt
Nobilissimi sanctissimique subscripti
Videlicet S. Eucharius S. Eliphius
S. Libaria S. Susanna S. Meuna
S. Oda S. Gertrudis quorum dignis
Suffragiis et gloriosis meritis
Cum ipsis associemur in cælis

19 *Et quamquam inferius de Liberduno singulariter instituendus erit sermo, liceat etiam hoc loco referre inscriptionem, quæ ibidem olim super* S. Eucharii *monumentum legebatur et a prædictis scriptoribus fere relata est :*

et tertia Liberdunensis testatum faciunt.

Lami de Dieu et vrai martyr Eucaire
Jadis de Grand evesque debonnaire
Noble de sang fils de Baccil royal
Lan de salut trois cent soixante deux egal F
Par Julien jadis empereur des Romains
Dit lapostat pour des faits inhumains
Fit mettre a mort par Vandres et par payens
Vingt deux cent chevaliers chretiens
Pres de Pompey au lieu quon dit aux tombes
Des dessus dits le benoit S. Encaire
Etoit guidon miroir et exemplaire
Par grâce de Dieu son chef il apporta
A Liverdun comme sa vie le temoigne
Duquel le corps sans quelque doute aucune
Fut inhume et mis en ceste place
Jesus nous donne en paradis la place.

* Bouxières-les-Dames *vel* les-Nonains.

(1) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 803 et 804. — (2) Cfr de hoc vico d'Expilly, Dictionnaire géographique de France, v° *Pompey ;* Dictionnaire universel de France, v° *Pompey ;* Grille de Beuzelin, Rapport sur les monuments historiques des arrond. de Nancy et de Toul, pag. 44 et 45. — (3) Cfr Benoit Picard, Hist. de Toul, pag. 210, et Grille de Beuzelin, loc. cit. — (4) Benoit Picard, Pouillé du diocèse de Toul, tom. I, pag. 276. — (5) Mittheilungen a. d. Gebiete der Kirchlichen Archäologie und Geschichte der Diöcese Trier, 1 fasc. 1856, pag. 56. — (6) Post Petri Divæi opp. pag. 16. — (7) Annales Trevirenses, lib. IV, cap. 116, tom. I, pag. 247. — (8) Système des évêques de Toul, pag. 13. — (9) Hist. de Toul, pag. 211. — (10) Hist. de Lorraine, tom. I, col. 201 et 202. — (11) L'Espérance, 1 juil. 1841. — (12) Du martyre de 2,200 chrétiens, pag. 25.

Operæ

AUCTORE V. D. B.

Operæ pretium non est de multis adjunctis disputare, quæ inscriptionibus illis continentur; neque enim eas alia de causa afferimus quam ut testimonium sint de loco in quo S. Eucharius *cum sociis obiit.*

Multo magis id patet ex invento anno 1851 *cœmeterio*

20 *Ast, inquies, quod momentum habent inscriptiones tanto remotæ tempore a Juliani apostatæ ævo? Maximum plane, quum martyrii et sepulturæ locus non potuit non perseverare in accolarum memoria et veneratione. Verum accipe firmius responsum. Quum anno* 1851 *via ferrea Nancejum inter et Metas sterneretur et citra pontem, super Mosellam structum, extollendus esset agger, terra sumenda visa est ex vicino campo, hortis et vineis distincto, cui etiamnum nomen* champ des tombes. *Quod dum fieret, ecce deteguntur sexcenta circiter sepulcra, quæ numquam mota fuerant et quæ ossium compages continebant, satis bene conservatos. Alia corpora nuda humo contecta jacebant; alia inter lapides; alia demum in ponderosis tumulis, desuper contectis lapidibus; unumque sepulcrum ex lateribus constructum erat. In pluribus* B *tumulis repertæ fibulæ, inaures, vitrei et testacei globuli; similiter vasa, maxime ad pedes posita; aliquando etiam gladius ad latus jacens; inventi item numi Marci Agrippæ, Postumi et Constantis; ab unius sceleti collo dependebat ex catenula Maximiani Herculei numus; semel etiam duo corpora detecta in uno sepulcro.*

sodalium S. Eucharii, *qui cum eo capite cæsi sunt: hac inventione*

21 Verum, *ut verbis jam utar Georgii Boulangie* (1), *testis oculati*, in magno sepulcrorum numero capita a truncis separata erant, jacebantque aliquando in medio, aliquando ad pedes sceletorum; in recentius aperto tumulo ossa unici tantum corporis jacebant, sed duo calvariæ, altera ad caput, altera ad pedes. In fovea aliqua quatuor apparuere corpora ad quorum medietatem quatuor capita posita erant. In tumulo aliquo, quoniam brevior erat quam ut rectum corpus caperet, crura plicata erant contra caput. Demum calvaria quædam, quæ nunc est penes cl. v. Petit in Maneville, continebat molem fusi plumbi. *Inscriptiones quidem ibidem repertæ nullæ; sed parvus lapis quadratus, cruce æquibrachiali, tres polices longa,* C *signatus. Habemus hic itaque hominum multitudinem, capite plexorum et crudelissimo aliquando habitorum modo. Ex crucis signo, etiamsi martyrii indicia non abundarent, eos christianos fuisse quis non intelligit? Vixisse usque ad Maximiani Herculei tempora, cujus quippe numisma unus ex collo gerebat, quis neget? Verisimiliter etiam post Constantis tempora seu post annum* 333, *(nam Constantini M. filius proculdubio intelligendus est* (2),*) nonne suadet præsentia ejus numi? Atque ita plane deducimur ad Juliani apostatæ ævum; ita ut in fasciculis Trevirensibus archæologicis et historicis* (3) *recte commentario de inventis illis titulus inditus fuerit :* Merkwürdige bestätigung einer Martyrersage. *Atque hæc quidem Dei providentia est ut, dum plurimi eruditi in hoc operam suam collocant ut res receptas omnes negent aut irrideant, talia* D *reperiantur monumenta quibus, confirmentur plane et in ævum stabiliantur sanctorum martyrum triumphi. Recole quæ alibi docuimus de martyribus Thebæis* (4).

mirum in modum confirmata sunt præcipua adjuncta illius martyrii.

22 *Sed paulo propius illa inspicienda esse videntur. Ex apertione illorum tumulorum re quidem vera non constat,* S. Eucharii *socios numero fuisse bis mille ducentos, ut in epigraphe gallica Pompejana perhibetur; sed sexcentos saltem fuisse non est dubitandum. Hos inter milites fuisse, ut ex apposito gladio constitit, non est mirandum, quum certissime per milites romanos, ut jam collega meus in commentario de S. Florentino, Trevirensi episcopo, animadvertit* (5), *christiana religio quaquaversum et singulariter in Belgica propagata fuerit. Capite plurimos fuisse truncatos, ut latine ad finem inscriptionis gallicæ additur, ex capitum collocatione non minus certum est. Verbo adjuncta præcipua, quæ de* S. Eucharii *et sociorum martyrio ferebantur, manifesta hinc facta sunt et inconcussa. In referendo itinere, quod sub medium mensem julium anni* 1852 *in his partibus instituit* E *reipublicæ præses, qui dein imperator Ludovicus Napoleo Bonaparte, passim meminerunt ephemerides illius inventionis. Ut fit, alii aliter de ea senserunt; sed communi prudentia hæres optime definiuntur. Vide tamen memoratam lucubrationem Ludovici Collenot.*

§ IV. Reliquiæ Liberduni; Vandali repulsi; reliquiarum translationes et destructio; fata capituli Liberdunensis.

Translatæ S. Eucharii *reliquiæ Liberdunum subsidio sunt, ut constat ex Dagoberti regis diplomate,*

Caput suum Liberdunum detulisse traditur S. Eucharius *in inscriptione Liberdunensi. Sed de commento illo, quod singulari studio in Commentario de S. Bolonia* (6) *prosecutus sum, nil denuo animadvertendum habeo. Portatum est non multo post mortem* S. Eucharii *corpus in Liberdunense templum. Jacet autem Liberdunum (cujus nominis forma ævum celticum aut romanum sapit) sesquileucam occi-* F *dentem versus a Pompeja ad ripam similiter sinistram Mosellæ, in abrupto colle, quo olim egregium erat munimentum Tulli, non procul ad occidentem siti. Exstat autem Frederici II imperatoris, diploma* (7), *datum anno* 1225, *quo confirmatur Henrici VII diploma; quo Henrici VII diplomate continetur et confirmatur tertium Arnulphi regis: atque id ipsum Arnulphi diploma ex archivo Tullensi ediderunt Mabillonius* (8) *et Galliæ christianæ novæ auctores* (9); *quæ ideo animadvertimus quod nonnulli de hoc diplomate ancipites esse videntur. Porro in Arnulphi diplomate, circa annum* 888 *concesso, hæc legere est :* Præterea interventu dilecti filii nostri Zuenzobeldi et Vilnorendi *(P. Benedictus* Vizemundi *in Frederici diplomate legit)* ducis et

(1) G. Boulangié, ingénieur des ponts et chaussées à Metz, in diario : Journal de la société archéologique et du comité du musée Lorrain, 1851. — (2) Cfr Eckhel, Numi veteres, tom. VIII, pag. 109 et seqq. — (3) Mittheilungen etc. pag. 77. — (4) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 136. — (5) Cfr Ibid. tom. VIII Octobris, pag. 31 et 32. — (6) Ibid. tom. VII Octobris, pag. 819. — (7) Benoit Picard, Histoire de Toul, pag. xxxii et xxxiii. — (8) Annales Benedictini, appendix ad lib. XXXIX, num. 92, tom. III, pag. 642 et 643. — (9) Tom. XIII, instr. col 431 et 432.

præfati

A præfati episcopi *(Tullensis, Arnoldi)*, antiquam libertatem a glorioso rege Dagoberto nos corroborando perpetuo observare præcipimus, scilicet ut infra quatuor leugas, excepta immunitate Liberduni, quod proprium tutamen civitatis est et locus pacis, in quo sanctus Eucharius martyr veneratur et obsessus a Vandalis remansit indestructus, ubi Deus excitando potentiam suam salvos fecit multos, et Vandali, passi ruinam magnam, perierunt propter iniquitates suas. *Periit quidem postmodum Dagoberti regis privilegium; sed nemo omnino est qui prudenter id vocarit in dubium, utpote tam antiquo Arnulphi regis diplomate confirmatum.*

adversus Vandalos, qui anno 407 has partes vastarunt, ut constat non ex Passione S. Donati, potius ab Hunnis cæsi, sed ex Salviano.

24 *Neque major est ratio dubitandi de Vandalorum cassis aggressionibus. Quum enim ultimo die anni* 406, *trajecto Rheno, Gallias ingressi sunt* (1) *easque deinde tam inhumane habuere, in Tullensi quoque tractu eos fuisse indubium est. Colebatur olim in S. Mansueti abbatia die 7 Augusti S. Donatus seu Dodon martyr, de quo in diplomate, quod anno* 1147 *Henricus Lotharingus, Tullensis episcopus, dedit, leguntur sequentia* (2):

B Pervenit ad notitiam nostram, nos etiam memoriæ notificamus fidelium, antiquo tempore Donatum, virtute insignem, professione monachum, congressione Vandalorum, immani telorum turbine contritum et defossum, triumphali sanguine voluntarium pro Domino pertulisse martyrium; et circa Mortensem fluvium, *scilicet prope parochiam Domnæ Basolæ* *, juxta pervium publicum *inter Lunarisvillam* * *et Nancejum*, providentia divinæ dispositionis obtinuisse sepulcrum. *Sed quum telorum turbine aut, ut alibi traditur, sagittis confossus fuerit atque id armorum genus Vandalorum non esset proprium, sed Hunnorum* (3), *non ausim his multum confidere; cæterum hujus rei examen remittens ad diem* 25 *novembris, quo agi poterit de S. Donato, ad diem 7 augusti a decessoribus plane omisso, simul ac de S. Livario Mettensi, occiso ab Hunnis. Malo itaque ex libro* VII *Salviani de Providentia pauca de Vandalorum per Gallias itinere hoc loco referre.* Excitata est, *inquit* (4), in perniciem ac dedecus nostrum gens, quæ, de loco in locum pergens, de urbe in urbem C transiens, universa vastaret. Ac primum a solo patrio effusa est in Germaniam primam, nomine barbaram, ditione romanam; post cujus exitium primum arsit regio Belgarum; *et certe ante omnia Belgica I, qua diœcesis Tullensis continebatur;* deinde opes Aquitanorum luxuriantium; et post hæc corpus omnium Galliarum.

* Dombale.
* Luneville.

Transferuntur sæpius Liberduni S. Eucharii *reliquiæ.*

25 *Videntur* S. Eucharii *reliquiæ prius non depositæ fuisse in templo in quo deinceps quieverunt. Narrat scilicet P. Benedictus Picard* (5) *S. Gauscelinum, qui ab anno* 922 *usque ad annum* 962 *cathedram Tullensem occupavit* (6), *eas levasse ex priori tumulo et transtulisse in templum parochiale S. Petri de Liberduno. Animadvertit Calmetus* (7) *hæc non legi in S. Gauscelini Vita; et re quidem vera non leguntur in Actis, quæ decessores nostri illustrarunt ad diem 7 septembris. Sed passim laudari video Liberdunensia monumenta; ita ut in similibus chartis illa reperisse æstimandus sit P. Benedictus, vir sedulus et in scribendo prudens. Ante annum* 1184 *Petrus de Brixeio, Tullensis præsul, ut in* Cedulis cujuslibet episcopi Tullensis *(is libri titulus est) legimus* (8), Liverdunum etiam castrum reædificavit et puteum in eodem fodi jussit, et canonicos ibidem primus imposuit. *Ante non in summo colle, sed in clivo stabat id castrum* (9); *quare quum anno* 1184 *in novo castro templum* S. Eucharii *esset, capiens sancti martyris reliquias, id simul cum hoc castro ædificatum fuerit oportet. Erat tum præterea Liberduni capella episcopi et permanserat parochiale S. Petri templum; quod etiam sæculo* XIII *renovatum fuit* (10). *Porro quum Petrus de Brixeio capitulum in æde* S. Eucharii *fundavit, constans (si Calmeto* (11) *fides sit) ex præposito, decano et quatuor canonicis, dedit novo instituto capellam episcopalem et templum S. Petri; quemadmodum ex mox referendo diplomate liquebit. Atque hæc ideo annotamus, quod hæ res nonnihil implexæ sunt. Verum accipe jam istud* E *diploma* (12).

AUCTORE V. D. B.

26 In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Petrus, Dei gratia sanctæ Tullensis ecclesiæ minister et servus, universis christianæ professionis cultoribus pro terrenis cælestia, pro perituris æterna feliciter commutare. Dominicæ pecuniæ talentum sine lucro ad Dominum præcipue pastoribus est timendum, quibus diligenti cura ecclesiarum ædificationi, possessionum ampliationi sollerter est invigilandum. Hac nos consideratione ducti, Liberdunum, antiquissimum Tullensis ecclesiæ castrum, Domino auxiliante, ædificavimus, et ad ejusdem castri munimentum et securitatem maxime etiam honorandas gloriosi martyris Eucharii, ibidem quiescentis, reliquias, in eodem castro, canonicos sæculares instituimus, et ecclesiam beati Eucharii possessionibus fundare et privilegiis munire curavimus. Primum itaque locum ipsum præfatis canonicis filiis nostris libere possidendum Dei et beatorum apostolorum authoritate et nostra confirmamus; et ne aliquis eos, eorum familias vel possessiones molestiis aliquibus perturbare, vel domos hostibus contristare F audeat, eadem authoritate interdicimus, et si forte (quod absit) eos vel eorum familias quantumlibet enormiter delinquere contigerit, non præpositus, nec alia secularis potestas aliquid in eo præsumat, sed eorum decano et tandem episcopo emendandum relinquat. Eos liberos et eorum familias ab omni banno constituimus; et si aliquem canonicorum (quod Deus avertat) intestatum decedere contigerit, reliqui fratres pietatis arbitrio de rebus illius pro salute animæ ejus disponant. Quotiescumque vero præfatæ ecclesiæ decania vacabit, canonici consilio episcopi liberam habeant facultatem decanum eligendi. Ut autem altario servientibus de altario victualia proveniant, eisdem conferimus capellam nostram in Liberduno cum suis appenditiis, tam in agro quam prato, et vineis; deci-

Ante annum 1184 *conditur ibidem* S. Eucharii *capitulum.*

(1) Prosper Aquitan. Chronicum, ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 627. — (2) Benoit Picard, Hist. de Toul, pag. 214. — (3) Cfr Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 114. — (4) Ap. D. Bouquet, tom. I, pag. 782. — (5) Hist. de Toul, pag. 209. — (6) Cfr Gallia christ. tom. XIII, col. 975 et seqq. — (7) Hist. de Lorraine, tom. I, col. 203. — (8) Ibib. col. CCXXVI. — (9) Benoit Picard, Hist. de Toul, pag. 26. — (10) Cfr Grille de Beuzelin, Rapport sur les monuments historiques des arr. de Nancy et de Toul, pag. 123. — (11) Hist. de Lorraine, tom. II, col. 550. — (12) Benoit Picard, Hist. de Toul, pag. XCIII et XCIV.

mamque

AUCTORE V. D. B.

mamque salmonum, sive retibus sive venna capiantur; decimam etiam molendini et furnum bannalem inter ambitum murorum atrii decani, super et vineæ nostræ medietatem, quæ est versus sanctum Martinum. Liberum etiam aquæ usum eis concedimus, ut singulis canonicis singulos piscatores in aqua nostra sine retibus habere liceat; specialiter autem eis damus amfractum aquæ sub castro, qui brachium sancti Eucharii dicitur; paterno quoque ducti affectu, eis damus molendinum de Campagneio, quod de novo construximus; domum quoque cum furno, quam in foro Tullensi juxta terram sancti Gengulphi ædificavimus, eis damus ea libertate possidendum, ut nullus in furno operantium villico civitatis vel alicui officialium respondeat; sed H. coram episcopo rationem reddat. Præterea eis damus v. modios vini de censibus de Luceio; etiam decimas de Paceio tam vini quam frugum. Annuente etiam abbatissa et universo capitulo de Bosseres, ecclesiam de Liberduno cum suis appenditiis, ecclesiam

* Pompey. de Pompagne * cum suis appenditiis, ecclesiam de Roseres, ecclesiam de utroque Sasireio eis

B contradidimus, ea libertate possidendas, ut neque cathedraticam, nec alia, quæ archidiaconis ex consuetudine reddi solent, ab eis exigantur: non solum autem a nobis jam collata eis confirmamus, immo etiam cætera, quæ deinceps eidem ecclesiæ conferentur, et ea quæ in ipsa plantatione ab ipsis canonicis sunt collata : vineas scilicet Olrici decani in Barrisno cum domo lapidea ad vadellum et XII nummos pro vinea Hímaris nepotis sui annuatim solvendas; vineas Hugonis de Scropulis, apud Luceium, erga Henricum de Gisencourt et Lucianam comparatus; vineam Drogonis cum prato et terra arabili, quantum convenit quatuor bobus per annum; vineam Hugonis apud Bruerum in eleemosina, quantum potest ferre carrata vini; vineas duas apud Parneiam; medietatem vineæ Goberti apud Scropulas; vineam Cononis de sancto Gengulpho in Preamam, vineam Petri de Barro in Laperere, cum VI jugeribus terræ apud Barrivillam et duas falcatas prati apud Longam aquam, domum Henrici de Masnillo cum torculari et horreo, vineis, pratis, agris, molendino et omnibus quæ possident; vineam

C Isembardi in confinio Luceii et Bruererii. Quicumque igitur hanc devotionis nostræ paginam personarum nostrarum signis et testimonio roboratam inconcusse servaverit, cum beato Eucharío martire et Gerardo confessore portionem accipiat; qui vero ausu temerario eam infregerit, cum Juda proditore et Caipha interfectore damnationem æternam inveniat. Signum Richardi, abbatis sancti Apri; S. Theoderici, abbatis sancti Mansueti; S. Stephani, abbatis sancti Leonis; S. Frederici decani; S. Albrici archid.; S. Haymonis archid.; S. Hugonis archid. Datum Tullo per manum Theoderici cancellarii, anno incarnationis verbi 1188, indictione secunda, concurrente VII, epacta XVII. *Annus in fine male notatus est; legendum nempe* : Anno incarnationis verbi 1184, indictione secunda, concurrente VII, epacta XVII *secundum Ægyptios, post mensem septembrem incohatum* (1). *Confirmavit novum institutum papa Lucius III* (2), *qui* 24 *novembris anni* 1185 *diem obiit.* D

27 *Pulcrum fuisse templum* S. Eucharii, *a Petro de Brixeio conditum, tradit Calmetus* (3); *contra non satis pulcra visa est Ægidio de Sorcejo, qui ab anno* 1253 *ad* 1271 *Tulli episcopales infulas gessit, capsa, quam reliquiis capiendis Petrus de Brixeio exstruendam curarat. Ægidius itaque multo pulcriorem paravit, in quam sancti martyris ossa maxima solemnitate transtulit, præsentibus Frederico seu Ferrico IV, Lotharingiæ duce, Margareta de Navarra, ejus ab anno* 1255 *conjuge, præcipuisque ex nobilitate et clero viris* (4). *Tradidit prius P. Benedictus Picard* (5) *dissipatus fuisse illas* S. Eucharii *reliquias anno* 1473. *Quum enim Ludovicus XI, Galliarum rex, Epinal seu Spinaldum oppidum dedisset mareschalco de Burgundiâ, et dein id ei abstulisset donassetque Joanni, duci Calabriæ et Lotharingiæ, vehementissima simultas inter utramque partem exarsit et bello dedit ansam. Erat tunc Tullensis episcopus Antonius de Novocastro, mareschalci de Burgundia filius. Hic, frustra rogatus a canonicis ut illi liti se immisceri non pateretur, castris Tullensibus, adeoque Liberduno, recepit Burgundiones milites. Obsedit itaque hunc locum mareschalcus de Lotharingia, a duce Calabriæ missus, et post decem hebdomadas cepit. Captivi abducti sunt quadringenti præsidiarii milites; cives ex oppido expulsi; mœnia destructa; præda abacta; igne incensæ domus; archivum episcoporum Tullensium flammis deletum, nisi quod dominus de Fenestrange tertiam partem servavit, in Nancejense S. Georgii templum devectam* (6). *Et certe in hac castri direptione et incendio non potuit non pati* S. Eucharii *ecclesia; verumtamen tunc non periere sancti martyris reliquiæ, sed anno* 1587, *quo protestantes, ex Germania in Lotharingiam irrumpentes et omnia susdeque vertentes, Liberdunum quoque ceperunt et spoliarunt. Venit eorum in manus capsa reliquiaria, ex qua aureas argenteasque detraxerunt laminas et sublata omnia martyris ossa in ignem projecerunt* (7). *Nequaquam tamen periit* S. Eucharii *cultus, ut a pluribus geographis sæculi superioris annotatum video. Quin etiam, quum circa annum* 1700 *Henricus de Thyard Bissy bona et jura capitulorum* S. Eucharii *de Liberduno et S. Nicolai de Brixeio seminario Tullensi univit, non ideo detrimentum cepit* S. Eucharii *memoria. Infelicior fuit, quum extremo sæculo* XVIII *res publicæ et sacræ tam impie in Galliis turbatæ sunt. Templum* S. Eucharii *nunc amplius exstare non videtur; certe ejus plane non meminit Grille de Beuzelin* (8); *qui similiter omittit crucem* S. Eucharii, *olim in mediis agris ad septentrionem oppidi erectam et in Cassini mappis topographicis indicatam.* E F

Reliquiæ reconduntur in nova capsa; et non anno **1473** *a mareschalco de Lotharingia, sed anno* **1587** *a protestantibus Germanis comburuntur. Capituli suppressio.*

28 *Atque his tandem absolvimus commentarios de manipulo sanctorum, quos Tullenses jam pridem conjungere amant et fratres*

Diœcesis Tullensis suppressio.

(1) Cfr Art de vérifier les dates, tom. I, pag. XXXV et 24. — (2) D. Calmet, Hist. de Lorraine, tom. II, col. 550. — (3) Hist. de Lorraine, tom. I, col. 203. — (4) Ibid. col. cit. et P. Benoit Picard, Hist. de Toul, pag. 209 et 210. — (5) Hist. de S. Gérard, pag. 33. — (6) D. Calmet, Histoire de Lorraine, tom. V, col. 271 et 272; Benoit Picard, Hist. de Toul. pag. 564. — (7) Hist. de Toul, pag. 210; Hist. de Lorraine, tom. I, col. 203. — (8) Rapport etc. pag. 122 et 123.

dicere

A *dicere atque sorores, licet nullum inter eos exstitisse vinculum videatur, nisi commune hoc commercium, quod inter christianos omnes, maxime cælicolas, intercedit. Hi olim præcipua diœcesis Tullensis gloria atque decus; quæ, quum omnia nunc mutantur, perire noluit Deus, sed potius confirmari atque crescere, invento* S. Eucharii *et sociorum cœmeterio. Hæc itaque manent post abolitam diœcesim Tullensem, tam opulentam, tam amplam, ut ex ea excisæ fuerint diœceses Nancejensis et S. Deodati. Faxit Deus ut hæ filiæ, altera servata, altera creata ineunte hoc sæculo, hanc reverentiam matri suæ habeant ut* SS. Eucharium, *Eliphium aliosque, olim in illis locis tam celebres et religionis christianæ quasi patres aut certe assertores fortissimos, extollant semper, venerabundæ colant, summa implorent fiducia.* AUCTORE V. D. B.

DE S. ABRAHAMO EREMITA

IN ÆGYPTO SUPERIORI

SYLLOGE. V. D. B.

B § Unicus. S. Abrahami memoria; ætas; incolatus Tabennensis; secessus; patria; vitæ severitas. E

ANTE ANNUM CCCLXVII

S. Abrahami *memoria conservata a Michaele Atribensi.*

Michael, episcopus Atribæ et Meligæ in Ægypto inferiori, scripsit arabice circa annum martyrum 1141, *id est Christi* 1425, *Synaxarium seu Martyrologium ecclesiæ Alexandrinæ Coptitarum, cujus duo exemplaria exstant in bibliotheca Vaticana* (1), *tertium in bibliotheca Florentina Medicæa* (2), *quartum in Parisiensi* (3), *atque alia forte alibi. In eo pluribus laudatur ad præsentem diem* S. Abraham, *SS. Pachomii et Theodori discipulus; qui non potuit non commemorari in calendariis, quæ ex altero codice Vaticano et ex Medicæo Stephanus Evodius Assemanus collegit. In Medicæo itaque calendario (ut brevitatis causa sic designem) ad diem* 30 *paophi seu babe, quæ diei* 27 *octobris respondet, ejus*
C *memoria his annuntiatur verbis :* Requies sancti, magni et piissimi Abrahami eremitæ; *et in Vaticano :* Requies sancti patris Abrahami, anachoretæ Manuphensis, sancto Pachomio magno et Theodoro ejus discipulo æqualis. *Habemus et nos breviarium quoddam latinum ejusdem Synaxarii, quod anno* 1633 *in gratiam Melchioris Inchoffer confecit Romæ Simon Moysis, collegii Maronitarum in Urbe alumnus; ex quo breviario sequentia hæc transferimus :* S. Abrahamus, monachus iste, post suam habitationem cum S. Pachomio, quæ fuit per spatium viginti trium annorum, habitavit in tugurio sedecim annos; et favas cum aliquantulo sale solummodo manducabat; et requievit in pace, præsente S. Theodoro, discipulo S. Pachomii.

Magistros habet Tabennis et alibi SS. Pachonium et Theodorum ante annum 367. *Quare Manuphensis dictus.*

2. *Hinc imprimis cognovimus quibus temporibus vixerit* S. Abrahamus. *Etenim socios admittere cœpit S. Pachomius circa annum Christi* 313 *atque anno* 348 *aut* 349 *ultimum in Christo obiit diem* (4); *S. Theodorus vero, ejus in Tabennensis monasterii administratione successor, anno* 314 *natus est atque anno* 367 *aut sequenti e vivis recessit* (5). *Quum itaque viginti tres annos cum S. Pachomio vixerit* S. Abrahamus, *Tabennas venerit necesse est ante annum Christi* 325; *quumque spiritum Deo tradiderit, præsente S. Theodoro, non potuit pervenire ultra annum* 367. *Tabennarum situm primus invenit P. Sicard, Societatis Jesu in Ægypto missionarius, unius diei itinere a Tentyri* (Denderah) *secundum Nili flumen* (6). *De nominis origine diximus alibi* (7). *Quum*
F *hinc recessit* S. Abrahamus *ut in tugurio solus habitaret, non procul abiit; secus enim moribundo adesse non potuisset S. Theodorus. Quamobrem, si anachoreta Manuphensis dicitur, vel Manouph seu Menouf quædam intelligenda est in vicinia Tentyris vel Diospolis Parvæ; quamquam nullum illic locum reperio, cujus vocabuli forma ad Menouf seu Manouph accedat, in Quatremère commentariis geographicis de Ægypto* (8), *in Catalogo nominum locorum provinciarum Thebanæ et Girgehensis* (9) *et in Macrisii Historia Coptorum* (10); *aut potius Manuphensem anachoretam eum dixerit Assemannus, quod ex Manuph oriundus erat : quæ civitas, vulgo* Menouf *appellata, caput est provinciæ* Menouf, *longe distans a Tabennis septentrionem versus, eadem aliquibus visa ac vetus Prosopis* (11), *aliis autem eodem loco sita quo Coptorum Panouphres* (12).

(1) Mai, Scriptorum veterum nova collectio, tom. IV, part. II, pag. 93 et seqq. et pag. 121. — (2) Steph. Evod. Assemanus, Bibliotheca Medicea Orientalis, pag. 164 et seqq. — (3) Citatur passim a Quatremère in Commentariis de Ægypto geographicis. — (4) Acta SS. tom. III Maji, pag. 291. Cfr Butler, Lives of the Fathers etc. ad 14 maji. — (5) Ibid. loc. cit. Cfr Tillemont, Mémoires ecclésiast. tom. VII, pag. 758 et seqq. — (6) Mémoires du Levant, tom. VII, pag. 41. Cfr Quatremère, Mémoires géogr. et hist. sur l'Égypte, tom. I, pag. 281 et seqq. — (7) Acta SS. tom. X Octobris, pag. 581. — (8) Mémoires géographiques etc. — (9) Description de l'Égypte, tom. XVIII, part. III, pag. 39 et seqq. — (10) Wüstenfeld, Macrizi's Geschichte der Copten, 1845. — (11) Description de l'Égypte etc. pag. 222; Univers Pittoresque, Égypte moderne, pag. 176. — (12) Cfr Parthey, Vocabularium copticum, pag. 500.

Ab abstinentia laudatur; ab aliis homonymis eremitis magisterio S. Pachomii facile distinguitur.

3 *Laudatur* S. Abrahami *abstinentia quod fabas manducaret dumtaxat cum aliquantulo salis. Hæc utique magna vitæ severitas. Qui enim Tabennis uno cibo contenti erant, eorum prædicabatur sobrietas; qui pane tantum, aqua et sale vescebantur, hi præclari habebantur viri* (1). *Sed panem non comedere et solas fabas adhibere in cibum plane extra usum erat. Fabæ enim Ægyptiis habitus pessimus victus, quippe quæ dicerentur* flatum excitare, concoctu esse difficiles et somnia efficere turbulenta (2); *ita ut in nomis aliquot non seminarentur et, si quæ sponte venirent, attingerentur a nemine* (3) : *a quibus superstitio plerumque non aberat et falsæ opiniones. Sed vicit hæc omnia* S. Abrahamus; *adeoque jure merito singulari effertur laude quod fabis vixerit. In sale nulla laus, quum non minus* D *necessarius sit quam aer et aqua. Abrahami nomen compluribus aliis Ægyptiacis eremitis commune fuit; quos in Vitis Patrum, in Apophthegmatum collectionibus, in Catalogo codicum Copticorum mss. Georgii Zoega, aliisque id genus libris lector facile reperiet. Inter eos nullus mihi occurrit quem ausim eumdem dicere ac* S. Abrahamum, *S. Pachomii discipulum. Nolim singulorum percurrere nomina et gesta; ne occasione unius* S. Abrahami, *nunc parum noti, aliorum, multo magis celebrium, vitam conscribere videar. Æthiopes videntur eum ab his distinguere appellatione* Pauperis; *certe in calendario æthiopico, quod edidit Ludolfus, hodie prodit* Abrahamus Pauper.

(1) Cfr Præfatio S. Hieronymi ad Regulam S. Pachomii, ap. Bivarium, de Veteri Monachatu, tom. I, pag. 269, num. 15.— (2) S. Clemens Alexandrinus, Stromatum lib. III, cap. III, ap. Migne, Patrologia græca, tom. VIII, col. 1127. — (3) Mongez, Dictionnaire des antiquités, v° *Fève*.

B E

DE S. JUSTO PRESBYTERO CONFESSORE

LEMOVICIBUS IN GALLIA

R. D. B. **COMMENTARIUS PRÆVIUS.**

§ I. Plures sancti nomine Justi. S. Justus Lemovicensis. Ejus cultus et Acta.

ANNO CIRCITER CCCLXX.

Plures floruere sancti, nomine Justi, quorum Acta jam data fuere; quibus accedit S. Justus *Lemovicensis.*

Quamquam veteres christiani non superstitiose, exemplo gentilium, ambirent nomina boni ominis, pluresque essent Injuriosi, Contumeliosi, Stercorei *dicti, passim tamen eis placebant vocabula, quæ laudem aliquam continerent : quæ inter nullum videbatur præstantius et christianis viris aptius quam* Justus *aut* Justinus, *quandoquidem Evangelio jubemur* primum regnum Dei quærere et justitiam C ejus *et cætera* adjicenda esse nobis. *Matt.* VI. 33. *Hinc factum est ut in sanctorum catalogis ingens occurrat agmen, qui Justi dicantur, Justinus aut Justinianus : adeo ut in his Actis nostris sæpe actum sit de cælitibus, illis nominibus insignibus; atque ex iis alii præfulsere dignitate episcopali, scilicet Justus Viennensis* (1), *Justus Urgellensis* (2), *Justus Alexandrinus* (3), *Justus Lugdunensis* (4), *Justus seu Justinus Argentoratensis* (5), *Justus Claromontanus* (6) ; *alii martyrii lauream adepti sunt, quales sunt Justus Volaterranus* (7), *Justus Complutensis* (8), *Justus Lyciensis in provincia Hydruntina* (9), *Justus puer in territorio Bellovacensi* (10), *Justus in diœcesi Atrebatensi* (11), *Justus martyr, ut fertur, Ulcii in Pedemontio* (12), *pluresque alii quorum decessores nostri meminerunt ad dies* 17, 21, 25, 28 *februarii*; 1, 3, 5, 13 *martii*; 12 *aprilis*; 1, 4, 6, 31 *maji*; 2, 3, 6, 8 *junii*; 2, 14, 16, 18, 21, 23, 30 *julii*; 4, 6, 25, 26 *augusti, etc.*; *demum inter sanctos confessores non pontifices numerantur et sunt SS. Justus, laïcus Vicensis in Hispania* (13), *Justus Trevirensis* (14) *et S. Justus archidiaconus Claromontanus* (15). *Quibus accedit* S. Justus, *S. Hilarii discipulus, cujus in præsentiarum* F *illustranda sunt Acta; quem propter nativitatem in agro Lemovicensi brevitatis et distinctionis gratia* Justum Lemovicensem, *aut propter magistri excellentiam* Justum discipulum S. Hilarii Pictaviensis, *appellare placet.*

A decessoribus ad hanc diem remissus, licet alio die colatur.

2 *Sancti vero* Justi *Lemovicensis meminerunt decessores nostri in Actis S. Hilarii Pictaviensis* (16), *ubi disputarunt num ipse sit auctor Vitæ S. Hilarii, quæ a multis S. Fortunati scriptio dicitur; dein in tomo* VI *Julii ad diem* 27 *inter prætermissos, qua quippe olim celebrata translatio ejus reliquiarum. Ejus autem natalem agunt die* 27 *novembris omnes ecclesiæ diœcesium Lucionensis, Pictaviensis, Lemovicensis, et Petrocoricensis; atque olim observabatur eadem festivitas in diœcesibus Rupellensi et Sarlatensi, ut constat*

(1) Acta SS. tom. II Maji, pag. 99. — (2) Ibid. tom. VI Maji, pag. 773. — (3) Ibid. tom. I Junii, pag. 620. — (4) Ibid. tom. I Sept. pag. 365. — (5) Ibid. tom. I Sept. pag. 377. — (6) Ibid. tom. I Sept. pag. 439. — (7) Ibid. tom. I Junii, pag. 437. — (8) Ibid. tom. I Aug. pag. 154. — (9) Ibid. tom. V Aug. pag. 764. — (10) Ibid. tom. VIII Oct. pag. 323. — (11) Ibid. tom. VIII Oct. pag. 371. — (12) Ibid. tom. VIII Oct. pag. 371. — (13) Ibid. tom. VI Maji, pag. 774. — (14) Ibid. tom. III Julii, pag. 650. — (15) Ibid. tom. IX Oct. pag. 72. — (16) Ibid. tom. I Januarii, pag. 785.

ex

A *ex eorum vel hodiernis vel antiquis breviariis et kalendariis liturgicis : ita tamen ut in Breviario Lemovicensi anni* 1625 *festum* S. Justi, *non secus ac in Martyrologio Saussayi, indicetur in diem* 25 *novembris. In Martyrologio vero Parisiensi Cardinalis de Noailles legitur ad diem* 26 *novembris :* Apud Pictavienses, sancti Justi, presbyteri; *sed, errore integri mensis, in Martyrologio universali Castellani ad diem* 27 *octobris habes:* Apud Lemovicenses, sancti Justi discipuli S. Hilarii; *quem quum in prætermissis ad diem* 27 *julii imprudenter secuti fuerint decessores nostri, polliciti de* S. Justo *Lemovicensi dictum iri ad præsentem diem, promissionem hanc facere voluimus, licet genuinus ejus natalis, ut jam monuimus, die* 27 *novembris occurrat.*

Acta S. Justi, *cujus auctor et ætas ignorantur,*

3 *Quem aut quo ævo vitæ suæ scriptorem nactus sit* S. Justus, *latet. Id novimus exstare in bibliotheca nationali Parisiensi illius scriptionis duo exemplaria valde antiqua manuscripta : alterum, signatum numero* 5321, *visum est Joanni Martinovio nostro sæculo* X *exaratum; alterum, magis accuratum, notatum est siglis :* 5365, *Lem.* 204, *in-folio, et videtur scriptum sæculo* XI *aut sequenti. Id certum nobis est eam, cum a stylo omnino barbaro minime abhorreat, neque quarti, neque etiam quinti sæculi esse fœtum, quibus temporibus ita in Galliis vigebat literarum studium, ut Massiliensis, Tolosana, Lugdunensis, Burdigalensis, Augustodunensis, aliæque plures scholæ præ reliquis imperii Romani florerent* (1). *Verumtamen antiquior est omni reliquiarum* S. Justi *translatione, vel disceptatione de vero ejus corpore; quam disceptationem ferbuisse sæculo* XII *Lemovicibus affirmat Gauffredus Vossiensis* (2); *nam de ea auctor Vitæ* S. Justi *prorsus silet, quamvis de ejus sepultura fuse loquatur. Sed nihil propius definire possumus, quoniam nullum internum Vitæ inest indicium, neque de ea dixerint scriptores antiqui.*

non sine cura scripta fuere.

4 *Sed id nemo negabit, scriptorem fuisse virum gravem, bonorumque exemplorum imitatorem studiosum magis quam felicem. Etenim conatus est Sulpitii Severi, Vitam S. Martini elucubrantis, vestigiis insistere; ex quo*

C *libro non paucas mutuatus est dictiones. Quodsi non valuit ingenio valde præclaro, nihil tamen antiquius habuit quam ut veritati serviret et non nisi res sibi compertas referret. Idcirco exorditur his verbis :* Cum inter seriem Scripturarum divinarum diutissime commorarer multaque mecum dicta revolverem, inveni pauca de vita sancti ac beatissimi eximii confessoris Justi. Quam etiam labori desudans vix compegi, ut aliquod edisseram factum. Sed quia, monente Scriptura, improbus labor vincit omnia, summa ideo cum devocione arripiendum est, ne aliquid cœptum remaneat incassum. *Et quum multa ei deessent, ut ipse fatetur, documenta, factum est ut ex vulgari traditione nonnullas fabulas admiserit, v.g. de asino red dito a lupo rapace, et ut labores, quos ad vineam Domini excolendam exantlavit* S. Justus, *aliaque non pauca ex ejus gestis prætermiserit. Neque officit Acta* S. Justi *longioribus orationibus, quæ ad sensum potius quam ad verbum fuere prolatæ, esse intexta : nam hic veterum erat mos scribendi historiam, ut norunt omnes qui manibus versarint Livium, Sallustium, Tacitum, Thucydidum, Xenophontem aliosque plures scriptores profanos, sive latinos, sive græcos, vel etiam SS. Joannem Chrysostomum in Actis S. Babylæ* (3), *S. Hieronymum in Vita S. Paulæ* (4), *et Cassianum* (5) *in Collationibus. Quin et S. Hieronymus explicans cap.* II *Matthæi pro manifesto habet evangelistam ibi* non verba de scripturis sumpsisse, sed sensum (6). *Et quid miri quod hi spectabiles undequaque viri arbitrati sint nullum inde pati detrimentum veritatem historicam, quum ipsi, utpote literas græcas et latinas apprime edocti, arbitrati sint neminem esse qui, si extremis labiis laudatos historicos tetigerit, non recte de illo scribendi modo sentiat? Quam tamen sententiam tueri nolim.*

§ II. Varia nomina civitatis Lemovicum. Pagus et diœcesis Lemovicensis. Nativitas S. Justi.

Lemovices, civitas episcopalis, cujus plura nomina recensentur, erat caput pagi ejusdem nominis.

Sæculis XVII *et* XVIII *multum fuit disceptatum de nomine, quo olim Lemovicum oppidum fuerit appellatum. Alii enim contendebant eam fuisse nuncupatam Augustoritum, alii Limonem, alii Ratiatum. Verum ab hoc tempore V. V. Belley* (7) *tres ad hanc litem dirimendam dissertationes* (8) *et Cl. V. Maximinus Deloche Commentarium de Galliæ Topographia ediderunt; quorum prior demonstravit Lemovicensium caput fuisse Augustoritum* (Limoges), *Pictaviensium vero Limonem* (Poitiers); *posterior Ratiatum* (Rézé) *caput unius minoris, pagi Ratiatensis* (Rezois), *etiam in finibus Lemovicensium. Lemovicum tamen oppido non unum fuit vocabulum. Dictum quippe reperitur* Augustoritum, Augustoretum, Austritum, civitas Lemovicum, urbs Lemovicena, F Lemofex, *atque aliis similibus nominibus, quæ collegerunt Hadrianus Valesius* (9) *Benjaminus Guerard* (10), *et Cl. Vir Maximinus Deloche* (11). *Sed hæc omnia ab Augustorito Lemovicum derivantur; ita ut verum nomen paulatim desierit et prævaluerit gentile : sed hæc fere omnium civitatum Galliarum nominum fortuna fuit* (12). *Diœcesis autem Lemovicensis capiebat* pagum *Lemovicensem, dictum quoque* agrum, terminum Lemovicenum, regionem Lemovicenam, provinciam Lemovicenam : *seu tractum hodie comprehendentem partitiones Altæ Vigennæ* (dépt. de la Haute-Vienne), *Corresiæ* (dépt. de la Corrèze), *Crosi* (dépt. de la Creuse), *centenam Nantrenensem* (Notron et son territoire) *in partitione Dordoniæ* (dépt. de la Dordogne) *et Cenfolens cum circumjacente agro in*

(1) Histoire littéraire de France, tom. I, part. II, pag. 1 et seqq.; tom. II, pag. 1 et seqq. — (2) Labbe, Bibliotheca Mss. tom. II, pag. 286. — (3) Acta SS. tom. II Januarii, pag. 570. — (4) Ibid. pag. 711. — (5) Opera, tom. I, col. 481, edit. Migne, tom. XL. — (6) Opera Omnia, tom. IV, col. 10, edit. Maurinorum. — (7) Académie des Inscriptions, tom. XIX, pag. 691 et seqq. — (8) Études sur la Géographie de la Gaule, part. II, pag. 467 et seqq. — (9) Notitia Galliarum, pag. 267. — (10) Division territoriale en France, pag. 26. — (11) Cartulaire de l'Abbaye de Beaulieu, pag. cxxx. — (12) Cfr Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 911.

partitione

AUCTORE R. D. B.

partitione Carantonæ (dépt. de la Charente) (1). *Est et hodie Lemovicum civitas caput partitionis Altæ Vigennæ, simul ac sedes episcopi, cujus jurisdictio vi concordati ineuntis hujus sæculi in partitiones Crosi et Altæ Vigennæ extenditur.*

In ejus vicinia nascitur S. Justus

6 *Atque in pago illo Lemovicensi* S. Justum *lucem aspexisse omnium est sententia; et quidem non procul a sepulturæ suæ loco, qui in parochiam nomine* Saint-Juste *postea excrevit, non obscure innuit sancti* Justi *biographus. Hic enim describens (num.* 21*) sancti humationem et exsequias :* « Sacerdotes autem, *ait,* qui ibidem aderant, accipientes corpus ejus et conditum cum aromatibus atque linteaminibus involutum imponentes feretro, Lemovicas deportare conati sunt. Et dum iter caperent, venerunt in quemdam locum, qui a prædicta urbe octo millibus ad plagam respicit orientalem. Cum autem paululum substitissent, beati viri membra iterum conati sunt levare. Tanta autem gravitudine tantoque pondere feretrum illud depressum est, ut amplius quinquaginta seu octoginta viri eum de loco movere non possent.
B Adstans autem germanus suus Benedictus ait ad turbam : « Nolite, fratres, nolite contra voluntatem ejus quicquam agere; quia ipse dum in juvenili ætate curam exhiberet pastoralem, vidi in hoc loco eum diu subsistere et a spinis purgare. Et ideo scio quod ejus fiat voluntas, ut in hoc loco humatus quiescat. » Audientes autem adquieverunt dictis ejus, et sepelierunt eum ibi VI kalendas decembris. Concilio namque inito, ædificaverunt ecclesiam super sepulcrum beati viri, quæ permanet usque in præsens. *Jam vero cum fingendum non sit* S. Justum *puerum procul a domo paterna ovium parentum curam egisse, pronum est existimare eum in vicinia vici* Saint-Juste *vitam auspicatum esse.*

parentibus gentilibus, non pauperibus;

7 *Contigit autem* S. Justo *ut a parentibus, lumine fidei nondum illustratis, nasceretur : quod et legimus tum in Vita* S. Justi *canonici Labiche de Reignefort* (2), *tum in Breviariis Lemovicensi anno* 1783, *Pictaviensi anni* 1855 *et Petrocoricensi anni* 1833, *vel etiam in Martyrologio Gallicano Saussayi. Idque non obscure innuit vetus* S. Justi *biographus, ajens :* Beatus Justus, invitis parentibus, ad ecclesiam
C Lemovicinæ civitatis adiit, ibique... catechumenum fieri postulavit. *Verum, quamvis parentes filii sui consilia minus probassent, non tamen hanc ob causam, quemadmodum narrat V. V. Labiche, repulsam ab iis passum esse videtur : nam, ut loquitur biographus,* inde *(Lemovicibus)* regressus, conspicientes parentes ejus devotionem sive ingenium, suas ei oves commiserunt regendas, atque servandas tradiderunt. *Ex quibus quoque verbis patet eos perperam a laudato canonico Labiche inter pauperiores fuisse rejectos, sed potius vitam honestorum ruricolarum vixisse.*

quibus invitis, post catechumenatum diuturnum

8 *Nuspiam veteres literis tradiderunt quo magistro* S. Justus, *idololatriæ mediis in tenebris educatus, religionem Christianam perceperit. Ejus biographus primos quos fecit passus in doctrina et cognitione Christi hisce jam recitatis verbis describit :* Cum ergo esset idem beatus Justus annorum circiter octo, in- D
vitis parentibus, ad ecclesiam Lemoviciæ civitatis adiit, ibique diu instans catechumenum se apud quemdam religiosum presbyterum fieri postulavit. *Qui catechumenatusquum præter modum longus fuerit, placet paululum ei inhærere. De catechumenis itaque agens Edmundus Martene* (3) *eos post Originem, S. Isidorum, Rabanum et Leidradum Lugdunensem in duos præcipuos ordines, catechumenos scilicet et competentes, distinguit, atque Leidradi verbis utens :* Catechumeni, *inquit,* sunt qui primum de gentilitate veniunt, et habentes voluntatem credendi in Christo, audiunt verbum fidei, sed nondum appellantur fideles. Competentes autem sunt, qui jam post doctrinam fidei, post continentiam vitæ, gratiam Christi percipere festinant : ideoque appellantur competentes, id est gratiam Christi petentes. *Dein describit et recitat Martenius veterum ritus instituendi catechumenos; quorum hi erant præcipui : impressio vivificæ crucis signaculi in frontem, et manuum impositio cum oratione. Addebantur pro diversitate regionum exorcismus, insufflatio in faciem, tactus salivæ in nares atque aures, et pectoris et scapularum inunctio* (4). *Neque ullus, quemadmodum docet concilium Constantinopolitanum I can.* VII (5), *dd baptismi lavacrum admittebatur, nisi per catechumenatus diuturnam probationem idoneus esset repertus; ita tamen ut Constantinopolitani Patres hujus tirocinii tempus determinandum prudentiæ episcoporum et presbyterorum reliquerint; quod temperamentum Patres tum concilii Eliberitani anni circiter* 305, *can.* XLII (6), *tum etiam Agathensis anni* 506 *can.* XXXIV (7), *disciplinæ ecclesiasticæ in Gallia et in Hispania jam ante attulerant, statuentes modo octo menses, modo biennium, vel etiam triennium tirocinio neo-christianorum; quod aliquando per plures annos, aut petentibus catechumenis, aut exigentibus episcopis, prorogabatur : nam hæc erat apud omnes persuasio, quod siquis christianæ religioni nomen daret ab eo vetus homo exuendus novusque prorsus induendus erat. Hinc lector minus mirabitur* S. Justum, *qui octennis, invitis parentibus, inter catechumenos fuerat annumeratus, nonnisi post* F
plures annos in gremium ecclesiæ per sacramentum baptismatis cooptatum fuisse. Verum quænam tam longæ dilationis fuerit causa in viro qui Christo vivere unice in votis habebat, ad nos non pervenit, prout etiam altum servatur silentium cur S. Martinus Turonensis (8), *ætate decem vel duodecim annorum albo catechumenorum adscriptus, nonnisi octavo decimo ætatis anno ad novam vitam in baptismate fuit regeneratus. Forsan non erraret cui hæc esset sententia, quod, quamvis uterque sanctus virtutis tam probatæ specimina dedissent ut eorum tirocinium potius contrahendum quam prorogandum esset, minorem haberent ætatem ut qui primo in gentilitate vixerant, atque adhuc sub parentum gentilium potestate stabant, ad sublimiora, reluctantibus parentibus, eveherentur.*

(1) Cartul. de l'abb. de Beaulieu, pag. CXXXV. — (2) Six mois des vies des Saints de Limoges, tom. III, pag. 90. — (3) De antiquis ecclesiæ ritibus, part. I, lib. I, cap. I, art. 6, pag. 29. — (4) Ibid. pag. 30 et seqq.; 37 et seqq. — (5) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. II, col. 952. — (6) Ibid. tom. I, col. 975. — (7) Ibid. tom. IV, col. 1389. — (8) Sulpitius Severus, Vita S. Martini, cap. III.

itaque

AUCTORE R. D. B.

baptizatur a S. Hilario Pictaviensi.

9 *Itaque post diuturnum catechumenatum ad consortium fidelium per baptismum transiit* S. Justus. *Sed quisnam sacramentum regenerationis ei contulerit, non eadem omnium scriptorum est opinio, nam Collinus, negante Bonaventura a S. Amabili* (1), S. Justum *S. Hilarii manibus baptismum suscepisse affirmat. Canonicus vero Labiche* (2), *quasi res esset indubia, refert Exsuperium, episcopum Lemovicensem, hocce munere esse functum. Suæ sententiæ eo plus ponderis tribuit Bonaventura, quod* S. Justus, *etiam antequam amicitia præsulis Pictaviensis uteretur, dono miraculorum effulsit; dein, si S. Hilarius sanctum* Justum *sacro fonte abluit, tirocinium viri spectatissimæ virtutis ad multos annos producendum fore. Verum pauci in illam Bonaventuræ sententiam ibunt, nam in Actis* S. Justi, *quæ nullatenus spuria, sed potius sincera sunt, legitur num.* 5 : Temptavit autem eum (S. Justum) idem vir beatus *(S. Hilarius)* verbis exhortationis et catechisavit, atque corroboravit in fide Christi. Postea autem tradidit ei baptismi sacramentum. *Præterea Bonaventura ne unum quidem instrumentum historicum indigitat, ex quo colligatur* S. Justum *ab alio quam a S. Hilario baptismo fuisse tinctum; dein totum ejus argumentum, ex longiore catechumenatu desumptum, cum moribus christianorum sæculi* IV, *quemadmodum paulo mox explicuimus, aperte pugnat : præterea in Actis, quæ edimus, non legitur* S. Justus, *antequam in consortium S. Hilarii veniret, patrasse miracula. Tandem nescitur quo auctore canonicus Labiche affirmaverit* S. Justum *baptismi gratiam ab Exsuperio, episcopo Lemovicensium, accepisse.*

B

§ III. S. Justus comes S. Hilarii in itinere Petrocoricensi. Sacerdotium ejus. An evangelium apud Petrocorios annuntiaverit? Incarcerati Pictavis liberati.

C

S. Justus S. Hilarium magistrum suum comitatur Petrocorios, quorum tunc non erat episcopus Paternus, vir arianus.

In antiquis scriptis libris S. Justus *vocatur passim S. Hilarii discipulus. Quod nomen adeptus est tum quia peculiari cura S. Hilarius eum in doctrina christiana erudivit et aquis baptismatis abluit, atque aliquando sibi socium adscivit, tum quia* S. Justus, *Lemovicensi pago derelicto, suo magistro, a quo clericatum et presbyteratum acceperat, in perpetuum adhæsit et non nisi sub ejus ductu in animabus Christo lucrifaciendis insudavit. Neque raro cum appellatione* presbyteri *occurrit, non adeo quia sacerdotio erat initiatus, sed quia ecclesiæ rusticæ præpositus fuerat, atque tunc temporis, qui* ecclesiis ruralibus, *ut post Thomassinum* (3) *ait Ruinartius* (4), quas hodie parochias seu curas appellamus, præficiebantur, ii dicebantur presbyteri. *Porro aliquantulum, baptismate suscepto, inter fideles adscriptus erat* S. Justus, *quando magistro suo S. Hilario, Petrororios itineranti, comitem sese adjunxit. Atque id indubium est. Verum refert canonicus Labiche* (5), *nullo vade, S. Hilarium petiisse Petrocorios, quum ut S. Frontonis limina veneraretur, tum ut ad meliorem frugem Paternum hujus civitatis episcopum reduceret. Sed in Vita* S. Justi, *tantum innuitur, omisso Paterno, hoc iter ab utroque sancto fuisse susceptum ut ad sepulcrum S. Frontonis Deum sibi benevolum haberent. Præterea, quum narret anonymus* S. Justi *biographus ambos sanctos peregrinantes, antequam Petrocoriis discederent, ab istius ecclesiæ episcopo petiisse benedictionem, liquidum est hunc non fuisse Paternum, quum hic adeo Arii dogmata pertinaciter propugnaret, ut post Ariminense Concilium* vecors nec detrectans perfidiam, *quemadmodum ait Sulpitius Severus*, sacerdotio pulsus fuerit (6). *Et quidem præter hæc laudata verba nuspiam apud antiquos scriptores de Paterno occurrit mentio. Neque me latet Dionysium Sammarthanum* (7) *aliosque scriptores memoriæ prodidisse Paternum concilio Biterrensi anni* 356 *interfuisse* (8). *Sed id etiamsi admittatur, quamvis quo jure nesciam, nonne potuit S. Hilarius, qui circa annum* 350 *ecclesiam Pictaviensem regere cœpit, pluribus annis ante concilium Biterrense, iter ad S. Frontonis sepulcrum confecisse (nam brevi post synodum Biterrensem in exilium fuit actus* (9)) *atque Petrocorii episcopum alium ac Paternum accepisse? Cui sentiendi modo R. D. Audierne, qui S. Leonem antecessorem Paterni fuisse contendit, non adversari videtur, quin potius et suum calculum adjicit* (10).

E

Ordinatur S. Justus *presbyter a S. Hilario, salva lege ecclesiastica,*

11 *Verum S. Hilarius in itinere, quod Petrocorios instituit,* S. Justum *presbyterum ordinavit. Sed et hic quæstio exsurgit qua ratione S. Hilarius, salvis ecclesiæ legibus,* S. Justo, *Lemovicensis diœceseos incolæ, manus imponere non sit veritus, quum concilium Eliberitanum, canone* XXIV (11), *inserto postea in suis collectionibus ab Ivone Carnotensi* (12) *et Gratiano* (13), *statuisset* omnes, qui in peregrinatione * fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit, ad clerum non esse promovendos in aliis provinciis. *Jam vero qui Patrum Eliberitanorum verba rite perpenderit, persuasum sibi habebit, legem illam non ita accipiendam esse quasi nulli omnino peregrino licuisset manus imponere, sed fuisse vetitum dumtaxat ne homines, quorum vita et conversatio erant ignotæ, inter clericos admitterentur. Et hunc esse canonis sensum probant cardinalis de Aguirre* (14), *Gonzalez* (15), *simul ac Thomassinus* (16) *ex SS. Paulino Nolano, Hieronymo,*

F

* *al.* peregre.

(1) Histoire de S. Martial, tom. III, pag. 114. — (2) Vies des saints du diocèse de Limoges, tom. III, pag. 95. — (3) Discipline de l'Église, tom. I, liv. I, ch. LI, col. 375, edit. 1725. — (4) Præfatio ad Opera S. Gregorii Turonensis, col. 52, edit. Migne. — (5) Six mois des vies des saints de Limoges, tom. III, pag. 96. — (6) Hist. sacra, lib II, col. 155, edit. Migne. — (7) Gallia christiana, tom. II, col. 1448. — (8) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. II, col. 783. — (9) Sulpitius Severus, col. 155, edit. Migne. — (10) État de l'Église du Périgord, par Dupuy, edit. annotée par Audierne, tom. I, pag. 242. — (11) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. I, pag. 973. — (12) Decreti part. VI, cap. 352. — (13) Decreti part. I, dist. 98. — (14) Aguirre, Concilia Hispaniæ, tom. II, pag. 222 et seq. — (15) Ibid. pag. 223 et seq. — (16) Discipline de l'Église, tom. II, col. 3 et seqq.

Augustino,

AUCTORE R. D. B.

Augustino, qui sese, inauditis suis episcopis, ab antistitibus alienis ad ordines ecclesiasticos, quin violati canonis Eliberitani rei essent, promoveri passi sunt. Dein Thomassinus ostendit in multis regionibus unumquemque ab alio quam ab episcopo originis ad ordines sacros potuisse admitti : neque ullum præter ordinationis nexum episcopum inter et clericos extitisse : quinimo neque hocce vinculo fuisse adstrictos, qui priusquam manus sibi imponi sinerent, renuebant ad exemplum SS. Paulini Nolani et Hieronymi hujusmodi pactum inire. Ast vinculum clericatus seu primæ ordinationis, ubi exsistebat, erat tam arctum, ut anno 416 *concilium Milevitanum* II, *canone* XV, *statuerit* ut quicumque in una ecclesia vel semel legisset, ab alia ecclesia ad clericatum non teneretur (1).

et quin obstent canones Sardicenses.

12 *Præterea, quamvis concilium generale Sardicense statuerit canonibus* XVIII *et* XIX nulli episcopo licere alterius civitatis hominem ecclesiasticum et in suis parochiis ordinare, *adeoque edixerit ut* quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu episcopi
B ipsius et sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio (2) ; *hæc tamen decreta non ubique eadem ratione fuerunt servata. In Africa enim non minus ad laicos quam ad clericos extendebantur* (3) : *adeoque laïcus ad clericatum, clericus vero ad altiora ab episcopo alieno promoveri prohibebatur: quum contra in aliis regionibus ad solos clericos videantur fuisse restricta, quia ibi forsan canones Sardicenses non ulterius extensi censebantur, quam Nicænus canon* XVI, *cujus hæc sunt verba*: Si quis *(episcopus)* autem ad alium *(episcopum)* pertinentem *(clericum)* audacter invadere, et in sua ecclesia ordinare tentaverit, non consentiente episcopo, a quo discessit is qui regulæ mancipatur, ordinatio hujuscemodi irrita comprobetur (4) : *vel etiam quam Siricii præceptum ad episcopos Afros :* Ut de aliena ecclesia ordinare clericum nullus præsumeret(5). *Hinc factum est ut concilium Arausicanum anni* 441 *canone* IX *decreverit:* Si qui autem alienos cives aut alibi consistentes ordinaverint, nec ordinati in ullo accusantur, aut ad se eos revocent, aut gratiam ipsis eorum impetrent, cum quibus habitant (6);
C *et ut S. Hieronymus ejusque frater Paulinianus, S. Paulinus Nolanus et S. Augustinus Hipponensis in aliena diœcesi ab episcopis non suis fuerint ordinati. Quapropter nemo mirabitur S. Hilarium, episcopum Pictaviensem, qui et postea S. Martinum Turonensem, in Pannonia natum et Ambiani in Galliis baptizatum, cleri sui consortem fecit, existimasse sibi licere* S. Justum *inter clericos suos adscribere, et gradatim ad presbyteratum evehere.*

Hac ratione fit filius spiritualis episcopi Pictaviensis,

13 *Neque prætermittendum est, (ne fugiat quemquam cur* S. Justus *ita fuerit adstrictus sancto præsuli Pictaviensi, ut nullum commercium cum Lemovicensium episcopo haberet), tunc disciplinam ecclesiæ obtinuisse ut omnis clericus haberet tamquam suum patrem spiritualem episcopum qui eum ordinasset, atque ab eo non secus ac filius carnalis* D *a patre carnali penderet : quod quidem evidenter demonstravit Thomassinus* (7). *Atque illud vinculum spirituale, quod tanti faciebat ecclesia occidentalis, multo arctius erat in ecclesia orientali : nam causa fuit, ut constat ex actione* XVI *concilii Chalcedonensis* (8), *cur episcopi Constantinopolitani tam facile potuerint omnem auctoritatem in universum Orientem sibi vindicare.*

qui eum mittit evangelium nuntiare in regione Petragoricensi :

14 *Postquam itaque* S. Justus *sacerdotio esset auctus, ad Petrocorios fidei lumine illustrandos, mittente S. Hilario, profectus est, ut quidem tradunt Buchetus* (9) *et Brevaria Petrocoricense, Pictaviense, Lucionense et Rupellense. Neque hac in re (si certa fides sit) aut S. Hilarius aut* S. Justus *jura Petrocoricensis episcopi violavit. Non enim missus est sanctus vir ad partes, in quibus florebat christiana religio, sed ad paganos, veteris superstitionis tenaciores. Nihil enim obstabat quin hoc hominum genus a presbyteris alienis adiretur; ut declaratum est in Commentario prævio ad Acta S. Martini* (10), *qui jussu Felicis, episcopi Nannetensis, incolis pagi Her-* E *badillici, diœcesi Pictaviensi, christiana dogmata aperuit.* Quid ergo, *ait Commentarii illius scriptor,* Felix Nannetensis diaconum suum *(Martinum)* in diœcesim Pictaviensem misit? Sane terminos, quos statuerunt patres, prætergredi semper maximum piaculum in ecclesia habitum est et schismate plenum. Verum solvitur hic nodus ipsa S. Martini Vita, in qua aperte traditur hanc pagi Herbadillici partem, Nannetibus contiguam, plane idololatriæ tenebris adhuc obrutam jacuisse. Atqui nemo ignorat terras infidelium, etiamsi alicui diœcesi inclusæ censentur, haberi tamquam vagas, neque proin ibidem leges de servandis limitibus ejusdem esse ponderis : quin etiam Ariowaldo, regi Longobardorum, suspicio inerat episcopis non tantam esse auctoritatem in loca procul ab urbibus episcopalibus dissita (11); sane quod fides christiana nondum in ea penetrasse censeretur. *Quapropter doctrinam christianam prædicarunt, in iis etiam regionibus, ubi erant episcopi catholici, iisque inconsultis, S. Wulfranus Senonensis, S. Amandus Trajectensis aliique multi, præsertim episcopi regionarii.* F *Neque umquam Romani pontifices culpæ arguerunt patriarchas Constantinopolitanos quod presbyteros Græcos ad Bulgaros Christo convertendos miserunt, sed tantum quod in recens conversos, quorum nova patria ad patriarchatum Romanum spectabat, jurisdictionem exercere contendebant : quin et magnis laudibus extulerunt SS. Cyrillum et Methodium quod, quamvis a patriarcha Constantinopolitano ad Romani patriarchatus Slavicas gentes Christo lucrifaciendas missi essent, eas patriarchæ Romano subdiderint.*

non accurate scitur quo loco.

15 *Jam vero quasnam Petrocoriorum partes lumine fidei illustraverit* S. Justus, *valde obscurum est. Nullum enim ex breviariis, in quibus* S. Justi *apud Petrocorios prædicatio laudatur, quo in tractu facta fuerit indicat.*

(1) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. II, col. 1541. — (2) Labbe, ibid. col. 647. — (3) Ibid. Concilium Africanum sub Grato, col. 715. — (4) Labbe, Collect. Conciliorum, tom. II, col. 43; Christ. Lupus, Opp. omnia, tom. I, pag. 262. — (5) Coustant, Epistolæ Rom. pontificum, col. 655. — (6) Collectio Conciliorum Galliæ, tom. I, col. 457. — (7) Discipline de l'Église, tom. II, lib. I, cap. I et II, pag. 3 et seqq. — (8) Labbe, Collect. Concil. tom. IV, col. 813 et seqq. — (9) Annales d'Aquitaine, fol. 24. — (10) Acta SS. tom. X Octobris, pag. 796. — (11) Jonas, Vita S. Bertulfi, in Sæc. II Benedict. pag. 161.

Verumtamen

AUCTORE R. D. B.

A *Verumtamen Joannes Bouchet* (1), *nihil dubitans, bis et ter affirmat* S. Justum *Christi doctrinam tum ante, tum post S. Hilarii felicem e vivis excessum prope Petrocorios, Lemovices versus, in vicinia templi, quod* Notre-Dame-en-Périgord *appellat, annuntiasse, atque tandem in pace ibidem ultimum obiisse diem. In scripto vero apocrypho* S. Justi *deprehenditur id factum esse in aliqua silva, nomine* Auren, *suburbii civitatis Petrocoriorum. Sed hæc ipsi accolæ nonnisi ægre definire poterunt; maxime quod illic non desunt plura antiqua eaque præclara B. Mariæ Virginis sanctuaria; ex quibus quodnam designetur a Bucheto, plures istius tractus viri docti, quos per literas adii, sese non posse indigitare ingenue fassi sunt: suspicor tamen hunc locum esse vel* Notre-Dame-des-Vertus, *vel* Notre-Dame-de-Salignac, *cum paucis leucisPetrocoriis distent, et non procul ab antiqua Romana via, quæ ab oppido Petrocoriorum Lemovices ducebat, jaceant. Addit Joannes Bouchet* S. Justum *anno* 366, *quod est duobus ante S. Hilarii obitum annis, huc a*
B *suo magistro fuisse missum: ibique ad vitæ suæ exitum, præterquam quod magistro suo morienti adfuerit, gnaviter in vinea Domini laborasse : sed id veritati minus esse consentaneum inferius demonstrabimus.*

Pictavium veniens incarceratos liberat eosque ad S. Hilarium mittit,

16 *Porro, licet de* S. Justi, *apud Petrocorios prædicatione nihil tradiderint veteres, eam tamen in dubium revocare nolim, quoniam de ea fit mentio in scriptiuncula, inferius edenda; quæ quidem apocrypha est, sed traditionem Aquitanicam continet, hominum memoria multo antiquiorem : eo minus quod cum nullo monumento historico pugnat, et ex* SS. Justi *et Hilarii in hunc pagum itinere verosimilis fit. Id tamen non obstat quominus* S. Justus *Pictavii non raro commoratus fuerit, quemadmodum non semel in ejus Vita asseritur, et ex sanctimoniæ fama et miraculorum gloria, quibus ibi vivens effulsit, prorsus certum evadit. Porro legimus in Actis* S. Justi *(num.* 14) *eum quodam die cum per Pictavium deambularet, audiisse detentos in carcere qui eum magnis clamoribus rogabant ut sibi auxiliaretur : atque sanctum, post orationem*
C *Deo factam, eorum fregisse vincula eosque misisse ad S. Hilarium, ut quid esset faciendum ex episcopi ore exciperent; sed quum ministri carceris in eo essent ut in vincula eos iterum conjicerent, Deum mirabilia operatum esse ne, quos* S. Justus *libertate donasset, ea denuo ad pedes S. Hilarii privarentur.*

ut ibi jure asyli fruerentur.

17 *Sed non prætereundum est, quod si* S. Justus *carcere liberatos ad S. Hilarium miserit, eum id procul dubio fecisse, ut jure asyli fruerentur. Lex enim Romana, non secus ac leges aliarum gentium, quemadmodum ex Theodosio juniore* (2), *aliisque fontibus probat Joannes-Franciscus Simon* (3), *reorum, qui ad divum aras confugerant, causas deponebant. Neque Augustus, aut Tiberius, testibus Tacito* (4) *et Suetonio* (5), *quamvis nullum lapidem non moverint, illud privilegium penitus e medio auferre potuere. Verum, quando Constantinus Magnus vel ejus successores dogmata nostra professi sunt, per eorum voluntatem Christianis quoque jus asyli, uti ajunt, concessum fuit : idque colligimus ex scriptoribus rei christianæ infensis Ammiano Marcellino* (6), *SS. Hilario et* Justo *coævo, atque ex Zozimo* (7), *vel etiam ex Socrate* (8) *et Sozomeno* (9); *et præsertim ex SS. Augustino* (10), *et Joanne Chrysostomo* (11), *quibus, utpote episcopis catholicis, hortari ad misericordiam in reos solemne erat. Sed nolim persequi quæ post* S. Justi *tempora de jure asyli statuta sunt et multis libris continentur.*

§ IV. S. Justus fuitne abbas monasterii S. Hilarii-Magni; an socius S. Hilarii euntis in exi- E lium? Plebis vota ut huic demortuo succedat.

S. Justus *non fuit abbas monasterii S. Hilarii-Magni;*

Opinatus est Dionysius Sammarthanus (12), *cujus vestigiis alii institerunt*, S. Justum *monasterii prope Pictavium, cui postea nomen* S. Hilarii-Magni *accessit, primum fuisse institutum abbatem.* Justus, *ajunt in recensendo abbates illius monasterii,* ex socio studiorum D. Rapaillon in historia S. Hilarii scribenda, primus abbas exstitit (13). *Verumtamen Sammarthani et Rapaillon sententiæ toto cœlo distant. Sammarthanus enim post* S. Justum *primum abbatem constituit Pascentium, S. Hilarii alumnum, S. Porcarium, etc. Rapaillon* (14) *autem, cujus scripta et hodie in bibliotheca publica Pictaviensi servantur, primorum abbatum S. Hilarii-Magni hoc ordine, recenset : S. Hilarium, S. Leonium, S. Maxentium, S. Gelasium, etc. Neque videtur fuisse sibimet contrarius Rapaillon; nam Sammarthanus, qui ex ejus auctoritate* F S. Justum *primum abbatem S. Hilarii-Magni extitisse perperam autumavit, memoria deceptum fuisse ex ipsius verbis deprehendimus. Ait enim :* Qui historiam hujus ecclesiæ conscripsit vir clarissimus dominus Rapaillon, consiliarius Pictaviensis et ejusdem canonicus, huic operi conficiendo annis triginta insumptis, seriem abbatum, thesaurariorum ac decanorum nobis promiserat, sed postea denegavit; unde nonnisi quosdam ex variis monumentis erutos dare in lucem possumus (15). *Et quidem facile Rapaillonio suffragamur, quum neque in* S. Justi *Actis, quæ tamen rebus minoris momenti abundant, neque in catalogis sanctorum, neque in martyrologiis et breviariis,*

(1) Annales d'Aquitaine, cap. XII, fol. 22. — (2) Codex Theodosianus cum commentariis Gothofredi, tom. III, pag. 395. — (3) Academie des inscriptions, tom. III, pag. 37. — (4) Annales, lib. III, num. 63 ; lib. IV, num. 14. — (5) De XII Cæsaribus, lib. III, pag. 373, edit. Lugd. Batav. ann. 1667. — (6) Opp. lib. XV, cap. 5 ; lib. XXVI, cap. 3, edit. Jac. Gronovii. — (7) Scriptores historiæ byzantinæ, Zozimus, Historiarum lib. IV, pag. 256; lib. V, num. 18, pag. 269; num. 29, pag. 288; num. 34, pag. 295; num. 35, pag. 297; num. 45, pag. 310, edit. Bonnæ. — (8) Hist. ecclesiast. lib. IV, cap. 5, edit. Valesii. — (9) Ibid. lib. VII, cap. 7. — (10) Epistola 153, Opp. tom. II, col. 654, edit. Migne. — (11) Homilia in Eutropium, opp. tom. III, part. I, col. 394, edit. Migne. — (12) Gallia Christiana, tom. II, col. 1223. — (13) Ibid. col. cit. — (14) Mémoires des Antiquaires de l'Ouest, année 1836, prg. 326. — (15) Gallia Christiana, tom. II, col. 1223.

quæ

AUCTORE R. D. B.

quæ supra laudavimus, uspiam innuatur S. Justum *monachis aut clericis præfuisse.*

sed videtur professus esse vitam religiosam, nulli tamen monasterio adstrictus.

19 *Rectius locutus esset Sammarthanus, si dixisset* S. Justum *vitam religiosam esse professum. Etenim* clericati onus, *ait ejus biographus,* ab ipso episcopo Hilario accipere meruit. *Quo quum in æternum pars Domini factus sit, neque sibi amplius aut hominibus vivere posset, sed uni Deo, omnes monachatus partes ut perpetua officia assumpserat. Ad literam enim tum accipiebantur omnia verba quæ diceret episcopus creando clericum. Re quidem vera nulli singulari monasterio addicebantur tum illi clerici; sed hæc stabilitas firma lege non prius inducta est, quam universim prævaluit Regula Benedictina. Plerique enim tum monachi liberi erant vitam agere, ubi vellent. Sed quid hæc prosequor? Jam pridem eruditissimi viri luculente demonstrarunt antiquis illis temporibus* clericos *in Galliis fuisse* monachos *hoc solo discrimine, quod omnes* clerici *monachi erant ab episcopo benedicti; monachi vero sæpe nullam benedictionem acceperant, monasticam vitam nul-*
B *lius interventu amplexati, contenti vestium mutatione profiteri se in perpetuum valedixisse sæculo. Sed videndi sunt ea de re Ruinartius* (1), *Cangius* (2), *Thomassinus* (3). *Quin etiam invaluit (quod ad res* S. Justi *quoque pertinet) ut monachatus locum teneret ordinum minorum et subdiaconatus vel etiam diaconatus, adeo ut monachi uni alterive aut etiam nulli ordini sacro initiati, saltu facto, ad presbyteratum promoverentur. Cujus consuetudinis hæc videtur fuisse ratio, quod vita monastica idem ac ordines minores, subdiaconatus et diaconatus efficit, homines nempe, a sæcularibus illecebris segregat conjungitque cum Deo; ac proin proximam ad presbyteratum viam sternit* (4). *Secundum hanc itaque disciplinam potuit S. Hilarius, salvis ecclesiæ legibus,* S. Justum, *nullo ordine inferiore insignitum, inter presbyteros cooptare; quod quidem non obscure innuit hujus biographus (num.* 5). *Neque id illo ævo fuisse peregrinum colligimus ex Gregorio Turonensi* (5). *Adde quod tunc temporis cum ecclesiæ venia ordina bantur episcopi, qui numquam*
C *per presbyteratum aut diaconatum aut forte alium ordinem inferiorem transierant: idque nos docet* ordo Romanus, *quem Mabillonius* (6) *juris publici fecit et affirmat* continere puriorem ordinem Romanum de ordinatione ministrorum, quam in vulgatis habetur. *Atque ideo factum est ut S. Martinus, qui humilitatis gratia se non ad altius quam exorcistæ officium evehi passus erat, episcopus Turonensis, acclamante populo, electus et consecratus fuerit* (7).

S. Justus *non sese adjunxit socium S. Hilario pergenti in exilium apud Phryges;*

20 *Jam alius in* S. Justi *referendis gestis admittitur a nonnullis scriptoribus error. Referunt enim P. Bonaventura* (8), *et canonicus Labiche* (9) *S. Hilarium, quum anno circiter* 356 *Phrygiam, quo exul in pœnam religionis Catholicæ a se defensæ mittebatur, peteret, sibi socios adjunxisse SS. Leonium* D *et* Justum, *qui magistro exsulanti solamen aliquod afferrent. Sed hæc narratio, quæ conjecturis potius nititur quam sinceris documentis, nullam videtur mereri fidem. Is enim non erat S. Hilarius, qui cernens Saturninum Arelatensem nonnullosque alios episcopos, suadente Constantio imperatore, per totas Gallias arianam hæresim spargentes, vel etiam Paulinum Trevirensem* (10), *Rhodanum Tolosanum* (11) *aliosque ob tuitionem symboli Nicæni in Phrygia exules, tulisset ut ad suas lacrimas abstergendas sancti* Justus *et Leonius, ambo veritatis christianæ acerrimi propugnatores, sponte excessissent e Galliis easque hæreticis pastoribus permisissent; idque eo minus quod non tantum pagus Pictaviensis a tractu Arelatensi, cui præerat Saturninus, homousianis infensissimus, parum distabat, sed etiam quod Saturninus Hilario aperte inimicus munere vicarii apostolici, utpote episcopus Arelatensis, in Galliis fungebatur. Dein* S. Justi *biographus, qui res etiam minimas enarravit, neutiquam de ejus in Phrygiam itinere sermonem habet.*

E

postulatur in ejus successorem a Pictaviensibus; neque hac in re a disciplina illius temporis recessum est.

24 *Interea temporis,* beato pontifice Hilario ab hac luce subtracto *(anno* 368), *ait ille idem* S. Justi *biographus (num.* 16), immoque ad Dominum transmigrato, cives Pictavienses communi secum consilio inito, beatum Justum loco antistitis ordinari petierunt. *Quæ disciplina tunc penes Pictavienses obtinuisse videtur: nam quamvis ex voluntate divina nullum hujusmodi jus plebi competeret, tamen per institutionem ecclesiæ, fere ab apostolicis temporibus receptam, fidelium vota in electione episcoporum nequaquam negligebantur. Quæ paucis verbis egregie describit Bellarminus* (12) : Initio enim, *ait,* hoc est, apostolicis temporibus, insciente populo, pastores eligebantur, deinde cœpit populus adhiberi ad testimonium dandum de vita eligendi. Unde est illud Tertulliani in Apolog. c. XIII. « Præsunt probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti. » Tum, ut populi magis diligerent suos episcopos, cœpti sunt ii tantum ordinari, quos populus postulasset. Unde est illud S. Leonis Ep. 87 vel 89 : « Expectarentur vota civium, testimonia populorum, ho- F
noratorum arbitrium, electio clericorum, quæ in sacerdotum solent ordinationibus ab his, qui norunt Patrum regulas, custodiri. » Ubi S. Leo populis tribuit vota, id est, desideria et testimonia, clericis autem electionem. Tandem obtinuit in quibusdam locis consuetudo, ut etiam jus suffragii sibi populus usurparet, ut intelligi potest ex lib. III Chrysostomi de Sacerdotio. Sed postquam hoc aliquandiu toleratum est, et apparuit ejus rei confusio et indignitas, tum etiam paulatim sublata est populo electio et postulatio, solumque relictum est testimonium vitæ et morum. Nam etiam nunc ordinantur episcopi et presbyteri coram populo, et episcopus, qui ordines collaturus est, per diaconum populum alloquitur, ac petit, ut, siquis est, qui aliquid

(1) S. Gregorii Turonensis opera, præfatio, col. 33 et seqq., edit. Migne. — (2) Glossarium latinit. v° *Clericus, Clericatus.* — (3) Discipline de l'Église, tom. II, lib. I, cap. 85, col. 548 et seqq. — (4) Acta SS. tom. X Octobris, pag. 766. — (5) Historia Francorum, lib. I, cap. XXII, col. 542; Vitæ Patrum, col. 1171, edit. Migne. — (6) Musæum Italicum, tom. II, pag. 84 et 86. — (7) Sulpitius Severus, Vita S. Martini, cap. IX, col. 165, edit. Migne; Thomassin, Discipline de l'Église, tom. II, liv. I, cap. 85, col. 547. — (8) Histoire de S. Martial, tom. III, pag. 120. — (9) Vies des saints de Limoges, tom. III, pag. 99. — (10) S. Hilarius contra Constantium Imperatorem, tom. II, col. 578, edit. Migne. — (11) Sulpitius Severus, Historiar. lib. II, col. 151, edit. Migne. — (12) Lib. de Clericis, cap. VII.

habeat

A habeat adversus ordinandos, accedat et dicat. *Jam vero quando sancto Hilario successor a Pictaviensibus erat dandus, in bene multis tum Orientis, tum Occidentis ecclesiis, quos cuperet episcopos, populus poscebat. Quapropter absque sacrorum canonum aut certe disciplinæ ecclesiasticæ violatione Turonensium S. Martinus* (1), *et Mediolanensium S. Ambrosius* (2), *populo postulante, electi sunt episcopi. Quæ breviter monemus, ut liquido constet, quod si* S. Justus *Pictaviensium votis cessisset, accedente tamen cleri electione aut comprobatione, nullius etiam minimæ culpæ fuisset arguendus. Sed plura de hoc capite disserenda non sunt; de quo copiose dixerunt Hallierus* (3), *Selvaggius* (4), *Hieremias a Bennettis* (5), *aliique pene innumeri.*

§ V. Nonnulla scripta quorum S. Justus perperam auctor dicitur.

B

Perperam a nonnullis dicitur S. Justus *scriptor Vitæ S. Hilarii,*

Buchetus (6), *cui Saussayus* (7) *suffragatur, affirmat* S. Justum *scripsisse magistri sui Vitam, additque eam etiam suo tempore in archivio ecclesiæ Pictaviensis religiose custoditam fuisse. Id certum est circumferri saltem duas perantiquas S. Hilarii Vitas, quarum altera Fortunato Pictaviensi vel Patavino ab eruditis adscripta, nihil continet quod a veritate deflectere videatur : altera vero videtur breviarium esse S. Hilarii gestorum et in bibliotheca publica Bruxellensi sub num.* 4591 *servatur; quam posteriorem nuspiam typis editam fuisse arbitror, licet eruditi sæpius ab hinc duobus sæculis petierint ut prelo subjiceretur. De priori dubitavit Bollandus*(8), *num forsan ejus posterior pars sit a* S. Justo *scripta, quia styli diversitas diversum indicat scriptorem, neque pauci contendunt* S. Justum *magistri sui gesta memoriæ tradidisse. Verum* S. Justum *non esse auctorem prioris Vitæ S. Hilarii, ex hoc constat quod res minoris momenti, omissis grandioribus, unice memoret; ita ut ne verbum quidem misceat de victoriis a S. Hilario in pseudoconsilio Biterrensi, de Saturnino Arelatensi et Auxentio Mediolanensi, viris Arianis, relatis; idque eo minus admittendum est quod* S. Justus *videtur fuisse vir conspicuus, si quidem temporibus tam nubilis a clero populoque Pictaviensi fuerit postulatus in successorem S. Hilarii. De posteriori id certum est nullam fieri ab antiquis ejus mentionem; et quidem non vetustiores quam Buchetum et Saussayum hujus rei testes novit Rivetus* (9). *Adeoque absonum est affirmare* S. Justum *esse auctorem hujus Vitæ a Saussayo et Bucheto laudatæ : ejus enim auctor præter multas ineptias refert colloquium sancti præsulis Pictaviensis cum S. Leone papa utrinque omnino inurbanum, accipiens S. Hilarium Pictaviensem pro S. Hilario Arelatensi, quocum S. Leo controversiam habuit, neque attendens sermonem, quem in ore utriusque sancti ponit, esse non tantum indignum S. Leone, sed etiam S. Hilario Arelatensi, quamquam hic multo minus erat mitis. Has aliasque ob causas Rivetus* (10) *et Tillemontius* (11) *posteriorem quoque S. Hilarii Vitam* S. Justo *attributam nolunt.*

AUCTORE R. D B.

vel etiam alterius scriptiunculæ de S. Hilario.

23 *Est et alia scriptiuncula, quam Buchetus* (12) *et alii* S. Justi *opus fuisse dicunt. Illam Leonardus Fonteneau, monachus congregationis S. Mauri, medio sæculo* XVIII, *in archivio ecclesiæ S. Hilarii Pictaviensis detexit atque hujus apographum posteris reliquit* (13). *Quod exemplar mihi transcribendum curavit domnus Menault, O. S. B. monachus, congregationis Franciæ, quam ad finem Vitæ* S. Justi *dabimus, quoniam non minus ad* S. Justum *quam ad S. Hilarium pertinet. Codex autem, quo Fonteneau usus est, sæculo undecimo exeunte vel duodecimo ineunte ei exaratus visus est. Si larvatum illum* Justum, minimum E domni Hilarii, Pictaviensis episcopi, discipulum, *audias, S. Hilarius, a* Leone papa *et Constantio imperatore, simul cum* episcopis et archiepiscopis diversarum provinciarum *ad disputandum de fide vocatus, iverit Romam cum illo Pseudo-Justo; atque ibi acceperit plures sacras reliquias* particulam *scilicet* chlamidis coccineæ, quam dominus Jesus Christus in Passione indutus fuisse memoratur, et quamdam particulam vestimenti Sanctæ Mariæ Matris Domini, et pollicem sancti Petri Apostoli et caput sancti Laurentii martyris, et etiam particulam quamdam illius panis, quem Dominus præsentibus discipulis in Emmaus in die suæ resurrectionis benedixit, in fractione cujus ab ipsis agnitus fuit. *Reversi deinde Pictavium, inquit personatus ille fabulator,* evolutis paucis diebus Lemovicas gratia visitationis ecclesiæ sancti Martialis pariterque studio orandi devenimus. *In quo itinere eundo et redeundo duas in honorem B. Mariæ Virginis ecclesias ædificaverint, quarum unam* S. Justo *regendam commiserit S. Hilarius. Verum post biennium* S. Justus *salutandi S. Hilarii gratia Pictavium reversus, ibi mox ultimum magistri sui halitum exceperit; qui ei custodienda sacra lipsana non ita pridem Roma allata tradiderit. Quam scriptiunculam apocrypham esse asserere non dubitavit domnus Fonteneau; cui sententiæ me omnino adhærere jam satis manifestavi. Antiqui enim scriptores de ea altum servant silentium, dein in ea legitur, Constantio imperatore, præfuisse ecclesiæ Romanæ Leonem, qui tamen non nisi medio circiter sæculo* V *floruit; qui et ibi vocatur* Papa, *quamvis hanc appellationem secundum Papebrochium* (14) *Siricius, vel, auctore Cangio* (15), *S. Leo Magnus primus sibi tribuerit. Sed neuter temporibus S. Hi-*

C F

(1) Sulpitius Severus, Vita S. Martini, cap. IX, col. 163, edit. Migne. — (2) Paulinus, Vita S. Ambrosii, Opp. S. Ambrosii, tom. I, col. 29, edit. Migne. — (3) Hallier, de Sacris electionibus et ordinationibus, tom. I, pag. 50 et seqq. — (4) Selvaggius, Antiquit. Christianæ, tom. I, cap. 22, pag. 420 et seqq. — (5) Hieremias a Bennettis, Privileg. RR. Pontificum, part. III, tom. VI, pag. 327. — (6) Annales d'Aquitaine, fol. 26. — (7) Martyrologium Gallicanum, tom. II, pag. 931. — (8) Acta SS. tom. I Januarii, pag. 783. — (9) Histoire de la France Littéraire, tom. I, part II, pag. 219 et seq. — (10) Ibid. tom. I, part. II, pag. 219 — (11) Mémoires ecclésiastiques, tom. VII, pag. 757, edit. 1706. — (12) Les Annales d'Aquitaine, cap. XIV, fol. 26. — (13) Tables des Manuscrits de Fonteneau relatifs à l'Aquitaine, tom. I, pag. 1. — (14) Propylæum Maji, part. I, pag. 213. — (15) Cangius, v° *Papa.*

AUCTORE R. D. B.

larii aut S. Justi *vixit; quippe qui dimidio sæculo posteriores sint. Sed loco* Leonis *legendus est* Liberius. *Proditur quoque falsitas vocabulo* archiepiscopi, *quo antistes nullus ante sæculum* V *præter episcopum Alexandrinum designatus fuisse videtur* (1). *Huc quoque facit nuspiam de concilio Romano, a Constantio convocato, ad disputandum de fide, verum ad Athanasium damnandum apud veteres mentionem fieri, quamvis gesta Constantii et fata hæreseos Arianæ longe lateque a variis scriptoribus narrentur.*

§ VI. Ubi, quo tempore, qua ætate mortuus sit S. Justus.

Moritur S. Justus *in loco natali, qui ab ejus nomine postea vocatus fuit,*

B *Plurima itaque in vita* S. Justi *obscura sunt; sed ne convenit quidem inter scriptores quo loco diem obiverit. In breviariis enim Petrocoricensi anni* 1835, *Lucionensi* 1836, *Rupellensi* 1825, *et Pictaviensi* 1855 *legitur in Petrocoricensi pago evangelicis attritus laboribus obdormiisse in Domino. Atque eadem est mens Bucheti* (2) *et episcopi Pictaviensis Henrici Ludovici Castanæi de la Rocherozay* (3); *qui addunt id contigisse post S. Hilarii exitum apud ecclesiam B. Mariæ Virginis, cui præerat. Sed Bonaventura a S. Amabili* (4), *quem canonicus Labiche* (5) *sequitur, non secus ac breviarium Lemovicense, annis* 1625 *et* 1783 *editum, ponunt* S. Justum *non longe a Lemovicibus e vivis excessisse. Ast indubium est sanctum in patria sua vita functum esse. Biographus enim aperte tradit (num.* 19) S. Justum *petiisse et obtinuisse a Deo ut animam* in propriis *seu* in propria patria poneret. *Et quid per* propria *intelligat biographus, habemus ex ipsius verbis ubi narrans quo pacto post S. Hilarii transitum sese ad Lemovicenses receperit, subjungit :* Justus ad propria remeans loca, patrem suum et matrem jam defunctos invenit; fratrem vero suum Benedictum... in corpore reperit. *Dein nuspiam apud scriptores occurrit quomodo et quando Petrocoricenses corpus* S. Justi, *apostoli sui,*

C *(quod est vix credibile) ad Lemovicenses transferri passi fuerint. Adde quod statim postquam* S. Justum *terræ mandassent sacerdotes,* ædificaverunt, *ait biographus,* ecclesiam super sepulcrum beati viri, quæ permanet usque in præsens. Ubi intercessione præfati confessoris inluminantur cæci, dæmones ab obsessis corporibus effugantur, surdi recipiunt auditum, claudi gressum, muti eloquio reformantur. *Hinc, ut traditio fert, ipse locus nomen sui patroni* S. Justi *induit. Et hæc me movent ut censeam* S. Justum *non longe a Lemovicibus ad cælum migrasse.*

et quidem paucis mensibus post S. Hilarium,

25 *Id contigisse paucis mensibus postquam S. Hilarius ad bravium pervenisset, ex ipsius biographi verbis evidenter constat.* Beato autem pontifice Hilario, *ait,* ab hac luce subD tracto... cives Pictavienses... beatum Justum loco antistitis ordinari petierunt. At illo se indignum vociferans... nocte media civitate egrediens, arrepto itinere Lemovicas repedavit. Ibique diutissime commoratus atque, ecclesiis in eadem urbe lustratis, ad propria remeans loca, patrem suum et matrem jam defunctos invenit; fratrem vero, Benedictum vocabulo, catholica fide eruditum bonisque operibus ornatum, superstitem in corpore reperit. Videntes autem se utrique germani diutissime gaudentes atque inter amplexus flentes, post dulcia vitæ colloquia pariter redierunt... Evolutis autem paucis diebus, iter *(Romam)* beati viri arripuerunt : ita denique ut ubicumque in civitatibus aut vicis seu in villis paululum requiescerent, incolis illorum locorum verbum Dei prædicarent. Pergentesque iter quod ceperant, venerunt Romam; ibique diebus octo commorantes... Gallias remeantes, cum ad propriam vellent remeare patriam, beatissimus Christi confessor Justus febre correptus... viribus corporis cœpit repente destitui. Convocato autem germano suo, E ait ad eum : « Rem tibi frater, non celabo, quod certissime fore didici : quia nisi velocius properaveris, me adhuc in corpore superstite, ad propria redieris.... Mane autem die altero consurgentes famuli qui cum eo in via directi *(sunt),* stratis equis oneratisque asinis, beatum virum super sella gestatoria, eo jubente, religantes, concito cursu reversi sunt ad propriam domum. Transactisque namque diebus quatuor..... ultimum amisit flatum. *Quibus verbis rite perpensis, mea est sententia* S. Justum *brevi post suum magistrum S. Hilarium temporalem cum æterna vita commutasse. Neque difficultatem parit quod biographus referat (num.* 18) S. Justum *defuncto S. Hilario* diutissime *Lemovicibus* commoratum esse; *nam apud biographum verbum* diutissime *etiam dies paucos designat. Idque colligimus ex eo quod agens de* S. Justi *fuga Pictavis ad fratrem suum Benedictum*, videntes autem, *ait (num.* 16), se utrique germani, *diutissime* gaudentes atque inter amplexus flentes, post dulcia vitæ colloquia pariter redierunt, *quamvis statim subjungat :* Evolutis autem paucis diebus, iter *(Romam)* beati viri arripuerunt; qui et ejus sancti- F que Hilarii *peregrinationem ad S. Frontonis lipsana describens (num.* 9), *addit :* Ibi diutissime per triginta dies in Dei laudibus commorantes perseveraverunt.

anno circiter 370,

26 *Jam vero quærenti quo æræ christianæ anno* S. Justus *Deo emiserit spiritum, respondeo eruditos non omnes eamdem inire viam. Etenim alii aut anno* 367 (6) *aut* 368 (7), *alii anno vel* 371 (8) *vel* 372 (9) *S. Hilarium Pictaviensem ad cælum migrasse opinantur : neque desunt quibus annus* 369 (10) *præplaceat : ac proin unusquisque, pro systemate cui adhærebit,* S. Justi *annum emortualem vel* 367, *vel* 368, *vel* 369, *aut* 371, *aut* 372 *indicat. Sed non magni interest hanc controver-*

(1) Cangius, v° *Archiepiscopus;* Suicerus, Thesaurus ecclesiasticus, v° Ἀρχιεπισκοπος. — (2) Annales de l'Aquitaine, fol. 26. — (3) Notæ ad Litanias Pictonicas quas ipse concinnavit, ap. Labbe, Biblioth. Mss. tom. II, pag. 728. — (4) Vies de S. Martial, tom. III, pag. 120. — (5) Vies des saints de Limoges, tom. III, pag. 104. — (6) Dusmenil, Doctrina et Disciplina Ecclesiæ, tom. II, pag. 146. Acta SS. tom. I Januarii, pag. 786; Pagius, Critica ad annum 369, num. IV. — (7) Fleury, Hist. eccles., tom IV, pag. 368; Tillemont, Mémoires ecclésiastiques, tom. VII, pag. 463 et 756; Coustant, S. Hilarii Opp. tom. I, col. 178, edit. Migne; Rivet, Histoire littéraire de la France, tom. II, part. II. — (8) Bouchet, Annales d'Aquitaine, fol. 24. — (9) Chronicon Hieronymi, edit. Mai, tom. VIII, Scriptorum Veterum nova collectio, pag. 404; Item Opp. S. Hieronymi, tom. VII, col. 695, edit. Migne. — (10) Baronius, Annales ad annum 369, num. XXII.

siam

A *siam definire; neque video quibus instrumentis hoc fieri possit.*

ætate plus minus quadraginta annorum.

27 *Neque fieri potest ut certo determinetur quot annos natus* S. Justus *mortalitatem expleverit. Nullum enim superest monumentum historicum unde id aperte deducatur. Si tamen conferimus Vitam* S. Justi *cum Vita ejus magistri S. Hilarii, in tantis tenebris aliquam lucem afferet hæc comparatio. Etenim* S. Justus *a S. Hilario episcopo, qui non nisi quindecim annos Pictaviensem rexit ecclesiam, baptismum accepit, quum nondum, uti ex ejus Actis erui posse videtur, ætatem provectam attigisset : dein cum paucos menses S. Hilario fuerit superstes, liquet eum summum quindecim annos, ex quo Christianorum albo fuerat adscriptus, inter vivos transegisse. Hinc a veritatis tramite non multum recedet, cui probatum erit* S. Justum *metam vitæ non ultra quadraginta annos traduxisse.*

B § VII. Reliquiæ S. Justi. Origines monasterii S. Martini. Disceptatio de veris S. Justi reliquiis. Earum translationes.

Quamquam S. Justi *reliquiæ essent dubiæ, non ideo foret iis cultus denegandus.*

C Acturus *de alterius* S. Justi, *pueri scilicet, reliquiis quarum origo jure merito apud plures erat dubia, unus ex collegis meis* (1) *apte et congruenter Sollerii, Lippomani et Leibnitzii de hujusmodi litibus sententiam præmisit. Lippomanus enim et Leibnitzius dicunt nihil inde honorem Dei detrimentum pati, quia, etsi reliquiæ vel veræ vel suppositiciæ sint, idem est in Deum affectus; sed interea dandam esse operam ne incauta devotione cultum sacrum lipsanorum contemptui imprudentium exponamus. Sollerius vero ratum habet, inde sæpe esse ortam confusionem reliquiarum, quod quas colunt sanctorum reliquias* celebrioribus quibusque istius nominis sanctis *contentiosius adscribi volunt, ac proin cultum aliquando cadere in exuvias sancti alterius non raro cognominis. In eumdem sensum plurima in Commentario de S. Ursula disseruit collega alter* (2). *Quam Sollerii aliorumque eruditorum sententiam, cum de loco, ubi* S. Justi *Lemovicensis reliquiæ quiescerent, per plura sæcula controversia ferbuerit, non absque re judicavimus in memoriam revocare.*

Dicebantur a nonnullis quiescere partim in monasterio S. Martini Lemovicensi, cujus elucidantur origines

29 *Sed prius breviter declaranda sunt fata monasterii S. Martini Lemovicensis; quod se* S. Justi *lipsanis esse ditatum gloriabatur cum aliorum invidia. Et quidem origines S. Martini monasterii Lemovicensis adeo obscuræ sunt, ut ejus abbas Petrus de Coral, rerum sui monasterii diligens indagator, scribere non dubitaverit :* Cogitavi dies antiquos et annos præteritos, si possem antiquitates vel primordia loci hujus invenire, cum quidam dicerent hic primo fuisse canonicos, alii dicerent quod beatus Eligius hic collocaverat monachos, quando locum ædificavit (3). *Verum, quamvis ita anceps steterit Petrus de Coral, scribit tamen Dionysius Sammarthanus :* S. Martini cœnobium quod ab Alicio, S. Eligii fratre, conditum ferunt, ubi ipse S. Eligius viginti monachos posuisse et parentes ejus humati fuisse dicuntur (4). *Minus affirmanter loquitur Mabillonius :* Parentes habuit *(S. Eliguis)* maxime christianos et catholicos, Eucherium et Terrigiam; fratrem Alethium seu Alicium, qui in villa Catalacensi monasterium in paterno fundo construxit. Parentes ejus jacent in Lemovicino sancti Martini monasterio, cujus primi conditores fuisse perhibentur (5). *Unde hæc desumpserint vel Dionysius Sammarthanus, vel Mabillonius me latet, neque ab iis indicatur. Legitur quidem in Vita S. Audoeni :* Eligius Lemovicas Galliarum urbe, quæ ab Oceano Britannico fere ducentorum millium spatio sejungitur, in villa Catalacensi *(Cadaillac apud Longueval* (6),) quæ a prædicta urbe sex circiter millibus ad septentrionalem plagam vergit, oriundus fuit (7). *Dein inferius describens Eligii post episcopatum adeptum in patriam iter, prosequitur :* E Venit *(S. Eligius)* et ad prædium parentum suorum; nam et ibi jam habebatur monasterium a germano ejus Alicio in ipso patris sui tabernaculo constructum, ibique similiter fratribus conventis, atque clementer consolatis, parat postremum reverti ad civitatem suam (8);..... *Quod si Petrus de Coral non alia habuerit monumenta historica ut evolveret sui monasterii origines, facile intelligitur, quomodo* frustra cogitaverit dies antiquos et annos præteritos, si posset antiquitates vel primordia sui monasterii invenire. *Hinc etiam existimandum est Dionysium Sammarthanum, et Mabillonium præ manibus habuisse instrumenta historica ab eis non indicata, ex quibus suam narrationem desumpserint.*

AUCTORE R. D. B.

et præcipua fata.

30 *Major tamen lux, ubi ad sæculum* XI *devenimus, affulget. Scribit enim Adhemarus Cabanensis in Chronico, anno circiter* 1031 : « Alduinus autem episcopus *(sæculo* X*)* monasterium S. Stephani Agentense, quod Aldegerius ornate disposuerat in magna caterva monachorum antequam moreretur per triennium suadente diabolo destruxit, et ibi canonicos restituit. F Hac de noxa Lemovicam intra urbem monachorum in ecclesia S Martini regulæ *(Benedictinæ)* subditos aggregare curavit (9). *Sæculis vero sequentibus non raro de eodem monasterio apud scriptores fit mentio. Verum circa annum* 1545, *hæresi Calviniana in dies invalescente, non secus ac multa alia eaque celebria Galliæ monasteria, sus deque versum est, ejusque monachi in fugam redacti. Contigit tamen ei ut anno* 1619 *a ruina restitueretur : ast ita ut non ad antiquos suos incolas seu eorum successores, sed ad aliam Benedictini ordinis familiam, nempe ad monachos, Fulienses transiverit* (10), *donec tandem anno* 1791, *ecclesiæ juribus in Gallia pessumdatis, monasterium sub hasta fuerit divenditum, et dein ad usus profanos adaptatum* (11). *Et hæc fuere monasterii S. Martini fata.*

(1) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 333. — (2) Ibid. tom. IX Octobris, pag. 257. — (3) Chronicon Lemovicense, quartum supplementum, ap. D. Bouquet, tom XXI, pag. 793. — (4) Gallia Christiana, tom. II, col. 582. — (5) Annales Benedictini, tom. I, ad annum 631, pag. 322. — (6) Histoire de l'Église Gallicane, tom. V, pag. 134; edit. Paris 1826. — (7) Acta SS. Belgii, tom. III, pag. 200. — (8) Ibid. pag. 242. — (9) Labbe, Bibliotheca Mss. tom. II, pag. 171. — (10) Gallia Christiana novissima, tom. II, col. 585; Allou, Description des monuments de la Haute-Vienne, pag. 183. — (11) Ibid. pag. 184.

Hujus asceterii monachi contendebant servari apud se S Justi caput, negantibus clericis Lemovicensibus.

31 *Ad hoc celebre monasterium caput et ossa* S. Justi *fuisse delata ferebat traditio, a nonnullis præsertim clericis Lemovicensibus repudiata. Hujus litis meminit Gauffredus Vossiensis, quem a libris scribendis ante annum* 1184 *destitisse affirmat monachus Benedictinus Rivetus :* Monachi de S. Martini, *ait itaque Gauffredus,* quod Monasterium ad Basilicam appellatur, habere se gaudent Justum illum, discipulum magni Hilarii Pictaviensis præsulis: quamvis ipsum dicant clerici non deesse ecclesiæ, in qua primum conditus fuit (1). *Item scribebat abbas monasterii S. Martini Lemovicensis Petrus Coral, scriptor sæculi* XII *exeuntis; cui, uti et suis collegis, quin tamen certum tempus statuere possent, translatio capitis et ossium* S. Justi *in suas ædes habebatur indubia.* De corpore beati Justi, *sunt verba Petri Coral,* quando fuit allatum non inveni, quia, sicut de aliis evenit, sic fuit neglectum. Et dicebant quod dominus Helduinus attulit illud, et est ibi caput et ossa; et in omnibus scriptis antiquis Lemovicensibus sanctus Justus hic quiescere dicitur, sicut et in libris antiquis hujus
B loci, CUJUS CORPUS HIC quiescit. Et audivit pro certo quod Dominus pro ipso hic multa miracula faciebat, et multi conveniebant hic, et multæ vigiliæ fiebant; et unus monachus, præsente populo, verberavit capsam quia dicebat, se non habuisse præbendam *(portionem diurnam cibi et potus)* solitam hac die. Et tunc cessarunt miracula. In veritate, multi antiqui asserebant hoc fuisse verum ; et fuit monachus ille de Salviac(2). *Atque ita vulgaris erat opinio apud Lemovicenses* S. Justi *ossa elevata esse in monasterio S. Martini, ut, quemadmodum testatur ipse Gauffredus in Chronico Lemovicensi* (3), *clerus civesque hujus civitatis, Richardo rege Angliæ anno* 1183 *obsidente, reliquias* S. Justi *monasterii S. Martini, non secus ac caput S. Martialis circa urbis muros tulerit, ne Deus Lemovicenses in manus inimicorum traderet.*

Et quidem fieri potest ut fuerit caput alterius sancti Justi, aut sancti alius nominis.

32 *Verumtamen postea consentire nequaquam voluerunt oppidi clerici; et quidem quum ipsi monachi ignorarent reliquiarum suarum originem, repetenda hoc forte loco sunt Sollerii superius indicata verba :* Secure dixero tot in Actis nostris extare Justinos et Justos ut aliæ sanctorum synonymorum reliquiæ non defuerint. Ea enim olim fuit et perseverat hodie bonorum catholicorum pietas,.. ut quas colunt sanctorum reliquias, celebrioribus quibusque istius ejusdem nominis vel contentiosius adscribi velint(4). *Et si quid hujusmodi in* S. Justo *contigerit, nihil esset unde miraremur, cum apud laudatum Petrum Coralum abbatem S. Martini legere sit :* De reliquiis loci et brachio sancti Martini audivi quod Dodonæus, abbas noster, fuit familiaris dompni Arvei, thesaurarii Turonensis, et quæsivit ab eo abbas quod placeret sibi aliquas reliquias de corpore sancti Martini dare; et idem dixit quod juraverat se non daturum, sed claves ibi erant ut ipsemet reciperet, juramento prius dato quod caput non caperet. Abbas vero accepit brachium et quoddam os, et juravit quod in vita utriusque non revelaretur. Brachium huc attulit, et sub D
quodam altari abscondit. Postea relatum fuit hoc quibusdam, et dicebatur publice quod brachium sancti Martini erat hic; sed ubi esset ignorabant..... De aliis reliquiis sicut vidi et audivi, in libro beatæ Mariæ scripsi; sed cartulæ non sunt cum aliquibus, quia antiqui propter latrones comburebant cartas. *Pergit dein loqui de corpore beati* Justi; *sed hæc verba supra retulimus Ex quibus colligimus apud monachos sancti Martini diu nullum indicium plurium reliquiarum præter traditionem oralem extitisse, atque penes eos fuisse lipsana, v. g. brachium S. Martini Turonensis, quorum origo erat occultanda, forsan etiam deperdita.*

Transfertur sæculo XII *Lemovices corpus, quod clerici Lemovicenses dicebant esse* S. Justi.

33 *Interea temporis, cum, causa pendente, turmæ latronum et prædonum igni ferroque loca circa Lemovices jacentia vastarent, neque parcerent ipsi tumulo, quem clerici Lemovicensis* S. Justi *esse autumabant, Helias de Gimel, præcentor ecclesiæ Lemovicensis, caterva armatorum stipatus, reliquias illius* S. Justi *ad ecclesiam S. Stephani Lemovicensem transtulit. Hujus translationis meminit* E
dictus Petrus Coral. Anno Domini MCCXV, *ait,* canonici Sancti Stephani, ad instantiam cantoris Lemovicensis, scilicet Heliæ de Gimel, miserunt homines armatos apud sanctum Justum, et secum detulerunt corpus cujusdam presbyteri, quod erat in dicta ecclesia, ut dicebatur; et hunc dicunt beatum Justum, sed nos diu antequam non erat memoria habueramus Justum nostrum (5). *Verum quæ paucis verbis attigit Petrus Coral, longe lateque evolvuntur in Vita S. Martialis concinnata a Bonaventura a S. Amabili et in Breviariis Lemovicensibus, ita tamen ut ad annum* 1217 *translationem referant. Inferius lectiones Breviarii Lemovicensis anni* 1625, *utpote traditionum hujus ecclesiæ testem non spernendum, lectoris oculis subjiciemus. Cui narrationi addit Bonaventura* (6) *lipsana* S. Justi *in ecclesia cathedrali Lemovicensi quievisse, donec (neutiquam tamen indicat annum aut sæculum) parochiæ* S. Justi, *a prædonibus purgatæ, fuerint restitutæ.*

Brevi post fit altera translatio corporis S. Justi, *servati apud monachos S. Martini.*

34 *Priorem illam translationem, quam Petrus Coral ab Helduino Lemovicensi peractam perhibet, solemniter celebrabant S. Martini monachi; sed et alteram quoque quotannis commemorabant, verum nulla solemnitate.* In festo exceptionis *seu festo* (7) beati Martini, *ait Petrus Coral,* transtulimus caput ipsius, scilicet beati Justi ad altare majus, et posuimus in capsa quam emeramus anno præcedenti; et fuit de Noalhias * (8) et fecimus hanc translationem sine solempnitate aliqua, quia canonici Lemovicenses impedire nos volebant, dicentes se habere corpus ejus (9); ita ut omni occasione contradixerint clerici templi cathedralis Lemovicensis.

*Noaillac, dépt de Corrèze.

(1) Labbe, Biblioth. mss. tom. II, pag. 286.—(2) Ap. D. Bouquet, tom. XXI, pag. 793.— (3) Ibid. tom. XVIII, pag. 215.— (4) Acta SS. tom. I Aug. pag. 34. — (5) Ap. D. Bouquet, tom. XXI, pag. 794.— (6) Hist. de S. Martial, tom. III, pag. 343.— (7) Cfr Cangius, Supplementum Carpentieri, tom. II, v° *Exceptio.* — (8) Deloche, Cartulaire de l'Abbaye de Beaulieu, pag. 380. — (9) Ap. D. Bouquet, tom. XXI, pag. 793.

A

§ VIII. Recognitio reliquiarum S. Justi ineunte hoc sæculo.

Cultus hodiernus reliquiarum S. Justi *in parochia* S. Justi

Feliciter mihi contigit, ut ven. vir Dupont, SS. literarum professor in Seminario Lemovicensi, eximia cum benevolentia quidquid ad hodiernum reliquiarum S. Justi *statum spectet mecum communicarit. Ab eo enim accepi ex reliquiis* S. Justi *Lemovicensis veris aut supposititiis binas in hac diœcesi coli insignes : alteras in parochia* S. Justi, *alteras in parochia Couseiz. In priori, quæ quinque chiliometris a Lemovicibus distat, in ecclesia ad cornu epistolæ, januam sacrarii inter et eucharisticam mensam, quinque pedibus ab humo, in ipso muro religiosissime servatur caput, quod sanctissimi patroni esse censetur. Quas insignes reliquias post sæculum* XIII *in hoc ecclesiæ loco coli cœpit, scilicet, tempore quo principes ex domo ducum Britanniæ vice-comitatui Lemovicensi præfuerunt* (1), *ut colligitur ex gentilitiis ducum Britanniæ tesseris, quæ thecæ valvas exornant. Et quidem ad laudem incolarum parochiæ* S. Justi *referre juvat eos tanti habere quidquid ad gloriam tutelaris sui patroni pertineat, ut, cum abhinc paucis annis Cl. V. Coetlogon, Britannia minore oriundus, tunc*

B

* Départ. de la Haute-Vienne.

*præfectus partitionis Altæ-Vigennæ *, vehementer miraretur gentilitias ducum Britannicorum tesseras, atque eas sibi concedi instanter peteret, eo pacto ut a se novæ multoque pretiosiores antiquis sufficerentur, incolæ, inquam, loci hanc permutationem utpote avitæ erga* S. Justum *pietati adversantem, unanimi voce respuerint. Verum cum venerabile* S. Justi *caput aliquot annos ad finem sæculi* XVIII, *ne manibus impiorum polluretur, in latebris fuerit abditum, atque, pace ecclesiæ reddita, Maria Philippus Du Bourg, episcopus Lemovicensis, illud recognoverit, non inutile judicamus harum rerum gestarum instrumentum, ex gallico idiomate in latinum translatum, nostris Actis inserere; quod jam sequitur.*

permissus ab episcopo post identitatem ab eo recognitam,

36 Viso processu informationis de die 26 junii hujus anni, quem Matthæus Goudanas deservitor ecclesiæ succursalis sancti Justi, in diœcesi nostra, ex mandato nostro de die 21 octobris anni 1802, ad fidem faciendam reliquias S. Justi non esse alias ac eas quæ illic colebantur ante perturbationem gallicam, confecit, atque ad hunc usque diem varias ob causas distulit; viso itaque hoc commentario, atque examinatis testimoniis virorum gravium ad hoc a commissario laudato vocatorum, identatem reliquiarum sine ullo erroris formidine recognovimus. Quapropter, omnibus perpensis, sanctissimo Dei nomine invocato, nihil, præter gloriam Dei, honorem sanctorum et bonum spirituale animarum, nobis commissarum, in votis habentes, declaravimus et declaramus, quantum opus est, dictas reliquias S. Justi cranii esse authenticas, ideoque permisimus et permittimus laudato domino Goudanas atque ejus successoribus, ut eam venerationi publicæ per se vel per alios exponat, atque etiam in supplicationibus publicis, aut tempore ostensionum, vel etiam in aliis solemnitatibus, prout quotannis ante perturbationem gallicam fieri consueverat; ita tamen ut prius sigillo nostro in cera hispanica impresso ad ejus testandam authenticitatem muniatur. Præterea volumus ut hujus instrumenti originalis apographum authenticum laudato domino Goudanas in archivio suæ ecclesiæ servandum tradatur, ita ut ipse et alii, qui ei succedent deservitores, illud nobis vel nostris vicariis generalibus in singulis visitationibus pastoralibus et quotiescunque ad id requisiti fuerint, exhibere teneantur. Datum Lemovicis die 7 augusti anni 1809. M. A. Ph. episcopus Lemovicensis. Ex mandato Legros, canonicus pro secretario. *Jam antea idem episcopus alteras insignes* S. Justi *reliquias ecclesiæ scilicet Couseiz recognoverat, postquam de earumdem identitate constitisset. Instrumentum, quod partim ex gallico in latinum idioma vertimus, inquisitionis tum factæ perenne testimonium est.*

AUCTORE R. D. B.

uti et reliquiarum S. Justi *parochiæ Couseiz, pariter post recognitionem, ab ordinario factum.*

37 Die 25 martii anni Domini 1806, nos infrascripti Franciscus Guineau Dupré, deservitor ecclesiæ Couseiz, pagi Lemovicensis, partionis Altæ-Vigennæ, designatus a reverendissimo et illustrissimo Domino Maria Philippo Dubourg, episcopo Lemovicensi, commissarius ad examinandam identitatem reliquiarum, quæ servantur in ecclesia succursali de Couseiz, et ad sciscitandum de eodem negotio incolas loci, ita ut hujus inquisitionis peractæ instrumentum inter manus reverendissimi episcopi deponendum sit, qui deinde statuat. Quapropter, postquam ad explicationem evangelii inter Missarum solemnia parochianos nostros de munere nobis commisso certiores fecissemus, accersivimus eos viros, quos loci, quo reliquiæ reconditæ fuerant, gnaros esse putabamus, ut quæcumque ad eorum notitiam pervenerant, nobis juridice aperirent. *Dein ven. vir Franciscus Guineau recitat testimonium gravium virorum, quorum præcipuus erat Leonardus Cusson, consul communitatis Couseiz. Qui testatus est sibi, qui unus ex administratoribus fuerat vici Couseiz tempore intermissionis cultus divini, compertum esse administratores quam maxime cordi habuisse ut ab impiis manibus lipsana sanctorum patronorum immunia servarentur, et propter hanc causam Franciscum Terrier, tunc temporis consulem in Couseiz, eas in suis ædibus occultasse, usquedum, cultu rerum sacrarum in integrum restituto, ad ecclesiam succursalem denuo translatæ fuerint; deinde præter lipsana concredita sollicitudini Francisci Terrier, aliam a viro sibi ignoto thecam ex ligno coloribus inducto, cujus inferior pars os* S. Justi, *discipuli S. Hilarii, et superior os S. Martinæ virginis et martyris continebat, fuisse subtractam, ne nefarii ei manum impiam inferrent : addebat Leonardus de his sanctis ossibus, etiam tunc temporis, non literas, sed tantum inscriptionem fidem fecisse. Quibus auditis testimoniis, testes, invitante parocho, sese contulerunt ad altare S. Magdalenæ, ubi,* S. Justi *aliorumque sanctorum examinatis reliquiis, unanimi ore eas, easdem esse, quas olim venerati erant, declarare non*

F

dubitarunt.

(1) Art de vérifier les dates, tom. II, pag. 397 et seqq. (Edit. 1784.)

AUCTORE R. D. B.

dubitarunt. De quibus omnibus rebus, *ait commissarius Guineau*, instrumentum publicum quod mittatur ad episcopum Lemovicensem confecimus, ut tempore hujus ostensionis atque etiam in posterum facultatem exponendi venerationi fidelium reliquias, quæ sunt penes ecclesiam de Couseiz, concedere dignetur. Tandem instrumentum hoc prælectum testes omnes se admittere atque probare affirmarunt. Acta sunt hæc in Couseiz die et anno supra expressis. Cusson, consul, Joannes Patupi, Franciscus Terrier, Petrus Drouet, Guineau-Dupré, deservitor ecclesiæ succursalis in Couseiz. — Die 30 martii ejusdem anni, Illustrissimus Dominus episcopus Lemovicensis recognovit reliquias esse veras atque copiam fecit eas venerationi fidelium exponendi. Guineau-Dupré, deservitor ecclesiæ succursalis de Couseiz.

Jam quæritur circa originem reliquiarum parochiæ Couseiz

38 *Quibus declaratis, jam quæritur utrum os et cranium quæ colantur in Couseiz et in parochia* S. Justi, *fuerint desumpta ex corpore quod sub nomine* S. Justi *in monasterio S. Martini, an ex illo quod Helias de Gimel aliique clerici ad ædes S. Stephani detulerunt. Et primo* B *quidem de lipsanotheca ecclesiæ parochialis de Couseiz duo sunt animadvertenda, eam scilicet adeo esse antiquam ut nullum præter inscriptionem indicium præ se ferat : dein sacrum pignus S. Martinæ virginis et martyris, de quo supra (num.* 37) *verosimiliter fuisse extractum ex corpore quod sub nomine hujus sanctæ in ecclesia S. Martini Lemovicensi anno* 1666 *quiescere dicebatur* (1). *Num hæc S. Martina virgo et martyr fuerit diversa ab ea cujus sacrum corpus, Urbano VIII pontifice, fuerit inventum, non mihi constat* (2). *Sed existimo ut propemodum indubium lipsanum parochiæ Couseiz, olim hujus loci incolis largitos fuisse monachos S. Martini, cum una eademque lipsanotheca eaque valde antiqua fuerit aptata, prout supra intellectum est, ossibus tum S. Martinæ virginis et martyris, tum* S. Justi *presbyteri, quorum corpora apud monachos S. Martini Lemovicenses condita esse perhibebantur.*

et reliquiarum parochiæ S. Justi.

39 *Verum reliquiæ insignes, quas incolæ parochiæ* S. Justi *sui patroni cranium esse asseverant, multo minus manifestæ sunt. Qui* C *enim ad verba attenderit abbatis monasterii, S. Martini, Petri Corali, dicentis :* Anno 1270 in festo exceptionis beati Martini, transtulimus caput ipsius scilicet beati Justi ad altare majus, et posuimus in capsa quam emeramus anno præcedenti (3), *suspicabitur hoc sacrum pignus postea transiisse ad ecclesiam* S. Justi, *idque eo magis quod parochia hujus nominis abbatem S. Martini patronum suum agnovisse perhibetur* (4). *Verum argumenta non spernenda adversus hanc sententiam militant : nam usque ad nostram ætatem in tractu Lemovicensi traditio, quam in sua historia consignavit Bonaventura a S. Amabili* (5), *testatur corpus* S. Justi, *latronibus amotis, ex ecclesia S. Stephani ad pristinam suam sepulturam in parochia* S. Justi *fuisse reportatum, atque partim saltem etiam nunc ibi quiescere. Dein quisnam persuasum sibi habebit caput, quod* S. Justi *esse S. Martini monachi affirmabant et in suo conservabant the-* D *sauro, cum pace utrinque contendentium, illatum fuisse in templum, ubi olim indubium* S. Justi *corpus sepultum fuerat ? Accedit quod monachi S. Martialis non ad S. Martini monachos, sed ad clericos templi cathedralis deflexerint, negantes aut corpus, aut caput* S. Justi *umquam in S. Martini templo exstitisse* (6). *Quod autem* S. Justi *parochia abbatem S. Martini patronum agnoscebat, utique non caret vi aliqua et momento. Verumtamen demonstrandum esset* S. Justi *caput illuc fuisse delatum, postquam in hoc templum auctoritatem nacti essent S. Martini abbates. Quidquid id est, ut pleræque antiquæ reliquiæ origines obscuras habent, has quoque* S. Justi *non esse manifestas initio dixi, ita ut licet mentis meæ inclinationem non dissimulaverim, fatear mihi liquidum non esse a qua parte stent jus et veritas.*

VITA S. JUSTI

confessoris et presbyteri Lemovi- E censis,

Descripta ex codicibus 5321 *et* 5365 *Bibliothecæ imperialis Parisiensis inter se collatis* a.

PROLOGUS.

Auctor excusat se quod impar tanto operi Vitam S. Justi *scribit.*

Incipit Vita sancti ac beatissimi * Justi confessoris. Cum inter seriem scripturarum divinarum diutissime commorarer, multaque mecum dicta revolverem, inveni pauca de vita sancti ac beatissimi eximii confessoris Justi. Quam etiam labore desudans vix compegi, ut aliquod * edisseram factum. Sed quia, monente Scriptura *b*, improbus labor vincit omnia, summa ideo cum devotione arripiendum est, ne aliquid cœptum * remancat incassum. Post ascensionem autem Domini nostri Jesu Christi multi deserentes miliciam secularem ac relinquentes idolorum cul- F turam, conversi ad Dominum adhærebant dictis sanctorum patrum et ea quæ percipiebant auribus, gressibus implere satagebant.

* P. II *deest.*

* P. II aliquid

b

* P. II factum

ANNOTATA.

a *Vitam hanc damus secundum duo Mss. Bibliothecæ Imperialis Parisiensis notata* 5321 *et* 5365. *Quorum prius in margine indicabimus majusculis P.I, posterius vero majusculis P. II. Uterque codex Ms. sæculo præterlapso a monasterio S. Martialis Lemovicensi ad bibliothecam regiam, nunc imperialem, transiit.*

b Improbus labor vincit omnia ; *errat biographus existimans hæc verba esse desumpta ex Scriptura. Sunt enim trajecta verba Virgiliani versus lib.* I *Georgicon :*

labor omnia vincit
Improbus.

(1) Ardant, Des ostensions. État des reliques de Limoges en 1866, pag. 100. — (2) Historia de S. Martina V. et M. opera di Marsilio Honorato da Viterbo. — (3) Item, tom. XXI, pag. 793. — (4) Pouillé du diocèse de Limoges, pag. 37. — (5) Histoire de S. Martial, tom. III, pag. 532. — (6) D. Bouquet, tom. III, pag. 543.

CAPUT

A

CAPUT PRIMUM.

Pueritia S. Justi. Fit catechumenus. A fulgure liberatur. Baptizatur a S. Hilario Pictaviensi.

S. Justus adhuc puer in pauperes vere misericors est,

Beatus itaque Justus cum esset adhuc infantulus sub tuicione parentum degens *, cupiebat se vas sanctificatum exhibere Christo; quidquid a parentibus victum sive indumentum accipiebat, excepto stricto corporis supplemento *a* *, omnia propriis manibus in pauperum necessitatibus erogabat. Cum autem diverteret domum, conspicientes eum undique parentes et noti ejus, actum irridentes faciem ejus attenuare, corpusque pannis vilibus tectum esse dicebant. Ad hæc beatus Justus respondens aiebat * : Nolite, carissimi, mihi * impedire devocionem meam : quia quidquid boni egerim in hoc seculo, mercedem ex hoc recompensabit nobis idem pius in futuro, qui nunquam dereliquit sperantes in se.

* P. II cum adhuc... degeret.

a

* P. I sublemento

* P. I agebat

* Ps. II michi *et sic passim*

B

et in Deum pius

3 Beatus itaque religiosus et pius puer Justus quanto ab aliis irridebatur, tanto ardentius in amore Christi accendebatur; et quidquid habere in mundo proprium potuit, totum in egentium necessitate consumpsit. Meditabatur quidem tunc in puerili ætate positus, quod implere non recusavit postea devotus. Crescebat autem corpore et confortabatur in fide nominis Christi; eratque moribus tranquillus ac serenus aspectu. Mens namque ejus cunctis horis * cunctisque momentis meditabatur semper celestia præcepta. Primum autem miraculum quod ad indicium sanctitatis ejus ostensum est quodque magnorum virorum testimonio didici, omittere non debeo.

* P. I oris

Catechumenus factus, a fulgure liberatur;

4 Cum ergo esset idem vir beatus Justus annorum circiter octo, invitis parentibus ad ecclesiam Limovicæ * civitatis adiit, ibique diu instans catecuminum * se apud quemdam religiosum presbyterum fieri postulavit. Inde vero regressus, conspicientes parentes ejus devocionem sive ingenium, suas ei oves commiserunt regendas atque servandas tradiderunt. Et dum esset in pascua cum ovibus subtus quandam arborem in agro, vergente jam sole ad vesperam, subito coruscatio ac tonitrua inundaverunt; fulgura et grando cecidit de cœlo, et consumpsit omnia per vicina loca tam in villis quam in agris, tam in plateis quam in silvis, tam in hominibus quam etiam in jumentis. Qui autem cum beato Justo subtus arborem * erant, terrore nimio perculsi, subito ceciderunt in terram nihil videntes; et dum ibi stupefacti jacerent, circumfulsi claritate de cælo, elevantes oculos, viderunt super se angelum Dei expansis alis, protegentem cuncta quæ subtus arbore erant. Cessante autem tonitruo et coruscatione, angelus Domini nusquam comparuit.

Limovicæ et ita passim

* P. I catecuminum.

C

* P. I arbore

gratias Deo agit.

5 Sanctus vero Justus, projiciens se in terram, ubi steterat prius et fixit genua orans ad Dominum, ait : Gratias tibi ago, æterne rex immense Deus, qui mihi indigno servo tuo non fraudasti misericordiam tuam *, et hoc in corde meo dedisti indicium, ut hi qui te colunt, non frustra laborant et qui tibi deserviunt, non inaniter vigilant. Domine Jesu Christe, misericordiæ dator et tocius bonitatis auctor, qui primum protoplastum Adam ad tuam similitudinem, condidisti et dedisti ei adiutorium Eve; qui virum justum Noe in diluvii effusione custodisti, qui oblationem Abrahæ patris nostri respexisti, qui Moisi servo tuo apparuisti in rubo, et dedisti ei præcepta atque judicia ad erudiendum Israeliticum populum; qui puero tuo * David potestatem regni concessisti; * quem prophetæ in carne venturum prædixerunt, qui nulla necessitate, sed propria voluntate de cælo ad terram descendisti, ascendensque in crucem, proprium sanguinem pro peccatis nostris fudisti, atque auctore mortis devicto, ad cælos rediisti, quem expectant justi in judicio venturum, te laudo et magnifico rerum omnium conditorem, qui mihi et omnibus mecum commorantibus parcere voluisti, atque bruta animalia propter nomen sanctum custodire dignatus fuisti; custodi in me servo tuo, rogo, opera misericordiæ tuæ, et da in corde meo indicium sanctitatis, et aperi os meum ad adnunciandum verbum tuum : ut ubicumque iero vel quocumque perrexero, ibi me manus dexteræ tuæ custodiat; et qui verbum tuum ex ore meo audierint, radix tuæ karitatis in cordibus eorum, te donante, firmetur. Da etiam mihi rogo, Domine, baptismi sacramentum, ut connumerari possim cum sanctis et diligentibus te: quia hi qui te perfecte diligunt, nihil verentur. Benedictum sit nomen tuum, redemptor omnium, qui per cuncta vivis et regnas in secula seculorum. Cumque omnes qui aderant respondissent amen, statim adfuit vox de cælo dicens: Noli timere, Juste; confortare multum in Domino et viriliter age, indiciaque olim quæsita a Domino, nunc tibi concessa sunt. Mox isdem beatus vir Justus gaudens et hilaris ab oratione surgens, audivit funebrios luctus perstrepere per agros; et, inter cætera mortuorum cadavera, puerum Justum ejulando parentes requirebant; et cum jam viventem invenissent, cessaverunt a fletu atque ad propria gaudentes redierunt. *

* P. II indignum servum tuum non fraudasti misericordia tua.

* P. I pueri tui

* P. II *additur:* tu Domine,

E

* P. I redierunt.

Hinc petit Lemovices; a S. Hilario Pictaviensi baptizatur.

6 Sanctus vero Justus, indesecedens, Limovicas civitatem perrexit, ibique diutissime commoratus, notus est factus beato Hilario Pictaviensis urbis episcopo, qui tunc in Dei rebus bona fama ab omnibus habebatur; atque ad beati Marciali[s] [apostoli] * aliquando ora * devenerat. Temptavit autem eum idem vir beatus verbis * exortationis et catezizavit atque corroboravit in fide Christi. Postea autem tradidit ei baptismi sacramentum; atque ita demum clericati * onus *b* ab ipso episcopo Hilario accipere meruit. Postea autem cum audactius profecisset, intellexit vir Dei altioris ingenii eum posse promoveri, tradidit ei omne donum * ecclesiasticæ dignitatis.

F

* P. I *decst.*

* P. II horans

* P. I verba

* P. II clericatus.

b

* P. II omnem domum.

ANNOTATA.

a Supplementum, *id est, subsidium ad vitæ necessaria.*

b *De* clericati onere *vide Commentarium prævium num.* 20.

* P. II indignum servum tuum non fraudasti misericordiam tuam

EX MSS.

CAPUT SECUNDUM.

S. Justi virtutes. Iter Petrocoricense.

Virtutem eximie colit S. Justus.

Beatus autem vir Dei Justus, presbyter ordinatus, non in gloriam est elatus humanam, sed timorem atque amorem Dei in suo pectore recondens, in humilitate perstitit : et quanto ab hominibus major fatebatur, tanto se humiliorem exhibebat Christo. Grandis enim ei erat contra antiqui hostis machinamenta pugna perpetuumque certamen. Erat autem beatus vir assiduus in oratione, vigil in divinis Scripturis, orans jugiter pro donis celestibus; sine ullo cunctamine Dominum deprecabatur * diebus ac noctibus, ut securus post mundi finem posset pervenire ad palmam victoriæ. Luctabatur ore non gladio, oratione non clipeo, precibus non ferro. Frequenter autem intererat ecclesiarum conventiculis *a*, et quæcumque ibi ex divinis Scripturis *b* recitabantur, aurem commodans libenter hauriebat * avidissime. Beatus [ergo] * vir Justus cunctis diebus quibus in prædicta urbe commorabatur, nudis pedibus sanctorum expetebat suffragia cotidie, psalmis et orationibus *c* concinendo per ordinem. Revertens vero domum post orationem, volumina sacrarum Scripturarum revolvens, quasi apis prudentissima, diversa de diversis floribus assumptis in alvearium sui pectoris omnia quæque recondebat.

* P. II exorabat cum

a

b

* P. I auriebat
* P. II *deest*

c

8 Quadam autem die cum beati [apostoli *d*] * Marcialis basilicam fuisset egressus, obviam habuit cæcum clamantem et dicentem sibi : Obsecro te, beate *e* Juste, respice in me et miserere mei et roga Dominum tuum cui deservis ut restituat mihi visum, quia valde mihi est necessarium. Misertus autem beatus Justus ejus precibus, statim fixit genua in terra et rogans Dominum ait : Ocultorum cognitor Domine, qui peccatoribus flagella juste inrogas et pœnitentibus veniam tribuis, tuam totis nisibus exoro pietatem, ut respicias in me servum tuum, et aperias oculos cæci hujus, ut vivens * glorificet nomen tuum in * secula seculorum. Cumque adstans cæcus respondisset amen, erigens se beatus Justus tetigit oculos ejus et dixit : In nomine Jesu Christi, filii Dei excelsi, aperiantur oculi tui. Et statim visum recepit homo, et glorificavit nomen Domini Jesu Christi.

visum cæco restuit;

d

* P. I *recentiore manu additum.*

e

* P. II videns.
* P. I *deest.*

C

* P. I aperiantur

cum in socium assumit S. Hilarius, pergens ad Petrocorios.

9 Cum autem esset beatus Hilarius in præfata urbe Lemovicas, visum est ei ut ire deberet Petrecoricas *f* * civitatem, atque ad beati Frontonis * confessoris *g* memoriam *h* adorare *i*. Arrepto autem itinere, beatus Hilarius, sanctum Justum secum habens in comitatu, venerunt in prædium quod vulgo Anassionis *k* * dicitur. Cumque in eodem loco quievissent, conspiciens vir Dei *l* Hilarius vidit amœnum locum ; visumque est ei construere debere basilicam in suo nomine dedicatam. Et cum consummata fuisset ecclesia, iter cœptum beati viri arripuerunt. Veneruntque ad prædictam civitatem, atque ibi diutissime per triginta dies in Dei laudibus commorantes perseveraverunt.

f

P. I Petronicus

g

h

i

k

* P. I qui (*) *in margine additur* Ancissio

l

Ambo in eo sunt ut occidantur a gentilibus,

10 Transactis vero isdem diebus, atque ab ipso qui tunc episcopus aderat benedictione percepta, valedicentes fratribus, divertentes ad propria venerunt in eodem loco, ubi prius ecclesiam statuerant, ibique divertentes post solis occubitum manserunt. Sequenti vero die exurgentes incliti viri Hilarius atque Justus, convocata multitudine populi, dedicaverunt ecclesiam, ibique missarum solemnia a præsule celebrata, cum egressus fuisset beatus pontifex et staret ante fores basilicæ, conspiciens eminus vidit turbam non modicam ad se concurrentem, uno animo atque consilio, ut ubicumque virum Dei Hilarium invenissent, erutis oculis a finibus suis ejicerent, beatum autem Justum capite plecterent *. Stans autem beatus Hilarius intrepidus, elevans vocem et locutus ait : Gratias ago immensæ pietati [tuæ] * *m* omnipotens Deus, qui hanc plebem in hoc loco quoadunare voluisti ad audiendum verbum tuum. Inlumina quæso, Domine, oculos cordis eorum, ut relictis idolis suis ad te convertantur, qui justificas impios, qui dixisti pœnitenciam malle pocius peccatorum quam mortem. Aperi, Domine, aures eorum ad audiendum verbum tuum, ut percepto divini muneris baptismi sacramento, nomen tuum sanctum revertentes ad propria benedicant. Cumque, completa oratione, beatus vir paululum substitisset, ecce subito subtus pede dextro beati viri Hilarii fons magnus * exuberavit atque inde progrediens in amnem derivatur. Quod factum * videntes hi qui advenerant, mitigatis ferocissimis animis suis, gratias reddiderunt Deo qui numquam derelinquit sperantes in se.

D

* P. I mulocta-rent.

* P. I *deest m*

E

* P. I magna

* P. I quo facto.

quos ad Christum convertunt

11 Beatus autem Hilarius, videns animos eorum flectere ad fidem Christi, uberius eis verba exhortationis adnunciabat, dicens : Rogo vos, karissimi fratres, et cum omni mansuetudine timoris Dei ammoneo, ut cum omni diligentia sensus vestros apponatis ad percipienda divina præcepta, et ea quæ auribus audieritis, animo figite ac mente quantocius retinete. Semper enim in corde fixum tenere debetis, quales in hunc mundum venistis, aut * quales in die judicii representandi eritis. Meminere debetis quia diabolus, hostis antiquus, in primæ prevaricationis culpa, * primum patrem nostrum Adam per mulieris seductionem circumvenit ; invidens ne eam beatitudinem, quam ipse dudum amiserat superbiendo, hæc recuperaret humiliando. Suadente diabolo a serpente decepta est mulier, et ita deinde per * serpentinum virus mulier infecit Adam, atque ita in unumquemque nostrum intravit. Dominus autem noster Jesus Christus, divinæ misericordiæ respectu, non angelum, non archangelum, sed semetipsum mittere non renuit in terram pro peccatis nostris. Et cum non haberet omnino peccatum, formam servi assumpsit, et semetipsum tradi, comprehendi ab hostibus, ligari, flagellari, derisui haberi, ad ultimum lanceari et crucifigi permisit. Et ita intra claustra monumenti detrusus, post tres dies * a mortuis resurgens claustra inferni fregit, atque captivos qui illic adstricti tenebantur absolvit, ascendensque in cælum secum in regione viventium collocavit. Et sic expectamus eum in judicio venturum, ut retribuat unicuique propria corporis, prout gessit sive bonum sive malum. Et nunc, fratres, recedite ab idolorum cultura et baptizamini in confessione sanctæ Trinitatis; et credite in eum qui pro nobis hæc omnia operatus est, et accipietis donum Spiritus sancti, quia sicut idem salvator in Evangelio ait : Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum Dei. Audientes autem qui aderant, credidit ex eis non minima multitudo et baptizati sunt in illo die

* P. I ut, P. II vel.

* P. I culpæ

* P. *deest*

F

* P. II tribus diebus.

A die sexcentæ animæ hominum, viri et mulieres pueri et puellæ.

Asinus a lupo, qui eum abstulerat, eis redditur.

12 Postera autem die, cum beatus vir Justus [circa] asinum, quem beatus Hilarius jugiter sedere consueverat, in agro cujusdam viri curam pastoralem exhiberet, somno ingruente, veluti in momento obdormivit. Lupus vero asinum pascentem invenit [et] in silvam duxit; sed nihil ulterius eum lædere potuit nec contingere. Cum surrexisset autem beatus vir a somno et asinum non invenisset, mente consternatus est, ignorans quid actum esset; et cum diu beatus Justus prostratus in oratione decumberet, elevatis oculis, vidit lupum cum asino venientem nihilque hunc mali passum. Tunc voce cum fletu ad Deum conversus, gratias ei retulit, qui ita asinum incolumem conservavit. Regrediens vero ad beatum antistitem, cum retulisset ei omnia quæ acciderant, simul Dominum laudaverunt qui talia præstitit servo suo.

ANNOTATA.

B a *Conventiculi ecclesiarum, quos adibat* S. Justus, *non videntur fuisse alii ac ii, quibus multis in locis monachi ac clerici ad tertiam, sextam et nonam interesse debebant* (1).

b *Lectio SS. Scripturæ ab ecclesiæ exordio frequentissime a Christianis et præsertim a monachis, virginibus et viduis usurpabatur, quemadmodum ex SS. Augustino, Hieronymo et Joanne Chrysostomo constat* (2).

c *Biographus significat* S. Justum *in psalmis et orationibus concinendis morem suo tempore usurpatum adhibuisse. Cassiani* (3) *quidem mens est modum psallendi et orandi, a monachis Orientalibus et Italis sæculo* IV *usitatum, ab apostolico ævo esse repetendum. Quod si reapse obtinuit, nonne arbitrari fas est, et eamdem disciplinam secutos esse Occidentales omnes? Quale fuerit id institutum declaratum fuit in Commentario prævio* § X *Vitæ S. Hilarionis abbatis* (4); *quod et accurate explicat Cassianus* (5).

d *Papebrochius credidit basilicam, sancti Martialis primitus fuisse oratorium, quod ipse sanctus erexerat, et in quo postea sepulturæ fuit datus : dein sæculo* VII *fuisse versum in basilicam, inservituris canonicis.* C *Qui canonici sub Carolo Calvo vitam monasticam amplexi sunt : sed sæculo* XVI, *cum disciplina monastica pessum iisset, (quod nemo rerum monasticarum paulisper gnarus mirabitur, nam monachis jam pridem impositus fuerat abbas commendatarius,) iterum ad statum canonicorum transierunt. Tandem, sæculo* XVIII *labente, cum impii quibusque sacris manum nefariam inferrent, capitulum canonicorum exstinctum, atque ipsa basilica S. Martialis solo æquata fuit* (6). EX MSS.

e *Cum quo tempore scribebat biographus,* S. Justus *ab omnibus vocaretur* beatus, *factum est ut in ejus Vita, qui homines inducuntur, eum vivum vocent hac appellatione. Quid vero judicandum sit de discursibus hujusmodi explicuimus in Commentario prævio, num.* 4.

f *S. Hilarius, Pictavis per Lemovices petens Petrocorios, itinerarium suum (quis dubitet) per solitas vias romanas confecit. Viam itaque quæ ducit Pictavis Argantomagum* (7) * *secutus est; ubi aliam ingressus Argantomago ivit Lemovices* (8) : *hinc per viam Burdigalensem pergens et aliquantum in parochia Aneisso sistens, venit Vesunnam* (9). * Argenton.

g *Fata sepulcri et lipsanorum S. Frontonis in Commentario prævio ad ejusdem sancti Acta vide* (10). *Dicitur et S. Fronto* confessor *quamvis pro veritate christiana animam posuerit. Qua appellatione non adeo raro apud antiquissimos scriptores designantur martyres, qui Christum palam confiteri non erubuerunt, uti legere est non tantum apud Joannem Antiochenum aliosque patres Synodi Orientalis in epistola ad Cyrillum* E *Alexandrinum* (11), *sed etiam apud SS. Ambrosium* (12) *et Paulinum Nolanum* (13), *cæterosque quos laudant Cangius* (14) *et Benedictus XIV* (15). *Verum prioribus ecclesiæ sæculis, ii præsertim nomine confessoris decorabantur,* qui, *ut ait Papebrochius* (16), fidem coram judice confessi erant, post carceres et tormenta vivere permissi vel divinitus e persequentium manibus liberati : *idque bene multis iisque optime selectis scriptorum ecclesiasticorum testimoniis probat Cangius* (17). *Sed* obtinuit postmodum usus, *quemadmodum Baronius* (18), *cui consonant Benedictus XIV* (19) *et Papebrochius* (20), *loquitur,* ut omnis qui sancta et laudabili vita vixissent, sanctoque demum ac probato fine in Domino quievissent, confessores appellarentur.

h Memoriæ *apud scriptores ecclesiasticos frequentissime dicuntur sepulcra sanctorum, vel etiam oratoria in quibus eorum corpora recondita sunt, atque etiam* ecclesiæ *quæcumque. Hoc loco significat sepulcrum* (21).

i *Sæculo* VIII *exeunte, quemadmodum constat ex Actis Concilii Francofordiensis anni* F 794 (22) *vox* adorare *apud Francos cultum latriæ designabat, sed post illud tempus fuit quoque ad cultum duliæ significandum usurpatum* (23). *Verum hic non potest sensus esse dubius, nam legitur* ad beati Frontonis memoriam adorare, *id est* orare Deum ad sepulcrum S. Frontonis.

k Anassio, *hodie* Nexon (24), *est parochia diœceseos Lemovicensis, ab hac urbe octodecim chiliometris distans* (25). *Hujus loci fit mentio in charta, qua Geraldus Rufus testa-*

(1) Emmanuel Azevedo, de priscis Christianorum Conventibus, pag. 133 et seqq. apud Zaccariam, Disciplina Populi Dei, tom. I, edit. Venet. 1782. — (2) Cfr Selvaggius, Antiquitatum Christianarum institutiones, lib. I, part. II, cap. 16, § 2, pag. 324 et seqq. — (3) De cœnobiorum institutis, lib. III, cap. VI, col. 135, edit. Migne. — (4) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 33 et 34. — (5) De cœnobiorum institutis, lib. II et III, col. 77 et seqq. — (6) Cfr Acta SS. tom. V Junii, pag. 362 et seqq.; Alou, Description de la Haute-Vienne, pag. 156 et seqq. — (7) Revue archéologique, année 1863, pag. 78; Æthici Cosmographia, pag. 200; Walckenaer, Géographie des Gaules, tom. III, pag. 97. — (8) Ibid. — (9) Ibid. — (10) Acta SS. tom. XI Octobris. pag. 402 et seqq. — (11) Opera Facundi Herminianensis pro defensione trium capit., lib. VIII, col. 720, edit. Migne. — (12) Opera S. Ambrosii, de Fide, lib. II, tom. II, col. 589, edit. Migne. — (13) Opera S. Paulini, epist. XVIII, col. 242, edit. Migne. — (14) Cangius, v° *Confessor*. — (15) De beatif. et canonizat. sanctorum, tom. I, lib. I, cap. II, pag. 5. — (16) Acta SS. tom. III Junii, pag. 938. — (17) Cangius, v° *Confessor*. — (18) Martyrol. Romanum, pag. 8, edit. Antv. 1613. — (19) De beatific. et canoniz. tom. I, pag. 5. — (20) Acta SS. tom. III Junii, pag. 938. — (21) Cfr Cangius, v° *Memoria*. — (22) Labbe, Collect. Concil. tom. VII, col. 1057 ; Sirmundus, Concilia Galliæ, tom. II. pag. 194. — (23) Cangius, Supplem. Carpentier, v° *Adorare*. — (24) Ordo Divini Officii diœceseos Lemovicensis, pag. 93. — (25) Dictionnaire universel géographique etc. de la France, Paris, 1804.

EX MSS. *tur, regnante Henrico I* (1031-1060), *sese donasse monasterio Solemniacensi partem* de proprio alode, vocato ad Noalas... et est in parochia de Aneisso, et in vicaria de Axa (1). *Existimat Labiche* (2) *hunc locum postea dictum fuisse* S. Hilaire de Lastours; *quod minus convenire videtur cum mappa geographica, quam Cl. V. Maximinus Deloche ad finem libri sui de Topographia Galliæ edidit.*

1 Vir Dei, homo Dei, *dictiones sunt sumptæ ex Sacra Scriptura, quibus viri Deo dediti, præsertim prophetæ, designantur. De his vide Mendoza* (3).

m *Quænam hæc fuerint idola non indicat biographus. Sed procul dubio Gallica erant, qualitercumque in Romana aut Græca per syncretismum conversa aut iisdem quasi immixta. Nam quamvis propemodum indubium sit antiquos Gallos ab adorandis idolis diu abstinuisse* (4), *tamen æque certum est eos postea, relicta avita traditione, simulacra quæ partim invenerunt, partim a Græcis* (5), *dein a Romanis* (6) *mutuati sunt, veneratos esse. Quin et locum inter suos cælites nonnul-*
B *lis diis Ægyptiacis concessisse satis verisimile est* (7). *Neque ideo omni ex parte a Galliis antiqua Druidum religio exsulavit: et quamvis Augustus* (8) *aliique plures Romani imperatores nullum non movissent lapidem, quo eos ad internecionem redigerent, nihilominus sæculo medio* VII *non pauci ex illo genere hominum, erant superstites, quemadmodum ex Vita S. Eligii, a S. Audoeno conscripta* (9), *alliisque monumentis intelligitur. Ast id minus obtinuit in Gallia meridionali, ubi in urbibus (nam alia ruri erat religionis conditio) plerique incolæ extremo sæculo* IV *fidem christianam amplexi erant. Cæterum de religione gentilium in Galliis dixere multi* (10).

CAPUT TERTIUM.

S. Justus ordinatur a S. Hilario presbyter. Ejus miracula Pictavis.

C

S. Justus *cum S. Hilario, a quo ordinatus fuerat presbyter, petit Pictavos, ubi sanat paralyticum*

Beatus autem episcopus ordinavit presbyterum in basilica quæ consecrata fuerat boni testimonii virum *a*, et erudivit eum in omni doctrina timoris Dei; et postquam omnia consummata sunt, Lemovicas civitatem redierunt. Omnibus itaque infra urbem ecclesiis lustratis, atque ab omnibus fidelibus catholicis aurita benedictione, post dulcia vite conloquia, post eleemosinarum largissimam dispensationem, post innumerabilia captivorum redempta *b*, post plura infirmancium sanitate recuperata, * iter beati viri arripientes Pictavis civitatem devenerunt. Cumque in eadem urbe commorarentur, multi per vicina loca audientes famam beati D Justi, concurrentes ad eum, dona et munera deferentes, ut subveniret infirmitatibus eorum; sed et ipse nihilominus accipiebat ab eis. Adveniens autem quidam juvenis elegantis forme, sinistra manu munera deferens, rogare cœpit hominem Dei, ut aliquid juvaminis ab eo acciperet. Cumque ille sinistram manum tetendisset, ait ad eum vir Dei: Non istam, sed aliam ostende quantocius. Cumque respondisset non posse extendere manum aliam, elevatis beatus Justus rursum oculis ait: Domine, rex omnipotens, qui Naaman Syrum * a lepra mundasti; * P.I Siro qui Tobi[æ] oculos per Raphaelem archangelum inluminasti, in nomine tuo sanetur hic adolescens ex infirmitate hujus manus dexteræ. Et cum hæc dixisset, tetigit manum ejus et statim sanus factus est homo et glorificavit Deum et confessorem Justum magnificavit.

a

b

* P.I. post plures sanitates recuperatas

14 Alio rursus in tempore cum deambularet in *et liberat carcere detentos.* oppido Pictaviensi, devenit ad carcerem ubi tenebantur rei vincti in custodia cum omni diligentia. Qui audientes advenisse beatum Justum, vocibus magnis quibus poterant clamabant, ut daret eis aliquid supplementum *. Beatus au- * sublementum. tem Justus misertus clamoribus eorum ait: Domine Jesu Christe, mœstorum consolator, qui subvenis in periculis et in necessitatibus laborantium, qui postquam flagella inrogas veniam misertus condonas, qui prius latroni * in cruce * P. I latronem te confitenti quam magistro nostro Petro paradisi januam aperuisti; aperi, quæso, hujus januas carceris et libera eos qui hic adstricti tenentur. Et hæc dicens, statim adpropians januas carceris, ait: In nomine Jesu Christi, quem fideliter prædicamus, dissolvantur vincula carceris hujus et liberentur hi qui ibidem sunt vincti. Ad hanc vocem omnes ferrei confracti sunt vectes; et vincula de pedibus eorum disrupta sunt et effugientes vincti liberi ceciderunt ad pedes beati Justi clamantes: Miserere nostri, homo Dei; et indica nobis quid agere debeamus. Ite, inquit beatus Justus, ad magistrum meum Hilarium, et ipse vobis adnunciabit quid oporteat agere. Illi autem, arrepto cursu, venerunt ad beatum antistitem, et cadentes ad pedes ejus narrabant quomodo eruisset eos beatus Justus a vinculis carceris. Advenientes autem ministri carceris, nitebantur eos de conspectu pontificis trahere; et ut conati sunt eos apprehendere, statim aridæ factæ sunt manus eorum; et ceciderunt subito ad pedes antistitis rogantes, ut daret eis indulgentiam ex hoc delicto *c*. Beati confessores rogaverunt Dominum; qui illico restituit eis pristinam sanitatem; et nihil ulterius ausi sunt contingere eos. Beatus vero Justus corripuit vinctos pro iniquitatibus eorum, et alacres eos dimisit ad propria * ire. * P.I. propriam

F

c

(1) Deloche, Études de la Géographie de la Gaule, part. I, tit. II, cap. III, pag. 321. — (2) Vies des saints de Limoges, tom. III, pag. 96. — (3) Commentarius in Regum libros, tom. I, pag. 480 et seqq. — (4) Tacitus, de moribus Germanorum, cap. IX. — (5) Strabo, Rerum geographicarum lib. VI, tom. I, pag. 245, edit. Oxoniens. 1807. — (6) Julius Cæsar, De bello Gallico, lib. VI, cap. XVII; Tacitus, de Moribus Germanorum, cap. IX. — (7) Berlier, Précis Histor. de l'ancienne Gaule, pag. 252, edit. Brux.; Wilgrin de Taillefer, Antiquités de Vesone, tom. I, pag. 29. — (8) Suetonius, lib. V, de Tiberio Claudio, num. 25. Plinius, Naturalis Historiæ tom. IV, edit. Harduini. — (9) Acta SS. Belgii, tom. III, pag. 247. — (10) Cfr Longueval, Histoire de l'Église Gallicane, tom. I, Discours sur la Religion des Gaulois, pag. XLIII, edit. 1825; Martin, Religion des Gaulois, tom. I, pag. I et seqq.; Frickius, Commentatio de Druidis, part. II, pag. 88 et seqq.; Fenel, Académie des Inscriptions, tom. XXV, pag. 399 et seqq.; Du Clos, ibid. tom. XIX, pag. 483 et seqq.; Amedée Thierry, Histoire des Gaulois, tom. II, pag. 164 et seqq. edit. Brux. 1842; La Gaule au cinquième siècle, tom. II, pag. 318 et seqq.

ANNOTATA.

A

ANNOTATA.

a *Quo jure SS.* Justus *et Hilarius incarceratos vinculis suis liberare potuerint, vidimus in Commentario prævio num.* 18.

b *Captivi a SS.* Justo *et Hilario redempti erant milites, qui capti in bellis, sub corona venditi fuerant duramque serviebant servitutem.*

c *Ostendimus in Commentario prævio, num.* 18, *quomodo per leges Romanas hujusmodi ad episcopos confugientes essent liberi.*

CAPUT QUARTUM.

Mortuo S. Hilario, S. Justus postulatur a Pictaviensibus in episcopum. Fugit in locum natalem. Peregrinatur Romam. Redux moritur. Miracula ad ejus sepulcrum.

B

Mortuo S. Hilario, S. Justus *postulatur a Pictaviensibus in episcopum,* * P. I. Pictaviensi.

Beato autem pontifice Hilario ab hac luce sub tracto immoque ad Dominum transmigrato, cives Pictavienses *, communi secum consilio inito, beatum Justum loco antistitis ordinari petierunt. At ille se indignum vociferans, despectum vultu, deformem habitu proclamans, protestans non licere tam vilem corporis personam sub * P. II. *decst.* * tantæ potestatis constitui principem. Vergente autem die ad vesperum, cum sol tepescentibus radiis ad occasum declinasset, et omnis clerus civitatis noctem illam pervigilem duceret, expetens misericordiam conditoris, ut paret eis pastorem, qui modeste, eo auxiliante, ipsam regat plebem.

Sed fugit in locum ignotum

16 Beatus vir Justus seculi hujus honores pro nihilo ducens, elegit peregrinum atque egentem se esse in hoc mundo, ut dives et locuples

C

inveniri mereretur in cælo. Adsumptisque secum duobus conversantibus famulis, nocte media civitate egrediens, arrepto itinere Limovicas repedavit. Ibique diutissime commoratus atque ecclesiis in eadem urbe lustratis, sanctorum expetito * P. I. expetita * suffragio atque a præsule sedis ecclesiæ protomartyris Stephani [h]aurita benedictione, ad propria remeans loca, patrem suum et matrem jam defunctos invenit; fratrem vero suum, Benedictum vocabulo, catholica fide eruditum bonisque operibus ornatum, superstitem in corpore reperit. Videntes autem se utrique germani diutissime gaudentes atque inter amplexus flentes, post dulcia vite conloquia pariter redierunt. Adgressique ordinem rei quicquid eis accidisset, cuncta ad alterutrum recitantes, gratias Redemptori omnium reddiderunt, qui ita eos incolumes conservavit seque ad alterutrum * P. I. alterius alterum *et inde cum fratre suo peregrinatur Romam.* * videre permisit.

17 Evolutis autem paucis diebus, accersens beatus Justus germanum suum Benedictum in commune consilium ait ad eum : Audi, frater, quod tibi innotescere volo, quia in nocte hac per visionem quidam juvenis ante me astitit, et me simul tecum * Romam pergere commonuit. Cumque a somno evigilassem et admonicionem viri mecum tacitus considerarem, somno ingruente, veluti in momento obdormivi. Et ecce vir quidam, qui ante me prius steterat, tetigit me et ait mihi : Ecce, Juste, noli verba mea inaniter considerare, sed accersi * germanum tuum Benedictum, et ita cum eo perge nihil hæsitans. Et ita per tria horarum noctis spacia protestans abscessit. Quibus auditis, vir beatus ait : Quæcunque in corde tuo sunt, citius implere satage; ego vero tecum * pergam iturus quocunque nobis Dei permiserit pietas. Paratis namque omnibus quæ erant in via necessariis, iter beati viri arripuerunt; ita denique ut ubicumque in civitatibus aut vicis seu in villis paululum requiescerent, incolis illorum locorum * verbum Dei prædicarent. Pergentes iter quod ceperant, venerunt Romam; ibique diebus octo commorantes atque, a præside sedis apostolicæ præcepta benedictione, Gallias remeantes, cum ad propriam vellent remeare patriam, beatissimus Christi confessor Justus febre correptus nimioque dolore vexatus * viribus corporis cœpit repente destitui.

* P. I tecumque

* P. I accersire

* P. I tecumque

* P. locis.

* P. I veritus

E

In redeundo febri correptus prænuntiat proxime se moriturum esse.

18 Convocato autem germano suo Benedicto, ait ad eum : Rem tibi, frater, non celabo, quod certissime fore didici : qui nisi velocius [cursu cito] properaveris, me adhuc in corpore superstite, ad propria * non redieris. His auditis, beatus Benedictus omnesque famuli atque contubernales qui eis adsistebant magna admiratione attoniti, lacrimis et ululatibus ejulantes, capillos a capite distrahentes, vix inter crebra suspiria verba formantes ajunt ad eum : O benignissime consolator et pie, quare tam cito te a nostro vis abstrahere consorcio. Moveat pietatem tuam luctus iste, ut impetres apud Dominum tam diu te in corpore manere, donec tecum ad propria redire possimus. Beatissimus vero Justus, motus clamoribus eorum, conversus ad Dominum ait : Piissime omnium vitæ dator Deus, qui Ezechieli regi quindecim annos auxisti ad vitam; qui Lazarum, quatriduanum, fœtentem, et sororibus ejus* rogantibus, ac monumenti in * claustra detrusum, de morte ad vitam resurgere fecisti; qui mortuum extra portam reviviscere fecisti, tuam immensam pietatem humiliter exoro, ut respicias in me servum

F

tuum, et tamdiu me in corpore manere, concedas *... Quoscunque cum eo in vita directi [sunt], stratis equis ornatisque asinis, beatum virum super sella gestatoria, eo jubente, religantes, concito cursu reversi sunt ad propriam domum.

* P. I ad propriam.

* P. I corum

* P. I *decst.*

* P. II. *decst.*

Convocat clericos.

19 Transactis namque diebus quatuor, destinatis in diversa famulis omnibus per vicina loca, clericos atque presbyteros ac Deo dicatos viriliter convenire fecit. Quibus adstantibus ait : Audite, charissimi fratres, ultimam parvitatis meæ sententiam et ea quæ suggero * mente quodam modo retinete. Ego enim secundum tenorem patrum gradior viam universæ terræ *; vos autem ammoneo et vestram paternitatem humiliter exoro, ut pro me omnium infelice omnipotentis misericordiam imploretis, quia nimia sunt delicta quæ in hoc seculo gessi. Et his dictis erigens manum in cælum ait : Domine Jesu Christe, qui pro nostra omnium salute ex sinu patris in uterum dignatus es descendere matris, quem expectamus in judicio venturum, te deprecor ut suscipi jubeas animam meam, quando de hoc migraverit corpore et ad paradisi

* P. I. suggesero.

* P. I. ore

ex mss. disi patriam perduci facias. Non gaudeant de me ministri sathanæ, nec dominentur mei principes tenebrarum, non occurrant mihi potestates aeris hujus, quia tu semper fuisti adjutor meus. Scio me indignum non mereri conspectum tuum videre; saltem in ultimo tabernaculo introducere me jube quod * præparasti diligentibus te. Libera me a cruciatu inferorum, et aperi mihi portas regni cælorum. In manus tuas commendo animam meam; suscipe quæso eam, tuam misericordiam exorantem. Et cum hoc dixisset, ultimum emisit flatum. Sacerdotes autem qui ibidem aderant, accipientes corpus ejus et conditum cum aromatibus atque linteaminibus involutum imponentes feretro, Lemovicas deportare conati sunt.

* P. I. quem

et in patria pie moritur.

20 Et dum iter carperent, venerunt in quemdam locum, qui a prædicta urbe octo millibus ad plagam respicit orientalem. Cum autem paululum substitissent, beati viri membra iterum conati sunt levare. Tanta autem gravitudine *, tantoque pondere feretrum illud depressum est, ut amplius quinquaginta seu octoginta viri eum de loco movere non possent.

* P. I. gravitudo

B Adstans autem germanus suus Benedictus ait ad turbam : Nolite, fratres, nolite contra voluntatem ejus quicquam agere; quia ipse dum in juvenili ætate curam exhiberet pastoralem, vidi in hoc loco cum diu subsistere et a * spinis pungare. Et ideo scio quod ejus fiat voluntas, ut * in hoc loco humatus quiescat. Audientes autem adquieverunt dictis ejus, et sepelierunt eum ibi VI Kalendas decembris. Consilio namque inito, ædificaverunt ecclesiam super sepulcrum beati viri, quæ permanet usque in præsens. Ubi intercessione præfati confessoris inluminantur cæci, dæmones ab obsessis corporibus effugantur, surdi recipiunt auditum, claudi gressum, muti eloquio reformantur (*), adjuvante ipso omnium Redemptore, qui tanta ac talia præstat servis suis, qui per cuncta vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

* P. II. at

* P. II. a *deest*

* P. II. eloquium *tantum*

[Explicit Vita Sancti Justi].

TRANSLATIO RELIQUIARUM

C

S. JUSTI

Ex Breviario Lemovicensi anni 1625.

Lemovicenses reliquias S. Justi *ab injuria prædonum vindicant,*

Philippo Augusto Francorum rege *a*, circa annum Domini millesimum ducentesimum decimum septimum *b*, cum nefarii quidam homines vicinam urbi regionem, quæ erat in ditione ecclesiæ Lemovicensis infestam haberent, templumque in quo erat conditum Sancti Justi corpus profanarent, eam mentem injecit Deus præcentori *c* ecclesiæ, (cui nomen Helias de Gimello *d*, admirabili vitæ sanctimonia viro, et cui cum sancto Guillelmo Biturigum archiepiscopo consuetudo familiaris et diuturnus visus intererat,) ut inde Lemovicas efferret sacras reliquias, eas vindicaturus ab injuria. Adhibitis in consilium aliquot canonicis et civibus ad ineundam expediendi negotii rationem, placuit illo accedere cum armata manu, quæ sese hostibus opponeret.

a
b
c
d

D

2 Tanta vero celeritate res confecta est, ut sint elatæ, priusquam sensissent adversarii, sacræ reliquiæ. Itaque pium onus sacerdotes quatuor subeuntes, læti et alacres Lemovicas corpus asportant, Helia, canonicis et universa multitudine cum sacra pompa et apparatu effuse obviam prodeuntibus, Deumque felicis successus authorem laudantibus. Tam pretioso ditati thesauro, venerunt in ædem sancti protomartyris Stephani *e*, ecclesiarum Lemovicensis diœcesis principem, in qua reliquiarum capsa collocata est. Ad conservandam autem rei feliciter gestæ et divini beneficii memoriam, constitutum est, ut quotannis sexto Kalendas augusti, dies quo ea facta est translatio, maxime in ecclesia Lemovicensi, solemnis ageretur.

antequam hoc tentamen ad eorum notitiam veniat.

e

E

ANNOTATA.

a *Philippus Augustus regni Galliarum habenas ab anno* 1179 *ad annum* 1233 *tenuit.*

b *Petrus Coral auctor coævus translationis refert eam habuisse locum anno* 1215. *Videsis Commentarium prævium num.* 36.

c *Præcentor erat ille qui vel in ecclesiis cathedralibus vel in monasteriis cantoribus præerat. Quod munus passim inter dignitates ecclesiasticas annumeratum fuit* (1).

d *Helias de Gimel, præcentor ecclesiæ Lemovicensis, ineunte sæculo* XIII *florebat. Usus erat magistro S. Guillelmo, Bituricensi episcopo, qui eum clericis suæ ecclesiæ adscripserat. Inde ad ecclesiam Lemovicensem transiit; ubi præcentoris munere functus, auctor fuit canonicis Lemovicensibus ut ipsi quoque festum S. Guillelmi Bituricenses ritu duplici celebrarent. Dicitur Helias scripsisse :* 1° Cæremoniale inaugurationum ducum Aquitaniæ, *sæpius typis editum;* 2° Sermones in honorem S. Guillelmi Bituricensis, SS. Justi et Vincentii : *qui sermones non nisi testimonio domini Delespine collectoribus operis* Histoire littéraire de la France *noti fuere* (2).

F

e *Quam præclarus fuerit in Gallia cultus S. Stephani, patet ex eo quod multæ ecclesiæ cathedrales, v. g. Lemovicensis* (3), *Catalaunensis, Vesuntina* (4), *Antissiodorensis* (5), *Petrocoricensis* (6), *Tullensis* (7) *pluresque aliæ sancto promartyri fuerunt dedicatæ. Dein incredibile est quanta cum reverentia Glanofolienses* (8), *Corbejenses* (9), *Lugdunenses* (10), *Mettenses* (11), *Senonenses* (12), *Vesuntini* (13), *Bituriges* (14), *Turonenses* (15) *aliique non pauci sacra S. Stephani pignora susceperint ac coluerint. Adde quod traditur jam sæculo tertio, adhuc sævientibus christianorum insectatoribus, S. Firminum Bellovaci in honorem S. Stephani erexisse ecclesiam* (16).

(1) Cfr Cangius, v° *Præcentor* et *Præcentura.* — (2) Histoire littéraire de la France, tom. XVII, pag. 393 et seqq. — (3) Allou, Description du départ. de la Haute-Vienne, pag. 137. — (4) Dunod, Histoire de l'église de Besançon, tom. I, pag. 39. — (5) Lebeuf, Mémoires concernant l'histoire d'Auxerre, édit. Paris, 1848, tom I, pag. 20. — (6) Wilgrin de Taillefer, Antiquités de Vesone, tom. II, pag. 547 et seqq. — (7) Benoit Picard, Histoire de Toul, pag. 150. — (8) Acta SS. tom. I Jan. pag. 1056. — (9) Ibid. pag. 118. — (10) Ibid. pag. 1075. — (11) Ibid. pag. 388. — (12) Ibid. pag. 389. — (13) Ibid. pag. 1031. — (14) Ibid. pag. 629. — (15) Ibid. tom. III Martii, pag. 755. — (16) Ibid. tom. VII Sept. pag. 55.

A

ITER ROMANUM

SS. JUSTI PRESBYTERI

ET HILARII EPISCOPI

perperam adscriptum S. Justo ex ms. codice Pictaviensi a.

a

Ego Justus, minimus domni Hilarii Pictavensis episcopi discipulus, sciens me eadem via, qua cæteri hominum morte obire hoc..... reliquiarum conscribo; quod cum subsequaces invenerint, qua ratione hic sint conditæ, vel unde, aut a quibus allatæ agnoscant. Temporibus namque Constancii imperatoris, cum Arriana hæresis ecclesiam, in diversis partibus mundi sitam, nimia sua perturbatione concute-
B ret, et veneno suæ infidelitatis pene universos in tenebris sui erroris induceret, in tantum quod plerique catholicæ fidei defensores usque ad effusionem proprii sanguinis decertarent; jubente et annuente prædicto imperatore, evocati sunt Romæ ad disputationem de fide agen-
* Liberio dam, præsente Leone * papa *b* et supradicto
b principe, episcopi [et] archiepiscopi diversarum provinciarum, eo pacto quod, quicquid illic constitueretur, per omnes ecclesias communiter ab omnibus servaretur. Audiens autem domnus Hilarius, magister meus, tantum periculum ecclesiæ incumbere, timens nimium quod aliquid detrimenti caperet ob inimicorum maximam multitudinem illic congregatam; et præ-
* Liberium cipue sciens supra nominatum Leonem * papam et jam dictum imperatorem Arrianæ sectæ consensi[sse],..... accessit illic intrepidus, lorica justitiæ circumdatus, gladioque verbi Dei decinctus, habens in comitatu plerosque discipulorum suorum, me videlicet, et Blænum quemdam, religiosum virum, aliosque plures. Cumque Romam convenissemus, suscepti sumus in ospitio a quodam presbytero, nomine Vincentio,
C viro valde religioso, habitaque disceptatione de fide cum Arrianis, præsente consilio, adnullataque omni heretica pravitate per domnum Hilarium et penitus extirpata, videns Vincentius pradictus admirabilem illius eloquentiæ doctrinam tantis virtutibus et miraculis illustrem, relinquens patriam et parentes, junxit se socium nobis. Qui Vincentius pro vitæ suæ merito in tanta reverentia habebatur apud Romanos, quod eum custodem sacrorum ecclesiæ præfecerunt. Conjunctus autem nobis et associatus, tradidit domno Hilario capsellam, in qua continebantur præsentes reliquiæ sanctorum, videlicet: particula coccineæ clamidis, quam Dominus Jesus Christus in Passione indutus fuisse memoratur, et quædam particula vestimenti sanctæ Mariæ Matris Domini, et pollex sancti Petri apostoli, et caput sancti Laurentii martiris, qui pro Domino sub Decio imperatore ass[at]us fuit; et etiam particula quædam illius panis, quem Dominus præsentibus discipulis in Emmaus in die suæ Resurrectionis benedixit, in fractione cujus ab ipsis agnitus fuit. Qui cum accepisset, Pictavim secum detulit, ibique nobis præsentibus, me videlicet et Vincentio presbytero, prædictoque Blæno in secreto oratorio, ubi peculiariter orationi vacabat, recondidit. Evolutis denique paucis diebus, Lemovicas gratia visitationis... ecclesiæ sancti Martialis pariterque studio orandi devenimus. Tandem recedentes a præfata Lemovica civitate, fuit nobis consilium visitare Petragoras ecclesiam S. Frontonis. Quo cum pergeremus, pervenimus in quamdam silvam, quæ vocatur Auren in suburbio *c* prædictæ civitatis sitam, ibique requievimus. Audiens vero domnus Hilarius, quod multitudo latronum illic moraretur, quæ transeuntes deprædabantur; vidensque locum aptum, ejectis latronibus, ædificavit ibi ecclesiam in honore sanctæ Matris Domini Mariæ. Rursus inde recedentes, ordinatis ecclesiæ ministris, iterum propositum facere incipientes, devenimus in pago Petrogorico in isto videlicet loco. Audientes itaque populi famam tanti viri, venientes rogabant eum quatenus illis monita salutaria impenderet. Cumque intentis omnibus sermonem in populo faceret aquamque sapientiæ de ore ejus omnes potarent, stans ad radices cujusdam magnæ arboris, subito de subtus pedibus E ejus fons frigidus et perspicuus admodum emanare cœpit; quod videntes populi glorificaverunt Deum, qui per servum suum tale dignatus est exhibere miraculum. Ipse pater Hilarius, lætabundus super hoc, alacri voce versiculum Psalmi cecinit, dicens: Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Populi autem rogabant eum quatenus ob memoriam tanti miraculi illic construeret ecclesiam in honore beatæ Matris Domini. Quorum petitionibus satisfaciens, eidem ecclesiæ me ministrum reliquit; iterque cœptum perficiens, propriam sedem, patratis rite omnibus, repetivit. In quo loco ego per biennium commoratus, iterum desiderans videre magistrum meum, simulque cupiens perfrui dulcibus ejus exortacionibus, Pictavim perrexi. Vidensque me gavisus est valde et in oscula ruens, flevit, indicavitque mihi finem vitæ sibi adesse, Domino revelante. Quod ego audiens, vehementi dolore commotus, flevi amarissime dicens: Cur me pater deseris, aut cui me tanto solatio destitutum relinquis? Qui flentem me conspiciens, consolatoriis sermonibus exortatus est dicens: Noli flere, karissime fili, quoniam F Dominus Jesus Christus, cui servivi, ipse custodiet te a fallacibus inimici insidiis, et paulo post correptus febribus, imminente fine vitæ, evocato me, tradidit mihi istas reliquias, dicens: "Accipe hoc cæleste thesaurum, fili dilectissime, et ut dignum est, in omnibus custodire stude; ecclesiamque, quam tibi commisi, in pago Petrogorico sitam, ordinare memento. Quo dicto sancta anima, carne soluta, cælos petivit. Ego vero Justus accipiens prædictas reliquias et præsentes hunc in locum mecum advexi, et in hac ecclesia ad dexteram partem altaris recondidi, sub die duodecimo kalendarum octobris, testans Deum et ipsas reliquias me sic omnes simul hic possuisse, sicuti acceperam a domno Hilario magistro meo.

EX MSS.

c

—

ANNOTATA.

A

ANNOTATA.

a *Joannes Bouchet* (1) *aliique plures rerum Aquitanicarum scriptores nonnulla* SS. Justi *et Hilarii gesta retulere, quæ nonnisi per præsentem scriptionem,* S. Justo *perperam (uti in Commentario prævio num.* 24 *declaravimus) adscriptam, ad nos pervenerunt; conficta hæc fuit ut fides fieret præclaris reliquiis, quas quotannis populo ostentabant clerici Pictavienses. Eam hoc loco nunc primum in lucem damus ex apographo Leonardi Fonteneau. Qui Fonteneau, natus Juliaci in diœcesi Bituricensi professionem religiosam in monasterio Claromontano Congregationis S. Mauri die* 7 *septembris anni* 1726 *emisit. Porro multa documenta historica ad totam Aquitaniam et præsertim ad pagum Pictaviensem spectantia collegit. Obiit die* 27 *decembris anni* 1780 (2)

D

b *Manifestum est legendum esse Liberium papam. Qui, licet multis non satis fortis visus fuerit, numquam tamen in hæresim Arianam consensit, neque concilium indixit Romæ celebrandum. Sed de his vide Vitam ipsius S. Liberii in Actis nostris a Stiltingo illustratam* (3).

c *Vox* suburbium *non viciniam tantum oppidorum, sed loca, pluribus leucis dissita, interdum significat; inde difficilius fit situm hujus silvæ definire, quamquam verosimilius sit eam a civitatis mœnibus non procul fuisse positam.*

(1) Annales d'Aquitaine, p. I, ch. 12, fol. 11; ch. 15, fol. 25. — (2) Mémoires de la société des Antiquaires de l'Ouest, tom II, pag. 77 et seqq; Tables des Manuscrits de D. Fonteneau, tom. I, pag. 1. — (3) Acta SS. tom. VI Sept. pag. 598 et seqq.

E

B

DE S. NAMATIO, CONF. PONT.

CLAROMONTE IN ARVERNIA

V. D. B.

SYLLOGE HISTORICA

§ Unicus. S. Namatii cultus, origo, matrimonium, episcopatus. Ecclesiarum cathedralis Arvernensis et S. Stephani fabrica. Sepultura.

POST MEDIUM SÆCULUM V. S. Namatius, *cujus gesta præcipua recensuit S. Gregorius Turonensis, jam pridem* sanctus *dictus est, sed nonnisi initio sæculi superioris officio liturgico cultus*

S. Gregorius, *Turonensis episcopus,* Celtico Galliarum tractu exortus, Arvernicæ regionis indigena, *ut Odo abbas initio ejus Vitæ loquitur* (1), *suis libris historicis res Arvernorum,* quæ puero genialis humus fuit, *nequaquam neglexit, et imprimis Arvernorum seu Claromontanos episcopos in Historia Francorum ordine recensuit: quos inter venit* S. Namatius *seu* Namacius, *de quo nunc dicendum nobis est. De ejus cultu plane contraria scripsit Dionysius Sammarthanus in* II *tomo Galliæ Christianæ novæ, quem anno* 1720 *in lucem edidit. Perhibet prius* ejus festum celebrari die 27 octobris, *et paulo post subdit,* quamvis titulo SANCTI sit insignitus, nullum tamen ejus cultui diem esse assignatum (2). *Sed hujus diversitatis et repugnantiæ causa non omnino latet. Anno* 1711 *prodierat scriptio Tillemontii* (3) Namatium *in antiquis monumentis* sanctum *appellari, sed neque a Savarone in libellis de rebus Claromontanis, neque a Branchio in Vitis sanctorum Arverniæ, neque a Ferrario in Catalogo generali sanctorum (quibus addere potuisset Petrum Durandum in Originibus Claromontanis) ejus natalem designari, sed a Branchio et Saussayo in Martyrologio Gallicano ejus nomen memorari ad diem* 4 *novembris occasione festivitatis SS. Vitalis et Agricolæ, quorum reliquias olim Mediolano ad Clarummontem accersiverat. Et quidem neque inter Festa diœcesis Claromontanæ, statutis synodalibus Guilielmi de Prato anno* 1552 *inserta, neque inter Festa propria ecclesiæ Claromontanæ (qui alter catalogus recentior est), neque in Ordine divini officii ad usum ecclesiæ cathedralis Claromontensis pro anno* 1656 *reperio* S. Namatii *nomen. Contra in Ordinibus annorum* 1827 *et* 1849, *in quibus consuetudines sæculi superioris adhuc observantur, præcipitur ut die* 27 *octobris* S. Namatii, Claromontani episcopi, *festum* ritu duplici minori *peragatur. Fas est itaque admittere inductam fuisse hanc festivitatem inter annos* 1711 *et* 1720: *quam festivitatem innotuisse Dionysio Sammarthano; sed hunc, nescio qua animi avocatione, prioris asserti oblitum, deinde ex Tillemontio addidisse* nullum *certum* S. Namatii cultui diem assignatum. *Mille forte aut plures annos beatum virum inter cælites recensitum fuisse manifestum fiet infra.*

F

Ecclesiam cathedralem Arvernis construit,

2 *Quum autem, quæcumque de* S. Namatii *gestis comperta sunt, memoriæ servaverit S. Gregorius Turonensis, hunc jam audiamus.* Sanctus vero Namatius, *inquit* (4), post obitum Rustici episcopi, apud Arvernos in die-

(1) Ap. Dacherium, Opp. S. Gregorii Turonensis, edit. Migne, col. 115. — (2) Gallia christiania nova, tom. II, col. 231. — (3) Mémoires ecclésiastiques, tom. XV, pag. 411. — (4) Hist. eccl. Franc. lib. II, cap. 16 et seqq. col. 214 et seqq. ed. Migne.

bus

A bus illis octavus erat episcopus. Hic ecclesiam, quæ nunc constat et senior infra muros civitatis habetur, suo studio fabricavit, habentem in longum pedes centum quinquaginta, in latum pedes sexaginta, in altum infra capsum usque cameram pedes quinquaginta : inante absidem rotundam habens, ab utroque latere ascellas eleganti constructas opere, totumque ædificium in modum crucis habetur expositum. Habet fenestras quadraginta duas, columnas septuaginta, ostia octo. Terror namque ibidem Dei et claritas magna conspicitur; et vere plerumque inibi odor quasi aromatum suavissimus advenire a religiosis sentitur. Parietes ad altarium opere sarsurio ex multo marmorum genere exornatos habet. Exacto ergo in duodecimo anno beatus pontifex ædificio, Bononiam civitatem Italiæ sacerdotes dirigit, ut ei reliquias sanctorum Vitalis et Agricolæ exhibeant, quos pro nomine Christi Dei nostri manifestissime crucifixos esse cognovimus.

et ejus uxor basilicam suburbanam S. Stephani, picturis ornatam.

3 Cujus conjux basilicam sancti Stephani suburbano murorum ædificavit. Quam cum fucis colorum adornare vellet, tenebat librum in sinu suo, legens historias actionum antiquorum, pictoribus indicans quæ in parietibus fingere deberent. Factum est autem quodam die, ut, sedente illa in basilica ac legente, adveniret quidam pauper ad orationem et aspiciens eam in veste nigra, senio jam provectam, putavit esse unam de egentibus, protulitque quadram panis, et posuit in sinu ejus et abscessit. Illa vero non dedignans munus pauperis, qui personam ejus non intellexit, accepit et gratias egit, reposuitque, hanc suis epulis ante ponens, et benedictionem ex ea singulis diebus sumens, donec expensa est. *(Inseruntur hic negotia publica, quæ contigerunt in Galliis et maxime in Arvernis ab anno* 463 *et* 485.) Defuncto autem apud Arvernos Namatio episcopo, Eparchius successit, vir sanctissimus ac religiosus.

S. Namatii genus et matrimonium.

4 *Porro* S. Namatium *nobilissimo fuisse genere et de domo ditissima liquet satis ex S. Gregorii de ejus uxore dictis; unde quoque constat eum matrimonio fuisse junctum, quum ad episcopatus gradum promotus est. Passim enim sæculo* v *atque etiam sequenti videre est viros nobilissimos et locupletissi-*
C *mos ordines sacros, maxime episcopatum, capessentes* (1); *ut, quum fiducia et veneratione populorum potior esset episcopalis auctoritas, magnates nonnulli præpostero studio tam sacram dignitatem affectasse visi sint; quamquam plerique, quum populus sanctos episcopos vellet et, ambitiosis neglectis, spontaneis acclamationibus viros præclaros designare soleret(2), ex eorum essent numero, qui sua non quærerent, sed quæ Jesu Christi. Quicumque autem tam sublimem conscendissent gradum, excommunicationis interminatione interposita, separabantur ab uxoribus.* Memorat passim, *ait Ruinartius* (3), Gregorius episcopos, qui ante suam ordinationem uxorati fuerunt : at statim subjungit eos ab invicem JUXTA CANONUM PRÆSCRIPTA fuisse sequestratos : quod ORDINEM INSTITUTIONIS CATHOLICÆ appellat in libro de Gloria confessorum, cap. LXXVIII; ut hunc morem non in una solum aut in altera regione, sed ubique in tota ecclesia catholica uniformiter servatum fuisse ostenderet.

AUCTORE V. D. B.

Quare episcopus Arvernensis octavus *dictus; quo tempore vixerit.*

5 Octavum apud Arvernos episcopum *appellat S. Gregorius* Namatium, *qui passim in catalogis episcoporum Arvernensium* nonus *legitur. Sed specie dumtaxat ab his dissentit Francorum historiographus, quippe qui omnes* S. Namatii *decessores recenseat; verum exemplo Eusebii, qui SS. Petrum, Jacobum et Marcum episcopis Romanis, Hierosolymitanis et Alexandrinis non accenseat, S. Austremonium e censu episcoporum Arvernensium excludit* (4), *quoniam ante adventum Clarummontem episcopus consecratus fuerat. Censet Tillemontius* (5) *a* S. Namatio *sedem Claromontanam occupatam fuisse annos duodecim, nempe ab anno* 440 *(immo* 450) *usque ad annum* 462; *Gonod* (6) *ab anno circiter* 446 *usque ad annum* 462; *Durandus* (7) *vero ab omnibus notis chronologicis abstinet, et Dionysius Sammarthanus* (8), *propositis Tillemontii calculis,* de his nil constare *concludit. Hoc unum certum est S. Sidonium Apollinarem anno* 471 *aut sequenti in Arvernensi cathedra constitutum fuisse* (9), *postquam eam morte sua vacuam fecisset S. Eparchius,* S. Namatii *successor. Sed de annis S. Eparchii nihil compertum habemus. Atque hæc jam pridem vidit Pinius noster* (10), *quærens quo tempore floruerit S. Rusticus,* S. Namatii *in sede Claromontana decessor; quare satis habuit ejus obitum referre* sub medium sæculum v. *Quum duodecim saltem annos episcopale pedum tenuerit* S. Namatius, *totidem annis post S. Rusticum aut etiam pluribus e vita excessisse dicendus est.*

E

Ecclesiam cathedralem, cujus forma explicatur,

6 *Præcipua* S. Namatii *laus, quod* ecclesiam seniorem *(id est cathedralem* (11), *non autem, ut vult Tillemontius* (12), *antiquiorem) construxit. Formam explicat S. Gregorius; ubi hoc unum fere obscurum est quod* in altum infra capsum usque cameram pedes quinquaginta *habuisse dicitur.* Camera *fornix est, vulgo* voûte; *sed quid* capsus? *Prius arbitratus est Cangius* (13) *absidem seu capicium, vulgo* chevet, *indicari, quod hæc pars sæpius olim reliquo templo altior esset; sed postea vidit celeberrimus glossographus navim templi* (la nef) *designari uti et omne septum* (14); *atque hoc ipso loco traditur ecclesia* inante *capsum* habuisse absidem rotundam, *et ab utroque latere* ascellas, *quas alas interpretatur Cangius* (15), *sed quæ mihi videntur absides fuisse minores, quales in multis ecclesiis adhuc observantur, initio sacraria, paulatim facta altaria*(16). *Deinde ædes in modum crucis erat disposita, ita ut frontispicia adessent ex utroque latere* (17). *Columnæ dispositæ in quatuor ordines, adeoque ecclesiæ spatium in quinque divisum erat partes; ad quas pa-*
F

(1) Dubos, Hist. de l'établiss. de la monarchie française dans les Gaules, tom. I, pag. 21 et seqq. — (2) De Sismondis, Hist. des Français, tom. I, pag. 70 et 71, edit. Brux. — (3) Opp. S. Greg. Turon. præf. num. 33. Cfr Dubos et Sismondis, locc. citt. — (4) Acta SS. tom. VI Sept. pag. 690, num. 8. Cfr Tillemont, Mémoires ecclés. tom. XV, pag. 409. — (5) Tom. cit. pag. 410. — (6) Chronologie des évêques de Clermont, pag. 6. — (7) Les origines de la ville de Clermont, pag. 48. — (8) Gallia Christiana nova, tom. II, col. 231. — (9) Acta SS. tom. IV Augusti, pag. 606 et 607. — (10) Ibid. tom. VI Septembris, pag. 690. — (11) Du Cange, Glossarium latinum, v° *Ecclesia senior.* (12) Mém. ecclés. tom. XV, pag. 411. — (13) Gloss. lat. v° *Capsus.* — (14) Cfr Forcellini Lexicum, v° *Capsus;* Rich, Dictionnaire des antiquités grecques et romaines, v° *Capsus.* — (15) Cangius, Glossarium latinum, v° *Ascella.* — (16) A. Loneir, Architecture monast. tom. I, pag. 98, 112, 148 etc. — (17) Ibid. pag. 147.

tebant

AUCTORE V. D. B.

tebant octo ostia; quorum ordinatio ex Alberti Lenoir opere facillime percipietur (1), *potissime autem ex imaginibus basilicæ S. Pauli extra muros urbis Romæ. Verumtamen mediæ tantum erat magnitudinis, metrorum nempe* 44 *in longitudinem et septemdecim et dimidii in latitudinem. Ad altare muri exornati opere sarsurio, quod musivum esse ostendit Cangius. Annos duodecim operam suam impendit* S. Namatius *huic fabricæ; ut totidem saltem episcopus fuerit, si manum operi non admovit, nisi post adeptum episcopatum. Neque prius hoc molimen adorsum fuisse beatum virum innuit S. Gregorius Turonensis.*

Honestandam curat reliquiis SS. Vitalis et Agricolæ, Mediolano non sine prodigio advectis :

7 *Quo autem major esset hujus loci reverentia, aliquid de reliquiis SS. Vitalis et Agricolæ, martyrum Bononiensium, quorum passionem S. Ambrosius narravit initio libri de Exhortatione virginitatis, per delegatum presbyterum accersivit. Brandea obtinuisse videtur, id est pulveres, oleum ex lampadibus, lintea immissa sepulcro aut alias hujus modi res : nondum enim erat in more positum corpora sanctorum dividere* (2). *Paulo luculentius harum reliquiarum translationem narravit idem S. Gregorius in libro* I, *cap.* XLIV, *de Gloria martyrum.* Horum reliquias, *inquit* (3), Namacius, Arvernorum episcopus, devote expetiit, ut scilicet eas in ecclesia, quam ipse construxerat, collocaret : direxitque unum illuc presbyterum; qui, abiens cum Dei gratia, quæ petierat detulit. Regressusque cum sociis, in quinto ab Arverna urbe milliario revertentes, metatum accipiunt *seu hospitium subeunt*, et ad episcopum missos dirigunt, ut eis quid agant, jubeat ordinare. Mane autem facto, sacerdos, admonitis civibus, cum crucibus et cereis ad occursum sanctarum reliquiarum devotissimus properat. Cumque ei presbyter offerret ut beatas reliquias aspiceret, si juberet; et ille : Mihi, inquit, magis est, hæc credere quam videre; sic enim in Scripturis legimus sanctis, quia ipse Dominus beatos illos judicat, qui in eum cum non viderint credi-
* *Joan* XX,29 dissent *. Hac itaque sacerdotis fide pollente, Dominus sanctos suos glorificat in virtute. Nam venientibus illis, subito contenebratnm est cælum : et ecce imber umbrosus atque teterrimus super eos descendit : et tanta pluvia ibidem est diffusa, ut flumina per vias illas currere cernerentur. Verumtamen circa sancta pignora per unum valde jugerum neque una gutta visa est cecidisse. Et abeuntibus illis, pluvia eos a longe, quasi præbens obsequium, sequebatur, populum fovens, gestatores autem pignorum non attingens. Hæc videns pontifex magnificavit Dominum, qui, fidei suæ sic favens, talia ad sanctorum gloriam operari dignatus est. Congregatis vero civibus cum magno gaudio atque devotione, sanctam ecclesiam his illustratam pignoribus dedicavit.

Hujus templi fata.

8 *Ad quæ subjicit Ruinartius :* Hæc ecclesia, cathedralis scilicet, primo sanctorum Vitalis et Agricolæ dicta est; tum *(certe jam temporibus S. Boniti, qui ad finem sæculi* VII *diœcesim Claromontanam gubernavit)* (4) sancti Laurentii, ac denique sanctæ Mariæ, quod nomen hodieque retinet. *Pluribus de hoc templo commentatur Cointius* (5), *ne cum aliis S. Laurentii et B. Mariæ ædibus confundatur : sed hæ omnes basilicæ erant seu ædes cœmeteriales, adeoque suburbanæ; quod autem templum exstruxit et consecravit* S. Namatius, ecclesia *erat, et quidem unica intra mœnia. Alibi sæpius jam hoc argumentum explicuimus* (6). *Stetit hæc ecclesia usque ad annum* 761, *quo castrum Arvernense a Pippino captum est et incendio deletum* (7). *Sed Caroli Magni temporibus aut non multo post denuo fuit ædificata et die* 2 *junii anni* 946 *a Stephano II, Claromontano episcopo, solemniter consecrata in honorem B. Mariæ Virginis* (8); *de cujus capillis illic aliquid repositum est* (9). *Atque ad hanc ædem pertinent quæ leguntur in libello de ecclesiis et altaribus, quæ in Claromonte consistunt, scripto circa annum* 950 *et a Savarone primum edito*(10) : Inprimis in domo matris ecclesiæ est altare S. Mariæ, et sanctorum Agricolæ et Vitalis, et altare S. Crucis, altare S. Gervasii, altare S. Joannis Baptistæ, altare S. Juliani martyris. *De qua nova ecclesia exsistunt nunc dumtaxat duæ turres occidentales* (11); *reliquas enim partes renovare cœpit episcopus Hugo de Turre, priusquam anno* 1248 *cum S. Ludovico ad bellum sacrum profectus est; quas partes perfecerunt successores* (12). *Non tamen omissa est memoria translationis reliquiarum SS. Vitalis et Agricolæ, inscripta Martyrologio Claromontano ms. ad diem* 27 *novembris his verbis :* In Galliis, urbe Arvernis, translatio beatorum martyrum Agricolæ et Vitalis. *Quam festivitatem solemnissime celebratam fuisse ostendit ex veteribus libris choralibus Savaro in commentariis ad citatum opusculum.*

Sepelitur S. Namatius *in ædicula S. Stephani, nunc S. Eutropii, ab ejus uxore excitata.*

9 *Tumulatus est* S. Namatius *in hac ipsa basilica suburbana seu ædicula cœmeteriali S. Stephani* (13), *quam uxor ejus construendam et exornandam curaverat. In Savaronis enim antiquissimo libello de ecclesiis Claromontanis ad num.* 13 *legimus :* In ecclesia S. Stephani, altare sancti Stephani, ubi sanctus Namacius, et sanctus Quintianus, et sanctus Aprunculus, et sanctus Felix, et alia sanctorum corpora, quorum nomina nescimus, quiescunt. *Jam pridem facta est hæc ædes parochialis; ita ut in matricula civium Claromontensium, sæculo* XIV *confecta, dicatur* la parroche de S. Stèphe (14). *Quin et nomen suum amisit ad finem sæculi* XV, *ut S. Eutropii assumeret* (15). *Inde Savaro initio sæculi* XVII (16) : Hodie ecclesia parochialis S. Eutropii, in qua ad sinistram est altare, in quo martyrium S. Stephani statuæ exprimunt, exesæ vetustate, atque etiam altare primarium statua ejusdem sancti honoratur. *Exstat etiam*

(1) A. Lenoir, Architecture monastique, tom. I, pag. 113. — (2) Cfr Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 824. Cfr pag. 9 et 935. — (3) Opp. cit. 746. — (4) Gonod, Chronologie des évêques de Clairmont, pag. 6 et 16. — (5) Annales eccles. Francorum, ad an. 534, num. 4. — (6) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 902; tom. IX, pag. 139, 211, 214 etc. — (7) Gonod, pag. 6. — (8) Ibid. pag. 23. — (9) Ap. Savaronem, in libello citando, num. 1. — (10) Tres edititiones coram habeo Savaronis opusculi de sanctis ecclesiis et monasteriis Claromontii, primam quæ prodiit Parisiis, curis Savaronis, anno 1608; secundam quam anno 1657 inseruit Labbeus tomo II Bibliothecæ suæ Mss.; et tertiam quam subjecit Durandus anno 1662 Orignibus suis Claromontanis. — (11) Gonod, pag. 23. — (12) Ibid. pag. 36 et seqq. — (13) Cr. Acta SS. tom. VIII Octob. pag. 886 et 887. — (14) Savaron, Comment. in opusc. cit. — (15) Gonod, pag. 6. — (16) Comment. cit.

nunc

A *nunc in Claromontano suburbio non procul a S. Illidii, vulgo* S. Allyre, *æde* (1). *Inde ejus corpus translatum fuisse in vicinam, sed nunc destructam, S. Venerandi basilicam perhibet Branchius* (2). *Sed vereor ut vera tradat, quum Savaro, Sammarthanus, Durandus, Tillemontius et Gonodus ne memorent quidem hanc translationem. Ex recitato opusculi Savaroniani loco manifestum est jam medio sæculo* x S. Namatium *inter sanctos recensitos fuisse. Merito itaque in omnibus episcoporum Claromontensium catalogis editis honestatur* sancti *titulo, quo eum jam pridem donarat S. Gregorius Turonensis; sed in hujus libris hæc vox est ambigua, ut apponatur non tantum viris feminisque cultu ecclesiastico honoratis, sed passim episcopis quasi sacerdotii et dignitatis titulus. Officio tamen liturgico cultus non fuit* S. Namatius *ante sæculi* XVIII *exordia, quemadmodum supra docuimus.* AUCTORE V. D. B.

(1) Gonod, pag. 6. — (2) La vie des saincts et des sainctes de l'Auvergne, pag. 637.

DE S. FRUMENTIO, EPISCOPO ET CONFESSORE

APOSTOLO ÆTHIOPUM ORIENTALIUM

B SIVE HABESSINORUM E

COMMENTARIUS HISTORICUS. E. C.

§ I. Imperante Constantio, non vero Constantino, S. Frumentius in Æthiopiam venit. Errores Rufini ejusque interpretum.

CIRCA ANNUM CCCLXXX *Rerum gestarum historia Rufini fons est præcipuus.*

De S. Frumentio *scribere incipientibus nobis, nihil aptius visum est, quam illico lectori ob oculos ponere locum celebrem Rufini, qui ejus historiæ longe antiquissimus et præcipuus fons est, et ex quo ortæ sunt difficultates pæne omnes, quas scriptores recentiores obvias habuerunt. Rufinus scilicet, qui annis triginta in Asia versatus est, et Antiochiæ Ædesium, fratrem* S. Frumentii *allocutus, non multo post annum* 400, *quando Historiam ecclesiasticam in Italia concinnabat, narrationem, quam ex Ædesio perceperat, non neglexit, quamvis rerum dumtaxat paucarum accurate meminisse videatur. In iis etiam quæ* C *de prædicatione apostolorum in Asia et Africa, exordio ecclesiæ, ibidem præmittit, eum undequaque accuratum non esse, alibi ostendimus* (1); *ex quo loco, pauca aliqua, meræ declarationis gratia, huc transferemus.*

Locus Rufini de Asiæ et Africæ apostolis

2 In ea, *ait Rufinus*, divisione orbis terræ, quæ ad prædicandum verbum Dei sorte per apostolos celebrata est, cum aliæ aliis provinciæ obvenissent, Thomæ Parthia *(et forte India brachmanica, sive hodierna, ut censent plurimi, de quo dicetur ad diem* 21 *decembris)* et Matthæo Æthiopia *(Meroëtica; in qua dominabatur regina Candace)* eique adhærens citerior India *(id est, Arabia)* Bartholomæo dicitur sorte decreta. Inter quam Parthiamque media, sed longe interior tractu India ulterior jacet, multis variisque linguis et gentibus habitata. *Hic manifeste significatur India brachmanica, sive hodierna, sed citra Indum fluvium usque ad Sinum Persicum producta. Ita plerique geographi antiqui apud Plinium* (2) *et scriptor Actorum S. Arethæ sæculo* VI (3). *Dum igitur scribit Rufinus* inter Indiam, Æthiopiæ adhærentem, *sive Arabiam, et Parthiam,* medium jacere sed longe interiorem tractu Indiam ulteriorem, *sive brachmanicam, hæc* ἀσυστατα *non sunt, ut Ludolfus credidit* (4). *Prosequitur Rufinus:* Quam *(Indiam ulteriorem)* velut longe remotam nullus apostolicæ prædicationis vomer impresserat; *hoc loco apostolatum S. Thomæ in India brachmanica aperte negat Rufinus;* quæ tamen, *ait,* temporibus Constantini tali quadam ex causa semina fidei prima suscepit. *Hic incipit error manifestus Rufini; in sequentibus enim* S. Frumentium, *hujus Indiæ* F *ulterioris, sive brachmanicæ, apostolum dicet.* Metrodorus quidam philosophus, *ita Rufinus prosequitur,* inspiciendorum locorum et orbis perscrutandi gratia, ulteriorem dicitur Indiam penetrasse.

Iter Indicum S. Frumentii, in Æthiopiam appellit.

3 Cujus exemplo etiam invitatus Meropius quidam, Tyrius philosophus, simili ex causa adire Indiam voluit, habens secum duos pueros, quos liberalibus litteris, utpote propinquos, instituebat. Quorum unus, qui erat junior, Ædesius, alter Frumentius vocabatur. Igitur pervisis et in notitiam captis his quibus animus pascebatur, cum philosophus redire cœpisset, aquæ vel cæterorum necessariorum causa, ad portum quemdam navis, qua vehebatur, applicuit. *Hic perperam Indiæ brachmanicæ portum significare Rufinus voluit; nam, ut patebit, Æthiopicus fuit.* Moris est inibi barbarorum, ut, si quando fœdus sibi cum Romanis turbatum viciniæ nunciaverint gentes,

(1) Tom. X Octobris, pag. 673, num. 39 et seq. — (2) Lib. VI, num. 23, edit. Harduini. — (3) Tom. X Octob. pag. 722, num. 2 et pag. 747, num. 29. — (4) Ludolf. Comment. pag. 76.

AUCTORE E. C.

omnes qui apud eos ex Romanis inventi fuerint, jugulentur; invaditur navis philosophi, cuncti cum ipso pariter perimuntur. Pueruli reperti sub arbore meditantes et lectiones suas parantes, barbarorum miseratione servati ducuntur ad regem, *intellige, Æthiopum, sive Axumitarum: licet Rufinus falso crediderit Indiæ ulterioris, sive brachmanicæ, hunc regem fuisse.* Horum ille alterum, id est Ædesium, sibi pincernam fecit; Frumentio vero, quem quasi perspicacem deprehenderat et prudentem, rationes suas scriniaque commisit; ex quo et in honore magno apud regem habiti et in amore.

Mortuo Æthiopiæ rege, in partem regni moderandi advocatur; rem christianam illic promovet inter Græcos.

4 At vero moriens rex, uxorem cum parvulo filio regni dereliquit hæredem; adolescentibus autem quod vellent, agendi dedit liberam facultatem. Quos tamen regina suppliciter exorat, tamquam quæ nihil haberet in toto regno fidelius, ut secum, usquequo adolesceret filius, regendi regni sollicitudinem partirentur, et præcipue Frumentium, cujus prudentia ad moderandum sufficeret regnum; nam alius fidem puram et sobriam mentem simpliciter exhibebat. Idque dum agerent et regni gubernacula
B Frumentius haberet in manibus, Deo mentem ejus et animos instigante, requirere sollicitus cœpit, si qui inter negotiatores Romanos christiani essent, et ipsis potestatem maximam dare, ac monere ut conventicula per loca singula facerent, ad quæ, romano ritu, orationis causa confluerent; sed et ipse multo magis eadem facere et ita ceteros cohortari favore et beneficiis invitare, præstare quicquid opportunum fuisset, loca ædificiis aliaque necessaria præbere, et omnino gestire, ut christianorum ibi semen exsurgeret.

Adulto rege, Alexandriam abit et a S. Athanasio Æthiopum episcopus constituitur.

5 Sed cum regius puer adolevisset, qui procurationem regni gerebant, expletis omnibus, et ex fide traditis, multum licet detinentibus et rogantibus ut manerent regina vel filio, ad orbem tamen nostrum revertuntur. Et Ædesio festinante Tyrum, parentes propinquosque revisere, Frumentius Alexandriam pergit, dicens, æquum non esse, opus occultare dominicum. Igitur rem omnem, ut gesta est, exponit episcopo, ac monet ut provideat virum aliquem dignum, quem congregatis jam plurimis christianis, et ecclesiis constructis in barbarico loco,
C episcopum mittat. Tum vero Athanasius, nam is nuper sacerdotium susceperat, *de quo inferius inquirendum*, attentius et propensius Frumentii dicta gestaque considerans in concilio sacerdotum ait: Et quem alium inveniemus virum talem, in quo sit Spiritus Dei, sicut in te, qui hæc possit implere? Et tradito ei sacerdotio, redire eum cum Domini gratia unde venerat jubet. Qui cum episcopus perrexisset ad Indiam, tanta ei data esse a Deo virtutum gratia dicitur, ut signa per eum apostolica fierent, et infinitus numerus barbarorum converteretur ad fidem. Ex quo, in Indiæ partibus, et populi christianorum et ecclesiæ factæ sunt et sacerdotium cœpit. Quæ nos ita gesta, non opinione vulgi, sed ipso Ædesio, Tyri presbytero postmodum facto, qui Frumentii comes prius fuerat, referente cognovimus(1).

S. Frumentium *Indiæ brachmanicæ apostolum fuisse credidit Rufinus; perperam intellectus est*

6 *In hac narratione, ut diximus, graviter lapsus est Rufinus, quum Indiæ, non remotioris, sive brachmanicæ, sed æthiopicæ apostolus fuerit Frumentius, quod jam vix ullus vir eruditus neget* (2). *Rufinum Indiam brachmanicam designare, manifeste agnovit Letronne, idemque merito de Theodoreto pronuntiat, qui Indiam ulteriorem* την ἐσχατην Ἰνδιαν *dixit* (3). *Sed in eo erravit vir doctissimus, quod Socratem et Sozomenum, qui non secus ac Theodoretus, Rufinum explicarunt* (4), *his vocibus* ἡ ἐνδοτερω Ἰνδια, ἡ ἐνδοτατω Ἰνδία *Indiam Æthiopicam significare crediderit. Singulæ enim Indiæ æthiopica, arabica et brachmanica, utpote regiones latissimæ, infinitæ, et plura regna complectentes, India interior dici potuerunt ac reapse dictæ sunt.*

Rufinus ab historicis.

7 *Sic Joannes Asiæ episcopus, scriptor Syrus, Æthiopiam Axumitarum,* Indiam interiorem *vocavit* (5); *Philostorgius similiter Homeritas Arabiæ:* τους ἐνδοτατω Ἰνδους (6); *Cosmas vero Indicopleustes Indiam brachmanicam,* την ἐσωτεραν Ἰνδιαν. *Quod postremum etiam a Socrate et Sozomeno factum dicimus, quum alioqui amborum antesignanus Rufi-* E
nus, Indiam brachmanicam, non modo ulteriorem, sed interiorem quoque dicere videatur. Scribit enim: Inter quam *(Indiam arabicam)* Parthiamque media, sed longe INTERIOR tractu India ulterior jacet. *Ex duobus igitur appositis, prius selegerunt Socrates et Sozomenus,* ἡ ἐνδοτερω Ἰνδια; *posterius* (India ulterior) *Theodoretus:* ἡ ἐσχατη Ἰνδια. *Non enim, ut cogitavit Thomas Wright* (7), *Rufinus exscripsit Socratem, sed Socrates Rufinum, ut ipse Socrates testatur in fine cap.* XIX. *Quæ ideo hic dilucide proponenda fuerunt, quod ab annis ducentis in hanc usque diem, viri apprime eruditi, Jacobus Gothofredus* (8), *Ludolfus* (9), *A. Pagi* (10), *Letronne* (11) *et Thomas Wright* (12) *in India interiori et citeriori dignoscenda multam et inutilem operam posuere. Et hæc sola causa mihi videtur, ob quam Rufinum non intellexerunt. Hic enim scriptor duas tantum Indias novit, arabicam scilicet, quam aperte significat, eam dicens* Æthiopiæ adhærentem *et* citeriorem, *seu proximiorem imperio romano; ac dein* ulteriorem *sive brachmanicam,* multis variisque linguis F
et gentibus habitatam *et* longe remotam *ab imperio romano, quam usque ad Sinum Persicum producit. Sed Æthiopiam nusquam Indiam vocavit.*

Quando S. Frumentius *Alexandriam venit,*

8 *Ad tempus quod spectat, quo Indiam æthiopicam adierit* S. Frumentius *scribit Rufinus, quando hic sanctus Alexandriam venit, ut Athanasium patriarcham de iis quæ viderat certiorem faceret, hunc* nuper sacerdotium suscepisse. *Et similiter Socrates:* τῳ ἐπισκοπῳ Ἀθανασιῳ, τοτε νεωστι της ἐπισκοπης ἀξιωθεντι ὑπαναφερει το πραγμα; *quod Theodoretus et Sozomenus neglexerunt. Ordinatus est autem episcopus S. Athanasius anno* 326, *mense decembri; ut itaque, ex mente Rufini, Alexandriam adiverit* S. Frumentius *ineunte anno* 327. *Verum enim vero, vel jamdudum episco-*

(1) Rufinus lib. I, cap. 9. — (2) Cfr Letronne, Matériaux pour l'hist. du Christianisme en Egypte, en Nubie et en Abyssinie, pag. 131, vel tom. X Mém. de l'Academ.; Ludolfus, Sapetus aliique multi infra citandi. — (3) Hist. eccl. lib. I, cap. 23. — (4) Socrates, lib. I, cap. 15; Sozomenus, lib. II, cap. 23. — (5) Tom. X Octob. pag. 695, num. 115. — (6) Ibid. pag. 673 num. 41. — (7) Th. Wright, Early christianity in Arabia, pag. 50. — (8) Dissertationes ad Philostorgium, lib. II, cap. 6. — (9) Ludolf, Comment. pag. 76. — (10) Pagi, critica ad an. 327, num. 15 et 16. — (11) Letronne, loc. cit. pag. 159 et seqq. — (12) Th. Wright, loc. cit. pag. 50 et seq.

pus

A *pus ordinatus erat S. Athanasius, quum Alexandriam advenit* S. Frumentius, *vel Meropius philosophus, quando in Indiam profectus est, exemplum Metrodori, quod Rufinus asserit, sequi minime potuit.* Hic est Metrodorus philosophus, *ait Valesius*, cujus meminit Hieronymus in Chronico ; qui ex indica peregrinatione reversus, multas gemmas et uniones obtulit Constantino, et alia plura, quæ longe majoris pretii essent, a Sapore, Persarum rege sibi erepta esse mentitus, causam præbuit bello persico, ut testatur Ammianus Marcellinus in libro XXV, *quo loco Ammiani, quem edidit, Valesius similia notavit. Deinde ad hæc verba Socratis*, Ἀθανασιῳ τοτε νεωστι της ἐπισκοπης ἀξιωθεντι, si rem attentius expendamus, *inquit*, hæc vera esse non possunt. Etenim Meropius philosophus in Indiam profectus esse dicitur exemplo Metrodori philosophi, qui ante illum Indiam perlustraverat. Atqui Metrodorus philosophus non ante annum Domini 325, *immo* 336, *ut mox dicetur*, ex indica peregrinatione reversus est. Reversus enim ex India, Constantino imperatori obtulit munera, quæ a rege In-
B dorum acceperat, ut supra notavi, partim ex Ammiano Marcellino, partim ex Cedreni Chronico. Id ergo post debellatum Licinium contigerit necesse est. Tum enim Constantinus Orientis imperium accepit. Victus autem et debellatus est Licinius anno Christi 324 exeunte. Jam vero Meropius, cum Metrodori exemplum secutus Indiam perlustrare aggressus sit nonnisi aliquot post annis hanc peregrinationem suscepit.

jamdudum, ut Valesius ostendit, episcopatu fungebatur S. Athanasius.

9 *Dein hanc proponit interpretationem Valesius :* Ponamus igitur, *ait*, Meropium profectum esse in Indiam anno natalis Dominici 327. Anno sequenti, cum in patriam reverterctur, occisus est a barbaris. Ædesius vero ac Frumentius, adhuc adolescentes, oblati sunt Indorum *(Æthiopum)* regi; et alter pincerna regis factus, alter scriniis ac rationibus præpositus est. In quo ministerio ambo usque ad obitum regis permanserunt. Ponamus igitur, triennium eos ministrasse regi. Obiit postea rex Indorum relicto filio admodum puero. Sed regina, pueri mater, impetravit ab Ædesio ac Frumentio, ut procurationem regni susciperent, donec puer ad perfectam ætatem pervenisset. Demus igitur,
C puerum octo circiter annos natum tunc, cum pater abiit e vita. Cum Frumentius nonnisi puero jam adulto et tutelæ suæ facto, reversus fuit Alexandriam, omnino necesse est, ut decem minimum annos regni negotia procuraverit. Ita Frumentius circa annum domini 341 reversus fuerit Alexandriam, quo anno Athanasius non recens factus erat episcopus, sed quintum decimum episcopatus annum excesserat. Porro ex his, quæ dixi, manifeste colligitur, hanc Indorum conversionem per Frumentium factam, regnante Constantio contigisse, non autem principatu Constantini, ut Rufinus, et alii eum auctorem secuti prodiderunt (1).

Imperante Constantio, non vero Constantino,

10 *Hæc apposite scripsit Valesius, et cum iis quæ mox proponemus pæne conveniunt. Non tamen satis retraxit iter Metrodori philosophi, atque adeo Meropii ac sociorum qui ejus vestigiis ingressi sunt ; ut jam ex Eusebio, Athanasio et ipsis libris Æthiopum ostendemus. Sed ne actum agamus, argumentum primum mutuamur a Pagio, qui de bello persico, quod reditum Metrodori nos secutum esse dicimus, scribit in hæc verba :* Hæc sub Constantio, *inquit*, non vero sub Constantino contigere. Pax enim Romanos inter et Persas anno 336 rupta, occasione irruptionum Persarum in Mesopotamiam, et in regiones orientales imperii ut diserte docent Eusebius in Vita Constantini, libro IV cap. LVI etc. Eutropius in Historia, Victor de Cæsaribus et Rufus in Breviario. Et tantum abest ut Sapor Persarum rex accepta non remiserit, et Constantino non fecerit satis, ut Eusebius, testis oculatus, qui in hac re falli non potuit, prodat Persas, postquam in ditiones imperii irrupere, cum Constantino congredi vehementer reformidasse; missis legatis, pacem abeo postulasse ; et imperatorem pacem et amicitiam cum eis libenter pepigisse (2). *Quæ igitur Ammianus Marcellinus et Hieronymus de bello contra Persas memoravere, imperante Constantio, Constantini filio, contigerunt, qui adversus eos diuturna bella gessit. Ac perperam ad annum Constantini* 21 *Cedrenus, post Hieronymum ea retulit.*

AUCTORE E. C.

11 *Hæc quum rite constituta sint et firmiter tenenda, ut amplius mox patebit, perquam mirum est scribere Pagium (derelictis iis quæ ab Hieronymo de bello persico, occasione Metrodori suscepto, narrantur) hunc philosophum anno circiter* 315 *Indiam adiisse. Defendere scilicet voluit Rufinum et Baronium adversus annotata a Valesio ad historiam Socratis. Sed ut vere dicam, multo minus in interpretando Rufino Baronius peccavit, quam Pagius; perspicue enim ille vidit, ut suo loco ostendetur, ex Rufini sententia,* S. Frumentium *in India brachmanica fidem prædicasse. Hac vero ratione Pagius, nisi Hieronymum et Cedrenum prorsus negligere velit, duo Metrodori itinera admittere cogitur, ut jampridem proposuerat Ludolfus* (3), *unum anno* 315 *et alterum anno* 336. *Sic igitur scribit contra dictum editorem Socratis :* Rufinum, quoad rei gestæ tempus non errasse, facile est demonstrare ; *(quod tamen demonstrat minime, ut patebit, nisi per ipsum Rufinum, et ex illo solo tempus itineris Meropii constituere temere voluit).* Athanasius, *inquit*, qui, nuper sacerdotium susceperat, illuc Frumentium episcopum ordinatum, redire jubet;... ex quo in Indiæ par- F
tibus, et populi christianorum et ecclesiæ factæ sunt et sacerdotium cœpit .

S. Frumentius *in Æthiopiam advenit; errores*

12 Ita Rufinus. Cum vero S. Athanasius mense decembri anni 326 episcopus Alexandrinus renuntiatus fuerit, liquet, hoc circiter tempore, ut recte vidit Baronius, Frumentium episcopum in Æthiopiam, Indiam a Rufino appellatam, *quod posterius falsum est quum nusquam Æthiopiam Rufinus Indiam dixerit*, missum esse, Meropiumque cum Ædesio et Frumentio, ejus propinquis, anno Christi circiter 316, peregrinationem illam suscepisse, et uno aut altero antea anno Metrodorum, cujus exemplo invitatus fuit, veram Indiam, quam Rufinus perperam citeriorem vocat, penetrasse. *Quæ postrema iterum erronea sunt, quum duas tantum Indias noverit Rufinus, arabicam et brachmanicam; ac priorem merito* citeriorem *sive propiorem vocaverit. Parum itaque hoc loco Rufinum intellexit Pagius. Post quæ, plurium exemplorum secutus, ut supra declaratum*

Rufini et Pagii.

(1) Valesius ad Socrat. lib. I, cap. 19. — (2) Pagi ad an. 327 num. 18. — (3) Commentar. pag. 382.

est,

AUCTORE E. C.

est, voces India citerior, ulterior, *interpretatur; at perperam omnino :* India quam citeriorem appellat Rufinus, *inquit,* India ulterior fuit, et quam ulteriorem dicit, citerior appellanda erat (1). *Quæ longissime absunt a vero : manifeste enim Rufinus credidit, non secus ac ejus sequaces, Socrates, Sozomenus ac Theodoretus, Indiæ ulterioris, sive brachmanicæ, apostolum fuisse* S. Frumentium; *quod non agnovit Pagius : atque is ei fons errorum fuit.*

§ II. In Æthiopiam venit sanctus anno 341, regnante Ela-Eskendi, et anno 346 adiit S. Athanasium. Reges Æthiopum Tzahem et Ela-San, sive Aizanas.

B

Ex catalogis regum Æthiopiæ certissime evincitur iter Alexandrinum S. Frumentii

Nos consilio Ludolfi obsequemur, qui adscriptis aliquot hypothesibus ad enodandam chronologiam hujus loci Rufiniani, lumen ex historia Habessinorum petendum aut exspectandum esse fatetur. Quæ aliquando, *inquit,* ex patriarcharum Ægypti, vel ipsorum Habessinorum historia lumen accipient (2). *Fons prior nihil hucusque subministravit; sed ex posteriori argumenta duo deducam, quorum alterum validissimum esse censeo, alterum ad illud confirmandum et declarandum in primis aptum. Notum est sane, atque id in dissertatione nostra, huic tomo adjecta, re ipsa ostendimus, Dillmannum in vulgandis et conferendis catalogis pluribus regum Æthiopum, de eorum historia meruisse optime. Ad hoc enim usque tempus nec Tellezius, nec Ludolfus iis uti, nec ceteri tentaminibus Jacobi Bruce, Henrici Salt et Eduardi Rueppell confidere ausi erant. Ex catalogis igitur, a Dillmanno vulgatis, nos probatiorem selegimus, quod jam peritissimus geographus Vivien de Saint-Martin facere cœpit anno* 1865, *et ubique annos*

C *æræ vulgaris adjecimus. Ex quibus catalogis patet regem Ela-Eskendi ab ineunte sæculo* IV, *in Æthiopia regnasse annos omnino* 37, *et quidem ab anno circiter* 305 *ad annum* 342; *et regem, qui in ejus locum successit, nomine Tzahem, sedisse annos novem.*

ante annum 347 contingere non potuisse; imo nec contigit ante annum 346.

14 *Demus igitur* S. Frumentium *im Æthiopia transegisse, donec filius regis adolesceret, non* annos minimum decem, *ut Valesius, aut* tempus non parvum, *ut Pagius suggerit, sed annos etiam solum quinque. Non tamen ante annum Christi* 347 *Alexandriam pervenire potuisset; quo tempore non* nuper, *sed ab annis plusquam viginti S. Athanasius episcopus erat ordinatus. Quamobrem, uti in plurimis, ita etiam in tempore rei gestæ determinando, Rufinum perperam intellexisse Ædesium, minime dubium est. Excusatur tamen quadamtenus ex jam dicendis. S. Athanasius coactus est Alexandria recedere et in vicinia latitare anno* 339, *atque inde Romam fugere* D *anno sequenti, nec ante annum* 346 *Alexandriam redire potuit, quæ in superiori volumine* (3) *ex Chronico heortastico et ex epistolis heortasticis S. Athanasii, non ita pridem in lucem productis, demonstrata sunt. Hoc igitur anno* 346 *Alexandriam venit S. Athanasius; et quum valde juvenis in Indiam profectus sit Ædesius, nec, ante abitum, de Athanasio plura discere potuerit, videtur coram Rufino de Athanasii reditu non satis discriminatim locutus : atque ita factum est, ut de ipsa patriarchæ ordinatione ista Rufinus intellexerit. Utut est, ex historia æthiopica, ex narratione Rufini et ex annalibus ecclesiæ orientalis, extra omnem dubitationis aleam id positum mihi videtur,* S. Frumentium, *ante annum* 346, *Alexandriæ S. Athanasium alloqui non potuisse.*

Anno vero 341

15 *Jam confirmanda hæc sunt et illustranda altero illo argumento, quod similiter ex libris Æthiopum deductum esse diximus. In Vita scilicet Teclæ-Haimanot, qui vixit ineunte sæculo* VII, *quæ Vita, omnium, quæ ab Æthiopibus scriptæ sunt, probatissima est, ut ostendetur in Actis S. Elesbaæ, et, ut videtur, etiam antiquissima, in hac, inquam, Vita, sequentia in rem nostram leguntur :* Venit abbas Salama, *id est* S. Frumentius, *ut mox patebit,* in regionem Agazi *seu Habessiniam hodiernam,* anno natalis Domini 333 (4). *Atqui annus iste Æthiopum respondet anno* 341 *æræ Dionysianæ, ut facile est demonstrare. Id enim et ipsi Æthiopes statuunt, deducunt eruditi et certa ostendit chronologia. Sic enim*

E *legitur in chronico Axumensi, quod in loco Dalbo asservatur et a Sapeto vulgatum est :* Franci *(sive Europæi)* annis mundi Ægyptiorum addunt annos octo (5).

in Æthiopiam idem sanctus advenerat.

16 *Et reapse omnis eorum computus ad hanc normam compositus est, ut pluribus monstravit Ludolfus* (6) *contra Scaligerum, qui annis septem tantum Alexandrinorum et Æthiopum computum nostro inferiorem esse credidit. Sed dudum ejus sententia confutata fuerat a Petavio* (7), *quem si legisset Ludolfus, aptius his de rebus locutus fuisset. Ab exeunte scilicet sæculo* IV, *ita docente quodam Panodoro chronologo, Alexandrini Christum* F *natum dixerunt anno mundi* 5493, *quum antea cum Julio Africano anno* 5501 *natum dixissent. Sed mox infelicissimæ emendationis Panodorianæ obliti, ab annis mundi, ut annos Christi consequerentur, non jam annos* 5492 *cum Panodoro deduxerunt, sed iterum* 5500 *cum Africano. Et ita in annis illis, quos Panodorus rebus christianis adscripserat, ubique annis octo deficere cœperunt. In quo Æthiopes, Alexandrinorum perpetui discipuli, eos fideliter imitati sunt. Quin etiam ipsi quoque annalistæ Byzantini, Georgius Syncellus, Theophanes et alii, eodem vitio laborant. Sed ut de solis Æthiopibus jam sermo habeatur, concilium Nicænum, verbi causa, quod, omnium chronologorum consensu, celebratum est anno Christi* 325, *illi, octo annis tardiores, adscribunt anno* 317. *Quapropter, si, anno Æthiopum* 333, Salama, *sive* Frumen-

(1) Pagi ad an. 327, num. 15 et 16. — (2) Ludolf. Comment. pag. 282. — (3) Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 833. — (4) Ap. Sapetum, Viaggio, pag. 368. — (5) Ibid. pag. 358 et 369. — (6) Hist. lib. III, cap. 6, num. 97, comment pag. 385 et seqq. — (7) Petav. De doctr. temp. lib. IX, cap. 3 et Variar. dissert. lib. VIII, cap. 1 et seqq.

tius

AUCTORE E. C.

A tius *advenit, anno vulgari* 341 *id evenisse dicendum est. Neque vero tanti faciendus esset fortasse locus ille Vitæ Teclæ-Haimanot, nisi cum his quæ hucusque, ex probatis monumentis docuimus, undequaque conveniret; sed sicuti præcedentibus omnibus confirmationi est, ita et vicissim ex iisdem undequaque confirmatur.*

Ejus res gestæ inter annos 341 *et* 353.

15 *Probatur itaque nobis annus ille* 341, *quo primum venisse* S. Frumentium *et Ædesium in Æthiopiam dicimus, uno fere anno ante mortem regis Ela-Eskendi. Quo vita functo, a regina rogati sunt, ut secum, aut forte cum filio Tzahem, donec is adolesceret, regni procurationem partirentur; quod et factum est. Anno vero* 346, *aut sequenti, quum aptus jam esset rex Tzahem ad regni gubernacula suscipienda, in patriam profecti sunt. Sed* Frumentius *prius S. Athanasium, nuper sedi restitutum, adire et de rei christianæ in Æthiopia conditione certiorem facere voluit, a quo, præter exspectationem, episcopus constitutus est. Remansit tamen profecto aliquandiu Alexandriæ, ut scientiæ ecclesiasticæ se dederet,*

B *quam nec ante iter, nec in itinere adipisci ullatenus potuerat. In Æthiopiam itaque rediit vel anno* 350, *vel potius uno e proxime sequentibus. Immo anno solum* 353 *id contigisse nos docet jam laudata Vita Teclæ-Haimanot, quæ arabice conversa, Parisiis adservatur. Locum arabice et latine edidit Ludolfus, atque is omittendus hic minime est. In hunc itaque modum scribit auctor Vitæ illius:* Et dedit rex *Habessinorum* S. Frumentio aurum et argentum, et profectus est supra dictus (Frumentius) ad patrem patriarcham Abba Athanasium apostolicum, et nuntiavit ei universum statum Habassiæ et incolarum ejus. Quum *ea* audivisset pater patriarcha, gavisus est gaudium magnum, ipse et universus populus christianorum, et ordinavit eum episcopum Habassiæ, et appellavit eum Salama, cujus interpretatio est: Pacificator inter Deum et homines. Et sic pervenit Abba Salama in Habassiam, ducentesimo quadragesimo quinto *anno* a nativitate Domini nostri Jesu Christi (1). *Ad quæ duo notanda veniunt: primo verisimile minime esse Salamænomen ab ipso Athanasio* S. Frumentio

C *inditum esse, ut monuit etiam Ludolfus; alterum vitiose scribi: anno* ducentesimo, *pro trecentesimo. Verum probandumne est quod sequitur:* quadragesimo quinto? *Hac de re vix ac ne vix quidem dubitaverim ego. Apte enim ad historiam quadrat numerus, nec non ad omnia quæ hucusque disputavimus. Annis enim octo Æthiopes tardiores esse computo Dionysiano, jam supra monuimus. Ita ut pro anno* 345 *reponendus sit annus* 353. *Si igitur anno* 353, S. Frumentium, *episcopali dignitate ornatum, in Æthiopiam rediisse dixerimus, multo facilius intelligitur cur anno solum* 356 *Constantius imperator missum inter Æthiopes* Frumentium *conqueratur; de quo mox paulo amplius dicendum erit. Dum Axumin denuo advenit* S. Frumentius, *non est dubitandum quin morte jam defunctus fuerit rex Tzahem. Non enim ultra annos novem regnavit, ab anno nimirum* 342 *ad* 351. *Nec vero undequaque certum est, ante ejus obitum* S. Frumentium *et Ædesium ex Æthiopia excessisse. Aperte tamen id docet Rufinus (num.* 4), *qui ex facili derelinquendus non est. Rex iste Tzahem christianus fuisse non videtur, quum nihil hac de re Ædesius Rufinum docuerit.*

Anno 351 *aut* 352 *regnum auspicatus est Ela-San sive Aizanas: inscriptio Axumitana.*

18 *Post hunc in regnum successit Ela-San, e cognatis regis Tzahem, ut verisimile est: nam filios ætate idoneos is, dum mortem obiit, habere minime potuit. Rex Ela-San a Græcis dictus est Aizanas (forte a mercatoribus græcis, adulationis causa; nam vox immortalitatem aliquo modo significare potuit:* Αει ζαειν), *ut etiam seipsum vocavit in inscriptione græca Axumensi quam mox typis repræsentabimus. Ex qua manifestum est eum initio gentilem fuisse; sed ab anno minimum* 355, *regni quarto aut quinto, et forte multo ante, sacra christiana amplexus est. Hanc inscriptionem a se anno* 1805, *primum exceptam, publicique juris factam in itinere vice-comitis Valentia* (2), *diligentius anno* 1810, *exscripsit atque denuo postea edidit Saltius* (3). *Quam quidem, cum Æthiopiæ historiam tum* E *sacram, tum civilem egregie illustret, minime nobis omittere licuit. Porro in hac edenda Bœckhii vestigiis, qui Saltii secundam editionem in Corpore inscriptionum græcarum secutus est* (4), *omnino insistemus, nisi, quod, linea quarta, vocem* Κασου, *juxta recte a Cl. Vivien de Saint-Martin observata, omnino restituendam judicamus* (5). *Pro siglis autem ante numeros expressis, typorum defectu, asteriscos ponemus. Interpretationem vero quam non infeliciter tentarunt Saltius* (6) *et Silvester de Sacy* (7), *nos ipsi, juvante Bœckhio in suis ad inscriptionem nostram notationibus, græco subjiciemus.*

§ III. Inscriptio Axumitana.

1 Ἀειζανᾶς βασιλεὺς Ἀξωμιτῶν καὶ
Ὁμηριτῶν καὶ τοῦ Ῥαειδᾶν καὶ Αἰθι-
όπων καὶ Σαβαειτῶν καὶ τοῦ Σιλεῆ
καὶ τοῦ Τιαμῶ καὶ Βουγαειτῶν καὶ τοῦ
5 Κασοῦ βασιλεὺς βασιλέων υἱὸς Θεοῦ
ἀνικήτου Ἄρεως ἀτακτησάντων F
κατὰ καιρὸν τοῦ ἔθνους τῶν Βουγαει-
τῶν ἀπεστίλαμεν τοὺς ἡμετέρους
ἀδελφοὺς Σαϊαζανᾶ καὶ τον Αδηφᾶς
10 τούτους πολεμῆσαι καὶ παραδεδω-
κότων αὐτῶν ὑποτάξαντες αὐτοὺς
ἤγαγον πρὸς ἡμᾶς μετὰ καὶ τῶν θρεμ-
μάτων αὐτῶν βοῶν τε* ΡΙΒ καὶ προ-
βάτων* ΣΚΔ καὶ κτηνῶν νωτοφόρων
15 θρέψαντες αὐτοὺς βόεσίντε καὶ ἐπισιτισ-
μῷ ἀννών[ης] ποτίζοντες αὐτοῦς ζύτῳτε
καὶ οἴνῳ καὶ ὑδρεύμασιν πάντας ἰς χορ-
τασίαν οἵτινες ἦσαν τὸν ἀριθμὸν βασιλείσ-
κοι ἔξ σὺν τῷ ὄχλῳ αὐτῶν τὸν ἀριθμὸν Β*
20 ἀννωνευόμενοι καθ'ἑκάστην ἡμέραν ἄρ-
τους σιτίνους ΜΒ* καὶ οἶνον ἐπὶ μῆνα ὅλον
ἄχρεις οὗ ἀγάγουσιν αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς τού-
τους οὖν δωρησάμενοι αὐτοῖς πάντα τὰ ἐπ-
ιτήδια καὶ ἀμφιάσαντες αὐτοὺς μετοικήσαμεν καὶ

κατεστήσαμεν

(1) Ludolfus, Commentar. pag. 435. — (2) Lord Valentia, Voyages, London 1809, tom. III, pag. 182 et seqq; et gallice, Paris 1813, tom. IV, pag. 132 et seqq.; Salt, voyage (premier), pag. 225 et seqq. — (3) Voyage to Abyssinia, London, 1814, pag. 411; et gallice, Paris, 1816, tom. II, pag. 184. — (4) Bœckhius, tom. III, pag. 515. — (5) Salt, ubi supra. — (6) Annales des Voyages, tom. XII, pag. 330 et seqq. — (7) Le Nord de l'Afrique, Paris 1863, pag. 231, not. 4.

AUCTORE E. C.

κατεστήσαμεν ἵς τινα τόπον τῆς ἡμετέρας χώρας καλούμενον Μέτλια καὶ ἐκελεύσαμεν αὐτοὺς πάλιν ἀννωνεύεσθαι παρασχόμενοι τοῖς ἐξάσιν βασιλείσκοις βόας ΜΕ ὑπὲρ δὲ εὐχαριστίας τοῦ ἐμὲ γεννήσαντος ἀνικήτου Ἄρεως ἀνέθηκα αὐτῷ ἀνδριάντα χρυσοῦν ἕνα καὶ ἀργύραιον ἕνα καὶ χαλκοῦς Γ ἐπ' ἀγαθῷ,

20 *Et latine*: Aizanas, rex Axomitarum, et Homeritarum, et Raidan, et Æthiopum, et Sabaitarum, et Silee, et Tiamo, et Bugaitarum, et Kasi, rex regum, filius dei invicti Martis. Cum rebellassent aliquando natio Bugaitarum, misimus nostros fratres Saiazana et Adephas, ad pugnandum contra illos, et cum dedidissent se, (fratres nostri) postquam subegerunt eos, adduxerunt ad nos, cum liberis eorum et 112 bobus et ovibus 224 et jumentis, præbentes eis in alimenta boves et cibaria annonæ, in potum zythum et vinum et aquam omnibus ad satietatem; qui erant numero reguli sex, cum multitudine eorum numero *, accipientes in victum singulis diebus panes triticeos 42 et vinum, in mensem integrum, donec (fratres) adducerent eos ad nos. Illos ergo, postquam donavimus ipsis omnia necessaria et vestes, transtulimus et collocavimus in aliquem locum nostræ regionis nomine Metlia, et jussimus eis rursum suppeditari victum, dantes sex regulis boves 45. At in gratiarum actionem erga patrem meum invictum Martem, posui ipsi statuam auream unam, et argenteam unam et æreas 3, auspicato.

In partem Æthiopiæ Meroëticæ dominari sc

21 *De gentibus et regnis, aut provinciis in quæ dominari se rex Aizanas profitetur, hic pauca subjungenda sunt, quoniam ex his nominibus non parum illustratur Æthiopum orientalium historia. In quibus præ primis iterum sequemur Cl. Vivien de Saint-Martin* (1). Axomitas *igitur eosdem esse ac Æthiopes illos orientales, quos modo dicebamus, jam non est quod moneamus; sed advertat lector, quæso, Aizanam, paulo inferius, etiam* Æthiopum *se regem dicere, et manifeste hoc discernere ab Axomitis. Qui igitur illi sunt? Iidem profecto, quos decessor Aizanæ, in inscriptione Adulitica, regno suo conterminos perhibet* (2), *Æthiopes scilicet*
C *Meroëticos; in quorum partem nunc Aizanas dominabatur. Miror id aperte non agnovisse geographum parisiensem* (3).

Aizanas significat. Æthiopes orientales primum Troglodytæ dicti sunt;

22 *Æthiopiam enim ad occidentem jacere provinciarum quas occuparat, eisque, ut dixi conterminam esse significat rex ille inscriptionis Aduliticæ, et quin id de insula Meroë intelligendum sit, quæ vix leucas paucas distat a provincia Samen, dubitari nequit. Ceterum notum est omnibus, qui vel leviter in historia orientali versati sunt, dynastas Æthiopes, derelicta Napat, multis sæculis eorum regia, transisse ad insulam Meroëis sæculis paucis ante Christum natum, ibique urbem cognominem ædificasse. A Plinio Meroë Æthiopiæ adscribitur simul cum hodierna Nubia.* Ceterum, *inquit,* cum potirentur rerum Æthiopes, insula ea magnæ claritatis fuit. Tradunt armatorum CCL millia dare solitam, artificum CCCC millia alere. Reges Æthiopum XLV et hodie tra- D
duntur (4). *Æthiopiæ tamen vocabulum apud Plinium et geographos veteres latissime patet, sed Græci qui regnantibus Ptolemæis aut postmodum scripserunt, dum Æthiopes orientales hoc nomine donant, eos simul Troglodytas vocarunt.*

dein Axumitæ et demum Æthiopes.

23 *Ptolemæus geographus, gentis regiam Axumin esse scribit; sed eos primus Axumitas dixit auctor Peripli anno* 248, *nec multo post Vopiscus eos anno* 274 *in triumpho Aureliani inter captivos adductos esse scribens: quos in aliquo portu Ægypti, aut Arabiæ, in manus Romanorum incidisse crediderim. Sæculo* IV *S. Athanasius eos iterum Axumitas appellavit, uti et Constantius imperator; at sæculo quinto, pæne oblivioni dati videntur. Quæ enim Rufinus ex Ædesio percepit, mere de India brachmanica intellexit, ut suo loco ostendimus. In quo a sequacibus, Socrate, Sozomeno, Theodoreto, emendatus minime est; ut inde pateat, quam parum nota tum esset Æthiopia Axumitica. Eodem tamen sæculo Philostorgius eos Æthiopes dixit, sed simul*
E *scribit se illos significare qui Axumitæ vocantur, ut hos ab Æthiopibus Meroëticis probe discernat :* Θεοφιλος εἰς τους Αὐξουμιτας καλουμενους, ἀπαιρει Αἰθιοπας (5). *Sæculo sexto Cosmas Indicopleustes plerumque Axomitas appellat et quum dudum inter eos versatus sit, apparet, hos vel tum vix Æthiopes sese dixisse. Procopius tamen, provecto eodem sæculo, non secus ac Philostorgius, eosdem nominibus ambobus vocavit:* Αἰθιοπες... οἱ Αὐξουμιται ἐπικαλουνται (6). *Denique Acta S. Arethæ, quæ extremo sæculo sexto e lingua syriaca in græcam conversa sunt, Æthiopes perpetuo dixere.*

Æthiopibus Meroëticis aliud nomen sortitis, Axumitæ jam Æthiopes dici cœpere.

24 *Quis igitur miretur Aizanam, in inscriptione Axumitas ab Æthiopibus discrevisse? Sed illud etiam declarare nunc possumus, cur sæculo* VI, *omisso nomine Axumitarum, meri Æthiopes dici cœperint. Extremo enim hoc sæculo Æthiopia Meroëtica jam Alodæa dicebatur, et ab Arabibus Aloah :* Rex gentis numerosissimæ Alodæorum, hoc est, Æthiopiæ, *ait Joannes Asiæ episcopus, qui scribebat anno* 545. *De Alodæis vero, ne longiores simus, et si lubet, de Joanne episcopo et historico, plura vide in libro Cl. viri Land* (7), *tum* F
ea quæ de prædicto Joanne collegimus tomo X *Octobris. Quo tempore Axumitæ ipsi sese Æthiopes nuncupare cœperint, accurate statui nequit. Certe Tazena in inscriptionibus, anno circiter* 500, *regem Aksum sese dicit; nullo vero modo Æthiopiæ. Sed in libro* Senkessar, *qui sæculo decimo quinto exaratus est, multoties nomen Æthiopiæ obvium est. Ita et hodierni Habessini plerumque* Itiopyawan, *sive Æthiopes sese dicunt, aut* Agazyan *incolas regionis Agazi* (8), *rarissime Habessinos* (9).

Locus vel tractus Raidan in Homeritide quærendus non est,
* Dhafar

25 *Qua ratione* Homeritarum *regem sese dixerit Aizanas, postea satis declarabitur est* (10); *sed de regione, aut loco* Raidan *hic breviter dicendum est, quum arcem urbis Taphari *, Homeritarum regiæ hic significari credidere Ernestus Osiander* (11), *non ita pridem*

(1) Journal asiat. Octobre 1863, pag. 363 et seqq. — (2) Vide dissertat. huic tomo adjectam. — (3) Journal asiat. loc. cit pag. 357 et 363. — (4) In Hist. nat. lib. VI, num. 33. — (5) Philostorg. lib. III, 6; cfr tom. X Octob. pag. 671, num. 33. — (6) Procop. De bello persico lib. I, cap. 19. — (7) Ap. Land, Joannes Bischof von Ephesos u. s. w. pag. 191, Leyden 1856. — (8) Vide Dissert. hist. in fine hujus tomi. — (9) Ludolf. Hist. lib. I, cap. I; Comment. pag. 52 et seqq. — (10) Cfr Dissert. hist. — (11) Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft tom. X 1856, pag. 18 et seqq.

literis

A *literis Homeriticis, quas præclare coluerat, ereptus, et Vivien de Saint-Martin; atque is insuper vicinos Rhatinos et Rhæthenos, memoratos a Ptolemæo. Scio quidem hanc arcem Osiandro dictam videri Raidan in libris Massudii* (1), *sæculi* x *scriptoris, pro quo nomine vitiose in Edrisii codicibus legeretur Zeidan* (2). *At vero id minime demonstravit Osiander, et quidem in inscriptione secunda regis Tazenæ* (3) *dicuntur copiæ, quas adversus Nubios rebelles adduxit, conscriptæ in (provinciis, sive tractibus) Mahaza, Hara, Halen, Selken et Raidan. Atqui nusquam legitur copias Homeriticas ex Arabia advocasse reges Æthiopiæ, præsertim ante sæculum sextum, quum ad annum usque* 519 *solam provinciam, seu phylarchiam Negranensem subditam habuerint; reliquos vero Homeritas et Sabæos vectigales tantum. Id dilucide apparebit ex Actis S. Elesbaæ.*

sed Habessiniæ provincia fuit. Tractus Halen et Selken, vel Salhen.

26 *Halen certe Æthiopiæ Axumiticæ tractum fuisse discimus ex eadem inscriptione, in cujus principio Tazena* Bese-Halen, hominem ex Halen (4), *se nuncupat. Nec miror Cl.*
B *Dillmannum, æthiopice scientissimum, hæc verba interpretatum non esse* (5), *quum solum fere principium inscriptionis ei inter manus fuerit. Raidan autem secundo etiam loco legi in hoc monumento regis Tazenæ, ut credidit Sapetus, eo fidentius dico, quod jam initio ejusdem inscriptionis apertissime legebatur, ut ex apographo Rueppelii, ejusque versionibus a presbytero Habessino, et doctoribus Dillmanno et Rœdigero confectis, certo novimus. Atque idem dicendum de provincia* Halen. *Num vero tertia quædam provincia dicta fuerit Selken, ut nomen apud Sapetum legitur, multo minus certo novimus. Respondere enim videtur hoc nomen græco* Σιλεη, *quod mox in inscriptione Aizanæ subsequitur, et Henrico Salt* (6), *ipsi Sapeto* (7) *et Vivien de Saint-Martin* (8) *urbem Zeila, aut tractam vicinum significare visum est. Insuper in apographo Rueppelii* Sallilu, *non Selken legitur, ut docent ejus interpretes. Attamen bis legit similiter nomen istud Sapetus, non in apographo tantum, sed in ipso etiam monumento. Jam igitur nomina Halen et Raidan certo ad*
C *geographiam Habessiniæ spectare videntur. De nomine Selken plurimum dubitandum est, nisi minus recte græcum hoc loco legerit Saltius. Qua vero ratione Ern. Osiander* Raidan, *castellum urbis Dhafar in Homeritide significare crediderit, jam intelligimus. Initio enim inscriptionis secundæ regis Tazenæ, quod solum, (siquidem difficillime interpretarentur apographum Rueppelianum viri eruditi), legere contigerat, de copiis in* Raidan *et* Selken, *sive* Salhen, *conscriptis, nihil prodit omnino. Osiander igitur quum autumaret* Raidan *nomen esse castri Dhafarensis sciretque aliud castrum homeriticum* Salhin *dici in libro Mudjam-al-buldan* (9), *hæcduo c astra memorari a rege Tazena arbitratus est. Sed alibi agnoscit ipse hunc numquam Yemanæ dominum fuisse, seu eam moderatum esse per se aut alios* (10). *Quomodo igitur ex ea copias educere potuisset?* Silee *igitur, græce* ὁ Σιλεη, *auctore eodem Saltio ejusque sequacibus, regio est circa portum Zeila sese protendens: quæ sententia sane plerisque probabilis videbitur; at certa non est, et quam caute in his procedendum sit, experientia docti sumus.*

Sabaïtæ et Tiamo;

27 *Sed* Sabaïtas *quod attinet, non est quod dubitemus, siquidem eodem vocabulo aperte Sabæos Arabiæ designent tum decessor Aizanæ in monumenta Adulitico, tum rex Tazena, post sesquisæculum, in monumento æthiopico axumitano. Confirmatur id maxime ex enunciato, quod in disquisitione nostra pluribus comprobabimus, voces Saba et Hamer, vel Himyar duas gentes diversas Arabiæ felicis demonstrare* (11). *Atque ibidem Æthiopes vectigales fecisse Sabæos, aut minimum Homeritas, docebimus veri similius ante medium sæculi tertii* (12). *De* Tiamo *vide quæ ad inscriptionem aduliticam adnotabimus* (13).

Bugaïtæ et Kasu

28 Βουγαειται *a rege Adulitarum* Βεγα *dicuntur, et ab Arabibus* Bodja, *vel* Bisjariin : *de quibus aliqua colligimus in dissertatione historica* (14)

Του Κασου . . . . . E

Salt legerat του Καεου, *vel* Τουκαεου, *et is primum interpretari ausus non est; deinde significare credidit gentem* Taguie, *ut incolas provinciæ Taka vocari autumavit* (15). *Bœckhius in corpore inscriptionum similiter scribit* Τουκαεου. *Sed demum caliginem dissipavit Vivien de Saint-Martin legendum esse docens:* Του Κασου. *Inter litteras enim majusculas, quibus exarata est hæc inscriptio Aizanæ,* ε *et* σ *solo ductu medio, quo insignitur epsilon, altera ab altera discriminantur. Huc devenit vir doctus, collata cum hoc loco inscriptione æthiopica Tazenæ, in qua is dicitur, ex versione Sapeti,* rex Axum..... et Kassu *(vel* Kasu, *omissa repetitione consonantis, de qua scripserunt Ludolfus et Dillmannus in grammaticis). Rœdiger et presbyter Habessinus vix differunt loco* Kasu, Kas *legentes* (16). *Dillmannus tandem legit* Kash *et de Cusjitis biblicis id intelligendum credidit. Sed admissa quam diximus, levi immutatione in apographo inscriptionis græcæ, undequa-*F *que jam conveniunt binæ inscriptiones, et in gente ultima quam adscribunt, sicut in ceteris omnibus, ut mox patebit. Insuper ex inscriptione Tazenæ, quam infra in Actis S. Elesbaæ edituri sumus, manifestum est* Kasu *vel Kas pertinere ad provinciam Taka et Nubiis vicinum esse. Atqui hoc nomine* Khas *etiamnum patriam suam appellant Bodja, sive Bedja* (βουγαειται) *jam dictæ provinciæ Taka et tractuum vicinorum, ad orientem* (17). *Sæculo decimo christiano Massudius quoque tribum aliquam gentis Bedja* Khasa *appellavit et similiter Abulfeda, sæculo* XIV, *gentem* Khasa *constituit ad septentrionem Habessiniæ, inter mare et Nilum, hoc est, in ipsa provincia Taka. Felicissime igitur hoc loco*

(1) Ap. Alb. Schultens, Historia imperii vetust. Joctanidarum, pag. 158. — (2) Edrisi, pag. 148, edit. Joubert; cfr tom. X Octobris, pag. 675, num 48 et in Addendis ad calcem ejusdem tomi. — (3) Vide infra in Actis S. Elesbaæ. — (4) Cfr infra Acta S. Elesbaæ. — (5) Zeitschrift d. d. morgenl. Ges. tom. VII, pag. 335. — (6) Premier voyage II, pag. 236. — (7) Viaggio, pag. 391. — (8) Journal asiat. Oct. 1863, pag. 367. — (9) Zeitschrift, etc. 1856, pag. 20. — (10) Ibid. pag. 22 — (11) Infra in hujus tomi fine. — (12) Ibid. — (13) Ibid. — (14) Ibid. — (15) H. Salt, Voyage (premier) Abyssimie tom. II, pag. 223 et 237; idem, Voyage (second) etc. tom. II, pag. 185. — (16) Rüppell, Reise in Abyssinien, tom. II, pag. 280 et seq. — (17) Ant. d'Abbadie in Bulletin de la Soc. de géogr. tom. XVIII, 1842, pag. 204; Burckhardt, Nubia, pag. 342.

inscriptionem

AUCTORE E. C.

inscriptionem Aizanæ geographus Parisiensis interpretatus est (1).

Concentus inscriptionum Aizanæ et Tazenæ.

29 *Hic jam subjicienda concordia, ut sic dicam, inscriptionis græcæ Aizanæ et æthiopicæ Tazenæ, in quibus idem est ordo regionum, additis paucis ex inscriptione antiquissima regis Adulitarum. Ordo igitur est hujusmodi :*

1 Ἀειζανας βασιλευς Ἀξωμιτων. Tazena rex Aksum.

2 και Ὁμηριτων. Et Hamer.

3 κ. του Ῥαιδαν. Et Raidan.

4 κ. Αἰθιοπων. *Cur id nomen non adscripserit centum quinquaginta post annis rex Tazena, satis declaratum est num.* 22. *Significat nimirum Æthiopiam Meroëticam, quæ, regnante Tazena, jam nomen priscum et gloriosissimum amiserat, et novo cœperat designari. Quamobrem, etsi in inscriptione Tazenæ nomina* Hamer, Raidan, Saba, Salhen *vel* Selken *quorum primum et tertium absque omni dubio ad Arabiam spectant, uno tenore sequantur, inde minime deducendum est et reliqua ad eamdem spectare. Tazena enim*
B *ordinem exscribit decessoris sui Aizanæ, qui jam simile monumentum erexerat in eadem civitate Axumi, in quo monumento inter scribitur Æthiopia Africano-Meroëtica ; quam Tazena omittere coactus est.*

5 κ. Σαβαειτων. Et Saba.

6 κ. του Σιλεη. Et Selken, *Sapetus*. Salhen, *Rœdiger et Dillmannus*.

7 κ. του Τιαμω. Et Tzaiom, *Sapetus*. Tzijamo, *Dillm. et Rœd.* Tziamo, *presbyter Habessinus Rueppelii*.

8 κ. βουγαειτων Et Buga, *Dillm.* Bega, *Rœd.* Ban, *Sapetus errore manifesto*.

9 κ. του Κασου. *Et* Kasu, *Sapetus*. Kas, *Rœd.* Kash, *Dill. Ex his nominibus obvia etiam sunt sequentia in inscriptione regis Adulitani :* Τιαμω, τους λεγομενους Τζιαμω... ὑπεταξα... Βεγα... περαν δε της Ερυθρας θαλασσης... ἑως των Σαβαιων χωρας ἐπολεμησα...ἀπο δε δυσεως μεχρι των της Αἰθιοπιας... τοπων.

§ IV. Aizanas et Sazana diversi
C ## ab Abreha et Atzbeha; horum memoria in liturgia æthiopica.

Aizanas et Sazana prorsus diversi sunt ab Abreha et Atzbeha

Hæc igitur inscriptio quam illustrare aliquantum conati sumus, Axumi exarata est jubente Aizana, quem diximus eumdem esse cum rege Ela-San, ut ex catalogis regum et adjecta chronologia ostenditur. Regnare vero occœpisse diximus anno 351, *quo etiam veri similius Axumin rediit, episcopali dignitate ornatus,* S. Frumentius. *Gentilium sacris addictus remansit Ela-San, sive Aizanas, annos paucos, aut saltem annum unum, quo victa est gens Buga et Axumi monumentum constitutum est. In isto enim, ut adverterit lector, filium dei invincibilis, Martis, se nuncupat. Certo autem doctrinam christianam jam amplexus erat anno* 355 *aut* 356, *ut mox patebit.* D *Sed prius expendenda est sententia multorum Æthiopum, qui Aizanam et fratrem ejus Sazanam, quorum nomina in epistola Constantii imperatoris, de qua mox dicetur, non secus ac in inscriptione Axumitana, prodeunt, reges illos fuisse dicunt, qui in Catalogis Abreha et Atzbeha dicuntur.*

quisæculoquinto floruerunt;

31 *Verumenimvero hujus sententiæ origo nullo negotio deprehenditur. Nota scilicet Axumi fuere monumenta græca, ut ex summariis Actorum S. Hirut sive Arethæ* (2), *et* S. Frumentii, *qualia in Senkessar æthiopico leguntur, manifestum est. Quod minime mirabitur qui meminerit, omnes episcopos æthiopes Alexandriæ educatos esse, ubi usque ad medium sæculum* VII *floruere literæ græcæ. Noverunt itaque Axumitæ literas Constantii ad tyrannos Axumitanos Aizanam et Sazanam; et quum præter reges Abreha et Atzbeha, quorum nomina christiana sunt et* illustrationis *notionem continere videntur, alios reges binos non reperirent in catalogis, quam Zigen et Rema, qui medio quidem sæculo secundo regnarunt, priores significari nihil* E *dubitantes crediderunt. Illos igitur primos reges christianos fuisse tradiderunt auctores Chronici Axumitani apud Tellezium* (3), *et apud Sapetum* (4), *ut ex infra dicendis apparebit. His fidem adhibuit Tellezius, quod missionarii testabantur ubique id credi in Æthiopia; et similiter Ludolfus* (5). *Rectius de his scripserat Genebrardus in Chronico* (6), *qui immerito admodum carpitur a Tellezio, quod Abreha et Atzbeha medio sæculo quinto vixisse tradit : id enim undequaque in ejus laudem cedit, quum solus catalogus regum Æthiopiæ, a Mariano Victorio editus* (7), *ei præ manibus fuerit. Cui catalogo, qui a Ludolfo despectus est* (8), *demum auctoritatem suam restituit Dillmannus* (9).

ut ex catalogis regum

32 *Hæc igitur ratio est longe præcipua, ob quam Abreha et Atzbeha minime a* S. Frumentio *fidem edoctos dicimus, quod omnes catalogi regum eos quinto solum sæculo floruisse perhibent. Dubitari quidem poterat donec e solo Catalogo Mariani Victoris id docebant Genebrardus et Antonius Vecchietti* (10), *sed post editionem Catalogorum accuratissi-* F *mam a Dillmanno adornatam jam dubio locus non est. In eo enim cum Catalogo Mariani Victorii conveniunt non modo illi qui a Dillmanno vulgati sunt, sed illi etiam quos diligentes viatores Henricus Salt et Ed. Rueppell ex Æthiopia secum detulerunt. Horum tamen prior infeliciter catalogum suum emendare voluit, translatis regibus Abreha et Atzbeha a medio quinto sæculo ad medium quartum ; de quo alioqui lectorem monere non neglexit* (11).

variis modis ostenditur.

33 *Verum non modo additis annis qui singulis regibus adscribuntur, certo conficitur reges Abreha et Atzbeha medio fere sæculo quinto regnasse, sed id in decursu adnotant ipsi chronistæ qui catalogos descripserunt. Sic v. c. chronista Rueppelii advertit, Abreha mortem obiisse anno post Christum natum,*

(1) Journal asiat. loc. cit. pag. 368 et le Nord de l'Afrique dans l'antiquité, pag. 231, Paris 1863. — (2) Tom. X Octobris, pag. 717, num. 190 et seq. — (3) Tellez, Historia de Ethiopia a alta, pag. 74. — (4) Sapeto, Viaggio, pag. 359 et 369. — (5) Historia æthiopica, lib. III, cap. 2, num. 29; Comm. pag. 252. — (6) Ap. Tellez, loc. cit. pag. 77. — (7) Ap. Andr. Scotum in Hispania illustrata, tom. II, tit. Æthiopia. — (8) Ludolf. Comment. pag. 225 et 232. — (9) Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellsch. loc. cit. — (10) Ap. Ludolf. Comment. pag. 225. — (11) Salt, Voyage en Abyssinie (second) tom. II, pag. 248 et seq.

A 430 (1); *quod etiam tradit chronista Sapeti* (2), *licet alio loco scripserit a Bazen, quo regnante Christus natus est, usque ad Abreha annos numerari* 444, *seu annos quatuordecim superaddat. Præterea in chronico Axumensi legitur, inter reges Abreha et Atzbeha, quibus regnantibus* Frumentius *episcopus Alexandria missus est in Æthiopiam, usque ad adventum novem sanctorum* (3), *reges sex Axumi sedisse, nimirum Asfah, Arded et Amoy fratres, dein Arado, Saladoba et Alameda. Atqui certo scimus Alamedam, filium Saladobæ, patrem fuisse Tazenæ et avum S. Elesbaæ, qui anno* 519 *bellum primum gessit contra Homeritas et alterum anno* 525. *Ex quibus conficitur, uti ex ipsis catalogis regum (jamque idem ostendit ducentos ante annos patriarcha Mendesius* (4)), *hunc Alamedam regnasse circiter annum* 480, *et insuper regna tria præcedentia, quorum primum obtinuere Abreha et Atzbeha, secundum alii tres fratres, tertium Saladoba, pater Alamedæ, altius quam ad annum* 420 *pertingere non posse, et quidem docent nos catalogi, non per-*
B *tingere ultra annum* 425, *quo circiter Abreha et Atzbeha regnare cœperunt. Ceterum adeo inconcinni sunt in libris suis Æthiopes, ut si eorum catalogis regum jam fidere possumus, minime tamen eorumdem chronologiæ fidendum sit. Accipiendi igitur ex eorum manibus catalogi, sed temporum ratio ab ipsis europæis constituenda est.*

Memoria regum Abreha et Atzbeha in fastis Æthiopum.

34 *Derelinquendi itaque Æthiopes et negligendi, dum scribunt Axumi regnasse, quando episcopus advenit* S. Frumentius, *Abreham et Atzbeham; nam ipsi mox sese confutant, addentes, vixisse hos reges medio fere sæculo quinto. Unde vero orta sit hujusmodi sententia, superius satis declaravimus. Forte etiam horum principum vita christiana, eorumque et subditorum mutuus amor insignes fuere, quo facilius eorum remanserit memoria superstes. Etenim et in liturgia Æthiopum commendantur in hunc modum :* Memento, Domine, regum Æthiopiæ Abrehæ et Atzbehæ (5). *Immo in ipso* Senkessar, *sive menologio sanctorum Æthiopum ad diem quartum mensis* teqemt *(die* 1 *octobris) hæc solum*
C *leguntur :* hodie commemoratio mortis regum justorum Abreha et Atzbeha, qui regnarunt in Æthiopia in diebus Aksum (6), *id est, ni fallor, quando Aksum adhuc urbs regia erat, non vero Gondar, ut nunc. Nam Adulin aliquando regiam fuisse Æthiopes, qui e Salomone ortos reges suos autumant, altum silent. Nihil autem hic superaddit Senkessar, quia scilicet hos reges fratres a* S. Frumentio *sacra christiana excepisse in membranis veteribus minime legebatur. Nec etiam id legitur in Vita antiquissima, et ceteris tutiori, clarissimi inter Æthiopes monachi Tekla-Haimanot, (quam forte edituri sumus, si quando eam nanciscamur); sed pauca illa solum adscribuntur, quæ supra excerpsimus, num.* 15 *et* 17.

Adveniente S. Frumentio *non regnabant Ela-Awda, aut Ela-Azguagua*

35 *Expendendus hic breviter quoque locus quidam synaxarii Æthiopici, infra edendi, quo dicuntur* Frumentius *et Ædesius, compre-*
hensi ab Æthiopibus, ducti esse ad eorum regem Ela-Aëda : quo mortuo regnassent, dum adolesceret ejus filius, reges Ela-Azguagua (nam hujus nominis plures fuere). At vero alii Ela-Azguagua inter reges Æthiopum non computantur quam illi qui regnarunt ab anno Christi circiter 144 *ad* 221 *et quos inter et regem Ela-Awda, eorum decessore, anni solum quinque interfluxerant. Ela-Awda igitur rex ille est qui dicto loco synaxarii Æthiopici Ela-Aëda dicitur : quo pacto* S. Frumentium *secundo sæculo floruisse nihil sibi consciustradit synaxaristes; additque, quando sanctus, jam ordinatus episcopus, denuo in Æthiopiam venit, illic regnasse Abreham et Atzbeham; tanti est Æthiopum in scribendo inconcinnitas!* *Ela-Azguagua*

§ V. Literæ Constantii imperatoris ad Aizanam et Sazanam ex quibus chronologia Vitæ S. Frumentii stabilitur. E

Ad regem Aizanam, sive Ela-San, scripsit imperator Constantius,

Rex igitur Aizanas, *sive Ela-San, aliquanto post reditum episcopi* Frumentii *ab Alexandria, gentilium sacra ejuravit et christianus factus est. Quod inter annos* 352 *et* 356 *evenisse dicendum est. Primo enim regni anno, ut diximus, absque dubio gentilis remansit, sed anno* 356 *christianum jam fuisse, simul cum fratre Sazana, certo discimus ex epistola eis scripta a Constantio imperatore. Hanc recitat S. Athanasius in apologia* 1, *quam anno* 356 *conscriptam esse omnes chronologi docent, ac paulo ante et intra annum eumdem missa fuerat epistola ad reges sive* tyrannos *Axumitanos; ex qua etiam discimus Aizanam fratri Sazanæ hanc gratiam fecisse, ut secum regni honores partiretur.*

ut refert S. Athanasius,

37 *Conqueritur itaque in hac apologia S. Athanasius de rebus multis quæ contra catholicos et seipsum, ab Arianis et in primis ab imperatore, sunt gesta...* Non est enim pii imperatoris, *inquit,* ut velit episcopos exterminari, virgines nudari, totas ecclesias perturbari. F Verum nobis ita cogitantibus et cœptum iter urgentibus, ecce tertia denuo allabitur fama, scriptum tyrannis in Auxumi, ut Frumentium, episcopum Auxumis, abducerent; ac me, ubicumque, etiam apud barbaros perquirerent et ad custodias præfectorum, quæ commentaria nominantur, deportarent; populosque et clericos ad communionem Arianæ hæresis cogerent. *Et post pauca exscribit Athanasius epistolam Constantii ad Alexandrinos, jam ante ab eo memoratam, his præmissis :* Ceterum quia tua humanitas hoc mihi concedere videtur, en tibi epistolam *(ad Alexandrinos),* quam illi assidue recitantes, nulli non mortem denuntiabant.

et quidem anno 356.

38 *Hæ litteræ Constantii ad Alexandrinos eodem anno, quo apologia, scriptæ sunt, Christi* 356, *quum accepisset imperator quæ Alexandriæ contigerant. Quibus literis non*

(1) Rueppell, Reise tom. II, pag. 543. — (2) Sapeto, Viaggio, pag. 359. — (3) Tom. X Octobris, pag. 751 annot. *bb.*; et infra in Actis S. Elesbaæ. — (4) Ap. Tellez, Historia geral de Eth. pag. 80 et seqq. — (5) Ludolf. Hist. Æth. lib. II, cap. 4. — (6) Sapeto, Viaggio ecc. pag. 395.

AUCTORE E. C.

probat solum quæ gesta sunt, sed et Athanasium contumeliis prosequitur, ac demum ut Frumentium *ad Georgium Arianum mittant adhortatur. Literæ vero Constantii, ad tyrannos Axumitarum, ejusdem sunt anni; nam, ut primum Arianis innotuerunt, statim de iis gloriati sunt: quæ mox ad aures Athanasii pervenere. Et quidem has literas tertio et ultimo loco memorat Athanasius, his verbis:* ecce tertia denuo allabitur fama, *quibus significat se novissime de iis inaudiisse. Fidenter itaque eas anno* 356 *conscriptas dicemus; sunt autem hujusmodi:*

Literæ Constantii recitantur.

39 Magno nobis studio et curæ est optimi cognitio; arbitrabar enim hoc genus solertiæ et diligentiæ omnibus mortalibus æque impertiri debere, quo talia de numine sentientes, vitam cum spe transigant, sine controversiis dissensionibusque de vero et justo. Hac igitur cura cum et vos persequi dignamur, paria cum Romanis impertientes, unum cum illis in ecclesiis dogma retinere jubemus. Quapropter Frumentium episcopum quam primum in Ægyptum dimittite, ad venerabilissimum Georgium, et B alios per Ægyptum episcopos, qui in creandis dijudicandisque episcopis summam auctoritatem habent. Scitis et meministis, (nisi eorum quæ publice constant ignorantiam simuletis) Frumentium ab Athanasio, homine omnibus malis obnoxio, in hunc ordinem vitæ cooptatum esse; qui cum ex omnibus criminibus jure ipse objectis, nihil prorsus dilucre posset, excidit statim a sua cathedra, et ut in vita ita in locis omnibus errabundus, solum semper ex solo vertit, quasi mutatis sedibus scelera sua effugere posset.

40 Si igitur sponte obtemperet Frumentius, rationesque reddat de universa seditione, certum est apud omnes, eum nihil a legibus ecclesiasticis, fideque quam nunc obtinet dissentire, cumque judicio accepto, rationibusque vitæ redditis, ab illis, penes quos est eorum rerum auctoritas et censura, episcopum constitui debere, si modo ipse se revera et jure episcopum videri velit. Quod si procrastinationes aucupetur, judiciumque fugiat, evidens omnino documentum est, eum sceleratissimi Athanasii verbis inductum, impie adversus Deum agere; cum C eodem modo in sceleribus, quorum ille convictus est, pergat; periculumque est, ne peragrata Auxumi, vestrates nefariis et impiis sermonibus corrumpat, nec solum ecclesias confundat ac turbet, et in summum numen blasphemias dicat, sed ne singulis quoque gentibus vastationem excidiumque conciliet. Certus enim sum, eum, ubi aliquid addiderit, comparata ingenti in publicum utilitate ex venerandi Georgii familiaritate et ceterorum qui doctrina pollent ad sedes suas reversurum esse, utpote jam exacte in disciplinis ecclesiasticis eruditum. Deus vos servet, fratres carissimi.

Ex his ostenditur S. Frumentium *anno* 356 *a multo tempore ordinatum minime fuisse.*

41 *Constantius, in hac epistola ad tyrannos Axumis,* iis præcipit, *ait Valesius,* ut Frumentium, quem Athanasius Auxumis episcopum ordinaverat, Alexandriam mittant ad Georgium, illius urbis episcopum, ut ab illo veræ fidei doctrinam accipiat. Ex quo apparet, *ita prosequitur,* Frumentium tunc temporis *(anno* 356) recens ab Athanasio ordinatum fuisse (1). *Sed clarissime id conficitur ex his Constantii verbis:* Periculumque est ne *Frumentius,* peragrata Auxumi, vestrates nefariis et impiis sermonibus corrumpat, nec solum ecclesias confundat ac turbet, et in summum numen blasphemias dicat, sed ne singulis quoque gentibus vastationem excidiumque conciliet. *Quomodo enim, anno* 356, *hæc ad Axumitas scribere potuit Constantius, si ab anno circiter* 327, *ut volunt Pagius aliique* (2), S. Frumentius *Axumi episcopatum gerebat? Ridiculum fuisset post annos fere triginta tanta pericula significare; nec sperare poterant, aut reges Axumitæ, aut Constantius,* Frumentium, *jam senem factum, a pristina doctrina descituram. Quocirca* S. Frumentium, *jam ordinatum episcopum, ad Axumitas rediisse nos diximus anno* 352 *idque tum ex rebus gestis S. Athanasii, tum maxime ex Æthiopum historia ostendimus.* D

§ VI. De uno Frumentio, eodemque Habessiniæ, non vero Indiæ aut Arabiæ apostolo, scribunt Constantius, S. Athanasius et Rufinus. Disseritur de ejus cultu. E

S. Athanasius, Constantius et Rufinus de eodem Frumentio *scribunt,*

Frumentius *autem ille de quo scribunt Constantius ac S. Athanasius, et quem hic Axumitarum, seu Indorum Æthiopum episcopum constituit, profecto idem est ac ille quem memorat Rufinus, et qui ab eodem Athanasio ordinatus episcopus, destinatus est in Indiam. Hanc brachmanicam quidem fuisse intellexit Rufinus, sed id manifestus ejus error est. Nullus enim alius scriptor, præter Rufinum et auctores coævos, Socratem, Sozomenum et Theodoretum, qui ejus verba pæne ad literam exscripserunt, ullum Frumentium episcopum umquam ad Indiam orientalem missum esse, aut in ea vixisse, literis mandarunt. Sed* Frumentium, *fratrem Ædesii, qui cum Meropio in Æthiopiam advenerat, in eam remissum esse, factum episcopum, a S. Athanasio, fideliter perhibent libri Æthiopum omnes.* F

ut contra Baronium

43 *Id non noverat Baronius, qui profecto probe assecutus est mentem Rufini, et quin is de India brachmanica dissereret, non dubitavit. Sed Rufino nimium fidit Baronius, atque adeo* S. Frumentium, *in martyrologio Romano, ad hunc diem* 27 *octobris, in India evangelium prædicasse scribit, his verbis:* Apud Indos, S. Frumentii episcopi, qui ibi primum captivus, deinde episcopus a sancto Athanasio ordinatus, evangelium in ea provincia propagavit. *In notationibus vero ad hunc locum, recte docet ita tradere Rufinum, Theodoretum, Socratem et Sozomenum et ex his Cassiodorum, aliosque. Sed quum Rufino fidem in omnibus adhibuisset Baronius, eam negare non potuit sancto Athanasio literisque Constantii, quæ ab eo recitantur. Quamobrem*

(1) Valesius ad Socrat, lib. 1, cap. 19. — (2) Pagius ad an. 327, num. 15 et 16.

mox

A *mox addit in dictis notationibus :* Vixit iisdem temporibus alius Frumentius episcopus Auxumeos in Ægypto *(l. Æthiopia),* ordinatus a sancto Athanasio, confessione clarus; multa enim passus est ab arianis ob tuendam catholicam fidem : in quem data epistola tyranni exstat apud Athanasium in Apologia ad Constantium col. 330. *Baronius igitur binos Frumentios, episcopos, et ab eodem Athanasio ordinatos agnoscere maluit, quam erroris hoc loco arguere Rufinum.*

et Thomam Wright ostenditur;

44 *Scriptorum conciliationem detectam esse a missionariis catholicis, tradit Ludolfus* (1); *nec inde ab ullo historico Frumentii duo propositi sunt, præterquam a Cl. Thoma Wright, qui opusculum in juventute aut adolescentia conscriptum, et varia ac amœnissima eruditione plenum, occasione belli orientalis, undecim ab hinc annis, typis mandavit, quin, ad alia studia vocatus, quidquam emendare potuerit* (2). *In hoc igitur libro scribit se in Pagii Critica legere* Frumentium aliquem, episcopum Auxumis, anno 356, quod Arianus esset, ab Athanasii successore episco-

B patu spoliatum esse (3). *At vero hæc nusquam in Pagii Critica leguntur, et manifesto duplicem errorem continent. Primo enim S. Athanasius minime mortem obiverat anno* 356, *qui usque ad annum* 373 *vitam protraxit; deinde multum abest ut* S. Frumentius *ab Athanasio, hæresis Arianæ causa, sede depulsus fuerit, quum Constantius, imperator Arianus, ob idipsum, quod catholicus esset, persecutionem gravissimam adversus eum movere non desierit.*

simulque Arabiæ apostolum S. Frumentium minime fuisse.

45 *Conatur etiam ostendere idem scriptor Anglus* S. Frumentium *Arabiæ felicis apostolum fuisse, non vero Habessiniæ. Qua in re, quod recens est auctor et eruditus, ejus argumentis breviter respondendum videtur. Sunt vero ista* (4) : *primo, Nicephorus Callistus scribit S. Frumentium Indiæ arabicæ, sive Homeritidis fuisse apostolum. Verum enimvero Nicephorus sæculo solum* XIV *historiam suam compilavit, et quidem imperite, ac exiguæ fidei et judicii historicus dici a Ludolfo meruit* (5). *Secundo loco, Frumentius Indiæ apostolus fuit, ait Thomas Wright; et*

C *Arabia, æque ac Æthiopia, India dicta est, et forte etiam frequentius. Hæc verissima sunt; sed nihil inde conficitur, quum triplex fuerit India veterum, ut ostendimus, Æthiopica nimirum, arabica et brachmanica. Et quidem Rufinus brachmanicæ tantum* S. Frumentium *episcopum fuisse manifesto credidit, nec Æthiopiam ullibi Indiam vocavit* (6). *Tertio loco, credidit Thomas Wright, legisse se in excerptis Socratis apud Pagium,* S. Frumentium *apostolum fuisse* Indiæ quæ Æthiopiæ finitima est; *sed idem, inquit, de Bartholomæo dicitur, quem novimus in Arabia felice fidem prædicasse. In eadem igitur prædicavit et* Frumentius. *At vero minime illa a Socrate dicta sunt, qui in universo capite* XX *libri* 1, *ubi omnia enarrat quæ de* S. Frumentio *percepit, sequenti solum periodo Æthiopiæ meminit :* Cum apostoli, *inquit,* prædicationis causa ad gentes profecturi, eas inter se sortito divide-

(1) Hist. æth. lib. III, cap. 2. — (2) Thomas Wright, Early christianity in Arabia in præfat. London 1855. — (3) Wright loc. cit. pag. 31. — (4) Ibid. pag. 29 et seq. — (5) Ludolf. Hist. lib. III, cap. 2; cfr tom. X Octobris, pag. 741 annotato *l.* —

rent, Thomas quidem Parthorum apostolatum accepit, Matthæus Æthiopiam; Bartholomæus vero Indiam huic finitimam sortitus est. *Quæ nullatenus cum scriptore Anglo faciunt. Magnopere igitur in his erravit vir alioqui doctissimus, sed hujusmodi indiligentiam juvenilem et* σφαλματα *advertit ipse anno* 1855, *siquidem opusculum, ni impediretur, retractare voluit.*

Cultus ex synaxario metrico Æthiopum,

46 *His omnibus excussis, quæ sane nimis pauca esse ad digne illustrandam* S. Frumentii *vitam, magnopere dolemus, restat ut de ejus cultu apud Æthiopes, Græcos et Latinos disseramus. Porro* S. Frumentii, *qui ab Æthiopibus* Feremenatos *et* Salama *seu* Pacificator (7), *dicitur, inter eosdem cultus antiquissimus est et proculdubio non dudum ab obitu inchoatus.* Celebratur, *ait Ludolfus,* inter Æthiopiæ metropolitas in liturgia Æthiopica (8); necnon a poeta nostro, *sive synaxarista metrico,* ceu primus qui facem evangelio prætulit, hoc carmine, *quod ex Æthiopico latine convertit idem Ludolfus :*

Salutem voce lætitiæ dico ei, E
Magnificans et extollens eum,
Nempe Salamam, januam misericordiæ [et clementiæ,
Qui oriri fecit in Æthiopia luminis Christi [splendorem,
Quum in ea caligo et tenebræ *antea* fuis- [sent.

Hucusque prædictus synaxarista, ad diem 3 *mensis Æthiopici* Hamle *(junii* 27*); ac denuo ad diem* 3 *mensis Tachsas (novembris* 29*)* S. Frumentium, *sive* Salamam *salutat his verbis :*

Salutem tibi Salama, qui jussus fuisti
Manifestare doctrinam *antea* occultam;
Quod exorta fuerit in ea *(Æthiopia)* sicut [phosphorus,
Per lucem tuam suavem et pulchritudinem [tuam jucundam,

Usque hodie lætatur et exsultat Æthiopia (9). *Ab eodem poeta* S. Frumentius *celebratur etiam ad diem* 26 *mensis Hamle (julii* 20), 23 *mensis Maskaram (septembr.* 20) *et iterum mensis Tachsas* 18 *(decembris* 14) (10). F

ex Menæis græcis,

47 *Summarium ejus Vitæ, seu rerum gestarum, præbet Menologium Æthiopum, dictum Senkessar; ex quod id mox mutuabimus. Ex Apologia etiam S. Athanasii et literis Constantii imperatoris synaxarium prolixius concinnarunt Menæorum græcorum editores, quod hic latine conversum, jam recitamus :* In diebus Constantini magni regis, Tyrius quidam philosophus abiit ut Indiam ultimam perlustraret, assumptis secum duobus juvenibus fratribus. Cum autem in reditu ad portum quemdam aquationis ergo appulissent, in barbaros inciderunt, qui ex omnibus, qui in navi erant, alios in mare deturbarunt, alios occiderunt, inter quos Tyrius et ipse cædi superadditus. Reliquos vero, e quibus erant duo juvenes illi, vinculis constricti, ad regem Indiæ sunt adducti. Ædesius alter, alter Frumentius vocabatur. Porro rex, cum juvenes ad omnia, quæcumque in

(6) Supra num. 5 et seqq. — (7) Ap. Ludolf. Comment. pag. 435; cfr ejusdem Lexicon, col. 144. — (8) Novo test. æth. edit. annexa, pag. 160 et 165. — (9) Ap. Ludolf. Hist. æth. lib. III, cap. 2. — (10) Cfr Ludolf. Comment. pag. 389 et seqq.

animo

AUCTORE E. C.

animo haberet, solertes esse perspexisset, fisci regii procuratores eos constituit. Postea vero regi defuncto successit filius ejus, apud quem ampliores honores nacti sunt, atque eo pervenerunt ut mercatores, qui illuc applicuissent, secundum morem Romanorum, convenire ad divinam liturgiam celebrandam confidenter jusserint. Non diu post, regem adeunt ab eoque, mercedis gratia, in patriam redire postulant. Voti sui compotes facti, in imperium Romanum proficiscuntur. Ædesius quidem, parentes suos suaque quærens, Tyrum appulsus est. Frumentius vero studio erga res divinas parentum conspectum posthabuit. Alexandriam ergo delatus, hujus ecclesiæ præsidi, ostendit quantopere Indi lumen fidei cuperent accipere. Ad quem protinus beatus Athanasius (ipse enim tunc temporis Alexandrinam ecclesiam regebat) : Quis vero te aptior ad erroris caliginem ab oculis eorum dispellendam, et ad fulgorem divini verbi demonstrandum? His autem dictis, gratia episcopali eum ornavit atque ad colendam hanc regionem misit.

quæ prolixius gesta S. Frumentii *prosequuntur,*

47 Frumentius ergo, patria parentibusque relictis, et spreto propter fidem magno mari, aggressus est gentem incultam. Atqui coluit eam gnaviter, cooperante gratia cælesti. Doctrina enim et prodigiis apostolorum usus, non tantum dæmoniacos sanabat et quemcumque alium morbum curabat, sed et adversarios suos, et eos qui non sat cito ejus dicta excipiebant, vel

* 1 Cor. V, 5. dæmoni tradidit, juxta Apostoli verbum : * Tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit, vel macie tabescentes effecit, vel tandem oculorum lumine orbavit. Qui confestim utique, ad ejus genua provoluti, sanitate recuperata, in Christum credebant. Quæ autem quotidie contingebant miracula in ejus et christianæ religionis laudem declarant, qui confertim totus populus ad Dei cultum festinaret. Itaque brevi tempore solus cum Deo, totam Indiam baptizavit, sacerdotes ordinavit, complura templa ædificavit, fana idolorum evertit, simulacra ipsa contrivit, ac tandem universam gentem cognitioni Dei initiavit. Mirabantur autem rex et ceteri omnes : Non paucos annos, aiebant, nobiscum versatus es, neque unquam hujusmodi prodigia exhibuisti : unde

C ergo nunc, o dilectissime, talis virtus tibi collata est, tamque subito? Meum non est, respondebat ille, hoc donum, o amici Christo carissimi, sed sacerdotii et ipsius Christi. Namque cum bonam vestram mentem agnovissem, relictis, juxta Domini vocem, patria et familia, Alexandriam profectus sum : summum ibi ecclesiæ præsulem, magnum Athanasium quæ ad vos pertinebant edocens, et ab eo sacram accipiens unctionem, apostolica gratia auctus, ipsius ad Deum precibus, ad vos missus sum. Cum autem me fideliter receperitis, sacerdotii, imo Dei ipsius gratia ea quæ coram videtis per me operata est. Sanctus ille vir, postquam diu cum ipsis pie vixerat, et præcepta Domini eos docuerat, et ad divinum cultum mire formaverat, secundum unius cujusque vires, annos circiter centum natus ad Dominum migravit. Hujus autem pretiosæ reliquiæ omnibus qui ad eas accedunt, in variis morbis, salutem afferunt in laudem veri Dei nostri.

49 *E Menæis et aliis auctoribus, quos supra laudavimus, elogium* S. Frumentii *excerpsere Petrus de Natalibus libro nono, capite* CXIII, *et Sirletus, in Menologio Græcorum, ad eumdem diem* 30 *novembris, atque inde ad martyrologos recentiores transiit* (1). *Slavos etiam a Græcis memoriam, et annuntiationis diem petiisse demonstrat Joannes Martinov in anno Græco-Slavico. Nunc vero huic commentario adjiciemus quæ, ex Senkessar Æthiopico ad diem* 26 *mensis Hamle, sive* 20 *julii* (2), *edere sumus polliciti, paucis ad calcem, pro more annotatis. Minime etiam omittendus erat locus, quem, e vetusto et laudatissimo inter Æthiopes chronico Axumensi, lusitanice edidit Tellezius, in Historia sua, pagina* 73 *et seqq., nos vero post eum latinum faciemus. Hæc sint pro Actis et documentis, quæ, præter loca in Commentario allata, de* S. Frumentio *nulla omnino supersunt.*

et ex fastis latinis.

ELOGIUM S. FRUMENTII

E

EX ÆTHIOPICO SYNAXARIO.

Hac die obiit Abba *a* Salama *b* revelator lucis, episcopus Æthiopiæ, cujus historia est hæc. Vir quidam e Græcia, dictus Meropius, sapientium princeps *c*, advenit visitandæ Æthiopiæ gratia; quocum erant adolescentes duo e propinquis; uni nomen erat Fere-Menatos *d*, alteri Adesios (vel ut alii dicunt, Sidrakos) *e*; et venit cum navi ad littus maris Agazi *f*, rebusque pulchris omnibus inspectis quæ sibi placebant, quum ad regionem suam redire vellet, irruerunt in eum hostes, eumque cum sociis omnibus occiderunt, exceptis binis adolescentulis, qui servituti addicti sunt ab incolis, et trucidare edocti. Deinde regi Axum, qui tunc erat Ela-Aëda *g* donati sunt, isque Adesium œconomum constituit, Fere-Menatum vero chartophylacem et scribam [regni] Axum. Elapso tempore aliquo obiit rex et filiolum *h* reliquit cum matre sua, regnaruntque [principes] Azguagua *i*. Adesios et Fere-Menatos puerulum educarunt, F eumque paulatim fidem Christi benedicti docuerunt. Ei quoque tentorium *k* exstruxerunt, in quo adolescentulos congregabant, docentes eos psalterium et cantum. Adulto jam puerulo, eum rogarunt ut ad regionem suam se dimitteret. Adesios patriam Tyrum adiit, ut genitores reviseret, Fere-Menatos vero Alexandriam, Athanasiumque patriarcham, quem nuper electum invenit *l*. Huic quæcumque sibi contigerant enarravit, et ad fidem quod spectat, quomodo gens istius terræ Agazi, licet nec episcopos nec presbyteros haberent, in Christum benedictum credidissent. Post hæc abba Athanasius, episcopum terræ Agazi, quæ est Æthiopia, consecravit Fere-Menatos, ad quam terram eum cum pompa dimisit. Adveniens igitur iste, quum jam regnarent Abreha et Atzbeha *m*, in pace prædicavit Christum benedictum in omnibus imperii partibus. Propterea dictus est abba Salama *n*, et postquam fidem dederat Æthiopibus, in pace obiit.

a *b* *c* *d* *e* *f* *g* *h* *i* *k* *l* *m* *n*

(1) Vide supra num. 41. — (2) Sapeto, Viaggio, pag. 395 et seqq.

ANNOTATA

A

ANNOTATA.

a Abba *epitheton est patriarcharum, episcoporum, abbatum atque doctorum in Æthiopia, ait Ludolfus sub voce. Mutuata est a Coptitis veteribus, in quorum libris frequenter est obvia.*

b Salama. Abba Salama, *ait Ludolfus in Lexico,* fundator doctrinæ evangelicæ *(immo, uti et catholicæ)* in Æthiopia, seu primus Æthiopiæ apostolus, alias Frumentius dictus. *Quæ verba ideo recitamus, ut pateat olim* Salama *pronuntiatum fuisse, ut didicit Ludolfus ex Æthiope suo Gregorio, non vero* Selama, *ut scribit Sapetus tam in æthiopicis quam italicis. Nomen evidenter deductum a voce* Salam, *pax, vel* Salamawi *pacificus.*

c Sapientium princeps, *æthiopice,* liqa tababet. *Mirum est quod hic scribit Sapetus :* Merobios protomedico; *quæ sensu ambiguo vocis* tababet, *pl. comm.* tabib *optime explicantur. Ut enim ex Dillmanni lexico, col.* 1229,
B *apparet,* tabib *significat et* philosophum *et* medicum, *cfr arabicum* Hakim. *Certe Meropius nec protomedicus, nec medicus fuit.*

d Fere-Menatos. *Sapetus* Ferie-Menatos, *ex pronunciatione hodierna; Tellezius,* Fermonatos, *vel* Fremonatos (1); *Ludolfus,* Fremonatos (2), Fere *fructum significat. Vide locum mox recitandum e chronico Axumensi.*

e Sidrakos. *Sic dicitur in chronico Axumensi, ut ex loco edendo mox patebit.*

f Agazi, *nomen antiquum provinciæ Tigræ et forte universæ Habessiniæ. Videatur Cl. Vivien de Saint-Martin in Commentario de Inscriptione Adulitica* (3).

g Ela-Aëda. *Significare voluit regem Ela-Awda, qui regnavit post Awtheth et quidem non diu post annum Christi centesimum ; quod prorsus erroneum est. Vide hunc commentar. num.* 33, *disquisitionem huic tomo adjectam, et mox dicenda sub vocibus* Azguagua *et* Abreha et Atzbeha.

h Filiolum reliquit. *In æthiopicis* eguala nusan, filios parvulos, *in plurali, sed infra et in ceteris monumentis unus tantum significa-*
C *tur, ut observat Sapetus pag.* 471.

i Azguagua. *Quo ordine et tempore hi principes regnarint, quantoque errore hæc scribat synaxarista æthiops, percipietur ex sequenti loco chronici Axumensis, tum etiam ex annotato præcedenti :* Awtheth regnavit annis duobus, El-Ada triginta, Rema quatuor, Zeghen quatuor, Gafila uno, Beese-Sarg quatuor, [principes] El-Ezguagua regnarunt annis septuaginta septem. *Atqui hi omnes sæculo secundo christiano regnarunt, dum annis circiter centum viginti post reges El-Azguagua in Æthiopiam advenit* S. Frumentius. *Vide infra sub* Abreha.

k Tentorium, *vel* oratorium. *Vide Sapetum pag.* 471.

Nuper electum invenit. *Hæc hausit synaxarista æthiops, ut alia plura, ex Socrate et Sozomene, vel ex synaxariis græcis. Falsa vero esse pluribus ostensum est in commentario.*

m Quum jam regnarent Abreha et Atzbeha. D *Negatur id hodiedum ab omnibus, nec verum ullatenus esse in commentario ostendimus.*

n Salama, *id est,* pacificus; *vide annotat.* b.

ELOGIUM S. FRUMENTII

EX CHRONICO AXUMENSI

LUSITANICE A TELLEZIO SCRIPTUM.

Multis elapsis annis advenit mercator quidam e Tyro cum duobus pueris, quorum alter Fremonatos, alter Sidracos *a* dicebatur. Quum *a*
vero mercator ægrotasset *b* et in littore maris in *b*
terra Æthiopiæ mortem obiisset adolescentes ad regem deduxerunt, qui eorum præsentia multum recreatus est, jussitque ut cum filiis suis *c* *c*
versarentur ac viverent. Mirabantur autem plurimum vitæ rationem gentis Æthiopum eosque rogabant quo pacto in fidem Christi credi- E
derant *d*. Eos enim et precationes facere ac ado- *d*
rare sanctissimam Trinitatem, mulieresque *e* *e*
signo Crucis sese munire videbant. Quamobrem gratias multas Deo reddebant quod tantam misericordiam huic genti tribuisset, ut sine concionibus crederet, et sine apostolo fidem recipe-
ret *f*. Quamdiu rex ille vixit, in ejus domo habi- *f*
tarunt; qui morte adveniente eos dimisit et quocumque vellent abire permisit. Sidracos igitur ad patriam suam Tyrum reversus est, sed Fremonatos patriarcham Alexandrinum adivit, cupiens ut remedium adhiberetur ad salu-
tem Æthiopum operandam *g*. Quapropter ei, *g*
quæcumque viderat, narravit, et quomodo crederent a tempore apostolorum *h*. Quibus de re- *h*
bus multum gavisus est patriarcha, Deoque gratias egit pro misericordia magna quam erga eos exsecutus erat, eis manifestando sanctam suam fidem. Deinde dixit Fremonato : Tu eris eorum pastor, siquidem te elegit et extulit Deus; eumque sacerdotem consecrans episcopum Æthiopiæ constituit. Qui ad eam reversus ejus incolas baptizavit, multosque creavit sacerdotes et diaconos, qui se adjuvarent; eumque omnes magni faciebant et venerabantur. Et F
quia pacem ad se detulerat, eum vocarunt abba Salama, (id est, pater pacis, seu pacificus) *i*. In *i*
Æthiopiam venit, regnantibus Abra et Azba, *k*
fratribus *k*, qui doctrinam sanctam receperunt, ut terra arida pluviam cœli (4).

ANNOTATA.

a Sidracos. *Quo pacto id nomen Ædesio obtigerit, divinare non possum.*

b *Non ægrotavit, sed in littore occisus est. Vide narrationem Rufini initio commentarii et Synaxarium Æthiopicum modo recitatum. Meropium hic mercatorem, non philosophum dicunt, quod Tyro eum venisse noverant. Tota hæc narratio minus tuta est quam præcedens illa, quam Sapetus e magno Synaxario sive Senkessar Æthiopico excerpsit. Hujus compilator manifeste græcos fontes præ manibus*

(1) Tellez, Historia geral de Ethiopia a alta pag. 73 seqq. et 728. — (2) Historia æthiopica lib. III, cap. 2. — (3) Journal asiat. Octobre 1863, pag. 349. — (4) Ap. Tellez, Historia geral, pag. 73 et seq.

habuit;

A *habuit; at presbyteri Axumenses suum chronicon pro libitu adornarunt; quod et ex infra dicendis patebit.*

c Cum filiis. *Unicus is fuit; vide annot.* h *ad synaxarium præcedens.*

d *Hæc a presbyteris Axumensibus sunt inventa, ut et alia quæ hic sequuntur. Reperit quidem christianos in Æthiopia* S. Frumentius, *sed inter mercatores Græcos. Vide hunc Commentar. num.* 4.

e *Ex his viderentur solæ mulieres in Æthiopia, ævo illo* de quo, *non vero* quo *hæc scripta sunt, cruce signare se consuevisse, quod tamen minime est verisimile. Id frequentissime fecisse christianos veteres agnoscit et Ludolfus* (1); *vide Acta SS. Octobris tom.* x *pag.* 736 *num.* 19 *et ibid. annot.* p; *Eusebium, De Vita Constantini lib.* III *cap.* 2 *etc.* D

f *Vide annotata* b *et* d.

g *Non erant igitur christiani; en ut sibi contradicit.*

h *Cfr annot.* b *et* d.

i *Hæc ab ipso Tellezio nostro inserta proculdubio fuere.*

k Abra et Azba *etc. Id falso tradi in libris Æthiopum, hosque sæculo solum quinto regnasse nullo negotio ostenditur; vide hunc Comment.* § IV.

(1) Ludolf. Comment. pag. 373

DE SS. ABBANIS KILL-ABBANIENSI

B ## ET MAGHARNUIDHIENSI E

ABBATIBUS IN HIBERNIA

V. D. B. ## COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Distinctio inter duos SS. Abbanos, a biographo in unum confusos. Utriusque genealogia.

AD FINEM SÆC. V ET VI. *Duo fuerunt* SS. Abbani *in Hibernia, ut constat ex duobus corporibus, altero servato Kill-Abbaniæ in Lagenia septentrionali, altero Magharnuidhiæ in Lagenia meridionali;*

C *Venit* S. Abbani *nomen inter celeberrima Hiberniæ, sed difficultatum spinis undique obsitum; quoniam (firma hæc mea persuasio est) duo* Abbani, *quorum alia fuerunt vitæ tempora, aliæ laborum palæstræ, alii natales seu dies cultus et alia demum sepulcra, in unum confusi fuerunt: ita ut quæ plurium sunt ea omnia uni tribuantur, cujus ævum ad trecentos et plures annos prorogetur. Ab his distinguendis (quantum fieri licebit) ducamus exordium. Imprimis ex ipsa Vita, inferius edenda, liquido constat biographi ætate duorum* SS. Abbanorum *servata fuisse corpora, alterius Magharnuidhiæ prope Newross in comitatu Wexfordiensi, in plaga australi seu meridionali Lageniæ; alterius Kill-Abbaniæ in Midia seu aquilonari Lageniæ parte. Quodsi duo sint corpora, duos fuisse* Abbanos *utique necesse est. Scilicet in fine Vitæ, ubi narratur* S. Abbani *mors, introducuntur ejus discipuli, alii ex Kill-Abbania seu Lagenia aquilonari, alii ex Magharnuidhia seu Lagenia australi, contendentes de beati magistri exuviis: quæ plaustro impositæ, duobus jugis boum permissæ sunt. Sed* magnum miraculum, *ait biographus, num.* 46, tunc a Deo per merita sancti sui patratum est. Ecce enim velociter duo boves cum plaustro et CORPORE ad populum AQUILONAREM perrexerunt, et duo boves ejusdem coloris et magnitudinis cum simili plaustro et CORPORE ad populum AUSTRALEM venerunt. Et omnes male habentes variis languoribus in CIVITATIBUS adducti sunt ad reliquias et sanabantur omnes. Ipsæque reliquiæ cum debito honore in hymnis et laudibus post missarum solemnia sepultæ sunt honorifice. *Quid luculentius expeti potest ad adstruendum duo extitisse corpora quæ* S. Abbani *dicerentur? Hæc quidem perhibentur unius fuisse viri, et prodigiosa multiplicatio intercedere dicitur. Sed prodigia admittenda non sunt, nisi firma auctoritate nitantur: quam laudem non habet biographus, qui excogitarit hanc multiplicationem, ut per eam componeret duorum corporum exsistentiam cum unius* S. Abbani *celebritate.*

item ex mortis temporibus, altero S. Abbano *e vivis sublato ad finem sæculi V, altero ad finem sæculi VI;*

2 *Post palmare hoc argumentum alia non nisi confirmandi aut explicandi vim habent. Quidquid id est, secundo observandum venit loco, quod si unus admittatur* Abbanus, *is vixerit oportet plus trecentos annos. Quod quidem bolum non refugit stomachus Colgani, incredibilia quæque in sanctis Hibernis admittere et defendere parati; sed quis prudentior in hac parte sequatur archæologum, tot aliis nominibus laudatissinum? Fluunt autem omnia facile, si statuatur unus* S. Abbanus *presbyter, qui ad finem sæculi* V *vitam finiverit, et alter qui integro sæculo post floruerit et ad cælestem patriam abiverit. Quæ cæterum utrique sint propria definire inferius conabimur. Distinctis etiam locis laborasse videntur ambo* SS. Abbani; *quamquam tanta sit rerum confusio ut vix quidquam discerni possit.*

item ex duabus festivitatibus, altera die 16 *martii, altera* 27 *octobris,*

3 *Sed duos item exstitisse* SS. Abbanos *suadent hagiologia, in quibus festum* S. Abbani *annuntiatur jam die* 16 *martii, jam die* 27 *octobris. Ad priorem diem legitur in Martyrologio Tamlactensi:* Abbani, filii Hua Corbmaïc; *in Festilogio S. Ængussii:* Abbanus angelicus

A angelicus, ramus aureus; *in Calendario Casselensi:* Abbanus, filius Hua Cormaidhe; *in Martyrologio Mariani Gormani :* S. Abbanus, filius Hua Corbmaic, in Maghardnuidhe, in Hi Kenselach; et de Kill-Abbain in Hi Muiredhuigh; *in scholiis ad S. Ængussii fastos seu in Ængussio aucto Cathali Maguire* : Festum obitus sive depositionis S. Abbani, nepotis Corbmaïc, de Lageniis oriundi : quiescit in Magharnuidhe, in regione Hi-Kenselach; et in Kill-Abbain, in Hi Muiredhaich; annis septem et decem supra trecentos vixit in carne (1); *demum in Dungallensi O'Clery* (2). Abbanus filius Ua Corbmaic, de Magharnaidhe in Ui-Cennsealaigh, in Lagenia; et de Kill-Abbain in Ui-Muireadhaigh in Lagenia. Ortus erat ex genere Labhraidh, filii Ugaine Mor. *Ad diem* 27 *octobris in Tamlactensi laudatur* S. Abbanus *iisdem verbis ac ad* 16 *martii ; in Casselensi non vocatur nude* filius Hua Cormaidhe, *sed* filius Hua Corbmaic, de Kill-Abbain. *In Festilogio S. Ængussius vocat eum* Abbanum, abbatem multorum monachorum, *et in Calendario metrico patronorum Hiberniæ* (3) Abbanum nobilem et popularem
B abbatem. *Sic de eo Maguire :* Abbanus de Kill-Abbain in Hi Muredhuich et de Magharnuidhe in Hi Kenselaich ; vel in Helia septentrionali est ejus ecclesia. Hoc est festum nativitatis ejus et ipse est filius Hua Corbmaic. *Omittit eum ad hanc diem in Dungallensi Martyrologio O'Clery. Martyrologium Salisburiense, anglice redditum atque anno* 1526 *Londini impressum, sequitur Acta* S. Abbani *his verbis :* Festum S. Abbani, regis filii, ex Hibernia : qui, repudiata omni mundi pompa, intravit religionem, in qua tam sancte vixit quod curaverit leprosos, claudos, cæcos et surdos, et mortuos resuscitaverit : et inter multa alia miracula angelorum fuerit visitationibus frequentatus; propriæque mortis dies fuerit ei revelatus. *Martyrologium Carthusianum Neuportense eadem, atque iisdem fere verbis, habet* (4). *Omitto Castellanum, Chalonnerum aliosque recentiores martyrologos et hagiographos, quorum nullus magna diligentia videtur in* S. Abbano *usus.*

quæ ambo dies fuerunt emortuales; nam prior venit tempore quadragesimali, posterior auctoritatem habet a biographo.

4 *Porro, quum S. Ængussius ineunte sæculo* IX *hagiologica sua scripta collegit, non apparet jam tum duos* SS. Abbanos *in unum confusos fuisse; sed quum Tamlactense Martyrologium sæculo* XII *aut etiam prius confectum est, confusio illa jam invaluerat : quam a Casselensi Martyrologio ejusdem ævi non abesse arbitror. Sed duæ festivitates, quæ perseverabant, pristinæ distinctionis testimonia supererant. Re quidem vera complures sancti non unis honorantur diebus; sed numquam id temere fit et absque ratione. Suggerit Magguirius, sæculi* XV *scriptor, die* 16 *martii celebrari* S. Abbani *depositionem seu obitum, et die* 27 *octobris ejus terrestrem nativitatem. Profecto S. Columbæ quoque nativitatis memoriam recoluerunt aliquando Hiberni* (5), *(quemadmodum olim ecclesia latina nativitatem S. Agnetis, nunc in S. Agnetis secundo mutatam* (6), *et universa fere ecclesia S. Joannis Baptistæ conceptionem celebravit;) sed Maguirii assertum plane caducum est : pugnat scilicet cum Vita* S. Abbani, *in qua Dei famulus* VI kal. novembres *apertissimis verbis asseritur obiisse. Hæc itaque posterior dies naturaliter festa erat; neque ulla poterat esse causa cur dies* 16 *martii etiam sacra esset, nisi alter* S. Abbanus *eam sua morte consecrasset. Etenim vi canonis* LI *concilii Laodiceni propter jejunium quadragesimale, nedum solemnitates non necessariæ insererentur mensi martio, transferebantur potius olim festa, hoc tempore occurrentia, ad alios menses, aliis memoriis substitutis* (7). *Sic aliquot olim locis minori pompa S. Benedicti mortis anniversarius dies celebrabatur* 21 *martii, et multo solemnius translationis* 11 *julii; item minus solemniter S. Gregorii depositio* 12 *martii, majori celebritate ejus ordinatio* 3 *septembris. Atque nondum S. Ambrosii obitum recolimus die aprilis, sed ordinationem diem* 7 *decembris. Quid, quod SS. Amandi et Vedasti festa, quæ die* 6 *februarii agenda essent, transferebantur ad diem* 26 *octobris* (8), *licet raro admodum dies* 6 *februarii quadragesimali tempore concluderetur ?*

AUCTORE V. D. B.

E

Vita S. Abbani *Magharnuidhiensis scripta fuit sæculo VII; sed ei postea immixta gesta* S. Abbani *Kill-Abbaniensis et Abbani eremitæ Britanni.*

5 *Hoc itaque certum et manifestum esto duorum* SS. Abbanorum *Hibernorum, alterius Magharnuidhiensis, alterius Kill-Abbaniensis nomina, gesta, cultum confusa fuisse; quin etiam (ut suo loco videbimus) tertii Britannici. Unius Vita scripta fuit ab auctore suppare, scilicet a nepote viri ex regione Eliorum, quem* S. Abbanus *baptizaverat. Ad finem enim num.* 24 *legitur :* Ego autem, qui Vitam S. Abbani collegi, sum nepos ipsius filii, quem S. Abbanus baptizavit et de quo prophetavit. *Quæ verba, ut jam pridem animadvertit Lanigan* (9), *non sunt hujus scriptoris, cui Vitam, quæ nunc sola superest et fabulis est plena, debemus; sed antiquioris, qui illi præluxit, quum omnia, quæ de* SS. Abbanis, *in unum jam pridem populari errore confusis, circumferebantur, congereret et in corpus quoddam disponeret. Quod si quæritur utrius Vitam antiquior ille conscripserit Magharnuidhiensis an Kill-Abbaniensis, confidenter respondebo prioris; maxime quoniam Magharnuidhiæ mortuus fuisse dicitur et fabula de*
F *duplici ejus sepultura inventa est ut explicaretur quomodo factum esset ut Kill-Abbanienses etiam de ejus sepultura gloriarentur. Quæ fabula quum procul dubio a priori Vita abfuerit, restat ut hujus prioris Vitæ auctor* S. Abbanum *Magharnuidhiensem laudaverit. Quum hujus itaque Vita exstiterit et alterius Vitæ nulla appareant vestigia, non tamen sequitur illum longe celebriorem fuisse; quandoquidem Kill-Abbaniensis eatenus ejus celebritatem vicerit ut illi non quidem substitutus fuerit, sed ei immixtus et cum eo quasi confusus; ita ut ex celebritate nullus certus canon constitui possit, quo singularia quæque alterutri attribuantur.*

Diversa quæ de patre

6 *Veniunt autem inter hæc singularia primo loco quæ de* S. Abbani *traduntur genere. In omnibus scilicet Vitæ exemplaribus*

(1) Ap. Colganum, Acta SS. Hib. pag. 624. — (2) Todd et Reeves, Martyrologium Dungallense, pag. 77. — (3) Matt. Kelly, Martyrology of Tallagh, pag. 161. — (4) Ap. Colganum, Acta SS. Hib. pag. 624. — (5) Reeves, Life of St-Columba, pag. LXIX. — (6) Binterim, Denkwürdigkeiten, tom. V, part. I, pag. 320. — (7) Cfr Martene, Ecclesiæ disciplina in divinis officiis, pag. 170 et 563. — (8) Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 785. — (9) Eccles. history of Ireland, tom. III, pag. 15.

dicitur

AUCTORE V. D. B.

dicitur de claro genere Laginiensium, scilicet de Dal-macchorb, ortus; cujus pater vocabatur Cormacus, qui erat rex Laginiensium; mater autem ejus vocabatur Mella, quæ fuit soror Ibari episcopi. *Quibuscum conveniunt quæ in ejusdem S. Ibari Vita legit Usserius* (1) : S. Ibarus, qui et Ivorus episcopus, natus est in Hiberniæ provincia Ultonia ex patre Lugna, matre Daferia : quæ et eidem peperit Mellam, postea reginam Laginiensium, nuptam Cormaco regi; qui pater fuit S. Abbani, confessoris et abbatis cœnobii Magarnoide in regione Kensellach. *Gens autem* Dal-macchorb, *(quæ et* Dal-maschorb, Dal-mescorb *et* Dalmesincorb,) *sedem suam habebat in littore comitatus Wicklow* (2), *ad fines septentrionales comitatus Wexfordiensis; quæ gens descendebat a Lughaidh Corb, quinto filio Daire Sirchreachtach* (3) : *de quo tam præclara fabulati sunt veteres Hiberni ut ei occidentalium Europæ partium imperium adscripserint* (4). *Sed clarissimum fuisse* S. Abbani *genus inde manifestum est. Patrem ejus non fuisse Cormacum seu Corbmacum, filium Alildi, qui*

B *ab anno* 526 *ad* 535 *Lageniæ gubernacula tenuit, contendit Colganus. Quo auctore, loco* Ilua Cormaic, *id est* descendentis a Corbmaco, *scripserit posterior biographus* Cormacum *seu* Corbmacum : *qui error utique mirabilis non sit. Sentit itaque ille Lugneum seu Lagnenum genuinum patris fuisse nomen : in Sanctilogio enim genealogico, cap.* XX, *dicit* S. Abbanum filium Lagneni, filii Cannechi, filii Lavradii [filii Imchadii, *interserit Maguire,*] filii Corbmaci, filii Niadchorbi, filii Cucorbi, [*qui sæculo* II *floruit* (5)], filii Modhcorbi, filii Comchovarii, *regis Hiberniæ* (6) *circa Christi nati tempora* (7); *ita (ut quod raptim animadverto) genealogico huic stemmati insint lacunæ, quæ non sinant propius determinare patris* S. Abbani *ævum.*

et matre S. Abbani *referuntur, ita forte explicanda sunt*

7 *In libello de materna sanctorum Hiberniæ genealogia, num.* 68, *loquitur S. Ængussius de matre* S. Abbani, *quam non* Mellam *appellat, ut biographus, sed* Caoinech Abbadh. CaoinechAbbadh, *inquit,* filia Lugnei, fuit mater S. Blathi, filii Lugnei, qui dicitur Abbanus. *Suadet Colganus* (8) *ut legatur* Caoinech Ab-

C bain, *id est* lugens Abbanum; *quo cognomento significetur Mellam luxisse quod filius a patre in sæculo retineretur. Sed mallem admittere eam binominem fuisse quam hujusmodi verborum detorsionem aut explicationem. Ejus parentela magis innotescit ex num.* 83 *citati libelli, ubi hæc occurrunt:* Bronnfinna, cognomento Breac, filia Lugnei, soror S. Ibari episcopi, fuit mater S. Senachi Gairb de Killmoir, et S. Miachæ, et S. Tondenachi de Ross-Glasse et S. Lithgenii; *quos Maguirus perperam fratres* S. Abbani *facit, qui nonnisi consobrini fuerint, et quibus addit etiam quasi fratres SS. Damanum de Teagh-Damain in Hi-Crimthannain, Dumanum et Dabbanum. Maguirius insuper Mellam sororem appellat S. Coemgeni, non autem S. Ibari; qui S. Coemgenus die* 3 *junii anni* 618 *mortem obierit* (9), *natus circa annum* 500(10). *Sed Maguirrium errasse* D *contendit Colganus* (11).

ut Kill-Abbaniensis dicatur parentes habuisse Lugneum et Caoinech Abbadh, sororem S. Ibari; Magharnuidhiensis vero Corbmacum et Mellam, sororem S. Coemgeni.

8 *Verumtamen haud scio utrum hoc Colgani judicium omnibus æque placiturum sit. Fieri potest ut nonnulli archæologi, videntes patrem* S. Abbani *vocari ab aliis Corbmacum, ab aliis Lugneum, matrem vero ab aliis dici Mellam, ab aliis Caoinech Abbadh, jam sororem S. Ibari, jam S. Coemgeni, sentiant duorum* Abbanorum *significari parentes. Neque adversus hæc ego ullatenus repugnabo, dummodo ita res ordinentur ut antiquior* Abbanus, *et quidem Kill-Abbaniensis, filius dicatur Lugnei et Caoinech Abbadh, sororis S. Ibari, natus circa annum* 430, *alter vero seu Magharnuidhiensis filius Corbmaci et Mellæ, sororis S. Coemgeni, natus circa annum* 520 : *quæ cum ætate SS. Ibari et Coemgeni, necnon Lugnei et Corbmaci, Laginiensium principum, conveniunt. In Vitis SS.* Abbani *et Ibari hoc unum corrigendum, ut Mella, mater, soror dicatur S. Coemgeni loco S. Ibari. Quibus si stetur, antiquioris* Abbani *genuinum nomen, ut ex S. Ængussio patet,* Blathus *fuerit oportet.* Abbanus *autem proculdubio commune est, et quidem diminutivum,* abbatulum *significans : quæ forma ut amoris sic et venerationis plena erat apud veteres Hibernos.* E

§ II. S. Abbani Kill-Abbaniensis itinera, discipuli et commercium cum SS. Patricio Seniori et Finniano. Monasteria ab ambobus SS. Abbanis condita.

S. Abbanus *Kill-Abbaniensis peregrinationem instituit cum* 150 *Celtis et totidem Romanos reducit seu Italos.*

Similiter, si statuatur filium Ua-Cormaic alium esse ac filium Cormaci, ad eumden Kill-Abbaniensem referenda sunt quæ in Vita traduntur de triplice itinere Romano et de centum quinquaginta discipulis : hæc enim omnia a S. Ængussio, qui ad finem sæculi VIII *scripsit, prædicantur de* S. Abbano, *filio Ua-Cormaic. In litaniis scilicet, quibus integra agmina sanctorum, maxime peregrinantium aut peregrinorum complexus est, his verbis invocat* S. Abbani, *filii Ua Cormaic, comitatum* (12): Ter quinquaginta Gaëlicos Hiberniæ, in sacris ordinibus constitutos et singulos severum vitæ institutum sequentes, qui uno agmine peregrinationem susceperunt sub Abbano, filio Ua Cormaic, invoco in auxilium meum per Jesum Christum. *Quod agmen a Romanis et Italis videri non potuit quin multi cupierint ei adjungi. Ex his admisit* S. Abbanus *centum quinquaginta; quos iterum S. Ængussius auxilio invocat his verbis* (13): Sanctos centum quinquaginta peregrinos Romanos et Italos, qui comitati sunt S. Abbanum in Hiberniam, invoco in auxilium meum

(1) Britannicarum ecclesiarum antiquitates, pag. 507, edit. 1687. — (2) Cfr O'Donovan, Miscellany of the Celtic society, pag. 31; Vita S. Coemgeni, num. 1 in Actis SS. tom. I Junii, pag. 312. — (3) Cfr O'Donovan, op. cit. pag. 33; O'Flaherty, Ogygia, part. III, cap. 67. — (4) Ap. O'Donovan, Op. cit. pag. 15. — (5) Cfr Lanigan, Eccl. hist. of Ireland, tom. III, pag. 17. — (6) Ap. Colganum, Acta SS. Hib. pag. 626. — (7) The four Masters, ad. an. M. 3192, tom. I, pag. 91. — (8) Acta SS. Hib. pag. 626. — (9) Cfr Lanigan, Eccl. hist. of Ireland, tom. II, pag. 44. — (10) Ibid. pag. 49. — (11) Acta SS. Hib. pag. 626. — (12) O'Curry, Lectures etc. pag. 381, 382 et 615. — (13) Colganus, Acta SS. Hiberniæ, pag. 539.

per

A per Jesum Christum. *Quæ peregrinationes in edenda Vita cum S. Ibari, ad annum* 500 *de mortui, gestis connectuntur; ita ut etiam ex hoc capite ad antiquiorem* S. Abbanum *seu ad Kill-Abbaniensem hæ peregrinationes referendæ sint.*

commercium habet cum S. Patricio Seniori et baptizat S. Finnianum Cluanerardensem.

10 *Ad eumdem* S. Abbanum *pertinet conversatio cum S. Patricio Seniori, qui inter annum* 450 *et* 460 *diem obiisse videtur. Similiter baptismus S. Finniani, celeberrimi episcopi et abbatis Cluanerardensis, cujus mors ad annum* 548 *a quatuor Magistris* (1) *consignata est et qui ad fontem sacrum delatus fuit circa annum* 460 (2), *certe aliquanto ante annum* 480. *In hujus Vita* (3) *hæc narrantur :* Cumque natus esset filius, lætati sunt parentes, atque baptizandum ad sanctum episcopum Fortkernum miserunt usque ad Roscurensem ecclesiam. Mulieres vero iter agunt; et ex insperato obvius fit eis S. Abbanus presbyter. Quærente vero sancto viro ab eis quo tenderent; responderunt mulieres dicentes : « Ad sanctum episcopum Fortkernum pergimus, baptizandi hujus pueri causa. » Venerabilis igitur Abbanus vidit angelos in comitatu pueri : mulieres quoque,
B quæ puerum portabant, contestatæ sunt se vidisse juvenem pulcherrimum, ponentem super caput pueri manum. Qui dixit : « Beatus erit hic puer; » et baptizavit infantem sanctus vir Abbanus, vocans eum Finluch (id est *lacus albus),* quia ibi bina flumina ex diversis fontibus cohærent. Aqua enim ibi quasi albi coloris propter sui puritatem apparuit. Hic vero altero nomine, quod est magis commune, Finnianus dictus. In loco vero, ubi sanctus infans benedictus lavacro salutis est purificatus, crux posita est, quæ crux Finniani vocatur. *Quæ res quo loco sit facta, neque veteres neque recentiores archæologi hactenus potuerunt definire.*

Ambo SS. Abbani *construxerunt plura monasteria, composita fere ex tuguriis :*

11 *Ab alterutro* S. Abbano *permulta monasteria constructa in Vita recensentur; sed non consentit Lanigan* (4), *quoniam pleraque non* S. Abbani, *sed alterius nomine insignita sunt : ita ut velit a* S. Abbano *(duos enim non admittit) monasteria tantum condita esse in patria Hy-Kenselagh et alia duo ab ejus nomine dicta* Kill-abbans. *Sed profecto infirmum est fundamentum, quo nititur. Etenim*
C *Eas-mic-Neirc, quod a Dachonna seu Machonna, filio Neirc, nomen suum habebat* (5), *et Termon-Maguirk seu Cuiminig, quod a Cuimne, sorore S. Columbæ, nomen suum sumpsit* (6), *S. Columbam auctorem agnoscebant, et tamen a discipulis nomen acceperant. Sed similia in omnibus fere sanctorum Vitis, qui plurium cœnobiorum fundatores exstiterunt, observantur. Neque magnus monasteriorum numerus admirationem creare debet. Non enim illis temporibus exstruebantur magna ædificia, neque ingentia prædia crebro accipiebantur, neu diuturna disciplina exercebantur tirones; hi mores per S. Benedicti alumnos propagati; antea multo simpliciora erant instituta. Degebant fere singuli aut in speluncis, si quæ essent, aut in tuguriis, paleis et terra glutinosa compactis paucarum horarum aut certe dierum labore. Neque multo magnificentiores ædes sacræ, ex materie fere confectæ. Victum autem comparabant ascetæ labore manuum atque agricultura, quamquam (si offerrentur) non recusabant campos, ut vel ex illa ipsa Vita constat. Tirocinium non minus simplex. Si qui venirent vitæ severioris cupiditate, discebant alieno exemplo orare, laborare et corpus castigare : atque in his fere tum consistebant monachorum officia.*

AUCTORE V. D. B.

quorum sex, posita in comitatu Wexfordiensi, adscribenda videntur S. Abbano *Magharnuidhiensi;*

12 *Quapropter non ausim affirmare inter recensita a biographo monasteria ullum esse quod a neutro* S. Abbano *fundatum fuerit. Multo difficilius est utrius sint singula. Siquid tamen tentandum sit, considerandum primo est alterum* S. Abbanum, *quem scilicet Magharnuidhiensem appellavi, natum esse apud gentem Ui-Ceinnsealaigh*, quæ Wexfordiensem comitatum et vicinorum comitatuum partes occupabat, eumdemque ibidem, pluribus monasteriis excitatis, vitam finivisse. Qui quum videatur locorum mutationem minus amasse, ei adscripsero dumtaxat monasteria comitatus Wexfordiensis, scilicet Magharnuidhiense, Roismictruiense, Druim-Ceallaigh, Camros, Fionnmagh et Disert-Cheanandain. Singulorum situm, quantum* E
fas erit, indicabimus, plura in annotatis ad Vitam quæsituri. Veniat itaque primo loco monasterium ROISMICTRUIN; *quod positum erat in loco, nunc* New-Ross *appellato florentique oppido, in comitatu Wexfordiensi, baronia Bantry. Medio sæculo* VI, *quo jam floreret S. Emenus, anterius est, quippe quod ab illo habitatum fuerit. Prope erant sita monasteria* DRUIM-CEALLAIGH *et* CAMROS, *aliunde non nota. Neque longe distabat monasterium* MAGHARNUIDHE, *ubi alter* S. Abbanus *potissimum vixit vitamque finivit.* DISERT-CHEANANDAIN, *prope Magharnuidhiense monasterium, solitudo potius erat quam monasterium.* FIONNMAGH *in Fotharta, oppidum Deo et* S. Abbano *oblatum, videtur monasterium factum esse. Consistebat in comitatu Carlowiensi aut Wexfordiensi.*

* Hy-kenselagh.

S. Abbano *vero Kill-Abbaniensi triain Conactia, unum in comitatu Kerriensi,*

13 *In recensendis monasteriis, quæ mihi* S. Abbano *Kill-Abbaniensi adscribenda esse videntur, ordinem quemdam sequitur biographus geographicum; ita ut ab occidente incipiat, pergat per partes australes et in orientalibus Hiberniæ plagis desinat; quem etiam* F
sequi potuit hic alter S. Abbanus. *In Connactia itaque, in Campo Ce seu Magh-cé, id est in campo Trindi seu Magh-Trindi, tria constructa dicuntur a* S. Abbano *monasteria. Hæc in Galviensi comitatu posita fuisse volunt, sed nescio qua auctoritate. Hinc gradus convertendus est ad plagas meridionales, et quidem ad regionem Corcaduibhne, quæ fere comitatum Kerriensem ad occidentalem brumalem Mumoniæ complectebatur; ubi* S. Abbanus *condidisse traditur monasterinm* CEAL-ACHAID-CHERICH-INIS *seu* CEALL-ACHAID-CONCHINN. *Prior nominis forma cœnobium in insula positum fuisse significat; sed hæc minus probabilis. Commemoratur a martyrologis S. Conchenna de Cill-achaid, quæ parthenoni nomen dederit; sed hæc non plus nota quam ipsa ejus sedes. Sed nomen quoque suum postea communicavit S. Finnianus, tunc nondum natus; quippe qui lucem viderit sub annum*

(1) O'Donovan, The four Masters, pag. 187. — (2) Ap. Colganum, Acta SS. Hib. pag. 365. — (3) Ibid. pag. 393. — (4) Eccles. hist. of Ireland, tom. III, pag. 18 et seqq. — (5) Reeves, Life of St. Columba, pag. 281. — (6) Ibid. pag. 283.

AUCTORE V. D B.

circiter 460, *si S. Finnianus Cluanerardensis intelligitur. Utcumque est, nonne indicatur Killemlagh in baronia Iveragh? Certe vetus ecclesia S. Finniano dicata erat* (1); *ibidem exstat adhuc fons S. Finniani, in mappis topographicis indicatus* (2), *et ad occidentem habes S. Finniani æstuarium.*

tria in comitatu Corcagiensi et totidem in Tipperariensi,

14 *Comitatui Kerriensi adjacet comitatus Corcagiensis, in quo tria monasteria* S. Abbanus *condidisse traditur. Primum est monasterium* BURNECH, *nunc* Ballyvourney *in baronia Muskerriensi, prope fines comitatus Kerriensis. Dedit hanc sedem* S. Abbanus *S. Gobnatæ; cujus tempora hactenus non videntur fuisse definita. Secundum est monasterium* CEALL-CRUIMTHIR *prope civitatem Culcollingi seu Cillculen in Hua-Liathain seu Oletan; repræsentatur procul dubio hic locus parochia* Killcrumper, *baronia* Fermoy. *Tertium in comitatu Corcagiensi monasterium est* CEALL-NA-MARBHAN *prope civitatem Briggobhain, nunc* Brigtown *seu* Brigoon. *Situm hoc erat in baronia* Condons *seu* Clongibbons,

B *non procul a finibus comitatuum Tipperariensis et Waterfordiensis. In adjacenti comitatu Tipperariensi sita erant alia tria monasteria; quorum primum erat* CLUAIN-AIRD-MOBEHGOC, *situm in baronia* Clanwilliam, *ubi adhuc vetus templum* Kilpeacan *et fons S. Becani exsistunt; qui S. Becanus anno* 687 *obiisse traditur, ita ut neutro* S. Abbano *coævus fuerit et occupaverit locum, jam pridem Deo consecratum. Secundum monasterium vocabatur* CLUAIN-FINDGLAISE, *quod etiam situm erat in baronia* Clanwilliam, *non procul a præcedenti, in parœcia nunc dicta* Clonfinglass. *Tertium dicebatur monasterium* CLUAIN-CONBRUIN, *in occidentali parte campi Femyn non procul a Casselia, ad occasum brumalem, positum.*

unum in comitatu Regis, alterum in comitatu Reginæ et duo in Midia Septentrionali.

15 *Tipperariensi comitatui contermini sunt comitatus Reginæ et Regis. In hoc* RAITH-BECAIN *monasterium fuit conditum in regione Eliorum, baronia* Clonlisk; *atque nunc hic locus dicitur* Rathbeg. *In comitatu Reginæ prope gentem Ui-Bairrche, in Ui-Muighe, surgebat* CEALL-ABBAIN, *et locum dedit templo parœciali,* Killeban *seu* Killebane *dicto, in baronia* Slewmargy, *inter* Athy *et* Carlow. *Duo*

C *reliqua erant in comitatu Midiæ seu Midiæ Orientalis, alterum prope* Navan *puellare, nomine* CEALL-AILBHE; *cui præfecit* S. Abbanus *S. Sincham, a cujus nomine dictum est Cill-Sinche, nunc* Kilshine. *Paucis leucis longius ad aquilonem, id est in Midia Septentrionali et in partibus septentrionalibus Lageniæ alterum monasterium nomine* CEALL-ABBAIN, *condidit* S. Abbanus *Kill-Abbaniensis; cujus reliquiæ illic diu quieverunt. In his utique ordinandis, non quæ certa, sed quæ probabilia visa sunt, persecuti sumus. Orietur aliquando aliquis, qui, melioribus instructus monumentis, penitius hæc discutiat meliusque componat.*

Reliqua singularia gesta inter neutrum S. Abbanum *dividuntur.*

16 *Dixi supra num.* 8 S. Abbanum *Kill-Abbaniensem mihi videri natum circa annum* 430 *et* S. Abbanum *Magharnuidhiensem circa annum* 520; *unde prioris mors referenda sit ad finem sæculi* V, *et posterioris ad finem sæculi sequentis. Quocirca nullam fidem habendam esse arbitror biographo, qui* S. Abbanum *a S. Gregorio Magno presbyterum et abbatem creatum fuisse narrat. Pugnat enim hoc cum universæ chronologiæ ratione, quæcumque ineatur; neque minus cum illius ævi moribus. Neque alteruter conversari potuit cum S. Molingo Luachra, qui anno* 696 *diem obiit, aut cum S. Flannano, primo episcopo Killaloensi, qui floruit ad annum* 700; *sed nil obstat quominus* S. Abbanus *Magharnuidhiensis commercium aliquod habuerit cum S. Brendano Clonfertensi et cum S. Fintano Munnu; quemadmodum a biographo num.* 34 *traditur.* D

§ III. De Abbano, Abingdoniensi eremita seu abbate in Anglia.

Abbeni, eremitæ Britanni, cujus res etiam videntur confusæ cum SS. Abbanorum negotiis,

Studiose hactenus abstinui a prodigioso S. Abbani *itinere ad Angliam australem, ubi in Barcheria regem convertisset et Abbendoniense seu Abingdoniense excitasset monasterium. Hæc enim res ad neutrum* S. Abbanum *pertinere videtur, sed singulare exemplum esse rationum, quas biographus secutus est. Quum scilicet intellexisset hujus cœnobii initia et nomen repeti ab Abbano seu Abbeno quodam eremita, hæc quoque ad suum* Abbanum *retulit; ita ut non duos tantum, sed tres diversissimos viros in unum confuderit. Abbeni illius res, plane cohærentes cum monasterii Abingdoniensis originibus, magis erunt conspicuæ ex his, quæ narrantur de cœnobii exordiis, quam si ipsius venerabilis viri gesta singillatim explicare conarer. Quum itaque Abingdoniense monasterium inter præcipua esset et antiquissima universæ Angliæ, summa erat in veneratione; sed mala fortuna, inter Danorum invasiones et occupationes, pleræque ejus memoriæ veteres perierunt: ita ut, quum meliora illuxerunt tempora, necesse fuerit seniores interrogare de rerum originibus; quo interrogationum genere via aperitur ad multas conjecturas et divinationes,* F *quæ facile pro rebus certis accipiantur.*

ex historia monasterii Abingdoniensis, a fabulis non vacua,

18 *Quæcumque autem sit generalis hujus sententiæ laus et auctoritas, fuerunt qui affirmarent*(3)*hoc monasterium fuisse conditum a Lucio rege, initio sæculi* III; *quingentos monachos, sparsim in silvis et eremis labore manuum viventes, eo convenisse diebus dominicis et sabbathis aut feriis* II; *reliquis diebus semper quinquaginta monachos adfuisse, qui officia divina et liturgiam perficerent; Constantinum Magnum illic in pueritia educatum fuisse; sed Diocletiani imperio corruisse universum institutum. Quum autem illic crux nigra servaretur, perjuris formidolosa, et titulo S. Helenæ exsisteret oratorium, de his etiam alii alia narrabant Abingdonienses. Crux dicebatur magnam partem facta ex clavis Christi Domini; et quum ex terra effossa esset, alii volebant eam illic repositam esse a Constantino Magno, alii vero*

(1) Smith, The state of the country of Kerry, pag. 104. — (2) Ordnance survey, sheet 183. — (3) Cressy, Church history, pag. 121; Enderby, Cambria triumphans, in Monastico Anglicano novo, tom. I, pag. 505.

acutiores

A *acutiores eam ab eodem Constantino ad Brittones missam, ut esset patriæ tutela, sed nescio quam ob causam in terra occultatam; quam tempore Anglorum fuisse repertam, quum in honorem S. Helenæ, quæ illic conversata esse dicebatur, capellula ædificata est* (1).

cognoscitur, et in Berkshire, non procul ab Oxonia, sub medium sæculum V floruit.

19 *Interea floruisse ibidem volunt sanctissimum virum Abbenum; de quo in Historia de primis fundatoribus Abingdoniæ hæc leguntur* (2) : Eo tempore, quo nequissimus Hengistus paganus apud Stanhengest tot nobiles consules et barones, id est CCCC et LX seductoria calliditate peremit, filius cujusdam consulis, qui ibidem occubuit, vix evasit : cui nomen erat Aben. Hic, maximo timore percussus, ad quamdam silvam in australi parte Oxoniæ sitam, *(nomine Bayley wood),* pervenit, ibique *(scilicet duobus milliariis ab Abingdonia, sive Bayworthi, parochia Sunningwell, sive in Chilswell villa, parochia de Cumnor)* cum feris, herbis et radicibus vitam ducens, multo tempore delituit. Cum autem non haberet aquam unde biberet, oratione facta, dedit ei Deus fontem, qui usque hodie ibidem cernitur. Cum au-
B dissent ergo homines provinciæ illius sanctitatem viri, confluebant ad eum, et ejus sermonibus multum proficiebant. Tunc construxerunt ei habitaculum et capellam in honore S. Mariæ. Non ferens ergo vir ille sanctissimus hominum frequentiam, latenter recessit, et in Hiberniam profectus ibique bono fine in Domino quievit. Mons vero, ubi ille manebat et quem relinquebat, ex nomine ejus Abendum vocatur; hic est mons qui juxta Baiwrthe situs est juxta Pinnesgrave.

Alibi quærenda Abingdoniensis monasterii fata

20 *Sed quum sedes stabiles non amarent Britanni monachi atque omnium minime inter medios Saxones, brevi relictus est ille locus; ita ut, quum ad annum* 675 *Cissa, apud Saxones Occidentales regulus, ejusque fratris filius, Heanus, novum illic molirentur monasterium, desertus esset. Sed non diu placuit hæc sedes; adeoque monachi translati sunt in vicinum locum Sevekesham, florens olim oppidum; ubi quod novum exstructum est monasterium Benedictinum, Abbendun seu Abbandun nomen a priori monachorum sede mutuatum est. Conditum etiam in vicinia,*
C *puellare S. Helenæ asceterium et aliæ plures ædes sacræ excitatæ. Sed nolim hæc prosequi, quippe quæ ad rem nostram minus attineant. Cæteram Historiam cœnobii Abingdoniensis a prima ejus fundatione ad annum Domini* 1131 *ex additamentis Chronici Wigorniensis, auctore monacho Abingdoniensi, edidit Wharton in priore tomo Angliæ suæ sacræ. Sermone anglico dedit in lucem anno* 1844 *J. O. Halliwell Chronicum monasterii Abingdoniensis ab anno* 1218 *ad annum* 1304. *Quatuordecim annis post Josephus Stevenson Chronicis et memorabilibus Majoris Britanniæ et Hiberniæ inserendum curavit vetus chronicum monasterii de Abingdon. Horum partem aliaque multa documenta dabit tomus primus Monastici Anglicani; sed et Gough in primo tomo Majoris Britanniæ Camdeni multa addidit ex Lelandio aliisque, quibus pristina et recentiora celeberrimi hujus monasterii fata intelligantur. Hæc videat qui plura velit.*

AUCTORE V. D. B.

Perperam aliqui dubitarunt utrum Abbenus ille Britannus exstiterit in natura rerum;

21 *Sed, ut ad Abbenum seu Abbanum redeamus, de eo valde diversæ sunt sententiæ. Alii eum sanctis accensuerunt; alii dubitarunt an in rerum exstitisset natura* (3). *Quæ posterior opinio hoc nititur fundamento, quod locus ille* Abbendun *dictus est, non ab Abbeno, sed ab abbatia, ita ut* abbatiæ oppidum *significet. Sed nequaquam verum hoc est : et quidem ne tunc quidem erat in usu vocabulum* abbatia, *sed* Abbendun *seu* Abbandun abbatuli mons *est; quam diminutivam formam venerationis ergo olim a Celtis adhibitam fuisse supra monui. Deinde ex melioribus documentis constat ante Cissæ et Heani tempora in priori monasterii sede exstitisse* modicum antiquitus monasteriolum, sed tunc neglectum ac destitutum, vilibus ædificiis consistens, et 40 tantum mansas possidens. *Quod utique auctorem habuit virum Abbanum nomine seu potius cognomine, et quidem Celtam.*

sed et perperam accensitus est sanctis, nisi idem dicatur qui S. Abbanus *Kill-Abbaniensis.*

22 *Wilsonus in secunda sua Anglicani Martyrologii editione, quam anno* 1640 *fecit, ad diem* 13 *maji eum laudavit hoc modo :* Eodem die Abbingtoniæ in Berkaria commemoratio S. Abbeni, eremitæ Hiberni; qui, solitariam ibi vitam ducens, miraculis et sanctitate celebris fuit; ab eoque nomen retinuit locus, in quo postea Occidentalium Saxonum princeps Cissa monasterium in ejus honorem exstruxit circa annum 700. *Fitzsimon quoque in Catalogo sanctorum Hiberniæ alphabethico retulit inter cælites* Abbenum eremitam. *Item Lingardus, Wilsoni vestigiis insistens, retulit* S. Abbeni *eremitæ nomen ad* 13 *maji in Calendario ecclesiastico Romano, quod Harris Nicolas Chronologiæ historicæ* (4) *inseruit. Titulo* sancti *eum etiam condecorant Alfordus et Cressyus in indicibus Annalium suorum ecclesiæ Britannicæ. Contra Smithius in Floribus ecclesiæ Anglicanæ et Challoner in suo Martyrologio Anglicano eum plane omittunt; et quidem (meo judicio) rectissime. Nuspiam enim apparet eum umquam fuisse cultum; neque* sanctus *aut* beatus *appellatur in monasterii Abingdoniensis memorabilibus. Falsum insuper est a Cissa et Heano monasterium ex-* F *structum fuisse in ejus honorem. B. Maria Virgo tum prioris, tum posterioris patrona fuit* (5); *neque Abbeni festum venit inter quindecim celebriores Abingdonienses solemnitates* (6). *Restat itaque ut ejus nomen ex sanctorum catalogis excludatur; nisi quis velit eumdem eum esse ac* S. Abbanum *Kill-Abbaniensem, qui Britto natione in Hiberniam iverit et multa ibidem condiderit monasteria. Hoc utique non singulare exemplum; sed, si tempora satis conveniant, minus conveniunt memoriæ genealogicæ. Quod si adjiciatur biographo Abbenum Abingdoniensem eumdem visum esse ac celebrem abbatem Hibernum, atque ipsis Abingdoniensium memoriis constare asceterii sui auctorem secessisse in Hiberniam, hæc mihi sufficere non videntur ut periculo objicere me velim confundendi in*

(1) Descriptio villæ de Sevekesham, postea Abbendon appellatæ, in Monastico Angl. novo, tom. I, pag. 512 et 513. — (2) Mon. Angl. novum, tom. cit. pag. 511. — (3) Cfr Acta SS. tom. III Maji, pag. 186. — (4) The chronology of History, pag. 112. — (5) Monasticum Anglicanum novum, tom. I, pag. 505 et 511. — (6) Ibid. pag. 510.

unum

AUCTORE V. D. B.

unum duos forte distinctos viros: parum enim mihi arridet exemplum biographi, quem, quod omnia permiscuit, in hoc Commentario castigavi; sed neque eum redarguam qui me audacior sit.

VITA SANCTI ABBANI

ABBATIS DE MAGHARNUIDHE

Ex editione Colgani conformata pristino ms. Bollandiano Dubliniensi seu P. Fitzsimon a.

a

CAPUT PRIMUM.

Hiberniæ natura et sanctitas. Prophetiæ SS. Patricii et Ibari de S. Abbano. Hujus constantia in proposito linquendi sæculi. Ejusdem in bestias misericordia.

B

Hibernix descriptio, nomen, natura, sanctitas; prophetia S. Patricii de SS. Coemgeno et Molingo et S. Abbano;

[In Occidentali plaga totius orbis est insula posita, cujus nomen Hibernia dicitur. Eadem vero insula est magna, et clara, atque amœna terra; in qua continentur maximæ quinque provinciæ; in qua etiam nulla bestia venenosa, nec genus ullum serpentum habitat; sed terra sana et morbis carens, habitabilis valde, fructifera in diversis fructibus, tam in aquis quam in terris et lignis. Habitatores autem ejus bino nomine nominantur, id est, ab Hibero flumine Hibernia vocatur; et ab Hibernia Hibernienses vocantur: Scoti vero a Scota matre ejusdem gentis dicuntur, quæ fuit filia regis Ægypti *b*. Quomodo de Ægypto ipsa venit ad Hiberniam brevitatis causa omittimus, quia invenitur de illa in libris, qui narrant quomodo in primis temporibus habitata est Hibernia. Cultores vero Hiberniæ probati sunt in fide catholica et dogmatibus ecclesiasticis, et plus omnibus nationibus sanctificantur. De illa scilicet gente maximum sanctorum agmen sibi elegit Deus, sicut veritas in Evangelio ait: « Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: » et alibi: « Multi venient ab Oriente et Occidente, et recumbent cum Abrahamo etc. » De quorum collegio] fuit vir vitæ venerabilis nomine Abbanus *c*, quem Deus præelegit antequam fuisset natus; quia multi viri sancti per multa tempora antequam ipse natus est, prædicaverunt ipsum esse nasciturum. De quibus S. Patricius archiepiscopus *d*, tenens portum in australi parte Laginensium, id est Huacenselay *e*, cum venisset ad prædicandum in Hiberniam, dixit: « Tres filii vitæ æternæ de gente Laginiensium nascentur, quorum nomina vocabuntur Abbanus, Coemgenus *f*, et Molingus *g*; ipsi majores sanctorum Laginensium erunt, et per merita eorum, quamvis nondum nati sunt, Deum modo rogabo; quia illi venturi sunt lucernæ clarissimæ hominibus, pia opera et Deo placita clarificaturi, et propter eos convertam Laginienses ad Christi fidem; sed non modo, quia prædestinavit mihi prius ire in Aquilonali Hibernia; et postea otiosius venire ad Laginienses, quia ipsi belligeri sunt. » Nomina vero aliorum sanctorum et quomodo ipsi prædicaverunt de S. Abbano propter brevitatem omittamus, nisi quomodo in hora nativitatis ejus prædicavit de eo S. Ibarus episcopus *h*.

C

b

c

d

e

f

g

D

h

hujus patria et parentes; S. Ibari de eodem prædicatio.

2 Sanctus ergo Abbanus de claro genere Laginiensium scilicet de Dalmachorb ortus est, cujus pater vocabatur Cormacus, qui erat rex Laginiensium; mater autem ejus vocabatur Mella, quæ fuit soror Ibari episcopi *i*: illa vero mater nimiis doloribus parturitionum tenebatur. Cum sibi parturiendi tempus advenisset, episcopus Ibarus vocatus est ad sororem suam pene mortuam. At illa videns venientem episcopum versum sequentem scotica lingua dixit:

i

Easbocc jobhair dom chobhair
Se ro fhidir mo runa
Cuingheadh diolghadh mo chionadh
Rom gabhsad jodhain gura.

Et episcopus alterum eadem lingua dixit.

E

Easbucc jobhair atfhasradh
Rod gabhsad jodhain gura
Béara mac uasal amhra
Rod cabhra ri nan dula *k*.

k

Ista possunt ita interpretari: « Regina in primo rogavit episcopum scientem secreta ejus, ut oraret pro ea, et pro remissione sibi peccatorum; » et episcopus in secundo ipsam a Domino adjuvandam de doloribus suis prædicat, et sibi filium nasciturum altissimum et mirabilem esse coram Deo et hominibus.

S. Abbanus *respuit et contemnit sæculi delicias et honores;*

3 Statim vero regina sine ulla tribulatione sanctum infantem parturivit; et baptizatus est, ac diligentissime enutritus. Cum autem potuisset ambulare, ad ecclesiam ibat, et ibi quasi senex religiosus assidue orabat, graviaque jejunia fortiter in infantia sustinebat; et ita permansit usque ad obitum suum studiosissimus in vigiliis et jejuniis, atque orationibus et eleemosynis ac in dilectione proximi, et in cæteris divinis mandatis; verbaque divina, ut loqui potuit, omnibus hominibus prædicabat, quasi fuisset peritus in Scripturis, et vere erat peritus in Scripturis; quia a nativitate sua Spiritus Sanctus eum docebat; suadebatque verbis et operibus homines, ut hoc caducum sæculum despicerent, et sequerentur Christum crucifixum pro eis, et sibi vitam æternam postularent ab eo.

F

incarceratur a patre, martyrium minanti, nisi consentiat manere in sæculo; vinculis divinitus solutis liber dimittitur

4 Parentes autem ejus et cæteri qui eum noverant, mirabantur de vita et moribus ejus honestis, dicentes ad invicem: « Nescimus qualis est iste puer, qui nec didicit apud ullum hominem, et opera religiosorum seniorum facit, et studia doctorum docet. »[De hoc contigit ut adulantes ei, alii volentes placere menti ejus, alii autem tentantes eum, si sibi placeret regnum terrenum habere, vocarent eum: « O rex; » et loquerentur ei de regalibus rebus, et promisissent eum regem futurum post patrem suum. Sanctus puer, audiens homines talia verba de se loquentes, increpavit eos dicens: « Miseri homines, cur me regem dicitis? quia non solum non ero rex, sed nullam aliam curam sæcularem habebo, quoniam volo servire Domino meo Jesu Christo, qui dat servientibus sibi regnum indeficiens. » Pater autem ejus et mater, scientes

A scientes quod ipse talia verba dixisset, vocato ad eos dixerunt ei: « Fili, cur non vis esse propagator regni post patrem tuum? Plus te oportet equitare, venatum ire, jam uti ludis militaribus, ut cum senuerit pater tuus, tu exires ante Laginienses contra alienos pro patria certare. »
« Quare, inquit, vultis prohibere me famulari Deo Patri omnipotenti creatori cæli et terræ, qui unigenitum suum propitiationem pro toto mundo misit, et Filio ejus, qui obediens fuit Patri usque ad mortem, et Spiritui Sancto, qui suis donis illustravit humanum genus, quia vaticinatus sum a famulis Domini Dei miles et non miles hujus sæculi: ergo scitote me famulum semper sanctæ Trinitatis, id est Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. » Cum autem audisset rex eum loquentem talem sententiam, iratus jussit eum constringi et catenari catenis, donec hæc verba mutaret; et juravit rex, nisi puer promisisset quod esset sæcularis, quod martyrium acciperet. Compulsus vero sanctus puer Dei a facie regis, cum esset paratus ad martyrium, hilaris magis ac magis voce magna clamabat: « Servus Dei ego sum, a cujus servitute potestas hu-
B jus mundi me separare non potest. » In sequenti autem nocte cum esset in custodia, omnia vincula ejus divina virtute confracta sunt, et a circumstantibus custodibus solutus inventus est. Hoc cum nunciatum esset regi, non jussit eum iterum ligari, sed motus pietate, et rogante eum regina flebili rogatu, liberum dimisit.

S. Abbani pietas et compassio in bestias fame laborantes: vitulum occisum et comestum vitæ restituit.

5 Cum ergo omnipotens Deus famulum suum Abbanum ad ecclesiam ad discendos ecclesiasticos mores cum licentia parentum suorum adducere voluisset, ut, sicut dignum est, esset prius sub magisterio, qui a Deo prædestinatus est pater et magister multorum futurus; hoc miraculum, quod audituri estis, patravit per eum, ne plus contra voluntatem sancti pueri parentes sui retinerent eum, quia noluit ire ab eis, nisi cum licentia et benedictione.] Quodam die cum aliis pueris coætaneis suis, exeuntibus in agro ad ludendum, S. Abbanus perrexit, et cum alii ludere cœpissent, ipse seorsim exivit, ut Deum adoraret. In loco quodam stetit, in quo circa eum vituli villæ fuerunt: tunc misera lupa cum catulis suis de propinqua sylva per-
C venerunt ad vitulos, et steterunt ante eum. Videns vero piissimus puer miseriam eorum, et eos macilentos fuisse, motus misericordia præcepit eis, ut comederent unum de vitulis: statim lupi irruentes occiderunt vitulum, et comederunt velociter. [Nonne mirandum, quod lupi esurientes per suam escam, et non tangentes, ad sanctum venirent, et vituli, videntes devoratores suos ad se venientes, non fugerent a servo Dei? Tamen non est mirandum, quod Deus subjecit jumenta famulo sibi servienti pro duabus causis; pro una quidem, ut ipse plus arderet amore Dei; pro alia, ut dimitteretur ipse liber ad serviendum Deo.] Ut autem satiati sunt lupi, ire cœperunt, circumeuntes eum, quasi benedicentes ei pro suo prandio. Tunc contigit, ut pueri, de ludo cessantes, venirent ad locum, in quo erat sanctus puer; videntesque lupos sanguinolentos vituli, accusare et increpare atrocissimis verbis sanctum puerum cœperunt; pastores vero ululare et se lacerare præ timore non cessabant, dicentes; quod non viveret vituli mater. Porro puer sanctus audiens quod non viveret vacca post mortem vituli sui, et pastores timoratos, motus misericordia oravit ad Dominum dicens: « Domine Deus meus, qui fecisti hanc creaturam de nihilo, revivifica istum vitulum, ut veniat vivus ad matrem suam. » Hæc et his similia sancto puero dicente, signavit reliquias signo sanctæ crucis; et illico coram omnibus caro et pellis ossa nuda induit, et erat ejusdem coloris magnitudinis, qualis prius fuerat; et surgens de terra cucurrit ludens, ad alios vitulos. Pueri et pastores, videntes hoc miraculum, nunciaverunt regi et alii quod factum erat. Audiens rex tale miraculum per filium, in corde suo gavisus est, et ante omnes regni principes cum regina, matre ejus, decrevit cum licentia omnium, sicut placuit animæ stabilis pueri, semper sic se Deo offerre.

EX MSS. ET IMPR.

ANNOTATA.

a *Colganus in Actis sanctorum Hiberniæ, ad diem* 16 *martii, edidit hanc Vitam, ex hi-* E
bernico latine versam, ex codice ms. membraneo Kill-Canigensi; eamque contulit cum tribus aliis Vitis ejusdem sancti, duabus hibernicis, atque una latina, codicis Salmanticensis. Qui codex Salmanticensis, olim Bollandianus, nunc in bibliotheca publica Bruxellensi conservatur, notatus numm. 7672 *et* 7673. *Editionem Colgani contulit P. Fitzsimon, in republica literaria Hibernica non incognitus* (1), *cum codice hibernico Dubliniensi, seu potius versionem Colgani correxit ex codice Dublinensi eamque cum hoc codice conformavit. In Colgani versione centones aliquot insunt, alii ad ethicam pertinentes, alii explanatorii; nulli historici: plerosque uncinis* [] *inclusimus. Maluimus autem versionem Colgani et Fitzimonii edere, quam codicis Salmanticensis textum latinum; quoniam hic nonnisi versio latina est, sæculo forte* XV *facta, proculdubio multo minori labore et diligentia quam Colganus et Fitzsimonius adhibuerunt. De origine hujus Vitæ diximus in Commentario prævio numm.* 5 *et* 17.

b *Ridendum me propinarem, si serium in* F
hunc locum commentarium scriberem. Sed idem locus occurrit in Vita S. Cadroe, abbatis Valciodorensis, edita a decessoribus nostris et a Colgano ad diem 6 *martii. Si quis tamen eum locum priscis Hibernorum testimoniis explanatum videre velit, adeat Colgani annotata ad S. Cadroe Vitam* (2) *et ad hanc ipsam* S. Abbani *Vitam* (3). *Connectuntur hæc cum adventu coloniæ Milesianorum in Hibernia: de quo adventu veteres narratus vide apud O'Brennan* (4) *et Eugenium O'Curry* (5).

c *De hoc nomine seu potius cognomine dictum in Commentario prævio, num.* 8.

d *S. Patricius secundum communiora placita Hibernorum rebus ecclesiasticis præfuit ab anno* 432 *ad* 492. *In Lagenia fidem prædicasse videtur annis* 442 *et sequenti.*

e Huancenselay, *communius* Ui-Ceinnsealaigh, *complectebatur comitatum Wexfordiæ*

(1) Oliver, Collections towards illustrating the biography of the Scotch, English and Irish membres S. J. pag. 228. — (2) Acta SS. Hiberniæ, pag. 502. — (3) Ibid. pag. 621. — (4) A school history of Ireland, pag. 1 et seqq. — (5) Lectures on the mss. materials of ancient Irish history, pag. 446 et seqq.

et

EX MSS. ET IMPR.

et vicinorum comitatuum partes. In ejus extensionem diligenter inquisivit Joannes O'Donovan (1). *Situm facile dabit mappa veteris Hiberniæ, quam Vitæ S. Columbæ præmisit V.V. Guilielmus Reeves.*

f *S. Coemgenus traditur natus esse anno* 498 *et mortuus anno* 618 (2). *Ejus Acta dederunt decessores nostri ad diem* 3 *junii.*

g *S. Molinghus episcopus Fernensis fuit ab anno* 691 *ad* 697; *cujus anni die* 17 *junii obiit: ad quam diem ejus Acta in opere nostro edita fuerunt.*

h *Vita functus est S. Ibarus de Beg-erin anno* 500, *die* 23 *aprilis*; *ad quam ejus Acta in opere nostro fuerunt data. Non convenit de tempore quo manuum impositionem acceperit.*

i *De genere* S. Abbani *dictum in Commentario prævio numm.* 6 *et seqq.*

k *Defectu literarum hibernicarum, latinis hos versus expressi, additis aspirationibus. Eosdem secundum idioma vulgare aliquantisper mutatos misit ad decessores nostros P. Fitz-Simon, scilicet*: Espoc Ybiur domcobur seraitir merura Cunget dilgud moynac ranthablat idungura. — Espuic Ybuir ranthablat ydungura bera abb nafab avtarat tablar ringula. *Inferius, num.*15, *alius versus occurrit ; quem ille idem sic descripsit :* Curach Abain a linn, muint erfion Aban Inn. *Horum loco hæc habet codex Salmanticensis :* Confide, soror mea, ne timeas; quoniam filium salva paries; qui virtutibus et vita mirabilis et perdilectus Deo et hominibus erit.

B

CAPUT SECUNDUM.

S. Abbani cum S. Ibaro commercium. Disciplina. Miraculosa navigatio.

S. Abbanus *traditur S. Ibaro erudiendus*

Postea S. Abbanus a parentibus suis ad S. Ibarum episcopum, germanum matris suæ, adductus est; et gloriosus pontifex suscepit illum gaudens. Non ideo sanctus episcopus tantum gavisus est in adventu ejus, eo quod filius regis et sororis suæ esset; sed quia eum plenum Spiritu Sancto esse scivit, et ipsum patrem fore multorum servorum Dei, et magnam hominum multitudinem conversurum de jugo diaboli ad Christum. [Videamus, charissimi, ne simus in concupiscentiis hujus sæculi ; sicut nec iste sanctus fuit; quia sanctus Abbanus filius regis erat, et a patre suo ligatus est constringi in hoc sæculo, et pene ad martyrium est adductus; atque cum esset electus rex post patrem suum a toto regno, puerulus et indoctus, res caducas de corde suo sprevit et Christo famulari, sicut promisit, complevit. Igitur oportet nos proponere eum nobis in exemplum, ut fugiamus hunc mundum, et cum eo mereamur habere Dominicam promissionem, qua dicitur :« Qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei, etc. » Divina nos misericordia adjuvante, sermonem modo vertamus narrare de vita sanctissimi pueri Abbani, et de miraculis, quæ Deus optimus et maximus patravit per eum.]

C

7 Duodecim annorum erat, quando venit ad S. Ibarum episcopum, et cum eo in sanctitate multis annis vixit. Cœpit autem statim in Scripturis proficere, non solum in divinis, sed etiam cæterarum artium, sicut est juvenum in juventute; ita ut mirarentur cæteri de profunditate scientiæ sapientiæ ejus et eloquentiæ. Sed tunc ipsi non deberent de sapientia ejus mirari, qui in domo patris sui puerulus et indoctus disputans cum omnibus, de divinis Scripturis testimonia proferebat, docente se Spiritu Sancto : et ab eodem Spiritu semper inspirabatur divinitus. Multi autem sancti monachi clerici et sanctimoniales in diversis locis per totam Hiberniam tempore illo sub magisterio S. Ibari erant. Sed beatus episcopus Ibarus in famosissimo et in opinato suo monasterio, quod vocatur Begereinn *a*, plus habitabat quam in aliis locis, quia multum locum illum diligebat. Illud vero monasterium in australi parte Hua Kenselaig *b* est positum, in insula, mari vallata, et insula et monasterium uno nomine dicuntur, id est Begerynn, quod latine interpretatur, Parva Hibernia. In illo autem monasterio reliquiæ beatissimi antistitis Ibari jacent, et honorifice coluntur, atque ipse locus honoratur ab Hiberniensibus pro nomine S. Ibari valde; quia ipse unus erat egregius dispensator divini dogmatis de prioribus prædicatoribus, quos elegit Deus ut Hibernienses ad fidem Christi converterent : ibique clara miracula per eum non cessant a Deo ostendi. Ipse vero de gente Ultorum ortus est, quæ est pars quinta Hiberniæ. At illum Lagiensibus Deus largitus est, ut in regionis eorum humo sanctissimum ejus corpus jaceret, et ut hic et in futuro, suffragio ejus defenderetur.

ætate duodecim annorum. Innumerabiles S. Ibari discipuli, monasterium, reliquiæ, cultus, miracula, prædicatio et genus.

a

b

E

8 Rogamus et adjuramus vos, fratres charissimi in Christo Jesu, ut omnia quæ audistis, et audituri estis, patrante Deo per famulum suum Abbanum, omni credulitate credatis, et nihil in eis dubitetis, scientes Scripturam dicentem : « Omnia possibilia sunt credenti ; » et sicut Jacobus apostolus : « Postulet in fide nihil hæsitans; »[in Apocalypsi dicitur: « Potestatem habent super aquas ; » et S. Petrus apostolus dicit: « Quis est, qui nocet vobis, si boni fueritis? Humiliamini sub potenti manu Dei, et vos exaltet. » Joannes apostolus dicit : « Omnis, qui habet spem in Domino Jesu Christo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est. »]Et Dominus dicit in Evangelio : « Amen, Amen, dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio ipse faciet, et majora horum faciet. [Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. »De hoc autem testimonio nemo potest dubitare. Hinc Joannes apostolus dicit : « Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est. »]Ideo, dilectissimi, credenda sunt vobis omnia, quæ Christus per in se credentem, et custodientem ejus mandata fecit. Ad hæc igitur narranda,—et erga ea vos præmonuimus, ne sit dubium vobis in eis, — Deo suffragante, nos stylum convertimus modo.

S. Abbanus, *Dei potentia confisus,*

F

9 Quodam tempore S. Ibarus episcopus cum esset in supradicto loco, volens se præsentare sedi apostolicæ, decrevit Romam adire, peregrinando pro Christi amore : et jussit sibi navem cum necessariis præparari. Audiens autem S. Abbanus, quod S. Ibarus se peregrinum esse

super mare ambulat; quem S. Ibarus, Romam peregrinaturus, renuit socium admittere

(1) The circuit of Ireland, by Muircheartach Mac Neill, in Tracts relating to Ireland, tom. I, pag. 36. — (2) Lanigan, Eccles. hist. of Ireland, tom. II, pag. 44.

volebat

A volebat, venit ad eum, inclinans se ad pedes ejus, rogans eum cum suspiriis, ut sibi licentiam eundi secum in peregrinatione donaret; nam ardens erat adolescens simili amore peregrinandi. Sed S. Ibarus, et qui cum erant, uno animo optaverunt B. Abbanum in loco Ibari episcopi esse, si ipse non rediret, videntes eum plenum Spiritu Sancto, et signa per eum facta; decreveruntque omnes cum episcopo, ut in illo monasterio maneret, donec episcopus reveniret de peregrinatione: rogaveruntque eum omnes cum episcopo, ut hoc votum et consilium admitteret, et quodcumque ei jusserat episcopus, id lubentius faceret. Sanctus vero Abbanus nullo modo precibus eorum adhæsit, sed indubitanter in peregrinatione se profecturum promisit. Tunc S. Ibarus cum indignatione jussit eum a se abire, et promisit coram populo, quod non admitteret eum secum in navi : sed tamen, cognoscens bonitatem et felicitatem ejus, non maledixit ei, nihilque asperum ei evenire voluit : quia scivit eum inspiratum esse a Spiritu Sancto.

semel atque iterum; sed currens super mare sequitur et apprehendit S. Abbanus *navim.*

10 Postea sanctus pontifex cum omni populo perrexit ad locum, in quo navis erat parata, et valedicens populo, cum præordinatis discipulis in navim intrare cœpit. Adhuc vero erat S. Abbanus in comitatu, et rogavit pontificem pro petitione eadem. Atque iterum sanctus etiam antistes respuit eum, cum juramento, secum venire. Hoc audiens servus Dei tristis redire et flere cœpit; et sanctus episcopus, ut vidit eum revertentem, flentem et lachrymantem, valde amans eum, revocavit eum ad se, et dixit ei : « Fili mi, sede et pone caput tuum in sinum meum. » At ille, ut sic posuit, statim dormivit. Ipso autem dormiente, episcopus caput ejus super terram posuit, jussitque populum revertere in domum suam, et ipse cum comitibus suis navim intravit, et Abbanus in illo loco dormiens, solus dimissus est. Interea, elevato velo, et inspirante vento ab aquilone, cœperunt navigare velociter; quidam autem fratres, volentes scire quid servus Dei faceret post dormitionem suam, longe ab eo steterunt respicientes eum; et cum surrexisset de somno, respiciens vidit navim volantem longissime a terrain mari, ita ut vix discerneret quod navis esset vel nubes. Tunc
C divina dispensatio cor ejus trino amore implevit, id est amore peregrinationis, amore pii magistri sui, atque amore S. Trinitatis. Et tunc intentissime ex profunditate cordis sui ad Deum oravit flectens genua et dicens : « Domine Deus omnipotens, qui in Trinitate permanes et unitate concordiæ, subveniat volenti tibi famulari misericordia tua, qui eduxisti populum tuum per mare rubrum et Jordanem siccis pedibus; cui serviunt omnes creaturæ; et fac quidquid vis facere, sed in nomine tuo atque dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi Sanctique Spiritus intrabo nunc super mare confidens in dono pietatis tuæ. » Hæc et his similia dicens, cucurrit in mare, et dixit : « In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum : » et exivit velocissimo cursu rectoque itinere post navim, non respiciens post tergum, ad dextram nec ad sinistram, sed ante se : et angeli Dei concurrere cum eo per mare videbantur. Prædicti illi fratres videntes hoc precabantur Deum assidue pro eo, glorificantes Dominum, et sic gratias agentes revertebantur nuntiantes coram populo quæ viderunt; et omnes, qui hoc audierunt, Domino gloriam dederunt. Navis itaque in medio maris stetit in loco, in quo fuit, quando sanctus Dei super mare intravit; et inde non exivit, donec ipse ad eam pervenit. Gubernatores siquidem et discipuli episcopi, videntes quod minime nataret navis, hoc indicaverunt episcopo. Tunc repletus episcopus divino spiritu ait eis: « Signate vos, fratres, signaculo crucis Christi; quia modo videbitis magnum miraculum factum a Domino : ecce enim famulus Christi, quem non dimisimus nobiscum intrare in navim, currit super undas, comitantesque eum angeli Dei. » Adhuc episcopo loquente, viderunt eum velocissime venire : alii dicebant quod curreret, alii quod volaret præ velocitate cursus; quia angelica conductione confortabatur. Cum autem pervenit ad navim, valde gaudentes, acceperunt eum ad se in navim : et illico soluta est navis; et postea cum omni serenitate navigaverunt usque ad Britanniam.

EX MSS. ET IMPR.

E

ANNOTATA.

a *Insula hæc, quæ jacet in parte septentrionali æstuarii seu portus Wexfordiæ* (Wexford haven), *idem servavit nomen et adhuc dicitur* Beg-Erin *seu* Begery. *In S. Ængusii litaniis memoria fit* ter quinquagenorum sanctissimorum monachorum, sub disciplina S. Ibari instructorum (1).

b Hua Kenselaig. *Vide annotatum* e *ad caput* I.

CAPUT TERTIUM.

Fabulosus narratus de miraculis Abingdoniæ patratis et regis ac populi conversione.

Prædicatio S. *Ibari coram rege infideli :* S. Abbanus *accendit candelam suo anhelitu;*

Post hæc die quodam perambulantes famuli Dei S. Ibarus et S. Abbanus cum comitibus suis in australi parte Britanniæ pervenerunt ad quandam civitatem gentilem, et deditam idolis. Intrantibus vero illis forum civitatis, mirabantur cives de habitu et loquela eorum. Alii putabant eos phantasmata esse, alii vero homines de terra longinqua. Statim de ipsis ante regem civitatis verbum fuit, et jussit eos ad se adduci. Et cum venissent, rex interrogavit eos unde essent; et quo irent et quæ fuit causa itineris eorum. Tunc promissione completa, qua dicitur : « Linguis loquentur novis; » dixit ei S. Ibarus : « Si genus nostrum quæris, Hibernienses sumus; si ad quem locum pergimus, Romam; si causam, ut ibi Deum omnipotentem oremus, per merita apostolorum, martyrum, confessorum et virginum, qui in illo loco post diabolum superatum ad regnum cæleste migraverunt. » Sed quando rex audivit episcopum dicentem Deum omnipotentem, ait : « Quis est Deus omnipotens? » Tunc episcopus, plenus Dei gratia, de Patre, et Filio, et Spiritu Sancto diligentissime

(1) Acta SS. tom. III Aprilis, pag. 174.

EX MSS. ET IMPR.

regi prædicavit. Rex iterum ait :« Quid dicitis de diis nostris?» Respondit episcopus dicens :« Non est nisi unus Deus, sed cogit vos diabolus adorare simulacra dæmoniaca, quæ manibus vestris construxistis. Deus autem noster, qui [fecit] cælum et terram, mare et omnia, quæ in eis sunt, super universas creaturas, quas fecit, tonat: et non solum qui hæc viderunt, sed qui in eum credunt, signa magna in nomine ejus faciunt.« Tunc rex ait :« Facite igitur signa in conspectu meo modo vos, quia creditis in eum; et nisi feceritis, ego vos decollari faciam, et canes et volucres comedent corpora vestra. « Ait episcopus : « Et si fecerimus signa in nomine Dei nostri, credes tu in eum?» Promittente rege se crediturum, jussit ei episcopus ut peteret signum. Et rex dixit : « Unus ex vobis, sine igne, suo anhelitu candelam accendat, ut ante me ardeat. « Illa autem hora S. Abbanus lassus a via dormiebat. Accipiente ergo sancto episcopo candelam et non valente eam accendere, appropinquanti sibi de suis dedit; et ipse non valens, simili modo alter ab altero usque ad extremum accipiebat, et candelam non accenderunt. Videntes autem lictores quod non potuissent lucernam accendere, B evaginare gladios cœperunt, jubente rege, volentes eos percutere. Tunc dixit episcopus : « Expectate paulisper, quia non nobis hoc donum Deus donavit, sed illi dormienti; quoniam nobis navigantibus ipse suis pedibus super mare ambulavit, et nostra navis eum in medio maris expectavit. « Steterunt autem illi audientes hoc verbum. Expergefactus ergo Abbanus de somno, signans se signaculo sanctæ crucis, ante omnes suo anhelitu candelam accendit. Flamma vero ejus lucidissima erat, et mirum, nullo modo passa candela est extingui, quousque consumpta erat tota. Pagani vero, videntes talia miracula, tremefacti sunt in semetipsis; et Christiani gratias Deo suo dederunt, qui facit mirabilia solus.

mortuam reginam vitæ restituit : et rex et regina cum tota civitate ad fidem convertuntur.

12 In diebus illis uxor regis ejusdem gravi morbo torquebatur; et in illo die, quo sancti Dei in civitate, quæ dicitur Abbain-dun *a*, venerunt, mortua est : et sedente rege pro tribunali et judicante, nesciens adhuc suam uxorem mortuam esse, venit tristis nuncius, et indicavit ei. Statim audiens rex perrexit ad corpus ejus velociter, et flevit amare; et postea, C divina inspirante gratia, reversus est ad sanctos Dei cum gemitibus et flebili voce, rogavitque eos, ut in nomine Dei sui uxorem suam a morte suscitarent, promittens se indubitanter credere in Deum illorum et cum illa baptizari. Tunc ait S. Ibarus ei :« Illum, qui candelam ante te hodie accendit suo anhelitu, duc tecum, ut oret pro ea : ei enim Deus dedit tantam gratiam, ut mereatur mortuos suscitare.« Et intrans sanctus Dei domum, in qua erat corpus exanime, salutavit ex evangelico imperio illam, et rogavit ex intimo rogatu ad Dominum, ut ostenderet potentiam suam ad reginam suscitandam, et ut tali testimonio gentiles ad fidem converterentur. Et ipso orante, anima ejus in suum corpus intravit, et statim in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, vir sanctus jussit ut surgeret : et sine mora ad vocem ejus, illa surrexit : atque sanctus eam vivam ante omnes viro suo regi assignavit. Illa vero testificata est, quæ a sanctis sunt prædicta vera esse, et clara testimonia de gloria Trinitatis perhibuit. In hora vero illa rex et regina baptizati sunt, et ipsis jubentibus omnes, qui ibi erant, similiter, totaque civitas de errore ad viam veritatis conversi D sunt. Ecclesia vero Dei ædificata est, ecclesiasticis viris, a sancto pontifice ordinatis, tradita. Famuli Dei, omnia idola et simulacra ipsius loci habentes in sua potestate, fregerunt et igni tradiderunt.

Belluam patriam vastantem interimit;

13 Eodem tempore ferus erat valde venenosus, et incognitus in illis regionibus, in territorio civitatis ipsius, et pene obsedit civitatem, et magnam partem regionis devastavit. Similis quidem forma et fortitudine erat leoni; sed rabies ejus intolerabilior apparuit, quia provincialis exercitus et rex cum militibus suis sæpe contra eum certaverunt, et nihil ei nocere potuerunt, sed ab ipso solo superati sunt; et in diversis tentationibus trecentos homines occidit. Homines vero non volentes sibi resistere, recedebant ab eo : et quocumque vellet ire secure ambulabat, et in propinquo ejusdem civitatis magis habitabat. De hoc illi, qui tunc effecti sunt Christiani, querimoniam fecerunt S. Abbano, ut talem diabolicam pestem in nomine Christi de terra expelleret. Famulus Domini audiens hanc miseriam, cum hominibus, scientibus ubi esset bestia, perrexit : et indi- E cantes ei locum, in quo erat, reversi sunt ab eo timentes, et velocius currentes. Continuo leonalis bestia furens, de sua spelunca exivit in agrum, odorans hominem ibi accedere, et miles Christi inermis contra eum audacter accessit. Erumpens vero bestia in viribus suis, et in omni impetu obviavit servo Dei : et ipse signo crucis e contra signavit dicens :« O diabolica radix, tibi dico in nomine Domini mei Jesu Christi, depone venenum tuum et morere. « Ad hanc vocem ferus in terram cecidit, et expiravit. Homines autem illi valde gavisi sunt, et inde gratias Deo egerunt, atque firmiores in fide erant, glorificantes Deum in sancto ejus.

bestias populo infestas ligat; et in Hiberniam redit.

14 Iterum ipsi homines, ad S. Abbanum accedentes, de bestiis habitantibus in stagno quodam ante civitatem eamdem, quæ erant valde venenosæ (quia in tempore eorum, qui tunc vixerunt, centum homines occiderunt; numerus vero pecorum non est præsto,) aliam querimoniam fecerunt dicentes : « Adhuc magnifica nomen Christi ante nos, cui per te credimus, liberando nos ab istis bestiis, quæ manent in stagno illo, et cum ad horam currunt in terram, et ho- F mines et pecora occidunt.« Et abiit sanctus cum illis ad stagnum, et solus ante omnes in aquam intravit, et statim asperæ bestiæ cum horridis vultibus festinantes venerunt ad eum, et videntes vultum ejus angelicum, omnes impetum deposuerunt, et mites steterunt ad pedes sancti viri; et jussit eas exire secum in profundo laci, et ibi constituit eis locum ligans eas sic, ut in eo habitarent usque ad finem mundi; et de piscibus laci annonam eis omni die constituit. Et ab illa hora usque in hodiernum diem inde non apparuerunt, et nemini nocuerunt. Sed ex illo loco, in quo sunt ligatæ bestiæ, motus totius stagni adhuc in septimo anno in signum virtutis hujus videtur. Redeunte vero sancto Dei de stagno, populus videns eum incolumem de immenso periculo venisse, Deo gratias egit, glorificans sanctum virum; et gaudens reversus est in civitatem cum ipso. Et post hæc S. Ibarus et S. Abbanus, dimittentes ibi fundatores ecclesiæ, et cultores veræ fidei, acceptaque a populo licentia et benedictione, Romam perrexerunt, et vota sua ibi solventes ad Hiberniam reversi sunt.

ANNOTATATUM

A

ANNOTATUM.

a *Addit Colganus :* vel Dun Abbain; *quod ita in aliquot codicibus repererat. In Salmanticensi codice, ubi passim loco* Abbain *substituitur* Albain, *hæc legimus :* Quæ Albatun nunc appellatur; quod interpretatur Villa Albani; *et quidem* dun *collis est, domus supra collem, castellum et oppidum* (1). *Jacet autem Abbendunum, vulgo* Abingdon, *in Barcheria seu* Berkshire, *fere inter Oxoniam et Dorcestriam. De universo hoc loco dictum est in Commentario prævio,* § III.

CAPUT QUARTUM.

Peregrinationes Romanæ. Diabolus victus.

B S Abbanus *tertium Romam peregrinatur; fit patronus navigantium: anni vitæ ejus. Prædicitur ordinandus in presbyterum et abbatem a S. Gregorio M.* a

Tribus vicibus S. Abbanus in peregrinatione pro Christi nomine Romam perrexit *a*. Quodam autem die contigit sibi esse in littore maris orans, et vidit ingentem undam de medio maris ad se viam dirigentem, et in altum in modum collis surgentem, et minantem propinquam terram transire. [Hoc sanctus videns periculum, recordatus est verbi Domini dicentis : « Cum audieritis prælia et seditiones, nolite terreri. « Timetur quidem plus quod videtur, quam quod auditur, et terribile periculum fragili naturæ humanæ fuit, videre abyssum tumentem, et non fugere eam : et forte fuit sibi stare contra undosum certamen.] Tunc vir beatus baculum suum sub plantis posuit, et nihil curans de suo periculo, rogavit Christum ne mare terram habitabilem usibus humanis dissiparet. Quid plura? unda præter littus non attigit terram, nec violavit : sed Dei famulum stantem super baculum secum traxit in pelago. Cum autem esset in medio maris, horrida turba dæmonum venit ad eum, clamavitque vocibus horridis, dicens : « Miser homo hora hac miris fluctibus mergeris, et corpus comedent belluæ, et injuriam, C quam fecisti nobis convertendo populum gentilem ad Christum, et frangendo simulacra in quibus habitamus, occidendo etiam et ligando bestias, quæ ex nostris insidiis occiderunt homines, modo vindicabimus in te. « Sanctus autem, intente psalmos et divinos hymnos canens, nihil adhuc eis respondit : et circumvallabant eum ex omni parte, minantes ei vitam auferre, et dicentes, quod ipsi adduxerunt eum ad hoc periculum. Tunc sanctus ait eis : « Magnus est Dominus Deus noster, et magna virtus ejus : vos autem nihil virtutis habetis, sed ex insidiis seducitis mundum. « Interea suavissimum carmen auditum est ab angelis, de cælo venientibus et dicentibus : « Mirabilis Deus in sanctis suis : vos autem infernales habitatores a famulo Dei recedite, et ne inquietetis eum, quia vobis nusquam placuit. « Expellentibus vero angelis Dei, recesserunt dæmones. Tunc angelus Domini accessit ad S. Abbanum dicens : « Multis usque in finem mundi navigium tuum hodie proderit, famule Christi; « et sanctus ait : « Quomodo? « Angelus respondit : « In veritate tibi dico, quicumque invocaverit nomen tuum in terris intrans navim et dicens tibi in nomine sanctissimæ Trinitatis :

EX MSS. ET IMPR.

Curach Abain ar an linn,
Is muinnt earfhionn Abain inn,

de illa navigatione non mergetur, sed incolumis ad terram perveniet. « Ita interpretatur latine, quod angelus scotice dixit sancto : « Navis Abbani super aquas : familia pulchra Abbani in ea *b*. « Tunc sanctus Deo gratias egit de ista promissione magis, quam ipsum a pelago liberari. Et dixit angelus ad eum : « Per trecentos et septemdecim annos a nativitate tua usque ad obitum tuum vives *c*, Deo militans, tanto tempore sine crimine : et multa monasteria in honore Domini ædificabis, et patronus multorum eris in die judicii. Hac vice venies Romam, et reverteris ad Hiberniam : et iterum tertia vice venies Romam, et tunc ordinabit te Gregorius, pater apostolicæ sedis, presbyterum et abbatem, et postea reverteris ad Hiberniam, et in multis locis sub tua cura famuli Christi erunt. « Angelo hæc prophetante, ejectus est sanctus de unda in E terram : et perveniens Romam, reversus est ad Hiberniam.

b

c

16 Quadam quoque die S. Ibarus episcopus, sanctus senior Patricius Abbas *d*, et S. Abbanus in una navi in stagno Garman *e* navigantes, apparuit monstrum bestiale et incognitum in mari, habens centum capita diversis formis, ducentos oculos et totidem aures; et extendit se usque ad nubes, et aquam de labio eminentioris capitis, quod superabat cætera, alte in nubibus ejiciebat; et fecit ingentes fluctus per totum stagnum, ut pene mergeretur navis. [Quamvis autem dicitur stagnum, dicitur fretum maris maximum, et mundatio marina eo longius manat quotidie in flumen Slane *f*; quia in stagno Garman fluit Slane, et in eodem loco in pelago vadunt.] Et navigatores videntes tale monstrum, timuerunt valde. Tunc S. Ibarus et S. Patricius surrexerunt, et oraverunt contra diabolicam bestiam. Sanctus autem Abbanus sedens tacuit propter humilitatem. Et tunc divina vox de cælo ait illis : « Non est vestrum orare modo, sed Abbani; in quo per orationem ejus forma diabolica auferetur a vobis, in qua diabolus se finxit, et F venit terrere mentes vestras et navim vestram mergere, et socios vestros secum ad infima deducere, ideoque oportet Abbanum modo pro vobis orare, quia virtus ejus semper super aquas proderit; et quod Deus promisit ei stanti super aquas maris, hoc complebitur in eum. Tunc velociter surgens oravit contra monstrum, signans signaculo crucis Christi : et illico illud, quasi mortuum apparens, cecidit pars in aqua, et pars in terra; et statim sedati sunt fluctus, et stagnum serenum totum apparuit; et navis sanctorum, ipsis Deo gratulantibus, ad optatum portum pervenit. Mirum dictu nihil inventum est de corpore monstri diabolici in aqua vel in terra, vel postquam a sanctis capita ejus numerata sunt : et intenderunt turpitudinem et terribilitatem ejus : et in hoc apparet quod diabolus fuit in tali effigie.

Diabolus specie belluæ marinæ terret virum Dei;

d

e

f

17 Quodam tempore S. Abbanus vidit tres naves paratas navigare trans mare, et, naulo dato, in unam earum intravit. Et tres naves

150 *clerici, peregrinantes Ro-*

(1) Diefenbach, Origines Europeæ, pag. 524 et seqq.

mam, accipiunt S. Abbanum in abbatem; g

simul navigabant, atque in his tribus navibus centum quinquaginta clerici erant *g*, volentes omnes peregrinari : sed unusquisque eorum per se erat, et non habuerunt magistrum. Et ecce venit magna tempestas ad eos, et mare movebatur a profundo ad summum, et oraverunt omnes ad Deum : et Deus, misertus eorum, tempestatem repulit ab eis: et, cum mare serenum esset, retentæ sunt naves in medio mari, et non natabant. Et omnes videntes naves immobiles, turbati mente fleverunt, non dubitantes mortem ibi pati, et nesciebant pro qua causa talia patiebantur. Tunc vox divina ait : « Illis ideo hæc angustia tenuit vos, quia non curastis unum ducem habere, vel esse sub magisterio unius, sed ego dabo vobis pium, et mansuetum ducem, ut Moysen; qui vos de hoc mundo ad regnum cæleste perducet : inter vos ipse est, et vocatur Abbanus. » Ad hanc vocem illi non cognoscentes eum; et ipse non indicans se illis, miserunt sortem in nomine Trinitatis, ut scirent in qua navi ipse fuit; et sors cecidit super navim, in qua erat S. Abbanus ; et viderunt angelum stantem
B super eum, et indicantem ipsum esse Abbanum : statimque centum quinquaginta clerici unanimiter acceperunt eum suum magistrum, et promiserunt Deo monachi esse semper sub eo. Tunc solutæ sunt naves, et prospere ad terram navigaverunt. Sanctus vero Abbanus cum discipulis suis Romam perrexit.

hospes singulariter honorat S. Abbanum,

18 Et intrantibus illis Romam, occurrit eis vir bonus, qui consueverat Christi peregrinos in domum suam recipere; et adduxit eos secum ad cellam hospitum; habebatque procuratorem peregrinorum, qui fuit pius et sanctus ; et ipse procurator recepit eos gaudens : sed per omnes ad S. Abbanum perrexit, et salutans et adorans eum humiliter, honorificavit eum, ut dignum erat. Et omnes mirantes interrogabant eum dicentes : « Cur honoras eum præ omnibus nobis? Non est vultus ejus multis nostrorum senior, nec vestes eminentiores habet. » Ille respondit : « Testis mihi Deus est, quod angelus Domini mihi eum ostendit, et jussit fieri, quod feci. » Et illi Deo gratias agentes, retulerunt ei quomodo coacti sunt, ut essent discipuli ejus. Interea S. Gregorius papa *h* S. Abbanum ordinavit presbyterum
h C et abbatem in conspectu sociorum monachorum : et, benedictione accepta, vir Dei cum suis discipulis recessit.

qui Romæ duces litigantes signo crucis reconciliat.

i

19 Sed quod factum est Romæ, sancto recedente, non est prætereundum. Tunc duo duces ad dextram monasterii S. Petri *i* constituerunt cum magno exercitu præliari. Videns vir sanctus aciem belli et lanceas directas ante se, et unum quemque illorum cominus accedere, de tali opere doluit, et oravit ad Deum pro eis, signans eos signaculo crucis Christi. Quid plura? Statim accepta dilectione pro odio, dimissis armis, omnes osculabantur se invicem, et duces et sui ditati sancta benedictione in vita sua amici fuerunt. Omnes audientes et videntes tale miraculum, Christum glorificaverunt in suis peregrinis.

ANNOTATA.

a *In Commentario prævio, num.* 9, *demonstratum est unam saltem* S. Abbani *peregrinationem Romanam niti historicis documentis.* D

b *Vel ex hoc loco patet S.* Abbanum *nautarum patronum habitum fuisse. Colgani tempore canebatur a mare ingredientibus hic versiculus latinus :*

Hæc vehat Abbani tuta carina clientes!

c *Trecentos et decem annos habet editio Colgani. Salmanticensis autem codex* trecentos et XVII. *De ætate S.* Abbani *dictum est in Commentario prævio, num.* 2.

d *S. Patricius Senior seu Sen-Patrick simul cum celeberrimo Hiberniæ apostolo vixisse traditur, mortuus inter annum* 450 *et* 460, *quadraginta prope annis ante alterum S. Patricium. Lanigan* (1) *contendit unum dumtaxat fuisse S. Patricium, adeoque S. Patricium Seniorem ab homonymo non distingui. Sed quam improbabilis hæc sit opinio ostenderunt Joannes O'Donovan* (2) *et Robertus King* (3).

e Stagnum Garman *seu* Gorman, *olim vulgo* Lochcarman, *est ipse portus seu æstuarium Wexfordiæ : quod oppidum fundarunt et nomine donarunt Dani;* Carman *tamen nondum* E *omnino obsoletum est* (4).

f *Rivus ille nunc* Slaney *dicitur, exigua mutatione. Commune cete proculdubio hoc loco indicatur, sed adjecta rerum mirabilium fictione.*

g *S. Ængussius in Litaniis, quas paulo supra jam indicavi, cap.* XV, *eosdem centum quinquaginta clericos commemorat his verbis* (5) : Centum quinquaginta Deo consecratos Hibernos, quorum quisque erat veteranus miles, qui in uno comitatu cum S. Abbano, filio Hua-Corbmaic simul peregrinati sunt, invoco in auxilium meum, per Dominum Jesum Christum.

h *S. Gregorius Magnus papa sedem S. Petri occupavit ab anno* 590 *ad* 604. *Nequaquam probabilis est illa ordinatio, parum insuper conveniens cum rationibus chronologicis.*

i *Monasterium S. Petri Romanum videtur intelligi, scilicet Vaticanum. Olim enim omnibus majoribus ecclesiis monasterii nomen commune fuit; dein in monte Vaticano circumcirca erant monasteria, quorum unum facile dictum fuerit S. Petri; demum in* F *charta ineuntis sæculi* XI *legitur* abbas monasterii majoris basilicæ B. Petri apostoli : *et quidem vix dubitandum quin olim monachi divinum servitium fecerint in basilica S. Petri Vaticana* (6). *Quæ utique sufficiunt ut hic locus comprobetur.*

CAPUT QUINTUM.

Monasteria condita in Connactia et Mumonia. Iter in Lageniam.

S. Abbanus diversa monasteria fundat : S. Becani eximia sanctitas.

a

Et post hæc vir Dei cum suis fratribus ad Hiberniam pervenit, et multa loca in honorem Domini construxit. In regione Connacthorum (in campo Ce, id est, in campo Trindi *a*), tria mona-

(1) Eccles. hist. of Ireland, tom. I, pag. 324 et seqq. — (2) Annals of Ireland by the four Masters, tom. I, pag. 143. — (3) Memoir to the hist. of the Primacy of Armagh, pag. 68. — (4) Cfr Colganus, Acta, pag. 622; Carlisle, Dictionary of Ireland, v° *Wexford.* — (5) Ap. Colganum, Acta, pag. 622. — (6) Martorelli, Storia del clero Vaticano, opp. tom. V, pag. 15 et seqq.

steria

A steria construxit; quibus constructis et dimissis in eis viris catholicis, ad regionem Mumoniensium perrexit, et in occidentali parte Mumoniæ, id est, in regione Corcaduibhne *b* construxit monasterium, quod dicitur Ceallachaidh Cherichinis *c*. Hoc ædificato, dimisit ibi fundatores ecclesiasticos, et prophetavit quod ipse locus a S. Finniano abbate *d*, qui tunc non fuit natus, nominaretur; et ita factum est. Et postea venit ad confinium Occeozay; et construxit ibi in terra Muscraighi monasterium, quod vocatur Burnech *e*, et ipse locus a viro Dei sanctissimæ virgini Gobnatæ divino instinctu cum suis omnibus donatus est. Deinde sanctus Dei venit ad terram Hua-Liathain, et ibi cellam, quæ dicitur Ceallcruimthir, prope civitatem Culcollingi *f* ædificavit : et alios ex discipulis suis ibi dimisit. Et transiens inde in confinio Nandesi, et Nerra muighe, juxta civitatem Briggobhainn *g*, cellam quæ dicitur scotice Cællna marbhan, id est cella mortuorum, ædificavit. Ibi fidelibus viris manentibus, sanctus vir ad aquilonalem plagam montis Crott, in regione Muscraighi, perrexit : et ibi ad radices ipsius montis magnum et re-
B gularissimum monasterium, Cluain-aird Mobhegoc *h* construxit, et in eadem regione magnum monasterium, quod vocatur Cluain-findglaise *i*, ædificavit. In prædicto vero loco, id est Cluainaird, vir beatissimus et religiosissimus Becanus in vita mirabili usque ad suum obitum permansit, totumque cursum vitæ in lachrymis et jejuniis triduanis, in oratione assidua, in flectionibus genuum, in lamentationibus manuum, et in vigiliis nocturnis duxit; qui fecit sibi crucem lapideam foris seorsum; et quotidie quamvis esset serenum vel turbidum, frigidum aut calidum, crucifigens se ad illam crucem, totum canebat psalterium : quæ modo crux in magno honore habetur. Omnem seriem vitæ ejus, aut miracula, quæ fecit in nomine Domini, hic non scribimus; quia in Vita ejus scribuntur, sed hoc audacter dicimus quod nullum religiosiorem vel sanctiorem eo audivimus, neque pulchriorem vel regulariorem locum suo monasterio vidimus. Et istud monasterium a multis vocatur Ceall nander, id est cella lachrymarum; eo quod hominibus ibi a Deo pœnitentiales lachrymæ postulantibus per merite beatissimi patris Be-
C cani donantur. Sanctus vero Abbanus, constructo monasterio Cluain-findglaise, pertransivit flumen Siur, et in occidentali parte campi Femyn monasterium, quod dicitur Cluain-conbruin, *k* ædificavit. Eoque ædificato, ad aquilonalem regionem Mumoniæ *l* perrexit.

Conversopopulo Heliæ, S. Abbanus *exstruit ecclesiam de Rath-Beccain.*

21 Quæ gens, adhuc incredula erat, et idola adorabat. Contigit vero ut totus populus illius regionis in uno cœtu cum suo duce esset, quando S. Abbanus illuc pervenisset. Tunc sanctus Dei prædicavit eis de regno cælorum, et suadebat illis credere in Deum, et baptizari in nomine ejus. Dux ait ad virum Dei : « Quis est iste Deus? et quid facit hodie? » Vir sanctus respondit : « Deus est conditor cæli et terræ, maris, et omnium quæ in eis sunt, et quod quotidie facit hodie facit, cælum et terram gubernat, et quæ in eis sunt, et omnia sua elementa sibi serviunt, homines et jumenta salvat, et humilia conspicit. » Hæc et his similia sancto dicente, dux tentavit eum, interrogans de longissimo lapide, qui stabat in terra ante se dicens : « Dic mihi veritatem hujus rei, ut sciam si tuus Deus est, sicut narras, vel si es verus ejus servus. » Sanctus ait : « Ut scias quia ita est, interroga quod vis. » Dux ait : « Ostende nobis quæ pars hujus lapidis major est, in terra, an super terram. Vir Dei dixit : « Æqualiter constat in terra, et super terram. » Dux vero non credens hoc, sed putans quod sanctus tale verbum dixit, quasi ipse non potuissent scire qualiter fuit, misit totum populum terram effodere, et inde lapidem educere. Et populus effodit, et cum magno labore et sudore lapidem eduxit; et inventum est, ut vir sanctus dixit. Et tunc mirantes, et uno animo credentes, baptizavit eos famulus Dei Abbanus. Ipsa vero villa, in qua fuerunt, Raith-Becain vocatur, id est, atrium Becani *m*; eamque et multa alia munera auri et argenti, et aliarum rerum, dux et populus S. Abbano in honorem Domini obtulerunt. Tunc angelus Domini venit ad virum Dei dicens : « Munera horum ne accipias, sed præcipe ut pauperibus ipsi dividant. [Villam vero tene ad usum servorum Dei. » Postea sanctus benedixit illam plebem promittentem sibi servire usque in finem sæculi : ipse est patronus ipsius gentis.

EX MSS. ET IMPR.

m

Cattum venenosum domat et ligat.

22 Eo tempore in illa regione inaudita bestia, et valde venenosa, et incognita forma erat, id est cattus magnus, ut vitulus anniculus, ignitum caput habens, anhelam igneam, caudam igneam, ingentes dentes, et ungulas longissimas : et de hoc ante omnes quidam subulcus, qui ibi erat, querelam fecit ad sanctum Dei dicens : « O famule Domini, qui plebem a Deo tibi creditam liberasti a cultura diaboli, defende eandem a catto diabolico, qui mortificat plures homines et pecora, et regionem istam devastavit, et milites non possunt ei resistere neque molossi, quia a toto corpore ejus arma vincuntur quasi a lapide : et est modo in via qua tu vis ire. » Vir sanctus respondit : « Scio quia ita est, sicut tu dicis; et scio quia est in via qua volo ire : sed in Christi nomine dico quod ab hac die usque ad finem sæculi nulli nocebit. » Et inde sanctus descendit, jubens catenas sibi adduci; et venit ad ripam fluminis Brosnaigi *n* : et statim occurrit ei bestia ignifera et formidabilis. Comites vero viri Dei valde erant timentes : solus ipse contra bestiam accessit : bestia autem, ut respexit vultum sancti, quasi domesticus gaudens in adventu domini sui, venit ad eum inclinans se ad pedes ejus. Hoc videntes comites sancti, expulso timore, venerunt ad eum. Sanctus vero appre-
F hendit monstrum, et traxit secum ad lacum propinquum, et ibi cum catenis ligavit; et in septimo anno aliquod signum de eo videtur in ostensione virtutis. Hoc facto, tota regio illa repleta est magna lætitia.]

n

Videtur sexus ad ejus intercessionem mutari; monetur proficisci in Lageniam;

23 Quidam homo senex decrepitus, et dives valde, de nobiliori genere regionis Hele *o*, non habens filium, nec fratrem, neque nepotem, duxit in senectute uxorem ad quærendum hæredem, et illa peperit ei filiam : quæ ducta est ad S. Abbanum, ut baptizaretur ab eo; et ille pater senex pater suus venit cum ea, et dixit ad B. Abbanum : « O homo Dei audi miseriam meam. » Et narravit sancto omnia, quæ supra diximus. Sanctus ait illi : « Filium habebis. » Ille autem risit dicens : « Mulier nihil pertinet ad me, nec ego ad eam; quia plenus senectute et doloribus sum : ideoque, famule Dei, scito quod femina in mea cura non erit plus. » Sanctus ait : « Mihi hoc placet; sed expecta paulisper, et potestatem Domini videbis. » Tunc vir Dei baptizavit filiam ipsius; sed cum educeretur de lavacro baptismatis, fuit filius *p*. Et ait sanctus patri ejus : « Ecce filius tuus.

o

p

EX MSS. ET IMPR.

tuus. " Et ille gaudens multum, et omnes qui erant cum eo, dixit ad sanctum virum : " Ipse et semen suum post se tibi serviet. " Vir sanctus respondit: " Quamdiu ipse et semen suum mihi serviet, regnabitur ab eo regnum istius regionis. " Et ita est. Ille homo cum filio suo reversus in domum suam de tali prophetia gaudebat in corde suo. Sanctus vero circuivit regionem illam prædicans, et construens ecclesias : in ipsa siquidem regione ipse volebat vitam suam finire. Sed angelus Domini venit ad eum, dicens:" Propera ad fines Laginiensium, quia prædestinatum est tibi a Domino, ut sis ibi resurrecturus, et ibi in honorem Domini loca ædificabis: [dimitte autem hæc inter istos ædificatores fidei. " Ita siquidem sancto ordinante et benedicente, populo flente et dante sibi licentiam non voluntariam, cœpit ire in viam suam.]

tyrannus, parans ei insidias baptizatur et fit monachus;

24 Tunc vir bonus, qui S. Abbanum diligebat, venit ad eum, dicens :" O dilecte Dei, quidam ex regali genere istius terræ adhuc est incredulus, et infidelis, qui est hæres et tyrannicus; qui semper occidit, et rapit, et vivit in latrociniis; qui etiam te quærit interficere, et ipse misit exploratores scire viam tuam, et te expectat in insidiis: ideo, Domine, remane hic per aliquot dies, ut possitis evadere per aliam viam. [Quamvis enim milites tecum irent, incolumis pervenisses in aliam provinciam, timeo si sit cædes virorum in conspectu tuo.]" Tunc sanctus ait ei : "Sis tu benedictus a Domino, quia sermo oris tui prudens est et dulcis; sed hoc dico tibi in Christi nomine, ego novi quæcumque deeo mihi narrasti, sed in eo complebitur prophetia quæ dicit : " Ex lupo efficietur ovis. Filius enim electionis est ipse, quia cor ejus compungetur a Domino, quando me videbit." Et benedicens viro illi, sanctus perrexit in viam suam. Supradictus vero tyrannus ex insidiis contra virum Dei surrexit, accinctus armis. Videntes autem comites S. Abbani virum armigerum, tyrannum horridissimum in incessu et habitu, cum simili turba militum, valde timuerunt; et unusquisque eorum hinc et inde cœpit se abscondere. Vir autem Dei, fide armatus, intrepidus viam ibat. Illico autem, sicut prophetavit de eo pridem sanctus, ut intendebat in illum sanctum Dei Abbanum, arma sua, quæ in manu gerebat, posuit super terram, et venit humiliter ad Christi famulum, inclinans se ante eum, et rogans cum lachrymis ut eum in fide et moribus instrueret et postea baptizaret. Tunc vir sanctus baptizavit eum cum suis. Et ille vir unicum habebat filium, et adduxit eum, et baptizatus est. Ille siquidem vir habitum sanctum accepit, et mansit cum S. Abbano usque ad obitum suum in conversatione felici, et gesta sanctitatis ejus narrantur. Vir autem sanctus dixit ad eum : " Filius tuus filios et filias generabit, et de semine ejus principes et potentes civitatis meæ erunt, in qua ego ipse de hoc sæculo ad regnum cæleste migrabo " et ita factum est. Ego autem qui Vitam S. Abbani collegi et scripsi sum nepos ipsius filii, quem S. Abbanus baptizavit et de quo prophetavit *q*.

q

construit S. Abbanus monasterium Kill-Abbain in Lagenia.

r

25 Post hæc S. Abbanus cum suis clericis fines Laginiensium intravit, et venit in plebem Huabarchy *r*, et ipsa plebs honorifice recepit eum, et valde gavisa est in ejus adventu. Et vir sanctus benedixit eam diligenter, et multis diversis languoribus ibi sanatis, et miraculis perpetratis, inde recessit in plebem Huam adhi *s*, ibique magnum monasterium construxit; et propter honorem ejus in eodem loco civitas ædificata est : et monasterium et civitas uno nomine scotice vocantur Ceallabbain, quod interpretatur latine Cella Abbani.

s

Monetur ab angelo proficisci in Hykenselach ubi diversa fundat monasteria.

26 Peracto jam multo tempore, venit angelus Domini ad S. Abbanum, dicens ei : "Vade ad regionem Huakenselach *t*, et manebis in loco ubi de cælo audies sonum cymbali post occasum solis in campo Mudhi *u*, quia ibi migrabis ad regnum cælorum. Sed ex eo loco in aliis locis in eadem regione monasteria et cellas ædificabis; quia multum tempus restat adhuc usque ad obitum tuum, et in eodem loco in honore tuo civitas erit, in qua migrabis ad Dominum." Et postea S. Abbanus, gratia Dei benedicens civitatem suam Ceallabain, et benedicens populo et clero ejusdem, et constituens viros sanctos ibi manere, et alios secum eligens, iter suum ad fines Huakenselagh direxit. Et angelus Domini ostendit ei locum, sicut prius sibi dicebat. In quo loco S. Abbanus vitam mirabilem duxit, et maxima mirabilia in nomine Domini fecit, et ex eo cellas et monasteria per circuitum ejusdem loci construxit. Magnum siquidem monasterium prope flumen Barwa, quod vocatur Roismictruin, in quo jacet beatus abbas Emenus *x*; Druimcain Ceallaigh et Camross. *y*; et alia loca in honore Domini in eadem regione, sicut prædixit sibi angelus Domini, ædificavit. Volumus jam, fratres, dignitati vestræ narrare pauca de miraculis, quæ in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti sanctus Abbanus fecit a tempore, quo civitatem Magharnoide *z* habitavit usque ad obitum suum.

t

u

x

y

z

ANNOTATA.

a *In codice Salmanticensi legitur:* In campo Ehe, id est in campo Trindi; *in Vita hibernica* S. Abbani, *quam habuit Colganus,* Mag-ele *dicitur, sive* Mag-elle. *In comitatu Galviensi* (Galway) *exstare hunc locum tradit Colganus; et Carlisle in Lexico topographico Hiberniæ, verbis* Maghce *et* Maghele, *consentit, secutus Archdallium*(1); *qui et ipse Colgani pressit vestigia. Sed Hely Dutton in Descriptione comitatus Galviensis* (2) *omisit, licet diligenter loca pia recensuerit. Examinent itaque archæologi Hiberni annon potius jaceret Maghce seu Magh-Ce, id est campus Ce, in vicinia* logh *seu lacus* Ce, *nunc dictus* Lough Key *et situs prope oppidum Boyle, ad septentrionem, in comitatu Roscommon. In Connactia* Maghce *seu* Trindi *esse positum tradit Lanigan* (3), *designatione biographi, sed minus definita quam ut examinari possit.*

b *Regio* Corcaduibne *dicta complectebatur fere comitatum Kerriensem* (Kerry). *Eo enim continebatur* Garinish, *ut hoc ipso tomo videbitur.*

c *Loco* Ceall-achaidh Cherich-inis *edidit Colganus* Ceall-achaidh-Conchinn; *ad quam lectionem, quæ videtur esse melior, accedit codex Salmanticensis. Archdall* (4) *et post eum Carlisle* (5) *assignant hunc locum comitatui Kerriensi, baroniæ de Corcaguinny; sed simul*

(1) Monast. Hibern. pag. 294. — (2) Survey of the county of Galway, pag. 478 et seqq. — (3) Eccl. hist. of Ireland, tom. III, pag. 18. — (4) Monast. Hibern. pag. 41. — (5) Topogr. Dict. of Ireland, v° *Killachad-Concheun.*

comitatui

A *comitatui Corcagiensi et baroniæ de Imokilly, quod ibi parœcia est nomine* Killeagh *seu* Killeigh (1) : *qua in re eos sequitur Lewisius* (2). *Sed comitatus Corcagiensis non in Mumonia occidentali jacet, sed in orientali; nec quidpiam commune habet cum* Corca duibne, *ubi hoc asceterium positum fuit. In baronia vero de Corcaguinny locum nullum reperio, cujus nomen accedat ad* Ceall-Achaid; *sed in baronia Magonihy, quæ etiam Kerriensis comitatus pars est, superest locus dictus* Killaha *seu* Killagh (3); *ubi, postquam Angli Hibernia potiti sunt, erectus est prioratus canonicorum regularium et conventus eremitarum S. Augustini; quibus S. Conchennæ monasterium facile obscuratum fuerit.* Conchind Cilli achaid *inscripta est Martyrologio Tamlactensi ad diem* 28 *aprilis et* Coinchenn de Cael-Achadh *in Martyrologio Dungallensi ad* 20 *augusti. Quæ S. Conchenna diversa est ab homonyma Kill-Slebhensi in Ultonia, die* 13 *martii celebrata* (4); *sed eadem visa Colgano* (5) *ac Conchenna seu Coincheann, filia Ceallach Cualann, quæ anno* 738 *secundum Quatuor Magi-*
B *stros diem obiit* (6). *Consentire non ausim, quoniam, quum Ceallach Cuallann filius Gerrtide, regis Lageniæ, fuerit* (7), *minus verisimile est hanc Conchennam in extrema Mumonia degisse. Restat ut, quod decessores in prætermissis ad diem* 28 *aprilis monuerunt, nos quoque confiteamur, scilicet de S. Conchenna Cill-achadensi nullam aliam superesse memoriam. Severior est Lanigan* (8), *quum concedere non vult vocabulo topographico* Cill-achaid Conchenn *et annuntiatione martyrologica* Conchind Cilli-achaid *significari eumdem locum* Cill-achaid *et eamdem personam* Conchennam.

d *Æstimat Colganus* (9) *memorari hoc loco S. Finanum, cognomento Cam, de Kemetigh seu Ceann-Eitigh ad montem Bladma, oriundum de Corca duibna et martyrologiis inscriptum ad diem* 7 *aprilis. Verum obstare videtur quod* Kinnitty *(hoc enim nunc vulgare nomen) situm est in comitatu Regis, in provincia Lageniæ, cujus pars non erat Corca duibna. Lanigano* (10) *tamen non disciplicuit Colgani conjectura. Sed nonne potius intelligi-*
C *tur S. Finnianus, abbas Cluanerardensis, quem* S. Abbanus *sub annum* 460 *baptizavit, ut paulo supra narravit biographus?*

e *Ediderat Colganus* Husneach, *monens in annotatis rectius eumdem locum in codice Salmanticensi et in utroque Hibernico vocari* Boirneac; *quod idem est ac* Burnech, *in Dublinensi codice repertum. S. Gobnata, monialis de vico* Boirne, Bairnigh, Boirena *seu* Burneach, *laudatur in martyrologiis hibernicis ad diem* 11 *februarii. Ex Sanctilogico genealogico* (11), *ut ex Vita* S. Abbani, *expressa a Colgano, novimus Burnech positum fuisse in confinibus regionum Muscragiæ Mutinensis et Eoganathiæ de Loch-lein, (nunc* Torc Lake *et* Lower Lake,) *adeoque non multum extra fines comi-* D *tatus Kerriensis, neque procul a Killaha; de quo in annotato* c. *Consentiendum itaque Archdallio* (12) *et Lanigano* (13) *statuentibus* Burnech *esse præsens* Ballyvourney *in comitatu Corcagiensi, in baronia Muskerriensi, prope fines comitatu Kerriensis.*

f Hua Liathain, Hy-Liathain, Hi-Liathain *seu* Oletan, *cujus pars erat Major insula prope Corcagium et Castle-Lyons seu Caislean-Liathain, jacet in comitatu Corcagiensi ad orientem brumalem* (14). Ceallcruimthir prope civitatem Culcollingi *visa est Colgano* (15) *cella S. Fraechi, qui* Cruimhter *seu* Presbyter *agnominari solet et in Dungallensi Martyrologio ad diem* 20 *decembris dicitur* de Cluain Collaing in Muinter Eoluis. *Sed* Cill Cruimther Fraoich *jacebat prope* Ath-in-Urcair (16), *nunc* Ardnurcher, *in Midia occidentali* (17), *procul a Corcagia. Alio itaque convertamur oportet; et quidem in comitatu Corcagiensi, baronia Fermoy, jacet adhuc ingens pagus, nomine* Kilcrumper, *detorta utique forma a* Kilcrumther. Culcollingi civitas *visa* E *est Lanigano* (18) *eadem ac vicus* Kilcully *in parochia* Desertmore; *sed longius distat a* Kilcrumper.

g *Monasterium* Kill namarbhan, *quod hic positum dicitur* juxta civitatem Brigh gobhann, *in aliis codicibus situm traditur* in confinio Desiorum et Feramurghe; *neque aliud significant distorta verba* Nandesi, *immo* na nDesi, *et* Nerramuirghe. *Desiorum autem finibus concludebatur fere pars occidentalis comitatuum Waterfordiensis et Tipperariensis* (19). Feramuighe *autem seu* Fera-muighe feine *est regio Corcagiensis comitatus et diœcesis, in qua ecclesia de Tulagh-mhin* (20), *nunc* Tullaghmaine *seu* Tullamaine, *in comitatu Tipperariensi, baronia Middlethird. Ita ut* Kill namarbhan *et civitas Brigh gobhann a finibus comitatuum Tipperariensis, Waterfordiensis et Corcagiensis non procul abfuerint. Sed in hac regione, scilicet in baronia Condons et Clongibbons, comitatu Corcagiensi, exstat etiamnum* Briggtown, *seu* Brigoon, *quæ nominis forma convenit cum* Brigh gobhann (21).

h *Universus hic locus facile explicatur ex his quæ Joannes O'Donovan ad annum* 687 F *commentatus est super Quatuor Magistros* (22). *Videlicet* Cluain-ard *erat hoc ipso loco, ubi nunc vetus templum* Kilpeacan *est et fons S. Becani, ad pedem montis Sliabh Crot, in baronia Clanwilliam, comitatu Tipperariensi in Mumonia, super viam ferream Waterfordiensem et Limericensem.* Mobhegoc *autem est S. Becanus cum præfixa particula* mo, *meus, et affixa* oc, *diminutivi signo; qui S. Becanus calendariis inscriptus legitur ad diem* 26 *maji et a Quatuor Magistris obiisse traditur anno* 687.

i *Monasterium de* Cluain-Finglaise *nomen suum reliquit præsenti parœciæ* Clonfinglass,

(1) Carlisle, v° *Killeagh*. — (2) Topograph. Diction. of Ireland, v° *Killeagh*. — (3) Carlisle et Lewis, v° *Killaha* et *Killagh*. — (4) Colgan, Acta SS. Hiberniæ, pag. 606. — (5) Ibid. pag. 607. — (6) The four Masters, Annals of the kingdom of Ireland, edit. II O'Donovan, tom. I, pag. 341. — (7) Ibid. ad an. 713, tom. I, pag. 313. — (8) Eccl. hist. of Ireland, tom. III, pag. 19. — (9) Acta SS. Hiberniæ, pag. 622, num. 18. Cfr ibid. pag. 46, et Todd et Reeves, Martyrologium Dungallense, pag. 97. — (10) Eccles. hist. of Ireland, tom. III, pag. 19. — (11) Ap. Colganum, Acta SS. Hib. pag. 315. — (12) Monasticum Hibernicum, pag. 57. — (13) Eccl. hist. of Ireland, tom. III, pag. 14. — (14) O'Donovan, the four Masters, ad. an. 1579, pag. 1722. — (15) Acta SS. Hib. pag. 622, num. 20. — (16) Todd et Reeves, Martyrologium Dungallense, pag. XLIII et seq. — (17) O'Donovan, the four Masters, tom. VIII, pag. 6. — (18) Eccles. hist. of Ireland, tom. III, pag. 20. — (19) Cfr Vita S. Declani passim, in Actis SS. tom. III, pag. 18. — (20) Colganus, Acta SS. Hiberniæ, pag. 148, num. 1. — (21) Lanigan, Eccles. hist. of Ireland, tom. III, pag. 18. — (22) The four Masters, ad an. 687, pag. 294 et 295.

in

A *in comitatu Tipperariensi, baronia Clanwilliam, non procul a S. Becani vico. Archdall et Lanigan perperam assignant hanc sedem baroniæ Muskerriensi in comitatu Corcagiensi.*

k *Fluvius Suir, qui hactenus nomen suum servavit, limes occidentalis erat campi Femyn* (1), *jacentis in plaga meridionali Casseliæ, comitatu Tipperariensi, ita ut* Hynneon *(nunc* Mullach-Indeona, *pars parœciæ* Newchapel *prope Clonmel* (2),*)* esset in medio campi Femhyn in aquilonari plaga Desiorum (3). *Illic itaque quærendum* Cluain-conbruina.

l *In editione Colgani dicuntur Helii seu Elii; et* partes de Hely *leguntur in codice Salmanticensi. Horum nomen adhuc superest in vocabulo Elyogarty; quæ baronia est comitatus Tipperariensis. Hanc incolebant et viciniam Ikerrin, necnon baronias Clonlisk et Ballybritt in comitatu regis* (4). *Fidem ibidem jam ante prædicaverant S. Patricius, S. Kieranus Sagirensis et S. Declanus; ita ut spicas post messores collegerit* S. Abbanus.

m *Sunt plures S. Becani. Supra annotato* h *pauca indicavimus de S. Becano Cluainar-*
B *densi, qui colitur die* 26 *maji. Recensentur insuper S. Becanus de Kinnsaile, qui die* 26 *seu* 27 *februarii kalendariis inscriptus est; S. Becanus eremita, qui in iisdem occurrit ad diem* 17 *martii; S. Becanus filius Culæ, de Imlech-fiaich, qui die* 5 *aprilis memoratur. Quis autem Rath-becain patronus fuerit, nemo facile definiet. Carlisle* (5) *arbitratus est* Rath-becain *nunc repræsentari vico* Rathbeg *in comitatu Regis, baronia Clonlisk, quæ partem regionis Eliorum continebat* (6). *Goug* (7) *etiam asserit in comitatu Regis vicum fuisse, nomine* Rathbeg, *monasterio olim insignem; sed accuratius determinare non possum, quem quippe locum in mappis topographicis non reperiam.* Rathbeggon *in Midia nimium dissitum est.*

n *Flumen* Brosnaigi *seu* Brosnach *hodie dicitur* Brusna *seu* Brosna. *Duo autem sunt rivi, major et minor, ambo in comitatu Regis, in Shannon fluvium currentes. Putem designari minorem, qui oritur prope Shinrone, baronia Clonlisk, comitatu Regis; quam baroniam, amplexam adhuc Castletown Ely et Kilmurry*
C *Ely, partem fuisse territorii Eliorum modo diximus. Cattus autem, de quo hoc loco sermo est, videtur felis silvestris fuisse, pro more biographi fabulosis adjunctis deformatus.*

o *De Heliorum seu Eliorum sede dictum in annotatis* l *et* m.

p *Vindicare conatur Colganus hoc prodigium in annotatis, tum Dei omnipotentia adhibita, tum allegatis aliquot hermaphroditorum exemplis, qui prius feminæ visæ sunt, dein viri. Sane exempla plura leguntur in medicorum et physiologorum libris, nec quidquam prodigii habent, quum in hoc consistant quod virilia, prius imo ventre abscondita, deinde emissa palam apparuerint. Verum, quum hæc rara sint, meliori forte auctoritate niti debent quam hujus biographi; nolim tamen inter fabulas amandare.*

q *Vide quæ diximus de hoc loco in Com-* D *mentario prævio num.* 5.

r Huabarchy *seu* Ui-Bairrche *(perperam edidit Colganus* Huathmarchy) *sunt posteri Daire Barrach, secundo geniti Cathaeiri Mor, regis universæ Hiberniæ sæculo secundo æræ christianæ. Sedes eorum in baronia de Slewmargy, comitatu Reginæ, et in baroniis Narragh occidentali et orientali atque Naas meridionali* (8).

s *Colganas edidit* Hua Midhe; *sed observavit ad hunc locum in codice Salmanticensi legi* Hua Mudhe; *in hibernico* Tuatha Muidhe; *in martyrologiis* Hi-Muiredhuigh *seu* Muiredhaigh: *quam genuinam esse nominis formam. Sed neutram bonam esse ostendit Joannes O'Donovan* (9), *atque legendum* Hua Muighe, Ui Muighe *seu* O'Muighe, *loco* Ua m-Buidhe; *etenim gentem Ui-Muighe divisam fuisse a Ui-Muiredhaigh flumine Barrowo, ita ut illa esset in ripa occidentali, hæc in orientali; superesse illic ecclesiam* Killabban, Killeban *seu* Killebane *in comitatu Reginæ, inter Athy et Carlow, baronia Slewmargue. Monasterium itaque Ceall-Abbain in Hua-Muighe,* E *atque hoc num.* 25 *designatum, plane diversum est ab homonymo, numm.* 29 *et* 45 *significato, et posito in Midia septentrionali seu in partibus septentrionalibus Lageniæ. Quod posterius in comitatu Louth situm erat, ut ad num.* 29 *explicabimus. Errant Colganus et Lanigan* (10), *quum statuunt monasterium Ceall-Abbain in Hua-Muighe, seu (ut perperam volunt) in Ui-Muiredhaigh, et monasterium Ceall-Abbain in septentrionalibus Lageniæ partibus unum idemque fuisse; contra monasterium Lageniæ septentrionalis et Midiæ septentrionalis duo monasteria fuisse diversa. Sed de his redibit sermo ad numm.* 29 *et* 45.

t *Vide annotatum* e *ad caput* I.

u Magh-Mudhi *seu* Midhi *situm fuerit oportet Magharnuidhiæ, siquidem beatus vir illic mortuus sit.*

x *Loco* Barwa *edidit Colganus* Barbha; *in Martyrologio Dungallensi* Berbha, *nunc* Barrow; *quod flumen pro ostiis habet Waterfordiensem portum, et Wexfordiensem comitatum separat a Kilkenniensi et Waterfordiensi. In ejus ripa sinistra, super viam quæ* F *inter Wexfordiam et Waterfordiam strata est, jacet florens oppidum* New-Ross, *a quo paululum distat* Old-Ross, *ad orientem, in baronia Bantry, comitatu Wexfordiensi. Quem locum* Old Ross *ajunt* (11) *olim dictum fuisse* Ros-mac triun *seu* trieoin *et Colgani ævo* Rosglas. *Sed hoc stare non potest.* Roismictruin, *(seu quæcumque alia nominis forma retineatur,)* in quo jacet beatus Emenus, *diversum erat a Ross-Glas; qui posterior locus non longe distabat a Kildaria, spectans ad occidentem: ut in Dungallensi Martyrologio ad diem* 22 *decembris legitur:* Eminus, episcopus de Ross-glas, in Lagenia, in occidentali plaga Kildariæ, in ripa Berbhæ; *ita ut Ross-glas manifeste idem sit locus, qui olim* Mainister Eimhin, *nunc* Monasterevan, *id est Monasterium*

(1) Cfr Vita S. Declani, in Actis SS. tom. V Julii, pag. 605. num. 64. — (2) O'Donovan, the four Masters, ad an. 852, pag. 487; Leabhar na g-Ceart, pag. 92. — (3) Vita S. Declani, num. 41, Acta SS. tom. V Julii, pag. 601. Cfr Lanigan, History of Ireland, tom. I, pag. 281 et 282. — (4) Cfr O'Donavan, the four Masters ad an. 874, pag. 520. — (5) Topog. diction. of Ireland, v° *Rathbeg*. — (6) O'Donovan, the four Masters ad an. 874, pag. 520. — (7) Camdeni Britannia, tom. III, pag. 558. — (8) O'Donovan, Leabhar-na-g-Ceart, pag. 212. — (9) Ibid. pag. 213 et seqq. — (10) Eccles. hist. of Ireland, tom. III, pag. 18. — (11) Cfr Lanigan, Eccles. hist. of Ireland, tom. I, pag. 466, et tom. III, pag. 20.

Emeni,

A *Emeni, dictus fuit, positus in comitatu Kildariensi, baronia Ophaly occidentali, sex milliariis anglicis a Kildaria. Contra* Roismictruin *idem est oppidum, quod hodie* New-Ross *appellatur, ut tum ex veterum monumentorum memoria, tum ex præsenti hibernico oppidi nomine manifestum est* (1). *S. Emenum circa annum* 504 *floruisse collegit Eugenius O'Curry* (2) *ex genealogicis tabulis; sed integro fere sæculo eum recentiorem facit Lanigan* (3), *meliorem auctoritatem secutus. Quod autem hoc asceterium a* S. Abbano *conditum fuisse tradit biographus, auctoritatem accipit hic locus a Vita S. Luani seu Moluani, qualiter edita fuit a Sirino, in Collectaneis sacris Patricii Flemingi, ubi num.* 41 *traditur* (4) *S. Luanus visitasse* S. Eminum abbatem, in regione Kennselach non longe a flumine Berbha in monasterio Rosmac treoin, quod sanctissimus Abbanus fundavit, habitantem.

y Druimcain-Ceallaigh, *seu (ut in Salmantici codice legitur)* Druimchin-Chellig *et* Camross *erant in eadem regione, in qua* Ros-mac
B triun. *Sed propius determinare non ausim. Archdallius* (5) *S. Mosacram abbatem fuisse in Camross tradit; sed (ut videtur) non recte* (6).

z *Loco* Magharnoide *edidit Colganus* Maghir nenina. *Codex Salmanticensis habet* Magharnaide; *alii* Magharnuide. *Si fides Carlislio* (7), *nunc dicitur* Maghere Nuidhe, *situm in baronia Shelburne, comitatu Wexfordiensi, prope flumen Barrow, in meridionali plaga Newross, in parochia* White Church. *Et quidem hinc procul distare non potest; sed in mappis topographicis Hiberniæ hunc vicum illic notatum non reperio.*

CAPUT SEXTUM.

Miracula S. Abbani, dum habitaret Magharnuidhiæ.

C S. Abbanus *habitans in Magharnuidhe, siccis pedibus aquas transit,*

Quodam die S. Abbanus cum turba multa discipulorum ad flumen Barwa venit, et, non inventis vehiculis, steterunt super ripam fluminis. Sanctus autem senior seorsum ad Deum orabat. Tunc, videntibus omnibus, flumen divisum in duas partes, et siccum vadum apparuit: pars superior altius et altius surgebat, et pars inferior quasi sine motu stetit. Hoc videns vir sanctus jussit omnes ire ante se, et, omnibus euntibus siccis pedibus, sanctus senior posterius transivit. Erat autem in comitatu eorum quidam infantulus, qui videns calculos pulcherrimos in profundo, post tergum sancti stetit colligens eos; et nemo vidit eum ibi manentem, quia sanctus jussit omnibus ne post se aspicerent, sed ire viam suam; et ipse tantum sursum ad Deum cæli aspiciebat; et ut pes ejus de vado descendit, illico flumen cucurrit iter suum : in loco vero in quo infans fuit, quando flumen descendit, ibi mansit sub aqua, et nec inde potuit ire. Sanctus vero senior cum discipulis suis viam suam ambulabant. Cum autem puer in nocte quæreretur ad comedendum, non est inventus : omnes enim usque ad ipsam horam putabant eum in comitatu eorum fuisse. Sed omnes dixerunt quod non vidissent eum, postquam in flumen secum descendit. Sanctus senior ait eis : « Ne inquietetis vos de ipso, quia a Deo custoditur; ego crastina die de flumine ante vos eum ducam incolumem. » Vir sanctus reversus mane ad flumen solus in aquam accessit, et inde puerum extraxit incolumem. Puer autem non solum vivus erat, sed etiam vestimenta sua sicca fuerunt : aqua enim non tetigit eum. Ipse vero puer omnibus narrabat quomodo custodiebat et consolabatur eum angelus Domini; et quomodo ab eo prædictum est sibi quod per gratiam S. Abbani defensus est, et quod ipse educeret eum de aqua, et quomodo aqua ad se in illo loco non intravit; et ipse hinc vel inde transire non potuit, donec ipse apprehendit eum. Omnes hoc audientes, Deo gratias egerunt, et suum sanctum Abbanum honoraverunt. EX MSS. ET IMPR.

imperat lupis;

28 Alio quoque die pastores, custodientes armentum S. Abbani in villa, quam habebat in regione Romani *a*, volentes ludere, dixerunt ad invicem : « Ludamus nos et pecora sua et suorum monachorum! S. Abbanus custodiat! » Postea pastores jucunde ludebant, nihil curantes de pecoribus. Ludentibus vero pastoribus, lupi irruerunt in armenta : irruentibus autem in eo, sanctus senior sedens in cella inter fratres, alta voce dixit : « Dimittite et custodite. » Fratres audientes hanc vocem, nescientes pro qua causa dixit, interrogabant eum dicentes : « Pater, quid dixisti? » Sanctus ait eis : « Ne asperi modestos occiderent, hoc dixi : sed ab aliis scietis ad quos dixi. » Nemo tamen eorum adhuc quid dixerit ausus est interrogare eum. Divina vero potentia lupi, vocem sancti sedentis in cella sua longe per aëra audientes, non solum pecora dimiserunt; sed eadem usque ad obitum custodiebant. Postea divulgatum est per totam illam regionem quod lupi armentum S. Abbani custodiebant. De hoc in eadem regione in proverbium habetur adhuc, id est, per nomen istius sancti, jurantes dicunt : « Per Abbanum, qui fecit lupos custodire vaccas. » Tunc fratres scientes quod F
dixit sanctus inter eos, scilicet : « Dimittite et custodite; » Deo gratias egerunt; et videntes prophetiam per suum seniorem esse completam, quæ dixit : « Lupus cum agno habitabit, » quia illi non solum ad boves mites facti sunt, sed ad cætera animalia; et neque unquam necesse fuit ut esset alius pastor cum illis pecoribus, nisi tantum lupi, quamdiu vixerunt. Non mihi minus mirandum esse videtur, quod nullus homo nec ullus canis inventus est, qui noceret illis in vita sua, per gratiam ejusdem viri Dei, quia ipsi suam escam non tetigerunt.

a

duo monasteria fundat in Midia;

29 Alio tempore S. Abbanus suos sanctos sodales habitantes in regione Midhi visitavit; et ipsi audientes in suam patriam eum venisse, valde gavisi sunt, et multi eorum de locis in occursum ejus venerunt. Et S. Abbanus rogatus ab eis ut inter eos ad tempus maneret. Duo enim

(1) O'Donovan, the four Masters, ad an. 1394, pag. 731 et seqq. — (2) Lectures on the mss. materials of ancient Irish history, pag. 331. — (3) Eccl. hist. of Ireland, tom. II, pag. 311 et seqq. Cfr Colganus, Trias thaumat. pag. 106 et 217. — (4) Acta SS. tom. I Augusti, pag. 330, ann. *c*. — (5) Monasticum hibernicum, pag. 733. — (6) Cfr Colganus, Acta SS. Hib. pag. 454. — (7) Topogr. Diction. of Ireland, v° *Maghere Nuidhe*.

EX MSS. ET IMPR.

monasteria in eadem regione fundavit, unum in orientali parte Midhe, quod Ceall-ailbhe vocatur *b*: quo sancta virgo Segnick sub cura sancti patris Abbani sanctas virgines Deo nutrivit; et alterum in aquilonali parte ejusdem regionis, quod dicitur Ceall-abbain *c*, in quo maxima a Deo mirabilia patravit. Deinde beatissimum abbatem Finianum visitavit *d*, a quo honorifice sanctus senior susceptus est; quem quidem Finianum S. Abbanus baptizavit, cum esset infantulus. Ipsi propinantes sibi invicem pocula salutaria divini dogmatis, S. Finianus in suo monasterio mansit; sanctus autem Abbanus ad sua reversus est cum suis.

b

c

d

prædator punitus; S. Abbanus accipit Finmagh;

e

30 Quodam tempore Cormacus, filius Diarmada, rex Hua-Kenselach *e*, Camross cellam S. Abbani prædavit, volens familiam ejus de ea expellere, et villam ipsam in sua potestate habere. Satellites vero ejus prædantes villam, ipse stetit in platea. Duo siquidem satellites de sancti cunula *f* magnum vas plenum lacte optimo tulerunt, et posuerunt vectem per aures ejusdem vasis seu ansas, et inter se ad plateam portaverunt; sed cum voluissent illud deponere,

f

B nullo modo potuerunt, quia vectis collis eorum adhæsit. Et cum rex et alii hoc vidissent, timuerunt valde, putantes sibi omnibus malum contingere, quia noverunt se sancto Dei injuriam fecisse. Et, inito consilio, rex et omnes sui nuncios miserunt ad S. Abbanum ut veniret ad eos. Et sanctus ex suasione fratrum cum multis perrexit ad regem. Tunc rex inclinavit se ante sanctum, et rogavit eum cum omnibus, ut solveret miseros a ligno, quod cuti eorum pro sua culpa adhæsit, et promiserunt se facturos quodcumque sanctus postea vellet. Et videns quod corda eorum compuncta essent, signavit lignum signo sanctæ crucis, et jussit portantes illud deponere: et statim ad verbum ejus solutus est vectis, et onus deposuerunt. Tunc rex et omnes qui ibi erant, videntes tale miraculum et volentes satisfacere Deo et sancto seniori, non solum suam cellam, sed totum suum oppidum sibi et Deo unanimiter obtulerunt. Illud enim oppidum scotice Fionnmagh vocatur *g*, quod dicitur latine Lucidus campus; et sanctus senior, videns eos devotissimos esse Deo, ipsam gentem, et semen ejus, et regem, et omnes reges futuros de

g

C semine ejus, præter dissipatores ecclesiæ Dei, in æternum diligenter benedixit. Et rex et populus, accepta licentia et benedictione a sancto Dei, eum patronum suum accipientes, cum gaudio reversi sunt ab eo.

candela divinitus ipsi ministrata ut iter peragat in nocte tenebrosa;

h

31 Alio quodam die sanctus senior Abbanus ad monasterium suum cum centum quinquaginta *h* viris reversus est: sed in die ad monasterium pervenire non potuerunt; quia spatio longo ab eo nox cecidit; et erat illa nox tenebrosa, frigida ac densa nebulis. Illi vero non potentes præ tenebrositate ambulare viam, sedere cœperunt. Juniores siquidem senes suos frigore opprimi timebant, quia nox pluere minabatur. Tunc apparuit angelus Domini de cælo, habens candelam ardentem et lucidam candore auri, et obtulit eam in manu S. Abbani. Sanctus vero tenuit eam in manu, et cum eo omnes viam suam ambulaverunt: et candela ardens in manu viri sancti, non solum illis viam illuminabat, sed magnum spatium in circuitu eorum satis lucidum fuit: et ita cum claro lumine ad civitatem pervenerunt. Cum autem pervenisset ad propinquum civitatis, vir sanctus nuntium misit ut templum sibi aperiretur, volens illam candelam super Dei altare ponere. Stans vero sanctus in choro ante altare et orans, iterum angelus candelam de manu ejus accepit. Tunc sanctus senior, et omnes qui ibi erant, gratias pro suo dono Deo egerunt. D

feræ vicinæ ipsi familiares; angelus cum eo loquitur.

32 Sanctus iste senior in sylva desertum locum habebat designatum a fratribus; et in diebus constitutis, ibi habitabat, serviens Deo. Inter ipsum locum et suum monasterium Magharnoidhe *i*, fere plus quam unum milliare constat. Ipse locus vocatur Disert Cheducain *k*, Cheducae desertum, quia ipse solus de fratribus cum sancto ibi ingredi solebat; ideoque ille locus ex nomine ejus nominatur; quia ibi vitam suam post obitum viri Dei duxit, et in vita curam ipsius loci habuit; et in eodem loco feræ diversæ sylvarum ad virum S. Abbanum veniebant, et nullæ earum venientes vel redeuntes alteri nocebant. Et angeli Dei cum eo ibi loquebantur quippe cum sanctus Dei esset in secreto, angeli Dei veniebant ad eum; quia a die, quo angeli per mare in juventute sua eum duxerunt, angelus Domini in quocumque loco fuisset, quotidie loquebatur cum eo.

i

k

Libellus sub dio relictus a nivibus intactus.

33 Et quodam die in eodem loco Evangelium foris legebat, et erat liber apertus super lapidem: et rediens die illa ad monasterium, oblitus est librum apertum super lapidem: et illa nocte nix maxima super totam regionem Hiberniæ fluxit: sed tamen gratia Dei donavit sancto, quod nulla gutta nivis super librum, nec super lapidem, nec in atrio in quo ipsi erant cecidit. Mane autem facto, sanctus recordatus est libri: valde doluit de eo et misit nuncios ut portarent eum. Nuncii vero invenientes siccum librum et lapidem, utrumque nive intactos, cum magna velocitate ad virum Dei redierunt, ostendentes librum et narrantes quæ viderant. Tunc S. Abbanus gavisus est, et omnes qui erant cum eo gratias Deo retulerunt.

S. Braccanum, pene occisum, et latronis manum arefactam curat; fœdus init cum quinque sanctis;

l

m

34 Alio tempore quidam homo nobilis, sed latro de finibus Ossraighi *l*, venit cum suis satellitibus, et rapuit magnum gregem porcorum, quem S. Abbani monachi habebant. Et ille latro filius sororis S. Braccani abbatis erat, qui regebat monasterium Cluinmanir chuir *m*. Et sanctus senior Abbanus, rogatus a monachis suis venire post porcos ad fines Ossraighe, visitans B. Braccanum, ab eo honorifice susceptus est. Et S. Braccanus cum S. Abbano perrexit ut rogaret filium sororis ne retineret porcos sanctorum, timens ne forte S. Abbanus eum merito malediceret. Ille vero maleficus homo, ut vidit sanctos ad se venientes, decrevit in corde suo, ut manus sua S. Abbanum occideret: et cum essent ambo sancti sibi comminus, elevavit manum ut sanctum jugularet Abbanum; sed divina potentia manus ejus aversa est; et avunculum suum juxta stantem, sanctum scilicet Braccanum jugulavit; videnque quod ipsum jugulasset, iterum elevavit manum, ut S. Abbanum percuteret; sed illico manus ejus arefacta est. Sanctus autem Abbanus, videns famulum Christi sanguinem fundentem et pene morientem, valde in corde suo doluit, quod causa sui sanctus Dei occideretur; et accessit ad eum in Deo confidens, et tenuit vulnus manibus suis, et statim sanguis stetit, et, signans vulnus, illico apparuit cicatrix inter manus ejus. In illa hora sanctus effectus est validus et conformatus, quasi nunquam esset vulneratus; ille vero miser homo videns manum

F

arefactam

A arefactam sibi, et avunculum suum sanatum, inclinavit se ante pedes sanctorum, et egit pœnitentiam secundum jussionem sanctorum, statimque manus ejus servata est, et ipse quod rapuit integre restituit. Tunc S. Braccanus et S. Abbanus firmissimam fraternitatem inter se et inter suos monachos venturos usque ad finem mundi fecerunt. Eamdem etiam fraternitatem alia vice cum S. Brandano Moling, et S. Flannano, et S. Munna *n* et cum aliis multis firmaverunt, et osculantes se invicem ad sua loca reversi sunt.

n

muto loquelam restituit;

35 Alio tempore quidam bonus sacerdos aliquo casu amisit loquelam, effectus est mutus : hunc amici adduxerunt ad S. Abbanum ut eum curaret; et sanctus pomum benedixit, et jussit ut comederet; illico ut comedit loquutus est, et gratias agens Deo psalmos cœpit cantare, et reversus est cum gaudio ad domum suam, offerens seipsum et suum locum, atque omnia, quæ habuit, Deo et S. Abbano concessit.

mundata lepra;

36 Quodam tempore leprosus quidam audiens quanta miracula S. Abbanus in nomine Domini faciebat, venit ad eum dicens : « Famule Christi,
B cui tantam gratiam Deus donavit, ut omnia miracula possibilia tibi sint, rogo ut meam miseriam respicias, et me pietate divina ab ea eripias. » Et ille orans pro eo, signavit eum signo sanctæ crucis: et illico a lepra hospes apparuit. Tunc omnes videntes tale miraculum, gratias Deo egerunt.

Sanat paralyticum, cæcum, claudum, mutum et surdum;

37 Quodam tempore cum esset S. Abbanus in campo, qui scotice dicitur Maghna taibhse, latine vero Phantasmatis campus, adductus est ad eum homo paralyticus, qui erat cæcus, et claudus, et mancus, et surdus, et mutus : et rogaverunt amici illius sanctum ut curaret illum, et ille homo nobilis erat. Videns vir sanctus tantam miseriam in uno homine, misericordia motus, et a populo rogatus ut oraret pro eo, respexit ad eum dicens » : Domine mi Jesu Christe, istum paralyticum tua potestate salva, ut omnes, qui eum noverunt, te Deum Patrem omnipotentem cum Filio et Spiritu sancto credant. » Hæc et his similia sancto orante, homo ille ante omnes se circumstantes, ab omnibus suis doloribus sanatus est : et Deum magnificans loquutus est, ambulavit, audivit, vidit, et binas manus
C habuit, atque totum corpus ejus in pulchritudine versum est. Ipse et omnes, qui ibi erant, Deum laudabant et sanctum ejus Abbanum, per quem Deus in uno homine talia miracula fecit, quia sex miracula in eo, Deo permittente, sanctus patravit, dans lumen cæco, gressum claudo, auditum surdo, loquelam muto, ambas manus manco; et qui venit deformis, formosus recessit.

duces inter se pugnaturos reconciliat;

38 Alio die contigit ut duo duces convenirent cum suis exercitibus in uno loco præliari; ipsi enim erant inimici. Ille vero locus, in quo convenerunt, scotice Achdh-uabhair vocatur, quod interpretatur latine Ager superbiæ. Vix vero illis procedentibus et omni ornatu bellico appropinquabant ad alterutrum, ut lanceæ eorum mixtæ essent. Et tunc Abbanus per eundem locum iter agens vidit eos, et dixit » : Domine mi Jesu, tua maxima potentia prohibe illos, ne tanta multitudo in jucunditate diaboli permaneat; ut pacifice recedant tua bonitate, qui, pleni ira, suasione diabolica huc convenerunt.» Ad hanc vocem illi retrotrusi sunt ab invicem, quousque spatium fuit inter eos. Et deinde se non potuerunt movere, donec sanctus Dei pacem fecit inter eos. Et ipsi mirantes quid sibi acciderat, et videntes sanctum ad se venientem, tunc cognoverunt quod ipse miraculum fecit in eis, et cum pacificati essent et soluti sunt, gratulantes Deo et sancto suo ad sua reversi sunt lætantes.

EX MSS. ET IMPR.

cæco fabro obtinet lumen quamdiu in ecclesia viri Dei laborat;

39 Quidam famosus artifex et peritissimus in omni arte lignorum et lapidum erat in Hibernia, nomine Gobbanus. Ipse autem postquam aliis sanctis in superflua artis suæ mercede lumen oculorum amisit, et erat cæcus. Hic vocatus est ad S. Abbanum et dixit ei : « Volo ædificium in honore Dei ædificare, et tu age illud. » Et ille ait : « Quomodo possum agere, cum sim cæcus? » Dixit ei sanctus » : Quamdiu illud operaberis, lumen oculorum habebis, sed tibi postea non promitto. » Et ita factum est, nam ille artifex apud sanctum Dei in lumine suo operatus est, et cum esset illud perfectum, lumen oculorum amisit.

muto restituit loquelam;

40 Alio die cum S. Abbanus esset juxta stagnum, quod scotice dicitur Lochna-georr, id est, Stagnum gruum, quidam homo mutus a longe ductus est ad eum ut curaretur ab eo. Vir autem sanctus videns illum ait : « Domine omnipotens, E qui bruto asino humanum eloquium tua pietate dedisti, cum necesse fuerat, da homini huic, quem plasmasti, suam loquelam ut magnificetur nomen sanctum in eo. » Et conversus ad hominem, dixit ei : « Dico tibi, o homo, in nomine Domini mei Jesu Christi aperi os tuum et loquere. » Statimque homo ille, aperiens os suum, loquutus est, gratias agens Deo optimo et maximo et magnificans famulum ejus S. Abbanum.

vaccam reddit fœcundam;

41 Quodam die pastor armenti S. Abbani loquens cum eo dixit : « Domine, vacca pulchra nimis in armento tuo est, et ipsa per multos annos a nativitate sua usque hodie sterilis est. » Vir autem sanctus benedixit illam, sedens in cella sua, et dixit pastori : « Hoc anno duos vitulos pariet, qui mites et domiti hic manebunt usque ad mortem meam; sed post obitum meum non longe apud vos manebunt. » Et ita factum est secundum vaticinium viri Dei. Sed quid ipsis bobus accidit post mortem viri Dei, postea dicetur.

impetrat gratiam monachis S. Columbæ et militibus ejus causa occisis.

o

42 Alio tempore S. Columba*o* ad Abbanum venit et ab ipso honorifice susceptus est; et cum colloquerentur, S. Columba dixit ad S. Abbanum : « Ideo ad te venimus, ut Deum ores pro animabus eorum, qui occisi sunt, in bello quod commissum est, nobis suadentibus, pro ecclesiastica causa : et scimus quia Deus eos per tuam orationem adjuvabit: quia novimus quod angelus Domini loquitur tibi quotidie. » S. Abbanus multum rogatus ab eo, ait ei: « Ego cum omni diligentia orabo pro eis ut dignetur Deus facere eis misericordiam. » Postea S. Abbanus ibat ad secretum locum, in quo consueverat Deum orare, et angelus Domini ad se venire; et ibi cum intentione cordis pro eis ad Deum oravit. Sanctus autem Columba, sciens quod S. Abbanus ad orandum perrexit, ipse post eum exivit, volens videre eum orantem; stetit prospiciens eum occulte. Orante vero S. Abbano, apparuit ei angelus Domini dicens : « Sufficit quod nunc fecisti, Abbane, quia Dominus Deus tuus donavit tibi quod petisti ab eo. » Sanctus ait ei : « Nihil aliud peto modo a Domino Deo meo nisi requiem animabus eorum quorum curam gerit S. Columba. « Angelus dixit : « Requiem habebunt, et ideo missus sum tam cito ad te, quia supra vires corporis tui pro his labo-

EX MSS. ET IMPR.

rasti. « Et hoc dicens discessit ab eo. Tunc sanctus Deo gratias agens inde ad fratres descendit. Sed S. Columba ad fratres ante eum exivitet narravit eis, quia angelus locutus est ad S. Abbanum, ipso tamen adhuc ad eos non veniente. Et cum venisset, et inter fratres sedisset, dixit eis sanctus Columba : « Dic nobis quid tibi indicatum est a Deo de nostris militibus. » Sanctus autem Abbanus nolens indicare quod angelus sibi locutus fuisset, ait : « Deus miserebitur illis. » S. Columba dixit : « Cur nobis celas, quod angelus Domini locutus est tibi? nam sic et sic loquutus est tecum. Ne mihi, quæso, pater, irascaris, quia ego audivi et vidi hoc. » Tunc omnium fratrum clamor factus est magnus et Deum laudantium et gratias sibi agentium. Tunc S. Abbanus et S. Columba se reficientes salutaribus verbis et se invicem salutantes, S. Columba in osculo pacis viam suam rexit.

Hic invisit S. Brandanum eumque interrogat de mirabilibus visis in Oceano.

43 Alio tempore S. Abbanus, postquam reversus est S. Brandanus de navigio suo quærendo terram repromissionis *p*, volens eum interrogare de mirandis rebus quæ vidit in Oceano, adivit eum. Sanctus autem Brandanus, jubente sibi angelo Dei, in occursum B. Abbani cum magno gaudio venit. Sanctusque Abbanus interrogavit eum omnia, quæ voluit. Et S. Brandanus cuncta mirabilia, quæ inventa sunt in Oceano, ei diligenter narravit : et per aliquot dies una in divinis colloquiis et in angelicis visitationibus permanserunt, et fraternitatem, quam superius diximus, inter se firmaverunt, et post hæc osculantes se invicem, unusquisque ad sua remeavit in pace.

p

Occisum vitæ restituit.

44 Quidam homo nomine Conallus in regione Huakenselach in propinquo monasterii S. Abbani habitabat. Hic vero bonus, et studiosus bonis operibus et eleemosynis erat, et amicus S. Abbani ; [nomen quidem ejus loci Seanvhoithard *q* vocatur, quod latine interpretatur Vetusta casa alta.] Iste homo quadam die incidit in suos inimicos, et ligantes jugulaverunt et occiderunt. Filii vero ejus et pueri corpus mactatum et laniatum in domum suam tulerunt. Uxor vero ejus et filii nuncios miserunt ad sanctum senem Abbanum ut discipuli sui corpus ejus ad se perducerent ad sepeliendum in suo monasterio, quia sic voluit Conallus vivens. Vir autem sanctus audiens quod Conallus occisus esset, nimis doluit in corde suo : et ipse senex et decrepitus cum magna turba ad afferendum corpus perrexit ; et cum ad villam pervenissent, uxor illius et filia, et omnis familia magnum ululatum ante virum Dei fecerunt. Et ipse sanctus, videns miseriam illorum, motus misericordia, cum eis flevit dicens : « Cur factum est mihi, Domine, ut vir bonus, et clemens, et factor bonorum operum et eleemosynarum, subitaneam mortem effuso sanguine pateretur? » Tunc jussit omnes tacere, et adivit locum ubi corpus fuit, atque oravit ad Deum ex toto corde suo. Et post orationem conversus ad corpus, ait : « Dico, dico, Conalle, in nomine Domini Jesu Christi surge, et loquere nobiscum ; quia Deus animam tuam mihi donavit. » Ad hanc vocem corpus illius motum est, et postea surrexit benedicens omnibus ; et ibi sanctus assignavit eum vivum et sanatum coram omnibus a vulneribus suis. Tunc Conallus omnibus narravit, quomodo dæmones contendentes atrociter animam suam, et angeli Dei defendentes eam fortiter, summus angelus desuper venit ad eos dicens : « Istam animam jubet Deus iterum in suo corpore afferri, quia suus famulus sanctus senex Abbanus eam sibi donari a Deo petiit, et omnis familia cæli ad ejus orationem intendit. » Et postea animam (inquit) angeli Dei adduxerunt ad corpus meum, et ecce vivens sum per orationem sancti patris Abbani. » Et tunc Conallus omnia, quæ habuit, id est filias et filios, servos atque ancillas cum sua regione Deo et sancto Abbano obtulit : cujus semen et regio usque in hodiernum diem in servitio monasterii sancti Abbani constant.

q

C D

ANNOTATA.

a Regio Ronani *seu* Magh Ronan *sita fuerit oportet prope Newross. Nomen forte suum debuit Ronano, filio Bledini, ducis Eliæ, vel homonymo, filio Colmani, regis Lageniæ.*

b *Midia videtur complexa esse utrumque comitatum Meath* (Meath *et* West-Meath), *comitatum Louth et partem aliquam comitatuum adjacentium Monaghan, Armacani et Dunensis. Midia itaque orientalis fere continetur comitatu Meath in Lagenia et confinis est comitatui Dublinensi. Perperam tradit Colganus in ea sitam fuisse ædem nomine* Tegh-Sinche, *quam incoluerit S. Sineach, de Stirpe Manii, filii Neill, culta die* 4 *decembris ; quam ædem prius dictam fuisse* Cill-ailbe, *sed postea prævaluisse S. Sinchæ vocabulum. Meliora tradidit O'Donavan* (1) *scilicet S. Sincham (in nominativo* Sineach) *adhucdum in honore esse in Cill-Sinche, nunc* Kilshine, *prope Navan, in Midia orientali, et in Teach-Sinche, nunc* Taughshinny, *prope Ballymahon in comitatu Longfordiensi. Quatuor Magistri die* 9 *novembris anni* 596 *mortem obiisse tradunt S. Sincham virginem de Cluain-Leththeangadh ; quem locum arbitratur Joannes O'Donovan eumdem ac Teagh-Sinche.*

E

c *Præsens monasterium de Kill-Abbain, quod in Midia septentrionali positum erat, plane diversum est ab altero ejusdem nominis, quod situm erat in comitatu Reginæ, inter Athy et Carlow, et quod a biographus num.* 25 *commemoratum est. Sed præsens hoc monasterium idem erat ac monasterium Kill-Abbain in partibus aquilonaribus Lageniæ ; de quo sermo fit num.* 45. *Errat enim Colganus, quum affirmat partem aquilonarem Lageniæ et partem aquilonarem Midiæ esse regiones longe diversas et a se invicem distantes : contra sunt omnino eædem. Et quidem, licet errorem hunc non vitaverit Lanigan* (2), *observat tamen in comitatibus Louth et Monaghan, qui in septentrionali Lageniæ plaga jacent, regiunculam fuisse, nomine* Hy-Meith *seu* Ui Meith Mara, *a vicinitate maris, nunc* O' Meith, *decem complexam pagos inter Carlingford et Newry* (3), *et alteram fere adjacentem, continentem parœcias Tullycorbet, Kilmore et Tehallan, comitatu et baronia Monaghan, dictamque* Ui Meith Macha *seu* Ui Meith Tire *dictam, quod*

F

(1) The four Masters, ad an. 596, pag. 222. — (2) Eccles. hist. of Ireland, tom. III, pag. 18. — (3) Cfr O'Donovan, Leabhar na-g-Ceart, pag. 148 ; Colganus, Trias thaumaturga, pag. 184, num. 16.

Armaco

A *Armaco vicinior est aut magis mediterranea* (1); *sed ne illic sitam fuisse dicamus alteram* S. Albani *cellam, obstat quod utraque illa* Hy-Meith, *non Lageniæ, sed Ultoniæ pars fuit. Restat itaque ut Ceall-Abbain quæratur in baroniis Lower Kells, Lower Slane et Morgallion, comitatu Midensi; quæ regio in partibus septentrionalibus Lageniæ simul et Midiæ posita est.*

d *Vide de hoc loco Commentarium prævium, num.* 10.

e *De* Hua-Kenselach *regione dictum in annotatis, lit.* e, *ad cap.* 1. *Cormacus et Diarmada nomina erant a dynastis hujus pagi usurpata. Sed de hoc Cormaco nihil propius determinari potest. De* Camross *vide annotatum* y *ad caput* v.

f Cunulam *vocat, ait Colganus, vas in quo lac servari et premi solet; quod hibernice* cainneoc *appellatur. Codex Salmanticensis habet* vas magnum lactis.

g *Intelligitur* Fionnmagh *in Fotharta, ubi S. Mosacri cultus florebat. Fothartorum autem gens maxime in comitatibus Carlowiensi*
B *et Wexfordiensi consistebat.*

h Discipuli *vocantur in codice Salmanticensi. Qui centum quinquaginta discipuli visi sunt Colgano Romani et Itali, qui cum* B. Abbano *in Hiberniam venerunt et de quibus S. Ængussius in libello litaniarum, cap.* XVI : Centum quinquaginta alios peregrinos ex Romanis et Italis, qui cum S. Abbano in Hiberniam venerunt, in auxilium meum invoco, per Dominum Jesum Christum. *Has advenarum seu peregrinorum litanias, de quibus videndæ sunt Eugenii O'Curry* (2) *observationes, dabit Colganus* (3).

i *Vide annotatum* z *ad caput* v.

k *Edidit Colganus* Chenndubhain, *in annotatis subjiciens rectius forte fore* Cheanandan, *ut sit* Cheannanus, *de quo Martyrologium Tamlactense, Marianus et alii ad* 26 *martii.*

l Ossraighi *Ossoriensis diœcesis finibus continebatur, constans fere ex comitatu Kilkenniensi, baronia Superioris Ossoriæ et parte comitatus Regis* (4); *sed principes suam ditionem extensam volebant usque ad flumina*
C *Siuir et Bearbha, montes Sliabh Bladhma et confluentem Trium aquarum in Waterford* (5).

m *In codice Salmanticensi vocatur monasterium* Cluain munuir chuir. *In Martyrologio Dungallensi venit ad diem* 17 *septembris* S. Bracan, de Ros-tuirc, in Magh-Raighne, in Ossoria; seu de Cluain-iomorchuir; *qui S. Bracan diversus est a S. Berchano Cluain-Sostensi, celebri inter Hibernos propheta. In comitatu Regis* Cluain-iomorchuir *positam fuisse tradit Thomas a Burgo, episcopus Ossoriensis* (6) : *sed plus (ni fallor) conjectura, quam certa definitione.*

n *In his Actis edita fuit S. Brendani Vita ad* 16 *maji, S. Molingi ad diem* 17 *junii et S. Munnæ ad* 21 *octobris. S. Flannani autem Acta venient ad* 18 *decembris. Ex his S. Brendanus, celeberrimus Clonfertensis abbas in comitatu Galviensi, diem obiit anno* 576 *aut sequenti* (7); *S. Molingus Luachra, episcopus et auctor templi Ros-broc, nunc* Tigh-Moling *seu anglice* S. Mullin's, *in comitatu Carloviensi, anno* 696 (8); *S. Munna, qui et Fintanus, abbas Teachmunnensis in comitatu Wexfordiensi, anno* 635 (9); *demum S. Flannanus, primus Killaloensis episcopus in comitatu Clarensi in Mumonia, natus est inter annum* 640 *et* 650, *neque multo ante annum* 700 *floruit* (10). *Non potuisse* S. Abbanum *conversari cum viris, qui annis* 696 *et* 700 *mortui sint aut floruerint, manifestum est.*

o *Placet eumdem locum ex codice Salmanticensi exscribere :* Alio etiam tempore centum quinquaginta clerici venerunt ad eum ut pro eis oraret et prædiceret eis de profectu eorum et finis consummatione. Qui devote eos suscipiens pro eis oravit, et prædixit de meritis futuris et locis quibus Deo militarent et resurgerent. At ipsi committentes se sibi tamquam patrono speciali ad propria cum gaudio sunt reversi. Alio quoque tempore S. Columba cum pluribus discipulis venit ad sanctum patrem. Qui cum devotione magna ab eo susciperetur, dixit ei S. Columba : « Ideo ad te nunc veni-
E mus ut ores pro animabus illorum qui occisi fuerunt in bello commisso nuper, nobis suadentibus, causa ecclesiæ. Scimus enim quod per tuam orationem Domini misericordiam consequentur. Rogamus etiam quod ab angelo, qui tecum cotidie loquitur, quæras super hoc Dei voluntatem.. » Cumque sanctus senior ab eis instantius pulsaretur, respondit : « Propitius sit eis Deus; et ego libenter pro eis orabo. » Accessit ergo vir sanctus ad secretum locum in quo consueverat Dominum orare, et angelum Dei videre et audire. Ubi quum se toto conamine in oratione dedisset, S. Columba, volens sanctum patrem orantem videre et audire quid ei angelus loqueretur, post eum abiit callide observando. Cum ergo S. Albanus sic orasset, ecce angelus Domini dicit ei : « Sufficit, Albane, quod fecisti; quia Deus te petitionem tuam donavit. » Qui respondit : « Tantum nunc petivi a Domino requiem illis animabus quarum curam habet S. Columba. » Et angelus : « Requiem habebunt. Et ideo tam cito missus sum ad te, quia super vires corporis tui pro hiis laborasti. » Tunc sanctus, hoc audito, descendit ad fratres. Sed Columba præveniens
F omnia fratribus enarravit. Tunc S. Columba quam maxime consolatus rediit gratias agens clementiæ creatoris. *In editione Colgani rogatur* S. Abbanus *dumtaxat ut pro S. Columbæ monachis oret, non autem pro militibus occisis; de quibus tamen respondet* S. Abbanus : *ut ex responso pateat interrogationem, quæ non videretur S. Columbæ satis honorifica, fuisse mutilatam. Porro integer commentarius scribendus esset, si de hac S. Columbæ caritate militum agere placeret. Pauca admodum annotabimus. Qui proxime post S. Columbæ mortem scripserunt, consentiunt omnes beatum virum anno* 557 *sponte sua, non coactum, Hibernia excessisse ut Pictos ad fidem converteret; sed brevi sparsus est rumor hanc ei pœnam fuisse impositam quod auctor fuerat belli Cubdrebinæ et duorum aliorum. Atque hujus rei hic etiam memoria*

(1) Cfr O'Donovan, loc. cit. — (2) Lectures on the ms. materials of ancient irish history, pag. 381. — (3) Acta SS. Hiberniæ, pag. 539. — (4) Erck, Account of the eccl. establ. in Ireland, pag. 108. — (5) O'Donovan, Leabhar na-g-Ceart, pag. 18. — (6) Hibernia Dominicana, pag. 729, num. 66. — (7) O'Donovan, the four Masters, ad an. 576, pag. 209. — (8) Ibid. ad an. 696, pag. 299. — (9) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 332. — (10) Lanigan, Eccl. hist. of Ireland, tom. III, pag. 148.

renovatur

EX MSS. ET IMPR.

renovatur : de qua vide V. V. Guilielmus Reeves, in præclaro suo de S. Columba opere (1).

p *Ipsa navigatio S. Brendani admitti potest, sed adjuncta inter fabulas referenda* (2). *Facta est illa navigatio aliquanto ante medium sæculum* VI.

q *In Vita S. Maidoci* (3), *cap.* XXVI, *legimus:* Monasterium quod dicitur Seanbotha juxta radices montis, qui dicitur scotice Suighe Lagen, id est Sessio Laginensium, *situm erat in* Templeshanbo *seu* Teampull-Seanbotha *in baronia Scarawalsh, comitatu Wexfordiæ. An idem hic locus qui* Seanvhoith-ard? *Neque negare, neque affirmare ausim. Certe erat in Hy-Kinselach; sed distabat plus viginti milliariis anglicis a* S. Abbani *monasterio, et* Senboithe-Sine *a quatuor Magistris dicitur* (4) *et a S. Ængussio* (5) Senbotha Fola.

CAPUT SEPTIMUM.

Obitus et sepultura S. Abbani.

B

S. Abbanus, *prædicto die mortis, moritur; cum concentu angelorum sepelitur.*

In hoc, Fratres carissimi, terminum ponimus miraculis, quæ sanctus pater Abbanus in sua vita fecit. Quamvis enim, quamdiu vixerimus, scriberemus et scrutaremur ejus miracula, non tamen sciremus omnia perficere : quia ipse in longissima sua ætate in nullo die fuit, quo non fecit aliquod dignum ad scribendum. Nunc autem volumus breviter scribere de ejus obitu, et quomodo corpus ejus beatissimum terræ est collocatum. Quodam die, cum appropinquaret sibi tempus migrandi ad Dominum, convocatis ad se aliquibus fratribus diem obitus sui indicavit eis. Præpositus vero sui monasterii, et procurator omnium rerum ejus intus et foris, de civitate Ceall-Abbain ortus fuit, quæ est in regione Aquilonalium Laginiensium, quem primum locum in terra Laginiensium S. Abbanus fundavit : cui soli præposito ipsam horam suæ solutionis patefecit. Tunc ipse præpositus corpus sanctissimum beati furari et perducere ad suam civitatem, si potuisset, decrevit; et nuntios misit ad suam civitatem, ut populus ejus colligeret se-
C cum Aquilonales Laginienses; et venirent in occursum ejus in die, et per viam quam nuntius eis indicavit. Et ipsi gaudentes ita fecerunt, sed ipse præpositus boves, quorum superius mentionem fecimus, sub cura sua habuit : sicut prophetavit vir sanctus de eis, antequam nati essent, quasi monachi fuerunt; et nec erat necesse, ut illi ad opus cogerentur, sed ipsi libenter et mitissime venerunt : et sanctus pater et fratres eos diligebant. Et in nocte, qua sanctus pater se migraturum ad cælum prædicavit, præpositus illos duos boves juxta plaustrum in signato loco collocavit, et angeli Dei illa nocte visibiliter virum Dei visitabant. Sciens vero præpositus ex ore viri sancti ipsam horam suæ migrationis, jussit omnes fratres ad sua lectula ire, et requiescere interim, præter amicos suos, quibus propositum suum patefecit. Et egredientibus fratribus paululum requiescere, illico anima pii patris inter choros angelorum ad regna cæle-
D stia migravit. Et statim præpositus cum suis amicis corpus ejus sanctum de monasterio abstulerunt, et posuerunt illud in plaustro, illis bobus in eo subjugatis; et ipsi boves, scientes suum onus, congruo cursu viam carpere cum suis comitibus cœperunt. Tunc angelorum exercitus de cælo descendit, canentes dulciter circa corpus, et radii lucis ab eis lucentes viam omnem illuminabant, quasi radii solis orientis vel occidentis cum serenitate : et ita fecerunt toto tempore quousque corpus venerabiliter est humo collocatum. Ductores autem corporis cum illa luce angelica velociter ambulaverunt.

Corpus ejus a bobus ad diversa simul loca vehitur;

46 Cum autem fratres post intervallum temporis surrexissent, perrexerunt in locum, in quo patronum suum dimiserunt, et non videntes eum ibi, omnia claustra monasterii scrutati sunt, et non invenerunt. Tunc cognoverunt quod præpositus eum ad suam civitatem perducens evasit. Et, ipsis flentibus et lachrymantibus, et campanis pulsatis, omnis populus civitatis ad se collectus est : et cum esset narratum, conversa est tota civitas in mœrorem. Itaque plus populus et clerus contristati sunt, quod corpus ejus a
E se ablatum est, quam quod ipse de hac vita migravit, quia se liberandos ab omni malo, et se augendos in omni bono non dubitabant, Deique petitam gratiam juxta reliquias sancti viri obtineri, sicut liberati sunt ab ipso inter eos vivente. Et, inito consilio, plures nuntios in circuitu miserunt, ut venirent sequi patronum suum, et pro ejus recuperatione contenderent. Statimque populus armatus cum fratribus contendere sanctum suum perrexerunt, et postea ad civitatem ubi corpus erat cum impetu magno pervenerunt. Et populus civitatis cum exercitu Aquilonalium Laginiensium ibi convenit, et ipsi multo plures erant, et paratiores Australibus. Sancti vero monachi, clerici, et boni homines et sapientes, qui erant ex utraque parte, videntes maximum esse periculum, jusserunt ambos populos in suo statu expectare, et corpus in medio itineris inter eos collocari, ut considerarent si eos pacificare potuissent. Et ipsi altercantes nullo modo potuerunt perficere pacem; quia exercitus Aquilonalis dicebat : « Iste sanctus civitatem nostram de agro signavit, et nos primum populum in his regionibus accepit, et nos eum nostrum sanc-
F tum et patronum in æternum accepimus : prius nos omnes moriemur antequam dimittamus eum a nobis. » Populus autem civitatis Magharnoidhe cum Australibus Laginiensibus ita dicebat : « Iste sanctus a Deo ad nos missus est, et per multos annos apud nos vixit, et monasteria multa et cellas in nostra regione ædificavit, et ipse est noster sanctus et venerabilis pater, qui nostram civitatem similiter construxit, qui post multa miracula apud nos ad Dominum migravit, et per eum semper a Deo nos juvari speramus : et scitote quod nos morti prius omnes trademus, antequam revertamur, eo a nobis absente. » Ad hanc vocem ira principum et militum utrorumque exarsit in furorem. Tunc monachi et clerici, quibus non licebat bellare, seorsim exierunt ululantes et flentes, et fusis lachrymis dicentes: « Heu heu! Domine Deus, cur concedis maximam cædem virorum circa corpus famuli tui, qui in sua vita multa bella prohibuit? » Armati autem

(1) Life of S. Columba, pag. 9 et 247 et seqq. — (2) Cfr Lanigan, tom. II, pag. 29; O'Curry, Lectures, pag. 289 et 382. — (3) Ap. Colganum, Acta SS. Hib. pag. 211. — (4) O'Donovan, the four Masters, ad an. 601, pag. 229. — (5) Ap. Todd The irish Version of Nennius, pag. 218.

exercitus

A exercitus iracunde ad invicem appropinquabant festinantes contendere acriter circa corpus. Et magnum miraculum tunc a Deo per merita sancti sui patratum est. Ecce enim velociter duo boves cum plaustro et corpore ad populum Aquilonalem perrexerunt, et duo boves ejusdem coloris et magnitudinis cum simili plaustro et corpore ad populum Australem venerunt. Tunc sancti, qui erant ex utraque parte, gratias agentes, et sanctum suum magnificantes, in maxima lætitia cum magno honore ad suas civitates venerunt *a*. Et omnes male habentes variis languoribus in civitatibus adducti sunt ad reliquias et sanabantur omnes. Ipsæque reliquiæ cum debito honore in hymnis et laudibus post missarum solemnia sepultæ sunt honorifice.

qui boves miraculose disparent.

47 Ipsi vero boves, qui reliquias portabant ad sepulchra Domini sui, per homines exierunt, et recte tribus vicibus illa circuierunt, et postea mugientes per civitatem ad rivos propinquos cucurrerunt, et multi de civitatibus sequuti sunt eos volentes videre quid illi acturi essent. Boves vero ante omnes in vada rivorum intraverunt; sed inde nunquam hominibus apparuerunt : et dicuntur illa vada scotice singulariter Ath dain Cheilt, id est Vada boum se abscondentium. Tunc notum est quod sanctus de eis vivens dixit : « Non longe post obitum meum apud vos manebunt. » Apud reliquias S. Abbani magna et mirabilia miracula quotidie, sicut ipse fecit in vita sua, patrantur. Sanctus igitur Abbanus, post multos conversos de gentilitate ad fidem et baptizatos, post ecclesias fundatas, post cæcos illuminatos, post leprosos mundatos, post surdos et claudos sanatos, post mortuos suscitatos, post omnes morbos adjutos, VI kal. novembris inter choros angelorum ad regna cælestia migravit; ad quod regnum precibus istius sancti perducat nos Deus. Amen.

EX MSS. ET IMPR.

ANNOTATUM.

a *Vide Commentarium prævium, num.* 1.

B E

DE SS. IA ET BREACA VIRGINIBUS

EORUMQUE COMITIBUS

UNI, SININO, ELWINO, MARUANO, GERMOCHO,

CREWENNA, HELENA,

THECLA SEU ETHA, GWITHIAN ET GWINNEAR SEU WYMERO,

IN CORNUBIA BRITANNICA

SYLLOGE

V. D. B.

C § Unicus. SS. Iæ, Breacæ et comitum patria Hibernia. Adventus in Cornubiam. Præcipua eorum gesta. Ecclesiæ eorum nomine insignitæ. F

MEDIO CIRCITER SÆCULO VI. *Recentiores conatus de SS. Walliæ et Cornubiæ, licet pleraque monumenta perierint.*

Cornubia et Wallia, montuosæ Britanniæ Majoris regiones, quæ ad occasum spectant, hoc sibi quasi proprium habent, quod pleræque parochiæ sanctos olim coluerunt patronos, non extraneos, sed indigetes, aut certe Hibernos, qui ibidem fidem christianam docuerant aut genuinam adversus Deum observaverant pietatem. Nunc plerumque eorum ædes sacræ aliaque monumenta perierunt aut tribulis muscoque operta sunt; perseverat tamen eorum memoria apud plebem; et quidem alii post alios exsurgunt inter Protestantes eruditos meliores pristinæ religionis æstimatores, quibus non placeat omnino oblivisci præclaros viros, divini verbi in Britannia satores aut certe christianæ sanctimoniæ perfectissima exempla : adeoque triginta abhinc annis egregiam in hac parte operam posuit Rice Rees, ecclesiæ Anglicanæ minister (1), *et quinque abhinc annis anonymus Oxfordiensis* (2), *ille ut sanctorum Walliæ merita ab oblivione vindicaret, hic ut Cornubiæ cælitum nomina paulo melius colligeret quam dimidio abhinc sæculo fecit Lyson* (3). *Ardua profecto tentamina, quum Vitæ aliaque monumenta, quæ tribus abhinc sæculis adhuc exstabant, nunc perdita esse videantur, odio potius quorumdam antiquæ pietatis, quam communi neglectu et socordia. Certe, (ut in solis sanctis, de quibus nunc agendum mihi est, consistam), quum Lelandus medio sæculo* XVI *Cornubiam aliasque multas Britanniæ partes peragravit, conservabantur adhuc* SS. Breacæ, Elwini, Iæ *et* Wymeri *seu* Womeri

(1) An Essay on the Welsh Saints, London 1836. — (2) The Calendar of the Anglican Church illustrated. Oxford, 1861. — (3) Cornwal, pag. XXXIII et seqq.

Vitæ

AUCTORE V. D. B.

Vitæ; sed nunc nulla amplius earum reperta fuerunt exemplaria a Thoma Duffus Hardy aut certe nulla ab eo fuerunt recensita in egregio suo Catalogo documentorum de rebus Majoris Britanniæ et Hiberniæ (1); *cui catalogo omnia, quæ ei de sanctis Angliæ et Hiberniæ innotuerunt monumenta, solertissime inscripsit.*

Memoriæ de SS. Ia, Breaca *et sociis servatæ a Lelandio.*

2 *Lelandio itaque referamus gratiam quod, quum illas Vitas manibus volvit, nonnulla inde excerpsit, per quæ veniamus in aliqualem* S. Iæ *et sociorum notitiam. Loquens itaque de oppido* S. Iæ, *quod nunc* S. Ives *vulgo nuncupatur, hæc tradidit* (2) : Templum parœciale patronam habet S. Iam, filiam nobilis viri ex Hibernia et discipulam S. Barricii. Ia et Elwinus cum pluribus aliis venerunt in Cornubiam et appulerunt ad Pendinas; qui locus est peninsula et saxea rupes, super quam nunc exsurgit oppidum S. Iæ *(S. Iës)*. Dinan aliquis, unus ex Cornubiæ magnatibus, condidit templum in Pendinas rogatu Iæ, ut in Legenda S. Iæ scriptum est. *Antea vero hæc ex Vita* S. Breacæ *tradiderat* (3) : Barricius socius Pa-
B tricii, ut legitur in Vita S. Wymeri. Breaca nata in partibus Lageniæ et Ultoniæ. Campus Breacæ in Hibernia, in quo Brigida oratorium construxit et postea monasterium : in quo fuit et S. Breaca. Breaca venit in Cornubiam, comitata multis sanctis; inter quos fuerunt Sininus abbas, qui Romæ cum Patricio fuit, Maruanus monachus, Germocchus rex, Elwen, Crewenna, Helena, Tecla. *(Omittitur Tecla in exemplaribus B et G. Itinerarii.)* Breaca appulit sub Revyer cum suis, quorum partem occidit Tewder. Breaca venit ad Pencair. Breaca venit ad Trenewith. Breaca ædificavit ecclesiam in Trenewith et Talmeneth, ut legitur in Vita S. Elwini.

Dies, quibus olim culti fuerunt, hactenus incerti.

3 *Cohærent itaque inter se hæc omnia nomina; atque omnes illi sancti ex eorum sunt numero, qui, Hibernia patria relicta, venerunt in Cornubiam, eam virtutum suarum exemplo illustraturi* (4), *et quos Cornubii non minori veneratione quam suos populares prosecuti sunt; ita ut Camdenus* (5) *non dubitaverit scribere :* Sanctos Hibernicos et indigites suos hæc gens ut tutelares ita semper suspexit, ut omnia fere oppida illis consecraverit. *Non*
C *male itaque Richardus Challoner, qui prius ad hanc diem in Martyrologio suo Anglicano solam* S. Iam *annuntiaverat, deinde in supplemento* (6) *ei sociavit* S. Breacam *virginem,* S. Sininum *abbatem,* S. Maruanum *monachum,* S. Crewennam, S. Helenam, S. Teclam *et* S. Germochum; *qui omnes eodem fere tempore ex Hibernia in Cornubiam venerint. Arbitror Challonero* S. Iam *prius non fuisse notam nisi ex Camdeno; quam pro suis institutis* (7) *ad diem* 27 *octobris, quæ fere vacua erat, retulerit; postea vero ab eo visos fuisse Lelandii seu Hearnii libros, atque inde in appendicem ab eo fuisse regesta reliqua nomina : ita ut nulla plane auctoritate* S. Iæ *et sociorum memoriam die* 27 *octobris consignaverit. Eum tamen secutus est, quem supra* D *laudabam, anonymus Oxoniensis* (8); *verumtamen* S. Breacam *die* 4 *junii olim fuisse cultam intellexit aliunde* (9). *Quocirca, si breviter de illis sanctis hodie agamus, hac maxime ratione eo inducti sumus quod, quum decessores nostros latuerint, melius est Chalonneri vestigia premere quam eos in opere nostro omnino præterire.*

Res S. Iæ *ejusque fratris* S. Uni;

4 *Porro postquam in Cornubiam venerunt illi sancti, sedem sibi elegerunt in ultimo peninsulæ recessu. Pendinas scilicet, ubi* S. Ia *templum exstruendum curavit, jacet ad ingressum sinus maritimi Hiberniæ obversi; qui sinus non secus ac oppidum a sancta virgine nomen sumpsit et dictus est* S. Ia, S. Hya, S. Eye, *et* Porth-Ia. *Medio sæculo* XVI S. Iës *dicebatur adhuc oppidum; nunc perperam* S. Ives *appellatur; quod S. Ivonis nomen est, alteri oppido comitatus Huntingdoniensis inditum. Dinan, qui* S. Iæ *rogatu templum fecit, nobilissimæ familiæ Cornubiensi* Dinan, Dinam, Cardinan *seu* Denham, *nomen suum communicavit*(10). *In hoc autem templo conditum fuisse* S. Iæ *corpus refert ex Guilielmi* E *Worcestriensis Itinerario Lyson*(11). *Cessaverit aliquandiu necesse est hoc templum; quod enim hodie* S. Iæ *nomen gerit, ædificatum est tamquam capella a vicina parochia Lelant dependens, vi bullæ Alexandri papæ V, anno* 1410 *datæ; et die* 3 *februarii anni* 1434 *ab episcopo Excestriensi dedicatum est* (12). S. Iæ *ætas cognoscitur ex magistri ævo. Quum enim S. Barricius, cujus discipula fuisse traditur, socius fuisse legatur S. Patricii, anno* 492 *ad superos translati, hinc verisimile fit* S. Iam *medio circiter sæculo* VI *diem obiisse.* S. Uni *seu* Uny *frater fuisse dicitur* S. Iæ(13), *et patronus parœciæ Lelant et oppidi Redruth; quæ posterior præcipua fere est universi promontorii parœcia* (14).

item S. Breacæ *in Hibernia;*

5 *De* S. Breaca *paulo plura novimus. Nata est in partibus Lageniæ et Ultoniæ, id est in illa Hiberniæ regione, quæ comitatus Cavan, Midiæ et Louth in Lagenia et comitatus Fermanagh, Monaghan, Armagh et Down in Ultonia complectitur; verisimillime autem in Bregia seu Magh Breagh in Midia Orientali, inter rivos Liffey et Boyne, cujus tamen campi* E *limites aut varii fuerunt aut hactenus non accurate definiti* (15). *Illic certe vitam monasticam iniit in cœnobio, quod S. Brigida condiderat et ad quod, ex Ultonia veniens, declinavit, ut in quarta ejus Vita, lib.* II, *cap.* VI, *num.* 29, *refertur* (16) : Et venit ad campum Breagh in regione Midiæ, et cum ibi habitaret in quadam cella, etc.; *quæ quidem cella videtur esse hæc ipsa, quam Dei famula, sacrum velum accipiens, omnium primam dedicaverat* (17). *Quum autem in plerisque institutis monasticis lex de stabili domicilio tunc nondum vigeret, minime autem in Hibernia, in Cornubiam venit* S. Breaca *cum magno sanctorum virorum et feminarum comitatu.*

(1) Descr. Catalogue of materials relating to the history of great Britain and Ireland; cfr tom. I, part. II, 681 et seqq. — (2) Itinerary of John Leland, the antiquary, published by J. Hearne, edit. tert. Oxfordiæ, 1760, tom. III, pag. 21. — (3) Ibid. pag. 15. — (4) Cressy, the Church History of Brittany, lib. IX, cap. 19, pag. 194, et lib. XI, cap. 19, pag. 244. — (5) Britannia, edit. Blaeu, pag. 89. — (6) Memorial of ancient British piety, supp. pag. 27. — (7) Memorial, pag. 7. — (8) Calendar of the anglican Church, pag. 248. — (9) Ibid. pag. 197. — (10) Lyson, Cornwall, pag. LXXIX. — (11) Ibid. pag. 147. — (12) Ibid. pag. 150 et 151, ex Hickii mss. — (13) Ibid. pag. XXXIV. — (14) Ibid. pag. 277, et Calendar of the anglican Church, pag. 290. — (15) Cfr O'Donovan, the Book of rights, pag. 11; the four Masters, ad an. 226, pag. 111. — (16) Acta SS. tom. I Februarii, pag. 164. — (17) Ibid. pag. 120, num. 16; cfr pag. 106, num. 56.

Ex

AUCTORE V. D. B.

item S. Sinini, *socii S. Patricii in itinere Romano;*

6 *Ex hoc erat* S. Sininus abbas, qui Romæ cum S. Patricio fuit. *Voluerunt nonnulli recentiores* (1) *S. Patricium Romæ numquam versatum fuisse; quo fieret ut ne ipse* S. Sininus *eo perrexisse habendus foret : sed non feliciores in hac adornanda fuerunt sparta* (2), *quam alii in demonstrando ipsum S. Petrum apostolum numquam Romam accessisse. Quibus omissis, juxta Usserii, archiepiscopi protestantis Armachani, computum* (3) *Romam primo ivit S. Patricius anno* 402, *secundo anno* 432 *et tertio anno* 462 ; *sed primum iter negligit Lanigan; secundum anno* 431 *illigat; et tertium omnino diffitetur* (4), *Jocelini auctoritate contempta. Cæterum hoc unum iter, quod S. Patricius anno* 431 *aut sequenti instituit, huc pertinere videtur. In quo itinere socium habuit presbyterum, assignatum sibi a S. Germano Antissiodorensi, nomine* Segitium *seu* Segetium, *a Jocelino dictum* Sergecium, *a Ninio* Segerum *et a Probo* Regirum (5). *Quem equidem non ausim dicere eumdem esse ac* S. Sininum; *maxime quoniam memoria superest præter Segetium alios fuisse beato viro*
B *in itinere Romano comites* (6). *Quidquid id est,* S. Sininus *nomen suum communicavit vico cuidam plebis S. Burianæ, a Lysone* (7) Sennen *dicto, a Carlislio* (8) St. Senan. *Distat a* S. Iæ *oppido milliariis fere tredecim et a Penzance decem, in extrema plaga occidentali Cornubiæ.* S. Senanum *hunc eumdem arbitratus est Colganus* (9) *ac S. Sannanum diaconum, fratrem S. Patricii; sed non viderat præstantissimus Hibernus hagiographus* S. Breacæ *Acta, in quibus* socius *dumtaxat dicitur Romani itineris.*

item S. Maruani *monachi,* S. Germochi *ex regio sanguine et* S. Elwini.

7 *Secundus comes erat* S. Maruanus *monachus, qui nomen suum communicavit vico* St. Maruani, *vulgo* St. Moran, St. Merran *seu* St. Merryn, *tres fere leucas distanti a Padstow, ad occasum brumalem* (10). *Tertius socius erat* S. Germochus *rex seu potius ex regio genere; qui nomen suum dedit vico* St. Germoch, St. Germoe *seu* St. Germowe, *qui quasi pars est parœciæ* S. Breacæ, *et tribus milliariis a Monte S. Michaelis distat ad orientem brumalem. Medio sæculo* XVI *vidit ibidem adhuc in templo sancti viri sepulcrum Lelan-*
C *dus* (11); *item ejus cathedram in cœmeterio ejusque fontem paulo extra hujus ambitum.* Qui fons et sepulcrum, *ait Whitaker, scriptor protestanticus*(12), nunc sunt perdita, neglecta et oblivioni data per frigidam protestantismi philosophiam erga sanctos et per stupidam considerationem Germochum fuisse veterem papistam. *Cathedra adhuc exstat in parte septentrionali cœmeterii; quæ cathedra ex saxis exstructa est, divisa per columnas saxeas in tres partes* (13). Capellam S. Germoch *Guilielmus, comes Glocestriensis, dedit prioratui S. Jacobi Bristoliensi, confirmante donatione Henrico rege* II (14). S. Elwinus *seu* Elwen, *nunc vulgo* St. Allen, Allan *et* Alleyn, *cujus Vitam medio sæculo* XVI *legit Lelandus, templum, in quo olim jacebat corpus et quod hactenus ejus nomen servavit, simul cum cognomine parochia, in hundreda de Powder habet* (15). *Ejus memoriam recensent Chalonner et anonymus Oxoniensis ad* 22 *februarii.*

item SS. Crewennæ, Ethæ, Helenæ, *Levinæ, Burianæ, Dellyn seu Dillower,* S. Gwithian *et* S. Gwinear *seu* Wymeri.

8 *Tres quoque socias secum duxit* S. Breaca; *ex quibus* S. Crewenna, *quæ et* Crevenna *et* Crowenna, *nomen suum communicavit vico et ædi sacræ de* Crowan(16). *De* SS. Helena *et* Tecla *nihil reperio; sed non dubito quin loco* S. Teclæ *legenda sit* S. Tetha *seu potius* S. Etha : *nam, quod in Galliis, Hispania et Italia sæpe factum est ut litera, qua vocabulum* sant *desinit, cum sequenti nomine (si a vocali incideret) conjungeretur, hoc quoque in Britannia vicinisque regionibus factum esse deprehenditur* (17). *Hanc* S. Etham, *quæ et* Teath *et* Theha, *commemorat Chalonnerus* (18) *ad diem* 6 *septembris; quod exemplum secutus est anonymus Oxoniensis* (19). *Parœcia* S. Teath *jacet in hundreda de Trigg atque olim duos habebat præbendarios* (20). *Inter* S. Breacæ *so-* E
cios refert quoque Jacobus Yeowell S. Levinam, vulgo St. Levan, *a Saxonibus occisam, dum mediterranea visitaret; cujus oratorii, fontis et baptisterii rudera adhuc conspiciuntur prope* Land's End *seu* S. Iæ *oppidum. Verum si S. Levan eadem sit quæ S. Levina seu Lewina, putem ego eamdem esse de qua dixerunt decessores nostri ad diem* 24 *julii et cujus reliquiæ, olim prope Lewes asservatæ, sæculo* XI *furto Bergas S. Winoci in Flandriam asportatæ sunt. S. Burianam, cujus ædes in vicinia quoque exstat, eidem comitatui annumerant Lyson* (21) *et Yeowell* (22); *nil obstat; sed de ea dictum est in opere nostro ad diem* 29 *maji. In S. Burianæ parœcia ad maris littus exstat oratorium aut certe rudera ædis* S. Dellyn (23); *quem* S. Loy *seu* Dillower *appellat Lyson* (24). *His etiam accensetur* S. Gwythian *martyr, qui et* Gwithian, Gothian *et* Guivian, *qui nomen suum dedit parœciæ et templo, positis in ripa septentrionali sinus maritimi* S. Iæ (25). *Commemorare demum lubet* S. Gwinnear, *cujus templum parœciale in iisdem exsurgit partibus. Vocatur etiam* Wynnear, Gwimear, Wymer *et* Womer (26); *ille* F
ipse est, cujus Vitam illic legit Lelandus. Sed non audeo plura quærere, quippe qui timeam ne omnes fere sancti, qui in hoc coluntur promontorio, mihi recensendi sint, tamquam socii SS. Iæ *et* Breacæ.

S. Breacæ *adventus in Cornubiam; ecclesiæ ab ea appellatæ.*

9 *Cum illis itaque aliisque comitibus appulit* S. Breaca *prope Revyer, ad ostia rivi Hayle* (27), *in parte septentrionali sinus maritimi* S. Iæ. *(Vicus autem* Revyer, *seu* Rivier *aut* Riovier, *dicitur etiam Cayle-Castle.) Partem occidit Tewder, proculdubio vir præpo-*

(1) Cfr R. King, Primer of the Church history of Ireland, tom. I, pag. 30. — (2) Moran, Essais on the origin, doctrines and discipline of the early Irish Church, pag. 19 et seqq. — (3) Britannicarum eccles. antiquitates, pag. 412 et seqq. — (4) Eccles. hist. of Ireland, tom. I, pag. 319 et seqq. — (5) Cfr Usserius, op. cit. pag. 436. — (6) Cfr Lanigan, tom. I, pag. 195. — (7) Cornwall, pag. 282 et 359. — (8) Topographical dictionary of England, v° *Senan (St.)* — (9) Trias thaumaturga, pag. 229. — (10) Lyson, Cornwall, pag. 225 et 226. — (11) Itinerary, pag. 16. — (12) Ap. James Yeowell, Chronicles of the ancient British Church anterior to the Saxon era, London, 1847, pag. 138. — (13) Lyson, Cornwall, pag. CCXXIX. — (14) Monasticum Anglicanum novum, tom. IV, pag. 335. — (15) Lyson, Cornwall, pag. 12. Cfr. pag. XXXIV. — (16) Ibid. pag. 72. Cfr the Calendar of the Anglican Church, pag. 214. — (17) Cfr Todd, the Book of obits and Martyrology etc. pag. LXXX et seqq. Lyson, Cornwall, pag. XXIX, in *S. Ewe* seu *St. Tue.* — (18) Memorial of ancient British piety, pag. 126. — (19) Calendar of the anglican Church, pag. 288. — (20) Monasticum Anglicanum novum, tom. VI, 1449; Lyson; Cornwall, pag. 302. — (21) Cornwall, pag. 48. — (22) Chronicles etc. pag. 140. — (23) Ibid. pag. cit. (24) Cornwall, pag. 49. — (25) Ibid. pag. 129. — (26) Ibid. pag. 128. — (27) Ibid. pag. 266.

tens :

AUCTORE V. D. B.

tens : ex quorum martyrum numero fuit S. Gwythian (1). *In colle adjacebat Pencair, quo se contulit* S. Breaca. *Inde meridiem versus profecta est venitque in Trenewith atque inde in Talmeneth. De quibus locis hæc memoriæ servavit Lelandus.* Trenewith, *inquit* (2), parum distat ab ecclesia parochiali de Pembro.... Talmeneth mansum in [Pembro] Cairdine, antiqua sedes Cowlingorum, ubi nunc Guilielmus Godolcan habitat. Carne Godolcan est in summo colle, ubi erat fossa atque ædificium et præcipua sedes Godolcanorum. Apparet adhuc fossa et multi lapides hinc nuper delati. Distat a Monte S. Michaelis *(parva insula prope Penzance et Marazion)* tribus milliariis, ad orientem æstivum. Cair Kenin, alias Gonyn et Conin, exstabat in colle de Pencair. *Ex quibus liquet non intelligi Trenewith, longe ad septentrionem dimotum, positumque in parochia Tintagell, in littore maris* (3); *sed alterum Trenewith situm in parte septentrionali parœciæ Crowan. Crowan autem et Breage, de qua mox, videntur partes fuisse parœciæ*

* Pembro

*de Pemburgo** (4), *cujus sæpius meminit Lelan-*

B *dus. Mansio Godolcanorum seu Godolphinorum in mappis topographicis adhuc designatur* (5) *et Cowlingorum sedes etiam in parochia de Crowan erat* (6). *Cardine nunc* Kerthen *vocatur* (7). *In Trenewith et Talmeneth ecclesiam ædificavit* S. Breaca, *ut in Vita* S. Elwini *legit Lelandus.* Breage *seu* St. Breage, *quæ parochia ad meridiem adjacet, ab ea quoque nomen accepit ; nisi sit ipse locus Trenewith ; similiter* S. Breock, *quæ parochia inde multum ad septentrionem distat, in hundreda de Pyder posita est. Utra esset olim penes abbatiam Cisterciensem de Hayles, in agro Glocestriensi, definire non ausim; sed alterutram partem fuisse ejus dotis, constat ex Computo ministrorum regis Henrici VIII* (8). Lezant, *decem milliariis a Tavistockio distans, et* Lanlivery *in hundreda de Powder dicuntur etiam* S. Breacam *patronam habere* (9); *verumtamen Lanlivery sæpe* Lanvorck *seu ecclesia* S. Vorci, *qui et* Brevit, *appellatur* (10) : *ut mihi assertum hoc incredibile videatur.*

D

Invitantur eruditi Cornubii ut aliquando sanctorum suorum memorias illustrent.

10 *Plura me latent; sed stylum ponere non possum quin eruditos Cornubios rogem ut tandem aliquando in res sanctorum, qui olim hanc tellurem illustrarunt, inquirere velint. Re quidem vera, ut initio monui, perierunt documenta permulta; sed non possunt non exsistere vetera Usuardi Martyrologii exemplaria, quæ illic olim, sicut et alibi, in cœnobiis et in majoribus ecclesiis in usu fuerunt. Inde si excerperentur nomina sanctorum popularium aut Celticæ originis et calendaria conficerentur, lux affunderetur multa non tantum illorum festivitatibus, verum etiam eorum gestis. Hoc enim imprimis inde disceretur quinam sancti iidem sint ac homonymi Hiberni et Britanni, quinam autem plane diversi. Deinde memoriis martyrologicis innectuntur plerumque præcipua sanctorum decora, verbi gratia eos martyres fuisse, epi-*

E

scopos, presbyteros, abbates, virgines et alia id genus. Quicumque ii demum fuerint, per eos floruit olim christiana fides et pietas; per eos vana idola dejecta sunt et cessavit gentilis superstitio; per eos novi inducti fuerunt mores, novaque instituta; et tandem per eorum quotannis celebratam omnique tempore servatam memoriam erectæ fuerunt tot sæcula hominum mentes ad cogitanda cælestia et incitati animi ad serviendum uni Deo viventi. Quantum hæ laudes superant et politicorum prudentiam, et militum fortitudinem, et sapientum scientiam! Atque ab his illustrandis cessatur numquam; sancti vero perpetuo obvolvuntur silentio. Hoc non nos soli catholici querimur, sed et meliores protestantes.

(1) Kalendar of the angl. Church, pag. 243. — (2) Itinerary, tom III, pag. 16. — (3) Lyson, pag. 306. — (4) Ibid. pag. XXVIII. — (5) Ibid. pag. 40 et seqq. — (6) Ibid. pag. CXXXI. — (7) Ibid. pag. 72. — (8) Monasticum Anglicanum novum, tom. V, pag. 689. — (9) Calendar of the angl. Church, pag. 197. — (10) Lyson, Cornwall, pag. 178 et 179. Cfr pag. XXXIV.

C

DE S. ELESBAA REGE

F

ET SANCTIS SEPTEM MONACHIS

IN ÆTHIOPIA

E. C.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. Sancti Elesbaæ nomina plura; errores duo scriptorum multorum; Xenodon, rex Nubiorum; bella tria Æthiopum adversus Homeritas, a Joanne Asiæ episcopo in unum conflata.

CIRCA AN. DLV. *Sancti nomina inter Æthiopas et inter Græcos.*

S. Caleb, *rex Æthiopiæ, ut reges ceteri Æthiopes* (1), *nomina plura habuit, dictusque est etiam* Ela-Atzbah : *quod nomen e particula* Ela *(quam alii idem esse autumant ac articulum arabicum* el, *alii nominibus principum sæpe præpositam fuisse, ut voculam himyariticam* Dhu (2),*) et e voce æthiopica* Atzbah (3), benedictus, *coaluit. A Græcis dictus est* Ἐλεσβαᾶς (4), Ἐλεσβόας (5), Ἐλεσβᾶς, *a Cosma Indicopleuste, qui vivente*

(1) Ludolf, Hist. æthiop. lib. II, cap. 4, num. 22; Dillmann, Zeitschrift d. d. morgenl. Gesell. tom. VII, pag. 352; Tellez, Historia geral, pag. 80. — (2) Acta SS. tom. X Octobr. pag. 725, annot. *k*. — (3) Ibid. pag. 724, annot. *g*. — (4) Nonnosus ap. Photium cod. 3; Theophanes chronographus. — (5) Joannes Malala Chronographus.

sancto

A *sancto rege in Æthiopia versatus est,* Ἐλλατζοβάα (1), *ab aliis demum* Ἐλεσβαάν (2), *quæ postrema nominis forma vel Syris debetur, vel ipsis Æthiopibus. Syri enim nomina virorum non raro absolvunt litera* n, *v. c. Naaman* (3), *Dimian vel Dimion* (4) *etc. Æthiopes autem veteres, nescio qua de causa, dum nomina rerum aut virorum æthiopica græce convertere voluerunt, litteram* n *euphonicam non numquam adjecere. Sic, ut in commentario huic volumini adjecto ostendimus, rex Æthiopum Demahe, in nummo pretiosissimo qui hucusque vel neglectus est, vel perperam Homeritis adscriptus, vocatur* Διμηαν. *Eadem ratione factum forte est, ut in Actis S. Arethæ martyris Negranensis, quæ a presbyteris Æthiopibus, primum æthiopice, vel græce conscripta sunt, dein syriace conversa et demum e syriaco iterum græce* (5), *rex Homeritarum Dhu Nawas dictus sit Dunaan, et* S. Elesbaas *in plerisque codicibus mss.* Elesbaan; *quod num ex æthiopica, an vero e syriaca lingua repetendum sit philologis dispiciendum relinquo : adverto tamen regem* B *Dhu Nowasum in monumentis syriacis dici* Dimion *vel* Dimian, *nusquam vero* Dunaan. *Sanctus vero rex, quem hac die celebramus, a nobis deinceps dicetur vel* Caleb, *vel plerumque* Elesbaas *quod cognomini Æthiopico proximum est.*

Errores duo præcipui scriptorum veterum ac recentium : in historiis omnibus orientalibus,

2 *Antequam historiam* S. Elesbaæ *suo ordine deducamus, prius corrigendus est error gravissimus scriptorum tam recentiorum quam veterum, quo eidem regi plura adscribuntur, quæ manifeste ad ejus avum Ela-Amedam pertinent* (6). *Deinde solvenda est confusio altera, qua bella duo quæ gessit* S. Elesbaas *adversus Dunaan seu Dhu Nowasum, regem Homeritarum, alterum occisorum mercatorum et interruptæ negociationis causa, alterum ad vindicandos martyres Negranenses, in unum congesta sunt. Ut a posteriori difficultate, quæ facilius expedietur, et a scriptoribus plerumque cum priore permixta est, ordiamur, ostendimus in Commentario de S. Aretha martyre et sociis Negranensibus,* S. Elesbaan *bellum primum gessisse contra Dhu Nowasum initio imperii Justini senioris,* C *et quidem circiter annum* 519 (7); *occasionem hujus belli fuisse tributa mercatoribus Græco-Romanis, qui religionem christianam profitebantur, a Dhu Nowaso imposita, aliasque ejus vexationes* (8); *et denique profligatum fuisse Dhu Nowasum, qui fugit ad tractus montanos, in quibus vixit annos circiter tres, donec extremo anno* 522 *iterum adversus Æthiopes rebellavit* (9). *Anno* 523 *et* 524 *totam Homeritidem occupavit, et judæus quum esset ac christianorum hostis infestus, horum multis diris suppliciis vitam ademit. Anno vero sequenti, æræ vulgaris* 525, S. Elesbaas *expeditionem suam alteram, in Arabiam suscepit, et profligato occisoque Dhu Nowaso, et vindicatis martyribus Negranensibus, universam regionem subdidit. Tum pro rege constituto, quem Esimiphæum dicit Procopius, id est, e gente Arabica Ebn-zi-Kifan, ut arbitratur Cl. Caussin de Perceval* (10), *in Æthiopiam regressus est.*

AUCTORE E. C.

bella duo S. Elesbaæ *in unum conflantur.*

3 *Procopius porro, libro* 1 *de Bello Persico, quem scripsit extremo imperio Justiniani circa annum* 560, *has duas expeditiones* S. Elesbaæ *in unam conflavit :* Sub tempora hujusce cum Persis belli, inquit (11), *quod gerebatur a Justino I adversus Cavadem, regem Persarum,* Hellestheæus *(lege* Hellesbeæus, *vel* Elesbaas) (12), Æthiopiæ rex, christianæ religionis cultor eximius (χριστιανος τε ὠν και δοξης τησδε ὡς μαλιστα ἐπιμελουμενος), quum audiisset Homeritarum, qui in adversa continente degunt, non paucos genere Judæos, multos etiam priscæ superstitioni, quam hodie Græcanicam vocant, addictos, illius oræ christianis tributa supra modum imponere, classe copiisque collectis, eo bellum portavit, commissoque prælio victor, magnum Homeritarum numerum, ipsumque adeo regem vita spoliavit. *(Dhu Nowasum scilicet, regem Homeritarum, idque factum est anno Christi* 525). In ejus locum subrogato Esimiphæo, christiano et Homerita, sub ea ta- E
men conditione, ut tributum annuum Æthiopibus penderet, domum rediit. *Hucusque Procopius; in quibus, ut dixi, miscuit expeditiones duas ejusdem regis* Elesbaæ; *quarum prima facta est anno* 519, *secunda, interjecto spatio annorum sex. Quem errorem historici ad unum omnes exceperunt, at nos, in expendendis Actis S. Arethæ, tomo præcedenti, certo deteximus.*

Error secundus : Res gestæ regum

4 *Jam devenimus ad difficultatem alteram, quæ non secus ac prior, numquam soluta est a scriptoribus et longe est major. Auctor primus confusionis videtur fuisse Joannes, Asiæ, seu Ephesi episcopus, scriptor monophysita, qui historiam ecclesiasticam orientis concinnavit a Christo nato ad annum* 585, *cujus tamen non pauci libri deperditi sunt* (13). *Rex Æthiopiæ qui Dhu Nowasum profligavit et occidit, ab eo vocatur* Aidog, *quem vero nomine* Elesbaan *sive* Caleb *dictum fuisse, modo ostendimus. A Joanne Malala, scriptore Antiocheno (qui chronographiam suam orientis contexuit circa annum* 585, *quo circiter anno Joannes, Asiæ episcopus, scribere desiit, immo* F
forte ante Joannem episcopum, ut vult Leopoldus George (14), *sua literis mandavit) rex idem Andas vocatur, a Theophane vero, nomine biblico, Adad. Scilicet scriptor iste nomina extranea facilius immutare consuevit : sic Dhu Nowasum, alias Dhu Nawas, Dunaan, regem Homeritarum, qui a Syris Dimion dicitur, nuncupat ille Damianum* (15).

Alamedæ et Elesbaæ *confunduntur;*

5 *At vero secundo loco advertendum est, Joannem episcopum eidem regi Aidog, res gestas non solum* S. Elesbaæ *adscribere sed etiam, alterius regis Æthiopici, nomine Amdæ, cujus nomen vix, ac ne vix quidem, differt ab illo quo usus est Malala, qui in universa narratione Joannem episcopum secutus, eum in solo nomine emendat. Dico itaque, præter*

(1) Tom. X Octob. pag. 724, annot. *d* et *g*. — (2) Metaphrastes, Menæa, Codex B Actorum S. Arethæ in tom. X Oct. pag. 724 etc. — (3) IV Reg. V, 20; cfr tom. X Octobris pag. 687, num. 85 et seq. — (4) Tom. X Octobr. pag. 696, num. 117 et seq. — (5) Ibid. pag. 720, num. 260. — (6) Lebeau, Hist. du Bas-Empire, édit. Saint-Martin, tom. VIII, pag. 490; Salt etc. — (7) Tom. X Oct. pag. 694, num. 111, 113, et pag. 753 annot. *nn*. — (8) Ibid. pag. 694, § X. — (9) Ibid. passim. — (10) Vide Acta SS. loc. cit. pag. 699. — (11) Procop. De bello Persico, lib. 1, cap. 20. — (12) Acta SS. tom. X Oct. pag. 694, num. 110. — (13) Tom. X Oct. pag. 695, num. 115. — (14) L. George, de Æthiopum imperio in Arabia felice, pag, 16; cfr tom. X Oct. pag. 760, annot. *l*. — (15) Theophan. Chronographia, pag. 346, edit Bonn.

AUCTORE E. C.

similitudinem nominum Aidog, Andas, Amda, a scriptoribus prædictis ea tribui regi Aidog, vel Andæ, vel Adad, quæ ab Æthiopibus non solum regi Elesbaæ, *sive* Caleb, *sed etiam regi Amdæ, seu (adposita particula Æthiopica* Ela *vel* Ala) *Ala-Amdæ adscribuntur. Atque hæc duo jam ipsis verbis auctorum ostendenda sunt. Joannes, Asiæ episcopus, eorum antiquissimus, hunc in modum exorditur:*

ut ostenditur ex Joanne Asiæ episcopo;

6 De regno Indorum *(i.e. Æthiopum seu Habessinorum),* et quomodo belli causa christianam religionem amplexi sunt : *qui titulus videtur ipsi Joanni adscribendus, potius quam Dionysio patriarchæ, ex cujus Chronico Syriaco Assemanus narrationem Joannis excerpsit. Dein prosequitur Joannes :* Per idem tempus *(i. e. imperante Anastasio, aut Justino ut ex sequentibus patet; et ut nobis verisimilius est, imperium tenente Anastasio, aut etiam paulo ante : sed quum desiderentur quæ præcedebant, certo dici nequit de quo tempore sit sermo),* accidit ut bellum inter reges Indorum, *Africæ scilicet, qui etiam Æthiopes dicti sunt,* oriretur, nimirum, inter
B Xenodonem, Indorum regem, et inter Aidog, alterum Indiæ interioris regem, qui ethnica superstitione tenebatur.

Xenodon, quocum Alameda bellum gessit, rex Nubiorum fuisse videtur.

7 *Xenodon iste rex Nubiorum fuisse videtur. Etenim infra Joannes episcopus regna Africana septem, quæ mari Rubro et Indico adjacebant, discernit in regna Indica et Æthiopica; et posteriora, numero quatuor, ait* longius distare jaccreque intra partes meridionales juxta mare magnum (oceanum appellant), quo universus terrarum orbis circumdatur. *Illic itaque, præter Ægyptum, alia regna non agnoscit quam Indica et Æthiopica; et Indica aperte ad septentrionem Æthiopicorum, et Ægyptum versus, jacere significat. Novimus insuper Nubiam Indiæ nomine olim venisse. Scribit enim Procopius,* Nilum ex Indis in Ægyptum fluere (1); *et similia habent scriptores alii. Quibus addi potest, etiam Tazenam, regem Axumitarum, patrem* S. Elesbaæ, *qui regnavit circa annum Christi* 500, *bellum gessisse contra Nubios; de quo infra erit sermo. Ex quibus utique verisimile est Xenodonem regem Nubiæ fuisse. Mihi quidem videtur tertium regnum Indorum fuisse*
C *Meroëticum, olim celeberrimum, vel regnum Aloa, paulo superius ad meridiem, cujus urbs regia Soba* (2) *fuit, et quod labascente priore, constitui cœpit. Etenim incolæ regni Meroëtici nigri minime erant, sed albi fere, ut Ægyptii* (3). *Et ea propter a Græcis recentioribus Æthiopes dici non potuisse videntur, atque Indis potius adcensendi fuere. Tria igitur regna Indorum, quæ a Joanne, Asiæ episcopo, proponuntur, hæc fuerunt : Habessinia, insula Meroë et Nubia. Sed, ut dixi, hæc bella regis Aidog, non secus ac bella Tazenæ, potius cum Nubiis gesta videntur* (4).

Narrat Joannes episcopus rebellionem priorem Dhu Nowasi, regis Homeritarum

8 *Prosequitur Joannes episcopus :* Atque hic *(rex Aidog sive* Elesbaas; *nam hic narrare incipit scriptor quæ gesserit* S. Elesbaas *in expeditione sua priori, anno* 519, *contra regem Homeritarum Dhu Nawas, seu Dunaan, quem Dimian, vel Dimion nuncupat)* (5) rebus cum D
Xenodone compositis, iterum adversus Dimionem, regem Homeritarum, qui et ipsi ex Indis numerantur, bellum suscepit, ex hujusmodi causa : Regnum Æthiopum ultra Homeritidem *(respectu Syrorum scilicet, qui per Arabiam, transmisso Mari Rubro, Æthiopiam adibant)* contra regiones Ægypti et Thebaidis, quæ extra Indiam jacent, situm est. Romani vero mercatores per Homeritarum terras ad interiores Indorum partes, quæ Euzeliæ dicuntur, penetrabant *(hac voce* Euzeliæ, *syriace* Auzelis, *significatur proculdubio Africæ civitas Zeila* (6), *ad sinum ab Aden dictum, inter Somaules, versus gradum* 11m *latitudinis)* : atque inde in ulteriores Indorum Æthiopumque regiones proficiscebantur.

adversus S. Elesbaan;

9 Septem enim sunt Indorum atque Æthiopum regna : tria nimirum Indorum et quatuor Æthiopum; atque hæc quidem longius distant, jacentque intra partes meridionales, juxta mare magnum (oceanum appellant), quo universus terrarum orbis circumdatur. Romanos igitur mercatores supra memoratos, per Homeritarum fines in regiones Indorum mercaturæ causa de E
more transeuntes, rex Homeritarum Dimion *(alias Dunaan, ut supra monuimus)* comprehendit, direptisque omnibus eorum mercibus, interfecit. Aiebat enim : Quia christiani judæos in partibus Romanorum secum habitantes vexant, et necem eorum plerisque inferunt, propterea et istos morte plectendos adjudico. Atque hunc in modum complures ex ipsis morte affecit; ex quo reliquis timore correptis, commercium interiorum Indorum *(i. e. Axumitarum, seu Habessinorum, quorum rex erat* S. Elesbaas) Æthiopumque diremptum fuit. *Posthæc aliud caput orditur Joannes episcopus in hunc modum :*

et similiter hujus expeditionem priorem.

10 De iis quæ rex Æthiopum *(dicere debuit :* Indorum interiorum, *ut* supra num. 6 : *sed his nominibus fere promiscue utitur),* ad regem Homeritarum scripsit, et de bello quod inter ipsos obortum fuit — Tum Æthiopum rex Aidog *(seu* Elesbaas, *nam ut dictum est, referuntur hæc ad expeditionem priorem* S. Elesbaæ) (7), regi Homeritarum per nuncios significavit, inquiens : Turpe facinus admisisti; christianos enim Romanorum mercatores occidendo, commercium F
diremisti, nec meis tantum regnis, sed et ceteris commoda utilitatesque sustulisti : sed meum præ ceteris regnum damno a te affectum est. Hac igitur de causa, orto inter ipsos dissidio, ad arma ventum est. Quumque jam acie congressuri essent, Æthiopum rex Aidog : Si dabitur, inquit, mihi, ut latrone isto, Homeritarum rege, superior evadam, christianus fiam; christianorum enim sanguinem, ab ipso fusum, ulcisci cupio.

Qua in narratione expeditiones tres,

11 *Hæc ultima nec ad primam expeditionem* S. Elesbaæ *spectare possunt, quæ facta est anno* 519, *nec ad alteram anni* 525 : *dudum enim ante utramque, et quidem a nativitate,* S. Elesbaas *christianus fuit; ut infra nullo negotio conficietur. Ea, ut plura alia, quæ idem scriptor mox proferet, quin referenda sint ad expeditionem quamdam regis*

(1) Procop. De ædificiis, lib. VI, pag. 331. Bonnæ 1828; cfr Ludolf. Comment. pag. 69. — (2) Cfr Lepsius ap. Annales des voy. loc. cit. pag. 341-345; Idem, Briefe aus Ægypten, pag. 161 et 196. — (3) Ibid. pag. 333; cfr idem, Briefe aus Æg. pag. 220. — (4) Vivien de Saint-Martin, Journal asiatique, année 1863, tome II, pag. 374. — (5) Cfr tom. X Octob. pag. 696, num. 118. — (6) Cfr Vivien de Saint-Martin, le Nord de l'Afrique dans l'antiquité, pag. 284. Paris 1863. — (7) Acta SS. tom. X Octobris, pag. 752, annot. *nn.*

Amdæ,

A *Amdæ, seu Ela-Amdæ, qui pater fuit Tazenæ, patris* S. Elesbaæ, *minime dubitamus.* Tunc conserto prælio Homeritarum regem Æthiops devicit, et captum interfecit *(occisus est Dunaan, seu Dhu Nowasus, a* S. Elesbaa *in hujus expeditione secunda, anno* 525) (1), totumque regnum ejus diripuit suæque ditioni subjecit, et exercitum ultima internecione delevit. *Quæ omnia facta sunt dicto anno* 525 : *licet enim eorum plura contigerint anno quoque* 519, *in expeditione prima* S. Elesbaæ (2), *rex tamen Homeritarum Dhu Nowasus interfectus tum minime est, sed fugit ad tractus quosdam montanos, et, resumptis viribus, extremo anno* 522, *bellum alterum contra Æthiopes exorsus est.*

unam nimirum Alamedæ et

12 *Ex his, et maxime ex universis Actis S. Arethæ, quæ tomo* x *Octobris publicavimus, manifesto apparet Joannem, Asiæ episcopum, expeditiones annorum* 519 *et* 525 *in unum conflasse : secutus scilicet Procopium, qui viginti ante annis historiam suam bellorum Persicorum ediderat, et qui primus binas expeditiones* S. Elesbaæ *confuse retulit,*
B *causas prioris conjungens cum exitu alterius (supra num.* 3). *Quo factum est ut hic auctor martyria Negranensium, quæ occasio fuere belli secundi, prorsus omiserit : atque illud Michaëlisius, a Procopio, qui animum a religione christiana alienum gessit, consulto factum esse arbitratur* (3). *Interim, quum fama plurimum inter scriptores valeret Procopius, eum Joannes episcopus fideliter secutus est. Attamen, exscripta narratione Procopii, nonnulla superaddit, quæ ad expeditionem quamdam antiquiorem pertinent, de qua scriptor Cpolitanus altum silet, et quæ a rege Æthiopiæ Amda, seu Ela-Amda,* S. Elesbaæ *avo, facta est. Atque ista prioribus ita intermiscet, ut hæ tres expeditiones, in unum conflatæ, unam solam, quæ a rege Aidog peracta sit, efficere videantur.*

binas S. Elesbaæ

13 Mox victoria hujusmodi (4) potitus rex Aidog, *inquit,* votum solvere haud cunctatus est *(amplectendi religionem christianam),* sed duos ex optimatibus suis ad Justinianum imperatorem *(seu Justinum, quem historici orientales Justinianum primum* (5) *appellare so-*
C *lent)* allegans, ut episcopum sibi atque clericos mitteret rogat. Quibus ille incredibili lætitia affectus, episcopum quem ipsi delegissent, dari jussit. Legati vero, diligenti inquisitione facta, Joannem, S. Joannis paramonarium *(i.e. ecclesiæ Alexandrinæ S. Joannis mansionarium, seu ædituum, ut mox ex Theophane patebit),* virum castitate, puritate ac zelo insignem, ordinari sibi episcopum postularunt. Eo igitur una cum pluribus clericis accepto, in patriam, mirifico gaudio affecti, reversi sunt : quos Aidog rex pari cum lætitia excepit, una cum episcopo et sacerdotibus qui simul advenerant. Ipse autem sacra imbutus catechesi, baptismum suscepit et christianus factus est, una cum omnibus regni proceribus. Parique studio omnes eam suscepere curam, ut in toto regno christiana fides obtineret, templaque in honorem veri christianorum Dei ubique locorum excitarentur. Atque hac ratione errantibus hisce populis salutem Deus largitus est.

14 *Atqui, dico, hæc minime facta sunt regnante* S. Elesbaa, *quum a nativitate christianus fuerit, et ejus pater Tazena, in inscriptione Axumitana a Rueppelio et Sapeto detecta, sese manifeste christianum prodat; et multa se gessisse contra gentes ethnicas vicinas gloriose prædicet. Atque hæc dilucide apparebunt ex §§ sequentibus : in quibus, resumpta et, quantum licebit, chonologice expensa historia regum Æthiopiæ, ubi in Actis S. Frumentii derelicta est, pluribus ostendemus, fidem christianam, sæculo quinto, illic pæne exstinctam esse, sed regnante Alameda advenisse ex Ægypto episcopum cum monachis plurimis, et denuo factam esse conversionem universæ gentis ad sacra christiana.* *in unam conflavit.*

§ II. Eamdem confusionem exhibet Joannes Malala; harum trium expeditionum chronologia ex historia novem sanctorum aliisque monumentis stabilitur. E

Joannes Malala

Antequam vero in conditionem religionis *christianæ in Æthiopia ejusque historiam sæculo quinto et sexto inquiramus, proferendus est locus e chronico Joannis Malalæ, cujus supra jam meminimus; et ex quo plurimum confirmantur, quæ modo proposuimus. Hic auctor, qui floruit extremo sæculo sexto, narrationem quidem Joannis episcopi perpetuo sequitur, at regem Æthiopiæ non* Aidog, *sed* Andas, *seu* Anda, *vocavit. Porro quin nomine isto designare voluerit regem Æthiopiæ* Amda *seu* Ela-Amda, *et sic emendare Joannem episcopum, non potest dubitari. Verumtamen errorem antesignani sui partim retinuit, uni regi adscribens, non secus ac ille, quæ ad duos diversos pertinent :* Contigit autem, *inquit,* eodem tempore *(quo imperator Justinianus debellandis Hunnis distinebatur)* ut Indi bellum gererent inter sese, Auxumitæ scilicet et Homeritæ, et ex causa quidem ista. Homeritarum rex quum propius ab Ægypto absit quam qui interiora occupat, rex Auxumitarum, negotiatores Romani Auxumam interioraque Indorum petentes, iter suum per Homeritas faciunt. F

similiter expeditiones tres regum Æthiopum

16 Indorum enim et Æthiopum septem sunt regna, quorum tria Indorum sunt, quatuor vero, quæ oceano contermina in orientem vergunt, Æthiopicæ sunt ditionis. Negotiatores itaque Romanos, ob mercaturam exercendam partes Homeritarum pertranseuntes, Dimnus *(syriace* Dimion, *alias* Dunaan, Dhu Nowasus), Homeritarum rex, aggressus, bonis eos omnibus, vitaque spoliavit : Quippe, dicebat, judæi a Romanis christianis, proprios etiam intra fines, male habiti sunt, plurimis eorum quotannis occisioni datis. Exinde igitur negotiatoribus interdictum est. Rex vero Auxumitarum, Homeritensem regem per literas interpellans : Male, inquit, egisti, quod Romanorum christianorum negotiatores

(1) Acta SS. tom. X Oct. pag. 756.—(2) Ibid. pag. 752 et seq. annot. *nn.* — (3) Ibid. pag. 745, annot. *t.* — (4) Supra, num. 11. — (5) Assemani, Bibl. Orient. tom. I, pag. 362.

AUCTORE E. C.

tiatores occideris : quod et meo pariter regno in detrimentum cessurum est.

contra Homeritas confuse protulit;

17 Exinde vero odium inter eos ortum est; quod in bellum tandem mutuum prorupit. Ceterum rex Auxumitarum; in bellum profecturus, vovebat, siDimnum Homeritensem regem bello superaverit, christianum se futurum : Pro christianis enim, inquit, adversus eum arma sumo. Auximitarum vero rex, victoria tandem potitus, Homeritarum regem, bello captum, occidit, deleto exercitu ejus toto, regionibus etiam regnisque ejus occupatis. Post partam vero victoriam, duos ex proceribus suis, ducentis aliis stipatos, Alexandriam misit; per quos Justinianum imperatorem rogatum habuit, uti episcopus sibi clericique darentur, a quibus christianæ religionis rudimentis et mysteriis imbutus, sacro baptismatis lavacro intingeretur; insuper etiam petens, uti tota Indorum regio sub Romano esset imperio. Imperator autem a Licinio, augustali *(titulus est præfecti Ægypti qui Alexandriæ residebat)* Alexandriæ, per literas de his certior factus, rescripto suo jussit, episcopum, quemcumque vellent, sibi accipe-
B rent. Deligebant itaque Indorum legati Joannem, *(ecclesiæ)* S. Joannis in Alexandria paramonarium, *(seu mansionarium)* virum pium, et cælibem, annosque circiter LXII natum. Hunc igitur, una cum clericis, episcopum legati sumentes secum, in Indiam, ad regem suum Andam abduxerunt (1).

nec nomen Licinii, ad eas distinguendas, quidquam conferre potest.

18 *Ex his apparet eadem pæne scripsisse alterum syriace, alterum græce, Joannem, Asiæ episcopum, et Joannem Malalam, nec levius negligenda esse quæ perhibent. Si vero Licinius, augustalis Ægypti, qui a Malala memoratur ex historicis innotuisset, jam nullo negotio ætas illius legationis Æthiopicæ constitueretur. At nullus ejus meminit præter Malalam, et quidem a diligentissimis scriptoribus Cangio* (2) *et Bœckhio* (3), *in catalogis augustalium Ægypti prætermissus est. Quin recte tamen adscriptus sit a Malala, non dubito, quum paucissima ex multis nominibus præfectorum Ægypti ad nos pervenerint. Præterea gentem Liciniorum Alexandriæ floruisse et ornatam fuisse dignitatibus, conficitur ex fragmine lapidis hac in urbe collecto, in quo hæc leguntur :* Λούκιον Λικίννιον Λουκίου Λικιννίου Ἱέρακος
C ἐξηγητοῦ υἱὸν, Λουκίον Ἰσι[δώ]ρου κοσμητοῦ [υἱωνὸν *vel* πατέρα]..... (4). *Porro dignitas* του ἐξηγητοῦ, *quem Strabo purpura ornatum fuisse scribit, Alexandriæ inter præcipuas connumerata est. At licet genuinum habeamus nomen Licinii, augustalis Alexandrini, latet tamen ejus ætas, et sic nihil conferre potest ad figendam ætatem prædictæ legationis Æthiopicæ.*

Earumdem expeditionum chronologia in primis ex historia novem sanctorum

19 *Hæc igitur petenda est aliunde et sedulo quidem investiganda, maxime quum ex ea pendeat universa pæne chronologia antiquioris historiæ Æthiopicæ, et sola confusionem amovere possit, quæ inter reges Æthiopiæ Alamedam et* S. Elesbaan *facta est. In chronico igitur antiquissimo regum Æthiopiæ, quod nuda fere nomina exhibere novimus, hæc leguntur in rem nostram nomini regis* D *Amdæ, seu Ela-Amdæ, vel Ela-Amedæ subjecta :* Eo regnante advenerunt novem sancti ex terris Romanorum *(i.e. ex imperio Græco)* et ex Ægypto, et fidem rectam effecerunt *(reformarunt),* qui sunt : Abba Aleph, Abba Tzehma, Abba Aragawi, sive Za-Michaël, Abba Aftze, Abba Garima, Abba Pantaleon, Abba Liqanos, Abba Guba, Abba Jemata. *Sic habet codex Æthiopicus bibliothecæ Bodleianæ Oxoniensis* (5), *teste Dillmanno, qui eruditos catalogos codicum Æthiopicorum, tum illius bibliothecæ, tum Londinensis confecit. Verbis differunt, non re, codices alii ejusdem chronici. Exemplar, quo usus est Mendezius, Æthiopiæ patriarcha, hæc habebat loco isto :* Regnante Amiamid venerunt multi monachi ex Rum, qui impleverunt totum imperium. Ex quibus novem adierunt provinciam Tigré et singuli erexerunt ecclesiam suo nomine appellatam (6).

desumenda est,

20 *De quibus adverte Amiamid alibi dici Alamidam et eumdem esse ac Alamedam, seu Ela-Amedam. Deinde vocabulum* Rum *significare imperium Græco-Romanum, at hoc quidem loco, in primis Ægyptum, quæ Græcis* E *Cpolitanis subdita erat. Initio crediderant missionarii Lusitani, sæculo decimo sexto, hic Romam Europæam designari;* sed *facile, ait Ludolfus,* animadvertit doctissimus illorum patriarcha Alphonsus Mendezius (7) vocabulum Æthiopicum Romja (i.e. Roma), arabice Errum *(nimirum sic vocabulum* Rum *cum adjecto articulo pronuntiatur, sed scribitur* El-Rum), Græcos et quidem Ægypti, denotare, tunc temporis imperio Romano potientes (8). *De regione, ex qua advenerint novem sancti, hæc addit idem patriarcha Mendezius, cujus verba e Lusitano sermone latina facimus.*

qui ex Ægypto in Æthiopiam, extremo sæculo quinto, advenerunt;

21 *Advertens primum eorum unum, nimirum S. Pantaleonem, nomen suum Græcum retinuisse.* Etiam ex eo judicamus eos Græcos et Ægyptios fuisse, *inquit,* quod fuerint omnes ex ordine S. Antonii. Florebat vero hic ordo tum temporis non solum per Ægyptum, in qua natus est S. Antonius, sed per universum imperium Græcum. Et ut de ceteris taceamus, expressis verbis id dicitur in Vita abbatis Tecla Haimanot, de abbate Aragawi, inter novem sanctos natu maximo, hunc scilicet in modum : F abbatem Aragawi habitum monachi accepisse a S. Pachomio, S. Pachomium a S. Macario et S. Macarium a S. Antonio (9). *Hæc igitur Mendezius, qui dein ostendere aggreditur, maxime ex Actis S. Arethæ, adornatis a Simeone Metaphraste, novem sanctos advenisse in Æthiopiam, inter annos Christi* 470 *et* 480.

non vero sæculo sexto, regnante S. Elesbaa. *Hic a rege Alameda*

22 *Verum Henricus Salt et dicere maluit novem sanctos multo serius venisse, et regem Amedam eumdem esse ac* Elesbaan. Ad hoc usque tempus, *inquit,* arbitrati sunt scriptores, absque ulla ratione sufficienti, adventum sanctorum contigisse inter annos 426 et 480 (10); et expeditio illa in Arabiam, *quam memorat Joannes Malala, a Saltio laudatus,* adscripta fuit imperatori Caleb, qui regnavit usque ad annum circiter 570. *Et advertit paulo inferius*

(1) Joannes Malala, pag. 433, edit. Bonn. — (2) Glossarium latin, v° *Augustalis.* — (3) Bœckhius, Corpus inscriptionum Græcarum, vol. III, pag. 323 et 325. — (4) Bœckhius, loc. cit. pag. 332. — (5) Dillman in Zeitschrift d. d. morgenland. Gesell., tom. VII, pag. 346. — (6) Apud Tellez, Historia de Ethiopia a alta, pag. 79. — (7) Ap. Tellez, loc. cit. lib. I, cap. 31. — (8) Ludolf. Comment. pag. 283. — (9) Ap. Tellez, loc. cit. pag. 79. — (10) Tellez, pag. 91 (l. 81); Geddes, Church History of Ethiopia, pag. 14; Ludolf. Comment. pag. 283.

idem

A *idem viator Anglus, Joannem Malalam etiam mentionem habere cujusdam legationis Justiniani imperatoris, ad regem Axumitarum,* qui, *inquit,* ab eodem historico altero illo loco vocatur Elesboas, et sic feliciter ostendit nomina Anda, Ameda, Elesboas, ad unum solum regem pertinere (1). *Ex quo patet arbitratum esse Saltium, rarissimas fuisse legationes imperatorum Græcorum ad Æthiopes, aut Homeritas. Demum credit Saltius expeditionem* S. Elesbaæ *factam esse anno* 522, *et concludit, paulo post illum annum sanctos novem ex Ægypto simul cum episcopo deductos esse in Æthiopiam. In quibus omnibus non paucæ sunt hallucinationes, quas partim in commentario de S. Aretha, tomo hujus operis X, partim hic depellere conamur. Nos enim oppositum tenemus, et Amedam, seu Andam, prorsus diversum dicimus a* S. Elesbaa*; nec adventum sanctorum retrahendum esse ad hujus regis tempora, sed ipso regnante Ameda, seu Alameda, factum esse.*

probe distinguendus est. 23 *Ad primum quod attinet, multa de eo scribere opus non est, quum nemo ante Saltium id umquam negaverit, vel de eo negando* B *vel cogitaverit solum. Etenim omnes catalogi regum, itemque Vitæ antiquissimæ sanctorum, Alamedam a* Calebo, *sive* Elesbaa, *probe discernunt, ac inter eos regnasse Tazenam perhibent,* S. Elesbaæ *patrem, idque patebit etiam ex iis quæ de historia christiana Æthiopiæ sæculis quinto et sexto mox subjicienda sunt. Quamobrem incautus fuisse dicendus est Saint-Martin, qui in notationibus ad Historiam imperii Cpolitani, Saltium nihil dubitans secutus est* (2)*; atque etiam in eo is erravit, quod nomina* Dimion *et* Dunaan *ad diversos principes Arabes pertinere autumaverit* (3).

Ex vita Teclæ Haimanot et chronico regum Æthiopiæ, 24 *Altero loco pressius ostendendum est sanctos novem diu ante* S. Elesbaan *in Æthiopiam venisse, et quidem regnante Ameda, seu Alameda. Præter catalogos regum, quorum plerique, in notatione aliqua nomini Alamedæ adjecta, id diserte asserunt, ut supra est dictum (num.* 19), *idem continetur duobus antiquissimis Vitis sanctorum, quæ inter Æthiopes repertæ sunt, sancti Aragawi scilicet, sive Za-Michaël, quam aliquando typis edituros* C *nos esse speramus, et de qua id testatur Dillmannus* (4), *et dein abbatis Teclæ Haimanot. In hac posteriori Vita, verba sunt hujusmodi:* Venit *Tecla Haimanot* ad monasterium Damo, quod ædificatum fuit ab abbate Aragawi, uno ex novem sanctis qui advenerunt ex imperio Romano et ex Ægypto, tempore Alamedæ; filio Saladobæ, et decessore Tazenæ. Isti novem, novem stellæ sunt, quæ illuminarunt universum mundum etc. (5). *Hucusque dicta Vita Teclæ Haimanot, quæ accuratissime hoc loco successionem regum Æthiopum consignat. Eodem enim ordine in probatissimis catalogis regum nomina obvia sunt, hunc in modum: Saladoba, Alameda, Tazena, et* Caleb, *i. e.* Elesbaas. *Ceterum Vitam Teclæ Haimanot multo plura continere historica, quam reliquas Vitas Æthiopicas, testantur qui eam præ manibus habuerunt, patriarcha Mende-*

AUCTORE E. C.

ex Actis S. Arethæ, martyris homeritæ,

25 *Præter catalogos regum et Vitas antiquissimas sanctorum Æthiopiæ, in quibus disertis verbis traditur, novem sanctos regnante Alameda advenisse, in promptu est idem ostendere ex Actis probatissimis S. Arethæ, quæ tomo præcedenti vulgavimus. Poteritque simul eo ex fonte accuratius tempus constitui, quo et Alameda regnaverit, et sancti Alexandria in Æthiopiam missi fuerint. In Actis scilicet S. Arethæ aperte ostendimus* S. Elesbaan, *æstate anni* 525, *expeditionem bellicam duxisse contra Dhu Nowasum, regem Homeritarum; qui, judæus quum esset, innumeros christianos diris suppliciis intemerat, et Æthiopum dominatum in Homeritide subvertere ac funditus abolere conabatur. Antequam vero ex Æthiopia solverent naves, adiit* S. Elesbaas *monachum quemdam sanctissimum, jam ætate provectum, ut expeditionem suam Deo commendaret rogaturus.* Stabat, *inquiunt Acta, monachus iste,* ab annis quadraginta quinque in turri parva, non habente neque januam, neque fenestram, lata cu- E bitus duos, alta, simul cum ædificio, cubitus quinque. Foramen parvum erat in ima turri, per quod audiebantur quæ dicebat. *Hucusque Acta, quæ græce et latine edidimus tomo decimo. Mox referunt quæ sancto monacho obtulerit rex, quæ collocuti sint, regique venerandum senem benedictionem impertitum esse.*

et ex Synaxario Æthiopico 26 *At vero in Synaxario magno Æthiopum, quod hi* Senkessar *vocant, ad diem* 27 *mensis Hedar seu* 23 *novembris juliani, quo S. Arethas et socii coluntur, horum etiam obvia sunt Acta, eaque ab Actis Græcis nihil differunt; nisi quod paucis quibusdam additis, pleraque multum contrahant. Deinde regem qui post stragem christianorum Homeritarum, bellum in Arabiam intulit, non* Elesbaan *vocant, ut Græci, sed* Caleb, *more Æthiopico, ut alibi monuimus. Ast ubi memorant,* Calebum *sive* S. Elesbaan, *antequam in Arabiam trajiceret, sanctum quemdam monachum adiisse, hujus quoque nomen adscribunt, his verbis:* Kaleb igitur, rex Æthiopiæ.... accepta prius benedictione ab Abba Pantaleon, speluncæ incola, F transiit ad regionem illam cum multis militibus et navibus multis, ac universam Sabæam, regnum judæi illius, vastavit. *Hucusque* Senkessar, *ad diem* 27 *mensis Hedar; verum multo plura habet his de rebus ad diem* 6 *mensis Teqemt, quo memoriam celebrat S. Pantaleonis, ex quo die nos infra integrum elogium excipiemus. Præmissis paucis de vita ante acta, his verbis, quæ post adventum in Æthiopiam egerit, auctor prosequitur:* Inde venit *S. Pantaleon* in Æthiopiam cum novem sanctis, temporibus regis Alamedæ, filii Saladobæ regis; et hospitati sunt in aliqua domuncula. Deinde ad diversa loca abeuntes, ascendit sanctus abbas Pantaleon in verticem alicujus exigui montis, in quo sibi speluncam quamdam confecit altam cubitus quinque, longam cubitus duos, latam tres *(sic)*, tectam lapide, nec

(1) H. Salt, Voyage en Abyssinie, tom. II, pag. 255 et 258. Paris 1816. — (2) Lebeau, Hist. du Bas-Empire, édit. Saint-Martin, tom. VIII, pag. 49, 51. — (3) Ibid. pag. 53 et seq. — (4) A. Dillmann, loc. cit. pag. 348, not. 1. — (5) Ap. Tellez, loc. cit. pag. 79. — (6) Ibid. pag. 79 et seqq. — (7) Ibid. pag. 85. — (8) Catalogus Codd. mss. Musei Britannici, part. III, pag. 49. Londini 1847. — (9) Catalogue raisonné de mss. éthiop. appartenant à Ant. d'Abbadie, pag. 48. Paris 1859.

aliam

AUCTORE E. C.

aliam fenestram habentem quam parvum aliquod foramen. In ea remansit annos quadraginta quinque, etc.

ostenditur, regnante Alameda, anno circiter 479,

27 *Quæ si conferantur cum iis quæ de sancto sene, quem anno* 525 *adiit* S. Elesbaas, *in Actis antiquissimis S. Arethæ leguntur (supra num.* 25), *et cum iis etiam quæ in elogio modo laudato martyrum Negranensium habet Senkessar, luce meridiana clarius apparebit, eumdem sanctum senem designari his tribus monumentis. Insuper, ut advertit patriarcha Mendezius, in Æthiopum libris et in omnium ore id perpetuo obvium est, senem quem rex* Calebus *sive* Elesbaas, *antequam expeditionem Homeriticam susciperet, consilii audiendi gratia invisit, fuisse S. Pantaleonem* (1). *At vero multis et invicte ostendimus in Actis S. Arethæ, expeditionem illam factam esse anno* 525 (2); *ex quo facile conficietur, quo circiter tempore S. Pantaleon, cum reliquis octo sanctis, Æthiopiam adierit. Etenim libri hagiographici tum Græci, tum Æthiopici nos docent, dictum sanctum tum temporis annos jam* 45 *exegisse in sua spe-*
B *lunca, sive turricula, et quum ab adventu in Æthiopiam alibi hospitatus esse non dicatur, et dici queat, annos istos* 45 *significare universam vitam monasticam, quam in Æthiopia exegerat, subductis* 45 *a* 525, *quo numero annus signatur expeditonis* S. Elesbaæ, *tempus ipsius adventus S. Pantaleonis in Æthiopiam propemodum reperietur: quem idcirco in annum incidere circiter* 479 *non immerito arbitramur. Idque mirum in modum aliunde confirmatur; infra enim ostendimus, ex ipsa Homeritarum historia, Alamedam anno præcedenti, seu* 478, *de his victoriam reportasse. Dicto igitur anno* 479, *novem monachi, quos Habessini novem sanctos vocitant, a patriarcha Alexandrino in Habessiniam, seu Æthiopiam, missi sunt; et anno præcedenti, Æthiopum rex Homeritidem, aut potius ejus provinciam aliquam, obtenta victoria, occupaverat, et quum promissis stare vellet, sacra christiana, si vinceret, amplectendi, a patriarcha Alexandrino, missa legatione, episcopum et clericos sollicitatus erat (num.* 13).

novem sanctos ex Ægypto in Æthiopiam venisse.

28 *Aliunde, in ipsa expeditione anni* 525 *(quam anno* 522 *factam esse Saltius ceterique credidere), et post quam advenisse novem sanctos, et conversum esse regem Æthiopum ejusque gentem idem viator autumabat (num.* 22), *multi monachi Æthiopes regem* Elesbaan *comitabantur* (3); *qui proin non secus ac Æthiopum gens, jamdudum erat christianus. Insuper, urbs Negrana, in qua Æthiopes a multis annis dominabantur, anno* 523 *aut* 524, *adveniente Dhu Nowaso, judæo persecutore, martyria suorum ultra quater mille computavit: inter quos fuit ipse phylarcha, sive regulus provinciæ, inclytus martyr S. Arethas; qui profecto sub ditione fuit Æthiopum. Ex quibus palam fit novem sanctos, quibus Æthiopiæ conversio adscribitur, illuc advenisse anno circiter* 479; *eos accersitos esse Alexandria a rege Æthiopico Ameda, qui devicto rege Homeritarum religioni christianæ, ut pollicitus erat, nomen dedit; et exinde per universam Æthiopiam evangelium propa-* D *gari, ac superstitiones ethnicas in perpetuum renunciari cœpisse. Tres igitur expeditiones regum Æthiopum in Homeritidem, quæ præcipite sæculo quinto et ineunte sexto contigerunt, et ab auctoribus confuse narrantur, rite distinguimus ac separamus, earumque primam factam esse dicimus ab Alameda anno* 478, *alteram a* S. Elesbaa *anno* 519, *itemque tertiam anno* 525. *His constitutis et definitis, tum Actis* S. Elesbaæ, *tum præcedentium regum rebus gestis lux multa affulgebit; et quæ adhuc tenebris involvebantur et confusa erant, suis singula affixa temporibus, proprio lumine et nitore clarescent. Quocirca, ut promissis stemus, pauca illa, quæ de conditione rei christianæ in Æthiopia ab ætate S. Frumentii usque ad* S. Elesbaan, *enotuere, suo ordine jam proferimus; dein ipsius* S. Elesbaæ *historiam proposituri. Sed quoniam Theophanes chronographus regem Alamedam judæum fuisse scribit, et ab remotissima ætate judæos, qui ingenti numero hodiedum Æthiopiam incolunt, in ea versatos esse plerique crediderunt, alii ab Ægypto eos advenisse* E *autumantes, alii e Palæstina post eversam Hierosolymam a Nabuchodonosor, hac de re universa simul quæstionem hic habebimus.*

§ III. Num rex Ela-Ameda, seu Alameda judæus fuerit; unde et quando judæi in Æthiopiam venerint; hujus regni ecclesia et hodiedum judaizat.

Rex Alameda judæus non fuit quidquid scripserit Theophanes;

Ante omnia fatendum est, de regibus qui a medio sæculo quarto usque ad præcipitem jam quintum floruere, nihil præter nuda nomina, e veteribus monumentis erui posse. Quapropter, neglectis eorum rebus gestis, quæ propius ad scopum nostrum spectant tantum inquirere paulisper licebit; nimirum num christiani fuerint, et num post obitum S. Frumentii res christiana in Æthiopia flo- F *ruerit, aut progressa sit. Prima ratio ut de eo dubitetur, eaque non levis, ipsa conversio est regis Alamedæ a cultu idolorum ad sacra christiana; de qua in superioribus fuse diximus. At Theophanes, inquies, dum post Malalam, victoriam memorat regis Amedæ (qui ab eo Adad* (4) *vocitatur), de Homeritis relatam, eum religione judæum fuisse scribit; quod si verum sit, intervertitur omnis Æthiopiæ historia, jamque Æthiopes seriem regum suorum a Salomone et regina austri prognatam esse, non immerito jactare videbuntur* (5). *En locum Theophanis, quem integrum dare opus non fuerit, siquidem pleraque ex Malala excerpsit:* Hoc anno regem Exumitarum *(sive* Axumitarum) Indorum, QUI JUDÆI ERANT, *inquit* (6), ex hujusmodi causa bellum sustinere contigit. Exumitarum rex interiorem Ægyptum occupat, et Judæorum opiniones sectatur.

(1) Tellez, pag. 82.— (2) Acta SS. Octobr. tom. X, pag. 700, num. 132 et pag. 711, num. 172 et seq. — (3) Acta SS. Oct. loc. cit. pag. 93, num. 56 et pag. 96, num. 57. — (4) Vide supra, nnm. 4. — (5) Cfr tom. X Octob. pag. 725 et scriptores ibi laudati. — (6) Theophanes, tom. I, pag. 546, edit. Bonn.

Romani

A Romani porro mercatores ad Exumitam et interiores Indorum Æthiopumque partes per Homeritarum terras penetrant. Mercatores istos, ut moris erat, per Homeritæ montes iter agentes, rex Homeritarum Damianus (1), direptis eorum facultatibus omnibus, occidit : eo quod Romani, aiebat, Judæos secum habitantes vexant, et mortem eis non verentur inferre ; ex quo commercium interiorum Indorum Exumitæ diremptum fuit. Iratus itaque Exumitarum rex Adad..... Deo opitulante, magnam retulit victoriam..... Eo nuncio Justinianus supra modum lætatus, episcopum quem ipsi vellent dari jussit. Legati, diligenti examine præmisso, Joannem quemdam, ecclesiæ sancti Joannis in magna Alexandria paramonarium, virum pium et cælibem, annorum duorum et sexaginta, delegerunt. Eo igitur abducto, ad regem Adad et propriam regionem redierunt. Ita demum Christi fidem professi, baptismi lumine cuncti fuerunt illustrati. *Ex his satis apparet Theophanem, non secus ac antesignanos suos Malalam et Joannem, Ephesi episcopum, tres expeditiones regum Æthiopum in Homeritidem, in*
B *unum conflasse. Sed præterea, narrationem suam magnam partem ex Malala exscribens addit, ut dictum est, Axumitas sacris judaicis fuisse addictos. Atque istud quidem ex mera indiligentia scripsisse videtur, quod alii de cultu judaico regis Homeritæ narrant, attribuens regi Axumitarum. Etenim nullus auctor ante eum, ex iis qui ad nos usque pervenerunt, aliquid simile de rege Axumita literis mandavit; et qui eum secuti sunt, quod scribit de ejusdem regis judaismo, vel omittunt, vel negant.*

dissentiunt enim reliqui historici. Judæi multi in Æthiopia habitant, eoque antiquitus advenerunt.

30 *Sic Georgius Cedrenus, Theophanis, ut solet, vestigia premens, narrationem ducis sui, de bello Axumitas inter et Homeritas, accurate contrahit* (2), *sed de cultu judaico regis Axumitæ silet omnino. Nicephorus vero Callistus, dum easdem res gestas Historiæ suæ ecclesiasticæ, ut par erat, interserit, Theophani aperte contradicit.* Eo vero adhuc imperium gubernante, *inquit, nimirum Justiniano ut arbitratur, bellum Alamedæ cum Homeritis a bellis* S. Elesbaæ *non discernens, de quo alibi scripsimus* (3), Axumitarum Indo-
C rum rex, GRÆCORUM SACRORUM CONSECTATOR, prælium cum Homeritis Indis, judaicam religionem colentibus commisit. *Dein reliqua prosequitur Theophani de cetero inhærens, eademque narrat quæ nos ex historicis antiquioribus recitavimus. Theophanis igitur assertum, in quo ei nemo præluxit, et quod a nullo scriptore, quod sciam, assumptum est, quodque ille aliud agens, et quasi oscitanter scribens, chartæ mandavit, nullo negotio negligi potest. Non tamen negamus quin jam tum Judæi non pauci in Æthiopia fuerint, quum id in Ægypto quoque et Homeritide obtinuisse alibi ostenderimus* (4), *et jam præcedenti sæculo Jacobus Bruce minimum* 100,000 *illic vivere scribat, auctor vero recens hodiedum ad bis centena et quinquaginta millia ascendere asseveret* (5). *De quo argumento multi varie scripsere; et siquidem moribus judaicis religio christiana in Æthiopia a multis sæculis infecta est, operæ pretium fuerit quo ævo Judæi in hoc regnum advenerint, breviter inquirere.*

AUCTORE E. C.

Eversa Hierosolyma a Nabuchodonosor plerique advenisse sentiunt; quam sententiam pluribus confirmare

31 *Hæc quæstio similis est illi quam de judæis arabicis instituimus tomo* x *Octobris* (6), *possentque iterum sententiæ variæ hic recenseri, at quum harum una hucusque præ ceteris placuerit et reliquas fere complectatur, hanc expendisse satis fuerit. Quam his verbis effert Abulfeda, de Arabia scribens :* Alii tamen dicunt Judæos advenisse... quando debellati sunt a Nabuchodonosor et diruta est Jerusalem (7). *Devictus est Sedecias, captaque est Hierosolyma a Nabuchodonosor anno ante Christum natum* 588, *et tum maxime dispersos esse Judæos ante eversionem urbis a Tito, haud est dubium. Quæritur itaque num illo quoque tempore Judæi Æthiopes e patria migrarint; quam in rem aliqua notatu non indigna collegit eruditus viator Antonius d'Abbadie, cujusmodi sunt ista :* 1° *Hos Judæos, qui vulgo in Æthiopia* Falasja, *appellantur, initio secundæ lunæ post Pascha inchoare jejunium, dictum* E
tornas, *in memoriam jejunii quod principio obsidionis Hierosolymæ a Nabuchodonosor Hierosolymitani peregerunt. Verum et Judæi hodierni jejunia plura ob captam urbem a Nabuchodonosor observant* (8) : *nimirum mense decimo, quo inchoata est obsidio; mense quarto, quo urbs capta est; quinto, quo combustum est templum; et septimo, quo occisus est Godolia judæus, qui a Nabuchodonosor constitutus fuerat præfectus judæorum, quos in patria relinquebat (Jerem. cap.* 41; *Zachar. cap.* 8 *etc). Istud jejunium* tornas *refertur ad renovatam obsidionem, anno* 589, *ad quem vide Annales Usserii. Nihil igitur inde deduci potest.* 2° *Luna tertia post festum Paschatis ab iisdem instituitur jejunium* ab tom *in memoriam sacerdotum, capta Hierosolyma, a rege Nabuchodonosor occisorum, idque solum jejunium est quod non modo a sacerdotibus, sed ab omnibus Judæis Æthiopibus, sive* Falasja *servandum sit* (9). *At jejunium istud vix ac ne vix quidem differt a jejunio mensis quarti, de quo modo diximus.*

et explicare nititur cl. Ant. d'Abbadie. Verba Philonis.

32 *Deinde celebrantur ab iisdem jejunia et festa in honorem patriarchæ Joseph; quam ob rem Cl. d'Abbadie censet Judæos Æthiopes ex iis quidem prodiisse qui e patria migrarunt, cæso rege Judæorum Sedecia a Nabuchodonosor, sed ex iis simul qui ex Judæa in Ægyptum transierint, de quibus non pauca leguntur in Jeremia propheta* (10). *Verum enimvero permulta festa celebrant Judæi, ut patet ex eorum calendario apud Calmetum : et ex paucissimis quæ adducit Ant. d'Abbadie, licet Josephi patriarchæ festum in calendariis nobis notis adscriptum non sit, nihil videtur deduci posse. Profecto in Ægypto Judæi permulti fuerunt, ut etiam tomo præcedenti ostendimus ex insigni loco Philonis:* Non minus decies centenis millibus (1,000,000) Judæorum, *ait scriptor ille,* in Alexandria et regione cir-

(1) V. supra, num. 4. — (2) Cedrenus, tom. I, pag. 656, edit. Bonn. — (3) Supra, num. 4 et seqq. — (4) Acta SS. Octobr. tom. X, pag. 668. — (5) H. Stern, Wanderings among the Falashas in Abyssinia, pag. 194. London 1862. — (6) Pag. 668, num. 24 et seqq. — (7) V. Tom. X Octobr. pag. 668. — (8) Cfr Petavius, de doctrina temp. tom. I, lib. VII, cap. 18; item kalend. judaic. ap. Calmet, Dictionn. de la Bible, tom. II, pag. 595, edit. 1737.—(9) Ant. d'Abbadie, les Falacha ou Juifs éthiopiens, in Revue de l'Orient, tom. VII, pag. 230. — (10) Jer. cap. 41 ad. 47.

cumsita

AUCTORE E. C.

cumsita habitant, a descensu ad Libyam usque ad fines Æthiopiæ. *Adverte vero scripsisse Philonem ante eversam denuo Hierosolymam a Tito, novamque dispersionem. Sed simul memento Ptolemæum Lagi Judæos circiter* 100,000 *in Ægyptum abduxisse, annis plus quam trecentis ante Christum, ut narrant Aristarchus et Josephus. Sententiam Cl. Ant. d'Abbadie sequitur Josephus Sapeto, ejusdem regni missionarius catholicus* (1). *Ex Ægypto prodiisse Judæos Falasja similiter censuit vir eruditus Phil. Luzzato, addens ex Judæis hellenistis illos fuisse et ideo Bibliis hebraicis carere* (2). *Narrat demum A. d'Abbadie, qui de Æthiopiæ Judæis præomnibus accuratissime scripsit, illos faciem referre et ad stirpem spectare, non Judæorum, sed tribus Æthiopicæ Agaw, cujus et lingua utuntur* (3). *Unde demum conjicit mercatores Judæos ex Ægypto advenisse sive itinere maritimo, sive terrestri per regnum Meroëticum, et partem gentis Agaw ad sacra sua convertisse.*

Habessiniæ Judæi ex Æthiopia Meroëtica non advenerunt,

33 *Addunt alii, Judæos ab antiquissimis temporibus in Habessinia et extrema Æthiopia habitasse, significari a Sophonia propheta his verbis :* Ultra flumina Æthiopiæ *sive* Cusj, *ut habet hebraica veritas,* inde supplices mei, filii dispersorum meorum, deferent munus mihi (4). *At, missa loci disquisitione,* Cusj *ab Hebræis et Ægyptiis* (5) *dicebatur in primis Æthiopia septentrionalis, hodie Nubia, quæ per multa sæcula ante Christum natum potentissima fuit, et cujus urbs regia primum Napata erat, ad latitudinem fere* 19°, *dein Meroë in insula cognomine et ad latitudinem circiter* 17°. *Ex laudato autem loco Philonis et ipso ingenio Judæorum, qui mercaturæ gratia regna potentiora urbesque majores adibant, haud difficulter admittimus in Æthiopia ista, quam plurima flumina interluunt, non paucos adfuisse Judæos, ac alibi monuimus illic vixisse eunuchum reginæ Candacis. At Habessini usque ad initium fere æræ christianæ barbari fuerunt, nec facile inter eos Judæi consedissent. Insuper tanto numero adfuisse in regno Meroëtico ac inter flumina* Cusj *non videntur, siquidem sanctus Lucas, tot regna recensens ex quibus Judæi ad Pentecosten*
C *advenerant, Æthiopiæ, sive Ægypto proximæ sive ulterioris, nullam habet mentionem* (6). *Libya enim cujus meminit, nec Habessiniam, nec Meroën insulam, nec ipsam Nubiam hodiernam complectebatur* (7). *Quam ob rem, etiamsi Judæorum colonia in Æthiopia occidentali seu Meroëtica vixisse, ut temere ex Sophonia arguunt, tamen modica fuisset nec veri simile esset, omnes, sive plerosque inde Judæos simul ad regionem barbaricam, qualis antiquitus fuit Habessinia, seu Æthiopia orientalis* (8), *transiisse.*

nec etiam ex Ægypto ;

34 *Restat igitur ut quæramus num ex Ægypto, quæ multorum sententia est, Judæi in Habessiniam advenire potuerint. Quam in rem iterum in mentem revocandum est, quod* D *modo advertebamus, Æthiopes orientales usque ad primum sæculum ante Christum natum barbaros fuisse, ut ex geographis Agatharchide et Artemidoro certissime constat (et nos suo loco ostendimus), demptis forte locis paucissimis in littore maritimo. Qui igitur Judæi, qui in Ægypto vivebant, regnantibus Ptolemæis, sive antea etiam, rebus prosperis utentes et omnimoda cultura, inde ad gentem barbaram transiissent? Romanis quidem Ægyptum obtinentibus, multo magis frequentari cœpit littus æthiopicum, sed nulla tamen causa reperiri potest hujusmodi transitus Judæorum multorum. Denique sero in Habessiniam advenisse videntur, nulla enim eorum mentio est in historia SS. Frumentii et* Elesbaæ, *nec in libro Cosmæ Indicopleustæ, qui, dum mercatorem ageret, circa annum* 519, *dudum in Æthiopia versatus est et notissimas jam inscriptiones Aduliticas jubente ipso* S. Elesbaa *excepit, et in Ægyptum redux libro inseruit. Nec quidquam de his Judæis habet Procopius, ejusdem sæculi sexti scriptor; nec denique ullum nomen judaicum* E *in catalogo regum agnoscitur, ante sæculum quintum christianum, quo floruere reges fratres Abreha et Atzbeha; at prioris nomen tam christianum est quam judaicum.*

sed ex vicina Homeritide

35 *Verum opus minime est ut Judæos istos ex longinqua et multo cultiori terra Ægypti in Habessiniam deducamus, nec satis mirari possum neminem de vicina Homeritide cogitasse, ubi Judæos permultos vixisse ostendimus in Actis S. Arethæ, immo ineunte sæculo sexto ipsum regnum fuisse judaicum* (9). *Quo tempore ex Judæa illuc devenerint in Actis S. Arethæ inquirere conati sumus, at certum est post ruinam Hierosolymarum a Nabuchodonosor, multos in Arabiam fugisse* (10). *Linguam etiam homeriticam admodum similem fuisse æthiopicæ, sive* geez, *omnes norunt, inter Æthiopiam et Homeritidem continua commercia fuisse, et unam ab altera non distare, trans fretum Bab-el-Mandeb, plus chiliometra* 23. *Adde, nomina Dei hebraica inter Judæos Æthiopes, licet Bibliis hebraicis hodiedum careant, frequentia esse, eaque magnam partem desinere in voculam* El (11); F *quumque et Homeritæ, seu Arabiæ Felicis incolæ, in inscriptionibus suis eadem vocula* El *frequenter sint usi* (12), *multo facilius intelligitur quomodo hæc nomina per multa sæcula retinuerint, quam si dixeris ex Ægypti Judæis hellenistis eos prodiisse. Præterea templa sua* meskid *vocare consueverunt* (13), *quod sane arabico* mesdjid, templum, mosquea, *proximum est, quamquam tacere nolo Æthiopes christianos, licet raro, et ipsos sacella* mesghad *aliquando vocasse* (14). *Sic facilius quoque percipitur, cur inummera eorum festa mensibus lunaribus sint illigata* (15). *Etenim Ægypto ab antiquissimis temporibus et a*

(1) Sapeto, Viaggio e missione catholica fra i Mensa, i Bogos ecc. pag. 40 et 55. Roma 1857. — (2) Archives israélites, 1852 et 1853. — (3) D'Abbadie loc. cit. pag. 222 et 233; Rüppell, Reise in Abyssinien, tom. II, pag. 323 et seq.; cfr tamen Stern. Wanderings, pag. 197. — (4) Sophonias III, 10; cfr Isaiæ XVIII, 1, et Vivien de Saint-Martin, l'Afrique dans l'Antiquité, pag. 200. — (5) Cfr Brugsch, Geographische Inschriften altägyptischer Denkmäler, tom. I, pag. 100-107. Leipzig 1857. — (6) Cfr Acta apost. II, 9 seqq. — (7) Vivien de S. M. loc. cit. pag. 30.— (8) Vide dissert. huic tomo adjectam.— (9) Tom. X Octob. pag. 668, num. 24 et seqq.; pag. 694, num. 108 et seq. et pag. 722, num. 1.— (10) Jeremiæ, cap. XL, 11.—(11) D'Abbadie loc. cit. pag. 232; cfr Stern, Wanderings etc., pag. 198. — (12) V. Addenda ad commentar. de S. Aretha ad calcem tomi X Octob. in fine.— (13) Stern, Wanderings etc., pag. 188 et passim.— (14) Ludolf. Lexicon, col. 184; Dillmann, col. 399. — (15) D'Abbadie, Nouvelles annal. des voyages, année 1845, tom. III, pag. 95.

duodecima

A *duodecima minimum dynastia, ut ostendere viri clarissimi vicecomes de Rougé et post eum Richardus Lepsius, annus sothiacus dierum* 365 *cum horis sex, vel vagus dierum mere* 365, *in usu erat, nec hucusque demonstrari potuit Ægyptios, ætate quam historicam vocant, umquam annum lunarem adhibuisse. Deinde longe jam veri similior fit sententia Kepleri, celeberrimi astronomi, Usserii, aliorumque plurium, Hebræos veteres anno solari usos fuisse, et quidem usque ad captivitatem Babylonicam, ut nobis videtur, vel ut Keplero aliisque usque ad dominatum Macedonum in Asia.*

in Habessiniam venerunt.

36 *Si igitur Judæi Æthiopes ante ipsam captivitatem Babylonicam e Judæa fugissent et dein in Ægypto dudum vixissent, quomodo jejunia sua et festa permulta tam fideliter ad lunæ cursum disposuissent? Annus eorum ecclesiasticus, ait eruditus vir Ant. d'Abbadie* (1), *evidenter initio lunaris fuit, quamvis hodiedum annum christianorum Æthiopum (qui demptis mensium nominibus mere ægyptiacus est) admiserint: omnis luna nova seu*

B *prima, ac item decima eis festa est, etc. Atqui nulla aderit in his rebus difficultas, si dixerimus eos ex Homeritide in Æthiopiam venisse, sæculo in primis sexto, quando rex Abraha Alasjram Judæos Homeritas persequi cœpit, vel sequenti, dum invaluit Mahumetes, cui Judæi similiter odio fuere* (2). *In Arabia enim menses lunares, ut patet ex anno mahumetanorum, multum usui fuerunt, licet Arabes Syriæ mensibus solaribus usos esse jamdudum ostenderit Norisius, ac nos forsan suo loco amplius ostensuri simus; sed mutuati eos erant isti a Syris et Phœnicibus, ut nunc certo novimus. Nec solum sæculo sexto et septimo Judæos in Æthiopiam transiisse censemus, sed partim etiam sæculis præcedentibus, quod hæc regna adeo vicina erant, et forte negotiationis causa, quæ in littore Adulitico sæculis primis christianis florentissima fuit.*

Judæorum conditio inter Æthiopes christianos, qui a pluribus sæculis judaizant:

37 *Duobus vero in tractibus habitant Judæi Habessini, in provincia Semen, sive Simen, locisque vicinis, et prope urbem maritimam Massawa. Singulare vero est quod de provincia Semen, ejusque montibus sæculo sexto scribebat Cosmas Indicopleustes, illuc crimine reos in exsilium mitti consuevisse* (3); *unde credere subit, exeunte illo sæculo vel sequentibus, Judæos advenas a regibus christianis illuc relegatos fuisse. Deinde numero creverunt et potentes facti sunt* (4); *quin etiam aliquando in Æthiopia dominati esse videntur. Æthiopes enim christianos a multis sæculis et in hanc usque diem judaizare negari vix ac ne vix quidem posset. Quæ res hæc tria præ ceteris complectitur: circumcisionem, abstinentiam a carne suilla et religionem sabbati.*

circumcisio inter Æthiopes christianos, ejus carnis suillæ et sabbati religio;

38 *Ad circumcisionem Æthiopum quod attinet, certum est eam differre a circumcisione judaica, quod multis ostendere conatus est Ludolfus, idque etiam asseverat rex Æthiopum Claudius, in confessione quam anno* 1555 *tradidit missionariis nostræ societatis* (5). *Nec vero de eo dubitandum est. Circumcisio enim in ora æthiopica exstitit dudum ante Christum natum, et forte non multo minus antiqua illic est quam in ipso Ægypto. Sed patet ex Agatharchide et Artemidoro apud Strabonem, tum etiam ex notis editorum Du Theil et Letronne, plerumque similem fuisse hodiernæ circumcisioni mahumetanorum et multo minorem judaica; at gentem quamdam memorat Agatharchides, quæ alio quodam circumcisionis modo utebatur, tam a judaico quam ab ægypto et mahumetano iterum diverso* (6). *Circumcisio illa minor a S. Frumentio et consecutis episcopis inter Æthiopes christianos procul dubio abolita fuerit, sed renatam eam esse, quis aliter explicet quam si dixerit Judæis illic aliquando dominatum obtigisse? Idem de abstinentia a carne suilla dicendum videtur, quidquid hanc in rem scripserit rex Claudius et post eum Ludolfus* (7). *Sabbati feriationem aliquatenus intelligi ex usu ecclesiæ primævo non diffiteor* (8), *et quidem in S. Athanasio* quartam sabbati *alicubi* E *legere me memini pro* feria quarta : *quam ob rem minus miror locutionem Æthiopum,* echud sanbat, sabbatum primum, feria prima, *id est,* dies dominica, *quo postremo nomine carent; aut alteram illam,* sanbat krestiyan, *sabbatum christianorum : sabbatum vero Judæorum* sabbatum antiquum *nuncupant* (9).

AUCTORE E. C.

39 *At vero fatetur rex Claudius, Æthiopes suos in sabbato antiquo sacram cœnam suscipere et agapas exhibere, quod de feria prima non scribit. Quocirca vix iterum dubitare possum quin hæc dominantibus aliquando Judæis, fuerint inducta. Quo tempore tantam potestatem in Æthiopia adepti sint Judæi, definire non possum; video tamen plerosque omnes aperte tradere impiam feminam Gudit sive Essat, quæ a Falasyan Esther dicitur, et quæ sæculo decimo Æthiopiæ regnum occupavit, judæam fuisse* (10); *cujus prosapia regnavit ultra annos trecentos. Num vero jam ante illud ævum ritibus judaicis adhæserit Æthiopum ecclesia, forte ille discere poterit, cui aliquando Vitam longissimam Teclæ Haimanot, quæ æthiopice Londini adservatur, et arabice Parisiis, perlegere contigerit.* F

verejudaïzant, a sæculo, ut videtur, decimo.

§ IV. Religio christiana in Æthiopia sæculo V pæne deperdita. De catalogo metropolitarum et presbytero Joanne. Interrupta est sæculo V metropolitarum series.

Religionem christianam in Æthiopia sæculo V pæne

Ratio *prima, ut jam diximus, cur verisimile videatur Æthiopum reges sæculo quinto iterum gentiles esse factos, et religionem chri-*

(1) Loc. cit. pag. 95 et seq. — (2) Cfr tom X Oct. pag. 727 annot. *tt.* pag. 730, annot. *d.* — (3) Cfr Vivien de Saint-Martin, Journal asiat. octobre 1863, pag. 355. — (4) Cfr Tellez, pag. 38. — (5) Ludolf. Hist. æth. lib. III, cap. I; Comment. pag. 240. — (6) Geographi minores edit. C. Müller, tom. I, pag. 154. — (7) Hist. æthiop. lib. III, cap. 1. — (8) Vide ibid. a num. 52. — (9) Ludolfus in Lexico, col. 168, edit. Alterius; Dillmann, col. 369 — (10) Iter J. Bruce, Sapeto, pag. 126, Rueppell, tom. II, pag. 330, Salt etc.; cfr Dillmann, Zeitschrift d. d. morgenl. Gesell. tom. VII, pag. 330.

extinctam esse, ostenditur ex historia, conciliis et

stianam inter illos pæne exstinctam esse, ipsa conversio est regis Alamedæ ad fidem catholicam. Inter incultas enim hasce gentes (ut antiquitus universim), rex eadem sacra ac subditi semper profitebatur, et si ea mutaret, etiam his adhibita vi mutanda erant. Quocirca et alii ante me idem de Æthiopiæ conditione sæculo quinto suspicati sunt (1). *Ratio vero altera hæc est : quod in historia ecclesiastica, illius gentis a medio quarto sæculo usque ad bella* S. Elesbaæ *adversus Homeritas judæos, nulla est mentio. Responderi quidem potest, neque regis Tazenæ, quem christianum fuisse, mox e monumentis evidenter ostendetur, mentionem occurrere in Ecclesiæ annalibus. Verum, non solum in historia ecclesiastica, at neque in conciliis patriarchatus Alexandrini, quæ satis frequentia fuere* (2), *per universum illud tempus, de Æthiopia quid quam dicitur aut ullius ejus metropolitæ legitur nomen. Insuper ipse Tazena, in inscriptione priore, ut censent plerique, adhuc filium Martis sese dicit. Denique catalogus profertur patriarcharum Æthiopiæ, seu metropolitarum, aut potius episcoporum : siquidem jura patriarchatus nulla habent, et in universa Æthiopia, ab ævo jam S. Frumentii, non sit nisi unus episcopus, qui a patriarcha Alexandrino ordinatur et mittitur.*

B

De hoc catalogo dicendum breviter hoc loco, ut pateat quam parum inde possit confici.

catalogo metropolitarum Æthiopiæ.

41 Metropolitarum Axumensium, qui Frumentio successere, *ait Michaël Lequien,* catalogum apud Habessinos ferri ajunt Jobus Ludolfus et Michaël Vanslebius: ille quidem lib. III. Hist. Æthiopicæ, ad annum usque 1613 nonaginta quinque metropolitas numerari scribit, quorum indicem a se visum non esse fatetur : hic vero in Historia ecclesiæ Alexandrinæ lib. I cap. IX ait eos a Frumentio ad Sennodium usque, quem Alexandrinus patriarcha Matthæus anno 1670 miserat, centum et sexdecim metropolitas recensere. Quæ certe non satis videntur posse conciliari, propter breve spatium quod intercessit ab anno 1613 ad 1670.

Quatenus genuinus sit

42 *At vero, quin error admissus sit a Wanslebio, qui res Æthiopum non adeo introspexit, dubitandum non est. Sapetus enim, qui*

C

annos multos in Æthiopia transegit, et, ut arbitror, in ea versatur etiamnum , eumdem Sinodam sive Sennodium, quem Wanslebius memorat, diserte scribit Æthiopiæ metropolitam fuisse centesimum (3) : *in quo cum iis quæ a Ludolfo proferuntur manifeste consentit. Porro catalogus ille patriarcharum nihil continet præter nuda nomina, et forte nonnihil luxata, siquidem viatoribus dignus visus non est qui in Europam afferretur, et post tanta copia collectos ex Æthiopia codices manuscriptos, in nulla bibliotheca obvius est: de quo jam Ludolfus conquerebatur* (4).

iste catalogus.

43 *Quum tamen ab anno* 350 *quo circiter S. Frumentius ut episcopus in Æthiopiam advenit, usque ad annum* 1670, *quo Sinoda creatus est patriarcha, non plures fuerint quam* 99, *et totidem circiter episcopi, intra idem tempus in pluribus Europæ sedibus episcopalibus numerentur, et multo plures Pontifices Romani, inde culpari catalogus ille non deberet, et forte paucissima nomina sunt vel spuria, vel pseudo-patriarcharum. Licet tacere nolim, observatum esse a Renaudotio* (5), *et post eum a Michaële Lequien* (6), *Æthiopes interdum per annos multos metropolitis caruisse ; et inde factum esse ut reges plures metropoliticam potestatem exercuerint, immo et liturgiam celebrarint. Quam in rem adducit Renaudotius locum scriptoris Arabis Abuselah* (7), *sæculi* XIV, *aitque propterea regem Æthiopiæ dictum esse* presbyterum Joannem. *Quam sententiam amplexus est etiam Michaël Lequien* (8).

D

Presbyter Joannes *dictus est primitus nec rex Habessinorum, nec Ung-Khan, rex Keraitarum,*

44 *At vero de hac quæstione , de qua ab annis plus quam ducentis , adeo disceptarunt* (9), *quoniam hoc ipso tempore soluta est, hic paucis dicendum videtur. Compertum igitur nunc est regem Habessiniæ nec ab ipsis Habessinis, nec a scriptoribus extremo sæculo decimo quinto antiquioribus umquam presbyterum Joannem esse dictum ; inditumque illud nomen primitus fuisse vel regi Karaitarum ad septentrionem Sinensis imperii, de-*

gentium, ut hucusque credidere plurimi , qui rex, dictus Ung-Khan, anno 1203 *a magno imperatore Tjinghis-Khan devictus est* (10), *vel potius regi gentis Qarakhitay, ad orientem maris Caspii habitantis, a Chorasmia, seu a civitatibus Bukhara et Samarkan, usque ad desertum Gobi* (11). *Posterioris vero regionis rex, qui a scriptoribus Sinensibus Yeliutasje dicitur, ab Arabibus vero et Europæis Kor-Khan, anno* 1141, *dudum ante victorias Tjinghis-Khani, sultanum Turco-Persarum Sandjarum profligavit* (12). *Atqui hæc victoria memoratur ab Ottone Frisingensi, scriptore coævo, qui diem obiit anno* 1158, *et Korkhanum* presbyterum Joannem *appellavit* (13).

sed Kor-Khan, rex Qarakhitayorum.

45 *Ex quibus sequitur ipsum Kor-Khanum, regem Qarakhitayorum, inter quos non pauci erant Nestoriani, nomine presbyteri Joannis insignitum esse ; non vero Ung-Khanum, regem Keraitarum, qui anno* 1141 *forte natus*

F

nondum erat. Atque hanc sententiam, quæ a perito geographo d'Avezac jam paucis proposita fuerat (14), *hoc ipso anno* 1864 *insigni libello tuitus est doctor Gustavus Oppert, eamque in primis ex itineribus Benjamini de Tudela et nostratis Ruisbrochii sive Rubriquisii, ex historiis Ottonis Frisingensis, Abulfaragii, Abulfedæ, Mirkhondi et Abulgasii confirmavit. Advertit vero idem scriptor recte dixisse Marcum Paulum, in regione Tanduc (cujus situm nuper Cl. Pauthier, derelicta sententia Julii Klaproth, aliorumque, ex libris sinicis aptissime, quantum judico, significavit)* (15), *regnasse principes ex genere pre-*

(1) Th. Wright, Early christianity in Arabia, pag. 51. — (2) Cfr Labbe, Concilia tom. I-IV. — (3) Sapeto, Viaggio ecc. pag. 97. — (4) Historia Æthiopica, lib. III, cap. 7, 18. — (5) Historia patriarcarum Alexandrinorum, pag. 337, 381. — (6) Lequien, Oriens christ. col. 647 et seqq. — (7) Hist. patr. pag. 338; cfr D'Herbelot, Bibl. orient, v° *Abu Salah* — (8) Oriens christianus, loc. cit. — (9) Cfr Ludolfus, Commentarius ad hist. Æthiop. pag. 218 et seqq.; Tellez, Historia geral de Ethiopia ou Preste Joam, pag. 3 et seqq. — (10) Cfr G. Pauthier, le Pays de Tanduc et les descendants du prêtre Jean, pag. 15 et 21. — (11) G. Oppert, der Presbyter Johannes in Sage und Geschichte, pag. 60. Berlin 1864. — (12) G. Oppert ibid. pag. 21 et 152. — (13) Otto Frising, lib. VII, cap. 33, ap. Oppert loc. cit. pag. 15 et 134. — (14) D'Avezac, Notice sur les anciens voyages de Tartarie, tomo IV operis. Recueil de voyages et de mémoires publiés par la société de Géographie. Cfr G. Oppert, pag. 38. — (15) G. Pauthier, le pays de Tanduc, pag. 15 et seqq.

sbuteri

AUCTORE E. C.

sbyteri Joannis, idque pluribus ostendit (1).

Qua occasione presbyter Joannes *labente tempore dictus sit rex Habessinorum.*

46 *Quomodo autem factum sit, ut, extremo sæculo decimo quinto, nomine presbyteri Joannis, non jam rex Asianus, sed Æthiopiæ rex nuncupatus fuerit* (2), *hic paucis declarandum est. Viatores nonnulli et scriptores sæculi* XIII *et* XIV, *dum Joannem presbyterum ejusve progeniem, in media, aut extrema Asia regnare perhibent, simul Æthiopiam Africanam, cum rege suo potentissimo, sacris christianis addictam memorant* (3). *Et quum paulatim regis Asiani memoria, post victorias Mongolorum et Turcarum, obliterata esset, nec jam scirent Europæi, ubi ejus regnum quærerent, qui illius negotii causa a Lusitania missus est, Petrus de Covilham, reperta Æthiopia ejusque rege christiano, quin hic regnaret progenies presbyteri Joannis, jam non dubitavit* (4). *Percrebuit error iste in Europa universa et ultra duo sæcula perstitit, contradicentibus tamen ab ineunte sæculo* XVII *missionariis Lusitanis nostræ societatis. Tum iterum in Asia regnum presbyteri Joannis quærere cœperunt, at variis admixtis erroribus, qui demum a nuperis scriptoribus G. Pauthier et in primis G. Oppert omnes depulsi videntur.*

B

Ex catalogo metropolitarum deducendum videtur,

47 *Ad catalogum vero metropolitarum Æthiopiæ quod spectat (ut unde digressa est, illuc redeat oratio), patet ex dictis, hoc monumentum, prorsus in omnibus, quæ continet, tutum non esse, at forte in plerisque; quum omnino sit verisimile, memoriam eorum, qui tanta dignitate inter Æthiopes ornati sunt, ut et reges eam interdum ambiverint, posteris servari debuisse. Quamobrem notatione aliqua, quam ad codicem suum* 191 *adscribit Antonius d'Abbadie* (5), *quæque ad tenebras pellendas, quibus rei christianæ primordia in Æthiopia obvolvuntur, aliquantum conferre potest, haud temere uti videbor. Scribit scilicet, metropolitis Æthiopiæ quatuordecim nomen Joannis fuisse, at primum qui eo appellatus est, metropolitam sextum fuisse post S. Frumentium. Quumque is inter annos circiter* 360 *et* 380 *e vita decesserit, et universe metropolitis singulis nonnisi anni quindecim ad summum, attribui possint, sedisset ille*

C *Joannes minimum ad annum usque* 450. *Aliunde scimus, post bellum regis Andæ, sive Alamedæ, adversus Homeritas, id est, circa annum* 478 *aut* 479 (6) *missum esse in Æthiopiam metropolitam, nomine Joannem, paramonarium ecclesiæ Alexandrinæ S. Joannis; quem Michaël Lequien, non satis considerate, inter Homeritas missum esse scribit. Etenim factum id esse credidit, imperante Justiniano, circa* 542 (7), *quando Æthiopes apertissime erant christiani, nec libellum supplicem Alexandriam mittere, ut episcopum, stipatum multis clericis, obtinerent, a quibus regni sui ecclesia excitaretur, ullatenus debebant* (8); *legensque in Actis S. Arethæ, circa idem tempus* S. Elesbaan *episcopum accersivisse in Homeritidem, neglecta narratione veterum scriptorum, hunc Joannem paramonarium esse statuit. Verumenimvero, iste sexaginta ante annis in ipsam Æthiopiam episcopus missus fuerat.*

sedem Æthiopicam vacasse annis circiter 50, *et Joannem paramonarium episcopum sextum fuisse a S. Frumentio;*

48 *Si igitur metropolita sextus post S. Frumentium nomine Joannis designatus est, ut perhibet catalogus, is Joannes paramonarius, qui anno* 479 *ab Alameda accersitus est, fuerit oportet. Etenim si metropolitæ sibi continenter successissent, sedisset sextus ille a S. Frumentio usque ad annum circiter* 450 *(num.* 47). *At quum certissime interrupta fuerit eorumdem series, ut discimus ex historia Alamedæ, ex metropolita qui Alexandria advenit, ex conversione Alamedæ ac ipsius gentis, minus abesse quam annis* 50 *metropolitæ non potuerunt, nimirum ab anno minimum* 430. *At vero inter annum circiter* 370, *aut* 380, *quo S. Frumentius cessit e vivis, et annum* 430, *metropolitæ sex vix ac ne vix quidem sedere potuerunt. Quamobrem Joannes ille, sextus a S. Frumentio, ipse Joannes paramonarius fuit ab Alameda accersitus; nam si illum anteriorem dixeris, et paramonarium septimum fuisse vel octavum a S. Frumentio, tunc nulla* E *fuisset seriei metropolitarum interruptio, nec metropolita extra ordinem Alexandria cum clericis et monachis advocandus fuisset, nec denique conversionem Alamedæ ad sacra christiana, aut gentis ejus, intelligere daretur. Hæc igitur licet certa non sint, in primis sunt verisimilia. Nec temere dicemus seriem metropolitarum interruptam fuisse annis circiter quinquaginta. Ex quibus sequitur, ineunte sæculo* V, *jam paucos superfuisse christianos, siquidem demum metropolitam aut sacerdotes mittere patriarcha Alexandrinus omisit.*

nec paramonarius, factus episcopus, nomen immutavit:

49 *At dicet forte quispiam, nescimus retinueritne Joannes paramonarius nomen suum necne, dum episcopatum suscepit, mutatoque nomine, anno* 479, *dum in Æthiopiam advenit, non sextus a S. Frumentio, sed forte primus ejus successor, aut ex primis fuisse dicendus est; qua ratione universam Æthiopiam, jam ab obitu S. Frumentii, paulatim iterum gentilem factam esse appareret, et quæ de conversione Alamedæ, seu Andæ, ad religionem christianam historici perhibent,* F *longe facilius intelligerentur. At vero his plura opponimus. Et primo quidem, licet monachis quibusdam jam olim in more fuerit nomen in baptismo acceptum immutare, cum episcopis tamen id minime consuevit fieri. Deinde nomen Joannis inter Æthiopes commune erat, siquidem quatuordecim hujus nominis metropolitæ fuerunt; nec ulla erat ratio ut nomen immutarent, uti factum est cum S. Frumentio, qui, forte quod nomen difficile pronunciabatur, itemque propter invectam religionem pacificam, Salama, vel Selama est dictus, sed retinuit etiam nomen pristinum, aliquantum linguæ Æthiopum accomodatum, hoc modo: Fremenatos, vel* Fere-Menatos (9). *Deinde medio sæculo* IV, *religio christiana inter*

(1) G. Oppert, libro cit. pag. 73, not. 1 et pag. 162 et seqq. — (2) Cfr Ludolf, Commentarius ex pag. 218 et seqq., Sapeto, pag. 86 et seq.; Russell, Nubia and Abyssinia, pag. 126; Combes et Tamisier, Voyage en Abyssinie, tom. IV, pag. 5. — (3) Vide Oppert ibid, pag. 6. — (4) Tellez, Historia geral de Ethiopia a alta, pag. 4; Lafitau, Hist. des découvertes des Portugais dans le nouveau monde, tom. I, pag. 59 et seqq. — (5) Catalogue raisonné de manuscrits éthiopiens etc. pag. 190. — (6) Supra num. 27. — (7) Oriens Christ. tom. II, col. 663; cfr tom. X Octob. pag. 698, num. 123. — (8) Cfr Acta SS. Octobr. ibid. pag. 701, num. 137 et seq. — (9) Sapeto, Viaggio etc. pag. 395 et seqq.; Tellez, pag. 73 et seq.

AUCTORE E. C.

Æthiopes satis invaluerat, ut ex epistola Constantii imperatoris ad tyrannos Axumitarum Aizanam et Sazanam deducere pronum est. Tertio denique, scribit S. Hieronymus epistola 7. De India, de Perside et Æthiopia monachorum quotidie turmas suscipimus. *Et epistola* 17 : Quid referemus Armenios, quid Persas, quid Indiæ, quid Æthiopum populos, ipsamque juxta Ægyptum fertilem monachorum? *Quamquam de Nubia potius hic sermo esse videtur.*

elanguit vero sensim, IV et V sæculo,

50 *Quum tamen ab Æthiopibus nulli colantur sancti, qui sæculo* IV *aut ineunte* V *inter eos vixerint, præter S. Frumentium, videtur post obitum hujus sancti jam non tantum floruisse in Æthiopia religio christiana. Memorantur quidem in liturgia reges Abreha et Atzbeha, qui sæculo quinto ineunte floruerunt, sed de iis nihil scitur, nec ut sancti habendi sunt. Immo eorum mentio in liturgia et cultus aliquis* (1) *mihi certo ex errore Æthiopum fluxisse videtur. Quum enim ex operibus S. Athanasii aliisque libris græcis didicissent, quando advenit S. Frumentius in Æthiopiam, missus*
B *a S. Athanasio, in ea duos fratres regnasse Aizanam et Sazanam, nec ullos fratres binos intra sæculum quartum in catalogis regum detegere possent, eos ex sæculo quinto delegerunt, Abreham scilicet et Atzbeham, sic seriem regum, chronologiam et ipsam historiam prorsus subvertentes. Hæc jam ostendimus magnam partem in Actis S. Frumentii et amplius ostendemus ad calcem dissertationis huic tomo adjiciendæ. Deinde, neque etiam ipso vivente S. Frumentio, extra urbem regiam Axumin et provinciam Tigræ, adeo forte floruisse religio dicenda est, tum ob causam modo propositam, tum quod in Vita S. Aragawi dicatur S. Frumentius partem tantum Æthiopum ad fidem perduxisse (inter documenta in fine), tum quod exstincta sæculo quinto aut pæne exstincta est religio christiana, ac derelicta est dignitas metropolitica, nulla intercedente persecutione. Nullam enim factam esse suademur, quod in fastis Æthiopum nulla horum temporum celebrantur martyria. Nam si ulla fuissent, fieri nequit ut anno* 479, *quando res christiana revivere*
C *cœpit, eorum memoria et recordatio nulla superesset, quumque tanta fuerit, omni tempore, veneratio christianorum erga martyres, proculdubio diptychis et calendariis fuissent inscripti, et in hanc usque diem colerentur. Quapropter nequidem suspicati sunt historici, reges Æthiopiæ ævo illo persecutos esse christianos. At non satis in obscurissima Æthiopiæ historia versati, nec etiam elanguisse tum temporis ejus ecclesiam fassi sunt* (2). *Elanguit scilicet, quod recessissent aut adversarentur reges Æthiopici; dudum tamen, et perpetuo forte, remansere chistiani in Æthiopia, qui donec numero, opibus, aut potentia valuerunt, episcopum suum forte Alexandria de more expetebant.*

D

§ V. Æthiopes circa annum 478 provinciam Negranensem in Arabia occuparunt et simul universam Homeritidem vectigalem fecerunt.

Joannes Malala et Joannes episcopus de Æthiopiæ conditione et victoria Alamedæ

Apparet igitur ipsam ecclesiam Æthiopicam, sæculo quarto et quinto, debilitatam esse plurimum, et adeo quidem, ut tum reges, tum gens pæne tota, idolis thura iterum adoleverint. Nulla enim est ratio cur ea, quæ a scriptoribus pæne coævis, Malala et Joanne episcopo perhibentur, admittenda non esse censeremus (3). *Etenim Malala, qui eodem fere tempore ac Joannes episcopus, Annales suos literis mandasse videtur monumenta plura præ oculis habuit, et aliqua addidit a Joanne episcopo omissa, aliave prodidit emendatius* (4). *Quumque alter, catholicus quum* E *esset, alter monophysita, vix ac ne vix quidem ab invicem diversi sint, profecto temere hujusmodi narratio repudiaretur. At vero, dicet quispiam, victoriæ quam ab Homeritis retulisse regem Andam, seu Amedam, scribit Malala, itemque Joannes episcopus, solo nomine regis Æthiopis aliquantum diversus* (5), *victoriæ, inquam, illius historici Arabes memoriam nullam servarunt; ideoque confictam esse a scriptoribus illis Syris dicendum est.*

vera testantur, licet hanc scriptores Arabes silentio premant.

52 *Verumenimvero, ne plura hic regerere oporteat, dicimus solum, Arabas, qui alioqui tribus tantum post sæculis Annales scribere cœperunt, clades suas silentio prætermisisse, sicuti cum regibus Ægypti et Assyriæ factum esse, ex antiquissimis eorum monumentis et Ægyptologorum, ut loquuntur, et Assyriologorum studiis manifestum est. Quod si unius e tribus bellis* S. Elesbaæ *adversus Homeritas meminerunt, et insecutæ victoriæ, id, propter diuturnum dominatum Æthiopum in pæninsula, et præsentiam christianorum, quibuscum prophetæ suo Mahumeti aliquoties agendum fuit* (6), *oblivioni tradere non* F *potuerunt. Ast victoriam ejusdem* Elesbaæ, *anno* 519, *et fugatum Dhu Nowasum* (7), *et vectigalia Æthiopibus dudum pendi solita* (8), *silentio tegunt.*

Ab hac enim victoria accepit dominatio ultima ac diuturnior Æthiopum in Arabia;

53 *Neque, si obtenta non sit victoria illa Alamedæ, intelligi possunt aut expeditio S. Elesbaæ anno* 519, *aut reges christiani Negranæ constitui soliti* (9), *aut prædicta vectigalia. Nisi dicatur dudum ante, et a pluribus sæculis, Arabiæ regna aliquot Æthiopum vectigalia fuisse, ab iisque suos reges accepisse. At certe, neque in expeditione Ælii Galli, nec in Periplo maris Erythræi, quem anno Christi* 246 *aut* 247 *conscriptum fuisse vir cl. Reinaud nuper autumabat* (10), *de quo videnda dissertatio nostra de Æthiopia antiqua in fine hujus voluminis edenda, horum ulla occurrit mentio. Haud diffitemur qui-*

(1) Sapeto, pag. 495. — (2) Pagius ad an. 541, num. 5; Lequien, Oriens christ. tom. II, col. 367 et 369. — (3) Cfr Leop. George, De Æthiopum imperio in Arabia felice, pag. 28 et 32. — (4) Tom. X Octobr. pag. 697, num. 122 et pag. 760, annot. *l*. — (5) Supra, num. 15. — (6) Acta SS. loc. cit. pag. 720, num. 205 et seq. — (7) Ibid. pag. 753, annot. *nn*. — (8) Ibid. pag. 745, annot. *s*. — (9) Loc. cit. et pag. 701, num. 137. — (10) Revue archéologique, 1862, pag. 222; Reinaud, Mémoire sur le Périple de la mer Erythrée, pag. 8. Paris 1864.

dem

A *dem ea olim obtinuisse ad tempus et in una alterave provincia tantum, ut inscriptiones græcæ, Adulitica et Axumensis nos docere videntur* (1), *sed illa ipsa ætate aliud in Homeritide non possederunt Æthiopes, quam partem aliquam minimam, quin immo ipsa inscriptio Aizanæ tentamina potius et studia regum Æthiopum significare videtur, quam provinciarum aliquot possessionem. Etenim Theophilus Indus eo ipso tempore, anno circiter* 345 (2), *omnem Homeritidem peragravit, ut Philostorgius narrat* (3), *nec ullibi Æthiopes obvios habuisse fertur. Quum tamen christiani inter hos adessent, cum eis agendum fuisset Theophilo, nec, si Æthiopibus, qui jam episcopum suum Frumentium nacti erant* (4), *provincia aliqua obtigisset, de facili intelligitur quare Philostorgius, in iis quæ de Homeritide ejusque rege perhibet, Æthiopum mentionem nullam haberet. Quamobrem titulus regis Homeritarum in monumento Auxumitano Aizanæ honoris causa adscribi videtur, uti principes plures etiamnum reges Hierosolymarum se vocant,*

B *nec quidquam significare quam possessionem aliquam veterem et obsoletam.*

ante quam vix quidquam ultra mare rubrum possedisse videntur.

54 *Æthiopes, sæculo quinto et ante annum* 478, *vix quidquam, aut ne vix quidem, in Homeritide possedisse, argumento sunt etiam, quæ de bello, illo tempore gesto, inter Alamedam, regem Æthiopum, et regem Homeritarum, narrantur a Procopio, Malala et Joanne episcopo. In iis enim mentio nulla est possessionis alicujus Æthiopum in Homeritide, nec alia fuisse causa bellorum perhibetur, quam occisio mercatorum Græco-Romanorum et inde interrupta negotiatio Æthiopes inter et Græco-Romanos; et quum hi christiani essent, nullo negotio intelligitur, quomodo rex Alameda, quem eorum fœderatum fuisse non immerito conjeceris, exinde religioni christianæ favere plurimum cœperit. Quamobrem hoc ipso anno* 478, *sæculo quinto (nam de superiori ætate in dissertatione huic tomo adjicienda dicetur, aut in Actis S. Frumentii est dictum) Æthiopum dominationem in provincia Negranensi, ad septentrionem Homeritidis, accepisse vix dubito. Quam sententiam comprobant in primis Acta S. Arethæ,*

C *quæ inter probatissima recensenda esse olim ostendimus; ex quibus hunc in modum res gestas esse dicendum est.*

Ostenditur Æthiopes provinciam Negranensem occupasse

55 *Negranæ propagari cœpit religio christiana sæculo* IV *et sequenti* (5); *at quinto sæculo, anno nimirum* 445, *converso ad fidem S. Aretha, phylarchæ Negranensis filio, qui patri postmodum in phylarchiam successit, gentis conversio non parum promota est* (6). *Illo vero tempore suberat adhuc provincia Negranensis regi Homeritarum; ut patet ex verbis quibus, anno* 523, *rex Homerita Dhu Nowasus S. Aretham alloquitur.* Quare imitatus non es patrem tuum, *inquit,* qui imperavit civitati et omnivicini æ, qui et honore afficiebatur dum regnabant mei decessores? Sed voluisti tyrannum agere et monarcham super civitate Negran et ejus vicinia. *Dum vero ait Dhu Nowasus anno* 523: Qui et honore afficiebantur dum regnabant mei decessores, *manifeste significat Negranenses numquam ante sub sua fuisse potestate, seu occupatam esse Negranam ab Æthiopibus ante annum* 490, *quo regnum capessivit* (7). *Quamobrem Æthiopes illuc advenisse dicendum est inter annos circiter* 450 *et* 490.

AUCTORE E. C.

inter annos Christi 450 *et* 490, *ac simul universam Homeritidem vectigalem fuisse;*

56 *Nec serius id factum esse comprobatur etiam ex initio Actorum S. Arethæ, quæ sæculo* VI *conscripta esse ostendimus, et ex quibus certo conficitur, passum esse martyrem extremo anno* 523. Deum non timebant *Homeritæ, inquiunt,* colebant vero idola sua; ex quo orta sunt bella continua inter regem Æthiopum et regem Homeritarum qui Æthiopis erat tributarius. *Ex quibus postremis verbis certum videtur, anno* 523, *regem Homeritam, jam a multis annis, et verisimilius ab extremo sæculo* V, *Æthiopibus vectigal solvere debuisse. Dici enim non potest id cœpisse ab anno solum* 519, *quando* S. Elesbaas *primam suam victoriam de rege Dhu Nowaso retulit; quandoquidem iste tum ad montes fugere debuit, ut in iisdem Actis nar-* E *ratur* (8), *et Homeritis universa non solum tributaria est facta, sed regi Æthiopi undequaque derelicta* (9). *Litteræ quoque ipsius Dhu Nowasi ad Almundarum Hirensem ostendunt Æthiopes dudum ante annum* 519, *non solum ex Homeritis vectigalia percepisse, sed et tractum Negranensem tenuisse, et Negranam habuisse civitatem regiam. Scribit enim:* Noveris, frater mi Mondere rex (10), regem illum quem Æthiopes regioni nostræ *(Homeritidi universæ)* præfecerant *(nimirum anno* 519) e vivis jam excessisse.

idque circa annum 478 *factum esse, monumenta plurima docent.*

57 Adventante autem hieme *(sic scribit ineunte mense januario anni* 523), quum in nostram regionem Æthiopes contendere nequirent, ut christianum regem DE MORE constituerent, totum ego Homeritarum regnum occupavi... Tunc demum... ad Nagran *(Negranam, Nedjran)* REGIAM EORUM URBEM, castra movi etc. *Quod si Æthiopes anno* 522, *quo bellum auspicatus est Dhu Nowasus, regem christianum Negranæ* de more *constituere debebant, ille igitur qui anno* 519, *post victoriam Elesbaæ, Homeritarum prorex factus est, primus* F *minime fuit qui ab Æthiopibus dignitate illa ornatus fuerit. Nec melius hæc duo intelliguntur, anno* 522 *Æthiopas jam reges Homeritarum Negranæ constituere consuevisse, et sæculo quinto ac ante annum* 490, *eamdem civitatem, ab Æthiopibus captam esse, quam si dicas anno* 478, *ut nos jam aliunde satis ostendimus, regem Alamedam de Homeritis victoriam retulisse, et regnum, vel potius ejus partem occupasse. Atque ita monumenta plura, nimirum historiæ Joannis Ephesi episcopi, et Joannis Malalæ, Epistola Simeonis episcopi Beth-Arsam, et Acta S. Arethæ, quæ omnia ante exitum sæculi* VI *literis mandata sunt, ad idem adstruendum conspirant.*

—

(1) Cfr infra dissert. de Æthiopia antiqua et Acta S. Frumentii. — (2) Acta SS. tom. X Octob. pag. 677. — (3) V. Ibid a pag. 675. — (4) Ibid. pag. 677, num. 55; supra in Actis S. Frumentii. — (5) Acta SS. loc. cit. pag. 673, num. 42 et seqq. et pag. 722, num. 2. — (6) Ibid. pag. 693, num. 105. — (7) Ibid. pag. 695, num. 113. — (8) Ibid et num. 2. — (9) Ibid. pag. 694 et seq., num. 112. — (10) Cfr ibid. num. 87 et seq.; 93, 98.

§ VI.

AUCTORE E. C.

§ VI. Rex Homeritarum qui ab Alameda occisus est quis fuerit. Æthiopes sæculo V in Homeritide fidem christianam propagarunt. Num jam tum in universum illud regnum dominatum aliquem habuerint.

Rex Homeritarum, qui anno 478 aut 479 ab Alameda occisus est, Hassan fuisse ostenditur;

At vero si anno 478 *Homeritæ ingenti clade ab Æthiopibus affecti sunt, et provincia Negranensis occupata est, num consistere poterit cum annalibus Arabum quod Malala, et Joannes episcopus adjiciunt, regem Homeritarum ab Æthiopibus interemptum fuisse? Illud certe ex historicis manifestum est, regnum Homeritarum perstitisse, et post regem Hassan, filium Amri, quem ab anno* 460 *ad* 478 B *regnasse censet Cl. Caussin de Perceval, in regnum successisse Laknia Tanuf Thu Sjenatir, qui anno* 490 *a Dhu Nowaso occisus est. Quin etiam Hassan regni sedem habuit Tapharon, seu Dhafar, regiam pristinam, atque ea civitate potitus est etiam Dhu Sjenatir* (1). *Ex quibus patet solam partem australem regni in manus devenisse Æthiopum; tum etiam regem qui anno* 478 *aut* 479, *ab Æthiopibus interfectus est, fuisse verisimilius ipsum Hassan, filium Amri. Dicet forte quispiam, principem illum, qui occisus est, dominatum non esse in universa Homeritide, sed in aliqua solum provincia, ut cum Amro Dhu Kifan, aliisque pluribus, illo tempore factum esse legimus. Verum historici sexti sæculi, Procopius, et in primis Malala et Joannes episcopus, his contradicunt et aperte significant ipsum regem Homeritidis victum et cæsum esse ab Æthiopibus.*

idque ex narratione tum Joannis episcopi,

59 *Ac dici nequit perperam scripsisse Joannem episcopum et Malalam, post victoriam regis Æthiopum Aidog, sive Andæ, aut Alamedæ, occisum esse regem Homeritarum; idque non contigisse nisi post victoriam regis* C Elesbaæ, *sequenti scilicet sæculo, anno Christi* 525. *Etenim, licet Malala horum occisionem non distinxerit* (2), *aperte id factum est a Joanne episcopo, et quidem pluribus locis* (3); *quorum postremo sic scribit :* Quum hæc accepisset (*martyria scilicet S. Arethæ et sociorum*) rex Æthiopum, qui INTERFECTO PRIMO HOMERITARUM REGE christianam fidem amplexus fuerat, *in quibus, ut in omni narratione sua, regem Alamedam, qui primum illum regem Homeritarum interfecit, non discernit ab* Elesbaa, *qui martyria Homeritarum contra regem alterum, Dhu Nowasum scilicet, vindicavit istumque truncavit capite; de quo jam dicet :* Quumque christianæ rei excidium, et judæi *(nimirum regis Dhu Nowasi)* tyrannidem comperisset, zelo incensus copias adversus tyrannum eduxit, CAPTUMQUE OCCIDIT; exercitum quoque ejus delevit, et universos Homeritidis judæos funditus exstirpavit *(anno* 525). *In his itaque Joannes episcopus, licet reges Æthiopes, Alamedam et* Elesbaan, *non distinxerit, probe tamen discernit reges duos Homeritas qui ambo ab iisdem occisi sunt.* D

tum scriptorum Arabum,

60 *Hos clarius etiam sejungit altero loco. De priore enim interemptione scribens :* Tunc conserto prælio, *inquit*, Homeritarum regem Æthiops devicit, et captum INTERFECIT, totumque regnum ejus diripuit, suæque ditioni subjecit *(anno* 478). *Nos tamen post victoriam illam primam solas provincias Homeritidis quæ ad septentrionem jacent, subjectas fuisse modo dicebamus, nec regnum universum ante annum* 519 *subditum fuisse pluries monuimus : sed victoriam anni* 519 *ignoravit Joannes episcopus. Interjectis vero paucis commatibus,* Paulo post, *inquit,* defuncto christiano rege, *sive prorege*, quem rex Æthiopum ibi constituerat (4), *non post victoriam anni* 478, *et occisionem alterius, ut credit Joannes episcopus, sed post victoriam alteram anni* 519 resumptis viribus judæi Homeritæ sibi REGEM e sua secta Homeritidi PRÆFECERUNT : *i.e. diversum a duobus præcedentibus, quorum prior occisus fuerat (Hassan, anno* 478), *alter vero qui christianus erat, suapte mortem obierat (anno* 522, *cujus nomen ignoratur)* (5), *tertius vero ille, e secta judaica, Dhu Nowasus fuit, de quo pluribus dictum in Actis S. Arethæ tomo* X *Octobris. Quod si ita manifestum sit regem Homeritarum, qui anno* 478 *ab Alameda devictus est, ab eodem trucidatum esse, hic alius esse non potest quam rex Hassan, filius Amri. Quam sententiam etiam historici Arabes, utut inconcinni sint in rebus gestis sæculo* VII *veterioribus enarrandis, duplici ex capite comprobant. Primo enim, quo leto ablatus sit, reticent; deinde, quod longe potius ducimus, eo exstincto, progeniem Himyar, quæ a tot sæculis in Homeritide regnabat, a throno amotam esse significant, eumque occupatum esse a Laknia Dhu Sjenatir, viro factioso, qui Tapharo, urbe regia, potitus, devictisque æmulis, tandem in Jemania tota, seu Homeritide, dominatus est.* E

plurimum confirmatur.

61 *Quo pacto hæc interpretabitur, qui dixerit regem Hassan, communi e vita exitu atque e medio suorum migrasse. Nonne ejus liberi, aut consanguinei, quos plerosque a Dhu Sjenatir, aut forte ab Æthiopibus, postmodo absumptos esse verisimile est, in paternum regnum successissent? Aut minimum frater ejus uterinus, Hodjr Akil-el-Morar, qui vicinis Maaddenis et genti Kinda imperabat, aut unus e plurimis hujus liberis* (6)? *Et quidem tribus Maadd et Kinda potentes erant, et harum prior paulo post, anno circiter* 481, *Homeritis vectigal solvere detrectans, commisso prælio, eos devicit. Habitabat tribus Kinda in provincia Nadj, Arabiæ interioris, et ad orientem Negranæ; tribus vero Maadd, in Tehama provinciæ Hedjaz, circa Meccam. Discimus vero ex earum historia, quotiescumque affecti ac debilitati erant reges Homeritæ, Maaddenos, qui longius aberant, tributum solvere abnuisse. Quod factum est*

(1) Caussin de Perceval, Essai sur l'hist. des Arabes avant Mahomet, tom. I, pag. 119. — (2) Supra, num. 17. — (3) Assemani, Bibl. orient. tom. I, pag. 363, 380 et 381. — (4) Tom. X Octob. pag. 699, num. 127. — (5) Tom. X Octobr. loc. cit. — (6) Caussin, loc. cit. tom. II, pag. 266 et 269.

quoque

A *quoque medio sæculo quarto, quando Æthiopes in aliqua regni parte dominatos esse plurimi censent* (1). *Rebellio vero Maaddenorum, anno* 480 *aut* 481, *facile intelligitur, si admittatur jam tum, Negranam ejusque phylarchiam, quæ inter Homeritas et Maaddenos media erat, occupatam fuisse ab Æthiopibus, atque his regem Homeritam tributum solvere coactum esse.*

Eamdem suadent Acta S. Arethæ, epistola Justini imperatoris,

62 *Atqui id ex plurimis monumentis confici supra ostendimus. Tributum vero solvisse Dhu Nowasum regi Habessino, etiam ante cladem anni* 519 (2), *diserte narratur in Actis vetustissimis S. Arethæ* (3), *et nos supra similiter satis ostendimus. In epistola autem imperatoris Justini ad* S. Elesbaan, *de anno* 523, *aut* 524, *quam referunt eadem Acta et quam genuinam esse plura demonstrant* (4), *legitur, Dhu Nowasum constitutum esse regem Homeritarum, aut a rege Æthiope, aut minimum cum ejus placito :* Novi, *ait Justinus*, quantum religioni christianæ addicta sit fraternitas tua. Pervenit vero ad nos, rebellem illum, CUI CREDIDISTI REGNUM HOMERITARUM, ar-
B repta occasione, omnes, quos misisti, christianos Æthiopes, cum repertis ibi Romanis et Persis ejusdem religionis... occisione gladii interemisse (5). *Epistola igitur Justini imperatoris hac in re Actis S. Arethæ apprime concinit, et aperte significat, Dhu Nowasum aliquando,* (*et quidem ante annum* 519, *nam hoc anno a* S. Elesbaa *regno spoliatus est*) *ac, ut verba sonant, ab ipso inito regno, id est, ab anno* 490, *a rege Æthiope tanquam regem Homeritarum agnitum esse et comprobatum; quod ceteroqui circa annum* 540 *iterum, fatentibus ipsis historicis Arabibus, cum rege Homerita Abraha factum est* (6). *Atque ita Joannes, Asiæ episcopus, et Joannes Malala, dum scribunt Aidog, vel Andan, regem Æthiopum, profligasse regem quemdam Homeritarum, eum captivum abduxisse* (7) *et occidisse, ac tum fidem christianam in Æthiopia innovatam esse; historici Arabes, dum narrant, post regem Hassan ab anno circiter* 478, *interturbatum fuisse regnum Homeritarum, et recusasse Maaddenos eis pendere vectigal; Simeon Beth-Arsamensis, dum scribit anno* 524, *Æthiopas* de more
C *Negranæ regem, seu proregem, constituisse christianum. Acta denique S. Arethæ et Justinus imperator, dum tradunt, dudum ante annum* 519 *Dhu Nowasum, regem Homeritarum, Æthiopis fuisse tributarium, et ut regem ab Æthiope agnosci debuisse : ac insuper S. Aretham, Negranæ phylarcham, sub Dhu Nowasi imperio numquam fuisse ; hi, inquam, scriptores omnes ad illud commonstrandum conspirant, Negranam et adjacentem provinciam, ab exeunte sæculo quinto, et quidem, ut nos arbitramur, ab anno* 478, *Æthiopibus subditas fuisse, insuper, reges Homeritarum, qui Taphari plerumque vivebant, iisdem tributum solvere ac ab iis ut reges agnosci consuevisse, ac denique, principem Homeritam, qui ab Alameda victus et cæsus est, fuisse regem Hassan.*

et denique historia christianatum Æthiopiæ, tum Homeritidis.

63 *Præterea quod mihi dubium omne e medio tollere videtur, aliam interpretationem non fert historia ecclesiastica, tum Æthiopiæ, tum Homeritidis. Etenim innovatam tum esse religionem christianam in Æthiopia testatur historia regis Alamedæ et novem sanctorum, quæ luculentissima est, nec ab ullo umquam negata, et quam Acta S. Arethæ manifeste comprobant* (8). *Atqui sancti illi novem, quos certum est ex Ægypto advenisse* (9), *qui sunt, nisi illi ipsi, quos Joannes Asiæ episcopus* (10) *et Malala* (11), *a rege Anda, seu Ameda, post victoriam suam, Alexandria, una cum Joanne paramonario, accersitos esse perhibent? Atque ista ex historia ecclesiæ Homeriticæ eum in modum confirmantur, ut sola vera esse oporteat. Quomodo enim anno* 523, *quando Negranam advenit Dhu Nowasus, adeo illic floruisset religio christiana* (12), *si ab anno solum* 519 *e regum ethnicorum et judæorum potestate avulsa hæc civitas, Æthiopi subjecta fuisset? Quomodo, triennii spatio, tot intra ejus mœnia erecta fuissent monasteria* (13); *tot facti essent sacerdotes? Nonne Paulus, Negranæ* E *episcopus, qui obiit anno* 521, *ante annum* 519 *Dhu Nowaso innotuerat* (14)? *Quam in rem plurimum faciunt etiam quæ leguntur in historia ecclesiastica Theodori Lectoris lib.* II : Immireni *(Himyareni, seu Homeritæ)* gens est Persis subjecta, *inquit*, ad extremos noti fines habitans. Et ab initio quidem judæi fuerant, jam inde a regina austri, quæ ad Salomonem olim venit. Postea gentiles facti sunt. Anastasii vero temporibus christianam religionem amplexi sunt et episcopum acceperunt (15). *Imperavit Anastasius ab anno* 491 *ad* 518. *Ex quibus iterum confirmatur, Negranenses factos esse christianos, et potestati regum Homeritarum subductos esse, extremo sæculo* v. *Quando scilicet Æthiopes aliquamdiu Negranæ dominati erant, adeo illic accreverat religio christiana, ut jam solis sacerdotibus suis Æthiopibus non contenti, episcopum postulaverint. Quod fieri nullatenus potuisset, si Dhu Nowasus, qui circa annum* 490 *regnare cœpit, Negranæ ejusque phylarchiæ dominus adhuc fuisset. Tenendum vero est animo, Theodorum Lectorem vixisse eo fere tempore,* F *quo hæc gesta sunt, quamquam perperam addit Homeritas Persis tum fuisse subjectos.*

Videntur Æthiopes, ante annum 519, *non solum tributa excepisse ab Homeritis,*

64 *Num præter hæc amplius aliquid suadeant Acta S. Arethæ et Epistola Simeonis Beth-Arsamensis, iis locis quibus, anno* 522, *jam per universam Homeritidem christianos multos, sacerdotes, et ecclesias fuisse tradunt, nimirum num inde deducendum sit, auctoritatem tantam Æthiopum fuisse in Homeritide universa, etiam ante annum* 519, *ut religionem christianam ibi libere professam voluerint, renitentibus licet hinc inde Homeritis, dicere non audemus; quantumvis id innuere videantur dicta monumenta. In epistola enim Simeonis, quæ scripta est anno* 524, *literæ recitantur Dhu-Nowasi ad Almundarum, quarum istud est initium* : Noveris,

(1) Caussin, loc. cit. pag. 261; supra num. 53, et in Actis S. Frumentii et tom. X Octob. pag. 677, num. 23 et seq. — (2) Cfr Acta SS. loc. cit. pag. 733, annot. *nn*. — (3) Vide infra num. 77. — (4) Acta SS. loc. cit. pag. 743, annot. *s*, *x* et *z*. — (5) Ibid. pag. 743, num. 27. — (6) Taberita, Masud. Nuweir. ap. Schultens in Historia imperii Joctanidarum. — (7) Cfr Theophan. Chronogr. pag. 347, Malalam, pag. 434. — (8) Tom. X Octob. pag. 748, num. 31. — (9) Supra, num. 19 et seqq. — (10) Ibid. num. 13. — (11) Ibid. num. 17. — (12) Acta SS. loc. cit. pag. 702, num. 140; 703, num. 141 et seqq; 730 annot. *d* et *e*. — (13) Ibid. annot. *g*. — (14) Ibid. pag. 702, num. 140. — (15) Theodorus Lector lib. II, num. 58.

frater

AUCTORE E. C.

frater mi Mondere rex, *inquit*, regem illum, *(seu proregem)* quem Æthiopes regioni nostræ præfecerant, *et qui Negranæ habitabat*, e vivis jam excessisse. *Prorex iste, ab anno minimum* 519, *quo Dhu Nowasus, a rege* Elesbaa *cæsus, ad montes fugerat, universam Homeritidem sibi subditam habebat; sed hic quæritur, num etiam ante annum* 519, *reges Homeritarum, qui Taphari plerumque, aut Sanaæ sedem habebant, aliqua in re sub potestate proregum Æthiopum fuerint.*

sed etiam in universum eorum regnum dominatum aliquem habuisse.

65 Adventante autem hieme *(anni* 522), *ita Dhu Nowasus prosequitur*, quum in nostram regionem Æthiopes contendere nequirent, ut christianum regem de more constituerent totum ego Homeritarum regnum occupavi. Ac primum quidem, cunctos christianos, qui in Christum crederent, cepi, mortem ipsis comminatus, nisi Judæi nobis similes fierent. Occidi autem quos reperi, bis centum et octoginta sacerdotes; Æthiopes quoque qui ecclesiam custodiebant una cum ipsis e medio sustuli; eorum vero ecclesiam in synagogam nostram converti. Tunc demum, cum centum et viginti millibus
B *(ita et Acta S. Arethæ num.* 3), hominum ad Nagran, REGIAM EORUM *(Æthiopum)* URBEM, castra movi, *etc. Discimus ex his, Dhu Nowasum, antequam Negranam perveniret, occidisse* bis centum et octoginta sacerdotes, *præter christianos multos diversis in locis; nam scriptores Arabes universim ad* 20,000 *occisos fuisse memorant* (1). *Si meminerimus insuper loci illius Actorum S. Arethæ, quo dicitur, ob diversitatem religionis fuisse bella continua inter regem Æthiopum et regem Homeritarum*, qui Æthiopis erat tributarius (2); *tum epistolæ Justini imperatoris qui scribit de rebelli illo, cui* crediderat S. Elesbaas *regnum Homeritarum* (3) : *si, inquam, horum meminerimus, dubitare subibit, num a victoria regis Andæ, seu Alamedæ, quam anno* 478 *factam esse autumamus, Æthiopes jus aliquod, seu auctoritatem non retinuerint in Homeritide universa. At vero his jam, donec lux nova e monumentis affulgeat, relictis in medio, quum satis illud, quod maximi ad historiam christianam Æthiopiæ refert, ostenderimus, circa annum scilicet* 478 re-
C *gem Alamedam de Homeritis victoriam reportasse, et cultui christiano deinceps magnopere favisse, qua ratione id factum sit nunc amplius despiciendum est.*

D

§ VII. Sancti novem Aragawi, sive Za-Michaël, Pantaleon, Garima, Tzehma, Aftze, Guba sive Otz, Imeata, Liqanos et Alef, qui regnante Alameda ex Ægypto in Æthiopiam advenerunt et religionem christianam instaurarunt.

Circiter a 480, *post victoriam Alamedæ, in Æthiopiam advenerunt novem sancti,*

Scribit Joannes monophysita, Æthiopas, post hanc victoriam legatos Alexandriam misisse, qui episcopum et clericos peterent, ipsisque missum Joannem, ecclesiæ S. Joannis mansionarium una cum pluribus clericis (4); *et similiter Malala :* Hunc igitur, *inquit,* una cum clericis episcopum legati sumentes secum, in Indiam *(seu Æthiopiam)* ad regem suum E
Andam *(Alamedam)* abduxerunt (5). *Inter clericos illos, quin presbyteri plerique fuerint, qui sacris præessent, haud est dubitandum; sed fuere etiam plurimi monachi, quos tum temporis in Ægypto multos numero fuisse, et simul raro presbyteratu ornatos, ex historia novimus. Monachos novem tum ex Ægypto, et forte ex aliis vicinis regionibus advenisse, omnes historiæ Æthiopicæ docent* (6), *quos appellatione* novem sanctorum *perpetuo insigniunt. Ex quibus sequitur, vel monachos novem solum tum advenisse, vel ex monachis, qui advenerint, hos novem vita sanctiore insignes fuisse. At posterius admittendum esse manifestum fit ex Chronico civitatis Aksum, ex quo hæc recitat Mendezius noster :* Regnante Alameda venerunt multi monachi ex imperio Romano, qui totum regnum impleverunt. Ex illis novem substiterunt in provincia Tigræ, quorum singuli ecclesiam, seu monasterium condiderunt, suo nomine appellatum (7). *Horum vita hic paulisper illustranda visa est, quod hucusque, deficientibus monumentis, non potuit, idque non pa-* F
rum conferet ad conspectum illum universæ historiæ ecclesiasticæ Æthiopum, a primordiis ad sæculum VII, *quem antea polliciti sumus.*

qui in monumentis pluribus memorantur.

67 *Dictum est supra memorari hos sanctos in vetustissimis monumentis Æthiopicis, catalogis regum scilicet, et Vita Teclæ Haimanot, et eorum celeberrimum, quem plurimum* S. Elesbaas *venerabatur, in Actis quoque S. Arethæ. Omissis aliis monumentis, summarium Vitæ singulorum dabimus ex Synaxario, sive* Senkessar, *quod Æthiopes ex arabico æthiopice vertentes* Synaxarium ecclesiæ Alexandrinæ Coptitarum, auctore Michaële episcopo Athribæ et Meligæ, *qui claruit circa annum Christi* 1425 (8), *sibi concinnarunt, additis sanctis ecclesiæ æthiopicæ, qui desiderabantur. Hujus Synaxarii Æthiopum indicem accuratissimum, quo frequenter nos ute-*

(1) Acta SS. tom. X Octob. pag. 709, num. 167. — (2) Ibid. pag. 722, num. 1. — (3) Ibid. pag. 743, num. 27. — (4) Supra num. 13. — (5) Supra, num. 17. — (6) Supra, num. 19 et seqq. — (7) Ap. Tellez, pag. 79. — (8) Sed cfr Dillmann, Codices æthiopici musei britannici, pag. 46.

mur,

A *mur, contexuit doctor Aug. Dillmann* (1), *qui cum Ludolfo de literis hujus gentis præ ceteris omnibus meritus est. Librum vero ipsum, qui typis editus non est, præ manibus non habemus, quamquam, si opus foret, excerpta ex exemplaribus quæ Parisiis, Londini et Oxonii asservantur, nancisci daretur. At summaria præcipua lingua Æthiopica et Italica vulgata sunt a Sapeto, e quibus nos ea quæ ad novem sanctos pertinent, latine versa, infra subjiciemus.*

Miracula in libris Æthiopum obvia, tuto minime et plerumque ridicula sunt.

68 *Recolendum vero hoc loco homines illos qui hoc modo a fide catholica desciverunt, ut solum codicem sacrum retineant proprio singulorum sensu interpretatum, miracula nulla sanctorum suscipere, et hi temeritatis et superbiæ vitio adversus ecclesiam rebellant; alios vero, qui pæne omnia ignorant et ecclesiam veram inscitia et incultu agnoscere nequeunt, nimia credulitate laborare, et miracula sanctorum suorum excogitare, quæ risum moveant. Verum nos medium tenemus, et miracula illa sanctos operari posse dicimus, quæ non apostolos modo, sed et sanctos*
B *plurimos post mortem Christi viventes, ut Philippum diaconum, et qui linguis loquebantur, operatos esse in Novo Testamento legimus. Nec ideo fidem adhibemus omnibus quæ a viris simplicibus et credulis adornata sunt, sed iis solum quæ suis stipata probationibus prodeant. Quæ ideo in mentem revocare hoc loco oportuit, quoniam Jobus Ludolfus miracula, quæ a catholicis agnoscuntur, cum iis conferre ausus est, quæ a scriptoribus æthiopibus, omnium rerum insciis, pro libitu inventa sunt. Qua de re alicubi graviter conqueritur Michaël Lequien. Sane stolidas fabulas, quæ inter Æthiopes circumferuntur, jam dudum missionarii catholici damnarunt, quod advertit doctissimus A. Dillmann, Vitam memorans Gabræ-Manfas-Quedus, qui in Æthiopia præcipua fama sanctitatis gaudet:* Patres societatis Jesu, *inquit,* contra hunc sanctum merito quam maxime invectos esse ex hoc nostro libro *(de quo scribit)* elucet; blasphemiis enim utique et fabulis stupidissimis refertus est (2). *Profecto eousque imperita non sunt, quæ in summariis Vita-*
C *rum, huic commentario subjiciendis, corripere velis, at miracula tamen aliqua, quæ hinc inde obvia sunt, nimis ridicula visa sunt quam ut in opere nostro literis mandarentur; quocirca, nugis omissis, ea tantum quæ aliquousque saltem historica erant hic recudere visum est. Ubi vero aliqua omissa sunt, id interjectis punctis significabitur.*

AUCTORE E C.

§ VII. Tazena, pater S. Elesbaæ, christianus fuit, ut ex altera ejus Axumi reperta inscriptione probatur.

De Catalogis regum et quatenus sint veraces:

Catalogos regum Æthiopiæ varii varios jam ediderunt, Andreas Schottus, J. Bruce, Salt, Combes et Tamisier, Rüppell et J. Sapeto; quorum plurimi, catalogos optimos adeptos se esse arbitrantes, ceteros vel negligentiæ, vel ignorantiæ arguebant. At demum ipsos fontes adiit Cl. Dillmann, codices scilicet mss. quos ex Æthiopia J. Bruce, aliique advexerant (3): *qua in re dignum operæ pretium tulit. Etenim catalogos, qui in Europa circumferebantur, vidit defluxisse omnes e tribus fontibus, ipsosque fontes proprio nitore emicare, ut sic loquar, coram lectoribus et fluere jussit. Quo factum est, ut satis expedite, quatenus catalogis et quibusnam sit fidendum, dignosci pos-* E *sit; tum etiam, quibus literis europæis accuratius nomina regum ex æthiopicis transferantur: nam omnia æthiopice edidit Dillmannus, adjecta tamen ubique interpretatione germanica.*

quid doceant de Alameda ejusque successoribus;

70 *Ex his tribus catalogis si deducere velis seriem eorum qui post Alamedam regnum Æthiopiæ tenuerunt, statim percipies catalogum primum abundare eo loco, plura nomina adscribere, et successores Alamedæ promiscue proferre* (4); *quod ex duobus sequentibus catalogis, et maxime ex Vitis antiquissimis Teklæ Haimanot et Aragawi, ex inscriptionibus, et ex* Senkessar *manifestum est. In secundo autem et tertio catalogo, reges qui ab exeunte sæculo* V *ad medium circiter sæculum* VI *in Æthiopia sceptra tenuerunt, hunc in modum prodeunt:*

Saladoba;
Hujus filius Al-Ameda;
Hujus filius Tazena;
Hujus filius Kaleb, qui divisit terram;
Hujus filius Gabra-Masqal, quo regnante Jared librum cantuum concinnavit (5). F

catalogis adstipulantur Vitæ SS. Teklæ Haimanot et Aragawi, Senkessar et inscriptiones æthiopicæ.

71 *Huic seriei, quam tradunt catalogi regum, undequaque et præclare concinit Vita antiquissima Teklæ Haimanot, eo loco qui supra adductus est* (6). *Itidem concinit Vita S. Aragawi, unius e novem sanctis, in qua hi sancti regnante Alameda in Æthiopiam advenisse dicuntur; et deinde res gestæ passim referuntur regum Tazenæ,* Caleb *sive* Elesbaæ, *et denique Gabra Masqal, quo regnante S. Aragawi mortem obivit* (7). *Tertio confirmatur eadem series ex* Senkessar *Æthiopico, quod in summario Vitæ* S. Caleb, *eum filium Tazenæ appellat* (8), *altero vero loco eumdem, Justino Romæ, sive Cpoli, imperante, victoriam de Homeritis reportasse perhibet* (9). *Quarto denique, eadem confirmatur ex duabus inscriptionibus æthiopicis prædicti regis Tazenæ, quæ repertæ primum sunt anno*

(1) In Catalog. cod. æthiop. biblioth. Bodleianæ. — (2) A. Dillmann, Codices æthiopici musæi Britannici, pag. 51, annot. *b*. — (3) Zeitschrift d. deutsch. morgenl. Gesellschaft, tom. 7, pag. 338 et seqq. — (4) Cfr Dillmann, loc. cit. pag. 332; Rüppell, tom. II, pag. 346. — (5) Ibid. Catalogi B et C, pag. 348 et seq. — (6) Num. 24. — (7) Dillmann, loc. cit. pag. 348 et not. 2. — (8) Infra ad calcem commentarii et ap. Sapeto, Viaggio etc. pag. 422. — (9) Tom. X Oct. pag 717, num. 191.

AUCTORE E. C.

1830, *et tribus post annis inspectæ et exscriptæ a viatore Eduardo Rüppell* (1); *quarum priorem interpretari tentavit presbyter quidam Æthiops, quem Kahiræ obvium habuit Rueppelius* (2), *dein philologus doctissimus Rödiger* (3), *et demum feliciori successu Sapetus et Dillmannus, ut mox amplius dicetur. Atqui in ambabus his inscriptionibus rex Tazena filium Alamedæ se dicit. Fatemur quidem initio prioris inscriptionis solam syllabam* na *asservatam esse, et initio alterius syllabas* zana *tantum legi potuisse (sive* zena *quum literæ æthiopicæ* za *et* ze *vix differant). At Sapetus vel integrum nomen legit in lapide, vel minimum syllabam* ta *supplere non dubitavit* (4), *uti nec Dillmannus, dum paucis post annis easdem inscriptiones, at ex mutilo Rueppelii apographo, retractavit* (5) *Ex quibus manifestum et extra omnem dubitationis aleam est, prædicto ordine Æthiopiæ solium hos reges tenuisse.*

Initia inscriptionum Tazenæ ex versione A. Dillmanni.

B 72 *Quando vero regnare cœperint et quot annis singuli regnarint, requirendum erit in dissertatione adjicienda huic tomo. Notamus hic solum, Tazenam regnasse ab anno circiter* 484 *ad* 512. *Quid autem gesserit labente regno, reticet historia; nec quidquam de eo nos docent annales brevissimi Æthiopum. Inscriptiones tamen, quæ a Rueppelio et Sapeto Axumi lectæ sunt, silentium historicorum paulisper supplent. Utramque, post presbyterum Æthiopem Kahirensem interpretari conatus est Cl. Dillmannus, qui, ut ceteros omnes notitia linguæ æthiopicæ vincit, ita et eos qui eisdem apographis Rueppelii usi sunt, facile superavit. At vero apographa ista duplici vitio laborabant: primo, quum in ipsis lapidibus lineæ plurimæ integræ non sint* (6), *ita nec in apographis integræ leguntur; deinde nec fideliter absumpta hæc sunt. En tamen initium utriusque, prout a Dillmanno ex æthiopica lingua versum est, ac eo modo, ut mox apparebit, qui vix a vero abesse possit. Nota vero, quæ e lapidibus exciderant, aut erasa erant, uncinis includi. Inscriptio prior sic orditur:*

C [Ta]zena, filius Ela-Amidæ, Bese-Halen, rex Axum et Himyar et Raidan et Saba et Salhen et Tzijamo et Buga et Kash, filius Mahrem, a nullo exercitu vincitur. *Alterius inscriptionis istud est initium:*

[Taze] na filius Ela-Amida, Bese-Halen, rex Axum et [Himyar et] Raidan et Saba et Salhen et Tzijamo et Buga et Kash, rex regum, filius Ela-Amida (7).

Ex inscriptione 1 dubium foret num Christianus fuerit Tazena, sed certissimum ex 2.

73 *In prima inscriptione num plene christianum se ostendat Tazena, dubitat nonnihil Dillmannus* (8) *quum vox* Mahrem *deum Martem significare videatur et altero versu similia verba, partim erosa tamen aut exesa prodeant; sed e neutro loco id certo confici posse fatetur, addendumque Tazenam, ut fit, regum priorum titulos exscripsisse, iisdemque uti pæne ac Aizana in inscriptione græca Axumitana, quæ lecta est primum a viatore Anglo Salt, anno* 1805 (9). *Insuper* Mahrem, *in dicta inscriptione prima, jam a Tazena* D *deus non vocatur; licet eo nomine insigniatur ab Aizana:* υἱὸς Θεοῦ ἀντικήτου Ἄρεως. *Quamobrem si sola præsto esset inscriptio prima, ac in omnibus bene legeretur, quod dubium est, videretur Tazena aut ethnicus, aut incerti cultus fuisse* (10). *At vero in inscriptione secunda Tazenam christianum se prodere adeo manifestum est, ut nemo hac in re Dillmanno, qui partem ejus non exiguam ex æthiopico vertit, et Josepho Sapeto, qui in Æthiopia versatus, ipsam inscriptionem præ oculis habuit, atque eam fortasse adservat etiamnum, omnino assentiri non valeat.*

Lefèvre et Salt non pauca nos docent de his inscriptionibus,

74 *Etenim de inscriptionibus quatuor Axumi se inaudiisse scribit viator Lefèvre, quarum una, lingua Gheez, seu æthiopica veteri conscripta, erat penes prædictum missionarium J. Sapeto. Addit vero idem viator inscriptiones duas exaratas esse literis ignotis atque hieroglyphicis* (11); *quod posterius inauditum est, et ab eruditis procul dubio repudiabitur. Nullus enim alius viator de monumentis hieroglyphicis in Habessinia significavit, ac recentius est regnum illud, ut in commentario* E *de Æthiopia veteri pluribus ostendimus, quam ut typi hieroglyphici in eo usui esse potuerint. Plurimum autem miramur nullam europæam rempublicam, hujusmodi inscriptiones, quibus adeo illustratur historia, adhuc coemisse. At laudatus Josephus Sapeto inscriptionem secundam (quæ excepta fuerat ab Eduardo Rüppell, anno* 1833, *at non adeo feliciter) se Axumi reperisse ait anno* 1839. *Lineas habet* 52, *inquit (ut alioqui patet ex apographo Rueppellii), incisaque est tabulæ marmoreæ, longæ pedes quinque cum dimidio, latæ duos cum dimidio. Literæ altæ sunt sex ad octo lineas Parisinas, et arte exquisita ac longe perfectiori cælatæ ac ea quæ in inscriptione græca et himyaritica (lege: Æthiopica veteri, ex qua tamen appellatione, pluries apud Sapetum obvia, sequitur minimum duo literarum genera Æthiopibus veteribus usui fuisse)* (12) *cernitur, ac in altera inscriptione æthiopica, similiter Tazenæ coæva, quam etiam in libro meo, ait Sapetus, in lucem protuli. At vero in Itinerario, quod duodecim post annis editum est* (13), *ista inscriptio mi* F *nime legitur, nec alii libri editi sunt hucusque a Sapeto, quamquam, dum Itinerario præfatur, plurimos promittit. Repertæ fuerant inscriptiones hæ duæ in agro suo a Dabtara quodam, sive scriba ecclesiæ Axumensis, qui a Sapeto Ghebzakalemsis dicitur, id est Akalemsis Coptita, a viatore vero Lefèvre solo posteriori nomine appellatur: quem hic anno* 1845 *sollicite has inscriptiones adservare scribebat. Merito addit Sapetus, si terra Axumi foderetur, ut multis in locis ab Europæis factum est, monumenta non pauca repertum iri ad historiam Habessiniæ et vicinarum regionum illustrandam utilissima. Dies octo impendit Sapetus, prius quam hanc inscriptionem secundam intelligere inciperet. Ejus etiam apographum expressit, nec dubitat,*

(1) Reise in Abyssinien, tom. II, pag. 269, 280 et seq., 426, et in adjectis tabulis. — (2) Ibid. pag. 278. — (3) Hallische allgem. Literaturzeitung. Juni 1839. — (4) Sapeto, Nouvelles Annales des voy. 1845, tom. II, pag. 309. — (5) Zeitschrift d. d. morgenl. Ges. tom. VII, pag. 355 et seqq — (6) Rüppell, Reise u. s. w. tom. II, pag. 278. — (7) Dillmann, loc. cit. pag. 356. — (8) Loc. cit. — (9) Cfr Acta S. Frumentii supra. — (10) Dillmann, pag. 356. — (11) Lefèvre, Voyage en Abyssinie, tom. III, pag. 435. — (12) Cfr Dillmann, Zeitschrift der d. m. Gesell. tom. VII, 367. — (13) Viaggio e Missione cattolica etc., Roma 1857.

quin

A *quin loca exesa petræ, ejus diligenti adhibita indagine feliciter compleverit* (1).

quarum altera Tazenam Christianum fuisse, non secus ac ejus pater, demonstrat.

75 *Porro, anno* 1845, *dictam inscriptionem majorem Tazenæ sermone gallico vulgavit, omisso nimirum contextu litterarum æthiopicarum, quod magnopere dolendum. Attamen quum linguam æthiopicam probe calleat, multa ex ea vernacule converterit et monumentum ipsum cominus inspexerit; denique quum Dillmannus initium tantum et finem, seu versus* 13 *et* 52, *reddiderit germanice, nos versionem Sapeti, quæ vestigiis textus æthiopici ad verbum inhæret* (2), *latine infra exhibebimus. Notationes pauculas adjiciemus, partim ex Commentariis geographicis Cl. Vivien de Saint-Martin, partim ex aliis scriptoribus. Hoc unum monuisse sufficiat, ex primis hujus inscriptionis vocibus, christianum jam se prodere Tazenam. Quis enim Christo non adhærens, et Sacræ Scripturæ doctrinis non institutus ita inciperet :* Virtute Dei qui extendit cælum et terram, Domini in æternitate. *Verum quæ sequuntur de Nubarum infidelium irrup-*
B *tione et clade, luce clariora sunt; nos ideo commentario hic supersedemus. Concidunt ergo, quæ excogitavit viator Salt, Aidog, seu Andam, quo regnante propagata est denuo religio catholica in Æthiopia (et quem nos eumdem esse demonstravimus ac Alamedam, Tazenæ patrem), diversum non esse ab ipso Elesbaa, Tazenæ filio : quo asserto conversio regum Æthiopiæ, ejusque innovatio religiosa, retrahebatur ad annos fere quinquaginta, ab anno scilicet* 479 *ad* 525. *Deinde falsissimum id esse nos itidem ostendimus ex historia novem sanctorum, et Actis S. Arethæ.*

§ VIII. Expeditio prima S. Elesbaæ contra Dhu Nowasum, regem judæum Homeritarum, anno 519; anno 522 denuo rebellat ille, Negranam civita-
C *tem dolo ingreditur, et plura millia christianorum occidit.*

Regnum auspicatur S. Elesbaas; *ejus expeditio prima contra Dhu Nowasum, regem Homeritarum,*

Quid de regno Tazenæ innotuerit, jam perspectum et exploratum est. De principio regni S. Elesbaæ *nihil novimus; at paucis inde annis, Dhu Nowasus, rex Homeritarum, qui Æthiopum vectigalis erat, in hos rebellavit, et provincias forte aliquot Æthiopibus subditas occupavit, de quibus jam satis supra est dictum. Tum rex* Elesbaas *exercitum paravit, eumque in expeditionem duxit adversus regem Homeritarum. Aduli vero, in portu Æthiopiæ, e quo solvendum erat in Homeritidem, versabatur tum temporis Cosmas Indicopleustes, cujus liber de Topographia editus primum est sæculo præcedenti a B. Montfaucon. Quapropter expeditionem illam* S. Elesbaæ *alicubi memorat Cosmas his verbis :* Cum annis abhinc plus minus viginti quinque, sub initium principatus Justini, Romanorum imperatoris, *qui imperavit a mense julio anni* 518 *usque ad mensem augustum anni* 527, istis in locis adessem *Aduli nimirum,* Ellatzobaa *(seu* Elesbaas) (3), tunc Axumitarum rex, bellicam suscepturus expeditionem contra Homeritas, in adversa sinus ora positos, Adulis præfecto literis mandavit, ut exemplum inscriptionis Ptolemaicæ sellæ atque lapidis, *seu ambarum inscriptionum, quum duas fuisse nunc certum sit* (4), sibi transmitteret. Tunc præfectus ille, nomine Asbas, evocatum me et alium negotiatorem, Menam nomine... jussit loca petere et inscriptionem exsumere (5).

AUCTORE E. C.

facta est anno 519, *et ut fertur ob persecutionem christianorum.*

77 *Ex hoc loco Cosmæ alibi ostendimus, expeditionem* S. Elesbaæ *de qua hic scribit, factam esse anno circiter* 519, *nec referri hæc posse ad expeditionem alteram ejusdem regis, quæ contigit anno* 525 (6) : *atque illa suo loco videri possunt. Ceterum expeditionem illam primam memorant etiam Acta S. Arethæ, nec memorant solum, sed quid in ea gestum sit,* E *breviter adscribunt. Qui locus, quamvis jam supra partim recitatus fuerit, quum ad historiam* S. Elesbaæ *in primis spectet, hic integer ex Actis illis antiquissimis mutuandus est.* Contigit autem per idem tempus, *ait Actorum scriptor,* regem esse Homeritarum Dunaan quemdam, judæum, et præ omnibus illius gentis hominibus crudelem et cruentum... Sola Homeritarum terra, quæ et Saba dicitur, idolis dedita erat, et simul religionis judaicæ placitis. Deum non timebant, colebant vero idola sua : ex quo orsa sunt bella continua inter regem Æthiopum et regem Homeritarum, qui Æthiopis erat tributarius. Eximieque divino zelo motus Elesbaas, rex christianissimus, cum exercitu advenit et improbum regem profligavit.

S. Elesbaas, *fugato Dhu Nowaso, universum Homeritidem obtinet.*

78 *Quid factum sit post victoriam illam primam* S. Elesbaæ, *quam anno* 519 *relatam esse diximus, paucis complectitur Actorum scriptor in sequentibus. Intersertis enim nonnullis de civitate Nagran, cujus martyres mox celebraturus est, in hæc verba prosequitur :* Accidit itaque tum temporis ut Homeritarum F judæorum rex *(Dunaan, seu Dhu Nowasus),* bello devictus, in fugam se dederit, atque in montibus quibusdam inaccessis (7) sese præservarit; Æthiopum vero rex Elesbaas in regnum suum redierit, relicto duce cum exercitu, qui regionem custodiret. *Dux ille, sive prorex, qui constitutus est anno* 519 *et cujus nomen ignoratur, a dicto anno non in sola provincia Negranensi, sed in universa Homeritide, Æthiopum nomine, dominatus est : quod manifesto ad illud usque tempus factum numquam fuerat. Nam quocumque demum modo in parte majori Homeritidis, ab anno* 479 *reges Arabes regnarint, sive ut tributarii solum Æthiopum, quod negari non potest, sive etiam, ut suadet epistola Justini, proregum vice quodam modo agniti, illud tamen satis e monumentis elucet, reges illos indige-*

(1) Annales des voyages, 1843, tom. II, pag. 299, 303 et seq. — (2) Ibid, pag. 30. — (3) Cfr tom. X Octob. pag. 724, annot. *g*. — (4) Vide dissert. de Veteri Æthiopia in fine hujus vol. — (5) Cosmas Indicopl. lib. II, pag. 140 seq. edit. Montfaucon. — (6) Tom. X Octob. loc. cit. pag. 752, annot. *nn*. — (7) Acta SS. loc. cit. pag. 694, num. 112.

nas

AUCTORE E. C.

nas, qui Taphari aut Sanaæ habitabant, usque ad annum 519 *regia potestate plene usos esse. Quamquam eadem ratione ea usum esse noverimus Abrahamum Alasjram, quem agnosci debuisse a rege Æthiopum fatentur historici Arabes, in primis Nuweirus* (1).

Anno 522 rebellat Dhu Nowasus, gravissimam persecutionem orditur et Negranam aggreditur.

79 *Narrat dein scriptor Actorum S. Arethæ, descendisse Dhu Nowasum e montibus inaccessis :* Dæmon vero, *inquit,* honesti osor et pie vivere volentium adversarius, armavit iterum regem Homeritarum contra relictos a rege Æthiopum Elesbaa. Eos enim interemit ille et persecutionem inhumanam contra omnes venerantes Christi nomen exorsus est, sive Græci forent, aut Persæ, aut Romani, aut Æthiopes, et tamquam dæmon carne indutus contra christianos tunc in sua ditione exsistentes armatus est. Post hæc collectos omnes christianos illos interfici jussit. Denique exercitum movet contra jam dictam Christum amantem civitatem Negranitarum, ut eam dirueret... Instante igitur hieme *(extremi scilicet anni* 522, *postquam annos tres Dhu Nowasus in montibus delituerat)* non potuerunt rex Æthiopum ejusque exer-
B citus in aciem exire contra judæum, oppugnantem sanctorum ac triumphantium horum martyrum venerabilem et inclitam civitatem Negran... Appropinquat itaque rex judæus et signum venerandum crucis Domini nostri Jesu Christi in ligno figit. Dein præcones emittit, obcinctaque, ope exercitus sui, vallo civitate, cos clamare jubet : Si quis non blasphemat crucifixum, et non contemnit hocce lignum, quod est signum maledictionis, igne et occisione gladii peribit. Ecce enim qui relicti sunt a rege Æthiopum in meis terris, et christianos regni mei, et qui monachi dicuntur, omnes gladio et igni tradidi; christianorum vero ecclesias, quas dicunt, in omnibus meis circumjacentibus provinciis, incensas et ad solum usque eversas in pulverem redegi. Et ecce venio ad vos, o Negranitæ, cum copiis multis et brachio excelso et cum delectis viris ad oppugnandum vos centies et vicies mille.

Juramento asseverat, se Negranam salvam habiturum ; vectigal holcadis unius: inde numerus incolarum

80 *Tot igitur strages jam ediderat rex Dunaan, seu Dhu Nowasus, antequam Negranam attingeret! In sequentibus narrant eadem Acta quomodo* jurare *cœperit* et attestari Deum cœli et Legis, ac sanctas potestates : Quoniam non nocebo alicui civi, nec quemquam blasphemare cogam quam veneraminireligionem, sed solum in deditionem vos recipere volo, et ut aperiatis civitatem *etc. Rogaturum vero se dicit solum id* quod ex more datur in in singula capita distributum ab omni anima in civitatibus *Homeritidis* habitante, *nimirum Holcadem unam. Ex quibus innotescit vectigal regni Homeritici, ut mox videbitur.* Holcas autem ista, quæ dicitur, *ait scriptor,* moneta est regia Homeritica, ex auro conflata, pondus habens ceratiorum duodecim : ita ut conficiantur in annuum vectigal ex prædicta civitate Negran auri talenta centum et triginta. Est autem talentum in Æthiopum et Homeritarum regnis librarum tredecim. *Hæc vero pondera, libra et ceratium, vel Græco-Romana sunt, vel Alexandrina, siquidem in patriarchatu Alexandrino scripta primum hæc Acta fuere. Si Græco-Ro-* D *mana sunt, quum valuerit libra Constantinopolitana æque ac Romana ceratiis* 1728 (2), *et holcadibus Homeriticis* 144, *siquidem harum singulæ pendunt ceratiis* 12 ($\frac{1728}{12}$ = 144), *talenta Homeritica centum triginta, singula librarum tredecim, holcadibus valebunt* 243,360 (144 × 13 × 130 = 243,360). *Et quum Homeritæ singuli Æthiopibus penderent holcadem unam, qua etiam contentum se fore Dhu Nowasus spondebat, inde sequitur in Provincia Negranensi quam possidebant Æthiopes, cives fuisse ultra ducenta quadraginta tria millia.*

provinciæ Negranensis. Eorumdem mercatus et divitiæ.

81 *Si vero prædicta pondera Ægypto-Romana sint, quum non satis constet quanti valeat in hoc systemate tum libra, tum ceratium* (3), *aut quoties ceratium libra contineatur, nihil hac via certum conficere poterimus. Id tamen tentavimus tomo præcedenti* (4), *sed methodo minus tuta. Ast notamus, in gratiam maxime metrologorum, vocem* ὁλκας *idem esse ac notiores voces* ὁλκη, δραχμη, *quod tomo præcedenti, nos ipsi secuti Boissonadium, non advertimus* (5); *et quum drachma utantur* E *et Arabes, quam* dirhem *nuncupant, certum videtur scriptorem Actorum S. Arethæ verbo* ὁλκας *significare voluisse aliquam monetam auream Arabicam, una drachma pendentem ; eaque forte hujus nomine Homeritico insignita fuerit. Si igitur admittatur, post nuperum metrologum Vasquez Queipo* (6), dirhem *Arabum ante Mahumetem valuisse grammatis* 2,832, *libram vero Ægypto-Romanam grammatis* 339,840, *quum hæc libra contineat drachmas hujusmodi* 120, *inde sequeretur talenta Homeritica* 130, *singula lib.* 13, *valuisse drachmis arabicis seu holcadibus* 202,800 *et tot cepisse incolas provinciam Negranensem ; quod ab altero numero, quem indicavimus tomo præcedenti, methodum non satis accuratam secuti, tamen non multum abludit. Si vero holcas ista, seu drachma aurea Homeritarum pependit grammatis* 2,832, *valeret hodiedum francis fere decem. Atqui legitur in Actis S. Arethæ (supra num.* 80) *istud fuisse vectigal annuum quod requirebant reges* ab omni anima ; *quod spectato valore, seu potestate auri, annis abhinc mille trecentis, duo* F *illa confirmare videtur quæ alias ex ipso veterum scriptorum testimonio declaravimus* (7), *Homeritas scilicet auro abundasse, et postquam Phœnicum potestas a Persis et a Græcis eversa est, plus quam aliam ullam Asiæ gentem, mercatui fuisse deditam.*

Apertis januis civitatis pejerat Dhu Nowasus, proceres exspoliat et demortui episcopi ossa comburit.

82 *Cives Negranenses, promissis capti Dhu Nowasi, regis judæi,* civitatem aperuerunt, et intravit dolosus serpens, rex Homeritarum, qui jurejurando affirmaverat, quia illæsos et intactos vos servo, si sponte hanc civitatem mihi tradideritis. Postero die, apertis januis, exiverunt *omnes proceres, simul cum Aretha,* ad regem, et prosternentes se in terram, eum venerati sunt. Jussit hic congregari omnes *(convenere trecenti quadraginta)* et primo quidem facultates suas extra civitatem afferre, deinde ostendere sibi Paulum, episcopum civitatis.

(1) V. Supra, num. 62. — (2) Hultsch, Griechische und Römische Metrologie, pag. 114, 119 not. 14, et 249; Vasquez Queipo, Essai sur les systèmes métriques, tom. II, pag. 65 et seq. Paris 1859. — (3) Vasquez Queipo, tom. I, pag. 209 et seq.; Saigey, Métrologie ancienne et moderne, pag. 54 et 85. — (4) Tom. X Octob. pag. 727, annot. *pp.* — (5) Ibid. annot. *oo.* — (6) Loc. cit. tom. I, pag. 209 et tom. II, pag. 202 et 446. — (7) Loc. cit. pag. 664, num. 12, ad 17.

Proceres

A Proceres autem omnes responderunt, obiisse eum a biennio; et non credidit illis, sed mittens ad locum in quo jacebat venerandum ejus corpus, effusis ossibus, jussit ea igni tradi, et cineres palis projici in aerem (1). *Fiebant hæc anno* 523, *mense octobri; inde sequitur Paulum, episcopum Negranensem, de quo Dhu Nowasus sciscitabatur, vita functum esse anno* 521. *Alibi diximus Paulum illum videri episcopum, qui imperante Anastasio et quidem initio imperii, circa annum* 491, *aut non multo post, missus est ad Homeritas* (2).

Tunc martyres facti sunt cives 4252 *et plerique in fossam ignis projecti.*

83 *Quæ postmodum Negranæ gesta sunt a Dhu Nowaso, in primis innumerorum christianorum cædes, huc non spectant, sed in Actis S. Arethæ, tomo præcedenti requirenda sunt. Satis erit hic repetere tum christianos Negranenses quater mille ducentos quinquaginta duos constantiam fidei usque ad martyrium et mortem crudelissimam produxisse. Ex his sacerdotes, monachi et virgines Deo sacræ* 427 *igne combusti sunt; feminæ aliæ* 227, *pleræque ex uxoribus pro-*
B *cerum, et dein ipsi proceres, numero* 340 *(quorum caput et antesignanus fuit S. Arethas, phylarcha Negranensium) capite plexi sunt. Reliquis ter mille similiter caput abscissum esse videtur. Projecti sunt plerique omnes in fossam aliquam, eam ipsam, ut videtur, in qua martyres* 427, *ordine primi, incendio consumpti fuerant. Hujus fossæ memoria servabatur centum post annis, dum florebat Mahumetes, ejusque meminit is in Corano, sura* 85; *ex quo inter Arabes celeberrima est facta, et Dhu Nowaso judæo, propter horum christianorum (quos* fideles *appellat Mahumetes) horrenda supplicia, nomen adhæsit* domini fossæ, *arabice* Ssaheb-el-Okhdud. *Dhu Nowasus insuper pueros christianos utriusque sexus, a prima pueritia ad ætatem annorum quindecim, numero mille ducentos nonaginta septem, in servitutem tradidit. Denique literas dedit ad regem Persarum Cavadem et ad Almundarum, regem Hirensem, referens quæ gesta erant, et ut se imitarentur adhortans. De quibus omnibus plura dabit Commentarius prævius ad Acta*
C *S. Arethæ* (3).

Legatio Justini imp. ad Almundarum Hirensem.

84 *Contigere hæc, ut diximus, mense octobri anni* 523. *Sequenti januario ad eumdem Almundarum, seu Mundhir III, regem Hirensem, tum in provincia Hedjaz, non procul ab hodierna Mecca versantem, a Justino imperatore et a Cavade, rege Persarum, legati fuerant Abramius, presbyter Cpolitanus* (4), *Simeon Beth-Arsamensis, presbyter Persa catholicus, Angæus, filius Zed, dux coloniæ militaris Arabum Hirensium, qui in Palæstina consederant, et alii; ut scilicet cum rege Hirensi de redimendis captivis Græco-Romanis agerent, de pace concilianda deque rebus christianorum. Quum vero ad regem Almundarum pervenerunt die* 30 *januarii anni* 524, *cum eo versabatur nuncius missus a Dhu Nowaso, cum literis ejus de quibus superius dictum est; quæ coram legatis perlectæ sunt, et Simeoni Beth-Arsamensi occasio fuere scribendæ epistolæ ad abbatem monasterii Gabulæ in Euphratesia, chiliometris viginti a Chalcide.*

AUCTORE E. C.

Veracitas Simeonis Beth Arsamensis; qua de causa scripserit docet nos in fine epistolæ.

85 *Hæc vero Simeonis epistola, quæ ipso tempore persecutionis a viro gravi et erudito conscripta est, ut alibi ostendimus* (5), *ab Assemano et J. D. Michaëlis in primis commendatur et cum Actis græcis S. Arethæ, quæ vulgavimus et quibuscum mirum in modum consentit, ut veracissima persecutionis historia habenda est. Epistolam absolvit Simeon his verbis:* Quod reliquum est, vestram caritatem etiam atque etiam obtestamur, ut quam primum monasteriorum præfectis et episcopis, in primis vero Alexandrino *(Timotheo, qui illo tempore monophysitam se non prodebat)* (6) ista significentur, ut regem Æthiopum *(S. Elesbaan)* ad ferendam Homeritis opem suis literis cohortetur; simulque curetis ut pontifices judæorum, Tiberiade *(prope lacum ejusdem nominis in Palæstina)* commorantes, adigantur scribere ad istum regem judæum, qui modo apparuit, ut a bello et persecutione Homeritarum in posterum abstineat (7). E

§ IX. Justinus imperator hortatur S. Elesbaan ut martyres Negranenses vindicet; is classem parat in portu Adulitico; de civitatibus Aduli et Axumi; ad bellum proficiscitur.

Abramius legatus res gestas Dhu Nowasi renuntiat imp. Justino; hujus epistola

Abramius, presbyter Cpolitanus et legatus Justini imperatoris ad Almundarum, qui non secus ac Simeon pleraque e legati Homeritæ narratione perceperat, reversus Cpolim, rem universam detulit ad imperatorem. De quibus hæc narrant Acta S. Arethæ: Tunc servi Dei, *legati imperatoris,* ineuntes fœdus pacificum cum Alamundaro, reversi sunt; et contenta in literis regis Homeritæ, tum ea quæ facta fuerant, retulerunt servo Dei Justino, imperatori Roma- F
norum. Is vero absque mora scripsit ad Timotheum, episcopum Alexandrinum, *(ex quo iterum patet hunc illo tempore monophysitam non fuisse, siquidem Juslinus, orthodoxiæ tenacissimus, episcopos monophysitas a sedibus amovebat)* ut beatitudo sua literas mitteret ad regem Æthiopum nomine Elesbaan *(cujus regnum ad patriarchatum Alexandrinum spectabat),* quibus eum hortaretur ad instruendum exercitum delendosque omnes impios cum rege suo. Scripsit vero imperator et ipse pio regi Elesbaæ in hæc verba. *Hæc epistola Justini, quam genuinam esse alibi ostendimus* (8), *hic omittenda minime est:* Novi, *inquit, regem Æthiopum alloquens,* quantum religioni christianæ addicta sit fraternitas tua. Pervenit vero ad nos rebellem illum, cui credidisti regnum Homeritarum (*de quo vide quæ superius*

(1) Acta SS. loc. cit. pag. 724. — (2) Supra num. 63 et tom. X Oct. pag. 694, num. 111 et seq. — (3) Acta SS. tom. X Oct. pag. 703, num. 141 et pag. 708, § XV. — (4) Ibid. pag. 700, num. 154 et seqq. — (5) Ibid. pag. 699, num 129 et seqq. — (6) Ibid. pag. 710, num. 169 et 171. — (7) Ibid. pag. 708, num. 161. — (8) Ibid. pag. 720, num. 207; pag. 726, annot. *z* et pag. 745, annot. *x*.

sunt

AUCTORE E. C.

sunt dicta num. 62), arrepta occasione, omnes, quos misisti, christianos Æthiopas, cum repertis ibi Romanis et Persis ejusdem religionis, quum negare nollent Jesum Christum Filium Dei occisione gladii interemisse. Sed et Nagran civitatem *(ubi miror scribi* Nagran, *forma syriaca* (1), *loco* Negran, *nominis arabici, quod, solum in Actis obvium esse videtur)* desertam fecit et inhabitabilem.

ad S. Elesbaan *de anno* 524.

87 Deinde scripsit regi Persarum et Alamundaro qui dicitur Sacchicas, rogans et ipsos ut similia agerent cum habitantibus ibi christianis : Hortamur itaque fraternitatem tuam et obtestamur, per sanctam et consubstantialem Trinitatem, ut aggrediaris exsecrandum et impium judæum, sive mari sive terra, tecum habiturus in auxilium sanctorum Angelorum potestatem. Si enim hoc haud præstat pietas tua, ei hinc quidem cælitus irascetur Deus et regno suo; illinc vero nos per Coptum et Berenicen immittemus Blemmyarum et Nobadum copias multas *(de quibus civitatibus et populis alibi* (2) *diximus)*, et transibunt hæ per terras tuas, conterent omnia, atque Homeritam et regnum ejus
B universum ad omnimodam ruinam et maledictionem adducent. Vale. *Scripta fuerit hæc epistola Justini primis mensibus anni* 524, *postquam Cpolim redierant Abramius, ceterique legati, ut ex narratione quam supra (num.* 84) *ex Actis S. Arethæ recitavimus satis apparet.*

S. Elesbaas, *collecto exercitu, classem instruit navium sexaginta.*

88 *Verum hujusmodi adhortationibus, aut adjectis minis, minime indigebat* S. Elesbaas, *qui jam anno* 519 *eumdem Dhu Nowasum devicerat, subdita jam tum Homeritide universa. Ipse igitur extremo anno* 523, *aut ineunte* 524, *exercitum et classem parare cœpit, quæ tamen, maxime posterius, intra breve tempus fieri non potuerunt. De quibus hæc legimus in Actis S. Arethæ :* At servus Dei Elesbaas, quum ex proprio regno, tum ex vicinis gentibus, mature exercitum collegerat centum viginti millium militum (3). Insuper providentia Salvatoris collectæ sunt naves institorum (4) Romanorum, *seu Byzantinorum*, tum Persarum et Æthiopum, denique ex insulis Pharsan, *hodiedum Farsan, in Mari Rubro, circa latitudinem* 16° 50, (5), universim sexa-
C ginta : nimirum ex Æla civitate, naves quindecim; *cujus emporii rudera visuntur hodieque, in fronte sinus Ælanitici* * *non procul ab Akaba. De his vero aliisque civitatibus et insulis, quarum hic mentio prodit, videnda quæ alibi declaravimus* (6); ex Clysmate, *non procul a Suez*, viginti; *ex insula* Iotabe *, septem; ex Berenice duæ; ex *insula* Pharsan, septem; et ex India novem.

* Golfe d'Akaba.

* Tyran

Indiæ nomine sæculis V et VI veniebat pars Persidis et Belutsjistan, India hodierna et Arabia Felix, rarissime Æthiopia.

89 *Hucusque Acta S. Arethæ, in quibus Indiam significare Caramaniam veterem atque Gedrosiam seu partes Persidis hodiernæ et regni* Belutsjistan *quæ sinui Persico adjacent, ex ipsis Actis manifestum est* (7). *Ac insuper de eadem India et ipsa India hodierna intelligendum esse locum intricatissimum Rufini quo scribit Metrodorum et Meropium adiisse* Indiam ulteriorem *contra Pagium, Letronne, aliosque, supra in Actis S. Frumentii pluribus ostendimus. Denique licet Virgilius, et post eum Servius, Procopius dein, ipsis verbis Virgilii usus* (8), *et Joannes Malala* (9) *ejusque sequaces Æthiopiam Indiæ nomine donarint, vix dubitamus quin sæculis* V *et* VI *jam rarius id fieret a scriptoribus* (10), *quod partim ex Actis S. Arethæ evincitur et ex Rufino* (11), *partim ex argumento negativo, ut vocant; nam hac in re, siquidem Æthiopiæ historici Byzantini multoties meminerunt, argumentum istud valet plurimum. Attamen Indiæ nomine satis frequenter adhuc hisce temporibus veniebat Arabia Felix, seu Homeritis; sed quum id in Actis S. Arethæ obvium non sit, ac India dicatur sola illa vasta regio quæ a sinu Persico in orientem protenditur, inde merito deducimus ex prædicto sinu* S. Elesbaan *naves illas novem obtinuisse. Ad quorum normam emendanda videntur quæ olim de India, ex qua naves habuerit Æthiopiæ rex, conjectando indicavimus* (12). D

E

Adulis ejusque situs, ecclesiæ et portus. Naves indicas decem conficit, præter 60 *alias ipse* S. Elesbaas.

90 Quas omnes naves, *sexaginta numero, ita Acta prosequuntur*, congregavit Elesbaas in quadam statione navali, dicta Gabaza, quæ intra fines est civitatis Adulis, sitæ ad mare, et trahi jussit supra arenam. *Adulis emporium fuit Æthiopiæ, negotiatione olim celebre. Jam ævo Procopii plurimum distabat a mari, stadiis minimum viginti* (13), *cujus rei non meminit Eduardus Rüppell, non intelligens quomodo tantum recedere mare potuerit intra tredecim sæcula. Jam enim Procopius scribebat : A portu* stadiis xx distat urbs Adulis; tanto nimirum spatio a mari retracta! *Rudera Adulis reperit Henricus Salt* (14), *sed multo diligentius ea inspexit supra dictus viator Germanus. Jacent inter viculos* Zula *et* Afte, *plusquam dimidio milliario Germanico* (mehr als einer Stunde *i. e., plus quam chiliometris quinque; Cosmas Indicopleustes* (15), duobus milliaribus *Ptolemaicis* a mari distans, *seu metris* 3,193), *a sinu Axesley, et ad latitudinem geographicam* 15° 15'44" (16). *Illic vero nihil præter rudera idem conspexit, ad passus quingentos ab oriente ad occidentem se* F *porrigentia; inter quæ notabiliora ex antiqua ecclesia procidisse autumat. Verumenimvero trium ecclesiarum parietinas videre socii viatoris galli Lefèvre* (17).

91 *Portus vero ille, seu statio navium* (ὅρμος), *quæ plurimum a civitate distabat, in Actis S. Arethæ variis locis dicitur* Gabaza, *vel Gabazan* (18), *quæ vox mere æthiopica est et littus significat. In hoc itaque portu, qui a civibus Adulitanis Gabaza dictus est, extremo anno* 524, *indictione tertia, naves sexaginta collegerat* S. Elesbaas. Insuper hieme ejusdem tertiæ indictionis, *id est, circiter mense novembri : (anni* 524, *ad martium anni* 525 *: nam currebat illa indictio a septembri anni*

(1) Cfr Acta SS. pag. 720, num. 203 et seqq., pag. 724, annot. *d.* — (2) Ibid. pag. 745 annot. *w* et seqq. — (3) Ibid. pag. 711, num. 172. — (4) Ibid. pag. 749 annot. *c.* — (5) Ibid. annot. *d.* — (6) Ibid. pag. 749 et seq. — (7) Ibid. pag. 706, num. 154, 722, num. 2 et 726, annot. *aa;* cfr ibid. pag. 673, num. 39. — (8) Ibid. pag. 672, num. 34. — (9) Supra num. 15. — (10) Cfr Acta SS. loc. cit. pag. 672, num. 34 et pag. 694, num. 111; Ludolfus, Commentarius, pag. 75 et seq. — (11) Cfr Acta SS. loc. cit. pag. 675, num. 39 et seq. — (12) Ibid. pag. 749 annot. *k.* — (13) Ibid. pag. 750. — (14) Voyage en Abyssinie, tom. II, pag. 237. — (15) Cosmas Indicopl. pag. 140; cfr Hultsch, Griechische und Röm. Metrologie, pag 281 et seqq. — (16) Rüppell, Reise in Abyssinien, tom. I, pag. 267. — (17) Lefèvre, Voyage en Abyssinie (1839-43,) tome III, pag. 437 et seqq. — (18) Tom. X Oct. pag. 750, annot. *n.*

A 524 *ad septembrem anni sequentis)* confecit et ipse naves indicas decem; adornavitque in hunc modum universim septuaginta. *Naves indicæ, quas in solis his maribus Africanis visere est, absque ullo ferro ædificantur; de quibus plura habent Procopius* (1), *Edrisi* (2) *et Ritterus* (3). *Quum vero has solas naves indicas proprias habuisse videatur* S. Elesbaas, *licet id certum non sit, inde verisimile fit eum mari non multum potuisse. Attamen in eo manifeste errant Acta S. Arethæ, ut aperte ostendimus, quod referant omnes copias S. Elesbaæ his navibus vehi potuisse. Et quum in hac posteriori parte longe minus tuta sint Acta illa quam in priori, quæ de navibus* S. Elesbaæ *referunt, ut certa accipere non possumus* (4).

Timotheus patriarcha Deum exorat pro felici exitu expeditionis et Eucharistiam mittit ad S. Elesbaan.

92 *Dum hæc Aduli gerebantur, Timotheus, patriarcha Alexandrinus, qui illo tempore hæreticum se non prodebat, supplicationem publicam instituit ac vigilias egit pro felici expeditionis exitu.* In Alexandria igitur Ægypti, *inquiunt Acta*, mense aprili, indictione tertia, *anno igitur* 525, beatissimus episcopus B Timotheus, congregatis in ecclesia sancti apostoli Marci, *cujus corpus sæculo* IX *a Venetis ablatum est*, omnibus orthodoxis et multitudine monachorum Nitriæ et Scetis (5), promulgavit processionem publicam et vigilias egit, et die sequenti, finita synaxi, divinam oblatio-

*I Reg. XV

nem, *sive SS. Eucharistiam* (6), reponit in vase argenteo et per presbyteros mittit ad regem Æthiopum. Hortabatur autem eum per verba disciplinæ, sicut Samuel commovit regem Saul contra Amalec *, ut exercitum instrueret, et ruinæ per ensem et ignem omnia traderet.

Mittuntur contra Homeritas milites 15,000 *per Barbariam et Somaules, at misere pereunt.*

93 *Non multo post* mittit *S. Elesbaas* quindecim millia Æthiopum barbarorum itinere terrestri ad meridiem Æthiopiæ, ut illic trajiciant mare et ad orientem ascendant, et in partibus quibusdam Homeritidis instruantur. *In rem erit hæc verba Cosmæ Indicopleustæ hic adscribere :* Non enim admodum distat Homerites a Barbaria, mediante mari trajectus bidui (7). Sic enim, *ita Acta prosequuntur*, quum naves cum copiis ex occidente erant adventuræ, illi ex oriente inexspectati adfuissent. Sed posteaquam hi barbari quindecies mille iter peregerant die- C rum triginta *(seu leucas horarias, chiliometrorum quinque, circiter* 287 (8); *ex quibus videntur versus promontorium Guardafui, inter Somaules* (9) *processisse, a quo facilis erat transitus ad insulam Socotora et inde in Homeritidem),* ac dein *(iter)* dierum septem per montes inaccessos et aridos, neque ad Homeritidem progredi potuerunt, neque reverti ad Æthiopiam; et misere perierunt, *dilapsi, ut verisimile est, ac fame et siti consumpti.*

Processio S. Elesbaæ *ad ecclesiam Axumensem; quæ hæc fuerit.*

94 Transacto festo Pentecostes, *quod hoc anno* 525, *indictione tertia, incidebat in diem* 18 *maji,* quum jam parasset omnia rex Æthiopum, instante profectione, processionem instituit ad sanctissimam Dei magnam ecclesiam, in qua reges et sacerdotes regionis sepeliuntur. *Significatur hic ecclesia primaria civitatis regiæ Axumis; nam paulo inferius hæc leguntur :* Quibus dictis exit e civitate regia ad exercitum suum, *etc. Hujus magnificæ ædis fata, quæ templum gentilium olim fuerat, brevi comprehendam, quod id antea numquam factum est. Splendidam fuisse patet tum ex verbis scriptoris Actorum S. Arethæ, tum ex ruderibus de quibus mox dicetur. Ædificata vero est sæculo primo christiano, siquidem ipsa urbs Axumis ejusque obelisci tunc ædificata fuere; non vero ævo Ptolemæi Evergetæ I, aut aliorum e primis Ptolemæis, ut scripsit Jacobus Bruce* (10) *et ceteri post eum, ad hanc usque diem* (11). *Ostendimus enim dissertatione de Æthiopia antiqua, nec Meroën, in insula cognomine, ædificiis multis olim ornatam, sæculo primo ante Christum natum antiquiorem esse*(12), *nec Axumin sæculo primo christiano; ac simul declaramus quo pacto hujus ædificia stylo græco aut græco-ægyptiaco concepta fuerint* (13). *Ab initio vero, et* E *per plura sæcula, hæc ecclesia primaria Axumensis, ut dictum est, templum fuit idolorum; at sæculo* IV, *quum reges Axumitæ fidem christianam susceperunt, ejecta sunt proculdubio idola e templo, illudque in ecclesiam christianam conversum est. At iterum idola cepisse sæculo* V, *donec sacra christiana amplexus est rex Alameda, ac episcopus et clerici ex Ægypto venerunt, vix est dubium, uti etiam, illam exinde christianis perpetuo addictam mansisse.*

traditur. Judicium de viatore Jacobo Bruce.

95 *Circa annum tamen* 925(14), *femina quædem dicta amharice* Godit *id est* prodigiosa (15), *et a quibusdam Juditha*(16), *imperium Axumiticum evertit ac ad provinciam Lasta illud transtulit, ipsamque urbem regiam Axumin penitus subvertit. Vix dubitandum est quin tum multum passa sit præcipua urbis ecclesia, quæ secus, quum e sectis lapidibus ædificata esset, diutissime persistere potuisset; res tamen certa non est. Æthiopum enim annales, qui hodieque Axumi in ecclesia adservantur, tradunt eam eversam fuisse a bellicoso rege Adelensi Mahumete Gragne, circa annum* F 1526 (17), *vel anno* 1530, *ut tradit Jacobus Bruce* (18). *Hujus vero viatoris libris, haud gravate utimur, licet missionarios catholicos locis plurimis calumniatus sit. Est enim vir non infimi ingenii, multa conquisivit et festive ac jucunde loquitur, sed sicuti alios sprevit, qui ante ipsum scripserant, sic ipse a pluribus culpatus est* (19). *Sane ridiculum est, si quis scripserit, verbi causa, de historia aut geographia, ideo in eo pleraque quæ ad res sacras minime pertineant, reprehendere ob id solum, quod alii*

(1) De Bello Persico, lib. I, cap. 19. — (2) Géographie, tom. I, pag. 46, edit. Joubert. — (3) Erdkunde, tom. XI et XII. — (4) Cfr tom. X Octobr. pag. 753, annot. *oo* et 757 annot. *x*. — (5) Cfr Acta SS. tom. VIII Octobr. pag. 39 et seqq. — (6) Cfr ibid. tom. X pag. 746 annot. *ll*. — (7) V. ibid. tom. X, pag. 751, annot. *p*. — (8) Cfr Cosmas Indicopleustes, pag. 138. — (9) Ritter, Erdkunde, tom. I, pag. 164 et seqq. — (10) Bruce, Voyage en Nubie et Abyssinie, tom. III, pag. 146. — (11) Ritter, Erdkunde, tom. I, pag. 192. Russell, Nubia and Abyssinia, pag. 242 et 244; Lefèvre, Voyage en Abyssinie, tom. III, pag, 427. — (12) Infra, ad finem hujus tomi. — (13) Ibid. — (14) Sapeto, Viaggio ecc. pag. 73; Dillmann, Zeitschrift d. d. morgenl. G. tom. VII, pag. 350. — (15) Sapeto loc. cit. — (16) Bruce, tom. I, pag. 606; Russell, pag. 150. — (17) Salt, Voyage (premier) en Abyssinie, tom. I, pag. 246. — (18) Bruce, tom. II, pag. 176 et tom. III, pag. 147. — (19) Valentia et Salt, passim; Ritter, Erdkunde, tom. I, pag. 178 et seqq.; C. T. Beke, Mémoire justificatif en réhabilitation des pères Paëz et Lobo; missionnaires en Abyssinie, en ce qui concerne l'Abaï (Nil Bleu) et la cataracte d'Alata (versum ex Anglico) etc.

cultui

AUCTORE E. C.

Describitur eadem ecclesia ex Tellezio aliisque;

cultui addictus est. Soli obstinati impii, quibus nihil est sacrum, sperni merentur.

96 *Ecclesiæ vero Axumensis pristinæ, quæ sive a Godit, sive, ut verisimilius est, a rege Adelensi eversa est sæculo* XVI, *dum advenerunt Lusitani, magnifica supererant rudera, de quibus hæc scribit Tellezius in historia Æthiopiæ* (1) : Axumi visuntur multa rudera antiqua, potissimum magnæ cujusdam ecclesiæ, quum apparet quinque navium fuisse, longam palmos ducentos viginti, latam centum. *Si meminerimus palmum Lusitanicum valere partibus millesimis metri Gallici* 219, *patebit ecclesiam istam longam fuisse metra* 48, 18, *latam vero* 21, 9. *Verum templum circumdabat amplum peristylium cum sedibus multis ingentibus, in quarum una Jacobus Bruce inscriptionem Græcam se legisse ait, e qua patuisset templum ceteraque ædificia et obeliscos a Ptolemæis erecta esse, sed hæc inscriptio a nullo subsequentium viatorum reperiri potuit, et nunc eam numquam exstitisse in confesso est ; quam relationem viatoris Scoti Rev. Michaël Russell non inepte explicare conatus est* (2).

B

et maxime ex libris recentis viatoris Lefèvre.

97 *De ædificio universo diligenter scribit Theophilus Lefèvre :* Fundamenta hujus antiquæ ædis, *inquit,* quæ sola remanserunt, et inter quæ exsurgit ecclesia hodierna Axumensis, *(ædificata a structoribus Lusitanis anno* 1657 (3), *et quam laudant alii* (4), *alii contemnunt* (5) *)* ejus pristinam magnitudinem et splendorem manifeste ostendunt. Scalæ majores quæ ad peristylium ducebant et quæ integræ remanserunt, decem erant numero, latitudinis partium centesimarum metri sexaginta (0 m 60), longitudinis metrorum omnino septuaginta. Sequebatur spatium planum, latum metra quatuor, longum quinquaginta octo, quo nitebantur tum acroterium, tum aliæ scalæ quæ ad templum ducebant. Universum hoc ædificium quadratum erat, longum et latum metra sexaginta tria. Hæc vero rudera, seu immensæ moles lapidis syenitæ, quem amphibolicum vocant, ostendunt dudum multumque hic laboratum esse, optimeque notam fuisse structoribus artem mechanicam et balisticam ; horum lapidum minimi longi sunt metrorum trium vel quatuor,

C

lati partium centesimarum metri septuaginta vel octoginta, alti vero harum partium triginta quinque aut quadraginta (6).

In eadem reges et sacerdotes sepeliebantur. Oratio S. Elesbaæ *ante expeditionem Homeriticam.*

98 *De augusto igitur hoc templo, cujus rudera solum videre Lusitani ceterique viatores, sermo est in Actis S. Arethæ, ubi dicitur* S. Elesbaas *processionem instituisse* ad sanctissimam Dei magnam ecclesiam, in qua reges et sacerdotes regionis sepeliuntur. *Quorum tamen sepulcra in hanc usque diem a viatoribus retecta fuisse non videntur* (7) *Sanctus itaque* Elesbaas perveniens ad narthecem *seu vestibulum* ecclesiæ, vestem deposuit et ornatum quem solent reges gerere, ac induto habitu plebeio intravit stetitque inter cornua altaris. Tum protensis manibus : Domine Deus omnipotens, *inquit..... (scripta est hæc oratio ita diu post mortem* S. Elesbaa, *ut patebit ex infra dicendis; ex qua ea tantum huc transferimus quæ pertinent ad bellum cum Homeritis).* Et ecce dies ipse *, et impia terra et cinis percussit matrem in filiis, ac sacerdotes tuos et oves pascuæ tuæ penitus perdidit, et adversus Filium tuum et cornu altaris ejus armatus est. Et nunc, dominator Deus visibilium et invisibilium, ecce confidens in signo Christi tui, quod impius ille (*Dhu Nowasus*) contumelia affecit, aciem instruo adversus eum. Non igitur fraudes me in hac exspectatione mea *, ne quando dicant qui ignorant nomen tuum : Ubi est Deus eorum ? Quod si multitudo peccatorum meorum adversatur precibus meis, me percellas, Domine, et non tradas hæreditatem tuam in manus impiorum qui blasphemant tuam sanctam Trinitatem. Nos enim populus tuus et oves pascuæ tuæ * sumus et tibi gloriam damus in sæcula. Amen.

D

* I Cor. IV, 3.

* Ps. CXVIII, 116.

* Ps. XCIX, 5.

Invisit S. Pantaleonem, unum e novem sanctis, et inde Adulin, civitatem maritimam, adit cum exercitu, et naves ingreditur.

99 *Posthæc narrat scriptor regem* Elesbaan *invisisse S. Pantaleonem, unum e novem sanctis, de quibus dictum pluribus supra* (8); *dein in hæc verba prosequitur :* Et accepta benedictione ab eo, descendit rex ad Adulin civitatem, *nimirum e montibus in quibus ædificata erat Axumis, ad civitatem maritimam Adulin,* et inde ad Gabazan, *seu ad portum Aduliticum, qui ab ipso emporio non parum distabat et æthiopice dicebatur* Gabaza. Jubetque exercitum omnem cibaria secum ferre ad dies viginti tantum : *factum id forte fuerit quod tam paucis navibus multa deferri non poterant, et admodum vicina erat Arabia.* Et sic depositi sunt in navibus septuaginta, *non vero septingentis, ut alii dixere. Atqui ostendimus antea* (9), *transitum factum fuisse per fretum Bab-el-mandeb, quod etiam ex contextu narrationis mox apparebit; atque ita satis fuisse navium, ut universus exercitus transfretaret. Addidimus, naves singulas a* S. Elesbaa *paratas ad summum milites centum capere* (10), *atque adeo non plus quam* 7,000 *militum simul transvehi potuisse.*

§ X. Bellum in Homeritide. Tapharo potitur S. Elesbaas, cujus rudera plures viatores recentes conspexerunt. Victo et cæso Dhu Nowaso, ecclesiam Taphari ædificat et episcopum Alexandria accersit.

F

Homeritidem ingreditur et Tapharo, sive Dhafar, civitate regia, potitur.

Dum vero hæc gerebantur in portu Aduliticо, rex Homeritarum Dhu Nowasus, milites quindecies mille a meridie in Homeritidem missos, ut supra est dictum periisse percepit, et inde jam nihil sibi timendum esse intelligens, in freto Bab-el-mandeb, quo advenire debebant naves S. Elesbaæ, *catenam ferream*

(1) Tellez, Historia geral de Ethiopia a alta, pag. 56; Lobo, Voyage historique d'Abyssinie, édit. Legrand, pag. 201. — (2) Russell, pag. 246; Lefèvre, tom. III, pag. 431. — (3) Salt, premier voyage, pag. 240. — (4) Ibid. pag. 238; Lefèvre, tom. III, pag. 427 et seq.; Parkyns, Life in Abyssinia, tom. I, pag. 207. — (5) Bruce, tom. III, pag. 146; Combes et Tamisier, Voyage en Abyssinie, tom. I, pag. 267; cfr Rüppell, tom. II, pag. 272 et seq. — (6) Lefèvre, tom. III, pag. 432. — (7) Vide tamen Ed. Rüppell, Reise, tom. II, pag. 273. — (8) Supra num. 66 et seqq. et Synax, infra. — (9) Tom X Oct. pag. 711, num. 172; 733, ann. *qq*. — (10) Ib. ann. *oo*.

extendit,

AUCTORE E. C.

A *extendit, eo scilicet tractu angustiore, quo mare, inter oram arabicam et insulam Naucleriam* (Pilots' island) *interfluit. Sed hæc catena, favente tempestate, rupta est a navibus Æthiopum. Naves tamen, vel ventis, vel potius consulto ad excipiendas et transmittendas copias ex littore æthiopico in Arabiam, in tres partes divisæ sunt, quot in partes quoque Homeritarum suorum copias discrevit Dhu Nowasus. Hæc late narrantur in Actis S. Arethæ, quæ tomo* x *octobris vulgata sunt. Primum vero ex agminibus homeriticis devictum est ab ipso* S. Elesbaa, nec vel unus eorum evasit, qui regi Homeritæ, coram aliis navibus quadraginta versanti, nuntiaret quæ contigerant. *Nimirum aberat rex Dhu Nowasus circiter mansionibus tribus ægyptiacis, seu milliariis nonaginta, id est chiliometris fere* 145. Tunc rex Elesbaas, cum cognato regis Homeritarum, qui, licet vinctus, dux erat viæ, abiit ad urbem regiam, nomine Taphar (ἐπι την βασιλευουσαν πολιν Ταφαρ), eamque occupavit cum reginis et divitiis multis (1).

Sita hæc urbs in Yemana interiori, non vero in Hadhramautia ad mare.

101 *Hanc civitatem Taphar, regiam Homeritarum, quæ a Philostorgio* Ταφαρον *dicitur, ostendimus sitam fuisse in Yemana interiori ad latitudinem* 14° 13', *ejusque rudera visa esse a viatoribus Niebuhr et Seetzen* (2). *Sed ducentis ante annis, anno* 1588, *eadem viderat celebris missionarius Petrus Paëz, natione Hispanus, a Lusitanis dictus Pays qui a piratis Arabibus captus prope Zhafar maritimam in Hadramautia (quæ civitas ab eo Dofar, seu Dhofar appellatur)* (3), *inde ductus est Sanaam, Yemaniæ urbem primariam, in qua annos quinque cum dimidio captivus vixit* (4). *In itinere vero obvia habuit prædicta rudera, ut ipse in commentariis suis perhibet, quam narrationem hunc in modum contraxit Tellezius :* Die sequenti, *ineunte julio anni* 1588, ad vicum parvum pervenerunt, dictum Melquis (5), *vel forte Belkis, siquidem Arabes hoc nomen fuisse reginæ Sabæ referunt, quam hoc in loco regnasse et habitassse dictitant*; quo in loco rudera viderunt grandium ædificiorum, literas antiquas lapibus insculptas, quas nec ipsi indigenæ legere poterant (7) ; at dicebant ibi fuisse civitatem maxi-
C mam et reginam habuisse numerosos armentorum greges ; quod si verum sit, inde firmabitur quod jam dictum est reginam Saba, dominam fuisse, non modo Æthiopiæ universæ, sed et majoris partis Arabiæ (8).

Regina Saba num simul Homeritidis et Æthiopiæ regina fuerit; ejus urbs regia Mareb.

102 *Nimirum Tellezius sententiam sequitur patriarchæ Alphonsi Mendez, ex qua regina Saba in Æthiopia, non vero in Arabia, dominata sit, cujus sententiæ argumenta, ab ipso patriarcha proposita, principio suæ Historiæ inseruit; at videns P. Paëzium, propter rudera a se in Arabia inspecta gentisque traditionem, has duas sententias non immerito componere voluisse* (9), *ab eo quoque non abhorret. De qua re superius dictum ubi advertimus, Tapharon Homeritarum regiam factum esse post eversionem catarractæ Marebensis, seu post annum Christi* 120, *ut censet Cl. Caussin de Perceval* (9). *Ad illud vero usque tempus, urbs Mareb, pluribus veteribus memorata, ea dignitate potiebatur ; cujus ingentia rudera videre audaces viatores Wellsted et Thomas Arnaud* (10), *ex quibus etiam non ita pridem inscriptiones viginti octo, in tabulis cupreis totidem exaratas Museum ditissimum Londinense accepit. Has non ita pridem cum aliis quatuordecim lapidi incisis Londini vulgavit Cl. S. Birch notissimus Ægyptologus* (11).

Vincitur ipse Dhu Nowasus et adveniente S. Elesbaa *trucidatur.*

103 *Sed ut eo jam, unde digressi sumus, revertamur, Tapharon Yemanæ urbem regiam Homeritarum (ut manifeste ostendimus adversus Fulgentium Fresne), jam post victoriam primam in littore ab Homeritis relatam, rex* Elesbaas *occupaverat.* Ante diem unum, *ait scriptor Actorum S. Arethæ,* novit rex Homeritarum captam esse Taphar civitatem, cum reginis, timensque ne ex cognatis septem adjungerentur aliquot regi Elesbaæ, catenam ferream confecit, et tam se quam illos ea ligans, sedebat in curru suo in sede aurea ; septem vero cognati, ad eum alligati, in sellis E septem similiter aureis (12). *Hoc loco usus est eruditus vir F. Movers, ut ostenderet Himyaritas mores et usus imitatos esse Babyloniorum et Persarum* (13). *Mox etiam de copiis istis, quibus ipse rex Dhu Nowasus præerat, victoriam retulere Æthiopes, ope S. Gabrielis, ut aiunt Acta S. Arethæ ; quem archangelum omni ævo multum coluerunt.* Tum exsilientes Æthiopes hostes trucidarunt, regem Homeritarum cum cognatis septem captivos reservantes. Et facta est vox ista cælitus clamans : Gabriel, Gabriel, Gabriel, in salutem et victoriam ingentem illa die. Nuntiata sunt hæc regi Elesbaæ, qui adveniens interfecit impium regem et cognatos ejus septem, clamans et dicens : Exsurgat Deus et dissipentur inimici ejus *. Et erectis in ipso loco altaribus, preces fudit Deo.

*Ps. LXVII, 1.

Taphari ecclesiam ædificat S. Elesbaas. *Pars posterior Actorum S. Arethæ conscripta inter annos* 570 *et* 597.

104 Tum rediens ad civitatem regiam *Taphar seu Dhafar,* morti et maledictioni tradidit qui habitabant in palatio. Sed illustriores aliquot magnates aufugerunt; deinde reversi, facti sunt christiani. Tum propriis manibus rex diebus septem terram fodiens inchoavit, quæ nunc conspicitur, sanctissimam ecclesiam. *Videtur et ante rebellionem Dhu Nowasi ecclesia exstitisse Taphari* (14); *at Sanaæ ecclesiam fuisse illa ætate, aut non multo post, quæ, regnante El Saffah, alias Seif, ultimo rege ex prosapia Himyar, diruta fuerit, ex inscriptionibus ostendit nuper vita functus Cl. Ern-Osiander* (15). *Ex his autem verbis :* inchoavit quæ nunc conspicitur sanctissimam ecclesiam, *uti ex aliis locis Actorum* (16), *apparet concinnata ea fuisse, non solum ante victorias Mahumetis, sed etiam verisimilius ante annum* 597 *quo expulsi et deleti sunt Æthiopes a Cosroe Parviz, rege Persarum. Horum enim victoriæ, aut dominatus, in Actis nulla est mentio. Imo partem priorem Actorum,*

(1) Tom. X Octob. pag. 735, num. 35. — (2) Ibid. pag. 676. — (3) Tellez, Historia de Ethiopia, pag. 212 et seqq. — (4) Ibid. pag. 225. — (5) Ibid. pag. 218. — (6) Tom. X Octob. pag. 666, num. 19 et seqq. et pag. 676, num. 50. — (7) Tellez, loc. cit. pag. 218; cfr ibid. pag. 64. — (8) Ibid. pag. 64. — (9) Essai sur l'histoire des Arabes avant l'Islamisme, tom. I, pag. 88. — (10) Tom. X Octob. pag. 666. — (11) Inscriptions in the Himyaric character discovered chiefly in southern Arabia and now in the British Museum. London 1863; Journal asiatique octob. 1863, pag. 399 et seq. et Zeitschrift d.d. m.G. tom. XVIII, pag. 789 et tom. XIX, pag. 159. — (12) Tom. X Octob. pag. 735, num. 37. — (13) Movers, Die Phönizier, Buch III, pag. 300. — (14) Tom. X Octob. pag. 701, num. 137 et seq. — (15) Zeitschrift d. d. m. G. tom. X, pag. 22 et 27. — (16) Tom. X Oct. pag. 718, num. 197 et seqq.

AUCTORE E. C.

non multo post annum 525 *conscriptam primitus fuisse sive Homeritice, sive Græce, alibi diximus* (1). *Ad hanc vero partem postremam quod attinet, concinnatam eam fuisse extra Arabiam, post obitum* S. Elesbaæ *sed ante occupatum regnum a Persis, seu inter annos circiter* 570 *et* 597, *certo dicendum videtur* (2); *quod alioqui et ex sequentibus constabit.*

Tum Patriarcha Alexandrinus episcopum Tapharon mittit; qui nec Jones paramonarius fuit, nec S. Gregentius.

105 *Sanctus autem* Elesbaas nuntiavit omnia ista quamprimum sanctissimo archiepiscopo Alexandriæ Timothæo (3), et per hunc imperatori Justino. Archiepiscopus vero sanctum quemdam et orthodoxum virum episcopum consecravit, eumque misit ad Homeritas et ad Elesbaan regem. Qui adveniens sanctificavit templum quod ædificarat rex Elesbaas, et omnes incolas civitatum et viciniæ baptizavit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Presbyteros quoque constituit in locis singulis et diaconos et reliquos ministros ecclesiarum. Tunc Elesbaas missum sanctissimum episcopum duxit Negranam, ad civitatem martyrum, eamque reædificavit simul cum sanctis-
B sima ecclesia. Negranitarum vero ducem et principem constituit filium S. Arethæ. Ecclesiæ quoque dono dedit ex terris regiis possessiones quinque, et juxta mandatum S. Arethæ, ex ejus facultatibus possessiones tres (4). Locum quoque in quo corpora sanctorum jacebant combusta et projecta, venerandum reddidit, et jure asyli donavit; et sic plenus gaudio et felicitate ad civitatem regiam Homeritarum, *Taphar, videlicet,* reversus est. *Nomen episcopi, qui anno* 525 *a patriarcha Alexandrino missus est, et qui Negranæ verisimilius episcopus constitutus est, non vero Taphari, ubi christiani non adeo multi adhuc vivebant, nullus scriptor perhibuit. Non enim fuit Joannes paramonarius, qui anno* 479 *in Æthiopiam missus est, ut supra ostendimus contra Michaëlem Lequien* (5). *Neque etiam Gregentius sive Gregorius, esse potuit, qui circa annum solum* 540, *quando tertium mare trajecit* S. Elesbaas, *archiepiscopus Tapharensis non vero Negranensis constitutus est: quod jam olim viderat Lequien. De episcopo Negranæ, regiæ Æthiopum, qui anno* 525 *Ale-*
C *xandria in Homeritidem venit, addit Joannes Asiæ episcopus, scriptor monophysita* : Qui quum regionem illam brevi rexisset, vita functus est. *Quod quatenus accuratum sit, certo dicere haud possum, quum Joannes scripserit circa annum solum* 585, *et hoc ipso loco in pluribus erraverit* (6).

D

§ XI. De proregibus Homeritarum a S. Elesbaa constitutis, Esimiphæo et Aryate, deque rege Abrahamo, qui omnes christiani fuerunt. Legatus ad S. Elesbaan missus a Justiniano imperatore anno 530.

In Actis S. Arethæ omittuntur regna Esimiphæi et Aryatis.

I*n sequentibus non distinguit scriptor Actorum S. Arethæ hanc expeditionem secundam regis* Elesbaæ, *quam anno* 525 *factam esse diximus (prima enim anno* 519 *contigerat), ab expeditione tertia in qua Abrahamum, qui Aryatem, proregem Æthiopum, interfecerat, ut regem seu proregem agnovit.* Tum incolis præfecit *regem quemdam,* Abraam nomine, *inquit,* prudentem, timentem Deum et E valde christianum. Cui tradidit, simul et sanctissimo episcopo decem millia Æthiopum christianorum. His peractis, cum ingenti præda ad proprii regni civitatem regiam *Axumin* remeavit. *Pertinent hæc omnia et singula ad expeditionem anni* 540; *et quæ intercedunt, ab anno* 525, *omissa sunt. Partem enim priorem Actorum S. Arethæ, quæ historiam ejus martyrii continet, non multo post annum* 525 *conscriptam esse, modo diximus; at pars posterior post mortem Abrahæ regis, seu post annum* 570, *aut* 571, *adjecta est, ut satis innuit locus ultimo recitatus : atque inde confirmatur quod supra dicebamus* (7), *adjectam esse inter annum* 570 *et* 597; *et quidem, ut jam pridem advertimus* (8), *non in Homeritide, aut in Æthiopia, sed in Syria id factum est.*

Locus Procopii de Esimiphæo,

107 *Retrocedendum itaque ad annum usque* 525, *et quæ deinceps gesta sint, ex aliis historicis colligenda sunt; sed id jam præstitum est partim tomo* X. *Quamobrem breviter solum, sed lucidius paulo, iisque intersertis quæ illic omissa sunt, hic rerum summa colligenda est. Anno* 525, *devicto cæsoque Dhu Nowaso, subactaque Homeritide uni-* F *versa, regionis proregem constituit* S. Elesbaas *Esimiphæum quemdam, genere Homeritam, quem non immerito e gente Dhu Kifan, et dictum fuisse Ebn-Dzi-Kifan, conjicit Cl. Caussin de Perceval* (9). *In his perficiendis et ordinandis annos fere tres insumpsisse* S. Elesbaan, *innuunt alicubi Actorum S. Gregentii pars prima, quam e slavico codice bibliothecæ Berolinensis* (10) *nobis latine versam dedit Joannes Martinov. Verum horum fides dubia est. De Esimiphæo autem deque modo quo ceciderit, audiamus Procopium, sæculi* VI, *de quo scribimus, in plerisque diligentem historicum.* In ejus *(Dhu Nowasi)* locum subrogato Esimiphæo, *inquit,* christiano et Homerita, sub ea tamen conditione ut tributum annuum Æthiopibus penderet, domum re-
diit *(S. Elesbaas).* Abeuntem sequi noluerunt

(1) Tom. X Octob. pag. 720, num. 206. — (2) Ibid. pag. 719, num. 199. — (3) Supra num. 92. — (4) Cfr tom. X Octob. pag. 756, num. 18. — (5) Supra pag. 507. — (6) Tom. X Oct. pag. 713, num. 180 et seq. — (7) Supra num. 104 et tom. X Oct. pag. 619, num. 199. — (8) Ibid. num. 203 et pag. 724, annot. *d.* — (9) Essai sur l'hist. des Arabes avant l'Islamisme, tom. I, pag. 139. — Cfr Fabricius, Bibl. græca, tom. X. pag. 116, ed. Harles.

multi

A multi e servitiis exercitus et quicumque erant ad facinus prædamque nati : quos cepit ac tenuit singularis felicitas regionis Homeritarum. Haud multo post turba hæc et colluvies, aliique nonnulli, conflata in Esimiphæum regem seditione, eum in castellum incluserunt, regnumque Homeritarum detulerunt Abramo, christiano illi quidem, at servo Romani cujusdam institoris, qui apud Æthiopes in urbe Aduli, commercii maritimi gratia morabatur.

Aryate et Abramo, Æthiopum proregibus :

108 Quod ubi Hellestheæus *(Elesbæus, Elesbaas)* (1) accepit, illatæ Esimiphæo injuriæ pœnas ex Abramo ac participibus rebellionis sumere festinans, tria pugnatorum millia adversus illos expediit, duce e regia propinquitate lecto. *Quem ducem Aryatem vocitant historici Arabes* (2), *Theophanes vero Aretham.* At hi quoque patriæ renuntiantes, ut in regione per bona habitarent *(quam regionis prærogativam jam secundo hic memorat Procopius, ut tanta fuerit, sæculo adhuc* VI, *Arabum Felicium, sive Homeritarum, fama!)* (3) clam cum Abramo egerunt, insciente duce *Aryate,* quem et postea, ubi in aciem contra hostes
B educti iniere pugnam, necarunt. *Contigere hæc circiter annum* 540, *post regnum satis diuturnum Aryatis ; quibus docemur plura eodem tractu orationis, aliis omissis, hic perhibere Procopium. Quapropter addit in fine :* Sed hæc recentiora sunt (4). *Esimiphæus igitur ab anno* 525 *ad annum circiter* 527 *Homeritidem moderatus est : hunc enim annum ab historico veterum Arabum propositum, re perpensa, libenter suscipio ; non multo enim diutius eum regnasse nos docent quæ J. Malala et Theophanes de legatione Juliani ad Æthiopes et Homeritas perhibent, ut mox dicetur. Anno autem* 527, *ut dictum est, Esimiphæo in castellum incluso, Homeritarum prorex missus est Aryates, et quod creditu difficile videbitur, cum tribus tantum pugnatorum millibus. In Homeritas vero sæviorem hunc fuisse et crudelem, narrant scriptores Arabes* (5).

ad Aryatem legatio Justiniani imp. anno 530.

109 *Ad eumdem proculdubio missus est a Justiniano imperatore legatus Julianus, quem Theophanes magistrianum fuisse perhibet* (6) ; *et quidem principio regni Aryatis, qui a Theo*
C *phane, ut monuimus, Arethas est dictus. Etenim Procopius, qui triginta circiter post annis, historiam belli Persici conscripsit, legationem ad proregem Esimiphæum factam esse refert ; quem ideo pronum est dicere tum in vivis adhuc fuisse, et forte auctoritate aliqua simul cum Aryate potitum. Idem vero conficitur ex iis quæ adjicit Procopius, tum ex Joanne Malala. Narrant enim missum esse legatum a Justiniano, ut tum proregem Homeritam, tum Æthiopum regem,* Elesbaan, *adversus regem Persarum, Cavadem, quocum bella gerebat Justinianus, excitarent. Quæ referunt chronologi, ex serie narrationis Procopii, ad annum Christi* 530 ; *Cavades autem anno* 532 *vita functus est. Merito itaque circiter annum* 530, *aut etiam paulo ante, Julianum legatum advenisse dixerimus. Addit enim Procopius proregem Homeritam et* Elesbaan *plura quidem pollicitos esse et bellum parasse ; at neutrum contra Cavadem quidquam gessisse queritur. Historiam legationis suæ conscripsit Julianus, eamque Malala præ oculis habuit* (7) ; *in qua forte fabulosa nonnulla adscivit, ut et in Nonnoso advenisse ostendit Photius* (8), *atque etiamnum in illis contingere qui brevi tempore inter exteras gentes consident, omnibus notum est.*

AUCTORE E. C.

Historia legationis ex Malalæ chronographia ; errores nonnulli corriguntur :

110 *Hanc vero historiam legationis Joannes Malala, sexti sæculi scriptor, hunc in modum contraxit :* Sed interim imperator *Justinianus, inquit,* de Coadis, Persarum regis, prævaricatione certior a Rufino patricio factus, regem Auxumitarum, *seu Æthiopum, nimirum* Elesbaan, *ut mox dicet ipse Malala,* super his per sacras, *seu litteras imperatorias,* interpellavit. Regem hic Homeritarum Indorum, prælio cum eo commisso, penitus debellaverat anno 525 ; et regno ejus regioneque occupatis, regem ibi, ex genere suo, Anganem consituerat ; eo quod Homeritarum Indorum etiam regnum jam sibi subjectum haberet. *Quod nomen Anganis in solo Malala legitur, et corrupte legi in codicibus pro nomine Aryatis certum videtur ; litteræ enim nominum* Αγγανης *et* Αριατης, *vel* Αρριατης *non adeo differunt. Præterea Theophanes, qui in dubiis nomina biblica seligit, et nomen Adad adscripsit, loco Aidog* (9), *Malalæ hic pæne ad verbum inhærens, dictum principem non Anganem, nec Ariatem, sed Aretham nominavit ; quamvis, alio adscito errore, eum Æthiopum regem fuisse scripserit. Quocirca, quum* S. Elesbaan *hoc tempore eis imperasse sciret, legationem ad imperium Justini Junioris retraxit, legatum tamen, non secus ac Procopius, Julianum fuisse scribens. At vero Persis imperante Cavade missum esse legatum, nec multo post victoriam ab Homeritis relatam, anno* 525, *quando cæsus est Dhu Nowasus, ex Procopio auctore coævo* (10), *nec multo sequiore Joanne Malala, manifestum est.*

Julianus legatus coram Elesbaa *admittitur, cujus describitur habitus et modus procedendi in publicum.*

111 *Hunc, jam de ipsa legatione narrantem, iterum audiamus :* Ceterum legatus Romanorum, *inquit,* nave conscensa, Alexandriam versus cursum dirigit ; Niloque flumine *usque ad Coptum,* et mari Indico, *sive Arabico, a portu Berenice* (11), trajectis, Indorum ad regiones pervenit, *nimirum ad Æthiopiam ; nam legationem ad Homeritas omittit Malalas, quum tamen eam quoque a Juliano institutam esse, ex Procopio manifestum sit :* Julianum ad eos legavit Justinianus Augustus, *inquit, ad regem Æthiopum scilicet et ad regem Homeritarum,* per ipsum ab utroque petens, ut,.. *Romanos* cum Persis gerentes bellum juvarent. Cujus ad ingressum, *ita Malala prosequitur,* rex Indorum *seu Æthiopum, id est,* Elesbaas, *ut mox patebit,* summo ex gaudio obstupuit. Diu, inquiens, est, quod societatem cum Romanis ineundi me tenuit desiderium. Habitus autem regis Indici,
E

(1) Ita Lequien, Salt, Jo. Dan. Ritter in opere Guthriano, tom. V, pag. 283 et seq. ; cfr tom. X Oct. pag. 694, num. 110. — (2) Cfr L. George, de Æthiopum imperio in Arabia felice, pag. 22, 29 et 36. — (3) Tom. X Octob. pag. 662, num. 4-17 et pag. 757, annot. *u.* — (4) Procop. de Bello Persico, lib. I, cap. 20. — (5) Tom. X Octob. pag. 712, num. 176 et seqq. ; cfr Walchius in Novis comment. societ. reg. Gotting. tom. IV, part. II, pag. 28 seqq. et 35. — (6) Theophanes edit. Bonnensis tom. I, pag. 456. — (7) Cfr præfatio Dindorfii ad Malalam et L. George, loc. cit. pag. 16. — (8) Photius, Bibliotheca, codice III. — (9) Supra num. 29. — (10) De Bello Persico lib. I, cap. 20 ; cfr tom. X Oct. pag. 694, num. 111 et pag. 698 num. 126. — (11) Tom. X Octobr. pag. 745, annot. *x.*

pompaque

AUCTORE E. C.

pompaque solemnis, quibus legatum Romanum excepit, uti et ipse legatus narravit ὡς δὲ ἐξηγήσατο ὁ αὐτος πρεσβευτης, *quæ tamen de scripta narratione intelligenda sunt,* erant hujusmodi. Nudus erat, *eo modo scilicet quo jam dicetur,* a zona vero circa lumbos vestis linea auro intertexta demittebatur; ab humeris autem ad ventrem pendebat tunica soluta, margaritis et clavis per quiniones distributis insignita; manibusque armillas aureas gestabat. Caput ejus pileo lineo, auro intertexto et contortuplicato, quatuor catenulas utrinque demittente, collum vero monili aureo ornabantur. Currui vero insedebat alto, quatuor rotis suffulto, quatuorque elephantis tracto, qui petalis quatuor aureis, (qualibus argenteis provinciarum præfecti utuntur) circumdabatur. Huic insidens Indorum rex, scutum parvum deauratum, lanceolasque duas et ipsas deauratas, manibus gestabat. *Parvum est quoque et rotundum scutum Æthiopum hodiernorum. Ad lanceolas vero quod spectat, notabile est et principes Homeritas hujusmodi gessisse, et quidem pretiosissimas et in pharetra repositas, licet non* λαγκίδια, *ut hic,*
B *sed* κοντοί *dicantur :* λαβὼν πέντε κοντοὺς χρυσοῦς διαλίθους εἰς σκευοθηκάριον κρεμάμενον ἐν τῷ αὐτοῦ τραχήλῳ.... Ὁ οὖν βασιλεὺς Ἐλεσβαὰν ἀνέθετο τοὺς πέντε κοντοὺς τοὺς χρυσοῦς τῷ Θεῷ (1).

§ XII. De eadem legatione anni 530; deque negotiatione Æthiopum cum Indis, aliaque, maxime de serici negotiatione. Legatio Nonnosi ad S. Elesbaan anno 537.

Literæ Justiniani imperatoris ad eumdem. Græce calluisse

Prosequitur Malala : Stipatus autem erat a primoribus suis et ipsis similiter armatis, choroque ad tibias carmina musica modulante. Introductus autem legatus Romanus, in genua procidens, regem veneratus est, sed me *(legati enim narrationem Malala exscribit :* καὶ ἐκελευσεν ὁ βασιλευς Ἰνδων ἀναστηναι με) rex surgere
C jussit et propius accedere. Acceptis autem Romani imperatoris literis, sigillum deosculatus est, donis etiam, ab imperatore missis, acceptis; scilicet obstupuit. Apertis deinde literis imperatoriis, perque interpretem lectis, id imperatorem Romanum a se poscere intellexit, uti Coadem bello aggrederetur; disperditisque Persarum vicinis regionibus, commercia cum illis non amplius haberet, sed per Homeritarum quam sibi subjugaverat regionem, perque Nilum Ægyptum petens, Alexandriæ potius mercaturam exerceret. *Ex his verbis* literis per interpretem lectis, *tantum illo ævo Romanos inter et Æthiopes commercium fuisse, et literarum Græcarum notitiam, quam in Æthiopia quondam floruisse ostendit Cl. Letronne* (2), *jam intercidisse diceres. Quod nihil dubitans admisit Leopoldus George :* Qua ex descriptione *Joannis Malalæ* etiam elucet, *in-*
quit, connexum inter Æthiopes et Romanos D
antea non magnum fuisse, quum legatio tanquam res nova et inaudita Æthiopum regi appareat, barbari autem Æthiopum mores legatum admiratione afficere videantur (3).

113 *Verumenimvero ut diximus, illis qui regna longinqua adeunt, ac paucis hebdomadibus in iis commorantur, non in omnibus credendum esse experientia docuit, maxime quum olim non ut hodiedum pleraque jam ex aliorum libris innotescerent. Certum est enim illa etiam ætate satis frequens fuisse imperatorum Græco-Romanorum commercium cum regibus Æthiopibus, ut docent legationes Abrahami ejusque filii Nonnosi* (4), *et universa Acta S. Arethæ; tum maxime mercatorum Æthiopum cum mercatoribus græcis Alexandriæ aut in insula Jotabe commorantibus; ut ex Cosma Indicopleuste aliisque scriptoribus nullo negotio colligitur* (5). *Quin etiam quin græce calluerit* S. Elesbaas *saltem aliquatenus, vix dubito. Hæc enim circa annum* 545 *scribebat prædictus Cosmas Topographiæ libro* II : Cum annis abhinc plus minus viginti quinque, sub initium principatus Justini E
Romanorum imperatoris, istis in locis adessem, *Aduli nimirum, Æthiopæ portu,* Elesbaan, *seu* Ἐλλατζοβαα, *ut in antiquissimo codice Vaticano legitur,* tunc Axumitarum rex, bellicam suscepturus expeditionem contra Homeritas, in adversa sinus ora positos, Adulis præfecto literas mandavit, ut exemplum inscriptionis Ptolemaicæ sellæ atque lapidis sibi transmitteret. Tunc præfectus ille nomine Asbas, evocatum me et alium negotiatorem, Menam nomine..., jussit loca petere et inscriptionem exsumere (6). *Ex his patet, ut id in transitu advertam, auctore* S. Elesbaa *a Cosma exscriptas esse et posteris servatas pretiosissimas inscriptiones Ptolemæi Euergetæ, et primi regis Æthiopum orientalium in quas commentati sunt Saltius, Sacyus et nuper felicissime Cl. Vivien de Saint-Martin in Actis societatis orientalis Parisiensis* (7) S. Elesbaas *etiam alternis annis, teste eodem Cosma, mercatores fere quingentos mittebat ad regionem Sasi et Barbareotarum, ultra Zeilam, ut negotiarentur aurum, illudque dein Græco-Romanis divendebatur.*

videtur S. Elesbaas; *frequens commercium Græco-Romanos inter et Æthiopes.*

F
114 *Mihi itaque fidem omnem Juliano legato adhibendam non esse manifestum videtur, uti etiam finis ejus narrationis mox suadebit. Sed hanc, e Juliani libro haustam Malala jam absolvat :* Sine mora igitur Indorum rex Elesbaas (Ἐλεσθοας), legati ipsius in conspectu, adversus Persas arma movet; præmissisque quos sub se habuit Saracenis Indis, Persidem statim, Romanorum causa, invasit; simul regem Persarum per literas monens, hostem ut sibi exspectaret Indorum regem, Romanorum partes agentem, Persicique quodcumque esset imperii devastantem. Succedentibus itaque ad hunc modum omnibus, Indorum rex legatum Romanorum, capite ejus prehenso datoque ei pacis osculo, perquam honorifice dimisit; missis etiam Imperatori Romano, per legatum Indum literis regiis et muneribus. *Ex his* S. Elesbaan *in Persas arma movisse diceres; verum sta-*

Finis legationis. Vicissim legatum ad Justinianum mittit S. Elesbaas; *persas tamen aggressus non videtur.*

(1) Tom. X Octob. pag. 754, num. 34 et seq. — (2) Matériaux pour l'histoire du christianisme en Egypte, en Nubie et en Abyssinie, pag. 44 et seqq. — (3) L. George, de Æthiop. imperio in Arabia Felici, pag. 57. — (4) Tom. X Octobris, pag. 701, num. 136. — (5) Ibid. pag. 687, num. 84. — (6) Cosmas Indicopleustes, pag. 138 et seqq. — (7) Vide dissert. nostram de veteri Æthiopia.

tim

A *tim a reditu historiam legationis suæ scripserit Julianus oportet, aliqua addens forte in gratiam concivium. Plurimum enim eam effecisse significat, quum contra Procopius, bellorum Persicorum historicus, omni successu caruisse memoret. Theophanes eo progressus est, ut inserta narratione compendiosa Joannis Malalæ, Aryatem, quem Aretham appellat et regem Æthiopum,* Persarum ditionem ingressum et vicinas provincias quaqua late patent depopulatum *esse addiderit; in quo eum ab Harith-el-Aradj, seu Aretha V, rege Ghassan non discriminasse certum videtur* (1).

De eadem legatione Justiniani imp. narratio Procopii, deque serici negotiatione navibus indicis ac persicis sæculo VI.

115 *Jam audiatur Procopius, eamdem narrans legationem, qui licet de* S. Elesbaa *modoque quo Julianum acceperit, vix quidquam perhibeat, plura tamen adjicit de negotiatione illius ævi, aliaque quæ hic omittenda non sunt.* Quo *autem* tempore, *inquit,* Hellestheæus *(Elesbæus, Elesbaas)* (2) regnabat in Æthiopia parebantque Homeritæ Esimiphæo (3), Julianum ad eos legavit Justinianus Augustus, per ipsum ab utroque petens et pro religionis
B communione, qua cum Romanis devincti essent, illos cum Persis gerentes bellum juvarent : Atque Æthiopes quidem sericum, ex quo vestis conficitur, quæ olim a Græcis dicta medica, nunc serica appellatur, sericum inquam, ab Indis emerent, ac postea Romanis venum id darent, quo et sibi pararent ingentem pecuniam, et commodum istud afferrent Romanæ genti, ne ad hostes cogeretur aurum suum transferre : Homeritæ vero Caisum patria profugum Maaddenis phylarchum præponerent et cum valido exercitu ex Saracenis illis suaque gente conflato in Persidem irrumperent. Vir erat Caisus philarchico sanguine prognatus, et bellica virtute præstans; at quoniam propinquum occiderat Esimiphæi, vitam fugæ solitudinique mandarat. *Auctoritate enim aliqua Homeritæ, quorum prorex erat Esimiphæus, in Maaddenos potiebantur* (4). Uterque sane rex, *Elesbaas et Esimiphæus sive Ariates,* postulatis annuit, eaque se facturum pollicitus, legatum remisit liberaliter: tamen promissa et conventa neuter implevit. Nec vero fieri poterat ut ab Indis Æthiopes sericum mercarentur : siquidem institores Persæ
C illis portubus propter vicinitatem imminentes ad quos Indi prius appellunt, merces omnes emere plerumque occupant. Homeritis autem grave visum est per solitudines agere longinquum iter, ac demum in ejus exitu gentem multo bellicosiorem invadere. Quin etiam postea Abramus ipse, cum regnum sibi stabilisset, se in Persidem eruptionem facturum Justiniano sæpe spopondit : verum ingressus viam, idque semel tantum, ex templo reversus est. Ita demum cessit Romanis missa ad Æthiopes et Homeritas legatio. *Legationem Nonnosi, quæ anno* 537 *iisdem fere de causis est suscepta, omittit Procopius, sed his verbis,* postea Abramus ipse *(qui circa annum* 540 *Homeritarum rex agnitus est)*... Justiniano sæpe spopondit, *satis ostendit ad proreges Homeritarum, qui ab Æthiopibus constitui solebant, et ideo, ut videtur, ad ipsam Æthiopiam, legationes Justiniani frequentissimas fuisse; contra quam censuit Leopoldus George* (5). *Observa etiam ad hæc verba Procopii, ex quo Persæ cum Indis amplum mercatum instituere cœperunt, necessario aliquantum decrevisse negotiationem Æthiopum et maris Rubri, quæ tamen regnante* S. Elesbaa, *ut novimus ex Cosma Indicopleuste, scriptore coævo, ingens adhuc erat* (6).

AUCTORE E. C.

116 *Anno circiter* 537, *denuo legatum misit Justinianus ad Æthiopes et Homeritas et ad* Kaisum *seu Imrulcays,* qui præerat Chindinis et Maaddenis *et qui, quum Palæstinæ secundæ et tertiæ præficiendus esset, prius imperatorem convenire debebat.* Duplici Nonnosus nomine missus est, *ait Photius in excerptis ex ejus historia legationis* (7) : ut Kaisum, si posset, ad imperatorem adduceret; et ad Auxumitarum regem, cui genti Elesbaas tunc præerat (Ἐλεσθαᾶς non vero Ἐλεσθαάν, *ut tamen dixisse videntur Homeritæ, et forte etiam Syri),* itemque ad Homeritas proficisceretur..... Kaisum refert *Nonnosus,* misso iterum Abramo *Nonnosi patre,* ad illum legato, Byzantium E profectum esse, suamque præfecturam *gentium Kinda et Maadd* (8) Ambro et Iezido fratribus divisisse; ipsum vero Palæstinarum præfecturam *(non vero* Palæstinæ, *ut vertit Schottus noster; Palæstinæ enim primæ phylarchæ Arabes, quantumvis christiani, numquam præfuerunt)* ab imperatore administrandam suscepisse, infinitamque hominum subditorum secum multitudinem duxisse. *Quæ ideo recitanda hic fuerunt, ut pateat Nonnosum legationem hanc suscepisse non multo post obitum Abucharabi, similiter Palæstinarum præfecti qui circiter annum* 536 *functus est; nec audiendos esse qui jam ab anno* 531 *hanc legationem contigisse crediderunt* (9).

Legatio Nonnosi ad S. Elesbaan *et ad pro regem Homeritarum, de anno* 537.

§ XIII. Bellum Homeriticum tertium S. Elesbaæ anno 540 ; agnito novo rege Homeritarum ipse regno se abdicat, fit monachus, et anno circiter 555 e vita excedit. Colitur ut Sanctus. F

Quæ in Homeritide contigerint anno 540; *ejus rex Abrahamus* S. Elesbaæ *vectigal solvere debuit,*

Anno circiter 540 *Abramus, sive Abrahamus, qui forte ab anno* 527 *sese abdiderat et in tractibus montanis dominabatur, ut olim Dhu Nowasus* (10), *rebellionem alteram contra Æthiopes eorumque proregem Aryatem suscitavit. Hujus vero milites,* patriæ renuntiantes, *ait Procopius, Æthiopiæ scilicet,* ut in regione perbona habitarent, *seu in Homeritide,* clam cum Abramo egerunt, insciente duce *Aryate,* quem et postea, ubi in aciem contra hostes educti iniere pugnam, necarunt (11), mox facta transitione, ibi manserunt. His graviter

(1) Cfr Caussin de Perceval, tom. II et tom. X Octob. pag. 691, num. 98 et 99.— (2) Acta SS. loc. cit. pag. 694, num. 110. (3) Supra num. 107. — (4) Ibid. num. 61. — (5) Supra num. 112. — (6) Ap. Thom. Wright, Early Christianity, pag. 50; vide etiam Acta græca S. Arethæ, num. 2, tom. X Octobr. pag. 722.—(7) Photii Bibliotheca, codice III.—(8) Supra num. 61. — (9) Tom. X Octob. pag. 682, num. 71 et 74; cfr Vivien de Saint-Martin in Journal asiatique, 1863, tom. II, pag. 351. — (10) Tom. X Octob. pag. 694, num. 112 et pag. 711, num. 178. — (11) Cfr ibid. pag. 712, num. 178 et seq.

exulceratus

AUCTORE E. C.

exulceratus Hellestheæus *(Elesbaas)* confestim eodem destinavit exercitum alterum, qui demum cum Abramo congressus magnam accepit cladem, et fœde mutilatus in patriam ocius renavigavit. *Quem ducem hic exercitus habuerit, non perhibent sriptores.* Metu deinceps cautior Æthiopiæ rex, *ita Procopius prosequitur*, Abramo bellum inferre desiit. Defuncto Hellestheæo *(Elesbaa)*, tributum pactus est Abramus ejus successori, itaque asseruit sibi regnum. *In postremis recessum* S. Elesbaæ *ad vitam monasticam non distinxit Procopius ab ejus morte; quum tamen anni decem aut quindecim interfluxerint. Si ab anno* 540 *usque ad obitum* S. Elesbaæ, *nullum vectigal Abrahamus solvisset, quomodo deinde illud solvisset elapsis annis decem, aut quindecim, ejus successori et filio Gabra Masqal, quem bella nulla gessisse libri Æthiopici tradunt* (1).

immo et ab eo publice agnosci et aliquomodo constitui.

118 *Insuper pars postrema Actorum S. Arethæ aperte docet* S. Elesbaan *Abrahamum Homeritarum regem constituisse vel agnovisse, itemque Menæa Græca, Nuweirus* B *sriptor Mahumetanus et Acta partim fabulosa S. Gregentii. In his Actis, satis antiquis, quæ partim ex lingua slavica latine conversa, partim græce a Boissonadio Anecdotorum tomo quinto edita ob oculos habemus, iterum, ut in aliis monumentis, expeditiones plures Æthiopum in Arabiam, in unum conflantur, nimirum expeditio secunda* S. Elesbaæ *de anno* 525 *et ejusdem tertia de anno* 540. *Ex quibus aliisque conficitur ante sæculum* VII *hæc Acta conscripta non esse. In iisdem porro fabulose traditur, Abrahamum, ut regem,* SS. Elesbaæ *et Gregentio, miraculo designatum esse; id enim ex præcedentibus nullo negotio falsum ostenditur. Quin etiam innuit Procopius, supra num.* 117, S. Elesbaan *in tertia et ultima expeditione contra Homeritas, Arabiam non adiisse. In additamentis tamen ad Acta antiquissima S. Arethæ legitur similiter* S. Elesbaan, *dum in Homeritide versabatur, Abrahamum regem constituisse, hunc scilicet in modum:* Tum incolis præfecit regem quemdam, Abraam nomine, prudentem, timentem C Deum et valde christianum. Cui tradidit, simul et sanctissimo episcopo, decem millia Æthiopum christianorum. His peractis, cum ingenti præda ad proprii regni civitatem regiam *Axumin* remeavit. *At vero in his additamentis, quæ Actis primigeniis S. Arethæ longe posteriora sunt, manifeste confunditur expeditio secunda* S. Elesbaæ *cum expeditione tertia, idque satis apparet vel ex solis verbis quæ modo exscripsimus. Certum est enim* S. Elesbaan, *post expeditionem secundam anni* 525, *proregem Homeritarum constituisse Esimiphæum et anno* 527, *rebellante Abrahamo, in Homeritidem misisse Aryatem, ducem e propinquitate lectum; anno denique* 540, *victo cæsoque Aryate ab Abrahamo, illuc denuo exercitum destinasse. At dubium est num ipse hoc anno Arabiam adierit, maxime quum et adversus Abrahamum, primum rebellantem anno* 527, *jam alium ducem eo destinaverit. Id igitur in incerto relinquendum.* D

Regno se abdicat S. Elesbaas *anno* 541,

119 *Rebus compositis in Homeritide, cujus reges iterum a Negusio, sive rege Habessinorum, constitui aut agnosci debebant, et isti annuum tributum pendere (quæ rerum conditio usque ad occupationem alteram Persarum, seu ad annum* 597 *duravit)* (2), *sanctus* Elesbaas *jam de abdicando regno, quod a juventute et per annos fere triginta tenuerat, cogitavit. Pace igitur domi et foris coagmentata, et ædificata sibi spelunca quadam satis ampla, de qua infra dicetur, solium sceptrumque tradidit filio suo Gabra Masqal; ut in catalogis regum* (3), *Vita* S. Aragawi (4), *et Senkessar æthiopico* (5) *apertissime traditur. Post quæ, anno* 541 *aut sequenti ad prædictam speluncam secessit, in qua imitatus S. Pantaleonem, solitarius vixit usque ad mortem. De quibus hæc habent additamenta ad Acta S. Arethæ:* Pro tanta itaque Dei benedictione, *ait scriptor, nimirum pro victoriis plurimis in Homeritide et confecta pace cum Abrahamo,* nihil se dignum reddere posse aiebat rex Elesbaas; hoc E tantum invenit, ut coronam regiam deponeret et indueret vestem monasticam.

et in spelunca vitam solitariam suscipit; coronam mittit Hierosolymam

120 Et profectus nocte, sine ullo comitatu pervenit ad locum montosum et excelsum, in quo exstat monasterium virorum ascetarum, intransque in cellam aliquam, constituit se vivum ex ea non exiturum, sed perseveraturum se illic usque ad diem mortis. Nec quidquam in ejus cella reperire erat, præter tegetem et pateram, ad bibendam aquam, sportulam, et quas induebat vestes monasticas. In cibum sumebat sicca paximatia tria quotidie, sine vino et oleo vel ullis pomis. Si quis vero casu afferret ei olera viridia, ea comedebat cruda. Nec quisquam laicorum, per omne tempus vitæ, ausus est cum eo loqui, aut eum cominus aspicere. Coronam vero regiam, quam gesserat in capite, ex auro et lapidibus pretiosis confectam, obtulit Christo, eam mittens Hierosolymam, literisque sanctissimum episcopum Joannem *(seu potius ejus successorem ut infra ostendetur)* rogans, ut suspenderetur in conspectu januæ vivifici sepulcri, in quo principium resurrectionis et incorruptionis nobis ostendit Christus filius Dei a F mortuis resurgens. Cui gloria cum Patre et Spiritu sancto nunc et semper in sæcula sæculorum. Amen. *Atque his verbis Acta S. Arethæ, sive potius eorum supplementa absolvuntur.*

Confirmantur eadem ex aliis monumentis.

121 *Similia de abdicatione* S. Elesbaæ, *sive* Caleb, *ejusque vita monastica habet* Senkessar *æthiopicum, ex quo summarium Vitæ cum annotationibus infra typis edemus. Nec magis differunt Acta S. Gregentii, ubi adjiciuntur solum nomina duo ignota, de quibus suo loco dicetur. Sed jam audiatur his de rebus Mendezius patriarcha, qui annos multos in Habessinia transegit, nec solum Actis S. Arethæ, a Metaphraste concinnatis, sed libris etiam Æthiopum usus est; quorum linguam probe callebat, qua etiam amplam catechesin, ad usum Æthiopum conscripsit* (6). Missa corona sua Hierosolymam,

(1) Infra pag. 330, annot. *f*. — (2) Tom. X Octob. pag. 718, num. 198. — (3) Cfr dissertatio de Æthiop. — (4) Dillmann, loc. cit. tom. VII. pag. 348 et in Catalog codd. æthiop, qui in musæo britannico asservantur, cod. 46, pag. 50. Londini 1847. — (5) Infra num. 142. — (6) Sotwellus. Biblioth. scriptorum S. J. et De Backer, Bibliothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus, v° *Alfonso Mendes*.

inquit,

A *inquit,* noctu e regia exiens, cilicio indutus in montem quemdam subiit, ubi in casulam se recepit. In hac diu vitam monasticam duxit, nihil retinens penes se, præter mattam et poculum ad bibendum aquam (1).

Spelunca S. Elesbaæ *a Mendezio descripta,*

122 *Scribit dein Mendezius de monasterio et turricula S. Pantaleonis, quæ aliquoties inspexit; de quo dictum superius. Additque:* Media in via inter Axum et Beta Pantaleon seu monasterium S. Pantaleonis, obvia sunt conclavia tria continua, e lapide ædificata, per quorum unum fit ingressus ad alia duo. Ejus vero janua ad occidentem patet *(Viator Lefèvre tom.* III, *pag.* 433, *fait face à l'ouest* 25° *nord),* atque intus longum est cubitos quindecim *(valet cubitus Lusitanus sive* covado *metri partes millesimas* 657), latum quatuor. A latere et a principio in modum crucis cernuntur alia illa conclavia duo, longa singula cubitos decem, et quod ad dexteram ædificatum est, meridiem versus, largum est cubitos quatuor, alterum vero, quod ei respondet, cubitos sex. Spatium omne quod obtinent conclavia hæc, *e colle excavata,* undique muris circumdatur *(cfr. infra num.* 124). Iste B igitur locus est, in quem se recepit sanctus rex Caleb qui idcirco venerationi est. Sancti autem sepulcrum non secus ac sepulcrum S. Pantaleonis in ecclesia monasterii S. Pantaleonis custoditur; quæ quum anno 1630, ingenti facto terræ motu, disrupta essent, monachis, ut ea quam primum reficerent, commendavimus. Loca ista admodum pie obivimus, ac ut ea diligenter metirentur comites nostri jussimus. *Hucusque Mendezius* (2).

a viatoribus Henrico Salt

123 *Eamdem speluncam* S. Elesbaæ, *sive* Caleb, *quem nunc corrupte aliqui Æthiopes dicunt* Calam negus, *seu* Calam regem, *anno* 1805 *invisit viator anglus Henricus Salt, additque solum opinionem vulgi illic fuisse, sanctum* Caleb, *ingressum speluncam, sub terra usque Hierosolymam perrexisse* (3). *At adeo lugenda est ignorantia Habessinorum hoc ævo, ut pigeat referre quæ de sanctis suis ac viris illustribus somniarunt. Denique speluncam, sive cellam* S. Elesbaæ *visitavit diligenter anno* 1843 *viator gallus Lefèvre, et pleraque metitus est.*

et Lefèvre, qui annis 1805 *et* 1843 *in Æthiopia versati sunt*

124 *Tria conclavia sive cellas, cooperiri scribit amplo quodam solario, longo metris vigintiquinque, lato quindecim; istudque centrum fuisse ædificii, cujus rudera adhuc circumjacent. Inusitatæ vero magnitudinis hæc sunt et e syenite amphibolico excisa, ut ipsæ tres speluncæ; notatque Saltius unum e lapidibus syenitis, quibus speluncæ operiuntur, longum esse pedibus anglicis undecim et quadrante (metris* 3.42), *latum octo et quadrante (metris* 2.51)(4). *Quamobrem ædificium grande hæc rudera significant, verisimilius, ait Lefèvre, religioni aut sepulcro regio sacrum; ædificii enim ratio ac ruderum similis est tumulis regum Palæstinæ* (5). *Ex his videtur* S. Elesbaas *simul et cellam et tumulum sibi exstruere voluisse, et forte voluit ut in parte ædificii superna, siquidem e loco non exibat, interdum liturgia sacra celebraretur: quæ tamen mera divinatio est; nam inclusi græci, sive* ἐγκεκλεισμενοι *liturgia carebant, licet ex monumentis doceamur ad eos delatam fuisse SS. Eucharistiam* (6). *Metris inde quinquaginta sex, meridiem versus, alia spelunca cernitur similiter cum conclavibus tribus in quorum uno Saltius tres tumulos reperit, qui omni ornatu carere videbantur. Speluncæ vero istius originem, aut usum pristinum, prorsus se ignorare fatetur* (7).

AUCTORE E. C.

S. Elesbaas *obiisse ostenditur anno circiter* 555.

125 *Restat ut de anno obitus* S. Elesbaæ *paulisper inquiramus; quem usque ad annum* 570 *retrahit Saltius* (8), *Sapetus vero inter annos* 565 *et* 570 *contigisse verisimilius scribit* (9). *Verumenimvero ut meras conjectationes hæc proponunt, nec ullis argumentis ea fulciunt. Porro scribebat Procopius lib.* I *Persicorum, cap.* XX : Defuncto Hellestheæo *(Elesbæo, Elesbaa),* tributum pactus est Abramus ejus successori, itaque asseruit sibi regnum *Homeritarum.* Sed hæc recentiora sunt. *Atqui alibi ostendimus Procopium libros de bello Persico conscripsisse inter annos* 562 *et* 565, *sub finem imperii Justiniani, quem olim adulatus erat et a quo jam valde* E *alienum se prodit; ac insuper hos libros nonnisi post obitum Justiniani vulgari potuisse* (10). *Licet itaque abdicationem et mortem* S. Elesbaæ *non discernat Procopius, et hujus professionem monasticam pro more consulto omittat* (11), *non potuit tamen inscienter scribere eum recens defunctum esse; facile enim hujusmodi nuntii ex Æthiopia, quam inter et imperium tum temporis ingens commercium erat* (12), *Constantinopolim perveniebant. Aliunde tamen alia miscet ibidem Procopius, quæ adeo recentia non erant. Quamobrem non anno* 562, *aut* 563, *diem obiisse* S. Elesbaan *dicemus, sed potius dudum ante. Etenim jam regnabat* S. Elesbaas *anno* 519, *dum Cosmam Indicopleusten epigrammata Adulitica exscribere jussit, ac eodem anno in Homeritidem trajecit cum exercitu, Homeritas devicit, et universam regionem subegit; cujus rex Dhu Nowasus ad montes fugere, atque in iis per annos quatuor abditus vivere coactus est. Quocirca annos tum* 25, *aut* 30, *jam natus fuerit oportet* S. Elesbaas, *ac lucem viderit circa annum* 480 F *aut* 485; *et quum nullibi dicatur ad insolitam senectutem pervenisse, vita functus videtur inter annos* 550 *et* 560, *id est circa annum* 555, *postquam annos circiter quindecim in spelunca transegerat.*

Ejus cultus apud Æthiopes, Græcos et Latinos.

126 *Illustris regis memoriam, tum præclare gestis, tum vitæ sanctitate celebrem, studiose servarunt Æthiopes. Quod patebit ex elogio in* Senkessar *æthiopico, infra cum paucis annotationibus edendo, et ex versibus quibus laudatur in Menologio metrico, cujus excerpta a Ludolfo accepta hic damus. Hæc igitur ad diem* 20 *mensis* giubot *(*15 *maii juliani) legimus :*

Salutem Calebo *(qui)* signum reliquit potentiæ [suæ

(1) Ap. Tellez, Historia de Ethiopia a alta, pag. 81 et seq. — (2) Ibid. pag. 82. — (3) Salt, Voyage en Abyssinie, extrait des voyages de Lord Valentia, tom. I, pag. 223 et seq. Paris 1812. — (4) Salt, loc. cit. pag. 233. — (5) Lefèvre, Voyage en Abyssinie, tom. III, pag. 433. — (6) Cfr tom. X Octobr. pag. 746, annot. *ll* et 751 annot. *gg*. — (7) Salt loc. cit. pag. 234 et seqq. — (8) Salt, Voyage (second) en Abyssinie, tom. II, pag. 233. — (9) Viaggio ecc. pag. 69. — (10) Tom. X Octobr. pag. 691, num. 99, et pag. 750, annot. *l*. — (11) Ibid. pag. 745 annot. *t*. — (12) Ibid. pag. 633. num. 7 et seq. et pag. 687, num. 84, annot. *d* et 753 annot. *qq;* et supra num. 112 et seqq.

Dum

AUCTORE E. C.

Dum misit coronam suam Hierosolymam *ut* [suspenderent eam
(ut ibi in signum depositæ potentiæ suæ suspenderetur)
Hic Heros vana gloria usus non est ob fortitu- [dinem suam,
Cum per manus ejus exercitus Sabæorum dele- [tus fuisset,
Ita ut non superesset quisquam ex illo (1).

Russi in Menologiis S. Elesbaan *annuntiant ad diem* 24 *octobris ut patet ex Anno ecclesiastico Græco-Slavico* (2), *nimirum quod eo die cebrantur martyres Negranenses in quorum Actis de* S. Elesbaa, *qui eos vindicavit, multus est sermo. Catholici autem Italo-Græci, ut nos docet Kalendarium Basilianorum, eumdem annuntiant, nescio qua de causa, ad diem ejusdem mensis* 19 (3). *Baronius denique, in Martyrologio Romano, non immerito sanctum Æthiopiæ regem statim post ejusdem regni apostolum Frumentium colendum indixit hunc in modum :* In Æthiopia sancti Elesbaan regis, qui Christi hostibus expugnatis, misso regio diademate Hierosolymam tempore Justini imperatoris *(lege* Justiniani), monasticam vitam ut voverat agens, migravit ad Dominum. *Quam vero ob causam diem* 27 *octobris selegerit Baronius, ut hos Æthiopiæ sanctos annuntiaret, potius quam diem* 24 *ejusdem mensis, satis alibi declaravimus* (4). *Sed nos qui ab initio operis semper, quantum licebat, ordinem in Martyrologio Romano propositum secuti sumus, utriusque sancti hac etiam die Acta colligere debuimus.*

ELOGIUM SANCTI ELESBAÆ

EX SENKESSAR ÆTHIOPICO

Res gestæ S. Caleb, *sive* Elesbaæ *usque ad susceptam vitam monasticam;*

Giubot die 20 (15 *maii juliani)*. Commemoratio Kaleb, regis Æthiopiæ, filii Tazenæ *a* Deum amantis *b*, cui propter vivam fidem suam Deus terram aperuit *c* et sic secreto transivit ab Aksum ad terram Matara *d* ex qua incredulos *e*, dictos gentem Gomorrhæ *f* expulit, ac ibi ecclesias exstruxit. Sed iterum *g* bellum gessit contra Saba *h*, mare, tamquam si terra foret, trajiciens, ac Judæos dissipavit, altare Domino erexit, et ibi regem constituit *i* filium suum primogenitum, dictum Israël *k*. Hunc jussit abscondite regnare, sedentem in curru quin videretur *l*, et misit ad impiam gentem cum militibus. Qui in terra ista non ædificabant domos, sed in tentoriis habitabant *m*, nec laborabant malitia aut aliqua molestia in viis suis, et duplum ætatis aliorum hominum attingebant. Sic autem pila et sagittas emittebant, et bellum promovebant contra gentem Deo infensam. Gabra-Masqal *n* autem, filium alterum, ætate minorem, jussit Kaleb regnare aperte, siquidem diligebat eum; qui sedit in throno patris sui, et rex Sion *o* appellatus est.

a Filii Tazenæ. *Ita catalogi regum et monumenta pleraque omnia.*

b *Est græcum* θεόφιλος. *Vide Lexicon Ludolfi pag.* 617 *et seq* ; *Dillmanni col.* 1359.

c *Hujusmodi rebus, quæ solo Synaxarii æthiopici testimonio nituntur, pluries monuimus nullam fidem adhibendam esse.*

d *Credit Sapetus pag.* 463 *vocem corrupte scribi ac Tapharon, urbem regiam Homeritarum significari ; quod valde verisimile est, non tamen certum. Bellum autem Homeriticum primum* S. Elesbaæ *sive* Caleb, *uti et secundum contra Dhu Nowasum judæum susceptum est.*

e *Vox æthiopica etiam rebelles significare videtur.*

f *Sapetus in codice quodam* Samora *legisse se arbitratur, loco Gamora, et ideo montem aliquem Samora prope Tapharon in Homeritide significari dicit ; sed mons iste prope Dhafar maritimam, in Hadramautia, quærendus esset. Vocem* Gamora, *seu* Gomorrha *referrem ad vitia gentis* (5).

g *Vox æthiopica* Kaëba *significat* iterum, denuo, *sed præterea,* etiam, quoque, *etc., ita ut e voce ista certo ostendi non possit pro* Matara *legendum esse Taphara, seu Tapharon, et expeditionem illam primam etiam ad regnum Saba, seu Homeritidem factam esse. In tam diuturno enim regno* S. Elesbaæ *vix dubium est quin et contra Africanos, ut et pater ejus Tazena, aliquando bella gesserit. Non tamen diffiteor credibiliorem esse Sapeti sententiam, siquidem quæ hic obvia sunt, pleraque e monumentis græcis deducta videntur, vel potius ad eorum normam composita.*

h Saba *est Homeritis, ad cujus limitem borealem sita erat Negrana, palæstra S. Arethæ et sociorum quater mille ducentorum quinquaginta. Quando regnum Saba* Himyar *vel* Hamer, *et ac Græcis Homeritis dici cœpit, dudum tamen perstitit nomen Saba vel inter*

corona missa Hierosolymam, in spelunca vivit usque ad mortem.

2 Post hæc sibimet ipsi dicebat Kaleb : Quid retribuam ego Deo meo pro lætitia tanta, qua me affecit, et tot prodigiis, quæ manibus meis operatus est. Aliud non habeo quod dem Domino meo et Deo, Jesu Christo, quam animam meam et corpus meum. « Renuntians igitur mundo et regno suo, de nocte exiens, pedes venit ad monasterium situm in cacumine montis abbatis Pantaleonis *p*. Hoc in monasterio boni erant monachi, inter quos habitavit in quadam spelunca, occlusa janua ut neminem umquam videret, et adhibito jurejurando *q*, se inde non exiturum. Nec quicquam illuc secum tulit, præter pellem *r*, quæ ei pro lecto erat, poculum fictile, et vestem monasticam; nec alius ei victus fuit quam panis cum sale, nec potus præter aquam. Coronam vero pretiosissimam, quam regnans in capite gerebat, Hierosolymam misit, ad Joannem *s*, patriarcham civitatis, eumque rogabat ut supra portam sepulcri Domini nostri et Redemptoris, Jesu Christi, illam suspenderet. Prædictam autem speluncam semel ingressus, cum nemine locutus est aut conversatus, sed virtutibus ac pietati addictus Deo placere studuit, et in pace e vita discessit.

(1) Ludolf. Hist. lib. 2, cap. 4, num. 39 et Comm. pag. 433. — (2) Tom. XI Octob. ad dictum diem. — (3) Ibid. ad diem oct. 19. — (4) Tom. X Octob. pag. 714. — (5) Cfr. Dillmanni lexicon, col. 1148, et Sapeto, pag. 458.

A *inter ipsos Arabes, et aliquamdiu diversas partes Arabiæ Felicis hæc nomina significarunt* (1).

i *De his omnibus dictum est supra in hoc Commentario.*

k *Filius iste Israel in solo Senkessar æthiopico et in catalogo regum, quem edidere Rueppelius et Sapetus* (2), *obvius est. Nec alioqui scriptores prisci, sive Arabes, sive Byzantini, eum inter proreges Homeritidis nuncupant. Forte hic confusio intercedit cum prorege Aryate, qui dux fuit exercitus æthiopici contra Homeritas, et quem scriptores Arabes* S. Elesbaæ *e fratre nepotem, Procopius vero et Malala ex ejus propinquitate lectum perhibent. At vero in Rueppelii et Sapeti catalogis rex ipsius Æthiopiæ fuisse significatur, sed regnasse mensibus solum octo. Deest tamen in aliis catalogis, et quum isti mendis pleni sint, nec eum* Calebi, *seu* Elesbaæ *filium dicant, sed cujusdam Qosthanthinos (licet post eum sequatur Gabra-Masqal,* S. Elesbaæ *filius), vix quidquam inde erui potest. Noto denique in Rueppelii et Sapeti catalogis, non*
B *Israël sed Beita-Israël, vel Bed-Israël legi, quod* domum Israël *significare videtur. At nomen istud nimis aperte judaicum est, quam ut sæculo sexto jam id habuerint Æthiopes. Fateor tamen et nomen* Caleb *aliquantum judaicum videri, quamvis inter gentem lingua semitica et hebraicæ proxima utentem, hoc mirari vix debeamus. Vide quæ supra scripsimus de judæis Æthiopiæ.*

l *Vide annot.* c.

m *Hæc ad Sabæos, sive Homeritas, pertinere minime possunt, uti nec sequentia. Multas enim habebant civitates et sæculo adhuc sexto perquam commercio erant dediti. Ad milites ipsos omnia sunt referenda. Vix dubito hac fabula amplificari, quæ de fertilitate terræ traditione acceperant auctores Synaxarii.*

n *Hunc memorant omnes catalogi regum, eumque alibi, ab anno circiter* 514 *regnare cœpisse dicimus. Nomen Gabra-Masqal æthiopicum est et servum crucis significat. Multa sunt hujusmodi nomina inter Æthiopes,* Gabra-Iasus, Gabra-Manfas-Qeddus *(servus Spiritus sancti),* Gabra-Krestos, etc.

C o *Gabra-Masqal* regem Sion *vocatum esse a coævis nullatenus verum est. Tum temporis enim reges Æthiopum occidentalium a Salomone et regibus Judæorum se progeniem ducere ne somniaverant quidem.*

p *De his dicemus ad synaxarium* S. Pantaleonis. *Vide etiam librum lusitanicum :* Os dous atlantes da Ethiopia... santo Elesbano e santa Ifigenia... pelo Fr. Joseph Pereira de santa Anna. tom. 1 pag. 269 seq. et Annotaçoens pag. 89. Lisboa occidental, 1735. *Sanctum nostrum celebrat is auctor, sed simul ostendere voluit ex ordine Eliæ eum fuisse, in quo inutilissimam posuit operam. Ceterum multo nimium hæret in amplificatione, fontes orientales præter græcos nullos novit, et licet lusitanicis satis feliciter utatur, pauca lectorem docebit.*

q *Acta S. Arethæ, circa finem :* Intransque in cellam aliquam in ea se inclusit, constituens D (δους συνταγας) se vivum inde non exiturum (3).

r *Acta S. Arethæ loc. cit :* præter tegetem, εἰ μὴ ψιαθος; *teges vero longe usitatior erat inter monachos quam pellis.*

s *Vide hunc Commentarium paulo superius num.* 120.

ELOGIUM SANCTORUM

NOVEM MONACHORUM

EX SENKESSAR ÆTHIOPICO.

S. ARAGAWI SIVE ZA-MICHAEL.

Die 14 mensis Teqemt (*octobris juliani* 11) Commemoratio sancti patris nostri Aragawi *a* a
qui etiam dictus est Za-Michaël *b*. Iste sanctus b
dux *c* fuit servorum Dei, ascenditque montem c
Dammo *d* sanctum... in quo virtutem mirum in d
modum excoluit et a Deo accepit pactum *Kidan e*, in gratiam eorum qui sese vel invocarent e
vel piis laudibus celebrarent. Post quæ absconditus vixit usque ad mortem, Dei gratia, tradita tamen discipulis suis regula religiosa, quam didicerat in monasterio Pachomii, patris sui *f*. f

ANNOTATA.

a Aragawi, *vox Æthiopica, senem significat.* Primus, *ait Ludolfus, post Mendezium,* ex novem sanctis viris qui post S. Frumentium in Æthiopiam venerunt, eamque converterunt. Primo Michael dictus. Nomen vero novum ab Æthiopibus accepit ob senium (4), *sicut habet synaxaristes metricus ejusdem Ludolfi ad diem* 14 *mensis* Teqemt *sive octobris* 11. *Sic enim canit :*

Salutem Michaëli, qui nominatus fuit Aragawi,
Quoniam vita ejus sapientia et mors ejus prudentia.
Cum eo trinus qui simul unus est essentia *(i. e. Deus fuit cum illo).* F
Salutem sanctis, qui concorditer vixerunt concordiam;
Ut per preces destruerent regnum Arwe *(i. e. serpentis)* (5).

Synaxarista Æthiops hac voce Arwe, serpens, *idololatriam significavit. Primum quidem regem suum, quem dudum ante ævum Salomonis et reginæ Saba regnasse et quidem per annos* 400 *Æthiopes stulte credunt, hoc nomine donant* (6). *Verum id alii de magno quodam serpente accipiunt, quem prisci Æthiopes pro Deo coluerint, et qui a quodam Angaba occisus sit. Angaba enim Æthiopes regem suum secundum fuisse credunt ac regnasse per annos ducentos* (7). *Atqui hoc etiam modo* Arwe *idololatriam significaret. Alii vero regnum* Arwe *simpliciter de ethnicismo*

(1) Cfr tom. X Octobr. pag. 667, num. 21; Osiander, Zeitschrift d. d. morgenl. Ges. tom. X, pag. 68. — (2) Rüppell, Reise in Abyssinien, tom. II, pag. 346; Sapeto, Viaggio ecc. pag. 360. — (3) Tom. X Octobr. pag. 758, num. 59. — (4) Ludolfus, Lexicon æthiopicum v° *Aragawi.* — (5) Idem Hist. Æthiop. lib. III, cap. 3. — (6) Cfr Dillmann in Zeitschrift d. d. morgenl. Ges. tom. VII, pag. 341 et alii multi. — (7) Dillmann ibid.

A *seu regno Satanæ, qui serpens in Bibliis dicitur (Genes* III; 2 *Cor.* XI, 3 *etc.) intelligunt, cujus regnum precibus novem sanctorum destructum sit* (1). *Atque iste videtur sensus esse quem præ oculis habuit synaxarista Ludolfi, licet legerit Mendezius in monumentis æthiopicis novem sanctos serpentem aliquem qui omnia vorabat circa Axum, pecora hominesque, precibus occidisse* (2). *Id itidem infra obvium est in synaxario* S. Garimæ.

b Za-Michael *genitivus est, ut* Za-Krestos, Za-Maryam *quæ voces servum Michaëlis, Christi, Mariæ significant.* Aragawi *vero cognomen fuit. Particula Æthiopica* za *eadem ac syriaca* de, *quas particulas in quantum formando genitivo inserviunt, ut optime intelligunt qui a rabbinismo ad harum linguarum studium transeunt.*

c Dux fuit servorum Dei etc. *i. e. novem sanctorum. Id etiam insinuat vita Teclæ-Haimanot :* Angelus sanctus Michaël, *ait ejus biographus,* habitum monasticum dedit S. Antonio; sanctus Antonius sancto Macario; hic sancto Pachomio *(vide infra annot.* f) : hic Ab-
B bati Aragawi qui fuit e novem *sanctis,* qui venerunt in Æthiopiam; hic dedit habitum Abbati Christos Bezana etc. (3). *Mendezius ideo eum non solum comitem sancti* Pantaleonis, *sed et caput novem sanctorum fuisse scribit* (4). *De quo ego paulisper dubito, censeremque potius sanctum* Aragawi *multo diutius vixisse quam reliqui octo sancti et ideo* Aragawi, *sive senem esse dictum. Vitam enim ejus æthiopicam præ manibus habuit Cl. A. Dillmann, de qua sic scribit :* e nostro autem libro major ejus vitæ pars in Gabra-Masqal regis ætatem coincidit (5). *Ex quibus videtur* S. Aragawi *inter novem sanctos ætate minimus fuisse, sed dudum, ut dicebam post alios vixisse. Etenim Gabra-Masqal, filius* S. Elesbaæ *non ante annum* 540 *regnum auspicatus est, ut infra ostendetur, nec post annum* 479 *novem sancti advenerunt. Horum itaque pauci regnum Gabra-Masqal ætate attigerunt, at* S. Aragawi *non attigit modo, sed non modicam vitæ partem eo regnante transegit. Quamobrem centum circiter annos vixerit oportet, et ideo* κατ' ἐξοχην senex *est dictus. Ceterum*
C *ætas tanta inter anachoretas admodum rara non fuit, ut ex scriptis SS. Athanasii et Hieronymi percipimus.*

d *Hæc leguntur in Vita Teclæ Haimanot :* Venit ad monasterium Damo *(sive* Dammo, *reduplicata litera* m *æthiopica* mai, *ut docent grammatici),* conditum ab abba Aragawi, uno en ovem sanctis qui venerunt e Rum *(imperio Romano)* et Ægypto, regnante Alamida filio Saladobæ et antecessore Tazenæ. Hi novem, stellæ novem sunt, quæ illustrarunt totum mundum etc. (6). *Monasterium Dammo situm in provincia æthiopica Tigræ, ut monasteria omnia, aut ecclesiæ, a novem sanctis fundata.*

e Kidan, *vox æthiopica, pactum, conventionem significat. Credunt scilicet Æthiopes, homines simplicissimi, Deum pacisci cum* D *plerisque sanctis suis, ut si istud aut istud fideles eos rogent, id certo obtineant. Hujusmodi pacta in eorum Vitis sanctorum frequenter obvia sunt.*

f *Obiit S. Pachomius anno* 349, *ita ut* S. Aragawi, *qui anno* 479 *in Æthiopiam venit, habitum monasticum ab eo accipere minime potuerit, quamquam id dicitur in Vita Teclæ Haimanot (supra annot.* c) ; *sed forte in monasterio S. Pachomii aliquando vixit, aut ejus regulam secutus est. Exstat Vita Æthiopica* S. Aragawi *in codice* 46 *Musei Britannici, inter æthiopicos, cujus istud est initium :* Scribamus formam et famam certaminis et firmitatem patientiæ et abstinentiæ beati et sancti viri Dei, patris nostri Za-Michaël, qui est Aragawi, unus e novem sanctis... *(Hoc loco sine dubio, vox quædam, ut,* coævus, amicus, *etc. deest. Ita Dillmannus)* Jared presbyteri musici (7), luminis Æthiopiæ, ætate regni Gabra-Masqal, filii Caleb regis. *Ex quibus ultimis verbis docemur auctorem Vitæ sancto coævum minime fuisse ; quod et ex infra dicendis apparebit.* Liber, præter fabu- E
las manifestas, *ait Dillmannus,* multas quoque traditiones ex Æthiopum historia non contemnendas continet (8). *Hanc Vitam* S. Aragawi *forte aliquando inter Vitas sanctorum orientalium typis mandabimus. In ea, ut in Vita Teclæ Haimanot, sanctos novem in Æthiopiam, regnante Alameda, advenisse perhibetur. Dicitur etiam S. Frumentium partem solum Æthiopum ad fidem christianam perduxisse ; partem autem perductam esse etiam a* S. Aragawi, *eos maxime qui nomadum vitam ducerent ; tum Æthiopes ab eo in fide orthodoxa confirmatos esse* (9). *Memorat eadem Vita reges Æthiopiæ Tazenam et* Caleb, *sive* Elesbaan, *et hujus bellum aliquod contra Arabes, sed paucis verbis, nimirum, ut conjicere pronum est, bellum ejus maximum et felicissimum anni* 525. *Ex quibus non videtur ante sæculum* VII *hæc Vita fuisse conscripta ; sed quum rarissima sint priscæ historiæ æthiopicæ monumenta, profecto spernenda non est. Denique* S. Calebum *celebrat, quod regnum renuntiaverit et vitam monasticam amplexus sit ; ejus vero filium Gabra-Ma-* F
sqal bella nulla gessisse, at solum ecclesias ædificasse tradit (10).

S. PANTALEON.

S. Pantaleonis *natales, adventus in Æthiopiam, miracula,*

Die sexto mensis Teqemt *(octobris juliani* 3). Obitus celebratur sancti abbatis Pantaleonis *a*, qui in spelunca habitavit. Erat sanctus ille filius nobilium parentum e Roma *b* qui in aula ad dexteram regis sedebant. Remotus a lacte matris, delatus est ad monasterium aliquod, in quo crevit et conspicuus factus est sapientia, sacra disciplina, oratione et jejunio. Inde vero exsulavit et ad Æthiopiam devenit,

a
b

(1) Ludolf. Lexicon Æth. v° *Arwe.* — (2) Tellez, Historia, pag. 79, col. 2; Ludolf. Comment. pag. 284. — (3) Ap. Tellez, pag. 83. — (4) Ibid. — (5) Catalog. Codd. æthiop. qui in Museo Britannico asservantur, pag. 50. Londini 1847; Cfr d'Abbadie, Catalogue raisonné de manuscrits éthiopiens, pag. 52. Paris 1859. — (6) Ap. Tellez, pag. 79. — (7) De quo V. Villoteau in Description de l'Egypte, tom. XIV(1826), pag.272 et seq., Isenbergii Lexicon amharicum, pag. 209 et Dillmann, Catalog. Mus. Brit. pag. 32. — (8) Dillmann, Catalog. cit. pag. 50. — (9) Dillmann, Zeitschrift d. d. m. G. tom. VII, pag. 343. — (10) Ibid. pag. 348, annot. 2 et 3.

unus

c unus e novem sanctis *c*, temporibus regis Alamedæ *d* filii regis Saladobæ, et in parva quadam domo habitarunt. Deinde sejuncti sunt, et sanctus quidem Pantaleon exiguum montem conscendit, in cujus vertice turriculam sibi fecit, altam cubitos quinque, latam duos, profundam tres, eique lapis fastigium erat, et fenestra foramen parvum *e*. In ea stetit et vixit, quin umquam sederet, et quin dormiret annos 45, atque adeo sine cibo aut potu, ita ut pellis adhæreret ossibus et præ lacrimis e palpebris cilia excidissent *f*.

prophetia facta regi Caleb *et obitus.*

2 Innumera miracula operatus est, ægrotis valetudinem et cæcis visum restituens. Aliquando mane arborem plantavit, quæ crevit et alta facta est ante occasum solis et dein sicca; quam quum succidisset ejus discipulus, et in ignem misisset, ipse ex eo prunas in vestimento collegit atque in turibulum invexit *g*. Rex Caleb bellum illaturus regi Saba, venit ad abbatem Pantaleonem, et osculatus *h* speluncam, quibus in angustiis versaretur explicavit. Cui abbas Pantaleon : Vade in pace; Deus omnipotens tibi victoriam dabit ex hostibus, et absque ullo damno redibis. Rex igitur Caleb, quum in Sabæam venisset, adversus incolas bellum gessit, eosque devicit et occidit, ceciderunt que tamquam folia nec ullus remansit *i*. Porro sanctus abbas Pantaleon ipsi prælio interfuit, ut testantur multi, qui eum viderunt : Nos, inquiunt, abbatem Pantaleonem vidimus stantem inter nos, media in acie, et hostes dissipantem *k*. Rex vero Caleb, regis judæi victor, quum in patriam rediisset, regnum reliquit et sese sub regimine S. Pantaleonis monachum constituit *l*. Quando denique ascesim suam idem sanctus abbas absolverat, ad eum venit Dominus noster Jesus Christus, eique dedit kidan *m*, sive pactum, ut omnes qui se invocassent, vel sui memoriam egissent, aut etiam vitam suam scripsissent, salvi forent. Deinde ei dixit : Jam satis est, in posterum quiesce. Statimque soluta sunt ossa ejus et in pace functus est *n*.

B

ANNOTATA.

C a S. Pantaleon *solus e novem sanctis nomen græcum retinuit. A synaxarista metrico Ludolfi celebratur similiter ad diem* 6 *mensis Teqemt, et his quidem verbis :*

Salutem dico Pantaleoni tentato,
In interiori cellæ, extructæ juxta sepulchrum;
Loqui faciens mortuum ministerio verbi sui [pretiosi :
Convertit in lætitiam fletum cujusdam viduæ,
Et animam filiorum ejus liberavit e servitute [amara.

b *Æthiopicum* Rome, *sive* Romya, *ut Arabicum* Rum *per multa sæcula non Romam, sed imperium Græco-Byzantinum significavit, maxime Ægyptum et vicinas regiones. Id jampridem adverterat Ludolfus post Mendezium* (1). *Sed auctor Synaxarii, sive* Senkessar, *videtur ipsam Romam intelligere, et ideo forte* Rome *scripsit, non* Romja, *ut veteres consueverant. Quod si sit, erravit manifeste, uti in his quæ addit :* Qui in aula ad dexteram regis sedebant. *Sanctus enim* Pantaleon, *qui et Zonenus dictus est, Æla civitate in fronte sinus Ælanitici* *, *non procul ab hodierna Akaba, oriundus erat.* D

* Golfe d'Akaba

c *Æthiopice :* Mesla tasatu qedusan; cum novem sanctis, *ait Sapetus (italice :* coi nove santi). *Rectius vertisset :* Inter novem sanctos.

d *Novem sanctos regnante Alameda advenisse unanimes perhibent scriptores æthiopici, et nos insuper ex Actis S. Arethæ ostendimus* (2).

e *De hac turricula vide quæ supra recitamus ex Actis S. Arethæ. Vox æthiopica* Tsamaet *a Ludolfo* eremum, desertum *significare dicitur, quæ hic minime conveniunt; hinc Sapetus in spelunca habitasse* S. Pantaleonem *scribit* (3), *sed quæ adjicit* Senkessar *hujusmodi sunt ut similiter speluncæ convenire non videantur, maxime quod paulo inferius dicitur,* S. Calebum *speluncam, in quam tamen ingressus minime est, osculatum esse. Cum Dillmanno igitur* tsamaet *aut* tsomaet *cellulam significare dixerim* (4), *aut turriculam,* E *ut habent Acta S. Arethæ. Ceteroqui* S. Pantaleonem *in turricula habitasse manifestum est ex Mendezio, qui ipsam ejus turriculam Axumi conspexit. Vide infra annot.* n.

f *Hujusmodi ridicula et stulta nunc prædicant Æthiopes de sanctis suis, sed nihil simile de* S. Pantaleone *habent Acta S. Arethæ, ut mox videbitur. Sane operam perdidit Ludolfus in comparandis hujusmodi miraculis cum miraculis sanctorum Ecclesiæ catholicæ* (5), *si hæc genuina sint et probata; nam quæ solum a vulgo narrantur Ecclesia non curat.*

g *Vide annot. præced.*

h *Voce æthiopica amplexum, aut salutationem significari, sed quum muros ecclesiarum, aut locorum sacrorum osculari soleant Æthiopes, hic osculum indicari Sapetus ait. Verum utrumque sensum habet illa vox* (6).

i *Veriora habent Acta S. Arethæ quæ tomo* x *octobris nostri edita sunt.*

k *Omittitur et istud in Actis S. Arethæ et propterea a recentioribus Æthiopibus excogitatum esse haud est dubium. En igitur quæ* F *de* S. Pantaleone *narrant sæpe dicta Acta S. Arethæ :* Qua dicta oratione, exiit *S. Elesbaas, sive Caleb,* e civitate regia *Axumi,* ad exercitum suum ad quem convenerant pedites ter centies et decies mille (7). In civitate autem Æthiopiæ quæ dicitur Sabi, *non procul ab Axumi* (8) erat Romanus, *seu Græco-Romanus* quidam en Æla civitate *sive Ailath, aut Ælana non procul ab hodierno castro Akaba, in fronte sinus Ælanitici,* monachus sanctissimus; asceta strenuus et propheta, cui nomen abba Zonenus. *Significari hic* S. Pantaleonem *manifeste ostendimus in Actis S. Arethæ* (9), *et id ex ipso hoc loco Actorum S. Arethæ collato cum synaxario æthiopico* S. Pantaleonis *satis elucebit.* Ad hunc cum viris quinque habitu plebeio et pedester venit rex, ut interrogaret eum Dei nomine. Stabat autem ab annis

(1) Ludolf. Commentar. pag. 283. — (2) Supra num. 27 sqq. — (3) Sapeto, pag. 400. — (4) Dillm. Lexicon col. 1297. — (5) Ludolf. Commentar. pag. 292 et seq. — (6) Viaggio, pag. 450. — (7) Cfr Acta SS. tom. X Octobr. pag. 711, num. 172. — (8) Ibid. pag. 751, annot. *aa*. — (9) Ibid. pag. 718, num. 193 et pag. 751, annot. *aa* et seqq.; Cfr Mendes ap. Tellezium, Historia de Ethiopia, pag. 82, col. 1.

A quadraginta quinque (1) in turri parva, non habente neque januam, neque fenestram, lata cubitus duos, alta simul cum ædificio cubitus quinque (2). Foramen parvum circa fundamenta erat turris, per quod audiebantur quæ dicebat (3). Defert igitur ei rex thymiamata composita septem habentia unumquodque exterius in superiori parte denarios *aureos* decem (4); dicitque : Benedic mihi, abba, et ora Deum ut dirigat nos in via et nobis cooperetur. Respondit servus Dei : Tecum sit qui regnat tecum; sed aufer dolum et auferetur a te. Seni respondit rex : Quis ego sum, o abba? Non tentes interrogare me, ait senex. Tunc rex intellexit de auro eum loqui. Dixitque senex : Oratio episcopi Alexandriæ (5), et lacrimæ Justini et sacrificium boni odoris martyrum ascenderunt ad altare spirituale. Et accepta benedictione sancti viri, descendit rex ad Adulin civitatem et inde ad Gabaza, *sive littus maris*. Jubetque exercitum omnem cibaria secum ferre ad dies viginti tantum etc.

l *De his dictum in Commentario.*

m *Vide supra annot.* e *ad summarium Vitæ*

B S. Aragawi.

n *Celeber cultus fuit* S. Pantaleonis *inter Æthiopes, ut patet ex synaxario supra recitato et ex his quæ scribit patriarcha Mendezius* (6) : Senem illum, *inquit*, quem invisit rex Caleb, sive Elesbaas, et qui ab annis quadraginta quinque in turricula tamquam captivus vivebat, sanctum Pantaleonem fuisse, unum e novem sanctis omnes libri Æthiopum perhibent, idque in omnium ore est; nec quisquam id negare potest, aut tentabit, quum præter unanimem narrationem librorum æthiopicorum, id loquitur locus ipse, quem pluries inspeximus. Duobus enim milliaribus ab Axumi, *ita Mendezius prosequitur*, orientem versus, ecclesia et monasterium conspiciuntur a S. Pantaleone ædificata, quæ dicuntur Beth *(lege* Beta) Pantaleon, id est, domus Pantaleonis, et inde quantum globus a sclopeto projicitur, etiamnum turricula cernitur (7), in qua vixit et a rege *Elesbaa* visitatus est. *Post hæc speluncas describit Mendezius, in quibus* S. Elesbaas, *factus monachus, habitavit usque ad mortem; de quibus, ad calcem hujus commentarii,*

C *pluribus dicitur a num.* 122. Beta Pantaleon, *sive monasterium* Pantaleonis, *ædificatum est in colle et rupe ad dexteram viæ, quæ ab oppido Adowa Axumin ducit, ac una fere leuca horaria ad orientem hujus civitatis* (8). *Aditus tamen monasterii non a prædicta via et a meridie patet, sed a septentrione et ab ipsis rupibus in quibus excisæ speluncæ* S. Caleb *sive* Elesbaæ, *dictæ ab Æthiopibus* Caleb negus *i. e.* Caleb rex (9). *Addit viator Anglus M. Parkyns,* S. Pantaleonem *ab Habessinis dici etiam Mentellin (consonanti prima immutata), olim in primis cultum esse, et tum opibus monasterium non caruisse, at nunc, quum plurimum interciderit ejusdem sancti cultus, jam non habitari nisi ab uno alterove monacho. Hæc prædictus viator, quem penes sit harum rerum fides* (10). *Sanctus vero* Pantaleon *in Calendaria Græca transscriptus non est, nequidem sub nomine* D *Zoneni, quod in Actis S. Arethæ legitur : ex quibus ostenditur numquam Græce ejus Vitam literis mandatam esse.*

S. GARIMA.

Die 17 mensis Sene (11 *junii juliani*) *a*. Commemoratio Isaaci qui dictus est abbas Garima *b*, cujus vitam, pietate motus erga hunc sanctum, conscripsit Joannes episcopus *c*. Vir fuit nomine Masfianos, rex Græco-Romanorum *d*, cujus uxor dicta est Sefenghia, quia sterilis erat. Qua de causa annos quindecim in tristitia transegerunt, pauperibus eleemosynas erogantes. Uxor vero, coram imagine depicta Dominæ nostræ Mariæ *e* aliquando provoluta, Da mihi filium, inquit, qui faciat voluntatem tuam ac Filii tui; at si tibi placiturus non esset, mihi præcludatur uterus. Annuit depicta imago, et concepit mulier peperitque sanctum hunc, quem vocavit Isaacum. Natum annos duodecim mater magistro tradidit, a quo legere didicit E Actus Apostolorum et Prophetas. Voluit pater ut sibi in regnum succederet *f*, sed angelus Domini ei apparens, dixit: Ne fiat, nam ejus ministerio omnes salvabuntur. Mortuo patre, convenerunt magistratus et præsides provinciarum, arreptumque regem constituerunt, tametsi plangeret.

S. Garimæ *natales :* *a* *b* *c* *d* *e* *f*

2 Quum vero annos sex regnasset *g*, qui in pace et lætitia gentis transacti sunt, misit qui diceret abbas Pantaleon : O Isaace, regnum hujus mundi labile est; at regnum cæleste in æternum permanet. Tum oravit Isaacus : Audi, Domine, orationem meam, et ostende mihi viam rectam. Quumque nocte exisset, apparuit ei Gabriel, qui eum alis suis portavit, uno die, a regione Græcorum ad regionem Aksum *h*; et mane ad cantum galli *i* ad abbatem Pantaleonem veniens, Awlogson *k*, inquit, ter idem repetens. Tum abbas Pantaleon ei benedixit signo crucis, eum amplexus est, et Deo gratias egit. Remanserunt autem simul dies decem, loquentes de rebus divinis : Dixit aliquando Isaacus abbati Pantaleoni : Indue me *Askima l*; qui dixit : Poteris tu ita vivere? et quum affirmas- F set Isaacus, hac veste eum donavit. Remansere vero simul anno uno; at quando innotuit Isaacum regnum reliquisse et exsulasse, venere sancti, abba Liqanos ex Constantinia *m*, abba Imeata ex Qosiat *n*, abba Tzahma ex Antiochia, abba Guba ex Cilicia, abba Aftze ex Asia, abba Mataë *o* e Roma et abba Otz *p* ex Cæsarea, ad abbatem Pantaleonem et abbatem Isaacum *q*, sese amplexati sunt ac annos quinque conjunctim vixerunt. Dum mensæ accumbebant, lychnus, ut sol splendescens, inter eos medius descendebat, sed cibum non sumebant nisi sole occidente. Serpens horridus, longus cubita 170, latus cubitum unum, dentes gerens etiam unius cubiti qui in Æthiopia regnavit annis 25, ab iisdem oratione occisus est *r*. Quum advenisset monachus idiota, qui aliud non sciebat quam matronarum comas implicare *s*, contra

in Æthiopiam transit et reliquis octo sanctis convivit. *g* *h* *i* *k* *l* *m* *n* *o* *p* *q* *r* *s*

(1) Supra num. 70. — (2) Ibidem. — (3) Ibidem. — (4) Cfr tom. X Octob. pag. 752, annot. *d*. — (5) Cfr ibid. pag. 710, num. 171. — (6) Ap. Tellez, Historia etc. pag. 82. — (7) Ap. Tellez, loc. cit. — (8) Mansfield Parkyns, Life in Abyssinia, tom. I, pag. 206. London 1853. — (9) Salt, Voyage (premier) en Abyssinie, tom. I. pag. 234 ; Lefèvre, Voyage en Abyssinie, tom. III, pag. 433. — (10) Parkyns, loc. cit.

eum

A eum obstrepere cœperunt, et quum illico evanuisset lychnus, quærentibus inter se quare id fieret, respondit advena : Quia obmurmurastis, lychnus vos illuminare desiit.

Aliquam multa miracula

3 Hac data occasione alter ab altero discesserunt ; et sanctus quidem Isaacus venit ad locum Madara dictum, ibique miracula operatus est, dæmonia ejecit et feminam curavit quæ fluxum sanguinis patiebatur a triginta annis. Remansit vero eodem in loco annos sexdecim, ac semel quum hora diei tertia frumentum seminasset, illud hora nona legere potuit *t* et obeunte sole ad sacrificium *u* venire. Sequenti die in arborem acaciam ascendit, trium brachiorum. Extrito vero frumento, de quo dictum est, fuere modii 76, quos pauperibus distribuit, nihil sibi retinens ; nec quidquam emit præter cucurbitulam et melotam. Quum aliquando duo monachi ad S. Pantaleonem venissent, eis escam præbuit remanens ipse jejunus; sed quum sacrificii tempore ad ecclesiam venisset, et sacram Eucharistiam sumpsisset, iidem apud S. Pantaleonem eum diffamarunt, dicentes : Isaacus missam celebrat postquam prandium sumpsit. Quibus dixit sanctus Pantaleon : Num per fidem vestram hæc asseritis? et quum affirmassent, rogavit ut id jurarent in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.Tum mandavit eis abbas Pantaleon ut convenirent in via, et quum advenisset et abbas Isaacus, ei dixit : Rem inexspectatam tibi dicturus sum, sed prius abscedant isti homines. Non modo homines, ait Isaacus, sed ipsæ arbores silvæ et lapides. In quibus verbis ad quinque stadia recesserunt *w*.

t

u

B

w

patrat, monasteria fundat et in spelunca moritur.

4 Quod videns abbas Pantaleon, ei prono corpore reverentiam exhibuit et caput osculatus est, dixitque : Frater, hæc admiror prorsus. Respondit abbas Garima : Quare me vocasti; et quum alter respondisset, eum apud se diffamatum esse quasi sacrificium obtulisset post prandium, narravit abbas Garima rem omnem a principio; quamobrem sanctus Pantaleo istis hominibus maledixit, dicens : Sint maledicti ex ore Patris, et Filii et Spiritus Sancti. Fuit abba Garima, sicut sancti Antonius et Macarius, caput quadraginta monasteriorum *x*. Et cum eo Deus Kidan *y* pactus est, dicens : Qui tui memoriam celebraverit, res gestas literis commendaverit et precibus tuis fidem adhibuerit, ejus miserererebor usque ad duodecimam generationem. De his gavisus est abbas Garima, et discipulis valedicens, ingressus est speluncam obscuram et evanuit *z*. Certamen autem absolvit suum die 17 mensis Sene.

x

y

C

z

ANNOTATA.

a S. Garima *ab encomiographo metrico Ludolfi annuntiatur primum ad diem* 17 *mensis* Magabit, *seu* 13 *martii juliani, his verbis :*
Salutem Abba Garimæ, qui visus est adolescere
In monasterio Servatorum, monasterio Cinna- [momi.
Puritatem cordis ejus amans et bonitatem ejus [probans
A gradu diaconi ad superiorem promovit
Deus, presbyterum eum occulte constituens.
Annuntiatur dein iterum cum Senkessar *ad diem* 17 *mensis* sene :
Salutem Abba Garimæ, qui ut ostenderet virtu- [tem suam,
Convenire fecit et conjunxit semina cum spicis [suis.
Hic justus quocumque in loco esset,
A facie magnitudinis ejus et a sono venerandæ [vocis ejus
Amota fuerunt saxa et arbores abscesserunt (1).
In his encomiis iterum adverterit lector prodigia ab Æthiopibus excogitata, quod adeo frequenter ab iis factum est, ut eorum synaxaria in opere nostro recudere vix possibile sit. Et quidem ad præsens synaxarium S. Garimæ quod spectat, stupidissimus fuerit oportet ejus scriptor. Sed hæc servavimus ut pateret quam miseranda sit a multis sæculis ecclesiæ æthiopicæ conditio.

D

b *Nomen* Garima, *notat Sapetus* (2), *idem esse ac* prodigiosum,mirandum,*quem significatum Ludolfus in Lexico non adscripsit ; sed nec eum admisit doctissimus æthiopologus (si ita loqui fas sit) A. Dillmann, qui et ipse voces sensu affines* terribilis, venerandus *tantum proponit.*

E

c *Joannes iste unus e metropolitis Æthiopiæ fuerit, sed istius nominis multi fuerunt, et siquidem Vita* S. Garimæ *pæne tota fabulosa est, Joannes ille episcopus antiquus minime est.*

d Masfianus, *nomen ignotum.* Rex Græco-Romanorum , *ad verbum :* rex Romæ; *sed vocem* Rome *accipiunt Æthiopes non solum pro urbe, sed etiam pro regione et maxime pro imperio Byzantino seu Græco-Romano* (3). *Nullus profecto e novem sanctis patrem habuit imperatorem aut regem. Nomen matris, quod hic adscribitur,* Sefenghya, *æthiopicum est;* sefeng *enim spongiam significat.*

e *Dudum ante sæculum quintum christianos imagines pictas Beatæ Mariæ Virginis veneratos esse docent nos splendida volumina, sumptibus imperii Gallici* (4) *publicata, tum etiam nuperi libri Cl. V. equitis de Rossi. Ceterum ideo vera esse mirabilia quæ hic narrantur minime dixerim.*

f *Vide annot.* d.

F

g *Omnia hæc ridiculæ fabulæ sunt ab Æthiopibus pro libitu inventæ.*

h *Vide annot. præcedentem.*

i *Hic obiter notamus, cantum galli, antequam horologia reperta essent, omnibus gentibus finem noctis fuisse. Partes quidem diei motu solis, sive umbræ, metiebantur, at quo noctem metirentur haud habebant. Romani tamen eam in quatuor vigilias partiebantur, militibus, ut credere par est, ad singularum initia amplas clepsydras vertentibus. Habessini vero etiamnum noctem dividere nesciunt, notantque solum, quantum possunt, noctem mediam, et dein, cantum galli* (5).

k Awlogson *evidenter græcum* εὐλόγησον *est.*

l Askima *vel* Askema, *stola est sive scapulare monachorum Æthiopum, idemque est manifeste hæc vox ac græcum* σχημα.

m *Id est, ex Constantinopoli* (6), *sed sanctum* Liqanum, *unum e novem sanctis, Cpoli*

(1) Ludolf. Commentar. pag. 283 et seq. — (2) Viaggio, pag. 450. — (3) Ludolf. Lexic, col. 124. — (4) Perret, les Catacombes, 6 voll. maxima. — (5) Cfr Das Ausland 1859, pag. 377. — (6) Tom. X Octobr. pag. 717, num. 191.

oriundum

A *oriundum esse minime crediderim; quum, ut suo loco ostendimus, novem sancti, inter Æthiopes celeberrimi, missi fuerint in Æthiopiam a patriarcha Alexandrino, cui ad id ex aliis patriarchatibus monachos advocare opus minime fuit. Præterea sanctus* Pantaleon, *qui supra in Senkessar æthiopico similiter extra patriarchatum Alexandrinum, et quidem Romæ natus dicitur, oriundus erat oppido Æla ad mare Rubrum in dicto patriarchatu. Quocirca quin sancti novem et reliqui qui cum eisdem advenerunt, omnes ad hunc patriarchatum pertinuerint, dubitandum non est, et eapropter negligenda sunt nomina civitatum, aut regionum, quæ nominibus sanctorum hic adscribuntur. Inter nomina autem novem quæ hic obvia sunt, octo ad novem sanctos pertinent, e quibus tamen unus diversis nominibus,* Guba *et* Otz, *bis designatur; ita ut duo e novem desiderentur,* S. Alef *et* S. Aragawi, *et unus superradditus sit: quæ mox manifestiora fient. Interim ex tutissimis monumentis, in primis ex catalogis regum, qui a Dillmanno vulgati sunt,*
B *eadem sanctorum nomina hic adscribere visum est, suntque ista :* Abba Aleph, abba Tzehma, abba Aragawi sive Za-Michaël, abba Aftze, abba Garima, abba Pantaleon, abba Liqanos, abba Guba, abba Iemata (1). *Eadem nomina habent Mendezius* (2) *Ludolfus* (3) *et alii.*

n Qosiat, *regio aut civitas mihi ignota.*

o Abba Mataë, *non est hic e novem sanctis.*

p *Abba* Otz *idem est a* Guba, *ut nos monet Mendezius* (4), *addens vocem Guba significare excelsum, et nomen inditum esse quod in excelso monte habitabat.*

q Isaacus *idem est ac* Garima, *ut dictum supra. Hic igitur e novem sanctis septem prodeunt.*

r *Vide supra pag.* 329 *annot.* a.

s *Vide annot.* g.

t *Hæc iterum, ut et ea quæ proxime sequuntur, fabulosissima sunt.*

u *Vox æthiopica* maswet sacrificium *et* aram *significat, at, quantum video, de sacrificio hic vocabulum intelligendum est. Verumenimvero quis crediderit sæculo adhuc*
C *sexto, aut quinto extremo, circa vesperam sacrificium celebratum fuisse?*

w *Vide annot.* a *circa finem.*

x *Quousque hæc vera sint non novi.* De æde et monasterio ejus in Tigra scribunt Patres Societatis, quod ibi fuerit sepultus (5). *Verba sunt Jobi Ludolfi* (6). *Addit vero alibi* (7). Istius ædes haud procul Fremona, *ubi habitabant missionarii nostri,* ædificata fuit, magna atque opulenta, sed a Turcis superiori sæculo, *nimirum* XVI, vastata : ut patres Societatis scribunt in Litteris annuis ann. 1607 et 1608 lib. I, cap. XV, pag. 58.

y *Vide supra pag.* 330 *annot.* e.

z *Vide annot.* t.

D

S. TZEHMA.

Die 15 mensis Ter (11 *januarii juliani)* Commemoratio beati et sancti abbatis Tzehma *a*, unius e novem sanctis, qui sanctissima vita sua Deoplacuit.

a

ANNOTATUM.

a *De hoc sancto nihil præter nomen perhibent libri Æthiopum, et hæc est ratio, proculdubio cur ab encomiographo metrico Ludulfi omissus fuerit* (8). *In synaxario* S. Garimæ *vocatur* Tzahma (9), *a patriarcha Mendezio* Sahami (10) *dicitur a Ludolfo vero altero loco* Saham, *post Alvarum* (11), *altero* Atzam (12). *Quamobrem* Tzahma *scribendum videtur esse, non vero* Tzehma *ut habet Sapetus hoc loco et paulo ante* (13). *Alibi enim et ipse eum Tzahma vocavit* (14). *Hunc sanctum et sequentes ordine*
E *mensium anni juliani hic ponimus; siquidem de iis vix quidquam innotuit, præterquam circa annum* 480 *eos in Æthiopiam venisse.*

S. ALEF.

Die 11 mensis Magabit (7 *martii juliani).* Commemoratio abbatis Alef *a* unius e novem sanctis qui venerunt in regionem Agazi *b*, et aliquamdiu simul habitarunt in domuncula *c*. Iste vero post hæc ascendit in montem Behza *d* et Deo placere studuit jejuniis, orationibus ceterisque piis operibus, diemque supremum obiit in pace.

a
b
c
d

ANNOTATA.

a *De sancto* Alef, *qui Mendezio Alefi dicitur* (15), *hæc canit poëta Ludolfi ad eumdem diem* 11 *mensis magabit :*

Salutem Alefo, qui sanctificavit incessu suo
Regionem Æthiopiæ, regionem emigrationis [suæ.
F Tempore obitus mei veniat cum reliquis novem [sanctis,
Ut corroboret me valido auxilio suo,
Quoniam tetrica est mors peccatoris (16).

b In regionem Agazi, *id est, in provinciam Tigræ, quæ primitus dicta est* Agazi, *vel* Agaazi, *forte quia gens hujus nominis in ea olim dominata est. Hanc enim significare videtur vox* Gazi, *sive* Γαζη *quæ in inscriptione græca Adulitana obvia est* (17).

c *Vide synaxaria* S. Pantaleonis *et* S. Garimæ.

d Behza *mons est et tractus provinciæ Tigræ.*

—

(1) Dillmann in Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft, tom. VII, pag. 348. — (2) Ap. Tellez, Hist. de Ethiopia a alta, pag. 79. — (3) Hist. Æthiopica, lib. III, cap. 3. — (4) Ap. Tellez, pag. 79. — (5) In addit. ad relationem Æthiopiæ, lib. V, cap. 2, pag. 279. — (6) Commentar. ad hist. Æth. pag. 451. — (7) Ibid. pag. 284. — (8) Ibidem — (9) Supra, pag. 332, num. 2. — (10) Ap. Tellez, Historia, pag. 79. — (11) Historia Æthiopica, lib. III, cap. 3. — (12) Commentar. loc. cit. — (13) Viaggio, pag. 405 et 412. — (14) Ibid. pag. 237. — (15) Ap. Tellez, pag. 79. — (16) Ludolfus, Commentar. pag. 284. — (17) Vivien de Saint-Martin, in Journal asiatique, oct. 1863, pag. 349.

A

SS. AFTZE ET GUBA

Die 29 mensis Giubot (24 *maii juliani*). Memoria abbatum Aftze et Guba *a* e novem sanctis qui ex imperio Græco venerunt ad regionem Agazi *b*, et Æthiopiam sicut sol illuminarunt fide sua recta. Abba Aftze quod placere noverat Deo, complevit, et sepultus est in tractu Iaha *c*, eique dicata est ecclesia elegans, mirabilis et splendida aspectu. Abba Guba vero transivit ad desertum Baraka *d*, nec quisquam aut res gestas ab eo novit, aut locum sepulcri.

ANNOTATA.

a Guba *etiam dictus est* Otz. *Vide annot.* p *ad pag.* 334.

b *Vide paulo superius annot.* b.

c *Civitas antiqua est provinciæ Tigræ, cujus ecclesia, nunc diruta, ætate* S. Alefi, *ait Sapetus, recentior non est. Hæc igitur ipsa* B *foret de qua mox additur in synaxario* : Eique dicata est ecclesia etc. *Addit Sapetus, inter rudera inscriptiones himyariticas conspici* (1), *id est, proculdubio, literis himyariticis, seu æthiopicis veterioribus exaratas, lingua tamen æthiopica, qualis in omnibus Æthiopiæ occidentalis inscriptionibus legitur.*

d Baraca *videtur Sapeto esse regio Barca, nigris et præruptis montibus late conspicua* (2).

S. IMEATA.

Die 23 mensis Teqemt (20 *octobris juliani*). Commemoratio sancti abbatis Imeata *a* e novem sanctis.

ANNOTATUM.

a *Sanctus iste a patriarcha Mendezio* (3) *et a Ludolfo* (4) *post Alvarezium, dicitur Adimata. Verum* Senkessar *æthiopicum tam in* C *summario Vitæ* S. Garimæ, *quam in præsenti annuntiatione, eum manifeste* Imeatam *vocat.*

S. LIQANOS.

Die 28 mensis Hedar (24 *novembris juliani*). Commemoratio abbatis Liqanos, sacerdotis, qui certamen suum complevit in monte Qonatzel *a* in Æthiopia *b*.

ANNOTATA.

a Qonatzel *mons est et monasterium provinciæ Tigræ.*

b *Dum scribebat encomiastes metricus Ludolfi adhuc paulo plura de abbate* Liqanos *circumferebantur. Canit enim :*

Saluto abbam Liqanos, unum
E sanctis, quorum novem numerantur.
Hi verticem capitis mei semper corona vitæ cin- D
[gant,
Illius digiti in precatione instar lucernarum
[arserunt;
Et cum teneret baculum perforatæ sunt manus
[ejus.

INSCRIPTIO REGIS TAZENÆ

EX JOSEPHI SAPETO VERSIONE.

Tazenæ genus et potentia; irruptio Nubarum infidelium

Virtute Dei qui extendit cælum et terram Domini in æternitate *a*, qui fecit regem Tazenam, filium Ala-Ameda *b*, hominem ex Halen *c*, regem Axum *d*, et Hamer *e* et Raidan *f* et Saba *g* et Selken *h* et Tzaiom *i* et Ban *k* et Kassu *l*, regem regum, filium Ala-Ameda *m*, hostibus invictum, potentia Domini cæli, qui ei donavit regnum altissimum, optimum et hostibus invictum; ac in ejus præsentia hostes non consistunt, ac contra eum non invalescunt, fortitudine Domini qui eum fortitudine donavit in bello adversus Noba, et multiplicati sunt, et venerunt a flumine Takazze *n*, hostes Nubæ *o* idololatræ *p*, diripuerunt regnum ejus, et subverterunt et vastarunt provincias ejus; tum venerunt et multiplicarunt bellum et populati sunt fideles *q* bis et ter, et hiemem transegerunt occidendo incolas regni, ac insurrexerunt et combusserunt nos. Tum christiani miserunt ad nos *r*, dicentes : Si vastatio et direptio et cetera usque in hanc diem peracta mihi placerent? et respondi, post paulo quam hoc dictum esset : Non. Et reliquit (hostis) regnum nostrum, procul abiit et transmisit (fluvium) Takazze.

a *b* *c* *d* *e* *f* *g* *h* *i* *k* *l* *m* *n* *o* *p* *q* *r*

Eos aggreditur prope fluvium Takazze, profligat, multamque prædam agit;

2 Tunc statim eis bellum indixi et exsurrexi in virtute Dei et occidi (hostes) in (fluvio) Takazze et ultra (Takazze).... Posthæc (idololatræ) surrexerunt, eosque diebus viginti tribus persecutus sum, occidens, deprædans, et homines regni hostium in servitutem redigens, prædam capiens et armenta quæ ad pascua hostes deducebant, oppida Nedque et Hassar *s* incendens, diripiens commeatus, argentum et ferrum, picturas destruens in domibus, et horrea in quibus erant cibaria, gossipium, quæ projeci in flumine Seïda *t*. Multique mortui sunt in aquis (fluminis) Takazze, quia arctior est ejus alveus et licet natare possent (artem natandi callerent), suffocati sunt et mortui, donec viris et feminis (flumen) repleretur. Ad urbem veniens alia cibaria deprædatus sum, deponens ea in naviculis, quarum hæc sunt nomina..... *Inenodubilis hoc loco fit inscriptio, ait Sapetus; hujusmodi tamen nomina ibi leguntur :* Naka, quatuor Dagala, 4 Hawre, 4 Karikar, 4 Marahomu, 4 Anaku, 4 Isaka, 4 Butal, 4 Anghebenawi..... *Discernere non potuit Sapetus num ipsæ naviculæ his nominibus significentur, an vero oppida ad quæ pertinuerint. Naka enim, Dagala et Karikar utrumque significatum ferunt. Videntur tamen, ait Sapetus, nomina esse urbium et provinciarum, quum addat inscriptio opus fuisse diebus centum ut caperentur.*

s *t*

3 Et deprædati sunt argentum album..... *tributarios fa-*

(1) Sapeto, Viaggio, pag. 450. — (2) Ibid. pag. 238, 347. — (3) Ap. Tellezium, pag. 79. — (4) Hist. lib. III, cap. 3; Commentar. pag. 284.

Et

cit incolas tractuum Nedque, Kassu et Noba.

Et perveni ad Kassu *u*, incolas regionis inter flumina Seïda et Takazze occidens et in servitutem redigens, et postridie misi expeditionem militum ex Mahaza et militum ex Hara, qui vicerunt supra, infra et circa (flumen) Seïda. Partes regionis Nedque vocantur Alhawa et Doro : quas deprædati sunt, incolas occiderunt, eos in aquam projicientes, reversique feliciter, equis vecti. Et postmodum misi copias ex Halen *w*, et copias ex Selken *x* et copias ex Raidan *y* supra, infra et circa Seïda, in regione Noba *z* et rex tributarios fecit provincias quatuor (regionum) Nedque, Kassu, Noba.... et imposuit (tributa) camelis quatuor, et pervenit usque ad fines Nubiæ Rubræ *aa*, et dominatus est idololatras, possessiones eorum cepit, eosque occidit et servos fecit, virtute Domini cæli. Et statui thronum meum ad confluentem fluminum Seïda et Takazze, ex adverso regionis Nedque et lacus insulæ *bb*. Præda virorum quam ei dedit virtus Domini cæli fuit 204, et præda mulierum et puerorum fuit 157, et numerus mortuorum et servorum simul fuit 1176 *cc*, et præda boum fuit quinquagies centum *dd* et præda ovium fuit 500. Et ibi constitui thronum meum, virtute Domini cæli, qui me adjuvit mihique regnum dedit. Dominus cæli confirmet regnum meum usque in æternum....; et denuo Nubiam intravi, ut a subditis, nunc hostibus, non vincerer, et ad castigandos idololatras in justitia et sanctitate ac confirmandum thronum quem Domino cæli, qui me regem constituit, erexeram. Et ille qui sedem meam e loco suo transportaverit, et diripuerit et destruxerit, comminuatur, eradicetur, supplantetur et evellatur e patria sua. Et erexi sedem meam virtute Domini.

u
w
x
y
z
aa
bb
cc
dd

B

C

ANNOTATA.

a *Hic jam christianum se prodit Tazena; vide Commentar. num.* 75.

b *Dillmannus supra num.* 72 : *filius Ela-Amida.*

c *Idem ibid.*: Beze-Halen; *notatque eamdem appellationem aliquot veterum regum nominibus apponi. Nimirum hæc obvia sunt in catalogis, quæ eamdem voculam præfixam habent* : Za-Bese-Bazen, Za-Bese-Sarq, et Za-Bese-Tsawesa. *Jam vero in nominibus istis dicta vocula* besi *sive* beesi, *ut alii pronunciant, ubique latine verti potest* homo, *et sic exempli causa eam vertit Sapetus in* Bese-Serq : homo ex oriente (1); Bese *enim est status constructus nominis* besi, homo: *ut nos docet ipse Dillmannus* (2), *ex quo significatu intelligitur eam facile nominibus diversis provinciarum et regionum præponi posse. Quum igitur regi nostro nomen sit Tazenæ, istud,* Bese-Halen, *ut merum appositum habendum est. Nihil itaque obest quin latine reddatur* Homo ex Halen. *Vide inscriptionem Aizanæ in Actis S. Frumentii.*

d Rex Aksum. *Vide ibidem.*

e Hamer *nomen æthiopicum Homeritidis, ut ostendimus in Actis S. Arethæ* (3). *Presbyter æthiops quem Rueppellius Kahiræ reperit, habet hoc loco Hamaray* (4), *Dillmannus vero locum legere non potuit, ideoque* Himjar *sive* Himyar *inter uncinos adscripsit, quod est merum nomen arabicum. Affirmat Ludolfus nomen olim pronuntiatum esse* Homer *ac perperam adjectas esse notas vocales ab Arabibus recentibus* (5). *Notabile est regem Himyar parentem Homeritarum inscribi monumento regis Sargon in palatio Khorsabad; de quo duo monenda sunt : primo, illic nomen efferri* Itamara *aut* Itamra : *variant enim hujus inscriptionis exemplaria* (6). *Ex quibus Ludolfi assertio, uti et ex nomine Æthiopico, non parum confirmari videtur. Adverte secundo, non valde infeliciter ævum regis Himyar deduxisse Cl. Caussin de Perceval, et vel ex solis catalogis Arabum. Ait enim natum esse Himyar circa annum* 695 (7) : *Assyriologi vero, ut loquuntur, regem Ninivitam Sargon, a quo in monumento rex Himyar devictus dicitur. Ninivæ dominatum esse ferunt ab anno* 720 *ad* 704 (8). *Vide supra pag.* 262 *et seqq.*

D

E

f Raidan. *De hac provincia diximus in Actis S. Frumentii ad inscriptionem Axumiticam.*

g Saba; *vide ibidem.*

h *Dillmannus et Rœdiger legunt hoc loco* Salhen, *quod proximum est voci* Σελεη, *quæ in inscriptione græca regis Aizanæ obvia est. Vide quæ ibi notavimus.*

i Tzaiom, *vel ut legit Dillmannus, Tziiamo, significat tractum* Tzama *in provincia Agame, ad occidentem Axumis. Idem nomen occurrit in utraque inscriptione græca* (9).

k *Dillmannus hic legit* Buga, *Rœdiger et presbyter habessinus* Bega, *at Sapetus, errore manifesto,* Ban. *Etenim, ut alibi observavimus, nomina provinciarum, in hac inscriptione, et in inscriptione græca Aizamæ, sibi invicem respondent. In græco autem legitur hic* Βουγαειται, *sive gens* Buga; *quæ gens ex itinere Lepsii* (10), *geographis Arabibus, et inscriptionibus antiquioribus jam satis innotuit.*

l *De tractu* Kasu, *sive* Kas, *qui ad gentem Buga, sive Bodja pertinebat, scripsimus in annotatis ad inscriptionem Aizanæ in Actis S. Frumentii.*

F

m *Certum non est integrum nomen* Tazena *initio inscriptionis lectum fuisse a Sapeto; in Rueppelii enim apographo solam syllabam* Zena *discernere potuit Dillmannus, ut supra jam monuimus : verum nihil dubitavit literas reliquas supplere, quum deinde rex filium Alamedæ se nuncupet. Post Alamedam enim regnavit ejus filius Tazena. Ceterum Sapetus et Dillmannus diversis apographis usi sunt; ac alter alterius translationem ignoravit : ex quibus non parum firmantur nomina regum et provinciarum, de quibus in his annotatis aliqua collegimus.*

n *Flumen* Takazze *a Græcis et Latinis dicitur Astaboras, ab Arabibus vero Bahr-el-Aswad (flumen nigrum), ut distinguatur a* Bahr-el-Azrek *(flumine cæruleo), seu Nilo cæruleo,*

(1) Sapeto, Viaggio, pag. 370. — (2) Dillmann, Grammatik der äthiopischen Sprache, pag. 238. — (3) Acta SS. Octob. tom. X, pag. 677, num. 54; cfr Ludolf. Comment. pag. 65. — (4) Rüppell, Reise w. s.u. tom. II, pag. 280.— (5) Ludolf. loc. cit. — (6) Journal asiatique, janvier-février 1863, tab. 3, ligne 6; et janvier 1864, pag. 14. — (7) Essai sur l'histoire des Arabes, tom. I, tabl. 1. — (8) J. Oppert, ap. Annales de philosophie chrétienne, tom. XIV, 1856, pag. 342. — (9) Vide dissertationem de Æthiopia et Acta S. Frumentii. — (10) In Nouvelles annales des voyages 1843, tom. III, pag. 336, 339, 342 et seqq.

et

A *et* Bahr-el-Abiad, *seu Nilo albo, cujus non ita pridem fontes duos majores detexere viatores Angli Spake et Baker.*

o *Hos* Nubas, *sive* Nubæos, *veros quidem Nubæos fuisse primum censuit Cl. Vivien de Saint-Martin, sed diversos ab incolis Nubiæ hodiernæ, utpote qui ex alia stirpe prodierant* (1). *At vero advertit paulo post, in provincia Taka, et mare inter et flumen Astaboram, sive Takazze, ubi facta est expeditio Tazenæ, solam gentem Bodja, aliunde satis notam, habitasse. Ac inde deducendum esse conjectat, siquidem* Noba *hæc gens appellatur a Tazena, Nubæorum reges jam tum in provincia Taka dominatos fuisse. Minus tamen feliciter addit, has binas inscriptiones Tazenæ ad partem alteram sæculi sexti relatas fuisse* (2), *atque ideo coævas esse Silconis, potentissimi regis Nubiorum. Notum est enim hujus inscriptionem repertam esse in hodierna Nubia ab architecta Coloniensi Gau* (3), *in quam erudite commentati sunt Niebuhrius* (4), *Letronne* (5), *Franz* (6), *et nuperrime Phil. Vanderhaeghen* (7). *Atqui apte quidem ostendit* B *Letronnius inscriptionem a rege Silcone exaratam esse extremo sæculo sexto, idque ex historia ecclesiastica Joannis Ephesi plurimum confirmatur* (8), *sed certum est aliunde regem Tazenam, cujus filius* Elesbaas *annis* 519 *et* 525 *bella gerebat adversus Arabes, floruisse circiter annum* 500. *Ex quibus sequitur, si reges Nubæi isto jam ævo arma provinciæ Taka aliisque vicinis intulerint, id primum factum non esse a rege Silcone, nec contra eum arma gessisse Tazenam. Aliunde tamen nos ipsi supra num.* 7 *ostendimus, etiam* S. Elesbaan *contra regem quemdam Indorum Æthiopum, sive Nubiorum ut verisimilius est, nomine Xenodon, belligerasse. Ex quo conficitur, partem non exiguam conjecturæ peritissimi geographi Vivien de Saint-Martin, Nubios scilicet in provincia Taka, dum epigrammata marmore cælabat Tazena, jam dominatos esse, extra aleam poni.*

p Idololatræ. *Sapetus gallice* : les idolâtres.

q Fideles. *Sapetus :* les croyants.

r *Ex his significari videretur nondum Habessinos omnes tum christianos fuisse.*

C

s *De his oppidis, sive pagis potius, et aliis,* D *qui inferius occurrunt, geographia silet.*

t *Fluvius* Seïda, *sive* Seda, Sida, Seta *ut legitur apud Rueppelium* (9) *et Vivien de Saint-Martin* (10) *hodiedum innotuit viatoribus, qui eum* Setit *appellant. Confluit vero cum Takazze ad septentrionem altæ planitiei, cui insidet Habessinia occidentalis, sive provincia Tigræ.*

u Kassu. *Vide supra annotat.* l.

w Halen. *Vide ibid. annot.* c.

x Selken. *Vide ibid. annot.* h.

y Raidan. *Cfr ibid. annot.* f.

z Noba. *Vide hic annot.* o.

aa Nubia Rubra, *i. e. Nubia ab Ægypto remotior, ait Sapetus* (11), *nimirum versus meridiem sita. Verumenimvero* Nubia rubra *illam Nubiam significat cujus incolæ rubri, sive rubelli coloris sint, non autem nigri ; ac Æthiopes priscos qui in insula Meroë et in Nubia hodierna habitarunt, subrubeos, sive fuscos fuisse, nos docent monumenta picta, quæ inspexit Lepsius* (12). *Hujusmodi autem Æthiopes fusci habitabant, sæculo* V *et* VI, *in insula Meroë* (13), *in provincia Taka, ac in hujus vicinia* E *ad septentrionem* (14). *Porro dicit quidem rex Tazena in superioribus, se fluvium Takazze transmisisse, atque ita in insulam Meroën intravit, hostem persequens; hoc tamen posteriori loco fluvium Takazze omittit, illos potius tractus commemorans quæ ad orientem fluvii sese porrigunt. Ex quibus videretur Nubia Rubra in provincia Taka, aut ad septentrionem se protendisse. Atque inde id etiam confirmatur, quod sæculo sexto ineunte Nubii ad insulam Meroën pervenisse minime videntur* (15); *et quidem ad provinciam Taka etiam pervenire non potuerunt nisi coloniæ quædam, quæ paucis forte tractibus nomen indiderunt* (16).

bb *Sapetus :* vis-à-vis de... et du lac de l'île.

cc *Manifestum est ex his numeris Tazenam non in civitates ingentes irrupisse, sed in pagos et vicos tantum.*

dd *Id est* 5,000. Hunc modum supputandi usque in hanc diem retinuere Æthiopes. *Sapetus.*

F

(1) Vivien de Saint-Martin, le Nord de l'Afrique dans l'antiquité, pag. 84. Paris 1863. — (2) Vivien de Saint-Martin in Journal asiatique, octobre 1863, pag. 374. — (3) Gau, Antiquités de la Nubie. — (4) Niebuhr, Inscriptiones Nubienses lectæ in conv. academ. archæol. Romæ 1820. — (5) Letronne loc. cit. — (6) Ap. Boeckh, Inscript. græcæ, tom. III, num. 5072. — (7) In Revue archéologique 1864. — (8) Land, Joannes Bischof von Ephesos, pag. 172 et seqq. — (9) Rüppell, Reise u. s. w. tom. II, pag. 383 et seq. — (10) Journal asiatique, loc. cit. pag. 373. — (11) Nouvelles annales des voyages, 1845, tom. II. pag. 305. — (12) Ibid. tom. III, pag. 333. — (13) Ibid. pag. 340 et supra annot. *k*. — (14) Ibid. pag. 342 et supra annot. *l*. — (15) Lepsius, Nouvelles annales, loc. cit. pag. 334, 339 et seq. — (16) Ibidem.

A D

DE S. FLORE, CONF. PONT.

POLÆ IN ISTRIA

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ Unicus. S. Floris cultus. Æmonensis an Polensis episcopus fuerit. Reliquiarum fata.

TEMPORE INCERTO. *Polæ, cujus fata præcipua recensentur,*

A septentrionali maris Adriatici parte ingens procurrit ad austrum peninsula, cui Istria nomen est; olim pars ditionis Venetæ, nunc imperii Austriaci. Surgit illic ad profundum sinum, non procul ab australi promontorio, occasum aspiciens, oppidum, Romanorum ævo florentissimum, amphitheatro aliisque ædificiis publicis insigne (1); *sed, depravato aere, jam pridem neglectum et prolapsum* (2), *nisi quod ab anno* 1849 *portus ejus militaris factus est et potentiæ Austriacæ in Adriatico mari propugnaculum* (3). *Vetus ejus nomen Juliapietas* (4) *et Colonia Polensis* (5). *Origines ejus christianæ obscuræ; sed dubium non est episcopos illic sedisse ab remotissimis temporibus, quamquam nulli cognoscuntur antiquiores Antonio* (6), *qui ad exordia sæculi* VI *floruit : dedit quippe ad eum literas Theodoricus rex* (7). *Dicitur hæc sedes prius suffraganea fuisse patriarchæ Aquilejensis, dein archiepiscopi Ravennatis, postmodum iterum patriarchæ Aquilejensis : quo patriarchatu a Benedicto* XIV *suppresso, suffraganea facta est novi archiepiscopi Utinensis. Sed anno* 1790 *viginti amisit parœcias, diœcesi Tergestinæ attributas, atque anno* 1818 *vicino episcopatui Parentino unita est sub patriarcha Veneto; demum anno* 1830 *Parentina et Polensis unitæ cathedræ subjectæ fuerunt archiepiscopo Goritiensi* (8). *Ambæ tamen diœceses non multo plus sexaginta millia incolarum habent.*

B

cultus olim fuit S. Flos *die* 27 *octobris; sed nunc non ita pridem ejus festivitas perperam suppressa*

2 *Colitur illic jam pridem* S. Flos, *qui et* Florus *et* Florius; *cujus et corpus ibidem asservatur ante hominum memoriam. Ejus meminit Ferrarius in Catalogo generali sanctorum ad diem* 27 *octobris his verbis :* Polæ in Istria S. Floris, episcopi Æmoniensis. *Atque hæc se accepisse ibidem tradit ex tabulis seu kalendario liturgico ecclesiæ Polensis et ex Historia Istriæ Nicolai Manzolii Justinopolitani. Et quidem olim ejus agebatur festum illo die, ut mihi constat ex literis, quas Angelus Randi, ex præcipuis Polensibus presbyteris, die* 10 *augusti anni* 1688 *ad decessores nostros dedit, in quibus de* S. Flore *ita disserit :* Ejus festum celebratur in civitate die 27 octobris; et fit aliquis populi concursus, si ratio habeatur paucitatis incolarum. *Stabilis tamen omnino non erat hæc celebritas. Nam ex literis Mathiæ Woutermans, die* 8 *octobris anni* 1685 *ad Papebrochium datis, intelligo paucis annis ante in Directorio diœcesis Polensis scripta fuisse sequentia :* Die 26 octobris Lavarici S. Floris, episcopi et confessoris, duplex. In vesperis a capitulo de S. Salomone, rege Hungariæ, confessore. — Die 27 octobris S. Salomonis, regis Hungariæ, confessoris, duplex. *Sed nunc, ut S. Salomonis, sic quoque* S. Floris *festum omittitur; cujus rei causa hæc ad me Parentio perscripta est :* Anno 1851 — *verba hæc Parentini clerici sunt* — quo nova Kalendarii unitarum diœceseon Parentinæ-Polensis reformatio et reductio, ad uniformitatem præcipue inter utramque diœcesim (quantum par erat) introducendam exarata et a S. Sede apostolica adprobata fuit, visum est omittere officium S. Floris in obsequium decreti sacræ rituum congregationis, datum 11 augusti anni 1691, vetantis cum approbatione sanctissimi fieri ratione corporis vel insignis reliquiæ officia illorum sanctorum, quorum nomina non sunt in Martyrologio Romano descripta, salva tamen erga prædicta corpora vel reliquias debita fidelium veneratione. *Sed, pace VV. VV. qui propter decretum anni* 1691 S. Floris *officium omittendum duxerunt, dicere mihi liceat, eos tota via errasse. Vetuerat Urbanus VIII ne propter insignium reliquiarum præsentiam festa cum officio celebrarentur in aliis ecclesiis ac in iis, in quibus hæ reliquiæ asservarentur; decreto autem anni* 1691 *statutum fuit necesse esse ut reliquiæ sint sancti, cujus nomen in Martyrologio Romano descriptum sit. Sed Polæ non agebatur* S. Floris *natalis propter reliquiarum præsentiam, sed tamquam de sancto proprio ex antiquissima consuetudine; adeoque festum intermissum non fuerat, quum nonnulli excitassent dubium essetne revera Polæ* S. Floris *corpus. Quod adeo verum est ut, licet festivitas orta esset præpostere propter asservatas reliquias sancti Martyrologio Romano non inserti, quin etiam martyrum cœmeterialium (de quibus S. R. C. jure merito non permittit officia fieri, nisi plurimæ gravesque circumstantiæ concurrant* (9),) *si tamen accesserit præscriptio, nihil innovari possit; quemadmodum demonstravit Benedictus XIV et respondit ipsa S. R. C.* (10). *Et sane operæ pre-*

E F

(1) Ant. Deville, Portus et urbis Polæ descriptio, in Thesauro antiq. Burmanni, vol. VI, tom. IV, ad fin. — (2) Ibid. pag. 2. — (3) Moroni, Dizionario di erudiz. eccl. tom. LIV, pag. 15. — (4) Deville, op. cit. pag. 2. — (5) Seidl, Beitræge zu einer Chronik der archæologischen Funde in der Œsterreichischen Monarchie, in Archiv für Kunde œsterr. Geschichts-Quellen, tom. IX, pag. 143 et 144. — (6) Cfr Ughelli, Italia sacra nova, tom. V, col. 475, et Series Epp. Parentinorum et Polensium, edit. 1855. — (7) Inter opp. Cassiodori, lib. IV, epist. 44, ap. Migne, Patrologia, tom. LXIX, col. 637. — (8) Moroni, Dizionario, tom. LIX, pag. 23. — (9) Decr. 26 nov. 1678, ap. Benedictum XIV, de Canon. SS. lib. IV, part. II, cap. 28, num. 28. — (10) Cfr Benedictus XIV, de Canon. SS. lib. IV, part. II, cap. 28, num. 29.

tium

A *tium esset restaurare Polæ cultum* S. Floris, *quum sine controversia legitimus esset, in alia non exstet diœcesi et perperam suppressum fuerit ejus nomen in kalendario S. R. C. approbationi proposito. Verumtamen non omnino periit ecclesiasticus* S. Floris *cultus : quum enim patronus sit parœciarum Laberici et Pomarii, pergit illic agi ejus natalis solemnibus officiis cum octava.*

Censuerunt Polenses eum suum fuisse episcopum, et memoriam aliquot ejus gestorum diu retinuerunt.

3 *Porro* S. Florem *episcopum Polensem fuisse diu constans fuit Polensium persuasio. Nitebantur autem, et quidem jure merito, antiquo Antiphonario, in quo sæpius hoc traditur. Quod quoniam ad finem ipsi dabimus, pauca dumtaxat hoc loco afferemus. Legitur itaque illic :*

Dat odorem Flos in Pola,
Dum invigilat doctrinæ.

Et hæc alia :

Flos, egressus de radice,
Polam quærit refragrare.

Plura omitto. Perseverantem hanc opinio-
B *nem adstruit quoque Ughellius* (1) *his verbis :* Beatum Florem hujus ecclesiæ *(Polensis)* fuisse episcopum Polenses populi adfirmant, ejusdem festum celebrant 27 octobris, et sacra ejus lipsana in cathedrali servant magna populorum veneratione. Tempus tamen, quo ille vixerit, adhuc obscurum, quemadmodum et ejus acta. *Ex literis Andreæ Danielis de Raunach, episcopi Petinensis (Petinum non procul distat a Pola, vergens ad orientem æstivum,) sed ex illis literis, anno* 1675 *scriptis, quæ Polenses de* S. Flore *tum comperta habere sibi videbantur, cognovimus. Loquens itaque de eo ex Polensium sententia :* Hic, *inquit*, elapsis aliquot annis sui episcopatus, archidiacono comite, clam sine alicujus præscitu ad partes Palæstinæ ad invisenda loca sacra se contulit. Et, consumptis multis annis in peregrinatione, clerus inscius de pastore, tandem... ad electionem novi pastoris devenit; qui a sede apostolica confirmatus et installatus [fuit]. Redux vero Florius, re intellecta, ne successorem turbaret, adiit occulte locum, *Marichie* vulgo vocatum, prope Fasanum, uno milliari germanico distan-
C tem prope mare, sub spelunca, silva circumdata; et dies vitæ suæ in pœnitentia, archidiacono sibi semper occulte victum suppeditante, peregit. Cujus morte per archidiaconum patefacta, episcopus cum clero et populo, signo cælesti duce, locum adiens, corpus ejus in civitatem transtulit; ubi cum aliis quinque sanctis, videlicet S. Basilio Magno, S. Georgio martyre, S. Demetrio, S. Salomone, rege Hungariæ, et S. Theodoro ossa ejus reposita sunt. *Quæ pleraque in antiquis quoque illis antiphonis leguntur.*

Alii putant eum Æmonensem fuisse episcopum. Æmona, antiquis cognita, erat in Norico prope hodiernam Labacum; medio ævo hoc nomine perperam dicta est Civitas Nova in Istria : in neutra episcopus fuit S. Flos.

4 *Sed his non consentit Civitas Nova, vulgo* Città Nuova, *quæ in Istria quoque est posita, itemque in littore maris occidentali, ad ostia fluminis Queti seu Quieti. Hæc enim gloriatur pristinæ Æmonæ sedem occupare et* S. Florem *episcopum Æmonensem fuisse. Sed imprimis animadvertendum est olim a Joanne Ludovico Schœnleben* (2) *luculentissime demonstratum fuisse priscam Æmonam positam fuisse in Carniola hoc ipso fere loco, ubi nunc surgit Labacum, vulgo* Laybach; *nec quisquam amplius eruditus ea de re dubitare videtur* (3). *Et quidem tres antiquos titulos, Labaci repertos, excitavit Schœnlebius, quibus* Emona *seu* Emonia *inscripta est. Difficultatem, ex Herodiani et Capitolini dictis ortam, dejecit plane Cellarius* (4). *Sed vetus est error Istrianorum, putantium Æmonam milliari dumtaxat dissitam fuisse a loco, in quo nunc Civitas Nova posita est. Quæ hujus erroris causa fuerit inquisiverunt complures; sed propius ad nos pertinet jam sæculo* X *aut certe* XII *Civitatis Novæ episcopos appellari cœptos fuisse Æmonenses* (5). *Quum itaque Istriani* S. Florem *episcopum Æmonensem seu Æmoniensem dixerunt, intellexerunt proculdubio erroneam hanc Æmonam, quam Civitatem Novam in Istria præcessisse arbitrabantur; et quidem, nisi documenta barbarorum adventu antiquiora sunt, semper intelligitur falsa illa Æmona Istriana. Verum nullæ proferuntur veteres memoriæ, in quibus* E S. Flos *episcopus Æmonensis dicatur. Reliquis omnibus præivit Nicolaus Manzioli, J. C. Justinopolitanus, anno* 1611, *qui, de ecclesia Polensi verba faciens, hæc tradidit* (6) : In ecclesia majori adest capella episcopi Ursini, *(qui ab anno* 1483 *ad* 1497 *cathedram Polensem occupavit,)* et in ea arca, qua intus corpus beati Floris. Fuit episcopus Civitatis Novæ et festa celebrantur die 27 octobris. Traditione monemur in eadem arca fuisse corpora S. Basilii episcopi, B. Salomonis, regis Hungariæ, S. Georgii martyris, S. Germani martyris, S. Demetrii et S. Theodori. Sed ista sancta corpora sublata fuerunt tempore, quo Januenses Polam incenderunt, postquam Pisani ante illos eam apprehenderunt. *Pone venit Ferrarius, qui in Catalogo sanctorum Italiæ (quod opus sæculo superiori recusum est cum titulo Hagiologii italici) laudat imprimis tabulas et antiqua monumenta ecclesiæ Polensis, — in quibus* S. Flos *certissime episcopus Æmonensis non dicitur, — dein Historiam seu Descriptionem Istriæ, quam (ut paulo mox monebam) ineunte sæculo* XVII *Nicolaus Manzolius, J. C. Justi-* F *nopolitanus, edidit. Sed Manzolius scriptor est exiguæ auctoritatis, quippe qui multa ex vulgari rumore de sanctis Istrianis tradidit* (7). *Ferrarium secutus est Ughellius* (8); *qui tamen contrariam Polensium opinionem indicavit, censuris abstinens. Successit Neotericus Civitanovensis (sic eum in Commentariis mss. designatum reperio), qui adversus Schœnlebium surrexit : hic enim Ferrarium quoque descripsit, ut ex verborum similitudine liquet; adeo ut omnes hi rivi nonnisi Manzolium repræsentent, ex quo tamquam ex fonte fluxerunt. Manzolium ducem quoque secutus est Jacobus Philippus Tommasini, qui ab anno* 1614 *ad* 1655 *in cathedra Civitatis Novæ sedit : sed operæ non pepercit ut aliunde lucem acciperet:* Post adventum Attilæ in Italiam, *inquit* (9), qui provinciam *(Istriæ)* devastavit et

(1) Italia sacra, editio Coleti, tom. V, col. 229. — (2) Carniola antiqua et nova, tom. I, Apparatus, pag. 51 et seqq. — (3) Mentelle, Géographie ancienne, tom. I, pag. 75; Mannert, Geographie der Griechen und der Römer, tom. III, pag. 693 et 694; Muchar, das Römische Noricum, tom. I, pag. 241 et seq.; Guibert, Dict. géogr. pag. 1027. — (4) Notitia orbis antiqui, tom. I, pag. 444. — (5) Italia sacra nova, tom. V, col. 227. — (6) Nova Provinciæ Istriæ descriptio, pag. 43. — (7) Acta SS. tom. VII Maji, pag. 14. — (8) Italia sacra nova, tom. V, col. 229. — (9) Historici et geographi Istriæ, pag. 218.

Aquilejam

AUCTORE V. D. B.

Aquilejam demolitus est, diuturna per ecclesias est subsecuta pastorum privatio, unacum jactura scripturarum hujus episcopatus *(Civitatis Novæ)*, nec aliud invenio nisi fuisse episcopum beatum Florium, cujus corpus in cathedrali Polensi in quadam capella episcopi Ursini requiescit, et cujus festum 27 octobris celebratur. Huc usque vero scripturam nullam datum fuit mihi reperire, quæ tempus indicaret, quo ipse floruit. *Imprudenter definivit hoc tempus Petrus Stancovich :* Anno 600, *ait* (1), S. Florius vel Flos, episcopus Civitatis Novæ, cujus gesta ac tempus quo vixit, penitus ingnorantur. Videtur tamen fuisse de primis illius sedis episcopis et habuisse illam civitatem pro patria. Ejus corpus in cathedrali Polensi in arca, sita in capella episcopi Ursini, servatur, ejusque festum die 23 *(immo 27)* octobris celebratur. De eo mentionem faciunt Manzioli et Ughelli. *Ipsemet itaque aperit Manzolium sibi ducem præivisse. Ultimis demum hisce temporibus Petrus Kandler, præclarus Tergestinus archæologus, occasione solemnis ingressus R. V. Bartholomæi Legat, qui nunc cathedras Tergestinam et Justinopolitanam occupat, librum edidit, quo provinciæ Tergestinæ ecclesiarum origines et vices persequitur; in quo libro, quum venit ad ecclesiam Civitatis Novæ, tradit* verisimile esse B. Florum primum fuisse Æmonensem episcopum ; quem in itinere Constantinopolitano Polæ substitisse,ibique supremum obiisse diem; ubi et corpus quiescere summa populi veneratione et festum quotannis agi die 27 octobris. *Sed et hunc Manzolii vestigiis insistere et nonnisi conjecturas de suo addidisse manifestum est. Quamobrem omnes illi testes ad unum reducuntur, cujus auctoritas magna non est, et certe comparari nequit cum veteri traditione Polensi, Antiphonario antiquo et corporis possessione nixa. Ut autem ex Commentario, ad me Parentio misso, intelligo, videntur nunc illic recedere a pristina persuasione , quoniam omnes qui de* S. Flore *scripserunt eum Pseudo-Æmonæ episcopum faciunt. Sed hujus rei causa est, quod nemo Polensis de patria sua olim libros edidit, et quod qui primus de sancto Polensi episcopo aliquid edidit, eum Æmonensem cathedram tenuisse* C *dixerit, reliquis ignorantia Antiphonarii Polensis secure primum ducem sequentibus. Quo scopulo nullum frequentiorem esse sæpe admonuit Baronius, ideo malens ipse post unum antiquiorem auctorem ire, quam sexcentis, eosdem errores ex ordine repetentibus, fidem addere.*

Licet alia Polam advecta fuerint sanctorum corpora, inter hæc censendum non est corpus S. Floris.

5 *Verum et aliam sententiam, ab illis omnino diversam, olim propositam fuisse comperio. Quoniam scilicet in Istriæ oppidis multa servantur sanctorum corpora, quæ ex Illyrico aliisque locis, barbarorum incursioni expositis, eo videntur asportata, sic quoque* S. Floris *exuviæ, quæ Polæ custodiuntur, eo aliunde advenisse visæ sunt viro erudito, cujus scriptiunculam inter decessorum nostrorum reliquias inveni et qui alius non esse mihi videtur ac laudatus Schœnlebius; et quidem censet corpus esse* S. Flori, *lapicidæ sociique S. Lauri, qui ambo die* 18 *augusti coluntur et in Illyrico martyrium fecerunt. Verum hæc opinio nullis nititur documentis,* D *sed conjecturis dumtaxat et suspicionibus. Polenses utique plura habebant sanctorum corpora, aliunde advecta, quæ inter reperiuntur exuviæ SS. Theodori, Georgii et Demetrii, quorum primus colitur die 7 februarii, secundus die 23 aprilis tertiusque die 8 octobris, et qui trini singulares militum adversus Turcas bellantium patroni sunt. Profecto hæc genuina esse illorum sanctorum corpora parum probabile est* (2) ; *sed multo magis verisimile Polenses deceptos fuisse a reliquiarum circumforaneis venditoribus, adversus quod hominum genus reclamarunt toties ecclesiæ prælati. Neque S. Basilii, episcopi et confessoris, corpus melioris forte notæ est. Sed ex his nullum mutarunt Polenses in civitatis suæ episcopum; ita ut ratio nulla sit cur potius* S. Florem *episcopum suum fuisse somniaverint. Quod autem Polenses antiquis libris traditiones suas firmare nequeunt, profecto mirum non est. Ferrarius in Catalogo sanctorum hanc annotationem* S. Floris *encomio subjecit:* Acta hujus divi episcopi desiderantur. Populantibus enim Istriam E Genuensibus, multæ sanctorum historiæ disperierunt, Polæ præsertim, quæ tunc ab hostibus passa est incendium, sublatis inde et ab aliis locis aliquot sanctorum corporibus.

Ineunte sæculo XV collocatur ejus corpus cum quinque aliis in tumba marmorea atque iterum anno 1487.

6 *Hinc itaque factum est ut præter Antiphonarium nullæ sint memoriæ, ineunte sæculo* XV *antiquiores, quibus constet* S. Floris *penes Polenses fuisse. Sed Blasius Molina, qui ab anno* 1410 *ad* 1420 *Polensem cathedram occupavit, quum altare novum poneret, intus inclusit sex sanctorum corpora et apposuit titulum, ex quo (quum jam in opere nostro editus fuerit* (3) *) hos duos dumtaxat excerpemus versus :*

Ara nitens flagrat Blasio sub stirpe Molina;
Ossa habet intus marmor; conspicis ecce figuras.

Ita ut ex figuris intelligi posset qui sancti illic sepulti essent. Sed anno 1487 *Michael Ursinus, similiter Polensis antistes, quum denuo hoc altare consecraret, in sex capsulis ex cypresso collocavit eorumdem sanctorum ossa, et,in S. Theodori capsula clauso instrumento , reposuit eadem in pristina tumba* F *marmorea. Hæc illius instrumenti est forma* (4) : In Christi nomine. Amen. Anno ejusdem nativitatis MCCCCLXXXVII, indictione V, die XVIII mensis novembris, reverendissimus in Christo pater et Dominus Michael Ursinus, Dei et apostolicæ sedis gratia episcopus Polensis, consecravit hoc altare ad laudem et honorem summi et magni Dei sub vocabulo infra scriptorum sanctorum, quorum corpora manibus suis propriis in isto altari posuit in capsulis ex cypresso ad laudem Dei. — Corpus S Theodori M. — Corpus S. Georgii M.— Corpus S. Demetrii M. — Corpus S. Flori, episcopi et conf. — Corpus S. Basilii, episcopi et conf. — Corpus S. Salomonis, regis Hungariæ, conf. — Joannes de Tombacis de Pola notarius scripsit.

Medio sæculo XVII hæc nota erant alibi, Polæ vero incerta.

7 Arcam *hanc* marmoream, *quæ simul altare erat, licet sex contineret sanctorum corpora, propter celebritatem tamen* S. Floris *vulgari nomine* sancti Floris compellabant (5). *Nil ita-*

(1) Biographiæ illustrium Istriæ virorum, tom. I, pag. 218. (2) Acta SS. tom.IV Octobris, pag. 78. — (3) Ibid.tom.VII.Sept. pag. 849. — (4) Pray, Dissertat. de SS. Salomone, rege Hungariæ, et Emerico, duce Hungariæ, pag. 20. -- (5) Ibid. pag. 17.

que

A *que dubitans Ferrarius, Manzolium secutus, anno* 1613 *in Catalogo sanctorum Italiæ scripsit:* Corpus ejus Polæ, ubi diem suum obiisse putatur, in majore basilica in arca lapidea pie asservatur et colitur. *Tomum* v *Italiæ sacræ edidit Ughellius ante annum* 1653; *atqui cognovit ipse non* S. Floris *dumtaxat corpus illic asservari, sed et quinque aliorum.* Reliquiarum sanctorum, *inquit* (1), prædives est *cathedralis ecclesia;* quæ in peculiari altari honorifice asservantur, nempe SS. Floris, Demetrii, Hermagoræ, Fortunati, Theodori, Georgii, Basilii et Salomonis, regis Hungariæ. *Abundant SS. Hermagoras et Fortunatus: certa tamen extra Polam documenta repererat.*

Occasione S. Purpurini, ex cœmeteriis Romanis Polam translati,

8 *Sed hæc Polæ in oblivionem abiverant.* Quum *enim* Aloysius Marcellus, *qui die* 15 *decembris anni* 1653 *Polensem cathedram conscendit,* ecclesiam suam visitaret, non minori admiratione quam cordis dolore animadvertit nullum in ea sancti alicujus corpus asservari (2). *Dedit itaque in mandatis Francisco Bartimora, archidiacono et vicario generali, quum eum ad limina apostolorum ablegavit, ut*

B *Roma reliquias secum asportaret. Facile assecutus est vicarius martyris cœmeterialis corpus; quem, quod effuso sanguine corpus suum purpurasse putabant, S. Purpurinum appellaverant. Atque hic S. Purpurinus etiamnum Polæ colitur die* 20 *novembris ritu duplici secundæ classis tamquam secundarius patronus civitatis, ut mihi ex calendario liturgico anni* 1853 *constat. Cavendum autem ne Cajet. Moronium, de hoc S. Purpurino loquentem, ita intelligas quasi hic vir fidei lumen Polæ intulisset. Neutiquam ita est, quum anonymus sit christianus, ex catacumbis Romanis effossus, et ex palma, vase rubricato aliisve id genus signis ab episcopo Porphyriensi pro martyre agnitus.* Corpus itaque S. Purpurini martyris, quod pomposa solennitate et populorum circumvicinorum concursu introductum, ut digniore loco reponeretur, in marmoream arcam, quam sancti Flori compellabant, inferre ac collocare decreverunt.

aperitur arca S. Floris, in qua ejus corpus cum quinque aliis reperitur.

9 Sed quoniam ex actis illustrissimorum præteritorum episcoporum testimoniis et scriptis, variisque populi vocibus dubium oriebatur: cum nonnulli corpus ipsius S. Flori, episcopi Polani, arca ea reconditum assererent; alii dicerent cum aliis sanctorum reliquiis anno 1380 a Genuensibus ablatum, quando illi, armata manu ea maria pervagantes, totam eam provinciam, et in specie Polam devastarunt; alii demum asseverarent requiescere ibi exuvias divi Blasii Molini, episcopi Polani, atque hoc ex incisis arcæ carminibus satis intelligi; prælibatus R^ms^ et I^ms^ episcopus, ægritudine ipse præpeditus, ad amovendum dubium a prædicto D. Bartimora, vicario suo, arcam illam aperiri voluit. *Jussa fecit Bartimora in multorum comitatu. Sed* vix apertam illam *arcam* et diductam vidimus, *inquit episcopalis cancellarius;* cum amœnissimus suavissimusque exhalans odor circumstantes omnes exhilaravit; et in ea quinque de ligno cypressino fabricatæ arcæ inventæ sunt, quæ reseratæ continebant corpora sancto-

(1) In Italia sacra nova, tom. V, col. 475. — (2) Instrumentum inventionis corporum SS. Flori etc. ap. Pray, Dissertationes, pag. 17. — (3) Ibid. pag. cit. et seq. — (4) Ibid. pag. 23. — (5) Acta SS. tom. II Martii, pag. 194. — (6) Cfr Thomassin, Discipline ecclésiastique, part. II, lib. II, cap. LII, num. 4; cap. LVII, num. 9. — (7) Acta SS. tom. I Septembris, pag. 367 et seqq. — (8) Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 1042.

rum martyrum Theodori, Demetrii et Georgii, et sanctorum confessorum Flori, Basilii episcopi et Salomonis, Hungariæ regis; ita ut sancti Flori et Salomonis ossa una eademque cistula conderentur... In cistula S. Theodori tunc quoque repertum est instrumentum *episcopi Ursini, quod supra dedimus. Pulsatæ continuo campanæ, hymnus ambrosianus decantatus et cistulæ in arca repositæ* (3). *Urna marmorea cum capsulis collocata postmodum super altare, cum titulo:* ALTARE CORPORUM SANCTORUM, *et claves diversæ distributæ rectori civitatis, capitulo, consilio oppidano et episcopo; quemadmodum ad cardinalem Kolonichium anno* 1702 *rescripsit Josephus Maria Bottari, episcopus Polensis* (4). AUCTORE V. D. B.

Incerto tempore vixit sanctus vir.

10 *Quando autem vixerit* S. Flos *plane incompertum est. Neque indicium ullum in Antiphonario occurrit, quo firmiter nitamur. Relicta quidem diœcesi, Hierosolymam perrexisse traditur; quæ res in ecclesia latina ad finem sæculi* VI *sæpe in usu fuisse videtur. Certe narrat de S. Gregorio M. Joannes diaconus* (5) *eum* pontificibus, voluntarie suis renuntiantibus sedibus, successores nullo modo E denegasse; *atque tunc temporis, nisi ab ipso Romano pontifice consecrati fuissent, aut legati constituti seu vicarii apostolici, non solebant papam Romanum licentiam rogare episcopi, suæ cathedræ renuntiantes* (6). *Hunc quoque usum secutus est* S. Flos. *Sed extremo sæculo* IV *S. Justus, episcopus Lugdunensis, Ægyptum petiit* (7), *et quatuor fere sæculis post S. Ambrosium, episcopum Cadurcensem, deserta petentem, reperimus* (8). *Adeoque, ut sæculo* VI *florere potuit* S. Flos, *sic quoque* IV et VIII. *Sed conjecturarum satis.*

IN FESTO

S. FLORIS EPISCOPI

ANTIPHONÆ AD VESPERAS.

Polæ multos virtutem docet S. Flos, F

I. Ecce flos odoris miri
Polæ datus in odorem;
Odorata cujus viri
Mutant labem in pudorem.

II. Dat odorem Flos in Pola,
Dum invigilat doctrinæ;
Qui, contempta terræ mola *,
Totum se confert divinæ.

* mole

III. Flos, egressus de radice,
Polam quærit refragrare,
Cujus statum illa vice
Mors petebat naufragare.

IV. Odor Flori[s] sparsus extra
Multos movet ad sequelam,
Ponentes se in parte dextra;
Spondet omnibus medelam.

V. Agri Florem redolentis
Monstrat Christus gratiose,
Dum Polensis duræ gentis
Lustrat corda luminose.

rebus cælestibus deditus et a terrenis alienus;

2 Ad MAGNIFICAT.

Legi divinæ deditus,
Ipsam ex fervore
Sic scrutabatur, cælitus
Quod plenus erat vere;
Nec gravabatur, penitus
Illectus ex dulcore.
Alleluia.

Ad MATUTINUM Invitatorium.

Flos florere voluit
In civitate Polæ,
Qui nos pollere monuit,
Abjecta carnis mole.
Venite.

Istrianos instruit, curat et erigit, ipse severe vivens; a

3 In I NOCTURNO.

Ad Ps. I. Pastor datus pascit oves
Regionis Trevistinæ *a*,
Fugat morbos et languores
Suæ carnis labe sine.

Ad Ps. II. Verbo pascit et doctrina
B Florus suo studio,
Quos cernebat fame bina
Lapsos in tripudio.

Ad Ps. III. Vita Flori parit partum;
Austera pœnitentia
Aquam brevem, panem artum
Sumit benevolentia.

pergit ad sepulcrum Domini ut peccatorum veniam obtineat;

4 In II NOCTURNO.

Ad Ps. I. Cœpit Florus sedem deserere,
Sepulchrum perrecturus,
Ut Christo se possit inserere,
Ibidem moriturus.

Ad Ps. II. Vadit Hierosolymam
In spiritus fervore,
Qui partem novit optimam
Eligere decere.

Ad Ps. III. Sua meruit sancta devotio,
Dum sacra loca quæreret,
Ut suarum optata lotio *
Labum Christus tribueret *b*.

* lotionem

b

5 In III NOCTURNO.

redit in Istriam et Fasani cum discipulis vitam eremeticam colit.

Ad Ps. I. Florus, cum Polam veniret,
Ad portum audivit sibi placita,
Qui lætanter introiret
In hortum mente solari tacita.

Ad Ps. II. Vicum sibi construit,
Ut Fasani colonus *c*,
Et ibi multos instruit,
Sicut doctor bonus.

c

Ad Ps. III. Archidiaconi * servitia
Miræ devotionis,
Præstabat beneficia
Optatæ salutationis *d*.

* Archidiaconus.

d

ANNOTATA.

a *Regio Trevistina videtur esse Tergestina, a Tergesto, vulgo* Trieste. *Quod oppidum quum jam pridem Istriæ præcipuum sit, loco* Istriæ *dixisse videtur Antiphonarum auctor* regionem Trevistinam. *Nequaquam itaque Tergesti aut in ejus vicinia Dei verbum seminasse censendus est* S. Flos, *sed tantum Polæ in Istria.*

b *An magnum quoddam piaculum admiserit* S. Flos, *non liquet. Re quidem vera, quum episcopi sedes suas olim desererent, sæpe id fiebat, quod se reos agnoscerent. Atque ipse S. Augustinus, quod in Antonii Fussalensis, viri scelerati, consecratione partem habuerat, episcopale officium voluit abdicare. Sed alii nil nisi pietatem, quietem et caritatem cogitabant. De qua re videatur Thomassinus in Disciplina ecclesiastica, parte* II, *lib.* II, *cap.* LI. E

c *De his vide Commentarium prævium, num.* 3. *Quum* S. Flos multos *Fasani* instruxisse dicatur *sicut* doctor bonus, *non solus illic vitam eremiticam egisse videtur. Facile fieri potuit, ut illic coloniam monasticam instituerit; neque enim obstat quod in spelunca degerit: antiqua monasteria sæpe ex specubus constabant et circumpositis cellulis.*

d *Antiphonæ, ut patet, non sunt integræ. Desunt quæ cantandæ erant ad Laudes et secundas Vesperas.*

C F

DE S. ODRANO, CONFESSORE

IN INSULA HIA

V. D. B.

SYLLOGE HISTORICA

§ Unicus. Plures sancti Odrani a se invicem distinguendi. S. Odrani Hiensis mors, sepultura, cultus.

SUB ANNUM DLXIII. S. Odranus, S. Patricii *discipulus et martyr, male hac die annuntiatur ab aliquot martyrologis;*

Grevenus, Coloniensis Carthusiæ alumnus, qui nescio quod hibernicum Martyrologium habuit, adjecit Usuardo ad hanc diem S. Odrani, episcopi in Hibernia, *memoriam; similiter Ferrarius in Catalogo generali sanctorum :* In Hibernia S. Odrani presbyteri et martyris : *quod se hausisse testatur ex Menologio scotico Dempsteri; ubi addatur eum ex Scotia in Hiberniam profectum esse qui sequeretur S. Patricium, atque illic ab idololatris occisum; ejusque officium liturgicum contineri Breviario ac Martyrologio canonicorum. Martyrologium Subense in Bavaria, quod Colgano* (1) *præluxit, ejus quoque meminit his verbis :* Sexto calendas novembris. In Hibernia sancti Odrani martyris, discipuli

(1) Acta SS. Hiberniæ, pag. 572, num. 15.

A puli magni prædicatoris Patricii; *et Fitz-Simon in Catalogo sanctorum Hiberniæ* : Sanctus Odranus de Disert-Odrain in Hi-Falgia, auriga Patricii, die secundum aliquos 27 octobris. *Verum hæc errore manifesto traduntur. Colitur enim S. Odranus, S. Patricii discipulus et martyr, die* 19 *februarii et die* 8 *maji et de eo jam dixerunt decessores nostri ad priorem diem. Quare pluribus hic prosequendus non est.*

item male confunditur S. Odranus *Hiensis cum S. Odrano Letrachensi et male immiscetur nomen monasterii Tigh Airerain.*

2 *In Martyrologiis autem hibernicis alius omnino* S. Odranus *seu potius duo, in unum confusi, laudantur. In Martyrologio scilicet Tamlactensi ad hanc diem sequentia leguntur :* Odrani sacerdotis Lethrechensis vel Hiensis; *apud Marianum Gormannum :* S. Odranus, abbas Hiensis et Tech Ererain in Media; *in Martyrologio Dungallensi :* S. Odranus, abbas Hiensis et de Tegh Ererain in Media; *similia in Casselensi* (1); *in Festilogio autem metrico S. Ængussii :* Odran, nobilis, natans abbas; *ubi in annotatis additur :* Id est, natando pervenit in Gair mic mogha *(Gar inis),* quæ insula est in Corca Duibline *(in parte occi-*
B *dentali comitatus Kerriensis in æstuariis Kenmare-river et ad ostia Owreagh-river).* Odran, sacerdos de Tigh-Airerain *(Tyfernan, seu Tyfarnham)* in Media *(occidentali, in baronia de Corkery, in Momonia),* et de Letracha-Odran *(Lateragh, in baronia de Ormondia superiori, in comitatu Tipperariensi, in Momonia),* in Muscrigia-Thire, et de Ia Colaimcille, id est Relic-Odrain in I; vel est in Gair mic mogha, quæ insula est Corcæ Duibline, quo natando pervenit. *Imprimis hinc delenda sunt quæ de* Tegh Ererain *seu* Tigh-Airerain *habentur; non enim alia de causa huc irrepsisse videntur quam quod hac eadem die Arennanus, qui huic loco nomen suum communicavit, in Martyrologiis hibernicis memoratur. Odranus, qui et* natans abbas *dicitur, in Gair mic mogha mirabiliter pervenit et Letracha-Odrain virtutibus et nomine suo illustravit, huc etiam male intrusus est. Obiit enim die* 2 *octobris, qua fastis hibernicis inscriptus legitur; anno* 549 (2) *cum aliis pluribus sanctis peste absumptus* (3). *Ei male tribuuntur ter mille discipuli, quos ad S. Finnianum re-*
C *ferendos esse demonstravit Lanigan* (4). *In Sanctilogio genealogico, cap.* XVII, *quod penes Colganum* (5) *fuit, traditur S. Odranus de Letracha filius fuisse Mac Craithi, filii Trochalli, filii Esomonis, filii Dagraei, filii Nuadhati et sic deinceps, donec ad Conarium Magnum, Hiberniæ regem perveniatur. Plura referenda non videntur, si quidem decessores nostri reliqua dederint ad diem* 7 *julii, quo S. Medranus, illius S. Odrani frater, colitur, atque illa satis sint quibus* S. Odranus *Hiensis a S. Odrano Letrachensi discernatur.* S. Odranus *enim seu* Oranus *Hiensis in citato Sanctilogio* (6) *filius fuisse traditur Angini, filii Enni Bogunii, filii Conalli Gulbanii; ita ut sobrini fuerint ipse et S. Columba, abbas Hiensis, filius Fedhlimi, filii Fergusii Cennfadæ, filii Conalli Gulbanii* (7). *Deinde mori non potuit ante annum* 563, *quum non prius in insulam Hiam appulerit S. Columba, cujus illic discipulus fuit. Demum quæ reliqua de eo feruntur plane convenire non possunt S. Odrano de Letracha; ita ut nil certius sit quam diversos hos esse viros.*

AUCTORE V. D B.

Dicitur S. Odranus *Hiensis esse discipulus, qui in S. Columbæ Vita legitur primus in insula Hia obiisse;*

3 *Porro* S. Odranus *Hiensis ille idem censetur, de quo Adamnanus sequentia scripsit in Vita S. Columbæ* (8) : Alio in tempore, cum vir sanctus in Joua commoraretur insula, quidam de suis monachis, Brito, bonis actibus intentus, molestia correptus corporis, ad extremum perductus est. Quem cum vir venerandus in hora sui visitaret exitus, paulisper ad lectum ejus assistens et ei benedicens, ocyus domum egreditur, nolens videre morientem. Qui eodem momento, post sancti de domu secessum viri, præsentem finiit vitam. Tum vir prædicabilis, in plateola sui deambulans monasterii, porrectis ad cælum oculis, diutius valde obstupescens, admirabatur. Quidam vero frater, Aidanus nomine, filius Libir, bonæ indolis et religiosus homo, qui solus de fratribus eadem adfuit hora, flexis genibus, rogare cœpit ut sanctus eidem tantæ admirationis causam intima- E
ret. Cui sanctus : « Nunc sanctos angelos in aere contra adversarias potestates belligerare vidi; Christoque agonothetæ gratias ago quia victores angeli animam hujus peregrini, qui primus apud nos in hac insula mortuus est, ad cælestis patriæ gaudia evexerunt. » Sed hoc, quæso, sacramentum nemini in vita mea reveles. *Ubi id advertendum Britonem illum peregrinum primum e S. Columbæ discipulis fuisse, qui in insula Hia moreretur.*

quæ res deinceps fabulis immixta est.

4 *At vero, licet* S. Odranus *ex genere fuerit S. Columbæ et proinde Hibernus potius fuisse videatur quam Brito, constantissima traditio est hanc ei sortem obtigisse. Scilicet in Vita quinta S. Columbæ, edita a Colgano* (9), *hæc leguntur* : S. Columba, pulso ab insula superstitioso Druydum cœtu, se suosque longe sanctiores colonos novæ illi vineæ excolendæ invexit; sed necdum in ea sedem firmarat, cum unus sociorum, nomine Odranus, qui et præsentis vitæ pertæsus et futuræ perquam appetentior, summis votis optabat dissolvi et esse cum Christo; brevi languore absumptus, primus e sancta
F illa societate carnis ergastulo solutus, veram in exilio patriam invenit, prout illi paulo ante adhuc incolumi vir sanctus prædixit. Fertur enim socios, cum primo appulissent, in hunc modum allocutus : « Quisquis nostrum in hac insula, in qua expedit ut radices alte figamus, primus optarit sepeliri, suo et sociorum compendio voti damnabitur; suo, inquam, quia sic maturius ad Christum migrabit; sociorum, quia peregrinam humum velut sui corporis pignore quodammodo devinctam, iis clementiorem reddet et cultu faciliorem. » Ad hæc autem audita respondenti mox Odrano, se ea conditione deligere continuo præsenti vita defungi, subintulit sanctus : « Salva tibi sint, fili, quæ expetis, mansura præmia; sed et hanc etiam prærogativam in promptæ pietatis præmium, me sponsore, consequeris, ut quisquis olim

(1) Acta SS. Hiberniæ, pag. 372, num. 16; cfr Trias thaumaturga, pag. 50, num. 51. Todd et Reeves, Martyrology of Donegal, pag. 287. — (2) Lanigan, Eccles. hist. of Ireland, tom. II, pag. 70 et 73. Cfr Quatuor magistri, ad an. 848, et ap. Colganum, Acta SS. pag. 465, num. 32. — (3) Cfr Colganus, Acta SS. pag. 150, num. 51. — (4) Tom. II, pag. 73, num. 227. — (5) Acta SS. Hiberniæ, pag. 465. — (6) Ap. Colganum, Trias thaumaturga, pag. 482, num. 36. — (7) Ap. Reeves, Life of St. Columba, Genealogical table of the early abbots of Hy, ad pag. 342. — (8) Ibid. pag. 202. — (9) Trias thaumaturga, pag. 411, cap. 12.

meum

AUCTORE V. D. B.

meum sepulchrum inviset, non prius quæ volet, exorabit, quam etiam tuum veneretur. Utcumque sit, primus in ea insula, ut dictum est, e sociis viri sancti Odranus ad Christum migravit; ejusque sacrum corpus eo loco creditum est, qui deinceps Odrani sepulcretum est appellatus. *Hæc Magnus O'Donellus, Tirconalliæ princeps, in Vita S. Columbæ, quam anno* 1000 *hibernice conscribi curavit* (1) : *verba Hibernica dabit Guilielmus Reeves* (2).

Sepulcrum, cœmeterium, ædicula, collis et fons S. Odrani *in insula Hia. Pauca de S. Otterano Waterfordiensi.*

5 *Multas fabulas his intextas esse vix est quod moneam. Imprimis* S. Odranus *hic exhibetur quasi unus fuisset ex sociis, quos ex Hibernia in insulam Hiam invexit S. Columba; sed ita non est : nomen enim ejus non reperitur inter duodecim viros, qui eum illuc comitati sunt et quos ex libro Cottoniano jam pridem recensuit Usserius* (3); *neque aliter fieri poterat, si quidem* S. Odranus *Brito fuerit et ab Adamnano* peregrinus *dictus. Immo id unum inde pro vero accipiendum est* S. Odranum *primum illic sepultum fuisse; qua super re ædificarit reliqua, ut fieri solet, populi eximia* S. Odrani *existimatio. Postquam autem* B *sacra catholica illic cessarunt, aliæ omnino fabulæ, forte ad invidiam creandam religioni catholicæ et ad abolendam* S. Odrani *piam memoriam et popularem venerationem, excogitatæ fuerunt : scilicet S. Columbam frustra tentasse ædificare ecclesiam; dæmonum malevolentia corruisse muros, donec intellectum sit nil stare posse nisi vir unus vivus humaretur; obtulisse se* S. Odranum; *sed triduo post jussu S. Columbæ sepulcrum fuisse apertum; exiisse* S. Odranum *et dixisse commenta esse quæ de inferni pœnis tradantur; quibus impiis verbis auditis, imperasse S. Columbam ut iterum* S. Odranus *tumulo conderetur* (4). *Sed quidquid id est, valet aliquid ad persuadendum* S. Odranum *illic reapse primum humatum fuisse, quod ejus sepulturæ locus semper præcipuum et nunc quidem unicum insulæ cœmeterium est, omni ævo de ejus dictum nomine. Sic in annotatis ad* D *S. Ængussii Festilogium* Relic-Odhrain *seu* sepulcretum S. Odrani *dicitur; quod nomen adhuc perseverat. Stat illic etiamnum sacellum, beati viri venerationi sacrum, quod sæculo* XI *exeunte aut* XII *ineunte extructum est* (5) *et ubi prope januam lapis ruber cernitur, sepulchri* S. Odrani *testimonium* (6): *quem locum pie aditum fuisse a venerabundis peregrinis, priusquam ad S. Columbæ lipsanothecam accederent, liquet ex Magni ODonelli verbis. Pictas imagines hujus ædis duodecim abhinc annis Grahamius in* Antiquitatibus Ionæ *exprimendas curavit* (7). *Qui locus olim tam sanctus habitus est ut velint Scoti moris olim fuisse ut illic reges sui sepelirentur; et reapse plures illic invenisse quietem res certa est. Collis etiam in insula est, qui a* S. Odrano *nomen accepit atque nunc adhuc* Cnoc Odhrain *appellatur* (8); *similiter fons, dictus* Tobar Odhrain. *Volunt nonnulli* (9) *parthenoni canonicarum S. Augustini, qui illic olim erat, titularem patronum fuisse* S. Odranum ; *quod Joannes Spottiswoode* (10), *qui satis diligenter de monasteriis Scotiæ scripsit, auctoritate* E *sua confirmat. Quæ retulimus, sufficiunt ut intelligatur post S. Columbam neminem magis illic in honore fuisse habitum quam* S. Odranum. *Aliquantum verisimile est S. Otteranam, Waterfordiæ in Hibernia patronum, qui hac die solemnissime olim colebatur, eumdem esse ac* S. Odranum *Hiensem : suadet id enim et nominum similitudo et natalium seu festorum concurrentia* (11) : *quod tamen quum nequaquam certum sit, (S. Otteranus enim episcopus dicitur), hujus nomen inter prætermissos collocavimus : ubi innuimus probabilius esse S. Otteranum discipulum esse S. Senani ejusque in regimine ecclesiæ de Inis-Cathaig* (Scottery Island) *in ostiis fluminis Sinenni* (Shannon) *successorem. Quare non videntur hic plura addenda de Waterfordiensi patrono.*

(1) Cfr Reeves, Life of St. Columba, pag. xxxv. — (2) Ibid. pag. 203. — (3) Britannicarum ecclesiarum antiquitates, pag. 363, edit. 1687. — (4) Pennant's secound tour in Scotland, ap. Pinkerton's Voyages, tom. III, pag. 298, et ap. Todd et Herbert, The irish version of the Historia Britonum of Nennius, pag. xxv. Cfr Camden, Britannia, edit. Gough, tom. III, pag. 715. — C

(5) Reeves, Live of St. Columba, pag. 415; Carlisle, Topograph. Dict. of Scotland, v° *I-Colm-Kill.* — (6) Pennant etc. ap. Todd et Herbert, pag. xxv. — (7) Cfr Reeves, Life of St. Columba, pag. 204. — (8) Ibid. pag. 431. — (9) Cfr Camden, Britannia, tom. III, pag. 714 — (10) Ap. Keith, Scottish bishops, pag. 458. — (11) Cfr Matt. Kelly, Calendar of irish saints, pag. 133 et 134. F

DE S. CYRIACO, EPISCOPO

CONSTANTINOPOLITANO

R. D. B.

COMMENTARIUS HISTORICUS

§ I. Cur S. Cyriaci gesta illustrentur. An ejus exstent Acta. Fuit œconomus S. Sophiæ et episcopus Constantinopolitanus.

ANNO DCVI S. Cyriacus, *cujus gesta sunt illustranda,*

Quum decessores nostri in Historia patriarcharum Constantinopolitanorum, quæ tomo I *Augusti præmissa est, atque in Prætermissis ad diem* 2 *septembris singulari cura examinassent an Joannes Jejunator, qui brevi post mortem impulsu Mauritii imperatoris sanctorum fastis Constantinopolitanis inscriptus fuit, inter cælites referri possit aut debeat, atque contra Pagium, Thomassinum aliosque, culpas ejus extenuare annisos, demonstrassent, auctoritate S. Gregorii Magni, S. Leonis IX, Baronii aliorumque eum omnina*

AUCTORE R. D. B.

A *omnino non mereri tantam gloriam, non parum anxii fuimus utrum* S. Cyriaco, *ejus successori, qui diu pertinacissimi illius hominis vestigia pressit, adversus S. Gregorii Magni preces et objurgationes obfirmatus certusque œcumenici titulum non deponere, locus dandus esset in his nostris Actis, annon. Et quidem Cuperus Historiæ illius auctor, plane abnuit* Cyriacum sanctum *appellare. Verum fugit egregium scriptorem* Cyriacum, *qui plus voluntate Mauritii imperatoris quam propria ambitione peccasse videtur, non perseverasse in sua contumacia, sed post principis illius obitum ad meliorem venisse frugem et demum S. Gregorii jussis dicto audientem fuisse. Ingens itaque inter Joannem Jejunatorem et* S. Cyriacum *intercedit discrimen; quemadmodum ex controversiæ illius fine, quem inferius secundum Joannem diaconum, præclarum S. Gregorii Magni biographum, declarabimus, abunde constabit.*

et Acta verisimiliter non fuere scripta,

2 *Porro, quamvis complures historiarum Constantinopolitanarum scriptores de* S. Cyriaco *meminerint, nullus tamen videtur ejus* B *gesta singulariter memoriæ prodidisse. Hinc factum est ut de primis ejus annis, conditione, parentibus, nihil ad nos pervenerit. Scimus tamen ei fuisse sororem, quæ munere diaconissæ fungebatur in ecclesia B. Mariæ Virginis, ubi et ipse inter diaconos erat adscriptus. Postea, quum episcopus Constantinopolitanus esset constitutus, hujus ecclesiæ non immemor fuit; quam quippe anno decimo sexto imperii Mauritii seu anno Christi* 600 *denuo ædificavit. Quin et* ecclesia Diaconissæ nuncupata fuit, *ait Codinus* (1), quod patriarcha adhuc diaconus ibi habitaret, et soror ejus ibidem esset diaconissa. *Neque multo melius, quid egerit quum esset ecclesiæ Constantinopolitanæ vel œconomus, vel episcopus, nobis innotescit. Et hæc penuria documentorum eo magis est lugenda, quod per S. Gregorii Magni epistolas omnibus manifestum est eum multis annis fuisse minus obsequiosum erga Romanum Pontificem, a quo gravissimis verbis ob suam arrogantiam pluries fuit reprehensus, donec tandem, ut inferius videbimus, monitis acerrimis paruerit.*

fuit prius magnæ ecclesiæ œconomus,

3 *Quod autem* S. Cyriacus *a Codino diaconus dicitur, eo titulo honestari videtur potius propter officium, quo fungebatur, quam propter gradum, quo in hierarchia divina consistebat. Legitur enim apud Nicephorum Callistum* (2) *et in pluribus episcoporum Constantinopolitanorum catalogis, quos edidit Anselmus Bandurus* (3), *antequam in episcopum Constantinopolitanum cooptaretur, fuisse magnæ ecclesiæ, quæ est S. Sophiæ, unus ex presbyteris, qui sexaginta per Justiniani novellam* III *et octoginta per Heraclii constitutionem esse poterant* (4). *Quin et ejusdem ecclesiæ, uti referunt Nicephorus aliique, erat magnus œconomus: quod munus apud Christianos est antiquissimum. Primis scilicet ecclesiæ temporibus, institutione apostolica, mos invaluerat ut diaconi curam ecclesiæ bonorum gererent, et quamvis post Constantinum Magnum paulatim non nisi ex presbyteris crearentur œconomi, tamen Patres concilii Chalcedonensis canone* XXVI, *concilii Toletani* IV *canone* XLVIII *et concilii Hispalensis* II *canone* IX, *satis ducunt œconomos ecclesiarum ex clericis assumi* (5). *Ast in ecclesia Constantinopolitana œconomus inter diaconos sedebat* (6), *et valde verisimile est eos ibidem plerumque fuisse diaconos, ac proin lege vel consuetudine discessum esse in* S. Cyriaco, *uti etiam in Paulo* (7), *ad episcopatum Constantinopolitanum similiter promoto; qui ambo, licet presbyteri, munere œconomi aucti fuere. Jam vero quam præclarum fuerit apud Græcos hoc officium ex hoc liquet quod ex omnibus officialibus ecclesiæ Censtantinopolitanæ œconomus primus post dignitatem patriarchalem censebatur* (8), *et ei auctoritate inferiores erant quinque exocatacœli seu aulæ patriarchalis* E *præstantiores ministri, magnus scilicet sacellarius, magnus vasorum custos, chartophylax, et præfectus sacelli.* Hinc in ordine magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ, *quando patriarcha ad aram operatur, primus assignatur locus œconomo* (9) : *adde quod in* benedictione et promotione *œconomi orationes, non multum absimiles ab iis, quæ in ordinatione diaconorum usurpantur, episcopus adhibet* (10). *Quas vero partes præcipuas magni œconomi officium complecteretur, accipe ex Simeone Thessalonicensi :* Ordinatur, *inquit* (11), œconomus ut possessionum, proventuum, et unicuique datorum curam habeat. Oportet enim illum de his, boni publici et recti rerum ecclesiasticarum ordinis causa, esse sollicitum. *Propemodum eadem loquitur Georgius Codinus* (12). *Sed hæc in Catalogo magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ multo fusius explicantur :* Magnus œconomus, *ait hujus Catalogi scriptor,* tunica sua ornatus, a dextro altaris latere stat, et pontifice celebrante sanctum flabellum tenet. Ad eum spectat habere notitiam censuum, expensarum et ratiociniorum in episcopatu, eaque recipere et F conservare. Cura ideo cujuscumque possessionis illi demandata est, et subservientem sibi habet chartularium, et quoscumque episcopatui obvenientes fructus in scripta refert, et bis *(alibi* quater (13)) singulis annis rationem dat pontifici. Adest etiam et in judiciis. Offert quoque sacerdotem consecrandum. Gubernat etiam episcopatum post episcopi obitum usque ad successoris adventum. In electione suffragium primus habet. Et tandem debitas partes ex annuis episcopatus bonis unicuique fratrum suorum ex æquo dividit (14). *Eadem fere occurrunt in ordine*

(1) Codinus, De Originibus Constantinopolitanis, in Scriptt. rer. Byzant. edit. Par. pag. 53; Cfr Theophanes, Chronographia, pag. 253; Georgius Cedrenus, Historiarum Compendium, tom. I, pag. 279, ead. edit.; Du Cange, Constantinopolis Christiana, part. II, pag. 87, ead. edit. — (2) Ecclesiastica Historia, lib. VIII, tom. II, pag. 861. — (3) Imperium Orientale, lib. VIII, tom. I, pag. 187. — (4) Du Cange, Constantinopolis Christiana, tom. II, § 78, pag. 71, Byzantin. scriptt. edit. Veneta. — (5) Christ. Lupus, Synodorum generalium etc. canones et decreta illustrata, tom. II, pag. 105 et seqq., edit. Venet. 1724; Morinus, De Sacris Ordinationibus, part. III. Exerc. XVI, cap. 5, pag. 227. — (6) Ordo ecclesiæ Constantinopolitanæ, apud Goar, Rituale Græcorum, pag. 268. — (7) Bandurus, Imperium Orientale, tom. I, pag. 187. — (8) Morinus De Sacris Ordinibus, part. III, pag. 227. — (9) Catalogus officialium magnæ ecclesiæ Constantinop., apud. Goar, op. cit. pag. 274. — (10) Ordo servandus in benedictione et promotione œconomi, apud Goar, op. cit. pag. 280. — (11) De Sacris Ordinationibus, cap. XIII, apud Morinum, Commentarius de Sacris Ordinationibus, pag. 252. — (12) De Officiis magnæ ecclesiæ et aulæ Constantinopolitanæ, cap. I, pag. 2, 5. — (13) Ordo magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ, apud Goar, pag. 280. — (14) Catalogus magnæ ecclesiæ Constantinop., apud Goar, Rituale Græcorum, pag. 275.

dine magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ.

dein episcopus Constantinopolitanus:

4 *Quo œconomi munere fungebatur* S. Cyriacus, *quum e vivis recessit Joannes Jejunator, episcopus Constantinopolitanus. Ejus loco antistes electus fuit ipsemet, quemadmodum testimoniis Chronici Alexandrini seu Paschalis* (1), *Theophanis* (2) *et Catalogorum episcoporum Constantinopolitanorum, quos Banduri* (3) *edidit, certum est : quod etiam confirmatur ex regesto epistolarum S. Gregorii Magni, quem post Philippum Jaffé per totum hunc commentarium sequemur. Sed non omnium eadem est sententia, quum initium* Cyriaci *episcopatus determinandum est. Etenim, qui Chronici Paschalis chronotaxi fidem adhibet, existimabit* indictione XII post consulatum Mauritii Tiberii X *(cui respondet annus* 594, *uti probat Pagius in Dissertatione Hypatica,* (4)*) episcopum ecclesiæ Constantinopolitanæ creatum fuisse* S. Cyriacum, *eique* præfuisse annis XII. *Sed hæc non conveniunt cum his quæ a compluribus rerum Byzantinarum scriptoribus traduntur, neque cum fere omnibus episcoporum Constantinopolitanorum catalogis,*
B *in quibus Joannis Jejunatoris episcopatui anni tredecim et menses quinque, incohati a die* 12 *aprilis anni* 582, *assignantur* (5), *et* S. Cyriaci *episcopatui anni undecim. Quæ intelligi nequeunt, nisi dicatur cum Banduro* (6), *Pagio* (7), *Cupero* (8) *aliisque* S. Cyriacum *circa finem anni* 595 *Joanni Jejunatori, qui eodem anno, die secunda septembris, obierat, successisse, ut ex episcopatus spatio et mortis tempore suo loco ostendere conabimur.*

de qua re multum lætatur S. Gregorius M.

5 *Difficile autem dictu est quantum S. Gregorius Magnus qui, Constantinopoli apocrisiarii munere fungens, cum* S. Cyriaco *amicissime junctus fuerat, de ejus electione lætatus sit : neque potuit quin, semel et bis mense octobri anni* 596 *ad eum scribens* (9), *animæ suæ sensa manifestaret. Et eo magis gaudio erat perfusus quod ex ipsiusmet literis eum nullatenus episcopatum appetiisse noverat. Mauritio imperatori quoque gratulatus est eodem mense S. Gregorius, quia Joanni Jejunatori,* de hac luce subtracto, *dignissimum constituerat successorem. Dein subjungit :* Aptum valde existere in pastorali regimine
C fratrem atque consacerdotem meum Cyriacum existimo, quem ad eumdem ordinem pietatis vestræ consilia longa genuerunt. Qui in administrandis dudum rebus ecclesiasticis quam sollicitus et quomodo fuerit exercitatus, cuncti novimus (10). *Episcopi quoque illius tractus magna lætitia electionem* S. Cyriaci *exceperunt : sed modestiæ limites prætergressi, a S. Gregorio, qui de eorum gaudio multum exsultabat, fuere reprehensi. In ordinatione enim* S. Cyriaci *clamarant :* Hæc dies quam fecit Dominus ; *quibus verbis* præmissum est, *ait S. Gregorius in epistola ad Petrum, Domitianum et Elpidium :* « Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est illud, et est mirabile in oculis nostris. » (PSAL. CXVII, 22-23.) *Redarguit itaque vehementer S. Gregorius im-* D *probabilia illa dicta, de quibus sic prosequitur :* « Hæc dies quam fecit Dominus. » Ipse enim qui pro fortitudine constructionis dicitur lapis, pro illuminationis gratia appellatus est dies, qui etiam factus est quia incarnatus est. In quo exsultare, et lætari præcipimur, quia erroris nostri tenebras suæ in nobis virtutis luce superavit. In creaturæ itaque laude vox illa dari non debuit, quæ soli convenit Creatori (11).

§ II. S. Cyriaci epistola synodica ad S. Gregorium Magnum. Assumit titulum episcopi œcumenici. Arrogantia episcoporum Constantinopolitanorum.

S. Cyriacus *mittit ad S. Gregorium epistolam synodicam*

Erat more receptum, ut quemadmodum Romani Pontifices recens electi per epistolas, quæ vocabantur synodicæ (12), *episcopos et præsertim patriarchas de sua ordinatione et fide certiores faciebant, simulque preces exposcebant, quo dignius suo munere pastorali fungerentur, ita quoque præcipuarum sedium episcopi et potissimum patriarchæ, quum ad ecclesiam suam regendam primum essent assumpti, mitterent sine mora ad Romanum pontificem literas synodicas, fidei suæ testimonia. Cui consuetudini non videtur statim satisfecisse* S. Cyriacus : *nam mense augusto anni* 596 *S. Gregorius, ad Athanasium presbyterum scribens, ait :* De hoc quoque et dilecto fratri nostro Constantinopolitanæ civitatis antistiti, qui in supradicti sancti Johannis loco ordinatus est, nostra volumus scripta transmittere : sed quia consuetudo non est, ut priusquam ad nos ejus synodica deferatur, debeamus scribere, idcirco distulimus : sed postquam ex vobis delata fuerit, ei hæc, dum opportunum fuerit, indicabimus (13). *Verum paulo post, mense nempe octobri ejusdem anni,* S. Cyriacum *veteris traditionis fuisse memorem atque per apocrisiarios Georgium et Theodorum misisse epistolam synodicam ostendunt hæc* F *verba ad eum a S. Gregorio scripta :* Epistolas vestras directas plena fide suscepimus, atque omnipotenti Deo gratias agimus, qui inconsutilem tunicam desuper contextam, videlicet ecclesiam suam, vicaria confessione fidelium in unitate gratiæ ab omni erroris scissione custodit, et contra pereuntis mundi, ut ita dicam, tot culparum diluvium, ex multis lignis arcam construit, in qua omnipotentis Dei electi serventur ad vitam..... Præterea cum recta a vobis fides veraciter et subtiliter sit prolata, inter eos quos per sanctissimas generales synodos damnandos esse censuistis, Eudoxium quemdam vos damnasse reperimus : cujus nomen in latina lingua neque in synodis, neque in libris beatæ memoriæ episcoporum Epiphanii, Augustini,

(1) Chronicon Paschale, pag. 378, edit. Paris. — (2) Chronographia, pag. 229, edit. eadem. — (3) Imperium orientale, tom. I, pag. 897 et seq. — (4) Annalium ecclesiasticorum Baronii apparatus, pag. 120, edit. Lucæ, 1740. — (5) Acta SS. tom. I Augusti, pag. 69*. — (6) Imperium Orientale, tom. I, pag. 897. — (7) Critica Annal. eccles. Baronii, ad annum 596, num. II. — (8) Acta SS. tom. I Augusti, pag. 74*. — (9) Opera, tom. III, lib. VII, epist. V, col. 854, 858, edit. Migne. — (10) Lib. VII, epist. VII, col. 859. — (11) Ibid. epist. VII, col. 860 et seq. — (12) Liber diurnus Romanorum pontificum Garnetii, app. ad not. cap. II, § III et seqq. apud Hoffmannum, Nova Scriptorum ac Monumentorum collectio, tom. II, pag. 212 et seqq.; Franc. Bern. Ferrarii de antiquo ecclesiasticarum epistolarum genere, pag. 91, edit. Meieri. — (13) Epist. LXVI, lib. VI, col. 852.

A stini et Philastrii, quos contra hæreticos præcipue disputasse novimus, positum reperimus. Quod si quis eum veraciter de catholicis Patribus damnat, ejus proculdubio sententiam sequimur. Vos tamen, si in synodica vestra epistola eos quoque nominatim damnare voluistis, qui extra sanctas synodos per Patrum scripta damnantur, multos scriptis suis vestra fraternitas minus posuit; si autem eos quos generales synodi respuunt, hunc unum amplius (1). *Eudoxium hunc episcopum fuisse Germaniciæ, Arianæ hæreseos fautorem et sedis Antiochenæ invasorem, accepit postea S. Gregorius ab Eulogio Alexandrino, communicatis SS. Basilii, Gregorii et Epiphanii testimoniis* (2).

in qua assumit titulum œcumenici,

7 *Quodsi in hoc non erravit* S. Cyriacus *in sua epistola synodica, non tamen in omnibus a culpa vacuus fuit, quippe qui exemplo decessoris titulum œcumenici assumpserit, ut ex memoratis S. Gregorii literis liquet; cujus hæc sunt verba :* Sed cum sapienter a vobis recta fides prolata sit, restat ut proculdubio debeatis pacem custodire..... Quam videlicet pacem

B tunc nobiscum veraciter habebitis, si prophani nominis superbiam declinetis.....Nimis quippe iniquum est, si hi qui prædicatores humilitatis facti sunt, de vani nominis elatione glorientur, cum verus prædicator dicat : « Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. » .....Ecce in nefandi appellatione nominis scandalizati sumus, et non minimas querelas servamus in mente, et promimus in voce..... Curate ergo cordis vestri scandalum festine detergere, ut possit omnipotens Deus oblationis vestræ sacrificium acceptabile habere (3). *Porro cum ex his pluribusque aliis literis, de quibus modo dicturi sumus, liqueat S. Gregorium omnem lapidem movisse ne* S. Cyriacus *œcumenicum sese nuncuparet aut ab Orientis vel Occidentis episcopis nuncuparetur, breviter de eo titulo disseremus.*

sectatus arrogantiam prædecessorum.

8 *Præter patriarchas Romanum, Alexandrinum et Antiochenum, tres erant exarchæ, Ephesinus scilicet pro Asiæ diœcesi, Cæsareensis pro Ponto, et Heracleensis pro Thracia, quorum potestas non multo minor erat quam auctoritas patriarcharum. Sed cum*

C *Constantinus Magnus Byzantium, Thraciæ urbem, in Constantinopolim mutasset, ita ut jure merito* secunda Roma *vocaretur, ejus episcopi summa ope annisi sunt sibi inter patriarchas sedem comparare. Unde factum est ut in concilio Chalcedonensi lectus fuerit canon :* Constantinopolitanæ civitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum, propterea quod sit nova Roma (4); *quasi a patribus concilii generalis Constantinopolitani I esset editus : et quamvis legati apostolici palam professi essent synodo Constantinopolitana I numquam hujusmodi canonem fuisse latum; nihilominus patres Chalcedonenses, longius procedentes, exarchas Asiæ, Ponti et Thraciæ suprema sua potestate spoliarunt, atque eam ad episcopum Constantinopolitanum transtulerunt* (5). *Sed S. Leo papa ad Anatolium, episcopum Constantinopolitanum* (6), *et ad S. Pulcheriam Augustam scribens* (7), *prælectum canonem, utpote sedi Romanæ semper ignotum, fictitium esse testatus est* (8); *dein Acta concilii Chalcedonensis ad fidem non pertinentia suo calculo probare renuit. Quæ controversia tum quievit, quoniam Anatolius, episcopus Constantinopolitanus, cui nulla affulgebat spes trahendi ad suas partes S. Leonem, ejus monitis morem gessit* (9). *Attamen ex Anatolii successoribus vix unus illius modestiam imitatus est; atque Acacius quidem, aliis superbior, ab opere numquam cessavit, usquedum episcopi Ephesinus et Cæsareensis, vestigiis Heracleensis episcopi insistentes, sese ejus potestati subdiderint : neque Simplicius* (10) *aut Felix III* (11), *Romani pontifices, ejus audaciam frangere potuerunt. Et cum solemne eis esset niti concilii Chalcedonensis effato :* Novam Romam, quæ et imperio et senatu honorata erat et æqualibus cum antiquissima regina Roma privilegiis fruebatur, etiam in rebus ecclesiasticis non secus ac illam extolli ac magnifieri, secundam post illam existentem, *non dubitarunt plures episcopi Con-* E *stantinopolitani, calcatis ecclesiæ canonibus, patriarchis Alexandrino et Antiocheno jus dicere, et tandem sibi titulum œcumenici usurpare* (12). *Œcumenicorum episcoporum primum fuisse Joannem Cappadocem tenent Pagius* (13) *et Vaira* (14); *Joannem vero Jejunatorem Baronius* (15) *et decessor noster Cuperus* (16). *Sed cum initio titulum tantummodo œcumenici, non vero potestatem sibi vindicarent episcopi Constantinopolitani, et tamen multum de tanta superbia conqueretur S. Gregorius Magnus, Mauritius imperator non veritus est S. Gregorium vocare virum* indiscretum, *vel etiam* præcipere ut pro appellatione frivoli nominis, inter eum et Cyriacum scandalum *vitaretur* (17).

Hanc valde perniciosam esse

9 *Porro nequaquam vanam esse aut minimi momenti appellationem œcumenici pluribus capitibus ostendit S. Gregorius :* Multos Constantinopolitanæ ecclesiæ in hæreseos voraginem incidisse novimus sacerdotes et non solum hæreticos, sed etiam hæresiarchas factos... Si igitur illud nomen in ea ecclesia sibi quispiam arripit, quod apud bonorum omnium judicium F fecit; universa ergo ecclesia, quod absit, a statu suo corruit, quando is qui appellatur universalis cadit. Sed absit a cordibus christianis nomen istud blasphemiæ, in quo omnium sacerdotum honor adimitur, dum ab uno sibi dementer arrogatur (18). *Multa alia hujusmodi argumenta colligit S. Gregorius : quem minime opinio fefellit, uti comprobavit ipse eventus : nam brevi post Theophylactus Simocatta, sub principatu Heraclii, res gestas Mauritii referens, non erubuit dicere Sergium, Constantinopolitanum episcopum,* magnum totius, quantumcumque exporrigitur, orbis pontificem et præsulem (19). *Theophylactum imitatus est continuator Historiæ Byzantinæ post Constantinum Porphyrogenetum; ubi memorans ordinationem S. Ignatii*

(1) Epist. lib. VII, col. 856 et seq. — (2) Ibid. col. 857 et seq., 893, 933. — (3) Ibid. col. 857. — (4) Labbe, Conc. tom. II, col. 948. — (5) Ibid. tom. IV, col 769. — (6) Ibid. col. 845. — (7) Ibid. col. 849. — (8) Ibid col. 847. — (9) Ibid. Epist. Anatolii ad S. Leonem, col. 907. — (10) Ibid. Epist. Simplicii ad Acacium, col. 1034 et seqq. — (11) Ibid. Epist. Felicis III ad Acacium, col. 1073. — (12) Ibid. tom. V, col. 1181 et seqq. — (13) Pagius in critica Baronii ad annum 520, num. 5. — (14) Vaira, de Œcumenica papæ potestate. — (15) Annales ecclesiastici ad annum 518, num. 14. — (16) Acta SS. tom. I Augusti, pag. 57. — (17) Opera, tom. III, Epist. ad Mauritium, col. 891. — (18) Ibid. Epist. ad Mauritium, col. 746. — (19) Theophylacti Hist. Dial. pag. 2.

Constantinopolitani

AUCTORE R. D. B.

Constantinopolitani, addit : Hunc in patriarchalem thronum provehunt, orbis gubernacula illi committunt (1). *Ast primas honoris Romano Pontifici denegare nullus ausus erat, donec Photius in aciem progrediens propugnavit, ad* novam Romam, *cum totius imperii prima et præcipua urbs facta esset, transiisse omnia jura et privilegia, quæ senior Roma hucusque tenuerat* (2).

ostendit S. Gregorius S. Cyriaco *et imperatori Mauritio*

10 *Quæ quum aliquando futura prævideret S. Gregorius, non potuit non esse semel et bis auctor* Cyriaco *ut ab assumendo œcumenici titulo abstineret. Quum itaque Anastasius Antiochenus, ad exemplum Mauritii imperatoris, minoris faceret œcumenici appellationem, neque momentum ullum in ea constitutum esse arbitraretur, recte ad eum, mense junio anni* 597 *scripsit :* Quod vero dicitis pro nulla causa dare nos locum scandalo debere, hæc mihi et piissimus dominus filius vester, pro cujus vita incessanter orandum est, jam sæpius scripsit ; et quod ille ex potestate, scio quia hoc vos ex amore dicitis. Nec miratus sum vos in vestris epistolis imperialia verba posuisse, B quia habent inter se maximam cognationem amor et potestas. Nam utraque principaliter præsumunt, utraque per auctoritatem semper loquuntur. Et quidem in suscipienda fratris et consacerdotis nostri Cyriaci synodica epistola dignum non fuit ut pro causa prophani vocabuli moras facerem, ne unitatem sanctæ ecclesiæ perturbarem ; sed tamen de eodem superstitiose et superbo vocabulo eum admonere studui, dicens quia pacem nobiscum habere non posset, nisi elationem prædicti verbi corrigeret, quam primus apostata invenit.... (3). *Dein eodem mense junio, quum* S. Cyriacum *suis monitis minus obtemperantem cerneret, ad eum iterum scripsit :* Omnipotenti Deo incessanter gratias refero, quia si erga nos in corde vestro virtutum mater caritas permanet, bonorum operum ramos numquam amittitis, qui ipsam bonitatis radicem tenetis. Oportet ergo ut mihi atque omnibus fratribus vestris ejusdem charitatis pulcritudinem in hoc primum opere monstretis, ut verbum superbiæ, per quod grave scandalum in ecclesiis generatur, auferre festinetis..... Tunc enim ostensa caritas vera C est, si per typhum superbiæ inter nos schisma non fuerit (4). *Quin et circa idem tempus ad Mauritium imperatorem, qui Romanum pontificem* indiscretum *et de* frivola appellatione *nimis anxium dicebat, dedit literas, ubi postquam ostendit sese in hoc negotio prudentiæ leges sequi, addidit :* Cyriacum vero fratrem et co-episcopum meum studiose admonere curavi, ut si habere pacem omnium concordiamque desiderat, ab stulti vocabuli se appellatione compescat (5).

atque etiam patriarchis Alexandrino et Antiocheno,

11 *Præterea S. Gregorius, timens ne Elogius Alexandrinus et Anastasius Antiochenus patriarchæ* S. Cyriaco *œcumenici agnomen tribuerent, eo magis quod jam antea in episcopis Constantinopolitanis patriarchæ Alexandrinus et Antiochenus non raro auctoritatem agnoverant, eis dicto mense junio anni* 597 *exposuit qua ratione cum* S. Cyriaco, *servata fidei unitate, pacem ruperit :* Caritas, D *ait*, qua vobis valde constrictus sum, tacere me minime permittit, ut sanctitas vestra quæcumque apud nos agentur agnoscat, et falsis rumoribus non decepta, suæ justitiæ atque rectitudinis viam, sicut perfecte cœpit, perfectius teneat. Responsales siquidem fratris et consacerdotis nostri Cyriaci venientes ejus ad me synodicam detulerunt epistolam. Et quidem inter nos et ipsum, sicut vestra beatitudo novit, propter appellationem profani nominis est gravis discordia, sed in causa fidei transmissos responsales ejus existimavi esse suscipiendos, ne culpa elationis, quæ in Constantinopolitana ecclesia pene contra omnes sacerdotes exorta est, dissensionem fidei et rixam ecclesiasticæ faceret unitati. Eosdem vero responsales, quia hoc omnino humiliter precabantur, missarum solemnia mecum celebrare feci, quia sicut et serenissimo domno imperatori intimare studui, responsales fratris et consacerdotis nostri Cyriaci mihi communicare debuerunt, quia auctore Deo in elationis errorem non cecidi. Meus vero diaconus cum prædicto fratre nostro Cyriaco missarum solemnia celebrare non debet, quia per profanum vo- E cabulum culpam superbiæ aut commisit, aut sequitur ; ne si, quod absit, procedit *(sacra facienti adesse)*, ei in tali elatione posito vanitatem stulti nominis confirmare videamur. Eumdem vero fratrem admonere studui, ut sese a tali elatione corrigat, quia si hanc non correxerit, pacem nobiscum nullo modo habebit (6). *Quid egerit Anastasius nos latet : Eulogius justis Romani Pontificis dicto audiens fuit* (7).

prohibens quoque episcopos Illyrici ad synodum CP. venire.

12 *Verum mense aprili vel majo anni* 599 *nondum titulum œcumenici deposuerat* S. Cyriacus, *et in ea erat sententia ut fas sibi existimaret Thessalonicensem, Dyrachinum, Nicopolitanum, Corinthium, Primæ Justinianæ, Cretensem, Larissæum aliosque episcopos Illyrici Orientalis, quamvis ab antiquissimis temporibus ad patriarchatum Romanum pertinerent, Constantinopolim ad synodum convocare. Quæ cum accepisset S. Gregorius, statim ad episcopos istius tractus dedit litteras, quibus exposuit quo pacto ipse et suus decessor Pelagius cum episcopis Constantinopolitanis, qui œcumenici nomen assumebant, pacem habere renuissent : dein, non immemor quod ecclesia Constantinopolitana, utpote* F *ecclesia* novæ Romæ, *potestatem in Illyricum appeteret, addit :* Præterea pervenit ad nos quod fraternitas vestra ad urbem Constantinopolim sit convocata. Et quamvis piissimus noster imperator agi illic illicita non permittat, tamen ne perversi homines conventus vestri occasione percepta, aut pro hujus nominis superstitione locum surreptionis requirant, aut ob aliam rem facere synodum cogitent, quatenus hoc in ea callidis machinationibus inducant, quamvis sine apostolicæ sedis auctoritate atque consensu nullas quæque acta fuerint vires habeant, verumtamen coram omnipotenti Deo obtestor et moneo ut nullus vestrum illic quibuslibet suasionibus, quibuslibet blandimentis, quibuslibet præmiis, quibuslibet terroribus teneatur assensus ; sed pro æterni judicii consi-

(1) Historiæ Byzantinæ scriptores post Theophanem, pag. 120. — (2) Epistola, Nicolai ad Hincmarum, ap. Labbe tom. VIII, col. 472. — (3) Epist. ad Anastasium, Opp. S. Gregorii M. tom. III, col. 882. — (4) Ibid. Epist. ad Cyriacum, col. 888. — (5) Epist. ad Anastasium, col. 891. — (6) Epist. ad Eulogium, col. 892. — (7) Epist. alia ad Eulogium, col. 933 ; Acta SS. tom. IV Sept. pag. 90 et seq.

deratione

A deratione adversus prava desideria salubriter atque unanimiter vos exhibete; et pastorali constantia atque apostolica auctoritate suffulti, prædonem irruentemque lupum excludite : et in discissionem ecclesiæ sævienti non cedite; ne de hac re quacumque surreptione synodum patiamini, quæ neque legitima quidem, nec synodus dicenda est, celebrari. Hoc quoque pariter admonemus, ut si forte nil actum de hujus perversi nominis mentione fuerit, sed de alia re synodus forte colligitur, omnino sitis cauti, circumspecti, vigilantes, atque solliciti, ne quid illic contra locum aliquem vel personam præjudicialiter sive illicite, vel adversus canones censeatur. Sed si quid incidentis utilitatis causa tractandum est, sic causa de qua agitur formam accipiat, ut statuta vetera nulla convellat. Unde iterum coram Deo et sanctis ipsius admonemus, ut hæc omnia summo studio et tota mentis intentione servetis. Nam si quis, quod non credimus, scripta præsentia aliqua in parte neglexerit, a beati Petri apostolorum principis pace se noverit segregatum. Ita ergo fraternitas vestra, ut, cum Pastor pastorum in judicio venerit, de
B loco regiminis quem accepit reatum habere non possit (1). *Quibus verbis minime indicat S. Gregorius se* S. Cyriacum *ab ecclesiæ communione separasse : sed potius, quemadmodum sæpe in ecclesia factum fuisse ostendit noster Cuperus* (2), *se nolle cum eo commercium habere.*

Ast tandem paruit S. Cyriacus, S. *Gregorio,*

13 *Neque in posterum operæ pepercit S. Gregorius ut ad meliora reduceret* S. Cyriacum, *rursusque ad eum per Bonifacium apocrisiarium, postea Romanum Pontificem, dedit literas, quibus vehementer eum hortatus est* ut profanam elationem, quæ animabus semper adversa est, cordis pede calcaneo, perversi superbique vocabuli scandalum ecclesiæ auferre de medio festinaret, ne a pacis *(Gregorii)* societate divisus inveniri posset. *Dein addit S. Gregorius :* Nam quam durum, quam indecens, quam crudele, quamque a proposito sit sacerdotis extraneum illum pacem quam aliis prædicat non habere, sanctitas vestra consideret, et suos de superbia fratres scandalizare abstineat (3). *Hæc scribebat mense julio anni* 603 *S. Gregorius. Vani tandem ejus non fue-*
C *runt conatus; adeoque, antequam die* 12 *martii anni proxime sequentis, ad cœlum migraret, suis monitis obtemperantem habuit* S. Cyriacum. *Legitur enim apud Joannem diaconum in Vita S. Gregorii :* Cum Mauritius imperator, sacerdotum videlicet Christi contemptor, pro Cyriaco, qui Joanni successerat, suaderet, ne pro caussa tam frivoli nominis Gregorius laboraret, ipse tamdiu pontificatus sui auctoritatibus restitit, quousque pestem universalis nominis ab ipsis etiam subdolis adulatorum labiis penitus abstulisset (4).

Antea S. *Pausicacum episcopum Synnadarum creaverat et permiserat S. Theodorum episcopum Anastasiopolitanum ire in desertum ;*

14 *Priusquam autem hæc fierent,* S. Cyriacus *S. Pausicacum, natione Apamenum, qui ex medico monachus factus erat severissimæ vitæ, ob ipsius meritum Synnadarum in Phrygia episcopum initiavit, quantumvis repugnaret* (5) : *quod aliquale indicium est, eum curasse ut episcopi essent egregii. Verumtamen impulsu Mauritii imperatoris, cui in omnibus morem gerere studebat, S. Theodorum Siceotam, episcopum Anastasiopolitanum in Galatia, ab officio suo absolvi fecit. Scilicet S. Theodorus* (6), *consilio Antiochi eremitæ episcopales curas pertæsus,* cum ad metropolitanum Ancyranorum archiepiscopum Paulum pervenisset, rogabat ut sibi successor daretur : at ille tam bono viro dari non posse respondebat. Cumque magna inter eos contentio esset exorta, convenit inter illos, ut ea res ad beatissimum Constantinopolis patriarcham Cyriacum rejiceretur, et quod ille constituisset, ratum foret. Beatus igitur Theodorus piæ memoriæ imperatori Mauritio et beatissimo patriarchæ Cyriaco supplicavit, ut decernerent, sibi dandum esse successorem : metropolita vero recusationi ejus rationes suas opponebat. Sed beatissimus Cyriacus patriarcha, ita etiam jubente imperatore, metropolitano respondit, ut beati Theodori preces admitteret, et insignia ei propter vitæ sanctitatem et innocentiam relinqueret episcopatus. Mandato igitur parens metropolitanus ab episcopatus onere Theodorum liberavit et episcopatus reliquit insignia. *Contulit deinde se S. Theodorus in solitudinem Heliopolis in Galatia, et dein ad monasterium, divinis fulgens charismatibus.*

AUCTORE R. D. B.

unde hic accersitur a S. Cyriaco *et a Mauritio, qui ejus monasteria declarat exempta.*

14 Eo tempore, *sic pergit Eleusius, discipulus et Vitæ S. Theodori scriptor diligentissimus* (7), pius imperator Mauritius et beatus patriarcha Cyriacus, et principes, litteris suis sanctum Christi servum Constantinopolim accersierant ut eis benediceret. Quamobrem cum eo se contulisset, et beatissimum patriarcham Cyriacum et imperatorem atque senatum consalutasset eisque benedixisset, apud eos commoratus est. Magno autem cum studio et honore imperator et augusta et omnes familiares complexi sunt; et monasteriis ejus immunitates tributæ, illudque concessum ut nulli alii episcopatui subjecta essent : sed sanctissimæ tantum et magnæ ecclesiæ apostolicæ regiæ ipsius civitatis, ita providente Deo, et sancto martyre Georgio opitulante, propter benevolentiam in eos, qui in illis degebant et sacrificabant. *Quæ exemptio eo præclarior est, quod adversabatur canoni* IV *concilii Chalcedonensis* (8), *quo* monachi per unamquamque civitatem aut regionem subjecti esse episcopo *jubebantur. Qui ca-*
F *non, ut reliqui disciplinares hujus synodi, a S. Leone Magno rejectus fuerat ; sed tanto ardentius a Græcis propugnabatur. Dum autem Constantinopoli versaretur S. Theodorus sæpius ejus colloquio frui voluisse videtur* S. Cyriacus. *Certe hæc in illius Vita legimus* (9) : Quodam die tres *energumeni* ad *S. Theodorum* accesserunt, qui in ejus cellula gravissime vexabantur, cum a patriarcha Cyriaco eadem hora accersitus est. Quamobrem beatus vir ire festinans, duobus præcepit, ut liberi essent, et statim humi ad ejus pedes, ut mortui, prostrati sunt. Tertium permisit pati : dæmon enim in illo existens, durus erat, et facile expelli non poterat. Quare vir sanctus fremens : « Quoniam, inquit, sanctissimus patriarcha noster accersivit me, et in præsentia non possum id agere, quod ad te pertinet, sta in hoc loco, et torquere ; neque hinc discede, donec re-

(1) Epist. ad Eusebium aliosque, col. 933. — (2) Acta SS. Chronologia patriarch. Constantin., tom. I Aug. pag. 52 et seqq. — (3) Epist. ad Cyriacum, col. 1290. — (4) Acta SS. tom. II Martii, pag. 179. — (5) Ibid. tom. II Maji, pag. 240. — (6) Ibid. tom. III Aprilis, pag. 49. — (7) Ibid. — (8) Collect. concil. tom. IV. col. 757. — (9) Acta SS. tom. III april. pag. 49.

diero.

AUCTORE R. D. B.

diero. » Et hoc dicto, ad sanctissimum patriarcham se contulit.

§ III. S. Cyriacus imperatorem Phocam coronat. S. Cyriaci mors, sepultura et cultus.

S. Cyriacus, ejecto Mauritio, coronat Phocam imperatorem,

Verum, quo anno (602) *Mauritius filio suo Theodosio uxorem dedit Germani patricii filiam, et sponsis* S. Cyriacus *nuptiales coronas* (1) *pro more Græcorum* (2) *imposuit, exorta est mense novembri Constantinopoli exitialis seditio* (3). *Mauritius scilicet, qui in odium subditorum suorum jure merito venerat, cum tumultus in diem videret crescentes, ipseque* S. Cyriacus, *in quem* dicteria illeberalesque jocos multitudo spargebat (4), eum conviciis proscinderet, de rerum summa desperare cœpit atque media nocte..... simul cum conjuge et liberis in Orientem profugere conatus est (5). *Interea temporis Phocas ex Thracia venit Constantinopolim* et subinde Theodorum a secretis delegat, qui in magnam ecclesiam ingressus, audiente populo, ex tabella recitavit, ac jussit patriarcham, populi factiones et senatum ad Hebdomum *(septentrionalem Constantinopoleos partem)* venire. Quo demum facto, cum universi ad Hebdomum se contulissent, Cyriacus patriarcha sponsionem a tyranno exegit, qua se rectam fidem retenturum, ecclesiamque a turbis immunem conservaturum promitteret (6). *Ita Phocas die* 23 *novembris Constantinopoli salutatur imperator et in Hebdomo, in veneranda æde S. Joannis Baptistæ a* S. Cyriaco *imperatoriam accipit coronam* (7). *Quo ritu Constantinopoli imperatorum inauguratio sæculo* VI *celebraretur, non retulere scriptores, sed opinari fas est eam non fuisse multo diversam ab illa quam descripsit Codinus* (8) *et explicuere Gretzerus* (9), *Goarius* (10) *aliique.*

B

contra quem propugnat ecclesiarum jus asyli.

17 *Ast quatuor circiter annis postquam Phocæ imposuisset coronam* S. Cyriacus, *adversus eum ecclesiarum jus asyli propugnandum habuit. Etenim cum Phocas (anno* 606*) post Mauritii necem Constantinam imperatricem et tres ejus filias, ut factioni eis infensæ placeret, educendas jussisset ex ecclesia S. Sophiæ, ad quam confugerant,* patriarcha Cyriacus Phocæ se opposuit, mulierculas acerbe avelli minime passus. Juramentis autem a Phoca interpositis, securus redditus nihil indignum laturas, sacris septis extrahuntur, et in monasterio includuntur (11).

C

Tandem moritur, sepelitur et colitur ut sanctus.

18 *Brevi post, sede Romana per mortem Sabiniani vacante, temporariam cum æterna vita commutavit* S. Cyriacus. *Legitur enim in Chronico Alexandrino :* Anno Phocæ IV, Ind. IX, post cons. Phocæ Augusti II. Hoc anno *(qui respondet anno* 606) Cyriacus, patriarcha Constantinopolitanus, moritur mense hyperberetæo, secundum Romanos octobri, die XXIX, feria VII : illiusque funus curatum est XXX ejusdem mensis, feria I; et depositum est corpus illius, juxta morem receptum, in æde sanctorum Apostolorum (12). *Cum Chronico Alexandrino concordant S. Nicephorus, patriarcha Constantinopolitanus* (13), *Nicephorus Callistus* (14), *Joannes Leunclavius* (15) *et Matthæus Cigala* (16), *dicentes* S. Cyriacum *(quin aut diem aut mensem ejus obitus assignent), postquam undecim annis ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuisset, obdormivisse in Domino. Dissentiunt vero Theophanes* (17), *affirmans* S. Cyriaco *die undecima octobris anni* 598 *successorem fuisse datum Thomam diaconum et sacellarium ecclesiæ S. Sophiæ; et Philippus Cyprius* (18), *asserens episcopatum* S. Cyriaci *trium tantum fuisse annorum. Sed horum sententia, utpote cum certissimis monumentis et universa rerum serie pugnans, omnino rejicienda est. Præterea ex iis, quæ modo disputavimus, apertum quoque est* S. Cyriacum *duobus mensibus et dimidio ante S. Gregorium obiisse, ac proin Baronium* (19) *ab errore non esse immunem, ubi scribit* S. Cyriacum mœrore et dolore confectum diem obiisse, postquam perceperat a Phoca imperatore fuisse decretum solum Romanum pontificem esse dicendum œcumenicum, nempe universalem episcopum, Constantinopolitanum nequaquam. *Nam hujusmodi decretum neque S. Gregorius, neque Sabinianus, ejus successor, obtinuere; sed hæc felicitas obtigit Bonifacio, qui, mortuo Sabiniano, creatus est Romanus pontifex, medio mense februarii anni* 607, *quod est, tribus mensibus et aliquot diebus post* S. Cyriaci *obitum* (20). *Festum vero* S. Cyriaci *ad diem* 27 *octobris celebrandum indicant Menæa Mazarinæa et vulgata* (21) *Græca, atque secundum hæc Siberi Martyrologium metricum* (22). *Verumtamen olim in ecclesia Constantinopolitana celebrabatur ejus natalis in die anniversario ejus exsequiarum,* 30 *scilicet ejusdem mensis, quemadmodum constat ex calendario hujus ecclesiæ, quod noster Morcellius edidit* (23) *et ad tempora schismate Græcorum antiquiora, ad sæculum nempe medium octavum, referendum esse ostendit. Valde quidem difficile est definire quæ ecclesiæ Constantinopolitanos fastos secutæ fuerint; quoniam, quum ad diem* 28 *octobris synaxariis aut menologiis aliquot græcis et slavicis inscriptum sit S. Cyriaci nomen, qui patriarcha Hierosolymitanus et martyr sub Juliano dicitur, hinc factum est, ut* Cyriacus *Constantinopolitanus cum hoc Cyriaco confusus fuerit. Certe in calendario Ostromirano ad diem* 30 *octobris legitur* (24) : Passio

D

E

F

(1) Theophanes, Chronographia, pag. 190 ; Chronicon Paschale Alexandrinum, pag. 345. — (2) Goarus op. cit. pag. 397 et seqq. — (3) Theophanes, oper. cit. pag. 243; Chronicon Alexandrinum, pag. 345 ; Nicephorus Callistus, Hist. eccles. tom. II, pag. 860. — (4) Theophanes, op. cit. pag. 243. — (5) Nicephorus Callistus, Historia ecclesiastica, tom. II, pag. 860. — (6) Theophanes, op. cit. pag. 243; Nicephorus, op. cit. pag. 860. — (7) Theoph. op. cit. pag. 243; Chron. Alexandr., pag. 345. — (8) De Officiis aulæ et ecclesiæ Constantinop., cap. XX, pag. 138 et seqq. — (9) Ibid, Commentarius in Codinum, pag. 253. — (10) Rituale Græcorum, pag. 925 et seqq. — (11) Theophanes, Chronographia, pag. 247. — (12) Ad annum 606, pag. 303; Bandurus, op. cit. tom. I, pag. 898. — (13) Apud Bandurum, tom. I, pag. 189. — (14) Ibid. pag. 194 — (15) Ibid. pag. 203. — (16) Ibid. pag. 211. — (17) Chronographia, pag. 247. — (18) Apud Bandurum, tom. I, pag. 220. — (19) Annales ecclesiastici, ad annum 606, num. 1 et seqq. — (20) Anastasius bibliothecarius, Vitæ Roman. pontificum, tom. IV, pag. 14, edit. Blanchinii. — (21) Μεναιον του ὀκτωβριου, pag. 166, edit. 1843. — (22) Mensis octobris, pag. 330. — (23) Kalendar. ecclesiæ Constantinop., tom. I, pag. 10. — (24) Martinof, Annus ecclesiasticus Slavicus, pag. 265.

A SS. MM. Cyriaci patriarchæ, Zenobii episcopi et Zenobiæ sororis ejus. *Qui fasti sacri eumdem errorem admiserint quis definiet? Utut id est, legitur* Cyriaci *patriachæ nomen ad diem* 30 *octobris in pluribus calendariis et menæis, scilicet in Ostromirano, Assemaniano, Parisiensi et Sisatovacensi slavicis, atque in calendariis seu synaxariis græcis Hierosolymitano, Naniano, Sirmundiano et Medicæo. In calendario Novgorodensi musæi Rumiantsoviani slavico, uti et in synaxariis græcis Gothano et Mosquensi* Cyrillus *dicitur aut* Cyrillus patriarcha. AUCTORE R. D. B.

DE S. DESIDERIO, EPISCOPO CONFESSORE

AUTISSIODORI IN GALLIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS R. D. B.

§ I. Autissiodorensis ecclesiæ sancti. Cultus et Acta S. Desiderii.

CIRCA ANNUM DCXXI. *Autissiodorum, quod multos sanctos in suis fastis adscriptos habet,*

Autissiodorum, *gallice* Auxerre, *cujus situs in Burgundiæ ducatu et antiquæ origines in opere nostro sæpius fuerunt declarata, inter præstantiores Galliæ Christianæ urbes recensetur, præsertim quod vix una est, quæ sacris suis fastis tot sanctos adscriptos habeat. Quod et iis apertum erit quos non pigebit quinquaginta octo totius collectionis Bollandianæ tomos obiter percurrere: ubi Acta bene multorum sanctorum Autissiodorensium, a nobis vel a nostris decessoribus commentariis aucta, ipsis sese offerent. Horum præcipui sunt SS. Julianus* (1), *Camilla* (2), *Vigilius* (3), *Paladius* (4), *Tetricus* (5), *Mamertinus et Marianus* (6), *Heribaldus* (7), *Amator*(8), *Eusebius et Avitus*(9), *Corcodemus*(10), *Jovinianus* (11), *Valerianus et Valerius* (12), *Eladius*(13), *Marcellianus*(14), *Peregrinus*(15), *Valens* (16), *Helena* (17), *Censurius* (18), *Hericus* (19), *Moderatus et Felix* (20), *Hugo peregrinus in Nanvige* (21), *Angelelmus* (22), *Theodosius* (23), *Marinus* (24), *Ætherius* (25), *Gerannus* (26), *Ursus* (27), *Germanus* (28), *Hugo* (29), *Eleutherius* (30), *Optatus simul ac Sanctinus et Memorius* (31), *Aunarius* (32), *Alodius* (33), *Fraternus* (34), *Firmatus et Flavia seu Flavilla* (35), *Paladia et Porcaria* (36), *Felicula* (37), *Romanus* (38), *Hugo de Montacuto* (39), *Salvius* (40), *Justus* (41), *Humbaldus* (42), *Domnolenus* (43) *et Herefridus* (44). *Cui turmæ adjungendi sunt* S. Desiderius, *qui ut infra explicabitur, die* 27 *colitur, et BB.* Quintilianus, Hainmarus, Maurinus, Aaron, Betto et Guido, *de quibus varias ob causas siluere nostri decessores, et quorum Acta nos in appendice ad* S. Desiderii *Vitam breviter attingemus: item S. Gregorius, aliique sancti, quorum gesta suo loco postea describentur.*

E

2 *Verum Autissiodorensis ecclesia, postquam tanta luce per sexdecim sæcula claruisset, eamdem ac multæ aliæ Gallicanæ experta est cladem: atque anno* 1801, *concordato Pium VII inter et Napoleonem I inito, ejus ditio in duas partes, quarum altera ad diœcesim Nivernensem, altera in qua jacebat Autissiodorum ad Trecensem spectaret, divisa est. Postea cum de augendo diœcesium numero ageretur, et jam res eo devenissent anno* 1817, *ut Autissiodorensis sedes episcopalis qua suffraganea metropoleos Senonensis denuo a Romano Pontifice erigenda esset, hanc antiquam prærogativam, renitentibus religionis hostibus, recuperare non valuit; et annexa est anno* 1821 *archidiœcesi Senonensi, ita tamen ut ab anno vigesimo tertio hujus sæculi archiepiscopus Senonensis, mandante Pio papa VII, una simul debeat nuncupari et inscribi episcopus Autissiodorensis* (45).

post concordatum anni 1801 *partim Nivernensi, partim Trecensi diœcesibus annexa fuit: nunc vero Senonensi.*

C 3 *Hujus ecclesiæ decimus nonus, non vero vigesimus, ut tradit Saussayus* (46), *extitit episcopus* S. Desiderius: *quem vetera monumenta historica testantur decessores habuisse Peregrinum, Marcellianum, Valerianum, Eladium, Amatorem, Germanum, Fraternum, Alodium, Censurium, Ursum, Theodosium, Gregorium, Optatum, Droctoaldum, Eleutherium, Romanum, Ætherium et Aunarium; quos omnes, ut modo dicebamus, legimus inter cælites recensitos. Neque minus certum est cultu ecclesiastico a remotissimis temporibus* S. Desiderium *honestatum fuisse. In antiquo*

Ejus episcopus XIX Desiderius *colitur ab antiquis temporibus.*

(1) Acta SS. tom. I Febr. pag. 331. — (2) Ibid. tom. I Martii, pag. 242. — (3) Ibid. tom. II Martii. pag. 72. — (4) Ibid. tom. I Aprilis, pag. 864. — (5) Ibid. tom. II Aprilis, pag. 95. — (6) Ibid. tom. cit. pag. 758. — (7) Ibid. tom. III Aprilis, pag. 378. — (8) Ibid. tom. I Maji, pag. 52. — (9) Ibid. tom. cit. pag. 423. — (10) Ibid. tom. cit. pag. 453. — (11) Ibid. tom. II Maji, pag. 5. — (12) Ibid. tom. cit. pag. 105. — (13) Ibid. tom. cit. pag. 300; cfr tom. VII, append. pag. 618. — (14) Ibid. tom III Maji, pag. 205. — (15) Ibid. tom. cit. pag. 563. — (16) Ibid. tom. V Maji, pag. 7. — (17) Ibid. tom. cit. pag. 152. — (18) Ibid. tom. II Junii, pag. 277. — (19) Ibid. tom. IV Junii, pag. 329. — (20) Ibid. tom. I Julii, pag. 278. — (21) Ibid. tom. II Julii, pag. 447; cfr tom. VII Julii, pag. 864. — (22) Ibid. tom. cit. pag. 520. — (23) Ibid. tom. IV Julii, pag. 276. — (24) Ibid. tom. VII Julii, pag. 869. — (25) Ibid. tom. VI Julii, pag. 446. — (26) Ibid. tom. cit. pag. 502. — (27) Ibid. tom. cit. pag. 158. — (28) Ibid. tom. VII Julii, pag. 184. — (29) Ibid. tom. II Aug. pag. 550. — (30) Ibid. tom. III Aug. pag. 299. — (31) Ibid. tom. VI Aug. pag. 680. — (32) Ibid. tom. VI Sept. pag. 86. — (33) Ibid. tom. VII Sept. pag. 649. — (34) Ibid. tom. VIII Sept. pag. 135. — (35) Ibid. tom. III Oct. pag. 13. — (36) Ibid. tom. IV Oct. pag. 18. — (37) Ibid. tom. III Oct. pag. 12. — (38) Ibid. tom. cit. pag. 13. — (39) Ibid. tom. V Oct. pag. 315. — (40) Ibid. tom. VII Oct. pag. 855. — (41) Ibid. tom. VIII, pag. 323. — (42) Ibid. tom. cit. pag. 996. — (43) Ibid. tom. IX Oct. pag. 325. — (44) Ibid. tom. cit. pag. 206. — (45) Lebeuf, Memoires d'Auxerre et de son ancien diocèse, tom. II, pag. 403, édit. 1848. — (46) Martyrologium Gall. ad diem 27 Oct.

enim

AUCTORE R. D. B.

enim Martyrologio Autissiodorensi (1), *quod Joannes Lebeuf putat sæculo* XI *exeunte ad usum ecclesiæ Autissiodorensis fuisse confectum, ad diem* 27 *octobris legitur* : Autissiodoro depositio beati Desiderii episcopi : *quæ etiam verba manus aliena, teste Rosweydo* (2), *Martyrologio Adonis inseruit. Præterea tres Martyrologii Adoniani codices antiquissimi, quorum duo sæculo* XII *et tertium sæculo* XI *scripta esse affirmat Dominicus Georgius* (3), *die* 27 *octobris ita exordiuntur* : Autissidoro, depositio beati Desiderii, genere clarissimi. Hic cum esset incredibilium, ut ita dicam, prædiorum possessor, basilicam sancti Stephani protomartyris a parte orientis multo ampliavit, decoreque ammirabili opere ex musivo quodammodo decorata ejus divitiis refulget : et ubi et altare transtulit, atque solemniter consecravit sub die XIV kal. maji. Tenuit vero episcopatum annos XVIII, dies XXV. Quievit tandem in pace, et sepultus est juxta sanctum Aunarium in ecclesia beati Germani episcopi. *Item et Usuardini Martyrologii codex Antverpiensis sæculi* XIV *ineuntis, et editiones Lubeco-Coloniensis et*
B *Greveni sæculi* XV *et* XVI *memoriam* S. Desiderii *faciunt* (4). *Jam vero cum a remotis temporibus hic sanctus cultus fuerit, pronum fuit ut ejus nomen in Maurolyci Martyrologio et in aliis recentioribus, Gallicano scilicet Saussayi, Universali Castellani, Autissiodorensi Caroli Caylus, nec non in Catalogo sanctorum et sanctarum Simonis Peyronnet ad* 27 *octobris inscriberetur. Quinino lex erat, dum staret episcopatus Autissiodorensis, ut presbyteri omnes hujus diœceseos, die* 27 *octobris, festum* S. Desiderii *officio ecclesiastico, quemadmodum patet ex breviariis editis annis* 1580 *et* 1736 *jussu tum Jacobi Amyot, tum Caroli Caylus, antistitum Autissiodorensium, recolerent : atque nostris temporibus clero Autissiodorensi, licet hæc urbs in archidiœcesi Senonensi nunc jaceat, idem munus incumbit* (5) : *dein invocatio ad* S. Desiderium *fiebat in litaniis omnium Sanctorum, prout olim a Jacobo Amyot et Carolo Caylus præscriptæ fuerant* (6).

Cujus Acta scripsere viri spectabiles sæculis IX, XIII et XIV,

4 *Quamvis vero plures veteres auctores, nempe Gestorum pontificum Autissiodorensium* (7) *et librorem de miraculis S. Germani* (8) *atque Robertus seu anonymus S. Mariani Autissiodorensis* (9) *et Guido abbas S. Germani ejusdem urbis* (10), *vel etiam auctor veteris codicis Petaviani, a Philippo Labbeo* (11) *editi, de* S. Desiderio *Autissiodorensium episcopo meminerint, nullus tamen ejus Vitam ex integro literis mandavit : et qui paulo longiore stylo eam prosecuti sunt, vel non nisi brevem* S. Desiderii, *pro re nata, notitiam dare, ut auctor librorum de Miraculis S. Germani, vel munificentiam ejus erga ecclesias potius quam alia ejus gesta posteris tradere sibi proposuerunt. Et ut actorum* S. Desiderii *penitior notitia habeatur, non oblivioni dandum est Gesta pontificum Autissiodorensium non unius, sed plurium manu fuisse exarata : quod et legitur in hac ipsa historia, ubi agitur de Wala, sæculo nono episcopo Autissiodorensium :* Hujus siquidem patris, de quo loquimur, studium fuit magistros litterarum charitative amplecti, eorumque alloquiis et consiliis uti, suoque convivio participari. Quocirca duo luminaria collegii nostri Rainogala et Alagus, collaborante Heirico, teosopho simul et monacho, gesta præsulum istius sedis compendiose atque commatice elucubratis paginis indiderunt (12). *Ex quibus liquet historiam episcoporum Autissiodorensium usque ad Walam, modo ad nostrum ævum incorrupta et genuina pervenerit (quod negant, quin probent, auctores Historiæ litterariæ Franciæ* (13), *et dubium habet decessor noster Pierius* (14),) *tribuendam esse duobus canonicis Autissiodorensibus et Heirico, monacho S. Germani. Quod si quis petierit, quonam tempore hi tres historiographi vixerint, respondendum erit id contigisse sæculo nono, uti de Heirico, qui inter sanctos relatus est, demonstrarunt decessores nostri* (15). *Verum licet laudata historia præcipuus Autissiodorensium originum et antiquitatum ecclesiasticarum sit fons, nullus tamen negabit eam mendis præsertim chronologicis inspersam esse, atque desiderium accuratioris diligentiæ excitare; et quidem speciatim Acta* S. Desiderii, *quemadmodum postea videbimus, hinc inde non paucis obvoluta sunt spinis. Alius scriptor Gestorum* S. Desiderii *habendus est monachus S. Mariani Autissiodorensis; quem Robertum fuisse, ac anno* 1212 *diem supremum explesse putant multi. Hic a suo continuatore dicitur* egregie litteratus et eloquens impense, in historiarum notitia nulli temporis sui secundus. *Neque minorem laudem assecutus est sæculo* XIV *Guido, abbas S. Germani Autissiodorensis. Erat enim vir magni ingenii et præcellentis virtutis, qui ad historiam sui monasterii quam exactissime describendam nulli operæ pepercit, ita ut ejus biographus hanc ei dederit laudem* : O quam noctes transiverit insomnes, ut nobis subditis suis quietem præpararet, legendo videlicet et studendo literas et cartas nostras, quæ a tantis et tam longinquis temporibus et tam diversis figuris seu literis extraneis sunt
F formatæ et confectæ, quod vix aut numquam nostris temporibus posset nobis series reserari, unde seriem prædictarum literarum seu cartarum post multos labores et angustias in quadam cartulari bene legibili fecit inscribi et apponi (16).

erga quos non sat æquus est Longueval,

5 *Verumtamen consentire non possum Longuevallio* (17), *increpanti Heiricum ejusque socios, quasi ad magis exornandam* S. Desiderii *Autissiodorensis vitam, ei tribuissent nonnulla præclare facta S. Desiderii Cadurcensis, qui circa annum* 670 *obiit. Quam accusationem præsertim instruit, quod laudati*

(1) Martene, Amplissima collectio, tom. VI, col. 728. — (2) Appendix ad Martyrologium Adonis, edit. Rosweydi. — (3) Martyrologium Adonis, opera Georgii, pag. 349 et seq. — (4) Ap. Sollerium, Martyrologium Usuardi, pag 631 et seq. — (5) Ordo divini officii Senonensis et Autissiodorensis pro annis 1827 et 1838. — (6) Breviarium Autissiodorense anni 1580; item anni 1736. — (7) Labbe, Bibliotheca Mss. tom. I, pag. 622; Duru, Bibliothèque Historiq. de l'Yonne, tom. I pag. 333. — (8) Labbe, Bibliotheca Mss. tom. I, pag. 566; Biblioth. Historiq. de l'Yonne, tom. II, pag. 153 et 176. — (9) Ap. D. Bouquet, Recueil des Historiens etc. tom. X, pag. 295. — (10) Labbe, Biblioth. Mss. tom. I, pag. 573. — (11) Bibl. Mss. tom. I. pag. 331. — (12) Biblioth. de l'Yonne, tom. I, pag. 337. — (13) Histoire litt. de la France, tom. V, pag. 541. — (14) Acta SS. tom. VII Julii, pag. 87. — (15) Ibid. tom. IV Junii, pag. 829. — (16) Gesta abbatum Autissiodorensium, ap. Labbe, Biblioth. Mss. tom. I, pag. 586. — (17) Hist. de l'Eglise Gallicane, tom. V, lib. X, pag. 122, edit. 1826.

biographi

A *biographi narrant.* S. Desiderium *Autissiodorensem monasterio S. Amantii in territorio Cadurcensi multa eaque magna contulisse dona, cum hæc munificentia potius ad S. Desiderium Cadurcensem spectet; qui, ut refert scriptor ejus Vitæ,* ædificavit monasterium sub ipso Cadurcæ municipio in cunctis ædibus eximium, septingentos circiter et quinquaginta passus a præcipua pontificum sede distante. *Et inferius sic pergit :* Nullum quidem eo tempore in urbe Caturcæ propositum monachi, neque habitus religionis aut regulæ cœnobialis intraverat : secta Columbani procul aberat, instituta B. Benedicti longe distabant: Desiderii autem tempore hæc secta Caturcæ intravit; hujus sub die hæc religio adolescere cœpit : nam et Marciliacense cœnobium hujus temporis a viris laudabilibus Aneberto et Leutado initiatum est. Et in ipso oppido sancti viri monasterium his diebus exorditur; alia complura monasteria suo tempore sata creverunt (1) : *neque in præsentiarum prætereundum est, hæc fuisse posteris a* viro *quem Mabillonius* gravem et æqualem *appellat, tradita* (2). *Quæ Longuevallii animadversio videtur minus æqua, cum fides non sit abneganda Heirico, Alagæ et Raingolæ, qui, uti manifestum est, fuerunt quoque viri fide dignissimi, et* S. Desiderii *Autissiodorensis testamentum, quod ejus donationes S. Amantii monasterio factas continebat, manibus versarunt: neque hoc impedit quominus id cœnobium postea a S. Desiderio Cadurcensi fuerit prorsus renovatum, et ideo ab eo ædificatum dicatur. Dein cum S. Gregorius Turonensis, qui sæculo sexto extremo ad cælestem vitam transiit, meminerit de abbate Cadurcensi coævo* (3), *et Dagobertus rex in capitulari, quo S. Desiderii electionem ratam habet, dixerit :* Et dum civium abbatumque Cadurcorum consensus hoc omnimodis exposcit, ut eum *(Desiderium)* episcopum habeant, et nostra devotio similiter consensit (4), *indubium est multo ante S. Desiderium Cadurcensem in hoc pago viguisse vitam monasticam. Neque pugnant inter se Acta utriusque* S. Desiderii *: quin potius optime inter se concordant. Sæculo enim* VII *exeunte vocabulum* monachi *tantum intelligebatur de his, qui S. Benedicti regulam, seu*

B

C *complexum statutorum SS. Benedicti præsertim et Columbani sectabantur : cujus rei hæc erat causa, quod medio sæculo* VII, *uti inferius num.* 13 *ostendemus, in omnibus fere Galliæ monasteriis, etiam quæ olim rexerant SS. Martinus, Cæsarius, etc., et quidem in monasterio S. Amantii tempore S. Desiderii Cadurcensis regula S. Benedicti fuerit introducta. Verum tanta ejus non erat laus tempore S. Gregorii Turonensis,* S. Desiderii *Autissiodorensis et regis Dagoberti. Quapropter nemo negabit fieri potuisse, quin veritati deessent, ut alii affirmarent, alii negarent ante* S. Desiderii *Cadurcensis tempora hunc pagum incoluisse monachos. Atque hæc de Longuevallii censura.*

quamvis in accipiendo Ingundem pro alia regina

6 *Errant tamen biographi narrantes* S. Desiderium *simul cum regina Ingunde, Chlotarii regis uxore, multa pietatis opera promovisse. Etenim in Annalibus Francorum nonnisi de duabus reginis nomine Ingundibus sermo fit : quarum prior matrimonio cum Chlotario I, vita functo anno* 562, *fuit juncta : posterior vero, filia Sigeberti, regis Austrasiæ, conjugium iniit cum S. Hermenegilde, filio regis Visigothorum, eumque ex Arianismo ad veritatem catholicam adduxit, atque anno* 585 *obiit : unde fluit, cum* S. Desiderius *episcopatum non nisi post utriusque Ingundis mortem adierit, biographos ejus accepisse uxorem Chlotarii I pro conjuge alterius regis, quam existimo fuisse vel Haretrudem vel Beretrudem, duas priores easque successivas Chlotarii II uxores. Haretrudem autem ad alteram vitam anno* 30 *regni Chlotarii II seu* 614 *Christi jam transiisse certum est; nam in Fredegario legitur Chlotarius eo anno cum Beretrude regina ad villam Maurolegiam in Alsatia venisse : Beretrudis vero, ut ex Fredegarii cap.* XLVII *constat,* anno 36 regni Chlotarii *animam posuit. Verum, cum quo tempore* S. Desiderius *Autissiodorensem ecclesiam regeret, Haretrudes et Beretrudes successivo essent matrimonio cum Chlotario vinculatæ, pronum est concludere* S. Desiderii *biographos pro Haretrude vel Beretrude accepisse Ingundem Chlotarii I uxorem.*

auctore R. D. B.

E

et Desiderium *Autissiodorensem pro Viennensi errarint*

7 *Alium in errorem ceciderunt Rainogola, Alagus et Heiricus, scribentes* S. Desiderium *a S. Gregorio Magno petiisse pallium, quoniam id suæ ecclesiæ pontifices Romani antiquitus concesserant : eique fuisse responsum, cum in scrinio apostolico nullum instrumentum, unde id probaretur, inveniretur, non esse indulgendum usquedum a* Desiderio, *cui hunc in finem chartæ suæ ecclesiæ pervestigandæ essent, transmissum foret ad Urbem pristinæ prærogativæ testimonium. Ast nemini inter eruditos persuasum non est auctores laudatæ historiæ errore scripsisse* Desiderium *Autissiodorensem loco Desiderii Viennensis; idque eo magis evidens est quod nuspiam in scriptis veterum deprehenditur aliquis ex Autissiodorensibus antistitibus, cui pallium fuerit missum; contra episcopi Viennenses plures hac dignitate fuerunt decorati. Adde quod in codicibus omnino authenticis et genuinis epistola inscripta est* Desiderio episcopo Galliarum, *vel etiam* episcopo in Galliis *aut* episcopo Gallicinæ civitatis (5), *non secus ac aliæ epistolæ indubie ad Desiderium Viennensem scriptæ, quibus titulus est :* Desiderio, episcopo Galliæ (6) ; *vel* episcopo in Gallia (7); *quinimo et alia :* Desiderio Viennensi et Syagrio Augustodunensi, episcopis Galliæ a paribus (8). *Quibus perpensis verisimile nobis videtur, auctores Gestorum pontificum Autissiodorensium in archivio hujus ecclesiæ apographum epistolæ S. Gregorii Magni* Desiderio, episcopo Galliarum, *obvium habuisse, ac non cogitantes de episcopis, quibus in aliis civitatibus fuerat idem nomen, eam tamquam ad* Desiderium *Autissiodorensem scriptam suæ narrationi inseruisse.*

F

et nonnulla S. Desiderii *gesta prætermiserint.*

8 *Neque est dubium quin Raingola ejusque socii multa* S. Desiderii *præclare gesta prætermiserint, vel quia non satis eis erant com-*

(1) Labbe, Biblioth. Mss. tom. I, pag. 707; tom. II, append. pag. 2. — (2) Sæculum Bened. IV, part. I, præf. num. 109. — (3) Historia Francorum, lib. VII, cap. 30, ap. Bouquet, tom. II, pag. 305. — (4) Baluzius, Capitularia regum Francorum, tom. I, col. 141. — (5) Opera S. Gregorii M. tom. II, col. 1019 et seq. — (6) Ibid. col. 1139. — (7) Ibid. col. 1205. — (8) Ibid. col. 831.

AUCTORE R. D. B.

perta, vel quia minus ad eorum scopum spectabant. Hinc silent S. Desiderium *non parum promovisse apud Autissiodorenses cultum S. Cotti, qui simul cum S. Prisco, cujus erat socius, aliisque multis vitam in Christianæ religionis testimonium Cociaci* fuderat. Legitur enim in Martyrologiis Mss. Corbejensi et Teruanensi* (1) *ad* VII *junii :* Autissiodoro loco Cottiaco, passio S. Prisci cum sociis suis, cum innumera martyrum multitudine tempore Aureliani imperatoris, sub Alexandro præside : qui cum Christum negare cogerentur... atque illi nequaquam acquiescerent... a gladiatoribus mox interfecti, atque in puteum jactati sunt. Unus autem ex commilitonibus, Cottus nomine, arrepto capite S. Prisci, fugam petiit : sed insequentibus eum paganis, et ipse vitam pretiosa morte finivit. Latuit autem caput martyris Prisci utque ad tempora B. Germani episcopi..... Sed et corpus B. Cotti martyris, post multorum circulos temporum, B. Desiderio episcopo a Domino revelatum est, atque ab eo honorifice traditum sepulturæ, non longe a capite S. Prisci, sub die XIV kalendas februarii. *Addit Joannes*
B *Lebeuf S. Cotti tumulo, tempore* S. Desiderii, *fuisse inscriptum :* HIC REQUIESCIT SANCTUS COTTUS QUI CUM CAPITE S. PRISCI MARTIRIS SUSCEPIT MARTIRIUM (2). *Ast Cll. viri Challe et Quantin* (3), *ambo antiquitatum medii ævi non parum periti, sententiam Joannis Lebeuf, cum literæ epitaphii sæculum* XI *redoleant, manifesti erroris incusant.*

Saints-en-Puisaie.

§ II. S. Desiderii natales, ætas, obitus, sepultura et translatio prior.

S. Desiderius *videtur ex regia Visigothorum prosapia ortus,*

Quo anno, quo loco, quo patre natus sit S. Desiderius, *incertum est. Attamen ex Septimania, Aquitaniæ provincia, Visigothis usque ad primos sæculi* VIII *annos subjecta, atque ex ipsa hujus gentis domo regia oriundus videtur, quandoquidem auctores Gestorum pontificum Autissiodorensium* (4), *et Heiri-*
C *cus in libris de miraculis S. Germani* (5), *non secus ac Martyrologii Adoniani* (6) *codices tres sæculi* XI *et* XII *eum Aquitanum et consanguineum Brunechildis, filiæ regis Visigothorum, ejusque filiorum prædicant : quinimo scriptor Vitæ S. Hugonis, monachi Æduensis, eum fuisse nepotem Brunechildis superaddit* (7); *cui sententiæ favet, quod* S. Desiderius *missorium argenteum librarum* XXXVII *cum nomine Thorsomodi, regis Gothorum, inciso, inter suos thesauros habuerit. Rejicienda itaque est opinio Antonii Godeau, episcopi Venciensis* (8), *qui* S. Desiderium *ex ignobili prosapia ortum ob hæc Fredegarii* (9) *verba autumat :* Eo anno *(tertio regni Theudeberti)* Brunechildis ab Austrasiis ejecta est, et in Arciacensi Campania a quodam homine pau-
D pere singula reperitur. Secundum ejus petitionem ipsa ad Theudericum perducitur. Theudericus, aviam suam Brunechildim libenter recipiens, gloriose honorat. Hujus vicissitudine meriti episcopatum Audiciodorensem, faciente Brunechilde, assumpsit. *Neque Bernardo Montfauconio* (10), *qui, narrationem Fredegarii veritati consonam putans, suspicatur Brunechildis ducem itineris, post adeptum episcopatum Autissiodorensem, tamquam intrusum a clero et populo fuisse dejectum, assentiendum censeo; cum in nullo antiquo documento aliquid simile referatur. Immo id potius pugnat cum Gestis pontificum Autissiodorensium, in quibus deprehenditur post mortem S. Aunarii, sub cujus episcopatu Brunechildis ex Austrasia in Burgundiam fugere coacta fuit, sedem ejus diebus tantum septem vacasse, ac dein a* S. Desiderio *usque post Brunechildis obitum fuisse occupatam. Haud minus displicet, utpote nullatenus probata, sententia Joannis Lebeuf, cui satis arridet hunc pauperem, quem Fredegarius celebrat, postea a* S. Desiderio, *petente Brunechilde, in chorepiscopum fuisse assumptum.* E *Multo itaque verisimilius est allata Fredegarii verba esse vel rejicienda tamquam fabulam, vel referenda ad episcopum alterius civitatis.*

vixitque sæculis VI et VII;

10 *Præterea manifestum est* S. Desiderium *vixisse sæculis sexto et septimo. Heiricus enim et socii narrant eum Autissiodorensem ecclesiam gubernasse, cum Chlotarius II, Brunechildis ejusque filii regnorum Franciæ habenas tenerent, et S. Gregorius Magnus, Sabinianus, Bonifacius III et IV præsessent pontifices Romani universæ ecclesiæ, simul ac Phocas et postea Heraclius imperium Constantinopolitanum regerent : adde quod ejus successor in cathedra Autissiodorensi, S. Palladius, sub pontificibus Romanis Deusdedit, Bonifacio V, Honorio, Severino, Joanne atque Theodoro annos viginti sex et menses tres sederit. Ast vero mortuus est S. Gregorius Magnus mense martio anni* 604, *Brunechildis anno* 613, *Bonifacius IV anno vel* 614 *vel* 615. *Item Deusdedit, qui incepit pontificatum anno vel* 614 *vel* 616, *e vivis recessit mense januario anni vel* 617 *vel* 619. *Unde deducimus* S. Desi- F derium *cathedram Autissiodorensem ascendisse ante annum* 604, *et mortem oppetiisse ante annum* 619. *Hinc etiam ruunt sententiæ eorum, qui de anno, quo* S. Desiderius *ad pontificatum Autissiodorensem pervenit, disputantes, assignant cum Cointio* (11) *annum* 605, *vel etiam asserunt, præeuntibus Henschenio* (12), *Mabillonio* (13), *Joanne Lebeuf* (14) *atque monachis Maurinis auctoribus Galliæ Christianæ* (15), *eum anno* 621 *aut* 622 *vita functum esse.*

obiit die 27 *octobris sepultusque fuit prope S. Germanum:*

11 *Dies obitus* S. Desiderii *certo innotescit; quippe qui* VI *kalendas octobris, id est,* 27 *octobris, in martyrologiis omnibus inscriptus sit. Quibuscum conveniunt Gesta Pontificum Autissiodorensium, in quibus hæc leguntur :*

(1) Acta SS. tom. VI Maji, pag. 365 et seqq; Histoire littér. de France, tom. VIII, pag. 590 et seqq. — (2) Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 143, tom. II, pag. 96. — (3) Ibid. tom. I, pag. 143. — (4) Labbe, Biblioth. Mss. tom. I, pag. 566. — (5) Ibid. pag. 422. — (6) Martyrol. Adonis, pag. 547 et seq. edit. Georgii. — (7) Acta SS. ordinis S. Benedicti, sæc. V, pag. 94. — (8) Histoire de l'Église, tom. IV, liv. II, pag. 318. — (9) Duchesne, Historiæ Francorum scriptorum tom. I, pag. 746. — (10) Les monuments de la monarchie française, tom. I, pag. 133. — (11) Annales ecclesiastici Francorum, tom. II, pag. 570. — (12) Acta SS. tom. I Aprilis, pag. 865. — (13) Annales Benedictini ad annum 622, tom. I, pag. 292. — (14) Memoires etc. tom. I, pag. 136. — (15) Tom. XI, col. 268.

Feliciter,

A Feliciter, vitæ peracto tempore, plenus virtutibus, migravit ad Christum sub die VI kalend. novembris, et sepultus est juxta S. Aunarium in basilica beati Germani (1). *Accedit Heiricus, qui in libro secundo Miraculorum S. Germani refert* S. Desiderium, vitæ peracto cursu, sexto kalendarum novembris supremam sortitum diem, in ecclesia B. Germani debita veneratione translatum fuisse (2). *Neque magis ambigendum est de* S. Desiderii *sepulturæ loco: legitur enim in libro Miraculorum S. Germani*, supremam sortitus diem, in ecclesia beati Germani debita veneratione translatus esse. *Et in Gestis pontificum Autissiodorensium hæc occurrunt:* Sepultus est juxta S. Aunarium in basilica beati Germani: *idemque traditur in laudatis Martyrologii Adoniani codicibus. Verum S. Aunarium, juxta quem tumulatus fuit* S. Desiderius, *prope S. Germanum sepelierant Autissiodorenses, ut scribit primo B. Heiricus in libro de Miraculis S. Germani, hisce verbis:* Beatus Aunarius.... VII kalendarum octobrium, sancto spiritu plenus, decessit, et in basilica beati Germani, prope corpus ejus, de-
B bita reverentia appositus est ad patres suos (3). *Dein auctor anonymus Vitæ S. Aunarii:* Ad patriam die VII kalendas octobris, duce Christo, migravit. Sicque summa cum gloria sub frequentia populorum in ecclesia beati Germani tumulandus deducitur; ubi condigno honore prope corpus ejusdem sanctissimi patris et beatissimi confessoris sepultus libenter excolitur (4). *Liquet itaque et ipsum* S. Desiderium *non longe a S. Germano sepulturæ fuisse datum.*

unde ejus reliquiæ translatæ fuere anno 859 *ad novas S. Germani cryptas.*

12 *Quieverunt* S. Desiderii *exuviæ prope S. Germanum usque ad annum* 841, *quo S. Heribaldus, Autissiodorensium episcopus, S. Germani corpus, adstantibus imperatore Carolo Calvo ejusque fratre Ludovico Germanico, in aliam earumdem ædium partem transtulit, quin tamen a suo loco dimoverentur aut S. Aunarius, aut* S. Desiderius. *Verum cum anno* 859 *lipsana S. Germani ad cryptas, constructas a Conrado comite, (postquam hic oculi, quem medici ad unum omnes insanabilem fatebantur, sanitatem ad sepulchrum S. Germani recuperasset), secundo essent*
C *translata, triennio post, anno scilicet* 862, *huc etiam magna pompa* S. Desiderii *et SS. Alodii, Ursi, Romani, Theodosii, Aunarii, Fraterni, Censurii et Gregorii, episcoporum Autissiodorensium, atque etiam SS. Urbani papæ, Innocentii, Tiburtii, pueri Moderati, martyrum, aliorumque sanctorum corpora fuerant asportata. Non lubet quidem historiam cryptarum Autissiodorensium, quas post S. Heiricum* (5) *alii* (6) *descripserunt, exponere: magis placet inhærere translationi alteri corporis* S. Desiderii.

AUCTORE R. D. B.

§ III. Origines cœnobii Meleretensis. Altera S. Desiderii translatio.

Ad Meleretense cœnobium * Notre-Dame-de-Moutiers.

Meleretense seu Meleredense * *monasterium, quod B. Heiricus a Quintiliano, Puisayæ dynasta, patre S. Quintiliani, episcopi Autissiodorensium, sæculo* VIII *conditum fuisse refert, ut Brittonibus, per Puisayam Romam peregrinantibus (quorum numerus tunc temporis erat permagnus), xenodochium esset* (7), *ab exordio regulam S. Benedicti legis loco observavit. Hæc enim a sexto ad nonum sæculum, ut optime probat Mabillonius* (8), *paulatim, utpote plerisque monachis Gallis acceptior, in omnibus tum antiquis, tum novis monasteriis (pedetentim omissis S. Martini, S. Columbani, aliorumque sanctorum institutis) admissa est; eaque tantam laudem apud omnes est assecuta, ut Carolus Magnus anno circiter* 811 *episcopos et* E *abbates sui regni interrogare non dubitaverit* utrum aliqui monachi esse possent præter eos qui regulam S. Benedicti observant. Item si in Gallia monachi fuissent, priusquam traditio regulæ S. Benedicti in has parochias devenisset (9). *Neque diu post suam fundationem Meleretense monasterium, non secus ac multa alia Galliæ monasteria, a viris laicis occupatum fuit et ab abbatibus sæcularibus gubernatum seu potius expilatum: quam perniciem sustinuit, usquedum Conradus, comes Autissiodorensis, quem ad S. Germani tumulum a morbo sanatum vidimus, ei pristinam libertatem restituerit, seu potius monasterio Autissiodorensi S. Germani unitum declaraverit. Sed cœnobium Meleretense, ita restauratum, paulatim eamdem viam ac multa alia ingressum est, atque sæculo undecimo incunte, cum ex ejus claustris disciplina regularis exularet, simul etiam res domesticæ in dies labefactatæ sunt* (10). *Quam duplicem calamitatem Helricus, Autissiodorensium Benedictinorum abbas, e medio tollere vehementer cupiens, commisit, anno circiter* 939, *Tealdo monacho, qui* F *et ipse postea abbas S. Germani fuit, ut cœnobii Meleretensis incolas ad virtutis tramitem reduceret, eisque quæ ad victum erant necessaria suppeditaret. Itaque illud, uti refertur a Guidone, Autissiodorensium abbate, qui fatetur se suam narrationem ex Gestis pontificum hujus civitatis desumpsisse, Tealdus* reformavit ac sublimavit tamque ædificiis quam possessionibus ac suppellectili auri et argenti plurimum decoravit, et per manum Hugonis, episcopi Autissiodorensis, obtinuit consecrari (11). *Præterea ad ecclesiam Meleretensem, ut restaurato cœnobio novum decus accederet, translatum fuit corpus* S. Desiderii. *Cujus rei memoriam nobis reliquerunt historiographi Autissiodorenses.*

(1) Labbe, Biblioth. Mss. tom. I, pag. 426. — (2) Acta SS. tom. VII Julii, pag. 280. — (3) Ibidem, loco citato. — (4) Acta SS. tom. VII Sept. pag. 107. — (5) Ibid. tom. VII Julii, pag. 273 et seq.; Labbe, Bibl. Mss. pag. 565. — (6) Fournier, Description des saintes grottes de l'église S. Germain d'Auxerre. — (7) Gesta pontif. Autiss. apud Duru, tom. I, pag. 349; Historia miraculorum S. Germani, Bibl. Mss. tom. I, pag. 349. — (8) Acta SS. Ordinis S. Benedicti; Præf. in Sæc. I, num. 65; Præf. I in Sæc. IV, num. 129 et seq. Cfr tamen Acta SS. tom. II Octobris, pag. 472 et seqq. — (9) Sirmundus, Collectio concil. Galliæ, tom. II, Interrog. XII, pag. 263. — (10) Mabillon. Præf. Sæc. III. Bened. part. I, § 89. — (11) Gesta Abbatum S. Germani Autissiodorensium, ap. Labbe, Bibl. Mss. tom. I, pag. 574.

Anno

transfertur anno 939 integrum fere corpus S. Desiderii.

14 Anno igitur, *inquiunt*, circa nongentesimum sextum a Passione Dominica cœnobium Meleretense, jubente Heldrico monasterii sancti Germani abbate, per dominum Tealdum monachum, qui eidem tertius in regimen successit, honorifice amplificatum atque sublimatum est, tamque ædificiis quam possessionibus, ac suppellectili auri argentique opido decoratum, atque ab eodem pontifice solemniter, ut decebat, constat esse sacratum : in qua etiam consecratione interdixit sub anathemate, ut nullus mortalium presumere deinceps auderet vim seu calumniam, nec aliquam tortitudinem inferre pro quavis occasione rebus ejusdem ecclesiæ. Contigit vero post hæc, ut beati Desiderii, egregii pontificis Autissiodorensis, corpus, quod in ecclesia beati Germani sepultum habebatur, illuc deferri a fidelibus rogaretur : præcipue tamen a prædicto fratre Tealdo, qui eumdem sublimaverat locum; sed, ut in talibus fieri assolet, inter partium velle seu nolle aliquod temporis spatium evolutum est; tandem, procurante episcopo, concessum est a monachis seu a cetero clero et totius pagi populo, ut exoratum fuerat, deferri:
B repositum namque est supradicti pontificis venerabile corpus in argentea theca, centum appendente libras, sicque cum exultatione totius plebis deportatum est honorifice ad monasterium Meleretense, cognomento Vallis-Pentane, ibidemque in ecclesia Genetricis Dei Mariæ constat esse locatum : quo in loco, eodem exorante, plurima præstantur poscentibus beneficia (1). *Quam narrationem confirmat Robertus, monachus S. Mariani Autissiodorensis* : Hugo, *inquiens*, Meleretense cœnobium:... sacravit; corpusque B. Desiderii illuc transferens, in argentea theca reposuit (2). *Neque tamen ita sese spoliarunt exuviis* S. Desiderii *Autissiodorenses monachi, quin earum aliquam partem sibi reservarint : idque apertum est ex eo quod sæculo* XIII *in S. Germani ecclesia magna cum reverentia lipsana* S. Desiderii *servarent in pretiosa capsula : quam capsulam Rudolphus abbas circa annum* 1193 *venumdare coactus fuit, qui posset exsolvere æs alienum, quod contraxerat, ut contra Hugonem de Noeriis, Autissidorensium episcopum, privilegia monasterii S. Germani ejusque abbatum jure ac*
C *judicio integra servaret* (3). Hic *(Rudolphus), ait scriptor Gestorum abbatum Autissiodorensium*, ut asseritur, ab Hugone de Noeriis, Autissiodorensi episcopo, super usu mitræ et annuli infestatus est multipliciter; qui etiam episcopus commovit contra eum Constantium priorem S. Germani et quosdam alios monachos; unde orta est maxima dissensio in monasterio. Quibusdam monachis adhærentibus abbati, quibusdam contra ecclesiam suam faventibus episcopo, propter quam monasterium tanto fuit debitorum onere pressum, tanta inopia, tam spiritualiter quam temporaliter desolatum, quod numquam potuit adjicere ut resurgeret, usque ad tempus Regnaudi abbatis. Capsula etiam beati Germani, olim a bonæ memoriæ Lothario abbate, filio Karoli regis, et gemmis decorata, remanentibus tantum frontibus, auro et gem- D
mis excoriata extitit. Capsulæ quoque beatorum Urbani papæ, Aunarii et Desiderii præsulum fuerunt similiter spoliatæ (4).

Verum non hæc sed prior translatio fuit culta die 17 *augusti.*

15 *Jam exsurgit quæstio, cum* S. Desiderii *duplex fuerit facta translatio, utra recolatur in Martyrologio Autissiodorensi, quod primus Martene* (5), *dein novis et diligentioribus curis denuo Cl. viri Challe et Quantin ediderunt* (6). *Legitur itaque ibi ad* 16 *augusti :* Autissiodero translatio Augnarii et Desiderii episcoporum. *Pierii nostri et Joannis Lebeuf sententia est hanc translationem tunc sacris fastis adscriptam fuisse, quando sacra eorum ossa exhumata atque in pretiosas thecas transposita fuere : quod factum esse putat Lebeuf circa annum* 1030, *quia sub idem tempus testimonio Gestorum pontificum Autissiodorensium* S. Desiderii *corpus*, quod in ecclesia beati Germani sepultum habebatur,..... repositum est in argentea theca, centum appendente libras (7). *Verum, cum hocce in loco agatur tantum de lipsanis* S. Desiderii *translatis circa annum* 939 *ad monasterium Meleretense, neque historicus verbum ullum de S. Aunarii reliquiis* E
faciat, non assentiendum videtur Pierio nostro (8) *aut Joanni Lebeuf* (9), *sed potius dicendum Nevelonem seu auctorem laudati Martyrologii memoriæ tradidisse translationem SS. Aunarii et* Desiderii *ad cryptas S. Germani. Quod si tantum utriusque sancti, non vero aliorum translatio memoratur, id factum esse videtur, quia tunc ut primum solemni cultu Autissiodorenses hos duos sanctos venerati sunt. Etenim sancti martyres Mauritius et Innocentius, Agaunenses, Urbanus et Tiburtius, Romani, a pluribus sæculis albo sanctorum, utpote martyres vindicati, erant adscripti. Sancti vero Romanus, Fraternus et Censurius, episcopi Autissiodorenses, cum et ipsi in testimonium virtutis Christianæ sanguinem fudissent, non est dubium, quin brevi post suum agonem cultu publico apud Autissiodorenses fuerint honestati. Idem dicatur de episcopis Lupo et Urso atque puero Moderato martyre, qui, ut refert B. Heiricus* (10), *jam dudum inter cælites recensebantur. Unde cum SS. Urbani, Gregorii aliorumque vel elevatio, vel trans-* F
latio pridem esset facta, atque hæc solemnitas nunc primum celebraretur in honorem SS. Aunarii et Desiderii, *non mirum est SS. Aunarii et* Desiderii, *aliis sanctis prætermissis, translationem, quæ æquipolleret præsenti beatificationis officio, ad diem* 16 *augusti in Autissiodorensibus fastis annuntiari. Neque tamen me fugit in laudato illo veteri Autissiodorensi Martyrologio, ad diem* 22 *septembris hæc occurrere* (11): Autissiodoro depositio et translatio S. Augnarii episcopi; *atque etiam in tribus codicibus Adoniani Martyrologii* (12) *et in Fuldensi* (13) *Martyrologio* : Autissiodoro natalis et translatio Aunarii episcopi et confessoris, *atque inde impugnari posse ea quæ modo disputabamus. Sed cum S. Aunarius,*

(1) Bibliothèque de l'Yonne, tom. I, pag. 389. — (2) Bouquet, tom. X, pag. 275. — (3) Gesta abbatum Autissiodorensium, ap. Labbe, Bibl. Mss. tom. I, pag. 579. — (4) Ibid. pag. 580. — (5) Amplissima Collectio, tom. VI, col. 722. — (6) Mémoires etc. d'Auxerre, tom. IV, pag. 17. — (7) Duru, Biblioth. de l'Yonne, tom. I, pag. 389. — (8) Acta SS. tom. VII Sept. pag. 97 et seq. — (9) Mémoires etc. d'Auxerre, tom. I, pag. 134. — (10) Acta SS. tom. VII Julii, pag. 230. — (11) Martene, Amplissima Collectio, tom. VI, col. 722; Mémoires d'Auxerre, tom. IV, pag. 18. — (12) Martyrologium Adonis, pag. 547, edit. Georgii. — (13) Ibid. ad finem, pag. 672.

prout

A *prout narrant tum auctor anonymus ejus Vitæ* (1), *tum historici pontificum Autissiodorensium* (2) *et Heiricus* (3), VII *kalendas octobris, id est die* 25 *septembris, ad superos transierit, recte dixisse videtur decessor noster Pierius verbis* natalis, *vel* depositionis *et* translationis *sancti Aunarii nihil aliud significari ac ejus obitum et solemnem funeris ex ecclesia cathedrali, ubi aliquandiu ut satisfieret fidelium pietati expositus fuit, deductionem ad sepulturam in ecclesia S. Germani.*

Nunc vix aliquid ex S. Desiderii *lipsanis superest.*

16 *Verum aliquando dubitatum fuit an ex* S. Desiderii *lipsanis, sæculo* X *ad Meleretense monasterium translatis, aliquid superfuerit, postquam in eas Huguenoti, Autissiodorensem pagum igni ferroque anno* 1567 *vastantes, impias injecissent manus* (4). *Putant quidem nonnulli, ait Joannes Lebeuf* (5), *eas commixtas fuisse cum aliorum sanctorum reliquiis, quæ ex Meleretensi cœnobio ad S. Petri ecclesiam parochialem fuere asportatæ, ubi sub nomine ossium S. Boni in sacristia servantur : dein addit non deesse qui eas*
B S. Desiderii *esse existiment. Ast cum sæculo* XVIII *exeunte propter patriæ tumultus multum timeretur, quemadmodum scribit hodiernus Meleretensis parochus, ut iterum ecclesia hujus loci sacrilege impeteretur, viri pii sacra pignora, in sacristia deposita, dignissimæ familiæ Pautrat crediderunt : apud quam etiam post pacem catholicis redditam per quinquaginta circiter annos recondita mansere : tandem anno* 1858, *multo post obitum presbyteri Pautrat, parochi in Treigny, suæ domus ultimi surculi, Ven. vir Vee, parochus in Entraing, ejus legatarius universalis, ea ecclesiæ Meleretensi restituit. Quo facto, Ill. Dom. Mellon Jolly, archiepiscopus Senonensis, ea (erant enim quinquaginta circiter fragmenta ossium) recognovit eisque inscriptionem fecit :* SS. Desiderii, Prisci et aliorum martyrum. *Haud minus irreligiose in* S. Desiderii *reliquias, quas sibi monachi S. Germani Autissiodorenses servabant, egerunt eodem anno* 1567 *Huguenoti : easque ex capsis extractas pedibus conculcarunt ; atque ex iis nihil superesset, nisi pii catholici lipsana, humi*
C *sparsa, simul cum reliquiis aliorum sanctorum in armarium deposuissent, ubi eas recognovit anno* 1642 *Dominicus Seguier, tunc Autissiodorensis, postea Meldensis episcopus* (6).

§ IV. S. Desiderii testamentum. Basilicæ ab eo ditatæ. Notitia Basilicarum.

S. Desiderius *testamentum condidit, non simplicem donationem ;*

Certum est S. Desiderium *non e vivis intestatum decessisse. Quod non ex eo deducimus quod in Actis, ab Heirico, Alago et Rainogala conscriptis, fragmentum chartæ, quam ipsi* testamentum S. Desiderii *vocant, relatum est, vel ex eo quod in laudatis Actis dicitur in eodem testamento legi* S. Desiderium *multa prædia nepotibus aliisque propinquis suis, et omnimodam libertatem duobus saltem millibus mancipiorum esse largitum ; nam tunc temporis non raro quævis charta donationis, vel diploma ; uti rite animadvertunt Brequigny* (7), *Ducange* (8), *atque Novæ Artis Diplomaticæ auctores* (9), *testamentum appellabatur : argumentum nostrum in eo potius ponitur, quod in Heirici ejusque sociorum libris narratur, qua ratione* sanctus episcopus suorum heredum bonorum Christum et ecclesiam sibi a Deo commissam instituerit : *dein quod* in die sepulture precepit isdem precipuus pontifex cum corpore suo deferri basilice Domini Germani centum solidos auri purissimi ad suam sepulturam exornandam. *Quibus accedit plane extra morem esse, ut una donationis charta tot tamque diversa dona aliis atque aliis ecclesiis conferantur ; contra nihil obstare quin testamento tam multiplex fiat largitio. Quæ omnia, maxime si simul considerentur, omnino evincunt a* S. Desiderio *testamentum* E *fuisse confectum. Verumtamen dubius hæreo an* S. Desiderius *propria manu vel cautionibus testamentariis argenteam supellectilem, alterum vas* CCCCXX *librarum et* VII *unciarum basilicæ S. Stephani, alterum librarum* CXIX *et unciarum* V *basilicæ S. Germani dederit, cum ex una parte biographi videantur innuere, ea antequam e vivis excederet a sancto præsule fuisse dono concessa, atque ex altera pronum sit opinari* S. Desiderium *non nisi testamento utrumque legasse : siquidem seriem donorum, quæ basilica S. Germani a* S. Desiderio *accepit, Heiricus, Alagus et Raingola per hæc aliaque supra recitata verba claudunt :* In die vero sepulture precepit idem precipuus pontifex, *etc. ; atque deinde recensentur inter reliqua ambo pretiosissima vasa.*

pleraque legata proficiscebantur ex amplissimo ejus patrimonio.

18 *Sed universa illa legata tot tantaque sunt, ut stuporem excitent. Quamobrem nemo non potest non cogitare unde divitias tantas obtinuerit* S. Desiderius. *Quæritur itaque nactusne sit, quas Deo consecravit possessiones, a munificentia regum, an ab hereditate paterna. Scriptores Maurini Galliæ Christianæ* (10), *innixi, nescio, quo fundamento, affir-* F *mant* S. Desiderium *tot tantaque prædia, quibus monasteria et basilicas ditavit, ex munificentia regum, eorumque præcipue quibuscum consanguinitate erat conjunctus, accepisse. Ast qui attente seriem donationum ejus pervolverit, eum multo plus ex propriis quam ex dono regio auctis opibus liberalem extitisse, compertum habebit. Adde quod neque apud ejus biographos, vel apud alios scriptores aliquid, unde stabiliatur Maurinorum sententia ; uspiam occurrit, præter hæc ex Actis* S. Desiderii *verba :* Villam Flaccianam in pago Forojuliensi, quam ei domnus Teodoricus rex concessit..... Brunechildis regina per manus ipsius pontificis obtulit Deo et sancto Stephano calicem mire pulchritudinis ex lapide

(1) Acta SS. tom. VII Sept. pag. 107. — (2) Ibid. pag. 109. — (3) Ibid. tom. VII Julii, pag. 98. — (4) Lebeuf, Mémoires etc. tom. I, pag. 144; Fournier, les Saintes Grottes, pag. 146. — (5) Ibid. tom. I, pag. 144. — (6) Fournier, les Saintes grottes, pag. 126 et seqq. pag. 146 : ad fin., pag. XXIX et seq. edit. 1714. — Lebeuf, Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 144. — (7) Brequigny et du Theil Diplomata, Chartæ etc. ad res Francicas spectantia, tom. I, prolegom. pag. CCXXXVI, edit. 1791. — (8) Du Cange, Glossarium, v° *Testamentum*. — (9) Nouveau traité de diplomatique, tom. I, part. I, sect. II, ch. 7. — (10) Gallia Christiana, tom. XI, col. 268.

onychino

AUCTORE R. D. B.

onychino auro purissimo decoratum..... Agrum Sessiacum, situm in territorio Autissiodorensi, quem, ipso suggerente, domna Ingundis regina basilice domni Germani delegavit, atque suo precepto habendum confirmavit..... Nam et domnus Clotharius rex simulque ejus nobilissima conjux domna Ingundis regina per manus ejus domni Desiderii episcopi eandem basilicam magnis et optimis ornaverunt donariis : fredam vero, quæ sacratissimo corpori est superposita, rex auro argentoque mirifice decoravit, regina nichilominus calice simulque patena ex auro purissimo, gemmis pretiosissimis exornato, devotissime honoravit..... Dedit item seniori æcclesie Cadurcine villam, quam Betto tenuit, et ipse ex regum munificentia accepit, sitam in territorio Burdigalensi, cum ædificiis, mancipiis et universis appendiciis suis.

Quum variis basilicarum generibus dona contulerit,

19 *Porro loca pia, a* S. Desiderio *divitiis aucta Autissiodori vel in ejus pago, sunt basilicæ S. Stephani, S. Germani, S. Amatoris, SS. apostolorum Petri et Pauli, S. Mariani, S. Juliani et S. Ursicini. Neque mediocria largitus est bona basilicis SS. Columbæ et* B *Leonis juxta Senones, et monasterio Benedictino ibidem ad Icaunam; vel etiam basilicis S. Amantii et ad Brittones in pago Cadurcensi; item basilicæ S. Saturnini Tolosæ et ecclesiæ seniori seu cathedrali Cadurcensi. Quin et ipse* S. Desiderius *basilicam SS. Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi pueri, cui quoque in testamento aliquem agellum dedit, proprio sumpto ædificasse videtur. Verum, cum in illo testamento ædes sacræ urbium, monasteriorum aut rurales* basilicæ *appellatæ fuerint, atque hæc appellatio, olim aliter omnino accepta ac nunc, facile lectori errorem faciat, opportunum videtur breviter de hoc vocabulo, quantum ad argumentum nostrum attinet, disserere.*

inquiritur quid fuerint basilicæ apud Græcos et Latinos.

20 Basilicæ *vocabulum flexum est ab adjectivo græco* Βασιλικος; *atque, teste Plauto poeta, Romæ significabat idem quod* insignis, eximius, magnificus. *Verum voces* Βασιλικη *et* Basilica *postea ad designanda ædificia permagna fuisse adhibita apud omnes certum est* (1). *Quid fuerint apud Græcos* βασιλικαι (στοαι) *seu portici longe lateque describit Zesterman* (2). C *Apud Romanos vero quatuor basilicarum fuisse genera indubiis veterum testimoniis edocemur : basilicæ scilicet* forenses, *quæ tractandis fere iisdem rebus, quæ alias in foro tractari solerent, inserviebant : basilicæ* ambulatoriæ, *quæ ambulationibus publicis, balneis, theatris, curiis et templis adjunctæ vel vicinæ erant, ut qui in iis versati erant, in basilicis molestias aeris effugerent aut ambulantes refrigerarentur : præterea basilicæ* domesticæ, *quarum amplitudinem et elegantiam describit Vitruvius, et quæ erant intra septa domestica nobilium, præsertim imperatorum: tandem* vinariæ *seu loca ad uvas in calcatorio calcandas aptata. De his quatuor basilicarum generibus accurate scripsit laudatus Zesterman* (3). D

Adhibentur etiam tempore apostolorum in ecclesias.

21 *Basilicas, quo in unum cœtum convenirent Christiani, etiam ante Constantinum Magnum fuisse adhibitas, liquet ex S. Optato Milevitano, qui paucitatem Donatistarum Romæ initio schismatis ex eo arguit quod ne unam quidem ex quadraginta tunc temporis basilicis Romæ existentibus haberent.* Non enim, *ait S. Optatus,* grex aut populus appellandi fuerunt pauci, qui inter quadraginta, et quod excurrit, basilicas locum ubi colligerent, *(seu ubi synaxim facerent),* non habebant (4). *Et quidem primum basilicarum Christianarum vestigium occurrit* in Recognitionibus S. Clementis, *ubi dicitur S. Petrus ad Christi legem amplectendam adduxisse Antiochiæ* septem millia hominum; qui credentes Deo baptizati sunt et sanctificatione consecrati ; ita ut omni aviditatis desiderio Theophilus, qui erat cunctis potentibus in civitate sublimior, domus suæ ingentem basilicam ecclesiæ nomine consecraret, in qua Petro apostolo constituta est ab omni populo cathedra (5). *Neque me latet libros de Recognitionibus falso tribui S. Clementi Romano ; se did nemo inficiatur eos primævis ecclesiæ temporibus fuisse conscriptos, adeo ut a Cotelerio* (6) *ad secundum, a Gallandio* (7) *et Nourryo* (8) *ad nascens tertium sæculum, atque a Tillemontio et Lumpero* (9) *ad tempora Origine anteriora referantur. Dein* neque inutile opus, *ut ait Gollandius* (10), iis esse poterit, qui philosophorum opiniones, gentium mores, consuetudines allegoricasque fabularum explicationes scire voluerint. *Et quidem cum institutio cathedræ S. Petri in Theophili basilica cum historia non pugnet, neque unquam, etiam cum in publicum apud Orientales prodierunt libri Recognitionum, in dubium videatur fuisse revocata, nihil est cur fidem eis abnegemus.* E

Basilicarum formæ liturgiæ sacræ adaptatæ

22 *Præterea SS. Petrum et Paulum, cum Romæ aliisque in locis bene multos discipulos sibi adscivissent, et aliquot neo-christianorum domus, uti ex epistolis I ad Corinth. cap.* 16, *v.* 19, *et ad Romanos cap.* 16, *v.* 85 *et ex Actis SS. Pudentis, Praxedis et Pudentianæ eruunt Florentinius* (11) *et Papebrochius* (12) *ad divina mysteria peragenda et ad erudiendos Christi* F *fideles in templa veri Dei convertissent, eis formam basilicarum indidisse quis negabit ? Extra dubium enim positum fuit a Bosio* (13), *Arringho* (14), *Marchi* (15), *Perret* (16) *aliisque cœmeteriorum Romanorum investigatoribus cubicula, quæ ibi ad sacram liturgiam celebrandam usurpabantur, basilicarum ad instar fuisse excisa. Neque minus certum est statim post pacem ecclesiæ redditam Paulinum Tyrium* (17), *et dein Constantinum Magnum* (18) *ejusque successores ad eamdem normam nova templa construxisse vel aptasse. Neque secus fieri potuit, quin ritus sacri in ecclesia Antiochena usurpati continuis muta-*

(1) Zesterman, De Basilicis, lib. II, cap. V, pag. 118 et seqq. (2) Ibid. lib. I, pag. 11 et seqq. — (3) Ibid. lib. II, pag. 56 et seqq. — (4) De schismate Donatistarum, lib. II, cap. IV, ap. Migne, Patrologia, tom. XI, col. 951. — (5) Opera dubia S. Clementis, col 1455; Recognitionum lib. X, cap. LXXI, col. 1453; edit. Migne. — (6) Ibid. col. 1187. — (7) Ibid. col. 1189. — (8) Ibid. col. 1183. — (9) Mémoires ecclésiastiques, tom. II, pag. 163. — (10) Historia theol. de Vita etc. SS. Patrum ap. Migne, tom. cit. col. 148. — (11) Vetustius occidentalis ecclesiæ martyrologium, pag. 697 et seqq. — (12) Acta SS. tom. IV Maji, pag. 296 et seqq. — (13) Roma sotterranea, tom. II, passim. — (14) Ibid. passim. — (15) Monum. delle Arti Christ. primit. pag. 192 et seqq. — (16) Catacombes de Rome, passim. — (17) Eusebius, Historia ecclesiastica, lib. X, cap. IV. — (18) Anastasius bibliothecarius, de Vitis Romanorum Pontificum, tom. I, pag. 38 et seqq.; pag. 54 et seqq. edit. Blanchinii.

tionibus

A *tionibus, cum magno rei Christianæ detrimento, essent obnoxii. Hinc et factum est ut præcipui ritus apud orientales et occidentales parum fuerint ab se invicem absimiles et, quemadmodum verissime dixit Mabillonius:* De prædicta ecclesia Lateranensi id memoratu dignum est quod scribit Petrus Abælardus in epistola V ad Bernardum Clarævallensem : « Antiquam certe Romanæ sedis consuetudinem nec ipsa civitas tenet, sed sola ecclesia Lateranensis, quæ mater est omnium, antiquum tenet officium, nulla filiarum suarum in hoc eam sequente, nec ipsa etiam Romani palatii basilica. » Quod si ita est, quisquis veteres Romanæ ecclesiæ ritus accurate indagare cupit, studiosius ea legere debet quæ pertinent ad ecclesiam Lateranensem (1). *Dein ut quis videat quam splendidæ fuerint basilicæ Christianorum, eas descripsere J. L. Guenebault* (2) *et Carolus Cahier, Societatis nostræ in Gallia sodalis* (3).

Quibus ædibus sacris adhæserit basilicæ *nomen : rurales, cœmeteriales,*

23 *Quærenti vero num omnes ecclesiæ basilicarum formam acceperint, responderem non aliam esse eruditorum sententiam, quin tamen omnes basilicæ nomine fuerint insignitæ. Etenim* ἐκκλησίαν Græci vocavere non modo

B cœtum concionemque atque conventum civium, sed etiam nonnumquam curiam seu locum in quem convenire consueverant,... eo nomine donavere. Et quoniam initio in singulis civitatibus unus tantum locus Christianorum conventibus assignatus erat, nimirum prima et antiquissima cujusque urbis ecclesia, inde factum est, ut postea florente religione Christiana cum jam plures in singulis oppidis extructæ essent ecclesiæ, major ac vetustior cujusque loci ecclesia cæterarum mater haberetur, et ipsa proprie ECCLESIA, cæteræ plerumque BASILICÆ appellarentur (4). *Et eamdem sententiam validissimis argumentis probant Cangius* (5), *Mabillonius* (6) *et auctores Novi tractatus artis diplomaticæ* (7), *quin tamen id semper factum fuisse autument. Sed multo numerosiores erant basilicæ extra civitatum mœnia : nam sacellis sepulcralibus, cum per modum exedræ seu hemycycli essent constructæ* (8), *in Gallia et Italia appellatio basilicæ plerumque contigerat : quæ quam frequentes essent liquet ex S. Gregorio Turonensi* (9) *et ex lege*

C *Salica* (10); *idque eo magis quod per codicem Theodosianum statutum erat :* Omnia quæ supra terram urnis clausa, vel sarcofagis corpora detinentur, extra urbem delata ponantur (11)... *quæ lex, primitus* XII *tabulis inserta hisce verbis :* Hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito (12), *diu in Occidente satis religiose servata fuit. Quod itaque cœmeteriales erant, propterea videntur ecclesiæ S. Amatoris, S. Juliani, S. Amantii et S. Saturnini vocabulo* basilicæ *in Vita* S. Desiderii *designari.*

et monasteriales basilicæ.

24 *Eamdem nuncupationem sortiebantur monasteria præsertim sub primæ stirpis regibus, quemadmodum luculentissime demonstravit adversus Launoyum Adrianus Valesius* (13); *cui adhærent Mabillonius* (14), *auctores Novi tractatus artis diplomaticæ* (15) *et plerique eruditi, quoniam sæpe super alicujus sancti tumulum seu ad sacella cœmeterialia primordia sua ceperant. Statutum enim erat per Theodosii M. legem ut,* quicumque sub professione monachi reperirentur, deserta loca et vastas solitudines sequi atque habitare juberentur : *et quamvis hæc lex biennio post, anno scilicet* 392, *revocata fuerit* (16), *per plura tamen sæcula viguit in Gallia, quemadmodum liquet ex erectione monasteriorum, quæ in opusculo suo de basilicis passim laudat Adrianus Valesius : quod quoque obtinuit in origine monasterii S. Mamerti Viennæ* (17) *multisque aliis in Galliæ locis* (18). *Neque me latet plures opinatos esse codicem Justiniani, (a quo exsulabat illa Theodosiana lex,) in Gallia susceptum et ibi ad ejus apices res religionis fuisse peractas ; sed quam parum id cum veritate concordet, ostendit Joannes Josephus*

E *Raepsaet* (19) *ineluctabilibus argumentis : quorum præcipuum est, totam Galliam* de facto *anno* 409, *et* de jure *anno* 489, *ac proin multo ante codicem Justiniani confectum ab imperio Romano fuisse recisam. Cum itaque ecclesiæ S. Germani, S. Mariani, SS. Gervasii et Protasii et S. Columbæ essent* monasteriales, *jure merito Heiricus et socii eas vocarunt* basilicas. *Quod si ecclesia S. Stephani quoque vocatur* basilica, *licet numquam videatur fuisse aut monasterialis aut cœmeterialis, sed potius ecclesia* senior *seu cathedralis, ratio forsan repetenda ex eo est quod, viventibus Heirico, Alago et Rainogala, clerici ecclesiarum cathedralium regulam canonicam profiterentur, ac proin eorum domus et ecclesia, haberentur ut monasteria et basilicæ* (20). *Ecclesiæ vero rusticæ, quamvis aliud innuant Valesius* (21), *Cangius* (22) *et Mabillonius* (23), *sæpe sæpius dicebantur similiter* basilicæ; *ut liquet ex Actis nostris* (24), *et S. Gregorio Turonensi* (25), *atque etiam ex concilio Valentino III anni* 855, *et ex Vita S. Justi Lemovicensis (num.* 9) ; *quam in præ-*

F *sente operis nostri tomo commentariis auximus. Quæ sententia novum acquirit robur, propterea quod Heiricus ejusque collegæ ecclesiam rusticam vici Crinsencis* basilicam *nominant.*

(1) Musæi Italici tom. II, in ordinem Romanum commentarius, pag. CXXIX. — (2) Annales de Philosophie chrétienne, nouv. série, tom. XVII, année 1838, plan et description d'une basilique, pag. 419 et seqq. — (3) Ibid. Idée d'une basilique chrétienne, pag. 544 et seqq. pag. 421 et seqq. — (4) Valesii Rer. Franc. tom. I, Disceptatio de Basilicis etc. cap. III, pag. 587. — (5) Glossarium, v° *Basilica* et *Ecclesia.* — (6) Œuvres posthumes, Antiquités de St-Denis, tom. II, pag. 353 et seqq. — (7) Nouveau traité de diplomatique, tom. IV, pag. 569 et seq. — (8) Rossi, Bulletino di archeologia christiana, anno secundo, pag. 26 ; Muratori, Dissertatio in S. Paulini Nolani poemata apud Migne, Patrologia, tom. LXI, col. 813 et seqq; Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 211 et 214. — (9) Gloria confessorum passim; Ibid. Vitæ Patrum, col. 1011, edit. Migne. — (10) Bouquet, tom. IV, pag. 154, 158, 197, 225. — (11) Codex Theodosianus, tom. III, lib. IX, tit. VII, pag. 159 et seqq. edit. Gothofredi. — (12) Ibid. — (13) Rerum Francic. tom. II, pag. 587. — (14) Œuvres posthumes, tom. II, pag. 355 et seq. — (15) Nouveau traité de diplomatique, tom. IV, pag. 569. — (16) Codex Theodosianus, tom. VI, part. I, pag. 106 et seqq. — (17) Précis Historiques, année 1861, pag. 253. — (18) Gregorius Turonensis, Gloria Confessorum et Vitæ Patrum passim. — (19) Analyse des droits des Belges et des Gaulois; Œuvres, tom. III, pag. 239. — (20) Nouveau traité de diplomatique, tom. IV, pag. 571. — (21) De Basilicis, pag. 588. — (22) Glossarium, v° *Basilica.* — (23) Opera posthuma, tom. II, pag. 355. — (24) Acta SS. tom. II Aug. pag. 350; Ibid. tom. X Octob. pag. 645. — (25) Gloria Confessorum, cap. II, col. 831, cap. XXVI, col. 849; edit. Migne.

§ V

AUCTORE R. D. B.

§ V Conditio servorum medio ævo. Multis servis S. Desiderius dat libertatem.

Conditio servorum apud Romanos et Germanos non erat eadem :

Referunt auctores Vitæ S. Desiderii *eum numerosissima in terris suis habuisse mancipia, quorum multa simul cum villis, quibus erant adscripta, dono dedit ecclesiis vel monasteriis, atque alia duo millia inter ingenuos constituit. Quæ res ut rite intelligatur, conditio servorum breviter exponenda videtur. Atque imprimis in memoriam revocandum est non eamdem fuisse conditionem servorum apud Romanos ac apud Germanos : nam quamvis apud utramque gentem dicerentur* familia, *juxta romanas tamen leges, ita erant penes dominum, ut in eos potiretur jure vitæ et mortis, et non secus ac prædia vel boves divenderet : apud Germanicas vero gentes servi* B *multis erant juribus aucti, neque poterant a villis, quibus erant adscripti, nisi darentur libertati, avelli. Adde quod Germanorum servi agris colendis extra suorum dominorum ædes, sub tecto dissito, domini sed multo magis proprii quæstus causa, erant addicti : quo lucro frequenter se a servitute redimebant, quemadmodum (ut unum alterumque inter innumeros designem) demonstrarunt vir præclarus Guerard* (1) *et Hoverlant* (2). *Servi vero Romani ad opera domestica seu urbana ubique adhibebantur, atque nullam nisi domino suo faciebant operam. Quod discrimen inter utrumque servorum genus intellexerat Tacitus ; qui in libro de Moribus Germanorum, cap.* XXV, *scripsit :* Servis, non in nostrum morem descriptis, per familiam ministeriis utuntur, suam quisque sedem, suos penates regit ; frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis vel colono injungit, et servus hactenus paret. *Verum Franci, postquam finibus Gallorum, apud quos servitus Romana vigebat, essent potiti, ab introducendis et imponendis suis moribus et consuetudinibus, vel abrogandis* C *victæ gentis usibus omnino abstinuerunt, imo facile passi sunt, quamvis ipsi regimen francicum subirent, ut Romani seu Galli juxta pristinas suas leges gubernarentur, ac proin etiam ut servitus Romana juxta Germanicam usurparetur. Utrumque genus, licet decursu temporis multum temperatum, obtinuit in Gallia saltem usque ad sæculum* XIII, *uti probat Joannes Josephus Raepsaet* (3) *e Philippo Beaumanoir, scriptore illius temporis vere erudito.*

et quidem apud Francos fere omnes servi erant de potestate *seu de* gleba ;

26 *Ast quemadmodum multiplex erat servorum forma, ita et eorum designatio : et quamvis generatim omnes* homines *dicerentur, alii tamen, scilicet* servi *Romani domesticis ministeriis addicti, vocabantur* servi *seu* homines de corpore, *cum contra Germanici, appellarentur* homines de poote *seu* de potestate ; *et propterea quod extra suorum dominorum ædes, sed ad eas pertinentes domunculas, nomine casarum designatas, habitarent,* D *appellationem quoque* casatorum *uti et alias ob causas erant adepti* (4) ; *verum, cum aliquando contingeret* ut servi de corpore *de facto essent* casati, *non defuerunt scriptores, qui, re non satis examinata, contenderint omnes indiscriminatim servos inter homines de corpore esse recensendos : quem errorem ii omnes deponent qui doctos eruditosque Joannis Raepsaet aliorumque commentarios diligenter perscrutati fuerint ; iique non negabunt servos in regno Francico divisos fuisse in* classem hominum de corpore *seu* domesticorum *et in classem hominum de* potestate *seu* casatorum, *neque etiam eos confundent cum colonis, quibus nonnulli in dominorum suorum agris labores, quin tamen libertate reliqua essent privati, incumbebant. Sed et magis errant, quando affirmant vitam non minus duram et asperam duxisse* homines de potestate *quam* homines de corpore ; *quemadmodum colligitur ex articulis* 2, 3, 56, 59 *et* 60 *Capitularis Caroli Magni anni* 800 (5), *in quibus vita* E casatorum *accurate describitur.*

atque ibi eorum regimen erat vere paternum.

27 *Ex quibus articulis patet statutum fuisse, ut abunde omnium necessitatibus casatorum esset provisum, neque fuisse permissum ut qui præessent villis a servis pecuniam repeterent, vel etiam eorum opera ad suum obsequium uterentur. Quod si servi delictorum majorum rei postularentur, non coram villarum præfectis, sed coram judicibus ordinariis ad sententiam audiendam ipsis erat standum ; neque de culpis minoribus fas erat præfecto seu majori villarum, nisi re bene examinata et auditis consiliariis, judicium ferre. Adde quod, si quis ex servis existimaret se non satis liberaliter a præpositis haberi, recurrendi ad ipsum imperatorem ei copia erat : et ut omnes servi tum in amore, tum in fide erga dominos suos in dies crescerent, majores villarum non ex nobilibus, sed ex ipsis servis, qui virtute præ cæteris excellerent, desumebantur. Quapropter nemo, qui attente laudatos capitularis Carolini articulos pervolverit, affirmabit servorum vitæ genus (excepta libertate) sub Francorum* F *regibus fuisse deterioris conditionis quam status operariorum, qui seculo decimo nono propriis atque suorum necessitatibus per labores quotidianos providere coguntur : quin, cum mancipia monasteriorum et ecclesiarum præ cæteris feliciores agerent dies, nec erit quod mirentur sæpe sæpius accidisse, ut qui essent ingenui et ab omni servitute liberi, nativam libertatem minoris facientes, instanter rogarint, non ex pietate in Deum, sed quo melius corpori consulerent, inter servos vel monasterii vel ecclesiæ adscribi : idque post Joannem Raepsaet* (6) *clarissimus vir Guerard* (7), *veritati esse consentaneum ex messium recensione, familiarum recognitione et omnimoda numerorum comparatione luce clarius demonstravit.*

(1) Guérard, Cartulaire de Saint-Père de Chartres, tom. I, prolegomènes, num. 45 etc. ; Polyptique de l'abbé Irminon, tom. I, pag. 502 et seq. — (2) Hoverlant, Mémoire sur l'état de la servitude, tom. I, pag. 69. — (3) Œuvres complètes, tom. V, Analyse des droits civils etc. des Belges et Gaulois, liv. V, ch. I. — (4) Cangius, Glossarium, v° *Homo, Servus*. — (5) Guérard, Explication du Capitulaire *De villis*, pag. 4 et seqq. — (6) Raepsaet, Analyse etc. liv. IV, ch. IV, 164, Œuvres, tom. IV, pag. 151. — (7) Guérard, Essai sur le système des divisions territoriales de la Gaule, pag. 190 ; Polyptique de l'abbé Irminon, tom. I, pag. 286, 331 etc. — Explication du capitulaire *De villis*, passim. (Ecole des Chartes, Mars, 1853).

Jam

et multi aliqua donabantur libertate;

28 *Jam vero qui inter servos de* potestate seu de gleba *numerabantur, crebro ad conditionem vel libertorum vel ingenuorum ascendebant* (1) : *quorum priores, licet non secus ac eorum posteri usque ad tertiam generationem nullo jure vel civili vel politico fruerentur, a voluntate tamen aliena erant immunes; posteriores vero sine* ulla nota ac labe servitutis *omnibus libertatis privilegiis gaudebant; ita etiam* servi de corpore *ope manumissionis minus perfectæ creabantur* servi de potestate : *ad quam classem hominum spectare non erat dedecus, cum apud Francos medii ævi eos adeo frequentes reperiamus, ut, quamvis pauciores ibi viri undequaque liberi occurrerent, servitus tamen, quam a Romanis victis mutuati erant, non nisi raro usurparetur.*

quod pro bene multis fecit S. Desiderius,

29 *Porro ad* S. Desiderium *revertenti mihi in promptu est nullum argumentum, quo aliquatenus innuatur eum præter* servos de potestate, *numerasse* homines de corpore : *dein referunt ejus biographi, cum villas et agros Matriacum, Ganniacum, Milliacum, Puniacum, Siviriacum, Flaccianam atque plura alia basilicis tum sancti Stephani, tum sanctorum Columbæ et Leonis, vel etiam S. Amantii dono daret, simul largitum esse adscripta mancipia : quod sane non exiguum beneficium, siquidem servi malebant ecclesiarum vel monasteriorum quam laicorum negotia agere* (2). *Præterea* S. Desiderius *saltem duobus millibus suorum* mancipiorum de potestate permisit esse ingenua, *quin videatur per ullam chartam eorum libertatem limitibus circumscripsisse. Id eo facilius præstare potuit, quod per leges Romanas, quas suas fecerant Francorum reges* (3), *libertatem servis dare penes omnes clericos erat, quin ad ullum juris apicem adhibendum astringerentur : quam prærogativam præ oculis non satis habuit doctissimus Joannes Raepsaet* (4), *ubi, evolvens qua ratione apud Francos et Belgas servi* de potestate *ab omni servitutis vinculo solverentur, asseruit, quin exceperit clericos, interventum auctoritatis publicæ, ut quis servos suos in classem ingenuorum, non vero libertorum cooptaret, fuisse apud Francicas gentes requisitum.*

EX IMPR.

VITA S. DESIDERII

EPISCOPI AUTISSIODORÉNSIS

Ex Bibliotheca Icaunensi, collata cum editione Labbei.

CAPUT PRIMUM.

S. Desiderii ortus et divitiæ. Petit pallium a S. Gregorio Magno.

S. Desiderius, *regio genere et dives,*

Desiderius, natione Aquitanus, ex matre Necteria, sedit annos XVIII, dies XXV, vir nobilissimus atque mittissimus, amator cleri atque tocius sancte religionis. Fuit autem temporibus Chlotarii *a*, gloriosi regis, sub Romanis pontificibus *b* Gregorio, Saviniano *, Bonifatio, itemque Bonifatio, imperantibus *c* Foca* atque Heraclio. Cujus secularis dignitas tanta extitit, ut ei nemo suo tempore quamvis potentissimus ex equo se conferre potuerit. Fuit enim propinquus Brunechildi regine, filiisque ejus tam Francorum quam Burgundionum * regibus. Quorum et munificentia principali ingentem prediorum amplitudinem consecutus est. Hujus genitrix jam dicta Necteria in monasterio Sancti Amantii *d*, quod est situm in pago Cadurcino, sepulta requiescit. Quod idem postea in matris memoriam, et venerationem reliquiarum sanctorum predecessorum suorum Germani atque Amatoris *e*, quas ipse ibidem deportaverat, honestis donariis, et maxima fundorum dote perornavit, ut sequens lectio declarabit : nam et pallium pontificale a beato Gregorio expeciit, a quo et talem pro hac peticione accepit epistolam.

a

b

* Sabianiano *La.*

c

* Phoca *La*

* Burgundorum *La.*

d

e

fustra petit S. Gregorio pallium.

2 — « Gregorius Desiderio episcopo Autissiodorensi : « « Fraternitatis vestre desiderium Johannis regionarii *f* relatione cognovimus, quod quidem libenter parati sumus implere, si diligenter fuerimus de his quæ retulit informati. Inquit autem a vestra sibi relatum dilectione quod ecclesie vestre quedam olim privilegia ab Apostolica Sede concessa sint, atque usum pallii ejus sacerdotes antiquitus habuisse : quod, quia vobis magnopere poscitis reformari, in ecclesie nostre scrinio requiri fecimus, et invenire nil potuimus : sed, quum quanto studiosius ista cupitis adipisci, tanto vos arbitramur esse sollicitos in inquirendis cartis ecclesie vestre, monemus vigilanter * curam impendere; et, si qua exinde scripta inveniri potuerint, que nos valeant informare, huc cure sit vestre transmittere. Nam qui nova concedimus, vetera libentissime reparamus. »

f

* vigilantem *La.*

ANNOTATA.

a *Chlotarius II regnavit ab anno* 584 *ad* 628.

b *Sederunt in cathedra Romana Gregorius Magnus ab anno* 590 *ad* 604; *Sabinianus ab*

(1) Cangius, Glossarium, vis *Manumissio, Ingenuus, Ingenuitas;* Raepsaet, Analyse etc. lib. V, ch. I; Biot, de l'abolition de l'esclavage ancien en Occident, part. IV, ch. III. — (2) Guérard, Polyptyque d'Irminon, ch. VI, pag. 351 et seqq. — (3) Codex, Theod. lib. IV, tit. VIII, num. 1. — (4) Raepsaet, Analyse etc. lib. V, ch. I, Œuvres, tom. V, pag. 17.

EX IMPR.

anno 604 *ad* 606; *Bonifacius III a* 29 *junii* 607 *ad* 20 *octobris* 607; *Bonifacius IV ab anno* 608 *ad* 615.

c *Imperio Romano præfuerunt Phocas ab anno* 602 *ad* 610 *et Heraclius ab anno* 610 *ad* 641.

d *De monasterio S. Amantii egimus in Commentario prævio, num.* 5.

e *SS. Germanus et Amator episcopi fuere Autissiodorenses. Acta prioris ad diem* 31 *julii* (1), *posterioris vero ad diem* 1 *maji* (2) *illustrarunt decessores nostri.*

f *Epistolam hanc ad S. Desiderium Viennensem, non vero ad* S. Desiderium *Autissiodorensem fuisse datam probavimus in Commentario prævio, num.* 7.

CAPUT SECUNDUM.

Basilicam S. Stephani Autissiodorensem amplificat, ornat et ditat S. Desiderius.

B

S. Desiderius *amplificat basilicam S. Stephani, eique donat missoria, aliaque dona;*

Is itaque sanctus episcopus adeo fundorum dives extitit, ut nulla vel mediane Burgundie *a*, vel Aquitanice provincie principalis *b* ecclesia inveniatur, quam non rebus auxerit peropimis. Basilicam sane beati Stephani, cui sedit, miro decore ampliavit; ingenti testudine *c* a parte orientis applicita, auroque ac musivo splendidissime decorata, instar ejus quam Siagrius *d* episcopus Augustudini * fecisse cognoscitur. Altare quoque antiquum eo transponens, sub die XIII kalendarum majarum, sollempniter dedicavit, ubi et hec dona obtulit : missorium *e* anacleum * *f* deauratum, pensantem libras L *g*, habentem in se septem personas hominum cum tauro et litteris grecis. Dedit et alium missorium similiter anacleum granellatum * *h*, pensantem libras XL et dimidiam, qui habet in medio rotam cum stephadio et in giro homines et feras. Item missorium tercium anacleum, pensantem libras XXXV : susum *i* habet in se historiam solis cum arbore et serpentibus. Item missorium quartum anacleum, pensantem libras XXX; C habet in se Ethiopem *k* et alias imagines hominum. Item bachovicham* *l* auratam, pensantem libras XII, uncias II *m*; habet in se piscatorem cum fuscina *n* et centaurum cum opere maritimo. Item bacchovicam aliam anacleam circulatam et nigellatam *p*, pensantem libras XIV et uncias IX. Item aliam bacchovicam, similiter anacleam, pensantem libras XIII; habet in se lusores. Item aliam bacchovicam anacleam, pensantem libras IX et habet in se hominem cornutus et arborem et duos homuntiones infantes in manibus tenentes. Caucos *q* anacleos IV, pensantes libras XI et uncias II; habent in se homuntiones et feras; unus ex ipsis deauratus.

a
b
c
d
* Augustoduni *La.*
e
*anacteum *La.*
f
g
* gravellatum *La.*
h
i
k
* bacconicham *La.*
l
m
n
p
q

item aliam similem

4 Dedit scutellas anacleas, ex quibus una nigellata pensat libras IV; habet in se ursum caballum tenentem. Item aliam scutellam *r* anacleam, pensantem libras III; habet in se leonem taurum tenentem. Item aliam, pensantem libras II et uncias IX; habet in se leonem capram tenentem. Item aliam scutellam similiter anacleam, pensantem libras II; habet in se hirchum* cum cornibus. Item aliam, pensantem libram I et uncias VII; habet in se cervum pascentem. Item aliam pensantem libram I et uncias IX; habet in se leopardum tenentem capram. Dedit item salariolas IV *s* anacleas, que pensant libras IV. Dedit et gabatas VI, que pensant libras XVI. Item gabatam I *t* medianam anacleam, pensantem libras III et semissem; habet in fundo sigillos IV *v* et in giro prunellas *x* Caucellos *y* decoratos cum capitellis *z*, pensantes libras VI et semissem. Dedit et hicinarios II *aa* anacleos, pensantes libras IV et uncias III. Item hicinarios III anacleos, pensantes libras V. Item dedit cocleares IX *bb*, pensantes libras II et semissem. Item coclearem I impesalem *cc*, pensantem libram I et uncias X; habet in medio rotellam nigellatam, et in giro listram *dd*.

* hircum *La.*
r
s
t
v
x
y
z
aa
bb
cc
dd

5 Dedit et anafum *ee* unum, pensantem libras II; habet leonem et taurum deauratos. Item fuscinam unam prescriptam *ff*; habet caput leonis, pensat libras III. Dedit et urceum anacleum, qui pensat libras IV et semissem : et agmanilis *; pensat libras III et semissem. Item cannas II pariles deauratas, pensantes libras V; habent in giro effigies et ferusculas. Dedit item missorium planum, pensantem libras VIII et semissem; habet in medio rotam et in rota monogramma. Item alium missorium, pensantem libras VIII; habet in medio crucem cum duobus hominibus. Item baccovicam anacleam, pensantem libras X; habet in se homunciones V cum duobus ferusculis *gg* pennatis. Item aliam baccovicam anacleam, pensantem libras VIII et semissem; habet in medio hominem caballicantem *hh* et ad pedes suos viperam. Item aliam baccovicam anacleam circulatam, pensantem libras VII et semissem; habet in se tres homines grandes et in giro homuntiones et feras. Dedit item gabatas anacleas deauratas, pensantes libras XVIII; habent in se homuntiones cum pisciculis. Gabatam medianam * anacleam deauratam, pensantem libras VIII; habet in medio homines et pisciculos maritimos. Item gabatas liliatas *ii* V pariles, pensantes libras IX et semissem. Item gabatam medianam anacleam, pensantem libras III; habet in medio caput hominis cum barba. Item gabatam medianam puram, pensantem libras II et uncias III; habet in medio F galhum. Item gabatam anacleam colinellatam, pensantem libras III; habet in giro homuntiones et feras. Item scutellam anacleam, pensantem libras II; habet in medio homuntionem et capreolum cum arbore. Item scutellam anacleam pensantem libras II; habet in medio duos homuntiones cum lanceis. Item scutellam parvam, pensantem libram I; habet in medio rotelliunculam *kk* in giro nigellatam.

* agemanilis *La.*
ee
ff
gg
hh
* mediatam *La.*
ii
kk

6 Item salariolam anacleam, pensantem libram I; habet in medio hominem cum cane. Item concam *ll* anacleam, pensantem libras IX; habet in medio hominem et mulierem et ad pedes eorum corcodrillum. Item salariolam parvam cruciculam *mm*, pensantem uncias IX. Item suppostorium *nn* anacleum, pensantem libram I et semissem. Cocleares XII, pensantes libras III et uncias II. Item cocleares XII, pensantes libras II et uncias IX. Item cocleares XII, pensantes libras III; habent caudas scriptas.

æque variam et pretiosam.
ll
mm
nn

(1) Acta SS. tom. VII Julii, pag. 184. — (2) Ibid. tom. I Maji, pag. 50.

Item

A Item ichinarios columnellatos III; pensat unusquisque libram I. Item ichinarium unum, pensantem libram I et unciam I. Item cancellum *oo*, pensantem libram I et unciam I. Item urceum anacleum, pensantem libras III, et habet ansam prunellatam *pp* et in medio caput hominis. Agmanilis * pensat libras II et uncias IX; habet in medio rotam liliatam et in cauda caput hominis. Item recentarium *qq* deauratum, pensantem libras II et semissem; habet de foris cavaturas. Item alium recentarium, pensantem libram I et uncias IX; habet in medio listellam *rr* et feras. Item schinonem *ss*, pensantem libram I; habet caudam nigellatam. Item colatorium *tt*, pensantem uncias II. Sunt in summa libræ CCCCXX, unciæ VII *uu*.

oo

pp

* agmanilia *La.*

qq

rr

ss

tt

uu

ANNOTATA.

a Mediana Burgundia *erat ea Burgundiæ pars, quæ medio ævo dicebatur ducatus Burgundiæ;* mediana *pro* media *usurbabatur a declinantis latinitatis auctoribus. Erant præterea Burgundia Jurana et Comitatus Burgundiæ* (Franche-Comté) (1). Principales *seu episcopales urbes, quas* Mediana *capiebat Burgundia, erant: Matisco, Autissiodorum, Lingones, Augustodunum et Cabillonum. Aquitaniæ vero præcipuæ urbes erant: Sanctones, Pictavi, Lemovices, Petrocorii, Cadurci, Rutheni et Arverni seu Clarusmons.*

B

b Basilicæ S. Stephani, *quam ædificavit S. Amator, episcopus Autissiodorensis, atque auxerunt vel etiam ditarunt ejus successores, multas dedit* S. Desiderius *villas pretiosamque supellectilem. Postea semel, iterum et tertio sæculis* IX, X *et* XII *igne vastatam, in meliorem statum restituerunt episcopi Autissiodorenses Herifridus, Guido et Hugo Cabillonensis. Dein eam anno* 1215 *ruinas agentem partim solo æquare, atque ejus loco aliam multo splendidiorem construere fecit Wilhelmus Autissiodorensis: quod opus ejus successores etiam sæculis* XIV *et* XV *perfecerunt. Hæc perpulcra ecclesia, quæ infelicibus sæculi* XVIII *temporibus ad cultum Deæ Rationis exhibendum fuit adhibita, nunc, suppressa diœcesi Autissiodorensi, primaria est hujus urbis sacra ædes* (2).

C

c Testudo, *ait Facciolati* (3), *in architectura est locus in ædibus fornice tectus in modum testitudinis conformato, ut constat ex Varrone aliisque.*

d *S. Siagrius, episcopus Augustodunensis, floruit circa annum* 600. *Ejus Acta decessores nostri ad diem* 27 *julii commentariis illustrarunt* (4).

e Missorium *fuisse vas ad ecclesiæ usum probat Georgius* (5) *ex eo, quod non pauci reges et episcopi ea ecclesiis dono dederint. Eorum usus erat ad* eulogias *distribuendas, et* oblationes *accipiendas, ac etiam ad sacrificii divini apparatum, dum hæc vasa exponi in abaco inter Missarum solemnia solerent, quemadmodum legimus plurima vasa aurea et argentea in veteris legis sacrificio in templo exposita fuisse.*

f *Jam pridem canonicus Joannes Lebeuf animadverterat Philippum Labbeum ubique* anacteum *pro* anacleum *scripsisse : at neque* anacteum, *neque* anacleum *in antiquis scriptoribus occurrere videtur : hinc eruditi hanc vocem alii in alium sensum acceperunt. Verum, quemadmodum* anaglyphus cœlatum, sculptum, *nonne* anacleum *significat idem ac* ductile, *gallice* du repoussé?

D

g Libra 326 *grammatibus pependit a tempore regum primæ stirpis usque ad annum* 779. *Quo tempore jussit Carolus Magnus ut æquaret* 408 *grammata* (6).

h Granellatum, *granis distinctum* (7).

i Susum *idem ac* sursum (8).

k Æthiops *sumitur pro Nigrita.*

l Bacconica, bacchonicha, bacca, baccha, baccale, bacchinus, bacchinon, baccinum *seu* bacile, *variæ formæ unius vocabuli, significatione* aquæmanilis *occurrunt apud medii ævi scriptores* (9). *Hinc gallicum* bassin.

m Uncia *libræ pars erat duodecima ac proin grammata* 27 *capiebat usque ad annum* 779, *sed deinceps grammata* 34 (10).

n Fuscina, *instrumentum ferreum et tridens, quo utuntur gladiatores ad se capiendum : piscatores vero ad pisces capiendos etc.; gallice* un crochet (11).

E

p Circulata, *in circulum rotata* (12); nigellata, *vulgo* niellée.

q Caucus *videtur fuisse acceptum pro* patera, cyatho, *quod est poculi genus. Eruditi plures tenent* caucum *idem esse ac* baucam (13).

r Scutellæ *videntur fuisse patenæ genus in modum cavitatis scuti. Earum porro peculiaris usus in ecclesia fuit, ad* eulogias *in hujusmodi vasis benedicendas, ac populo distribuendas* (14).

s Salariolæ *erant vasa ad salem reponendum, cujus usus est in administrando baptismi sacramento, in aqua benedicenda, et aliis hujusmodi* (15).

t Gabata *erat lancis seu disci species, quæ in sacra mensa reponebatur, vel vas sacrum quo ad eulogias accipiendas utebantur* (16). *Cangius vero existimat* gabatam *fuisse lancem seu discum in ecclesia a laquearibus pendentem, cereis vel lampadibus instructum* (17).

v Sigilli *erant signa, seu figuræ vasculis seu aliis rebus insculpta aut adpicta* (18).

F

x Prunellæ. *Vide infra* pp.

y Caucellus, *diminutus a* caucus (19).

z Capitellum, *diminutivum* capitii, *gallice* couvercle.

aa Hicinarii *seu* Ichinarii *sunt voces, de quibus nihil profert Cangius.* Si conjecturis, *ait Georgius* (20), quid assequi licet, legerem utrobique « lacunarios »; nam « lacunaria » apud Isidorum in Originibus sunt pendentia lumina, quasi lucanaria, id est, in aere lucentia. *Sed nonne potius* lychnarii, *sæpe columnæ formam habentes?*

bb Cochlear *in usu sacro sæpe adhibebatur seu ad refundendum vinum aut aquam in calicem, seu ad sacra olea commiscenda, seu*

(1) Cfr Acta SS. tom. VII Julii, pag. 281. — (2) Lebeuf, Mémoires historiques, tom. II, passim. — (3) Lexicon totius Latinitatis, edit. Leipzig anni 1839, v° *Testudo.* — (4) Acta SS. tom. VI Julii, pag. 84. — (5) Georgius, De Liturgia Romani Pontificis, pag. CXXXVII et seq. — (6) Guérard, Polyptyque d'Irminon, tom. II, pag. 125 et seqq., item pag. 129 et seqq. — (7) Cangius, v° *Granellatum.* — (8) Ibid. v° *Susum.* — (9) Ibid. v° *Bacchonica* etc. — (10) Guérard, Polyptyque d'Irminon, tom. I, pag. 192. — (11) Cangius, v° *Fuscina.* — (12) Ibid. v° *Circulata.* — (13) Georgius, Liturg. Rom. pont. pag. CX. — (14) Ibid. CXI. — (15) Ibid. pag. CVI. — (16) Ibid. pag. XCI. — (17) Cangius, v° *Gabata.* — (18) Ibid. v° *Sigillus.* — (19) Ibid. v° *Caucellus.* — (20) Georgius, Liturg. Rom. pont. pag. CVII.

ad

EX IMPR. *ad incensum in thuribulum ingerendum, seu demum ad fragmenta oblatarum colligenda*(1).

cc Impesalem, *vox ignota argentariorum.*

dd Listra *idem ac* lista, *ora, limbus* (2).

ee Anafum *seu* hanapum *significat pateram, craterem* (3).

ff Urceolus, *vas superius unde lavandis manibus aqua infunditur.* Aquamanile *vero est vas inferius, in quod manibus infusa aqua delabitur. Ita Lanfrancus, quocum concordant alii veteres.*

gg Feruscula, *animalculum* (4).

hh Caballicantem, *equitantem.*

ii Liliata, *habens lilia incisa.*

kk Rotelliuncula, *parva rota.*

ll Conca *seu* concha *utebantur ad baptismum et ad chrisma conferendum* (5).

mm Salariola, *vas pro sale diebus dominicis benedicendo, aut adhibendo in baptismate* (6).

nn Suppositorium. *Maurini in editione Operum S. Gregorii M. lib. I. epist.* 42 *accipiunt pro vase quod a Gallis* soucoupe, *et ab Italis* sottocoppa *dicitur. Ast Dadinus et cum eo Georgius autumant* suppositorium *fuisse* vas
B argenteum, *quod communicantium ori apponebatur. Magis arridet Georgii sententia* (7).

oo Columnellatus, *parvis columnis ornatus.*

pp Prunellatum, *prunulis aut globulis nigellis dictinctum. Prunellæ erant globuli nigelli instar prunelli seu pruni silvestris* (8).

qq Recentarium *putat Cangius* (9) *esse vas ad ministerii sacri usum, in quod* recens *seu* recentatum vinum *infundebatur.* At ego existimo, *ait Georgius* (10), recentarium thuribuli genus fuisse, quod... habuerit foris cavaturas, id est, ut puto, foramina ad thuris fumum emittendum.

rr Listellam, *diminutivum vocis* listæ, *quæ significat* oram, limbum. *Ita Cangius* (11).

ss Schinonem *idem fuisse ac* siclonem, scyphonem *et* sionem *autumat Georgius* (12).

tt Collatorium *erat vas per quod vinum pro sacrificio in calicem refundebatur et defæcabatur. Ita Georgius*(13). *Latini dicebant* colum, *atque inde* colare, *id est per colum purgare.*

uu Libræ 420, unciæ VII. *Quæ libræ et unciæ tantum pendent quantum franci* 29,260; *quibus, cum nunc potestas proportione* $\frac{65}{69,57}$, *seu*
C *decies circiter minor sit quam illo ævo, tantum tunc frumenti acervum emere potuerint, quantum nunc francis* 275,541.

CAPUT TERTIUM.

Basilicæ S. Stephani dat multos agros S. Desiderius. Item basilicæ S. Germani multos agros et alia donat.

S. Desiderius *basilicæ S. Stephani dat plures agros;*

Isdem quoque sanctus episcopus qualiter suorum heredem bonorum Christum, et ecclesiam sibi a Deo commissam instituerit, sequens pan-

dit auctoritas; deditnamque basilice sancti Stephani agrum Magniacum *a*, situm in pago Autissiodorensi, quem cum domna Brunechilde regina commutavit, cum domibus, et adjacentiis, vel omnibus instructis ad se pertinentibus: agrum quoque Matriacum *b*, situm in eodem pago, ubi ipse domos vel oratorium in honore sancti Mimmii *c* construxit, cum agello vel cum ceteris appendiciis suis, cum mancipiis, vineis, silvis, pascuis et cum omni jure et termino suo; greges quoque boum, equorum, ovium, armentorum et porcorum eidem basilice sollempniter delegavit. Similiter agrum Ganniacum *d*, situm in pago Tornodorense *e*, cum edificiis, mancipiis et universis appendiciis suis. Domum etiam vel areas, infra muros civitatis Cabilonensium * sitas, quas cum Wadelino *g* episcopo commutavit, similiter cum vineis, que sunt site in montanis in eodem pago, in agro Miliacense *h*, cum vinitoribus et reliquis mancipiis. Dedit et agrum Puniacum *i*, situm in pago Avalense *k*, juxta Castrum-Censurium *l*, quem cum illustri viro Maccone commutavit, cum omnibus edificiis, mancipiis, vineis, silvis, et ceteris appendiciis suis: agrum quoque Genuliacum *m* vel Talnisiacum *n* cum nuclearolio, sitos in territorio Senonico, cum edificiis, mancipiis, silvis, terris ac universis appendiciis eorum. Domos quoque vel areas, infra muros ipsius civitatis Senonum sitas, simulque oleas, in suburbano positas. Similiter dedit, in pago Sanctonico, villam *o* Siviriacum *p*, quam con domna Brunechilde regina commutavit, cum edificiis, mancipiis, et omnibus appendiciis suis; villam quoque Flaccianam, sitam in pago Forojuliensi *q*, quam ei domnus Teodoricus *r* rex concessit, et suo precepto confirmavit, cum edificiis, mancipiis, olivetis, ac universis rebus, ad se jure pertinentibus. Item in territorio Sanctonico *s*, agros nobilissimos, quos cum viro apostolico Mammone *t*, ecclesie Cadurcine episcopo, vel clero ipsius ecclesie, commutavit, hoc est Melredantem et Lopiacum, Nojogelum *, et Uriliacum, cum universo apparatu et appendiciis eorum. Item in pago Avalense, agellum qui appellatur Piciacus *u*, cum universis ad se jure pertinentibus. Similiter in pago Augustudunensi *, villam Dementiriacensem, cum colonica, tilio, et ceteris appendiciis suis; dedit etiam jam dicte matri ecclesiæ agrum
F Palliacum, situm in pago Avalensi, cum universo apparatu et appenditiis suis. In pago quoque Senonico Patriciacum *y*, quem con domno Aetio *z* episcopo commutavit, similiter cum edificiis, mancipiis et ceteris appendiciis suis. Villam quoque, super fluvium Chore *aa* positam, Campaniam *bb* nomine, et colonicas ad se pertinentes, Riniacum *cc* et Crarium *dd*, simulque Novam Villam *ee*, sitam tam in pago Avalense quam in Altissiodorense, cum edificiis, mancipiis, terris et universis appendiciis eorum. Hujus presulatus tempore, prescripta Brunechildis regina per manus ipsius pontificis obtulit Deo et sancto Stephano calicem mire pulchritudinis ex lapide onichino, auro purissimo decoratum.

8 Præterea basilice domni Germani *ff*, ubi corpus suum sepeliri decreverat, hec dona ob-

D
a
b
c
d
e
* Cabillonensis *La.*
g
h
i
k
l
* Genusiacum *La.*
m
n
o
p
q
r
s
t
* Noiogalum *La.*
u
* Augustudunensi *La.*
y
z
aa
bb
cc
dd
ee
ff
item basilicæ S Germani pul-

(1) Georgius, Liturg. Rom. pont. pag. XCIX. (2) Cangius, v° *Listra.* — (3) Ibid. v° *Anafum;* Georgius, Liturgia Rom. pont. pag. CX. — (4) Ibid. pag. LXXXIV, LXIX. — (5) Ibid. pag. CVII. — (6) Cangius, v° *Salaria, Salariola, Salarium.* — (7) Georgius, op. cit. pag. CVIII. — (8) Cangius, v° *Prunellatus.* — (9) Ibid. v° *Recentarium.* — (10) Georgius, Litur. Rom. pont. pag. CXV. — (11) Cangius, v° *Listella.* — (12) Georgius, Litur. Rom. pont. pag. CXII. — (13) Ibid. pag. LXXIII.

tulit

chram supellectilem
gg

tulit: missorium argenteum, qui Thorsomodi *gg* nomen scriptum habet; pensat libras XXXVII; habet in se historiam Eneæ cum litteris grecis. Item alium missorium planum, pensantem libras XXX. Item baccovicam anacleam, pensantem libras XIII; habet in medio leonem cum urso et in circuitu homuntiones et feras. Item aliam baccovicam, pensantem libras IX et semissem; habet hominem et mulierem et ad pedes eorum ferusculas. Item scutellam anacleam, pensantem libras V et uncias VI; habet in se hominem caballicantem, serpentem in manu tenentem. Item scutellam anacleam, pensantem libras III; habet in medio rotelliunculam nigellatam cum fera. Dedit et gabatas II, ab intus liliatas, pariles, pensantes libras VIII et uncias II; urceum anacleum, pensantem libras IV; habet ansam nigellatam et in medio caput leonis. Agmanilis,* pensans libras III et uncias IX; habet in medio Neptunum cum tridente. In die vero sepulture sue precepit isdem precipuus pontifex cum corpore suo simul deferri basilicedomni Germani centum solidos auri *hh* purissimi, ad suam sepulturam exornandam. Sunt in summa libras CXIX et uncias V.

* agmanilia

hh

B

et plures agros

9 Ceterum isdem sanctus episcopus contulit eidem basilice domni Germani predia sui juris, hoc est Bringam *ii* in pago Senonico, cum edificiis, mancipiis, vineis, terris ac omnibus appendiciis suis. Item Robertum in eodem pago cum appendiciis suis. Agrum Sessiacum *kk*, situm in territorio Autissiodorensi, quem, ipso suggerente, domna Ingundi *ll* regina basilice domni Germani delegavit atque suo precepto habendum confirmavit. Ipse sanctus episcopus usufructuario, vitæ sue tempore, eadem regina jubente, possedit; et post obitum suum ut absque ullius consignatione vel juditio jam dicta basilica domni Germani reciperet, precepit. Item aggellum Ferrolas *mm*, situm in pago Autissiodorensi super fluviolum Lupe *nn*, cum edificiis, pratis, silvis, cum grege armenti et grege porcorum, eidem basilice ad xenodochium pauperum delegavit. Item dedit, in pago Santonico, villas Saturiacum et Visionem * cum edificiis, mancipiis, silvis ac universo apparatu eorum, necnon et areas cum domibus suprapositis tam in Metullo quam in urbe Senonica, quas de Viligunde * matrona, dato pretio, comparavit. Dedit item per manus Palladii, tunc presbyteri et basilice domni Germani abbatis, postmodum vero sui in episcopatu successoris, eidem basilice Orgiacum *oo* et Mamarciacum *pp*,* cum omni integritate ad se pertinente, simulque Nantillam *qq* et Pociacum *rr* cum omnibus edificiis, mancipiis, vineis, plantis novis, ac universis appendiciis eorum. Nam et domnus Clotharius rex, simulque ejus nobilissima conjux domna Ingundis regina, per manus ejusdem domni Desiderii episcopi, eandem basilicam magnis et optimis ornaverunt donariis. Fredam vero, que sacratissimo corpori est superposita, rex auro argentoque mirifice decoravit, regina nichilominus calice simulque patena ex auro purissimo, gemmis preciosissimis exornato, devotissime honoravit.

ii

kk

ll

mm

nn

* Ursionem *La.*

* Vigiligunde *La.*

oo

* Marciacum *La.*

pp

qq

rr

D

ANNOTATA.

a Agrum Magniacum, *nunc* Magny, *in regione Merriaci super Icaunam, pago Icaunensi* (Canton de Merry-sur-Yonne, département de l'Yonne (1).

b Agrum Matriacum, *vulgo* Merry (canton de Courson, dép. de l'Yonne) (2).

c S. Memmius *primus fuit Calalaunensium episcopus* (3).

d Agrum Ganniacum, *quod est* Gigny (canton de Cruzy, depart. de l'Yonne) (4).

e Pagus Tornodorensis, *vulgo* Tonnerre, *caput pagi minoris Tornodorensis* (5).

g Wadelinus episcopus *a nonnullis dicitur episcopus Cabillonensis, sed ejus nomen in hujus civitatis catalogo episcoporum non occurrit* (6).

h Miliacum *seu* Melliacum, *vulgo* S. Milly (canton de Chablis, départ. de l'Yonne) (7).

i Agrum Puniacum, *locus destructus* (8).

k Pagus Avalensis, *in vicinia oppidi* Avallon, *in majori pago Icaunensi.*

E

l Castrum Censurinum, *vulgo* Châtel-Censoir (9).

m Genuliacum, *locus ignotus, sed alius ac* Genouillac, *in diœcesi Petragoricensi, ubi vixit et colitur S. Amandus eremita* (10).

n Talnisiacum, *vulgo* Thenisy (11).

o *Ut autem lector æstimare possit quanti circiter valerent singulæ villæ, quas* S. Desiderius *dono dedit, juverit animadvertere viginti sex villas, quas S. Germani Parisiense monasterium sæculo* IX *possidebat, ita fuisse compositas, ut, si medietas quædam computetur, unicuique assignandi essent mansi tributarii* 63, *incolæ* 385, *hectara terræ arabilis* 619, *vineis obsita* 8, *pratis et pascuis operta* 14, *silvis vero* 6; *atque earum reditus æquasse pecuniæ summam, qua quis nunc* 11,650 *circiter francis dives haberetur* (12).

p Siviriacus, *vulgo* Chevry-en-Seraine (Yonne) (13).

q Pagus Forojuliensis, *cujus urbs primaria* Forum Julii *(gallice* Fréjus*) describitur ab Adriano Valesio* (14).

r Theodoricus rex *Ostrogothorum ab anno* 475 *ad annum* 526.

F

s Territorium Sanctonicum, *cujus urbs princeps erat Mediolanum Santonum (gallice* Saintes), *est tractus in Aquitania inter Ingolismensem tractum ad ortum, Pictones ad Boream, Aquitaniam veram ad meridiem, et Oceanum ad occasum* (15).

t *Cadurcensis ecclesiæ catalogi episcopum nullum nomine Mammonem exhibent* (16).

u Piciacus, *vulgo* Pizy, (canton de Guillon, départ. de l'Yonne) (17).

x Palliacus, *vulgo* Pailly (canton de Segrinnes, départ. de l'Yonne) (18).

y Patriciacum, *alias* Villapatricia, *vulgo* Villeperrot (19).

z Aetius episcopus, *cujus ecclesiæ fuerit*

(1) Quantin, Dictionnaire topographique de l'Yonne, pag. 75. — (2) Ibid. pag. 82. — (3) Acta SS. tom. II Aug. pag. 4 et seqq. — (4) Quantin, Diction. pag. 60. — (5) Ibid. pag. 129. — (6) Gallia Christiana nova, tom. IV, col. 870 et seq. — (7) Quantin, pag. 85. — (8) Ibid. pag. 105. — (9) Ibid. pag. 150. — (10) Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 836. — (11) Polyptyque d'Irminon, tom. I, pag. 60. — (12) Guérard, Polyptyque d'Irminon, tom. I, pag. 825 et seqq. — (13) Quantin, Cartul. de l'Yonne, tom. II, Introd. pag. LX; Guérard, Polypt. d'Irminon, tom. I, pag. 69. — (14) Notitia Galliarum, v° *Forum Julii,* pag. 199. — (15) Baudrand, Novum Lexicon Geograph. v° *Santones,* pag. 185; Valesius, Notitia Galliarum, v° *Santones,* pag. 501 et seq. — (16) Gallia Christiana, tom. IV, col. 870. — (17) Quantin, pag. 99. — (18) Ibid. pag. 95. — (19) Ibid. pag. 142.

præsul

A *præsul nescitur. Innuitur fuisse Senonensis; sed de eo nulla fit mentio in istius ecclesiæ fastis* (1).

aa Chora, *vernacule* la Cure, *est rivulus qui in Icaunam Crevenni* (Cravan) *fluit* (2).

bb Campania *a Lebeuf dicitur* Champagne.

cc Colonica Riniacum, *villa nunc destructa, nomine* Revisy, *prope Pontiniacum* (Pontigny) *in partitione Icaunensi* (3).

dd Colonica Crarium. *Putat Lebeuf* (4) *hunc locum non esse alium quam* Crain (canton de Coulanges-sur-Yonne, départ. de l'Yonne) (5).

ee Colonica Nova-Villa, *vulgo* Villeneuve-la-Guiard.

ff *Basilica S. Germani in suo exordio oratorium erat, quod in honorem S. Mauritii ejusque sociorum S. Germanus, episcopus Autissiodorensis, ædificarat, et in quo ipse pro voto suo sepultus fuit. Verum cum sancti episcopi gloriam per multa miracula omnibus patefaceret Deus, Clotildis, Clodovei I regis Francorum uxor, super ejus tumulum novam eamque magnificam basilicam, ineunte*
B *sæculo* VI, *construere fecit; quin et deinceps reges et magnates, quos inter* S. Desiderius, *honori sibi duxerunt, hanc sacram ædem prædiis aliisque donis ditare atque augere. Hujus basilicæ qui varios casus percurrere cuperet, adeat opusculum, quod de cryptis S. Germani scripsit monachus O. S. B. Fournior, vel etiam commentarium, quem de Autissiodoro capta ab Huguenotis et liberata edidit Joannes Lebeuf* (6).

gg Thorsomedes, *alias* Thorismondus, *ab anno* 451 *ad annum* 453 *fuit rex Visigothorum. Ei missorium aureum, quod postea habuit Sisenandus vir inter Visigothos haud ignobilis, dono dedit Aetius patricius Romanorum* (7). *Suspicatur quidem J. Lebeuf missorium quod* S. Desiderius *basilicæ S. Germani obtulit, fuisse idem ac illud quod penes se habuit Thorsomedes* (8).

hh Centum solidos auri, *quorum pondus esset hodie novem millia francorum* (9).

ii Bringa, *vulgo* Branches (canton d'Aillaut, départ. de l'Yonne) (10).

kk Ager Sessiacus, *vulgo* Sacy (canton de
C Vermanton, départ. de l'Yonne) (11).

ll Ingundes *hic videtur accepta pro alia Francorum regina, uti ostendimus in Commentario prævio, num.* 6.

mm Ferrolæ, *alias* Ferrula, *vulgo* Saint-Fargeau (arrondissement de Joigny, départ. de l'Yonne) (12).

nn Lupe, *alias* Lupa, Loing, *fluvius qui profluit ex parœcia sanctæ Columbæ* (Sainte-Colombe-sur-Loing, départ. de l'Yonne) (13) *in Sequanam.*

oo Orgiacum, *vulgo* Orgy, *viculus* Cevannarum (hameau de Chevannes) *prope Autissidorum* (14).

pp Mamarciacum, *vulgo* Montmercy, *viculus parœciæ Bercuiaci* (Saint-Georges, canton d'Auxerre) (15).

qq Nantilla, *vulgo* Nantelle, *viculus parœciæ Vallis* (Vaux, canton d'Auxerre) (16). D

rr Pociacum, *vulgo* Poiry. *Hæc villa, jam dudum destructa, jacebat in parœcia Vallis* (Vaux) (17).

CAPUT QUARTUM.

Ditat S. Desiderius basilicas S. Amatoris, SS. Apostolorum Petri et Pauli, S. Mariani et S. Juliani, necnon et monasteria S. Germani et S. Martini.

Dona confert S. Desiderius basilicæ S. Amatoris, a b

Ceterum basilice domni Amatoris *a* dedit villam nomine Talonensem *b*, sitam in pago Autissiodorense, cum edificiis, mancipiis, terris, cum pecoribus et gregibus equarum et porcorum, et omnibus appendiciis suis.

SS. Apostolorum Petri et Pauli; c d

11 Basilice sanctorum apostolorum Petri et Pauli *c*, que est in suburbano civitatis Autissiodorensis, agellum, qui nuncupatus Brittoilus *d*, situm in pago Autissiodorensi, cum edificiis, mancipiis, silvis, terris, cum gregibus porcorum et equarum et omnibus appendiciis suis.

uti et monasterio S. Mariani, e f

12 Monasterio, quod domnus Germanus pontifex super ripam Ichaune fluminis construxit, ubi bone recordationis domnus Marianus *e* confessor corpore requiescit, Villarem, qui appellatur Capitinarius *f*, situm in pago Autissiodorense, ad integrum cum pecoribus et gregibus porcorum.

et basilicæ S. Juliani M., g h i k

13 Basilicæ domni Juliani martyris *g*, ubi Nivigaldus *h* abba præerat, villam in pago Watinense *i*, que appellatur mansiones Theudbaldi, seu Villarus Auroli *k*, cum edificiis, mancipiis, pratis, cum pecoribus et gregibus porcorum et ceteris appenditiis suis.

necnon monasterio S. Martini, l m

14 Monasterio puellarum *l*, quod in honore domni Martini ultra fluvium Ichaune est constructum, agellum, qui appellatur Necariola *m*, quem de Emperia sanctimoniali femina, dato pretio, comparavit, cum edificiis, mancipiis, terris, pratis, silvis ac ceteris appenditiis suis. F

et Basilicæ SS. Gervasii et Protasii; n o p q r

15 De basilica quoque sanctorum martyrum Gervasii et Prothasii *n*, ita in testamento suo posuit: basilice domnorum sanctorum martyrum Nazarii, Gervasii, Prothasii et Celsi pueri *o*, quam Marinus diaconus noster pro nostro solatio edificare videtur, ubi etiam et reliquias eorundem martyrum condidimus, agellum, cujus vocabulum est Briennico *p*, juxta agrum Nanturiacensem, quem nos cum bone recordationis domno Evodio *q*, quondam episcopo commutavimus, simulque Accolatum *r*, supra fluvium Chore positum, sicut a nobis presenti tempore possidentur, ad jam dictam basilicam pro anime nostre remedio decrevimus esse donatos, ad ipsam basilicam, vel ibidem deservientibus perpetualiter possidendos.

(1) Gallia Christiana, tom. IV, col. 870. — (2) Quantin, pag. 44. — (3) Ibid. pag. 107. — (4) Histoire d'Auxerre, tom. I, pag. 139. — (5) Quantin, Dictionn. pag. 42. — (6) Description des Grottes de S. Germain, edit. 1730, pag. 1 et seqq.; Histoire de la prise et de la délivrance d'Auxerre, pag. 142 et seqq. — (7) Aimonus, Historia Francorum, lib. IV. cap. 23. Apud Duchesne, Scriptores Historiæ Francorum, tom. III, pag. 112. — (8) Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 140. — (9) Guérard, Polyptique d'Irminon, tom. I, pag. 132 et seqq. — (10) Quantin, pag. 19. — (11) Ibid. pag. 111. — (12) Ibid. pag. 114, 152. — (13) Ibid. pag. 73. — (14) Ibid. pag. 35. — (15) Ibid. pag. 86. — (16) Ibid. pag. 91 et 136. — (17) Ibid. loc. cit.

Nam

atque etiam basilicis SS. Columbæ et Leonis s

16 Nam his supra scriptis monasteriis, unicuique, singula vasa argentea largiri præcepit. Dedit item basilice Sancte Columbe et Sancti Leonis *s*, que sunt constructe juxta Senonicam urbem, agellum, qui appellatur Viscla, situm in eodem pago, cum edificiis, terris, silvis et universis appendiciis suis, ea ratione ut rectores harum basilicarum eandem villam equa sorte inter se dividerent.

S. Ursicini, t

u

* Bicicrisuensis *La.*

17 Basilice quoque domni Ursicini *t*, vici Crinsensis *u*, beati Germani quondam discipuli, agellum de Villa-Materni, situm in territorio Autissiodorensi, cum edificiis et mancipiis ac terris ad integrum.

S. Amantii in pago Cadurcino, x

18 Item dedit basilice Sancti Amantii *x*, que est constructa in pago Cadurcino, ad stipendium monachorum ibidem Deo deservientium, ubi et genitrix ipsius, sicut jam supra meminimus, corpore requiescit, V villas vel predia, quorum hæc sunt vocabula : Marciriacum et alterum Marciriacum cum appendiciis eorum, Lintiniacum, Conclusam, Ultraridam, Siviriacum *, Angiriacum *, Teponnacum *, Vetrarias, Quinciacum et Crennonem *, que sunt site in pago Cadurcino, cum edificiis, mancipiis et universis appenditiis eorum. Item villam Crispiniacum, sitam in eodem pago, ea ratione distribuit, ut duas partes basilica Sancti Amantii acciperet, tertiam vero basilica, que ad sanctos Brictones *y* dicitur, ubi et ipsi corpore quiescunt, vendicaret. Item agrum, qui appellatur Cassinatus, in eodem Cadurcino territorio consistentem, cum omnibus appenditiis suis. Item portionem de agro Macrinio et Reclinis, sitam in territorio Albiensi *z*, cum edificiis, vineis, mancipiis et ceteris appenditiis suis. Item in pago Rotenensi *aa*, vallem Catemariam, Versellas, Grossumniagum, Sciacum et Atratum, cum edificiis, mancipiis, et omnibus appendiciis eorum. Item Vitaliacum, situm in pago Cadurcino, cum omni integritate.

* Siniaricum *La.*
* Augiriacum *La.*
* Teponiacum *La.*
* Cremonem *La.*

* Brittones requiescunt *La.*

y

z

* Rotonensi *La*

aa

* Siacum *La.*

S. Saturnini bb

19 Preterea dedit et basilice Sancti Saturnini *bb* martyris, quæ est constructa in suburbano Tolosane civitatis, villam, que vocatur Silviniacus, sitam in eodem pago cum omni integritate et appendiciis suis. Similiter et agrum Melgiacum, situm in eodem territorio, cum edificiis, mancipiis, terris et ceteris appendiciis suis.

et ecclesiæ seniori Cadurcensi.

cc

20 Dedit item seniori æcclesiæ Cadurcine *cc* villam, quam Betto tenuit, et ipse ex regum munificentia accepit, sitam in territorio Burdegalensi, cum edificiis, mancipiis et universis appendiciis suis.

Tandem post quam duo millia mancipiorum declaravit ingenua, et alia sua bona dedit nepotibus,

21 Multa quidem et alia possedit, sicut testamenti ipsius pagina manifestat, que tam nepotibus, quam ceteris propinquis suis largitus est : sed et mancipia non minus duo millia permisit esse ingenua, quibus et ea, que ad presens possidere videbantur, ad proprium habere permisit.

moritur et in ecclesia S. Germani sepelitur.

22 Qui vere felix, feliciter vitæ peracto tempore, plenus virtutibus migravit ad Christum, sub die VI kalendarum novembrium et sepultus est juxta sanctum Aunarium in basilica beati Germani.

D

ANNOTATA.

a *Basilicam S. Amatoris ad pedem montis Autrici fundavit ipse S. Amator in honorem S. Symphoriani martyris Æduensis : sed cum in ea S. Amator a S. Germano successore suo sepulturæ esset datus, atque ibi multis claresceret miraculis, Autissiodorenses eam S. Amatoris basilicam vocaverunt : quin primum locum post S. Germani basilicam ei adscribunt SS. Aunarius* (1) *et Tetricus* (2) ; *atque in tanta erat existimatione hæc ædes ut omnibus esset in votis in ejus vicinia sepeliri* (3). *Sed infeliciter a sæculo* VIII *(demptis solum aliquot sæculi* X *annis) usque ad sæculum* XI *penes laïcos fuit. Qua peste ut S. Amatoris cœnobium liberaretur, decrevit anno* 1131 *Innocentius II, ut ab omni alienapotestate esset immune, et prior et fratres sub regula S. Augustini militarent* (4). *Quam viam ne derelinquerent canonici, operam dedit Alanus, Autissiodorensis episcopus, ut prioratus S. Amatoris cum abbatia S. Saturi anno* 1163 *uniretur* (5). *Quæ rerum compositio, usquedum collegium sæculo* XVIII *fuerit extinctum, perduravit.*

E

b Villa Tallonensis, *vulgo* le Talon, *viculus parœciæ Sancti Ferreoli* (Saint Fargeau, arrond. de Joigny, départ. de l'Yonne) (6).

c *Basilicæ SS. Petri et Pauli originem neque Maurini Galliæ christianæ auctores* (7), *quibuscum Georgius Viole omnes suos labores literarios circa res Autissiodorenses communicarat, neque Joannes Lebeuf* (8) *detegere potuere : ejus tamen occurrit mentio in Vita S. Aunarii* (9), *ubi non secus ac in Vita S. Desiderii et in ordinatione S. Tetrici circa annum* 700 *de officio divino persolvendo vocatur basilica* (10). *Dein ex Necrologio ecclesiæ cathedralis* (11) *colligitur basilicam S. Petri sæculis* X *et* XI *concreditam fuisse canonicorum collegio, apud quos certo certius ineunte sæculo* XII *regularis vigebat vita* (12). *Alia hujus basilicæ fata usque ad sæculi* XVIII *perturbationem Gallicam referunt laudati Maurini* (13), *necnon Joannes Lebeuf* (14).

F

d Brittoilus agellus *dicitur gallice, ait Joannes Lebeuf,* Breteau; *qui locus jacet inter Lupam* (la Loing) *et Ligerim prope Ferrolas* (Saint-Fargeau).

e *S. Mariani monasterium* primum, *ut ait decessor noster Bosschius* (15), diœceseos Autissiodorensis S. Germanus pontifex *sub tutela SS. Cosmæ et Damiani MM.* super ripam Ichaune fluminis construxit (16). *Ad illud S. Germanus, quo familiarius cum Deo conversaretur vel corpus suum castigans in servitutem redigeret, non raro divertebat, eique præfecit S. Alodium, quem post suum obitum successorem in episcopatu nactus est. Verum cum Deus ibi ad tumulum S. Mariani Bituricensis, monachi hujus monasterii, multa*

(1) Gesta pontificum Autissiodorensium, apud Duru, tom. I, pag. 329 et seq — (2) Ibid. pag. 343, 345. — (3) Ibid. pag. 312 et seqq. — (4) Lebeuf, Mémoires d'Auxerre, tom. III, pag. 34. — (5) Gallia Christiana nova, tom. XIII, col. 337. — (6) Quantin, Dictionn. pag. 126, 114. — (7) Gallia Christiana, tom. XII, col. 434. — (8) Mémoires d'Auxerre, tom. II, pag. 329. — (9) Gesta pontif. Autiss. apud Duru, tom. I, pag. 329. — (10) Ibid. pag. 343. — (11) Collectio Veterum Scriptorum et monumentorum, tom. VI; Lebeuf, Mémoires sur l'histoire etc., tom. IV, pag. 10. — (12) Acta SS. tom. VIII Oct. pag. 999, 1000, 1003, 1006. — (13) Gallia Christiana, tom. XII, col. 435 etc. — (14) Mémoires d'Auxerre, tom. II, pag. 328. — (15) Acta SS. tom. VII Julii, pag. 205. — (16) Gesta pontif. Autissiod. apud Duru, tom. I, pag. 339.

patraret

A *patraret miracula, monasterium, cui hucusque S. Germani nomen erat,* sancti Mariani *sub Aunario,* S. Desiderii *decessore, vocari cœpit. Quod quum in potestate laicorum a Caroli Martelli ævo usque ad Caroli Magni tempora fuisset, atque sæculo* IX *corpus S. Mariani, ne in Normannorum manus caderet, ad S. Germani ecclesiam fuisset translatum, paulatim eo collapsum est ut sæculo* XII *non nisi sacellum, S. Germano sacrum, superesset. Tunc Itherus, ecclesiæ cathedralis clericus, monasterium, cujus altare ab Innocentio II fuit consecratum, e ruderibus restauravit : illudque anno* 1133 *credidit S. Norberti discipulis, qui ibi usque ad extremi sæculi* XVIII *perturbationes sedem habuere* (1).

f Villaris Capitinarius, *vulgo* Chevigny, *viculus parœciæ Testæ* (Étais, canton Coulanges-sur-Yonne, départ. de l'Yonne) (2).

g *Basilicæ S. Juliani M. origines sunt valde obscuræ Maurini quidem, Galliæ Christianæ scriptores* (3), *existimant, si traditioni fides adhibenda est, eam a S. Peregrino, primo Autissiodorensium episcopo, quæ sibi suisque*
B *clericis esset recessus, fuisse constructam : quam sententiam eo promptius sectatur, quod etiam suo tempore lipsana SS. Marsi et Corcodomi, S. Peregrini discipulorum, ibi religiosissime servabantur. Nuncupatur S. Juliani basilica, quia postea a S. Germano reliquiis S. Juliani fuit aucta. De ea sæculo* VI *meminit S. Aunarius : quo tempore in ea monachi sacris vacabant. Sed S. Palladius,* S. Desiderii *successor, eam extra urbem transtulit, atque multum amplificatam virginibus sacris, vel etiam monachis, ut plures autumant, adaptavit* (4). *Huic monasterio plures reges tertiæ stirpis, inter quos S. Ludovicus, vel privilegia vel beneficia concessere. Ast non omnia ei fuere prospera. Habuerunt enim moniales non raro dimicandum, plerumque felici successu, aut cum episcopis Autissiodorensibus pro exemptione : aut cum nobilibus vicinis pro bonis monasterii. Præsertim extremo sæculo* XVI *magnam passæ sunt cladem, quum anno* 1592, *ne Calvinianis monasterium esset quasi propugnaculum, unde civitati continuo imminerent, funditus sublatum fuit* (5).
C h *Tempore Nivigaldi vel brevi post Palladius, episcopus Autissiodorensis, monasterium S. Juliani sanctimonialibus attribuit, ejusque monachos in novo cœnobio suburbano habitare jussit* (6).

i *Pagus* Watinensis *seu* Wastinensis, *gallice* Gatinois, *erat pagus minor majoris pagi Senonensis* (7).

k Mansiones, *gallice* maisons.

l *Monasterium puellarum S. Martini jam tempore S. Aunarii florebat* (8); *atque in ejus basilica bis quotannis supplicationes fieri statuit S. Tetricus* (9). *Verum adeo pauca de hoc monasterio documenta antiqua supersunt, ut nos lateat, quamnam regulam ibi sequerentur moniales, vel in quasnam laicas devenisset manus, quando medio sæculo* VIII in usus ecclesiæ *cathedralis* S. Stephani rediit (10), *vel quando sæculo* XII *ejus basilica transiit ad Præmonstratenses. Qui magnum ibi ædificarunt monasterium, quod anno* 1570 *ab ipsis catholicis, ne Calvinianis esset arx, solo æquatum fuit* (11). D

m Necariola *agellus erat, cujus situs videtur hactenus ignotus.*

n *Basilicæ sanctorum martyrum Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi pueri,* quam Marinus diaconus noster, *ait* S. Desiderius *in testamento,* pro nostro solatio ædificare videtur, *meminit et S. Tetricus* (12). *Sæculo* VIII *ei adjecta fuit abbatia* in usus ecclesiæ *cathedralis S. Stephani* (13); *sed illius bona atque ipsa abbatia tempore Caroli Martelli in dominatum sæcularium cesserant : quod detrimentum, petente B. Maurino episcopo, cessare jussit Carolus Magnus. Sæculo vero* XV *prioratus non exemptus erat* (14); *quo nomine etiam occurrit in polyptychis anni* 1535 (15) *et anni* 1641 (16). E

o SS. Nazarius, Gervasius, Prothasius et Celsus *puer Mediolani martyrio coronati fuere. Quorum Acta, sanctorum scilicet Nazarii et Celsi ad diem* 28 *julii* (17), *sanctorum vero Gervasii et Protasii ad diem* 19 *junii commentariis illustrarunt decessores* (18).

p Briennicus agellus juxta agrum Nantuaricensem, *vulgo* Brienne. Hujus loci, *ait Cl. V. Quantin,* qui in parochia Nantriaco *(Nitry, canton de Noyers, départ. de l'Yonne)* jacebat. non supersunt vestigia) (19).

q Evodium *Cointius opinatur fuisse circa annum* 631 *episcopum Trecensem. Eam sententiam referunt auctores Galliæ Christianæ novæ* (20).

r Accolatum, *vulgo* Accolay (commune de Vermanton, arrond. d'Auxerre) (21).

s *Basilica simul ac monasterium Benedictinum infra Senonas ad Icaunam constructa fuerant sexto vel ineunte septimo sæculo super tumulum S. Columbæ, quæ in Aureliani persecutione sanguinem pro Christi fide apud Senonas fuderat. Huic basilicæ tanta celebritas ex reliquiis S. Lupi Senonensis, quæ illuc*
F *translatæ fuerant, accessit, ut extremo sæculo* XIII *nomen S. Lupi ei fuerit inditum. Post multos casus ad finem sæculi* XVIII *eamdem quam cætera Galliæ monasteria sortem experta est* (22) *Huic asceterio* S. Desiderius *agelli Visclæ dederat partem unam, alteram concedens basilicæ S. Leonis, episcopi Senonensis. Quam S. Leonis basilicam, cui monasterium adjectum fuit, ædificasse dicitur sæculo* IV *in honorem SS. Gervasii et Protasii S. Ursicinus* (23) *: ubi ipse ejusque successores sepulti fuere. Hos inter S. Leo; ad cujus tumulum quum multa fierent miracula, ejus nomen*

(1) Lebeuf, Mémoires, tom. II, pag. 516 etc. — (2) Quantin, Diction. pag. 56. — (3) Gallia Christ. tom. XII, col. 414. — (4) Gesta pontif. Autissiod. apud Duru, tom. I, pag. 341; Lebeuf, tom. I, pag. 45; Gallia Christiana, tom. XII, col. 414 et seq.; Quantin, Cartul. de l'Yonne, tom. I, pag. 8. — (5) Gallia Christiana, tom. XII, loc. 412. — (6) Ibid. — (7) Cfr Guérard, Polyptyque d'Irminon, tom. I, pag. 61.— (8) Gesta pontif. Autissiod. Duru tom. I, pag. 329. — (9) Ibid. pag. 343, 345. — (10) Ibid. pag. 351. — (11) Lebeuf, Mémoires d'Auxerre, tom. II, pag. 518 et seqq. — (12) Gesta pontif. Autissiod. tom. I, pag. 345.— (13) Ibid. pag. 351.— (14) Lebeuf, Mémoires d'Auxerre, tom. IV, pag. 256 et seqq. — (15) Ibid. tom. IV, pag. 309. — (16) Pouillé de l'archevêché de Sens et des diocèses de Troyes, Auxerre et Nevers. — (17) Acta SS. tom. VI Julii, pag. 303 et seqq. — (18) Ibid. tom. III Junii, pag. 817 et seqq. — (19) Quantin, Dictionn. pag. 20, 92. — (20) Cointius, Annales, tom. II, pag. 843; Gallia Christiana, tom. XII, col. 487. — (21) Quantin, Dictionn. pag. 1. — (22) Gallia Christiana, tom. XII, col. 146. — (23) Acta SS. tom. V Julii, pag. 546.

populari

A *populari usu assumpsit* (1). *Verum sæculo* VIII *loci incolæ corpora SS. Leonis aliorumque in ecclesiam S. Petri transtulerunt; et ne basilica iterum Normannis esset arx, eam destruendam esse decreverunt. Fugatis Normannis, restaurata fuit : ast post multas clades anno* 1644 *parochiæ S. Nicolai in eodem suburbio Senonensi annexa et unita fuit* (2).

t *Basilicæ S. Ursicini in vico Crinsensi* (Crain, canton de Coulonges-sur-Yonne) (3) *agellum de Villa-Materni dedit* S. Desiderius. *Quo autem ævo hæc basilica fuerit ædificata, latet. S. Ursicinus, sancti Germani discipulus, quem dicunt fuisse clericum in monasterio S. Martini de Chora* (Cure, canton de Domecy-sur-Cure, départ. Yonne) (4), *patronus hodie etiam colitur Choræ, ubi ejus caput, ut ait Ven. vir Petin* (5), *religiose servatur. Sed medio sæculo* XVIII *alia reliquiarum S. Ursicini pars in honore erat apud Crinsenses, uti legitur in Martyrologio Autissiodorensi sæculi* XVIII *ad* 23 *augusti* : *qua die presbyteri Autissiodorenses, quemadmodum olim* (6), *ita et nuper* (7) *ejus memoriam recolebant.*

B u Crinsensis vicus, *alias* Crin *seu* Crain (canton de Coulonges, départ. de l'Yonne) (8).

x *Basilica S. Amantii in territorio Cadurcensi* S. Desiderii *munificentiam quoque experta est. Cui basilicæ cum multo plura dona contulisset* S. Desiderius *Cadurcensis* (9) *atque ibi, quemadmodum vivens jusserat, sepulturæ esset datus et multis claresceret miraculis, nomen S. Desiderii, gallice* S. Géry, *suppresso S. Amantii, inditum est* (10).

y *Basilica SS. Brictonum quæ in pagi Cadurcensis parte fuerit sita, reperire non potui. Suspicor hunc locum non esse alium quam* Breteni (11) (Bretenoux, départ. du Lot).

z Territorium Albiense *seu* Albigense, *vulgo* l'Albigeois, *occurrit aliquando sub nomine* pagi Albigiensis *et* civitatis Albigensium (12).

aa Pagus Rotenensis, *alias* Rutenus, (le Rouergue), *cujus urbs primaria Segodunum seu Ruteni, vulgo* Rhodez (13).

bb *Basilicæ S. Saturnini Tolosæ fundamenta posuit sæculo* IV *S. Silvius* (14), *hujus ecclesiæ episcopus, eamque perfecit et dedicavit ejus successor S. Exsuperius, qui etiam*
C *istuc e sacello, a S. Hilario* (15) *ante medium sæculum* IV *ædificato, S. Saturnini corpus transtulit. In hac basilica, etiam nostris diebus, corpus S. Saturnini, primi Tolosanorum apostoli, religiose servatur.*

cc Seniori *seu cathedrali ecclesiæ Cadurcensi dedit quoque villam* S. Desiderius. *Hanc enim ecclesiam ipse S. Martialis, ut refert Bernardus Guido,* in honorem protomartyris Stephani dedicaverat, reliquias ejus primi testis Domini ponens *ibi. Sed postea, sæculo nempe* VII, *multis prædiis eam ditasse dicuntur SS. Desiderii Cadurcensis et Autissiodorensis.*

AUCTORE R. D. B.

APPENDIX.

B. HAINMARUS.

§ Unicus. B. Hainmari, episcopi Autissiodorensis, cultus, gesta et mors. Ejus proximus decessor fuit Savaricus.

Hainmarus *seu* Haimarus, *vel etiam* Aimarus *inter sanctos Autissiodorensis ecclesiæ episcopos legitime locum obtinet : nam, primo ejus imago, adjecto titulo* S. Haymarus, *juxta imagines plurium aliorum sanctorum hujus ecclesiæ episcoporum, in sacello S. Sebastiani circa annum* 1540 *depicta fuit* (16); *quo argumento jam in opere nostro vindicatus est cultus B. Humbaldi, similiter pientissimi episcopi Autissiodorensis* (17) ; *dein in Indice, Gestis pontificum Autissiodorensium prævio, et*
E *sæculo* XIII *confecto, uti etiam in episcoporum Autissiodorensium catalogo ms. sæculi* XII *(qui in bibliotheca imperiali Parisiensi sub num.* 6042 *servatur)* S. Aymarus, mart. *appellatur. Præterea in codice* 4812 *ejusdem bibliothecæ, qui videtur ad sæculum* XVI *referendus, inter Autissiodorenses episcopos, quorum tunc temporis in illa ecclesia officium ecclesiasticum a remotis temporibus celebrabant clerici, numeratur. Accedit quod in epitome episcoporum Autissiodorensium, sæculo* XIV *conscripta, uti tradit Joannes Lebeuf, dicitur* beatus Haymarus martyr (18). *Quam appellationem nemo mirabitur, qui in memoriam sibi revocaverit martyres olim, quemadmodum pluries in opere nostro ostensum est, habitos fuisse qui pro pietate vel etiam nullam ob causam cum pietate necati fuerint* (19).

B. Hainmarus, *episcopus Autissiodorensis, cujus cultus certus est,*

2 *Gesta* S. Hainmari *Heiricus, Alagus et Rainogala descripta nobis reliquere in hunc modum :* Ainmarus, vocatus episcopus, tenuit principatum annos XV. Fuit enim vir valde strenuus atque nobilitate generis non mediocriter decoratus, simul quoque fundorum dignitate ditissimus. Nam in tantum ejus potestas seculariter excrevit, ut usque ad ducatum pene totius Burgundiæ perveniret. Contigit autem eo tempore Pipinum, filium prioris Karoli, Aquitaniam, ex evocatione Eudonis, Aquitanorum ducis, adversus Aimonem *, Cæsarauguste regem, perexisse; qui Lampagiam, ipsius Eudonis filiam, in conjugium sumpserat, et federa connubii ruperat. Convenientes autem in locum, qui Iberra dicitur, dum inter se pugnare cepis-

et qui post bellum in Aquitania peractum

F

* *alias* Munur

(1) Acta SS. tom. III Aprilis, pag. 31 et seq. — (2) Gallia Christiana, tom. XII, col. 118. — (3) Quantin, Dictionnaire du département de l'Yonne, pag. 42. — (4) Ibid. pag. 44. — (5) Dictionnaire Hagiologique, tom. II, col. 1211. — (6) Breve Autissiodorense pro anno 1720. — (7) Ordo divini officii etc. juxta ritum Senonensem et Autissiodorensem. — (8) Quantin, Dictionn. pag. 42. — (9) Vita S. Amantii, Rutheni episcopi, apud Labbe, Biblioth. Mss. tom. II, pag. 474; Vita S. Desiderii Rutheni, ibid. pag. 709 et seqq. — (10) Gallia Christiana, tom. II, col. 155 et seqq. — (11) Deloche, Cartul. de Beaulieu, pag. CCLXXVI, 11 et 142. — (12) Valesius, Notitia Galliarum, pag. 10. — (13) Ibid. pag. 491. — (14) Acta SS. tom. VII Maji, pag. 438. — (15) Ibid. tom. VII Sept. pag. 623. — (16) Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 180; tom. II, pag. 127. — (17) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 996. — (18) Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 180. — (19) Papebrochii responsio ad Exhibitionem errorum, art. II, § 17, Acta Bollandiana vindicata, pag. 378; Acta SS. tom. VIII Octob. pag. 96 et 367; ibid. tom. IX Octob. pag. 602; ibid. tom. XI Octob. pag. 745, 946 et 716.

AUCTORE R. D. B.

sent, hic Ainmarus cum suis in Sarracenorum multitudinem irruens, maxima eos cede prostravit, devicit, atque simul cum rege suo, Christo propiciante, victor exstitit. Sicque Pipinus cum triumpho Franciæ partes repetiit; sed non multum post prædictus Eudo pactum, quod pepigerat cum Pipino, fallaci mutatione deseruit. Unde factum est ut isdem Ainmarus, præcipiente jam dicto Pipino, iterum Aquitaniæ partes, collecta suorum multitudine, repeteret, atque Eudonem ad bellum provocaret; quibus in unum congressis, tanta subito cede Aquitanici corruerunt, ut vix ipse dux eorum Eudo per fugam dilapsus evaderet.

occisus fuit,

3 Sed, quorundam insidiante invidia, quæ prosperis rebus semper adesse solet, suggestum est regi, quod ipse Eudo non aliter nisi ex consensu Ainmari evasisset. Qua de causa evocatus

* Bastogne.

ab eodem rege apud Bastoniam * villam, quæ est sita in saltu Arduenne, custodie carcerali est mancipatus. Interjectis itaque paucis diebus, cujusdam nepotis sui ingenio carcere extractus, arrepto equo, fugam iniit; cujus post tergum cum summa velocitate adversarii insequentes

B

in loco, qui Lufaus dicitur in pago Tullensi, eum consequuti sunt, qui videns se eorum insidias evadere non posse, totum se ad divinum contulit auxilium : nam, dum extensis brachiis in modum crucis, oculis ad cœlum elevatis, supernam gratiam exoraret, lanceis persequentium confossus, simul cum predicto nepote suo occubuit. Ibique dicitur fuisse sepultus. Servatur hactenus Autissiodori in altare matris *(cathedralis)* ecclesiæ crux aurea ligni dominici, ostentans insignia martyrii ejus.

multa dedit bona basilicis S. Stephani et S. *Germani.*

4 Sed et quasdam res proprietatis suæ ecclesiis Dei fideliter distribuit, consilium et ordinationem nactus domni Teodranni, jam tunc ex sua voluntate ordinati pontificis. Dedit itaque basilicæ sancti Stephani, ad stipendium clericorum ibidem Deo deservientium, villam quæ dicitur

*Merry-la-Vallée.

Matriacus *, sitam in pago Senonico, cum edificiis, mancipiis, vineis, silvis et universis appendiciis suis. Item in pago Autissiodorensi, ad xenodochium predicte matris ecclesiæ, villam quæ dicitur Miliciacus*, et alteram quæ vocatur

* Milly.

* Vrilly.

Viriliacus *, cum universis appendiciis eorum. Ceterum basilice Sancti Germani, ad stipendium monachorum, villam Abundiacum * nomine, sitam in pago Autissiodorensi, cum edificiis, mancipiis, silvis et omnibus appendiciis suis. Item in pago Vastinensi villam, que dicitur Pons-Maxentii, similiter cum appendiciis suis. Dedit idem ad xenodochium ejusdem basilice domni Germani villas sitas in pago Autis-

* Annay-la-Côte.

siodorensi, hoc est Nigrontum * cum appendiciis suis; Linerolas * quoque, similiter cum appendiciis suis; simulque Lagunas. Nam Boniacus atque Vitriacus, tempore interfectionis sue, in fiscum cesserunt dominicum. *Hactenus episcoporum Autissiodorensium historiographi* (1).

* Néron.

* Linereiles.

Cointius vero et Lebeuf contendunt eum successisse Aidulfo,

5 *Verum duo scriptores, qui præ cæteris egregiam in Autissiodorensibus antiquitatibus illustrandis operam navarunt, Cointius* (2) *et Joannes Lebeuf* (3), *persuasum sibi habent seriem episcoporum Autissiodorensium istius temporis mendis pluribus eisque gravioribus scatere; et quum S. Heiricus ejusque socii post S. Tetricum ponant Flocoaldum, Savaricum,* S. Hainmarum, *Theodrannum, Quintilianum, Cillianum, Clementem, Aidulfum, Maurinum; Cointius, intervertens seriem, arbitratur sibi invicem in Autissiodorensi cathedra successisse S. Tetricum, Savaricum, Flocoaldum, Quintilianum, Clementem, Aidulfum,* Hainmarum, *Theodrannum, Maurinum : quam sententiam sequitur Lebeuf, nisi quod post Flocoaldum venisse opinatur Savaricum, dein Quintilianum seu Cillianum; (hos enim unum eumdem que fuisse episcopum autumat.) Ratio Cointii est quod hinc* in Historia episcoporum Autissiodorensium et in omnibus eorumdem pontificum catalogis Savaricum immediate sequuntur Hainmarus et Theodrannus, quorum *prior* pontificatum gessit Pippino Caroli Martelli filio jam rege, *posterior* vero ordinatus fuit episcopus ex ipsius Hainmari consensu : *illinc* in eadem Historia iisdemque catalogis occurrit Aidulfus, qui sedit annos XV " fuitque temporibus Caroli Majoris " id est Martelli ", et perduravit usque ad Pipinum. *Ex quibus infert Cointius* Hainmarum et Theodrannum post Aidulfum re- E jiciendos esse, nec Aidulfum Flocoaldo proxime successisse, quoniam a morte Flocoaldi episcopi ad obitum usque Caroli Martelli seu Majoris effluxerunt anni viginti. Inter Theodrannum, *pergit Cointius,* et Aidulfum episcopos in catalogis Autissiodorensibus medii collocantur, Quintilianus, Cillianus et Clemens. Tres ii pontifices Autissiodorensi ecclesiæ per annos tredecim præfuerunt. Apud Severtium anno uno completo circumscribitur episcopatus Quintiliani. In Historia episcoporum Autissiodorensium, Cillianus sedet " annos sex, menses duos, " obitque " pridie nonas augustas "; Clemens vero sedet " annos V, mensem I, dies X, " tum dimittit episcopatum. Id est, cum post Flocoaldi mortem civitas Autissiodorensis, ut eadem Historia testatur, sine episcopo dies VII fuisset, hoc ipso anno Quintilianus episcopatum suscipit mense martio, vitamque claudit anno Christi septingentesimo vicesimosecundo; Cillianus eodem anno mense junio fit episcopus, moriturque pridie nonas augustas anno Christi septingentesimo vicesimooctavo; eodem anno Clemens ordinatur episcopus, et, annis quinque, mense F uno, diebusque decem transactis, abdicat episcopatum anno Christi septingentesimo tricesimotertio (4).

licet successerit Savarico.

6 *Ast in sententiam vel Cointii vel Joannis Lebeuf abire non lubet, aut tantos nævos chronologicos in Heirici et sociorum opere aut in episcoporum catalogis admittere. Forsan Cilliani vel Clementis episcopatum præter modum Heiricus sociique protraxerunt. Sed potius dicerem eos loco Caroli Martelli scripsisse Pippinum et ad filium ea gesta quæ ad patrem spectarent retulisse : nam in aliis quas hoc loco narrant rebus hunc errorem admiserunt : bella scilicet cum Eudone et Saracenis, quæ a Pippino gesta fuisse narrant, a Carolo Martello, non vero a filio perfecta fuisse, et Eudonem anno* 735 *ex hac terra migrasse, unanimi quasi veterum testimonio constat* (5). *Quibus intellectis, nihil impedit quominus*

(1) Duru, Bibliothèque Historique de l'Yonne, tom. I, pag. 347. — (2) Annales ecclesiastici Francorum, ad annum 721, tom. IV, pag. 635 et seqq. — (3) Mémoires etc. tom. I, pag. 172 et seq. — (4) Annales ecclesiast. Francorum, ad. an. 721, tom. IV, pag. 634 et seq. — (5) Cfr Cointius, ibidem ad an. 735, pag. 863.

Heirici,

AUCTORE R. D. B.

B. QUINTILIANUS.

§ Unicus. B. Quintiliani, episcopi Autissiodorensis, ortus, mors et cultus.

B. Quintilianus *primus post Theodrannum inter episcopos Autissiodorenses in antiquis catalogis recensetur. Ejus laudes celebrant Heiricus et socii in libro de Gestis episcoporum Autissiodorensium, præmittentes laudes patris, pagi Puisaye in territorio Autissiodorensi domini et a populo propter vitæ sanctimoniam vocati* Saint-Quinquelin (11). *Sed audiatur Heiricus :* Quintilianus episcopus fuit nobilis genere, cujus pater Quintilianus monasterium Meleretense *(vide Commentarium prævium de S. Desiderio, num.* 13) construxit, ac rebus propriis ditavit, xenodochiumque Brittonum, Romam pergentium, ibidem esse constituit. Hic beatus episcopus ante episcopatum abbas fuit monasterii sancti Germani : sed ob vitæ meritum ac generis nobilitatem, a monasterio populi electione vocatus, pastor est ecclesiæ subrogatus. Sepultus est itaque juxta predecessores suos, in basilica sancti Germani (12). *Dein de Cilliano,* B. Quintiliani *in episcopatu successore ibidem legitur :* Cillianus episcopus sedit annos VI, menses II. Obiit autem pridie nonas augustas, et sepultus est in basilica S. Germani (13). *Verum Joannes Lebeuf arbitratus est* B. Quintilianum *et Cillianum, tum ob nominum similitudinem, quum ob omissum annorum numerum quibus sedem Autissiodorensem prior occupavit, unum eumdemque fuisse episcopum ; addens in errorem lapsos esse Heiricum, Alagum et Rainogalam, quum Cilliano loco* XI *annorum tantum* VI *annos episcopatus assignaverunt ; sed hæc sententia, nullo firmo argumento nixa et cum testimonio historicorum fere coævorum ac ipsa ecclesiæ Autissiodorensis traditione pugnans, nequaquam probabilis est ; adeoque sufficit ut quinque anni episcopatui* B. Quintiliani *adscribantur ut in Cilliani annis nihil mutandum sit.* B.Quintilianus *episcopus Autissiodorensis,*

2 *Neque diem, neque annum, quibus* B. Quintilianus *mortem oppetierit novimus. Cointius* (14) *quidem et Lebeuf* (15), *quos sequi detrectant Maurini auctores Galliæ Christianæ, indicant prior, annum* 722, *posterior vero,* B. Quintilianum *et Cillianum unum eumdemque faciens episcopum, annum* 728. *Ast, ut modo diximus, alia ineunda est via. Post annum* 731, *quo Hainmarus obiit, creatus fuit episcopus ; ita tamen ut inter ambos sederit Theodrannus. Præterea certum quoque est eum occubuisse pluribus annis priusquam Carolus Martellus, cujus circiter temporibus S. Aidulphus ecclesiæ Autissiodorensi præpositus fuerit, anno* 741 *ex hac vita sublatus est.* *moritur post annum* 731.

Heirici, Alagi et Rainogalæ vestigiis insistentes S. Hainmarum *Savarico episcopum Autissiodorensem suffectum fuisse anno* 715 *vel brevi post affirmemus : quum hocce anno, quo scilicet pugna in silva Cotia, Suessionibus vicina, commissa fuit, Savaricus diem obiit. Etenim* Franci, *ajunt historiographi Autissiodorensium episcoporum,* inter se dissidentes cum plurima civilia bella commoverent, in silva Cotia in invicem irruentes, maxima sese cede mactaverunt : tunc isdem episcopus, postponens pontificalem dignitatem, undecumque collecta plurima multitudine, cum Lugdunum pergeret, ut eam sibi ferro subjugaret, divino fulmine percussus, cita morte interiit, sicque ad civitatem propriam reportatus, atque in basilica Sancti Germani juxta prædecessores suos est sepultus (1). *In Gestis Regum Francorum* (2), *uti in Fredegarii Scholastici Chronico* (3), *ubi eadem describitur pugna, additur tunc temporis* Dagobertum regem obiisse : *dein legitur in Annalibus Nazarianis* (4) *et Petavianis* (5) *id contigisse anno* 715 (6) : *ex quibus fluit Savaricum anno* 715 *e vivis decessisse, ac proin etiam* S. Hainmarum *eodem circiter tempore episcopatum Autissiodorensem auspicatum esse. Hunc tenuisse ad annum usque* 731, *suadet primo quod* S. Haymarus, *qui non ante annum* 715 *episcopus creatus fuit, annos* XV *ecclesiæ Autissiodorensi præfuit : dein quod brevi postquam, mandante Carolo Martello, in Aquitania modo pro Eudone, modo contra Eudonem bellum gessisset, crudeliter fuit necatus : de quo bello legitur in Annalibus Nazarianis :* Anno 731, Karolus vastavit duas vices ultra Ligere (7). *Item in Annalibus Petavianis :* Anno 731, Karolus fuit in Wasconia contra Eodonem (8). *Præterea in Annalibus Tillianis :* Anno 731, Karolus pugnavit in Vasconia contra Eodonem (9). *Neque alio modo loquitur auctor Chronici Sancti Dionysii :* Anno 731, *ait* (10), Karolus fuit in Wasconia contra Eodonem ; *vel etiam auctor Annalium Metensium :* Anno 731, ab incarnatione Domini, Eodo, dux Aquitaniorum, a jure fœderis, quod Karolo principi promiserat, recessit. Quo comperto, Carolus princeps exercitum congregans Ligerim fluvium transiit. Eodone vero fugato, bis eodem anno Aquitaniam populatus est. Multis quoque thesauris sublatis, ad proprias sedes principatus sui cum gaudio remeavit. *Quod si soli Annales Nazariani et Metenses de duplici bello in Aquitania eodem anno moto agunt, alii vero de uno tantum, hæc videtur esse causa quod, cum brevi intervallo in eodem tractu fuerint gesta, tamquam unum bellum haberi possunt.*

(1) Biblioth. de l'Yonne, tom. I, pag. 347. — (2) Duchesne, Historiæ Francorum scriptores, tom. I, pag. 719. — (3) Ibid. pag. 769. — (4) Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. I, pag. 25. — (5) Ibid. pag. 7. — (6) Cointius, Annal. eccles. tom. IV, ad annum 721, pag. 654. — (7) Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. I, pag. 25. — (8) Ibid. pag. 8. — (9) Ibidem. — (10) Ibid. pag. 525; Cointius, Annal. eccl. tom. IV, ad annum 731, pag. 782. — (11) Lebeuf, Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 174. — (12) Bibliothèque de l'Yonne, tom. I, pag. 349. — (13) Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 175. — (14) Annales eccles. Francorum, tom. IV, ad annum 722, num. 53, pag. 679. — (15) Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 174.

De

et a remotis temporibus colitur.

3 *De cultu ecclesiastico* B. Quintiliani *pauca sufficiant. Occurrit ejus nomen in duobus monumentis valde antiquis, in Indice nempe prævio ad Gesta pontificum Autissiodorensium et in Catalogo ms. episcoporum ejusdem ecclesiæ, olim monasterii Pontiniacensis, nunc bibliothecæ publicæ Parisiensis, cum appellatione* sancti. *Præterea a domno Fournier vocatur* beatus; *qui et eum inter sanctos, in crypta Sangermanensi conditos, recenset. Demum Castellanus in indice Martyrologii universalis* B. Quintilianum venerabilem *nuncupat; sed hæc appellatio tantum illic valet quantum alibi* beati *titulus. Pro more sequuntur Castellanum de Saint-Allais* (1) *et V. V. Petin* (2), *nisi quod subjungunt* Quintilianum *in antiquis libris mss. Autissiodorensibus* beatum *vocari.*

B. MAURINUS.

§ Unicus. B. Maurini episcopi Autissiodorensis cultus et mors.

B. Maurinus, successor B. Aidulfi, cujus cultus certus est, moritur circa annum 797.

B. Maurinum *Heiricus et socii, necnon catalogi omnes episcoporum Autissiodorensium antiquissimi hujus ecclesiæ præsulem post B. Aidulfum* (ex cujus voluntate, *cum ipse adhuc viveret et paralysi impediretur*, administrarat publicas functiones) circa exordium Caroli Magni (3), *seu circa annum* 768, *electum fuisse tradunt. A remotissimis quidem temporibus in sanctorum albo adscriptus fuit. Etenim in episcoporum Autissiodorensium catalogo ms. sæculi* XII *bibliothecæ imperialis Parisiensis, num.* 6042, *et in Indice, quem sæculo* XIII *fecerunt prævium Gestis Pontificum Autissiodorensium, nomini ejus additur* sancti *titulus; similiter in epitome ms. Autissiodorensium episcoporum, anno* 1375 *conscripta, ut refert Joannes Lebeuf: dein ejus imago juxta aliorum sanctorum Autissiodorensium episcoporum imagines circa annum* 1540 *in S. Sebastiani sacello coloribus delineata fuit. Quaproper Robertus, Autissiodorensium epi*
C *scoporum seriem texens,* Maurinum *vel* Marinum *merito vocavit* sanctum (4). *Similiter Severtius* (5), *qui eum* Maurinum *et* Marinum, *appellat; itemque Saussayus, qui eum inter sanctos Gallicanos diei* 4 *augusti recensens, perperam addit eum episcopatum tempore Caroli Martelli auspicatum fuisse. His et calculum suum adjiciunt Galliæ Christianæ novæ scriptores* (6). *Postquam vero* S. Maurinus *sedisset* annos XXVIII, decessit *anno scilicet* 797 *vel* 798, VIII idus augusti (6 *augusti)* atque in ecclesia Sancti Gervasii tumulatus est, quam et ipse quoque renovaverat (7). *Ejus etiam meminit Necrologium Autissiodorense (a sæculo* VIII *ad sæculum* XII *scriptum) die* 6 *augusti hisce verbis:* Obiit Maurinus episcopus qui dedit stipendiis fratrum agellum proprietatis suæ, cujus vocabulum est Villare, non longe a Varziaco (8).

D

VITA B. MAURINI

Episcopi Autissiodorensis,

ex gestis pontificum Autissiodorensium, secundum editionem ven. viri Duru in Bibliotheca Icaunensi.

CAPUT UNICUM.

B. Maurinus bona ecclesiæ ablata restitui curavit,

Maurinus episcopus sedit annos XXVIII. Fuit circa exordium regni Karoli Magni vir strenuus, et facunda urbanitate eloquentissimus, atque sanctitatis titulis admodum decoratus: fertur nanque prophetico spiritu nonnulla predixisse, que mox rei probavit eventus; et, quanquam E potestate seculari impar, multis tamen etiam potentissimis dignitate se parem exhibuit. De hoc certissime constat, quod ingenio et prudentia singulari res, ut dudum prediximus, ecclesiæ suæ subtractas *a*, annuente Magno Karolo, tunc rege, *a* postea imperatore, recuperaverit. Acceptum nanque aurum, ut fertur, in eadem civitate, in turre Brunechildis *b* inventum, atque, ut dicitur, li- *b* bratim distributum, orarii *c* quo utebatur nodis *c* hinc inde cohercuit, atque collo suspensum, ante prenominati regis presentiam novo ordine detulit; pariterque commisse sibi ecclesiæ paupertatem ac sue tenorem petitionis regiis auribus intimavit, id se precogitasse asserens, ut singulos palatii principes singulis auri libris in sui adjutorium conciliaret; sed postea mutasse sententiam, atque, ut ipse solus cuncta acciperet, rectius judicasse. Annuit benignitas principis, et ut, decedentibus singulis qui tunc res æcclesiasticas obtinebant, paulatim cuncta reciperet, precepto regie auctoritatis edixit. Sicque, annuente Deo, res prospere cessit, ut fere intra biennium nullus pene eorum restiterit, quibus predia ecclesiastica contra licitum deserviebant. F Ea tempestate, abbatia sanctorum martyrum Gervasii et Protasii, nec non et sancti Martini *d*, *d* sancti quoque Eusebii in usus sancti Stephani redierunt: maxima quoque villarum pars, que fuerant eatenus abdicate.

et ex proprio fundo multa fecit dona pia.

2 Hoc presule, primus comes pagi Autissiodorensis, Ermenoldis nomine *e*, in suo ipsius *e* predio monasterium in Salvatoris honore construxit, quod idem episcopus solempniter dedicavit; atque ex rebus Sancti Stephani villam, cui Cocciacus *f* nomen est, in augmentum de- *f* dit; nichilominus prefatus comes obtentu episcopi idem monasterium sancto Stephano postea delegavit. Super altare quoque matris ecclesiæ *g*, hic ipse pontifex pallium pretiosissimum *g* auro et margaritis obtulit decentissime exornatum. Crucem etiam ex auro purissimo et gemmis pretiosis composuit, nomine inscribens suo.

(1) Dictionnaire universel des saints, martyrs, confesseurs, bienheureux, vénérables, etc. pag. 117. — (2) Dictionnaire Hagiologique, supplément, col. 1561; Cfr les SS. grottes pag. 196. — (3) Bibliothèque de l'Yonne, tom. I, pag. 350. — (4) Gallia Christania, pag. 250. — (5) Severtius, Chronologia etc., pene omnium Antistitum Galliæ, ad finem Chronologiæ historicæ Lugdunensis archiepiscopatus, pag. 124. — (6) Gallia Christiana nova, tom. XII, col. 272. — (7) Bibliothèque de l'Yonne, tom. cit. pag. 350 et seq. — (8) Lebeuf, Memoires etc. tom. IV, pag. 16.

Sed

A Sed et imitator existens bone memorie predecessoris sui, contulit res proprietatis sue Sancto Stephano, ut pauperum indigentiis subministrarent. Sunt autem eedem res posite in pago
h Tornodorensi, in villa que dicitur Fontanetus*h*:
nichilominus et stipendiis canonicorum agellum proprietatis sue contulit, cujus vocabulum
i est Villare, non longe a Varciaco *i*, quod ipse a quadam matrona optinuerat, nomine Rocla. Decessit VIII idus augusti, atque in æcclesia Sancti Gervasii tumulatus est, quam et ipse quoque renovaverat.

ANNOTATA.

a *Sub* S. Maurini *decessore, S. Aidulpho, adeo* res ecclesiasticæ, ab episcoporum potestate per eumdem principem *(Carolum Martellum)* abstracte, in dominatum secularium cesserant; ut, centum tantummodo mansis episcopo derelictis, quicquid villarum superfuerit in sex principes Baioarios distributum fuerit; abbatie vero singulis abbatibus dilargite (1).
B *Contendunt tamen plures* (2), *aliis negantibus* (3), *hujusmodi injustæ usurpationis perperam fuisse incusatum Carolum Martellum. De hac re fusius disseremus alibi, scilicet in Commentario prævio ad Vitam S. Remigii Lugdunensis.*

b *De hac turri nihil certi proferri audent rerum Autissiodorensium periti. Tempore vero, quo Joannes Lebeuf inter vivos agebat, septem vel octo supererant antiquissimæ turres : cuinam earum sæculo* VIII *fuerit nomen* turris Brunechildis, *ignorabatur : quin etiam dubitabat Lebeuf num illud nomen Heirici et sociorum esset figmentum* (4).

c Orarium, *stola sacerdotum* (5).

d *De monasteriorum SS. Gervasii et Protasii necnon et S. Martini originibus breviter disseruimus in notis, (supra pag.* 368) *Vitæ S. Desiderii Autissiodorensis adjectis.*

e *Primum Autissiodorensium comitem Ermenoldum, postquam, fratre suo Carlomanno mortuo, tota Gallia esset potitus, crearat Carolus Magnus* (6).

f Cocciacus *positus erat, ubi nunc jacet*
C Saints, *alias* Saints-en-Puissaye, (canton de S. Sauveur, départ. de l'Yonne) (7).

g Mater ecclesia, *ecclesia cathedralis* (8).

h *Fontanetum putat Joannes Lebeuf eumdem locum esse ac agrum* Fontenay-près-Chablis (canton Chablis, départ. de l'Yonne) (9).

i *Varciaco, gallice* Varzy (10). *Est forte* Varzy *seu* Vassy, *viculus parœciæ* Taingy, (canton de Courson, départ. de l'Yonne) (11).

AUCTORE R.D. B.

B. AARON.

§ Unicus. B. Aaronis cultus. Ejus episcopatus et mors.

S. *Maurino, e vivis sublato, suffectus est* B. Aaron, *qui in laudato Autissiodorensium episcoporum catalogo sæculi* XII sanctus, *et in Indice prævio Gestis pontificum Autissiodorensium* beatus *appellatur. Sed præcipuum indicium cultus est, quod et ejus imago media inter imagines sanctorum episcoporum Autissiodorensium in S. Sebastiani sacello circa annum* 1540, *addito* sancti *titulo, depicta fuit. Ejus meminit Castellanus in supplemento sui Martyrologii Universali ad diem* 13 *februarii, his verbis :* Autissiodori, venerabilis Aaron, episcopi, qui, in S. Gervasii prioratu sepultus, in nonnullis Mss. vocatur sanctus (12) : *quæ verba de Saint-Allais in novam Castellani editionem ad diem* 13 *februarii, et V. V. Petin in Lexicum suum Hagiologicum* (13) *transtulerunt. Saussayus quoque, ad diem* 7 *julii S. Angelelmi memoriam recolens, addit eum post* B. Aaronem *Autissiodorensem rexisse ecclesiam* (14) : *dein in Gallia Christiana Robertus* (15) *et postea monachi Benedictini* (16), *seriem episcoporum ejusdem ecclesiæ explicantes*, Aaroni sancti *nomen tribuunt. Quæ omnia abunde probant jam pridem* B. Aaronem *cælitibus annumeratum fuisse.* B. Aaron, *olim inter sanctos recensitus*

2 *Non me fugit in Usuardino Martyrologio, a Greveno annis* 1515 *et* 1521 *edito, quemdam* Aaronem episcopum *inter sanctos diei* 28 *septembris recenseri : quod decessores nostri, illic et in Florario Ms. sanctorum animadvertentes, eum ab* Aarone *Autissiodorensi episcopo non esse diversum suspicati sunt, sed quum nullo certo argumento id eis esset apertum et* B. Aaron *Autissiodorensis in Gestis episcoporum et in vetustissimo Necrologio hujus ecclesiæ die* 13 *februarii mortem oppetiisse asseratur, neque alius* S. Aaron *eis innotesceret, S. Aaronem Grevenianum inter prætermissos diei* 28 *septembris locandum esse censuerunt.* *et diversus (ut videtur) ab Aarone laudato ad diem* 28 *septembris,*
E F

3 *Porro* Aaron episcopus, *ajunt Heiricus et socii,* sedit annos XIII, *et addunt :* De hoc constat, quod, proficiscente Romam Karolo Magno sub Leone papa *(anno* 800) ad decus imperii roborandum, cum ipso pariter profectus est, atque in ipsa expeditione abbatiam S. Mariani *(quæ in laicorum manus pervenerat, ut supra in Commentario prævio, pag.* 367 *dictum est)* a præfato imperatore obtinuit. *Quum ea occasione esset Romæ, si fides sit Sansovino et aliis* (17), B. Aaron *Leoni papæ vel totum corpus vel tres costas S. Peregrini, Autissiodorensium episcopi, dono dederit. Verum hoc minus verisi-* *præfuit ecclesiæ Autissiodorensi ineunte sæculo IX: quo tempore Romam comitatus est Carolum Magnum; non tamen eo detulit reliquias S. Peregrini.*

(1) Bibliothèque de l'Yonne, Gesta pontificum Autissiodor. tom. I, pag. 350. — (2) Pagii Critica Baronii ad annum 741, num. XIV; Thomassin, Discipline de l'Église, part. III, lib, I, ch. 8, tom. III, col. 42. — (3) Cointius, Annales ecclesiast. tom. V, ad annum 741, pag. 48 et seq.; Baluzius, Capitularia regum Francorum, tom. II, col. 1137; Raepsaet, Œuvres complètes, tom. I, pag. 287 et seq. — (4) Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 181, III, pag. 23. — (5) Cangius, v° *Orarium*. — (6) Lebeuf, Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 182; et tom. III, pag. 24. — (7) Quantin, Dictionn. etc. pag. 118. — (8) Cangius, v° *Ecclesia*. — (9) Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 182. — (10) Ibid. loc. cit. — (11) Quantin, Dictionn. etc. pag. 126. — (12) Lebeuf, Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 184. — (13) Petin, Dictionnaire Hagiologique, col. 16. — (14) Martyrologium Gallicanum, pag. 419. — (15) Gallia Christiana, pag. 250. — (16) Gallia Christiana nova, tom. XII, col. 273. — (17) Lebeuf, Mémoires etc. tom. I, pag. 184.

mile

AUCTORE R. D. B.

mile est; quum nullius veteris scriptoris testimonio nitatur; neque facile tam sacro pignore sese spoliari sivissent Autissiodorenses. Præterea S. Peregrinus, qui a S. Petri canonicis Romæ colitur, non est S. Peregrinus Autissiodorensis, sed alius S. Peregrinus, qui die 25 *augusti pro Christi religione sanguinem fudit, uti ex basilicæ Vaticanæ Calendario sæculi* XII, *quod primus juris publici fecit B. Josephus Maria Thomasius cardinalis, evidens est* (1). *Accedit quod oratorium S. Peregnini Romæ, ut olim animadverterunt decessores nostri* (2), *jam ante S. Leonis III tempora fuit ædificatum.*

Quum multum ornasset basilicam S. Stephani, obiit circa annum 799.

4 Hic idem pontifex Aaron, *pergunt Heiricus et socii,* ciborium super altare S. Stephani in cathedrali ecclesia auro argentoque mirifice composuit. *Ciborium vero illo ævo* tegimen *seu* umbraculum altaris erat, quod quatuor columnis iisque prælatis attollebatur, et in fastigiatam formam eductum totum altare contegebat (3). *De aliis* B. Aaronis *gestis silent Heiricus socii-que, præterquam quod* obiit idus februarii *(*13 *februarii)* sepultusque est in basilica Sancti
B Gervasii (4). *Verum cum cathedram Autissiodorensem anno circiter* 799 *occupare cœperit, et annos* XIII *sederit, mors ejus ad annum* 813 *referenda est.*

B. BETTO

§ Unicus. B. Bettonis cultus, episcopatus, mors et sepultura.

B. Betto, *qui cultu ecclesiastico fuit honoratus,*

In Litaniis, quas monachi S. Germani Autissiodorenses olim recitabant, quoties ob occurrentes necessitates supplicationem per ecclesiæ suæ cryptas instituebant (5), *occurrebat* B. Bettonis *nomen. Quod referens Joannes Lebeuf* (6) *subjungit numquam alio cultu eum fuisse honoratum; et huic monachorum Autissiodorensium religioni tribuendum esse, quod sæculo* XVII *in Senonensi monasterio sanctæ Columbæ festum* B. Bettonis *fuit cele-*
C *bratum, et Castellanum exemplo Senonensium fuisse perperam inductum ut albo sanctorum* B. Bettonis *nomen inscriberet* (7). *Sed non attendit Joannes Lebeuf* B. Bettonem, *ex eo quod in S. Germani monasterii Litaniis, (quas ipse ad decessores nostros scribens medio sæculo* XVII *compositas autumat)* (8), *spectante et non contradicente ecclesia, palam invocatur, quin initium cultus ei delati indicari possit, merito inter sanctos recenseri. Quod argumentum, a decessoribus nostris adhibitum ad probandum S. Gerannum, item episcopum Autissiodorensem, jure merito inter sanctos recenseri, olim multum placuit ipsi Joanni Lebeuf* (9). *Accedit quod Dominicus de Seguier, episcopus Meldensis, anno* 1642, in processu verbali reserationis sanctorum, in
D basilica S. Germani sepultorum, *quam annis* 1634 *et* 1636 *fecerat, cum esset episcopus Autissiodorensis,* B. Bettonem *ter appellavit* sanctum (10): *quod certe non fecisset, quum brevi ante Urbanus VIII decreta sua contra imprudentem sanctorum cultum promulgarat, nisi jam ultra sæculum* B. Betto *inter cælites agnitus fuisset. Præterea in S. Germani monasterio, uti refert anno* 1713 *Fournier, ejusdem monasterii monachus,* B. Bettonis *festivitas agebatur, quin innuat eam tunc temporis nuper fuisse usurpatam : neque sæculo* XVIII *exeunte videtur fuisse abrogata, nam in altera ejusdem opusculi editione, anni scilicet* 1780, *iterum dies* 24 *februarii, utpote* B. Bettoni *in monasterio Sangermanensi sacer, indicatur* (11). *Est tamen mihi dubium, num ante annum* 1680 *instituta fuerit hæc festivitas, cum Mabillonius hoc ipso anno retulerit* Bettonis festum non celebrari in ecclesia S. Germani (12).

sedem Autissiodorensem occupavit a die 12 *martii anni* 715

2 B. Betto *ecclesiam Autissiodorensem regendam suscepit anno* 915. *Idque liquet ex Annalibus S. Columbæ, in quibus ad hunc annum dicitur :* Quarto idus martii ordinatur Betto, monachus sanctæ Columbæ, ad episcopatum Autissiodorensem. *His partim adhærent primo vetustissimum Autissiodorensis ecclesiæ Necrologium, in quo ad diem* 12 *martii* ordinatio domini Bettonis *signata est* (13); *dein Clarius, monachus Sancti Petri Vivi, qui in Chronico suo, agens de fœdere, Carolum Simplicem inter et Rollonem anno* 911 *inito, ait :* Consilio accepto, Karolus rex cum optimatibus tradidit Neustriam Normannis : sequenti anno, fuit fames magna per totam Galliam. In tempore illo Betho præpositus sanctæ Columbæ ordinatus est episcopus Autissiodorensis VIII* idus * *lege* IV, martii (14). *De anno et die mortis non omnes eodem modo loquuntur : nam anonymus biographus narrat eum* spiritum reddidisse, ipsa die VI kalendarum martiarum (24 *februarii), cum in cathedra Autissiodorensi* sedisset annos II, menses IX, dies XIV; *annalista vero S. Columbæ* anno 918 sexto kalendas martii obiisse jam dictum Bettonem, monachum et episcopum (15); *dein in Necrologio vetusto Autissiodorensi legitur ad diem* 24 *februarii :* F Obiit domnus Betto episcopus, qui dedit fratribus *(canonicis)* Vendosam ecclesiam, et Rattonacum villam, et in Carbuiaco mansum unum, ad exhibendam refectionem et commune obsequium (16). *Clarius quidem* S. Bettonem peractis in episcopatu annis IV defunctum esse *asserit* (17). *Sed Clario minor fides est adhibenda quam Historiographo episcoporum Autissiodorensium vel annalistæ S. Columbæ, siquidem* B. Betto *ecclesiæ Autissiodorensis episcopus et monasterii S. Columbæ abbas fuit, ac proin utrique apprime notus : quin et auctor Vitæ* S. Bettonis *ei fuit coævus : nam, quemadmodum in Gestis pontificum Autissiodorensium in præfatione*

(1) B. Thomasii Opera, tom. IV, pag. 12. — (2) Acta SS. tom. III Maji, pag. 560 et 563; tom. V Augusti, pag. 114. — (3) Cangius, Glossarium latinitatis, v° *Ciborium*. — (4) Bibliothèque de l'Yonne, tom. I, pag. 352. — (5) Acta SS. tom. VI Julii, pag. 594. — (6) Mémoires etc. tom. I, pag. 228. — (7) Martyrologe Universel, pag. 97. — (8) Acta SS. tom. VI Julii, pag. 594. — (9) Ibidem, loc. cit. — (10) Description des saintes grottes de l'église de l'abbaye de saint Germain à Auxerre, ad finem pag. 1 et seq. edit. 1713; pag. 160 et seq. edit. 1780. — (11) Ibid. ad calcem, edit. 1717 et 1780. — (12) Acta SS. Ordinis S. Benedicti, sæc. III, part. II, pag. 578. — (13) Lebeuf, Mémoires etc. tom. IV, pag. 11. — (14) Bibliothèque de l'Yonne, tom. II, pag. 480. — (15) Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. I, pag. 104. — (16) Lebeuf, Mémoires, tom. IV, pag. 11. — (17) Bibliothèque de l'Yonne, tom. II, pag. 480.

ad

A *ad Vitam Guilielmi de Gressibus traditur, in hac ecclesia, ut statim post singulorum episcoporum obitum eorum scriberentur gesta, laudabilis vigebat consuetudo* (1). *Accedit quod triginta tres dies post* B. Bettonis *felicem exitum episcopus Autissiodorensis creatus fuit Gualdricus, qui annis quindecim hanc ecclesiam moderatus est* (2), *et anno* 933 *diem obiit* (3) : *unde fluit eum anno* 918, *quo* B. Betto *e vivis sublatus est, Autissiodorensem ascendisse cathedram.*

ad ejus emortualem diem 26 februarii anni 918;

3 *Verumtamen in Gestis pontificum Autissiodorensium* B. Betto *dicitur* sedisse annos II, menses XI, dies XIV : *unde sequeretur, quum die* 12 *martii anni* 915 *episcopus fuerit ordinatus, eum die* 26 *februarii* 918 *e vivis excessisse : quamvis ex aliis probatis monumentis historicis liquidum sit eum die* 24 *februarii ad cælum migrasse. Verumtamen nullam esse discrepantiam inter laudatos scriptores persuasum habeo. Quod ut luculentius fiat, animadvertat lector a sæculis remotis ad sæculum saltem* XI *consuetudinem de episcopis creandis diebus præsertim dominicis in Ger-*

B *mania et Gallia viguisse* (4) : *dein diem* 12 *martii anni* 912, *littera dominicali* A, *incidisse in dominicam* (5) : *præterea ordinationem tunc temporis inchoatam fuisse vespere sabbati, ita ut perficeretur die dominica* (6). *Quibus declaratis, facile intelligitur quomodo anonymus loco* XII *dies scripserit* XIV, *episcopatui* S. Bettonis *annumerans tum diem quo consecratus fuit, tum diem quo mortuus est. Sed innumeræ passim discrepantiæ tolluntur adhibita dierum completorum et cavorum distinctione.*

quo die sepultus fuit in ecclesia S. Germani.

4 *Ipso autem die suæ migrationis, uti non raro antiquis temporibus usurpabatur* (7), *sepultus fuit* S. Betto in sacello S. Martini, alias Nostræ Dominæ de consolatione, *in S. Germani crypta* (8). *Ubi anno* 1636 proximiori loco juxta parietem patuit *Dominico Seguier, episcopo Autissiodorensi, corpora sanctorum cryptæ S. Germani recognoscenti,* sepulcrum sancti Bettonis, cujus corpus erat tectum cuculla, sive flocco, cilicio aspero subtus adhærente. Inscriptio autem ejus sepulcri hæc erat :

C HIC : REQUIESCIT : SANCTÆ : RECORDATIONIS :
BETTO : EPISCOPUS : QUI : REXIT : ECCLESIAM :
AUTISSIODOR : ANNIS : II : MENSIBUS : XI :
DIEBUS : XIIII : SEPULTUSQUE : IN ECCLESIA :
BEATI GERMANI : VI : CALENDAS : MARTII : (9).

EX MSS.

VITA B. BETTONIS

Episcopi Autissiodorensis,

Ex bibliotheca Icaunensi.

CAPUT UNICUM.

B. Betto, *abbas S. Columbæ,*

Betto episcopus, natione hujus nostre Burgundie Burgundio, Senonice *a* urbis indigena, patre Alberico eque Burgundione editus, matre vero vocabulo Angela Francigena felici est procreatus auspitio. Qui a puero monachus *b*, monasticis institutis eruditus et liberalibus non mediocriter imbutus artibus, tempore Euvrardi *c*, cujus erat consanguineus, abbas extitit cœnobii sancti Eraclii *d*, confessoris Christi egregii : postea vero loci, id est monasterii sancte Columbe *e*, cujus mancipatus fuerat obsequio, voluntate fratrum prelatus efficitur.

a

b

c

d

e

E *adversus Normannos munit suum monasterium :*

2 Qua diutius prelatione honestissime fungens, hec precipue illi studii extitit industria, ut operosis cenobium illud excoleret edificiis, æcclesieque Dei fabricam auri argentique decoraret ornamentis. Turrim siquidem in medio templi preeminentemque ob sui amplitudinem ea tempestate, quod p..... admisit, tegumento carebat, et quandam brevitatis informitatem intuentibus designabat, in sublime extulit, eamque artificiali argumento pulchro constructum opere, testudine texit, et ob roboris firmitatem subtus arcus priores alios fieri jussit marmoreis columnis subnixos. Exedras quoque beati Lupi *f*, confessoris Christi, et sancte Columbe, virginis et martyris *g*, bracteis aureis atque argenteis fabrili artificioso sculptis ambivit : nonnulla etiam vestimentorum peregrina ornamenta in diebus sollempnibus induenda monachis subplevit : tandemque hujus nostri periculosi temporis plerumque timoris instabilem intuens cursum et provido sollicitudinis oculo prospiciens inter hostiles paganorum *h* acies in sue integritatis statu monasterii fabricam non posse prestare inviolabilem, fisus de largissima Omnipotentis clementia, et accepta F Richardi Magni principis *i* et ejusdem loci abbatis licentia, operosum aggressus est opus, et magna laboris instantia pene usque ad perfectum perduxit : nam in giro monasterii menia cum turribus fundavit, et usque ad propugnacula erexit : quod castrum infatigabili studio peregisset, nisi eum futurum episcopum Dei dignatio ascire decrevisset *k*.

f

g

h

i

k

dein, creatus episcopus Autissiodorensis, l

3 Geranno quippe Autrice *l* sedis episcopo ab hujus nostre communione vite corruptibilis per mortis debitum sublato, predictus vir moribus et vita laudabilis, ut pontificatum Autissiodorensis ecclesiæ regendum arriperet, ab omni clero et populo adtentius adclamatur : sed is ad hoc se indignum fore clamans, et totis nisibus obtestans, tandem opitulante prelibato principe, episcopalem indeptus est cathedram : ubi

(1) Bibliothèque de l'Yonne, tom. I, pag. 378. — (2) Annales Flodoardi, apud Pertz, Monum. etc. tom. IV, pag. 380. — (3) Apud Labbe, Bibliotheca Mss. tom. I, pag. 596. — (4) Martene, de Antiquis ecclesiæ ritibus, tom. II, lib. I, cap. 8, art. 4, pag. 10; art. 10, pag. 27, edit. 1783; Acta SS. tom. XI Octobr. pag. 957. — (5) Art de vérifier les dates, pag. 19 et 105, edit. 1750. — (6) Martene, de Antiquis ecclesiæ ritibus, tom. II, pag. 10 et 27; Acta SS. tom. XI Oct. pag. 957. — (7) Martene, de Antiquis ecclesiæ ritibus, lib. III, cap. VII, pag. 370. — (8) Les saintes grottes etc. pag. XXII, XXVI et seq. — (9) Ibid. loc. cit.

secundum

EX IMP. secundum quam celitus didicerat sapientie regulam, ita perfecte studuit vivere, ut inmensitatem opinionis ejus et fame nullius valeat doctoris vel lingue dissertitudo perorare, vel doctrix manus stilo exarare. Nos tamen summatim perstringentes vite illius qualitatem, hoc verissime asserimus, quia sapientie documentis egregius, sanctimonie candore clarus, prudentia perspicuus, gravitatis suavitate vernans, frugalitatis vigore compertus, dapsilitatis benignitate extitit perornatus. Huic mos inerat, tempore convivii post sessionem ad mensam, primam ciborum appocitionem duodecim egenis, in suo conspectu residentibus, aliisque alicubi positis, pene omnem dirigere, continuo equæ alia non minima subsequente, in qua refectione, post finem divine lectionis, nemo aliquid indecens aut scurrile audebat loqui; sed quicumque ex ore proprio quiddam nitebatur proferre, observabat ut ejus verbum, aut divinum aliquid, aut humanum bene condecens sonaret.

bona ecclesiæ suæ ablata recuperat et auget.

4 Talibus itaque vitæ lampadibus nitens, et Deo, et omnibus hominibus complacebat. Nam a tempore Geranni præsulis, Ragenardus *m* vicecomes Gaiacum *n* et Jussiacum *o*, villas non longe multum ab urbe sitas, in suo detinebat dominio; sed tamen hic vir egregius, cum nequiret eas, nec speciali commonitione, nec precum importunitate, ab ejus jure extorquere, salubri reperto concilio, exhibitis pecunie donariis, illas sue restituit potestati. Et, ut precessorum suorum imitator foret et in die obitus sui memoriale illius gaudentes canonici recolerent, contulit eis Vendosam *p* æcclesiam, et Rontoniacum *q* villam, et in Carboïaco *r* mansum unum. Cumque meditaretur ut edes episcopales, que post civitatis deflagrationem a nemine fuerant vel mediocriter reparate, reedificaret, et in aula Christi quecunque posset honori congrua studenter exerceret, pleuritico langore graviter adstrictus, diuque detentus cum a fidelium catervis custodiretur, et circa eum divine laudes ac lectiones celebrarentur, felicem Deo cum confessione catholicæ fidei spiritum reddidit, ipsa die VI kalendarum martiarum. Sepultus est in cripta ecclesiæ sancti Germani. Sedit annos II, menses XI, dies XIV.

C

ANNOTATA.

a *Neque* Senones, *neque Autissiodorum in Burgundia veteri, jacebant; sed, quia aliquando Burgundiæ regno, tempore scilicet Guntramni regis, fuit accensita, a majori parte nuncupatur Burgundia* (1).

b S. Betto, *ait biographus, fuit* a puero monachus. *Quibus verbis ostenditur eum adhuc puerum, a parentibus, quemadmodum sæculo* IX *frequenter fiebat, monasterio fuisse oblatum. Erat enim hujus ritus formula tunc temporis multum usurpata:* Trado puerum D istum in devotione Domini nostri Jesu Christi, coram Deo et sanctis ejus, ut persistat omnibus diebus vitæ suæ, et fiat monachus usque ad mortem suam. *Sunt hæc et alia hujusmodi legere apud Magagnottum* (2), *Cangium* (3), *Mabillonium* (4), *Martene* (5), *etc.*

c *Euvrardus fuerat prius monachus, dein præpositus monasterii S. Columbæ. Anno vero* 882 *creatus fuit Senonensium archiepiscopus. Obiit anno* 886 (6). *De monasterio quidem* S. Columbæ, *supra egimus in annotationibus ad Acta S. Desiderii, pag.* 368.

d *Senonense monasterium S. Heraclii ab initio incoluisse virgines liquet tum ex S. Heraclii Vita* (7), *tum ex Clarii Chronico* (8). *Iis successisse monachos nuspiam legi. Quod vero* S. Betto hujus cœnobii extiterit abbas, *indicare videtur, eum aliis sacerdotibus pro virginibus sacra operantibus fuisse præfectum. Titulus enim abbatis ad omnem fere præfecturam ecclesiasticam designandam medio ævo adhibebatur* (9).

e *Nuspiam* S. Betto *dicitur fuisse S. Columbæ abbas, sed* prælatus, *vel* præpositus(10), E *forte quia hocce tempore, uti infra videbimus, ibi erat abbas sæcularis Richardus, dux Burgundiæ.*

f *De S. Lupi, archiepiscopi Senonensis, gestis et reliquiis, in monasterio S. Columbæ olim servatis, disseruerunt decessores nostri* (11).

g *S. Columba mortem in urbe Senonibus, Aureliano imperatore, pro Christi religione subiit. Ejus vero reliquiæ, quæ in Benedictinorum monasterio S. Columbæ colebantur, a Calvinistis sæculo* XVI *fuere destructæ*(12). *Ast de S. Columba postea in opere nostro ad diem* 31 *decembris agetur.*

h *Hi pagani erant Normanni. Eos eodem nomine appellat annalista S. Columbæ* (13).

i *Richardus, dux Burgundiæ, simul ac comes Autissiodorensis, erat abbas sæcularis tum monasterii S. Columbæ, tum monasterii S. Germani Autissiodorensis* (14). *Abbates enim sæculares a sæculo* VIII *ad sæculum* X *in Gallia fuere valde frequentes : idque munus tum reges, tum duces aliique magnates ambiebant. Quantam autem cladem monasteriis hæc institutio intulerit, ex Vita Teutsindis,* F *Abbatis Fontanellensis,* (15) *et ex conciliis Suessionensi anni* 744 (16), *Vernensi anni* 844(17), *Meldensi anni* 845(18), *Troslejani anni* 909 (19), *et ex privilegio, a Nicolao I Trasulfo abbati Corbejensi concesso* (20), *luculente ostendit Mabillonius* (21); *addens hanc calamitatem sæculo* X *hunc in modum crevisse ut pleraque monasteria abbatibus sæcularibus et nonnumquam militaribus essent subjecta. Tandem Hugo, primus ex Capetiana stirpe rex Franciæ, (qui, et ipse ante capessitum regnum monasteria S. Dionysii et S. Germani prope Parisios aliaque tenens, ea, quum*

(1) Adrianus Valesius, Notitia Galliarum, pag. 513. — (2) De antiquo ritu offerendi Deo pueros adhuc impuberes in monasteriis præsertim sub regula S. Benedicti. Apud Zaccaria, disciplina populi Dei, tom. III, pag. 242 et seqq. — (3) Glossarium latinitatis, v° *Oblatus*. — (4) Vetera Analecta, tom. II, pag. 155 et seqq. edit. Parisiis, 1723. Acta SS. Ordinis S. Bened. Præf. II in Sæc. Bened. IV, num. 199; Præf. I, in Sæc. Bened. VI, num. 36. — (5) Martene, Commentarius in Regulam S. Benedicti, cap. 59, pag. 781 et seqq. — (6) Annales S. Columbæ Senonensis, apud Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. I, pag. 103. — (7) Acta SS. tom. II Junii, pag. 71. — (8) Bibliothèque de l'Yonne, tom. II, pag. 465. — (9) Cangius, v° *Abbas*. — (10) Annales S. Columbæ, pag. 104. — (11) Acta SS. tom. I Sept. pag. 253. — (12) Tillemont, Mémoires ecclesiastiq. tom. IV, pag 144. — (13) Annales S. Columbæ, pag. 104. — (14) Lebeuf, Mémoires d'Auxerre, tom. IV, pag. 24. — (15) Gesta abbatum Fontanellensium, apud Pertz, Monumenta etc. tom. III, pag. 283. — (16) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. VI, col. 1553. — (17) Ibid. tom. VII, col. 1807. — (18) Ibid. col. 1821 et seq. — (19) Ibid. tom. IX, col. 526 et seq. — (20) Ibid. tom. VIII, col. 396 et seq. — (21) Acta SS. Ordinis S. Benedicti, Præf. I in Sæc. III, num. 111 et 112.

prona

A *prona voluntate in monachos ferretur, abbatibus regularibus resignavit), præcepit ut omnibus sui regni monasteriis libera eligendi abbatis facultas restitueretur. Hugonis vestigiis presse institit ejus filius et successor Robertus* (1).

k *De hoc propugnaculo, adversus Normannos erecto, meminit annalista S. Columbæ ad annum* 910 : Hoc anno, *ait* (2), 8 kal. jun., feria 6, jacta sunt fundamenta muri circa monasterium domne Columbe a Bettone ejus loci præposito.

l Autrice, Autessioduro, Autosidorum, Autricus, Alchiodrensis pagus, Autixodero, Autiziodero, Autissiodorum, Autessiodero, Attissiodorum, Aucerre, Auceure, Aucuerre, Aussurre, Aucoure *sunt totidem formæ, ad designandam urbem* Autissiodorum, *gallice* Auxerre, *olim usurpatæ* (3).

m *Ragenardus sub S. Geranno episcopo Autissiodorensi multum hanc ecclesiam vexavit* (4).

n Gajacum, *gallice* Gy, (cant. de Coulanges, dép. de l'Yonne) (5).

B o Jussiacum, *gallice* Jussi, (cant. de Coulanges-les-Vincennes, dép. de l'Yonne) (6).

p Vendosa, *gallice* Venouse, (cant. de Ligny, dép. de l'Yonne) (7).

q Rentoniacum, *alias* Roncennacum, Roncennaium, Roncenet, Roncenniachus, Ronconiacus, *nunc gallice* Roncenay, *viculus parœciæ Pontiniaci*, Pontigny, (cant. de Ligny, dép. de l'Yonne) (8).

r Carboiacum, *alias* Charbuiacum, *gallice* Charbuy, (cant. ouest d'Auxerre) (9).

B. GUIDO.

§ Unicus. B. Guido, discipulus et magister scholæ Autissiodorensis. Est acceptus regibus et principibus. Ejus mors et cultus.

C

B. Guido, *successor Gualdrici, qui primo fuit discipulus dein magister scholæ Autissiodorensis,*

In Gestis pontificum Autissiodorensium (10) *et in omnibus episcoporum hujus ecclesiæ catalogis post Gualdricum recensetur* B. Guido. *His suffragatur Flodoardus, mortem Gualdrici et electionem* B. Guidonis *(quem dicit antea fuisse archidiaconum) ad annum* 933 *referens* (11). *Ejus Vita, pro more ecclesiæ Autissiodorensis, statim postquam e terra migrasset, conscripta fuit ab anonymo* (12). *In qua legitur in celeberrima istius temporis schola* (13) *Autissiodorensi* literis tam divinis quam humanis pro posse fuisse eruditus sub regimine B. Herefridi ejusdem ecclesiæ episcopi; *qui, quoniam ipse junior* in schola palatina liberalibus institutus fuerat studiis (14), *præ multis ad literas promovendas erat idoneus. Quum in hac scientiarum palæstra* B. Guido *sese exerceret, ei, licet in pago Senonensi nato, B. Herefridus tonsuram clericalem contulit, ac proin eum inter clericos Autissiodorenses, prout per illius temporis disciplinam fiebat* (15), *cooptavit. Addit* B. Guidonis *biographus, eum in schola Autissiodorensi* degisse quousque ad perfectam pervenit ætatem, *triginta scilicet circiter annorum: unde colligitur eum anno* 909, *quo B. Herefridus extinctus est, saltem trigesimum ætatis attigisse annum. Postea episcopus Autissiodorensis creatus, hujus ecclesiæ scholæ præfuit; nam refert Flodoardus Hugonem, Herberti Vermanduensis filium,* expletis postquam fuerat electus archiepiscopus Rhemensis annis quindecim, quos Autissiodoro commorans egerat, litterariis studiis fuisse occupatum apud Widonem, ipsius urbis antistitem, a quo et diaconus ordinatus fuerat (16).

AUCTORE R. D. R.

2 *Verum, quemadmodum* B. Guido *apud regem Rodulphum ejusque uxorem Emmam multum valuerat, (quippe eorum, antequam ad regiam dignitatem evecti fuissent, non tantum* servitio sese mancipaverat, *sed etiam eorum auctoritate, quum a clero populoque fuisset electus, cathedram Autissiodorensem ascenderat;) ita etiam fuit valde acceptus Hugoni Magno, Franciæ duci, Emmæ fratri, qui, mortuo Rodulpho, adversus ejus successorem Ludovicum Transmarinum bellum gerens, processerat cum suo exercitu usque in Suessionensem pagum; unde* missis ad regem episcopis Widone Autissiodorensi et Ansegiso Trecassino, Ragenaldum comitem sibi accersiit, et ita, dato alterutrum jurejurando, treugæ sunt acceptæ usque octavas paschæ (17).

erat valde acceptus regi Rodulpho ejusque uxori Emmæ et Hugoni Magno; E

3 *Beatus vero* Guido sedit in episcopatu annis XXIX, *ait anonymus biographus,* et obiit in pace VIII idus januarii, et sepultus est in æcclesia sancti Stephani majore, quam ipse reædificaverat. *Flodoardus* (18) *quidem ejus felicem exitum anno* 961 *illigat: neque hac in re a biographo anonymo discrepat. Si enim ratio habeatur annorum cavorum, id est si annus quo* B. Guido *ordinatus est, seu* 933, *et annus, quo mortuus est, seu* 961, *putentur, episcopatus ejus duraverit non annos* 26, *ut ait Lebeuf* (19), *sed* 29. *Dies vero obitus indicatur a biographo* VIII *idus januarii, seu* 25 *januarii; sed in ecclesiæ Autissiodorensis Necrologio, quod nullo dicunt* (20) *additamento post sæculum* XII *fuisse auctum, ad diem* 6 *januarii, seu* VIII *nonas januarii legitur:* Obiit dominus Wido, hujus sanctæ ecclesiæ præsul (21). *Cujus discriminis videtur esse causa quod biographus loco* VIII *nonas scripsit* VIII *idus. Et quidem Necrologii auctoritas præstat biographo, quoniam hinc in ecclesia Autissiodorensi, ut ex ipso biographo liquet, statim post* B. Guidonis *obitum, ejus memoria quotannis in die mortis anniversaria erat recolenda : illinc Necrologium in quo consignatæ fuere ipsius eccle-*

moritur anno 961.

F

(1) Acta SS. Ordinis S. Benedicti, Præf. I in Sæc. V, num. 136. — (2) Annales S. Columbæ, pag. 104. — (3) Quantin, Dictionn. pag. 6 et 148. — (4) Biblioth. de l'Yonne, tom. I, pag. 367. — (5) Ibid. pag. 65. — (6) Ibid. pag. 70. — (7) Ibid. pag. 137. — (8) Ibid. pag. 109. — (9) Ibid. pag. 29. — (10) Ibid. tom. I, pag. 378. — (11) Annales ad annum 933, apud Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. III, pag. 381. — (12) Duru, Bibliothèque de l'Yonne, tom. I, pag. 511; Histoire littéraire de la France, tom. V, pag. 541. — (13) Ibid. tom. VI, pag. 34 et seqq. — (14) Acta SS. tom. X Octob. pag. 207. — (15) Discipline de l'Église, tom. II, lib. I, ch. 4 et 5, pag. 25 et seq. — (16) Historia ecclesiæ Rhemensis, lib. IV, cap. 28, apud Migne, Patrologia, tom. CXXXV, col. 135. — (17) Flodoardus, ad an. 949, apud Pertz, tom. III, pag. 398. — (18) Ibid. loc. cit. — (19) Mém. d'Auxerre, tom. I, pag. 242. — (20) Ibid. tom. IV, pag. 8. — (21) Ibid. pag. 9.

AUCTORE R. D. B.

siæ traditiones, paucis annis post felicem B. Guidonis *exitum, anno scilicet* 1007, *fere ex integro fuisse conscriptum : idque constat ex eo quod auctor Necrologii propria manu ad finem cycli paschalis hisce verbis incipientem :*

Quinquagesesimus quartus cyclus decennoven- [nalis :
Annus ab origine mundi IIIIM. DCCCC.L.VIIII
Ab incarnatione Domini M.VII. communis (1).

Ejus cultus. 3 *Nuspiam officio ecclesiastico aut festo cohonestatus fuisse videtur* B. Guido : *cælitibus tamen ante hominum memoriam accensitus est: nam non tantum in Indice prævio ad Gesta pontificum Autissiodorensium, et in eorumdem Catalogo Pontiniacensi, quæ monumenta historica sunt antiquissima, nuncupatur* sanctus ; *sed etiam ejus effigies in S. Sebastiani sacello inter sanctorum Autissiodorensium episcoporum depictas imagines, olim conspiciebatur, cum inscriptione :* B. Guido (2).

VITA B. GUIDONIS

B

Ex Bibliotheca Icaunensi.

CAPUT UNICUM.

B. Guido multa bona contulit ecclesiæ suæ. Moritur anno episcopatus XXIX.

B. Guido episcopus auxit bona suæ ecclesiæ

a

Guido, sola Dei clementia operante, Autissiodorensis episcopus, Senonico pago ortus est, patre Bosone, matre Abigail. Hic vir, a primeve etatis crepundiis *a*, ecclesiæ sancti Stephani Autissiodorensis sub regimine domni Herifridi presulis traditus, ac tonsoratus est; ubi litteris tam divinis quam humanis pro posse eruditus est, quousque ibi degens ad perfectam pervenit etatem; dehinc, rebus omnibus, Deo se protegente, postpositis, Rodulfi regis et uxoris ejus
B Emme servitio se mancipavit; ibique diversans, decedente Waldrico episcopo, ad episcopalem mox invitatur honorem, et electione cleri et plebis, rex regine precibus episcopalem ei adtribuit cathedram. Sicque XIV kalendarum juniarum Senonis ordinatus, tandem Ascensionis Dominice die, a monasterio Sancti Germani in Autissiodorensem, ut moris est, Sancti Stephani intronizatus est æcclesiam. Cujus possessio, quamvis esset exilis, quantum potuit, ut cresceret æcclesia, cui prefuit, et decoraretur vigilantissime sategit. Sed quod ibi operatus est, ne forte oblivioni tradatur et cupiditate successorum ac ministrorum ab ecclesiæ dominio subtrahatur, huic opusculo ratum duximus
b inserendum, scientes quia facientibus non deerit premium. Primum namque villam Crevennum *b*,
c Sancto Stephano sublatam, cum suis appendiciis per preceptum regale, regis coniventia, loco restituit pristino; tradens medietatem *c* ipsius ville canonicis, in die obitus prefati Rodulfi regis ad preparandam refectionem canonicis et pro absolutione anime ipsius pontificis : D alteram vero medietatem predictis canonicis in die obitus prefate regine, et pro recordatione anime supradicti pontificis. Piscatores tamen in servitio maneant episcopi per jussionem prepositi canonicorum. Ambonem ibi vilem aspiciens, criptis honeste compositis desuper, honorifice constructum locavit, et juxta illum altare in honore sancti Joannis evangeliste et sancti Laurentii martiris *d*, ac sanctorum omnium *d* honore, ut ab episcopo, si adfuerit, et a clero ecclesiæ missa celebraretur, quo eorum interventu viventis et morientis necessitatibus subveniret, devotissime sacravit : instituens his tribus diebus, quo canonici quotannis pro animæ suæ remedio *e* reficiantur, impetrans ab *e* archiepiscopo et episcopis *f* sibi subjectis decimas *f* trium ecclesiarum, quarum in Aygliniaco *g* *g* scilicet una consecrata est in honore sancti Stephani, in Matriaco alia in honore sancti Felicis, alia in domni Martini *h* honore structa : instituens ut de his tribus ecclesiis tres fiant fratribus refectiones, una in festivitate sancti Johannis evangeliste, II nonas maji, quando in ferventis olei dolium missus fuit; alia octabis E sancti Laurentii, tercia festivitate sancti Mathei apostoli et evangeliste, et quod superfuerit ex decimis æcclesiarum ad stipendia sit canonicorum, pro anime sue aquirenda absolutione. Prepositus denique canonicorum sancti Stephani Autissiodorensis presbiteros in eisdem æcclesiis consensu fratrum eligat; qui et fideliter decimas æcclesiarum ad suum et canonicorum opus recipiant, et archiepiscopo Senonensi sinodale servitium reddant, sicut circunjecte ecclesiæ, et nihil aliud requiratur ab archiepiscopo, vel a suis ministris; et ut hoc firmum et stabile in perpetuum permaneat, ipse Archembaudus *i*, *i* Senonensis archiepiscopus, scriptum propria manu firmavit, et coepiscoporum suorum manibus corroborari poposcit, ac archidiaconorum suorum, Prodagii, Bernardi et Teoderici, ceterorumque canonicorum nominibus corroborari precepit. Tabulis argenteis bases disco opertas optime decoravit; lampades quoque ibi septem optimas ex argento composuit, habentes in se cum fuste libras XV : labara *k* cum auro optulit *k* sancto Stephano X; candelabra duo argento compta; fustes duos deargentatos, quibus fe- F runtur cruces auree; coronas duas ex argento, habentes libras decem. Cliotedrum *l* optimum, *l* auro argentoque constructum.

multasque ædes sacras ornare vel restaurare jussit.

2 Introitum *m*, quod Waldricus edificare ceperat, in altum extulit, camera *n* exornans et *m* in parietibus paradisi turmas ac herebi tor- *n* menta depingens, gratum intrantibus prebuit ingressum : illic suam infodiens sepulturam; quam postea ante vultum Salvatoris et altare sancti Laurentii, quod post exustionem civitatis et templi sua desudatione honorifice adornavit et dedicavit, removere jussit; supra quam capellam edificavit in honore sanctorum, quorum memoria infra civitatem vel extra vix aut raro celebratur, quorum hæc sunt nomina : Matheus, Thomas, Philippus, Mathias, Dionisius, Mauricius, Ignatius, Demetrius, Desiderius, Jeronimus, Silvester, Augustinus, Vigilius, Eugenia, Anastasia, Margarita, Lucia, Agatha, Genovefa, Columba, quo eorum earumque interventu civitas extra salvetur et intra, dans ei alodium *o* in *o*

(1) Memoires d'Auxerre, tom. IV, pag. 22. — (2) Ibid. tom. I, pag. 242.

Cavannis

p Cavannis *p* villa, quam Heldebertus Sancti Stephani servus adquisierat, ad luminaria illic pro anime sue remedio nocte dieque preparanda : sitque idem alodium in manu presbiteri, qui supra vel infra missarum celebraverit sollemnia; preordinans etiam ut is qui vineam, quam plantavit in loco, qui dicitur Plantas, in festivitate uniuscujusque sanctorum prenominatorum canonicis vigiliam et missam celebrantibus VI sextarios vini ad exibendam caritatem pro eo persolvat; post duos quoque parentes vel fideles suos, quibus predictam plantam reliquerit, canonici in sua recipiant, et ipsi quod instituit pro se expleant; quod si non fecerint, merces ab eo non tollatur et Deus ab illis requirat.

Multa alia bona ecclesiæ contulit;

3 Denique abbatias sancti Julian scilicet et sancti Amatoris ac sancte Mariæ, ab episcoporum potestate longo jam tempore subtractas, per supplementum domni Hugonis Francie ducis, per preceptum regale Ludovici regis manu firmatum, ecclesiæ, quas amiserat, multo studio multoque labore restituit; altare sancti Stephani medium purpura imaginibus aureis penitus cooperta honestissime ambivit. Videns etiam et ec-
B clesiæ ambitum non adeo esse magnum, arcum inter duo ostia novum condidit prope altare; apertis maceriis, duo ibi in modum crucis oratoria, ut ibi plures Deo servire possent, construens. Quod cum ageret, invidia, ut arbitror, diaboli maceria vetusta cum nova ab arcu usque ad arcum fundo tenus corruit; quam mox renovare absque mora non piguit. Sicut enim predicta sancti Stephani æcclesia post incendium funditus est eruta, ita postmodum ab eo ab ipsis est elevata fundamentis et ampliori decore quam fuerat antea vitreis magnis et camera exornata. Oratoria quoque duo dextra et sinistra, ad instar quod prius fuerat, reedificavit, superadiciens cryptas ipsis oratoriis; in quibus etiam et altaria instituit, ut populi advenientes invenirent, quo possent lacrimosis immorari suspiriis deprecando et obtinendo Dei et sanctorum, quorum honore ipsa sunt altaria, misericordiam. Ergo comptissime dilatata, hec eadem basilica in superioribus suis partibus speciem protendit sancte crucis; in medio vero ecclesiæ podia constituit, et vultum Salvatoris cruci affixum collocavit inibi : altare quoque decoravit tabula argentea elevata
C imaginibus et aliis picturis, consecrans illud sub die V idus augusti in honore sancte Crucis, et sancti Mathei apostoli et evangeliste, et sancti Romani militis et martyris.

tandem obiit anno episcopatus XXIX.

4 Fuit igitur predictus Wido episcopus simplicitati innitens, moderate prudentie, atque in quantum valuit non magis preesse quam prodesse voluit universis : nam, inter cetera honestatis opera, dictatu proprie manus edidit responsoria cum antiphonis canenda in solempnitate sancti martyris Juliani, instar tamen armonie habentia melodiam Germani gloriosi, ab hoc precipue, quod isdem pontifex sanctissimus, sicut in gestis ipsius invenitur, predicti martyris solempnis natalicii diem universis incognitum, Domino sibi revelante, ostendit celebrandum. Sicque cum esset religiosorum ac bonorum amator pravorumque severus redargutor, egit quamdiu extitit. Sedit autem in episcopatu annis XXIX et obiit in pace VIII idus januarii, et sepultus est in aecclesia Sancti Stephani majore quam ipse reedificaverat. Fuitque civitas sine episcopo, menses III et dies VIII. EX IMPR.

ANNOTATA.

a Crepundia *hoc loco delectamenta significant puerorum; sed non raro hæc vox adhibebatur pro signis, quæ infantibus expositis annectebantur, unde agnosci possent, ut erant literæ, annuli, etc.* (1).

b Crevennus, *hodie* Cravan, *in pago Vermentanni* (Vermanton) *in partitione Icaunensi* (2).

c Medietas, *dimidia pars alicujus reditus ecclesiastici* (3).

d *S. Laurentii cultus quantum floruerit etiam in Gallia, Belgio et Hispania inde liquet, quod a remotissimis temporibus maximo honore S. Laurentii reliquiæ habitæ fuerunt et multæ ecclesiæ ei dicatæ.*

e Remedium animæ *idem est ac expiatio, qua pro delictis Deo fiebat satis. Quæ formula sæpe occurrit in testamentis et donationibus* (4).

f *Non jure requirebatur hic consensus, sed* E
auctoritatis et solemnitatis gratia.

g Aygliniacus, *nunc* Égleny, *in pago Toucy, partitione caunensi* (5).

h Matriacus, *forsan hodiernus vicus* Merry-lez-Égleny, *in pago* Aillant (6).

i Archembaudus, *circa annum* 960 *archiepiscopus Senonensis creatus, obiit die* 2 *septembris anni* 968 (7).

k Labarum *pro signo crucis a scriptoribus inferioris ævi sæpius usurpabatur* (8).

l Cliotedrum, *sella plicatilis* (9).

m Introitus, *porta major.*

n Camera, *elegantius opus ligneum* (10).

o Alodium, *prædium* (11).

p Cavanni, *hodie* Chevannes, *prope Autissiodorum* (12).

q *De abbatiis S. Juliani, S. Amatoris et S. Mariæ, postea S. Mariani, breviter in Annotatis ad Acta S. Desiderii, pag.* 368, *diximus. Scriptor vero Vitæ* B. Guidonis *hoc loco indicat hæc monasteria primo fuisse episcopalia, dein regalia, ac postea iterum regalia. Conditionem quidem monasteriorum tum regalium, tum episcopalium infra in Vita* F
B. Angelramni explicabimus. — Intelligitur autem illic S. Julianus Brivatensis; de quo vide Martyrologium Autissiodorense ad diem 28 *augusti.*

ANTIQUUS CATALOGUS

EPISCOPORUM AUTISSIODORENSIUM

Ex codice Colbertino 6042.

MONITUM.

Quinam episcopi Autissiodorenses saeculo XII sancti dicerentur,

Ut *in S. Humbaldo, episcopo Autissiodorensi, ad diem* 20 *octobris in Actis nostris videre fuit, non minima laborabatur difficultate ut qui episcopi Autissiodorenses legitime inter cælites relati essent discerneretur; quoniam ingens series imaginum cum adjecta sancti-*

(1) Cangius, v° *Crepundia*.. — (2) Quantin, Dictionn. pag. 42. — (3) Cangius, v° *Medietas*. — (4) Ibid. v° *Remedium*. — (5) Quantin, Dictionn. pag. 48. — (6) Ibid. pag. 81. — (7) Gallia Christiana nova, tom. XII, col. 30. — (8) Cangius, v° *Labarum*. — (9) Ibid. v° *Cliotedrum*. — (10) Ibid. v° *Camera*. — (11) Ibid. v° *Alodium*. — (12) Quantin, Dictionn. pag. 35.

tatis

AUCTORE R. D. B.

tatis laude paucis aliquot annis tardius picta est in templo cathedrali quam ut centum annis antiquior sit Urbani VIII decretis. Sed ut in Actis S. Humbaldi dictum fuit, ponendum non erat anno 1540, *quo circiter factæ fuerint illæ imagines, primum* sanctos *vocatos fuisse præsules illos Autissiodorenses. Quam sententiam rectissimam esse docemur duobus episcoporum Autissiodorensium catalogis; quorum hanc ob causam pretium maximum est, quod inde intelligimus quosnam ex suis episcopis sæculis* XII *et* XIII *in sanctorum numero habuerint clerici Autissiodorenses. Ex his alterum, qui præfixus erat Gestis pontificum Autissiodorensium in codice, partim sæculo* XII, *partim sæculo* XIII *scripto, in opere nostro edendum non esse existimamus, quippe quem jam publici juris fecit in Bibliotheca Icaunensi Ven. vir Duru; sed alter, hactenus (quantum novimus) ineditus, nunc primum ex libro Ms. Parisiensi dandus visus est in lucem, auctus annotationibus aliquot. De eo novit aliquid Lebeuf* (1); *qui ad finem Commentariorum suorum de rebus Autissiodo-*
B *rensibus annotavit hunc catalogum esse in* codice manuscripto, *ut latine loquitur*, cujusdam pontificis Angli, ac forte S. Thomæ Cantuariensis *(necati anno* 1170), qui Pontiniaci plurimos [*libros*] transcripsit; in quo continentur catalogi præsulum variarum sedium Galliæ; nunc in bibliotheca regia (codice 6042), olim in Colbertina codice 3969; qui videtur pertinuisse ad Henricum Huntindon Anglum. *Verumtamen non tanta videtur illius libri venerabilitas.*

innotescit ex Catalogo, confecto sæc. XII et descripto sæc. XIII.

2 *In hoc enim catalogo, una eademque manu conscripto, occurrunt primus S. Peregrinus, ultimus Hugo Matisconensis : dein additur, omissis Guilielmo, Hugone de Noeriis et Guilielmo de Saillenaco, Henricus. Quam scriptionem ad annum circiter* 1150 *refert Lebeuf, quia duo ultimi adscripti episcopi Hugo de Monteacuto et Hugo Matisconensis, quorum posterior mortuus est anno* 1151, *ibi non vocantur* sancti : *sed hæc ratio infirma omnino est, quum ne in Indice quidem Gestorum pontificum Autissiodorensium aut Hugo de Monteacuto, aut Hugo Ma-*
C *tisconensis appellentur* sancti, *quamvis Index desinat in Erardo episcopo, qui anno* 1278 *diem obiit. Potius itaque dicendum videtur catalogum medio sæculo* XII *fuisse contextum (nam si post mortem Hugonis Matisconensis fuisset confectus, successoris nomen procul dubio fuisset adjectum), et dein temporibus Henrici de Villanova, qui ab anno* 1220 *ad annum* 1234 *Autissiodorensem episcopatum tenuit, elegantissime fuisse exscriptum. Quod si Lebeuf opinatur Henrici nomen recentiore manu fuisse additum, contra C. V. Claude, palæographi bibliothecæ imperialis Parisiensis, sententia est, totum catalogum una eademque manu sæculo sequenti fuisse scriptum. Cui opinioni favet quod in capite catalogi legitur :* Nomina episcoporum Autissiodorensium, qui fuerunt quinquaginta quinque, etc., *qui numerus, si demeretur* Henricus, *esset tantum quinquaginta quatuor. Quapropter existimandum est libellum non fuisse exaratum ante annum* 1220, *quo Hen-* D
ricus suum episcopatum auspicatus est : licet ex scriptione medii sæculi XII, *ultimo nomine excepto, desumptum videatur. Sequitur jam ille catalogus.*

CATALOGUS.

Sancti episcopi Autissiodorenses.

Nomina episcoporum Autissiodorensium, qui fuerunt quinquaginta quinque, quorum triginta duo fuerunt sancti, et quatuor ex ipsis triginta duobus fuerunt martyres, reliqui viginti tres fuerunt simpliciter episcopi. Hoc cognovi ex catalogo pontificum illius ecclesiæ, quem quidam presbyter noster usque ad nos attulit. Quod vix aut nunquam in alio episcopatu invenies tot sanctos episcopos in uno episcopatu fuisse *a*. S. Peregrinus, episcopus et martyr. — S. Marcellianus. — S. Valerianus *b*. — S. Elodius. — S. Amator. — S. Germanus. — S. Alodius. — S. Fraternus. — S. Censurius. — S. Ursus. — S. Theodosius. — S. Gregorius *c*. — S. Optatus. S. Droctoaldus *d*. — S. Eleutherius. — S. Ro- E
manus, martyr. — Eterius *e*. — S. Aunarius. — S. Desiderius. — S. Palladius. — S. Vigilius. — Scospilio *f*. — S. Tetricus, martyr. — Focoardus *g*. — Sabarius — S. Aymarius, martyr. — Teodrannus. — S. Quintilianus. — Gislianus. — Clemens *h*. — S. Aidulfus *i*. — S. Maurinus. — S. Aaron. — S. Angelinus. — Heribaldus *k*. — Albo *l*. — Christianus *m*. — Vuala. — S. Wibaldus *n*. — S. Herifridus. — Gerranus *o*. — Betho. — S. Galdricus *p*. — S. Gaudo. — Ricardus. — Heribertus. — Joannes *q*. — Hugo *r*. — Heribertus. — S. Goffridus *s*. — Robertus, ep. et comes. — S. Humbaldus. — Hugo *t*. — Hugo *u*. — Henricus.

ANNOTATA.

a *In indice, quem Gestis pontificum Autissiodorensium præfixum esse supra in Monito diximus, appellantur* sancti : *Valerius, Valerianus, Amator, Germanus, Alodius, Fraternus, Censurius, Ursus, Theodosius, Gregorius, Optatus, Droctoaldus, Eleutherius,* F
Romanus, Etherius, Aunarius, Desiderius, Palladius, Vigilius, Ainmarus et Maurinus : beati *vero vocantur Peregrinus, Marcellianus, Eladius, Tetricus, Quintilianus, Aidulfus, Aaron, Angelelmus, Wibaldus, Herifridus et Guido. Quorum fere omnium Gesta vel in operis nostri tomis præcedentibus, uti in Commentario prævio (num.* 1) *diximus, vel in præsenti tomo illustrata fuere.*

b *In Gestis episcoporum Autissiodorensium, ac proin in eorum indice, post S. Marcellianum recensentur primo S. Valerius, dein S. Valerianus. Henschenius noster* (2), *ad diem* VI *maji eorum illustrans Vitam, affert Martyrologia aliquot, quorum alia utriusque sancti, alia solius* S. Valerii, *vel etiam solius* S. Valeriani *memoriam agunt. Breviaria autem antiqua Autissiodorensia natalem utriusque sancti, contra breviaria recentiora solius* S. Valeriani *celebrant. Existimat Lebeuf* (3) *Valerianum et Valerium unum eumdemque*

(1) Memoires d'Auxerre, tom. IV, pag. 41. — (2) Acta SS. tom. II Maji, pag. 103 et seq. — (3) Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 13.

fuisse

A *fuisse episcopum : Henschenius vero rem in medio relinquit.*

c *De* S. Gregorio *in opere nostro agetur ad diem* 19 *decembris.*

d *S. Droctoaldi gesta ad diem* VIII *novembris explicabimus.*

e *S. Ætherii Acta illustrarunt decessores nostri ad diem* 27 *julii.*

f Scospilio *in quodam catalogo sæculi* XIII, *ait Lebeuf* (1), *vocatur* Beatus Pylio.

g *Focoardus, qui ab auctoribus Gestorum pontificum Autissiodorensum vocatur* Focoaldus, *in antiqua Epitome Vitarum episcoporum hujus ecclesiæ, ait Lebeuf, appellatur* sanctus. *Verum quum alia cultus indicia desint, de eo in Appendice non egimus.*

h *Arnoldus Wion et Colganus perperam accipientes Clementem Autissiodorensem, ait Lebeuf* (2), *pro Clemente Scoto, eum inter sanctos recensuerunt.*

i *S. Aidulfi Vitam in Actis nostris dabimus ad diem* XIII *decembris.*

k *Heribaldo cultus ecclesiastici honores fuisse delatos in Opere nostro ostensum fuit* (3).

B l *Albo, qui in Gestis pontificum Autissiodorensium vocatur* Abbo, *inter sanctos numerandus est. Ejus festum olim agebatur in monasterio S. Germani die* 3 *decembris* (4); *ad quem diem ejus Acta in nostro opere declarabuntur.*

m *B. Christianus olim inter sanctos episcopos Autissiodorenses a monachis S. Germani numerabatur : de eo agemus ad diem* 23 *novembris ; quo die mortuus est circa annum* 872.

n *S. Wibaldus, cujus obitus in Necrologio ad diem* 10 *aprilis, et in Martyrologio Autissiodorensi ad diem* 3 *octobris indicatur, vocatur quoque* beatus *in indice Gestorum episcoporum Autissiodorensium. In Appendice Acta* S. Wibaldi *illustrare prætermisimus; sed de eo dicendi redibit alibi occasio.*

o *S. Gerrani Acta decessores nostri ad diem* 28 *julii illustrarunt* (5).

p *S. Gualdricus, qui obiit die* 24 *aprilis anni* 933, *in indice Gestorum pontificum Autissiodorensium neque* beatus, *neque* sanctus *nuncupatur. De eo non egimus, quia uno tantum testimonio contentis nobis esse non licebat.*

C q *Joannes inter beatos episcopos Autissiodorenses recensebatur sæculo* XVIII *a monachis S. Germani hujus civitatis* (6), *sed iterum noluimus stare hoc unico testimonio.*

r *Hugonem de Montacuto inter sanctos recensitum fuisse, probarunt decessores, ejus gesta explicantes ad diem* 10 *octobris* (7).

s *Goffridus, qui ne in indice quidem Gestorum pontificum Autissiodorensium vocatur* sanctus *aut* beatus, *obiit* 16 *septembris anni* 1120. *Plura de ejus sanctitate testimonia desideramus.*

t *Quum indubium sit Hugonen Matisconensem cultu ecclesiastico fuisse honoratum, ejus Acta illustrarunt decessores nostri ad diem* 10 *augusti* (8).

AUCTORE
R. D. B.

EPILOGUS

De prisco sanctorum episcoporum Autissiodorensium cultu.

Sancti episcopi Autissiodorenses officio ecclesiastico culti ante reformatum Breviarium sæculo XVI;

Quæ causa fuit cur modo Catalogum dedimus sæculi XIII, hæc eadem nos impellit ad memorandum codicem, sæculo XVI scriptum atque nunc servatum in bibiotheca imperiali Parisiensi, num. 4812 : in quo codice recensentur sancti episcopi Autissiodorenses, quorum festum illo ævo ab antiquissimis temporibus in ecclesia cathedrali Autissiodorensi agebatur. Hæc autem est alterius hujus catalogi laus, quod multo plura indicat festa, quam contineantur in Breviario, quod anno 1580 Jacobus Amyot, episcopus Autissiodorensis, secundum ecclesiæ suæ usum ad formam Breviarii Romani ex decreto concilii Tridentini excudi jussit. Verumtamen in episcopis vix ullæ omissiones factæ sunt. E Sancti itaque episcopi Autissiodorenses, in quorum honorem jam pridem sæculo XIV, juxta illum codicem, officium ecclesiasticum celebrabatur, hi sunt : Peregrinus die 16 maji ; Marcellianus die 13 ejusdem mensis ; Valerius et Valerianus die 6 item maji ; Eladius die 8 maji; Amator die 1 maji; Germanus et Alodius die 28 septembris; Fraternus die 29 ejusdem mensis; Censurius die 10 junii; Ursus die 30 julii; Theodosius die 17 ejusdem mensis; Gregorius die 19 decembris; S. Optatus die ultima augusti; S. Ammarius die 25 septembris; S. Eleutherius die 26 augusti; S. Romanus die 6 octobris; S. Etherius die 27 julii; S. Agnarius sive Anacharius die 25 septembris; S. Desiderius die 27 octobris; S. Palladius die 10 aprilis; S. Vigilius die 11 martii; S. Tetricus die 12 aprilis, tandem S. Hammarius sive Haymarus. Verum animadvertendum est catalogi auctorem, quum S. Optato subjunxit S. Ammarium, in errorem incidisse; nam sanctum Optatum inter et S. Eleutherium sedit S. Droctoaldus, de quo in Gestis pontificum Autissiodorensium nihil habe- F tur, præterquam quod obiit VI idus novembres.

item postea;

2 *Iidem vero sancti, præter S. Ammarium et Hammarium, iisdemque diebus officio ecclesiastico in Breviario Autissiodorensi anni* 1580 *cohonestantur. Neque hac in re ineunte sæculo* XVIII *magna mutatio facta fuit, uti constat tum ex hujus diœceseos Ordine divini officii in annum* 1720, *cujus auctor fuit Joannes Lebeuf, tum ex Breviario Autissiodorensi, quod anno* 1725 *edidit Carolus de Caylus, hujus ecclesiæ episcopus. Attamen Valerius et Valerianus ut unus idemque sanctus utrobique proponitur nomine Valeriani. Atque hi omnes sancti, præter unum forsan S. Censurium, nuper colebantur a presbyteris tractus archidiœceseos Senonensis, qui, ante concordatum Napoleonem I inter et Pium VII initum, diœcesim Autissiodorensem complectebatur.*

(1) Mémoires d'Auxerre, tom. I, pag. 163. — (2) Ibid, tom. I, pag. 175. — (3) Acta SS. tom. III Aprilis, pag. 378. — (4) Description des SS. grottes d'Auxerre, pag. 149. — (5) Acta SS. tom. VI Julii, pag. 596. — (6) Les saintes grottes d'Auxerre, pag. 146. — (7) Acta SS. tom. V Octob. pag. 315. — (8) Ibid. tom. II Augusti, pag. 550.

Verum

AUCTORE R. D. B.

Verum ex quo tempore in archidiœcesi Senonensi Breviarium Romanum denuo usurpatur, cultus sanctorum episcoporum Amatoris, Elladii, Peregrini, Censurii, Theodosii, Ætherii, Germani, Eleutherii, Optati, Aunarii, Romani et Gregorii, aliis omissis, ad totam archidiœcesim extensus est.

item in monasterio S. Germani;

3 *In monasterio vero S. Germani multi sancti episcopi fuerant sepulti. Sæculo* XVIII *celebrabant monachi natales S. Bettonis die* 24 *februarii; S. Heribaldi die* 25 *aprilis; S. Amatoris die* 4 *maji; S. Censurii die* 10 *junii; S. Angelelmi die* 7 *julii; S. Theodosii die* 17 *ejusdem mensis; S. Ætherii die* 27 *ejusdem mensis; S. Gerrani die* 28 *item julii; S. Ursi die* 30 *item julii; S. Germani die* 31 *item julii; S. Hugonis de Monteacuto die* 10 *augusti; S. Eleutherii die* 16 *ejusdem mensis; S. Optati die* 31 *item augusti; S. Aunarii die* 25 *septembris; S. Alodii die* 28 *ejusdem mensis; S. Fraterni die* 3 *octobris; S. Romani die* 6 *ejusdem mensis; S. Desiderii die* 27 *item octobris; S. Droctoaldi die* 8 *novembris; S. Aidulphi die* 13 *ejusdem mensis; S. Abbonis die* 3 *decembris; S. Gregorii die* 19 *ejusdem mensis* (1). D

quinam insuper invocarentur in Litaniis.

4 *Præterea invocabantur in litaniis sanctorum, Breviario Jacobi Amyot insertis, SS. Peregrinus, Fraternus, Romanus, Vigilius, Tetricus, Amator, Germanus, Agnarius, Desiderius, Palladius; et præter hos in litaniis Breviarii Caroli de Caylus SS. Marcellianus, Valerianus et Eladius.*

(1) Les saintes Grottes d'Auxerre, pag. 148 et seq. edit. 1713; eod. Op. pag. 201 et seq. edit. 1780.

B

DE S. COLMANNO, CONFESSORE

E

IN SENBOTH

DIOECESIS FERNENSIS IN HIBERNIA MONASTERIO

V. D. B.

SYLLOGE

§ Unicus. Memoria in martyrologiis. Fabula cercellarum S. Colmanni. Ejus conversatio cum S. Maidoco, episcopo Fernensi. Tempus mortis.

CIRCA ANNUM DCXXXII.

S. Colmannus, *de stirpe Fiacrii et abbas de Senboth, hac die a martyrologis Hibernis laudatus, celebris est fabula cercellarum, quæ in libris hibernicis*

Complures SS. Colmannos floruisse in Hibernia nemo nescit, nisi qui in rebus hagiologicis sacræ hujus insulæ plane hospes sit. Non tamen est quod hos omnes distinguamus, quum ea de præsenti S. Colmanno *noverimus, quibus ne cum aliis confundatur impeditur. In Festilogio itaque metrico S. Ængussii his ad hanc diem ejus recolitur memoria:* Colman Ua Fiachrach; *in Martyrologio Tamlactensi, edito a Matthæo Kelly:* Colman H. Fiachrach i Senbotha folu, *id est:* Colmanni de stirpe Fiacrii in Senboth-folu, *et quidem* in Uibh-Ceinnsealaigh, *ut additur in Dungallensi, seu* in Sen Both Fola in Ui Cennselaigh, *ut reperitur in veteribus glossis hibernicis ad memoratum Festilogium; ubi etiam sequentia leguntur:* In hac ecclesia, *scilicet in ejus vicinia,* sunt anates [*querquedulæ aut potius crenæ, hib.* lacain, *gall.* sarcelles, *angl.* teales], quas tangere fas non est. Quod si nocturno errore immergantur aquæ, [ex stagno haustæ ignique impositæ], lignum terrestre sub cacabo comburi potest, sed aqua nequaquam calefieri, donec anates illæ ablatæ fuerint et stagno redditæ, unde desumptæ fuerint; *verba hibernica dabit præcellens archæologus hibernus Jacobus Todd* (1). *Eadem iisdem fere verbis referuntur in Mirabilibus Hiberniæ, hibernice scriptis juxta librum de Glen-da-Locha et ex libro de Ballymote editis a laudato Toddio* (2); *ubi aves illæ vocantur* lacain lindi Senboto Colmain, *id est* anates stagni Colmanni.

et multo fusius in Topographia Hiberniæ Giraldi Cambrensis,

2 *Quod argumentum ut prosequamur (valent scilicet hæ fabulæ ad significandum quanta esset olim accolarum* S. Colmanni *veneratio), dabimus etiam Giraldi Cambrensis, fusius eadem de re dicentis, verba* (3): De cercellis sancti Colemanni quasi mansuetis et ad F injuriam fugitivis. Est in Lagenia stagnum modicum, aves S. Colmanni continens, anates scilicet minores; quæ vulgari vocabulo cercellæ vocantur. Hæ a tempore sancti tam mansuetæ factæ sunt ut de manibus cibos sumant et usque hodie hominum accessus non reformident. Sunt autem semper quasi conventum adimplentes, circa tredecim numero. *(Qui numerus legitimus monachorum est ut conficiant abbatiam).* Quoties vero vel ecclesiæ et clero, vel ipsis aviculis injuria fit forte vel aliqua molestia illata fuerit, statim evolantes, in lacu quodam, procul inde remoto, se recipiunt; nec ad priorem locum redeunt, donec condigna satisfactio fuerit subsecuta. Interim vero, dum absentes fuerint, aquæ stagni illius, quæ limpidissimæ prius et claræ fuerant, fœtidæ fiunt et corruptæ, et nec ad hominum, nec ad pecorum usus accedunt. Contigit aliquando, quodam ibi aquam

(1) The irish version of the Historia Britonum of Nennius, pag. 218. — (2) Ibid. pag. 192 et seqq. — (3) Topographia Hiberniæ, dist. II, cap. 31, ap. Camdenum, Anglica, Normannica etc. scripta, pag. 727 et 728, edit. 1603.

nocturno

A nocturno tempore hauriente, unam avicularum non sponte sed casu simul hausisse; et cum carnes in aqua illa diu coquerentur, nec excoqui possent, tandem avis in olla supernatans inventa est prorsus illæsa; quæ cum ad stagnum relata fuisset, statim carnes excoctæ sunt.

allatis coævis testimoniis, legitur.

3 Contigit etiam temporibus nostris Roberto, filio Stephani, *(vulgo Fitz-Stephens, qui anno* 1168 *aut sequenti a rege Henrico II in Hiberniam missus est ut Dermitium Mac-Morogh, Lageniæ regem, solio restitueret,)* cum Dermitio, rege Lageniæ, per locum illum transeunte, sagittarius quidam unam avium illarum carbonibus coquendam imposuisset; trium ignium consumpta materia, usque ad mediam noctem coquendo non profecit. Sed jam tertio carnes extractæ semper tamen non minus crudæ repertæ sunt, quam cum fuerunt impositæ. Tandem vero cum hospes inter frusta carnium aviculam conspexisset, audiensque quod de stagno illo fuisset, statim cum lacrimis exclamavit : « Me miserum quod umquam infortunium istud in domum meam incidere et in ea contingere debuit. De avibus enim sancti Colemanni
B una hæc erat. » Et statim carnes per se impositæ cocturam, quam amiserant, admiserunt. Sagittarius vero non multo post rebus humanis miserabiliter exemptus est. Præterea accidit, et milvum cum una avicularum istarum, quam rapuerat, in arborem quandam propinquam se recepisse; qui et, multis intuentibus, membris omnibus statim irriguit, nec prædam sub pedibus prædo respexit. Accidit etiam glaciali quodam in tempore vulpeculam avium istarum unam rapuisse; quæ mane facto in tugurio quodam, lacui conjuncto et S. Colemanni conversatione olim venerabili, intra fames, avicula vitalem spiritum præcludente, bestia inventa est suffocata. Relatus igitur ad lacum, avibus prorsus illæsis, optimi patroni beneficio, præda indemni, mortis pœnas prædo persolvit uterque.

AUCTORE V. D. B.

S. Colmanni *cum S. Maidoco, episcopo Fernensi, insignis amicitia et miraculum. Amborum mortis tempus.*

4 *Harum rerum seu narratiuncularum memoria jam pridem in illa regiuncula perierat* (1) *atque etiam ignorabatur ab omnibus ubi olim fuisset Sen Both fola, quum Cl. V. O'Donavan* (2) *ostendit hunc locum nunc repræsentari parœcia* Templeshanbo *seu* Templeshanbough *in baronia de Scarewalsh, in comitatu Wexfordiensi, in Lagenia, ad radices orientales Lageniæ montis, anglice* Mount Leinster, *hibernice* Suighe Laighean. *Quæ res constat ex his S. Maidoci, episcopi Fernensis, Vitæ verbis* (3): Quodam die venit S. Moedoc ad monasterium, quod dicitur Seanbotha juxta radices montis, qui dicitur scotice Suighe Lagen, id est Sessio Laginensium. *Vivebat tum illic* S. Colmannus; *sed aliunde etiam constat amicitiam extitisse inter ambos sanctos viros. In eadem enim S. Maidoci Vita hæc occurrunt* (4) : Alio die cum sanctus Moedoc iter ageret, occurrit ei in via S. Colmanus, filius Fiacrii : in illa hora equus Colmani mortuus est. Cui illico sanctus episcopus equum suum sub curru Colmani dedit. Et cum inde discessisset, E
alius equus hyacinthinus, a Deo missus, sub curru S. Moedoc statim mitis venit. Cumque Colmanus eadem via reversus esset, equus suus vivus surrexit in occursum ejus; et ipse hoc sanctitati beatissimi antistitis Moedoc deputavit. *Morari nos non debet, ut jam pridem animadvertit Lanigan* (5), *quod* S. Colmanus *hoc loco dicitur* filius Fiacrii, *licet a præmissis initio martyrologis non filius, sed* de stirpe Fiacrii *dicatur; et quidem filius fuit Eochadii et Fearamhlæ, et frater SS. Aodhani de Cluain Eochaille* (Cloonoghill) *et Dichlethii O'Triallaigh* (6). *Quum autem S. Maidocus anno circiter* 632 *vita functus sit* (7), *non licet multum inde amovere* S. Colmani *obitum.*

(1) The irish version of Nennius, pag. 218. — (2) The four Masters, ad an. 601, pag. 229. — (3) Ap. Colganum, Acta SS. Hiberniæ, pag. 211, cap. 26. — (4) Ibid. pag. 214. — (5) Ecclesiastical history of Ireland, tom. III, pag. 5. — (6) O'Donovan, The genealogies etc. of Hy-Fiachrach, pag. 57. — (7) Lanigan, tom. III, pag. 339 et 341.

C

DE SANCTO TECLA HAIMANOT

MONACHO ET CONFESSORE

IN ÆTHIOPIA

COMMENTARIUS HISTORICUS.

E. C.

§ I. De Sancti cultu ex scriptis missionariorum.

CIRCA DCCX

Ejus cultus legitimus ex scriptis missionariorum catholicorum adstruendus.

Nobis ante omnia de sanctitate et cultu Teclæ Haimanot *dicendum est, ut videat lector, indignum non esse qui in opere nostro locum obtineat. Qua in re sententiam eorum proculdubio sequemur, qui tamquam missionarii catholici per annos multos in Æthiopia versati sunt, et simul ejus priscæ historiæ indagandæ operam dederunt. Inter quos primas obtinent Petrus Pays, sive Paëz, Alphonsus Mendes, patriarcha Æthiopiæ catholicus, et Emmanuel Almeyda, omnes nostræ societatis missionarii et qui de Æthiopiæ rebus diligenter scripserunt. At eorum scripta, quod ampliora viderentur* (1), *edita non sunt, sed Balthasar Tellez, itidem nostræ societatis presbyter, suasu ipsius patriarchæ Mendezii* (2), *qui tum exsul in India vivebat, hæc omnia monumenta aliaque non pauca collegit, inter se contulit, et ex iis verissimam Æthiopiæ historiam lusitanice conscripsit. Qua perlecta*

(1) Tellez, Historia geral, pag. 89. — (2) Idem. loc. cit.

Hieronymus

AUCTORE E. C.

Hieronymus Lobo, qui et ipse per annos multos in Æthiopia cum viris supra laudatis vixerat, non dubitavit jurare in verbo sacerdotis, ut loquitur, verissimam esse hanc Tellezii historiam et his quæ in commentariis scripserant tres prædicti patres, non secus ac iis quæ viderat ipse et quorum pars magna fuerat, apprime consentaneam. Ita scribit die 16 *mensis januarii, anno* 1658 (1)

Ludolfi judicium de historia æthiopica Balthasaris Tellez,

2 *Et siquidem hac sylloge de beato* Tecla Haimanot, *quæ de Æthiopiæ sanctis in isto volumine collecta sunt concludimus, liceat hic judicium quoque Jobi Ludolfi de iisdem historicis adscribere, viri doctissimi et inter eruditos satis noti ut de eo plura addere opus non sit; qui licet lutheranus fuerit, multo æquius res a catholicis in Æthiopia gestas dijudicavit, quam alii insecuti heterodoxi ejusdem sæculi aut sequentis. Hæc igitur habet, inter alia, in procemio Commentarii sui, de prædictis scriptoribus:* Tandem nostro tempore prodiit B. Balthasaris Tellezii vera historia Æthiopica, stylo florido et jucundo lusitanice conscripta, quam necessariam fuisse censet
B Thevenotius supra laudatus, eamque in epitomen gallice redegit (2). Ipse vero Tellezius in primis secutus est historiam P. Emanuelis Almeydæ, cujus epitomator fuit. Sic enim in libri titulo ait... Quandoquidem ergo ex Actis scriptisque patrum opus suum composuit, qui omnes regni illius regiones quaquaversum peragrarunt, et triginta fere annos in eo floruerunt, utique verissima de regno Habessinorum tradere potuit, et certe, si facta et res gestas spectes, tradidit, ut in procemio Historiæ nostræ diximus. Eam ob rem nos jure merito illi plurimum fisi sumus, cum ob causas supra dictas, tum quod congruentia retulerat iis, quæ Gregorius *Habessinus* mihi narravit, cum quo nullum umquam commercium habuit nec conversationem.

de scriptis Emmanuelis Almeyda, Petri Pays, sive Paëz

3 *Et paulo inferius hæc habet de fontibus e quibus sua omnia hausit Tellezius:* Optavissem utique integram P. Emanuelis Almeydæ historiam videre, et ex ea nonnulla plenius orbi literato tradere; nam quantacumque diligentia contraxeris alterius opus, semper erunt qui integrum velint videre. *In Æthiopia versatus est*
C *Emmanuel Almeyda ab anno* 1624 *ad* 1633. Alii præter istum sunt patres societatis qui res Habessinorum accuratissime persecuti sunt. P. Petrus Pays, cujus in historia nostra crebro mentionem facimus, duo ingentia volumina rerum æthiopicarum congessit (3), teste P. Athanasio Kirchero, qui ex iis hausit quæ de Nili fontibus, aliisque Habessiniæ admirandis in Œdipo et Musurgia sua retulit. Multa notabilia et singularia continere facile credo, quia anno 1603 in Habassiam ingressus, usque ad finem vitæ, qui anno 1622 contigit, gratia regis floruit; in aula et castris assiduus; adhæc linguæ probe gnarus Habessinorum res plene cognoscere atque describere potuit. Eum passim laudat et sequitur Tellezius, ut libr. II, cap. 7, pag. 116, *pag.* 209 *et seqq. etc. Ejus opus ms. Romæ adservari dicit Tellezius* (4).

et patriarchæ Alphonsi Mendes, quæ inedita remansere.

4 Non minus accuratam crediderim P. Alphonsi Mendesii Historiam æthiopicam, qui a summo Pontifice patriarchæ nomine in Æthiopiam missus septem annos, *immo octo, aut novem* (5), cum summa auctoritate in ea transegit, ita ut illum nihil plane de rebus Habessinorum latere potuerit. Ad hæc erat egregie doctus et insigni judicio præditus, necnon ingenii amœni, ut ex fragmentis, quæ Tellezius historiæ suæ inseruit, colligere est. Verum ista Historia lucem non vidit, passim tamen allegatur a Balth. Tellezio. *Mendezii historia latine conscripta erat, et postquam librum suum lusitanice composuerat Tellezius, Romæ servabatur, mox typis danda, ut idem credebat* (6); *sed numquam edita fuit, quidquid crediderit Henricus Salt, qui relationem aliquam breviorem, anno* 1633 *Insulis vulgatam a longe ampliori historia non discrevit* (7). *Demum et præ manibus habuit Tellezius, Hieronymi Lobo, sive Lupi commentarium, qui tandem ultimo sæculo gallice versus et in lucem editus est* (8). *De quibus libris multum conqueritur Ludolfus numquam (excepto jam Lupi commentario) editos eos fuisse; quæ etiam, ad Paysium seu Paëzium quod spectat, Sapeti est querela, atque is simul laudes multas Tellezii historiæ tribuit* (9). *Sapetus autem anno* 1838 *Æthiopiam adiit* (10), *librum suum Romæ vulgavit anno* 1857 *et tum ad idem regnum reversus est, in quo versatur forte etiamnum: cujus libro in his Vitis sanctorum Æthiopiæ non immerito multum usos nos esse hoc ipso satis patet.*

De sanctitate et cultu Teclæ Haimanot *ex Tellezii historia;*

5 *Quibus omnibus non tantum confirmantur quæ hucusque de Æthiopia scripsimus, sed apprime intelligetur simul, quanti valeant quæ de orthodoxia, sanctitate et cultu* Teclæ Haimanot *jam Tellezius nos docebit; etenim omnia sua pæne ad verbum ex Paëzii, Almeydæ et Mendezii scriptis ille mutuavit.* Omnis Æthiopia, *inquit,* Teclam Haimanot pro sanctissimo viro habet. In ejus Vita, quæ pluribus libris constat, notabiles ejus pœnitentiæ narrantur, beneficia quæ Dominus noster ei præstitit, apparitiones multæ ac miracula, et quomodo aliquoties Hierosolymam adierit, caput et dux innumerabilium monachorum: quorum si auctor non fuit et fundator, at minimum hanc F
religionem suam amplificavit et illustravit. Eoque diu et multum in Æthiopia floruit, monachorum numero, virtutibus heroicis, ac literis, quantum scilicet id exspectari poterat a gente quæ magistris caret, a quibus debitas rerum theologicarum notitias acciperent.

monophysita non fuit,

6 Si ponamus igitur concedendum esse Teclam Haimanot vere sanctum fuisse, necessario dicendum nobis erit nulla hæresi infectum eum fuisse. Et rationes mihi adsunt sufficientes, *(hæc omnia ad literam pæne e lusitanico vertimus)* ut mihi persuadeam, primis istis temporibus, usque ad sæculum septimum et octavum, hæresim Æthiopiæ dominatam non esse. Etenim anno 521 vivebat Kaleb, qui rex sanctus fuit, ut diximus, et obediebat patriarchæ catholico, quem imperator Justinus sedi Alexan-

(1) Ap. Tellez, initio voluminis. — (2) Thevenot, Relation des voyages curieux, part. IV. Paris 1672. — (3) Cfr Sapeto, Viaggio, pag. 95; Tellez, Prologo ao leytor, initio tomi. — (4) Loc. cit.; cfr H. Salt, Voyage en Ethiopie, tom. II, pag. 278. Paris 1816. — (5) Tellez ibid. in Prologo et pag. 532, col. 2; Hier. Lobo ibid. initio libri Tellezii. — (6) Tellez in Prologo. — (7) Salt, loco cit. pag. 280. — (8) Jerôme Lobo, Relation historique de l'Ethiopie. Paris 1728; cfr Salt, loc. cit. et tom. I, pag. 260. — (9) Sapeto loc. cit.; cfr Salt, loc. cit. pag. 279. — (10) Loc. cit. pag. VI.

drinæ

AUCTORE E. C.

A drinæ præfecerat, et non agnoscebat Timotheum hæreticum. *In præcedentibus Metaphrasten et Baronium sequitur Tellezius; de qua re plura alibi scripsimus* (1). Præterea novimus etiam ex historiis nostris, idque refert similiter cardinalis Baronius (2), *in quo jam merito hunc sequitur Tellezius*, anno 610 floruisse S. Eulogium, patriarcham Alexandrinum, et post eum S. Joannem Eleemosynarium. Et de Æthiopia quidem similia credi possunt primo aut altero sæculo sequenti, quoniam in hac terra sancta fides radices bonas egerat, nec hæresis Alexandrina, e qua urbe Æthiopiæ episcopos venisse admittimus, tam præsto illic fidem exstinguere poterat.

quod ex Baronio et Papebrochio confirmatur; miracula ei falso adscripta nihil tollunt de sanctitate.

7 *Sed multo apertius ad hanc rem facit locus quidam Annalium Baronii, quo de schismate scribens abbatis Cassinensis, deque monachi alicujus sanctitate*: Non simul, *inquit*, ac abbas vel episcopus aliquis schismaticus est, necesse est omnes sibi subditos pariter esse schismaticos (3). *Papebrochius de Russis scribens sæculo* XV *antiquioribus, quo tempore eorum episcopi nunc catholici erant, nunc*

B *schismatici*: Unde intelligimus, *ait*, quam nihil vulgus sciat de schismate deque articulis in fide controversis, per acceptam a majoribus traditionem domi potius privatim, quam publice in ecclesia discens sola illa, atque utinam integra, fidei capita, quæ sunt ad salutem necessaria (4). *Nec vero etiam sacerdotes (nam sacerdos fuit* Tecla Haimanot*) quum a puero doctrinam aliquam theologicam hauserunt, eamque grandiores facti pro ingenio suo confirmarunt, eam facile commutabunt; nec deinde, si virtute præstent ac Deo placeant, is a vero eos aberrare, ut docet omnis sanctorum historia, patietur.* Nec bonam opinionem, *ita Tellezius prosequitur*, quam de celebri isto Habessinorum sancto concepi, mihi auferunt res multæ apocryphæ quæ in ejus Vita narrantur, ut quum dicitur Christum Dominum ei aliquando apparentem dixisse, omni illi qui serpentem occidisset feria quinta aut die dominica, condonatum iri peccata annorum quadraginta; aliudve simile. Nam et apud nos res apocryphas scripserunt de S. Georgio et aliis pluribus sanctis, immo et de apostolis, quin propterea eos

C pro illustribus sanctis habere desinamus; quoniam de illis quæ vera sunt credimus, non vero adjecta apocrypha, *etc.* (5)

A missionariis catholicis antiquis et hodiernis pro sancto habitus.

8 *Quum vero Tellezius ubique sententiam sequatur missionariorum Petri Paëz, Emmanuelis Almeydae, Alphonsi Mendes et Hieronymi Lobo, qui omnes in Æthiopia dudum versati ejus deinde historiam scripserunt, patet manifeste missionarios illos catholicos* Teclam Haimanot *ut sanctum habuisse. Similiter Josephus Sapeto, missionarius apostolicus, qui non secus ac præcedentes dudum in Æthiopia habitavit et illic versatur forte adhuc, in suo Itinere quod anno* 1857 *in lucem dedit, scribit in civitate Gondar, Habessiniæ regia, repertum esse Senkessar catholicum, in quo agnoscitur* Tecla Haimanot *ut sanctus*, sed dicere non possum, *inquit*, cujus sæculi sit iste codex quem ego non vidi (6). *Attamen hoc loco Sapetus* Teclam Haimanot *sæculi septimi monachum, non discernit a monacho cognomine sæculi decimi tertii, qui sceptrum a gente Zaghe arreptum,* 354 *ante annis, veteri dynastiæ restituit et sanctis adscribendus minime est; de quo mox dicetur. Sed ex his manifeste apparet non immerito priori* Teclæ Haimanot *locum datum esse in opere nostro, eo magis quod omnibus qui in Menæis græcis obvii sunt, quamdiu non constaret eos hæreticos aut schismaticos fuisse, majores nostri (ut jam supra in hoc tomo declaravimus) locum concedere solerent.*

§ II. Sanctus discernendus a monacho cognomine sæculi XIII: septimo sæculo vixit.

Discernendus omnino S. Tecla Haimanot *a monacho cognomine sæculi XIV, qui veterem dynastiam restituit;*

M*irum est Sapetum, alioqui eruditum virum, et a quo Æthiopiæ res ecclesiasticæ penitius inspici debuere, inter* Teclam Haimanot *antiquiorem, quem inter sanctos adscribere veteres missionarii non abnuerunt, et recentem illum, itidem monachum, sed politicum virum simul, et forte exercituum ducem, non distinxisse. Verum quidem est hujusmodi res civiles monachis hodiernis Æthiopibus licere, eorumque* instituta, *ut Ludolfum hic loquentem adducam*, a Latinis et Græcis longe esse diversissima (7). *Verisimile quoque Habessinos hodiernos in eamdem confusionem incidere, ut ex synaxario infra recitando apparebit. Sed in vetustioribus libris ecclesiasticis, Teclam Haimanot sæculi decimi tertii ne memorant quidem. Præterea si tam recens fuisset ille de quo solo scribunt veteres missionarii, Tellezius et post eos Ludolfus, quo pacto eum ab hæresi et schismate immunem credidissent, quum eo vivente jam a sæculis pæne sex Æthiopia hæresi monophysitica infecta fuerit. Hic igitur derelinquendus Sapetus et alii qui in eumdem errorem lapsi sunt. Nam, si bene memini, idem vidi loco aliquo voluminum Jacobi Bruce, eamque sententiam habet etiam Cl. Aug. Dillmannus, de quo jam dicendum.*

idem ostenditur ex loco insigni

10 *In* Catalogo *scilicet* codicum mss. orientalium qui in Museo Britannico asservantur *parte tertia, quæ codices æthiopicos amplectitur, titulum codicis* 45 *hoc modo recitat* (8): Vitæ SS. Tecla-Haimanot et Tecla-Zion *(de quo posteriori stulta admodum, immo horrenda narrat codex ap. Dillm. pag.* 50). Pars prior. Certamen asceticum sancti, beati patris nostri Tecla *(seu plantæ, nam id vox æthiopica sonat)* Patris, Tecla Filii, Tecla Spiritus Sancti, id est, abbatis Tecla-Haimanot, qui Trinitatis nomen gerit, 24 Nahasse mensis die legendum. *Scriptor codicis qui monachus Habessinus fuit sæculi undecimi, hæc notavit ad calcem prioris partis*: Jubente abba Petro, qui in sede patris nostri Tecla-Haimanot collocatus, purpura justitiæ ejus amictus, sagitta amoris ejus ictus est, misimus hunc librum, ut in perpetuum maneret. Anno judicii 6542 (cum æra mundi

(1) Tom. X Octobr. pag. 710, num. 169 ad 172. — (2) Ad ann. 610. — (3) Cfr tom. X Octobr. pag. 166, num. 29. — (4) Tomo I Maii, pag. V, num. 18. — (5) Tellez, Historia geral, pag. 84 et seq. — (6) Sapeto, Viaggio etc. pag. 75. — (7) Ludolf. Hist. æthiop. lib. III, cap. 3, num. 33. — (8) Pag. 49.

AUCTORE E. C.

congruit hic numerus. Æra judicii nominatur fortasse ob condemnationem Angelorum lapsorum), a nativitate filii fabri (Christi) 1042, a conversione Æthiopiæ 697, anno martyrum Antiochiæ 754, fidei Nicænæ 714, cum epacte solis 3, lunæ 27, dies Joannis 6 erat, evangelistæ Matthæi anno, tempore functionis patris nostri Petri, decimo officii ejus anno, scriptio hujus libri finita est, etc. *Ad quæ hæc notat Dillmannus* (1): Hanc subscriptionem ab auctore primario derivandam esse, probabile est. Definitiones temporis, in illa allatæ, in annum Christi 1042 plurimæ coincidunt.

codicis æthiopici Londinensis 45.

11 *Obiter tamen adverto, siquidem computus ecclesiasticus Alexandrinorum incipit cum mense Pharmuthi, Æthiopum Miazya, seu cum die* 27 *martii, annum quidem Matthæi convenire in annum Christi* 1042, *seu in annum Alexandrinum civilem* 1041-42, *qui cœpit cum die* 29 *augusti, uti convenit in omnem annum tertium a bissextili, seu intercalatione Alexandrina, sed epacta solis* 3 *et lunæ* 27 *in dictum annum* 1042 *minime conveniunt; cujus epacta Alexandrina solis* 6,
B *lunæ* 25 *fuit. Verum hæc tria, annus Matthæi, epacta solis* 3, *lunæ* 27, *undequaque conveniunt in annum Christi* 1034, *quo hæc scripta fuisse ex chronologicis rationibus manifestum est. Hanc nactus opportunitatem adverto Ludolfum recte quidem rationem inveniendæ epactæ ex æthiopica lingua latine convertere, sed perperam omnino in adjecta parenthesi eam explicare* (2). *Denique scriptor hujus codicis, dum annum adscribit* 6542, *την ὁμαδα Constantinopolitanam secutus est, in qua anni ante Christum natum putantur* 5508, *et ideo forte æram illam annum judicii vocavit, sed deinceps rei immemor aut ignarus, ut annum æræ Christi reperiret, non subduxit more Cpolitano annos* 5508, *sed æthiopico more* 5500, *ita ut numerus* 1042 *annis octo excedat. Istud scilicet est Æthiopum recentiorum vitium, ut tres Græcorum ὁμαδας,* 5492, 5500 *et* 5508 *inter sese misceant, maxime priores duas, iisque indiscriminatim utantur, aliis intermixtis erroribus, ita ut nonnumquam inextricabiles eorum calculi videantur* (3). *Sic in supradicto codice Londi-*
C *nensi* 45 *adjecti numeri* 697, 754 *et* 714 *singuli annis quatuor aut quinque iterum excedunt. Sed de his hucusque. Dillmannus igitur, videns codicis scriptorem certissime significare sæculum undecimum, et de unico* Tecla Haimanot *cogitans, hunc in modum scribit:* Sed cum chronica æthiopica ubique Icun-Amlak regem per Tecla-Haimanotum in thronum evectum esse tradant, quod circa annum Christi 1268 factum est, sequitur auctorem Vitæ veram Tecla-Haimanoti ætatem aut ignoravisse aut dissimulavisse. *Difficultas nullo negotio solvitur, si* Teclam Haimanot *antiquiorem a multo recentiori probe distinxeris. Quorum tamen res gestas ab ipsis Æthiopibus implicatas fuisse vehementer suspicor.*

De monachis et monasteriis Æthiopiæ ex historia Mendezii inedita.

12 *Ætas autem* Teclæ Haimanot *antiquioris facile ex ipsa ejus Vita deprehenditur, quæ etiam Dillmanno præ manibus fuit; ex qua eam luculenter Mendezius demonstravit. Et Tellezius quidem, cui Petri Paëz, Emma-*
nuelis Almeyda et Alphonsi Mendes libri ma- D
nuscripti ad manum fuere, ea de re ne levissimum quidem dubium movet; uti nec Ludolfus, ubi sive in Historia, sive in Commentario de eodem S. Tecla Haimanot *sermonem inducit. Tellezius autem, in historiæ suæ decursu, demonstrationem Mendezii patriarchæ inseruit, quam commodissime, siquidem longa non est, huc transferemus, iis denuo quæ Tellezius e latino lusitanice reddidit, in linguam latinam conversis.* Licet monachi illi, *ait patriarcha Mendezius,* qui in Æthiopiam venerunt circa annum 470, *vel* 479 *aut* 480, *ut nostra fert sententia* (4), regnante rege Alameda, multum rem monasticam auxerint, non tamen extra regnum, seu provinciam Tigræ se extendit; in qua singuli non fundarunt plus quam unum monasterium, eaque et hodiedum eorum nominibus insigniuntur. Sed abba Eustatheos, *de quo pauca inferius adjiciemus,* et abba Tecla Haimanot qui ex iis prodierant, duces fuerunt uterque ingentis sodalitatis monachorum, et multa monasteria constituerunt in omnibus provinciis. Quorum alter, abba Tecla Haimanot, cujus nomen plantam fidei E
significat, familiam numerosiorem et illustriorem habet. Sodalitatis caput antiquitus erat Debra Libanos, id est, mons Libanus, *sive monasterium Libanus, nam omne monasterium Debra dicitur,* in provincia Sjawa, ubi suam sedem habebat, vel præpositum sodalitatis, quem Itjeghe appellant; sed hic postea sedem suam transtulit ad regnum, seu provinciam Begameder, siquidem barbara quædam gens, dicta Gallas, omnes illas terras occupavit. *De his monachis et monasteriis multo plura dabit Tellezii historia capite* 34 *et* 35 *ejusdem Libri I. Posthæc ita Mendezius prosequitur.*

Sancti ætas ostenditur ex stemmate monachorum Æthiopiæ,

13 Difficile non est tempus reperire quo floruerit Tecla Haimanot, tum ex iis quæ diximus, tum ex iis quæ in ejus Vita narrantur, quam habemus penes nos, fideliter ex lingua Amharica in lusitanicam translatam. Pertinet enim ad scholam abbatis Aragawi, qui inter novem sanctos caput fuit, *de quo nos diximus ad ejus synaxarium post Commentarium de S. Elesbaa,* et sodalis S. Pantaleonis. Hæc enim leguntur in Vita Teclæ Haimanot: Arbor et pro-
genies patrum nostrorum est ista. Angelus san- F
ctus Michaël vestem monasticam dedit S. Antonio, sanctus Antonius sancto Macario, hic sancto Pachomio, hic abbati *(sive τῳ abba)* Aragawi, qui fuit ex novem qui venerunt in Æthiopiam; hic habitum dedit abbati Christos-Bezana, hic abbati Masqual-Moa, hic abbati Joanni, hic abbati Jesus, hic abbati Teclæ Haimanot; et deinde abba Tecla Haimanot cucullum, sive Askema dedit abbati Jesus, ut jam diximus, etc. Hucusque Vita Teclæ Haimanot. Askema scapulari simile est, videnturque primi monachi, Græci quum essent, Askema hunc habitum vocasse, quia erat tamquam *σχημα* monachismi et insigne monachorum. In Æthiopia enim monachi pæne omnes sese vestiunt ut possunt et ut sibi placet, sed induto scapulari isto, quod ex corio molli et bene macerato confectum est, jam pro Macariis et Pachomiis habentur. In supra scripto stemmate facile cernitur, inter abbatem Aragawi, qui advenit cum abbate Pantaleone,

(1) Catalog. cit. pag. 49, not. *d.* — (2) Ludolf. Commentar. pag. 386. — (3) Cfr ibid. pag. 385. — (4) V. supra in Commentario de S. Elesbaa, pag. 312.

A taleone, et abbatem Teclam Haimanot, non intercedere nisi tres hominum ætates, abbatum scilicet Christos-Bezana, Masqal-Moa et Yohanni. Nam licet etiam de abba Iyasu sive Iesu ibi sermo sit, Tecla Haimanot tamen cucullum et Askema accepit e manu abbatis Yohanni. Quum vero intraverit in Æthiopiam abba Aragawi jam ætate provectus *(quod nos alibi merito in dubium vocavimus, diximusque* Aragawi, *sive* senem *esse dictum, quod ad tantam ætatem pervenerit, et vitam usque ad regnum Gabra-Masqal produxerit; sed inde hæc argumentatio patriarchæ Mendezii nullum patitur damnum),* circa annum 470 *rectius circa ann.* 480, demus vixisse eum usque ad annum circiter 500 *(sed vixit usque ad annum minimum* 542, *annos scilicet natus ultra octoginta et forte ultra nonaginta)* et annos centum viginti reliquis tribus simul concedamus, *quod certo nimium est, sed eo compensatur quod anno emortuali abbatis Aragawi detractum est.* Unde sequetur Teclam Haimanot natum esse circa 615, vel 620, plus minusve.

et ex annis quibus floruit Benjaminus patriarcha Alexandrinus monophysita.

14 Idque etiam argumento irrefutabili ostenditur, quod ex ejusdem Vita eruimus; in qua legitur, quum ætatis esset annorum quindecim, portatum esse a parentibus ad Abuna, sive episcopum, Kirilos, qui erat patriarcha in Æthiopia, quando abba Benjamin patriarcha erat Alexandriæ. Benjamin iste hæreticus fuit Eutychianus, seu monophysita, et simul monothelita, ut manifestum est ex ejus epistola, quæ legitur in libro æthiopico Haimanot Abbau, seu Fide patrum. In qua epistola fidem in duas naturas Christi Domini nostri impugnat et simul synodum Chalcedonensem. Vixit vero circa annum 630, quo etiam vivebat sanctus Sophronius patriarcha Hierosolymitanus, ut docet cardinalis Baronius octavo tomo (1), et Bellarminus in libro de scriptoribus ecclesiasticis, ubi mortuum eum scribit anno 634 (2). *At verius nunc docent obiisse anno* 636, *die* 11 *martii*. Sanctus enim Sophronius in admirabili epistola, quam scripsit ad Sergium episcopum Constantinopolitanum et tota recitatur in concilio œcumenico sexto, actione undecima (3), postquam nominavit et excommunicavit omnes hæreticos antiquos, addit in fine : Induantur autem cum eis et amician-
C tur anathemate et catathemate Benjamin Alexandrinus, et Joannes, et Sergius, Thomasque et Severus Syri, qui adhuc vivunt vitam exsecrabilem, et crudeliter pietatem expugnant (4). Quod si vivebat Benjamin ætate S. Sophronii, et hic scripsit circa annum 620 vel 630, patet Teclam Haimanot adolescentem tum fuisse. *Hucusque Mendezius patriarcha apud Tellezium* (5).

AUCTORE E. C.

§ III. De Eustathio monacho et Yaredo musico; sancti Vita aliique Æthiopum libri in ejus laudem conscripti; annus obitus.

De Eustathio monachorum in Æthiopia parente.

De *Eustathio, cujus mentionem supra habebat Mendezius, nihil scitur, præterquam ex Ægypto oriundum esse, alterum fuisse in Æthiopia, præter* Teclam Haimanot, *monachorum auctorem, sed post modum in Armeniam abiisse ibique vita defunctum esse. Nequidem scitur qua ætate vixerit, et si qua ejus Vita inter Æthiopes reperiatur* (6), *ea nihil præter miracula æthiopica, ut sic dicam, continere potest, quæ quum nullo æquo testimonio fulciantur et sæpe perridicula sint, sperni merentur. Neglectus est Eustathius in* E *summariis Vitarum quæ Sapetus e Senkessar æthiopico deprompsit et Itineri suo adjecit; Ludolfus pro more ejus laudes et miracula, e menologio suo metrico excepta, in Historia et Commentario typis mandavit.*

deque Yaredo, qui Musicus est dictus.

16 *Alius denique ab Æthiopibus sanctus celebratur, qui ad idem sæculum septimum referendus forte est, Yared nimirum, dictus Musicus, sed qui tam a Ludolfo quam a Sapeto omittitur, licet ejus nomen in Ludolfi calendario obvium sit* (7). *Musicus quum fuerit, nonnulla de eo inquisiverunt recentiores, ut me docet doctissimus A. Dillmann, cujus ideo verba aliqua lubens adscribo :* De Yaredo, *inquit,* cognomento Musici, conferre licet Villoteau (8), Isembergii Lexicon amharicum (9) etc. Oriundus fuit *Yared* e familia sacerdotis cujusdam Axumitæ, nomine Gideon... Musicam in ecclesia Axumitica instaurat, et cantus in omnia anni festa et sabbatha componit. Sub finem vitæ a ministerio ecclesiæ recessit et in Semen terra anachoretam egit. Vixisse dicitur sub Caleb rege *(rectius alibi idem Dillmannus :* ætate regni Gabra-Masqal, filii Caleb) (10), septimo post Christum sæculo; alia opinatur Isembergius F nescio qua auctoritate nixus (11). *Hucusque Dillmannus, qui optime novit tum sanctum regem Caleb sive Elesbaan de quo late egimus hoc tomo, tum ejus filium Gabra-Masqal sexto sæculo vixisse, non vero septimo; ita ut notæ temporum, in Yaredi Vita obviæ, pugnent inter sese. Sexto sæculo floruisse minime dicendus est, sed septimo forte aut octavo. Nomen etiam mere judaicum est, quum nulla virtutis laude patriarcha Iared in bibliis ornetur, ob quam id nomen a christianis assumptum fuerit. Quo circa vixisse Yaredum dixerim, quum ecclesia æthiopica jam apertius judaizare occepit. Ejus circumfertur Vita aliqua inter Æthiopes, sed nihil ea relatu dignum continet* (12).

Ubi servetur

17 *Ut jam ad* Teclam Haimanot *denuo ver-*

(1) Ad an. 634. — (2) Bellarmin. De scriptor. eccles. ad an. 630. — (3) Ap. Migne, Patrolog. græc. tom. LXXXVII, col. 3117 et seqq. — (4) Ibid. col. 3194. — (5) Tellez, pag. 83 et 84. — (6) Cfr d'Abbadie, Catalogue raisonné de manuscrits éthiopiens, pag. 52. — (7) Commentar. pag. 415; cfr Sapeto, Viaggio, pag. 81. — (8) Description de l'Egypte, tom. XIV, pag. 272 et seq. Paris 1826. — (9) Ibid., pag. 209. — (10) A. Dillmann, Codices æthiopici musei Britannici, pag. 50. Londini 1847. — (11) Ibidem, pag. 52. — (12) A. d'Abbadie, loc. cit. pag. 220.

tatur

umplior et antiquior sancti Vita, et

tatur oratio, ejus Vitam quam præ manibus habuit Mendezius, et quæ æthiopice adservatur in museo Britannico Londinensi, uti et in bibliotheca Cl. Antonii d'Abbadie, plurimum laudat Dillmannus his verbis : Quæ hic exstat Tecla-Haimanoti historia, nequaquam ita fabulosa est ut alia hujus generis opera esse solent; multas relationes veras continere videtur (1). *Similia fere habet Antonius d'Abbadie* (2) *(quo tamen loco non recte scribit* Teclam Haimanot *solum sanctum Æthiopem esse qui ab Ecclesia Romana agnitus sit, quum e contrario soli SS. Frumentius et Elesbaan Martyrologio Romano fuerint inscripti), sed haud credo librum multa historica continere, siquidem paucissima ex eo exceperunt Mendezius ejusque socii qui de historia æthiopica scripserunt* (3), *tum etiam Dillmannus in summario Vitæ concinnando* (4), *et quidem quo loco catalogos regum Æthiopiæ vulgavit, eos aliquoties ex Vita abbatis Aragawi aliisque monumentis illustravit, sed nusquam ex Vita* Teclæ Haimanot (5). *Eadem hæc Vita Parisiis arabice servatur et quidem in catalogo codi-*
B *cum arabicorum bibliothecæ Parisinæ legere me memini, exemplar quod asservant a rege Æthiopiæ Claudio ad sultanum Ægypti missum fuisse. Exstat etiam inter codices arabicos bibliothecæ Bodleianæ Oxoniensis* (6) *et similiter Romæ.*

quantum valeat ista ad Æthiopiæ historiam illustrandam.

18 *Nos aliquando curandum esse ut describeretur cogitavimus, sed quum longissima sit et Dillmannus in codice Londinensi folia omnino* 118 *continere significet* (7), *et historica paucissima complectatur, satis esse ut hic summarium Vitæ daretur, e Senkessar æthiopico mutuatum, censuimus. Dillmannus enim qui Vitam longiorem perlegit, quum nihil in ea tradi scribat de expulsione Zaghæorum sæculo decimo tertio, ejus quoque summarium confecit* (8) ; *at istud nihil continet præter ea quæ ex Senkessar æthiopico mox subjiciemus. Id solum nos scire cupiebamus, num aliquid de conditione judæorum in Æthiopia sæculo septimo in Vita majori traderetur. Gravissima enim est quæstio adventus judæorum in hoc regnum, non tantum forte ad historiam dilucidandam, quantum ad veteres errores*
C *confutandos. De qua nos in Commentario de S. Elesbaa autumavimus, ab antiquo ævo judæos aliquot ex Arabia simul cum Homeritis advenisse, sed maxime id factum esse, quando Homeritarum rex Abrahamus, sæculo sexto, et Mahumetani septimo sæculo et sequentibus eos persequi cœperunt. At vero, si judæi multi septimo sæculo in Æthiopia fuerunt, aut si jam tum eorum ecclesia judaizabat, vix possibile est quin in antiquissima et longissima Vita* Teclæ Haimanot *nulla earum rerum mentio occurrat.*

Obiit sanctus circa an. 710; quibus diebus colatur.

19 *In hac Vita, ut Dillmannus nos docet,* S. Teclam Haimanot *vixisse dicitur annos* 99, *menses decem et dies decem; quod similiter fert summarium Vitæ mox edendum. Et siquidem anno circiter* 620, *aut* 630, *annorum quindecim erat idem sanctus, inter annos circiter* 705 *et* 715 *mortem obiisse dicendus est. A menologo metrico Ludolfi celebratur ad*
D *diem* 24 *mensis Tachsas* (20 *decembris*), 24 *similiter mensis Nahasse (ad eosdem enim dies mensium, pluries in anno sanctos suos celebrare amant Æthiopes; coincidit posterior dies cum* 17 *augusti juliani), et tandem ad diem* 12 *mensis Ghinbot* (7 *maji) translatio ejus ossium annunciatur.*

De ejus translatione, deque libris quos in ejus laudem Æthiopes concinnarunt.

20 *De qua translatione, uti de libris plerisque quos ad celebrandum* S. Teclam Haimanot *Æthiopes conscripserunt, plura docebunt quæ de laudato codice æthiopico* 45 *musei Britannici Dillmannus adjicit* (9). *In eodem codice* 45 *præter ejus Vitam, continentur, inquit,* 2° *genealogia* Teclæ Haimanot *folio* 118 *et* 119; 3° *tractatus de translatione corporis ejusdem fol.* 119 *ad* 127. *Titulus est iste : Liber historiæ gloriosi, sancti, beati, dilecti Deo* (Teclæ Haimanot) *legendus in festo translationis corporis ejus, Ghenbot mensis die duodecimo (ut supra); id cum festo resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, et cum festo Michaëlis archangeli dilecti patri nostro* Teclæ Haimanot *coincidit. (Quod verum est de festo S. Michaëlis, ut patet ex calendario Ludolfi, sed nullatenus pascha incidere umquam potuit* E *in diem* 12 *mensis Ghenbot, seu* 7 *maji juliani).* 4° *De miraculis* Teclæ Haimanot *tractatus varii, fol.* 127 *ad* 164. 5° *Denique, de translatione corporis* TeclæHaimanot *ejusque miraculis tractatus alius, fol.* 164 *ad* 183. *Quam translationem sub Naod rege (extremo sæculo decimo quinto, aut initio sequentis) et Abbate (sive Abuna) Marco, metropolita, factam esse Dillmannus adnotavit. Jam sequitur summarium Vitæ* S. Teclæ Haimanot, *ex Senkessar æthiopico mutuatum, quod sublestæ fidei esse maxime in miraculis et prodigiis enarrandis docebunt tum Annotata quæ sequuntur, tum ea quæ post Commentarium de S. Elesbaa scripsimus in adjectis notationibus ad alia hujusmodi summaria.*

SUMMARIUM

VITÆ S. TECLÆ HAIMANOT,

at sublestæ fidei, ex Senkessar æthiopico. F

Sancti parentes; ejus mater ducta ad tyran nus Motalame, miraculo eripitur.

Die 24 mensis Nahasse *(17 augusti juliani) a.* Hac die obiit doctor mundi Abuna *b* Tecla Haimanot. Nomen patris hujus sancti Tzagga-Za-Ab, et matris Egzie-Haraya *c.* Tzagga-Za-Ab erat ex progenie sacerdotum illorum, qui Æthiopiam fide sua illuminarunt *d.* Egzie-Haraya quum esset sterilis, tristes erant, et Deum rogabant ut sibi filium concederet. Tunc temporis suscitavit satanas Motalame *e* præfectum provinciæ Damot, qui omnes fines regionis Sjawa *f* usque ad regionem Djama occupavit; et omnes præfecti horum tractuum vicissim ad eum veniebant, offerentes uxores suas et servas, ut sibi concubinas deligeret. Tempore illo venit ad provinciam Tzellesj et omnes illius chri-

a
b
c
d
e
f

stianos

(1) A. Dillmann, loc. cit. pag. 49. — (2) Loc. cit. pag. 48. — (3) Cfr Tellez, pag. 79 et 83. — (4) Codices æthiopici musei Brit. loc. cit. — (5) Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft, tom. VII, pag. 345, 348 etc. — (6) Catalog. Cod. oriental. biblioth. Bodleianæ, edit. Uri, pag. 46. — (7) Codices æth. mus. Brit. pag. 49. — (8) Ibidem. — (9) Catalogus etc. pag. 50.

A stianos occidit; at Tzagga-Za-Ab, timens ne occideretur, in fugam se dedit; uxor vero ejus Egzie-Haraya capta est et ad Motalamem adducta. Qui eam pulcherrimam esse videns gavisus est multum; ornatum multum ei dedit, et convivium paravit, omnibus rectoribus et gubernatoribus mandans, ut convenirent ad nuptias. At Egzie-Haraya, quum hæc audisset, Deum oravit ut se a connubio cum pagano liberaret. Subito advenit Michaël archangelus,
g eamque, in lucidis alis suis positam *g*, hora diei tertia, transtulit a provincia Damot usque ad provinciam Zarare, hora nona, eamdemque in ecclesia deposuit. Exiens igitur ejus maritus Tzagga-Za-Ab e sanctuario cum thuribulo, eam vidit stantem ibi et ornatissimam, ac stupuit, dixitque : Quæ est mulier ista et quis eam huc adduxit? Quum vero orationem suam absolvisset, eam diligentius adspiciens, novit suam esse uxorem : quæ ei narravit quæcumque sibi Deus fecerat a principio ad finem.

Sancti natales, baptismus, miracula a pueritia; diaconatum a Cyrillo metropolita suscipit.

2 Nocte quadam eis apparuit angelus Dei, nunciavitque eos filium habituros, cujus sancta fama per totum mundum dispergeretur. Non multo post hunc sanctum concepit (Egzie-Haraya), qui natus est die 21 mensis Tachsas *h*, et gaudium magnum factum est in domo patris ac matris suæ et inter omnes eorum consanguineos. In baptismo appellatus est Fesha-Tzion et crevit in Spiritu sancto et fortitudine sapientiæ, miracula et prodigia operans innumerabilia, ita ut omnes qui eum videbant, vel de eo audiebant, mirarentur. Deinde eum duxerunt ad epi-
i scopum Abba Ghirellos *i*, ut eum diaconum sacraret, eratque tum temporis patriarcha Ale-
k xandriæ Benyami *k* et regnum fide Zaghæum *l*
l erat. Dum autem coram episcopo adstabant, de eo prophetavit ille, dicens : Adolescentulus iste bonum quoddam electum erit; et suscepto diaconatu, ad suos rediit. Factus juvenis d esertum adiit, ut feras venaretur, et die quodam, circa meridiem, apparuit ei Dominus noster sedens in alis Michaëlis et aspectu venusti juvenis, dixitque: Ne timeas, dilecte mi, hinc jam non feras venaberis, sed retibus capies multas animas peccatrices, et vocaberis Tecla Haimanot (Planta fidei), quia te elegi a ventre matris et sanctificavi te ut Jeremiam prophetam et Joannem
m Baptistam *m*. Ecce tibi dedi potestatem sanandi infirmos et expellendi spiritus immundos ex omni loco. Et his dictis evanuit.

Factus sacerdos homines innumeros convertit ad fidem et baptizat;

3 Posthæc domum rediit, pauperibus ac indigentibus omnem substantiam suam distribuit, et accepto baculo nocte abiit, domum relinquens apertam, dixitque: Quid prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Deinde factus est sacerdos et fidem ac evangelium prædicare cœpit in omni Sjawa. Baptizavit uno die usque 10,000 homines, omnia templa idolorum destruxit, eorum arbo-
n res *n* succidit, dæmonesque qui in iis habitabant fugati sunt. Deinde in provincia Damot crediderunt multi præstigiatores et magi. Disputavit etiam diebus multis cum incredulo Motalame de fide recta, donec ei persuasit simulque aliis multis, qui secum erant, ut in Christum crederent.

vestem monasticam induit;

4 Deinceps abdidit sese, vestem monasticam induit in Sjawa, jejuniis et orationi se dedens sine mensura, et in tantum quidem ut æmulationem in aliis monachis excitaverit. Post quæ abiit ad provinciam Amhara, curru Eliæ vectus, et venit ad Abba Ba-Tzalota-Michaël *o*, monachum pœnitentem, quocum tempus multum transegit, ei serviens ut famulus et jejunio ac orationi deditus. Deinde rediit ad regionem Sjawa, et obvium habens Marcum, filium fratris patris sui, simul habitarunt in monasterio Wagda, ibique sancto se adjecerunt discipuli sex, quibus vestem monasticam induit. Inde abiit ad regionem Gherarya et speluncam fecit mediis in locis præruptis, quin vel nocte vel die ea exiret, nihil sumens in cibum præter folia et aquam in potum. Quum venissent ad eum viri multi et feminæ, monachi et viduæ, eamdem domum incoluerunt, quin se noscerent. Orationis et sacrificii tempore omnes simul erant, quia satanas ævo isto Teclæ Haimanot ligatus fuerat *p*. Deinde in loco suo septum aliquod sibi confecit, in quo clavos fixit acutos retro, ad dextram et ad sinistram, ita ut inniti nusquam posset, et in medio stetit annis sex, donec tibiæ rumperentur *q*, et annis quatuor nihil degustavit nec aquam bibit.

ejus discipuli, annis sex in septo arctissimo vixit.

o

p

q

Ei mors prænuntiatur et traditur Kidan, moritur.

5 Demum ad eum venerunt D. N. Jesus Christus benedictus, cum Domina nostra Maria, duodecim apostolis, et martyribus et sanctis Michaële et Gabriele, dicens ei: Dilecte mi, tu mihi similis factus es in doloribus, et ego te similem (mihi) faciam in regno meo. Ecce omnis dolor tuus in hoc mundo completus est, et acceptus fuit in conspectu meo; nunc ergo veni ad vitam æternam. Deinde dedit ei Kidan *r* in gratiam eorum qui eum invocassent ejusque memoriam egissent. Et levi aliqua febri ægrotans, quievit persenex annos natus 99, menses 10 et dies 10 *s*. Vestitusque tum est cum splendore et magnificentia et in tugurio suo sepultus.

r

s

ANNOTATA.

a *Summarium istud excerptum est ex Senkessar sive synaxario magno Æthiopum, ex quo multo editu digniora dedimus in Actis S. Arethæ* (1), *tum et Vitas breves novem sanctorum in Commentario de S. Elesbaa. Hæc summaria ex libro Josephi Sapeti deprompsimus, qui ea æthiopice vulgavit cum versione italica* (2). F

b Abuna *i. e. pater noster, quo nomine Æthiopiæ episcopus, seu metropolita, plerumque appellatur.*

c Haraya. *Apud Dillmannum* (3) *nomen scribitur* Charaya; *litera initialis apud Sapetum est* haut, *quam idem Dillmannus in Grammatica aliquando ut* hha *arabicum pronunciatam fuisse tradit, serius ut* ha. *Ceterum has literas facile permutant Æthiopes, ut sæpe monet Ludolfus.*

d *Sed illi qui Æthiopiam fide illuminarunt, præter S. Frumentium, qui proculdubio cælebs fuit, monachi fuerunt et cælibes, nimirum novem sancti. De sacerdotum cælibatu in oriente vide tom.* x *Octobr. pag.* 701, *num.* 135.

e Motalame *iste initio sæculi septimi mahumetanus, seu moslemus esse non potuit, quamquam nomen id indicare videretur. De eo*

(1) Tom. X Octobris, pag. 717, num. 191 et seqq. — (2) Sapeto, Viaggio etc. pag. 395 et seqq. Romæ 1857. — (3) Codd. æthiop. musei Brit. pag. 49.

altum

A *altum silet Makrizius, qui ceteroqui a multo recentiori ævo Historiam suam regum islamiticorum in Habessinia (meridionali) inchoavit* (1).

f Regio Sjawa *est hodiernum regnum Sjowa, de quo multi scripserunt.*

g *Hujusmodi rebus mirabilibus plenæ sunt Vitæ sanctorum Æthiopum, ut frequenter monuimus; in quibus nihil illi patiuntur quod commune videri posset.*

h *Id est, die* 17 *decembris juliani.*

i Ghirellos, *vide Commentarium prævium num.* 14.

k *Vide ibid et num. seq.*

l Zaghæa *dicitur dynastia regum quæ sæculo decimo ab impia femina Guedith condita est, de qua vide Dillmannum in annotatis ad Catalogos regum* (2). *Ex quo apparet hæc serius addi debuisse. Vita enim* S. Teclæ Haimanot *longe illo ævo antiquior est, et ut testatur vir harum rerum scientissimus, purissima lingua Gheez conscripta* (3). *Ex quibus patet ipsos Æthiopes jam inter* Teclam Haimanot *sæculi septimi monachum, et alte-*

B *rum sæculis posteriorem omnino sex, jam non discernere. Unde mirum non videbitur Europæos non paucos in eumdem errorem hic incidisse.* Non invenio, *ait Sapetus,* in Catalogo patriarcharum Alexandrinorum Benjaminum ullum qui circa initium sæculi decimi tertii vixerit. *At sæculo septimo hic Benjaminus quærendus erat; vide supra commentarii num.* 9. *De Tecla Haimanot juniore, qui circa annum* 1268 *regnum a gente Zaghæa* D *abstulit, ac illud viro e veteribus dynastis genito, Icun-Amlak, restituit, hæc leguntur in chronicis regum :* Prædicto viro Abuna Tecla Haimanot regnum a Zaghæis ablatum reddidit. Quum Abuna Tecla Haimanot annos natus erat 57, Icun-Amlak cum eofœdus pepigit eique tertiam dedit regni partem; unde illud tempus dictum est tempus fœderis (4). *Nihil simile in Vita* Teclæ Haimanot *senioris obvium est.*

m *Vide annot.* g.

n *De cultu arborum inter gentiles scripsit Wilhelmus Ouseley in libris itinerum* (5), *ex quo nos aliqua mutuavimus de cultu illo inter Homeritas tomo* x *octobris* (6). *Feruntur etiamnum arbores coli inter gentem Galla ad meridiem Habessiniæ.*

o Ba-Tzalota-Michaël, *inscriptus hic est calendario Ludolfi, sed aliunde mihi ignotus. Nomen, ut pleraque Habessinorum nomina et plura ex iis quæ in hoc summario obvia fuerunt, significativum est, et oratione Michaëlis obtentum fuisse denotat* (7).

p *Vide annot.* g *et mirare scriptoris simpli-* E *citatem, ne dicam stultitiam potius.*

q *Vide annot* g.

r Kidan *est pactum Dei cum sanctis concedendi ista et ista quæ eos Æthiopes rogant; de quo jam supra diximus. Vide Comment., pag.* 330, *annot.* e

s *Vide Comment. supra num.* 19.

(1) Lugduni Batav. 1790, edit. Rinck. — (2) Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft, tom. VII, pag. 350 et seq. — (3) A. d'Abbadie, Catalogue raisonné, pag. 48. — (4) Zeitschrift d. d. m. G. loco cit. pag. 351. — (5) W. Ouseley, Travels in various countries of the East, tom. I, pag. 369. — (6) Pag. 691, num. 100. — (7) Ludolf. Hist. æthiop. lib. IV, cap. 3; Sapeto, pag. 468.

DE BB. HEMELINA CONVERSA

ET GOSSUINO MONACHO CISTERCIENSIBUS

BULLENCURIÆ IN GALLIA

F

R. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Monasterium Bullencurtianum. In ejus grangia Parta-Sicca B. Hemelina fuit conversa Cisterciensis. Eversio monasterii et grangiæ.

ANNO MCLXXVIII *Bulencurtiana abbatia in diœcesi Trecensi*
* Brienne, depart. de l'Aube

Boulancourt, *olim abbatia, nunc ager parochiæ* Valentigny, *in minori pago Brenensi*, Trecis circiter quadraginta quinque chiliometris seu decem leucis distat* (1). *Nomen, diu obscurum, sæculo* XII *et sequentibus celebre factum est, sed diversimode expressum. In literis quidem, quas tum Constantinus, abbas monasterii S. Petri in Monte, tum canonici ibi degentes dederunt, appellatur* Berlancort (2); *in epistola vero, anno* 1152 *ab Henrico episcopo Trecensi ad S. Bernardum missa, dicitur* Bullencuria (3) : *quæ forma quoque occurrit in Chronico Alberici, Trium-fontium monachi sæculo* XIII *adolescente* (4). *Contra in Chronico Clarævallensi, quod exeunte sæculo* XII *fuit exaratum, dicitur modo* Burlancuria, *modo* Berlencuria (5) : *a qua scribendi ratione parum recedens Herbertus, qui circa annum* 1178 *floruit, scripsit tum* Berlancurtis, *tum*

(1) Dictionnaire universel de la France, tom. I, pag. 408, Paris, 1804. — (2) Gallia Christiana nova, tom. XII, col. 262. — (3) Ibid. col. 268. — (4) Ap. Leibnitz, Accessonium historicarum tom. II, ad annum 1195, pag. 406. — (5) Chronicon Clarævallense, Appendix ad S. Bernardi opera, tom. IV, col. 1249 et seq. edit. Migne.

A Berlencurtis (1). *Ast* B. Gossuinus, *qui anno circiter* 1203 *obiit, eumdem locum in Vita* B. Hemelinæ Vurlencuriam *vocat, uti coævus Joannes Sarisbergensis in epistola ad abbatem Cellensem, a quo, ut vice sua de beneficio accepto gratias agat abbati* Valencurtensi, *ardenter petit* (2). *Hodie vero rerum Trecensium scriptores, vestigiis Nicolai Des Guerrois et Nicolai Camuzat, qui istius diœceseos decora sæculo* XVII *illustrarunt, insistentes, antiquum* Berlancort, *gallice* Boulancourt, *latine* Bullencuriam *appellant* (3).

primo regulam S. Augustini, dein Cisterciensem suscepit.

2 *Porro hoc cœnobium anno* 1093 *fuisse fundatum legimus apud dictos Des Guerrois, Camuzatum aliosque, atque initio occupatum a canonicis regularibus S. Augustini : illudque, præter plures alias, tenuisse vicinam grangiam nomine* Partam-Siccam, *in qua feminæ nonnullæ canonicarum agebant vitam. Verum cum aliquot annis post regularis disciplina ibi multum damni esset passa, quin tamen spiritus Christi ex Bullencurtianorum canonicorum cordibus penitus exsulasset, hi sanctiora instituta æmulantes, præ-*
B *sertim ex quo tempore audierant quanta perfectione in Clarævallensi monasterio sub ductu S. Bernardi viveretur, rogarunt enixe Henricum, episcopum Trecensem, de domo ducum Carinthiæ, ut ad reintegrandam apud se pristinam severitatem operam suam daret. Quibus votis benigne annuens, venit Henricus Bullencuriam, et canonicis auctor fuit ut Cisterciensium statuta admitterent, et se suaque Bernardo, Clarævallensi abbati, committerent. Hinc factum est ut canonici Bullencurtiani, relicta Regula S. Augustini, consensu abbatis monasterii S. Petri de Monte, diœcesi Metensi, cujus filia erat Bullencurtiana domus, atque, admonito et non contradicente B. Eugenio III, ad disciplinam Cisterciensem anno* 1149 *transierit, licet Henrici episcopi Trecensis diploma, quo id statuatur, non fuerit datum nisi anno* 1152 (4).

Ibi in grangia S. Hemelina fuit monialis conversa Cisterciensis.

3 *Ast cum in capitulo generali, anno* 1134 *Cistercii celebrato, commercium qualecumque monachorum cum feminis prorsus fuisset prohibitum* (5), *statuerunt S. Bernardus aliique Cistercienses patres ut, quando Bul-*
C *lencurtianum cœnobium inter Cisterciensia monasteria cooptaretur*, in quadam grangia, prope monasterium posita, decedentibus sororibus, quæ ibi tunc erant, nulla reciperetur mulier in conversam (6). *Et inde factum est, ut S. Ascelina et ejus mater, quæ in quadam monasterii Bullencurtiani grangia monialibus conversis adscriptæ erant, de licentia* S. Bernardi in abbatiam monialium de Polengro transierint (7). *Sed* nihilominus postmodum, *ait Gregorius IX in literis inferius dandis*, ad preces quorumdam potentum plures ibi fuere conversæ receptæ. *Harum ecclesia, ut ex duobus diplomatibus infra numm.* 19 *et* 20 *recitandis patebit, nuncupabatur* ecclesia conversarum : *atque ibi circa annum* 1184 *fuit* priorissa S. Ascelina sub providentia *monachorum Bullencurtianorum. Huc quoque venit* B. Hemelina. In illo autem loco, *ait ejus biographus*, in quo ipsa mansit, habetur modo una grangia Valencuriæ, Parta-Sicca dicta. *Atque ex his dictis non tantum intelligitur quomodo, licet Cistercienses omni commercio cum monialibus hujus ordinis interdicerentur, aliquando tamen* B. Hemelinæ, *ut ait ejus biographus*, monachi aut conversi fuerint præsentati ; *sed etiam liquidum est eam Ordinis Cisterciensis fuisse conversam. Neque mirandum est* B. Hemelinam *monasterii virorum fuisse conversam, cum tunc temporis, quemadmodum ostendit Mittarelli* (8), *non pauca monasteria virorum suas conversas, non secus ac cœnobia feminarum suos conversos, etiam presbyteros, haberent.*

AUCTORE R. D. B.

Conversæ autem, quarum officium erat cura rei domesticæ,

4 *Jam vero quænam in grangia* Partæ-Siccæ *fuerit vivendi ratio* B. Hemelinæ *dilucidandum est. Et quidem grangiam in hunc modum describit Lindwodus :* Grangiæ dicuntur a granis, quæ ibi reponuntur, et sunt grangiæ domus seu ædificia, ubi reponuntur grana, ut sunt horrea : sed etiam ubi sunt stabula pro equis, bostaria, sive præsepia pro bobus et aliis E animalibus, caulæ pro ovibus, porcithecæ pro porcis, et sic de aliis, quæ pertinent ad œconomiam, ut sunt loca pro servientibus ad agriculturam et opera rustica.(9) *Cistercienses vero ad normam disciplinæ, in aliis quoque ordinibus servatæ, ut suæ sustentationi providerent, decreverant in capitulo generali anni* 1134, grangias sese posse habere per conversos custodiendas. *Cui statuto hæc subjunxerunt :* Monacho, cui ex regula claustrum propria esse debet habitatio, licet quidem ad grangias quoties habitare; *et paulo inferius :* Per conversos agenda sunt exercitia apud grangias, et per mercenarios ; quos utique conversos episcoporum licentia, tanquam necessarios, et coadjutores nostros sub cura nostra, sicut et monachos suscipimus, fratres, et participes nostrorum tam spiritualium, quam temporalium bonorum, æque ut monachos habemus. *Conversarum autem officia, quæ non multum a conversorum officiis discrepabant, enarrantur in ejusdem capituli generalis lege* VII, *qua omne consortium monachorum et conversorum cum feminis severe interdicitur :* Remota omni occasione, — *hæc sunt capituli verba*, — F sive nutrimentorum augendorum, vel conservandorum, sive rerum monasterii quarumlibet, ut quandoque necesse est, lavandarum sive denique cujuscumque necessitatis, feminarum cohabitatio, nobis et conversis nostris omnino interdicta est, ideo nec inter curtes grangiarum hospitari, nec monasterii portam ingredi permittuntur (10).

desierunt,

5 *Quas leges si ad S. Bernardi mentem religiose servassent Cistercienses Bullencurtiani, non adeo suorum habuissent deflendos lapsus, eosque sat frequentes, ut innuit* B. Gossuinus *dicens* : Quod si quando monachi aut conversi vani aut vitiosi, malaque volentes aut facientes, ei præsentarentur, continuo eos re-

(1) Herbertus, de Miraculis, lib. II, cap. 31, col. 1342 ; lib. III, cap. 33, col. 1378, Appendix ad S. Bern. opera. — (2) Epistola 113, Bibliotheca Patrum Lugdunensis, tom. XXIII, pag. 447. — (3) Des Guerrois, La Saincteté chrétienne etc. de la ville et diocèse de Troyes, pag. 277 et seq.; Camuzat, Promptuarium sacrarum antiquitatum Tricassinæ diœceseos, Miscellanea, pag. 349 et seqq. — (4) Des Guerrois, La Saincteté chrétienne etc. pag. 289; Camuzat, Promptuarium etc. pag. 349 et seq.— (5) Manrique, Cisterciensium Annalium, tom. I, ad annum 1134, pag. 273. — (6) Acta SS. tom. IV Augusti, pag. 473. — (7) Ibidem, loc. cit. — (8) Annales Camaldulenses, tom. I, app. pag. 411 et seqq.; Acta SS. tom. X Octobr. pag. 410. — (9) Cangius, v° *Grangia*. — (10) Manrique, Annal. Cist. tom. I, pag. 273.

prehendens

AUCTORE R. D. B.

prehendens, monuit ut cautiores essent nec diabolo locum darent. *Quæ incommoda tanta incrementa ceperunt, ut abbas et monachi Bullencurtiani, quamvis inde non mediocrem rerum suarum temporalium jacturam passuri essent, a Gregorio IX supplices petierint ac obtinuerint ut a grangia Bullencurtiana conversæ in posterum abessent. Neque præter opinionem hoc decretum tulit Gregorius IX: nam, ut infra ad num.* 18 *videbimus, Hugo Regitestensis* * *ejusque uxor Felicitas donationem annuam* XX *solidorum, a Simone de Belloforti factam ob luminare in ecclesia monialium Bullencurtiana, annis* 1210 *et* 1230 *confirmantes, addunt:* Si vero processu temporis in eodem loco moniales non esse contigerit, præfata eleemosyna nichilominus reddetur et ad luminare majoris ecclesiæ de Bullencurte transferetur. *Jam vero accipe, lector, Gregorii IX literas, anno* 1224 *scriptas.*

* de Rhétel.

jubente Gregorio IX anno 1224;

6 Abbati, et conventui de Bullencuria, Cisterciensis ordinis. Exhibita nobis vestra petitio continebat, quod cum a beato Bernardo et aliis patribus Cisterciensis ordinis expresse inhibitum
B fuerit, ne in quadam grangia vestra, prope monasterium vestrum posita, decedentibus sororibus, quæ ibi tunc erant, aliqua exciperetur mulier in conversam, cum ratione vicinitatis sinistra exinde posset suspicio suboriri, nihilominus tandem postmodum ad preces quorumdam potentum plures ibidem sunt conversæ receptæ, in grave scandalum plurimorum. Cum igitur non deceat vos patrum statuta irrita facere, discretioni vestræ monemus attente, per apostolicam vobis sedem mandantes, quatenus statutum præmissum studeatis salubriter observare. Datum Laterani, VIII idus februarii, anno septimo (1). *Hinc factum est ut monachi Bullencurtiani conversas in grangia Parta-Sicca habere desierint, et statuta patrum suorum deinceps fideliter servaverint.*

monasterium vero Bullencurtianum deletum fuit extremo sæculo XVIII.

7 *Bullencurtianum monasterium, decursu temporis incredibilia capiens incrementa, aliquando numeravit ducentos circiter monachos: sed postmodum res paulatim ibi adeo inclinatæ sunt, ut, quemadmodum narrat sæculo* XVIII *ineunte Edmundus Martene, cœnobium aliquandiu non nisi tres monachos*
C *alere potuisset, suo autem ævo magna parcimonia in eo quinque viverent monachi* (2). *Neque magis prospera erat fortuna, quando anno* 1744, *inspectionis gratia Claudius Guyton Bullencuriam venit* (3) : *quin et anno* 1772 *superstes ecclesiæ pars meridiana solo æquata est, ita ut de ea nihil præter sanctuarium maneret integrum* (4). *Tandem die* 2 *maji anno* 1791 *gubernium gallicum, religioni catholicæ manum impiam inferens, totum monasterium, excepta domo abbatiali, simul cum sanctuario, curti et pomario pretio* 19200 *librarum, moneta papyracea, mercatori cuidam Vassiacensi* *, *nomine Oudot, sub hasta vendidit* (5).

* Vassy.

(1) Manrique, Annal. tom. IV, pag. 473. — (2) Voyage littéraire, tom. I, pag. 96. — (3) Mélanges de Guyton, Ms. Bibl. Impér. Bouhier, 52. — (4) Notes communiquées par Mr. Lalore. — (5) Affiches, num. 18, district de S. Dizier, archives de Chaumont. — (6) Vidas de santos etc. de la sagrada religion de S. Beneto, tom. IV, pag. 152.

D

§ II. Memoria B. Hemelinæ in Menologiis. Ejus cultus et sepulcrum in monasterio Bullencurtiano.

In pluribus menologiis inscriptum est nomen S. Hemelinæ,

I*n nullo martyrologio antiquo legitur* S. Hemelinæ *nomen: neque ejus memoriam faciunt in sua liturgia Cistercienses: vel etiam clerici Tricassini, in quorum finibus vitam transegit: occurrit tamen ad diem* 27 *octobris in Menologio Cisterciensi Chrysostomi Henriquezii his verbis:* In Gallia, beata Hemelina virgo, quæ tota cælestium flagrans desiderio, in vastissimo eremo Cisterciensibus legibus adstricta vitam rigidissimam egit, et multis virtutibus ac miraculosis signis coruscans, morte in conspectu Domini pretiosa ex hac vita discessit. *Item in Kalendario seu Martyrologio Cisterciensi:* Depositio B. Hemelinæ, quæ abstinentia et rigore vitæ incredibili in vastissima eremo E
etiam spiritu prophetiæ claruit. *Dein in Gynecæo Arturi a Monasterio:* Bellencuriæ in agro Tricassino, sanctæ Hemelinæ virginis, ordinis Cisterciensis: quæ tota cælestium flagrans desiderio, vitam egit rigidissimam, et multis meritis ac miraculosis signis coruscavit. *Quibuscum conveniunt Saussayus, sed minoribus literis, in Martyrologio Gallicano, Buzelinus in Menologio Benedictino, Sigismundus Alberti in Catalogo sanctorum, Beatorum et servorum Dei Ordinis Cisterciencis, et Heredia in opere de Vitis SS. Ordinis S. Benedicti* (6). *Omnium dux Henriquezius.*

ad cujus sepulcrum olim erat accensa lampas;

9 *Et quidem brevi postquam ex hac vita recessisset* B. Hemelina, *dedit Simon de Belloforti, uti vidimus,* XX *solidos annuatim solvendos, ut in ecclesia Bullencurtiana ad ejus tumbam die ac nocte arderet lampas. Verum quamvis indubium sit lampadem vel alia quæcumque lumina, ad sepulcrum alicujus hominis in ecclesia accensa, cultum publicum hodiedum significare; (nam, quominus id* sine recognitione ab ordinario facienda, sedique apostolicæ rèferenda ac probanda, *fiat, Urbanus VIII, illicita cultus publici indicia enumerans, severe prohibet): non est tamen demonstratum hunc ritum sæculo* XIII *eamdem habuisse significationem. Primis enim ecclesiæ sæculis lumina ad mortuorum tumbas fuisse accensa, quin cultus publici esset significatio, omnino certum videtur ex lampadibus, quæ in cœmeteriis tum Romæ tum alibi appensæ sepulcris inveniuntur. Dein exstant testamenta, in quibus testatores jubent ut quotannis ad sua sepulcra lumina accendantur. Præterea olim passim in occidentalibus Europæ partibus cœmeteria permulta sine lumine non erant. Quid, quod in officio defunctorum nunc etiam cerei circum feretrum accenduntur? Quocirca, si Urbanus VIII lampades appendi, vel lumina accendi ad defunctorum sepulcra minime est passus, ratio non erat quod tunc temporis, ut cum Bellar-*

F

mino

A *mino Baldellus et Benedictus* XIV (1) *loquuntur, id tamquam signum publicæ adorationis aut cultus habebatur, quin potius tantummodo erat signum particularis et privatæ lætitiæ, siquidem ignis plerumque accendi solet ad significandam lætitiam, vel ut signum gloriæ, qua verosimiliter creditur frui sanctus nondum approbatus : hoc potius Romanus pontifex prohibuit, quia timendum erat, ne fideles specie decepti, cum viderent lumina ante sepulcrum non canonizati aut beatificati in ecclesiis accendi, existimarent id auctoritate publica fieri. Attamen non ego is sum qui dicam neutiquam ante Urbani VIII decretum in signum publici cultus lumina ad beatorum tumulum fuisse appensa, vel Simonem de Belloforti privata auctoritate hujusmodi venerationis testificationem dedisse : potius mea mens est non posse inde probari* S. Hemelinam *sæculo* XII *exeunte cultu publico fuisse honoratam.*

Sed aliunde probatur eum cultu publico honoratam fuisse

10 *Verum aliunde egregiis ostenditur argumentis* S. Hemelinam *beatas inter vel sanctas fuisse recensitam : quorum præcipuum est quod ejus exuviæ in uno eodemque tumulo cum BB. Ascelinæ et* Gossuini *exuviis fuerunt positæ, atque supra in eorum honorem erectum fuit altare. Scribit enim Henriquezius:* Corpus ipsius *(B. Ascelinæ)* simul cum corporibus B. Gossuini monachi et B. Hemelinæ virginis in templo Valencuriæ in uno eodemque tumulo a parte Evangelii jacet, super quod altare in honorem trium sanctorum erectum est, magnoque populi concursu hujus sanctæ feminæ reliquiæ coluntur (2). *Cum Henriquezio convenit Claudius Guyton, monachus Claræ-vallensis, in relatione visitationis monasterii Bullencurtiani, a se anno* 1744 *(ut diximus) institutæ; qui et addit tumulum trium sanctorum esse ipsum altare, ab Henriquezio memoratum, seque in eo sacrificium Missæ offerri vidisse. Quod argumentum non parum corroborat monachus Guyton, describens trium sanctorum altare, a parte evangelii sub cameræ inferioris arca erectum. Quo teste,* * retable *pars superior * decorabatur imagine, qua Christi Domini circumcisio exhibebatur; a fronte septentrionem et a tergo aram princi-*
C *pem respiciebat; altaris autem mensam in anteriore parte sustentabant columellæ, inter se arcubus lapideis junctæ : et ad utramque extremitatem erant picti duo monachi, quorum unus abbas. Dein ante ipsam tumbam pictura* BB. Gossuinum, *Ascelinam, et* Hemelinam, *radiis cinctos et vestibus albis et nigris, exprimebat. Ibi* Gossuino *corona monachalis, integra eaque rotunda, attonsa erat : Ascelina vero manu dextra magnam palmam, et sinistra librum apertum gestabat;* Hemelina *quidem manu dextra vel coronam vel rotam tenebat. A tergo altaris pictus erat Christus Dominus, manus extendens et stans super orbem, cui crux superposita : ad cujus dextram duo angeli tuba canebant, et ad sinistram abbas genibus erat provolutus : in summitate vero legebantur hæc verba :* In hoc sarcophago, sub altari consecrato, recondita sunt ossa sancti Gossvini, sanctæ Emelinæ et sanctæ Ascelinæ, cognatæ sancti Bernardi p[rim]i Claraval. abb[at]is MVXXXIIII *. *Infra hanc pictam imaginem ad ipsam tumbam altera erat* BB. Gossuini, *Ascelinæ et* Hemelinæ, *priori omnino similis. Tandem ad imum in tabula lignea expressus erat usque ad genua* B. Gossuinus, *jacens, cuculla alba indutus, manibus et manicis intermutatis; capitio tantillum aperto, ut ejus facies, circum quam scriptum erat :* Ego sum vermis, et non homo, *vix discerni posset* (3). *Atque hæc ex Mss. Claudii Guyton.*

AUCTORE R. D. B.
* MV°XXXIIII ?

11 *Verum sarcophagi inscriptionem parumper aliter retulere alii scriptores. Testatur enim Nicolaus Des Guerrois sese legisse :* In hoc sarcophago sub altari consecrato recondita sunt ossa sancti Gossuini, sanctæ Emelinæ, et sanctæ Ascelinæ, cognatæ beati Bernardi, primi Clarevallis abbatis (4). *Nicolao Des Guerrois suffragatur Edmundus Martene, qui addit gallice post ultima verba :* Anno millesimo quingentesimo trigesimo quarto. *Hanc tamen epigraphen decessor noster Cuperus* (5) *ante annum* 1504 *fuisse incisam autumavit, quia* E *legerat hinc apud Nicolaum Des Guerrois eam a Nicolao de Hampigny, abbate Bullencurtiano, fuisse inscriptam; illinc apud Sammarthanos* (6) *et Camuzatium in Bullencurtiana ecclesia esse erectum cœnotaphium cum hoc epigrammate :* Hic jacet frater Nicolaus de Champigneo, humilis abbas Bullencuriæ, et primus mitratus, qui obiit anno Domini 1504, die 5 mensis maji. Abbatizavit hic annos 36 et 3 menses. *Sed in errorem Sammarthanos et Camuzatium ac proin nostrum Cuperum lapsos esse, patet ex eo quod loco* 1554 *scripserant* 1504, *uti apud Galliæ Christianæ novissimæ scriptores videre est. Itaque quum cultus* B. Hemelinæ *anno* 1634, *quo Urbanus VIII postrema sua decreta tulit, esset non solum centum annis, sed omni hominum memoria antiquior, beata* Hemelina *etiam post annum* 1634 *jure merito fuit vocata* sancta *vel* beata *a Nicolao Des Guerrois, a Cornelio De Visch, a Courtelon-Delaistre, ab Arturo a Monasterio, ab Henriquezio, a Sigismundo Alberti, ab Heredia, a Saussayo et ab auctore Calendarii Ordinis Cisterciensis.*

multo tempore ante annum 1534.

F

§ III. B. Gossuinus scripsit vitam B. Hemelinæ et alia opera. Ejus mors et cultus in monasterio Bullencurtiano.

S. Gossuinus, *qui scripsit Vitam* S. Hemelinæ *et alia opera,*

S. Hemelinæ *Vitæ epitomen, Claravalle acceptam, edidit Henriquezius in Menologio Cisterciensi. Neque dubio locus est quin* B. Gossuinus *ejus sit auctor: nam in capite scriptum erat :* Apud Valencuriam sepulta est hoc tempore virgo Christi Hemelina, de qua Dominus Gossuinus prædictus ista retulit. *Cui suffragatur scriptor anonymus et coævus Chronici*

(1) De Servorum Dei Beatificatione, lib. II, cap. XI, num. 17. — (2) Lilia Cistercii, lib. II, Vita Beatæ Ascelinæ, cap. 34, pag. 121. — (3) Mélanges de Guyton, in fol. Ms. Paris, Bibliothèque, Impériale, Bouhier, 52. — (4) De la Saincteté chrétienne etc. pag. 526. — (5) Acta SS. tom. IV Augusti, pag. 651. — (6) Gallia Christiana nova, tom. IV, pag. 200.

AUCTORE R. D. B.

Claræ vallensis ab anno 1147 *ad annum* 1178, *iisdem ferme utens verbis* : Apud Berlencuriam, *ait,* sepulta est hoc tempore virgo Christi Emelina, de qua domnus Gossuinus prædictus quædam mira retulit (1). *Idem* B. Gossuimus, *ut illic quoque legitur,* scripsit quemdam librum Miraculorum, ad abbatem Everbaci Gerardum, et in prologo suo ait : « Joannes, prior Claræ vallis, pulchrum volumen fecit componi, in quo miracula diversorum et visiones ad ædificationem legentium continebantur descripta (2). » *Quod opusculum post annum* 1192 *exaratum fuisse inde infertur quod, testibus scriptoribus Historiæ literariæ Franciæ* (3), *Vitam continet presbyteri Everardi, cujus hæ sunt laudes in Chronico Claræ vallensi* : Anno Domini 1192,.... apud Coloniam hoc tempore mortuus est reverendus et religiosissimus presbyter Everardus : de cujus vita et obitu et de locorum transitu animæ ejus post mortem, ipse qui hæc vidit in spiritu, domnus Gossuinus multa retulit (4). *Est et* B. Gossuinus *auctor Vitæ S. Ascelinæ, cujus breviarium, Claravalle quoque acceptum, juris publici fecit*
B *Henriquezius. Ast Guilielmo Cupero, decessori nostro,* visus est Henriquezius ab impostore quodam deceptus, quando illud Actorum compendium pro genuina Gossuini lucubratione vulgavit (5) : *quin eamdem sententiam Camuzatius, Manriquezius et scriptores Historiæ Franciæ Literariæ inierunt. Verum licet S. Ascelinæ Vita non paucis ineptiis sit conspersa, mihi tamen manifestum est eam a* B. Gossuino *fuisse conscriptam : cum auctor Chronici Claræ vallensis ex ea duo fragmenta referat, alterum longius, alterum brevius, quæ integra in Vita typis impressa reperiantur; ubi affirmatur scriptorem illius fuisse* Gossuinum. *Ad quæ accedit Alberici auctoritas, qui ad annum* 1195 *hæc tradidit* (6) : Apud Bullencuriam virgo Christi Ascelina, de qua superius mentionem fecimus, obitum suum circiter anno uno præscivit; feria sexta post Pentecostem obiit. Hæc in vita sua et post fecit, ut scribit dominus Gossuinus, miracula. *Ubi animadvertendum est Vitam, ab Henriquezio et nostro Cupero editam, hisce quoque desinere verbis :* Obitum suum circiter anno *etc.*

fuit monachus Claræ vallensis et inscriptus inter sanctos.

13 *Neque dubium est quin* B. Gossuinus *in Claræ vallensi monasterio vitam monasticam sit auspicatus : dein vero multos annos in diœceseos Catalaunensis monasterio Cheminio* * *transegerit. Cheminion autem monasterium, cujus exordia ad nascens sæculum* XII *referenda sunt, primo incoluere canonici regulares, qui mense februario anni* 1138 *suscipientes regulam Cisterciensem monasterio Trium Fontium sese dederunt* (7). *Jam vero scribit Albericus* (8), *Trium Fontium monachus :* Anno 1203.... domnum Gossuinum primo Claræ vallis et postea Cheineinon usque ad hunc annum vixisse percepimus, qui scripsit Miracula et Visiones, de quibus quasdam in superioribus annotavimus. *Neque dissentit auctor Chronici Claræ vallensis :* Testimonium, *inquit,* domni Gossuini, monachi quondam Clarevallis, qui apud Chiminium diu mansit et in D Burlencuria requievit. *Atque hunc esse* Gossuinum, *qui in eodem tumulo cum BB. Ascelina et* Hemelina *sepulturæ fuisse datum referunt Nicolaus Des Guerrois, Henriquezius et Claudius Guyton. Quæ sententia eo firmius tenenda est, quod* Gossuinus, *uti posteris tradiderunt auctor coævus Chronici Claræ vallensis et Albericus, Burlencuriæ sepulturæ fuit datus. Neque mirandum est* B. Gossuinum *simul cum BB. Ascelina et* Hemelina, *utpote eorum biographum, in eadem tumba positum fuisse. Cultus vero ejus manifestus est iisdem argumentis, quæ ad cultum* B. Hemelinæ *stabiliendum allata fuere.*

§ IV. Errores nonnullorum circa B. Hemelinæ natales. Videtur fuisse filia Hugonis Brecensis. Ejus mors et sepultura.

E

S. Hemelina *non fuit mater S. Ascelinæ,*

Aliquando suspicatus est Nicolaus Des Guerrois (9), *quem secutus est Courtalon-Delaistre* (10), B. Hemelinam *S. Ascelinæ fuisse matrem, quoniam monachus Du Royer, prior monasterii Bullencurtiani, sibi sciscitanti de Vita* B. Hemelinæ *respondit eam in uno eodemque libro cum S. Ascelinæ Vita permixtam haberi. Profecto in S. Ascelinæ Vita multa matris gesta enarrantur. Sed recedendum esse a sententia monachi Benedictini Du Royer censeo, quippe quæ adversari videatur breviario Vitæ* B. Hemelinæ, *a* B. Gossuino *coævo conscripto, quod licet paulo ante edidisset Chrysostomus Henriquez, latuit tamen Nicolaum Des Guerrois. Ibi quidem nuspiam innuitur* B. Hemelinam *qualecumque commercium cum S. Ascelina habuisse, aut ejus fuisse matrem : quod tamen, si exstitisset, utpote valde honorificum,* B. Gossuinus, *qui utriusque sanctæ Vitam literis mandavit, nullatenus silentio prætermisisset : eo magis quod in S. Ascelinæ Vita non semel narrat ejus matrem, mortuo marito, cum filia sua quinquenni terrenis voluptatibus valedixisse,* F *ut ambo sub ductu cognati sui Bernardi Claræ vallensis, Christi Domini vestigiis in dies magis insisterent* (11). *Præterea nuncupatur* S. Hemelina *a* B. Gossuino virgo, *et ab auctore Chronici Claræ vallensis* virgo Christi (12) : *sed inde non facile quis deducet* B. Hemelinam *nequaquam dicendam esse S. Ascelinæ matrem : nam, quamvis sæculo* XII *non amplius obtineret ut stylo ecclesiastico mulieribus, matrimonio junctis eoque ad mortem usque utentibus, virginis nominatio daretur, (quemadmodum usurpatum fuisse temporibus remotis, etiam sæculo* X, *in Commentario prævio ad Acta SS. Ursulæ ejusque sociarum* (13) *ostensum est ex Martyrologiis Bedæ, Adonis, Rabani, Wandelberti aliisque non paucis monumentis historicis,) nihilominus* B. Hemelinæ

* Cheminon

(1) Appendix ad Opera S. Bernardi, Chronicon Claræ vallense, tom. VIII, col. 1249, edit. Migne. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Histoire littéraire de la France, tom. XV, pag. 616 etc. — (4) Chronicon Claræ vallense, col. 1249. — (5) Acta SS. tom. IV August. pag. 652. — (6) Ap. Leibnitz, Accessiones historicæ, tom. II, pag. 406. — (7) Gallia Christiana novissima, tom. IX, col. 963. — (8) Ibid. pag 432. — (9) La Saincteté chrétienne, pag. 327. — (10) Topographie historique de la ville et du diocèse de Troyes, tom. II, pag. 66. — (11) Acta SS. tom. IV Augusti, pag. 653. — (12) Appendix ad S. Bernardi opera, tom. VIII, col. 1249. — (13) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 143.

linæ

A linæ *ævo nomen virginis dabatur iis feminis, quæ licet vinculis conjugii essent ligatæ, munus virginum inter virgines obibant: in cujus rei probationem Chrysostomus Henriquez* (1) *affert librum S. Bernardi* de modo bene vivendi; *ubi sanctissimus abbas sororem suam Humbelinam, olim nuptam, tunc monialem, vocat* virginem.

neque eadem ac S. Humbelina, soror S. Bernardi aut Humbelina Ambianensis;

15 *Fuerunt quoque qui contenderint* B. Hemelinam *esse eamdem ac S. Humbelinam, S. Bernardi Claræ-vallensis abbatis sororem, quæ, consentiente marito, ad Villetum seu Jullejum, feminarum cœnobium, secesserat, ut delicta juventutis per voluntariæ pœnitentiæ opera redimeret* (2). *Sed immerito : nam S. Humbelinæ corpus S. Bernardus sepulturæ Julleji dedit, cum contra exuviæ* B. Hemelinæ *fuerint Bullencuriæ sepultæ, his ipsis nempe locis, quæ utraque sancta incoluerat* (3). *Neque assentiendum est Arturo a Monasterio* (4), *rato* S. Hemelinam *Bullencurtianam* illam esse Humbelinam, patria Ambianensem, cujus meminit Ludovicus Jacob in Bibliotheca illustrium feminarum (5). *Prior*
B *enim, ut postea explicabitur, diem obiit circa annum* 1178 (6) : *posterior vero, quæ Theobaldi archiepiscopi Rothomagensis fuit mater, extincta est circa annum* 1204 (7).

sed potius dicenda est filia Hugonis Brecarum et Bellifortis.
* Broyes.
* Beaufort.
* Brienne.

16 *Verum licet nullus antiquus scriptor de* B. Hemelinæ *domo meminerit, suspicor tamen eam fuisse filiam Simonis I Brecarum * et Bellifortis* domini. Sane Simon de Broyes anno* 1110 *uxorem duxit Felicitatem de Brena*, filiam Erardi comitis : et ex hac vita migravit inter annos* 1144 *et* 1147 (8), *postquam ex uxore Felicitate tres genuisset liberos, Hugonem scilicet, Simonem et* Hemelinam. *De Hugone quidem et Simone in bene multis monumentis historicis fit mentio. De* Hemelina *vero agit anno* 1131 *Theobaldus, comes Blesensis; ubi* notum facit tam præsentibus quam futuris quod vir nobilis Simon, dominus Brecensis, laude et assensu uxoris suæ et liberorum suorum, videlicet Hugonis, Simonis et Emelinæ, tradidit et concessit Deo et B. Mariæ, et sanctimonialibus, quas de Julliaco adduxit, locum Vivifontis et Andeciæ libere et quiete sub constitutione regulari perpetuo possiden-
C dum, *etc.* (9). *Idem occurrit in Chartularii Andeciani excerptis, quæ juris publici fecerunt Andreas Duchesne* (10) *et scriptores Galliæ Christianæ novæ*(11). *Accipe illa excerpta.*

Quod colligi posse videtur ex diplomatibus Hugonis, Brecarum domini,

17 Litteræ Simonis Brecarum Domini, quibus laude carissimæ uxoris suæ Felicitatis, et liberorum suorum, Hugonis scilicet, Simonis et Emelinæ, tradit et concedit Deo et beatæ Mariæ et sanctimonialibus, quas de Julliaco adduxit, locum Vivifontis et Andeciæ libere possidendum, etc. Actum est hoc anno incarnationis Dominicæ MCXXXI, regnante Ludovico, glorioso Francorum rege. Litteræ aliæ ejusdem Simonis, uxoris ejus Felicitatis, et infantium suorum, Hugonis videlicet, Simonis et Emelinæ, quibus idem donum confirmant. Testes. Clarembaudus Brecarum, et Petrus frater ejus, Guido dominus de Dampetra, Philippus de Pla-

(1) Menologium Cisterciense, pag. 280; Acta SS. tom. IV Augusti, pag. 832. — (2) Manrique, Annales Cistercienses, tom. I, ad annum 1122, cap. V, pag. 140. — (3) Acta SS. Aug. tom. IV, pag. 174; Manrique, Annales etc. tom. IV, ad annum 1141, cap. IV, num. 8, pag. 408. — (4) Gynecæum, ad 27 Octob. pag. 426. — (5) Bibliotheca Carmelitana, tom. II, col. 279. — (6) Chronicon Clarævallense, loc. cit. — (7) Alberici Chronicon, pag. 426. — (8) Gallia Christiana nova, tom. XII, col. 602, Instr. col. 267. — (9) Histoire généalogique de la maison de Broyes et de Chateauvillain, Preuves, pag. 12. — (10) Ibid. pag. 13. — (11) Gallia Christiana, tom. XII, Instrumenta, col. 264. — (12) Guérard, Polyptyque d'Irminon, tom. I, pag. 97.

jotro. Anno MCXXXVI, præsidente Gaufrido, episcopo Catalaunensi anno V. *At post mortem patris Hugo, ejus filius major natu, dominium Brecarum, quod in Lugdunensis* IV *pago Briegio** (12) *jacebat, adiit : Simon vero dominium Bellifortis. De Hemelina autem altum deinceps silentium in instrumentis publicis, nisi forte ipsa sit nostra* S. Hemelina, *de qua Manasses episcopus Trecensis in diplomate anni* MCLXXV. *Quod diploma Andreas Duchesne mutilum ad calcem Genealogiæ familiæ Brecensis adjecit, atque ex integro in sæculi* XIII *Bullencurtianis chartulariis tum latino (fol.* 1, *art.* 14), *tum gallico (fol.* 1, *litt. B) inscriptum erat. Sed periisse utrumque chartularium eo magis autumat Ven. vir Lalore, quod diligentissime scrutatus tabularia Trecense, Calvomontense, Divionense, Autissiodorense, Parisiense et Catalaunense, nuspiam illud detegere potuerit. Feliciter tamen contigit ut Bullencurtianum chartularium, in idioma gallicum anno* 1780 *versum, inter manus Ven. viri Lalore cesserit. Illud, utpote ad* B. Hemelinæ *vitam spectans, lectoris oculis subjicimus, admonendo verba inter unci-* E
nas clausa ex chartulario gallico recentiore in linguam latinam a nobis esse reddita.

AUCTORE R. D. B.

* La Brie.

Manassis, episcopi Trecensis,

18 Ego Manasses Dei gratia Trecensis episcopus. Notum facimus tam præsentibus quam futuris, quod Simon de Belloforti dedit in eleemosynam Deo et Beatæ Mariæ de Bullencuria XX solidos in censibus suis de Belloforti annuatim persolvendos apud Bellumforte in domo ejusdem Simonis (in festo B. Joannis Baptistæ ob luminare quod ante sepulchrum sororis Hemelinæ accendatur). Hujus rei testes sunt Drogo capellanus, Jacobus Esclancia, Milo frater ejus, Guido de Pogeis, Martinus de Belloforti, anno Incarnati Verbi MCLXXXV.

Hugonis Regitestensis

19 *Quam Simonis donationem confirmarunt et renovarunt ejus gener Hugo Regitestensis et filia Felicitas novo diplomate, anno* 1130. *Cum hoc instrumentum nonnisi mutilum Andreas Duchesne et Iongelinus ediderint, lubet illud integrum, prout ex autographo, in tabulario partitionis Altæ-Matronæ* (dép. de la Haute-Marne) *servato, exscripsit Ven. vir Lalore, nostris Actis inserere, quoniam ad* B. Hemelinæ *genus stabiliendum multum in-* F
serviet. Ego Hugo, Regitestensis comes, et uxor mea Felicitas tam futuris quam præsentibus, qui paginam istam inspexerint, notum facimus, quod cum pater noster bonæ memoriæ Simon, quondam Belliforti dominus, animæ suæ saluti providens, ob unius lampadis luminare ecclesiæ de Bullencuria in perpetuam eleemosynam dedisset XX^{ti} sol., in censibus de Otinnes singulis annis in S. Joannis nativitate percipiendos; nos postmodum, in hac eleemosyna participium percipere exoptantes, eam diligenter approbavimus et ad præfatæ ecclesiæ petitionem concessimus atque disposuimus ad villam de Ottines prædictos XX^{i} sol. more solito in prædicto festo recipiat et capellano, qui in capella nostra Belfortensi deserviat, reddat et idem capellanus eos reddat sacristæ ecclesiæ præno-

minatæ

AUCTORE R. D. B.

minatæ. Nos quoque, certissime scientes firmiterque credentes quod qui parce seminat parce et metet, eo quod quidquid unusquisque in hac fragili citoque labili vita seminaverit, hæc et metet, sive bonum, sive malum, in tempore retributionis, nos vero [ut] a gehennalibus tenebris erui et splendore lucis æternæ illuminari mereamur, monialibus de Bullencurte ad faciendum luminare unius lampadis in capella sua eleemosynæ titulo XX^ti^ solidos dedimus, cum qui justa judicat et neminem vult perire, vult vero omnes salvari, si ad ipsum convertantur, humiliter postulantes ut hæ eleemosynæ ad nostrorum et omnium prædecessorum nostrorum vegetationem perveniat animarum, nos XX^ti^ sol. assignavimus, singulis annis in censibus nostris de Otinnes in nativitate Domini percipiendos, quos ejusdem villæ villicus capellano nostro Belfortensi et idem capellanus eos reddet sacristæ de Bullencurte, qui præfatæ monialium capellæ providebit in lampadis luminari faciendo. Si vero processu temporis in eodem loco moniales non esse contigerit, præfata eleemosyna nichilominus reddetur et ad luminare majoris altaris
B ecclesiæ de Bullencurte transferetur. Quod ut ratum et in perpetuum permaneat inconcussum, nos præsentem paginam, præmissis testimoniis exhibituram, sigillorum nostrorum appensione roboravimus. Actum anno gratiæ MCC decimo (1).

ejusque uxoris Felicitatis,

20 *Utramque donationem, aliasque a se, suoque marito et patre factas confirmavit anno* 1230 *Felicitas, Simonis Bellifortensis filia. Hoc diploma, quod mutilum edidit Andreas Duchesne* (2), *ex integro die* 22 *februarii anni* 1377 *a Joanne Valentigny, sigillorum custode, renovatum et recognitum, servatur in archivio partitionis Altæ Matronæ* (3) : *at ex eo, me rogante, excerpsit Ven. vir Lalore hæc loca :* Ego, Felicitas, domina Bellifortis, dicta comitissa Regitestensis, notum facio universis præsentes literas inspecturis, quod ego pro dilectione... quam habeo ad ecclesiam Bullencuriæ, et ad fratres, ibidem Deo et beatæ Mariæ servientes, et in perpetuum servituros, volens... eos a calumniis et molestationibus heredum meorum liberare, munimenta et cartas eorum, in quibus continebantur donationes et concessiones, quæ
C factæ sunt eis ab antecessoribus meis, et bonæ memoriæ Simone domino de Belloforti, patre meo, et a viro illustri Hugone, comite Regitestensi, marito meo, et a me ipsa, coram me afferri feci et per clericos meos verbis Romanis diligenter exponi.. .. *Dein laudat, approbat et confirmat has omnes et singulas donationes, et veniens ad duo luminaria, perpetuo accendenda, ait :* Item XX solidos, quos pater meus dedit ecclesiæ dictæ, in censibus de Otignes ob unius lampadis luminare annuatim in festo B. Joannis Baptistæ persolvendos a villico de Otignes capellano de Bellofort, qui reddet eos dictæ ecclesiæ, item XX^i^ sol. in Natali Domini in eisdem censibus simili modo persolvendos annuatim propter luminare unius lampadis, quam eadem ecclesia tenetur providere in ecclesia conversarum. Quod si conversas abesse contingeret, ad luminare majoris altaris in Bullencuria dicta eleemosyna transferretur.... Item D
MCCXXX in crastino octobris B. Martini.

et ex variis adjunctis.

21 *Quæ* Hemelina, *inquam, Simonis Brecarum et Bellifortis filia, hæc fuisse videtur, cujus in præsentiarum illustramus Acta; quæ sententia tanto magis placet, quod nomen* Hemelinæ *domui Brecarum et Bellifortis fuerit familiare : nam mater Simonis I Brecarum et Belliforti, non secus ac filia Hugonis Brecarum, dictæ fuerunt* Hemelinæ (4). *Præterea* comites et nobiles, *ut ait* B. Gossuinus, in vicinia ipsius manentes, *quos inter Simon de Belloforti, non raro ad* B. Hemelinæ *colloquium accedebant : unde facile infertur* B. Hemelinam *e nobili prosapia ortum duxisse. Adde quod familia Brecarum et Bellifortis ante et post felicem* B. Hemelinæ *transitum erga monasterium Bullencurtianum valde munifica fuit : dein ex expensis Simonis Bellifortis, in cujus ditione erant Bullencurtianum monasterium et grangia* Parta Sicca, *lampas diu noctuque ardebat ante* sororis Hemelinæ *tumulum : ubi* sororis *nomen forsan indicat eam Simonis fuisse germanam, licet sæculo* XI sorores *nuncuparentur moniales conversæ* (5). *Quæ omnia, maxime si conjunctim considerentur,* E *non parum momenti habere videntur ad suadendum* B. Hemelinam *fuisse sororem Simonis de Belloforti, ac proin filiam Simonis, Brecarum et Bellifortis domini. Ex hac brevi disputatione posset forsan inferri non paucos viros nobiles, (cum per Simonem I, Brecarum dominum, originem suam a familiis de Broyes, de Chateauvillain, de Arc en Baroye, de Beaufort, de Trie-le-Bardoul et de Charmentre, etc. trahant)* S. Hemelinæ *esse affines* (6).

S. Hemelina ***moritur circa annum* 1178 *et sepelitur Bullencuriæ.***

22 *Restat ut de* B. Hemelinæ *morte et sepultura pauca addamus. Jam e vivis migrarat anno* 1185 : *eo enim anno testatur Manasses, episcopus Trecensis, Simonem, Bellifortis dominum, dedisse* XX *solidos annuatim ex ejus censibus persolvendos ob lumen ante sororis* Hemelinæ *sepulcrum accendendum : sed testimonium multo luculentius habemus, auctoris scilicet coævi Chronici Clarævallensis, qui ad annum* 1178 *hæc tradidit* (7): Apud Berlencuriam sepulta est hoc tempore virgo Christi Emelina, de qua dominus Gossuinus prædictus quædam mira retulit. *Quo ætatis* F *anno vitam terrenam cum cælesti mutarit sanctissima virgo, ab antiquis scriptoribus prætermissum est. Sed quoniam valde probabile est, ni dicam certum,* B. Hemelinam *ab Hugone, Brecarum domino, et Felicitate de Brena, qui anno* 1110 *matrimonium inierunt, ortum traxisse, censeo eam circa annum* 1115 *natam, ac proin e vita recessisse ætate annorum circiter* 63, *circa annum Christi* 1178. *De ejus sepulturæ loco auctori Chronici Clarævallensis suffragatur* B. Gossuinus : Sepulta est, *ait,* in ecclesia Vurlencuriæ et ad tumbam ejus die ac nocte lampas ardet accensa. *Ast cum Bullencuriæ sæculo* XII, *uti vidimus (numm.* 2 *et* 3), *duæ essent ecclesiæ, altera monachorum, altera conversarum, utra in ecclesia* B. Hemelinæ *ossa fuerint deposita, disceptandi locus esset, nisi ex recitatis monumen-*

(1) Archives de la Haute-Marne, serie H, 1^e^ liasse, 2^e^ part. — (2) Histoire généalogique de la maison de Broyes, etc. pag. 22. — (3) Archives de la Haute-Marne, série H, 1^e^ liasse, 2^e^ part. — (4) Du Chesne, Histoire généalogique de la maison de Broyes, pag. 11, 17 et 18. — (5) Cangius, Glossarium latinitatis v° *Soror*. — (6) Don Anselme, Histoire généalogique et chronologique de la maison royale de France, tom. II, pag. 339. — (7) Chronicon Clarævallense, col. 1249.

tis

A *tis apertum esset* B. Hemelinam *fuisse tumulatam in monachorum Bullencurtianorum ecclesia. Quæ ecclesia postea penitus eversa fuit: nam in deperdito Bullencurtiano Martyrologio legebatur:* Anno Domini MCCXXX, mense augusto, feria IV, die festo S. Augustini episcopi, posita sunt fundamenta novæ ecclesiæ S. Mariæ de Bullencuria..... Tertia kalendas novembris dedicatio ecclesiæ nostræ. *Quæ verba ex Gallici chartularii Bullencurtiani proœmio desumpta sunt, ubi iis præmittitur:* Legitur in nostro martyrologio quod est sæculi XIII. *In hac nova æde in eadem tumba, incerto tempore, fuere deposita corpora* BB. Hemelinæ, *Ascelinæ et* Gossuini *et magna veneratione habita usque ad sæculi* XVIII *finem: sed cum tunc temporis monasterium a religionis hostibus sub hasta divenderetur, ut ab omni injuria salva servarentur, abscondita fuisse videntur: sed hodie nescitur ubi lateant. Ita ad me rescripsit Ven. vir Lalore, in magno seminario Trecensi Theologiæ dogmaticæ professor, cujus eximiam benevolentiam satis laudare non possum. Jam sequitur breviarium Vitæ* B. Hemelinæ.

B

BREVIARIUM

VITÆ B. HEMELINÆ

Conversæ Cisterciensis

auctore B. Gossuino, monacho Clarævallensi ex Henriquezii Menologio Cisterciensi.

S. Hemelina, *asperrimum et pientissimum vitæ genus sectata,*

Vidimus quamdam virginem miræ abstinentiæ, cujus vita dura et arcta, et conversatio sancta. Tribus diebus in hebdomada nihil cibi aut potus gustans, jejuna permansit. In Quadragesima et Adventu Domini nihil panis gustavit. Cilicio ad nudum corpus utebatur, nec botis aut subtalaribus *a*, æstatis vel hiemis tempore, pedes munivit *b*. Sola induebatur tunica *c*, et desuper de simplici panno, et vili induta erat pallio. Ferro firmissimis clavis circa corpus ipsius firmato cingebatur; ita ut caro excrescens totum ferrum cooperiret. Indesinenter orabat et filabat *d*, et filando psalmos *e* ruminabat. Detrahentium susurrationem odivit anima ejus: magni siquidem extitit nominis et opinionis in provincia, in qua manebat; unde frequenter illi cibariorum et potuum mittebantur munera; ex quibus nihil ad gustandum sumebat.

a
b
c
d
e

volucribus imperat et spiritu prophetico conspicua est. Ejus sepultura Bulencuriæ.

2 Erat autem silva contigua, unde sæpius a corvis et cornicibus molestabatur, illorum voces et crocitus audiens; quibus præcepit ut abirent, et quietam illam sinerent Deo servire. Cui obedientes exierunt. Spiritu prophetiæ, si quando monachi aut conversi *f*, vani et vitiosi, malaque volentes aut facientes, ei præsentarentur, continuo eos reprehendens, monuit ut cautiores essent, nec diabolo locum darent. Comites etiam et nobiles, in vicinia ipsius manentes, cum ad bella sive ad expeditionem aliquam erant processuri, consulentes si eis expediret procedere, qualem habituri forent eventum, eis prædicebat. Unde domino Simoni de Belloforti *g*, viro nobili, ituro ad expeditionem aliquam, prædixit, quod unum de charioribus sibi membris ibi amitteret, videlicet oculum. In illo autem loco, in quo ipsa mansit, habetur modo una grangia *h* Vurlencuriæ, Parta-Sicca dicta *i*. Sepulta est in ecclesia Vurlencuriæ *k*, et ad tumbam ejus die ac nocte lampas ardet accensa.

g
h
i
k

ANNOTATA.

a Bottæ, *alias* botæ, *latine ocreæ, gallice* bottes, *erant calcei erecti et largi, quibus æstate utebantur monachi.* Subtalares *vero (unde gallica vox* souliers) *erant pedulium genus, quæ maxime monachis usui erant* (1).

b B. Hemelima *non ex præscripto regulæ, sed ob bellum, quod corpori suo indicere non desinebat, a bottarum et subtalarium usu abstinuit. Legitur quidem S. Robertus, Cisterciensium pater, nudis pedibus Trecas ingressus esse* (2), *quia inopia premebatur; non vero, ut innuit Edmundus Martene* (3), *ut legi aut consuetudini ordinis sui faceret satis.* E

c Sola induebatur tunica etc. *In cap.* LV *Regulæ S. Benedicti hæc leguntur:* Sufficit enim monachos duas tunicas et duas cucullas habere, propter noctes, et propter lavare ipsas res (4). *Verisimile quidem est monialibus benedictinis non secus ac monachis duplices fuisse concessas vestes. Quod si eos* B. Hemelina *non habuit, ejus paupertatis amori tribuendum est.*

d Filabat, *id est fila rhombo circumvolvebat seu nebat* (5).

e *Moniales grangiæ Partæ-Siccæ psalmis canendis multum fuisse intentas colligitur ex Vita S. Ascelinæ* (6).

f Monachi et conversi *erat duplex monachorum genus; quorum priores manebant a negotiis externis segregati, posteriores vero ea administrabant. De conversis breviter disputavimus in Commentario prævio, num.* 4. *Alii cum Mittarelli* (7) *existimant a S. Romualdo conversos primum fuisse assumptos ad eremum Camaldulensem ædificandum, alii a S. Joanne Gualberto* (8) *ad opera servilia. Manriquii vero sententia est* conversos a Cistersiensibus fuisse inventos (9). *Sed perperam.* F

g *In Commentario prævio, num.* 16, *diximus videri Simonen de Belloforti fuisse* B. Hemelinæ *fratrem.*

h Grangia *quid esset apud Cistercienses descripsimus in Commentario prævio, num.* 4.

i Parta-Sicca *erat grangia seu prædium, quæ venit sub nomine* Perta-Sicca *in Henrici, Trecensis episcopi, epistola anni* 1152, *et in bulla Adriani IV anni* 1155 *nonis martii. Nicolaus vero Des Guerrois et Camuzatius, qui-*

(1) Cangius, Glossarium latin. v^is *Bota* et *Subtalaris;* Haeftenius, Disquisitiones monasticæ, lib. V, tract. V, Disq. V, pag. 504. — (2) Acta SS. tom. III Aprilis, pag. 671. — (3) Commentarius in regulam S. Benedicti, cap. LV. — (4) Ibid. pag. 696. — (5) Cangius, v° *Filare.* — (6) Acta SS. tom. IV Augusti, pag. 655. — (7) Annales Camaldulensium, tom. I, App. col. 536 et seqq.; Acta SS. tom. VIII Octob. pag. 410. — (8) Mabillonius, Acta SS. ordinis S. Benedicti, Sæculo VI, Præf. § XI. — (9) Cisterciensium Annales, tom. I, ad annum 1101, cap. III, pag. 29.

bus

A *bus tantum antiqua versio epistolæ Henrici innotuit, eumdem locum vocabulo* Perthe-Soiche *designant.* Perte *et* Soiche(1) *sunt antiqua vocabula gallica, quæ æque ac* Parta Sicca *significant* terram aridam. *Nostris vero temporibus* Perte-sèche *non est nisi nomen cujusdam agri. Ibi fuit cœnobium conversarum Bullencuriensium, quod circa annum* 1235 *suppressum fuit. Ejus ad finem sæculi* XVIII *nullum supererat vestigium, nisi villa quædam, vocata* des Dames, *et sacellum S. Ascelinæ dedicatum,* D *in medio Senis agro* (Champ-vieillard) *Ineunte vero sæculo* XIX *eques de Moncey, tunc Bullencurtiani tractus dominus, S. Ascelinæ sacellum denuo ædificandum curavit.*

k *Ecclesia Vurlencuriæ a fundamentis cum esset disjecta, uti in Commentario prævio diximus, corpora sancta, ibi sepulta, ad ecclesiam monachorum Bullencurtianorum fuere translata.*

(1) Carpentier, suppl. ad Gloss. Cangii, v° *Parta.*

DE B. JOANNA SODERINI, VIRGINE

EX ORDINE MANTELLATARUM, FLORENTIÆ,

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

B E

§ I. Qui de B. Joanna scripserint. Beata appellata et cum radiis picta. Cultus approbatus ab archiepiscopo Florentino et S. R. congregatione.

KAL. SEPT. ANNI MCCCLXVII. *In laudatissimo ordine Servorum B. M. V.*

Cum intestini impetus belli Italiam universam sus deque misceret scissisque omnium animis, qui vel Guelphis factionibus vel Gibellinis adhærebant, quotidie pugnæ et incendia, ubique cædes et rapinæ acciderent, omnia essent plena sceleribus, plena furoris, pientissimus ille Deus, qui (teste Augustino) « mavult ex malo bonum facere quam mala nulla esse permittere, » novum in ecclesia sua ordinem ea tempestate florescere voluit, unde non modo gliscentia mala deficerent, sed etiam in posterum tempus vires sumerent et incrementa virtutes. Fuit enim ordo, qui tum nascebatur, Servorum B. Mariæ Virginis; cui potissimum debetur quod homines divina caritate fervidi exstiterint, qui odiis comprimendis, seditionibus sedandis, effræni licentiæ coercendæ toti imcumberent, qui C virtuti, quæ jam in medio stare non poterat, suis in ædibus domicilia sua compararent, quique, præclarissimis exemplis prælucentes, populos ad bonam frugem revocarent. Hinc maxime cœpit idem ordo amplificari; et S. Juliana de Falconeriis tertium ordinem Servarum B. Mariæ Virginis, quæ vulgo dictæ sunt LE AMMANTELLATE, collectis virginibus, instituit; quarum inter primas B. Joanna Soderini, de qua modo scribere exordimur. *Atque his verbis Franciscus Bartholeschi, advocatus consistorialis, orationem suam aggressus est, qua S. R. congregationi persuaderet confirmandam esse sententiam archiepiscopi Florentini, qui judicaverat* B. Joannam Soderiniam *centum annis ante Urbani VIII celeberrima decreta publice cultam fuisse et inter beatas recensitam; neque ab aptiori proœmio hunc ipsum Commentarium, quo mihi gesta et* B. Joannæ *laudes declaranda sunt, inchoare posse mihi videor. Id unum addere volo, nunc quum persecutionis gladius interitum religiosæ huic familiæ in Italia, ubi nata est et semper maximè floruit, minitetur, pietatem in ea adhuc vigere, virtutis amorem et inconcussam adversus Romanum pontificem observantiam; ita ut, quum miseris his temporibus in aliis fere omnibus regularium societatibus viri aliquot exstiterint, qui, falso Italiæ libertatis studio obcæcati, ecclesiæ hostibus consenserint, nullus auditus sit B. Mariæ Servus, qui perversa hæc placita admiserit, aut certe hæc turpiter secutus fuerit.*

floruit simul cum B. Juliana Falconeria B. Joanna Soderini; *cujus cultus probatus est S. R. C.*

2 *Porro quum hic ordo, utut angustis finibus fere semper inclusus, magnam cælitum copiam protulerit, sæpius de eo dictum est in opere nostro, atque non ita pridem ad diem* 24 *octobris, ubi B. Joannis Angeli Porro Acta illustravimus. Sed quod propius ad rem nostram pertinet, ad diem* 19 *junii, qua nunc in universa ecclesia latina ejus festum recolitur, edita est Vita B. Julianæ Falconeriæ, cujus* F *discipula fuit et adjutrix* B. Joanna Soderinia. *Quocirca plura omittenda erunt de ordinis institutis aliisque id genus legibus, ne acta agamus. Porro jam pridem publice colebatur aut certe publice habebatur sanctarum numero* B. Joanna, *quum quadraginta fere abhinc annis comes Laurentius Soderinius, patricius Romanus, camerarius secretus Leonis papæ XII et a cubiculo regi Bavariæ, statuit gentilis suæ gloriam stabilire et omnibus certam facere. Curavit itaque prius ut ejus cultus centenaria ante Urbaniana decreta antiquitas decreto ordinarii seu archiepiscopi Florentini assereretur, atque dein hæc sententia confirmaretur a S. R. congregatione. Neque votis suis frustratus est pientissimus comes: cultus antiquitatem approbavit Florentinus antistes; atque hanc sententiam ratam habuit S. R. congregatio: quæ et postmodum elogium concessit in Martyrologio Servorum B. M. V. et officium proprium missamque in honorem* B. Joannæ, *die* 1 *septembris celebranda. Sed hæc omnia paulo latius*

AUCTORE V. D. B.

A *latius explicanda sunt, exordio ducto ab ejus biographis.*

Scripserunt de gestis B. Joannæ *Nicolaus Mati Pistoriensis, coævus,*

3 *Quis primus omnium scripserit* B. Joannæ *gesta incompertum; sed nullius scripta supersunt quæ sint antiquiora quam P. Nicolai Mati Pistoriensis. Hic natus sub finem sæculi* XIII, *ordini Servorum B. M. V. nomen dedit in conventu patrio; ubi stylo simplici, sed non ineleganti, codicem conscripsit cum titulo* Giornale e Ricordi. *Qui codex autographus, nunc in Florentino B. M. V. Annuntiatæ conventu asservatus, continet prius particulas quasdam historiæ ecclesiasticæ, deinde fundationem conventus Pistoriensis, anno* 1243 *factam. Atque huic rei annectit præcipuas ordinis memorias, Vitas videlicet septem fundatorum aliorumque ordinis sodalium, secundum annorum emortualium seriem, atque etiam potissima ordinis ornamenta. Quæ deduxit usque ad annum* 1384; *quando, proculdubio senio confectus, sibi cessare debere visus est* (1). *Quum autem* B. Joanna *vitam hanc terrestrem reliquerit anno* 1367, *coævus omnino fuit Nico-*

B *laus pientissimæ virgini. Sed etiam in his narrandis, quæ multo ante ejus tempora acciderunt, tam accuratus est, ut hactenus nihil repertum sit quod cum antiquioribus documentis pugnet* (2). *Sæpius hæ memoriæ jam integræ, jam partim editæ fuerunt; in qua re postremis his annis laudem sibi commeruit P. Augustinus Morini Florentinus ex ordine Servorum, ut alios taceam.*

Cosmus Favilla, Pocciantius aliique.

4 *Secundus venit magister Cosmus Matthæi Favilla Florentinus, qui anno* 1528 *in civitate patria diem obiit* (3). *Scripsit hic anno* 1485 *tractatulum de origine ordinis Servorum, qui numquam in lucem videtur fuisse editus atque nunc servatur in bibliotheca Magliabecchiana, notatus siglis* C. 1. 1458. *Hac autem scriptiuncula nihil aliud continetur ac recensio præcipuorum virorum et feminarum, cujus sanctimonia tam mirabiliter illustravit nascentem ordinem. De* B. Joanna *hæc pauca habet :* Diximus eos viros, qui antea excelluissent in degenda vita integerrime. Mox eas mulieres prosequemur, sanctitate præstantes, quæ in eodem ordine servili

C claruere; quas inter Joanna Florentina pudicitiæ meritis dicitur principatum tenuisse; *et dein pergit ad alias. Sed videtur alio codice pluribus pientissimam monialem laudasse, ut colligitur ex eo, qui tertio occurrit loco Michael Augustinus Pocciantius; cui, quum anno* 1567 *Chronicum Servorum edidit, copiosior Cosmi Favillæ libellus præluxit : sed de Pocciantio alibi jam dixi* (4). *Accedit Archangelus de Giani Florentinus, qui sub initium sæculi* XVII *Annales Servorum edere cœpit, sæculo post ab Aloysio Garbii, item Florentino, auctos plurimum et confirmatos; dein Hippolytus Maracci Lucensis ex Congregatione clericorum regularium Matris Dei* (5); *Augustinus Alevazoli* (6); *et anonymus Tirolensis* (7). *Sed ii omnes nihil referunt quod non legatur apud Nicolaum Mati aut Cosmum Favillam seu ejus pedissequum Pocciantium. Quare inferius hæc duo tantummodo scripta dabimus in lucem.*

Beata *appellata fuit sæculis XIV, XV,*

5 *Ex Nicolao Mati, qui Dei famulam* beatam *nuncupat et cælitibus parem facit, appareret quanta continuo post mortem in veneratione esset religiosa Mantellata. Quæ veneratio numquam in Servorum ordine cessavit.* Beatæ *enim titulo eam etiam donarunt Pocciantius, Giannius, Maraccius, Alevazolius et anonymus Tirolensis. Qua laude ornat quoque ancillam Dei Gasparinus Borrus Ventimanus O. S. in libro carminum vernaculorum, anno* 1498 *Brixiæ ab Angelo Britannico a Palatiolo edito* (8); *in quo visionem beatificam enarrans, hæc, ad marginem scripto* B. Joannæ *nomine, cecinit :*

Questa, che tanto luce il suo bel viso,
Il corpo già vedesti, e fù consorte
Al Padre, ove il suo cor non fù diviso.
Sempre si vede con le guanze smorte,
Lontana dal mal far, contemplativa,
Humile in viso con le luci accorte.

E *XVI,*

6 *Eadem appellatione recensetur in codice, scripto circa annum* 1512, *cujus exordium est :* Sic incipit Legenda beati Philippi ordinis Servorum; *ubi folio* 9, *post hæc verba* : Hæ sunt beatæ Fratrum Servorum, *primo loco venit :* Beata Joanna de Florentia, cujus corpus est Florentiæ (9). *Similiter in codice, manu exarato sub medium sæculum* XVI, *cui initium est :* Laus beati Philippi Florentini ordinis Servorum, *inter* sorores nostras sanctimoniales *legitur secundo loco* (10) : B. Joanna de Florentia, ibi. *Non aliter in tribus aliis beatorum ordinis Servorum catalogis, eodem sæculo scriptis, hæc occurrunt* (11). *In primo :* B. Juliana de Falconeriis et B. Joanna de Florentia. Corpora ibidem. *In secundo :* Beata Joanna de Florentia, cujus corpus est ibi; *atque ibidem pingitur nixa genibus, diabolum sub pedibus tenens, brachiisque apertis. In tertio :* B. Joanna [*de*] Florentia in ecclesia divæ Annuntiatæ conquiescit 1367. *Præterea in indice cælitum ordinis Servorum, inserto tertiariarum Regulæ, a Luca Ferrini Pratensi anno* 1586 *explicitæ, hæc apparent verba* (12): F
S. Joanna Florentina mortua est anno 1367; *item in alio indice, adjecto ab eodem Ferrinio Vitis septem fundatorum, anno* 1589 *Florentiæ excusis* (13): Beata Joanna Florentina 1367. Discipula beatæ Julianæ Falconeriæ; *item in tertio, quem dedit anno* 1599 *Archangelus Ballotino in opusculo cum titulo Ave Maria, seu de vera origine et progressu sacri ordinis Servorum Mariæ, ad annum* 1367 *legitur* (14): Beata Joanna Florentina; ejus corpus requiescit in templo Annuntiatæ; *item in indice beatorum et beatarum ordinis Servorum, excerpto ex Flore florum, quem Thomas Veronensis circa annum* 1590 *ex latino italicum fecit, hæc habes* (15) : Joanna Florentina die 27 octobris 1367. *In alio cælitum catalogo, ad*

(1) Battini, Memorie intorno alla vita del B. Andrea Dotti di Sansepolcro, pag. 189 et seqq. — (2) Ibid. pag. 190. — (3) Giani. — (4) Acta SS. tom. X Octobris, pag. 884. — (5) Lilia Mariana, anno 1651 Romæ edita, pag. 207. — (6) La Reina de'martiri compatita nei suoi dolori, Mediolani, 1692, pag. 78. — (7) Menologium Marianum, seu gesta SS. BB. et VV. utriusque sexus ord. Serv. B. M. V., Duaci, 1767, tom. II, pag. 138. — (8) Triumphi, Sonetti, Canzone e Laude della gloriosa Madre di Dio Vergine Maria, lib. VI, cap. III, terz. 41 et 42. — (9) Summarium super dubio an constet de cultu, ab immemorabili tempore præstito B. Joannæ Soderini, pag. 8 et 9. — (10) Ibid. pag. 9. — (11) Ibid. pag. cit. — (12) Ibid. pag. 10. — (13) Ibid. pag. 13. — (14) Ibid. pag. cit. — (15) Ibid. pag. 9.

finem

AUCTORE V. D. B.

finem ejusdem sæculi rescripto, quem ad 24 *octobris jam edidi* (1) *et ad cujus finem omnium apud Deum imploratur intercessio, legitur quoque* soror Joanna de Florentia.

XVII, XVIII et XIX,

7 *In inquisitione de confirmanda* B. Joannæ *cultus antiquitate legitima producti quoque complures fuerunt aut produci potuerunt, qui eam sæculo* XVII, XVIII *atque etiam præsenti in libris, typis impressis, aperte et secure* beatam *dixerunt : videlicet Honorius Gemelli Patavinus* (2), *Honuphrius Salt Valentinus in Hispania* (3), *Joannes Baptista Benamati Guastallanus* (4), *Ludovicus Antonius Giamboni* (5), *Bartholomæus Genovese a Massanella di Tricario* (6), *Placidus Bonfrizieri* (7), *Carolus Guido Forti* (8), *Mauritius Francesconi* (9), *Josephus Maria Brocchi Florentinus* (10), *Constantinus Battini* (11) *et demum auctor libri Regulæ, paulo ante annum* 1825 *scripti* (12).

et cum radiis, caput cingentibus, picta aut incisa in imagibus sæculi XVI et recentioribus.

8 *Examinatæ quoque fuerunt complures imagines pictæ, in quibus* B. Joanna *radiis nimboque cælesti caput circumdata exhibetur. Imprimis recognita una ex inquisitione olim facta propter S. Julianam Falconeriam et in claustro conventus Servorum Florentino exsistens, proxima S. Julianæ imagini, cum adscriptis his verbis :* Beata Joanna de Florentia, discipula beatæ Julianæ; *et non procul inde :* Reverendus Dominus Hieronymus Requilianus Brixiæ diœcesis F. F. pro sua devotione 1599 (13). *Mense majo anni* 1828 *recognita secunda in conservatorio Florentino sororum tertii ordinis Servorum B. M. V., quæ peritis visa est circa annum* 1770 *picta a Ferrettio aut Gherardinio. In ea repræsentatur* B. Joanna *cum radiis, caput cingentibus, et diabolo ad latus; atque hæc italice adscripta sunt :* B. Joanna ex nobili familia Soderiniorum; quæ fuit prædilecta discipula B. Julianæ Falconeriæ, atque ejus humilitas signo sanctæ crucis sæpius expulit dæmonium, forma angeli ei apparens, et multa fecit miracula (14). *Sed quum in his Juliana* beata *dicatur non autem* sancta, *quo titulo anno* 1737 *a Clemente XII donata est* (15) *et deinceps semper ab alumnis ordinis Servorum dicta, errarint oportet periti : anno enim* 1737 *non*
C *potest non esse antiquior hæc imago. Recognitus etiam ornatus argenteus codicis, in bibliotheca Servorum Florentinorum asservati; quo ornatu repræsentatur annuntiatio B. Mariæ Virginis et complures ordinis Servorum cælites : hos inter* B. Joanna *Florentina, cum radiis circum caput, libro in manibus et vestitu Mantellatarum* (16). *Peritis visus est hic ornatus profectus ex schola Alberti Dureri, qui sub initium sæculi* XVI *floruit. Productus etiam liber Regularum, anno* 1586 *scriptus; in quo recognita imago impressa, exhibens religionem Servorum sub figura navis mysticæ.* In ipsa navi sunt quatuor mali, vulgo *alberi,* et in uno ipsorum sunt D descriptæ beatæ dicti ordinis, et inter alias beata Juliana et Joanna Florentina. *Testes insuper dixerunt se alias vidisse imagines Romæ in dormitorio conventus S. Marcelli et Tiferni in conventu Servorum, utrobique cum radiis et titulo* beatæ. *In Romana autem* B. Joanna *lilium tenet una manu et altera librum* (17). *Ineunte sæculo* XVII *exstabant proculdubio aliæ, quum Giannius tunc scripserit* (18) : Hujus B. Joannæ merito appingitur exemplar cujusdam venerandæ et senectute grandævæ mulieris; quæ, gestans in manu rubeam quandam crucem et integro tertii ordinis habitu induta, dæmonem a se expellit.

His omnibus examinatis et forma

9 *Quum itaque pleraque hæc diligenter expendisset Florentinus archiepiscopus, sequentem tulit sententiam:* Ferdinandus Minucci, Dei et sanctæ sedis apostolicæ gratia archiepiscopus Florentinus, sanctissimi domini nostri Leonis PP. XII prælatus domesticus, pontificio solio assistens, et sacri Romani imperii princeps, tamquam judex ordinarius, Christi nomine invocato, pro tribunali sedens, et solum Deum etc. per hanc definitivam sententiam, quam in his E scriptis ferimus in causa et causis servæ Dei Joannæ Soderini, discipulæ sanctæ Julianæ Falconieri, inter dominum Josephum Nesti, provincialem actualem ordinis Servorum beatæ Mariæ Virginis in Hetruria, et in hac parte uti postulatorem, ex una, et dominum advocatum Laurentium Cantini, sanctæ fidei promotorem curiæ archiepiscopalis Florentinæ, ex altera partibus, de et super immemorabili cultu eidem servæ Dei exhibito, et casu excepto in decretis Urbani papæ octavi in congregatione sanctissimæ inquisitionis super cultu non exhibendo servis Dei non canonizatis neque declaratis; visa igitur principali petitione coram nobis præsentata; visa admissione dictæ petitionis sic et in quantum, et commissione citationis contra dominum promotorem sanctæ fidei curiæ archiepiscopalis Florentinæ, relationeque nuncii, ut in actis; viso decreto de conficiendo processu auctoritate ordinaria super dicto prætenso cultu, exhibito juxta formam præcitatorum decretorum Urbani papæ octavi, una cum juramento desuper per illos præstito juxta præscriptum decretorum præcipue novissimorum sanctæ ri- F tuum congregationis; visa speciali deputatione promotoris curiæ nec non actuarii pro constructione processus, eorumque formalia juramenta data; visa electione cursoris nec non destinatione tribunalis pro actis publicis habendis; visa electione et deputatione reverendissimi domini Actilii Fiascaini, canonici ecclesiæ metropolitanæ Florentinæ, et nostri vicarii generalis, tradendo illi jurisdictionem ordinariam pro conficiendo accessu et perficiendis actibus in constructione processus necessariis; viso juramento, per reverendissimum dominum vicarium nostrum judicem ordinarium deputa-

(1) Acta SS. tom. X Octobris, pag. 883. — (2) Ave Maria. Origine et progresso del ordine de' Servi di S. M. Brixiæ, 1610, pag. 72. — (3) Epitome de la M. fundacion de la S. Orden M. de los Siervos de N. S. Barcinone, 1611, pag. 224. — (4) Il Tesoro delle grazie di M. V. addolorata, Parma, 1683, pag. 435. — (5) Diario sacro di Firenze, Florentiæ, 1700, pag. 411, 433 et 460. — (6) La consolatrice degli afflitti Maria, compatita ne' suoi dolori, Neapoli, 1722, in præf. — (7) Diario sacro dell' ordine de' Servi di M. V., Venetiis, 1725, ad diem 1 sept. — (8) Catalogus agiologicus Hetruscus, Romæ, 1751, pag. 43. — (9) Firenze sacra, Florentiæ, 1759, pag. 126. — (10) Vite de' santi e beati Fiorentini, Florentiæ, tom. I, pag. 575. — (11) Compendio della Vita di S. Giuliana Falconieri, Florentiæ, 1830, pag. 40 et 41; Memorie intorno il B. Andrea Dotti, Florentiæ, 1807, pag. 191. — (12) Summarium etc. pag. 14. — (13) Ibid. pag. 16 et 17. — (14) Ibid. pag. 18. — (15) Bullarium Romanum, tom. XV, pag. 141 et seqq. — (16) Summarium, pag. 19. — (17) Ibid. pag. 15. — (18) Annales O. Servorum B. M. V., tom. I, pag. 321.

tum

A tum præstito ad formam etc.; visa notula seu indicatione actorum compulsandorum, una cum omnibus.

judicii diligenter observata,

10 Visa electione peritorum pro recognoscendis monumentis, picturis, libris, codicibus, etc., respective ex officio facta, una cum omnibus; visa citatione, demandata peritis pro recognitionibus habendis, nec non illorum interventu juramentis ab eorum singulis præstitis de eorum munere fideliter explendo, una cum omnibus; viso accessu ad bibliothecam conventus Sanctissimæ Annunciatæ hujus civitatis Florentinæ, nec non ad conservatorium sanctæ Julianæ, vulgo *Ammantellate*; visis articulis seu positionibus, per dominum Josephum Nesti postulatorem productis, una cum nomine et cognomine testium examinandorum; visa cædula interrogatoriorum, clausa et sigillata, non aperienda nisi in actu examinis, exhibita per dominum promotorem fidei, una cum omnibus; visis juramentis, præstitis per testes examinandos juxta formam prescriptam; visis testium depositionibus tam super interrogatoriis, quam super articulis, servata in omnibus et per omnia
B forma præscripta, cum omnibus; visis interrogatoriis, super quibus examinati fuerunt testes inducti, una cum omnibus; viso decreto publicationis depositionum testium, prævia citatione, una cum omnibus; visis relationibus peritorum electorum et juratorum, per eosdem præsentatis et consignatis juxta instructionem eis datam, et juramento super eisdem præstito singulariter, una cum omnibus; visis omnibus et singulis juribus exemplatis et transcriptis in actis exhibitis, una cum omnibus; visa petitione et decreto obtento aperitionis et publicationis præsentis processus et causæ hujusmodi pendentis, una cum omnibus; visa reproductione, facta per eumdem dominum Josephum Nesti postulatorem omnium actorum, singulariter factorum et gestorum usque modo in parte et partibus favorabilibus tantum, una cum omnibus; visis exceptionibus, datis et pluries repetitis in singulis actis superius recensitis per dominum promotorem sanctæ fidei, una cum omnibus; visis citationibus exequutis, et earum relationibus, et præsertim citatione personaliter facta domino promotori prædicto ad videndum et au-
C diendum ferri et promulgari sententiam juxta petita in principali petitione, et libello cum relatione nuncii, ut in actis, una cum omnibus; viso voto nostro promotoris sanctæ fidei, et ejus dubio et exceptione in eo contenta; viso toto processu in causa fabricato, una cum omnibus, in eo deductis, productis et allegatis: visis videndis, et consideratis considerandis;

archiepiscopus Florentinus pronuntiat cultum B. Joannæ *centum annis antecedere decreta Urbani VIII,*

11 Christi nomine repetito; pro tribunali sedentes et solum Deum et justitiam præ oculis nostræ mentis habentes, pro declaratione termini pro servato habiti usque sub die; dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus et declaramus constitisse et constare de cultu immemorabili et veneratione, semper exhibita dictæ servæ Dei, Joannæ Soderini, discipulæ sanctæ Julianæ, non solum de præsenti, sed etiam ab immemorabili, et supra centum annos ante prædicta decreta sanctæ memoriæ Urbani papæ octavi, edita de anno millesimo sexcentesimo vigesimoquinto in sacra congregatione generalis inquisitionis super non cultu; ideoque, scientibus et tolerantibus illustrissimis ac reverendissimis dominis dominis archiepiscopis, ordinariis Florentinis, et prælatis ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis; et proinde dicimus hujusmodi causam versari in casu excepto a prædictis decretis, neque illis ullo modo contraventum fuisse, sed sufficienter paritum et obtemperatum; et ita dicimus, declaramus, et definitive sententianus, et non solum modo et forma præmissis, sed et omni alio meliori modo. C. Ferdinandus, archiepiscopus Florentinus, judex ordinarius. Lata, data, et publicata fuit supradicta sententia per prælaudatum illustrissimum ac reverendissimum dominum Ferdinandum Minucci, archiepiscopum Florentinum, judicem ordinarium, pro tribunali sedentem in camera audientiarum sui archiepiscopalis palatii, pro loco, et loco loci destinatis, præsente, et audiente, atque (ut apparuit) intelligente admodum illustrissimo domino advocato Laurentio Cantini, promotore præfato, per me Aloysium Santoni, de mandato dominationis illustrissimæ et reverendissimæ lecta, et publicata anno Domini Nostri Jesu Christi millesimo octingentesimo vigesimo octavo, indictione Romana prima, die vero decima junii, pontificatus sanctissimi in Christo patris Domini nostri Leonis divina E providentia papæ XII anno quinto, ac præsentibus ibidem admodum reverendis dominis Joanne Dolfi, a secretis præfati illustrissimi ac reverendissimi domini domini archiepiscopi Florentini, et Joanne Mazzetti, familiari dictæ dominationis suæ illustrissimæ ac reverendissimæ, testibus adhibitis specialiter vocatis atque rogatis. C. P. Joannes Dolfi testis. C. P. Philippus Mazzetti testis. C. Ego Aloysius Santoni, Leopoldi filius, notarius publicus Florentinus et præsentis causæ notarius actuarius specialiter deputatus.

AUCTORE V. D. B.

motus librorum et imaginum testimonio.

12 *Deinde hæc italico idiomate sequuntur:* Atque ad ita judicandum moverunt nos sequentes rationes: considerantes servam Dei, Joannam Soderini, monialem Mantellatam ordinis Servorum B. Mariæ, postquam anno 1367 cessavit vivere, inde usque ad præsens tempus semper universaliter honoratam fuisse titulo BEATÆ, et consequenter centum annis ante ordinationes contentas in decretis S. D. Urbani papæ VIII, anno 1625 propositis, adeoque ad nos pertinere, examinare et decidere utrum constet annon de cultu immemorabili; considerantes ex epitome F ejus Vitæ, paucis ab ejus morte annis conscripta a P. Nicolao Pistoriensi ex ordine Servorum, certum esse eam in via spirituali directam fuisse a S. Juliana Falconeria; notitiam haberi severi ejus vitæ generis, pœnitentiarum, pretiosæ mortis, miraculorum quæ Deus ejus interventu fecit, universalisque de ejus sanctitate opinionis; eamque exinde usque ad præsens tempus generatim honoratam fuisse titulo BEATÆ; considerantes opinionem sanctitatis Joannæ Soderini non exstitisse tantum inter moniales Mantellatas et Servos B. Mariæ Florentinos, sed ad complures civitates Italiæ, Germaniæ et Hispaniæ propagatam fuisse; in quibus civitatibus qui de ea scripserint eam honorasse titulo BEATÆ; et testimonia esse libros impressos, quorum recensio authentica in processu exstet; considerantes in conventibus Servorum B. Mariæ Annuntiatæ Florentinorum, Mantellatarum ejusdem civitatis, Mantellatarum Tifernatum et Servorum S. Marcelli Romæ, servari imagines pictas Joannæ Soderini, capite radiis circumdato; quas inter pretiosissima est imago argento

AUCTORE V. D. B.

incisa, quæ apud Servos Florentinos exstat, quoniam facta est ad finem sæculi XV aut initio sequentis *; considerantes radios circum caput in antiquis imaginibus esse signum indubitatum cultus et venerationis, quum sit ornamentum apponi solitum capiti earum imaginum, quas tamquam cælitum honorat ecclesia; considerantes Servos Florentinos servare antiphonam cum oratione ad omnes sanctos et beatos ordinis, quos inter memoretur serva Dei Joanna Soderini; considerantes orationes hujusmodi, compositas ad usum ordinis religiosi, non posse non haberi orationes publicas; considerantes titulum beati aut beatæ datum servis Dei a remoto tempore et plus centum annis ante Urbani VIII ordinationes, provenire absolute ab publica et bene fundata opinione de sanctitate servi aut servæ Dei, qui cum tali titulo commemoretur, a cultu et veneratione, universim ei præstita; cui non posse fieri oppositionem juxta breve Urbani VIII de anno 1625; considerantes attributionem solius tituli BEATI aut BEATÆ substantialiter nihil aliud esse ac cultum et venerationem; considerantes potestatem ecclesiasticam per cursum quadringentorum sexaginta annorum assensisse ut titulus BEATÆ daretur universaliter Joannæ Soderini et eamdem potestatem numquam obstitisse quin pingerentur ejus imagines cum radiis circum caput; *etc.*

B

* *Agitur de ornatu argenteo, adscripto scholæ Alberti Dürer.*

Cultum centenarium ante Urbani VIII decreta approbat archiepiscopus Florentinus et S. R. C.

13 *Postquam hæc ad medium annum* 1828 *Florentiæ peracta sunt, adivit comes Laurentius Soderini S. R. congregationem Romanam ut decretum archiepiscopi Florentini confirmaret : non enim alio consilio interpellatus fuerat hic antistes, nisi ut per ejus sententiam facilior sterneretur via ad obtinendum favens sanctæ sedis judicium. Vices suas commisit pientissimus comes Josepho Nesti, Servorum provinciæ Florentinæ priori, qui Romæ hoc negotium procuraret. Mense augusto ejusdem anni inducta est causa : cui pro officio se opposuit V. Pescatelli, sanctæ fidei promotor, et quam facile peroravit advocatus consistorialis Franciscus Bartholeschi. Potuit itaque, quod summopere in votis se habere testatus erat comes Laurentius, hujus supremæ auctoritatis assensu* ad B. Joannæ aram se liberosque suos devovere. *Sed his pro more standum non erat. Quam primum S. R. congregatio sententiam Florentinam die* 27 *septembris anni* 1828 *probaverat, rogata est licentiam recitandi officium et celebrandi missam in honorem* B. Joannæ; *quæ licentia facile concessa fuit, probatis tribus orationibus propriis pro missa et tribus lectionibus propriis pro secundo nocturno. Orationes omittimus; sed lectiones, quibus plura continentur, quæ neque apud Nicolaum Matium, neque apud Michaelem Pocciantium reperiuntur, inferius dabimus.*

C


D

§ II. B. Joannæ genus, vitæ institutum sub S. Juliana Falconeria, miraculum S. Eucharistiæ, mors, sepultura, reliquiæ.

B. Joanna *certissime orta est domo Soderiniana, sed variatum fuit in assignandis parentibus;*

Ut autem ad res B. Joannæ, *dum in vivis ageret, jam veniam, primo dicendum videtur de ejus natalibus. Porro inter antiquiores unus Nicolaus Mati Pistoriensis eam Soderinianorum domo natam esse perhibet; sed is testis omni exceptione major est. Quæ notitia, quum tam diu illius scripta latuerint, nonnisi sæculo* XVIII *invaluisse videtur. Antea eam omnes nude vocabant* Joannam Florentinam. *Non itaque temere aut inconsulte nobilissimo illo genere orta dicta est, licet in parentibus variatum fuerit. Communicatum mihi fuit gentis Soderinianæ schema, ex quo hæc sola particula desumenda visa est.*

E



Sed in Soderiniana familia apographa asservantur documentorum, quæ in annotatis ad lectiones, S. R. congregationi propositas, in tabulario publico Florentino exstare dicuntur, et ab advocato Laurentio Cantini, promotore fidei Florentiæ in causa B. Joannæ, *perhibentur esse in bibliotheca Medicæa* (1). *Sed quid, quod neque vetera scripta, neque ipsa apographa, Florentiæ aut Romæ producta fuerunt, sed allegata dumtaxat? Quid quod Cantinius de antiquo exemplari nihil affirmare audet, sed sola fama nititur* (dicesi conservato)? *Quidquid id est, secundum hæc monumenta nata fuerit beata virgo Guilielmo Soderinio et Theresia Minerbetta Florentiæ anno reparatæ salutis* 1301. *Conveniunt in laudanda Soderiniana gente complures ex Italia historici, quippe quæ a multis sæculis nomen habuerit in republica civili, literaria, ecclesiastica, Florentiæ splendens, Romæ et Venetiis. Certe Ruggerus Soderini anno* 1283 *prioratum, non ita pridem Florentiæ institutum, nactus est* (2); *quem supremum magistratum, alii ex eadem gente plus quadragesies gesserunt* (3) : *egregium utique testimonium quam potens tum esset et nobilis illa familia in opulentissima Italiæ civitate. Sed nascimur et morimur, nec quidquam in his terris est quod perennitatem sibi polliceatur. Peribat*

F

(1) Summarium, pag. 21. — (2) Manni, Osservazioni sopra i sigilli antichi, tom. III, pag. 151 et seqq. — (3) Cantini in Summario, pag. 21.

itaque

AUCTORE V. D. B.

A *itaque quinquaginta abhinc annis Soderianorum nomen, nisi Pius papa VII hoc conservasset in comite Laurentio, postulatore causæ* B. Joannæ, *qui frater uterinus erat comitissæ Portiæ Soderini* (1). *Sed hactenus de* B. Joannæ *natalibus.*

usa est magistra B. Juliana Falconeria, quæ conversabus Servorum B. M. V. præerat.

15 *In iisdem documentis domi piam institutricem habuisse traditur Felicianam Tonniam; quam quum de proxima morte, divinitus cognita, moneret, ipsa ex ea didicit sibi in alteram magistram eligendam esse S. Julianam Falconeriam. Erat tum* B. Joanna *ætate duodecim annorum et S. Juliana præposita quasi erat conversabus Servorum B. M. V. Florentinorum, quarum feminarum exordia obscuriora etiam sunt quam origo Servorum, de qua toties disputatum fuit. Cujus obscuritatis prima causa est quod ordinis Servorum historici inter se non conveniunt, neque etiam sibimet ipsi constant. Quæ meditatus Helyotus* (2) *in hanc venit sententiam initio has feminas tertio ordini non fuisse adscriptas; sed, mundi vanitate contempta vesteque fusca et mantello seu bardocucullo*
B *assumptis, pietatem in sæculo professas esse, abdicata sua libertate in manibus Servorum B. M. V.; ita ut hi in earum personam, opera et bona eamdem potestatem acquirerent quam heri in personam, opera et bona mancipiorum: nisi quod hoc novum servile genus, quod se Deo simul devovebat, matrimonio in perpetuum interdictum erat. Et quidem monasteria virilia non tantum suos habebant* conversos, laicos, barbatos, famulos, famulos regulares, fratres, familiares, *etc.; sed ejusdem generis viros habebant parthenones* (3); *et vicissim* conversæ *et* oblatæ *mulieres plane pendebant a virorum monasteriis* (4). *Sed siquis recte intelligere velit pristinum conversorum conversarumque statum, in quo servilis et religiosa conditio quasi coaluerant, is legat oportet Joannis Benedicti Mittarellii dissertationem de hujus institutionis fatis* (5).

Conversarum oblationis monumentum anni 1302.

16 *Neque puberes tantum suæque ætatis viri et feminæ hujus obligationis vinculum suscipiebant, sed pueri quoque et puellæ minorennes a parentibus oblati, nisi quod Clemens III papa voluerit, ut suo tempore paternam oblationem ratam haberent. Sed* B. Joanna, *licet legi-*
C *tima nondum esset ætate, B. Julianæ invitatu ipsa se obtulit, parentum tamen assensu. Quæ novæ vitæ essent rationes, facile discitur ex sequenti instrumento, quod anno* 1302 *in conversione et oblatione Dianæ Davanzati a notario publico confectum est* (6): Anno incarnationis Domini 1302, die 23 junii, D. Diana, uxor olim N. Davanzati, habito consensu et facultate a suo mundualdo *etc.*, ante altare B. V. in ecclesia Caphagii, *seu B. M. Annuntiatæ Florentiæ,* volens constanter animæ suæ providere saluti, ac reliquum ipsum vitæ suæ totaliter exponere obsequiis Jesu Christi et B. V. Matris ejus, ac suas culpas sive excessus (siquos incurrerit in animæ suæ jacturam) de cætero corrigere, sua libera et spontanea voluntate, atque longæva deliberatione præmissa, in præsentia F. Francisci, prioris Servorum S. Mariæ de Caphagio, et F. Joannis Piscis, dicti ordinis sindici et procuratoris capituli, *etc.*, in manibus eorum obtulit Deo omnipotenti et B. Virgini gloriosæ, et donavit animam suam et corpus suum prædictæ ecclesiæ, se conversam exhibens et pro conversa oblata, cum omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus, præsentibus et futuris, quæ sponte eidem monasterio et ecclesiæ donavit, *etc.* Qui D. prior et F. Joannes receperunt præfatam D. Dianam in suam et sui capituli conversam, oblatam et offertam; faciendo eam ex nunc participem omnium officiorum divinorum atque missarum, quæ quotidie in dicto monasterio et ecclesia ad Dei laudem et virginis Mariæ celebrantur. Et ita D. prior et sindicus statim receperunt dictam D. Dianam tanquam legitimam dicti monasterii et ecclesiæ conversam *etc.* Actum in ecclesia Fratrum Servorum de Caphagio, testibus *etc.*, per Jo. Spiliati de Filicata notarium.

Magistram habet B. Joanna *S. Julianam Falconeriam, in cujus cadavere*
E

17 *Operam itaque suam et bona debebant conversæ conventui, quemadmodum servilis conditionis homines hero. Earum animis curandis præerat unus ex Fratribus, vir ætate gravis et moribus, corrector dictus. Sed necesse insuper erat ut pia aliqua mulier propius eis invigilaret et juniores institueret. Quo munere Florentiæ fungebatur S. Juliana Falconeria; quo factum est ut hæc sanctissima femina* B. Joannæ *magistra fuerit. Singularem tum Mantellatæ non videntur Florentiæ habuisse conventum; neque omnes simul versabantur, sed aliquot in domibus suis commorabantur; pleræque tamen in ipsis Fratrum conventibus separatas inhabitabant ædes, adeoque utebantur templo, non tamen ad concinendum officium ecclesiasticum, quippe quæ, conversorum more, nonnisi certum numerum orationum dominicarum recitarent. Florebat inter eas plurimum pietas, voluntariorum cruciatuum studium, humilitas et modestia: ad quam rem conferebat multum egregia S. Julianæ institutio et novarum regularum sapientia; plus tamen exempla plurium, virtutes æmulantium. Præter hæc communia monialium officia, incumbebat eis infirmorum in nosocomiis procuratio et alia id genus ministeria. Neque segnis erat inter eas* B. Joanna, *omnium discipularum S. Julianæ dilectissima. Quare voluit Deus ut*
F *ipsa prima esset quæ viderit S. Hostiam pectori B. Julianæ impressam. Quod miraculum legitur quidem in Vita sanctæ hujus feminæ, quam Gianius conscripsit et Papebrochius ad diem* 19 *junii edidit; sed quum hæc Vita tribus fere sæculis post ejus mortem collecta sit, placet hoc prodigium, quod proxime ad* B. Joannam *pertinet, coævis documentis demonstrare.*

(ut ex documento coævo constat) impressam vidit sacram Hostiam:

18 *Primum scriptum est octodecim dumtaxat diebus post B. Julianæ mortem, atque his conceptum est verbis* (7): † MCCCXXXX. Mense julio. — Memoriam fecit mirabilium suorum. Memoria sit qd. Sor. nostra Juliana XVIII. retro dieb. mortua cum sponso suo Jhesu evolavit ad cælum et fuit sic. = Settuagenaria major diris macerata in stomacho voluntariis pœnitentiis,

(1) Moroni, Dizionario di erudiz. eccles. v° *Soderini.* — (2) Hist. des ordres religieux, tom. III, pag. 321, edit 1792. — (3) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 410; Frizzi, Memorie per la storia di Ferrara, tom. III, pag. 184 et 291, edit. 1850. — (4) Brabantia Mariana, pag. 732. — (5) Annales Camaldulenses tom. I, app. col. 336 et seqq. — (6) Giani, Annales Ord. Servorum B. M. V., tom. I, pag. 198. — (7) Battini, Compendio della Vita di S. Giuliana Falconieri, pag. 48.

jejuniis

AUCTORE V. D. B.

jejuniis, catenis, ferreo cingulo, flagellis, vigiliis, inedia etc., nec recipere, nec retinere cibum amplius non poterat. Quare sacratiss. corporis Christi viatico ut se orbatam agnovit, quantum doluit, quantum lachrimata est, prorsus est incredibile, adeo q[uod] pre magnitudine doloris pene mori crederetur. Itaque P. Jacobum de Campo... humillime precata est ut saltem SS. Sacramentum coram se in pixide deferret; ut factum est. Cum autem apparuit sacerdos, portans corpus Domini, statim illa in terram stravit se in modum crucis et adoravit Dominum. Vultus autem ejus factus est tanquam vultus angeli. Cupiebat illa (q[uod] non licebat) se conjungere Jesu suo et osculari illum; at renuit sacerdos. Ergo supplex rogavit ut super pectus suum fornaceum extenderetur velum, et super illud Hostia S. poneretur. Voti compos effecta est; at (o stupendum miraculum) vix Hostia attigit amantissimum illud cor, q[uod] disparuit, nec amplius inventa est. Juliana autem, simul ac Hostia disparuit, blando ac ridenti vultu, tamquam si in extasim raperetur, in osculo Domini moritur, cunctis mirantibus q[ui] ibi aderant,
B scilicet sorore Joanna, sor[ore] Maria, sor[ore] Elisabeth, P. Jacobo et alii[s] ex domo.

quam rem paulo luculentius narravit P. Nicolaus Pistoriensis.

19 *P. Nicolaus Mali, qui et Pistoriensis, superius laudatus, quadraginta annis post eadem omnia retulit in brevissimo de S. Juliana commentario, nisi quod paulo luculentius exposuit quomodo* B. Joanna *prodigium detexerit*: Vix, *inquit* (1), Hostiam pectori imposuerat P. Jacobus, quum, ipsa dicente: « O Jesu mi! » Hostia evanuit; et Juliana facie ridenti mortua est. Tantum strepitum excitavit hæc res ut nunc etiam de ea fiat sermo et per sæcula futurus sit. Et multi eam rem non credebant; sed certiores de ea facti sunt, quum soror Joanna inter lavandum sacrum corpus cilicium reperit, carni impressum, et in pectore signum Hostiæ cum una cruce... Per plures dies accurrit populus magna frequentia; atque aliquis notavit multa miracula, quæ operata est. Sed ea non scribo, quia non scio sigillatim, sed tantum in confuso. Quis audivit umquam tale vel simile? Stupendo hoc prodigio factum est ut multæ nobiles feminæ hujates Pistorienses non amplius dedignatæ sint fieri nostræ man-
C tellatæ. *Neque omisit idem prodigium P. Nicolaus in Commentariolo de* B. Joanna, *quem inferius dabimus.*

Mortua est B. Joanna *die* 1 *septembris anni* 1367: *unde factum sit ut de ea hodie dicamus.*

20 *Kalendis septembris anni* 1367, *viginti sex annis post sanctissimæ magistræ mortem, e vivis recessit* B. Joanna: *apertissimis verbis hanc diem et annum indicavit P. Nicolaus. Negligentiæ itaque incusandus est Franciscus Bartoleschi* (2), *qui eam anno* 1363, *die* 10 *octobris, vita functam dixerit; qui dies* 10 *octobris primum prodiit in sylloge Vitarum sanctorum et beatorum ditionis Florentinæ, confecta anno* 1637 *a Luca Chiari, cive Florentinô* (3). *Contra in indice sanctorum ordinis Servorum, quem anno* 1590 *P. Thomas Veronensis Flori Florum inseruit,* mortua *dicitur* B. Joanna Florentina die 27 octobris anni 1367 (4). *Quæ dies paulatim recepta est in calendariis vulgaribus Florentinis. Certe P. Mauritius Francesconi ex ordine Scholarum piarum in Florentia sacra* D *seu indice festorum, religionum et indulgentiarum templorum Florentiæ, quem indicem anno* 1739 *edidit, ad diem* 27 *octobris scripsit* (5): Ordo Servorum B. Mariæ hodie memoriam facit B. Joannæ Florentinæ tertii ordinis Servorum. *Sed hoc neutiquam verum erat; Servi enim in omnibus suis menologiis et diariis constanter faciebant ejus memoriam die* 1 *septembris. Verumtamen ille Francesconii error, ex Thomæ Veronensis indice ortus, per calendaria Florentina popularia propagatus est. Sed veritati potius quam huic populari consuetudini suffragari voluit S. R. congregatio: quapropter festum ejus indixit in diem primam septembris; ad quam Servi in Martyrologio hac formula utuntur*: Florentiæ beatæ Joannæ Soderiniæ, virginis tertii ordinis Servorum B. Mariæ Virginis, innocentia et vitæ asperitate celebris. *Nihilominus Ludovicus Santoni, curiæ archiepiscopalis Florentinæ cancellarius, postquam ad diem* 1 *septembris in Diario sacro Florentino* B. Joannæ *festivitatem annuntiasset, eamdem (ne contrairet Florentinorum exspectationi) ad præ-* E *sentem diem ejus memoriam renovavit. Nos maluimus de ea nunc dicere potius quam inter prætermissos ejus nomen ad supplementum Septembris, forte numquam futurum, remittere.*

Sepulcrum B. Joannæ *numquam videtur fuisse retectum, licet reliquiæ ostendantur.*

21 *Sepultam fuisse* B. Joannam *in templo celeberrimo B. Mariæ Annuntiatæ, olim dicto de Caphagio, narravit Nicolaus Pistoriensis aliique omnes. Verumtamen ubi situm sit sepulcrum ignoratur et frustra sæpius quæsitum est. Nihilominus Florentiæ custodiri dicuntur ejus corporis particulæ. Descripsit scilicet mihi P. Augustinus Morini, pridem a me jam laudatus, ex scheda P. Alexandri Piermei sequentem memoriam*: Ex digito B. Joannæ Florentinæ, virginis ordinis Servorum B. M. V., extracta ex reliquiariis vetustæ Florentinæ familiæ de Masiis, ac deinde ad familiam de Michelotiis in foro ecclesiæ S. Michaelis, vulgo de Antinoriis, hæreditario jure transactis, insuta in velo serico flavi coloris, cum duplici inscriptione, altera intus involucrum in membrana goticis characteribus exarata, altera vero in folio chartaceo charactere F ad instar typi composita: quam in theca ex aurichalco, intra quam inclusimus etiam prædictos titulos seu inscriptiones, eodem velo serico flavi coloris inclusimus. *Attamen persuasio apud Servos Florentinos permanet numquam retectum fuisse* B. Joannæ *sepulcrum; atque ipsi satis habent die* 1 *septembris candelas accendere ad imaginem pictam* B. Joannæ, *positam super altare capellæ, ejus cultui dicatæ. Sequuntur jam commentariolus Nicolai Mati Pistoriensis, narratio Michaelis Pocciantii et lectiones, a S. R. congregatione approbatæ; de quibus supra diximus.*

(1) Battini, Compendio della Vita di S. Giuliana Falconieri, pag. 33. — (2) Summarium, pag. 3. — (3) Ibid. pag. 4. — (4) Ibid. pag. 9. — (5) Firenze sacra, pag. 126.

A

COMMENTARIOLUS DE VITA

B. JOANNÆ SODERINI

Auctore Nicolao Mati Pistoriensi, versus ex italico.

AUCTORE NIC. MATI.

B. Joanna Soderini, *a S. Juliana Falconeria instituta,*

Jesus. Maria. Commentariolus de vita sororis nostræ Joannæ Soderini, sancte vita functæ die primo septembris anni MCCCLXVII. — Ætate annorum duodecim dedicavit se Christo ejusque SS. Matri, invitata a nostra B. Juliana; cujus fuit discipula carissima et dilectissima. Fecit
a etiam ipsa votum virginitatis *a* ante SS. Virgi-
b nem Annuntiatam *b* et observavit perfecte corpore et animo. Educavit eam suo modo beata nostra magistra et brevi reddidit eam tam ferventem in oratione, tam humilem, tam docilem, tam mortificatam, ut, quantumcumque
B juvenis esset, proponeret eam aliis in exemplum.

maxime post prodigium Eucharistiæ, impressum pectori, magistræ fit similis: cui succedit,

2 Ipsa fuit felix illa discipula, quæ prius quam soror Elisabetha et aliæ detexit in pectore sanctæ Julianæ stupendum miraculum Christi cruci affixi, impressi carni in circulo tamquam Hostiæ *c*, et detexit etiam cilicium, lateribus tam alte immissum ut carne et pelle coopertum esset; adeo ut sectione opus
c fuerit. Neque sine planctu potuit amantissima discipula solvere magistræ corpus ab hoc cilicio. Quodsi jam ante bona esset, mota tamen stupendo hoc miraculo, omnes nervos intendit ne inferior esse magistræ suæ; quod et perfecit.
d Jejunavit sicut ipsa, flagellavit se sicut ipsa *d*, et vitam tam severam amplexa est ut Juliana non videretur esse mortua. Atque ei etiam creditum fuit gubernium Mantellatarum. Tentationes maxime terrificas experta est multos annos ab hoste infernali; qui ut eam deciperet, etiam sub forma angeli ei apparuit.

et cum opinione sanctitatis moritur.

3 Vixit post magistram in severissima pœnitentia annos viginti sex; atque super ejus corpus etiam inventum est cilicium ex setis, quo
C quasi tota cooperiebatur; et erat omnino sine carne. Ut similis fuit magistræ in vita, sic similis fuit in morte : nam quum vix viaticum acceperat, manus sustulit ad paradisum et subito spiritum reddidit. Beata mors! Contulit jam multa beneficia piis suis civibus; quæ collecta fuerunt a Fratribus nostris B. M. Annun-
e tiatæ *e*, apud quos sepulta est; et tota hæc civitas venerata est beatum hoc corpus et una voce jure merito dixit : « Magna cælicola mortua est. Ipsa beata est. »

ANNOTATA.

a *Præter votum castitatis seu virginitatis aliis vinculis obligabant se tum S. Julianæ discipulæ; de quibus dictum est in Commentario prævio, num.* 16.

b *Florentiæ nullus locus magis religiosus est quam altare B. M. Annuntiatæ in Servorum B. M. V. templo. Ibidem votum virginitatis fecit S. Aloysius Gonzaga. Sed quid hæc prosequor? Ingenti volumine memorias hujus templi et partem innumerabilium miraculorum complexus est Mondanius in opere cui titulus :* La miraculosa immagine della Santissima Annunziata di Firenze, 1844.

c *Vide plura de hoc miraculo in Commentario prævio, numm.* 18 *et* 19.

d *De severitate vitæ S. Julianæ hæc antea ex scriptis P. Jacobi a Monte et P. Basilii Florentini retulerat Matius :* Aliquando decem, aliquando quindecim, aliquando viginti quatuor horas versabatur in oratione. Flagellabat se quasi ad mortem, maxime feriis sextis. Catenas ferebat ad lumbos, funiculos ad crura et brachia. In nosocomio manducabat reliquias infirmorum, quorum vulnera lingebat et curabat. Dormiebat super humum nudam, ad summum super stoream. Singulis hebdomadibus plures dies nullo vescebatur cibo nisi sacra Eucharistia. Æstate vestes gerebat crassas, hieme semper incedebat sine calceis. AveMaria *(scilicet usque ad* Sancta Maria) dicebat quotidie millies; et quantum habebat distribuebat in eleemosynas.

e *Hactenus hæc scriptio inventa non fuit.*

E

MEMORIA

B. JOANNÆ SODERINI

Ex Michaelis Augustini Pocciantii Chronico ordinis Servorum B. Mariæ Virginis.

Anno 1367 B. Joanna *de Florentia migrat ad Christum, ac dæmonum tentationes superat.*

Si his quæ habet R. P. M. Cosmus Florentinus in suo opusculo credendum est *a*, inter cæteras sacras mulieres, quæ religionem Servorum suis clarissimis virtutibus illustrarunt, sese nobis offert beata Joanna de Florentia, virginitatis profecto speculum, ac mulierum memorabile decus; quæ mira sanctitate refulgens apud omnes celebris facta est. Hæc cum esset duodecim annorum a B. Juliana (cujus extitit fervens discipula), spernens ludos ac sæculi oblectamenta, beatæ et immaculatæ Virgini se dicat, ipsiusque divæ Matris (ut sibi in cælo immortalem sedem compararet) viduitatem *b* assumpsit, ac ejus amictum intus et foris gestare cœpit. Quod ægre ferens, inimicus homo se transfigurat in angelum lucis, et eam plurimis affligit tentationibus, ostendens virginitatem esse contra Domini præceptum, asserentis: « Crescite, et multiplicamini, » ac contra Christi sacramenta, qui in remedium peccati matrimonium instituit. Persuadebat adhuc jejunium esse superfluum, cum in Evangelio scriptum sit : « Non quod intrat per os coinquinat hominem. » Addebat insuper incassum preces Deo fundere, cum jam sanctorum numero esset adscripta. Hæc et his similia proponebat antiquus hostis, inique ferens probitatem tantæ virginis; quæ, per Spiritum Sanctum edocta, instigationes diabolicas esse cognoscens, signo sanctæ crucis se muniens viriliter superavit, ac dæmonem fugavit; et usque ad vitæ suæ calcem juste et pie vixit, quærens non quæ super terram, sed quæ sursum sunt, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Ad quem hoc anno (1367), monilibus ornata, ac bonis operibus induta, haud sine sanctitatis signis
a
F
b

EX IMPR. signis religiosissime migrat, et in ædibus divæ Annuntiatæ apud cæteras sorores ejus corpus reconditur.

ANNOTATA.

a *Quum ad finem sæculi* XVI *Chronicum suum scripsit Pocciantius, ignorabatur P. Nicolai Mati scriptio, adeoque res* B. Joannis *erant obscurissimæ. Quæ obscuritas nondum dissipata erat, quum viginti quinque annis post Gianius sui ordinis Annales edidit; ita ut dubitarit an Joanna soror Florentina, quæ sub annum* 1363, *divitiis spretis, omnia sua pariter bona Patribus, ut inter pauperes distribuerentur, legavit, eadem esset ac B. Julianæ alumna, de cujus gestis dictum est. Quod profecto parum credibile est, quum conversæ initio suæ conversionis se suaque bona offerrent, nisi forte ea retinerent ut servus peculium suum.*

b *Intelligitur vestis nigra Mantellatarum, facta ad imitationem vestis viduitatis Deiparæ. Recolebatur enim summopere, maxime a sæculo* XV, *in ordine Servorum luctus B.* B *Mariæ.*

LECTIONES II NOCTURNI

DE B. JOANNA SODERINI Propositæ S. R. C. et ab eadem approbatæ.

LECTIO IV. Joanna piis nobilibusque parentibus, Guilelmo Soderinio et Theresia Minerbetta, Florentiæ natâ anno reparatæ salutis millesimo tercentesimo primo *a*, ab ipsis pueritiæ *a* annis qualis futura esset non obscure præsignavit. Ut enim linguam in voces solvere potuit, nil avidius expetiit, quam de redemptionis nostræ mysteriis audire aliisque verba facere, ita ut brevi tempore in iis mirabiliter instructa apparuerit; erga quæ propterea magno devotionis affectu semper exarsit. Deiparam quoque Virginem impense colere cœpit, eamque quotidianis laudibus, piisque precibus prosequebatur. C Cum autem divinitus accepisset piam mulierem Felicianam Tonniam, quam a parentibus institutricem acceperat, brevi morituram, adeoque aliam sibi magistram esse quærendam, Joanna statim Felicianam de his præmonuit; quæ divinæ dispositioni prompto animo acquiescens, ipsi sanctam Julianam Falconeriam, quæ nuper Mantellatarum *b* tertii ordinis Ser- *b* vorum beatæ Mariæ Virginis familiam fundaverat, in novam magistram designavit. Verum parentes, quibus præter Joannam erant filii, eam concivi suo pari nobilitate claro matrimonio jungere cogitabant. Ut vero ab ipsa intellexere se jam divino sponso dicasse, eam a proposito dimovere non sunt ausi *c*. Itaque duodennis sub *c* beatæ Julianæ disciplina se constituit, ejusque secessum ingressa religiosum habitum læta suscepit (*c*).

2 LECTIO V. Sub tanta magistra in omni virtutum genere ita profecit, ut carissima illi evaserit, et, licet junior, ceteris tamen sororibus in virtutis exemplum ab ipsa proponeretur: [illegible] dilecta eius discipula merito semper ab angelo salutatæ Florentiæ celeberrimam D perpetuæ virginitatis votum emisit, quam usque ad exitum vitæ jejuniis, vigiliis, cilicio, flagellis, omnique asperitatum genere corpus domando servavit illæsam. Orationi et cælestium rerum contemplationi semper incubuit. Ea fuit humilitate, ut abjectissima quæque domus ministeria obire, et sororibus in re quacumque famulari in deliciis habuerit. Quarum proinde amorem et benevolentiam singulari sua lenitate, mansuetudine et jucunditate promeruit. Earum etiam regimen, ex obedientia susceptum, sanctissime administravit. Prophetiæ dono insignita, futura prædixit, quorum veritatem probavit eventus *d*. A tenebrarum principe, qui, *d* ut eam deciperet, sub specie Angeli lucis non raro se conspiciendum dabat, horribiles passa est tentationes et molestias; quas tamen invicto animo superavit, ejusque astus elusit.

3 LECTIO VI. A magistra sua numquam divelli passa est, eique ægrotanti non solum usque ad exitum vitæ summa charitate ministravit, sed et defunctæ pietatis officia sedulo impendit. Hinc omnium prima imaginem Jesu Christi crucifixi illius pectori veluti sigillo impressam E detexit; aliisque sororibus conspiciendam exhibuit *e*. Quo mirabili prodigio commota ferven- *e* tiori etiam in Deum amore incensa est, et beatæ Julianæ vestigiis per integros viginti sex annos, quibus illi fuit superstes, ita inhæsit, ut non mortua, sed adhuc vivens in Joanna omnibus videretur. Quam vero vivens moribus expresserat, moriens quoque imitata est. Nam sanctis operibus immutata, et longa carnis macerationc consumpta, ita ut pelle tantum et ossibus constans appareret, ad extrema devenit, atque eucharistico pane vix refecta spiritum Deo placidissime reddidit kalendis septembris anno millesimo tercentesimo sexagesimo septimo. Ejus corpus, ad ecclesiam Annuntiationis beatæ Mariæ Virginis Fratrum Servorum delatum, crebris a Deo miraculis illustratum fuit, et frequenti populorum concursu veneratum. Perpetuum Beatæ Joannæ cultum Leo XII pontifex maximus oraculo suo confirmavit, ejusque depositionis anniversariam diem in universo ordine Servorum beatæ Mariæ Virginis, et in Florentina diœcesi, officio proprio et missa colendam indulsit. F

ANNOTATA.

a *Hæc desumpta dicuntur ex monumentis archivii publici Florentini, quorum apographum exstaret apud comitem Laurentium Soderini. De his monumentis vide Commentarium prævium, num.* 14.

b Mantellatæ *genericum nomen erat, quum* Mantellatæ S. Francisci *reperiantur*, Mantellatæ S. Augustini, *etc. Quare, licet postea hoc nomen proprium factum sit Servarum B.M.V., adduntur verba:* Tertii ordinis Servorum B.M.V. *Sed multo plus erant quam tertiariæ: offerebant enim se et sua in verum servitium. Vide Commentarium prævium, num.* 16.

c *Quæ hactenus recitata sunt, desumpta sunt omnia ex apographo illo arcano comitis Laurentii Soderinii.*

d *Istud prophetiæ donum non innotescit nisi ex eodem apographo.*

e *Vide Commentarium prævium, numm.*

D

DE B. ANTONIA BRIXIANA

EX ORDINE PRÆDICATORUM

FERRARIÆ IN ITALIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

V. D. B.

§ Unicus. Cultus parcus et biographi B. Antoniæ. Ejus commoratio in conventibus S. Catharinæ martyris Brixiano et Ferrariensi.

ANNO MDVII. B. Antonia Guaineri, *domo Brixia, die* 27 *octobris* 1507 *vita functa, videtur statim a morte* beata *appellata esse;*

In menologiis ordinis FF. Prædicatorum recolitur hodie memoria B. Antoniæ *Brixianæ, quæ die* 27 *octobris anni* 1507 *sanctissime in Domino obiit atque statim a morte cœpit inter cælites recenseri atque* BEATA *nuncupari. Ejus certe apud Deum auxilium sine cunctatione imploratum est et miracula conscripta. Vitæ ejus, ex bonis monumentis collectæ, locum dedit Seraphinus Razzi, ejusdem ordinis alumnus, inter Vitas sanctorum et beatorum sacri ordinis FF. Prædicatorum, tum virorum, tum feminarum* (1), *quas frater ejus Silvanus Razzi, Camaldulensis, primo edidit anno* 1577, *secundum anno* 1588 *et F. Vincentius a Montealbano O. P. tertium anno* 1605. *Biennio post Michael Pio, Ractii scriptione usus et commentariis acceptis ex Longobardia, epitomen quamdam inseruit tertio libro de illustribus ordinis FF. Prædicatorum professoribus* (2); *quod opus Bononiæ edidit anno* 1607 *atque iterum anno* 1620. *Deinde Joannes Lopez, similiter Ractii vestigia relegens,* B. Antoniæ *quoque Vitam dedit anno* 1622 *in Historia sanctorum et beatorum ordinis FF. Prædicatorum* (3). *Ractius autem, Pius et Lopesius, nihil dubitantes,* Antoniam *appellant* beatam. *Similiter Marcus Antonius Guarini, natione Ferrariensis et ecclesiæ cathedralis beneficiarius, adeoque rerum Ferrariensium peritissimus, in Com-*
C *pendio historico de ecclesiis aliisque locis sacris diœcesis Ferrariensis, edito anno* 1621, Antoniam *constanter* beatæ *titulo donat. Neque ab hac appellatione cessatum est, quum prodierunt Urbani papæ VIII decreta. Etenim Joannes a S. Maria, domo Parisiensis, inter Vitas sanctarum et beatarum sui ordinis* (4) *locum dedit Vitæ* B. Antoniæ *Brixianæ; cujus elogium Dominicus Maria Marchese anno* 1679 *inseruit Sacro Diario Dominicano* (5) *et Emmanuel de Lima anno* 1712 *Hagiologio Dominicano* (6); *neque anonymus Dominicanus, qui anno* 1758 *Sacrum Diarium Dominicanum Romæ et Brixiæ dedit in lucem* (7), B. Antoniæ *Brixianæ elogium omisit. Demum eamdem* beatam *appellavit Josephus Brunati in egregiis Vitis sanctorum Brixianorum, multa cura annis* 1834 *et* 1854 *editis* (8); *ubi et addidit se suspicari* B. Antoniæ *Vitam Ferrariæ singillatim fuisse editam. Sed errore : Josephus enim Antonelli, Bibliographiæ Ferrariensis auctor, eam plane* E *ignoravit* (9). *Quum itaque centum annis ante Urbaniana decreta inter cælites publice relata fuisse videatur præclara virgo, neque deinceps hæc ejus veneratio obsoleta fuerit, minus opportunum arbitrati sumus eam inter prætermissos collocare.*

Brixiæ monialis Dominicana facta, mittitur ad reformandum conventum Ferrariensem;

2 *Quum itaque, testibus Ractio et Guarinio, anno ætatis centesimo diem obierit* B. Antonia, *nata sit oportet anno Christi* 1407. *Brixiæ in pristina ditione Veneta eam esse natam consentiunt omnes; patre Guainerio, addit Brunatius, quippe qui eam* Antoniam Guaineri Brixianam *appellet. Conversionem, ex timore inferni profectam, narrat Ractius. Puella monasterium Dominicanum S. Catharinæ martyris, quod, anno* 1327 *fundatum* (10), *inter sex antiquiores Brixianos parthenones computabatur* (11) *atque a Josepho imperatore II suppressum est, primis annis intravit. Vixit ibidem usque ad annum* 1457, *quo Brixia Ferrariam accita est, ut ibidem in conventum, cui S. Catharina martyr etiam patrona erat, ordinis Dominicani institutionum observantiam introduceret. Juxta veterem traditio-* F *nem, quam Guarinius commemorat, exordia sua debebat hoc monasterium tribus sororibus de domo Marano, quibus (ut constat ex testamento adhuc superstite) anno* 1290 *copiosa hæreditas obtigerat. Inde condiderunt templum S. Catharinæ et conventum; in quo anno* 1289, *assensu Bonifacii papæ VIII, professionem religiosam fecerunt* (12). *Licet fratres conversos admitteret hoc monasterium puellare* (13), *quemadmodum passim suis exordiis parthenones Dominicani* (14), *non tamen videtur primitus subditum fuisse ordini FF. Prædicatorum* (15) : *nam, sicuti alibi* (16) *docuimus, etiam parthenones, qui alias seque-*

(1) Vita de i sancti e beati del sacro ordine de' Predicatori, così huomini comme done. — (2) Delle vite degli huomini illustri di S. Domenico. — (3) Historia de los santos y beatificados de la orden de Predicatores. — (4) Les vies des saintes et bienheureuses de l'ordre de saint Dominique, tom. I, pag. 250. — (5) Sacro Diario Domenicano, tom. V, pag. 554 et seqq. — (6) Agiologio Dominico, tom. IV, pag. 374. — (7) Sagro Diario Domenicano, pag. 257. — (8) Leggendario o Vite di santi Bresciani, Brescia, 1834, pag. 4 et 11; Vita ò gesta di santi Bresciani, 1854, tom. I, pag. 4 et 50. — (9) Ap. Frizzi, Memorie per la storia di Ferrara, edit. II, tom. II, pag. 328 et seqq. — (10) Piò, Uomini illustri etc. lib. III, BB. Lombarde Traspadane, cap. 8. — (11) Helias Capreolus, de Rebus Brixianorum, lib. XII, pag. 123, edit. Grævii. — (12) Guarini, Compendio historico, pag. 141 et 142. — (13) Frizzi, Memorie per la storia di Ferrara, tom. III, pag. 184 et 291. — (14) Mamachi, Annales FF. Prædicatorum, tom. I, pag. 257. — (15) Cfr Guarini, pag. 142; et Ferranti, Compendio della storia di Ferrara, tom. III, pag. 190. — (16) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 410.

bantur

AUCTORE V. D. B.

bantur leges, conversos habebant. Sed anno 1457 B. Antonia *aliæque moniales, consentiente Callisto III papa, e Brixiano conventu accitæ sunt, quæ simul cum regularis disciplinæ reformatione S. Dominici instituta inferrent et FF. Prædicatorum Ferrariensium auctoritatem.*

quem sapientissime instituit, ut ex fructibus patuit.

3 *Tam feliciter hoc munere functa est beata reformatrix ut brevi illic floruerit pietas et regularum observantia; adeo ut complures ejus discipulæ insigni sua sanctimonia meruerint inter beatas recenseri aut ad vicinas civitates vocatæ fuerint ut collapsam disciplinam in Dominicanis cœnobiis restituerent. Veniunt in illarum numero Soror Paula Spezzani, quæ die* 18 *augusti anni* 1509 *obiit; B. Veronica, quæ die* 6 *julii recessit; B. Cæcilia, quæ anno* 1511 *hanc terram deseruit; B. Angela Seraphina Correggiara, quæ die* 4 *februarii ad superos abiit, et Sorores Perpetua Sardi et Constantia, quæ quo anno tabernaculum sui corporis posuerint latet* (1). *Ex eis Soror Veronica missa est ad reformandum conventum Ferrariensem B. M. Annuntiatæ, dein S. Catharinæ Senensis, quem* B *anno* 1501 *B. Lucia Narniensis incredibili populi studio incoluerat, sed qui brevi, quum scilicet B. Lucia post biennium prioratu dejecta esset, præclara mutatione et solertissima priore indigeret: quo munere septennium B. Veronica functa est. Eodem fere tempore aliæ missæ sunt ad reformandum S. Rocchi cœnobium, aliæque anno* 1513, *jussu Romani pontificis, ad reformandum monasterium S. Dominici Forojulianum* (2). *Sed tum e vivis jam recesserat* B. Antonia; *neque hæc ad eam pertinent, nisi quod a discipulis suis patrata fuerunt. Tempore reipublicæ Gallicanæ ambo cœnobia Ferrariensia cessarunt. Superest ut ipsiusmet gesta ex Ractii libro italico latine repræsentemus.*

VITA

B. ANTONIÆ BRIXIANÆ

ex italico Seraphini Ractii *a*.

a

B. Antonia, *postquam in Brixiano conventu humilitate eminuisset,*

Conversio B. Antoniæ Brixianæ ad Deum exorsa est potius a timore et formidine pœnarum infernalium quam ab amore et studio bonorum cælestium. Providentia enim divina, quæ eam ab æterno prædestinaverat et elegerat ut sua sponsa esset, per timorem duxit eam pedetentim ad amorem. Quum itaque in patrio Brixiano S. Catharinæ martyris cœnobio ordinis nostri habitum induisset, quamvis in omnibus virtutibus se continuo exerceret, in humilitate tamen supra modum videbatur mirabilis et conspicua. Erat adhuc puellula, quum aliquando in choro a cantrice correpta est et monita ut officium altiori voce recitaret; sed, (quod forte nondum vocem bene moderare poterat), obedire neglexit. Quapropter a subpriore gravissima pœna damnata est; quam propter singularem suam humilitatem alacriter, licet culpa ejus tam severam castigationem non videretur mereri, admisit. A capite itaque usque ad cingulum exuta, reliquis D matribus præsentibus, flagellata est, permittente Deo ut electi sui in tribulationibus, sicut aurum in fornace ardente, excoquantur et repurgentur.

mittitur ad reformandum Ferrariensem, ubi omnibus est exemplo;

2 Interea invalescebat in sanctimonia electa Dei famula, et a primis virtutum gradibus ascendebat ad superiores : unde, progrediente ætate, ad tantam pervenit perfectionem vitæ, ut, quum ex monasterio Brixiano S. Catharinæ martyris destinandæ essent aliquot moniales ad monasterium Ferrariense, item S. Catharinæ martyris, quod reformarent, ipsa inter primas electa fuerit. Illuc ergo ætate annorum circiter sexaginta sex *b* se contulit, ibique perseveravit tam *b* sanctis probatisque moribus, ut omnibus admirationi esset et sanctissima femina haberetur. Cujus conventus unanimi matrum consensu prior creata, divino semper aderat officio, studens suo exemplo sodalibus idem persuadere. Et quamquam omnes dignitate et spiritualis vitæ perfectione anteiret, nulli tamen postponi volebat in laboribus et exercitio vilissimorum officiorum. Quocirca sæpe videbatur vasa lavans aliisque culinariis operibus focariarum defatigationem sub- E levans. Singulis fere noctibus surgebat ad Matutinum; quo dicto, raro redibat cubitum, sed remanebat in templo aut in suo cubiculo usque ad Primam, singularibus orationibus et meditationibus vacans. Quodsi tum somno premebatur, caput ad murum aut super præsens subsellium applicans, brevissimam carpebat quietem.

orationi, meditationi et colloquiis spiritualibus se dat et videt S. Ursulam moribundam visitantem;

3 Tantopere orationibus et meditationibus intenta erat, ut sæpius a sensuum usu aliena esset; in quibus spiritualibus raptibus mirabiles sapores et arcana cælestia ei communicabantur. Quando autem orabat aut loquebatur de Deo, tanto spiritus ardore accendebatur ut facies ejus quasi ignea videretur. Colloquiis suis mirifice excitabat Sorores ad rerum spiritualium studium sacramque sui oblationem. Dicere solita erat crescerent in fervore et verba vana et infructuosa omitterent. Quum aliquando inter orandum sopore opprimeretur, vidit in brevissimo somno reginam incredibili pulcritudine et splendore, sociatam tanta virginum multitudine, ut non solum conventum sed et viciniam replerent. Quam oculis secuta, vidit eam euntem ad monasterii partem, ubi Soror quædam infirma jacebat F et subito audivit vocem dicentem : « Mortua est. » Ad quam vocem expergefacta, cognovit eadem hora ad meliorem vitam abiisse Sororem, in S. Ursulam pientissimam et solitam quotannis ejus festi vigiliis jejunare in pane et aqua. Reginam itaque illam S. Ursulam cum sociabus suis fuisse cognovit.

propter severitatem dejicitur a prioratu et in ultimum post conversas locum detruditur, sed postea restituitur.

4 Tantopere paupertatem diligebat B. Antonia ut singulis hebdomadibus diligenter cellam suam perscrutaretur, et, siquam rem superfluam reperiret, dabat cui illa magis opus esse intelligeret. Vilioribus vestibus utebatur quam alia quævis monasterii Soror et (quantum licebat) vestes fugiebat novas. Quamquam naturali ingenio mansueta esset et benigna, severitatem tamen et inclementiam adhibebat in Sororibus, quas in divino officio negligenter deprehenderet. Neque defuerunt quæ tantam ejus severitatem damnarent. Quæ scripserunt ad vicarium generalem, accusantes eam multis de rebus non veris. Sic semper boni et qui sacram observan-

(1) Più, Uomini illustri, lib. III, BB. di Ferrara, cap. 11 et seqq. — (2) Guarini, pag. 142.

tiam

A tiam zelati sunt, contradicentes experti fuerunt et a malis sustinuerunt persecutiones! Deo sic permittente ad ancillæ suæ probationem, vicarius generalis, auditis, non examinatis querelis, pro pœna dejecit eam prioratu et ultimum ei in monasterio locum post conversas assignavit. Quæ, ut erat humilis et patiens, sine cunctatione obedivit et ad præscriptum sibi locum descendit. Verum, aliquot ex antiquioribus matribus, indignabundæ et inique ferentes tam raræ feminæ injustissimam oppressionem et dedecus, ejus causam ita defenderunt apud vicarium generalem ut eam pristino loco suo restituerit.

In infirmitatibus solatium capit ex visionibus; videt S. Dominicum linum extinguentem; ejus vultus splendescit; Christum videt;

5 Multas gravesque corporis infirmitates usque ad vitæ finem incredibili patientia et fortitudine sacra hæc virgo pertulit: sed continuis visionibus solabatur eam Deus. Dum quadam nocte in lecto jacebat, vidit in somno patrem S. Dominicum, cappam suam magno incendio opponentem; et ecce, quum post Matutinum duæ Sorores pergunt ad cubiculum, in quo magna jacebat lini copia, vident hoc linum igne incensum et auxilium inclamant. Accurrunt Sorores; linoque extincto, cognoverunt ex B. Antonia
B hoc earum linum a sanctissimo patriarcha servatum fuisse. Nocte Natalis Domini, quum Sorores, quæ eam in infirmitate sua procurabant, ad officium divinum iverant, meditabatur sola mysteria noctis tam gloriosæ : sed ecce præ fervore et spirituali incendio vultus sole lucidior factus est; ita ut sociæ ab officio reduces, visa tanta faciei claritate, perterritæ aufugerint, altera alteri prodigium narrantes. Quum aliquando in infirmitate quasi ad extremum deducta esset et idcirco Sorores multæ essent in cubiculo congregatæ, ecce apparuit Christus, redemptor noster. Quæ ut eum vidit, licet ultimum spiritum traheret, tanta lætitia repleta est, ut, surgens a lecto, eum adoraverit, humi prostrata; et in lacrimas propter ingentem (quam experiebatur) dulcedinem effusa, rogavit eum ut omnibus adstantibus Sororibus dignaretur benedictionem suam largiri. Quæ omnes, humi prostratæ, a divina ejus majestate fuerunt benedictæ.

die 27 octobris anni 1507 moritur, viva et mortua miraculis clara.

9 Sed voluit tandem Deus ei mercedem dare tot vigiliarum, jejuniorum, morborum et laborum. Quum itaque ætate esset (ut ipsa dicebat) centum annorum, acuta febri correpta est; et, acceptis omnibus morientium sacramentis, die 27 octobris anni 1507, in vigilia sanctorum apostolorum Simonis et Judæ commutavit hac misera et mortali vita feliciorem et æternam. Perhibetur diem mortis suæ prænuntiasse : nam aliquot diebus ante, sciscitata et edocta quando esset horum apostolorum festum : « Bene est, inquit; tunc enim libera ero ab omnibus meis infirmitatibus et doloribus. » Erat tum illic Soror, quæ a decennio stomacho ægra erat, ut nullum cibum ferre posset. Eam B. Antonia, dum viveret, solita erat consolari eique pollicita erat, se, si prior ad cælum abiret, precaturam Deum pro ejus salute. Et quidem hæc primo die retinuit cibum et dein sana reperta est. Altera Soror, gravi dentium dolore afflicta, ut se commendavit sacræ huic virgini, subito convaluit. Alia multa miracula, ab ea post mortem patrata, leguntur; quæ brevitatis causa omisi. Dicam solummodo eam, quum adhuc in vivis esset, solo signo sanctissimæ crucis sanitati restituisse complures, variis diversisque infirmitatibus laborantes. Oret nunc pro nobis peccatoribus. Amen.

E

ANNOTATA.

a *De editionibus libri Seraphini Ractii pauca diximus initio Commentarii prævii. Hoc loco id unum in memoriam revocare volumus ejus fratrem Silvanum in epistola, quam operi præmisit, fuse declarasse quantum in hoc opere desuderavit Seraphinus ut nihil diceret a veritate alienum. Neque in hac* B. Antoniæ *Vita quidquam est quod fidem superet.*

b *Quum nata sit* B. Antonia *anno* 1407, *venisset secundum Ractium Ferrariam anno* 1473. *Credendum potius Guarinio, tradenti eam Ferrariam accessisse anno* 1457, *ætate quadraginta annorum. Re quidem vera numeri in Guarinii libro passim sunt pessimi; sed quum pontificatum Callisti III, qui triennium dumtaxat duravit, addat, periculum errandi nullum est. Dein videtur in manibus habuisse ipsius Callisti bullam, de qua Ractius et Pius mentionem nullam fecerant.*

ACTA SANCTORUM

OCTOBRIS

DIES VIGESIMA OCTAVA

SANCTI QUI V KALENDAS OCTOBRIS COLUNTUR.

S. Simon Chananæus, apostolus.

S. Thaddæus, qui et Judas, apostolus.

S. Thaddæus, discipulus Christi.

S. Cyrilla, virgo et martyr, Romæ.

S. Firmilianus, conf. pont. Cæsareæ in Cappadocia.

S. Melchion, presbyter Antiochenus.

S. Terentius et S. Neonilla, conjuges, S. Sarbilus, S. Nitas, S. Hierax, S. Theodulus, S. Photius, S. Bele et S. Eunice, eorum liberi, martyres.

S. Anastasia, virgo, et S. Cyrillus, martyres, Romæ.

S. Ferrutius, miles et martyr, Moguntiæ in Germania.

S. Genesius Neophytus, martyr, Tigerni in Arvernia.

S. Fidelis, martyr, Comi in Italia.

S. Decentius, episcopus, et S. Germanus, diaconus, martyres, Pisauri in Italia.

S. Smaragdus, S. Marianus seu S. Mariana et S. Archelaidas, martyres Antiochiæ.

S. Diomedes, martyr, Leucopoli in Caria.

S. Sophronianus, martyr Carthaginensis, et SS. Amarantus seu Amaranta, Quintus et Lucius, martyres.

S. Honoratus, conf. pont. Vercellis in Italia.

S. Gaudiosus, episcopus Africanus, Neapoli.

S. Salvius, eremita in diœcesi Rothomagensi.

S. Joannes, abbas Chuzebita, et episcopus Cæsariensis in Palæstina.

S. Faro, conf. pont. Meldis in Galliis.

S. Dorbheneus, abbas Hiensis.

S. Dodo, abbas Wasleriensis in Belgio.

S. Leodardus, pistor, Suessionibus in Galliis.

S. Neophytus, episcopus et martyr Urbnissii in Iberia.

S. Angelramus, S. Victor I, S. Victor II, S. Sambatus, S. Hesperius, S. Villicus et S. Petrus, episcopi Metenses in Galliis.

S. Stephanus Sabaita Poeta, monachus in Palæstina.

A S. Remigius,
S. Zacharias,
S. Helias,
S. Martinus,
S. Amolo et
S. Gebuinus,
} episcopi Lugdunenses in Galliis.

S. Sigolenus,
S. Godwinus,
S. Anglinus,
S. Albericus et
S. Odilon,
} abbates Stabulenses et Malmundarienses.

B. Joannes Chisius, ex ordine Eremitarum S. Augustini. D

B. Stephanus Agazzari, canonicus regularis, Bononiæ in Italia.

B. Antonius Rubeus, conf. non pont. ex Ordine FF. Minorum, Sulmone in Italia.

APPENDIX

De Abraamo, episcopo Ephesino, monasterii Abraamitarum fundatore.

B PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI E

S. Genovefæ translatio Parisiis *memoratur hodie in Usuardo puro, in auctariis Adonis, in Martyrologio Germanico Walasseri seu Canisii, in Martyrologio Maurolyci, in Gallicano Saussayi, in Parisiensi cardinalis de Noaliis, in Catalogo generali sanctorum Ferrarii, in Gynecæo Arturi et in aliis fastis. De eadem propria collecta legebatur in antiquo Breviario Corisopitensi aliisque, et officium solemne in Breviario canonicorum S. Genovefæ Parisiensium. In Martyrologio Parisiensi breviter explicatur cujus rei fieret memoria his verbis :* Parisiis, translatio corporis S. Genovefæ virginis e theca vetere in novam argenteam, sub Herberto abbate *(anno circiter* 1242) ; et festivitas variarum ejusdem translationum, quæ antea, Normannorum loca sacra vastantium metu, contigerant. *Verum tamen abbate Herberto (ut ex Usuardo patet) multo est antiquior hæc festivitas; quæ orta videtur ex translatione, a S. Eligio verisimiliter anno* 630 *facta. Sed diutius his immorari hoc loco non licet, quum jam pridem in his Actis edita fuerit S. Genovefæ Vita ad diem* III januarii

C

S. Salvii, episcopi et confessoris, *natalem* Ambianis *celebrat hodie auctarium Adonis, item auctaria Ambianense et Centullense Usuardi ; similiter Martyrologium Parisiense cardinalis de Noaliis, Ebroïcense episcopi de Rochechouart et Universale Castellani. Et quidem hac die obiit S. Salvius Ambianensis; sed de eo dixerunt decessores nostri ad diem, quo ejus nomen annuntiatur in Martyrologio Romano et paucis aliquot aliis,* XI januarii.

S. Paulum episcopum, *nulla sedis addita designatione, memorat hodie Eclogadion* XI *sæculi, quod ex bibliothecæ Cryptoferratensis literariis thesauris deprompsit ediditque ven. vir Theodorus Toscani, de re hagiographica plurimum ideo meritus, sicut et cæteri omnes qui vetera kalendaria, græca præsertim et orientalia, e musæorum tenebris eruunt. Verum quisnam ex pluribus Paulis, quos reveretur ecclesia græca, hic annuntietur, non absque errandi formidine, determinare aggredior. Attamen, ut sententiam meam aperiam, hic laudari S. Paulum, Prusæ in Bithynia episcopum, qui strenue contra Iconomachos decertavit, duplicem ob rationem arbitror. In primis enim, omnia fere Græcorum kalendaria hoc nomen habent, ac dein alium ejusdem civitatis episcopum, S. Timotheum martyrem, ad diem* 10 *junii in Eclogadio Cryptoferratensi invenio ; ita ut Prusienses fasti sacri non latuerint Eclogadii collectorem. Pauca autem, quæ de illustri confessore Paulo tradita sunt, data fuerunt in opere nostro ad diem* VIII martii.

Memoria patrum orientalium ἐν τῷ χάσματι, *seu* F
in fissura rupis. *Ita legitur in Menæorum codice Sirmundiano et in alio codice Bollandiano incertæ originis. Quod quid significet diu multumque frustra quæsivi, donec tandem in Acta martyrum Sabaitarum inciderim, in quibus dubii certam solutionem inveni* (1). *Patres enim illi, a Saracenis in antri cujusdam, quod ecclesiæ in morem aptatum fuerat, penitiorem recessum, quem fissuram rupis aut hiatum (græce χάσμα) Acta nuncupant, violenter intrusi, atque adeo impie igne et fumo torti sunt, ut decem et octo Christi confessores ibi atrocissimo supplicio perierint. Videtur autem horum memoria hac die illic celebrari, quoniam de S. Stephano Sabaita, qui eorum laudes cecinit, vitamque scripsit, hodie etiam festum agitur. Cætera vide ad horum martyrum propriam diem,* XX martii.

S. Domninus, *illustris Thessalonicensium athleta*

(1) Acta SS. tom. III Martii, pag. 173, cap. V et in fine, pag. 91, num. 47 et seqq.

A *thleta,* I *octobris a Græcis cultus, ut patet ex Anno Græco-Slavico (ubi tamen utriusque Domnini mutandæ sunt invicem siglæ),iterum hodie celebrant Menæa Sirmundiana, quorum elogium brevius hic recitare supervacaneum est, cum de hoc sancto disseruerint decessores nostri. Remittimus ergo lectorem ad ea quæ leguntur* 1 *octobris inter prætermissos, et præsertim ad locum, in quo sancti martyris gesta illustrantur,nempe ad diem* XXX martii.

SS. Africani, Terentii, Maximi, Pompeji et aliorum XXXVI *hodiernam commemorationem apud Græcos, quum in antiquioribus menæis manuscriptis et calendariis desit (reperitur enim in uno codice Florentino Prædicatorum, apud Sirletum et in excusis), recentius menæis illatam fuisse arbitramur. Ante sæculum* XV *admissa tamen fuit: namque eam Michael Athribensis, qui sæculo eodem martyrologium Copto-Arabicum conscripsit, suo libro inseruit, ut patet ex kalendario inde ab Assemanio* (1) *et a Cardinali Majo* (2) *deprompto, et ex Æthio-*

B *pum fastis apud Ludolfum* (3). *Nomina vero, quæ in Catalogo Bibliothecæ Mediceæ legimus, licet cæteris accuratius scripta sint, et ipsa emendanda judicamus. Illic enim laudantur* Maximus, Domitius, Victor *et* Philippus, *dum contra apud Majum* Nomitium *pro* Domitio, *in schedis autem, cum decessoribus nostris communicatis,* Themistium *aut* Timotheum *et pro* Victore Bacartum, Bocradem, Hypocratem *habemus. Sed satis de his mendis, quæ ex indole linguæ Arabicæ quivis peritus facile explicabit. Non dubito quin* Victori, Domitio *et* Philippo Africanus, Terentius et Pompejus *substituendi sint. Fieri certe potest ut altera nomina alteris, mirum in modum (quod in lingua Arabica frequentius quam in cæteris accidit) depravatis, originem suam debeant: atqui si fieri potest, omnino et debet. Eadem enim quum sint Acta, ut ex breviario illius Martyrologii apud nos servato videmus, concludamus oportet ea fuisse a Græcis accepta ac proin ad Græcorum normam esse corrigenda. Accedit quod et in ipsis*

C *Græcis monumentis nomina non semper emendate scripta sunt, sic, verbi gratia, in Sirleti Menologio, in Synaxario, quod Hierosolymitanum credidit Scholzius, in Synaxariis Chiffletii et aliorum* (4) *et in Eclogadio Cryptæferratæ ad diem* 13 *martii* (5) *pro* Pompejo Publium *offendimus. Horum autem martyrum Acta, quæ græce nondum sunt edita, a nostris decessoribus illustrata sunt ad diem* X aprilis.

S. Sabam, *cujus in Eclogadio Cryptoferratensi nomen lego, puto illum esse, quem idem Eclogadion cum sociis ad diem* 24 *aprilis, sicut et cætera fere Græcorum kalendaria, jam laudaverat. Eo autem fidentius hoc assero, quod eodem die in Chaldaico kalendario, Romæ anno* 1624 *edito, et die sequenti in Menæis excusis et in uno Menæorum codice Mediolanensi occurrit. Hujus sancti Acta declararunt decessores nostri ad diem* XXIV aprilis. D

S. Cyriacus, episcopus et martyr, *cujus meminerunt Latini ad dies* 1 *et* 4 *maji, hodie a Slavis et Græcis colitur, ejusque synaxarium, compendio ex Actis extractum, in eorum libris legitur. Fabulosa ejus Acta, sapientesque de eo Danielis Papebrochii conjecturæ exstant in opere nostro ad diem* IV maji.

Anna, *S. Cyriaci mater, in Menæis græcis, post filii sui elogium, brevi annuntiatione et disticho celebratur. Verum neque nomen, neque martyrium, neque cultus hujus Annæ, sat firmo nituntur testimonio; nam de ipsa asserere non possumus quod de S. Cyriaco jure dicitur, ejus nimirum nomen, martyrium et cultum aliunde innotescere quam ex fabulosissimis Actis, quibus nemo prudens fidem aliquam præstabit. Cæterum quæ de illa feruntur collecta sunt in opere nostro ad diem* IV maji.

S. Petrus Blachernita, *qui vitam dedit pro assertione cultus sanctarum imaginum, associatur hodie in aliquot fastis (ut videre licet in Commentario de S. Stephano Poe-* E *ta) S. Stephano Juniori Martyri. Vide ejus Acta ad diem* XVI maji.

S. Celbi, regis Occidentalium Saxonum, monachi in Anglia. Hujus meminit Beda in gestis Anglorum. *Hæc totidem verbis legimus ad hanc diem in Kalendario sanctorum ordinis S. Benedicti, quod anno* 1527 *Ferdinandus de Valye, monachus Cisterciencis in S. Salvatoris Antverpiensi cœnobio, absolvit. Sed inter reges Saxonum Occidentalium unus venit Ceoluulf, ex cujus nomine* Celbus *effingi potuerit. Verum hic neque monachus factus est, neque a Beda laudatur. Quamobrem alio convertamus nos oportet. Scilicet die proxime sequenti* (29 *octobris) Challoner in Martyrologio Britannico* commemorationem *celebrat* S. Ceolulphi, aliquando regis Northumbrorum, eruditi religiosique principis, cui S. Beda Historiam suam dicavit et qui, amore regni cælestis terrestre regnum relinquens, monachus factus est in monasterio Lindisfarnensi; ubi vitam finivit medio sæculo VIII et, teste Gui-

F lielmo Malmesburiensi, post mortem miraculis claruit. *Considerandum præterea est natalem Ven. Bedæ celebrari ab eodem Challonero eadem die* 29 *octobris; adeo ut dubitandum non sit quin studiosissimus vir SS. Bedæ et Ceoluulfi nomina conjuncta repererit in calendario aliquo. Sed ex Guilielmo Malmesburiensi constat* ossa sanctorum Bedæ et Celuulfi, qui apud Lindisfarnum monachus et sanctus [vixit], in singulis saccis lineis reperta (6) *et simul cum S. Cuthberti aliorumque sanctorum corpora ex terra defossa fuisse et in novam ecclesiam translata. Hic honor datus S. Cuthberto diebus* 24, 25 *et* 29 *augusti anni* 1054 (7); *sed nihil obstat quin duobus mensibus post eadem sors obtigerit SS. Ceoluulfi et Bedæ corporibus. Neque aliam excogitare possum causam ob quam ad hos dies SS. Ceoluulfi*

(1) Catal. Mss. orientt. Bibl. Mediceæ, cod. CXV. — (2) Scriptt. vett. tom. IV, part. II, pag. 99. — (3) Comment. pag. 396. — (4) Cfr Ann. Græca-Slav. ad diem 13 martii. — (5) Toscani, Ad typica Græcorum animadversiones, Roma, 1864.—(6) De gestis pontificum Anglorum, lib. III ad finem, edit. Savilii, fol. v. 158. — (7) Acta SS. tom. III Martii, pag. 138 et seqq.

et

A *et Bedæ nomina in Ferdinandi de Valye et Challoneri fastis inscripta fuerint. Data sunt in opere S. Ceoluufli acta ad diem* XV januarii *et Ven. Bedæ ad diem* XVII maji.

S. Gilberti abbatis translatio *recolebatur in Carthusiæ Bruxellensis accessionibus ad Martyrologium Usuardi. Puto errore ad hanc diem relatam illam festivitatem ex* 24 *octobris, ad quam Saussayus recolit elevationem et translationem S. Gilberti, abbatis ex ordine Præmonstratensi in Arvernia. Sed de eo dictum est in opere nostro ad diem* VI junii.

S. Cuneræ, virginis et martyris, translatio *aut* natalis *memoratur hodie a Greveno et Molano in suis Usuardi editionibus, et secundum eos a Walassero in Martyrologio Canisiano, a Ferrario in Catalogo generali sanctorum, a Saussayo in Supplemento ad Martyrologium Gallicanum et ab Arturo in Gynecæo. De ea continuo recurret sermo in S. Kennera, olim culta ad diem* 29 *octobris in Galwedia, territorio Scotiæ. Acta S. Cuneræ, occisæ in Rhenen, Bataviæ op-*
B *pidulo, illustrata fuerunt in hoc ipso opere ad diem* XII junii.

S. Bassa, *quæ cum* S. Saba *in Eclogadio Cryptoferratensi jungitur, et alibi in eodem codice non occurrit, alia esse vix potest ac celeberrima hujus nominis martyr, sequenti die in nonnullis Menæis memorata, et cujus fortitudinem, Machabæorum matre dignam, multis encomiis celebrarunt Græci et Latini et decessores nostri illustrarunt ad diem* XXI augusti.

S. Bartholomæi apostoli ex Lipara insula Beneventum translatio *recolitur hodie in Catalogo generali sanctorum Ferrarii; qui et addit summa solemnitate celebrari quotannis hanc translationem a Beneventanis, corpus sanctissimi apostoli se habere gloriantibus. Sed idem se habere in templo S. Bartholomæi in Insula gloriantur Romani. De hac controversia dictum est in hoc opere ad diem, qua secundum Martyrologium Romanum S. Bartholomæi Acta illustrata sunt,* XXV augusti.

S. Apostolus Cleopas, frater Josephi, Sponsi
C [*B. M. Virginis*], *annuntiatur hac die in codice Præapostoli, Naniorum* CLXX, *apud Mingharellium, dum in Menæis Græcorum excusis ad diem* 30 *ejusdem mensis commemoratur. Sane de S. Cleopa et ejus cognatione cum Domino Nostro sæpius a compluribus auctoribus actum est, quam ut hic aliquid addere velimus. Remittimus ergo lectorem ad interpretes Novi Testamenti, et speciatim quidem ad libros de Evangeliis R. P. Patrizzii, et ad Lexicon Wineri* (1), *qui omnia congessit quæ ad quæstionis hujus discussionem (ne dicam solutionem) inservire possunt. Conferantur etiam quæ in opere nostro de hac re disputata sunt tum ad diem* 21 *octobris, tum ad natalem S. Cleopæ apud Latinos,* XXV septembris.

S. Cosmæ et Damiani et trium fratrum *memoria denuo hodie celebratur in nonnullis græcis kalendariis, in Menæis excusis antiquioribus atque inde in Sirleti Menologio et in Margunii Vitis, vernacule scriptis. Verum deleta est hæc annuntiatio in Menæis recentioribus, anno* 1843 *editis. Istud autem par nobile fratrum, quos Arabas et martyres in Lycia dicunt Græci, proprium officium ad diem* 17 *octobris apud ipsos habent. Cæterum illos fratres a Cosma et Damiano, martyribus Romanis, die* 1 *julii, et a Cosma et Damiano, Asianis confessoribus, die* 1 *novembris cultis, perperam distingui ostendit Stiltingus, qui accurate martyrum gesta illustravit ad diem* XXVII septembris. D

S. Divitiani, *episcopi Suessionensis, mentio fit ad hanc diem in codice Usuardi Rhemensi* (2). *De eo egerunt decessores nostri ad diem* V octobris.

S. Andreas in Crisi, *qui martyrium fecit pro defensione sanctarum imaginum, commemoratur hodie in aliquot fastis (ut in Commentario de S. Stephano Poeta docebimus). Ejus Acta enarrata fuerunt ad diem, qua potissime colitur,* XVII octobris.

S. Donatum, episcopum, *natione scotica seu* E *hibernica,* qui scripsit grammaticam, diei 28 octobris *secundum* Martyrologium Angliæ *assignat P. Henricus Fitz-Simon in Catalogo sanctorum Hiberniæ, quem Philippus O'Sullevanus inseruit Historiæ catholicæ Hiberniæ compendio, anno* 1850 *a Matthæo Kelly novis curis edito. Est is S. Donatus, episcopus Fæsulanus prope Florentiam, qui artem grammaticam certissime docuit; sed adscripti ei libri totidem Dempsteri commenta sunt. Existimo* diem 28 octobris *scriptum esse facili typothetarum errore loco* diei 22 octobris. *Hac enim die colitur S. Donatus atque Acta ejus data fuerunt. Quæ itaque vide ad diem* XXII octobris.

S. Severini, episcopi Burdigalensis, *memoria recolitur hodie a Ferrario in Catalogo generali sanctorum; qua celebrari reditum beati viri Burdigalam, postquam Colonienses ad meliora traduxisset, tradit in Martyrologio Gallicano Saussayus: qui et addit suo ævo eum magis honoratum fuisse præsenti die quam* 23 *octobris, qua ejus nomen Martyro-* F *logio Romano inscriptum est. Sed hoc inde provenit quod S. Severinus Burdigalensis, annuntiandus die* 25 *octobris, et S. Severinus Coloniensis, die* 23 *octobris, in unum virum confusi sunt. De ambobus distinguendis et de illorum gestis dictum est in opere nostro ad diem* XXIII octobris.

S. Ritutus confessor, *quasi cultus Carthagine, non secus ac S. Suffratianus seu Sophronianus, annuntiatur hodie in auctario Barberiniano Martyrologii Bedæ. Quum alibi nuspiam hic sanctus prodeat, quumque nomen neque latinum, neque græcum, neque germanicum, neque celticum sit, non est dubitandum quin sit sphalma seu alius nominis corruptela. Est forte S. Rogatus, martyr Nicomediensis, de quo dictum est ad* XXIV octobris.

SS. Beoanus *et* Mellanus *præsenti die annuntiantur in Martyrologio Tamlactensi, edito*

(1) Biblisches Realwörterbuch. — (2) Sollerius, Martyrologium Usuardi, pag. 615.

A *a Matthæo Kelly. Hos eosdem esse credidit Michael O'Clery* (1) *ac ii qui ad diem* 26 *octobris in eodem Tamlactensi Martyrogio annuntiantur his verbis :* Nasadius, Beoanus et Mellanus, tres sancti de Britannia et in una ecclesia sunt, in regione Hivechiæ, in Ultonia, Tamlacta-Umhuil, juxta lacum Bricreann. *Quocirca ille idem Clericus ad diem* 26 *octobris scripsit :* Beoanus, episcopus, et Meallanus, de Tamlacht Menainn, juxta lacum Bricrenn in regione Hivechiæ, in Ultonia. *Sed diversi videntur, tum quoniam sine gravissima ratione ponendùm non est trium dierum spatio bis commemorari SS. Beoanum et Mellanum, tum quoniam adjecto S. Nasadii nomine ambo manipuli distinguuntur. Colganus* (2), *satis non habens eos confundere, contendit insuper eosdem esse ac SS. Beoanum et Mellanum, qui in visione celeberrima apparuerunt S. Fursæo. Sed manifestum est SS. Beoanum et Mellanum, qui S. Nasadium socium habuerunt, esse diversos a S. Fursæi cælestibus magistris: illi enim Britanni fuerunt,*
B *hi Scoti seu Hiberni, ut et in Vitis S. Fursæi* (3) *traditur, et in Historia Anglorum Ven. Bedæ* (4). *Et quidem ad diem 7 februarii hæc Clericus in Dungallensi Martyrologio perhibet* : Meallanus, Mac-Ui-Coinn, de insula Mac-ui-Coinn, in lacu Oirb-sen, in Connacia, in regione *(additur in Martyrologio Casselensi)* de Hibh-sean, erat spiritualis pater Fursæi, qui perrexit Peronam. *Deinde SS. Beoani, Mellani et Nasadii corpora servabantur in Tamlacht-Menainn: contra SS. Beoani et Mellani corpora exsistebant Peronæ. Illi itaque a se invicem distinguendi videntur. An vero SS. Beoanus et Mellanus, laudati in Tamlactensi Martyrologio, iidem sint ac S. Fursæi magistri, alia prorsus est quæstio; in qua ab affirmantium parte libentius stabo, partim ne multa Beoanorum et Mellanorum paria admittere cogar, partim quoniam qui hodie prodeunt SS. Beoanus et Mellanus absque ulla loci aut officii designatione, aliis nullis convenientius assimilari possunt quam S. Fursæi magistris. Sed nolim hunc locum*
C *claudere quin ad ea, quæ ad diem* 26 *octobris de SS. Beoano, Mellano et Nasadio dixi, pauca addam de* Tamlacht Menand *seu* Tamlacht Umhuil, prope lacum Bricrenn, in regione Hivechiæ in Ultonia, *ubi illorum sepulta fuerunt corpora. Ostendi illic hunc locum positum esse in alterutra baronia* Dower Iveagh *et* Upper Iveagh, *comitatu Dunensi; sed de Tamlacto nihil definire potueram. Verum postmodum venerunt in musæum nostrum Ecclesiasticæ antiquitates Dunenses, Connorenses et Dromorenses, quas anno* 1847 *Guilielmus Reeves, toties a me et numquam satis laudatus, edidit. Hic itaque ostendit* (5) *in parœcia* Aghaderg, *olim* Achyderig, *inter* Banbridge *et* Newry, *positum esse lacum* Bricrenn, *prope quem assurgit oppidulum* Loughbrickland; *Tamlactum, ubi olim stabat parœciale templum, ibidem repræsentari agro* Drumsal- D
lagh, *in ripa occidentali lacus; et nominis* Menand *superesse vestigia, quum in parte meridionali parœciæ campus adhuc exstet* Meenan *appellatus. Paulo plura dabit Reevius. Nos autem, ut hæc concludamus, siquidem videntur illi alii sancti iidem qui S. Fursæi comites, monendus est lector disputatum fuisse de S. Mellano seu Meldano, et simul de S. Beoano, (nam omnia ambobus sunt communia), ad dictam diem*

VII februarii.

Siqui autem tueri velint eosdem eos esse ac Tamlactenses ad lacum Bricrenn, videant quæ scripsimus ad diem XXVI octobris.

SS. Mellanum, Beoanum et Nasadium, *natione Britannos atque utique a Mellano et Beoano, Martyrologio Tamlactensi ad hanc diem inscriptis, diversos, olim in Hibernia, provincia Ultoniæ, hodie cultos fuisse perhibet Colganus* (6); *nisi potius (atque ita quidem censeo) typographorum errore editum fuerit* 28 *octobris loco* 26 *octobris. De iis, martyrologia Hibernica secutus, dixi (ut continuo monui) ad diem* XXVI octobris. E

SS. Tharsi, Polycarpi, Caji, Eumenii, Januarii, Tarrei et Florentii, martyrum in Phrygia, *natalem celebrat hodie Galesinius in suo Martyrologio; quibus et* Cumenium *addit Maurolycus.* Eumenius *et* Cumenius *ficti sunt ex nomine civitatis Eumeniæ in Phrygia ;* Tharsus *et* Tarreus *repræsentant S. Thraseam;* Polycarpus *et* Cajus *genuina sunt nomina.* Januarius *est diaconus Turritanus, socius S. Proti.* S. Florentius *est martyr Tilæcastrensis in Galliis. De S. Januario dictum est ad diem* XXV octobris ; *de reliquis ad diem* XXVII octobris.

SS. Vincentiæ, Sabinæ et Christetæ, *martyrum Abulensium, quorum Acta ad diem proxime præcedentem illustrata fuerunt, memoriam hodie recolit Florus in codicibus Atrebatensi, Tornacensi et Lætiensi; unde etiam translati fuerunt in Tornacensem S. Martini codicem Martyrologii Usuardi. Gloriosæ eorum passionis decora apparent in opere nostro ad diem* XXVII octobris.

In Agerensi S. Petri basilica principatus Cathaloniæ Hispaniæ depositio sacrarum exuviarum S. Sabinæ, civis Emeritensis in Hispania et martyris Agennensis in Gallia, ubi cum S. Fide concive propter Christi sponsi nomen ejusque confessionem martyrio coronata est. *Hæc Tamayus ad hanc diem in Martyrologio Hispanico; sed meræ sunt fabulæ. S. Sabina natione Emeretensi nequaquam fuit, neque socia S. Fidei Agennensis* (7); *sed martyrium fecit Abulæ cum SS. Vincentio et Christete. De trinis sanctis martyribus et de corpore S. Sabinæ, in Agerensi templo deposito, dictum est in hoc ipso tomo ad diem* XXVII octobris. F

Dedicatio basilicæ S. Lamberti martyris Leodii *commemoratur hodie a Molano in accessionibus ad Usuardum, a Walassero in Martyrologio Canisiano, a Ferrario in Catalogo generali sanctorum. Verumtamen, propter*

(1) Martyrologium Dungallense, editum a Todd et Reeves, pag. 284. — (2) Trias Thaumaturga, pag. 378. — (3) Acta SS. tom. II Januarii, pag. 59. — (4) Lib. III, cap. 19. — (5) Ecclesiastical antiquities of Down, Conor and Dromor, pag. 112 et 113. — (6) Acta SS. Hiberniæ, tom. I, pag. 364. — (7) Florez, Espana sagrada, tom. XIII, pag. 306; Acta SS. tom. III Octobris, pag. 268.

festum

A *festum apostolorum Simonis et Judæ, nulla fiebat hujus solemnitatis memoria in illa basilica, ut mihi constat ex Breviariis Leodiensibus, anno* 1488 *et deinceps impressis ; ita ut contenti essent Leodienses canonici Martyrologii annuntiatione ; in qua et hæc legebantur :* Facta est autem hæc dedicatio sexto anno episcopatus Baldrici nostri episcopi, *(Christi* 1013,) a sanctissimo viro Dei Hereberto, Coloniensi archiepiscopo. *Pluribus hoc celebritatum genus prosequi non solemus. Cæterum vide scriptores Leodienses et ipsa nostra Acta ad diem* 17 *mensis septembris* (1).

S. Arcelladus, Arcelludus *seu* Artheladus, *hodie in laterculis Hieronymianis laudatus, idem est ac S. Archelaïdas, de quo dicetur infra.*

S. Suffronisianus, Suffrasianus, Suffratianus, Suffronisænus *seu* Fofronius *S. Sophroniani nominis, de quo infra fiet mentio, immutationes sunt.*

S. Marandus, Mirandus *seu* Nicander, *martyr Antiochenus, occurrit hodie in pluribus la-*
B *terculis Hieronymianis. Est corruptela nominis S. Smaragdi, cujus hodie memoriam infra recolimus.*

S. Mauriana, *martyr Antiochena, quæ hodie in codicibus Hieronymianis Lucensibus Florentinii laudatur, et* S. Marina *in codice Augustano Sollerii, est eadem ac S. Mariana seu Marianus; de quo infra fiet sermo.*

S. Justi *nomen miscet hodie turmæ S. Amaranti martyris codex Corbejensis major, errore non facile explicabili.*

S. Cæsarium *ad hanc diem repererunt decessores nostri in Calendario, quod ex indiciis aliquot videtur mihi esse Calendarium Gregorianum perpetuum, anno* 1583 *Duaci editum. Qui habent hoc Calendarium, ipsi videant unde hoc nomen ad præsentem diem illuc venerit. Certe in Calendario Missalis Gregoriani, anno* 1582 *editi, de S. Cæsario, neque hac, neque alia die, ulla fit mentio ; nulla item in tot martyrologiis, quæ continuo volvimus.*

S. Marcum episcopum, *quasi hodie* Autissiodori
C *cultum, annuntiat Florarium ms. quod penes decessores erat. Est ille idem, qui in Martyrologio S. Sabini in Levitania, diœcesi Tarbiensi, (quod Martyrologium scriptum fuit sæculo* XII *et in lucem datum a Saussayo ad finem Martyrologii Gallicani,) ad diem* 20 *aprilis annuntiatur his verbis :* In Autissiodoro civitate, sancti Marci episcopi. *Sed nullus Marcus inter episcopos Autissiodorenses; neque alius Marci episcopi mentio in Martyrologiis antiquis et recentibus Autissiodorensibus. Quid ergo ? Quum die* 20 *aprilis illic olim coleretur S. Marianus monachus et S. Mamertinus abbas, conjecturam fecerunt decessores in prætermissis ad illam diem per S. Marcum episcopum repræsentari alterutrum. Sed præter modum violenta medicatio :* Marcum *in* Marianum *seu* Mamertinum *mutare, et* episcopum *in* monachum *seu* abbatem. *Venit itaque mihi in mentem dubitatio num forte* D *ille Marcus episcopus Britannus sit, qui prope SS. Medardi et Sebastiani Suessionense monasterium vitam eremiticam duxit et in Miraculis S. Germani Autissiodorensis a S. Heirico laudatur plurimum* (2); *qui facile extraneo videri potuit vixisse Autissiodori, quum S. Heiricus Suessiones taceat. Sed hæc conjectura justo propius ad meram suspicionem accedit.*

S. Dalmachus *hodie annuntiatur in Kalendario Hibernico, quod initio sæculi* XVII *circumferebatur, quamquam non multa cura collectum esset* (3). *In Catalogo alphabetico aliquot sanctorum Hiberniæ P. Henrici Fitz-Simon legitur similiter :* S. Dalmachus episcopus, 28 octobris; *et* Floratius *designatur quasi fons, ex quo hæc memoria sumpta sit : quod* Floratii *nomen, passim in Fitz-Simonii Catalogo (quale editum est) obvium, effictum est ex* Flora, *siglis* Florarii; *quo vocabulo Martyrologia, undequaque collecta, appellare solebant. Hanc auctoritatem secutus, celebrat hac die Ferrarius in Catalogo generali sanctorum memoriam* E S. Dalmachi, episcopi in Hibernia. *Quem Dalmachum seu Dalmacium eumdem esse ac S. Dalbhach de Cuil Collainge, qui in Tamlactensi et Dungallensi Martyrologiis ad diem* 23 *octobris celebratur, liquet ex indice, quem Michael O'Clery adjecit ad Dungallense Martyrologium. De eo itaque in prætermissis diximus ad illam diem* 23 *octobris. Sed tunc in lucem nondum venerat curis Jacobi Todd et Guilielmi Reeves Martyrologium Dungallense; ex quo jam pauca decerpere juvat.* Erat *itaque* S. Dalbhac *seu Dalmacius* ex genere Oilioll Flannbeg, filii Fiachæ Muilleathan, filii Eugenii seu Eoghan Mor, filii Oilioll Olum. Cuiminus de Condeire in poemate, cujus initium est : « Patricius de Ard Macha civitate amabat, etc. » tradidit hunc sanctum pœnitentiæ fuisse plurimum deditum, neque umquam in vita latus manu attigisse. Scripsit nempe de eo :

Pulcher Dalbhach de Cuil amabat
Exercere magnam pœnitentiam ;
Manus ejus numquam tetigit ejus latus,
Quamdiu retinuit spiritum. F

Abbanus primus sacrum fecit locum Cuil Collainge. — *Oilioll Olum, ex genere Deirythine, primus monarcha* (4) *Mumoniæ, celebris est in historiis Hibernicis* (5). *Anno* 234 *mortuus esse traditur* (6); *unde intelligitur in illa genealogia hiatus esse, quum S. Dalbhach sæculo* VI *vixerit seu potius posterior sit. Prognatus hic sanctus Eugenio, filio natu maximo; unde gens Eugenianorum ; qua se ortos dicunt Mac Carthy, O'Callachan, O'Sullivan, O'Keeff, etc. Ferebatur S. Patricius generi Oilioll Olum benedixisse; cui regnum destinatum in universam Hiberniam : sed hæc falsa opinio* (7). *Cuimini de Condeire seu Connor, qui floruisse traditur circa annum* 686, *poema de virtutibus præcipuis sanctorum,*

(1) Acta SS. tom. V Septembris, pag. 573. — (2) Ibid. tom. VII Julii, pag. 272. — (3) O'Sullevan, Hist. cath. Hiberniæ compendium, edit. 1850, pag. 49 et seqq. — (4) O'Donovan, Miscellany of the Celtic society, pag. 5. — (5) Cfr O'Curry, Lectures of the ms. materials of ancient Irish history, pag. 209 et seqq. — (6) The four Masters, ad an. 158, pag. 113. — (7) O'Donovan, The book of Rights, pag. 53, 56 et 230.

anglice

A *anglice versum a Joanne O'Donovan, edidit Matthæus Kelly* (1). *Quum itaque illic S. Dalbhach inter potissimos sanctos Hiberniæ celebretur, patet summam olim fuisse ejus venerationem. De* Cuil Collainge, *qui locus fuit in comitatu Corcagiensi prope Killcrumper, aliquid supra tentavimus in Commentario prævio, num.* 14, *ad Vitam S. Abbani, atque aliquid etiam in Annotatis ad eamdem.*

S. Nathi, *nulla alia addita designatione, commemoratur hodie in Martyrologio Tamlactensi; qui et* Nathe episcopus *vocatur in Martyrologio Dungallensi. Sed quis is sit quis dixerit? Michael O'Clery initio sæculi* XVII, *quum memoriæ sanctorum minus obliteratæ essent, ad Dungallensem commemorationem hæc addidit :* Existimo esse Nathi, filium Senachi, de genere Conchobhari Abhradhruadh, Lageniensis. *Et ad diem* 1 *augusti, qua prodit* Nathi, episcopus, de Cuil Fuitherbe, *hæc alia, quibus significet aut saltem innuat utrobique de eodem viro agi :* Historia sanctorum in poemate *(S. Ængus-*

B *sii Cæledei, cujus initium est :* Naomh-sheanchus naomh Insé Fail, *Sacra historia sanctorum insulæ Fail,)* tradit exstitisse episcopum Nathi, filium Senachi, de genere Mesincorbi, Lageniensis. *De hoc genere pauca dixi supra in S. Abbano. Sed ex his satis manifestum est jam pridem periisse notitiam gestorum S. Nathi, hodie olim in Hibernia culti.*

S. Colmannus *annuntiatur hodie in Tamlactensi et Dungallensi Martyrologiis, nulla addita designatione, qua ab innumeris distinguatur cognominibus.*

SS. Suibhne *et* Conan *commemorantur hodie in iisdem Martyrologiis, neque loci cultus, neque officiorum designatione adjecta. Rariora hæc nomina, pluribus tamen communia; ita ut divinare nequeam quinam illi sint.*

S. Mobeoc *memoratur hodie in Martyrologio Tamlactensi; sed in Dungallensi dicitur* Mobecocc. *Utrobique* Mo *est* Meus, *ad significandum amorem et venerationem additum, ut gallice in* Monsieur, Madame, Notre-

C Seigneur, Notre-Dame, *etc.* Oc *est diminutivi signum, quo etiam amor indicetur; qui usus olim etiam in Belgio, Gallia et alibi invaluerat.* Mobeoc *itaque est idem nomen ac* Beanus *seu* Beoanus; *et* Mobecocc *idem ac* Becanus. *Sed tot Beani et Becani in fastis hibernicis occurrunt, ut ne conjecturis quidem locus sit. Siquæ tamen facienda sit, nonne hodie bis annuntiatur S. Beanus seu Beoanus, de quo supra? Facile fieri potest ut, qui Tamlactense Martyrologium collegit, inciderit in calendarium, in quo solus S. Mobeoc seu Beoanus legebatur, et in alterum, in quo idem S. Beoanus sociabatur cum S. Mellano, atque duos diversos crediderit. Centena hujus erroris exempla in Hieronymianis fastis obvia sunt.*

S. Arsenio, archiepiscopo Serbiæ, *quam libentissime locum in nostro opere daremus, quandoquidem non in schismate, sed in Ro-* D *manæ Sedis communione vixisse discipulus S. Sabæ dilectissimus censendus est. Verum nobis deficiunt documenta, ad sancti viri res gestas digne illustrandas necessaria; magnopere ideo exoptamus ut doctissimus auctor Anni Græco-Slavici publici quamprimum juris faciat Vitas sanctorum slavicarum ecclesiarum, quæ multa, occidentalibus scriptoribus prorsus incognita, et ad res ecclesiasticas non magis quam ad civiles pertinentia, maximo omnium plausu contineant. Donec voti compotes simus, satis sit oportet, brevis notitia quam ad hanc diem in Anno Græco-Slavico lector inveniet.*

Harmackarus, *alias* Hermocarus, Harmacarius, Harimackarus *et* Erwacherus, *sextus episcopus Ultrajectinus, licet a Siffrido Petro* (2) *in catalogo episcoporum hujus ecclesiæ nuncupetur* sanctus, *nuspiam tamen videtur cultu publico fuisse cohonestatus. Hunc sæculo* VIII *exeunte vel* IX *incunte quintum post S. Willibrordum Ultrajectensi ecclesiæ præfuisse referunt* E *Beka* (3), *Heda* (4), *Van Heussen* (5) *aliique, qui omnes ejus laudant pietatem in Deum et zelum animarum. Harmackarum obiisse* 28 *augusti existimat Heda, sed id* 28 *octobris accidisse censet Beka.*

B. Simonem abbatem *hac die commemorari in Calendario Cisterciensi, (utique Divionensi anni* 1617), *annotatum reperio Henschenii manu in decessorum nostrorum reliquiis. Deinde, in Catalogo chronologico geographico sanctorum, beatorum ac servorum Dei ordinis Cisterciensis, quem Sigismundus Alberti anno* 1712 *Monteregali edidit, hæc leguntur :* B. Simeon, monachus Claravallensis; 28 octobris, 1160. *Sed hoc anno in Claravalle nullus obiit insignis monachus, nomine* Simeon; *neque in indice clarorum virorum hujus asceterii aliquis Simeon reperitur. Sed ad annum* 1161 *a Manriquio* (6) *consignatur obitus Simonis: qui quum abbas Benedictinus Caziaci, diœcesi Suessionensi, esset, diu frustra a S. Bernardo petierat inter Cistercienses cooptari : quam* F *gratiam non nisi post mortem beatissimi viri consecutus est, septennium deinde in Claravalle monachus futurus. Porro, quum vita functus sit S. Bernardus die* 20 *augusti anni* 1153, *pro intervallo quod inter sanctissimi abbatis recessum et Simonis Caziacensis adventum posueris, diem obiverit Simon anno* 1160 *aut* 1161. *Præterea hic idem et* abbas *dici potest et* monachus: *abbas enim benedictus est Caziaci, sed non nisi in monachorum ordinem admissus est in Claravalle. Eum laudat Henriquesius in Menologio Cisterciensi ad diem* 4 *septembris vocatque* B. Simonem, olim abbatem Caziaci ordinis Benedictini, et postmodum monachum Cisterciensem. *Sed nulla prorsus adsunt honoris ecclesiastici signa: et quæ de eo innotuerunt, data fuerunt a decessoribus nostris in Commentario de S. Bernardo* (7).

(1) Calendar of Irish Saints, pag. 161 et seqq. — (2) Cfr Beka, Historia Ultrajectina, pag. 136. — (3) Ibid. pag. 21 et 22. — (4) Heda, Historia episcoporum Ultrajectinorum, pag. 43. — (5) Hist. episcopatus Ultrajectini, tom. I, pag. 6. — (6) Annales Cisterc. ad an. 1161, cap. V, num. 3, tom. II, pag. 353. — (7) Acta SS. tom. IV Augusti, pag. 225.

A B. Egbertum, conversum Villariensem in Brabantia, *laudat hac die Henriquesius in Menologio Cisterciensi, quod patrum ordinis libenter audiebat et libentissime æmulabatur virtutes; in quibus celeber evaserit, ab omnibus ut sanctus laudatus et a Christo cum ingenti cælitum comitatu visitatus. Hinc derivatum est hoc encomium in Menologium Benedictinum Bucelini, in Vitas hispanicas sanctorum ordinis S. Benedicti Herreræ, in Menologium Benedictinum germanicum Lechleri et in alios hujusmodi libros; quin etiam, quod longe majoris momenti est in Martyrologium ms. Villariense, quo in choro utebantur illi monachi et quod nunc in musæo nostro asservatur. Sed animadvertendum est hoc Martyrologium non solum centum annis antiquius non esse Urbanianis decretis, sed integro saltem sæculo esse posterius, ut ex charta et scriptura manifestum est. Deinde nuspiam apparet præclari hujus viri tumulum aut imagines in honore fuisse aut quidquam fuisse factum quod cultus ecclesiastici indicium sit,*

B *præter annuntiationem illam martyrologicam, plane illegitimam. Demum ignoratur omnino quomodo in notitiam Egberti nominis devenerit Henriquesius : in annotatis citat* Librum de claris luminaribus Villariensis cœnobii *et* Chronicum Villariense; *sed hoc Chronicum et ille Liber una et eadem est lucubratio, quam Martenius* (1) *edidit cum titulo* Historiæ monasterii Villariensis in Brabantia ordinis Cisterciensis, libris tribus distincta : *quorum primus continet Vitas abbatum, secundus monachorum, tertius conversorum. Atque ad finem tertii hujus libri venit caput* XIII, *quo referuntur illius conversi laudes. Sed dicitur* conversus quidam de domo Villariensi pistoriæ artis; *titulus vero est :* De quodam fratre pistore; *ita ut in exemplari, quo usus est Henriquesius, aut in eo, quod descripsit Martenius, Egberti nomen non legatur. Eum itaque prætermittere cogimur.*

Rainerium, monachum Cassinensem et martyrem;

Mamilanum seu Maximilianum, abbatem Hi-

C spanum;

Agilbodum, monachum Bobiensem; *et*

Joannem et Candidum, discipulos B. Mariani, *annuntiat hodie Bucelinus in Nomenclatore Menologii Benedictini; quo Nomenclatore conclusit multa ignota nomina. Sed in auctoritatem hujus Nomenclatoris hoc loco inquirere nolumus, satis habentes annotare nullam ex illis videri assecutum umquam ecclesiasticos honores.*

Gregorium Sayrum, *monachum benedictinum Anglum, qui anno* 1602 *in S. Georgii Majoris monasterio obiit, et*

Em. V. Joannem Bonam, *ex abbate generali Cisterciensi S. E. R. cardinalem creatum, literis et sacræ antiquitatis scientia insignem, laudat hac die Schindelius in Menologii Bucelini Supplemento; sed ambo cultu ecclesiastico carent, neque actum est de iis inter sanctos recensendis.*

Silvanum Boselli, fundatorem eremi Camaldulensis S. Josephi prope Vindobonam in Austria, *vita functum anno* 1679, *laudat hodie* D *Basilius Duverchius in Diario Camaldulensi. Numquam ecclesiasticum cultum adeptus est venerabilis vir.*

B. Briolaya virgo, quæ, nuptias ipsi a parentibus propositas et sæculi commoditates fastidiens, Christo virginum sponso dulciter adhæsit et in cœnobio Eboracensi in Lusitania habitum Cisterciensem assumpsit; ubi continuum silentium omnium admiratione sanctissime custodivit, *laudatur hodie ab Henriquesio in Menologio Cisterciensi et secundum eum a Bucelino, Herrera, Lechlero, Cherlio aliisque menologis Benedictinis. His omnibus præivit Bernardus de Brito, qui in Annalibus ordinis Cisterciensibus, quos anno* 1602 *sex libris Ulyssipone edidit, tomo I, lib.* V, *cap.* 33, *ejus Vitam lusitanice edidit. Sed nullum cultus ecclesiastici vestigium deprehendimus, quamquam hæc virgo circa annum* 1500 *diem obiverit.*

Apolloniam de Odescalchis, *monialem in Comensi S. Laurentii abbatia,* beatæ *titulo donat hodie Robertus Schindele in Supplemento ad Bucelini Menologium Benedictinum, quasi Tattium in Sanctuario Novocomensi secutus; sed reapse in hoc Sanctuario nihil de Apollonia reperi.* E

Michael Lazarum, *qui anno* 1570 *vestem FF. Prædicatorum in conventu Valentino induit atque anno* 1602 *in festo apostolorum Simonis et Judæ ad tumulum deposuit, postquam diu magistri novitiorum gravissima munia præclare fecisset, celebrant hodie Marchesius et Emmanuel a Lima in Sacro Diario et in Hagiologio Dominicanis, Lopesium, Pium aliosque secuti. Sed desunt cultus indicia.*

Robertum a Saxonia, *anno* 1278 *pientissime vita functum;*

Petrum Carolum, *fratrem B. Mauricii ex sanguine regio Hungarræ, pie mortuum anno circiter* 1300;

Moniales viginti et unam, *omnes fere eodem morbo circa annum* 1500 *in monasterio S. Mariæ in Medimna Campestri extinctas;*

Joannam Baptistam Martel, *monialem monasterii SS. Rosarii, Darocæ, provincia Va-* F *lentina;*

Agnetem Comor, *matrem monasterii Cæsaraugastani S. Agnetis, provincia Aragonensi, præsenti die, anno* 1568, *ad cælos progressam;*

Mariam a S. Helena, *unam ex fundatricibus conventus Hispalensis S. Mariæ Gratiarum, circa annum* 1590 *hujus vitæ miseriis ereptam; et*

Franciscum Varo, *natione Hispanum, professione presbyterum, cum tribus aliis sui ordinis alumnis anno* 1668 *in carcerem a Sinis conjectum, (de quibus postea nihil amplius auditum est), accenset hodie Michaeli Lazaro Emmanuel a Lima in Hagiologio suo Dominicano, Robertum a Saxonia et Petrum Carolum beatos nuncupans, reliquos laudans a virtutibus; sed neque de duorum priorum cultu ecclesiastico nobis constat.*

Benedictum a Piratro, *qui S. Francisco mo-*

(1) Thesaurus anecdotorum, tom. II, col. 1267 et seqq.

A *rienti adstitit, laudant hodie Arturus et Hueberus in Menologiis Franciscanis.* Beati *titulo ornat eum Arturus; sed Hueberus, Urbani VIII decretorum minus negligens, ab eo abstinet; et quidem Gonzaga, qui tantum FF. Minorum agmen inter sanctos motu proprio retulit, Benedictum a Piratro catalogo suo non inscripsit; neque Waddingus, qui ad annum* 1229 *Benedicti meminit, eum sanctis accenset.*

B. Galli confessoris Strigonii in Hungaria *natalem celebrat hodie Arturus in Menologio Franciscano; laudans eum quod* tanta *ejus* extitit sanctitas, ut pulvis ex ejus sepulcro haustus infirmos sanaverit. *Quam laudem jam pridem ei dederant Marcus Ulyssiponensis et Waddingus; postmodum vero Hueberus in Menologio S. Francisci ad diem* 20 *novembris. Sed Marcus, Waddingus et Hueberus vocant eum non* beatum, *sed* devotissimum *fratrem. Gonzaga tamen, non minus liberalis in beatificandis ordinis suis alumnis quam Arturus, medio sæculo ante hunc Gallum jam* beatum *ap-*
B *pellaverat. Profecto apparet Galli sepulcrum in magna fuisse veneratione : sed hæc veneratio ideo ecclesiastica non fuit; multo minus perennis, quum Turci, Strigonio multos annos potiti, omnia religiosa loca violaverint, neque pepercerint FF. Minorum conventui.*

Joannem a Cordovilla, *qui Calpe in territorio Gaditano adulto sæculo* XVI *diem obiit, laudant hodie Arturus, augens eum titulo* beati, *et Hueberus, ab hoc titulo abstinens, in Menologiis Franciscanis. Ecclesiasticum cultum sortitus est numquam.*

Alexandrum Vironensem, *qui Pistorii in Thuscia diem clausit extremum, rerum cælestium contemplatione clarus ;*

Germanum Auberti, *aliquando commissarium generalem apud Observantes Ultramontanos, qui Sagii in Normannia circa annum* 1460 *decessit ;*

Thomam a S. Antonio, *qui anno* 1540 *Romæ in conventu Aræcæli vita functus est ;*

Didacum de Moncado, *inter Discalceatos Alcantarinos a mutuo cum B. Maria Virgine*
C *commercio celebratum ;*

Petrum Xendai *et* Thomam Sacajuro, *anno* 1630 *Nangasachii in Japonia martyrio affectos atque ante aut post mortem tertio ordini S. Francisci adscriptos ;*

Georgium Wilbergium *et* Henricum Brisium, *anno* 1635 *Confluentiam inter et Moguntiam ab hæreticis interfectos; et*

Ludovicam ab Ascensione, *Carrioni de Comitibus in territorio Palentino abbatissam, quæ anno* 1636 *vitam plane mirabilem absolvit, laudat hodie Hueberus in Menologio Franciscano; nullum ex his* sanctum *aut* beatum *appellans. Aliquot ex eis celebrat Arturus aliis diebus, pro more eos* beatos *nuncupans; sed improvide, quum ne initium quidem cultus ecclesiastici exstiterit.*

Eadem die Lugani translatio sanctorum martyrum Æmiliani, Valentini, Lazari et Antonii cum plurimis aliis sacris lipsanis, quæ delata ex urbe in ecclesia sanctissimæ Trinitatis *FF. MM. Capuccinorum* condita sunt et ho- D
die, *anno* 1657, confluentibus undique populis, exposita, dignam in eo tractu venerationem, *maxime ultima die dominica mensis octobris,* habere cœperunt. *Hæc ad hanc diem Primus de Tattis in Sanctuario seu Martyrologio Novocomensi; qui et monet P. Antonium Mariam a Lugano Romæ alia multa sanctorum corpora partim aut integra collegisse et in patriam asportasse. Sed quum horum martyrum, omnium (ni fallor) cœmeterialium, passio nos plane lateat, cogimur eos præterire, felicioribus ingeniis permittentes eorum gestorum, temporum et beatæ mortis examen.*

Ipsa die, apud Dungum, in ecclesia S. Mariæ, cui cognomen a Flumine, translatio pariter SS. Christi martyrum Dionysii pueri et Salvatoris, Romanorum, quorum corpora, olim ex cœmeteriis Urbanis elevata et Novocomum asportata, hac die magna populorum frequentia per oppidum delata sunt et postremo una cum unius sancti innocentis corpusculo in sacello D. Antonii Patavini honorifice collocata. *Hactenus idem ille Tattius in eodem* E
Sanctuario ; ubi docet anno 1653 *præsenti die has exuvias solemni pompa fuisse circumlatas.* Salvator *proculdubio nomen novum est; et quum plerique pueri, in cœmeteriis Romanis sepulti, anonymi sint, suspicamur hoc quoque nomen impositum fuisse ab episcopo Porphyrensi. Ne vero lectori singulare videatur Dionysium puerum inter martyres recenseri, monebimus eum quintam saltem partem martyrum cœmeterialium septennio minores esse.*

S. Febroniæ, imperatoris Heraclii filiæ, *memoriam ad hanc diem agunt Menæa græca; quæ sequuntur Sirletus, Arturus in Gynecæo et Ferrarius. Sirmundi vero Synaxarium, ut in Prætermissis diei* 27 *dictum est, uno die antecedit. Infelici quidem conjectura suspicatus est Cangius, in Familiis Byzantinis, Febroniam unam esse ex duabus filiabus, quas, patre in Persas bellum gerente, circa annum* 631 *obiisse narrat Nicephorus Patriarcha. Nulla enim ex Heraclii filiabus tum ætate satis provecta fuit ut elogio Sirmundiano ornaretur :* Memoria F
venerabilis matris et thaumaturgæ Febroniæ, quæ fuit filia Heraclii imperatoris. *Eudocia enim seu Epiphania, filia Heraclii natu major, anno* 611 *lucem vidit, ut docent Theophanes* (1) *et Chronicon Alexandrinum* (2). *Verum faciliore opera Cangii opinionem evertemus, quam aliam in medium afferemus. Quum enim nomen vulgo mutarent monachæ apud Græcos, quando angelicum habitum accipiebant, sub nomine Febroniæ latet forsan Eudocia illa, quæ, Turcæ principi primum desponsata* (3), *postea Omaro Saraceno duci negata* (4), *deinceps ab historicis prorsus silentio præteritur. Sed quandoquidem æqua veri specie de Augustina et Marina, quæ paulo ante mortem patris Augustæ sunt appellatæ* (5), *idem conjici potest, ut taceam alias conjecturas, quas nemo non poterit suggerere, pluribus supersedeo. Verum extra Prætermissos ve-*

(1) Chronogr. pag. 250, ed. P. — (2) Pag. 383, ed. P. — (3) Niceph. Patr. de rebus post Mauricium gestis, pag. 11, 12 et 13, ed. P. — (4) Ibid. pag. 17. — (5) Ibid. pag. 15.

nerabili

A *nerabili monachæ locum concedendus non est, quoniam ejus nos Acta latent.*

Athanasium, *patriarcham Cpolitanum, sæculo* XIII *et* XIV, *cujus Vita invenitur in Paterico montis Atho anno* 1860 *Petriburgi edito, hic tantum commemoramus, quoniam omnium nominum, quæ in calendaria quævis admissa sunt, aliqualem rationem habere volumus. Patet vero in nostro opere locum non esse concedendum Vitæ hominis schismatici; de quo consule Cuperum in Historia patriarcharum Cpolitanorum* (1).

Demetrium Rostoviensem *quamvis maximis efferant laudibus, qui de Russicæ ecclesiæ sanctis scripserunt, operi nostro inserere, etiam si documenta necessaria in promptu essent, non censeremus. Qui enim sæculo decimo septimo exeunte et ineunte decimo octavo apud Russos dignitate metropolitana auctus est, non potest non schismaticis annumerari; de quorum profecto virtutibus et genuina pietate judicare nobis non licet, sed soli Deo, qui, singulorum per-*

B *specta simplicitate et bona fide, novit quid alios a schismate, alios ab ipso hæresis crimine excusare possit. Quamobrem hæc certissima nostra lex est nefas nobis esse huic hominum generi publicum cultum exhibere aut exhibitum ut legitimum agnoscere. Qui autem de celeberrimo illo hagiographo notitiam aliquam cupit, adeat Annum Græco-Slavicum ad hanc diem.*

Abdiam, *episcopum Babylonis in Assyria, Martyrologio suo Maurolycus et Catalogo suo generali Ferrarius inseruerunt, secuti (ut videtur) auctoritatem Petri de Natalibus; qui tamen, licet breviter post enarratam passionem SS. Simonis et Judæ de Abdia quasi historico loquatur, nihil de cultu aut die natali addit* (2). *At præterquam quod Maurolyci et Ferrarii testimonium non sufficit ad vindicandos Abdiæ ecclesiastici cultus honores, dubium non est istum Babylonis episcopum numquam nisi in fabulosis Actis SS. Simonis et Judæ exstitisse, ac proin quæ de eo feruntur in nostro opere seorsim declaranda non esse.*

C S. Gumbaldum *hodie commemorari a Camerario Henschenii manu annotatum reperio. Nuspiam alibi mihi hoc nomen sanctis accensitum occurrit.*

SS. Quintus, Felicianus, Sancinctus, *immo* Hyacinthus, *martyres in Lucania, celebrantur hodie errore unius diei in editione Usuardi Greveni* (3); *sed eos cum plerisque martyrologiis referimus ad diem sequentem,* XXIX octobris.

S. Nune et Mane, *sociæ virgines, hodie ab Armenis celebrantur. Prior est illa sancta christiana ancilla, quæ, ut traditur in Martyrologio Romano,* virtute miraculorum gentem illam tempore Constantini ad fidem Christi perduxit. *S. Mane, ejus socia, Armenis tantum nota est. Porro de utraque, sicut et de Iberorum conversione, agendum nobis esset ad diem* 15 *decembris, qua in ecclesia latina, tacito nomine,* S. Nune *aut* Nino (4), D *ut cum Iberis ipsis loquamur, colitur. Verum cum hucusque Armeniacæ et Georgianicæ ecclesiarum fasti sacri, adeoque historia a nostro opere, propter documentorum defectum, abfuerint, in animo nobis est ad finem hujus mensis de harum gentium ad fidem Christi conversione et de primis eorum apostolorum et martyrum fusius agere. Exspectet ergo studiosus lector usque post diem* XXXI *octobris.*

S. Ludovici Morbioli, pœnitentis Bononiensis Italia, *memoriam hodie faciunt Ferrarius in Catalogo generali sanctorum, ejus Vitam, Bononiæ impressam, secutus et Sigonium in Episcopis Bononiensibus. Quam viam quoque iniit Castellanus, auctoritate tum Ferrarii, tum Sigonii. Hujus enim scriptionem, a cardinali Paleotto ad se missam, Surius aut potius Mosander Vitis sanctorum inseruit ad diem* 28 *octobris; quæ dies, tamquam emortualis, in Sigonii lucubratiuncula legitur. Neque inde declinavit qui Ferrarii Catalogum sanctorum Italiæ, B. Ludovici aliorumque cælicolarum Vitis* E *auctum, Bassani sæculo superiori edidit cum titulo Hagiologii Italiæ. Sed alii tradunt beatum virum e vivis recessisse die* 7 *novembris, alii die* 9 *ejusdem mensis: in quam posteriorem diem S.R.C., quum anno* 1842 *ejus cultum perpetuum approbavit, indixit ejus festivitatem. Quid itaque? Re quidem vera festorum lege, quæ sæpe nititur necessaria natalium translatione, nos constringi non patimur, nisi inscripta sint Martyrologio Romano; sed diei* 9 *novembris favet Joannes Baptista Mantuanus; qui non multo post mortem B. Ludovici laudes carminibus conscripsit et Innocentio VIII dicavit. Ita enim cecinit:*

Nona pruinosi jam lux erat orta novembris,
Cum levis ad Patrem se tulit umbra suum.

Hanc elegiam denuo edidit Mellonius (5); *qui et singulari cura universa B. Ludovici gesta prosecutus est. Ejus scriptionem videat lector, donec in opere nostro de beatissimo viro dicatur ad diem* IX novembris.

S. Probum, episcopum et confessorem Raven- F natensem, *celebrat hodie ex tabulis seu kalendario liturgico Ravennatensi Galesinius. Miror hanc memoriam ad præsentem diem, cujus quippe nullam occasionem reperiam. Sed ea res accuratius examinari poterit ad diem, qua secundum Martyrologium Romanum S. Probi Acta illustranda erunt,* X novembris.

S. Motiferi seu Mocuferi commemorationem in Scotia *annuntiat hodie Challoner in Martyrologio Britannico* (6) *: addens* eum unum esse ex duodecim viris apostolicis, qui operam suam S. Columbano accommodarunt in conversione Pictorum. *Non est itaque alius ac S. Tochannu Mocufircetea; qui* Tochannu *est idem ac* Dochonna *seu* Mochonna; *qui Mochonna in calendariis scoticis latinis in* Mauricium *seu* Macharium *mutatus est: li-*

(1) Acta SS. tom. I Augusti, pag. 169 et 172. — (2) Catal. SS. lib. IX, cap. 116. — (3) Sollerius, Martyrologium Usuardi, pag. 615. — (4) Annus Græco-Slavicus, ad 14 januarii; Brosset, Histoire de la Géorgie, 1re partie, pag. 89 et seqq. St. Pétersbourg, 1849. — (5) Atti o Memorie degli uomini illustri in santità nati o morti in Bologna, tom. III, pag. 121-166, 416-427. — (6) A Memorial of ancient British piety, pag. 150.

cet

A *cet præfixa* to, do, mo *(meus) particula sit Celtis propria, affectum exprimens et nihil cum Mauricio aut Machario commune habens.* Mocufircetea, *quod aliqui ita dividunt* Mocufir-cetea, *legendum est* Mac-u-Fircetea: *cognomen est, quod complures Scoti in nomen proprium converterunt* (1). *His itaque declaratis, manifestum est de hoc sancto agendum esse ad diem, quo in kalendariis Scoticis S. Mauricius seu Macharius inscriptus est,* XII novembris.

S. Parasceviam Polocensem, *a B. Gregorio X Romano Pontifice, ut ferunt, in sanctorum canonem relatam, et die* 12 *novembris a Ruthenis cultam, Papebrochius suspicatus est in Ephemeridibus Græco-Moschis die* 28 *octobris depingi; verum res nimis dubia est, et cæterum auctor Anni Græco-Slavici, qui ad eamdem diem præcipua hujus sanctæ virginis gesta breviter collegit, totus est in asserenda contra Assemanium distinctione* Parascevem *inter et* Euphrosynam, *potius quam in defendenda Papebrochii conjectura, quam et ipsi parum firmam visam*

B *esse ex ejus verbis patet. Tutius itaque erit de ea agere ad diem* XII novembris.

B. Chilleni, qui de Scotia a S. Pharone in provinciam Atrebatensem missus, ipsam sana sua doctrina et miraculorum signis Christo acquisivit, *natalis seu memoria celebratur hodie a Greveno in Usuardi Martyrologii editione. Unde hæc eadem memoria ad præsentem diem recepta est in Martyrologium Canisianum Walasseri et in Catalogum generalem sanctorum Ferrarii. Verum hic sanctus idem est ac S. Kilianus, qui Albiniaci quiescit et cujus Vitam, summa diligentia collectam, quinque abhinc annis edidit V.V. A. Cuvillier, Atrebatensis presbyter. Quum itaque hodie non recolatur S. Kilianus nisi propter S. Faronis Meldensis societatem, dicemus de eo ad diem, qua potissime colitur,* XIII novembris.

S. Parascevia Iconiensis, *megalomartyr, colitur hodie a Slavis omnibus, Bulgaros si excipias. De ea breviter dictum est in Auctario ad diem* 14 *octobris* (2); *ubi et hæc adjecta sunt :* De Iconiensi autem mar-

C tyre ad diem 28 octobris, quo eam a Ruthenis commemorari diximus, dispici poterit utrum eo die danda sit, an vero etiam ipsa ad 14 novembris transmittenda. *Ut his promissis fieret satis, excussimus quæ de hac sancta apud Slavos feruntur, et ad hoc devenimus ut* Parasceven *Græcorum*, Parasceven *item Iconiensem Slavorum*, Veneram *Italorum, unam eamdemque personan esse credamus, cujus gesta, ex hominum memoria pridem deleta, fabulis locum fecerunt, ac juxta ordinem in nostro opere statutum examinanda venient cum Martyrologii Romani annuntiatione ad diem* XIV novembris.

Encænia S. Romani. *Ita habent Menæa quædam incertæ originis, quorum excerpta in bibliotheca regia Bruxellensi inter Bollan-* D *dianas reliquias asservantur; pro quibus, memoriæ aut calami lapsu, Mazarinæa laudavit Joannes Martinov. Porro ædem S. Romani ædificavit B. Helena* (3), *ac postea collapsam a fundamentis iterum excitavit Basilius Macedo* (4). *Incertum quidem putat Cangius* (5) *utri dicata fuerit, Romanone poetæ, quem* 1 *octobris colunt Græci, an Romano martyri, cujus apud Latinos et Græcos die* 18 *novembris memoria servatur. Verum tollitur dubitatio, ex loco Synaxarii infra afferendo, unde discimus* S. Romani *martyris propriam ecclesiam Cpoli exstitisse, dum ex eodem codice ad* 1 *octobris docemur S. Romanum poetam in ecclesia Deiparæ, a Cyro ædificatæ, præcipue honoratum esse* (6). *Ab illa ecclesia non procul distabat Porta S. Romani, in urbis historia notissima, quam nunc* Topcapoussi (porte du Canon) *vocari Leunclavius* (7) *et Crusius* (8) *jure asserunt. Regionis autem nomen, ad quam porta et ecclesia a* S. Romano *dictæ pertinent, in fine* E *elogii ejusdem sancti in Sirmundi Menæis invenimus, ad diem* 18 *novembris :* Ejus festus dies agitur in propria ecclesia ἐν τοῖς Ἐλεβίχου. *Situs hujus regionis hucusque a scriptoribus, qui de veteri Cpoli tractant, determinari non potuit, quum semel tantum in editis libris occurreret, nimirum in subscriptionibus Concilii Cpolitani, sub Menna anno* 526 *habiti* (9). *Nunc vero ex hoc loco synaxarii manuscripti, in urbis occidentali tractu, media inter Propontidem et portum indicatur. Appellationis autem origo verisimilius referenda est ad Helebichum, quem cum S. Gregorio Nazianzeno Libanii auditorem fuisse conjicimus* (10), *et qui postea, Libanio Antiochiæ relicto, Cpolim profectus* (11), *Juliano imperante, muniis publicis functus est* (12), *ac tandem sub Theodosio I ad summos honores militares pervenit* (13), *ita ut ipsi demandata fuerit cura in Antiochenos rebelles inquirendi* (14). *Ut igitur a Promoti ducis villa suburbium quoddam ad Bosphorum nomen suum accepit, et a Domnini porticibus regio urbis nuncupata est, sic ab Hele-* F *bichi possessionibus tractus adjacens ecclesiæ S. Romani ad ultima tempora imperii Cpolitani vocatus est* τὰ Ἐλεβίχου. *Hactenus de ecclesia cujus Encænia hodie celebrata fuere; de sancto autem agemus ad diem ejus propriam* XVIII novembris.

S. Anna Junior, *discipula S. Stephani Junioris Martyris, hodie commemoratur in Menæis Sirmundianis propter hunc Stephanum, S. Stephano Sabaitæ Poetæ substitutum. Dicetur de ea, quum magistri Acta illustrabuntur, ad diem* XXVIII novembris.

S. Stephanus monachus *sæculi* VIII *adulti celebratur hodie in pluribus libris liturgicis aut hagiographicis : sed in aliis fingitur* S. Stephanus Junior, MARTYR, *qui die* 28 *no-*

(1) Reeves, Life of St. Columba, pag. 246. — (2) Pag. 59, num. 1. — (3) Codin. de Ædif. pag. 49, ed. P. — (4) Theoph. Cont. lib. V, num. 82, pag. 199, ed. P. — (5) Cplis christ. lib. IV, pag. 133, ed. P. — (6) Acta SS. tom. I Octobr. pag. 56. — (7) Pandectæ hist. Turc. pag. 479, ed. P. — (8) Turcogræcia, lib. I, ann. 23, pag. 31. — (9) Labbe, Concilia, tom. V, col. 116. — (10) Cfr Libanii epist. 787, pag. 372, ed. Wolfii; S. Gr. Naz. tom. III, epist. 223, ed. Migne. — (11) Libanii ep. 816, pag. 383. — (12) Ep. 787, pag. 373, et ep. 843, pag. 396. — (13) Cod. Theod. lib. IX, tit. XXXIX, lege 1, cum comm. Gothofredi. — (14) Theodoreti Hist. eccl. lib. V, cap. 19, ed. Halensis; Niceph. Call. lib. XII, cap. 144.

vembris

A *vembris anni* 767 *mortem pro sanctarum imaginum cultu oppetiit; in aliis* S. Stephanus Sabaïta; *in pluribus autem hi duo diversissimi sancti in unum confunduntur. Genuina festivitas S. Stephani Sabaitæ. Sed sunt duo hujus nominis sancti coævi : alter* THAUMATURGUS, *mortuus anno* 794 *et ad diem* 13 *julii, qua colitur, in opere nostro illustratus; alter vero aliquot annis posterior, dictusque* POETA *et præsenti cultus die. Quæ omnia in Sylloge de hoc tertio S. Stephano inferius declarabimus, hoc unum impræsentiarum denuo monentes hodie agi natalem S. Stephani Sabaitæ* POETÆ; *alterius S. Stephani Sabaitæ, qui et* Thaumaturgus, *Acta legi in opere nostro ad diem* XIII julii; *et demum in eodem dictum iri de S. Stephano Juniore* Martyre *ad diem*

XXVIII novembris.

S. Eusebiæ, virginis et abbatissæ, translationem, *olim Marcianis factam, commemorat hodie Molanus in Indiculo sanctorum Belgii, et secundum eum Wion in Ligno Vitæ, Menardus in Martyrologio Benedictino,*
B *Bucelinus in Menologio Benedictino, Herrera in Vitis hispanicis sanctorum ordinis S. Benedicti aliique; cui S. Eusebiæ addit Arturus in Gynecæo S. Gertrudem viduam. Jam ad diem proxime præcedentem monui in opere nostro dictum iri de illa S. Eusebiæ translatione ad diem ejus natalem* D

XVIII novembris;

et de S. Gertrude ad diem VI decembris.

S. Josephi, filii Jacob, translati in Britanniam, *memoria recolitur hodie in editione Hagenoyensi Usuardi Martyrologii. Verum in nullis libris hagiologicis de Britannia Majori aut Minori quidquam ea de re reperio. In recentioribus aliquot fastis memoratur S. Joseph ad diem* 30 *martii, aut ad diem* 28 *maji, seu etiam ad diem* 25 *martii, Christi incarnatione et morte consecratam, cum omnibus sanctis veteris Testamenti. Petrus de Natalibus posuit ejus nomen post diem* 5 *februarii, qua Quinquagesimæ spatium incipit. Grevenus, Surius et secundum hunc Hadrianus Baillet* (1) *ejus celebrarunt memoriam ad diem* 11 *decembris. Græci, qui tamen amant insignibus utriusque Testamenti nominibus fastos suos onerare, et Baronius, qui in Martyrologium Romanum plures recepit præclaros veteris Testamenti viros, S. Josepho recolendo nullum assignarunt diem, nisi quod in uno slavico et in quatuor græcis calendariis aut* E *menæis ejus legatur nomen ad diem* 29 *octobris. Quæ quum ita sint, habueritne umquam cultum ecclesiasticum legitimum diligentius inspici ad diem* XXIX octobris *aut ad*

XI decembris

(1) Vies des saints de l'ancien Testament, pag. 744.

DE S. SIMONE, APOSTOLO ET MARTYRE

IN PERSIDE

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. V. H.

§ I. Fasti sacri variis diebus celebrant Sanctum; qui a Thaddæo apostolo, a Simeone Hierosolymitano et a Nathanaele distinguen-
C dus est.

F

SÆC. I. *In Ecclesia latina* SS. Simon *et Thaddæus conjunctim,*

Martyrologium Romanum, sicut et alia in Ecclesia latina composita, una celebritate duos apostolos Christi, Simonem *et Judam recolunt. Sunt tamen nonnulli, qui, teste card. Baronio in Notis ad Martyrologium Romanum ad hanc diem, suspicantur, mendosum esse codicem, ex quo hodierna annuntiatio desumpta est : quasi nempe dicere deberet :* Natalis Beati Apostoli Simonis, qui et Judas vocatur. *De confusione utriusque Apostoli in unam personam agemus paulo infra. Ad vindicandam autem lectionem, quæ duos distinctos Apostolos ponit, unum dixisse sufficiat. Videlicet, si die* XXVIII *octobris solus* Simon *ponatur, quo tandem alia die in Fastis Ecclesiæ latinæ festivitas S. Judæ Thaddæi reperitur? Nemo certo existimaverit, hunc Apostolum in Albo Sanctorum omissum fuisse. Itaque pro hac die utriusque Apostoli* Simonis *et Judæ annuntiatio admittenda est. Maxime quum in Martyrologio Hieronymiano, a Florentinio edito, eadem festivitas aliis diebus annuntiatur, sed semper conjunctos quidem, at distinctos, refert duos Apostolos. Sic* III *kal. julii legitur :* In Perside natalis Apostolorum Simonis et Judæ; *et ipsis kalendis julii :* In Perside passio Sanctorum Apostolorum Simonis Cananæi et Judæ Zelotis. *Nuspiam igitur hi duo separati leguntur in Ecclesia latina. Ast alio modo in Græca; ubi die* X *maji colitur* S. Simon; *Judas vero* XIX *junii, ut videre in obviis kalendariis et menæis. Singulare habet kalendarium CP, utpote, quod ad diem* XX *augusti signit* certamen Sancti Apostoli Thaddæi (1), *quin hic aut alibi ullam* S. Simonis *mentionem faciat. Simile quid est in kalendario marmoreo Neapolitano, quod ad diem* XXVI *maji annuntiat solum Judam :* P[assio]

(1) Morcelli. Kalend. C. P. tom. II. pag. 216.

S.

AUCTORE J. V. H.

S. Jude apli (1) : *nihilominus idem kalendarium ad diem* I *julii scribit* : NT (*natalis*) S. Sumonis et Jude ap. *Imo ad diem* X *septembris redit* S. Simon : Passio S. Simonis ap. (2).

in Ecclesia Græca separatim coluntur;

2 *Sed præter varietatem Fastorum sacrorum in conjungendo aut dissunjendo hos duos Apostolos, sunt etiam aliæ difficultates, quæ ipsam personam* S. Simonis *attingunt. Imprimis Card. Baronius ad an.* 68 § VI *dicit, S. Hieronymum in unam confudisse personam* Simonem *et Judam, cum Commentarii in Epist. ad Galat. lib.* II *cap.* 4 *dicit* (3) : Bonum zelum legimus..... Apostoli Judæ, sed non proditoris, qui ob insignem zeli in se virtutem etiam Zelotis nomen accepit. *Similiter in libro adversus Helvidium de Perpetua Virginitate B. Mariæ cap.* 13 *dicit* (4) : Judas Zelotes in alio Evangelio Thaddæus dicitur. *Eamdem opinionem habuisse Sophronium, scriptorem sæculi* IV (5), *testatur S. Hieronymus in suo libro de Scriptoribus Ecclesiasticis seu de Viris Illustribus, quatenus videlicet græca libri versio sincera sit. In ea autem versione legitur* (6) : Simon Chananæus, cognomento Judas, B frater Jacobi episcopi, qui et successit illi in episcopatum post obitum Jacobi, cognomento Justi, vixit annos viginti supra centum. Crucifixus autem sub Trajano imperatore, mota persecutione gravi, dormivit. *Quamvis hæc ita se habeant, non credo tamen Hieronymum sive Sophronium ita errasse, ut duos Apostolos* Simonem *et Judam in unam confuderint personam. Etenim paginæ Novi Testamenti Apostolos* Simonem *et Judam Thaddæum ab invicem distinguunt. Sic Matth.* X, 3 *et* 4 : Thaddæus, Simon Cananæus et Judas Iscariotes. *Neque suspicari quis potest, nomini Thaddæi, quasi appositum esse* Simonem Cananæum : *nam binaria ponuntur Apostolorum nomina, interjecta particula* et : *dein paulo infra* v. 5 *dicit Evangelista* : Hos duodecim misit Jesus. *Si autem non distinguitur* Simon *a Thaddæo jam duodenarium numerum non habemus. Eumdem numerum etiam retinet Marcus* III, 14 *et* 18 *dum dicit* : Et fecit, ut essent duodecim cum illo... et Jacobum Alphæi, et Thaddæum et Simonem Cananæum. *Nihilominus infra* VI, 3 *dicunt Judæi* : Nonne hic est faber, filius Ma- C riæ, frater Jacobi et Joseph et Judæ et Simonis? *Distinguitur quidem Judas a Simone : sed alia est quæstio, infra examinanda, an Simon qui cognatione Dominum Jesum attingit, idem sit ac Apostolus noster. Lucas* VI, 13 *et* 15 : Elegit duodecim ex ipsis (quos et Apostolos nominavit)... Jacobum Alphæi et Simonem, qui vocatur Zelotes et Judam Jacobi, *Eodem modo Act.* I, 13 *recensentur Apostoli, inter quos* Jacobus Alphæi et Simon Zelotes et Judas Jacobi. *Ex hisce omnibus certissime constat,* Simonem *Cananæum sive Zelotem et Judam Thaddæum duos esse distinctos Apostolos.*

S. Simon, *a S. Thaddæo distinctus,*

3 *Sed est altera quæstio longe difficilior : utrum videlicet* S. Simon *Apostolus frater S. Jacobi fratris Domini fuerit, adeoque ejus in sede Hierosolymitana successor. Non moror varietate nominis : promiscue apud antiquos Apostolus* Simon *et* Simeon *scribitur, vicissim Hierosolymitanus episcopus, S. Jacobi successor et Simon et Simeon appellatur. Nam, teste Origene in Commentario in Matthæum Tractatu* XXIII (7) secundum proprietatem hebraici sermonis et Simon, quoniam iisdem literis scribunt Hebræi et Simeonis nomen et Simonis. *Omissa igitur cavillatione de nomine, rem ipsam proprius inspiciamus. Florentinius in Indiculo Apostolorum, in fronte Martyrologii excuso, speciali commentario monstrari conatus est,* Simonem Cananæum, pariter eum Juda, cognomento Zelotem, unum ex Domini fratribus, et eumdem cum Simeone episcopo Hierosolymorum fuisse, ac in Perside crucis martyrio coronatum (8). *Probat imprimis Florentinius etiam Judæ nomen Zelotis appositum fuisse : equidem magnopere non repugno : sed ipse se suis verbis jugulat dum dicit, Simonem Zelotem appellatum* a patria, Cana *enim* zelus interpretatur : *ast* Judam Zelotem præcipue dictum esse a virtutis amore, quamquam non negavit Cananæum; *sed nec affirmavit. Nihil itaque argumenti desumi potest ex communitate nominis, quando diversam in diversis personis habet causam : ac propterea etiamsi S. Judæ Thaddæo nomen Zelotis apponatur, nullam cum* S. Simone *Apostolo connexionem sive patriæ sive consanguinitatis indicat.* D E

non fuit frater S. Jacobi, episcopi Hierosolymorum

4 *Ast efficacius deducit argumentum Florentinius ex auctoritate S. Hippolyti qui tempore Alexandri Severi, adeoque primo quadrante sæculi tertii floruit, si tamen scriptum vero ad Hippolytum pertinet. Hic autem agens de duodecim Apostolis ac* ubinam quisque prædicaverit ac ubi consummatus sit, *de Simone agens, dicit* (9) : Simon Cananæum filius Cleophæ, qui et Judas, post Jacobum Justum creatus Hierosolymorum episcopus, obiit, sepeliturque eodem loco, quum annos centum viginti vixisset. Σιμων ὁ Κανανιτης ὁ του Κλωπα, ὁ και Ἰουδας, μετα Ἰακωβον τον Δικαιον ἐπισκοπος γενομενος των Ἱεροσολυμων, ἐκοιμηθη και θαπτεται ἐκει, ζησας ἐτη ρκ'. *Si Florentinio tanta est auctoritas S. Hippolyti, utpote testis antiquissimi, non video quo arbitrio, admissa una parte testimonii, rejiciat alteram. Nam nulla fit mentio martyrii, imo vox græca* ἐκοιμηθη, obdormivit, *mortem minime violentam indicat. Dein, quod palmare est, dicitur Ierosolymis obdormiisse* ἐκει, eodem loco, *quod nullatenus convenit cum iis, quæ in fronte dissertationis suæ, scripsit, nempe* S. Simonem in Perside crucis martyrio coronatum, *quum Hippolytus dicat,* obdormiisse, *utique Hierosolymis, et in* eodem loco *sepulcrum fuisse nactum. Ex hisce satis liquet, omnimodam fidem testimonio, ex S. Hippolyto allato, Florentinium non adhibuisse : neque injuria.* F

nec, Hippolyti testimonio ullatenus obstante,

5 *Nam Remigius Ceillier in sua Historia generali Auctorum ecclesiasticorum, utramque opellam de duodecim Apostolis et de* LXX *discipulis Christi S. Hippolyto abjudicat. Quia in unico exemplari solitario S. Hippolyto adscribitur, et infra dignitatem tanti viri est similia scripsisse, cujus rei exemplum citat id ipsum, quod de* Simone *Apostolo dicitur* (10).

(1) Mazzocchi, Vet Kalend. Marmor, pag. 428. — (2) Maius, Scriptt. vet. nov. collect. tom. V, pag. 62 et 65. — (3) Migne, Patrol. tom. XXVI, col. 384. — (4) Ibid. tom. XXIII, col. 196. — (5) Biograph. univ. supplém. v° *Sophrone.* — (6) Migne, Patrol. tom. XXIII, col. 721. — (7) Migne, Patrol. Græc. tom. XII, col. 1777. — (8) Martyrol. Hieron. pag. 161. — (9) Migne, Patrol. Græc. tom. X, col. 954. — (10) Hist. gén. des Auteurs ecclés. tom. II, pag. 361.

Dein

A *Dein varia alia occurrunt, quæ a communi traditione recedunt. Sic S. Bartholomæus refertur* crucifixus, capite deorsum verso (1): *quum tamen communior opinio, quam etiam nostri in hujus Apostoli Actis ad diem* XXV *augusti certiorem habent* (2), *tradit, eum excoriatum fuisse. Matthæus dicitur* obdormivisse Hiereæ Parthorum civitate (3) : *nostri longe verisimilius ad diem* 21 *septembris opinantur in Æthiopia occidisse* (4). *In altera opella, quæ de septuaginta apostolis, seu discipulis Domini inscribitur, jam in ipso limine error est, quum numerum discipulorum duobus mutilat* (5) : *quum apud S. Lucam X, legatur, Dominus* designasse alios septuaginta duos et misisse illos binos ante faciem suam. *Paulo post* Cleopham *nominat* Hierosolymorum episcopum (6) : *ast hujus nominis nullus occurrit episcopus Hierosolymitanus. Eusebius Cæsareensis in Palæstina, qui successionem episcoporum patriæ suæ optime novisse debuit, accuratum texuit Catalogum antistitum Hierosolymitanorum, neque ullum Cleopham in eum induxit. In suo Chronico*
B *sub anno Christi* 62 *scribit*(7): Jacobus, frater Domini, quem omnes Justum appellabant, a Judæis lapidibus opprimitur, in cujus thronum Simeon, qui et Simon, secundus assumitur; *qui Simon,* filius Cleophæ crucifigitur, cui successit Justus... Post Justum, Ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopatum quartus suscepit Zachæus; post quem quintus Tobias : cui succedit sextus Benjamin ; ac deinde septimus Joannes ; octavus Matthias; in cujus locum nonus constituitur Philippus (8). *Ad annum usque Christ* 124 *habemus episcopos* (9), *qui deinceps numerantur, quin ullus recensetur nomine Cleophæ. Quae sufficiunt, ut monstretur vacillari fides scriptori Hippolyto adhibenda.*

ejus in sede successor;

6 *Ut porro* S. Simon *Apostolus fuerit Hierosolymorum episcopus et Jacobi successor est et aliud, quod obstat. Nempe nullus ex iis, qui in Evangelio dicuntur Fratres Domini, duodecim Apostolis annumeratus fuit. Edidit Joanne, Stiltingus in capite tomi* VI *Actorum septembris specialem dissertationem, in qua late demonstrat tum ex ipsa Evangelio tum ex interpretatione SS. Patrum, nullum*
C *e Fratribus Domini collegio apostolico associatum fuisse. Id imprimis ostendit ex textu S. Joannis, quoniam jam electi erant duodecim apostoli, quando Christi fratres non credebant in eum. Etenim Joan.* VI, 61 *et* 68 *multis ex discipulis Christi abeuntibus retro, quia* durus *videbatur* sermo *de manducando ejus carneet bibendo ejus sanguine,* dixit Jesus ad duodecim : Numquid et vos vultis abire? Respondit ergo Simon Petrus : Domine ad quem ibimus? Verba vita æterna habes. Et nos credidimus et cognovimus, quia tu es Christus, filius Dei vivi. Respondit eis Jesus : Nonne ego vos duodecim elegi: et ex vobis unus diabolus est. *Erant igitur* duodecim *Apostoli* : *attamen capite sequenti scilicet* VII, *dicitur v.* I : Post hæc ambulat Jesus in Galilæam.... dixerunt autem ad eum fratres ejus : Transi hinc et vade in Judæam, ut et discipuli tui videant opera tua, quæ tu facis.... Neque enim in fratres ejus credebant in eum. *Post electionem itaque duodecim Apostolorum potest quidem ex textu latino intelligi saltem* aliquos *fratres Christi non credidisse in eum. Ast textus græcus de omnibus agit, quum dicit* οὐδε γαρ οἱ ἀδελφοι αὐτον ἐπιστευον εἰς αὐτον : Neque enim fratres ejus credebant in eum : *articulus* οἱ *est definitus et complectitur, ut loquitur schola, propositionem universalem. Itaque ex duodenario numero Apostolorum expungendi sunt, qui consanguinitate Christum Dominum attingunt : qualis certe erat Simeon, successor Jacobi, filius Cleophæ, qui erat patruelis Christi* ανεψιος κυρίου, *ut habet Eusebius lib.* IV *Hist. cap.* XXII (10). *Ado etiam in suo libello de Festivitatibus SS. Apostolorum, hanc opinionem omnino rejicit, dicens* : Quod quidam putant, Simonem Apostolum, unum de duodecim ipsum esse, qui sub Trajano crucem passus sit, omnino falsum est. Nam et Beda sanctus presbyter, qui hoc super Acta Apostolorum sentit (11), Isidorum secutus (12), in libro Retractationum se hoc non bene sensisse, reprehendit(13). E
Sed et Historia ecclesiastica, non de Apostolo, sed de alio Simeone gesta narrat.

auctore J. V. H.

nec Domini consanguineus:

7 *Minime itaque verisimile est,* S. Simonem *Apostolum sedem Hierosolymitanam post Jacobum fratrem Domini occupasse. Nihilominus per multa sæcula perstitit ista opinio, et in Martyrologia Occidentalis Ecclesiæ irrepsit. Sic in Sanctissimæ Trinitatis ecclesia cathedrali Dublinensi exstat Martyrologium, quod ex Usuardo minime desumptum videtur; tum quia parcius Sanctos recenset, tum quia aliis diebus eorumdem refert nomina. Scriptum dicitur circa finem sæculi* XIV *aut initium* XV (14). *Ad diem porro* V *kal. novembris legitur :* In Perside, natalis Sanctorum Symonis Cananæi et Thaddei qui eciam Judas Jacobi legitur. E quibus Thaddeus apud Mesopotamiam, Symon vero apud Egiptum traditur prædicasse. Qui eciam Jacobo fratre Domini a Judeis lapidato, Ierosolymorum episcopus ab Apostolis constituitur, persecutione Trajani, multo tempore suppliciis affectus martirio coronatus est, omnibus qui aderant et ipso judice mirantibus, ut centum viginti annorum senex crucis F
supplicium pertulisset. Hoc totum de successione Symonis in loco fratris Domini et de passione ejus ecclesiastica historia magis de alio Symone, quem et filium Clophæ nominavit, narrare videtur. *Singulare quid est, Martyrologium, passim breve, narrare rem, quam falsam seu alii viro tribuendam dicit. Ecclesiastica historia, de qua sermo, est Historia Eusebii lib.* III *cap.* XXII (15), *quæ iisdem fere verbis martyrium refert.*

alius quoque est a Nathanaele

8 *Postquam distinximus* S. Simonem *nostrum et a S. Juda Thaddæo et a S. Simeone, Hierosolymorum episcopo; remanet tertio distinguendus a Nathanaele, de quo apud Joannem I,* 45 *et seqq. Operosam disquisitionem facili negotio conficere hic loci possumus, utpote quam jam majores nostri in Commen-*

(1) Migne, Patrol. Græc. tom. X, col. 951. — (2) Acta SS. tom. V Augusti, pag. 28. — (3) Patrol. Græc. tom. X, pag. 951. — (4) Acta SS. tom. VI Sept. pag. 209. — (5) Patrol. græc. tom. X, col. 954. — (6) Ibid. loc. cit. — (7) Ibid. tom. XIX, col. 543. — (8) Ibid. col. 554. — (9) Ibid. col. 555. — (10) Migne, Patrol. Græc. tom. XX, col. 379. — (11) Patrol. lat. tom. XCII, col. 942. — (12) Ibid. tom. LXXXIII, col. 153. — (13) Ibid. tom. XCII, col. 987. — (14) Irish archeologic. society. Todd. The book of Obits and Martyrology, Introduc. pag. XLI. — (15) Migne, Patrol. Græc. tom. XX, col. 282. —

tario

AUCTORE J. V. H.

tario prævio de S. Bartholomæo ad diem XXV *augusti confecerunt* (1). *Nempe Joan. Stiltingus in Commentario suo duo demonstrat: Nathanaelem fuisse unum ex duodecim Apostolis, et eumdem esse cum S. Bartholomæo; Græci tamen et qui ab iis sua Menologia aut Martyrologia, excepto tamen Basiliano, derivarunt,* S. Simonem *nostrum Nathanaelem esse dixerunt. In Menæis ad diem* XXII *aprilis legimus:* Τῃ αὐτῃ ἡμερα, Μνημη του ἁγιου Ἀποστολου Ναθαναηλ, ὁς ἐστι Σιμων ὁ ζηλωτης· ἠτοι ἡ ἀναμνησις της προς Χριστον αὐτου γνωρισεως. Eadem die (XXII *aprilis)* Memoria sancti Apostoli Nathanael, qui est Simon Zelotes : seu recordatio ejus in Christum confessionis. *Hic alluditur ad Joan.* I, 49, *ubi Nathanael dicit :* Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. *Idem habetur in Synaxario ad* X *maji :* Οὐτος ἐστι Σιμων, ὁ και Ναθαναηλ ὀνομαζομενος. Ipse est Simon, qui et Nathanael vocabatur. *Dictum fuit, Menologium Basilianum nullatenus* S. Simonem *cum Nathanaele confudisse. Enimvero ad* XXII *aprilis Nathanael recensetur, sine ulla de* Simone *nostro mentione. Et vicissim ad* X *maji* B *annuntiatur S. Apostolus* Simon, *et de Nathanaele omnino tacetur. Ex quo manifestum est, Menologium Basilianum Nathanaelem a* S. Simone, *et a Bartholomæo Apostolo, qui recensetur ad diem* XI *junii, distinxisse. Quæ autem sit origo traditionis, qua* S. Simon *Apostolus Nathanael habeatur, difficile dictu est. Certe apud antiquos Patres nihil simile reperitur, dum e contrario varia sunt in antiquitate indicia, S. Bartholomæum, ut nostri majores monstrarunt, pro Nathanaele significantia. Unum tamen est, quo opinio Græcorum adminiculari utcumque potest : Nempe Nathanaelem dici Joan.* XXI, 2 *a Cana Galilææ:* Erant simul Simon Petrus et Thomas, qui dicitur Didymus et Nathanael a Canna Gallilææ et filii Zebedæi et alii ex discipulis ejus duo. S. Simon *etiam Cananæus in Euangelio vocatur. Hinc forsan origo traditionis, satis, ut videri potest, incerta.*

C § II. De Sancti prædicatone in variis provinciis; non videtur Evangelii lumen intulisses in Africam et insulas Britannicas.

De S. Apostolo pauca sunt certa, multa commentitia

Res, *a* S. Simone *Apostolo gestas, omnino ignoramus; in ipsis Euangeliis nihil occurrit præter nudum nomen et agnomen. Nullum novi Apostolum, cujus notitia jujunior est. Non desunt tamen commenta, quæ nullam ab antiquitate fidem mutuantur. Verisimillimum tamen est, Sanctum Apostolum Cana Gallilææ oriundum : nam Matthæus* X, 4 *et Marcus* III, 18 S. Simonem *Cananæum vocant : ast Lucas* VI, 15 *et Act.* I, 13 *eumdem Zelotem appellat. Nempe Cana Zelum et Æmulationem significat. Nihilominus censent plerique interpretes patrii oppidi* S. Simonis *nomen exprimi, dum Cananæus dicitur : a patriæ dein nomine derivata est appellatio Zelotis : quemadmodum, ait Corn. a Lapide ad Matth.* X, 4, si quum virum fortem, Valentiæ natum, Valentinum vel Valentem voces, ut significes, eum Valentiæ natum et simul viribus pollere. *Scite animadvertit Franc. Xaverius Patrizi noster in suo Commentario ad cap.* III *Marci, in Matthæo quidem scribi* Simonem Chananæum, *in Marco tamen* Simonem Cananæum, *quum postremam lectionem constanter retinent exemplaria græca* καναναιος *seu* κανανιτης (2). *Itaque* S. Simon *putandus non est gente Chananæum fuisse, sed ex oppido Cana in Gallilæa ortum habuisse.* D

non videtur fuisse sponsus in nuptiis Canæ Gallilææ :

10 *Atque hinc nata est opinio,* S. Simonem *fuisse sponsum in iis nuptiis, quas Christus primo suo signo decoravit, ut legitur apud Joannem* II, *cap.* I. *Certe Græci hanc traditionem secuti sunt in suis Menæis :* Χρημετισας, *ait Synaxarium ad* X *maji,* νυμφιος ἐν τῳ γαμῳ ἐν ᾧ Χρίστος ἐκληθη συν τοις αὐτου μαθηταις ἐν Κανα, και το ὑδωρ εἰς ὀινον μεταβαλεν. Hic sponsus in nuptiis, ad quas Christus cum discipulis suis vocatus fuit in Cana et aquam mutavit in vinum. *Additur,* Simon, *relictis nuptiis et vino,* E *Christum secutus et annumeratus Apostolis. Alii tamen, inter quos præcipuus Beda in Joannem ipso initio* (3), *censent harum nuptiarum sponsum fuisse S. Joannem Apostolum.* Hic est, *inquit Beda,* Joannes Euangelista unus ex discipulis Dei, qui virgo a Deo electus est; quem de nuptiis, volentem nubere, vocavit Deus. *Baronius ad annum* 31 § XXXI *dicit aliquos moveri auctoritate S. Augustini, dicentis in Præfatione ad Tractatus seu Sermones in Joannem* (4) : Iste S. Joannes, quem Dominus de fluctivaga nuptiarum tempestate vocavit, et cui matrem virginem virgini commendavit. *Certe quæ produxinus, nuptias, Joannis nequaquam ostendunt : potuit S. Joannes, persuasus a Christo, nuptias omnino a se repellere; quo sensu vere dicetur, Dominus* de fluctivaga nuptiarum tempestate vocasse Joannem, *quia certissime ad mortem usque virginitatem illibatam servavit. Sed quando Baronius insinuat, propter auctoritatem Nicephori Callisti, sæculi* XIV *scriptoris, sponsum fuisse* Simonem *Apostolum, ipse sibi fidem non facit, utpote qui addat, et Nathanaelem fuisse ex Cana Gallilææ, adeoque sponsum esse potuisse. Ex* F *quibus omnibus satis liquet, hæc omnia niti incerta traditione.*

Evangelium prædicavit in Ægypto et Perside;

11 *Neque satis liquidum est, quas gentes prædicando obierit* S. Simon. *Ado, in libello de festivitatibus SS. Apostolorum, Martyrologio suo præfixo, Ægypti et Persidis mentionem facit dicens his verbis :* Simon vero apud Ægyptum traditur prædicasse. *Ex Historia Armeniaca, a Mose Chorenensi sæculo quinto conscripta, satis liquide constat,* Simonem *nostrum in Perside Evangelium prædicasse. Quum enim Narses, Assyriæ regis filius, ab Abgaro, rege Edesseno et ipso curato a S. Thaddæo, Christi discipulo, petiisset mitti ad se medicum Thaumaturgum respondit Abgarus,* unum de primariis ejus sociis, nomine Simonem, istinc, *id est ex Armenia,* missum, quem, *inquit,* si quæsieris, audire poteris, simul etiam pater tuus Artases.

(1) Acta SS. tom. V Aug. pag. 1 et seqq. — (2) Patrizi. Comment in Marc. pag. 31. — (3) Migne, Patrol. tom. XCII, col. 633. — (4) Ibid. tom. XXXIV, col. 1380.

Idem

A *Idem iisdem fere scribit ad Artasem* (1). *Annotator editionis Whistonianæ dicit,* Abgari verba Simonem Petrum potius designare, *præsertim quoniam Babylone primam epistolam scripsit* (2). *Sed nullatenus dubito, loqui Abgarum de* Simone Cananæo : *etenim capite sequenti docet* (3), Simonem Persidem sortitum fuisse. *Nequeo, ait,* certum tradere, quæ fecerit, aut ubi martyrium passus sit. Narrant enim nonnulli, Simonem quemdam Apostolum apud Bosphorum Ibericum periisse. Idne verum sit, ignoro, neque cur eo profectus sit, scio. Hæc autem ideo solum notavi, ut cognosceres, me tibi omnia, quæ oportet, in hac historia explicare. *Non ignorabat certe Moses Chorenensis, sæculi, ut diximus, quinti scriptor, Simonem Petrum Romæ et cathedram constituisse suam et martyrium fecisse. Quod igitur de Simone, uno de primariis discipulis, scripsit ad Cananæum referendum est, quatenus in Perside ministerium apostolatus exercuerit.*

et verisimiliter in Ægypto;

12 *Præter Persidem* S. Simon *etiam Ægyptum evangelizavit. Ado in Libello de Festivitatibus SS. Apostolorum, Martyrologio præ-*
B *fixo; quem locum supra num.* 7 *annotavimus, aperti dicit* : Simonem apud Ægyptum tradi tur prædicasse. *Eadem habet S. Isidorus Hispalensis in libro de Ortu et Obitu Patrum cap.* LXXX (4) : Simon, *ait,* accepit Ægypti principatum. *In notis, textui Isidoriano subjectis, dicitur, prædicationem in Ægypto, et in Perside martyrium* certioribus documentis constare. *Verumtamen* S. Simon *nullum prædicationis suæ Ægyptiacæ vestigium videtur reliquisse, quum, ut liquet ex Commentario Ludolfi ad Historiam Æthiopicam nulla apud Coptos supersit* S. Simonis *in illorum kalendario memoria. Quin et illi, qui de origine Ecclesiæ Alexandriæ, totius Ægypti metropolis, scripserunt, nullo verbo apostolatum* S. Simonis *in Ægypto attingunt. Aut igitur* S. Simon *in superiori Ægypto prædicationis* principatum *obtinuit, aut fundata a S. Marco Alexandrina Ecclesia omnem memoriam majoris Apostoli penitus absorbuit et delevit. Adonem presse, sed pro more suo compendiose, sequitur Usuardus.*

Psendo-dorotheus, qui refellitur, tradit,

13 *Ast præter Ægyptum aliæ* S, Simoni *assignantur prædicationis palæstræ, nempe Africa et Insulæ Britannicæ. In cujus rei testimonium citatur præ cæteris auctoritas Dorothei, episcopi Tyrii et Martyris sub Juliano, vivebat igitur medio sæculo quarto. Guilielmus Cave in scriptorum ecclesiasticorum historia* (5) *recte animadvertit, Dorotheum istum Commentarios latino sermone conscripsisse, qui dein in linguam græcam translati sunt* (6). *Versionis hujus auctor videtur Procopius quidam,* presbyteratus dignitate insignitus, tam vitæ sanctitate quam sacrarum litterarum scientia conspicuus (7) sub consulatu Probi et Philoxeni, *seu anno Christi* 525 (8), *quando Joannes Pp.* I *jussu Theodorici Cpolim adiit. Opusculum, quantum est, eo collimat, ut præcellentiam sedis Cpolitanae supra Romanam ostendat et extollat. Unde satis crediderim, istud ad sæculum* VI *pertinere, quando epi-*

AUCTORE J. V. H.

scopi Cpolitani, quatenus Novæ Romæ *antistites, primum post Romanum thronum usurpare tentarunt, ut satis constat ex canone* XXVIII *Concilii Chalcedonensis* (9), *ac dein a Joanne Jejunatore, CP antistite, usurpatum videmus* Οἰκουμενικου, *universalis episcopi, nomen, quod pedetentim in rem transiisset. Quapropter S. Gregorius Magnus statim male usurpatum nomen reprobavit, ut constat in lib.* V *epist.* 18, 19, 20 *et* 21 (10).

S. Apostolum prædicasse

14 *Quoniam igitur ad sextum sæculum pertinere videtur Pseudo-dorothei lucubratio, eamdem censeo primum indicium præbuisse prædicationis, a* S. Simone *facta per Africam et Insulas Britannicas. Sed imprimis jam sublestæ fidei sunt ipsa duodecim Apostolorum nomina. Nam omittit Judam Iscariotem, qui Marci* XIV, 10 *clare dicitur* unus de duodecim, *et ut duodenarium numerum impleat, duos, præter Simonem Petrum, Simones induxit* (11), *nempe ordine decimum,* Simonem Judam cognominatum, qui postquam in Eleutheropoli et a Gaza usque ad Ægyptum Christum prædicasset, in Ostracina, Ægypti urbe, sepultus est sub Trajano imperatore cruci affixus. E *Dein duodecimo loco venit* Simon Zelotes, postquam universam Mauritaniam et Afrorum regionem peragrasset, Christum ubique prædicans, demum in Britannia ab incolis crucifixus, martyrio consummatus, ibique sepultus fuit. *Perperam igitur dispertitus hic occurrit Simon, quum, ut diximus, præter Simonem Petrum, unus apud Euangelistas recenseatur* Simon, *qui Ægyptum prædicando peragravit : unde confirmatur quod supra num.* 11 *diximus,* certioribus documentis constare *de prædicatione* S. Simonis *in Ægypto : nam certe unus solus fuit* Simon *Apostolus, cujus apostolatus in Africa et Britannia ex Pseudo-dorotheo in varia Martyrologia influxit. Quod nunc quidem proprius examinandum est.*

in Africa, cujus origines christianæ

15 *Afris et præcipue Mauritanis Evangelium prædicasse* S. Simonem, *nemo, præter Dorotheum aut qui ejus personam gerit, Procopium presbyterum, asserit. Quin et certum videtur hunc Apostolum nullam ibidem fundasse ecclesiam. Nam S. Innocentius I in epistola sua ad Decentium Eugubinum dicit,* manifestum esse, in omnem Italiam, Gallias, F Hispanias, Africam atque Siciliam, insulasque interjacentes nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Petrus Apostolus aut ejus successores constituerint sacerdotes. *Magna cæterum obscuritas est circa origines Ecclesiæ Africanæ. Stephanus Morcelli in sua Africa Christiana initia adscribit temporibus Neronianis, quibus Christiani, Romæ degentes, veriti Cæsaris immanitatem, in Africa refugium sibi quæsierunt* (12). *Nihilominus primus qui in Fastis Ecclesiæ Africanæ legitur episcopus Carthaginensis est Agrippinus, pontificatum exorsus anno Christi* 198 (13). *Sed ante Agrippinum Africanas rexisse ecclesias antistites alios, quorum nomina deperdita sunt, vix dubitare possum. Nam S. Cyprianus, qui quinquagesimo post anno Carthaginensem cathedram*

(1) Moses Choren. Hist. armeniac, pag. 140; edit. Whiston. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Ibid. pag. 143. — (4) Migne, Patrol. tom. LXXXIII, col. 153. — (5) pag. 103 et seqq. Edit. Genev, 1720. — (6) Ibid. pag. 104. — (7) Ibid. pag. 108. — (8) Ibid. pag. 107. — (9) Labbe, tom. IV, conc. col. 769. — (10) Migne, Patrol. tom. LXXVII, col. 738 et seqq. — (11) Cave, Scriptt. Eccles. pag. 108. — (12) Tom. I, pag. 41 et seqq. — (13) Morcelli Afric. Christ. tom. I. pag. 44.

AUCTORE J. V. H.

occupavit, epist. LXXIII (1) *ad Jubaianum dicit rebaptizationem hæreticorum defendens :* Apud nos non nova aut repentina res est, ut baptizandos censeamus eos, qui ab hæreticis ad ecclesiam veniunt, quando multi jam anni sint et longa actas, ex qua sub Agrippino, bonæ memoriæ viro, convenientes in unum episcopi plurimi hac statuerunt. *Agrippinus autem vix triennio, si fidem Morcellio tribuimus* (2), *sedem occupavit : quia tamen, teste S. Cypriano, concilium celebravit* cum episcopis plurimis, *recte deducere possumus etiam ante Agrippinum jam aliquousque constitutam fuisse Africanam Ecclesiam.*

exponuntur;

16 *Quam constitutionem Ecclesiæ etiam S. Augustinus in libro de Unico Baptismo contra Petilianum cap.* XIII (3) *declarat, dum loquitur* de septuaginta prædecessoribus Cypriani, *quos, ut interpretatur Morcellius* (4), *adfuisse synodis, ab Agrippino celebratis, scribit. Neque perperam : septuaginta prædecessores Cypriani Carthaginensem sedem non occuparunt, quum inter utrumque numerantur solum tres, Optatus, Cyrus, Donatus.*

B *Quod si sub Agrippino tantus jam fuerit episcoporum numerus, denuo ostenditur episcopatus Africanus Agrippino multo antiquior. Unde ex hoc capite deduci potest, fundationem Ecclesiæ Africanæ ad primum sæculum pertinere, ac proin initio accepisse vel ab aliquo Apostolo vel a viro apostolicæ ætati coævo. Quominus tamen hanc gloriam* S. Simoni *tribuamus, obstant duo : auctoritas S. Innocentii I qui originem Africanæ Ecclesiæ adscribit aut ipsi* venerabili Petro aut ejus successoribus, *adeoque omnem Apostolum alium aut virum apostolicum aliunde missum excludit, idque tradit tamquam rem* omnibus manifestam. *Alterum argumentum, testimonium videlicet Pseudo-dorotheï, nullius est ponderis, quoniam in ipso* Simoni *gravissime errat, dispertiendo, ut supra num.* 13 *diximus, in duos personas, quod unico* Simoni *convenire potest. Hisce omnibus adde nullam peculiarem de* S. Simone *memoriam exstare in antiquissimis documentis Ecclesiæ Africanæ, qualia sunt aut scripta antiquorum, v. g. Tertulliani, Cypriani aut etiam Ka-*

C *lendaria, quæ aliquo signo indicant Sanctos, erga regionem beneficos. Haec autem tanti sunt momenti, ut merito apostolatum* S. Simoni *abjudicemus.*

similiter et in insulis Britannicis,

17 *Quæ de Africa diximus, omnino faciunt ad confutandum apostolatum Britannicarum Insularum, quandoquidem, tacentibus latinis, soli græci loquuntur. Alfordus in suis Annalibus Ecclesiæ Britannicæ ad annum Christi* 47, § 1, *admittit quidem aliquem Apostolorum istas provincias adiisse in iisque Christum annuntiasse, quoniam id aperte docet Eusebius, Demonstrat. Evang. lib.* III, *cap.* V (5) *de Apostolis agens, alios dicit, imperium Romanum, ipsamque omnium urbium reginam civitatem invasisse, alios Persarum regnum, alios Armeniorum Parthorum nationem; item alios Scytharum, quosdam etiam ad ipsos orbis terræ venisse fines, Indorumque regionem penetrasse; alios* D *porro trans Oceanum evasisse ad eas insulas, quæ Britannicæ vocantur.* Ετερους υπερ τον Ω'κεανον παρελθειν επι τας καλουμενας Βρεττανίκας νησους. *Hic loci agere Eusebium de ipsis Apostolicis, liquet ex contextu; nam loquitur de viris* rusticis, vulgaribus, ignaris, *adeoque de primis Christi discipulis, quorum successores fuerunt sæpissime viri in omni scientiarum et litterarum genere instructi. Habemus igitur, Eusebium existimasse, sub ipsis Apostolis fidem Christianam in Insulis Britannicis propagatam fuisse. Sed nequaquam consentit, hanc prædicandi sortem* S. Simoni *obtigisse. Nam omnia Martyrologia latina Bedæ, Adonis, Usuardi et hodiernum Romanum nullo verbo apostolatum Britannicum attingunt; quem etiam prætereunt historici Angliæ, de primordiis Ecclesiæ agentes* (6).

quæ magis a sede Romana

18 *Quod etiam confirmatur testimonio Innocentii I, qui, postquam sedi Romanæ vindicasset fundationem Ecclesiarum Occidentalium, ut monstravimus supra num.* 14, *addit* (7) : Aut legant, si in his provinciis alius Apostolorum invenitur aut legitur docuisse. E Quod si non legunt, quia nusquam inveniunt, oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse, non dubium est, nec dum peregrinis asser-tionibus student, caput institutionum videantur omittere. *Ex textu manifestum est, apostolatum* S. Simonis *in Insulis Britannicis nedum incognitum fuisse, sed omnino negatum. Si quis igitur ex duodecim Apostolis Britancas Insulas prædicaturus adierit, hic alius esse non potuit, quam eorum princeps, Simon Petrus : de quo reipsa constans est traditio apud Anglos, illum huc appulisse, ut testantur historici paulo supra a nobis citati. Neque erroris aut deceptionis arguendus Innocentius, quia et S. Paulus in Occidente, præsertim in Hispania, ut insinuat ad Romanos* XV, 24, *prædicaverit. Sed, inquit Card. Baronius ad annum* 61, § V, haud putandum est, Innocencentium a Petro Paulum dividere voluisse, sicut cæteros Apostolos, quos jure negat Occidentales oras docuisse : nam Pauli causa diversa esse videtur a cæteris; quippe qui et ipse, sicut Petrus, Romæ docuerit. Quum igitur idem Innocentius F agens de traditis in Occidente apostolicis institutis, eos, in quos scribit, provocet ad Romanæ sedis ritus (quum satis constet tam Petrum quam Paulum eam sacris institutis imbuisse) certe quidem esse de Paulo quid exciperet, non habebat : quum easdem tam Romæ quam in remotis provinciis ecclesiasticas traditiones eum impertitum esse, dicere opus sit. At quod tantum de Petro meminit, recte id quidem, quod primæ sedis esset episcopus, ex qua cæteræ deriventur Ecclesiæ, eidemque unitate catholica compaginentur. Quamobrem haud putandum, Romanum Martyrologium (8), quum de profectione Pauli in Hispanias meminit, a sententia Innocentii discrepasse. *At de his satis, jam cætera prosequamur.*

conversionem suam repetunt

19 *Hactenus enim res, quæ a* S. Simoni *gestæ referuntur, eliminavimus magis quam*

(1) Migne, Patrol. tom. III, col. 1112. — (2) Afr. Christ. tom. I, pag. 44 et 54. — (3) Migne. Patrol. tom. XLIII, col. 606. — (4) Afric. Christ. tom. I, pag. 43. — (5) Migne. Patrol. Græc. tom. XXII, col. 203. — (6) Cfr Usser. Brit. Eccles. Antiquit. pag. 4. Alford. Annales, tom. I, pag. 26. Cressy. Church hist. pag. 14. — (7) Labbe, tom. II, Conc. col. 1245. — (8) Ad diem XXII martii.

confirmavimus

A *confirmavimus. Enimvero paucissima sunt, quæ reliquit nobis antiquitas. Sic quoque Menologium Basilianum ad diem* XXIX *aprilis dicit*, S. Simonem post Christi assumptionem et ascensionem Edessam petiisse : ubi quum multos ex idololatris verbum veritatis edocuisset, illos ad Dominum convertit. Post hæc autem Mesopotamiam peragrans libere Christi nomen annuntiavit : iterumque Edessam regressus, quum multa ad Dei gloriam miracula edidisset, in pace decessit. *Sed hujus prædicationis nemo antiquorum meminit. Joseph. Simeonius Assemani in sua Bibliotheca Orientali* (1) *dicit quidem* Adjabenos, Elamitas, Persas, Parthos, Medos, Hyrcanos et Bactrianos ab Apostolis Thoma, Thaddæo, Simone, Matthæo et Bartholomæo, discipulisque Adæo, Mari et Aghæo ad christianam fidem adductos fuisse, ut... supra ostensum est. *Sed in margine dicit, ostensum fuisse supra* a pag. 3 ad pag. 37. *Verum si ad locum indicatum recurrimus, nulla de* Simone *nostro est mentio, quum interim recenseantur ex Duodecim, Petrus, Thomas, Bartholomæus, Matthæus et Judas Jacobi,*

B *quorum singulorum apostolatus deinceps variis testimoniis confirmatur. Igitur nec Mesopotamia in sorte* S. Simonis *videtur fuisse, quum qui eruditissime de originibus christianitatis in Mesopotamia scripsere, nullum probatum testimonium afferant, quo* S. Simon *in ea provincia prædicasse ostendatur.*

§ III. De Sancti martyrio et sepultura; de cultu, ecclesiarum et altarium erectione manifestato; de Reliquiis in variis provinciis.

Martyrium fecit S. Simon *in Perside,*

Martyrologia latina, initio hujus Commentarii allegata, docent nos, S. Simonem *martyrium fecisse in Perside. Nec novi, quid antiquius de loco martyrii consignatum litteris fuisse. Florentinius, qui omni ingenio contendit, ut diximus supra num.* 3, Simonem

C *esse fratrem S. Jacobi, Hierosolymorum primi episcopi, ejus passionem necessario collocat Hierosolymis sub Trajano imperatore; sed quam labilis sit ista opinio, monstravimus supra num.* 4. *Florentinius, admissa Perside, tamquam palæstra martyrii, explicat, ejusdem sepulturam fuisse Hierosolymis; quia etiam alii Martyres habuerunt diversa loca passionis et sepulturæ; quam in rem adducit* (2) *exemplum S. Ignatii Martyris Antiochiæ, et S. Onesimi Ephesi sepultorum, quamvis ambo Romæ fuerint passi. Et hoc recte, si constaret, Apostolum* Simonem *fuisse filium Cleophæ, fratrem Jacobi Minoris, quia tunc nullum esset dubium circa episcopatum Hierosolymitanum, id testatum faciente Eusebio lib.* III *Hist. Eccles. cap.* II (3). *Sed id nullo modo ostendi potest, maxime quum nullus accuratioris judicii id admittat. Florentinius, ut martyrium in Perside cum episcopatu Hierosolymitano et ibidem sepulturam conciliet, dicit ad* 1 *julii, quo martyrium SS.* Simonis *et Judæ, annuntiat, hunc diem* translationis seu dedicationis memoriam, non consummati certaminis videri. *Sed arbitraria est istiusmodi interpretatio, quatenus nullo idoneo testimonio fulciatur.*

AUCTORE J. V. H.

ejusque sepultura variis locis assignatur: Edessæ in Mesopotamia,

21 *Quandoquidem distinximus* S. Simonem *Apostolum a S. Simeone episcopo Hierosolymorum, qui Martyr sub Trajano occubuit, jam nullum habemus annum, cui obitum Apostoli illigare possimus. Quapropter ejus mortem late ad sæculum Christi primum consignamus. Si tamen sciretur,* S. Simon *simul cum S. Thaddæo occisus fuisse, jam aliquatenus accuratiori modo tempus passionis indicari posset, quum S. Thaddæus ante Domitianum imperatorem proin ante annum Christi* 81 *martyrium subiisse dicatur. Ast Franciscus De Aste, archiepiscopus Hydruntinus, in suis ad Martyrologium Romanum Notis, recte animadvertit ad diem* XXVIII *octobris, scriptores ecclesiasticos, qui de SS. Apostolis agunt sive hac sive alia die, nuspiam dicere, illos* in eadem regione eodemque tempore martyrizatos fuisse. *Enimvero Menologium Basi-* E *lianum ad* XXIX *aprilis, de solo* Simone *nostro agens, nos docet, S. Apostolum Edessæ primum prædicasse Christum, post hæc Mesopotamiam peragrasse, iterumque* Edessam regressum, quum multa ad Dei gloriam miracula edidisset, in pace quievisse. *Edessa hodie* Orfa, *olim etiam* Justinopolis *appellata, in Mesopotamia sita est: nullus alius tamen, ut diximus num.* 18, *palæstram prædicationis* S. Simonis *in Mesopotamia assignat: dein ista* quies in pace, *videtur mortem violentam excludere, quod etiam contradicit aliis omnibus, qui coronam martyrii illi attribuunt. Quia porro Basilii Menologium circa finem sæculi* IX *compositum fuit, satis constat hujus scripti tantam non esse auctoritatem, ut plena eidem, nisi documentis antiquioribus firmetur, fides adhibeatur, tunc quidem maxime quum aliis plerisque contradicit.*

Suanis in Perside,

22 *Albanus Butler in Vitis Sanctorum ad* XXVIII *octobris dicit, Martyrologos Hieronymum, Bedam, Adonem et Usuardum ponere passionem* S. Simonis *in Perside, in oppido Suanir seu Suanis. Sed nemo ex his palæ-* F *stram designat oppidum Suanir, sed lato sensu Persidem indicant omnes. Auctaria pleraque de isto oppido loquuntur; sed quoniam eorum auctores et ætatem ignoramus, non magni ponderis est eorum testimonium. Inter Auctaria Usuardina, unum Hagenoyense, circa finem sæculi* XIV *aut initium* XV *compilatum* (4), *refert, ambos Apostolos* Simonem *et Judam* per annum et tres menses in Perside *versatos,* ecclesias ædificasse, pontifices et sacerdotes statuisse et multum populum ab errore convertisse, et postmodum in Swanyz civitate tentos *tandem crudeliter* occisos fuisse. *Laudatus Butler, qui probabilius civitatem hujus nominis non invenit, addit verisimiliter per civitatem Suanir, intetligendum esse populum Suanorum, Parthis, inquit, et Persis confœderatum.* Suan *est autem vallis, quæ ad Euphratem deflectitur: ac etiam* Wadi-Suan *dicitur* (5), *unde satis manifestum est, verbo* Suanis

(1) Tom. III, pag. 414. — (2) Pag. 169. — (3) Migne, Biblioth. Græc. tom. XX, col. 246. — (4) Soller. Mart. Usuard, præf. pag. LX. — (5) Ritter, Geographie, tom. XI, pag. 742 et seq.

AUCTORE J. V. H.

nis *nullum indicari civitatem. In Georgia Asiatica est provincia Suanetiæ, ad radices meridionales Caucasi; ac proinde Persidem habet Orientem versus. Hanc traditionem aliquousque confirmat locus sepulturæ, qui Nicophsiæ fuisse dicitur.*

Nicophsia ad Pontum Euxinum.

23 *Est enim Nicophsia oppidum ad orientalem plagam Ponti Euxini situm, hodie Bidchwinta seu Bitsounda appellatum. Hæc lego in Description Georgiæ, a principe Wakhoucht, sæculo præterito confecta, quam latine reddo* (1) : Est Bindwinthæ pulchra et conspicua ecclesia, tholo adornata, ad mare constructa, et optime dotata ab imperatore Justiniano. Primum sedes fuit episcopalis, dein patriarchalis, tempore regum; sed nunc unum habet presbyterum, quia populus a fide et religione recessit. Existimo Bindchwintam esse Nicophsiam; et esse ecclesiam ibidem constructam; Nicophsiæ enim sepulcrum nactus est Apostolus Simon Cananæus. *Si sepultura* S. Simonis *undequaque vera esset, major esset erga S. Apostolum cultus. In opere, a nobis citato, recensentur patroni ecclesiarum totius Georgiæ,*
B *numero fere* 260 (1), *et una sola est ecclesia sub nomine S. Simeonis, quin apponatur titulus Apostoli. Unde dubium est, an ad Sanctum nostrum pertineat. Quod si* S. Simon *Apostolus sepulchrum habuisset suum Nicophsiæ, multo verisimiliter plures essent ecclesiæ ejus patrocinio insignita. Ex hoc igitur capite labilis est istiusmodi traditio. Quapropter recte animadvertit Franciscus de Aste in suis Notis ad Martyrologium Romanum, ex hac varietate traditionis elici, quanta sit dubietas, sive locus sive tempus spectatur. Quapropter ne Romanum Martyrologium in his non levibus ambagibus implicetur, correctionem proponit, qua, omissis omnibus tricis, scriberetur simpliciter.* Natalis Beatorum Apostolorum Simonis et Judæ, qui prædicatione sua quum innumeram gentis multitudinem Christo subdidissent, martyrium consummarunt. *Quæ porro pertinent ad cultum et Reliquias* S. Simonis *Apostoli, infra in Actis S. Judæ Thaddæi, propter utriusque conjunctam in ecclesia latina venerationem exponemus. Coronidis loco subnectimus elogium, quod S. Ado in li-*
C *bello de Festivitatibus SS. Apostolorum, Martyrologio suo præmisso, de* S. Simone *texuit, et translationem brachii ejusdem in canoniam Sayn, diœcesis olim Trevirensis.*

COMPENDIUM VITÆ

S. SIMONIS APOSTOLI

Ex Adone in libello de festivitatibus SS. Apostolorum.

Natalis (XXVIII *octobris)* Beatorum Apostolorum Simonis Cananæi, qui et Zelotes scribitur, et Thaddæi, qui etiam Judas Jacobi legitur, et alibi appellatur Lebbæus *a*, quod interpretatur Corculus. E quibus Thaddæus apud in Mesopotamiam, Simon vero apud Ægyptum traditur D prædicasse *b*. Inde simul Persidem ingressi, *b* quum fidei Christi innumeram gentis ipsius multitudinem subdidissent, et Ecclesiam Domini late jam fundatam viderent, martyrium ibi, cursum temporis explentes, beato certamine consummaverunt : honorifice sepulti a populis christianis, quos Domino ipsi genuerant. Quod quidam putant, Simonem Apostolum, unum de duodecim, ipsum esse, qui sub Trajano crucem passus sit, omnino falsum est. Nam et Beda sanctus presbyter, qui hoc super Acta Apostolorum sentit, Isidorum, in libro Retractationum se hoc non bene sensisse, reprehendit *c*. Sed et historia ecclesiastica non de *c* Apostolo, sed de alio Simone gesta narrat.

ANNOTATA.

a *In textu græco Matth.* x, 3 *habetur Lebbæus, qui Thaddæus cognominatur :* Ἰακωβος ὁ του Ἀλφαιου και Λεββαιος ὁ ἐπικληθεις Θαδδαιος, *quod in Vulgata omittitur : legitur enim simpliciter : Jacobus Alphæi et Thaddæus.* E

b *De apostolatu* S. Simonis *Apostoli in Ægypto egimus in Commentario prævio num.* 11.

c *De sententia SS. Isidori et Bedæ egimus Commentarii prævii num.* 7.

DE PERVENTIONE

BRACHII S. SIMONIS *a* *a*

IN SEIN *b*, ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS. *b*

Ex collectione hagiographica bibliothecæ regiæ Bruxellensis num. 8924.

CAPUT PRIMUM.

Ex Oriente allatum brachium S. Apostoli episcopus Armenus concedit Brunoni, præposito Bonnensi, qui illud donat canobio Seinensi. Reliquiarum virtute operatur Deus miracula. F

Brachium S. Simonis

Qualiter et quando Reliquiæ Beati Simeonis Apostoli devenissent ad Ecclesiam Heymen, quales et quantæ super infirmitates post adventum earumdem Reliquiarum ad ipsam Ecclesiam per ejusdem merita S. Simeonis sanitates et eodem loco factæ sunt, a viris veracibus, a personisque religiosis sæpius audivi, quæ quum desiderio plurimorum, hoc scire cupientium, scripto commendare decrevissem, scientiæ paritas pariter et sermonis occurrit infacundia. Verum

(1) Descript. de la Géorgie, pag. 407. — (2) Ibid. pag. 484.

A rum per nostram taciturnitatem Dei beneficiis indigni, sanctique Simonis exsisteremus ingrati virtutibus; atque futuris cederet in ignorantiam supervenientibus, qui per nostram solertiam adhuc a supervenientibus indagatum ad Dei culmen laudis, majoremque sanctarum crescere posset reverentiam Reliquiarum, malui qualicumque modo describere, sed breviter et vera.

ex Oriente allatum

2 Igitur anno Domini millesimo ducentesimo quarto, Innocentio Magno, Romanæ sedis antistite, Joanne Trevirensis diœcesis, Adolfoque Coloniensis metropolis archiepiscopis *c*, quidam religiosus ex Armenia proficiscens episcopus invisendi gratia sanctorum corpora Trium Regum, Coloniam cupiebat adire. Qui quum multa terrarum spatia pertransisset, venit in Almanniam, Rhenique littora descendit, devenit in quamdam villam Weslich, in superiori parte Rheni sitam, duobus a Colonia milliaribus distantem *d*. Erat hunc temporis grandis inter Ottonem de Brunschwick et Philippum Suecum*, viros strenuos, circa fines Coloniæ pro Romano regno bellorum intemperies, cujus occasione B mali prædones, circumquoque partes illas itinerantes deprædarunt transeuntes *e*. Quod quum vir Dei, sanctus videlicet episcopus, intellexisset, ipsosque jam in quosdam incideret armatos, priusquam deveniret ad illos, quod postea accidit, antea verebatur, quod brachium S. Simeonis Apostoli cum carne cuteque super extensa et totum integrum præter articularem* digitum, sindone munda circumvolutum, quod pro devotione sanctique Simonis magna devotione de patria sua secum detulerat, in quamdam vacuam in cœmeterio jam dictæ villæ forsitan positam cupam clam projecit, moxque discessit.

c

d

* Suevum

e

* auricularem

episcopus Armenus

3 Quod tamen vir plebejus, nomine Herelinus Episcopus cognomento, dum conspexisset, non esse, quod sperabat, tamen aliquid divinum credens, putavit fore pecuniam, ignorans* super aurum et topazion, tulit illud; dumque considerasset, non esse quod sperabat, tamen aliquid divinum credens dedit domino Brunoni, præposito Bonnensi, *f* qui postea factus est archiepiscopus Coloniensis *g*, qui illud suscepit cum ingenti gaudio, munera dedit homini plebejo, præcipens sibi, ne cuiquam hoc manifestaret. C Prædones vero tamen cum venissent ad episcopum illum peregrinum, comprehendentes eum, nec parcentes religioni suæ, vulneribus inflictis eum suis sociis, equis, rebusque omnibus spoliaverunt. De quo vir Dei, licet non modicum contristaretur, tamen propter spem depositi sui, quod speravit adhuc reservatum, levius suos tolerabat et dolores. Quem * siquidem post discessionem prædonum sanctas sancti reliquias, dum recipere venisset, ac minime inveniret, quantus illi dolor cumularetur super dolorem; non facile quis explicare potest. Et dum diu multumque quis hoc haberet aut sciret, investigaret, nec quemquam inveniret, cum mœrore tandem, ad quod exierat, cœptum carpebat iter et Coloniam devenit.

adde esse

f

g

* quum?

Brunoni præposito Bonnensi

4 Ubi quum paucis demoraretur diebus et sanctorum Trium Regum Reliquias, sicut noverat, adorasset, aliorumque sanctorum limina frequentasset, sanctæ valedicens civitati, littora Rheni versus Bonnam rursus ascendit. Quam dum fuisset ingressus, ad D. Brunonem præpositum accedens, eique calamitatum suarum miserias et maxime de sanctarum Reliquiarum amissione exposuit. Quem ille benigne suscipiens et cum magna caritate, accersito medico, donec vulnera sanasset illius, per dies aliquot secum detinuit: ac inter alia collocutiones * verba perscrutatur, cujus sancti fuissent Reliquiæ, quas amiserat. Cui episcopus peregrinus cum gemitu respondens dicens, brachium esse B. Simonis Apostoli. Quod audiens Dominus Bruno præpositus magis intra se gavisus est, hoc quia pia calliditate tacendo celans, ad ampliorem S. Simonis honorem, ecclesiæque profectum, cui forte proposuit illud destinare. Quod etiam Deus ideo fieri permisit forsitan, quia grana, dum seminando sparguntur, magis augentur. Quando vero tempus fuit, ut ad patriam sæpe dictus episcopus remeare intenderet, seque ad iter suum præpararet, dominus præpositus ab eo postulavit, quatenus sibi licitum esset, ipsas habere reliquias, si possit eas alicubi reperire.

EX MSS.

* collocutionis

5 Bonus itaque vir, scilicet episcopus peregrinus, easdem se rehabere desperans, non immemor impensi beneficii, despondit,* quia tantam sibi demonstrasset benignitatem et exhibuisset humanitatem, gratissimum duceret, ut iste potius eisdem lætaretur Reliquiis, quam alius quisquam detineret. Hoc itaque dominus præpositus audiens, dedit episcopo peregrino vestes et equos, decemque marcas argenti, suisque sociis munera largitus est, honeste dimittendo, valedicens illis, remisit ad patriam suam. Erat enim idem Bruno præpositus homo dives et vir gloriosus, plures habens dignitates: fuit enim præpositus ad gradus S. Mariæ Coloniæ, præpositus Aquisgrani, præpositus S. Castoris in Confluentia, fuit et pastor in Engers *h*. Porro post recessum episcopi peregrini Armeniensis ecclesiæ, dominus Bruno præpositus, accipiens illas venerabiles Reliquias, tulit omnes fratri suo, domino Henrico, comiti Heynnen, * fundatori cœnobii sui, quod una cum fratre suo, domino Everardo comite noviter in proprio construxerat fundo, anno millesimo ducentesimo, juxta castrum suum, Heyne *. Morabatur enim comes Henricus in illis diebus in castro Blankenberge *i*, ubi delatæ sunt ei sanctæ Reliquiæ, quas ille cum magna suscipiens dilectione, sapienti fretus consilio, per tempus aliquod occultavit. F Duobus autem transactis annis *k* dominus comes mittens accersiri fecit ad se dominum Hermannum præpositum Heyn *l*, virum bene religiosum: appellabantur enim tunc præpositi, quomodo dicuntur abbates in Ordine Præmonstratensi *m*. Præpositus itaque dominus Hermannus, concitus ad castrum Blankenberg, sicut ei mandatum fuerat, properabat. Quo dum venisset, honorifice susceptus; comes namque una cum domino Brunone, præposito Bonnensi, sanctas reliquias ecclesiæ Heynen per eumdem dominum præpositum Hermannum transmittendas perpetuo condonaverunt, ut sicut eamdem prædiis ac rebus ditaverunt ecclesiam sic quoque tam gloriosis decorarunt Reliquiis, quas ipse dominus Hermannus præpositus cum reverentia accepit, timore pariter ac amore secum deferens ad ecclesiam Heynen. Donec fama, quod episcopus eas perdiderat, delitesceret, in secreto loco decenter occultando servavit. Sufficiant hæc, qualiter Reliquiæ S. Simonis ad ecclesiam sint translatæ Heynensem.

concedit;

* respondit quod

E

h

* Scin

* Scin

i

k

l

m

quod Henricus frater Bruno-

6 Quibus vero signorum virtutibus beneficiisque miraculorum per merita S. Simonis Deus ipsam

nis, Seinensi coenobio donavit.

ipsam honoravit ecclesiam, quantum donavit Dominus ipse, in cujus manu sumus, sermonesque nostri, declarabo. Quales autem vindictas super invasores ejusdem ecclesiæ, sicut sæpe vidimus, evenisse : quod licet non dubium, quin Deus ob merita B. Simonis hoc evenire permiserit, cognoscamus attamen, quorumdam ex ipsis viventium evitandas offensas, ne de ruina gaudere videamur inimicorum, seu occulta Dei judicia excutere velle, redarguamur, melius esse puto sub silentio praetereundum, ad seriemque narrationis revertendum. Igitur dum tempus esset, ut lucerna sub modio posita, poneretur in candelabro, cunctisque luceret in domo, post annos sex; quando fratres ejusdem Ecclesiæ certiores sunt effecti, ne quis Sanctas Reliquias tolleret ab ipsis, exponendas eas, in quo reclusæ erant latibulo (quin thesaurus absconditus et sapientia caret utilitate) cœperunt eas adorandas venerari, personisque religiosis Deumque timentibus ostendendo publicare cum magna reverentia. Quod ut devotius et honestius fieret, atque majori devotione conspicientibus excitaret simul amorem, capsellam fieri fecerunt, artificiose fabricatam, in qua Sanctæ Reliquiæ ponerentur et exponerentur. Quoniam aspectus et auditus, secundum quod sunt, plerumque cor hominis mutant et transformant. Et quia sumptus et expensa non suppeditabant ipsis ad opus tale, structuras in alias expositi, quoniam novella plantatio fuit ipsum cœnobium adhuc; Sanctas Reliquias ad fidelium colligendum elecmosynas, quatenus eamdem, quam comparaverant, capsellam persolverent, per fratres religiosos decenter et reverenter emiserunt. Quod itaque Deus fortasse ideo fieri consensit, ut merita S. Simonis magis publicarentur, suisque beneficiis plures potirentur.

Sacræ reliquiæ, prodigiose ab igne servatæ, n

7 Qui dum proficerentur, amne Rheni transito, per muros Andernaci *n* cæterasque villas et oppida, per ejusdem ripam fluminis sitas, transeuntes, etiam venerunt in quamdam villam Hersele *o*, in confinio Bonnæ. Ubi dum domum quamdam, eis notam, introissent, officiose excepti sunt et quum corpora refecissent, etiam membra requiei somni dare studebant. Tamen prius antequam irent dormitum, candelabrum cereo superfixo, linteo sanctis Reliquiis substrato, posuerunt. Noctu vero, nescio quo motu, cereus super linteum cadens, totus ardendo sine linei læsione consumptus est. Mane vero quum surrexissent homines, quod factum erat, vix vestigia famulæ* cerei combusti cognoscentes, annumerando meritis hoc S. Simonis deputarunt, glorificantes Deum. Deinde procedentes, quæ dicitur Mellenhove *p* villam venerunt non longe distantem ab Hersele. Ubi quum divertissent ad quosdam timentes Deum eisque familiares, manserunt apud illos : et dum fuissent bene recreati, sufficienterque sibi pausassent, et negotiis suis pactis *, valedicentes hospitibus, cum Sanctis Reliquiis inde recesserunt.

o

* faculæ?

p

* peractis?

puellam, altero cruremancam,

8 Fuerat autem in eadem domo puella, debilis uno crure, ita quod nullum pedem ad terram figere valebat ad ambulandum. Postquam ergo sanctæ Reliquiæ paulo longius ab hospitio recessissent, pœnituit illa, quod pro sui cruris sanitate Simonem non fuerat interpellata. Cui tamen a domina sua persuasum est, quatenus pedem ipsum, qui doluit, in eodem, quo sanctæ Reliquiæ steterunt, loco poneret. Quod quum consiliis dominæ suæ credula, Sanctique meritis Apostoli puella confidens fecisset, protinus recuperavit pedis sanitatem, quasi numquam doluisset; itaque quod post ipsos fratres Sanctarum bajulos Reliquiarum curreret cum nimia lætitia, gratias agens Deo. Hoc itaque quum cuncti vidissent et audissent, Sanctas Reliquias Apostoli ampliori devotione deinceps cœperunt venerari.

et aliam puellam, aquis suffocatam sanant;

9 Denique dum fines circa Rheni partes aliquantisper perlustrassent, Westphaliæ plagas, eodem retransmigrato flumine, cœperunt etiam circuire; quas, secundum quod eis videbatur expedire, circumeundo peragrassent, paucis evolutis diebus, venerunt ad urbem Zuzatiensem. Quod itaque Deus per B. Simonis merita sit operatus, sicut a patre puellæ in beneficium est impensum audivi, narrabo. Nam quum de Westphalia primo contigit ad ecclesiam Seinnensem proficisci, veni ad civitatem Zusatiensem *q*, ibique imminentes mihi causas expertæ disposuissem *, contuli me ad patrem puellæ supradictæ. Fuit enim mercator, cujus nomine Wernerus Krebs (latine Cancer) cui inter cætera me causa mercationis junxissem, inter collucotionis verba sciscitebatur a me, quo tenderem. Cui ego : Ad monasterium Heynense. At ille. In Heim brachium sancti Simonis habetur, qui filiam meam de morte suscitavit. Et ego, qualiter hoc factum foret, interrogans, respondit dicens : Venerunt in hanc civitatem aliquandiu nuntii Heymensis ecclesiæ, secum deferentes in capsella brachium beati Simonis, petentes elecmosynam pro capsellae solutione. Quod faciendo, dum populo verbum Dei in ecclesia proponerent, posuerunt in medio dolium aqua plenum, in qua dum Sanctas Reliquias mersissent, et plures accurrissent ad exhauriendam aquam cum magna aviditate, filia mea, adhuc pucrulus, * tumultuantibus turbis admixta, in pressura suffocata et mortua inventa, moxque ad B. Simonis * opitulantibus meritis poscentibus, *r*, est restitutar. Hoc idem Wernerus Krebs mihi postea retulit, quod etiam de post ab aliis confirmatum est, verum esse.

q

* causas ex pedire disposuissem

* parvula

* *adde* reliquias admota, opitulantibus ejus meritis

r

juvenem, morte proximum, sanitati restituunt :

10 Postea cum Sanctis Reliquiis diversis exitibus viarum deambulantibus, reversi sunt in propriam mansionem, scilicet ecclesiam Heymensem. Ubi de die in diem magis merita B. Simonis per regiones ipsas ubique crescendo, deinceps cœperunt divulgari. Quorum quoque rumor dum pervenisset ad aurem nobilis matronæ dominæ Mechtildis, comitissæ de Nassau *s*. Quod itaque dum fieret, cum devotione maxima tam ab ipsa quam ab omnibus illuc concurrentibus venerabiliter et cum omni reverentia receptæ sunt. Erat autem ibi quidam juvenis decumbens in tantum, quod nec loqui nec intellectum ullius rei haberet, ut penitus privatus esset sensibus ex nimio dolore. Quumque quasi semivivus jaceret, et morti vicinior, interventu parentum et amicorum sanctorum Reliquiæ deportabantur ad domum, ubi jacebat ægrotus juvenis. Quæ dum super pectus ejus ponerentur, continuo sensui restitutus est proprio, simul et usum loquendi recepit cum pristina sanitate. Hæc ibi acta sunt, ut prædicta domina et cæteri, qui tunc aderant, affirmarunt. Fuit etiam alia quædam mulier, nomine Sophia, pedissequa domini Giselberti, militis in castro Heyn, quam plures noverunt, etsi non adeo nobilis sicut prædicta domina, verumtamen ingenua religione. Hæc igitur in guttere gestabat inflationem talem, ut penitus

s

A penitus careret loquela. Quæ quum venisset ad altare S. Simonis, digitis gutture ejusdem attactibus fuisset circumgyratum, ac sacri liquoris undam, Sanctarum intinctione Reliquiarum sanctificatam, gustasset, quam pro relevatione infirmitatum diversarum semper promptam habere consuevissent, quia raro per anni circulum hebdomada occurrit, quin ob beatissimi Simonis merito non suffragetur infirmitatibus in potione vel circumlitioni sacri liquaminis. Hanc quum illa accepisset, protinus amissa vox restauratur eidem, ut clare diceret: Miserere mei, sancte Simon. Testibus abbate et milite supra dicto cum cæteris fide dignis, qui tunc aderant.

aquis, attactu Reliquiarum sanctificatis t

11 Item aliud, quod retulit abbas in Syburg *t*, vir venerabilis : quod semel contigit, ut veniret ad monasterium Heynen ad visendum Sanctas Reliquias, quas nos, sicut consuevimus, viris honestis, et præsertim religiosis, cum maxima reverentia monstrare *; quas eidem venerabili viro et abbati ostendimus. Ipse vero cum maxima devotione dum adorasset, postulavit sibi sancti liquoris fontem administrari. Quod ipsi fratres

* adde *consuevimus*

B propter venerationem Sanctarum Reliquiarum honestatemque ipsius viri cum meliori calice fecerunt. Ipse vero solus illum cum magna diligentia sumpsit. Quod quum vidissent fratres adstantes, quare cum tanta aviditate aquam illam sumpsisset, respondit abbas : Quia per sacrarum Reliquiarum merita B. Simonis evidentibus experimentis sanitatis officium mihi quondam Deus impendit. Contigit enim aliquando venire ad hunc locum me, et postquam vidi sanctas Reliquias, adorari ; et quodam in latere diu ante sensi obstaculum et pœnam permaximam : itaque per aliquot dies me vix sensi semivivum. Sed madefeci locum doloris cum liquore istarum Reliquiarum intinctarum ; et confestim, quando exivi portam claustri, diruptum ulcus lateris mei atque linitum est. Quapropter ex tum plenam ad istas Reliquias habui veneration nem ac dilectionem majorem. Nomen abbatis erat Godfridus.

liberatur mente captus,

12 Temporibus vero Henrici, comitis Heynnen, filii Henrici, fundatoris cœnobii hujus, fuit quidam, dictus Hano, qui res ejusdem comitis, novo circumjacentes castro, fideliter custodivit.

C Hic vero apud comitem dominum suum diffamatus est a falsis quibusdam æmulis suis. Quod quum ille Hano cognovisset, licet a domino suo nihil triste pertulisset, tamen sciebat, eum hominem furiosum et tyrannum, supra modum contristatus est in seipso in tantum, quod sensibus alienatus dementaretur. Qui quum quasi delirus incedendo periret, a filio suo, Theodorico Heynnensi cellario, qui hæc nobis manifeste retulit, eum ad Reliquias deduxit B. Simonis. Quas quum vidisset, et sacris fontis intinctione Reliquiarum Sanctarum sumpsisset, omnem sensuum recepit incolumitatem. Postea per plures annos, ipso Hannone defuncto, filius ejus, dictus Arnoldus, custodiens partem Novi Castri, qui filium habuit adolescentem, qui etiam sensibus dementatus, per silvas, montes, velut delirus et erroneus, vagabatur. Hic dum perductus fuisset ad Sanctas Reliquias, eisdemque signatus, sacroque potatus fonte, sensus suos per merita B. Simonis ad integrum recepit et ipse.

alius lepra infectus.

13 Delectat adhuc unum, quod Deus breviter demonstravit. Est igitur puer quidam, in nostra degens parochia, nomine Gerlacus, qui ministerio culinæ vasculis abluendis, cibariisque præparandis fratrum ipsius loci Heynnen deputatus fuit. Hic dum in commissis studiosius vigilaret, contigit, eumdem peregrinari languore, de quo tum non decumbebat. Facta autem quadam die, post tempus vespertinum ipsum * juxta focum sedente seque calefaciente, ut quidam repentinus tumor, velut rufa nigraque lepra, turgentibus pustulis immixta, protinus aspergendo apprehenderit corpus ejus, ut putaretur quasi vivus ardere, crepando dirumpi dolore. Quod dum fratres transeuntes, attoniti conspicerent, clamaverunt dicentes : Curre, miser, citius ad monasterium B. Simonis. Ille vero hæc audiens, statim viribus, quibus poterat, ad ecclesiam venit. Quo dum pervenisset, aqua de Reliquiis B. Simonis intincta potatus, velut antidoto, omne venenum abscessit, seque cum aqua ungens illa, et modico vino usus, totius corporis sui adeptus est sanitatem. Et postmodum sæpius demonstratus est adventantibus extraneis pro intersigno virtutis S. Simo- E
nis. Hæc de S. Simonis Reliquiis earumque beneficiis compendiose dicta sunt ; pauca de pluribus, lectoris vitantes fastidium. Verumtamen si quis ea prius descripsisset, addere plura potuisset. Hæc anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, tempore domini Arnoldi, archiepiscopi Trevirensis, qui et eodem obiit anno, descripta sunt infra Octavam S. Martini *u*.

* ipso ?

u

ANNOTATA.

a *Qui miserat ad Bollandum nostrum manuscriptum, Alexander Wiltheim noster in fine subnectit hæc verba :* Hic meus codex ita mendosus, et exscripsi. *Medicam igitur manum, quoties opus fuerit, adhibebimus, ita tamen, ut nostras emendationes facile quisque a genuino textu discernere poterit, utpote quas plerumque in margine appingamus. Porro ex dictis num.* 15 *constat, historiam conscriptam fuisse a anno* 1258.

b *Animadvertit laudatus Alex. Wiltheim, in textu continuo scribi* Heyn, Heynenses *etc.,* F
dum legendum sit Seyn *etc. Est scilicet Seyn seu Sayn cœnobium ordinis Præmonstratensis in diœcesi Trevirensi. De illo agunt Annales Præmonstratenses referentes* (1), *Henricum et Everhardum, Henrici Sayna comitis filios* intra montium juga et nemorososque vertices, non longe a castro Seynensi canonicis Præmonstratensibus monasterium condidisse, a castro et præterlabente rivo nomen ei imponentes... Monasterium, ad victum cultumque instructum,... anno 1203 nobilitarunt Saynam pii fundatores brachio S. Simonis Apostoli. *Ut infra in Actis Thaddæi dicemus, ex Gelenio discimus, brachium* S. Simonis, *asservarii in ecclesia S. Norberti Coloniæ. Translatum istuc verisimilius fuit sæculo* XVI, *quando abbate Judoco Brander pretiosiora quæque in arce comitis hæretici, velut in perfugio posita, versa sunt in utilitatem receptantis et in Ecclesiæ opprobrium* (2). *Tunc quidem translatas fuisse* S. Simonis *exuvias Coloniam arbitror. Certe*

(1) Annal. Præm. tom. I, col. 757. — (2) Ibid. col. 762.

teste

A *teste Browero in Annalibus Trevirensibus anno* 1670 *Saynæ erant* S. Simonis *Reliquiæ* (1).

c *Innocentius Pp. III, quem merito Magnum appellat scriptor, sedem apostolicam occupavit ab an.* 1198 *ad* 1215 : *Treviris Joannes I ab an.* 1190 *ad* 1213 (2); *Coloniæ Adolfus I ab anno* 1197 *ad* 1205 (3) *cathedram tenuerunt.*

d Weslich, *latine* Waslicia, *hodie* Wesseling, *olim in Arcuensi, nunc in Herselensi decanatu, ripæ sinistræ Rheni, media fere via inter Coloniam et Bonnam adjacet* (4). *Milliaria de quibus in textu sermo est, sunt germanica, quæ quinque circiter chiliometra capiunt.*

e *De contentione pro Romano imperio inter Ottonem, Saxoniæ potius quam Brunswici ducem et Philippum, Sueviæ (non vero Suceiæ ducem) agunt passim historici istius ætatis. Consule, si lubet, Baronium ad annum* 1199 § 18 *et seqq. ac Trithemium in Chronico Hirsaugiensi ad eumdem annum* (5).

f *Browerus in suis Annalibus lib* XV *num.* 48 (6), *meliori verisimiliter textu usus, verba*
B *hic luxata et sine necessitate repetita, reddit hoc modo :* Pagi vero incolæ, quos episcopi consilium non fefellerat, rati thesaurum antistitem condidisse, sublatum interea brachium, animadverso pretio, clam avertunt.... Herelinus quispiam, qui munus sacrum fraude sustulerat, Brunoni Seynensi comiti, Bonnensis ecclesiæ præposito, homini claro divitiis, et auctoritate donum, non suum, offert.

g *Bruno sedem Coloniensem in multis miseriis relinuit ab an.* 1205 *ad* 1208 (7) : *fratres autem Brunonis sunt ipsi fundatores cœnobii Saynensis. Henricus et Everhardus : unde obvia procedit ratio, cur dicto monasterio sacræ Reliquiæ donatæ fuerint.*

h *Semper Ecclesia exosam habuit pluralitatem beneficiorum, et isto maxime tempore Alexander Pp. III cap.* VII *de Præb et dignit, et Innocentius III cap.* XXIII *ibid* (III,5) *constanter renuerunt admittere unum clericum ad plura beneficia, præsertim quando unum sufficit ad honestam sustentationem et non agitur de beneficio, curam animarum habente.*

i *Plura sunt hujus nominis oppida : videtur*
C *tamen hic loci intelligenda Villa Blanckenberg in decanatu Sigburgensi, in diœcesi Coloniensi, ad Sigam fluviolum.*

k *Secundum Annales Præmonstratenses, supru annot.* b *citatos, brachium* S. Simonis, *in cœnobium Saynam translatum fuit* anno 1203 : *igitur Bruno præpositus illud fratribus suis donavit anno* 1201, *in quod tempus incidit peregrinatio episcopi Armeni.*

l *Hermannus cum examine duodecim canonicorum primus ex Steinfeldia cum præpositi dignitate Saynam submissus fuit ub Erenfredo abbate. Anno* 1220 *ejus tumulo inscriptum fuit distichum :* Saynensis primus hic Hermannus jacet abbas : abbates hic sunt etiam reliqui tumulandi (8).

m *Non diu in gradu præpositi mansit Hermannus, utpote quem jam anno* 1206 *Innocentius Pp. III nominet abbatem, ut constat ex ejus epist.* 108 *in supplemento ad Re-* D *gesta* (9). *Dirigit Pontifex epistolam* dilectis filiis Hermanno abbati et fratribus Ecclesiæ Beatæ Mariæ in Sayna, tam præsentibus quam futuris, *eosque* sub Beati Petri et sua protectione suscipit et præsentis scripti privilegio communit, statuens, ut Ordo canonicus, qui secundum Deum et Beati Augustini regulam, atque institutionem Præmonstratensium fratrum in eodem loco constitutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. *Enumeratis dein prædiis, quibus cœnobium dotabatur, vult ut* clericos et laicos, e sæculo fugientes ad conversionem accipere et eos absque contradictione aliqua retinere valeant. *Sancit insuper* 1° Ne terras seu quodlibet beneficium, *ecclesiæ Saynensi* collatum, liceat alicui personaliter dare, sive alio modo alienare absque consensu totius capituli, vel majoris vel sanioris partis ipsius. 2° Ne cui episcopo vel alii plus a *Saynensibus* pro decimis petere et recipere liceat, quam fuerit a prædecessoribus eorum usque ad hæc tempora requisitum. 3° Quum autem generale interdictum terræ fue-
rit, liceat *Saynensibus* clausis januis, exclusis E excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. 4° Chrisma, *inquit*, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diœcesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacro sanctæ Romanæ sedis habuerit, et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere : alioquin liceat vobis, quemcumquis malueritis, catholicum adire episcopum, gratiam et communionem apostolicae sedis habentem, qui nostra auctoritate, vobis, quod postulatur, impendat. Quod si sedes diœcesani episcopi forte vacaverit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere, libere et absque contradictione possitis; sic tamen ut ex hoc in posterum episcopis propriis nullum præjudicium generetur. 5° *Prohibet, ut intra fines parochiæ Saynensium nullus* sine assensu diœcesani episcopi *et eorumdem Saynensium* capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Romanorum Pontificum. 6° Sepulturam quoque ipsius loci liberam F esse decernit, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti Sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. 7° In parochialibus quas habebant, licebat illis saserdotes adligere, et diœcesano episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, ut ei de spiritualibus, Saynensibus autem de temporalibus debeant respondere. 8° Obeunte vero ejusdem loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars majoris vel sanioris consilii secundum Deum et Beati Augustini Regulam providerint eligendum. 9° Præterea omnes libertates et immunitates, olim a Romanis Pontificibus Ordini Præmonstratensi olim con-

(1) Annales Trevir, tom. II, pag. 100. — (2) Gall. Christ. tom. XIII, col. 435. — (3) Ibid. tom. III, col. 683. — (4) Binterim, Die alte u.neue Erzdiöz.Col.V, 1, pag. 136 et tom. II, pag. 228. — (5) Tom. I, pag. 492. Edit. Sangall. — (6) Annal. Trevir. tom. II, pag. 99. — (7) Gall. Christ. tom. III, pag. 685. — (8) Annal. Præmonst. tom. II, col. 758. Cfr Brower, Annal. Trevir. tom. II, pag. 100. — (9) Migne, Patrol. tom. CCXVII, col. 156.

cessas

cessas, auctoritate apostolica illis confirmat, et præsentis scripti privilegio communit. *Hæc aliquantisper prolixius exposuimus, tum ut constat abbatiæ Saynensi eadem jura et privilegia fuisse attributa ac reliquis monasteriis Ordinis Præmonstratensis, tum ut planius elucidetur, quis sit valor verborum, quando Pontifex dicit, se aliquem Ordinem seu monasterium* sub beati Petri et sua protectione suscipere.

n *Andernacum, olim etiam Antoniacum appellatum, oppidum est in sinistra ripa ad Rhenum sita in diœcesi Trevirensi: quum autem Sayna in dextera ripa ejusdem fluvii jaceat, recte adjungitur* amne Rheni transito. *Juxta mœnia oppidi erat parthenon S. Thomæ VV. Ordinis S. Augustini a Maginero archiepiscopo anno* 1129 *reformatum* (1).

o *Hersel parochia ruralis in sinistra ripa Rheni, paulo infra Bonnam: nomen suum tribuit destrictui decanali.*

p *Mettenhove nuspiam reperitur in Elencho omnium parochiarum et villularum. Codex habet oblitteratum nomen* "Nettenhove, *sed neque istud uspiam reperire est, quoniam dicitur locus* non longe distans ab Hersele, aliquousque situs cognoscitur.

q *Susatum, germanice* Soest, *oppidum Westphaliæ, in diœcesi Monasteriensi.*

r *In margine notavi, qua ratione sensui, undequaque luxato, mederi utcumque potuit. Idem pro modulo deinceps præstabimus.*

s *Pendet phrasis, quia alterum deest membrum. Videtur autem addendum, quod Mechtildis comitissa petierit,* ut sacræ Reliquiæ ad castrum suum Nassau deferrentur. *Sequentia deinceps optime fluunt, nempe concursus populi ejusque pietas in sanctum Apostolum, et maxime quod dicitur paulo infra:* Erat IBI quidam juvenis, *quo locus indicatur in antecedentibus nequaquam nominatus. Nassau seu Nassovia oppidum est, ut lego in Lexico topographico Adriani Guibert, incolas capiens* 1080. *Mechtildis, de qua scriptor noster, est verisimiliter filia Ottonis III, comitis Gelriæ* (2), *uxor Henrici, comitis Nassoviæ, qui inter annum* 1247 *et* 1250 *diem suum obiit* (3): *exstat quoque ejusdem Mechtildis sigillum in libro ad calcem paginæ citato* (4).

t *Monasterium Syburg, Ordinis S. Benedicti, seu melius Sigeberg, in diœcesi Coloniensi, a S. Annone II archiepiscopo fundatum anno* 1066 (5), *jacet ad Sigam fluvium. Hodie caput est decanatus in eadem diœcesi.*

u *Jam animadvertimus in annotato* a, *tempus, quo scriptor noster historiam suam composuit. Arnoldus, hujus nominis Secundus diem suum obiit* v *novembris* 1259 (6). *Neque contrarius est scriptor noster, quando dicit,* eodem anno *vitam finiisse Arnoldum. Nam verba* eodem anno *non significant eodem anno vulgari seu* 1258, *sed infra annum, quo hæc scripta fuerunt. Enimvero Arnoldus defunctus die* v *novembris intra annum, ab octava S. Martini seu ab* XI *ad* XVIII *novembris inchoatum, vitam clausit suam.*

(1) Gall. Christ. tom. XIII, col. 624. — (2) Kremer, Origin. Nassov, tom. I, pag. 414. — (3) Ibid. pag. 411. — (4) Ibid. tab. V. — (5) Gall. Christ. tom. III, col. 769. — (6) Ibid. col. 443.

EX MSS.

CAPUT SECUNDUM.

Sancti non raro puniunt eos, qui eorum cultum negligunt; mulier voti negligens punitur, postmodum sanatur; custos cœnobii a gravissimo malo liberatur.

S. Simonis *cultus*

Nam si rerum causas simul rimando vigili pensamus corde, divina videlicet, quantum licet, humana, quantum possumus, omnem citius dubietatem ab oculis tergemus scrupulum conscientiæ *a*. Legitur enim in Veteri Testamento de Heliseo propheta, qui longe fuit ante nativitatem domini nostri Jesu Christi, qui dum cadaver hominis mortui projectum fuisset in sepulcro ejus, statim quum cadaver tetigisset ossa prophetæ, revixit homo, stetit super pedes suos *. Simili modo legitur de B. Catharina, quæ post Ascensionem Domini fuit, quod quocumque de minutis ossiculis ejus unum delatum fuerit, oleum exinde profluere. B. vero Simon, unus de duodecim Apostolis, quum ipse Dominus noster Jesus Christus apparuisset in carne, cum ipso manducavit et bibit, ambulavit et mansit filius... sicut et alii fratres ejus, videlicet Judas, qui dicitur Thaddæus, Joseph, qui cognominatur Justus, Jacobus Minor, qui Frater Domini, pro eo, qui ei in natura humana per omnia similis in facie fuit, et quod judæi cognatos fratres appellabant *b*. Igitur si Deum, in quem nullus cadit motus et semper in sua tranquillitate fixus persistit atque stabilitate, verumtamen humano loquendi modo et more secundum hominum merita, dici fas est, eum moveri, lætari, irasci, merito circa suos consanguineos, sicut legitur de B. Joanne Apostolo, ampliori dilectionis affectu moveri, quam ad alios credendum est, licet omnes amet operantes bene, sicut ipse dicit. " Ego diligentes me diligo *; " qui maxime per observantiam mandatorum ejus probatur, quemadmodum alibi legitur : " Si quis diligit me, sermonem meum servabit. "

a

b

* IV Reg. XIII 21 et Eccl. XLVIII, 14.

* Prov. VIII, 16.

* Joan. XIV, 23.

perperam neglectus,

15 His itaque rationibus S. Simonem a Domino, quia videlicet ejus mandata, sicut alii discipuli, cæterique Sancti servare implevit, et quia ejus esse secundum carnem dignoscitur, principalius amari dicendus est, meritoque de ejus ossibus oleum gratiæ cunctis fideliter petentibus profluere sperandum est; scilicet de tanti athletæ cognatique brachio, quod apud nos integrum custodimus, et assidue conspiciendo venerandisque veneramur osculis ac adoramus. Quapropter et nos quibusdam nobis rationibus quodammodo congruentibus, B. Simonem specialius diligere adstrictos nos esse scimus. Quarum vero una permaxima probatur, quia si Deum toto diligimus corde, suæque genitrici gloriosæ Virgini Mariæ veræ dilectionis crebro affectu famulamur, de jure B. Simon a nobis speciali prærogativa diligendus et honorandus est, quia eorum consanguineum dile-

ex mss. ctum esse, minime dubitamus. Alia vero est, quia tam gloriosis et venerandis suis Reliquiis nostræ patrocinatur ecclesiæ, eamque frequentia miraculorum et innumeris virtutum beneficiis eamque meritorum quotidie conspicimus decorari. Merito quippe B. Simon a nobis est honorandus, cordeque jugiter illud pertimescendo retinendum, quod ecclesia quædam venerabiles apud se Reliquias habens reconditas, dum debito non venerarentur obsequia, Sancti, quorum fuerunt Reliquiæ, patefacta testudine tempore quodam visibiliter exire visi sunt, ac deinceps eorum Reliquiæ non sunt amplius ibidem repertæ. His eadem ecclesia tam Reliquiis quam beneficiis earum propter ingratitudinem est privata.

sicut alii Sancti, 16 Simile contigit de tribus virginibus, quæ fuerunt et sunt de numero S. Ursulæ et XI millium virginum, quæ fuerunt locatæ in quoddam monasterium in partibus Turingiæ, nomine Ollersleuben *c*. Quarum corpora ibidem dum ad *c* plures annos fuerunt, et in magna reverentia habita, quamdiu ibi erat reformatio. Sed quando cecidit reformatio et periit ibidem, mirabile di-
B ctu! eædem virgines seu corpora earum ita integraliter, sicut fuerunt in vita, exierunt, ecclesiam et monasterium relinquentes, et mane in Colonia repertæ sunt simul stantes in ecclesia S. Ursulæ, ubi usque in hodiernum diem Reliquiæ earum habentur cum cæteris Reliquiis, ut patet clarius in eadem ecclesia, ubi in memoriam earum depictus et conscriptus est reditus, *d* et quo tempore et anno etc. *d*. Et ne longa quæramus exempla, formidemus hoc summopere, quod B. Nicolaus, dum Mirenses debito sibi non * Myra. famularentur honore, de Mirrea * Barium se *e* transferri permisit *e*. Simili quoque modo brachium S. Laurentii miraculis Laudunum tran- *f* slatum est *f*. Quapropter non æstu avaritiæ, non spe oblationum cuiquam umquam exhibendæ sunt Reliquiæ S. Simonis aut cujuscumque Sancti Reliquiæ. Verumtamen propter honorem Dei, simul et Apostoli dilectionem, ob venerandum et salutem advenientium, quemadmodum hactenus consuevimus facere summa devotione, solemni vestiti cappa, stola collo circumposita, candela semper adhibita pariter et incenso, confessioneque præmissa, non pigeat accedere;
C quod tam a sæcularibus quam a religiosis in eodem videmus fieri loco, has desiderantibus videre: quibus simplex non sufficiebat confessio, quin diutina disciplina se macerarent; illico proculdubio in memoria gerentes, qualiter Oza dum arcam Domini, de plaustro deciduam, bobus calcitrantibus, dum conabatur erigere, subitanea fuit morte peremptus. Nec non et illud, quod si qui B. Laurentii corpus, dum venerunt pro S. Stephani Protomartyris corpore colere, qu.... licentia, repentina morte mulctati, quod latere plures non puto *g*. Ex quo ve- *g*
* persuasio. nit in memoriam ejusmodi persuadeo *, ne quis umquam ad sacratissimum et vivificum corpus dominicum deferendo vel distribuendo præsumat accedere. Nam quod ante paucos inde terribile acciderit annos, scribendo publicare non præsumo. His ergo exhortationis exemplis ad præsens sumus contenti, et servanda servare semper et vitare vitanda, donec nobis omnipotens Deus, qui glorificari vult in suis Sanctis et laudari solus, qui vivit et regnat in Trinitate perfecta laudabilis et gloriosus in sæcula sæculorum. Amen.

17 Devotionem, quam circa sacras B. Simo- *negligentes corripit* nis Apostoli Reliquias habemus, piissimus Deus ob inenarrabile suum donum suæ suavitatis de die in diem magis ac magis attendendo, pro frequentia miraculorum illius assidue dignatus est renovare, et maxime ad præsens, postquam hæc, quæ de ipso præmisimus, descripsimus, per beneficium, quod per merita ipsius in ecclesia nostra Heyn visibiliter fieri vidimus, illud perfecte manifestando, quod superius præfati sumus, scilicet de virtutibus ejusdem apostoli, scribendi plura semper esse locum. Igitur in villa, quæ dicitur Heymbach, juxta cœnobium Rumersdorff sita *h*, mulier quædam, Mechtildis *h* dicta, crus unum doluit, ut ambulandi suum impediretur officium. Hæc itaque dum ad dedicationem capellæ S. Nicolai, quæ dominica proxima post festum Servatii *i* singulis annis cele- *i* bratur in ecclesia nostra Heynensis monasterii, cum cæteris veniret, B. Simonem sui pro sanitate cruris interpellata fuisset, sanctisque visis Reliquiis, pristinam continuo recepit sanitatem. Hujus ergo rei gratia circa B. Simonis venerabilis amores compuncta Reliquias*, ad afferen- * amorem.
E dum ei censum in dominica dedicationis annis singulis se obligavit. Quem quum duobus obtulisset annis, tertio neglexit, decima tertia die transacta a dicto termino, quæ fuit tunc proxima sexta feria ante Pentecostem, eadem nocte cum marito suo, dicto Alberto, in lecto colloquendo, quod censum, quem S. Simoni voverat offerre, minime solvisset, querebatur, et quod sine plaga transire non posset, formidaret. Hæc autem dum corde revolveret, quod proferebat ore, quædam effigies in humana specie apparuit illi dicens: Surge, surge, Heynne profi ciscere.

18 Cujus simul visione et voce mulier territa, *mulier, voti incuriosa,* suam, quibus erat cooperta vestibus, faciem velare nititur. Dum brachium ad perficiendum, quod conabatur, extenderet sinistrum, effigies ipsa, quam videbat, eamdem quam levavit, apprehendit cum impetu, et primo pollice, dein singillatim digitos singulos tam valide flectendo, quasi simul in unum concrevissent, in palmam recurvavit. Quo facto, tantus in ipso brachio manuque subsecutus est dolor, ut totum corpus illius penetraret, et sensibus abalienata, quasi mortua jacens. Quod cernens maritus ejus, eos, qui secum in domo erant, excitavit, F accensoque lumine, miserabiliter torqueri conspexerunt. Cujus miseriæ cuncti condolentes, et maxime filia, sicut debuit, maternæ pietatis affectu commota, B. Simonis suppliciter invocabat auxilium: quæ citius exaudita est, matrique sensus cum voce restituuntur. Adhuc tamen brachii dolore fortiter durante, manusque contractione firmiter durante et permanente, proculdubio quatenus profuturum intelligeretur, cujus gratia præsens impensum fuisset beneficium. Ipsa quoque mater, ubi vox et sensus sibi restituti, præ tam subitis imminentibus doloribus totam domum replevit clamoribus, ut vicini accurrerent. Quumque dies clarius illuxisset, ad ecclesiam suam deducitur, et plebano demonstratur cum cæteris concilii* causa, simul * consilii? et auxilii, nec quidquam, quid expediret, reperitur. Verumtamen unus assistens de circumstantibus digitos illius acuto nitebatur erigere stipite, sed non potuit. Pluribus diversa sentientibus et proferentibus, a marito et filia sua tandem ad ecclesiam Heynnensem deducitur cum magno labore.

19 Qui

punitur, sed sanctum invocans,

19 Qui dum claustri portam transissent, monasterium mox ingredientibus, muliere sine cessatione, Sancte Simon succurre mihi nunc, multoties repetente, ante altare S. Crucis, quod nos etiam in honore S. Simonis consecrare proposuimus, se projiciente : ejus clamorem in choro, quibusdam detentus occupationibus, dum audivi, mirarerque, accedere distuli. Verumtamen adhuc in clamoribus ipsa perseverante, tædio tandem compulsus ululatu illius, duobus fratribus assumptis, videlicet fratre Rudolfo subpriore et fratre Manegoldo, qui tunc occurrerant, quidnam esset, videre processimus. Ad quos itaque dum pervenissemus, mulier ad nos se vertens, ostensa manu, quæ et quomodo contigisset, cuncta nobis seriatim cum tanto dolore narravit, ut nos ad lacrymas provocaret, intimo corde sæpius repetentes: O S. Simon succurre nobis nunc in tanto necessitatis articulo. Et ipsa : O. S. Simon succurre mihi nunc, et ego quamdiu vixero, singulis annis, qualibet sexta feria ante Pentecosten, censum cum cerea manu offerre promitto. Talia siquidem muliere proferente, maritus et filia
B ejus postulabant, quatenus ejusdem B. Simonis eis Reliquias ostenderemus. Ad quod fratres mecum assistentes, promptos se exhibentes : verumtamen quia cæteri fratres conventus, adhuc dormientes moram fecerunt, interea quidam de fratribus, illius compatiendo calamitatum miseriis, misertus totusque resolutus in lacrymas, oravit dicens: O S. Simon, ut omnibus de te narratur, credamus beneficiis et miraculis, succurre nunc huic mulieri.

perfectæ sanitati restituitur:

20 Dein sacris solemniter super altare cum reverentia positis Reliquiis, nosque cantando dum S. Simonis invocassemus auxilium, mulier incedens flexis genibus, suum, quod doluit, brachium super Reliquias posuit. Intervallo facto brevissimo, digiti, qui sic reflexi fuerant, ut nullus a manu posset avellere, sanctis tactis Reliquiis, omnes erigi cœperunt singillatim, et primo digitus auricularis, postmodum cæteri. Ipsa quoque mulier, compuncta verba protulit,
k ac intellectiva *k*, quæ forte dedit vexatio. Et quando primus erigebatur digitus, tantus cordis dolor, quasi gladius transiret, apprehendit eam, unde et dixit : Tua sunt hæc opera, S. Si-
C mon, perfice quæ cœpisti. Hæc itaque dum nos vidissemus, tam de verbis illius, quam de his, quæ vidimus, compuncti, et quod primo ex compassione, postea flevimus amplius præ lætitia. His itaque gestis, pulsatis campanis omnibus,
l q... *l*, convocatur, quæ gesta sunt manifestantes, quibus auditis, glorificaverunt Deum. Hæc nos tres sacerdotes, unus diaconus, scilicet fr. Arnoldus de Unckele, Richardus subdiaconus protestamur nos vidisse, et sicut in primis oravimus, omniaque de S. Simone scripsimus, per præsens beneficium confirmata non dubitamus. Alius vero quidam, dictus Henricus et arte faber, dum subsannando dixisset esse morbum « Kramppe, » latine Spasmus dicitur, repente percussus infirmitate eadem, qua mulier illa, antequam nobis prædixit, moritur, XVI die defunctus est. Acta sunt hæc anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, feria sexta ante Pentecosten, per merita B. Simonis, ad honorem Domini nostri Jesu-Christi, qui vivit et regnat, etc.

ab apostemate liberatur :

21 In eadem hebdomada, quod cognovimus recenter patratum est, duximus præsenti connectere miraculo beneficium. Custos noster Fr. Petrus, adhuc vivens, ante hos dies graviter detentus infirmitate, lecto decumbendo elanguit. De qua, divina interveniente gratia, post aliquot dies convalescendo cedere cœpit ad sanitatem incrementum. Verumtamen omnipotens Deus hunc gratiarum actionis honorem solus in hac re habere volens, dilecto consanguineo B. Simoni participari dignatus est, et ut ipsum custodem capellanum postmodum redderet in obsequio suo devotiorem simul et ferventiorem, in alium gravem atque periculosissimum permisit incedere languorem, quod clam in quadem secreta, sui corporis parte nasceretur apostema. Quod itaque ad doloris sui augmentum magis atque magis turgendo cœpit inflare. Unde tantis inde doloribus affectus est, ut nec sedere, nec facere posset vel ambulare. Somnus ab oculis illius recessit, cibumque formidavit, sano sumere palato. Undique pressus doloribus, angustiatus ubique, quid eligeret, ignorans, quum locus doloris medicamentis esset incongruus, etiamsi medicus afforet. Et quum jam in desperationem vergeret, tandem ex prædictis B. Simonis recentibus instigatus beneficiis, ejusdem depre- E
caturus Apostoli juvamen ex infirmitatis loco, quasi peregrinando, procedere proposuit ad monasterium, quod et fecit. Viribus, quibus potuit ivit ante fores ecclesiæ, quia conventus tunc cœnavit, serratas se prostravit : Ps « Miserere mei, Deus » et antiphona cum collecta de S. Simone dicebat cum lacrymis, orando quatenus Deus per merita B. Simonis ipsum liberaret ab instanti languoris periculo.

frater ipsius coenobii.

22 Quibus expletis, reversus est in locum suum : et dum sederet ad cœnandum, solitoque more dolentius molliusque reponere vellet membra, nihil, sicut ante, sensit doloris, et ulcus, quod velut lapis duraverat, sine quovis medicamento subito diruptum est absque dolore. Unde præ nimia lætitia replevit domum clamoribus, sic ut transeuntes offenderet, B. Simoni gratias referens, certissime meritis illius deputandum. Nos vero doloris illius novimus angustias. Qualiter autem sanatus sit, sicut prædiximus, quasi sub juramento nobis juravit. Ex præsenti quod de brachii supra scripsimus, miraculo, recordamur aliud quiddam cuidam civi Coloniensis urbis præstitum per B. Simonis merita sanitatis beneficium, quod hunc *, enarrare negleximus. * tunc ?
Fuit enim in urbe jam dicta quidam civis, rerum facultatumque competenter exuberans, qui quum * inopiæ malum arte sua consueverat bra- * *omittendum* quum ?
xandi pracavere. Hic * cum quodam litigaret, illum cultello pungere conabatur, illeque fugiendo * *addendum* quum.
reclinaret, in laqueum, quem tetendit, incidit, semetipsum, videlicet in brachio suo juxta manum se periculose vulneravit. Quod igitur, dum parum putavit, parvi pendendo minus curavit. Verumtamen quia modica dum damna spernimus, plerumque dilabimur ad majora, brachium illud cum tanta cœpit inflatione turgere, quod nec diebus nec noctibus ullam posset habere requiem. Unde si vitam nunc perderet, qui manum jam tum desperaret, a fratre nostro Godefrido carpentario, qui tum Coloniæ erat, persuasum est illi, quatenus pro tali periculo B. Simonem interpellaret, et voveret obsequium sibi præstaret continuo de tanto liberaretur malo. Quod ille dum gratanter fecisset, simul adhibitis medicamentis, pristinæ sanitati restitutus est. Hoc itaque B. Simonis ipsis sanctissimis deputans meritis

A ritis, Deo gratias agit, nec non et S. Simoni brachium ad indicium gratiarum actionis per eumdem fratrem ad ecclesiam nostram transmisit.

ANNOTATA.

a *Ut sæpius jam annotavimus, textus est non raro corruptus. Hic loci legendum mihi videtur :* Si rerum causas simul rimando vigili pensamus corde, divinas scilicet, quantum licet, humanas, quantum possumus, omnem citius dubietatem ob oculis tergemus et scrupulum conscientiæ.

b *Commentarii prævii numm.* 7 *et seq. monstravimus* S. Simonem *Apostolum male confusum fuisse cum* S. Simeone, *fratre Jacobi episcopi Hierosolymorum et ejusque in hac sede successore.*

c Ollersleuben, *aliis* Oldisleven, *olim monasterium Benedictinorum, in media Thuringia situm. Ejus fundationem, variamque fortunam adumbrat auctor Thuringiæ sacræ; destructum fuit sæculo* XVI *tempore belli rusticani* (1).

B d *Hanc spontaneam et portentosam migrationem Virginum Ursulanarum incertam habet collega noster ad diem* XXI *octobris in Gloria Posthuma S. Ursulæ* (2).

e *Historiam translationis corporis S. Nicolai Myra Barium, ad civitatem Apuliæ, conscriptam reliquit Joannes, archidiaconus Bariensis anno* 1088 *: eamque Surius publici juris fecit ad diem* IX *maji* (3).

f *Brachium sinistrum S. Laurentii martyris* pro more, *ait auctor Annalium Præmonstratensium* (4), istorum temporum *suffuratus est in Hungaria Thomas, religiosus monasterii S. Martini Laudunensis, illumque thesaurum in propriam ecclesiam transtulit.*

g *Mutilus est textus; unde satis difficile est ejus sensum clare percipere, maxime quia in Actis S. Laurentii nihil occurrit, quod alludit ad repentinam mortem, inflictam iis, qui* S. Laurentii corpus pro S. Stephani corpore coluissent. *Verum quoniam auctor noster totus in eo est, ut venerationem SS. Reliquiarum altius lectorum animis inculcet, ad rem no-*

C *stram facit, quod scribit S. Gregorius Magnus lib,* IV *epist.* 30 (5) : Sanctæ, *inquit,* memoriæ decessor meus ad corpus S. Laurentii martyris quædam meliorare desiderans, dum nescitur, ubi venerabile corpus esset collocatum, effodi-

D tur exquirendo et subito sepulcrum ipsius ignoranter apertum est; et ii, qui præsentes erant et laborabant, monachi et mansionarii, qui corpus ejusdem martyris viderunt, quod quidem minime tangere præsumpserunt, omnes intra decem dies defuncti sunt, ita ut nullus vitæ superesse potuisset, qui sanctum justi corpus illius viderat. *Factum, uti a S. Gregorio narratur, aptissime quadrat cum historia Ozæ, qui vacillantem arcam Dei ausus fuerat attingere; quod scriptor confirmat allegata historia S. Laurentii. Quis porro fuerit decessor iste, de quo agit S. Gregorius, non facile dixerim. Non enim videtur proximus decessor Pelagius II, qui ab anno* 578 *ad* 590 *cathedram Romanam occupavit. Nam certe tunc exquirendum non erat S. Laurentii sepulcrum, utpote quod ante annos plus minus triginta CPoli agens Pelagius I, Pontifex ab anno* 555 *ad* 560, *obtinuit corpus S. Stephani Protomartyris, quod Romam translatum intra sepulcrum S. Laurentii conditum fuit. Quapropter, sedente Pelagio II, certe cognitum erat sepulcrum S. Laurentii. Quinimo non crediderim, de sepulcro, sedente*

E *Pelagio I, exquisitum fuisse. Verisimiliter enim S. Gregorius causam indagationis, nempe appositionem corporis S. Stephani, expressisset. Unde existimo sub antiquioribus Pontificibus portentum accidisse. Certe Joan. Ciampini, in libro de Sacris Ædificiis* (6) *refert ex libro pontificali Xystum III, pontificem ab anno* 432 *ad* 440, Confessionem S. Laurentii *cum suis ornamentis* fecisse.

h *Romersdorffium monasterium erat in diœcesi Trevirensi, ad tertium lapidem infra Confluentiam ad dexteram Rheni ripam. Erat olim Benedictinorum, qui illud deseruerunt, et in quod Albero, Trevirensis archiepiscopus, emisit anno* 1135 *canonicos Præmonstratensis, ex Floreffiæ in finibus Namurcensium monasterio eductos* (7). *Parochia Heimbach juxta Romersdorf ad patronatum monasterii pertinebat* (8).

i *Festum S. Servatii in Martyrologio Usuardi notatur ad diem* XIII *maji, quo etiam die colitur apud Leodienses et alios finitimos.*

k *Hic loci aut aliqua vox omissa est, v. g.* clara, *aut conjunctio* ac *expungenda est.*

l *Denuo lacuna; quæ impleri debet dicendo:* F communitas quoque convocatur : *præsertim quum paulo infra citantur varii canonici, qui testes, quamvis initio non adfuerint, dicuntur.*

(1) Turing. Sac. pag. 709 et seqq. — (2) Act. SS. tom. IX Octobris, pag. 249. — (3) Vitæ SS. mens. maji, pag. 116. — (4) Annal. Præm. tom. I, col. 64. Cfr Act. SS. tom. II Aug. pag. 498. — (5) Migne, Patrol, tom. LXXVII, col. 701. — (5) Pag. 112. — (7) Gall. Christ. tom. XIII, col. 554. — (8) Annal. Præm. tom. II, col. 696.

A D

DE S. THADDÆO, APOSTOLO

QUI ET JUDAS

COMMENTARIUS HISTORICUS.

J. V. H.

§ I. Sancti varia nomina; ejus cum Christo Domino cognatio; non videtur in Africa Evangelium prædicasse.

SÆC. 1. *S. Apostoli nomen,*

Antequam Acta S. Apostoli aggrediamur, opportunum est in varia ejus nomina inquirere. Apud Matthæum X, 3 *simpliciter vocatur* Thaddæus *et decimo loco inter duodecim Apostolos ponitur; eodem nomine et loco recensetur apud Marcum* III, 18; *apud Lucam vero* VI, 16, *loco undecimo appellatur* Judas Jacobi. *In textu græco habetur lectio alia, scilicet* S. Judas *vocatur* Lebbæus, Λαβ-
B βαιος; *quam vocem Corn. a Lapide deducit ab hebraica etymologia* Leb, *quam* cor *interpretamur; unde latine* cordatus *aut* animosus *diceretur.* Thaddæi *autem nomen derivatum tradit laudatus a Lapide a voce syriaca* Thad, *quod* Mammam *significat : unde* misericors, benignus *dicitur. Joan. Mylius in editione græca N. T. habet :* Λεββαιος ὁ ἐπικλειθεις Θαδδαιος, Lebbæus, cognominatus Thaddæus; *quæ posteriora verba Const. Tischendorf inter variantes lectiones rejicit; ita ut textum latinum Matthæi omnino referat. Tribus igitur nominibus Apostolus noster in Evangelio venit : vocatur videlicet* Judas, Thaddæus *et* Lebbæus.

cognatio

2 *Non est cæterum, quod pro more nostro repetamus elogia, quibus* S. Judas Thaddæus *in Fastis sacris ornatur, quum hæc jam paulo supra in S. Simone Apostolo retulerimus. Sed dum primum gressum ponimus in hisce Actis elucubrandis, jam gravis nos pulsat quæstio : quæ nempe est* S. Judæ *cognatio. Ad quam solvendam duplex ad est nobis elementum : imprimis epistola canonica septima in qua superscribitur :* Judas Jesu Chri-
C sti servus, frater autem Jacobi Ἰουδας Ἰησου Χριστου δουλος, ἀδελφος δε Ἰακωβου. *Erat igitur Judas scriptor epistolæ, frater Jacobi illius, qui primam epistolam scripsit : neque alium Jacobum excogitare licet, præsertim quum uterque eadem superscriptione utatur :* Jacobus Dei et Domini nostri servus Ἰακωβος Θεου καί Κυριου Ιησου Χριστου δουλος, *ut legitur in capite primæ epistolæ ex septem catholicis. Quam interpretationem omnimode confirmat S. Hieronymus De Viris Illustr. cap.* IV (1), *dicens :* Judas frater Jacobi, *istius profecto Jacobi, de quo paulo supra cap.* II, *locutus fuerat. Iste autem Jacobus a S. Paulo Galat.* I, *vocatur* Frater Domini, *id est, ejus patruelis : quod confirmant etiam Eusebius Hist. Eccles., lib.* II, *cap.* I (2) *et Hieronymus De Viris illustr. cap.* II (3) : *atque ita* S. Judas *ad familiam quoque Christi Domini pertinet.*

cum Christo Domino,

3 *Atque hinc enascitur alia quæstio : utrum scilicet* S. Judas *frater S. Jacobi idem sit ac* Judas, *qui inter duodecim Apostolos recensetur. Joannes Sollerius noster in Dissertatione de Fratribus Domini in limine tomi* VI *septembris aperte opinatur, neque Jacobum neque Judam, fratres Domini, inter duodecim Apostolos, a Christo electos, connumerandos esse. Hoc autem præcipue monstrare nititur ex duobus textibus Evangeliorum. Etenim Matth.* XIII, 55 *legimus :* Nonne hic est fabri filius? E
Nonne mater ejus dicitur Maria, et fratres ejus Jacobus, et Joseph, et Simon et Judas? *Cui accinit Marcus* VI, 3 : Nonne hic est faber, frater Jacobi, Joseph et Judæ et Simonis. *Hi sunt igitur ex genere Christi Domini, et quidem ejusdem fratres, quatenus aut ex priori conjugio S. Joseph, quod plerumque rejicitur, aut ex sorore B. Mariæ Virginis, progeniti fuerunt : ac eo sensu vox* frater *adhibetur in Sacra Scriptura, ut constat Gen.* XIV, 12, *ubi dicuntur reges victores* tulisse Lot et substantiam ejus, FILIUM FRATRIS Abram, *id est nepotem Abræ, nihilominus paulo infra v.* 14, *legitur :* Quod cum audisset Abram, captum videlicet Lot FRATREM SUUM. *Pluribus exemplis afferendis supersedemus.*

ut contra Sollerium nostrum

4 *Refert porro Sollerius alium textum ex Joanne* VII, 1 : Post hæc ambulabat Jesus in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Judæorum, Scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres ejus : Transi hinc et vade in Judæam, ut et discipuli tui videant opera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, et quærit ipse in palam esse : F
si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Neque enim fratres ejus credebant in eum. *Ex hoc textu deducit Sollerius nullum ex fratribus Domini credidisse in eum, adeoque nullum adlectum fuisse inter duodecim Apostolos. Sed mea sententia non stringit undequaque argumentum. Imprimis ex ipso textu non consequitur* omnes *fratres Domini fidem Christo abrogasse : verus omnino est textus, si* aliqui, *iis videlicet qui Christum alloquebantur, non crediderint in eum. Dein* dicuntur, *ait Maldonatus in hunc locum,* nondum in illum credidisse, non quod nullo modo crederent, sed quod non satis crederent. Etenim si nullo modo crededissent, nullam habuissent spem aliquid ex ejus miraculis gloriæ colligendi, quam se utique habere indicant, quum ut sese mundo ostendat, exhortantur. *Tali autem incredulitate ipsi Apostoli laborarunt,*

(1) Migne, Patrol. tom. XXIII, col. 613. — (2) Migne, Patrol. Græc. tom. XX, col. 134. — (3) Migne, Patrol. lat. tom. XXIII, col. 609.

ut

AUCTORE J. V. H.

ut habet Marcus XVI, 14 : Novissime, *inquit*, recumbentibus illis undecim apparuit : ex exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis; quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. *Nihil tamen sæpius ac fortius discipulis suis inculcaverat, quam suam post tres dies resurrectionem.*

præsertim ex patribus

5 *Ad suam firmandam sententiam adducit dein Sollerius testimonia Patrum, præsertim Græcorum Cyrilli, Epiphanii, Chrysostomi. Animadvertit Gaspar Saccharelli, presbyter Oratorii Romani, in Historia Ecclesiastica sub anno Christi* XL *num.* 24 (1), *Græcos* tres recensere Jacobos, Jacobum Alphæi, Jacobum fratrem Domini et Jacobum fratrem Joannis Apostoli, Latinorum traditionem duos tantum Jacobos agnoscere. *Nihilominus nec inter Græcos Patres unanimis est sententia. Papias, S. Polycarpi æqualis, agens de genere Christi Domini dicit* (2) : Maria Mater Domini, Maria, Cleophæ sive Alphæi uxor, quæ fuit mater Jacobi episcopi et Apostoli et Symonis et Thaddæi et cujusdam Josephi. *Clemens quoque Romanus in* sexto, *ait Eusebius lib.* II (3),
B libro Institutionum *docet*, « *post Servatoris ascensum Petrum, Joannem et Jacobum, quamvis Dominus ipsos cæteris prætulisset, non idcirco de primo honoris gradu inter se contendisse, sed Jacobum cognomine Justum Hierosolymorum episcopum elegisse.* » *Idem in septimo ejusdem nominis libro hæc de illo etiam dicit :* Jacobo, *inquit*, Justo et Joanni et Petro Dominus post resurrectionem scientiæ donum impertiit. Quod illi reliquis Apostolis, hi vero septuaginta discipulis, quorum unus fuit Barnabas tradiderunt. Cæterum duo fuerunt Jacobi : alter cognomine Justus, qui ex templi fastigio præcipitatus, et a fullone fuste percussus, interiit, alter capite truncatus est. Porro Jacobi illius Justi meminit etiam Paulus scribens (Gal. I, 19) « Alium autem ex Apostolis vidi nominem, præter Jacobum, Fratrem Domini. » *Quod si Jacobus fuit Frater seu cognatus Domini, eadem cognatione* S. Judas Thaddæus *attingebat Christum Dominum.*

latinis monstratur :

6 *Imo S. Chrysostomus, Sollerio favens, non sibi constat : nam Hom. I Rpist. ad Galatas* (4) *commentans verba Pauli mox allata,*
C *dicit , Jacobum appellari* Fratrem Domini *honoris causa* Etenim si tantum voluisset eum, de quo loqueretur, indicare poterat alia nota declarare et dicere Jacobum Clopæ, quod cognomen posuit Evangelista. Quum autem, *inquit Franc. Xaverius Patrizzi in suo opere de Evangeliis, lib.* III *disert.* IX *num.* 9 (5), evangelista numquam Jacobum Clopæ, sed Jacobum Alphæi commemoret, dicendus Chrysostomus vel codicem habuisse, in quo pro Alphæo esset Clopa, aut putasse duo hæc re ipsa non esse nisi unum nomen, tametsi negari nequit incertum esse, an Chrysostomus senserit, Jacobum fratrem Domini fuisse ex Apostolis. *Ex his manifestissime patet, unanime non fuisse Græcorum Patrum testimonium, quum antiquissimi Papias et Clemens Alexandrinus contrarium indicant et illorum testimonium confirmet Latinorum Patrum universitas. Quapropter et nos tenemus, Jacobum fratrem Domini fuisse unum de duodecim, adeoque* Judam *ejus* D *fratrem eidem collegio esse accensendum. Neque fucum nobis facere debet, quod* Judas *quemadmodum et Jacobus in capite epistolæ se apostolum non dicat, sed simpliciter* Jesu Christi servum. *Soli enim Petrus et Paulus hunc sibi titulum assumunt : ille quidem, ait Corn. a Lapide Commentario in caput* I *Jacobi, ut primus apostolorum; hic autem ut doctor omnium gentium.*

omnino dubia est

7 *Explicata utcumque genealogia* S. Thaddæi *Apostoli, inquirendum est, quid gesserit in missione docendi omnes gentes, quam cum cæteris Apostolis a Christo Domino accepit. S. Paulinus Nolanus, qui initio sæculi* V *floruit, poemate* XIX (6) *variis Apostolis locum prædicationis et sepulturæ assignat; et postquam Romam palæstram SS. Petri et Pauli ostendit, pergit :*

Sic Deus et reliquis tribuens pia munera terris
Sparsit ubique loci magnas sua membra per [urbes:
Sic dedit Andream Patris, Ephesoque Joannem,
Ut simul Europam atque Asiam curaret in illis, E
Discuteretque graves per lumina tanta tenebras.
Parthia Matthæum complectitur, India Tho- [mam,
Lebbæum Libyes, Phryges accepere Philip- [pum,
Creta Titum sumpsit, medicum Boetia Lucam,
Marcus, Alexandria, tibi datus.

Dum Tillemontius hunc locum ex S. Paulino citat (7), *animadvertit, poetam non designare partem aliquam specialem, nesciri proin utrum agatur de Libia Tripolitana an de Cyrenaica. Sed satis otiosum videtur istud disquirere, quum Libya etiam pro universa Africa sumatur* (8) *et maxime apud poetas synechdochice sæpe totum pro parte accipi.*

prædicatio Apostoli

8 *Sed in assignanda prædicatione et sepultura* S. Thaddæi *in Libya* dissident, *inquit Muratorius in Notis ad Paulinum* (9), a Paulino reliqui scriptores. *Certe S. Hieronymus in Commentario ad cap.* X *Matthæi* (10) : Thaddæum, *inquit*, Apostolum ecclesiastica tradit historia, missum Edessam ad Abegarum regem Chosidenæ *(Osrhœnæ)*, qui ab Evangelista Luca Judas Jacobi dicitur, et alibi appellatur Lebæus, F
quod interpretatur Corculum, credendumque est, eum fuisse trinomium. *Sic quoque Venantius Fortunatus sæculo* VII *carm.* VI *lib.* VIII (11) *canit :*

Hinc Simonem et Judam lumen Perside gemel- [lum
Læta relaxato mittit ad astra sinu.

Sed sive de prædicatione sive de sepultura S. Thaddæi *in Africa nullus, quem sciam, præter S. Paulinum mentionem facit auctor idoneus. Anton. Morcelli in sua Africa Christiana initia fidei christianæ refert ad ipsum initium æræ nostræ, quoniam, teste S. Luca Act.* II, 10, *aderant Hierosolymis etiam aliqui ex* partibus Libyæ, *qui quam audierant fidem per Apostolum Petrum in die Pentecostes, etiam in sua patria reduces propagarunt* (12).

(1) Tom. I, Hist. pag. 183. — (2) Migne, Patrol. Graec, tom. V, col. 1261. — (3) Ibid. tom. XX, col. 133. — (4) Ibid. tom. XLI, col. 632. — (5) Tom. III, pag. 44. — (6) Ibid. tom. LXI, col. 514. — (7) Mém. pour serv. à l'Hist. Ecclésiast. tom. I, pag. 402. — (8) Cellarius, Notitia Orbis, tom. II, pag. 761. — (9) Migne, Patrol. tom. LXI, col. 514. — (10) Ibid. tom. XXVI, col. 305. — (11) Ibid. tom. LXXXVIII, col. 270. — (12) Afric. Christ. tom. I, pag. 10.

Dein

A *Dein quo tempore tot Apostolorum discipuli summo christianæ legis promovendæ studio flagrabant, non defuerunt Romæ, qui objectam ante oculos Africam excoluerint, et Afri inter illas gentes censentur, qui apud antiquos, quos allegare hic loci non debemus, in ipsis statim initiis propagatæ religionis nominantur. Nihilominus Africam ipsos Apostolos habuisse, prædicatores ignorasse videtur S. Augustinus lib. de Unitate Ecclesiæ cap.* XV (1). *Quum enim ipsi objectum fuisset, Afros novissimos in accipienda fide, simpliciter respondet,* nonnullas barbaras gentes etiam post Africam credidisse; unde certum sit, Africam in ordine credendi non esse novissimam.

in Africa. 9 *Quod si* S. Thaddæus *in Africa aut prædicasset aut etiam sepulturam nactus fuisset, hujuscemodi traditionis aliquousque conscius fuisset S. Augustinus et sponte quasi sua eamdem allegasset. Quapropter Anton. Morcelli dum Paulinum adducit, qui* Lebbæo Apostolo, qui et Judas Thaddæus dictus est, tribuere videtur, quod alii Simoni adscribunt. Mirum ta-
B men in amici ejus Augustini libris nullum tantæ rei esse vestigium : nullam præterea significationem in Victore Vitensi, qui ad calcem operis sui opem implorat Apostolorum contra Vandalos Arianos, a quibus Ecclesia Africana crudelissime vexabatur : eum enim Apostolorum maxime invocari par erat, qui ejus Ecclesiæ parens atque altor fuisset. *Eatenus dicta satis ostendunt omnino caducam esse opinionem S. Paulini Nolani. Quod vero tribuat Africanam prædicationem Ant. Morcelli S. Simoni Apostolo, firmiori fundamento non nitat, uti supra in Actis S. Simonis num.* 14 *monstravimus.*

§ II. Prædicatio S. Apostoli in Mesopotamia; ejus obitus et sepultura; non videtur Russis Evangelium prædicasse; ejus epistola catholica.

C

Antiqua traditione *Joseph Simeonius Assemani in Bibliotheca Orientali* (2) Apostolos, *ait,* suos Syri et Chaldæi agnoscunt primum Magos, qui gentium primitiæ fuerunt primique Christum Dominum adorarunt : dein ex duodecim, Petrum, Thomam, Bartholomæum, Matthæum et Judam Jacobi seu Lebæum : demum ex septuaginta Adæum seu Thaddæum, ejusque discipulos Marim et Aghæum. Sed præ cæteris laudant Orientisque Apostolos per exellentiam vocant Thomam, Thaddæum, Marim et Aghæum, quibus christianam fidem acceptam referunt, sed institutam etiam archiepiscopalem, quæ postea in patriarchalem excrevit, Seleuciæ et Ctesiphontis sedem tribuunt. De Matthæo, Thoma et Thaddæo explorata est. Thomam enim et Thaddæum Syrorum Chaldæorumque Apostolos fuisse, non Syri tantúm, sed et Græci Latinique omnes affirmant. *Omissis igitur aliis Apostolis eorumque discipulis, de uno* S. Thaddæo *hic nobis agendum est. Jam supra attulimus verba S. Hieronymi num.* 8, *qui Edessæ, adeoque in Mesopotamia prædicasse* S. Thaddæum *refert. Ado in suo libello festivitatum SS. Apostolorum ad* XXVIII *octobris* (3) S. Thaddæus in Mesopotamia traditur prædicasse. *Idem iisdem fere verbis habet Usuardus. In Kalendario Marmoreo Neapolitano, ut scimus, sæc.* IX, *festum* S. Thaddæi *Apostoli occurrit ad diem* XXVI *maji* (4) : *qua occasione allegat Freculphum Lexoviensem, sæculi* IX *scriptorem, qui tom.* II *lib.* I *cap.* 19 (5), *dicit :* Judas Jacobi frater, in Mesopotamia atque interioribus Ponti evangelizans, feras et indomitas gentes, quasi belluarum naturas, suo sancto dogmate mitigat et fidei dominicæ subjugat. Sepultus est in Nerito, Armeniæ urbe. Parvam, quæ de septem est catholicis, epistolam reliquit.

AUCTORE J. V. H.

fertur S. Apostolus 11 *Hanc ipsam traditionem de missione* S. Thaddæi *in Mesopotamiam habet ecclesia græca. Inter opera spuria S. Hippolyti Portuensis recensetur libellus de* XII *Apostolis, ubi de S. Thaddæi legitur :* Judas, qui et Lebbæus, E
ubi populo Edessæ ac toti Mesopotamiæ prædicasset, obiit Berythi, ac illic sepelitur. *Is non sum, qui velim S. Hippolyto, sæculo* III *florenti* (6), *tribuare opusculum, quod tamquam spurium habetur et merito S. Hippolyto abjudicatur* (7) : *nihilominus videtur satis antiquum, et testatur traditionem de missione in Mesopotamiam. Eamdem traditionem confirmat Menologium Basilii imperatoris ad diem* XIX *junii, quod habet :* Apostolus Christi Judas, quem hoc nomine sanctus Apostolus et Evangelista Lucas in Actis appellat; a reliquis vero Apostolis et Evangelistis Matthæo et Marco Thaddæus dicitur, Domini nostri Jesu Christi secundum carnem frater fuit, utpote qui Josephi sponsi filius erat, frater autem Jacobi Adelphothei : qui et luce plenam doctrinisque Sancti Spiritus refertam epistolam ad omnes scripsit. Hic ab ipso Christo roboratus et Sancto Spiritu plenus, omnem dissipavit errorem et universos fideles illuminavit. Quum autem in Mesopotamiam venisset, et Evangelium promulgans, complures infideles ad Dominum convertisset, Edessam urbem profectus, Abgarum F
toparcham morbo sublevavit. Postremo Arat urbem petiit, ibique in crucem actus, telisque confossus, vivendi finem fecit.

in Mesopotamia prædicasse 12 *In eodem Menologio ad diem* XXII *maji recolitur memoria* S. Judæ *Apostoli, ac ibidem solum dicitur,* zelo divino inflammatus, omnes civitates regionesque peragrasse, *quin in specie aliqua aut civitas aut regio indicetur. Tandem laudatum menologium celebrat ad diem* XXX *junii* synaxim duodecim sanctorum Apostolorum, *quæ,* celebratur proxime post Memoriam sanctorum Apostolorum Petri et Pauli. *Tributis autem singulis Apostolis encomiis laudatur* undecimus Simon Zelotes : duodecimus Judas Jacobi suspensus atque telis confossus. *In Menæis autem, ad diem* XIX *junii quibus in sua liturgia utuntur Græci, legitur in Mesopotamia prædicasse* Judam Thaddæum : Διο τγτε μεσῃ των ποταμων και τα ὁμορα ἐθνη κατα-

(1) Migne, Patrol. tom. XLIII, col. 419. — (2) Tom. III, part. II, pag. III. — (3) Martyrol. pag. XIII. — (4) Mazzochi, Vetu Marmor. Neap. Kalendarium, tom. II, pag. 422. — (5) Migne, Patrol. tom. CVI, col. 1135. — (6) Ceillier. Auteurs Ecclés. tom. II, pag. 319. — (7) Ibid. pag. 361.

φωτισας

AUCTORE J. V. H.

φωτισας τῳ λογῳ : Quapropter in medio fluminum *(id est in Mesopotamia, quæ regio media jacet inter Euphratem et Tigrim)* et finitimas partes verbo suo illuminavit.

ac ibidem Martyrium subit,

13 *Orientales vero uno ore affirmant*, S. Judam Thaddæum *in Mesopotamia, atque in extremo Oriente Evangelium prædicasse. Non diffitebor tamen, hanc opinionem excrescere potuisse ex eo, quod Thaddæus, unus ex septuaginta duobus Christi discipulis, certissime, ut ex Eusebio constat, Edessæ egerit, ac ibidem nomen Apostoli, tum quia erat Christi Domini discipulus, tum quia magnam habuit partem in conversione civitatis Edessenæ, consecutus fuerit. Nihilominus, quia duos Thaddæos distinguunt, quorum ille, qui est ex* LXXII *discipulis, colitur die* XIV *maji* (1), *alter, Apostolus ex* XII, *die* XVIII *octobris* (2), *videntur Syri persuasi, duos ab initio fuisse sibi prædicatores homonymos. Et quidem postquam Elias Damascenus in Collectione Canonum arabica enumerasset varios patres Ecclesiæ Syriacæ, de* Juda *Apostolo addit* (3): Sindiæ, Indiæque regiones, adjacentesque Orien-
B tis partes usque ad mare Viride vocavit, christiana fide imbuit, docuit, rexitque Thomas ex XII, cui postea socium sese adjunxit Judas filius Jacobi item ex XII. *Eadem circa prædicationem* S. Judæ Thaddæi *habet Amrus :* Judas, *inquit*, filius Jacobi, cognomento Lebæus et Thaddæus, Evangelium annunciavit Antartosæ *(Antaradi)* et Laodiceæ, deinde abiit Thadmoram *(Palmyram)* et Racam *(Callinicum)* et Circesium, et in Theman *(Austrum)*, et in quasdam Orientis partes ; Thomamque in India assecutus, quum aliquandiu apud eum mansisset, in regionem suam regressus est. Porro in his locis ingentem hominum multitudinem baptizavit : lapidibusque obrutus, requievit Beryti, ibique conditus fuit (4).

locus sepulturæ

14 *Operæ pretium duco hic loci aliquas tricas topographicas, quæ in Amri textu occurrunt, explicare.* Antaradum, *oppidum est, inquit Cellarius,* insulæ Arado oppositum, *quæ est Phœnicia* (5) : Palmyra urbs est nobilis situ, divitiis soli, et aquis amœnis (6) *unius diei itinere ab Euphrate distans :* Callinicum munimentum robustum, commercandi opimitate
C gratissimum, *similiter ad Euphratem* (7) : Circesium *in Mesopotamia occurrit venientibus Callinico* (8) : Theman *occurrit in Scriptura Sacra, Jerem.* XLIX, 7, 20, *etc., in Idumea* (9); *sed hic, ut ex textu patet, est civitas Indiæ. In priori textu Eliæ Damasceni, arctius circumscribitur prædicatio* S. Thaddæi, *utpote quæ* mari viridi *præfinitur. Est autem Mare Viride quod hodie Sinum Persicum vocamus, utpote quod ripas tum Persidos tum Arabiæ alluat : adeoque non satis sibi constat Elias dum Sindiam allegat, civitatem ultra Gangem sitam, quasi prædicationis palæstram : longe enim ultra Mare Viride quærenda est Sindia.*

non undequaque certus :

15 *Præter istas interpretationes est alia opinatio, qua sepulcrum* S. Thaddæi *statuitur in districtu Ardazensi* (Ardaz), *ad dextram ripam Araxis* (Aras) (10) *videlicet in loco, quatuor milliaribus occidentem versus ab oppido* D *Maku, seu Magu, distante. Monasterium est, hodiedum exstans, in honorem* S. Thaddæi *erectum, et unum ex quatuor monasteriis, in quibus residet archiepiscopus Armeniæ, cui universa provincia subjacet. Ibidem etiam conceptus dicitur S. Gregorius Illuminator, qui, quod Apostolus inceperat, perfecit. Acta ejus dederunt nostri ad diem* XXX *septembris* (11). *Cæterum Maku, adeoque districtus Ardazensis in meridionali plaga ad Orientem vergente montis Ararath, ubi secundum antiquam traditionem arca Noe in sicco post diluvium constitit.*

non videtur Russis prædicasse

16 *Card. Baronius in epistola ad Clementem Pp.* VIII *de Ruthenis, sat pronus videtur ad probandam opinionem, quam ex traditione populari ortam dicit Mathias de Michovia, ideo Russos plus colere* S. Thaddæum, asserentes quod eos converterit (12). *Suæ vero opinionis fulcimentum quærit in Synodo Antiochena sub Joviano imperatore, adeoque sæculo quarto circa medium celebrata, in qua præsens adfuit Antipater,* episcopus, *ait,* Rhossos seu Rhos vel Rhossi. *Verum hoc fulci-* E *mentum caducum monstrant nostri in Dissertatione de conversione et fide Russorum, quæ ad caput tomi secundi septembris posita est. Ibi enim recensita subscriptione, Antipatris, qualis apud Socratem lib* III *Hist. cap.* XXV (13) Ἀντιπατρος Ρ'ωσου, *signum* Antipatris Rhosi *episcopi, concludit dissertator,* vocem Ρ'ωσου esse in genitivo casu et in numero singulari, *adeoque non posse* intelligi de gente Russorum, sed exponendam esse de civitate cujus episcopus erat Antipater (14). *Porro Rhosus civitas erat episcopalis in Cilicia Secunda, sub metropoli Anazarbi et patriarchatu Antiocheno, ut docet nos Carolus a S. Paulo in Geographia Sacra* (15). *Sic etiam Serapion episcopus* scripsit, *ait S. Hieronymus de Viris illustr. cap.* XLI (16) librum ad Rhosensen Ciliciæ Ecclesiam. *Eliminandus itaque apostolatus* S. Thaddæi *apud Russos : eoque maxime, quod in Anno Slavico, nuper edito a Joanne Martinov nostro, in nullo Menologio Slavico aliquod reperiatur indicium hujusmodi prædicationis; et quod Russi usque ad sæculum nonum nulla elementa litterarum, a SS. Methodio et Cyrillo* F *illis communicata, noverunt, adeoque traditiones cum sacras tum profanas consignare non potuerunt. Esto igitur, quod S. Andreas Apostolus etiam Schytis Evangelium annuntiaverit, quod quidem ad diem* XXX *novembris, quo ejus Acta illustranda veniunt, accuratius indagare poterit. Verum etiamsi constaret, S. Apostolum in Scythia prædicasse, nihil certi haberemus pro Russis, tum quia Scythia varios complectebatur gentes, tum quia Russi apostolico ævo conversi, postmodum ad antiquum idolorum cultum dilabi potuerunt : atque hac ratione conversio Russorum ad sæculum nonum revocari potest. Remanet tamen quæstio, cur præcipuo aliquo cultu* S. Thaddæus *apud Slavos celebretur, ut habet laudatus jam Mathias Michoviensis. Signum certe spe-*

(1) Bibloth. Orient. tom. IV, pag. IX. — (2) Ibid. pag. XIV. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) Ibid. loc cit. — (5) Cellar. Notit. orbis antiq. tom. II, pag. 253. — (6) Ibid. pag. 264. — (7) Ibid. pag. 457. — (8) Ibid. loc. cit. — (9) Ibid. pag. 416 et seq. — (10) Journal asiat. Novemb. pag. 427. Ritter. Die Erdkunde, tom. IX, pag 920. — (11) Act. SS. tom. VIII Sept. pag. 295. — (12) Annal. Eccles. tom. IX, pag. 659. Edit. Luc. — (13) Migne. Patrol. Gr. tom. LXVII, col, 434. — (14) Acta SS. tom. II Sept. pag. II. — (15) Pag. 290. Cfr Le Quien Oriens Christ. tom. II, col. 454. — (16) Migne, Patrol. tom. XXIII, col. 657.

cialis

A *cialis et popularis venerationis est, frequenter impositum* S. Thaddæi *in sacro baptismate. Equidem crediderim, ab orientalibus, quibuscum frequens erat Russis commercium, cultum S. Apostoli propagatum fuisse: nec aliud hujus cultus monumentum invenio, nisi dicatur ex frequenti gentium immigratione et transmigratione paulatim irrepsisse.*

S. Thaddæi *epistola, in qua citatur*

17 *Præter labores apostolicos, pro Christo exantlatos,* S. Judas Thaddæus *etiam scripsit epistolam catholicam, de qua S. Hieronymus de Viris illustr. cap.* IV (1) : Judas, frater Jacobi, parvam, quæ de Septem Catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium a plerisque rejicitur; tamen auctoritatem a vetustate jam et usu meruit, et inter Sanctas Scripturas computatur. *Recte anadmadvertit Vallarsius in Nota, textui subjecta, Hieronymum more suo* plerosque *dicere, sed intelligendum* aliquos : *non* τους πλειους, *sed ut græcum habet* παρα πολλων. *Non est nostri instituti operosius perscrutari* αὐθεντίαν *hujus epistolæ, in Canonem ecclesiasticum receptæ, quæ apud multos*

B *interpretes Sacræ Scripturæ stabilitur. Nihilominus quia liber Enoch a* S. Juda *citatur, propterea inter sacros libros reponendus non est. Apposite laudatus S. Hieronymus Commentario in epistola ad Titum* (2) *dum objiceretur, imprudentur de Cretensibus locutum Apostolum, quasi Epimenidem poetam, cujus versum allegat, approbasset,* quibus, *ait,* breviter respondendum est, sicut in eo, quod ait : « Corrumpunt bonos mores colloquia prava : » et in illo : « Ipsius enim genus sumus, » non statim totam Menandri comœdiam, et Arati librum probavit, sed opportunitate versiculi abusus est : ita et in præsenti loco non totum opus Callimachi, sive Epimenidis, quorum alter laudes Jovis canit, alter de Oraculis scriptitat, per unum versiculum confirmavit; sed Cretenses tantum mendaces vitio gentis increpavit; non ob illam opinionem, qua sunt arguti a poetis, sed ob ingenitam mentiendi facilitatem, de proprio eos gentis auctore confutans. Qui autem putant totum librum debere sequi eum, qui libri parte usus sit, videntur mihi et apocryphum Enochi, de quo Apostolo Judas in Epistola sua testimonium posuit,

C inter Ecclesiæ Scripturas recipere, et multa alia, quæ Apostolus Paulus de reconditis est locutus. *Animadvertit recte Calmetus in Prologemeno ad Epistolam* Judæ, plurimum interesse, quod Paulus profanos tamquam profanos, Judas Henochum ceu prophetam allegat. *Sed non minus scite reponit Georg. Rosenmullerin Scholia in Novum Testamentum* (3), *hoc loco* προφητευειν *significare* docere; *quo sensu S. Paulus Epimenidem vocat* proprium *Cretensium* prophetam, *Tit.* I, 12.

liber Enoch,

18 *Cæterum celeberrimus erat apud antiquos liber Enoch. Etenim Tertullianus lib.* I *de Cultu Fœminarum cap.* III (4) *eumdem laudat his verbis :* Scio, scripturam Enoch, quæ hunc ordinem dedit, non recipi a quibusdam, quia nec in armarium *(canonem)* judaicum admittitur. Opinor, non putaverunt illam ante cataclysmum editam, post eum casum orbis, omnium rerum abolitorem, salvam esse potuisse. Si ista ratio est, recordentur, pronepotem ipsius Enoch fuisse superstitem cataclysmi Noe, qui utique domestico nomine et hereditatis traditione audierat et meminerat de proavi sui penes Deum gratia et de omnibus prædicatis ejus; quum Enoch filio suo Mathusalæ nihil aliud mandaverit, quam ut notitiam eorum posteris suis traderet. Igitur sine dubio potuit Noe in prædicationis delegatione successisse, vel quia et alias non tacuisset tam de Dei, conservatoris sui, dispositione, quam de ipsa domus suæ gloria. Hoc sic non tam expedita haberet, illud quoque assertionem scripturæ illius tueretur. Perinde potuit abolefactam eam violentia cataclysmi in spiritu rursus reformare; quemadmodum et Hierosolymis Babilonica expugnatione deletis, omne instrumentum judaicæ literaturæ per Esdram constat restauratum. Sed quum Enoch eadem scriptura etiam de Domino prædicarit, a nobis quidem nihil omnino rejiciendum est, quod pertinet ad nos. Et legi-

E mus (5), « omnem scripturam ædificationi habilem divinitus inspirari. » A Judæis potest jam videri propterea rejecta, sicut et cætera fere, quæ Christum sonant. Nec utique mirum hoc, si Scripturas aliquas non receperunt de eo locutas, quem et ipsum coram loquentem non erant recepturi. Eo accedit, quod Enoch apud Judam Apostolum testimonium possidet.

canoni scripturæ non adscriptus,

19 *Quamvis autem Tertullianus in eam sententiam propendeat, ut librum Enoch tamquam inspiratum habeat, numquam tamen Ecclesia eumdem in suum Canonem retulit. Et Origenes, qui ineunte sæc.* III *floruit, aliquoties citat hunc librum v. g. in opere* Περι αρχων *lib.* I, *num.* 3 (6), *nusquam tamen eum tamquam canonicum allegat. Imo lib.* V, *contra Celsum num.* 54 *dicit,* libros Enoch *non omnino divinos judicari* (7). *Idem de aliis antiquis dixerim, quamvis ab iis non raro liber citetur. Videtur autem usque ad sæculum* VIII *notus fuisse, quando Georgius Syncellus in Chronographia* (8), *illum allegavit in confirmationem opinionis suæ. Sed deinceps disparuit, donec circa finem sæculi proxime elapsi Jacobus Bruce, Scotus, detexit exemplaria Ethiopica libri Prophetiarum Enoch,*

F *quorum unum dono dedit Bibliothecæ regiæ Parisiensi. Anno porro* 1821 *Dr. Laurence, primo professor linguæ hebraicæ, in Academia Oxoniensi ac dein archiepiscopus Anglicanus Cashelensis in Hibernia versionem ex Æthiopico anglicam reddidit : quæ dein in gallicam linguam traducta fuit* (9). *Liber Enoch dividitur in capita* 108, *aut, ut alii habent, in capita* 105 (10) : *videtur autem ævum vulgare seu christianum præcessisse, si quidem a* S. Juda *citatur* (11); *quo autem tempore scriptus fuerit, omnino ignoratur. Versio porro Æthiopica ad sæculum christianum* IV *aut* V *revocanda est* (12). *Atque hæc de libro Enoch satis sunto.*

in multis similis epistolæ II S. Petri.

20 *Notat Cornel. A Lapide cum aliis pleris-*

(1) Migne, Patrol. tom. XXVI, col. 613. — (2) Ibid. tom. XXVI, col. 573. — (3) Tom. V, pag. 604. — (4) Migne, Patrol. tom. I, col. 1307. — (5) Tim. III, 16. — (6) Migne, Patrol. Gr. tom. XI, col. 143. — (7) Ibid. tom. XI, col. 1267. — (8) Pag. 9. Edit. Venet. — (9) Migne, Dictionn. des Apocryphes, tom. I, col. 393 et seqq. — (10) Ibid. col. 394. — (11) Ibid. col. 393. — (12) Ibid. loc. cit.

AUCTORE J. V. H.

que interpretibus, epistolam Judæ *mire concinere cum capite* II *et parte capitis* III *Epistolæ Secundæ S. Petri. Uter prior sit, disputatur: Sufficiat hic textus parallelos exposuisse :* D

S. PETRI.

Cap. II. v. 1. In vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis. *Et* v. 3. Quibus judicium jam olim non cessat.

v. 1. Et eum, qui emit eos, Dominum negant.

v. 2. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur.

v. 4. Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari.

v. 6. Et civitates Sodomorum et Gomorrhæorum in cinerem redigens, eversione damnavit, exemplum eorum, qui impie acturi sunt, ponens.

v. 10. Magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt..... sectas non metuunt
B introducere blasphemantes.

v. 11. Angeli fortitudine et virtute cum sint majores, non portant adversum se execrabile judicium.

v. 12. Ili vero *etc.* in his, quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt.

v. 13. Coinquinationes et maculæ deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes.

v. 15. Secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit.

v. 17. Ili sunt fontes sine aqua, et nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reservatur.

v. 18. Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ.

Cap. III. v. 2. Carissimi *etc.* memores sitis eorum, quæ prædixi, verborum *etc.* et Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini et Salvatoris.

v. 3. Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta
C proprias concupiscentias ambulantes.

v. 11. Quales oportet vos esse in sanctis conversationibus, et pietatibus, exspectantes et properantes in adventum diei Domini.

S. JUDÆ.

v. 4. Subintroierunt quidam homines, qui olim præscripti sunt in hoc judicium impii.

Solum Dominatorem et Dominum Jesum Christum negantes.

Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam.

v. 6. Angelos vero, qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei vinculis æternis sub caligine reservavit.

v. 7. Sicut Sodoma et Gomorrha et finitimæ civitates, simili modo exfornicatæ et abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes.

v. 8. Similiter hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, majestatem autem blasphemant. E

v. 9. Cum Michael Archangelus cum diabolo altercaretur de Moysi corpore, non est ausus judicium inferre blasphemiæ, sed dixit : Imperet tibi Dominus.

v. 10. Ili autem quæcumque quidem ignorant, blasphemant; quæcumque autem naturaliter, tamquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.

v. 12. Ili sunt in epulis suis maculæ, convivantes sine timore semetipsos pascentes.

v. 11. Errore Balaam mercede effusi sunt.

v. 12. Nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur *etc.* quibus procella tenebrarum servata in æternum.

v. 16. Secundum desideria sua ambulantes, et os eorum loquitur superba.

v. 17. Vos autem, carissimi, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Jesu Christi.

v. 18. Qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. F

v. 21. Vosmetipsos in dilectione Dei servate, exspectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam.

---

§ III. Sancti martyrium; locus sepulturæ incertus; Reliquiæ quarum pars S. Bernardo Claravallensi obtigit.

Martyrem fuisse Sanctum,

Martyrem fuisse S. Judam Thaddæum *apud omnes in confesso est. Imprimis enim omnes Apostoli habentur Martyres : quin et ipse S. Joannes Evangelista, qui in ætate decrepita obdormivit in pace, tamen eatenus martyrium subiit, dum immissus in dolium olei ferventis, sanior et vegetior, Deo protegente, exivit quam intravit : inflictum enim supplicium mortem inferre, nisi prodigium intercessisset, debebat. Dein antiqui scriptores martyrium Apostolorum recolunt. Instar omnium sit S. Augustinus, qui sermone* CCCXI, *alias* CXV (1), *dicit :* Apostoli sanguinem fuderunt pro eo, quod viderunt. *Et lib.* XXII *contra Faustum cap.* LXXV (2) : Isti *(Apostoli)* non resistendo interfecti sunt, ut potiorem esse docerent victoriam, pro fide veritatis occidi. *Hæc quidem generalia sunt, unde exceptionem aliquam pati possent. Sed etiam antiquissima liturgia nos docet* SS. Simonem *et* Judam *tamquam Martyres celebratos fuisse. Impri-*

(1) Migne, Patrol. tom. XXXVIII, col. 1414. — (2) Ibid. tom. XLII, col. 449.

mis

A *mis Sacramentarium S. Gregorii Magni, qui illud certe ex antiquioribus monumentis composuit, habet ad* VI *kal. novembris* (XXVII *octobris) in vigilia Apostolorum* Simonis *et* Judæ *Præfationem, in qua legitur :* Tu es mirabilis in omnibus sanctis tuis, quos et nominis tui confessione præclaros et suscepta pro te fecisti passione gloriosos (1). *Abest quidem hæc festivitas a Sacramentariis Leoniano, Gelasiano et Gregoriano Muratorii : unde dubitari potest, an ab ipso S. Gregorio celebrata fuerit. Sed quoniam altera ex parte in codicibus summæ antiquitatis reperitur, quem allegavimus, textum, monstrat mentionem martyrii* SS. Simonis *et* Judæ *ipsis Martyrologiis antiquiorem esse* (2).

monstratur ex Patribus, liturgia,

22 *Plura habet Gothica seu Mozarabica liturgia, quæ sæc.* VII *auctore S. Isidoro in Hispanias introducta fuit. Festum quidem Vigiliam non habet; sed in Missa continuo legitur mentio martyrii. Oratio quidem dicit :* Deus, qui sanctis Apostolis tuis Symoni et Judæ durum martyrii gradum scandere et velle tribuis.... Exaudi nos famulos *etc. Sic porro in*

B *ipso initio Missæ :* Hi sunt.... conloquiis Domini ac Salvatoris nostri honore præcipue celebrandi, qui etsi pro Domino non interiissent sanguine fuso, solemnes haberentur Domini sui doctrinæ documento..... Quando usque adeo fidei gloria crevit, ut dulce fuerit pro eodem Domino sanguinem fundere. *In reliquis autem precibus frequenter appellantur* Apostoli et Martyres (3). *Similiter in Breviario, cui præmittitur kalendarium, in quo, instar summarum festivitatum, ad* XXVIII *octobris recolitur festum Apostolorum Simonis et* Judæ *cum officio* sex Capparum, *id est solemnitatis præcipuæ, qualis v. g. Nativitatis Domini* (4), *repetitur oratio* (5) : Deus, qui Sanctis Apostolis tuis Simoni et Judæ etc. *et habentur capitula ad laudes et vesperas, in quibus canitur :* Per quorum intercessionem tu, Domine Deus omnipotens, quemadmodum Martyres et Apostolos tuos Simonem et Judam a diaboli versutia liberos præstitisti, ita nos indignos famulos tuos eorum facias misericordiam adipisci. *Et paulo infra :* Habeat cum illis spes nostra gloriæ præmium, qui postquam magistri doctrina

C fulserunt, meruerunt obtinere martyrio.

et Martyrologiis;

23 *Quod si post monumenta liturgica etiam Martyrologia consulamus, et illa etiam martyrium affirmant. Habemus enim imprimis Indiculum de Festis Apostolorum, Martyrologio Hieronymiano præfixum, cui subnectitur* Notitia de locis sanctorum Apostolorum, *in qua dicitur :* v kal. novembr. Natalis Apostoli Simonis Cananæi et Simonis Zelotis, qui a templorum pontificibus occisi sunt in Suanis civitate Persarum (6). *Hujus autem documenti antiquitas pendet ex parte ab ipsius Martyrologii, quale hodie exstat, vetustate ac dein ex ipsius Notitiæ cum Martyrologio æqualitate. Quod vero spectat ad antiquitatem, certe jam sæculo sexto celebratum fuisse istud Martyrologium, monstrat Sollerius noster in Præfatione ad suum Usuardum* (7). *Laudatam autem Notitiam plerumque Martyrologio præmittitur; nec immerito, quum in decursu operis nihil de Apostolis habet quam nudum nomen, aut aliquando passionis locum. Ampliora pro more suo scribit Ado in Libello de Festivitatibus SS. Apostolorum, Martyrologio suo præmisso, ad* V *kal. novembris :* Natalis Beatorum Apostolorum Simonis Cananæi, qui et Zelotes scribitur, et Thaddæi, qui etiam Judas Jacobi legitur et alibi appellatur Lebæi, quod interpretatur Corculus. E quibus Thaddæus apud Mesopotamiam, Simon vero apud Ægyptum traditur prædicasse : inde simul Persidam ingressi, quum fidei Christi innumeram gentis ipsius multitudinem subdidissent, et Ecclesiam Domini late jam fundatam viderent, martyrium ibi, cursum temporis explentes, beato certamine consummarunt; honorifice sepulti a populis Christianis, quos Domino ipsi genuerant. Quod quidam putant, Simonem Apostolum, unum de duodecim ipsum esse, qui sub Trajano crucem passus sit, omnino falsum est. Nam et Beda, sanctus presbyter, qui hoc super Acta Apostolorum sentit, Isidorum secutus, in libro Retractionum se hoc non bene sensisse reprehendit. Sed et Historia Ecclesiastica non de Apostolo, sed alio Simone gesta narrat. *Hæc eadem, sed contracte habet Usuardus* E *dicens ad* XXVIII *octobris :* Natalis Beatorum Apostolorum Simonis Cananæi et Thaddæi, qui et Judas dicitur; e quibus Thaddæus apud Mesopotamiam, Simon vero apud Ægyptum traditur prædicasse. Inde simul Persidam ingressi, quum innumeram gentis ipsius multitudinem Christo subdidissent, martyrium consummaverunt. *Atque Usuardum deinceps secuti fere sunt, quotquot post illum Martyrologia aut Hagiologia inter latinos scripserunt.*

AUCTORE J. V. H.

quamvis contrarium deduci ex documentis græcis,

24 *In Ecclesia græca primo quasi aspectu dubitari posse videtur de martyrio* S. Judæ. *Nam Menologium tribus diebus de S. Apostolo agit : nampe die* XXII *maji, quo* Judas divinus Apostolus, zelo divino inflammatus, omnes civitates regionesque peragrasse *et symbolum, id est, summam Religionis Christianæ, promulgasse.* Hæc quum docuisset, multosque infidelium baptizasset, in pace ad Dominum migravit. Ουτω δε διδαξας, και πολλων των απιστων βαπτισας, εν ειρηνη προς Κυριον εξεδημησεν. *Ex quibus verbis videtur deduci posse Apostolum naturali morte obiisse. Sed si quæ est in isto elogio omissio, suppletur luculenter ad diem* F XIX *junii, quo refertur,* Apostolus Christi Judas, quem hoc nomine Sanctus Apostolus et Evangelista in Actis appellat, a reliquis vero Apostolis et Evangelistis Matthæo et Marco Thaddæus dicitur. *Sermo igitur evidenter est de* Juda Thaddæo, *uno ex* XII : *dein ejus in Mesopotamia, ac præsertim Edessæ prædicatio recolitur,* postremo Arat urbem petiit, ibique in crucem actus, telisque confossus, vivendi finem fecit. Ειτα καταλαβων Α'ρατ την πολιν, και σταυρωθεις και τοξευθεις ετελειωθη. *Et quum die* XXX *ejusdem mensis junii græci celebrant synaxin* XII *Sanctorum Apostolorum,* duodecimus *venit* Judas Jacobi suspensus atque telis confossus. Δωδεκατος Γ'ουδας Γ'ακωβου κρεμασθεις και τοξευθεις. *Eadem habent Menæa ad diem* XIX *junii et hisce versibus celebratur :*

Και συγγενειᾳ, και χορῳ αὐχειν ἐχεις
Κριστου μαθητων, ὠ Ιουδα, και παθει
Ε'ννεακαιδεκατῃ βελεεσσιν Γ'ουδας Θνησκει.

(1) Migne, Patrol. tom. LXXVIII, col. 145. — (2) Ibid. col. 15.— (3) Ibid. tom. LXXXV, col. 888.— (4) Ibid. tom. LXXXVI, col. 1237.— (5) Ibid. col. 1237.— (6) Florentinius, Vetust. Martyr. S. Hieronymi, pag. 97. Act. SS. tom. III Feb. pag. 431.—(7) Pag. v et seq.

Et

AUCTORE J. V. H.

Et cognatione et societate discipulorum Christi et passione gloriaris. Juda : decimanona *(junii)* telis occidit Judas.

non tamen omnibus :

25 *Ast Menæa a Basiliano Menologio in hoc differunt, quod locum martyrii, qui Basilio est* Arat, *Menæis est* Arara : *dicunt enim :* Postea Araram civitatem adiit et ab infidelibus suspensus et telis confossus, animam suam Deo remisit. Ὑστερον κατελαβον ἐν' Αραρᾳ τῃ πολει· και ὑπο των ἀπιστων ἀναρτηθεις και τοξευθεις, το πνευμα αὐτου τῳ Θεῳ παρεθετο. *Atque hinc nascitur quæstio de loco martyrii, qui varius apud varios assignatur. Imprimis inter spuria opera S. Hippolyti Portuensis est libellus* de duodecim Apostolis, *qui breviter recenset locum prædicationis et mortis : de* S. Juda *porro agens dicit, illum* obiisse Beryti ac illic sepultum, *idem tradit de S. Simone* (1). *Vidimus supra num.* 3 *palæstram Sanctis Apostolis signari* Suanis. *Tandem ex Græcis habemus, eosdem martyrium fecisse et sepulturam nactos in civitate* Arat *vel* Arara. *Satis nota est civitas Beryti, in Phœnicia Maritima episcopalis sub metropoli Tyri, quæ dein et*
B *ipsa tempore Theodosii Junioris metropolis evasit* (2). *De civitate aut loco Suanis, diximus, quantum novimus, in Commentario prævio ad Acta S. Simonis Apostoli num.* 21. *Quod spectat ad civitatem Arat, seu Arara jam ipsa diversitas scribendi tum in Menologio Basiliano tum in Menæis, satis monstrat, incertum omnino esse istiusmodi situm. Est nihilominus sub metropoli Petra in Patriarchatu Hierosolymitano civitas episcopalis,* Arad *seu* Arat *vocata* (3). *Verum scimus, Arach civitatem fuisse nomen Edessæ* (4). *Inter hæc itaque loca seligenda esset palæstra* S. Judæ Thaddæi, *quin tamen aliquid certi definiri potest. Sæculo* IV *circa finem ignota erat S. Joanni Chrysostomo. Etenim homilia* XXXVI *num.* 2 (4) *dicit :* Nam Petri quidem et Pauli, et Joannis et Thomæ nota sunt sepulcra; aliorum autem quum sint tam multi, nusquam sunt nota.

de loco sepulturæ nihil certi habemus

26 *Ipsa dein opinionum diversitas satis ostendit, nihil certi haberi de sepulcro S. Apostoli ; confusionum etiam auget opinatio Alcuini, qui sæculo octavo florens, dixit* (5) :

C Cujus (Thaddæi) in Armenia sopitum morte cadaver,
Exsurrecturum fatali fine, quiescit :
Sed tamen æthereas lustravit spiritus arces.

Id quidem jam in Actis S. Simonis Apostoli numm. 21 *et* 22 *insinuavimus. Et quæ sunt tenebræ circa locum, densiores fiunt ex eo, quod duplex est Thaddæus, quorum alter ex* LXXII *discipulis Christi Edessæ prædicavit, ibique Ecclesiam constituit, ut infra ostendemus. Verumtamen non facile concesserim,* S. Judam *Beryti martyrium subiisse; nam civitas ista nimium distat a Mesopotamia, quæ a plerisque habetur, ut stadium laborum Apostoli nostri. Sed ut inter loca in Mesopotamia aut finitimas provincias sita, aliquid definiamus, ingrati simul ac inutilis est conatus ; tanto magis, quod pro loco sepulturæ designatur non raro conditorium aliquot Reliquiarum.*

Sancti familia.

27 *In Actis S. Simonis Apostoli diximus num.* 20, S. Judam *obiisse ante imperium Domitiani imperatoris, qui regnare cœpit anno Christi* 81. *Etenim Hegisippus, cujus fragmentum adfert Eusebius lib.* IX *cap.* XX (6) : His, *inquit,* temporibus adhuc supererant quidam ex cognatione Christi, nepotes Judæ illius, qui secundum carnem Frater Christi vocabatur. Hos, a nonnullis delatos, quod ex regia Davidis stirpe prognati essent, Revocatus ad Domitianum Cæsarem perduxit. Quippe Domitianus de adventu Christi perinde ac Herodes sibi metuebat. *Ex his deducere licet* S. Judam Thaddæum *uxoratum fuisse et filios genuisse; immo quum de duobus solum* Judæ *posteris hic sermo sit, videntur reliqui Christi Domini cognati ante exstincti. Pergit dein Hegesippus :* Interrogati itaque ab illo, utrum ex stirpe Davidis essent oriundi, id verissimum esse confessi sunt. Dein sciscitatus est ex illis Domitianus, quantas possessiones, quantumve pecuniæ haberent. Illi vero novem tantummodo denariorum millia sibi ambobus suppetere dixerunt, quorum dimidia pars singulis competeret : eas vero facultates nequaquam se in E argento habere, sed in æstimatione agrorum, novem scilicet ac triginta soli jugerum, ex quorum fructibus et tributa persolverent et sibi ipsis non sine proprio labore victum compararent. Simulque manus ostendere cœperunt, duritiem cutis, impressumque alte manibus callum ex laboris assiduitate in testimonium operis sui proferentes. Postremo interrogati de Christo et de regno illius, cujusmodi id esset, et quando, quibusve in locis appariturum; responderunt, non hujus mundi nec terrarum imperium illud esse, sed angelicum et cœleste, quod in fine sæculorum futurum esset, tunc, quum Christus adveniens cum gloria, vivos simul et mortuos judicabit, et unicuique operum suorum mercedem tribuet. His auditis, Domitianus nihil adversus illos asperius decrevit; sed vilitatem hominum aspernatus, liberos abire jussit, missoque edicto, persecutionem adversus Ecclesiam commotam, compescuit. Illos vero, ad hunc modum dimissos, Ecclesiis posthac præfuisse narrant, utpote Christi martyres et propinquos : et pace demum reddita Ecclesiæ, ad Trajani usque tempora vitam perduxisse. *Duo* F *itaque* S. Judæ *posteri, utpote qui Martyres dicantur, sub Domitiano imperatore, id est inter annos Christi* 81 *et* 96 *passi sunt : quumque soli referantur interrogati ab imperatore, videntur soli recogniti fuisse, tamquam ex stirpe Davidica oriundi. Cæterum et alios superstites fuisse, testantur ipse Hegesippus et Eusebius, quando docent, Simeonem Jacobo Hierosolymitano successisse* (7), *et patruelem Christi Domini in persecutione Trajani, adeoque inter annos Christi* 98 *et* 117 *Martyrem occubuisse* (8). *Tandem ex citato Hegesippo deducere licet,* S. Thaddæum *nostrum jam tunc, nempe ante imperium Domitiani, martyrium subiisse; tum quia de* S. Juda *interrogato nulla fit mentio, tum quia ita de posteris* S. Judæ *sermo fit, ut ipse jam obiisse præsumendus sit. Quapropter corrigendus mihi videtur Franciscus ab*

(1) Le Quien, Oriens. Christ. tom. II, col. 815. — (2) Ibid. tom. III, col. 730. — (3) Ibid. tom. II, col. 954. — (4) Migne, Patrol. Græc. tom. LXIII, col. 179. — (5) Migne, Patrol. latin. tom. CI, col. 769. — (6) Migne, Patrol. Gr. tom. XX, col. 251. — (7) Ibid. col. 216. — (8) Ibid. col. 282.

Aste,

A *Aste, archiepiscopus Hydruntinus, qui in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem* XXVIII *octobris docet, sub Domitiano passum fuisse, Apostolum nostrum, quum potius dicendum videatur, id sub Vespasiano aut Tito furore gentilium contigisse. Hæc de loco et tempore martyrii. Quod ad genus pertinet, inter scriptores satis convenit, Apostolum, in crucem actum, telis confossum fuisse.*

§ IV. SS. Apostolorum Simonis et Thaddæi cultus et Reliquiæ.

Reliquiæ Apostoli Thaddæi

U*t diximus supra in Actis* S. Simonis *num.* 22, *nos de cultu et Reliquiis ejus acturos in Actis* S. Judæ Thaddæi, *hic præstamus, quia scilicet utriusque cultus, præsertim in Ecclesia latina, sæpe confunditur. Ne igitur tædiosa sit repetitio, hic utriusque cultum in unum* § *conjicimus. Inter opera spuria, S. Hippolyto Portuensi vulgo adscripta, reperitur*
B *etiam libellus de* Duodecim Apostolis, ubi quisque eorum prædicaverit ac ubi consummatus sit (1): *In eo autem legitur:* Judas, qui et Lebbæus, ubi populo Edessæ ac toti Mesopotamiæ prædicasset, obiit Beryti ac illic sepelitur (2). *Jam supra num.* 21 *diximus, varias esse circa palæstram adeoque circa locum primæ sepulturæ* S. Judæ *antiquiorum scriptorum opiniones. Nec quidquam auctoritatis libellus Pseudo-Hippolyti habet, utpote qui multis erroribus scateat. Sic Apostolum* Simonem *Cananæum ponit successorem S. Jacobi in episcopatu Hierosolymitano: adeoque Apostolum confundit cum illo, qui istam Ecclesiam post S. Jacobum rexit, et annis centum viginti superstes fecit. Quapropter valde dubium est, qua ex regione in Occidentem delata sunt corpora Apostolorum Simonis et Judæ, uti in Actis superioribus S. Simonis num.* 20 *ostendimus. Et certe in Palæstina conservatas fuisse Reliquias Apostolorum, monstratur in Vita S. Bernardi, a Gaufrido, sancti discipulo et notario conscripta lib.* V *cap.* II (3): Sepultus est autem XI kal. septembris (22 *augusti, defunctus* 20 *ejusdem mensis)* ante sanc-
C tum altare Beatæ Virginis Matris, cujus fuerat devotissimus ipse sacerdos. Sed et pectori ejus in ipso tumulo capsula superposita est, in qua beati Thaddæi Apostoli Reliquiæ continentur, quas eodem anno ab Ierosolyma sibi missas, suo jusserat corpori superponi, eo utique fidei et devotionis intuitu, ut eidem Apostolo in die communis resurrectionis adhæreat.

in sepulcro S. Bernardi;

29 *Quid deinceps actum fuerit de istis Reliquiis* S. Judæ Thaddæi, *nuspiam, quod sciam, indicatum est. Joan. Pinius noster in Actis S. Bernardi ad diem* XX *augusti, varia scribit de Gloria Postuma S. Bernardi, adeoque de variis elevationibus ejus corporis, ac præsertim de tumuli statu, qualis erat circa annum* 1739, *quando Pinius Acta sua edidit. Cæterum sat jejuna sunt, quæ antiqui de corporis elevatione nobis reliquerunt. Nihilominus scimus, anno* 1178, *ædificata sacra æde Claravallensi, tumulo marmoreo inclusum fuit corpus: ita tamen ut extra tumulum servarentur, caput et alia ossa sat grandia. Sæpius deinceps Claravallenses monachi cogitarunt de transferendo S. Bernardi corpore in thecam pretiosiorem. Cujus consilii gnaros nos fecit Cl. Ph. Guignard in epistola scripta ad Cl. comitem Carolum de Montalembert, quam summatim, hanc opportunam occasionem nacti, exhibemus, tamquam complementum eorum, quæ refert Pinius noster. Certum enim nobis est, tumulum S. Bernardi motum deinceps aut visitatum non fuisse usque ad lugendas vicissitudines, quas Gallia universa passa est circa finem sæculi proxime elapsi.*

AUCTORE J. V. H.

qua occasione exponitur:

30 *Enimvero, ut diximus, non raro actum fuit de transferendo corpore S. Bernardi e tumulo marmoreo in thecam pretiosiorem. Sæculo* XIV *Joannes de Aisanvilla, Claravallensis abbas* XXXI, *ab anno* 1330 *ad* 1348 (4), *postquam caput S. Bernardi hermæ argenteo inclusisset, consilium iniit ut reliquum corpus in thecam pariter argenteam transferret; quapropter incœperat, ut habet catalogus ms. abbatum Claravallensium* (5), anno quo mortuus est capsam argenteam B. Bernardi, et jam E tradiderat ex propriis pro ipsa LXX marcas argenti. *Abbatis hujus morti verisimiliter adscribendum, quod hujusmodi translatio omissa fuerit. Similiter sæc.* XVI *Tristanus de Bizet consilium innovavit. Is, teste Gallia Christiana* (6), origine Trecensis, Claravallensis monasterii alumnus, LXVI episcopus Santonensis, obiit anno Domini 1579 in collegio Bernardinorum Parisiensi legavit mille libras Turonenses annui census. Cor sepultum in Claravalle jacet ante altare Omnium Sanctorum. *Hic itaque ut tanto manifestiorem faceret suam in S. Bernardum et Claravallenses devotionem, confici jussit thecam argenteam, in qua corpus patroni sui reponeretur. In thesauro ecclesiæ condiderunt donum monachi; sed veriti, ne occasione hujus translationis potentiores principes Reliquias peterent, et sic corpus ipsum ad paucula ossa redigeretur, maluerunt, corpus in tumulo marmoreo relinquere, in quo, ut dixi, usque ad finem proxime elapsi sæculi permansit.*

quæ fuerit sors

31 *Anno* 1789, *die* II *novembris comitia generalia regni decreto suo addixerunt fisco publico omnia bona et redditus ecclesiastica: dein alio decreto anni* 1792, *die* VI *aprilis, suppressa fuere omnia monasteria utriusque sexus, simulque interdictus usus habitus ecclesiastici. Interea regularibus utriusque sexus libertas permittebatur remanendi in monasterio, aut extra ejus septa vivendi. Quapropter magistratus civilis oppiduli Claravallis notum fecit abbati et monachis, se die* XXIV *maji* 1790 *exquisituros ab eis, utrum vellent in claustro an extra illud vitam agere. Erant tunc Claravalle monachi* XXVI *et conversi fratres* X. *Abbas Ludovicus Maria Rocourt declaravit, velle se vivere et mori in monasterio suo. Ex reliquis monachi* XIX *declararunt, se usuros libertate potestatis civilis, eadem quoque fuit sententia* X *conversorum. Duo dixerunt, se discessuros, si Papa permit-*

(1) Migne, Patrol. Græc. tom. X, col. 931. — (2) Ibid. col. 953. — (3) Acta SS. tom. IV Augusti, pag. 324. Et Migne, Patrol. tom. CLXXXV, col. 360. — (4) Gall. Christ. tom. IV, col. 809. — (5) Guignard apud Migne, Patrol. tom. CLXXXV, col. 1677. — (6) Tom. II, col. 1083.

teret.

AUCTORE J. V. H.

teret. Tres erant tunc absentes et tandem unus, magister novitiorum, Ludovicus La Ramée contestatus est, se velle vivere et mori in monasterio Claravallensi. Atque ita suffragio suo inepto et imbelli cooperati sunt destructioni coleberrimi monasterii (1).

corporis S. Bernardi

32 *Processit dein idem magistratus ad conficiendum inventarium omnium rerum tam mobilium quam immobilium, ad monasterium pertinentium; ex quo constitit, annuos redditus ad libras fere* 133,826 *ascendere* (2). *Anno dein* 1792, *die* XV *januarii, hora decima matutina expositum fuit venditioni publicæ ipsum monasterium pretio librarum* 137,875; *et quum nemo proposito pretio quidpiam adderet, prorogata fuit subhastatio in diem* X *februarii sequentem, quo monasterium adjudicatum fuit Petro Claudio Cauzon architecto Baris supra Alban* (Bar-sur-Aube) *pretio librarum* 337,500 : *sub ea tamen cautione, ut emptori non cederet suppellex ecclesiastica, nec quidquam in ipsa ecclesia destrui aut immutari posset, nisi præmonita duobus ante mensibus administratione, ut tunc dicebatur,*
B *districtus. Emptor porro, sua utens proprietate, in ecclesia erexit fornaces vitrarias, et petiit ut amoverentur sepulcra quæ locum obstruebant. Itaque architectus partitionis Albæ* (département de l'Aube) *illuc adveniens, invenit tumulos, qui aperti continebant* Reliquias variorum, qui ut sancti reverentiam obtinebant, quales sunt S. Bernardus, primus abbas Claravallensis, S. Malachias, S. Eutropius et alii, prout patuit ex inscriptionibus. *Ne itaque, ut ipse scribit in opinionem vulgi impingeret, per promiscuam inhumationem omnium ossium, sanctorum Reliquias in loco separato posuit, donec quid agendum esset, supremus partitionis magistratus indicasset. Qui decreto, dato* VIII *maji* 1793 *permisit, ut Reliquiæ, Claravalle repertæ, distribuerentur inter parochias vicinas Villam sub Firmitate* (Ville-sous-Ferté) *et Longchamps* (3).

circa finem sæculi XVIII.

33 *Tandem abbas Claravallensis Lud. Maria Rocourt, qui, impendente ruina monasterii, varias Reliquias S. Bernardi secreto reposuerat, quas dein variis monasteriis ordinis sui distribuit* (4), *anno* 1813, *die* 1 *octobris,*
C *Carolo Caffarelli, præfecto partitionis Albæ, capita SS. Bernardi et Malachiæ, intus et foris sigillo munita, dono dedit : quæ die* XXIV *decembris in ædem cathedralem Trecensem translatæ fuerunt. Qua de re exstat epistola Stephani Antonii de Boulogne sequentis tenoris :* Stephanus Antonius de Boulogne etc. Viso præsenti instrumento sub signo et sigillo D. Rocourt, nuper abbatis Claravallensis, permittimus intro scriptas sanctas et insignes S. Bernardi abbatis Reliquias, primum D. Carolo Caffarelli, præfecto provinciæ Albensis concessas et ab eodem. D. præfecto ecclesiæ nostræ cathedrali, die XXIV decembris, anno 1813, dono datas, atque in arca lignea deargentata, vitroque clausa reconditas, publicæ fidelium venerationi exponi. Datum Trecis die IV mensis septembris, anno Domini millesimo octingentesimo decimo sexto — Stephanus Antonius episcopus Trecensis. *Atque hæc fere sunt, quæ de S. Bernardi Reliquiis dicenda habemus post*
D *ea quæ Pinius noster usque ad annum* 1739 *scripserat. Nunc ad Sanctos nostros Apostolus regredimur. Erat olim, ut scribit Ludovicus Sabbatini in suo Commentario de Vetusto Kalendario Neapolitano* (5), *Neapoli Sacellum patronatus familiæ Cybo-Tomacelli in honorem* SS. Simonis *et Demetrii consecratum, quod dein dirutum fuit ad amplificandam aream ecclesiæ PP. Oratorii. Neque sua defuit Romæ ecclesia* SS. Simonis *et* Judæ, *olim parochialis, suppressa tamen litteris apostolicis Leonis Pp.* XII, *datis* I *novembris* 1824, *parochialitate, sed in suo statu remanente æde sacra, cujus patronatus pertinet ad familiam de Gabrielliis* (6). *Præter hanc ecclesiam, habent etiam SS. Apostoli nostri altare suo nomini dicatum, in ecclesia S. Petri Vaticana, quod Innocentius Pp.* III *denuo consecrari jussit per Cardinalem episcopum Ostiensem, Octavianum. Notatu digna est epistola, præsertim quia ostendit, frequens fuisse in isto altari sacrificium. Est autem hæc epistola* 359 *lib.* I.(7) Paucis diebus ante nostrum ab Urbe recessum sacerdos quidam, ætate longævus, timoratus, ut creditur, ad præsentiam no- E
stram accessit, secreto proponens, quod in visione nocturna per somnium ei apparuit B. Petrus Apostolus dicens : Accede ad Pontificem Innocentium ex mea sibi part significa, quod a nativitate sua quasi filium illum dilexi et per diversos gradus promotum, in mea tandem sede constitui. Quapropter et ipse decorem et honorem domus meæ debet diligere, studioque vigili promovere. Sciat ergo quod in ecclesia mea pauca sunt altaria consecrata, unde contingit, quod in altaribus dissecratis divina mysteria celebrantur.

Altaria SS. Simonis *et* Judæ;

34 Faciat ergo ea saltem cum debita reverentia consecrari, super quæ novit frequentius officium celebrari divinum. Verum quum semel et iterum eadem sibi fuisset visio revelata, nec ipse, quod mandabatur, impleret, tertio tandem idem Apostolus, velut offensus, intulit dicens : Quia meum obaudisti mandatum, ego tibi tuum tollam auditum. Ex tunc ita surdus effectus est, ut penitus non audiret. Gemens ergo vehementer et plorans ad confessionem B. Petri accessit, cum lacrymis postulans, ut misertus sibi restitueret auditum, quia mandatum ipsius illico F
adimpleret. Quo per Dei misericordiam exaudito, quod acciderat ei, nobis per ordinem indicavit. Licet autem secundum Apostolum non sit credendum omni spiritui, quia tamen in tali negotio angelus satanæ non transfiguraret se in angelum lucis, et melius est pie credere, quam temere dubitare; quum honestum sit, quod proponitur faciendum, etsi verum non esset, quod asseritur revelatum, fraternitati tuæ, de qua plenam fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus altaria Philippi et Jacobi, Simonis et Judæ, B. Gregorii et S. Andreæ, quæ dissecrata dicuntur, tu ipse consacres vel per alios auctoritate nostra facias consecrari. Credimus enim, quod ex hoc nobis fructus æternæ retributionis accrescet. *Quando hæc scribebat Papa Innocentius jam obliterata erat memoria Reliquiarum* SS. Simonis *et* Judæ; *nihilominus exstabat traditio, licet obscura : nam Benedictus canonicus, sæ-*

(1) Guignard, col. 1715. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Ibid. col. 1693. — (4) Ibid. col. 1718. — (5) Il vetusto Calend. Neap. tom. VII, pag. 2. — (6) Moroni, Dizion. di Erudiz. eccles. tom. 41, pag. 244. — (7) Migne, Patrol. tom. CCXIV, col. 356.

culi

A *culi* XII *scriptor* (1) incensat, *inquit*, duo altaria in media navi ad crucifixos, ubi ab antiquis patribus audivimus, requiescere, Apostolos Simonem et Judam. *Quod igitur ferebat traditio, probavit eventus, quippe utriusque Apostoli sacræ exuviæ sub altari, eorum nomini dicato, reipsa inventæ sunt, ita compositis ossibus, ait Bartholomanus Piazza in Ephemeridibus Vaticanis, italice conscriptis* (2), *ut capita orientem versus haberent, pro antiquo scilicet christianorum more, quoniam et Christus, in sepulcro conditus, caput ad Orientem compositum habuit* (3).

corumdem reliquiæ in basilica vaticana

35 *In ara porro utriusque basilicæ Vaticanæ, tum antiquæ tum novæ, reposita feruntur corpora Sanctorum Apostolorum nostrorum. Petrus Mallius aut Manlius et qui eumdem complevit jam citatus Benedictus canonicus S. Petri, ambo sæculi* XII *scriptores* (4), *tradunt* a suis majoribus accepisse *sub altari* SS. Simonis *et* Judæ *eorum* corpora pretiosa requiescere (5). *Idem asserit Alfaranus in Indice Reliquiarum basilicæ Vaticanæ, additque* item brachia horum Sanctorum sub quibusdam
B altaribus jam dirutis, *tandemque subnectit :* Non adsunt in basilica nunc (6). *Itaque sub jam dicto altari* SS. Simonis *et* Judæ *non asservabantur integra eorum corpora, siquidem eorum brachia in aliis altaribus fuerint inclusa ac dein deperdita. Altari Sanctorum nostrorum illud etiam accessit decus, quod in eo SS. Eucharistiæ Sacramentum ad hæc usque tempora asservatur. Hinc in eo exornando multorum cura fuit, præcipue vero confraternitatis SSmi Sacramenti, quam Paulus III, in basilica Vaticana instituit. Quapropter concedit indulgentiam plenariam, Brevi, dato* XXII *septembris* 1548, *omnibus visitantibus capellam SS. Sacramenti in solemnitate corporis Christi vel in ejus octava aut in festo SS. Apostolorum* Simonis *et* Judæ (7). *Similiter Paulus V Brevi eadem forma dato* XXII *decembris* 1605 (8) : Quum, *inquit*, propediem ex antiqua ecclesia Principis Apostolorum de Urbe corpora Sanctorum Apostolorum Simonis et Judæ, quæ sub altare Sanctissimi Sacramenti in eadem ecclesia in hunc usque diem recondita, ad novam basilicam ejusdem Principis
C Apostolorum et ad altaria, per nos designanda, nostro jussu transferenda sint, *concedit indulgentiam omnibus qui sacro ritui interfuerint, aut basilicam a primis vesperis S. Joannis Evangelistæ usque ad occasum solis diei festi SS. Innocentium visitaverint. Et re quidem vera Sanctorum corpora, ut habet Grimaldus qui et ipse præsens fuit, in opere, cui titulus,* Instrumenta authentica translationis Sanctorum corporum, *narrat die* I *octobris* 1605 *aram, sub qua SS. Apostolorum* Simonis et Judæ *corpora claudebantur, dissecratam fuisse ; et die* XXVII *decembris insequentis, post vesperas decantatas et processionem, solemniori ritu habitam, a Cardinali Evangelista Pallotto, basilicæ Vaticanæ archipresbytero sub novo altari, eorum nomini dicato, in quo hactenus servantur, condita fuisse* (9).

36 *In Elencho etiam Reliquiarum S. Crucis in Jerusalem legitur ibidem reperiri de Ossibus* S. Simonis (10). *In ecclesia quoque S. Clementis de Urbe Gerardus Veldon, Ord. S. Dominici et ejusdem Ecclesiæ sacrarii præfectus, inter* insigniores ecclesiæ suæ Reliquias *ponit ossa omnium pene Apostolorum et speciatim* S. Simonis *nostri* (11). *Etiam non solum extra Romam, sed etiam in Germania in veneratione sunt Apostolorum nostrorum exuviæ sacræ. Ægidius Gelenius, optimus testis traditionis sæc.* XVII, *quo scribebat, vigentis, docet de sua Colonia caput* S. Judæ *ostendi in ecclesia S. Mariæ in Capitolio* (12), *brachium* S. Simonis *in S. Andreæ* (13), *maxillam* S. Simonis *cum tribus dentibus apud PP. Carthusianos* (14), *et tandem in S. Norberti alterum brachium* S. Simonis (15). *In Dania etiam asservabantur olim Apostolorum nostrorum sacra pignora : nam in Elencho sacrarum Reliquiarum conventus FF. Minorum recensetur etiam* theca *in qua inclusa erant ossa* SS. Simonis *et* Judæ. *Et suas Apostolorum nostrorum Reliquias habet Hispania. Etenim ex instrumentis, a Josepho Cassani anno* 1722 E
ad majores nostros transmissis, habemus, Christophorum, archiepiscopum Cypri, ad regem Hispaniæ Philippum IV *scripsisse die* XVI *aprilis* 1639, *ut subsidium aliquod afferret desolatæ Ecclesiæ in Cypro, et simul per manus secretarii sui ad regem transmittit caput* S. Simonis, Apostoli, *ut dicit,* ex duodecim, *cum opportunis instrumentis. Cl. Madoz in suo Lexico topographico Hispaniæ* V° Cubas de la Sagra, *dicit sacrum pignus olim donatum fuisse regi Carolo I, qui vulgo imperator Carolus V vocatur ; qua in re errasse videtur eruditus vir, quoniam donum missum est anno, ut diximus,* 1639, *id est regnante Philippo rege IV : addit caput sacrum, agente familia Malpica, delatum fuisse ad ecclesiam parochialem S. Andreæ de Cubas, ibique tanta veneratione habitum fuisse, ut Toletani, in quorum diœcesi est oppedum Cubas, Reliquias sibi tollere voluerint ; ast commotione populari excitata, impedita fuit ista direptio, nec deinceps quid simile fuit tentatum. Hæc quidem Cl. Madoz. Ast quæ coram habemus instrumenta, docent nos,* F
marchiones de Pobar, e quibus erat belli dux, quem rex Hispaniæ adjutorem misit ad archiepiscopum Cypri, Sacras Reliquias dedisse conventui de Cubas FF. Minorum Capuccinorum, cujus erant patroni. Cardinalis, vero Aloysius de Pontecarrevo, archiepiscopus Toletanus, thesaurum istum suæ vindicare satagebat Ecclesiæ. Ex hisce omnibus existimo, olim in oppido Cubas exstitisse conventum Capuccinorum, quo suppresso, nescio qua causa aut occasione, sacræ Reliquiæ ad ædem parochialem S. Andreæ translatæ fuere. Quod ad familiam Malpica, de qua Madoz, attinet, non satis mihi nota est res heraldica Hispaniæ, ut dicam marchiones de Pobar ad familiam Malpica pertinere. Cæterum quod infra edimus instrumentum

et alibi.

(1) Bullar, Vatic. tom. III, pag. 206, not. — (2) Ephem. Vaticane, pag. 627. — (3) Cochet, Sepultures Chrét. Avant-propos, pag. IX. — (4) Acta SS. tom. VI Junii, part. II, pag. 37 et seq. — (5) Ibid. pag. 45. — (6) Cancellieri. De sacris basil. Vatic. T. W. pag. 1659. — (7) Bullar. Vatic. tom. II, pag. 453. — (8) Ibid. tom. III, pag. 206. — (9) Ibid. loc. cit. — (10) Alfaranus, De VII Romæ Eccles. pag. 125. — (11) Rondinini. De Eccles. S. Clement. pag. 338. — (12) De Admiranda Coloniæ magnitudine, pag. 734. — (13) Ibid. pag. 292. — (14) Ibid. pag. 455. — (15) Ibid. pag. 714.

extractum

AUCTORE J. V. H.

extractum fuit ex conventu FF. Capuccinorum oppidi Cubas, unde suspicamur, sacras Reliquias aliquando quievisse in ecclesia dicti conventus.

quatenus ex Cypro insula allatæ.

37 *En instrumentum, olim Græcum archiepiscopi Cretensis græci ritus, quod ex italico latine reddo* (1) Christophorus per misericordiam Dei archiepiscopus totius Cypri et Novæ Justinianæ, Joannigius metropolitanus Paphensis. Humilitas nostra hisce præsentibus litteris notum facit, quod secundum mandatum et ordinem apostolicum, ne populus fidelis decipiatur, Reliquiæ Sanctorum debent per omnia approbari. Unde ut certissimum habemus, quod hæ Reliquiæ sint caput S. Simonis Apostoli, unius ex duodecim discipulis Christi, et pro tali approbamus. Et omnes, qui indubitata fide et firma devotione imploraverunt divinum auxilium coram istis Sanctis Reliquiis, obtinuerunt sanitatem corporis et omnem gratiam. Hasce Reliquias munivimus nostro solito sigillo et manu nostra tradidimus honoratissimo viro, D. Aloysio Nicolo, sacristæ diœcesis Amathuntis. Propterea omnes fideles poterunt ad hono-
B rem hujus Apostoli venerari indubitanter hasce sacras Reliquias.— Humilis Joannigius, metropolita Paphensis, Leontius episcopus Nemessinus et Larnacensis, Athanasius metropolita Cyrenensis, Petrus Vespa episcopus Paphensis, visitator apostolicus regni Cyprensis. Ex litteris græcis italice reddidit Simon Leprone Florentinus.

Tolosa quoque

38 *Saussayus in Martyrologio Gallicano ad diem* XXVIII *octobris* : Natalis, *inquit*, Beatorum Apostolorum Simonis et Judæ, quorum pretiosissima corpora Tolosam a Carolo Magno in dilectissimam ipsi ecclesiam S. Saturnini invecta cum innumeris aliis cœlitum primariorum pignoribus, hodie devoto fidelium concursu ibidem honorantur. Et capita quidem e sacrario exhibentur inclusa ferculis argenteis, ad effigiem ipsorum Apostolorum efformatis pia liberalitate Fulconis, dudum S. Saturni cœnobiarchæ. At corpora, in thecis condita argenteis, super altare sacelli Sanctissimæ Virginis, a Septem Doloribus cognominatæ requiescunt, cui imposita fuere anno 1511, vigesima quinta januarii, quum venerandæ ipsius beatissimæ Virginis imagine, tabulæ affixa deauratæ, quæ
C aram decorat. Tamen S. Judas, cognomento Thaddæi quasdam Reliquias, quæ in Oriente adhuc hærebant, Ierosolymis ad se transmissas, S. Bernardus religiose suscepit, easque quum moreretur, pectori suo in scriniolo jussit imponi, secumque in tumulo relinqui, ut tanti Apostoli patrociniis apud Deum excedens sæculo muniretur, atque in sancta resurrectione, quam justi omnes expectant, gloriæ ipsius testis et particeps ejusdem meritis effici mereretur.

eorumdem Reliquiis gloriatur :

39 *Ad diem porro* XXV *januarii recensetur in eodem Martyrologio* Tolosæ repositio Sanctorum corporum Beatorum Apostolorum Simonis et Judæ in propria ara et arcula quiescentium apud basilicam S. Saturnini. *Et hic denuo nascitur quæstio, an integra corpora Sanctorum nostrorum Tolosæ asserventur, præsertim quum pro Vaticano thesauro* antiquissima *sit, ut num.* 35 *diximus,* traditio. *Dein Tolosates gloriantur, se septem Apostolorum corpora in basilica S. Saturnini possidere : scilicet utriusque Jacobi, Philippi,* D *Bartholomæi,* Simonis, Judæ *et Barnabæ* (2). *Constat autem horum Sanctorum exuvias longe principaliores alibi conservari. Exempli causa relegat lector, si lubet, Acta S. Philippi Apostoli ad* I *maji* (4), *ex quo de aliis judicet.*

asservari feruntur :

40 *Nullatenus dubito, quin etiam in aliis ecclesiis exponantur fidelium venerationi similes Reliquiæ. Atque hinc etiam nascitur quæstio, sæpissime in Actis nostris pertractata et frequentissime retractanda, nempe quomodo unius Sancti in pluribus locis reperiantur Reliquiæ. Cardinalis Baronius in sua, quam Martyrologio Romano a se edito præmisit, Dissertatione cap.* IV, *hanc difficultatem solvit. Docet videlicet, Christianos ab ipsis religionis suæ incunabulis consuevisse recondere corpora Martyrum sub altari. Quum autem fideles tantam haberent erga præcipuos Martyres pietatem, ut in pluribus locis eorumdem memoriam celebrare cuperent, particulas Reliquiarum (nam sine iis altaria consecrare non licebat, ut liquet ex canone S. Concilii Africani* (3)) *de corpore Martyris sumebant, ut altare legitimum sub* E *nomine Martyris haberent. Atque hinc factum est, ut unus Martyr plura nanciscerentur sepulcra, quæ quasi integrum continerent corpus, in veneratione erant : præcipue quia, ut docet S. Gregorius Nazianzenus orat.* I *in Julianum num.* 69 (4), vel solæ sanguinis guttæ atque exigua passionis signa idem possunt, quod corpora. *Paulatim itaque exiguæ corporis vel etiam membri particulæ, traditione populari, tamquam integra celebrabantur corpora. Quod quidem Ægidius Gelenius, Coloniensium Reliquiarum solers indagator, testatur :* Ego sano, *inquit,* (5), apertis et inspectis diligenter hierothecis, deprehendi ex unius ossiculi parte, brachium vel caput appellari.

41 *In præsenti autem quæstione confusio longe facilior erat, utpote nata ex nominum confusione. Nam imprimis* S. Simon *Apostolus etiam antiquissimis temporibus, ut vidimus in ejus Actis numm.* 2 *et* 3, *habitus fuit a quibusdam, ut secundus post Jacobum episcopus Hierosolymitanus. Dein ætate Apostolorum fuere alii Simones, qui sanctitatis fama, saltem in quibusdam provinciis, insignes fue-* F *runt. Certe apud Matthæum* XXVII, 32, *Marcum* XV, 21 *et Lucam* XXIII, 26 *refertur Simon Cyrenæus, quem angariaverunt Judæi, ut tolleret crucem Christi. Et quamvis Franciscus Xaver. Patrizzi noster in suo Commentario in Marcum dicat,* nihil præterea de hoc homine compertum haberi (6), *satis constat ex interjecto in media narratione nomine illum christianis coævis optime notum fuisse et ex ipso impenso in Christum Dominum officio apud suos in veneratione fuisse. Habemus etiam in Actibus Apostolorum* IX, 43, *Petrum* dies multos moratum in Joppe apud Simonem quemdam coriarium ; *in cujus domo, quam ut propriam incolebat, utpote qui missos a Cornelio centurione viros* receperit hospitio, *primitias gentium Deo consecravit* X, 1 *cum* quibusdam ex fratribus, *inter quos verisimiliter fuit et Coriarius. Dein Act.* XIII, 1 *occurrit Simon,* qui vocabatur Niger, *qui dicitur* Propheta et Do-

(1) Biblioth. Brux. Collect. Bolland. num. 8924. — (2) Diction. univ. de la France, v° *Toulouse.* — (3) Labbe, tom. II, Conc. col. 1614. — (4) Migne, Patrol. Gr. tom. XXXV, col. 590. — (5) De admir. Coloniæ magnitud. pag. 220. — (6) Pag. 217.

ctor

AUCTORE J. V. H.

A ctor. *In quo igitur loco hi viri illustres sepulturam nacti sunt, facile eorum memoria ad venerationem* S. Simonis *Apostoli traduci potuit. Atque hinc plures ecclesiæ Reliquiis S. Apostoli forsan gloriantur. Idem dixerim de* S. Juda Thaddæo, *qui, ut habet Hippolytus* (1), *inter Christi Discipulos, ut dicit,* LXX *homonymum habet Thaddæum,* qui, *inquit,* epistolam attulit ad Augarum, *regem Edessenorum. Est etiam in Act. Apost.* XV, 22 Judas, qui cognominabatur Barrabas, vir primus in fratribus.

Hersfeldia 42 *Germania etiam specialem cultum exhibet SS. Apostolis* Simoni *et* Judæ. *Imprimis celeberrimum monasterium Hersfeldense, Fuldensi conterminum, atque electoratui Hasso-Casselensi subditum, patronos tutelares ante prætensam reformationem, Sanctos nostros habebat* (2). *De ejus fundatione sermo fuit in Actis S. Lilli ad diem* XVI *octobris* (3). *In dicto porro monasterio vel ab initio videntur conservatæ Reliquiæ* SS. Simonis *et* Judæ : *nam, si fides habenda Chronico antiquo, anno* 1050, *Henricus III, fundator ecclesiæ Goslariensis,* B in quodam scrinio, quod tulerat de Hersvelde, dedit ecclesiæ *(Goslariensi)* duas scapulas pulverisatas Beatorum Apostolorum Simonis et Judæ (4) : *neque admittendum est, Hersfeldenses monachos adeo propriæ ecclesiæ incuriosos fuisse, ut suo se thesauro omnino spoliaverint; sed verisimiliter partem istarum Reliquiarum aut mediam aut forsan majorem retinuerunt. Quid vero actum sit de Reliquiis Hersfeldensibus, dicendo non sum : probabilius neglectæ et deperditæ fuerunt. Nam Trithemius in Chronico Hirsaugiensi sub anno* 1513 *monstrat celeberrimum monasterium, sive fortunas sive disciplinam spectes, omni ex parte dilapsum et bibliothecam pretiosissimam, imo et diplomata monasterii in straminibus ante canes projecta* (5). *Majorem certe curam de Sanctorum Reliquiis non habuerunt degeneres monachi.*

quemadmodum et civitas Goslaria, 43 *Goslaria quoque, urbs olim imperialis, nunc regni Hannoverani in principatu Hildesiensi, patronos habet tum civitatis suæ, tum præcipuæ ecclesiæ suæ* SS. Simonem *et* Judam; *quæ ædificari coepit anno Christi* 1049. C *Quamvis enim diploma Henrici III imperatoris ferat :* Data idus martii, anno dominicæ Incarnat. 1048 indict. II... imperii III (6); *attamen quum* idus martii *præcedant sive festum Annuntiationis sive Pascha, a quibus initium anni decurrit, ad sequentem annum prorogandum est charta imperatoris : quo casu et correcta est indicatio Indictionis* II *et anni* III *imperii, quod incœpit a Natali Domini* 1046, *quando a Clemente* II *coronatus fuit in basilica Vaticana S. Petri. In dicto autem diplomate dicit Henricus :* Ob æternam nostri, nostrique thori ac regni consortis, scilicet Agnetis imperatricis augustæ commemorationem, nec non pro salvatione beatarum animarum felicis memoriæ Conradi imperatoris, nostri quidem antecessoris et patris, atque matris nostræ, imperatricis Gisilæ, ad altare sanctorum Apostolorum in monasterio, quod Gozlarè in honorem Sanctæ et Individuæ Trinitatis et Sanctæ Mariæ Genitricis Dei ac perpetuæ Virginis, divina cooperante gratia a fundamento incepimus ædificare. *Assignat dein imperator varia prædia fundatæ a se ecclesiæ.*

quæ Apostolorum imagines in sigillo publico referebat. 44 *Eodem anno Leo Pp.* IX *fundationem bulla sua data* IV *kal. novembris, indictione* III, *quæ incipit a kalendis septembris, confirmat, et* ecclesiam S. Petro, ejus apostolicæ sedi concessam, *sub apostolico jure in perpetuum liberam et quietam vult* persistere *et* ab omni jure et dominio, ab omni læsione et molestia suam integritatem habeat in omnibus rebus et facultatibus. *Simul etiam vult, ut* episcopus in cujus diœcesi istius ecclesiæ constructum est monasterium nihil in eo habeat juris aut potestatis præter ecclesiasticum regimen et secundum canonica instituta episcopalem potestatem. *Anno dein sequenti, seu* 1050, *idem Leo Papa Goslariensem ædem solemni ritu consecravit, præsentibus cardinalibus, episcopis, abbatibus septuaginata tribus* (7). *Civitatis insuper et ecclesiæ Goslariensis sigilla ferebant imagines utriusque Apostoli, ut videre est apud Heineccium Tabula* I *et* II *libri* I *numm.* 6 *et* 5, *easdemque imagines referebant monetæ, ut monstrant Tabulæ* II *libri ejusdem operis. In dictis etiam monetis occurrit non raro imago S. Mathiæ Apostoli, et supra limen majoris januæ et in fenestra majoris chori ejus effigiem una cum duobus Apostolis videre est. Unde fuerunt, qui dicerent* E *S. Mathiæ dedicatam fuisse ecclesiam* (8). *Sed ex documentis supra allatis tum fundatoris tum consecratoris luce clarius constat,* SS. Simonis *et* Judæ *nomine dedicatam fuisse ædem Goslariensem; ita tamen ut etiam S. Mathias præcipuum ibidem, tamquam patronus, ut vulgo dicitur, minus principalis, ibidem cultum habuerit.*

Invocatur S. Judas a calamitosis et fama periclitantibus. 45 *Satis mira quibusdam in regionibus est pietas in* S. Judam Thaddæum; *quia videlicet idem cum Iscariota proditore nomen gerit, aliqui arbitrati sunt, Apostoli nostri cultum aliquousque neglectum fuisse. Atque hinc nata quorumdam religio, ut* S. Judam *invocent et tamquam singularem in rebus desperatis patronum habeant. Quapropter adornatum etiam fuit Officium, ut vulgo dicitur, Parvum, quod Apostoli nostri merita refert. Nuper mihi contigit videre id in libello quodam, Vesuntione anno* 1826 *concinnato. Post Officium, reperitur Oratio, quæ sic sonat :* Sanctissime Apostole, fidelissime Christi serve et amice, Juda Thaddæe, qui ob proditoris nomen ex quorumdam simplicitate in debito tibi cultu desereris, ob tuam vero sanctissimam et apostolicam vitam ubique fere terrarum a vera Ecclesia specialis calamitosorum et pene desperantium advocatus invocaris et pientissime coleris, ora Deum pro me misero, ut per tua merita in tribulationibus et angustiis meis consolationem recipiam, Dei et tuum auxilium, præsertim in præsenti perturbatione et angustia experiar, et tandem in hora mortis meæ, atque tecum et cum omnibus electis Deum æternum amem et benedicam. Amen. *Atque hæc de cultu et Reliquiis* SS. Simonis *et* Judæ, *quantum scimis, dicta sufficiant.* F

(1) Migne, Patrol. Græc. tom. X, col. 951. — (2) Migne, Diction. des Abbayes, v° *Herschfeld.* — (3) Acta SS. tom. VII Octob. pag. 1067 et 1089. — (4) Joan. Mich. Heineccius, Antiquit Goslar. pag. 54. — (5) Chron. Hirsaug. tom. II, pag. 690. Edit. Sangall. — (6) Heinecc. Antiq. Goslar. pag. 47. — (7) Ibid. pag. 50. — (8) Ibid. pag. 52.

A D

DE SANCTO THADDÆO

UNO EX DISCIPULIS CHRISTI

J. V. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sanctus etiam Addæus appellatur; ejus cultus in Oriente; prædicat Evangelium Edessæ coram Abgaro rege, cujus epistola ad Christum, hujusque responsio recitantur.

PROBABILIUS ANNO 44. S. Thaddæus, *qui et* Addæus,

Præter Apostolum Judam Thaddæum, de quo egimus, est alius ejusdem nominis evangelicus præco, Thaddæus, *qui et* Addæus *dicitur, unus ex* LXXII *discipulis Christi. In latina quidem Ecclesia Apostolus et Discipulus Christi in unam passim confusi sunt personam. Confusioni forsan locum dedit* B *S. Hieronymus, qui Commentario in Matthæum lib.* I *cap.* X *scribit* (1) : Thaddæum Apostolum Ecclesiastica tradit Historia missum Edessam ad Abgarum, regem Osroënæ, qui ab Evangelista Luca Judas Jacobi dicitur; at alibi appellatur Lebæus, quod interpretatur Corculum : credendumque est, cum fuisse trinomium, sicut Simon Petrus et filii Zebedæi Boanerges, ex firmitate et magnitudine fidei nominati sunt. *Et reipsa nulla in Martyrologiis latinis fit mentio de* S. Thaddæo, *discipulo Domini : nisi quod occurrit in Martyrologio Florentinii, in quo ad* V *idus* (XI) *maji legitur* : In Asia, natalis Demetri et Thaddei : *unde tamen præter nudum nomen ediscas nihil. Et profecto si ibidem actum fuisset de uno ex* LXXII *discipulis Christi, primo statim loco venisset Thaddæus : imo inter variantes lectiones, a Florentinio allegatas, medius etiam ponitur Atticus, qua ratione tertium solum subsellium occupat Thaddæus iste, de quo cæterum nihil prorsus dicit laudatus Florentinius in Notis, textui substratis.*

ab homonymo Apostolo

2 *Ast apud Orientales celebris est ejusdem cultus, quoniam Sanctum istum habent tamquam specialem illorum Apostolum, a quo lumen fidei acceperunt. Syri quidem festum ejus diem agunt* XIV *maji* (2), *quo obiisse dicitur* (3). *Simul etiam festum S. Judæ Thaddæi annuntiant kalendaria syriaca, quæ in bibliotheca regia sub numm.* 11,322 *et* 11,323 *exstant ad diem* XVIII *decembris aut ad* XIX *maji, hisce fere verbis :* Labi *(Lebbæus?)* qui cognominatur Th addæus ex XII. *Unde distinctio utriusque Sancti manifeste elucet. Apud Armenos festum Judæ Thaddæi, fratris Jacobi, occurrit in kalendariis* XVI *februarii* (4), XXIII *octobris* (5) *et* XXV *decembris* (6). *Nuspiam scilicet occurrit nomen Thaddæi pro Juda, fratre Domini. Celebratur autem sub die* XXIII *decembris* Thaddæus Apostolus (7) : *quem ipsum, de quo agimus, Sanctum ex* LXII *Discipulis censeo. Etenim, ut opinatur Steph. Morcellius* (8), alius apud Græcos Judas, alius Thaddæus semper habitus est. *Et reipsa, omisso Apostolo, cujus Cpolitani Reliquias nacti non fuerant, de solo Discipulo agit illorum kalendarium* (9). *Sed in Menologio Basiliano, ait laudatus Morcellii* S. Thaddæi *Discipuli mentio fit* XIX *junii, S. Thaddæi seu Judæ, die* XXII *maji. Qua in re male interpretatus est Menologium. Nam ad diem* XXII *legitur* E *elogium* Judæ Apostoli, *quo quidem nomine* Thaddæus *noster passim non venit, ac in eo nihil dicitur, quod unicuique Apostolo non conveniat; scilicet* post Ascensionem Domini nostri Jesu Christi *illum* zelo divino inflammatum omnes civitates regionesque peragrasse *(quin vel una specialis indicetur)* Christum magna voce prædicantem; *recitantur dein præcipua mysteria vitæ, mortis et resurrectionis Christi, et tandem explicit encomium hisce verbis :* In pace ad Dominum migravit. *Ex istiusmodi annuntiatione nihil depromi potest, quo* S. Thaddæus *Discipulus signetur.*

distinguendus est,

3. *Quapropter censeo, in Menologio Basiliano incertam fieri mentionem de* S. Thaddæo *Discipulo; præsertim quum ad diem* XIX *junii, annuntiat,* Judam, Fratrem Domini, quum in Mesopotamiam venisset et Evangelium promulgasset.... Edessam urbem profectus, Abgarum toparcham morbo sublevavit. *Quibus ex verbis deduco, Apostolum et Discipulum in unam Menologo coaluisse personam. Utramque personam apertius distinguit Kalendarium Slavicum seu Græco-Mosquum, a Joseph. Simonio Assemani editum, in quo ad diem* XIX *junii annuntiatur* Judas Apostolus, Frater Domini; *et ad* XXI *augusti simpliciter* Thaddæus Apostolus, *videlicet unus e* LXXII. *Idem habet Annus Slavicus, a Joanne Martinov nostro nuper editus, nisi quod Discipulus sub die* XX *augusti celebretur. Eadem referunt Menæa, quum ad* XIX *junii agunt in breviario vitæ de Judæ cum Christo Domino cognatione et ad* XXI *augusti de* Thaddæo, *a Joanne baptizato, et dein Christo Domino adhærente, quin tamen ullo modo indicetur ex duodenario Apostolorum numero fuisse. Quinimo Horologium Græcorum, quod etiam ad illorum liturgiam pertinet, omnino distinguit inter utrumque homonymum, et allegat auctoritatem Eusebii, ut mox latius indicabimus.* F

ut recte docet

4 *Etenim distinctionem inter Apostolum et Discipulum evidentissime ostendit Eusebius* *Eusebius:*

(1) Migne, Patrol. tom. XXVI, col. 61. — (2) Assemani. Biblioth. Orient. tom. III, pag. 635. — (3) Ibid. tom. II, pag. 392. — (4) Ibid. tom. III, pag. 643. — (5) Ibid. pag. 648. — (6) Ibid. pag. 649 et 654. — (7) Ibid. loc. cit. — (8) Kalendar. CP. tom. II, pag. 216 et seq. — (9) Ibid. loc. cit.

lib.

A *lib.* I *Hist. Eccles. cap.* XII *et* XIII (1). *Quoniam vero quæ de* S. Thaddæo *nostro narrat Eusebius tamquam fundamentum habenda sunt eorum, quæ infra exponemus, opportunum judico illa in Acta nostra referre. Itaque cap.* XII *postquam dixisset :* Apostolorum Servatoris nostri nomina ex Evangeliorum libris esse notissima, *addit :* Quod vero ad septuaginta Discipulos attinet, eorum series nullibi perscripta fertur. *Nominat tamen aliquos ex traditione, ut Barnabas, Sosthenes, Mathias et* Thaddæus, de quo, *ait Eusebius, historiam,* quæ ad nos usque pervenit, mox narraturus sum : *et hi omnes instar duodecim,* Apostoli dicebantur. Historia vero de Thaddæo, cujus supra mentionem fecimus, hujusmodi est, *cap.* XIII. Domini ac Servatoris, nostri Jesu Christi, divinitas quum propter admiranda illius opera ubique jam celebris esset, innumerabiles ab externis et a Judæa remotissimis regionibus, morbis et cujusquemodi doloribus afflictos spe recuperandæ salutis attraxerat. Itaque rex Agbarus, qui gentibus, trans Euphratem positis, non sine laude præerat, quum gravi morbo et qui
B humana ope curari non poterat, consumeretur, simul atque de Jesu nomine ubique diffuso ac de stupendis ejus miraculis, quæ omnium testimonio firmabantur, accepit, missis per tabularium litteris, supplex eum rogavit, ut se morbo liberaret.

missus ad Abgarum regem,

5 At ille tum quidem vocanti minime est obsecutus. Litteras tamen ad eum scribere, non recusavit, quibus unum e Discipulis suis, qui ipsum sanaret, missurum se esse pollicebatur; neque ipsi solum, sed omnibus propinquis et familiaribus salutem præstiturum. Nec multo post ad exitum perducta sunt, quæcumque ei promissa fuerant. Nam post Resurrectionem Christi, ejusque in cœlos ascensum, Thomas unus ex duodecim Apostolis, divino quodam impetu impulsus, Thaddæum, unum, e septuaginta Christi Discipulorum numero, Edessam misit, ut Christi doctrinam illis gentibus nuntiaret; ejusque opera Salvatoris nostri promissa exitum sortita sunt. Cujus quidem rei testimonium habemus ex ipsius Edessæ, in qua tum regnabat Agbarus, tabulariis desumptum : siquidem in monumentis publicis, in quibus antiquitates urbis et res
C Agbari gestæ continentur, hæc etiam ad nostram usque ætatem conservata reperimus. Operæ pretium igitur fuerit, ipsas epistolas audiri, quas, ex archivis depromptas, e Syrorum lingua fideliter transtulimus in hunc modum.

qui ad Christum scripserat et vicissim

6 Agbarus, princeps Edessæ Jesu, Servatori bono, qui in finibus Hierosolymorum apparuit, salutem. Nuntiatum est mihi de te et de curationibus, quas absque herbis et medicamentis operaris. Fama enim est, cæcis visum, claudis gressum abs te restitui, leprosos mundari, dæmonas et immundos spiritus expelli, diuturnis morbis oppressos sanari, mortuos denique suscitari. Quæ, quum omnia de te audirem, sic in animum meum induxi, ut te revera Deum esse, qui e cœlo delapsus hæc efficias, aut certe filium Dei. Proinde ad te scripsi, orans, ut nos invisere, morbumque nostrum sanare non graveris. Audio enim, judæos tibi obtrectare et insidias in caput tuum struere. Est mihi civitas, parva quidem illa, sed ornata, quæ nostrum utrique sufficiat.

Et hæc quidem ita scripsit Agbarus, quum divini luminis radius eum modice tum quidem illustrasset. Nunc epistolam, quam ei Jesus per eumdem tabularium rescripsit, audiamus, brevem illam quidem, sed virtutis et efficaciæ plenissimam; quæ sic habet : Beatus es, Agbare, qui in me credideris, quem non vidisti. De me enim scriptum est, eos, qui me viderint, non credituros in me, ut ii qui non viderint, credentes vitam accipiant. Quod vero ad me scribis, ut ad te proficiscar, hic necesse habeo omnia implere propter quæ sum missus, iisque demum absolutis, ad illum, qui me misit, reverti. Cæterum quum primum ad eum me recepero, ex discipulis meis aliquem ad te mittam, qui et morbum tuum curet, et vitam tibi tuisque omnibus præstet.

AUCTORE J. V. H.

responsum acceperat :

7 His epistolis hæc etiam syriaco sermone erant adjuncta. Post ascensum Jesu Christi Judas, qui etiam Thomas dictus est, Thaddæum Apostolum, unum ex septuaginta, ad Agbarum misit. Qui quum illuc advenisset, apud Tobiam, Tobiæ filium, divertit. Postquam vero fama de ejus adventu et de miraculis, quæ ab ipso edebantur, increbrescere cœpit, nuntiatum est E
Agbaro advenisse illuc Apostolum Jesu, sicut per litteras promiserat. Cœpit igitur Thaddæus morbos quoslibet et languores divina virtute sanare, adeo ut cuncti admiratione caperentur. Proinde quum Agbarus ab illo patrata miracula audivisset, et quo pacto per nomen ac virtutem Jesu Christi morbos fugaret, in suspicionem adductus est, hunc ipsum esse, de quo Jesus olim ad se perscripserat his verbis : « Quum primum me ad eum recepero, ex discipulis meis aliquem ad te mittam, qui et morbum tuum curet et vitam tibi tuisque omnibus præstet. » Accito igitur Tobia, cujus hospitio utebatur, « Accepi, inquit, potentem quemdam virum, profectum Hierosolymis, apud te diversari et plurimas morborum curationes in nomine Jesu ab illo fieri. » Ad hæc Tobias : « Certe, inquit, domine, peregrinus quidam apud me est, qui plurima edit miracula. » Tum Agbarus : Illum velim ad me adducas. » Igitur Tobias, domum reversus, sic Thaddæum allocutus est : « Agbarus, hujus civitatis regulus (τοπαρχης) accersivit me, jussitque, ut te ad ipsum perducerem, quo ipsius ægritudinem cures. » Cui Thad- F
dæus : « Pergamus, inquit, quandoquidem ejus potissimum gratia sum missus. »

Edessæ ad regem vocatur,

8 Postridie ergo mane, assumpto Thaddæo, ad Agbarum perrexit. Quumque esset ingressus, Agbarus, proceribus suis circumseptus, in ipso intrantis Thaddæi vultu divinum quidpiam videre sibi visus est; quo conspecto, statim Thaddæum adoravit. Mirabantur omnes, qui aderant, quippe qui nihil horum vidissent, quæ Agbaro apparuerant : Tum Agbarus Thaddæum interrogavit : « Tunc, inquit, discipulus es Jesu, Filii Dei, qui hæc ad me scripsit : « Ex discipulis meis aliquem ad te mittam, qui et morbum tuum curet, et vitam tibi tuisque omnibus præstet. » Cui Thaddæus : « Quandoquidem, inquit, maximam fiduciam posuisti in Servatore Jesu, qui misit me, idcirco ad te sum missus. Quod si deinceps magis ac magis in eum crediderit, fient omnia, quæ postulas, prout fidem habebis. » Agbarus autem : « Adeo, inquit, credidi

(1) Migne, Patrol. Græc. tom. XX, col. 119 et seq.

AUCTORE J. V. H.

didi ei, ut Judæos, qui illum in crucem egerunt, bello appetere et ad internecionem delere voluerim, nisi metus imperii Romanorum me ab hoc consilio revocasset. » Tum Thaddæus : » Dominus, inquit, noster et Deus Jesus Christus quidquid a Patre mandatum fuerat exsecutus est, perfectisque omnibus ad Patrem suum reversus est : » Cui Agbarus : » Et, in ipsum, inquit, credidi et in Patrem ipsius. » Tunc Thaddæus : » Propterea, inquit, manum sibi impono in nomine Domini nostri Jesu. »

Christumque prædicat optimatibus

9 Quo facto, statim Agbarus morbo et ægritudine, qua laborabat, est liberatus; magnaque eum admiratio tenuit, quod sicut de Jesu fama acceperat, reipsa per Thaddæum, discipulum ipsius et Apostolum impletum videbat, qui absque ullis medicamentis herbisque ipsum pristinæ valetudini restituisset : nec vero ipsum solummodo, sed et Abdum quemdam, Abdi filium podagra laborantem, qui quum supplex ad Thaddæi pedes provolutus esset, benedictionem ab eo per impositionem manus accipiens, sanatus est. Plures quoque alii ex eadem civitate ab eodem Apostolo curati sunt, multa mi- B racula perpetrata, quum verbum Dei illic prædicaret. Posthæc vero Agbarus sic Thaddæum allocutus est : » Quæcumque facis, inquit; Thaddæe, ope divinæ virtutis abs te fieri, credimus, eaque de causa te admiramur. Sed, quæso te, expone deinceps nobis de Jesu ipsius adventu, qualis et cujusmodi fuerit, et de potentia ejusdem, qua demum vi atque virtute tot et tanta, quæ auditu accepimus, perpetrarit. » Et Thaddæus : » Nunc quidem parcam dicere; quandoquidem ad verbum prædicandum missus sum. Crastino autem congrega mihi omnes cives tuos, et verbum Dei coram illis prædicabo, vitæque sermonem in eorum mentibus seram, exponens de adventu Jesu Christi, cujusmodi fuerit, et ejus missione, cujus causa a Patre missus fuerit : de potentia illius et de arcanis, quæ inter homines locutus est, et qua vi ac virtute tot miracula patravit : de nova ejusdem prædicatione : de vilitate et abjectione exterioris ejusdem humanitatis : quo pacto semetipse depresserit, mortemque subierit et divinitatem suam ipse minuerit : quot et quanta a Judæis perpessus, qualiter crucifixus sit et ad inferos descen- C derit, claustrumque, ab omni ævo intactum, disruperit : quo pacto resurrexerit, et mortuos, qui multis retro sæculis sepulti jacebant, secum una suscitaverit : utque solus quidem e cœlo descenderit, ascenderit vero ad Patrem cum maximo comitatu, et ad ejus dexteram honorifice sedeat in cœlo : quo pacto iterum venturus est cum gloria, ut de vivis et mortuis judicium ferat.

et populo.

10 Agbarus igitur civibus suis præcepit, ut prima luce in unum coacti prædicationem Thaddæi auscultarent. Pauloque post aurum et argentum Thaddæo dari jussit. Sed ille accipere recusavit, hæc addens : » Quum nostra dimisimus, cur aliena capiemus? » Acta sunt hæc omnia anno quadragesimo et trecentesimo. Quæ non sine fructu, ut opinor, ex Syrorum lingua translata, hic opportune collocata sunt. *Dein idem Eusebius lib.* II, *cap.* I (1): Iisdem, *inquit*, temporibus quæcumque Servator noster D Osroënorum regi promiserat; ad effectum perducta sunt. Thomas enim, divino quodam motus afflatu, Thaddæum Christianæ doctrinæ præconem et nuntium Edessam misit, ut ex monumentis ibidem repertis paulo superius ostendimus. Hic quum ad ea loca pervenisset, et Agbarum in Christi sanavit nomine, et omnes ejus regionis incolas miraculorum novitate perculit. Quumque illos hujusmodi admirandis operibus satis præparasset, et ad cultum venerationemque divinæ Christi potentiæ perduxisset, tandem discipulos salutaris doctrinæ effecit. Abhinc universa Edessenorum civitas, quippe quæ non vulgare Servatoris nostri erga se benevolentiæ indicium possideat, ejus nomini hactenus dicata permansit. Et hæc quidem ex veterum monumentis desumpta sunt. *Hactenus Eusebii dicta, quæ in sequenti § illustranda et vindicanda veniunt.*

§ II. Inquiritur in ΑΥΘΕΝΤΙΑΝ epistolarum Abgari ad Christum E Dominum, et Christi ad Abgarum.

Abgari nomen commune regulis Edessenis.

Salis manifestum est, narrationem Eusebianam nili maxime epistolis mutuis Christi et reguli Edessenorum : etenim si spuriæ sint istæ, jam totius historiæ fundamentum labefactatur. Operæ igitur pretium fuerit, examinare, quæ utrinque circa earumdem sinceritatem afferuntur rationes. Ante omnia tamen paucis præfari lubet de ipso nomine reguli, quod Eusebio est Agbarus, Ἀγβαρος; *passim autem et præcipue apud Syros est* Abgar. *Videtur vero omnium Edessenorum regulorum commune nomen,* non secus, *inquit W. Curetan,* (2) ac Romani imperatores » Cæsares, » reges Ægypti » Pharaones » vel » Ptolomæi » et reges Syriæ » Antiochi, » *appellabantur. Plura de hoc nomine habet Theoph. Sigifrid Bayer in Historia Osrhœna* (3), *quæ ex Assemanio deprompsit* (4); *quod quidem varie scribitur*, Augarum, Abagarum, Abbarum, F Agbarum et Achbarum *et secundum Assemanium* Claudum *significat, quamvis alii interpretentur* Magnum. *Quoniam porro nomen istud commune est omnibus regulis Edessenis, Ruffinus in sua versione Eusebii lib.* I *cap.* XV (5) *addit post nomen Abgari* Uchamiæ filius *et hoc postremum nomen varie scribitur, ut notatur apud Eusebium in Nota* (6), *scilicet* Vohaniæ, Vohame, *imo et* Euchame, *aut* Uchomo *filius. Aliqui dixerunt in eo exprimi nomen matris, alii contra patris; sed utrique videntur errasse, quum cognomen istud significet Nigrum, Abgaro isti datum sive quia color vultus nigrescebat, aut etiam quia morbus, quo afficiebatur, erat, ut vulgo dicitur, Lepra Nigra. Nunc epistolarum sinceritatem ad trutinam revocemus.*

Pro epistolo-

12 *Pro earum sinceritate stant, quantum*

(1) Migne, Patrol. Græc. tom. XX, col. 133. — (2) Ancient Syriac documents relative to the earliest establissement of Christianity in Edessa, pag. 73. — (3) Bayer, Histor. Osrhoena et Edessena ex nummis illustrata, Petropoli 1734, pag. 73. — (4) Biblioth. Orient. tom. I, pag. 261. — (5) Hist. Eccles. tom. I, pag. 130. Edit. Roman. 1741. — (6) Migne, Patrol. Græc. tom. XX, col. 121; cfr Bayer, pag. 93.

novi,

rum αὐθεντικὰ stant omnes antiqui :

novi, omnes antiqui scriptores, si tamen decretum Pp. Gelasii, de quo infra loquemur, excipias. Etenim præter antiquissimum testimonium Eusebii Cæsariensis, testis nobis est domesticus, S. Ephrem, Edessenæ Ecclesiæ diaconus *in suo Testamento, in quo scribit* (1) : Benedicta sit vestra civitas et mater Edessa, quæ quidem palam atque manifeste ex ore Domini per suos discipulos, nostros vero apostolos, benedicta est. Nam quando rex Abgarus, qui hanc civitatem exstruxit, rogabat excipere eum, qui peregrinus apparuerat, Salvatorem, inquam, et universorum Dominum Christum, dicens : « Omnia audivi, quæ a te facta sunt et quæcumque ab aspernantibus Judæis passus es. Veni igitur huc, et mecum habita : habeo enim mihi civitatem hanc exiguam, quæ tibi et mihi sufficiat. » Ejus fidem admiratus Dominus, mittens eo per Angelos æternos, civitati illi benedixit, firmans ipsius fundamentum. *Scriptori quarti sæculi, qualis erat, S. Ephrem, adjungimus testem ex Africa prodeuntem, videlicet Darium comitem, qui scribit ad S. Augustinum epist.* 230, *alias* 263 (2), *famam esse,* fertur, *inquit,*
B Satrapam, seu regem quemdam *scripsisse ad Christum et responsum ab eodem tulisse. Idem sæculo sexto testatur Procopius de Bello Persico lib.* II *cap.* XII (3). *Theodorus vero Studita, sæc. nono ad Paschalem Pp.* I *scribens, modeste responsum petit allegans exemplum Christi Domini, qui ad Abgarum rescribere dignatus est :* Quod si, *inquit epist.* XXXIII (4) documentis *(confirmare digneris)* tuæ *id* fuerit divinæ benignitatis; quandoquidem et Christus ab Abgarum scripsit.

sed objicitur 1° silentium Evangelistarum;

13 *Tali modo loquuntur omnes uno ore antiquiores, qui de his epistolis scripserunt. Sed recentior crisis unanimitatem oppugnat et dein decretum Gelasii Pp. objicit. Utramque igitur rationem examinemus. Et imprimis quæ afferuntur contra sinceritatem epistolarum, optime, dilucide et luculenter exponit Remigius Ceillier in suo opere de Scriptoribus Ecclesiasticis* (5). *Quum itaque ejus rationum momenta expenderimus, judicium ferre poterimus :* 1° *Itaque objicitur silentium Evangelistarum, qui vitam Christi Domini narrantes, nihil prorsus dicunt de Abgaro ejusque*
C *cum Christo epistolarum commercio; quamvis honoratiorum, qui ad Dominum accedebant, mentionem non raro faciant. Ast istud est argumentum, ut vulgo dicitur, negativum, quod nisi aliunde adminiculetur, elumbe est; præsertim quum sciamus, perpauca scripta de Christo fuisse. Dicit Joannes* XXI, 25 : Sunt et alia multa, quæ fecit Jesus; quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. *Dein an aliquousque promissa Abgaro sanatio præsumi non potest, quando legimus Matth.* IV, 24 : Et abiit opinio ejus in totam Syriam, (*in qua erat Edessa civitas*) et obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus et tormentis comprehensos? *inter quos verisimillime fuerint honoratiores quidam.*

2° *silentium*

15 2° *Difficile admittendum est, inquit D. Ceillier, per tria solida sæcula latuisse istiusmodi scriptionem, dum interea per latum orbem circumferebantur scripta non solum Apostolica sed spuria etiam, ab impiis et hæreticis fabricata. Sed et hoc est argumentum negativum. Etiam hodie primum innotescunt documenta prisca, in forulo quodam bibliotheca delitescentia. Sic ante annos fere quadraginta primum in lucem prodiit opus Ciceronis de Republica, quod anno* 1822 *publici juris fecit Angelus Card. Mai. Sic etiam varia primorum sæculorum seu opuscula seu fragmenta detecta fuere. Non igitur miremur, Abgariana scripta per tria sæcula in latebris jacuisse. Sed an reipsa per tria sæcula latuerunt, id quidem in dubium vocat Grabius in suo Spicilegio t.* I *p.* 317, *quod ex Reliquiis Sacris Martini Routh allego* (6). *Georgius Syncellus in sua Chronographia sub anno Christi* 215 (7), *refert Julium Africanum, sæculi tertii dimidiati scriptorem, de Abgaro scripsisse, non quidem illo, qui Christi coævus fuit, sed de alio quodam Edessenorum regulo, cujus quum mentionem facit,* Abgarum, *inquit,* virum sanctum, prioris Abgari cognominem, his temporibus regnare di- E
cit Africanus Ἀφρικανος Ἀβγαρον, φησιν, ἱερον ἀνδρα, του πρωην Ἀβγαρου ὁμωνυμον, βασιλευειν Ἐδεσσης κατα τουτους τους χρονους. *Sed clarius hæc ostendit Moses Chorenensis sæc.* V *florens lib.* II *cap.* IX (8) : *acturus enim de historia regum Armeniæ, dicit, se eam desumere ex* quinto libro Africani, scriptoris chronici, cui Josephus et Hippolytus multique alii ex Græcis testimonium dant. Is enim quæcumque de regibus narrat, ea deprompsit universa ex tabulario Edessæ... Ne quis autem huic rei fidem non habeat, quum ipsi fuerimus hujus bibliothecæ oculati testes, quin etiam de proximo adest testis Eusebii Cæsariensis Historia ecclesiastica. *Unde consequitur vestigia Africani Eusebium pressisse* (9) : *adeoque per tria sæcula ignotas non jacuisse sæpe dictas epistolas.*

per tria prima sæcula :

15 3° *Opponitur silentium S. Hieronymi,* 3° *maxime S. Hieronymi :*
scribentis de Viris Illustribus seu de Scriptoribus ecclesiasticis, qui nullam de istiusmodi epistolis mentionem facit, non omissurus utique si illa sincera credidisset, maxime quum profiteatur, se magnum adjumentum F
percepisse ex Eusebii Pamphyli decem ecclesiasticæ Historiæ libris. *Sed denuo habemus argumentum negativum, quod tamen aliquousque suffulcitur verbis ejusdem Hieronymi scribentis Commentario in Ezechielis lib.* XIII *cap.* XLIV *v.* 29 (10) : Salvator nullum volumen doctrinæ suæ proprium dereliquit, quod in plerisque apocryphorum deliramenta confingunt. *Certe epistolium Christi ad Abgarum nulla ratione volumen appellare licet, nec quidquam continet, quod vel compendium doctrinæ suæ dici potest. Dein S. Doctor ibidem agit de tota, quanta est, doctrina Christiana; utpote qui sine intermedio addat :* Sed Patris et suo Spiritu quotidie loquitur in corde credentium. *Admisso itaque Christi epistolio, verissima*

(1) S. Ephrem. Oper. Græce et latine, tom. II, pag. 235. — (2) Migne, Patrol. tom. XXXIII, col. 1022. — (3) Corpus Scriptt. Byzant. Procopius, pag. 302. Edit. Venet. — (4) Migne, Patrol. Græc. tom. XCIX, col. 1019. — (5) D. Ceillier. Auteurs sacrés et ecclésiastiques, tom. I, pag. 474. — (6) Routh. Reliquiæ sacræ, tom. II, pag. 351. — (7) Corp. Scriptt. Byzant. Georg. Syncellus, pag. 286. Edit. Venet. — (8) Mosis Chorenens. Histor. Armeniaca, pag. 101. Edit. Londin. 1786. — (9) Cureton. Ancient Syriac docum. pag. 142. — (10) Migne, Patrol. tom. XXV, col. 443.

manent

AUCTORE J. V. H.

manent Hieronymi dicta. Sed majorem difficultatem facessere possunt S. Augustini dicta lib. XXVIII *cap.* IV (1) : Si enim prolatæ fuerint aliquæ litteræ, quæ nullo alio narrante, ipsius proprie Christi esse dicantur; unde fieri poterat, ut, si vere ipsius essent, non legerentur, non acciperentur, non præcipuo culmine auctoritatis eminerent in ejus Ecclesia, quæ ab ipso per Apostolos, succedentibus sibimet episcopis, usque ad hæc tempora propagata dilatatur... quia et illæ litteræ si proferrentur, utique considerandum erat, a quibus proferrentur. Si ab ipso, illis primitus sine dubio proferri debuerunt, qui tunc eidem cohaerebant et per illos etiam ad alios pervenire. Quod si factum esset, per illas, quas commemoravi præpositorum et populorum successiones confirmatissima auctoritate clarescerent. *Mea quidem sententia, ratiocinatio S. Augustini validissima est, et solidum præbet argumentum contra sinceritatem utriusque epistolæ. Nihilominus confutari potest.*

4° Nihil scripsit ipse Christus;

16 *Imprimis enim de nostris epistolis nullatenus loquitur S. Doctor; sed de scriptis quibusdam, quatenus ab ipso Christo Domino compositis, in quibus negatur humana ex matre Christi nativitas : istiusmodi negationem, scriptis quasi ipsius Christi firmatam objiciebat Faustus Manichæus. Etenim dicit,* quærendum esse, quid IPSE DE SE, quidve Apostoli sui de eodem prædicaverint (2). *Circumferebantur itaque isto tempore scripta aliqua Christi, quæ eum natum negabant. De istiusmodi scriptis fabulosis agit S. Augustinus, dum dicit,* nullas *fuisse* prolatas litteras proprie Christi, *quasi de ejus ex homine nativitate tractarent. Epistola* 230, *alias* 263, *Darius comes mentionem facit de utraque epistola et de sanatione prodigiosa, sed tamquam de aliquo rumore, per vulgus sparso;* Fertur, *inquit et omnino tacet tum nomen reguli Satrapæ, et civitatis, quam incolebat* (3) : *ad hæc S. Augustinus epistola sequenti nihil respondit, responsurus, ut mihi videtur, si hanc tamquam spuriam habuisset. Cæterum S. Augustinum magni fecisse in rebus historicis Eusebii auctoritatem, monstrat ejus tractatus de Hæresibus num.* 83 (4) : Quum Eusebii, *inquit,* C historiam scrutatus essem, cui Ruffinus, a se in latinam linguam translatæ, duos libros addidit, non inveni aliquam hæresim, quam non inveni apud istos, nisi quam in sexto libro ponit Eusebius, narrans, eam exstitisse in Arabia. Itaque hos hæreticos, quoniam nullum eorum ponit auctorem, Arabicos possumus nuncupare. *Quoniam propter* solam *auctoritatem Eusebii S. Augustinus in Catalogum Hæresium refert Arabicam, omnino constat, maximi fecisse ejus fidem, auctoritatem et accurationem.*

5° Neque citavit textum, postea conscribendum :

17 *Alia etiam affertur difficultas, in eo, quod dicit Christus in sua epistola :* De me enim scriptum est, eos qui me viderint, non credituros in me, ut ii qui non viderint, credentes vitam accipiant. *Aperta satis est allusio ad Joan.* XX, 29 : Quia vidisti me, Thoma, credidisti : beati qui non viderunt et crediderunt. *Sed, vivente Domino, nullus fuerat conscriptus Novi Testamenti liber : adeoque in Veteri Testamento quærendus est textus, qui tamen uno tenore non reperitur. Verumtamen sensus Christi in duobus locis Prophetæ Isaiæ occurrit; videlicet cap.* VI, 9 *dicitur :* Audite audientes et nolite intelligere : et videte visionem et nolite cognoscere, *ac cap.* L, 15 : Quibus non est narratum de eo, viderunt : et qui non audierunt, contemplati sunt. *Quæ verba omnino, Christo prædicante, vera fuisse constat, ut idem Isaias* LXV, 2 : Expandi manus meas tota die ad populum incredulum. *Neque negligenda est alia objectio, quasi tardius incepisset gentilibus prædicari Evangelium, postquam B. Petro per visionem Act.* X *revelatum fuisset, etiam gentiles participes futuros doctrinæ cœlestis : unde concluditur primo jam anno a Passione Domini gentem Edessenam Evangelicam lucem non accepisse. Quid causæ fuerit, ut Petrus hæsitaret, nos latet : nam certe audiverat et recte intellexerat vocem magistri sui dicentis Matth.* XXVIII, 19 : Euntes docete OMNES GENTES, baptizantes eos *et Marc.* XVI, 15, *Euntes* in MUNDUM UNIVERSUM prædicate Evangelium OMNI CREATURÆ. *Nihilominus dubitare potuit Petrus, an in media Judæa deberet incipere gentilium vocatio.* E *Dein plerumque Apostoli a Judæis ordiebantur, ut liquet ex verbis Pauli Act.* XIII, 46 : Vobis oportebat primum loqui verbum Dei : sed quoniam repellitis illud, et indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus : Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem, usque ad extremum terræ. Audientes autem gentes gavisæ sunt et glorificabant verbum Domini. Thaddæus *itaque noster missionem, a Christo acceptam, exsecutus est.*

6° error Chronologicus

18. *Ut porro infirmetur utraque epistola, allegatur etiam ratio chronologica. Videlicet scripsit Eusebius :* Acta sunt hæc anno quadragesimo et trecentessimo, *secundum æram Seleucidarum.* Ἐπραχθη ταυτα τεσσακοστῳ και τριακοσιοστῳ ἐτει. *Olim erat vitium in codicibus, ut aliqui legerent* anno quadragesimo tertio, *alii* quadragesimo et tricesimo anno. *Jam aliquousque errorem correxerat Ruffinus in sua versione latina Eusebii, lib.* I, *cap.* XV, *cujus quoque exemplaria græca postea reperta, quæ haberent* τεσσακοστῳ και τριακοσιστῳ ἐτει. *Itaque* S. Thaddæi *missio ad Abgarum, adeoque* F *Christi mors, resurrectio atque ascensio in annum Seleucidarum trecentesimum quadragesimum incidunt. Nunc vero agitur, ut æram istam cum æra nostra vulgari componamus : qua in re luculentissimum adjutorem habemus ipsum Eusebium in suis Chronicis. Etenim initium æræ Seleucidarum statuit olympiade* CXVII : Ab hoc anno, *inquit* (5), Edesseni tempora computant civitatis suæ : *dein olympiade* CCII *hæc habet* (6) : Jesus Christus secundum prophetias, quæ de eo fuerant prælocutæ, ad passionem venit anno Tiberii XVIII; quo tempore etiam in aliis ethnicorum commentariis hæc ad verbum scripta reperimus : solis facta defectio ; Bythinia terræ motu concussa et in urbe Nicæna ædes plurimæ corruerunt, quæ omnia his congruunt, quæ in passione Domini acciderunt.

circa initium æræ Edessenæ;

19 Scribit vero super his et Phlegon, qui olympiadum supputator est, in tertio decimo

(1) Migne, Patrol. tom. XLII, col. 486. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Ibid. tom. XXXIII, col. 1022. — (4) Ibid. tom. XLII, col. 46. — (5) Ibid. tom. XIX, col. 494. — (6) Ibid. col. 535.

libro,

A libro, ita dicens: Quarto autem anno CCII olympiadis, magna et excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta: dies, hora sexta, ita in tenebrosam noctem versus est, ut stellæ in cœlo visæ sint, terræque motusi n Bithyn ia Nicænæ urbis multas ædes subvertit. Hæc supradictus vir. Argumentum autem hujus rei, quod Salvator isto anno passus sit, affert Evangelium Joanni; in quo scribitur post XV annum Tiberii Cæsaris tribus annis Dominum prædicasse. Josephus etiam, vernaculus Judæorum scriptor, circa hæc tempora die Pentecostes sacerdotes primum commotionem locorum et quosdam sonitus sensisse, testatur: dein ex abdito templi repentinam erupisse vocem dicentium : Transeamus ex his sedibus. *Atqui hæc omnia apprime concurrunt in annum Christi emortualem: nam ab olympiade* CXVII, *qua æra Edessenorum incepit usque ad Olympiadem* CCII *sunt omnino olympiades* LXXXV, *quæ ductæ in quatuor efficiunt annos* 340. *Ratio igitur chronologica aptissime cum missione* S. Thaddæi *concordat. Cæterum scimus, in antiquis scriptoribus sæpe occurrere* σφαλ-
B *ματα in numeris exprimendis; adeoque etiamsi esset aliquis error, ex hoc capite historia nullum pateretur detrimentum.*

7° *decretum Gelasii Pp.*

20 *Tandem maxima, quæ hac in quæstione emergit, difficultas est, quod inter Apocrypha recenseatur utraque epistola in Decreto Gelasii* I, *edito in Concilio Romano anni* 494. *Hoc decretum ab aliquibus, præsertim Protestantibus, ut spurium rejicitur, quia, ait Pagius Critic. Baronii ad ann.* 494 § II, *qui decretum genuinum ostendit, illo urget heterodoxos,* qui traditionem rejiciunt, et librorum canonicorum numerum pro libito ac sectarum suarum commodo mutilant. *Porro in* Notitia librorum apocryphorum, qui non recipiuntur(1), *numeratur etiam tum* Epistola Jesu ad Abagarum, *tum* Epistola Abagari ad Jesum, *et utraque* apocrypha *dicitur. Verum, ut recte animadvertit Honoratus a S. Maria in suis Animadversionibus in Regulas Critices lib.* IV *Dissert.* II, §§ 3 *et seq.* (2), *in plura genera, maxime tria, partiri possunt libri, quos universim Gelasius Pp. cum septuaginta episcopis, generali voce apocryphos notavit. Prioris*
C *generis esse possunt, qui singillatim alicui scriptori supposititi sunt, atque illi, qui auctoris nomine carent. Hujuscemodi libri non solum ideo habiti sunt apocryphi, quod auctoris illorum ignoti sint, sed quod etiam fabulis constent. Ut sunt in Decreto Actus nomine Andreæ, Philippi Apostolorum, liber de Nativitate Christi etc. Alterum genus complectitur libros, qui optimis exemplis referti, sed incertorum auctorum vel forsan ab heterodoxis corrupti fuerunt, v. g. liber Pœnitentiæ Cypriani, passio Cyrici et Julittæ, etc. Tertium tandem locum obtinere possunt, qui ab eis, quorum in fronte nomina gerunt, vere conscripti sunt; verumtamen apocryphi dicuntur, quasi non digni, qui publice in Ecclesia perlegantur.*

circa libros apocryphos,

21 *Ad tertium porro genus apocryphorum pertinere utramque epistolam, dubium esse non potest, utpote quæ nihil præ se ferat fabulosum, pravum, perniciosi exempli, inutile,*

AUCTORE J. V. H.

superstitiosum, aut a fide abhorrens, quod synodum compulerit, ut eam Christianorum oculis subtraheret: e converso autem omnem pietatem et sanctitatem spirat. Quare ergo a Concilio apocrypha esse censetur? Quia videlicet compertum omnino non erat, illam scripsisse Christum Dominum. Etenim in Decreto Gratiani, distinct. XV *cap.* III, *non agitur de utraque epistola, sed de sola Christi epistola, quia non est canonica seu inter Scripturas Novi Testamenti recensenda. Atque hæc forsan ratio est; cur ab Abgaro ad Christum missa epistola inter apocryphos a Gratiano non reputetur. Eodem nempe modo, quo in dicto decreto inter apocrypha amandatur liber Pastoris, qui vulgo Hermæ tribuitur, et teste S. Hieronymo De Viris Illustribus cap.* X (3), *est* revera utilis liber, multique de eo scriptorum veterum usurpaverunt testimonia; sed apud latinos fere ignotus est. *Quum itaque inter apocrypha recenseatur, hæc sententia non ita accipienda, quasi esset noxiæ doctrinæ vel falsi nominis opus; sed quod ab Ecclesia extra canonem posita, inter canonicas scripturas non numeretur. Quo certe* E
sensu nemo hodie epistolam Christi ad Abgarum admittet: præsertim quoniam humana tantummodo via ad Ecclesiæ notitiam devenerit, nempe per Eusebium, aliosque homines errori obnoxios, per Tabularium Edessenum, in quod falsum aliquod documentum irrepere potuit; nullatenus vero perpetuæ traditionis ductu, ab Apostolis ad nos usque derivante.

quo fides historica libris apocryphis nullatenus abrogatur.

22 *Quoniam autem fidem divinam epistolis abrogamus; nulla tamen nobis causa occurrit, ut fidem mere humanam iisdem denegemus. Eusebius quidem protestatur, totam se narrationem ex* Edessenis tabulariis desumpsisse. *Ac proin tantum auctoritatis sibi vindicare potest veritas historica, quantum ipsum præ se fert tabularium. Porro tabularium Edessenum per totum Orientem famosum erat, utpote quod, teste Mose Choronensi* (4) *libros de Historia e fanis Nisibi et Siponte Pontica allatos complectebatur: unde et ipse Moses, qui Edessenæ bibliothecæ* testis *fuerat* oculatus, *ex isto Tabulario* omnia Acta antiquorum regum usque ad Abgarum *descripsit, et* ut opinatur, tabulas adhuc exstare, in eadem urbe F
conservatas (5). *Sic etiam lib.* II *cap.* XXVI (6). Regnante Tiberio, *Abgarus, defectionem a Romanis cogitans, urbem condidit seu instauravit, quæ propugnaculo esset Armenis et Edessam appellavit;* atque regiam suam a Nisibi, atque simulacra sua fanorumque bibliothecas, simul et regum tabularia eo transtulit. *Nisi itaque ineluctabilis difficultas objiciatur, qualem, ut ex antedictis patet, non reperimus, fides historica habenda est tabulis Edessenis, quæ saltem a medio secundo sæculo, ut monstravimus supra num.* 14 *epistolas tum Christi tum Abgari servavit. Si autem Actis, quæ merito authentica dicenda sunt, fides est deneganda, facilis erit gressus, ut dein documenta historica, quantumvis antiquitate et auctoritate gravissima, tamquam fabulæ amendentur et rejiciantur.*

—

(1) Labbe, tom. IV, Conc. col. 1264. — (2) Tom. II, pag. 147 et seqq. — (3) Migne, Patrol. tom. XXIII, col. 626. — (4) Moses, Choron. pag. 101. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Ibid. pag. 128.

§ III.

AUCTORE J. V. H.

§ III. Sancti prædicatio Edessæ; genus mortis et sepultura.

Edessæ, in urbe antiquissima,

Quæ hactenus adduximus, satis ostendunt, S. Thaddæum, *unum ex* LXXII *Discipulis Christi ad Syros præsertim missum fuisse, ut veritatem evangelicam populo, in Mesopotamia constituto, et præsertim Edessenis annuntiaret ac Ecclesias fundaret, quarum certe prima fuit ipsa Edessa. Hæc urbs olim Rhoa, Justinopolis, Orfa, Er-Roha et Rakka appellata, fabulantur quidam, a Nemrod conditam fuisse* (1). *Ex fabula tamen unum enascitur, nempe antiquissimam esse urbis originem ac proinde quoties apud scriptores alios agitur de fundatione urbis Edessenæ, intelligenda esse eorum verba de instauratione ejus, bello, incendiis aliisve casibus*
B *destructæ. Sic Seleucus Nicanor, rex Syriæ dicitur in Chronico Eusebii* (2) Antiochiam Laodiceam Seleuciam, Apamiam, EDESSAM, Berœam et Pellam urbes condidisse. *Edessenæ quoque urbis conditor fertur Abgarus rex, imperante Tiberio, secundum Mosen Chorenensem lib.* II, *cap.* XXVI (3), *Edessam condidit. Igitur incerta est urbis origo, variis temporibus instauratæ, et forsan varia successu temporis nomina nacta. Erat porro Osrhoenæ provinciæ Edessa metropolis civilis simul et ecclesiastica sub patriarchatu Antiocheno* (4); *quapropter Etilaus, aliis Aitholaus, inter episcopos Mesopotamiæ magno Concilio Nicæno anni* 325 *primus subscripsit* (5). *Procopius de Bello Persico lib.* II, *cap.* XII, *compendiose de epistola Christi ad Abgarum scribens, illud subnectit* (6) : Hoc etiam subjunxisse fama est, urbem semper inexpugnabilem fore barbaris. Quod postremum epistolæ caput eos, qui historiam scripserunt illius temporis, latuit : nusquam enim mentionem ejus fecerunt. Id vero litteris, quæ repertæ sunt, contineri, Edesseni perhibent : sic sane ut epistolam, eo modo exC scriptam in portis urbis pro quovis munimento posuerint.

quæ numquam dedenda

24 *Credo, Edessenorum opinionem enatam ex postremis Christi verbis, nempe adventum Discipuli mittendi fore, qui et* morbum *Abgari* curaret *et* vitam *Abgaro ejusque subditis* præstaret : *quam vitam, adeoque libertatem et immunitatem, perpetuo sibi præstandam, largo modo interpretati sunt Edesseni. Cui et pondus suum addere merito potuit testamentum S. Ephrem, in quo Edessenis benedicit, ut supra num.* 12 *retulimus, et testimonium Josue Stylitis Syri, inclinante sæculo quinto clari* (7), *qui refert, Christum dixisse Abgaro, Edessæ oppido inimicum non dominaturum in æternum* (8). *Nihilominus Edessam sæpius obsessam et captam fuisse constat ex Historia. Ut autem in longiorem sermonem non excurrat oratio, allegabo, quæ dicit Theoph. Bayer in sua Historia Osrhoe-* D
næ (9) : Anno, *inquit,* Edesseno 914 *(æræ Christianæ* 603*)* Narses, militiæ Persarum præfectus, adortus Roham *(Edessam)* occupavit et cepit Severum episcopum ejus urbis et lapidibus obruit, donec moreretur. *Duobus post annis iterum capitur Edessa a Leontio, duce Phocæ imperatoris, ac anno primo Heraclii, qui, expulso et trucidato Phoca, regno potitus est, Persæ denuo Edessam occuparunt. Unde satis manifestum est, vanam fuisse Edessenorum opinionem, qua censebant, urbem suam in perpetuum inexpugnabilem mansuram.*

hostibus dicitur,

25 *Edessæ igitur civitati a Deo benedictæ primus episcopus fuit, qui primus populo verba salutis attulit,* S. Thaddæus, *unus ex* LXXII *Discipulis Christi. Hæc enim a sæculis est constans Ecclesiæ Edessenæ traditio. Sic S. Jacobus Sarugensis, qui sæculo sexto floruit* (10), *et sermonem habuit de Adæo Apostolo et Abgaro rege* (11) : Abgarus, *inquit,* rex, divinis beatitudinibus dignus, Filium Dei per legatos rogavit, ut in oppidum ipsius se conferret. Urbem suam aperuit, et invitans eum, ut E
illuc amice ingressus et medicus et veritatis doctor populo suo fieret. Unigenito, qui in terram advenerat, civitatem suam desponsavit. At sponsus eam quidem se ducturum regi pollicitus est, conventione facta, ut quum ad Genitorem suum assumptus foret, tunc adultæ jam sponsæ conjungeretur, eamque sanctificaret. Promisit, se unum ex Discipulis suis missurum, qui salutem toti domui ejus ac universo populo afferret. Quum igitur gloriosus sponsus in sublimem regionem suam ascendisset, promissum Abgaro Discipulum mittere decrevit : elegitque ex fratrum numero Adæum, per quem litteris testatam eamdemque immutabilem promissionem impleret.

prædicat et ædem sacram exstruit S. Apostolus;

26 *In opusculo, infra edendo, quæ Doctrina Addæi Apostoli vocatur, et cujus antiquitatem paulo post ad trutinam revocabimus, legitur* S. Thaddæus, *seu ut Syris placet,* S. Addæus *frequenter habuisse ad populum sermones de Christo et Evangelio, ecclesias ædificasse, ordinasse presbyteros et ministros, omnia denique fecisse, ut rite et stabiliter constitueretur Ecclesia Edessena et palmites suos in regio-* F
nes vicinas extenderet. In laudato opusculo num. 9 *Abgarus* Thaddæo *dixit:* Exstrues ubi volueris, ecclesiam, locum, in quo congregentur ii, qui jam crediderunt et imposterum credent verbis tuis, et secundum præceptum Domini tui rege illam omni tempore cum plena securitate. *Expleta autem æde sacra,* magna multitudo, *ut narratur num.* 13, populi quotidie congregabatur et confluebat ad orationem ministerii et ad lectionem Testamenti et Novi : credebant etiam resuscitationem mortuorum et sepeliebant defunctos in spe resurrectionis : celebrabant etiam statis temporibus festivitates Ecclesiæ, ejusque vigilias observabant quoque secundum instructionem Addæi, infirmis quoque et bene habentibus eleemosynas distribuebant. Insuper in locis suburbanis ædificabantur ecclesiæ et plures ab eo sacerdotium recipiebant. *In hisce*

(1) Theoph. Bayer, Hist. Osrhoena nummis illustrata, pag. 3. — (2) Patrol. Græc. tom. XIX, col. 494. — (3) Moses, pag. 128. — (4) Le Quien, Oriens Christ. tom. III, pag. 934 et seq. — — (5) Labbe, tom. II, conc. col. 32. — (6) Pag. 502. Edit. Venet. — (7) Assemani, Biblioth. Orient. tom. I, pag. 260. — (8) Ibid. pag. 261. — (9) Pag. 270. — (10) Ibid. pag. 290. — (11) Ibid. pag. 318.

verbis

A *verbis reperimus omnia lineamenta Ecclesiæ recte constitutæ.*

Ecclesiisque finitimis 27 *Si fides habenda est Ededjesu, metropolitæ Sobensi seu Nisibiensi, qui circa initium sæculi* XIV *floruit* (1), S. Thaddæus *seu* Addæus, *quasi supremam quamdem jurisdictionem in Ecclesias Syriæ haberet, declaravit* ecclesiam Sciahargardensem *exemptam esse; Ebedjesus itaque, ut exemptionem monasterii Sancti et Angelorum comitis Mar Michaelis ratam ac placitam faceret, enumeravit varia monasteria hoc privilegio gavisos fuisse, exorsus ab ipso fundatore Ecclesiæ Syriacæ* S. Thaddæo. *Privilegium vero exemptionis in eo, tempore Ebedjesu, consistebat, ut ad* patriarcham proprii et privative pertineat *Ecclesia* nomenque patriarchæ duntaxat in illo prædicetur : neve liceat cuiquam ex metropolitis et episcopis provinciæ illius aut aliarum provinciarum ullo pacto ejus rebus sese immiscere; neve itidem cuipiam presbyterorum, diaconorum, monachorum et laicorum, illud monasterium festis diebus aut quovis alio die frequentantium, nomen cujuspiam ex metropolitis aut episcopis recitare, neque istis fas sit petere, ut suum nomen in ecclesia monasteriorum exemptorum proclametur, nisi nomen patriarchæ solummodo.

B

privilegia concedit; 28 Instante autem necessitate fratribus monachis prædicti monasterii consecrandi novum altare oleo, sive ordinationis faciendæ presbyterorum aut diaconorum, conceditur iisdem invitare quem elegerint metropolitam sive episcopum. Quum autem venerit, qui hujusmodi functiones peracturus est, conceditur directoribus, præsidentibus et senioribus monasterii, offerre illi habitum pontificum atque pallium et amictum, pedum quoque pastorale seu baculum ferat, ejusque nomen post nostrum recitetur, dum ipse stat in ordine patrum in capite ecclesiastici cœtus. Permittere vero, ut quilibet metropolitanorum aut episcoporum in hoc monasterio recipiatur, definitivo canone interdicitur. Sin autem contigerit, aliquem ex metropolitis et episcopis ex causa primatum Ecclesiæ abdicare, haudquaquam fas illi esto cubiculum et cellam in isto monasterio sibi coëmere, sive is monachus loci fuerit, sive extraneus quispiam. Quum vero ad monasterium venire illum contigerit, velut peregrinus et hospes excipiatur. Prælato autem seu directori monasterii conceditur consecrare altare in monasterio, si casu illud profanari contigerit, neque consecratione per Chrisma indiguerit. Sin autem ipse prælatus id per se efficere nequiverit, cuipiam ex presbyteris sociis suis id committere et delegare poterit, ut nimirum functionem illam rite peragat (2). *Operæ pretium existimavi formam exemptionis, qualis erat in Syria, hic apponere, quia comparari potest formulis tum Ecclesiæ latinæ, tum cum Stauropegia Græcorum, cujus ritus exponit Goar in Notis ad Euchologium Græcorum* (3).

C

sancte obit 29 *In opusculo, Doctrina Addæi Apostoli num.* 15 *et seq. legimus :* Aliquot annis postquam Addæus Apostolus ædificasset ecclesiam, eamque opportuna suppellectili instruxisset, magnamque populi multitudinem convertisset, in aliis etiam locis vicinis aut dissitis ecclesias construxit, easque completas adornavit, et in iis diaconos ac presbyteros constituit, personas quoque docuit tum, qui Scripturas legerent, tum qui normam ministerii tam interni quam externi tenerent. Post hæc omnia oppressus fuit morbo, qui mortem attulit. *Elegit igitur in ducem et rectorem seu episcopum Aggæum, qui ei succederet : at relictis, testamenti instar, supremis mandatis*, reliquit hunc mundum : dies autem ista fuit quinta hebdomadis et decima quarta mensis Jyar, *id est, die* XIV *maji. Bar-Hebræus, etiam Abulpharagius dictus, primas Orientis, Scriptorum Jacobitarum facile princeps* (4), *agens de* Thaddæo *nostro, docet; illum post Abgarum obiisse et ab ejus* filio ethnico occisum *et in* ecclesia, quam ipse Edessæ ædificaverat, sepultum (5). *Quibus in verbis, licet brevissimis, quatuor sunt, quæ cum opusculo infra edendo undequaque pugnant. Et primo quidem Bar-Hebræus dicit Abgarum* Thaddæo *præmortuum; dein gladio persecutionis occisum; et quidem tertio passum fuisse die* XXX *julii; ac tandem in ecclesia, a se constructa, sepulturam nactum fuisse; quæ omnia aperte contradicunt iis, quæ in opusculo leguntur.*

AUCTORE J. V. H.

E

30 *Imprimis itaque Abgarum* S. Thaddæo *superstitem remansisse, monstrat opusculum num.* 18; *adfuisse nempe Abgarum supremo Apostoli sermoni, et magnopere ejus morte contristatum fuisse. Tota etiam civitate plorante, in tumulo compositus fuit, non quidem sito in ecclesia, qui tertius est error Bar-Hebræi, sed, ut habet opusculum nuper citatum,* in spatioso sepulcro, sculpturis adornato, in quo majores Abgari ex domo Ariu componebantur. *Cæterum, qui bellum adversus Christianos movere visus est, unus, teste Procopio de Bello Persico lib.* I, *cap.* XII (6), *fuit,* e filiis, qui successit in regnum, omnium mortalium sceleratissimus, *qui,* quum flagitiorum multorum, quæ in subditos admiserat, poenam a Romanis metueret, se Persis dedidit. *Quis autem fuerit Abgari successor, apud Bayer, in Historia Osroana, examinari poterit. Tandem Bar-Hebræus dicit,* S. Thaddæum *diem suum obiise* XXX *julii, opusculum autem diem sancti emortualem in* XIV *maji, fer.* V *hebdomadis reponit. Hæc autem controversia partim pendet ex anno quo obiit. Præfuisse autem Ecclesiæ Edessenæ dicitur* S. Thaddæus annis duodecim *ab ascensione Domini, adeoque anno æræ vulgaris* 45 *mortuus est* (7). *Sed anno isto, littera dominicali* C *signato, fer.* V *hebdomadis incidebat in diem* XV *maji. Est igitur error aliquis in numero sive hebdomadis, sive mensis. Quod si assumamus non integris duodecim annis cathedram suam tenuisse* S. Thaddæus, *sed anno duodecimo vacuam reliquisse, jam uno anno, id est ad annum Christi* 44 *retrocedimus, quo fer.* V *hebdomadis concurrit cum die* XIV *mensis maji. Non dissimulabo aliqua kalendaria syriaca, qualia habet codex ms bibliothecæ regiæ Bruxellensis sub num.* 11,325 *festum* S. Thaddæi *annuntiare sub die* XIII *maji, qui anno Christi* 43 *cum feria* VI *hebdomadis concurrit.*

F

ante Abgarum.

31 *Idque eo probabilius, quod Abgari obi-* *et in regio se-*

(1) Assemani, Biblioth. Orient. tom. III, pag. 523.— (2) Ibid. pag. 344. — (3) Goar. Euchologium, pag. 612 et seqq.— (4) Assemani, Biblioth. Orient. tom. II, pag. 244. — (5) Ibid. pag. 392. — (6) Hist. Byzant. pag. 302. — (7) Assemani, Biblioth. Orient. tom. II, pag. 392.

pulcro composi-tus fuit.

tus in annum 45 *consignatur* (1). *Nihilominus quum omnino constet*, S. Thaddæum *Abgaro præmortuum, hic autem anno Christi* 45 *vita functus sit, probabilior mihi est sententia, S. Apostoli obitum in annum Christi* 44 *esse consignandum. Cui opinioni pondus addunt verba Jos. Assemani, qui agens de Patriarchis Chaldæorum, dicit*, S. Thaddæum ex Adiabene, Bagerma et Assyria regressum, *ibidem, nempe Edessæ, obiisse* anno prædicationis, eodemque Ascensionis DUODECIMO, vivente adhuc Abgaro (2). *Quibus ex dictis fluit Sancti annum emortualem ad annum Christi* 44 *revocandum esse, propterea eumdem in capite hujus commentarii consignavimus. Addit laudatus Assemani, Edessæ* in majori ejus urbis ecclesia cum pompa conditum fuisse. *Vidimus paula supra, corpus sanctum illatum fuisse in sepulcrum regium, ita scilicet jubente Abgaro. Non negabimus tamen postea in ecclesia positum fuisse; nam decursu temporis ædes sacra in honorem* S. Addæi, *seu* Thaddæi *erecta fuit, in quam forsan illatæ fuerunt S. Apostoli exuviæ, quæ etiam postmodum in Europam*

B *avectæ confusionem parere potuerunt: ut qui Discipuli ex* LXXII *Reliquias habebant, deinceps Apostoli homonymi ex* XII *habere se jactaverint: præsertim quum nullo cultu sacro celebretur memoria* S. Thaddæi, *Discipuli Christi, in Ecclesia Occidentali.*

Opusculum de S. Thaddæo.

32 *Quod infra edimus opusculum, quod inscribitur*, Doctrina Addæi Apostoli (3), *alibi tamen* Epistola aut Tractatus Addæi *vocatur* (4). *Assemanius similem codicem reperisse videtur in Scete* (5), *eumque* pervetustum *dicit et vix recentior sæculo quinto* (6). *Guilielm. Cureton, editor hujus fragmenti, dicit, se illud ex codicibus Syriacis Nitriensibus deprompsisse: scilicet priorem partem usque ad finem fere nostri numeri* 3 *ex codice Musæi Britannici sub num.* 14,654, *a numero autem* 4 *usque ad finem ex codice pariter Nitriensi ejusdem Musæi sub num.* 14,644. *Propter antiquitatem igitur magnam habet auctoritatem, qua prævalere debet scriptis recentioribus, quale est Bar-Hebræi, scriptoris sæc.* XIII *cujus supra num.* 29 *mentionem fecimus. Antiquitatis signum mihi etiam est; quod nuspiam occu-*

C *rit aliquis textus SS. Evangeliorum imo videatur num.* 12 *indicare solum Diatesseron Tatiani, quod usque ad quartum sæculum in usu erat in Syria* (7). *Quem exhibemus textum latinum, ex anglica lingua vertimus, linguæ syriacæ ignari; nihilominus eumdem cum syriaco conferri curavimus, ut si minus elegantiæ habeat lucubratio nostra, textus tamen fidelitas detrimentum non patiatur.*

D

DOCTRINA

ADDÆI APOSTOLI

Seu epistola Addæi ex syriaco anglice reddito a W. Cureton, Anglo.

CAPUT PRIMUM.

S. Thaddæus seu Addæus prædicat et exponit Evangelium Abgaro regi Edessenorum ejusque populo.

S. Addæus *Abgarum a morbo curat;*

Addæus dixit illi *a*: Quia credidisti, impono tibi manum meam in nomine ejus, in quem credidisti. Et eodem momento, quo manum imposuit, sanatus est a morbo infirmitatis, qua diu detinebatur *b*. Et Abgarus attonitus mirabatur, quod sicut quemadmodum ipse Jesus agebat et curabat infirmos, sic quoque Addæus absque medecina quacumque, curabat in nomine Jesu. Et Abdu, filius Abdu, podagra laborabat *c*, et ipse exhibuit pedes; ponens manum suam super illis, et sanavit eum, et disparuit podagra. In tota etiam urbe magnas curationes operatus est, et ostendit signa maxime stupenda. Abgarus autem dixit: Quoniam nunc omnes noverunt, quod ista miracula operaris ex potentia Jesu Christi, et vere miramur tua facta, precor itaque, ut enarres nobis historiam et modum adventus Christi, gloriosam ejus potentiam et miracula, quæ audivimus fecisse, quæque tu vidisti una cum sociis discipulis.

a

b

c

cique ac universæ aulæ Christi

2 Respondit Addæus: Nolo abstinere ab his narrandis, quia ad hoc missus sum, ut loquar et instruam unumquemque, volentem sicut tu, credere. Congrega crastina die universam civitatem et seminabo prædicando verbum vitæ. F Explicabo coram te ejus adventum, modumque quo id contigerit, (loquar) de eo qui misit illum, quomodo et qua ratione illum miserit, de Christi potentia et ejus miraculis, de gloriosis mysteriis ejus adventus, quæ mundo revelavit, de veritate ejus prædicationis, quomodo et cur humiliavit semetipsum et depressit suam divinitatem assumendo humanitatem, quomodo et crucifixus est, et descendit ad locum mortis et confregit parietem separationis *d*, qui numquam perruptus fuerat, et dedit morte sua vitam mortuis; solus quidem descendit, et ascendit cum multis ad gloriosum Patrem suum, quocum fuit per omnem æternitatem in una excelsa divinitate. Et jussit Abgarus dari Addæo argentum et aurum. Respondit autem Addæus: Quomodo accipere possumus, quod nostrum non est? Nam ecce renuntiavimus nostris, sicut Dominus præcepit, ut sine sacculo aut pera, crucem in humeris portantes, oporteat nos prædicare

d

(1) Assemani, Biblioth. Orient. tom. I, pag. 420. — (2) Ibid. tom. III, pag. 611. — (3) Cureton, Ancient Syriac Documents pag. 6. — (4) Ibid. pag. 109 et 147. — (5) Biblioth. Orient. tom. III, pag. 19. — (6) Cureton, pag. 147. — (7) Ibid. pag. 153.

Evangelium

Evangelium omni creationi *e*, quæ quando crucifixus est pro nobis et pro redemptione omnium hominum, fuit affecta et condoluit.

e

doctrinam exponit :

3 Et enarravit coram Abgaro rege, ejus optimatibus, Augustina matre et Shalmath, filia Meherdath, ejus conjuge, signa et miracula Domini nostri, et stupenda magnalia quæ fecit, divinos quoque triumphos et ascensum ad Patrem. Dein (exposuit,) quomodo ipsi acceperunt potestatem et auctoritatem quo tempore ascendit in cœlos, qua potestate sanaverat Abgarum et Abu, filium Abu, secundum a rege : quomodo illos docuit, se aliquando revelaturum infine temporum, et in consummatione omnis creaturæ : resuscitationem quoque et resurrectionem aliquando futuram pro omnibus hominibus et separationem habendam inter oves et hircos, inter fideles et infideles. Et dixit illis : Quia angusta est porta vitæ et arcta est via veritatis, quapropter pauci sunt qui credunt, et infidelitas satanæ volupe est, propterea multi sunt mendaces, qui abducunt credentes. Nisi enim bene esset credentibus, e cœlis non descendisset Dominus noster, natus non fuisset et mortem non subiisset... *f* fides, quam prædicamus. Deum crucifixum fuisse pro omnibus hominibus.

f

præsertim judæorum

4 Et si quis hisce verbis nolit persuaderi, ad nos accedat, et aperiat mentem suam, quasi esset morbus ; possumus enim mentem illius, quasi esset vulnus, sanare. Quamvis enim non fueritis præsentes tempore passionis Christi, nihilominus ex defectu, quem vidistis, solis, dididistis et intellexistis, quantus fuerit pavor tempore crucifixionis illius, cujus Evangelium spargitur per totum orbem per miracula facta a discipulis ejus, meis collegis. Et isti qui erant Hebræi, et solum linguam Hebraicam, illis vernaculam, callebant, hodie omnes loquuntur linguas *g*, ut tam hi qui sunt longe, quam hi qui sunt prope positi, audiant et credant, quod is qui olim rebellium linguas, in hac, quæ coram est, regione confudit *h*, hodie docet fidem rectam veritatis per humiles et simplices viros Galilææ Palæstinæ. Nam ego, quem coram videtis, a Paneade *i*, ubi est fons Jordanis, veni et electus fui cum meis collegis, ut essem prædicator... Nam secundum præceptum magistri mei prædico et publice annuntio Evangelium : et ecce pono ejus pecuniam ad mensam *k*, et semino in aure omnium semen verbi ejus, quod qui susceperit, magnam habebit mercedem confessionis suæ : contra vero incredulos excutio pulverem pedum meorum, sicut mihi præcepit. Pœnitemini itaque, carissimi, a viis malis et ab abominandis factis, convertimini ad illum bona et honesta voluntate, sicut ipse ad nos conversus est promissione opulentæ mercedis. Nolite imitari generationes præteritas, quæ quia obduraverant cor adversus timorem Dei, aperte punitæ sunt, ut et ipsæ pœnam subeant et posteri revereantur ac timeant.

g

h

i

k

obstinationem

5 Nam finis, propter quem Dominus noster venit in mundum, is erat, ut doceret et ostenderet nobis, in consummatione creationis futuram resurrectionem omnium hominum et tunc illorum gesta in propria persona exhibebuntur, et corpora illorum erunt libri, in quibus justitia scribet : et nemo hujusmodi scripturæ ignarus erit, quia leget unusquisque in suo proprio libro... Tu qui habes oculos, si nihil vides, similis est eorum, qui nec vident, nec audiunt, et frustra attollis vocem, quæ nihil efficit auri surdæ. Quum extra culpam sunt, dum non audiunt, quia natura sua sunt surdi ; culpa merito tua est, quia non vis percipere, nequidem quod coram vides. Nam densa erroris nebula, quæ cingit mentem tuam, impedit cœleste lumen, quod est intellectus doctrinæ. Fuge igitur res creatas et manufactas, quæ, ut dixi vobis, appellantur nudo nomine dii, sed non sunt re vera dii, sed multum distant ab eo qui est ex natura sua Deus sempiternus : et non est res facta, ut idola vestra, nec creatura aut figmentum, sicut simulacra, in quibus gloriamini. Quia licet assumpserit corpus, est tamen Deus cum Patre suo. Nam creaturæ, quæ trepidarunt, dum interficeretur, et territæ sunt ejus morte, reddunt testimonium, illum Deum esse Creatorem : non enim propter hominem terrestrem, sed propter illum, qui stabilivit terram super aquas, neque propter hominem sol obscuratus est in cœlis, sed propter illum, qui fecit luminaria magna ; neque per hominem justus et rectus suscitatus est, sed per illum, qui ab initio habuit potestatem mortis ; neque per hominem velum templi Judæorum *l* scissum est a summo usque deorsum, sed per illum qui dixit : Ecce domus vestra desolata est.

EX MSS

l

6 Nam nisi, qui crucifixerunt illum, novissent esse Filium Dei, non manifestassent desolationem civitatis suæ, neque vulgassent afflictionem animi, clamantes Væ *m*. Etiamsi autem confessionem istiusmodi vitare voluissent, tamen quæ tunc exstitit commotio tremenda illos impedivisset. Nam ipsi filii crucifigentium facti sunt nunc simul cum sociis meis Apostolis prædicatores et evangelistæ in tota Palæstina inter Samaritanos et in regione Philistinorum. Contempta sunt idola Gentilium, et crux Christi honoratur, et populi et creaturæ confitentur Deum, qui factus est homo. Si itaque quando Christus Dominus noster versabatur in terris, credidissetis in illum, quod sit Deus, nunc postquam ascendit ad Patrem suum, et vidistis signa et prodigia, quæ facta sunt in nomine ejus, et vestris auribus audistis verbum Evangelii : nemo autem dubitat corde, benedictionem, ad vos missam, stabiliendam esse in vobis. Benedicti, qui credidistis in me, me non videntes, et quia sic credidistis, civitas, quam incolitis, erit benedicta, et hostis numquam prævalebit adversus illam *n*. Nolite itaque averti ab hac fide : nam vidistis et audivistis, quæ hujus fidei testimonium habent, eum esse filium adorandum et gloriosum Deum, regem invictum, qui habet potestatem omnipotentem. Per fidem in eum homo acquirere potest oculos sinceræ mentis *o*, et percipere, quod quicumque colit creaturas, ira justitiæ opprimetur.

rejicientium Christi verba.

m

F

n

o

7 Quod enim vobis dicimus secundum donum datum a Domino nostro, loquimur, docemus et ostendimus, ut obtineatis æternam vestram salutem et ne perdatis animam per errorem gentilismi ; quia lumen cœleste exortum est super omni creatura, ipse elegit antiquos patriarchas, et viros justos et prophetas et cum illis locutus est per revelationem spiritus sanctitatis. Nam est Deus judæorum, qui illum crucifixerunt : ipsi etiam gentiles errabundi colunt illum, quamvis ignotum, quia non est alius Deus in cœlo et in terra, et ecce confessio ascendit ad illum a quatuor partibus terræ. Aures igitur vestræ audierunt, quod ante non audivistis et oculi etiam vestri

quæ ab omnibus sincere

ex mss. vestri viderunt, quod ante numquam vidistis. Nolite repugnare igitur iis, quæ vidistis et audivistis. Rejicite cor rebelle patrum vestrorum, et excutite jugum peccati, quod dominatur vobis per libationes et sacrificia coram simulacris : ne solliciti sitis de vita vestra, quæ caduca est et de statu capitis vestri, quod infirmum est ; et sit vobis animus, qui colat Factorem et non facta, in quo representatur imago veritatis et fidei Patris et Filii et Spiritus Sancti, quia creditis, baptizamini in hoc triplici et glorioso nomine. Hæc est doctrina et prædicatio nostra ; quia non in multis consistit fides veritatis Christi.

recipi debent. 8 Et qui inter vos volunt obedire Christo, scitis me repetiisse eadem verba, ut possitis discere et intelligere, quod auditis. Et gaudebimus in his, sicut agricola gaudet in agro suo prospero : etiam Deus in vestra erga illum pœnitentia. Quod si hoc modo salutem vestram procuretis, etiam nos qui tale damus vobis consilium, non fraudabimur mercede benedicta. Et quia confido, regionem vestram esse benedictam secundum voluntatem Christi Domini, propterea pro eo, quod excutiam pulverem pedum, prout
B jussit nobis, adversum civitatem, quæ non recipit verba nostra, ecce excussi hodie ad januam aurium vestrarum verba labiorum meorum, quæ explicant et adventum, qui jam factus est et eum, qui futurus est, et resurrectionem ac resuscitationem omnium hominum, et separationem futuram inter fideles et incredulos et horrenda supplicia iis qui Deum non cognoverunt, et magnam promissionem futuri gaudii, quod recipient ii, qui in Christum crediderunt, et coluerunt illum cum Patre altissimo et illum confessi sunt cum spiritu suæ divinitatis. Et nunc tempus est, ut concludam præsentem sermonem. Qui igitur recipiunt verbum Christi et jungi nobiscum cupiunt in oratione, remanent nobiscum et alii domos suas repetant. Et Addæus quidem ipse lætabatur, quia plurimi de civitate cum ipso remanserant : pauci enim tunc non remanserunt ; sed post dies paucos et ipsi receperunt verba ejus et crediderunt Evangelio prædicationis Christi.

ANNOTATA.

C

a *Ex ipso sermonis initio omnino elucet, textum, quem edimus, esse fragmentum majoris operis, et quæ primis numeris narrantur omni ex parte convenire iis, quæ Eusebius supra num.* 8 *et* 9 *refert. Hic tamen completior est narratio, utpote cujus compendium exhibet Eusebius. Dein Doctrina* Addæi *recentior est ex parte Historia Eusebiana : nam, ut diximus num.* 32 *Commentarii prævii, Doctrina* Addæi, *qualis exhibetur, est fœtus sæculi* v.

b *Eusebius supra num.* 9 *Commentarii prævii dicit, Abgarum infirmitate gravi detentum, quin tamen loquatur de ejusdem diuturnitate.*

c *Apud Mosen Chorenensem Historiæ Armeniacæ lib.* II, *cap.* XXX *secundum versionem Gulielmi et Georgii Whiston* (1) *Abdu vocatur Abdias, podagra per* Thaddæum *liberatus : nam vocem* Patagrum, *qua utitur Moses rite interpretari podagram licet, quum* D *Eusebius supra num.* 9 *Commentarii prævii habeat :* Abdum quemdam, Abdi filium, PODAGRA laborantem *sanasse* S. Thaddæum. *Idem forsan Abdus est, qui a Tacito lib.* VI, *Annal. cap.* XXXI *et* XXXII *tamquam nobilissimus inter Parthos exhibetur, licet* ademptæ virilitatis, *quod, ait,* non despectum apud barbaros, ultroque potentiam habet. *Sed postea Artabanus, regnum affectans,* Abdum, specie amicitiæ vocatum ad epulas, lento veneno inligat.

d *Hic locus alludit ad verba Pauli Ephes. II,* 14 : Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum et medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne sua. *Quamvis nuspiam aliquis textus alterutrius Testamenti citetur ; hæc tamen allusio sat clare monstrat, scriptorem aliquousque novisse doctrinam S. Pauli, adeoque ejus narrationem ad cunabula Ecclesiæ partim revocandam esse.*

e Creatio *hic loci sumitur pro* creatura. *Quo sensu etiam Marc.* XVI, 15 *dicitur :* Prædicate Evangelium omni creaturæ, Κηρυξατε το Ευαγγελιον πασῃ τῃ κτισι, *omni creationi ; sic et Paulus Rom.* VIII, 22 : Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, *etc.* Οἰδαμεν γαρ ὁτι πασα ἡ κτισις συστεναζει. E

f *Ab hac voce* fides *incipit alter codex Nitriensis, cujus narratio ad finem usque decurrit.*

g *Apostolorum conditio abunde ostendit, illos piscatores, rudes, ignaros, non aliam quam vernaculam suam linguam naturaliter calluisse. Atque hinc est, quod* S. Thaddæus *dicit, illos, cæterarum linguarum ignaros,* solum linguam hebraicam, illis vernaculam *cognovisse. Idem dicit Eusebius Cæsariensis in Theophania* § v (2). Quæ nisi ita se haberent, profecto ad præcepta illa *(prædicandi omnibus gentibus)* torpuissent, rusticitatis suæ et idioticæ loquelæ conscii, cujus causa officium fortasse detrectassent ; recte cogitantes, fieri haud posse, ut homines, lingua Syri, et præter artem piscatoriam omnium ignari, magistri constituerentur Græcorum simul et Romanorum, Ægyptiorum et Persarum, aliarumque gentium barbarorum, legesque ferrent coram legum latoribus regibusque, contrarias iis opinionibus, quæ F
de primariis diis ex omni ævo exstiterant. Sed hæc versare animo non licebat illis, qui vocem Dei dicentis audierant : « Ecce ego vobiscum sum ; » quoniam evidenter aspexerant, loquentis divinitatem morti superiorem apparuisse.

h *Scimus linguas confusas fuisse, ut habet Genesis* x, 2, in terra Sennaar. Sennaar, *inquit S. Hieronymus libro de Situ et Nominibus locorum Hebraiorum* (3), campus Babylonis, in quo turris exstructa est. Unde egressus Assur ædificavit Ninivem. *Ad Mesopotamiam igitur, in qua prædicabat* S. Thaddæus, *pertinebat terra Sennaar, ubi confusio fuit linguarum.*

i Paneas, *alias* Cæsarea Philippi, *de qua agit Eusebius lib.* VII, *cap.* XVII (4). *In eo oppido, quæ etiam* Dan *appellatur, unus erat fons Jordanis, qui alteri commixtus caput fluvii est. Eo in oppido Christus B. Petro magnificam simul et notam fecit promissionem dandi claves regni cœlorum, Matth.* XVI, 17.

(1) Pag. 136. — (2) Migne, Patrol. Græc. tom. XXIV, col. 631. — (3) Migne, Patrol. tom. XXIII, col. 918. — (4) Ibid. tom. XX, col. 678.

k *Alludere*

A k *Alludere videtur ad Matth.* XXV, 27, *ubi dicitur servo, cui commisit dominus pecuniam* : Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis : Ἐδει οὐν σε ἐαλειν το ἀργυριον μου τραπεζιταις.

l *Magnificentiam veli, foribus sanctuarii appansi, describit Fl. Josephus de Bello Judaico lib.* V, *cap.* V, § 4.

m *Aliquousque hæc verba conveniunt cum Luc.* XXIII, 48 : Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud *(crucifixionis)* et videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur. *Habetur fragmentum Syriacum, citatum a Gulielm. Cureton, in quo populus exclamat* Væ, *prout in textu nostro dicitur* (1).

n *Postrema verba* : Hostis numquam prævalebit adversus illam, *non reperitur in epistola Christi ad Abgarum, qualis legitur apud Eusebium : adeoque habenda sunt aut interpolata, aut a* S. Thaddæo *prolata. Procopius lib.* I, *cap.* XII (2) : Hoc etiam subjunxisse fama est, urbem semper inexpugnabilem fore barbaris. Quod postremum epistolæ caput eos, qui
B historiam scripserunt illius temporis, latuit : nusquam enim mentionem ejus fecerunt. Id vero litteris, quæ repertæ sunt, contineri, Edesseni perhibent : sic sane ut epistolam, eo modo exscriptam, in portis urbis pro quovis alio munimento posuerint... Ac meum ista cogitatio animum aliquando subiit, a Christo non fuisse scripta, quæ retuli. Quoniam tamen sibi homines persuaserunt, urbem in ipsius tutela esse, non pati illum, ut ea capiatur, ne quam speciem fraudis et causam erroris præbeat. *Nihilominus tamquam patronus hujus additionis adducitur S. Ephrem, qui, interpretante Vossio, dixit, Christum* civitati benedixisse, firmasse ipsius fundamenta; benedictio illa inhabitans in eo permanebit, donec sanctus cœlo apparebit Jesus Christus filius Dei et Deus ex Deo. *Recte animadvertit Assemani* (3), *Græcum S. Ephremi interpretem multa de suo adjecisse, quæ in textu syriaco desiderantur. Sic hæc verba e Syriaco latine reddit* : Benedicta civitas, in qua habitatis, Edessa, Sapientum mater, quæ ex vivo Filii ore benedictionem per ejus discipulum accepit. Illa igitur benedi-
C ctio in eo maneat, donec sanctus apparuerit. *Postrema hic verba nullatenus indicant, ea in epistola Christi fuisse, sed pium morientis Ephremi votum, ut Edessa immunis semper maneat. Cæterum hæc immunitatis promissio, in Oriente famosa, etiam ad Occidentem propagata fuit. In Anglia Christi epistola instar phylacterii servabatur. In libro precum saxonico, post Orationem Dominicam et Symbolum Apostolorum, leguntur sequentia* : In Nomine Patris, *etc.* Incipit epistola Salvatoris omnium Ihesu Christi ad Abagarum regem, quam Dominus manu scripsit et dixit. *Sequitur epistola, qualem edidit Rufinus; sed subnectuntur sequentia* : Sive in domu tua, sive in civitate tua, sive in omni loco nemo inimicorum dominabit. Et insidias diaboli ne timeas, et carmina inimicorum distruuntur, et omnes inimici tui expellentur a te : sive a grandine sive a tonitrua non noceberis et ab omni periculo liberaberis, sive in mare, sive in terra, sive in die, sive in nocte, sive in locis obscuris. Si quis hanc epistolam secum habuerit, securus ambulet in pace. *Consuetudo autem ferendæ istiusmodi epistolæ cum suis additamentis ad nostra usque tempora perseverat, teste Gulielm. Cureton, ex quo hæc desumpsimus, qui ipse in comitatu Salopiensi* (Shropshire) *has litteras ab agricolis in honore habitas vidit* (4). EX MSS.

o *Similis loquendi modus occurrit Ephes. I,* 18 : Illuminatos oculos cordis vestri.

CAPUT SECUNDUM.

Abgarus, collata doctrina Apostoli cum epistola Christi, convertitur cum familia sua et magna multitudine populi; clerum etiam instituit.

E

Convertuntur ad Christum Abgarus ejusque familia;

Quando hæc locutus fuerat Addæus Apostolus in civitate Edessæ, rex quoque Abgarus vidit, universam civitatem lætari in doctrina Apostoli : æque viri ac mulieres, dicentes regi, verus et fidelis est Christus, qui misit te ad nos. Et ipse quoque rex valde lætabatur et benedixit Deo, quia sicut audierat ex tabulario suo Hanan de Christo, etiam viderat mirabilia opera, quæ in ejus nomine faciebat Addæus Apostolus. Dixit rex Abgarus : Quemadmodum scripsi ad Christum et hic mihi respondit, et ex te hodie [eadem] audivi, credam omnibus diebus vitæ meæ, et in iisdem verbis continuabo et exsultabo, quia scio non esse aliam potentiam, in cujus nomine hæc signa et miracula facta sunt virtute Christi, quem annuntiasti in veritate et sinceritate. Deinceps itaque colam illum simul cum Maanu filio, et Augustina et Shalmath regina *a*. Et nunc extrue, ubi volueris, ecclesiam; locum, in quo congregentur ii, qui jam crediderunt et imposterum credent verbis tuis, et secundum præceptum Domini tui, rege illam omni tempore cum plena securitate. Insu- F
per iis, qui fuerint tecum ministri Evangelii, statui dare magna donaria, ut nihil præter ministerium sacrum curandum habeant. Quodcumque etiam expensarum necessarium est pro ædibus construendis, dabo sine rationibus, quarum instar erit mihi verbum tuum, quod sufficiet in universa civitate. Dein ingressus coram me et in palatium regium, nemine interpellato, tibi liber esto. *a*

et optimatibus

10 Quando Abgarus vertebatur ad palatium, una cum pincipibus Abdu, filio Abdu et Garmai et Shemasgram et Abubai et Meherdath *b*. et reliquis eorum sociis, lætabatur de omnibus quæ oculis viderant et audierant auribus; et in lætitia cordis sui laudabant Deum, qui mentem eorum ad se converterat, et renuntiarunt gentilismo, in quo vixerant, et confitebantur Evangelium Christi. Postquam autem Addæus ecclesiam ædificasset, vota et oblationes faciebant ipsi et populus civitatis, et istic offerebant pre- *b*

(1) Cureton, Ancient documents, pag. 131. — (2) Pag. 302. Edit. Venet. — (3) Biblioth. Orient, tom. I, pag. 141. — (4) Ancient documents, pag. 143 et seqq.

ces

EX MSS. ces omnibus diebus vitæ suæ. Avida porro et Barcalba, præfecti et ministri, vittam regiam
c portantes *c*, accesserunt ad Addæum et interrogarunt illum circa Christum, ut vellet explicare illis, quomodo quum esset Deus, apparuerit similis homini : quomodo vere quis illum posset aspicere. Atque illis explicavit, quodcumque viderant eorum oculi, et quod aures audierant : quidquid etiam Prophetæ prælocuti fuerant, eis repetiit. Illi autem hæc verba læte et fideliter acceperunt. Nullus etiam fuit adversarius ; nam opera splendida, quæ faciebat, nullum adversarium patiebantur.

sacerdotes quoque idolorum; 11 Sed Shavida et Ebednebu, principes sacerdotum civitatis, semul cum Piroz et Diku illorum sociis, videntes signa, quæ faciebat, cur-
d rentes destruxerunt altaria, in quibus ante sacrificabant diis suis Nebu et Bel *d*, excepto altari maximo in medio civitatis ; et exclamantes dixerunt : Vere hic est discipulus istius summi viri et eximii ac gloriosi magistri, cujus gesta audivimus in regione Palæstinorum. Et Addæus recipiebat omnes, qui credebant in Christum, et baptizabat eos in nomine Patris et Filii et Spiritus
B Sanctitatis. Et qui consueverant colere lapides et ligna, sedebant ad pedes ejus et sanabantur a peste stultitiæ gentilismi. Etiam judæi, versati in lege et Prophetis, qui commercium exer-
c cebant in sericis *e*, convertebantur et fiebant discipuli, confitentes Christum esse filium Dei vivi. Attamen neque rex Abgarus neque Apostolus aliquem per vim cogebant credere in Christum, quia sine vi humana, vis signorum cogebat ad credendum in illum. Tota vero Mesopotamia regionesque adjacentes recipiebant doctrinam cum amore.

Sanctus clerum constituit 12 Sed et Aggæus, qui conficiebat catenas et diademata regia *f* et Palut, et Barshelama et Barsamya simul cum reliquis eorum sociis adhærebant Apostolo, qui et recepit illos et associavit in ministerio, quia legebant Vetus et Novum Testamentum, et Prophetas et Acta Apostolorum, quæ quotidie meditabantur *g*. Jussit illos sollicite custodire purum corpus suum et personas suas sanctas, ut decet viros, qui stant ante altare Dei. Sitis, ait, longe remoti a falso juramento, a malo homicidio, a falso testimonio, quod mixtum adulterio, a magicis artibus, quæ
C non merentur veniam, a vaticiniis, divinatione et prognosticationibus, a fato et genealogiis, quo vane gloriantur Chaldæi, a planetis et signis Zodiaci, in quibus stulti confidunt. Rejicite malam hypocrisim, munuscula et dona, quibus damnantur innocentes. Extra ministerium vero, quod vobis commissum est, nolite habere aliud servitium ; nam Dominus ipse est omnibus diebus vitæ vestræ servitium vestri ministerii. Estote etiam accurati in conferendo sigillo baptismi, et nolite quærere vana hujus mundi. Judicate cum justitia et veritate : ne sitis scandalum cæco, ne per vos blasphemetur nomen illius, qui aperit, ut vidimus, oculos cæco. Sic igitur quicumque vos viderit, intelliget, vos facere, quod aliis faciendum præscribitis. Et ministrarunt cum ipso in ecclesia, quam Addæus construxerat jussu et voluntate Abgari regis ; et fuerunt illis subministrata ex iis, quæ ad regem ejusque nobiles pertinebant, omnia, quæ tum ad domum Dei, tum ad pauperum necessitates erant opportuna.

et ecclesiam, ad quam populus 13 Interea magna multitudo populi quotidie congregabatur, et confluebat ad orationes mi-
confluebat.
nisterii et ad lectionem Testamenti Veteris et Novi ex Diotaron *h* : credebant etiam resuscitationem mortuorum et sepeliebant defunctos in spe resurrectionis : celebrabant etiam statis temporibus festivitates Ecclesiæ, ejusque vigilias observabant : visitabant quoque secundum instructionem Addæi infirmos, iisque et benevalentibus eleemosynas distruebant. Insuper in locis suburbanis ædificabantur ecclesiæ, et plures ab eo sacerdotium recipiebant. Propter ea populi Orientis, mercaturam simulantes, transibant in regionem Romanorum, ut viderent signa quæ Addæus faciebat. Et qui ejus fiebant discipuli recipiebant ab eo sacerdotium et in propria regione Assyriorum docebant filios populi sui et secreto domos orationis construebant ex timore adorantium ignem et aquam *i*. Narses autem, rex Assyriorum, audiens quæ faciebat Addæus Apostolus, nuntium misit ad regem Abgarum dicens : Aut mitte ad me virum, qui facit hæc signa coram te, ut illum videam et audiam ; aut epistolam ad me conscribe eorum, quæ vidisti, eum facere in tua civitate. Abgarus igitur scripsit ad Narsetem, referens historiam rerum ab Addæo gestarum a principio
E ad finem et nihil omisit in sua scriptione. Et Narses quidem audiens quæ ad eum scripta fuerant, mirans obstupuit *k*.

Tiberii epistola, qua supplicium Judæorum infligendum promittitur. 14 Ast rex Abgarus, quoniam per regionem Romanorum transire non poterat in Palæstinam et punire Judæos, qui Christum crucifixerant, scripsit et misit epistolam ad Tiberium Cæsarem sequentis tenoris *l* : Rex Abgarus domino nostro Tiberio Cæsari. Sciens nihil esse occultum majestati tuæ, scribo et certiorem facio magnam et tremendam potentiam tuam, quod Judæi, qui sunt tibi subditi et incolunt regionem Palæstinæ, convenerunt in unum et crucifixerunt Christum innocentem omnis criminis capitalis, postquam ante oculos eorum fecisset signa, et prodigia et magna opera fecisset, ita ut etiam mortuos suscitaret. Quo autem tempore crucifigebant illum, sol obscuratus est et terra tremuit, omnis creatio mota et convulsa fuit, ex quo quasi sponte universa creatio et omnes inhabitantes terrefacti sunt. Et nunc majestas tua scit, quid opportunum sit præcipiendum circa populum Judæorum, qui hæc fecerunt. Tiberius Cæsar scripsit et misit ad Abga-
F rum regem epistolam sequentem : Litteras fidelitatis tuæ accepi et coram me lectæ fuerunt. Quod ad Judæos spectat, ausos crucifixionem, præses Pilatus etiam scripsit et nota fecit *m* proconsuli meo Aulbino *n*, eadem quæ scripsisti. Quia autem implicitus nunc sum bello Hispaniæ mihi rebellantis *o*, non potui ulcisci factum : quum vero primum licuerit, litem intentabo Judæis, quia non egerunt secundum legem. Propterea quoque Pilato, quem præsidem constitueram, alium substitui, et ipse gratia mea excidit, quia legem prætergressus est *p* et Judæis obsecutus, in eorum gratiam crucifixit Christum ; qui quidem, ut audio, pro cruce mortis merebatur coli et adorari ab illis, præsertim quia suis oculis viderant, quæcumque fiebant ab illo *q*. Tu vero pro tua in me fidelitate et pacto tum tuo et patrum tuorum, bene fecisti scribendo ad me epistolam.

h *i* *k* *l* *m* *n* *o* *p* *q*

ANNOTATA.

A

ANNOTATA.

a *Secundum Dionysium Telemariensem, Jacobitarum patriarcham, Maanu post patrem Abgarum regnavit annis septem* (1); *adeoque anno Christi* 52 *obiit. Is fuit, qui* S. Thaddæum *morti addixit. Moses Chorenensis lib.* II, *cap.* XXXI (2) *eumdem Ananum vocat. Augustina, ut patet ex num.* 3, *erat mater Abgari-Shalmath, de qua supra num.* 3 *eadem mihi videtur ac Helena, quæ teste Mose Chorenensi lib.* II, *cap.* XXXII (3), *erat prima et præcipua uxor Abgari; quum autem simul cum viro christianam fidem amplexa fuerit, ipsique Abgaro superstes remanserit, veri simillimum mihi est, eamdem fuisse binominem. Certe Apostolus numquam permiserit, ut rex duas uxores simul retineret. Ex uxoribus* Abgari, *ait Moses* (4), primam cui Helena nomen erat, Carras habitatum misit *(Sanatruces tyrannus)* suam urbem, eique Mesopotamiæ totius principatum permisit, beneficiorum me-
B mor, quæ per eam ab Abgaro acceperat. Hæc Helena æque ac vir suus, fide ornata, inter eos, qui simulacra colebant, habitare nolens, Hierosolymam commigravit, Claudio regnante, dum fames incesseret, quam vaticinatus est Agabus, omnibusque thesauris suis in Ægyptum missis, permagnam vim tritici coëmit, quam in singulos egenos distribuit.

b *Varia hic occurrunt nomina syriaca, quæ, ut dicit Gulielm. Cureton, deficientibus apud Syros litteris vocalibus, vario modo scribi et efferri possunt.*

c *Insignis nobilissimorum decus erat portare vittam regiam.*

d *Præcipui Edessenorum dii erant* Nebu *seu* Nabo *et* Bel, *solem scilicet et lunam. Et quidem Chaldaicam esse vocis Nabo originem, ostendunt regum et primatum nomina, qualia sunt* Nabuchodonosor, Nabuzardan, *etc.* (5).

e *Edessam incolebant judæi, ut monstrat exemplum Apostoli nostri, qui illic perveniens, divertit, ut dicitur supra num.* 7 *Commentarii prævii, apud Tobiam, Tobiæ filium, verisimilius commercium exercentem.*
C *Erat autem in Osrhoëna regione emporium celebre, Batne municipium, ut loquitur Ammianus Marcellinus lib.* XIV, § 3, *quod* ab Euphrate flumine brevi spatio disparatur, refertum mercatoribus opulentis : ubi annua solemnitate prope septembris initium mensis, ad nundinas magna promiscuæ fortunæ convenit multitudo ad commercandas, quæ Indi mittunt et Seres, aliaque plurima vehi terra marique consueta. Seres, *inquit idem Ammianus lib.* XXIII, § 6, armorum semper et prœliorum expertes : utque hominibus sedatis et placidis otium est voluptabile, nulli finitimorum molesti. Cœli apud eos jucunda salubrisque temperies, aëris facies munda, leniumque ventorum commodissimus flatus et abunde silvæ sublucidæ : a quibus arborum fœtus aquarum asperginibus crebris, velut quædam vellera mollientes, ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt; nentesque subtemina, conficiunt sericum, ad usus ante hac nobilium, nunc etiam infimorum sine D ulla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi, pacatioris vitæ cultores, vitantes reliquorum mortalium cœtus. Quumque ad coemenda fila vel quædam alia, fluvium transierint advenæ, nulla sermonum vice, propositarum rerum pretia oculis æstimantur; et ita sunt abstinentes, ut apud se tradentes gignentia, nihil sibi comparent adventitium. *Cfr Baudrand. Lexicon Geographicum,* v° Seres.

f *Aggæus, qui* S. Thaddæo *episcopus Edessenus successit, regii ornatus confector erat. Apud Mosen Chorenensem lib.* II, *cap.* XXX (6) *legitur :* Dein Apostolus Thaddæus Chohararum quemdam, serici opificem, quum baptizasset, eique nomen Addæi posuisset, impositione manuum Edessæ suo loco præposuit. *Quamvis autem Moses vocet eum* Addæum, *tamen* Aggæus *appellandus est, quum universa traditio Ecclesiæ Orientalis successorem* Addæi *seu* Thaddæi *apostoli illum successorem clamet. Quam deinceps Gulielm. Cureton vocem* catenas *interpretatur* (6), *ipse infra* (7) *ex auctoritate Assemani* (8) *vertit* fila serica. *Diademata regia videntur fuisse ex serico instar pilei tur-* E *cici.*

g *Textus aut interpolatus est aut incorrecte scriptus. Etenim* 1° *Vetus Testamentum hic significat Pentateuchum, nec Prophetarum scripta ad illud pertinent, quoniam utrique Testamento adduntur tamquam ad neutrum spectantes* Prophetæ et Acta Apostolorum. 2° *Quo tempore hæc fiebant, vix alius Novi Testamenti exstabat liber quam Evangelium S. Matthæi. Acta autem Apostolorum, a S. Luca conscripta, multis post annis edita fuerunt. Qui itaque hic venit liber, nomine* Acta Apostolorum, *alius prorsus est, ab eo, qui a S. Luca conscriptus est.*

h *Gulielm. Cureton fatetur se non potuisse legere vocem, quam tamen censet esse* Diatessaron, *seu compilatio ex qualuor Evangeliis, quam Tatianus, sæculi secundi scriptor ac dein hæreticus Encratita, adornavit. Tatianus, inquit Theodoretus lib. Hæreticarum Fabularum compendium cap.* XX (9), Evangelium, quod Diatessaron dicitur, composuit, amputatis genealogiis et aliis omnibus, quæ Dominum ex semine Davidis secundum carnem F natum ostendunt. Eoque usi sunt non qui ejus erant sectæ, sed ii etiam qui apostolica dogmata sequebantur, compositionis fraudem non cognoscentes, sed simplicius tamquam compendiario libro utentes. Nactus sum etiam ipse libros hujusmodi supra ducentos, in honore habitos in Ecclesiis nostris, quos omnes, in unum congestos, seposui et pro his quatuor Evangelistarum Evangelia introduxi. *Ex hisce patet, usque ad medium sæculum quintum, quo Theodoretus floruit, in Orientis partibus viguisse Diatessaron, et locum quatuor Evangeliorum usurpasse. Simul etiam liquet, scriptum nostrum hic interpolatum fuisse; quoniam tempore prædicationis* S. Thaddæi *Edessæ, quatuor Evangelia non erant scripta, ut vel ex uno S. Joannis Evangelio satis manifestum est.*

i *Maruthas, episcopus Tagritensis circa finem sæculi quarti, refert edictum Saporis,*

(1) Assemani, Biblioth. Orient, tom. I, pag. 421. Bayer, Historia Osrhoen, pag. 126. — (2) Pag. 142. Edit. Londin. 1736. — (3) Pag. 144. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) Cfr Bayer, Hist. Orshoen, pag. 139. — (6) Pag. 157. Edit. Whiston. — (7) Ancient Docum. pag. 14. — (8) Biblioth. Orient. tom. I, pag. 186. — (9) Migne, Patrol. Græc. tom. LXXXIII, col. 371.

Persarum

A *Persarum regis, quo jubet*, ut nullus christiano notus nomine in suis finibus aut sua sub ditione commoretur, quin solem adoret, ignem et aquam colat, atque animantium cruorem comedat. Quicumque ista facere detrectaverit, magistratibus traditus, ex ipsorum sententia torqueatur et pereat. *Quod et Strabo de Persis confirmat lib.* XV (1) : Præcipue, *inquit*, igni et aquæ sacrificant.

k *Epistolam, ab Abgaro ad Nersem scriptam, ac servatam in tabulario Edesseno exhibet Moses Chorenensis lib.* II *cap.* XXX *secundum versionem Whistonianam* (2). Abgarus, Armeniorum rex, filio meo Narsi salutem. Litteras salutationis tuæ vidi et Perozem e vinculis solvi, atque ejus delictum remisi. Quod si jam tibi ita placet, constituas eum Ninives præfectum, id quod quidem cupis. Quod vero ad me scripsisti, mitte mihi, inquis, virum illum medicum, qui signa edit, atque alium Deum prædicat, qui est supra ignem et aquam, ut eum videam atque audiam; ille non est medicus ex peritia hominum, sed discipulus Filii Dei, ignis et aquæ procreatoris, atque in Armeniæ regio-
B nem, prout ei sors obtigerat, missus est. Unus autem de primariis ejus sociis, nomine Simon, istinc in Persidem missus est, quem si quæsieris, audire poteris, simul etiam pater tuus Artases : isque omnes ægrotationes tuas sanabit, et viam vitæ ostendet. *Quis iste fuerit Simon, an Petrus an Cananita, dubitat Whistonus, de eo egimus supra in Actis S. Simonis Cananitæ num* 11.

l *Utramque epistolam Abgari ad Tiberium et hujus ad Abgarum servavit nobis Moses Chorenensis lib.* II *cap.* XXX (3), *neque magnopere uterque textus differt.*

m *Pilatum, procuratorem Judææ, ad Tiberium Cæsarem retulisse de morte Christi, testantur nobis, ut e multis paucos seligamus S. Justinus Martyr Apol.* I *pro Christianis* §§ 35 *et* 48 (4), *Tertullianus Apologet. cap.* XXI (5), *et Eusebius Hist. Eccles. lib.* II *cap.* II, (6). *Quæ autem hodie circumferuntur Acta Pilati, male feriatorum hominum, ait Francisc.-Xav. Patrizi, in suo egregio opere de Evangeliis* (7), *figmentum sunt, circa quod consuli possunt card. Baronius ad an. Christi* 34,
C §§ CCXXIII *et seq. ac Joan. Albert. Fabricius Codex Apocryphus Novi Testamenti* (8), *ubi istiusmodi Acta referuntur* (9).

n *Nullus hujus nominis proconsul in Syria, regnante Tiberio, exstitit. Romanorum nomina propria difficile, lingua syriaca, litteris vocalibus carente, scribebantur. Hinc commode nomen Aulbini Albinum, qui vere Judææ præfectus fuit, interpretaretur quis, nisi obstaret chronotaxis : nam Albinus, avaritia sua, ut habet Tillemontius* (10), *notus, primum sub Nerone anno Christi* 62 *regimen Judææ capessivit. Dein Judæa non erat provincia proconsularis, quam tunc quidem regebat L. Vitellius, Vitellii, postmodum Cæsaris, pater.* Cunctis, *ait Tacitus lib.* VI *Annal cap.* XXXII, quæ apud Orientem parabantur, L. Vitellium præfecit Tiberius. Eo de homine haud sum ignarus sinistram in Urbe famam, D pleraque fœda memorari; cæterum regendis provinciis prisca virtute egit. Unde regressus, et formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudii, turpe in servitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorii dedecoris habetur, cesseruntque primu postremis, et bona juventæ senectus flagitiosa obliteravit. *Vitiosa igitur est Syriaci textus lectio, et Aulbino substituendus Vitellius : unde etiam consequitur, quod jam diximus et etiam repetimus, textum nostrum nullatenus coævum esse rebus, quæ narrat.*

o *Quod in media fere epistola refert scriptor noster de bello Hispanico, hoc in fine tradit Moses Chorenensis lib.* II, *cap.* XXX (11). Tametsi, *ait Whiston* (12), bellum hoc Hispanicum nusquam forsan diserte memoretur, tamen non desunt testimonia, ex quibus conjectura in eam rem duci potest. Nam Tiberius Hispaniarum principes olim vexaverat, atque etiam hoc ipso tempore provinciam eam plane neglexit; adeo ut tum Hispanos ad rebellandum provocaverit, tum etiam ejus faciendi opportunitatem idoneam dederit. *Citantur dein Suetonius in* E *Tiberio capp.* XLI *et* XLIX, *ubi agitur de negligentia principis, de confiscatione bonorum, de jure metallorum adempto; Tacitus quoque Annal. lib,* VI, *cap.* XXVII *memorat a Tiberio* Arruntium ne in Hispaniam pergeret, decimum jam annum attentum fuisse. *Quæ quidem satis ostendunt, inter Hispanos et Tiberium grave dissidium exstitisse. Nihilominus quoniam tunc bellum erat Romanorum cum iberis, qui ad mare Caspium dominabantur, fieri potest, ut vel vilio librariorum vel nota Tiberii dissimulatione, Hiberi isti confusi fuerint cum Hispanis, quorum regio etiam Iberia appellabatur.*

p Senatus Consulto, *ut legitur in Suetonio de Tiberio cap.* LXXV, cautum erat, ut pœna damnatorum in decimum semper diem differretur : *adeoque Pilatus, qui latam a se contra Christum sententiam exsequi statim permisit,* legem prætegressus est.

q *Tertullianus, quem etiam citat Eusebius Hist. lib.* II, *cap.* II (13), *in Apolegetico suo cap.* V, (14) *dicit :* Tiberius, cujus tempore nomen christianum in sæculum introivit, annuntiatum sibi ex Syria Palæstina, quod illic veri- F tatem illius divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum cum prærogativa suffragii sui. Senatus, quia non ipse probaverat, respuit; Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus christianorum. *Recentiores quidam falsi accusant Tertullianum. Eorum argumenta, simulque responsiones exhibentur ad dictum textum, quæ consulere libuerit* (15).

(1) Pag. 1039. Edit. Oxon. — (2) Pag. 140. — (3) Pag. 137. Edit. Whiston. — (4) Migne, Patrol. Græc. tom. VI, col. 383 et 399. — (5) Migne, Patrol. latin. tom. I, col. 403. — (6) Patr. Græc. tom. XX, col. 139. — (7) Pag. 420, tom. III. — (8) Tom. I, pag. 214 et tom. III, pag. 455. — (9) Ibid. tom. I, pag 972. — (10) Hist. des Emper. tom. I, pag. 175. Edit. Brux. — (11) Pag. 139. — (11) Ibid. loc. cit. — (13) Migne, Patrol. græc. tom. XX, col. 139. — (14) Patrol. lat. tom. I, col. 290. — (15) Ibid. loc. cit.

CAPUT

A

CAPUT TERTIUM.

Tiberius animadvertit in Judæos; S. Apostolus infirmus consulit Ecclesiæ; suprema ejus verba; obit, ejusque corpus sepulcro regio conditur: Abgari filius S. Aggæum episcopum interficit.

Tiberius Judæos punit:

Et Abgarus rex excepit Aristidem, a Tiberio Cæsare missum, et respondit epistolæ et remisit illum cum muneribus, dignis ejus, qui miserat illum. Et Edessa ivit Ticuntham, ubi erat Claudius, secundus ab imperatore, unde in proximum locum, Articam, quo morabatur Tiberius
a Cæsar, se transtulit *a*. Cujus autem excubias agebat in regionibus vicinis Cæsari. Aristides Tiberio retulit historiam ingentium miraculorum, quæ coram Abgaro operatus est Addæus. Bello autem confecto, mortis damnavit aliquos principes judæorum, qui erant in Palæstina. Et rex Abgarus, his auditis, lætatus est, quia judæi justam pœnam dedissent. Aliquot annis postquam Addæus Apostolus ædificasset ecclesiam, eamque opportuna supellectile instruxisset, magnamque populi multitudinem convertisset, in aliis etiam locis vicinis aut dissitis ecclesias construxit, easque completas adornavit, ac in iis diaconos ac presbyteros constituit, personas quoque docuit, tum qui Scripturas legerent, tum qui normam ministerii tam interni quam externi tenerent.

S. Addæus, infirmus ad mortem,

16 Post hæc omnia oppressus fuit morbo, qui mortem attulit. Vocavit autem prope se Aggæum coram omni populo, eumque ducem et rectorem
b suo loco constituit *b*, et Palut diaconum ordinavit presbyterum et Abshelama scribam diaconum. Quum porro nobiles et principes essent congregati et circumstarent, Bar Calba, filius
C Zaiti, et Maryhab, filius Barshemash, et Senac,
c filius Avida, et Piroz, filius Patric *c*, simul cum reliquis sociis, dixit illis Addæus Apostolus: Scitis et testimonium ferre potestis, qui me audistis, quod quidquid prædicavi et docui, et quod ex me audistis, sic egi et exercui. Dominus enim noster præcepit nobis, ut quodcumque aliis prædicaverimus, etiam actibus coram populo exerceremus. Secundum autem præcepta et leges, constitutas a Discipulis in Hierosolyma, etiam Apostoli socii mei secundum ea agebant; sic quoque vos ab eis non discedite, nec vel minimum negligatis. Quomodo ipse egi inter vos in hisce præceptis, neque declinavi ad dexteram aut sinistram, ne exsors fiam promissæ salvationis, servatæ iis, qui in præceptis versantur. Attendite igitur ministerio, quod tenetis; pergite cum timore et tremore illud semper exercere. Nolite exercere ministerium in neglectis vestibus, sed in discretione fidei; nec laudes Christi offerre pigeat, nec tædium vos capiatis statis temporibus orare.

supremas instructiones dat,

17 Attendite veritati, quam tenetis, et doctrinæ fidei, quam didicistis et hereditati salu-

tis, quam vobis commisi, quia ante tribunal Christi requiretur a vobis, quando ipse rationem ponet cum pastoribus et præpositis, quando pecuniam exquiret a negotiatoribus cum incremento lucri. Nam est filius regis et adivit hereditatem suam; revertetur autem, et veniens resuscitabit omnes, et sedebit in throno justitiæ ad judicandum vivos et mortuos, sicut ipse dixit nobis. Ne cæcutiat oculus secretus mentis vestræ circa cœlestia, ut peccata vestra abundent in viis istis, in quibus peccatum non est, est enim abominandus error in viis ejus. Quærite perditos, dirigite errantes, vigilate divitibus, quia ex manibus vestris requirentur oves Christi. Negligite honorem transitorium, quia pastor, qui aucupatur honores a grege, male, valde male se habet ad gregem suum. Maxime curate juniores agnos, quia Angeli eorum vident Patrem invisibilem. Ne sitis scandalum cæcis, sed parate viam et semitam in regione ardua inter Judæos eum crucifigentes et paganos errantes: utrinque enim est pugna, ut ostendatis veritatem fidei, quam tenetis: quando etiam eritis quieti, modesta et honesta facies vestra pugnabit pro vobis adversus illos, qui veritatem ode- E
runt et delectantur in errore. Non accusate pauperem, præsente divite, nam sat magna jam est afflictio paupertatis. Nolite seduci abominandis artibus Satanæ, ne spoliemini ea fide, quam induistis... Ne misceamur Judæis, qui eum crucifixerunt, nec deseramus hereditatem, quam a te accepimus, sed eum eadem relinquemus hunc mundum: et in die Domini nostri ante tribunal justi judicii ejus, reddet nobis hereditatem, sicut docuit nos.

ex mss.

obit, successore sibi

18 Postquam hæc dicta fuissent, surrexit Abgarus cum principibus et optimatibus suis et rediit ad palatium suum, omnesque tristes erant propter imminentem ejus mortem. Et misit apparatum honorabilem et nobilem, ut sepeliretur in eo. Quæ quum vidisset Addæus Apostolus, misit qui diceret: In vita nihil accepi a te, neque nunc, instante morte, nihil a te accipiam: neque fidem ipse frangam Christo, dicenti: Nihil a quoquam accipite et nihil in hoc mundo possidete *d*. Tribus autem post diebus, *d*
quum hæc dixisset Addæus Apostolus, audivit et accepit coram cunctis nobilibus testimonium doctrinæ eorum prædicationis ab iis, qui erant F
de ministerio, et reliquit hunc mundum; dies autem ista fuit quinta hebdomadis, et decima quarta mensis Iyar *e*. Tota autem civitas erat in *e*
magno mœrore et amaro fletu: non solum christiani, sed judæi quoque et gentiles dolebant. Sed maximus fuit Abgari et principum regni dolor; et in contritione cordis sui parvifecit et deposuit illa die ornamenta regalia, et cum lacrimis et gemitibus eum cum suis omnibus deflevit. Et omnes mirabantur ingentem regis propter Addæum dolorem: magno etiam ac nimio eum honore, quasi unum ex principibus, quando moriuntur, deduxit ejus funus et in spatioso sepulcro, sculpturis adornato, in quo majores Abgari ex domo Ariu componebantur eum magna tristitia et dolore composuit *f*. Et *f*
populus Christianus visitabat sepulcrum, preces offerebat et ejus memoriam quotannis celebrabat secundum doctrinam et institutionem, quam ipse Apostolus Addæus tradiderat et secundum præceptum Aggæi, qui et ipse factus est dux, rector et successor in cathedra vi sacerdotii, quod ab eo coram omni populo acceperat.

sepelitur.

19 Ethic quoque vi sacerdotii, quod acceperat, ordinavit presbyteros et duces in omni regione Mesopotamiæ. Nam ipsi, sicut Apostolus Addæus, adhærebant inviolabiliter verbo illius, cui obsecundabant fideliter tamquam boni et fideles heredes Apostolorum Christi adorandi. Sed argentum et aurum a nemine accepit, neque admittebat principum dona: ast pro argento et auro Ecclesiam Christi ditabat animabus fidelium. Conditio autem virorum et mulierum *g* erat modesta ac decens, erantque sancti et casti, quia ambulabant in caritate sine macula, in custodia ministerii cum decore, in cura pauperum et visitatione infirmorum: nam viæ eorum erant videntibus laudabiles et vitæ ratio commendabilis alienis; ita ut sacerdotes Nebu et Bel communicarent semper illis honores suos, propter honorabilem formam, sinceritatem verborum, simplicitatem liberam in sua conversatione, quæ numquam subservivit aviditati aut patuit calumniæ. Nullus erat eos videns, qui non delectaretur cum illis convenire et reverenter salutare, quia verba pacifica extensa erant quasi rete, ut caperentur rebelles, quos introducebant B in ovile veritatis et fidelitatis. Neminem enim qui eos videbat, pudebat eorum, utpote qui nihil umquam faciebant, quam quod erat justum et decens. Quamcumque enim ad actionem alios hortabantur, eamdem et ipsi faciebant; et auditores, considerantes concordiam verborum et factorum, facili persuasione illis se discipulos adjungebant, et confitebantur Christum regem, laudantes Deum, propter conversionem suam.

Abgari filius Ecclesiæ persecutor.

20 Aliquot post annos a morte Abgari regis, surrexit unus rebellis ejus filius, qui pacem respuebat *h*. Et misit ad Aggæum, quando erat in sede in ecclesia, qui diceret: Fac mihi diadema aureum, ut consuevisti facere olim pro patribus meis *i*. Aggæus respondit: Non derelinquam ministerium, a Christi discipulo mihi commissum, ut impiorum diademata conficiam. Quum autem suis jussis obtemperantem non haberet, misit qui crura frangeret sedenti in ecclesia, dum Scripturas exponeret. Moriens porro adjuravit Palut et Abshelama, ut illum terræ mandarent in hac domo, quia, inquit, propter veritatem morior. Et sicut illos adjuraverat, posuerunt eum in porta media medius inter viros et C mulieres. Et erat magnus et amarus planctus per universam Ecclesiam et civitatem, præter tristitiam familiarium, sicut fuerat, quando Addæus Apostolus obiit. Quia porro subito mortuus est Aggæus fractura crurium, non potuit imponere manus Palut; et abiit Palut Antiochiam, et manus sacerdotii accepit a Serapione, episcopo Antiocheno, qui ipse manus acceperat a Zephyrino, episcopo urbis Romanæ *k* et ipso ordinato a successoribus Simonis Cephæ, qui accepit sacerdotium a Domino nostro, et annis viginti quinque episcopus Romæ fuit temporibus Cæsaris, qui ibidem regnavit annis tredecim. Prout autem in more positum erat in regno Abgari regis et in omnibus regnis, ut quodcumque dixerint reges aut coram eo dicantur, in commentarios referantur, propterea Labubna, filius Senac, filii Ebedshadai, scriba regius *l* scripsit hæc ab initio ad finem de Apostolo Addæo. Et Hanan tabularius apposuit manum suam et recondidit in tabulis regni, in quibus accurate et diligenter servantur decreta et leges, D pacta quoque emptionis et venditionis. Desinit doctrina Apostoli Addæi, quam prædicavit Edessæ, in civitate fidelis regis Abgari.

ANNOTATA.

a *Guillem. Cureton ad hunc locum animadvertit* (1), *locorum hic nomina fuisse omnino distorta, ita ut eorum topographia non possit describi.* Thicunta, *ait, nullam patitur interpretationem. Suspicatur,* Articam, *quod pronuntiari potest* Orticam, *esse forsan Ortygiam, Syracusis conterminam, non multum distantem insula Caprearum, ubi Tiberius,* occultos, *ait Tacitus lib. Annal.* IV *cap.* LXVII, in luxus et malum otium resolutus, *degebat.*

b *Quem sibi constituit* S. Thaddæus *successorem, scriptor noster appellat* ducem et rectorem, *a Gulielmo Cureton* (2) *merito* episcopum *dictum. Nam paulo supra dicitur,* S. Thaddæus diaconos et presbyteros constituisse.

c *Varia occurrunt nomina propria, quorum* E *significatio quemadmodum et pronuntiatio, valde incerta est. Laudatus Cureton,* Palut *suspicatur* Pilotam, Patric, Patricium. *Sic et* Zati, *quem eumdem facit cum Izate, de quo Tacitus lib.* XII *Annal. cap.*XIV Izates Adiabenus et Acbarus Arabum cum exercitu abscedunt, *id est, partes Romanorum deserunt.* Maryhab *idem forsan qui apud Mosen Chorenensem lib.* II *cap.* XXIX (3) *dicitur* Alznensium consul, *missus ab Abgaro ad Marinum, præsidem Romanum Phœniciæ, Palæstinæ, Syriæ ac Mesopotamiæ. Idem dixero de* Senac, *forsitan* Sinaces *Taciti lib.* VI *Annal. cap.* XXXI *qui* insigni familia *fertur.*

d *Hæc verba, prout proferuntur, in Evangeliis minime reperire est: similia tamen, si sensum spectes, habentur Matth.* X, 7. Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquavit regnum cœlorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones ejicite: gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta neque virgam: dignus est enim operarius cibo suo. F

e *Edesseni annum suum inchoabant a kalendis octobris, ut monstrat Theophilus Bayer* (4), *qui simul dat nomina mensium Edessenorum collata cum mensibus romanis. Itaque* October *est* Teschrin prior, November Teschrin posterior, December Conun prior, Januarius Conun posterior, Februarius Schvot, Martius Odor, Aprilis Nison, Majus Jor, Junius Chsiron, Julius Tomus, Augustus Or (Ab), September Ilul. *Quoniam igitur* S. Thaddæus *obiisse dicitur* decima quarta mensis Jyar, *quod Bayerus appellat* Jor, *consequitur, ista eadem die mensis maji accidisse. Bar-Hebræus docet, Sanctum nostrum martyrium fecisse sub successore Abgari die* XXX *julii* (5): *unde duplicem commisit errorem, quum Sanctus mense majo et in pace quieverit: quod enim de Addæo dicit, ad Aggæum ejus successorem pertinet. Vide supra annotatum* a *capitis* II. *Annis, ait Cureton* (6), *decem aut undecim vineam*

(1) Ancient Docum. pag. 161. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Pag. 132. Edit. Whiston. — (4) Hist. Osrhoena, pag. 16. — (5) Assemani. Biblioth. Or. tom. II, pag. 392. — (6) Ancient Docum. pag. 162.

Edessenam,

A *Edessenam, excoluit* S. Thaddæus. *Qui undecim anni, additi triginta annis æræ christianæ, ducunt ad annum Christi* 44, *littera dominicali D signatum, quo feria quinta hebdomadis concurrit cum die* XIV *maji.*

f *Et hic tertium habemus errorem Bar-Hebræi nascentem ex confusione utriusque episcopi* Addæi *et Aggæi in unam personam.* S. Addæus *seu* Thaddæus *in sepultura regia compositus fuit, ac per aliquod tempus istic permansit. Etenim scriptor noster aperte dicit ejus* memoriam quotannis celebrari.

g *Gulielm. Cureton statum seu conditionem virorum et mulierum ad clerum refert* (1); *quod quidem eatenus admitti potest, quatenus clero accenseantur præter viros etiam mulieres cœlibes, ut erant, diaconissæ. Quæ quidem aut virgines aut viduæ erant, unius viri uxores, ut monstrat Joan. Stiltingus noster in Tractatu præliminari de Diaconissis Ecclesiæ, præfixo Tomo I Septembris Actorum nostrorum.*

h *Disputatur inter eruditos, quis ille rebellis filius Abgari, christiani regis, fuerit.*

B *Ananum eum vocat Moses Chorenensis lib.* II *cap.* XXXI. Mortuo, *ait*, Abgaro, Armeniæ regnum in duas partes divisum est. Ananus, filius ejus, diadema sibi imposuit, Edessæque imperitavit. Sanatruces vero, sororis ejus filius, Armeniam tenuit. Quæcumque his regnantibus, ab aliis scriptoribus traduntur, Thaddæum Apostolum in Armeniam advenisse; Sanatrucem fidem primo amplexum esse, at postea Armeniorum optimatum metu, eam deseruisse; Apostolum et socios ejus in provincia Savarsana morte affectos, quæ nunc Artaza appellatur: diffissum primo saxum, deinde coivisse, ut Apostoli corpus reciperet, quod inde avectum, in planitie discipuli sepeliere; Sanatrucis regis filiam secundum viam martyrium subiisse: Reliquias utriusque ibi comparuisse atque in regionem saxosam inde esse deportatas; hæc omnia, ut diximus, quum ab aliis ante nos fuerint enarrata, non necesse habuimus iterare: ut neque de Addæo, Apostoli discipulo, Edessæ ab Abgari filio, morte affecto, cujus martyrium jam alii declararunt. Qui filius, quum post patris obitum regnum obtineret, non fuit paternæ vir-

C tutis heres, sed simulacrorum templa aperuit atque ethnicorum religiones accepit, misitque ad Addæum, ut diadema byssinum sibi faceret, auro intertextum, ut pridem patri meo faciebas. Hocque responsum ab eo tulit: « Non facient manus meæ diadema capiti indigno, qui Christum non colit, vivum Deum. » Is itaque unum ex armigeris suis statim jussit pedes ejus ferro abscindere; qui quum venisset, eumque in doctrinæ sede sedentem vidisset, stricto gladio, crura ejus abscidit, isque ita statim animam efflavit. Atque hæc breviter delibavimus, quippe ab aliis prius declarata. *Georgius Cedrenus in Compendio Historiarum* (2) *dicit, tyrannum sancti episcopi fuisse non filium, sed nepotem Abgari regis. Sed potior est nobis Mosis, utpote antiquioris, auctoritas, præsertim quoniam illi suffragatur Procopius, Cedreno sexcentis annis senior, dicens lib.* XII *cap.* II (3): E filiis, qui successit (*Abgaro*) in regnum, is mortalium omnium sceleratissimus, quum flagitiorum multorum, quæ in subditos admiserat, pœnam a Romanis metueret, se Persis dedidit. *Idem censet Clem. Galanus in Conciliatione Ecclesiæ Armenæ cum Romana* (4). Secundus, *inquit*, Armeniæ rex post Abagarum fuit filius quidam ejus anonymus, qui christianam patris religionem aspernatus, fideles atrociter insectatus est, ac misere vitam complevit. Tertius fuit Sanatrughus, filius sororis Abagari, cujus imperio sanctos Apostolos Bartholomæum et Thaddæum in regionibus illis interfectos fuisse, narrant Armenii.

D

i *Supra ad caput* II *annotato* f *vidimus S. Aggæum,* S. Thaddæi *successorem, ante ordinationem suam fuisse* serici opificem: *hinc jussio tyranni et crurifragium, quod genus supplicii, in Martyribus aliquando usurpatum vidimus. Sic ad diem* XXIII *maji legimus:* In Cappadocia commemoratio sanctorum Martyrum, qui in persecutione Maximini confractis cruribus necati sunt. *Istiusmodi* supplicium irrogari, *ait Baronius ad hunc locum,* solitum vilioribus tantum personis vel ob aliquod immane sceles. *Quamvis etiam nobilioribus aliquando infligeretur, ut patet in S. Adriano ad diem* IV *martii et* VIII *septembris, qui licet genere clarissimus, cum aliis* XXIII sub Diocletiano imperatore martyrium crurifragio consummarat. *Videtur itaque S. Aggæus episcopus servili supplicio eneclum fuisse. Quod autem duobus latronibus, cum Christo Domino crucifixis, fracta fuerint crura, ut habet Joan.* XIX, 31, *non in augmentum pœnæ, sed in acceleralionem mortis accidit, ne tristi spectaculo funestarent Sabbatum,* erat enim magnus dies ille sabbati.

E

k *Serapion, secundum Chronicon Eusebii* (5), Octavus *Antiochiæ episcopus, intra ultimum decennium sæculi secundi ordinatus: Zephyrinus autem, secundum eumdem Eusebium* (6), *anno* 202 *sedem Romanam conscendit. Ex his liquet, textum graves interpolationes passum fuisse. Nam imprimis Serapion Antiochenus episcopus fuit ante Zephyrinum Papam. Dein toto sæculo anterior fuit Palut Edessæ.*

l *Mosi Chorenensi lib.* II, *cap.* XXXIII (7) *Labulna appellatur* Larubnas, Apsadari scribæ

F filius, *sed loco* Apsadar *versio gallica, ut dicit Cureton* (8), *habet* Apchatar, *ultrumque corruptum ex voce syriaca* Abdschaddai *seu* Ebedschaddai. *Itaque Moses, omisso patre Senac, avum posuit scribam regium. Dr Alishan, Mechitarista scribit Venetiis ad Gullielm. Cureton* (9), *invenisse se codicem manuscriptum, verisimiliter sæc.* XII *in quo scriba regius vocatur* Gharubnia, *qui historiam Abgari et* Thaddæi *conscripsit, operam conferente Anano, regis Abgari familiari. Veridicam historiam mullæ interpolationes, quas et nos signavimus, corruperunt, videntur ipsi laudato Alishan intercalatæ initio sæculi* III *æræ christianæ.*

(1) Ancient Docum. pag. 163. — (2) Pag. 141. Edit. Venet. — (3) Pag. 302. Edit. Venet. — (4) Tom. I, pag. 9. — (5) Migne, Patrol. græc. tom. XIX, col. 566. — (6) Ibid. col. 567. — (7) Pag. 146. Edit. Whiston. — (8) Ancient Docum. pag. 165. — (9) Ibid. pag. 166.

DE

A D

DE S. CYRILLA, VIRGINE ET MARTYRE

DICTA FILIA DECII IMPERATORIS

ROMÆ

V. D. B.

SYLLOGE CRITICA.

§ Unicus. Cœmeterium S. Hippolyti a sinistris viæ Tiburtinæ. S. Cyrillæ gesta non nota nisi ex fabulosis S. Laurentii Actis. Reliquiarum translatio sæculo VIII.

CIRCA ANNUM CCLVIII. S. Cyrillæ, *quæ Decii imp. filia dicitur et cujus sepulcrum in cœmeterio S. Hippolyti sæculo VII adhuc visebatur,*

Non procul ab ecclesia S. Mariæ Majoris, ad orientem, porta S. Laurentii seu Tiburtina patet : altero nomine dicta, quoniam per eam itur ad ædem S. Laurentii extra muros ; altero, quia via Tiburtina per eam strata est. Eo nos vocat hodie S. Cyrilla, *cujus olim celebritas maxima fuit ; quam quippe, nimia veneratione seducti, filiam fecerunt Decii imperatoris. Sequamur imprimis auctorem Itinerarii Romani, quod post alios summa diligentia ex codice Salisburgensi edidit præclarus archæologus Romanus Joannes Baptista Rossi et quo conditio locorum ponlificatu Honorii I, qui ab anno 625 ad annum 638 S. Petri cathedram tenuit, designatur* (1). *Hic itaque peregrinus pius, post visitatam S. Agnetis eadem via Nomentana, solis cursum sequens, sic pergit* (2) : Postea illam viam demittis et pervenies ad S. Ypolitum martyrem, qui requiescit sub terra in cubiculo, et Concordia mulier ejus martyr ante fores ; altero cubiculo S. Triphonia regina et martyr, et Cyrilla filia ejus et martyr, quas Meditus * Decius interfecit uxorem et filiam, et S. Genisius martyr. Postea, *quum scilicet viam Tiburtinam transmiseris,* pervenies ad ecclesiam S. Laurentii ; *adeo ut S. Hippolyti cœmeterium a sinistris viæ Tiburtinæ, S. Laurentii a dextris esset. Contrarium iter tenuit scriptor libri de Locis sanctis, cujus Epitomen, novis curis neque minori studio secundum duos codices Salisburgenses et unum Wirceburgensem editam, debemus similiter laudato Rossio : ex qua Epitome discimus quomodo compositæ essent ædes sacræ partim ante initium, partim post initium sæculi* VII (3). Prope eandem viam *Tiburtinam, inquit hic alter peregrinus* (4), ecclesia est S. Laurentii major.... Inde in Boream sursum in monte basilica S. Hippolyti est, ubi ipse cum familia sua tota XVIII martyres jacet. Carcer ibi est in quo fuit Laurentius. Ibi est Triphonia, uxor Decii cæsaris, et Cyrilla, filia ejus : inter utrasque Concordia et S. Genesus, et multi martyres ibi sunt. *Qui sub medium sæculum* VII *Notitiam portarum, viarum, ecclesiarum circa urbem Romam scripsit* (5), *quam Notitiam Guilielmus Malmesburiensis reipublicæ literariæ bono solus servavit, is non Romam circuire videtur, sed ex singulis portis egredi et vias sequi quasi lineas ex centro urbis emissas.* Sexta porta, *inquit* (6), et via Tiburtina, quæ modo dicitur S. Laurentii. Juxta hanc viam jacet S. Laurentius in sua ecclesia ;..... et ibi non longe Ipolitus vel basilica S. Ipoliti, ubi ipse cum familia sua pausat, id est XVIII *. Et ibi requiescunt beata Triphonia, uxor Decii, et filia ejus Cirilla, et Concordia nutrix ejus, *id est S. Hippolyti.*

* *lege* Messius

* *al.* XXVIII.

conditio et gesta non nota sunt nisi ex fabulosis S. Laurentii Actis,

2 *Licet itaque tam prope determinetur quo loco situm esset S. Hippolyti cœmeterium, hactenus numquam exploratum fuit. Extremo sæculo in id inciderunt fossores atque inde extraxerunt titulum, positum proxime ad S. Hippolyti templum ; sed tum tam segnes erant Romani subterraneorum cœmeteriorum curatores, ut nemo, ne ipse quidem Cajetanus Marinius, eo se contulerit, cryptam inspecturus* (7). *Spes tamen erat sepulcra atque titulos SS. Tryphoniæ et* Cyrillæ *repertum iri, quamquam jam pridem corpora sublata erant. Cujus rei tanta major fuisset utilitas, quo minus hactenus innotuerunt harum cælitum conditio et gesta. Narrat Marchius* (8) *se per S. Cyriacæ seu S. Laurentii cœmeterium penetrasse in cœmeterium S. Hippolyti, cujus aditus per clivum montis adhuc appareat ; sed memoriæ non servavit quæ vidit, et, nisi deceptus fuerit, non intelligo flagrantia desideria et querelas Rossii de Marinii negligentia, retectam S. Hippolyti martyris cryptam non adeuntis. Quæ enim olim non explorasset Marinius, explorare nunc posset multo majore utilitate ipse Rossius. Non itaque hactenus itum fuisse videtur ad pristinas S. Hippolyti, S. Tryphoniæ,* S. Cyrillæ, *et complurium aliorum martyrum cryptas, tanto majori detrimento, quod, quæ de iis traduntur, ut jam in S. Tryphonia ad diem* 18 *hujus mensis monitum est, desumpta fuerunt ex Passione S. Laurentii, quæ potius cyclus est narrationum popularium de præcipuis sanctis martyribus, in cœmeteriis Viæ Tiburtinæ sepultis, quam historia tot præclarorum Christi pugilum. Scatet enim erroribus et fabulis, quemadmodum et ad diem* 10 *augusti in Commentario de S. Laurentio et ad diem* 18 *octobris in Commentario de*

(1) Roma sotterranea cristiana, tom. I, pag. 144. — (2) Ibid. ag. 178. — (3) Ibid. pag. 145. — (4) Ibid. pag. 178. — (5) Ibid. pag. 146. — (6) Ibid. pag. 179. — (7) Ibid. pag. 61. — (8) Monumenti delle arte primitive, pag. 77 et 78.

S. Tryphonia

A *S. Tryphonia ostensum fuit. Atque in hoc posteriori singulariter demonstratum est S. Tryphoniam nequaquam uxorem fuisse Messii Decii imperatoris aut alterutrius ejus filiorum, neque proin ejus filiam* Cyrillam *tam nobili fuisse sanguine; sed Tryphoniæ nomen potius servile esse. Quæ retractare nolim, satis habens lectorem ad hunc locum amandasse. Ex quo illa scripta sunt tempore, multa quidem egregie disputavit Rossius* (1) *de nobilissimis familiis Romanis, ex quibus viri aliquot, multoque plures feminæ longe ante ecclesiæ pacem christianam religionem professi sunt; sed nihil inde colligi posse videtur, quo appareat* S. Cyrillam *et ejus matrem Tryphoniam inter augustas referendas esse.*

ex quibus particula de S. Cyrillæ *conversione,*

3 *Verumtamen non possumus omnino præterire ea, quæ de* S. Cyrilla *sæculo* VI *aut* VII *vulgo traderentur. Si itaque fides dari posset scriptori Actorum S. Laurentii, Decius, patrata S. Laurentii nece, triduum correptus fuisset a dæmone; quæ occasio fuerit conversionis SS. Tryphoniæ et* Cyrillæ. Orto autem
B luctu magno in palatio, *ait ille* (2), uxor Decii Tryphonia, pagana crudelis, videns Decium a dæmone exagitari, jussit sanctos omnes, qui clausi erant, dimitti. Eadem hora mortuus est Decius. Uxor autem ejus venit ad B. Justinum presbyterum, et cum filia Decii Cyrilla misit se cum lacrymis ad pedes ejus orans, ut baptizarentur. Eas cum gaudio excepit B. Justinus presbyter, indixitque illis jejunium ad septem dies. Die septimo expleto, baptizavit eas: quæ res toto orbe divulgata est. Altera die Tryphonia orans reddidit spiritum, et corpus ejus B. Justinus presbyter in ea sepelivit crypta, in qua humatus est S. Hippolytus, quintodecimo calendas novembris. Ab illa die B. Justinus accurate pervestigavit sicubi corpora sanctorum abscondita essent, promisitque præmium militibus. Audientes autem milites Tryphoniam, Decii uxorem, cum filia Cyrilla Christo nomen dedisse, ad sex et quadraginta venerunt ad B. Justinum presbyterum cum uxoribus suis, prostratique ad pedes ejus petierunt se baptizari.

confessione, passione et sepultura hic recitatur. Mortua videtur anno 258.

4 Deinde B. Justinus, collecto omni clero, perquisivit quis in locum B. Sixti substituendus et ordinandus esset. Et ordinaverunt venerabilem virum Dionysium, eumque consecravit Maximus, Ostiensis episcopus. Obtulit autem ei ad baptismum Justinus presbyter quadraginta sex milites, et ab eo baptizati sunt in nomine Sanctæ Trinitatis. His auditis, Claudius princeps jussit comprehendi Cyrillam, filiam Decii cæsaris, et milites, ducique eos ad sacrificandum dæmonibus. Sed illi omnes, contempto ejus præcepto, ipsum pariter irriserunt. Jussit ergo eos in custodiam recipi, Cyrillam vero sibi repræsentari; eique dixit: « Sic tibi visum est præcepta et morem clarissimorum parentum regiamque educationem negligere? » Cyrilla respondit: « Ego christiana sum, ancilla Christi, respuoque dæmonia, quæ vos perducent ad supplicia æterna, cum illis perituros. » Claudius dixit: « Assentire nobis et sacrifica diis, nubasque viro, qui respondeat tuis natalibus. » Cyrilla respondit: « Ego jam nupsi viro, qui me veram docuit sapientiam, nempe Domino Jesu Christo, cui semel tradita sum. » Claudius, ira fervescens, præcepit ut jugularetur. Cumque necata esset gladio, voluit corpus ejus in platea canibus relinqui. Collegit autem corpus ejus B. Justinus presbyter, et sepelivit cum matre ejus, ubi jam ante posuerat corpus B. Laurentii *(immo* Hippolyti), quinto kalendas novembris. *Ad quæ hæc pauca animadvertam S. Justinum, qui tot martyres sepelivit, presbyterum creatum fuisse a S. Sixto, qui non ante annum* 257 *pontificatum supremum adeptus est, sex minimum annis post Decii mortem; atque anno* 258, *quo S. Laurentius martyrium fecit, Valerianum, non Claudium, imperatorem fuisse, eumdemque Valerianum non Romæ, sed in Oriente versatum esse, adeoque* S. Cyrillam, *quæ paulo post S. Laurentium mortem subiit, non ab imperatore, sed a præfecto Urbis aliove magistratu capitali pœna fuisse damnatam* (3).

Laudes S. Cyrillæ *in martyrologiis desumptæ ex iisdem Actis.*

5 *Ex hac itaque lacinia Actorum S. Laurentii desumpta sunt quæ passim in martyrologiis de S. Cyrilla leguntur ad diem* 28 *octobris. Reliquis præiverunt venerabilis Beda, cujus Martyrologium in capite tomi* II *Martii edidit Papebrochius, et Martyrologium Romanum Parvum, editum a Rosweydo atque iterum a Georgio. In hoc posteriore hæc hodie legitur annuntiatio:* Romæ, Cyrillæ filiæ Decii cæsaris. *Copiosior esse voluit venerabilis Beda:* Romæ, *inquit,* S. Cyrillæ, filiæ Decii cæsaris, quæ sub Claudio principe jugulata et necata est gladio, et sepulta a Justino presbytero cum matre sua juxta S. Hippolytum. *Bedam, nulla mutatione facta, secuti sunt Ado Viennensis et Rabanus Maurus; similiter Usuardus, nisi quod brevitatis causa omisit:* Et sepulta, *etc.; Fuldense Martyrologium, a Georgio editum, resecuit insuper* jugulata et. *Non abludit Wandelbertus, ligato sermone usus:*

Cæsare nata micat Decio hic Cyrilla, beatis
Virgo animis, et cui Decius haud editor esset.

Demum, ut alios minoris nominis fastos omittam, Baronius in Martyrologio Romano, expuncta Decii paternitate, hæc proposuit: F
Romæ sanctæ Cyrillæ virginis, filiæ sanctæ Tryphoniæ, quæ sub Claudio principe pro Christo jugulata est.

Sub medium sæculum VIII S. Paulus papa I transfert ejus reliquias in templum S. Martini in Montibus.

6 *In annotatis subdit Baronius* S. Cyrillæ *aliarumque sanctarum corpora a Sergio Juniore translata fuisse in titulum Equitii; qui titulus et Silvestri et Equitii dictus est, atque etiam monasterium S. Silvestri, seu SS. Stephani et Silvestri in Campo Martio, dein S. Silvestri et S. Martini, et demum S. Martini in Montibus; ubi a sæculo* XIII *sacra faciunt Carmelitæ. Sed in Commentario de S. Tryphonia ostensum est venerabilia corpora humo effossa fuisse a S. Paulo papa I inter annos* 757 *et* 761, *tum quoniam neglecta jacerent cœmeteria, tum quoniam sanctorum corpora inde furto auferrent Longobardi, Romana suburbia vastantes* (4). *Quæ illic*

(1) Roma Sotterr. tom. I, pag. 309 et seqq. Cfr Bullettino di archeologia cristiana, 1865, pag. 17 et seqq. et 1866, pag. 23 et seqq. — (2) Ap. Surium, De probatis SS. Vitis, Augustus, pag. 99, edit. 1618. — (3) Cfr Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 119. — (4) Ibid. pag. 322 et 325.

copiose.

AUCTORE V. D. B.

copiose de S. Tryphoniæ reliquiis disputata sunt, pertinent quoque ad S. Cyrillæ *exuvias; neque videntur hoc loco repetenda. In tabula marmorea Silvestrina* (1) *fracta, sed verisimiliter ex scriptione membranea restaurata, legitur :* MENSE. OCT. D. XIII. N. SCÆ [CYRILLÆ V. ET M.] *Alibi nuspiam occurrit* S. Cyrillæ *natalis ad diem* 13 *octobris ; ut restauratores errasse videantur.* D

(1) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 322 et 325.

DE S. FIRMILIANO, EPISCOPO CONFESSORE

CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA

B. B.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. S. Firmilianus, vir præclarissimus, nobili genere apud Cappadoces ortus erat. Discipulus fuit Origenis, ad quem amicum suum S. Gregorium Thaumaturgum perduxit. Circa annum 232 fit episcopus Cæsareæ. E

B

ANNO CCLXIX. S. Firmilianus, *vir præclarus valde,*

Summis laudibus S. Firmilianum *ornant Græci. Eusebius ubi de episcopis, qui in causa Pauli Samosateni convenerant Antiochiæ, ait* (1) : Inter quos maxime eminebant τούτων οἵ μάλιστα διέπρεπον Firmilianus Cæsareæ Cappadocum episcopus, Gregorius *(Thaumaturgus)* et Athenodorus fratres, ecclesiarum apud Pontum episcopi, *etc. Alibi eadem voce* διέπρεπε *usus jam erat de* Firmiliano *loquens Eusebius* (2) : Florebat tunc temporis. *Verterat autem sæc.* IV *Ruffinus* (3) : Per idem tempus erat in episcopis magnificus Firmilianus Cappadocum gentis urbis Cæsareæ. *Et Dionysius, Alexandrinus episcopus, in epistola ad Dionysium papam, apud eumdem Eusebium* (4) : Scias autem, frater,... omnes ubicumque (*per Orientem*) antistites unum idemque sentire..... Demetrianum scilicet episcopum Antiochiæ..... Firmilianum denique cum universa Cappadocia. Solos enim illustriores episcopos nominavi, ne forte epistola nostra prolixior et oratio molestior redderetur. *Sic etiam Gregorius Nyssenus in* C *Vita S. Gregorii Thaumaturgi* (5) : Posteaquam *(Thaumaturgus),...* incidisset in Firmilianum... similem moribus et ingenio, ut ille in sequenti vita ostendit, cum Cæsariensium ecclesiæ ornamento fuit. *Et sæculo* V *Theodoretus, Cyri episcopus, in* hæreticarum fabularum Compendio *scribit* (6) : Firmilianus, Cæsareæ Cappadociæ episcopus, vir illustris et qui scientia utraque pollebat, tum externa tum divina. *Huc pariter referri possunt, quæ in actis SS. Capitolinæ et Eroteidis leguntur. Illa interrogata de* parentibus, *respondet :* Tu quidem, o judex, terrena cogitans, genus meum carnale suspicis, et a me majores dehonestari existimas, quia pro fide Christi certo : ego vero præcipue eos miror, quos non tantum martyres, sed et verbi divini magistros et præcones, quasi quosdam nobiles ac speciosos ramos protulerunt. E quibus magnus ille Firmilianus insanum vestrum errorem detestatus, et evangelicæ prædicationi fide adhibita, dux eorum quos infidelitas cæcos facit ad lucem solis justitiæ viam monstravit et hujus gregis *(Cæsariensis)* pastor factus est. Cujus ego vestigiis inhærens Dominum... Christum confitebor regem regum. *Quo autem spectat ad cognationem, dictum est in Actis illarum sanctarum martyrum (die præcedenti et hoc tomo p.* 211) *intelligendam potius* mystico quodam sensu. *Prætermittimus hujusmodi testimonia Græcorum alia, quæ haud difficulter invenirentur, ut ad Baronium veniamus, qui non minora de* Firmiliano *prædicat, simul tamen damnans (ut oportebat) partes, quas egerat ille in quæstione de hæreticorum Baptismate, qua de re infra erit fusius tractandum.* Magnam profecto *(verba sunt Baronii* (7)) attulit offensionem cunctis ecclesiis Firmiliani naufragium, qui et doctrina et sanctitudine morum nulli propemodum illorum temporum videbatur esse secundus. Quem postea ad meliorem frugem redditum et communioni catholicæ restitutum ac in ecclesiæ pace pie sancteque defunctum Græci colunt et venerantur. *Nec tamen ejus nomen Baronius inscriptum voluit Martyrologio Romano, ut alibi videbitur. His præmissis res* S. Firmiliani *gestas ex ordine, narrandas et, quantum licuerit, suscipimus elucidandas, ordientes ab ejus natalibus.* F

2 *Oriundus erat ex Cappadocia et quidem nobili genere editus. Disserte hoc testatur S. Gregorius Nyssenus, cujus pauca quædam verba numero superiore recitavi ex Vita S. Gregorii Neocæsariensis ; hic autem totum locum adscribo :* Posteaquam *(Gregorius)* omnibus disciplinis externæ sapientiæ percursis incidisset in Firmilianum quemdam patricium Cappadocem ἐνέτυχε Φιρμιλιανῷ τινι τῶν εὐπατριδῶν Καππαδόκῃ, similem moribus et ingenio, ut ille in sequenti vita ostendit, cum Cæsariensium

oriundus ex Cappadocia, nobili genere, discipulus fuit Origenis.

(1) Ecclesiastica historia. lib. VII, cap. 28, pag. 278. Edit. Valesii. Moguntiæ 1672. — (2) Lib. VI, cap. 26, pag. 228. — (3) Ruffinus Frobeni, pag. 148. — (4) Lib. VII, cap. V, pag. 251. — (5) Migne, Patrologia græca, tom. 46, col. 906. — (6) Ibid. tom. 83, col. 394. — (7) Ad an. 238, num. XLVII.

ecclesiæ

A ecclesiæ ornamento fuit, et animi sui consilium ac vitæ propositum amico patefecisset, quod ad Deum videlicet spectaret; et illius studium circa idem desiderium convenire intellexisset; relicto omni studio externæ philosophiæ, accedit una cum illo ad eum, qui in eo tempore christianorum philosophiæ princeps erat (is autem erat Origenes *etc.* (1)*). Quibus ex verbis communiter inferunt,* Firmilianum *parentibus ortum ethnicis atque ab Origene conversum ad fidem Jesu Christi. Indicare præterea videtur Nyssenus utrumque, scilicet* Firmilianum *et Thaumaturgum, simul et quidem tunc primum ad Origenem accessisse atque ab eo in disciplina christiana instrui cœptos; quod cum reliqua historia vix composueris. S. Gregorius, auctore Tillemontio* (2), *Origenem convenit Cæsareæ circa annum* 231, *apud eumque permansit usque ad annum fere* 235, *ad quem postea rediit anno* 237, *et sequenti baptismum accepit. Porro Eusebius scribit* (3), *sub anno* decimo *imperatoris Alexandri Severi* floruisse διέπρεπε... Firmilianum Cæsareæ apud Cappadocas episcopum. *Cum Alexander imperium*
B *adeptus sit anno* 222 (4), *imperii ejus annus decimus respondet anno Christi* 232. *Si objicias* Firmilianum *dici ab Eusebio* episcopum, *non quod jam tunc dignitate illa præfulgeret, sed per prolepsim seu anticipationem, utpote qui multos annos ecclesiæ Cæsariensi et quidem egregia cum laude præfuit; non omnino negavero, quamvis altera sententia longe probabilior sit; verum si hoc etiam daretur, non plane perspicerem, quomodo* tunc temporis floruisset, *si recens tantum christianis eruditi disciplinis cœpisset.*

Episcopus Cæsareæ Cappadocum, probabilius circa an. 232,

3 *Cæterum constat initium episcopatus* S. Firmiliani *haud multum ab anno* decimo *Alexandri removendum. Juverit integrum Eusebii locum oculis subjecisse.* Decimus hic erat annus jam dicti imperatoris Alexandri *(id est anno Christi* 232), cum Origenes ab urbe Alexandrina Cæsaream migraturus, scholam ad fideles ejus loci instituendos Heraclæ dereliquit. Nec multo post Demetrius Alexandrinorum episcopus fato functus est, cum per tres et quadraginta annos ecclesiam administrasset. In hujus locum successit Heraclas. Florebat
C tunc temporis Firmilianus Cæsareæ apud Cappadocas episcopus. *Atque hæc Eusebius, ex Henrici Valesii interpretatione, lib.* IV, *cap.* XXVI *et* XXVII (5). *Sequenti capite orditur :* Interea cæso Alexandro imperatore, qui tredecim annis regnaverat, in ejus locum succedit Maximinus (6). *Itaque hæc breviter de rebus sub Alexandro gestis ab anno ejus imperii* decimo, *Christi* 232, *ad annum* decimum tertium, *Christi* 235, *quo reipsa* 19 *martii prope Moguntiam in militum seditione trucidatus est* (7); *nec tamen Eusebius quid singulis istis annis actum definit, sed quid toto quadriennio contigerit summatim exponit. Hoc ergo temporis intervallo* Origenes Alexandria migravit Cæsaream; Demetrius fato functus est; in ejus locum successit Heraclas; floruit Firmilianus. *Certum porro ex his est Origenem Cæsaream se contulisse anno* 231 *vel sequenti, scilicet ante obitum S. Demetrii, qui illum Alexandria excedere coëgit; mors autem S. Demetrii ultra annum* 232 *removenda non est, ut habent Sollerius in Patriarchis Alexandrinis* (8) *et Hubenus in Actis S. Demetrii ad diem* IX *octobris* (9). *Ejus successor S. Heraclas, teste eodem Sollerio tum ubi supra tum in Actis ad diem* XIV *julii* (10), *cathedram Alexandrinam conscendit anno* 231, *vel, ut aliis præplacet, sequenti. Atqui* florebat tunc temporis Firmilianus... episcopus; *certe non* ante *annum Alexandri* decimum, *nec* post *ejusdem annum* decimum tertium; *probabilius, ex Eusebiano contextu, circa priorem. Consentire videtur Michael Lequien, ubi de provincia Cappadociæ I :* Ex Origenis discipulo, *inquit* (11), Cæsareæ episcopus creatus est circa Alexandri Severi imperatoris annum 13 seu Christi 233, quo tempore Heraclas Alexandrinæ ecclesiæ præerat, ut innuit Eusebius. *Attamen, ut annus Alexandri* 13ˢ *incidat in an. Christi* 233, *pleni tantum numerandi sunt anni hujus augusti, demptis primo seu* 222, *quo cœpit imperium* XI *Martii, et ultimo seu* 235, *quo* E *desiit* XIX *ejusdem mensis* (12). *Concordant Valesius* (13) *Tillemontius* (14) *Pagius* (15), *anno* 231 *innectentes primordia episcopatus* S. Firmiliani.

AUCTORE B. B.

inducit S. Gregorium *Thaumaturgum ut ad Origenem accedat.*

4 *Ex his præterea efficitur, quod supra monui,* Firmilianum *Origenis auditorem fuisse multo antequam S. Gregorius ad eumdem, suadente amico, accesserit. Si enim Origenem primum convenisset una cum Thaumaturgo (circiter an.* 231, *ut diximus) ad infulas promotus inveniretur* S. Firmilianus *cum vix rebus divinis studere cœpisset imo nec probabiliter baptismo initiatus. Cæterum ex verbis Nysseni penitius expensis, efficitur quidem Thaumaturgum tunc ad Origenem ab amico* Firmiliano *perductum, minime vero hunc* philosophiæ principi *operam ante non dedisse. Igitur, ut paucis contraham dicta :* Firmilianus *nobilis Cappadox, rebus divinis instructus ab Origene (cui deinceps perpetuo addictissimus permansit), baptismo initiatur. Factus episcopus Cæsareæ probabilius circa annum* 232, *sub initium sui regiminis Gregorium Thaumaturgum, eadem patria ortum, ad Orige-* F *nem, Cæsareæ Cappadocum tunc commorantem, perduxit, a quo ille pietatem edoctus, aliquot post annis sedem Neocæsariensem imo et ecclesiam Dei universam doctrina, prodigiis et sanctitate illustravit. Ejus Acta dabuntur ad diem* XVII *novembris, quo festiva recurrit memoria.*

(1) Migne, ubi supra, tom. 46, col. 906. — (2) Mémoires, tom. IV, pag. 773, item pag. 520 et seqq. — (3) Hist. eccles. lib. V, cap. 25, pag. 228. — (4) Art de vérifier les dates, pag. 343. — (5) Pag. 228. — (6) Ibidem. — (7) Art. de vérif. pag. 343. — (8) Acta SS. tom. V Junii, pag. 24*. — (9) Ibid. tom. IV Octob. pag. 856. — (10) Ibid. tom. III Julii, pag. 646. — (11) Oriens Christianus, tom. I, col. 369. — (12) Conf. Art de vérif. ubi supra. — (13) Notæ ad lib. VII, cap. 7, Eusebii, pag. 143. — (14) Mém. tom. IV, pag. 309. — (15) Ad Baronii annum 258, num. XIV et seq.

§ II.

AUCTORE B. B.

§ II. De synodo Iconiensi, cui interfuit S. Firmilianus. Quo tempore celebrata. Urbis Iconii et Sedis brevis notitia.

Synodo Iconiensi

Quæ dicta sunt de initio episcopatus S. Firmiliani *confirmantur ex synodo Iconiensi cui eum interfuisse vix dubium. Istius synodi diserte meminit apud Eusebium S. Dionysius Alexandrinus (notum est hujus scripta, paucis exceptis fragmentis ad nos non pervenisse). Scilicet in* epistola *(verbis utor Eusebii* (1)*)* ad Philemonem ecclesiæ Romanæ presbyterum de baptismo scripta, *sic habet Dionysius :* Illud præterea didici, non ab Afris solis hunc morem *rebaptizandi hæreticos* nunc primum invectum fuisse, sed et multo antea, superiorum episcoporum temporibus, in
B ecclesiis populosissimis et in conciliis fratrum apud Iconium et Synnada... idem sancitum fuisse. *Locum hunc Eusebii brevius reddit Ruffinus :* In ipso quoque libello commemorat *Dionysius*, non tunc primum in Africa de hæreticis rebaptizandis ab episcopis esse decretum, sed et antea jam in nonnullis ecclesiis et conciliis episcoporum, velut in Iconio atque aliis locis de hoc fuisse tractatum. *Sic in Ruffino Frobeni, Basileæ* 1535 (2). *(De editionibus Ruffinianæ versionis vide, si libet, Patrologiam lat. Mign. ex recensione Schœnemanni* (3)*). Confer Nicephorum Callistum, ecclesiasticæ historiæ libro* IV *capite* IX.) *Sed* Firmilianus *ipse explicatius de Iconiensi concilio loquitur in epistola ad S. Cyprianum, de qua redibit infra quæstio, an sincera sit nec ne. Ait vero* Firmilianus (4) : Quod totum nos jam pridem in Iconio, qui Phrygiæ locus est, collecti in unum, convenientibus ex Galatia et Cilicia et cæteris proximis regionibus confirmavimus. *etc. Et infra rursus* (5) : Plurimi simul convenientes in Iconio diligentissime tractavimus et confirmavimus repudiandum esse omnino baptisma,
C quod sit extra ecclesiam constitutum. *Quibus ex testimoniis aperte constat de habito Iconii concilio. Unde Marcellinus Molkenbuhr, qui* fictitium *illud asserit,* confictam *quoque asserit* epistolam quæ sub Firmiliani nomine circumfertur (6), *omnique conatu id probare intendit speciali dissertatione, de qua plura erunt dicenda. Quod autem ad Eusebium spectat,* epistolam S. Dionysii, *inquit* (7), prout hæc modo legitur apud Eusebium, interpolatam esse, alia vice ostendam; *itaque negat concilium Iconii celebratum, quod spuria existimet bina testimonia a nobis prolata. Raros vir diligens nactus asseclas est, præsertim ubi de interpolatione Eusebii disserit. Non putem itaque serio in dubium vocari posse synodum illam Iconiensem, quam eruditi communiter absque scrupulo admittunt. Suspicatur D. Remigius* D *Ceillier* (8), *S. Augustinum de hac synodo locutum, cum lib.* III *contra Cresconium scripserit :* Proinde si omnino jam credendum sit quinquaginta episcopis orientalium id esse visum *etc. Quod si ita se habeat, recte censuerunt Bailletus* (9) *et Dusmenilius* (10), *Iconii convenisse episcopos quinquaginta. Quod etiam verisimile censet Hefelius* (11).

interfuit S. Firmilianus,

5 *Communis quoque sententia est* Firmilianum *illi interfuisse. Hæsit paululum Valesius: nam in verba* quod totum nos jam pridem *notat* (12): Ubi pronomen « nos », non de ipsius Firmiliani persona, sed potius de ejus decessoribus accipiendum est. *Aliam non dat rationem, nisi quod* Firmilianus ipse synodi hujus vetustatem manifestissime indicet. *Scripta censetur* Firmiliani *epistola circiter annum* 256 ; *synodus, ut mox ostendam, celebrata circa annum* 232 ; *jure ergo potuit dici* jam pridem *habita ; nihilque obest quominus adfuerit* Firmilianus, *qui jam tunc potuit esse episcopus imo et probabilius erat. Cæterum Valesius addidit* (13) : Dicet aliquis Firmilianum utrobique *(duobus supra recitatis locis)* de se ipso loqui, ac proin- E
de illum Iconiensi synodo interfuisse. Esto : interfuerit... quando ita placet : neque enim id negare velim pertinacius. *Addo me præter Valesium reperisse neminem qui dubitarit.* At saltem, *inquit Lequien* (14), Firmilianus ipse epistola ad Cyprianum Carthaginensem, unum se testatur fuisse ex episcopis qui ex Galatia et Phrygia Iconii, Phrygiæ tunc seu Pisidiæ potius oppido, collecti, baptisma ab illorum temporum hæreticis datum jam pridem proscripserint. *Imo, qua fide ignoro, ait alibi* (15) *synodum a* Firmiliano *fuisse* coactam ; *atque hinc forte est, quod non nemini in mentem venerit eum præsedisse. De synodo Synnadensi, quam S. Dionysius commemorat, nihil peculiariter nobis innotuit* (16), *nec ejus meminit* Firmilianus, *ideo forte quod absoleta jam esset illius memoria ; adeoque celebratam autumat Döllinger* (17) *decennio fere ante* Firmiliani *episcopatum, forte eodem tempore quo suam habuit Agrippinus Carthagine in rebaptizationis quæstione, scilicet inter annum* 218 *et annum* 222.

celebratæ circiter an. 232.

6 *Quod autem spectat ad tempus quo Iconii convenerint, censet Baronius sub Stephano papa contigisse. Consentit Cabassutius :* Iisdem fere temporibus, *inquit* (18), Stephano summo pontifice, duæ in Asia partibus synodi hoc idem, de rebaptizandis hæreticis quibuscumque, decreverant, Iconii et Synnadis anno circiter 256, quarum meminere S. Dionysius et Eusebius lib. VII cap. VII. *Observat Pagius* (19), Baronium deceptum, *quod non distinxerat* tempus, quo *quæstio de rebaptizandis* primum agitata fuit, illudque quo turbas in ecclesia excitare cœpit. Primum ante Stephani pontificatum, sive in Africa sub Agripino, sive in Oriente, dum Iconii et Synnadæ concilia celebrata, contigit; secundum præsenti anno (255) aut tardius insequenti, Stephano eccle-

(1) Hist. lib. VII, cap. 7, pag. 253. — (2) Pag. 161 et 162. — (3) Tom. XXI. col. 21 et seq. — (4) Opera S. Cypriani, Epist. 75, col. 304. Edit. Venetiis 1728. — (5) Ibid. col. 309. — (6) Binæ dissertationes de S. Firmiliano. Ia. pag. VIII. — (7) Ibid. pag. 14. — (8) Autheurs sacrés, tom. III, pag. 563. — (9) Vies des Saints, tom. V, pag. 411. — (10) Doctrina et disciplina ecclesiæ, tom. I, pag. 354.—(11) Conciliengeschichte, tom. I, pag. 98 et seq. — (12) Annotationes in Eusebium, pag. 143. — (13) Ibidem. — (14) Oriens Christianus, tom. I, col. 369. — (15) Col. 1063. — (16) Ceillier ubi supra. — (17) Hippolitus und Kallistus, pag. 191 et seq. Conf. Hefele Conciliengeschichte, tom. I, pag. 99. — (18) Notitia ecclesiastica, pag. 67, in-fol.— (19) Ad an. 238 Baronii, Pagii 233.

siam

A siam administrante, sine dubio evenit. *Et enucleate magis Valesius loc. cit.* : Illud tamen constanter affirmo, diu ante Stephani papæ tempora Iconiensem hanc synodum fuisse celebratam. Nam et Firmilianus scribens ad Cyprianum, qui tunc præerat ecclesiæ Carthaginensi, diserte affirmat Iconiensem synodum « jam pridem » collectam fuisse. Et Dionysius Alexandrinus in epistola ad Philemonem..... quam scripsit sub initio pontificatus Xysti papæ, testatur synodum illam celebratam esse πρὸ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους. Sub extrema igitur tempora Alexandri Severi collecta esse videtur hæc synodus. Quo quidem tempore Firmilianus ad Cæsariensis ecclesiæ sacerdotium recens promotus fuerat, ut docet Eusebius in lib. VI. Quare non possum assentiri Baronio ac Binio, qui Iconiensem synodum contulerunt in annum Christi 258, qui annus est secundus Stephani papæ. *Notemus tamen obiter (quoniam nostra parum interest) martyrio coronatum S. Stephanum die secunda Augusti an.*257, *ut magis probata habet eruditorum sententia. Vide Acta nostra ad præfatum diem* (1). *Id ergo*
B *certum, ut mihi quidem videtur, Iconii convenisse* multo antea *quam Stephanus cathedræ Romanæ insideret, et S. Cypriano ejusque sequacibus celebre dederit rescriptum. Ast quo anno celebrata synodus? Est enim intercapedo plurimorum annorum inter initium episcopatus* S. Firmiliani *et tempus quo suam misit episcopo Carthaginensi epistolam. In diversa abeunt eruditi. Rem in medio relinquit Lequien* (2); *sub extrema Alexandri Severi tempora, Valesius* (3), *Pagius* (4) *et Bailletus* (5); *circa annum* 230 *vel* 231, *Tillemontius* (6) *et Ceillerus* (7); *Benedictini* (8) *hærent Valesium inter et Tillemontium, quorum, aiunt et rec te quidem, sententia vix discordat; idem tenet Carolus Jos. Hefele* (9), *nullam videns rationem cur non fas sit concilii Iconiensis celebrationem cum Valesio et Pagio innecti anno* 230 *vel* 235, *aut eorum alicui intermedio.* Cum *inquit,* scripta sit Firmiliani epistola circiter medio sæculo tertio; et hic « jam pridem » habitam synodum declaret; haud absurdum videtur ante annos ferme viginti contigisse. Idem efficitur ex Dionysii
C verbis ad Stephanum πρὸ πολλοῦ. *Sic quoque Döllinger in annum propendet fere* 231 (10). *Horum nemini adhærens Moronius scribit* (11) : anno 231 vel 235 aut etiam 256 habitus est conventus Iconii. *Satis itaque consentiunt scriptores melioris notæ* in extrema Severi tempora. *Idem haud obscure mihi effici videtur ex epistola* S. Firmiliani *ad Cyprianum, ubi testatur ille,* ante viginti et duos fere annos, temporibus post Alexandrum imperatorem multas istic *(in Cappadocia)* conflictationes et pressuras accidisse (12). *Cum scripta epistola sit anno* 256, *liquet calamitates istas adscribendas anno fere* 234; *quo tempore Alexandro successit Maximinus et imperium tribus tenuit annis. Hic cum ab exordio usque ad exitum regiminis perpetuo christianis et præcipue episcopis (ut diserte habet Eusebius* (13)*) maxime infensus fuerit, non est virisimile eos facile potuisse convenire tunc Iconii; quod contra fieri facillime potuit sub Alexandro, christianis constanter amico. Atque hinc rursus in* extrema *hujus imperatoris* tempora *incidimus. Confer Hefele* (14), *qui eodem modo arguit ex epistola sancti* Firmiliani. *Margini ego adscripsi* circa annum 232, *quod hic ex obvio calculo incidat in annum Severi* decimum, *quo jam floruisse testatur Eusebius* Firmilianum. *Atque hæc satis de quæstione, quam certo omnino definire ex disertis antiquorum testimoniis non datur.*

AUCTORE B. B.

Notitia de Iconio urbe,

8 *Certum est Iconium proprie spectare ad Lycaoniam; sic communiter Plinius, Ptolemæus, Strabo, Stephanus Byzantinus aliique. Vide Cellarium* (15). *Nonnumquam dicitur* oppidum Pisidiæ, *ut apud Ammianum Marcellinum lib.* XIV, *cap.* II (16). *Notat autem Holstenius,* usitatissimum auctoribus, harum provinciarum fines confundere (17), *ut unus Pi-* E
sidiæ tribuat quod alter Lycaoniæ, et vice versa. Quidni idem dicamus etiam de Phrygia, cui similiter contermina in tabulis cernitur Lycaonia? Teste Cellario (18) : Lycaonia inter Pamphiliam, Cappadociam, Pisidiam, Phrygiamque contenta. *Et paulo explicatius Lequien* (19) : Lycaonia proprie dicta regio fuit Phrygiæ, Pisidiæ, Isauriæ, Cataoniæ, Cappadociæ et Galatiæ contermina, in illarum medio existens. *Ut ergo alii Iconium in Pisidia, sic* Firmilianus *in Phrygia potuit dicere situm. Pluribus ante illum sæculis scribebat Xenophon de Cyro* : Proficiscitur Iconium, extremam Phrygiæ urbem τῆς Φρυγίας πόλιν ἐσχάτην. inde per Lycaoniam... iter fecit (20). *Cæterum ipse urbis situs ansam præbuit ut modo uni modo alteri adscriberetur regioni. Sic enim habet Basilius Seleuciensis* (21) : Πόλις δὲ αὐτη Λυκαονίας, τῆς μεν ἑῴας οὐ πολλὺ ἀπέχουσα, τῇ δὲ Ἀσιανῶν μαλλόν τι προσορμίζουσα, καὶ τῆς Πισιδῶν καὶ Φρυγῶν χώρας ἐν προοιμίῳ κειμένη. Urbs ea *(Iconium)* est Lycaoniæ, ab Oriente non procul distans : Asiam tamen versus magis accedens, et in ipso Pisidarum Phrygumque aditu jacens. F
Atque hæc sufficiunt ut explicetur qui Firmilianus *Iconium* Phrygiæ locum *dixerit, quin necesse sit supponere urbem illo tempore ad hanc provinciam spectasse; quod utique nullo ideoneo probatum invenio testimonio. Unde Conradus Mannert :* Iconium, *inquit* (22) antiquissima civitas et Persarum ævo, *ut ex Xenophonte efficitur,* ad Phrygiam orientalem pertinens, a posterioribus scriptoribus metropolis Lycaoniæ habetur. *Est autem Iconium Plinio* urbs celeberrima (23); *Straboni* oppidum probe conditum πολίχνιον εὖ συνῳκισμένον (24), *quod vertit Cellarius* (25), parvum oppidum,

(1) Tom. I Aug. pag. 114 et seqq. Conf. Art de vérifier les dates, pag. 233. — (2) Oriens Ch. tom. I, col. 569. — (3) Annotationes, pag. 143. — (4) Ad an. Baronii 258, num. XVI. — (5) Vies des Saints, 28 Oct. — (6) Mém. tom. IV, pag. 140. — (7) Autheurs, tom. III, pag. 304 et seq. — (8) Art de vérifier les dates, pag. 171. — (9) Conciliengeschichte, tom. I, pag. 98. — (10) Hyppolitus und Kallistus. pag. 192. — (11) Dizionario *voce* Iconio, tom. XXXIII, pag. 268. — (12) Migne, Patrologia, tom. III, col. 1163. — (13) Hist. eccles. lib. VI, cap. 28. — (14) Conciliengeschichte ubi supra. — (15) Notitia orbis antiqui, tom. II, pag. 172 et seq. Edit. Schwartz. Lipsiæ 1773. — (16) Amm. Marcel. Gronovii, pag. 9. Lugduni Batavorum 1693. — (17) Notæ et castigationes in Stephanum Byzantinum, pag. 145. — (18) Ubi supra, pag. 171. — (19) Oriens Christianus, tom. I, col. 1063 et 66. — (20) Ἀνάβασις, lib. I, cap. 11. Opera Xenoph. pag. 189 et seq. Didot. Paris. 1853. — (21) Basilius Seleuciensis de Vita S. Theclæ, lib. I. Migne, Patrol. græca, tom. LXXXV, col. 481 et seq. — (22) Geographie der Griechen und Römer, tom. VI, part. II, pag. 195. — (23) Hist. nat. lib. V, Harduin. tom. I, pag. 588 in-4°. — (24) Lib. XII, pag. 822. Oxonii 1807. — (25) Ubi supra, pag. 172. —

AUCTORE B. B.

bene tamen ædificatum. *Ex Actis apostolorum discimus* (1), *sanctum Paulum Iconii aliquamdiu moratum; et urbs significatur, ut ait Cellarius, magna et frequens, utpote quæ* magnam multitudinem Judæorum et Græcorum *haberet. Ad propiora nobis quod spectat tempora, secundum Ritterum* (2), *Konia (Iconium), olim celebris sedes Sultanorum Seldjucidarum, et prius antiqua metropolis Lycaoniæ, adhuc hodie præcipua statio est turmarum peregrinantium, vulgo caravanarum. Et Cl. Carolus Texier, qui regionem ipse invisit, monet urbem, ex quo in Turcarum venerat potestatem, primum, satis præclare auctam atque ornatam* (3); *tum vero paulatim decidisse. Hodierna laudat suburbia, et exhibet rudera, eaque adhuc insignia, antiqui palatii Sultanorum, quod in urbis umbilico exurgebat* (4). *Nunc antiquum Iconium dicitur* Konieh, *estque caput provinciæ ejusdem nominis in Turcarum imperio asiatico. Incolas numerat circiter* 30,000 (5). *Appellatur etiam* Konia, Cogni. *Unde Lequien :* Stat, hodieque, *inquit* (6), civitas « Iconium »
B et « Cogni » vulgo dicitur; *ita forte erat sæculo præterito, nostro autem præstantiores geographi dicunt* Konieh, *alicubi* Conieh, *voce ab* Iconium *parce* detorta.

metropoli Lycaoniæ.

9 Iconiensis ecclesia metropoliticis juribus ab apostolorum ævo potita est; quæ tamen subinde imminuta fuere (7). *In notitiis episcopatuum Lycaoniæ primo loco ponitur Iconiensis utpote metropolitanus; provincia autem Lycaoniæ, cujus metropolis Iconium, venit ordine* XII *sub patriarcha Constantinopolitano.* Iconiensis vero antistes, *ait laudatus Lequien*, Valente imperatore, Pamphiliæ, Pisidiæ et Lycaoniæ ecclesiarum curam gerebat, ceu Iconium uti Lyaoniæ ita et aliarum duarum metropolis et caput esset. Quocirca in indice latino patrum Nicænæ synodi, omissa Lycaoniæ provinciæ mentione, primus « Pisidiæ » episcoporum est « Eulalius Iconiensis, « moxque Pisidiæ et Lycaoniæ episcopi mistim eadem serie recensentur. *Hæc jurisdictio non iisdem circumscripta limitibus continue exstitit, ut cernere est apud laudatum scriptorem, videturque sub concilio, cujus meminit* Firmilia-
C nus, *insulas Iconienses tenuisse Celsus, quem refert Eusebius Paulinum laicum rogasse ut fideles ecclesiæ suæ eruditet* (8). *Inter cæteros Iconii metropolitanos (ita perpetuo nominantur) celeberrimus est S. Amphilochius, ad quem S. Basilius Magnus plures scripsit epistolas seu tractatus.* Sæculo undecimo, Iconio cum tota illa regione a barbaris Mahommedanis occupato *constitutoque circa annum* 1074 *Seldjucidarum imperio,* Iconiensis ecclesia, pene tota desiit ut et aliæ fere omnes illius Anatolici tractus, quarum metropolitæ Constantinopoli creabantur; ut vero quæ ad victum necessaria essent, eis suppeterent, Alexii Comneni imp. constitutione sancitum est, ut monasteriorum præfecturis, fraternitatibus, aliisque sacrarum domorum officiis donarentur (9). *Nostris diebus Iconium est titulus archiepiscopalis* in partibus infidelium, *quem, inter cæteros, anno* 1842 *contulit Gregorius XVI RR. DD. Joanni de* D
Geissel, qui ex Spirensi episcopo, factus archiepiscopus Iconiensis est et, de consensu RR. DD. Droste Vischering, coadjutor Coloniensis cum futura successione; unde hanc cathedram, demortuo titulari, conscendit die XI *januarii* 1845. *Sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus adscriptus anno* 1850 *fuit; obiit* 8 *Septembris anno* 1864. *Antistes vere præclarissimus atque difficillimis temporibus de ecclesia optime meritus* (10).

§ III. Origenem invisit S. Firmilianus, illiusque saluti prospicit sub persecutione Maximini. Quam acerba fuerint tempora, et quam præclare eluxerit virtus sancti Episcopi Cæsariensis.

E

Origeni perpetuo addictus, cum invisit et tuetur sub Maximini persecutione.

Dixímus supra num. 2 S. Firmilianum *ab Origene in rebus divinis instructum imo et ad fidem conversum; addidimus, illo auctore sanctum Gregorium Thaumaturgum ejusdem magistri disciplinæ se tradidisse; ipsum vero Origenem sub initium episcopatus* Firmiliani, *Alexandria excedere coactum a Demetrio patriarcha, migrasse Cæsaream Cappadocum, ibique, ut, antea Alexandriæ, scholam habuisse, idque vocante eodem* Firmiliano. *Unde Eusebius* (11) : Tam propenso erga Origenem animo fuit, ut modo illum in suam provinciam ad ecclesiarum utilitatem evocaret; modo ad ipsum visendum in Judæam usque proficisceretur, et una cum ipso aliquandiu maneret, ut majorem rerum divinarum notitiam perciperet. *Nec minus diserte S. Hieronymus in libro de Viris illustribus cap.* LIV (12) : Quantæ autem gloriæ fuerit *Origenes,* hinc apparet, quod Firmilianus Cæsareæ episcopus, cum omni Cappadocia eum invitavit et diu tenuit, et postea sub occasione sanctorum locorum Palæstinam veniens diu Cæsareæ (*Palæstinæ*) in sanctis Scri- F
pturis ab eo eruditus est, *sive, ut Eusebius loquitur,* majorem notitiam percepit. *Ex quibus Hieronymi verbis discimus* S. Firmilianum *ad loca sancta peregrinatum, hacque usum occasione ut dilectum magistrum audiret Cæsareæ Palæstinæ, et procul dubio etiam in ipsa urbe Hierosolymitana. Namque Eusebius loc. cit. addit :* Sed et Alexander Hierosolymorum et Theoctistus Cæsareæ apud Palæstinam episcopus, ipsum *Origenem* perpetuo tamquam magistrum auscultantes, soli interpretationem sacræ Scripturæ ac reliquum omne ecclesiasticæ doctrinæ officium permiserunt. *Atque hæc tot tantaque benevolentiæ et observantiæ testimonia plane demonstrant, episcopos illos non consensisse Demetrio, qui contra Origenem statuerat tam acerbe, imo, judice S. Hieronymo,* tanta in eum debacchatus est insania (13).

(1) Cap. XIV. — (2) Ritter, klein Asien, tom. I, pag. 70. — (3) Asie mineure (Univers), pag. 518 et seq. Paris 1862. — (4) Ibid pag. 661-663. — (5) De Rienzi, dictionnaire usuel et scientifique de géographie. Editio 3a verbo *Konieh*. — (6) Oriens Ch. tom. I, col. 1067. — (7) Ibidem. — (8) Hist. lib. VI, cap. 19, pag. 222. — (9) Oriens Christ. tom. I, col. 1068. — (10) Moroni voce *Iconio*. Item Kersten, journal historique, tom. XXXI, pag. 302 et seq. — (11) Hist. eccles. lib. VI, cap. 27, pag. 228. — (12) Migne, Patrol. lat. tom. XXIII. col. 605. — (13) Ubi supra.

Non

AUCTORE B. B.

A *Non est dubitandi locus* Firmilianum *Origeni permansisse addictum usque ad hujus mortem, quæ contigit anno* 253; *unde liquet discipulum paucis tantum annis magistro supervixisse, cum hic diem supremum obierit anno* 259, *ut infra dicetur. Censet Tillemontius* (1), *Origenem apud* Firmilianum *latuisse toto triennio, quo perduravit imperatoris Maximini persecutio ab anno scilicet* 235 *ad annum* 238 (2). *Videtur primo aspectu obstare Eusebius, ubi scribit* (3), *Maximinum* persecutione excitata solos ecclesiarum antistites τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντας, utpote evangelicæ prædicationis auctores interfici jussisse; *attamen cum subjungat:* Quo tempore Origenes librum de Martyrio composuit, quem Ambrosio et Protecto Cæsariensis ecclesiæ presbytero dedicavit, eo quod uterque in ea persecutione non mediocre discrimen subierat, *intelligitur presbyteros etiam non fuisse in tuto; erat proinde Origeni ut sibi consuleret. Cæterum ex præfati libri dedicatione confirmatur sive sententia sive conjectura Tillemontii.*

Eminet S. Firmiliani *fortitudo inter calamitates,*

11 *Atque hæc contigerunt sub* S. Firmiliani *episcopatus initia, quæ cum multis magnisque, præsertim Maximino imperante, turbata fuerint calamitatibus, non est dubium quin inter hæc S. Præsulis fortitudo, prudentia cæteræque virtutes præclare enituerint, atque tantam ei conciliarint apud optimum quemque existimationem, ut præstantissimis sanctissimisque sui ævi annumeraretur pontificibus. Juverit proinde locum ex ejus ad Cyprianum epistola adscribere, ubi miserrimus rerum status explicatur et veluti sub oculis sistitur.* Ante viginti enim et duos fere annos, temporibus post Alexandrum imperatorem, multæ istic conflictationes et pressuræ acciderunt, vel in commune omnibus hominibus, vel privatim Christianis; terræ etiam motus plurimi et frequentes exstiterunt, ut per Cappadociam et per Pontum multa subruerent, quædam etiam civitates in profundum receptæ, dirupti soli hiatu devorarentur, ut ex hoc persecutio quoque gravis adversum nos Christiani nominis fieret. Quæ post longam retro ætatis pacem repente oborta, de inopinato et insueto malo ad turbandum populum nostrum terribi-
C lior effecta est. Serenianus tunc fuit in nostra provincia præses, acerbus et dirus persecutor. In hac autem perturbatione constitutis fidelibus, et huc atque illuc persecutionis metu fugientibus, et patrias suas relinquentibus, atque in alias partes regionum transeuntibus (erat enim transeundi facultas, eo quod persecutio illa, non per totum mundum, sed localis fuisset) emersit istic subito quædam mulier, quæ in extasi constituta, propheten se præferret, et quasi sancto Spiritu plena sic ageret.

quibus ipse testatur ecclesiam tunc vehementer pressam.

12 Ita autem principalium dæmoniorum impetu ferebatur, ut per longum tempus sollicitaret et deciperet fraternitatem; ac mirabilia quædam et portentosa perficiens, et facere se terram moveri polliceretur. Non quod dæmoni tanta esset potestas, aut terram movere aut elementum concutere jussu valeret; sed quod non numquam spiritus nequam præsciens et intelligens terræ motum futurum, id se facturum esse simularet, quod futurum videret. Quibus mendaciis et jactationibus subegerat mentem singulorum, ut sibi obedirent, et quocunque præciperet et duceret sequerentur: faceret quoque mulierem illam cruda hyeme nudis pedibus per asperas nives ire, nec vexari in aliquo aut lædi illa discursione: diceret etiam se in Judæam et Hierosolymam festinare, fingens tanquam inde venisset. Hic et unum de presbyteris rusticum, item et alium diaconum fefellit, ut eidem mulieri commiscerentur, quod paulo post detectum est. Nam subito apparuit illi unus de exorcistis vir probatus et circa religiosam disciplinam bene semper conversatus, qui exhortatione quoque fratrum plurimorum, qui et ipsi fortes ac laudabiles in fide aderant, excitatus, erexit se contra illum spiritum nequam revincendum; qui subtili fallacia etiam hoc paulo ante prædixerat, venturum quendam aversum et tentatorem infidelem. Tamen ille exorcista inspiratus Dei gratia fortiter restitit, et esse illum nequissimum spiritum qui prius sanctus putabatur ostendit. Atqui illa mulier, quæ prius per præstigias et fallacias dæmonis, multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter cetera quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa E est, ut et invocatione non contemtibili sanctificare se panem et eucharistiam facere simularet, et sacrificium Domino non sine sacramento solitæ prædicationis offerret; baptizaret quoque multos, usitata et legitima verba interrogationis usurpans, ut nil discrepare ab Ecclesiastica regula videretur. *Ita ex recensione Joan Felli, eppi Oxonien.* (4) *Has ad Cyprianum litteras dedit* Firmilianus, *ut convenit inter eruditos, circiter anno* 256; *cum itaque* afflictationes et pressuræ, *quas commemorat, ante* viginti duos fere *annos acciderint et temporibus post Alexandrum, aperte designat initium imperii Maximini, quem constat cæso Alexandro successisse circa annum* 235. *Conf. Eusebium lib.* VI, *cap.* XXVIII.

§ IV. Schismate Novatiani invalescente, conveniunt circa an. 252 episcopi Antiochiam, inter quos S. Firmilianus. Quid F ab eis gestum innotescit ex Libello synodico, cujus fides expenditur. De pace restituta summopere lætatur S. Firmilianus.

Sedit in synodo Antiochena

Aliud nihil a Firmiliano *gestum novimus abhinc usque ad S. Cornelium papam, qui creatus pontifex anno* 251, *martyrium sequenti subiit, postquam sedisset annum unum et aliquot menses* (5). *Narrat autem Eusebius* (6), *sanctum Dionysium Alexandrinum* scripsisse ad Cornelium Romanæ urbis episcopum, cujus litteras adversus Novatum (*imo Novatianum*) scriptas acceperat. In qua quidem epistola significat se ab Heleno Tarsi Ciliciæ episcopo et a

(1) Mémoires, tom. IV, pag. 311. — (2) Art de vérif. les dates, pag. 343. — (3) Hist. eccl. lib. VI, cap. 28, pag. 228. — (4) Pag. 222 et seq. Bremæ 1690. — (5) Art de vérifier les dates, pag. 242. — (6) Hist. eccles. lib. VI, cap. ultimo, pag. 247.

cæteris

AUCTORE B. B.

cæteris qui cum illo convenerant: Firmiliano scilicet Cappadociæ, et Theoctisto Palæstinæ provinciæ episcopo invitatum fuisse, ut ad synodum Antiochenam occurreret, in qua quidam Novati *(Novatiani)* schisma confirmare tentabant. *Hactenus Eusebius, qui, sicut Græci generatim, similitudine nominum decepti,* Novatum *et* Novatianum *confudit. Confer Valesium* (1). *Diversi tamen sunt.* Novatus presbyter Carthaginensis, gravissimorum criminum reus, cum se propediem ab episcopis damnandum prævideret, Romam furtim profectus est, ubi Novatiano presbytero Romano conflandi schismatis auctor fuit. *Ita Pagius in Breviario* (2). *Hic itaque Novatianus ægre ferens electionem Cornelii, spargendo calumnias nonnullos confessores, qui in nupera Decii persecutione vincula sustinuerant in suas partes traxit, atque per tres episcopos, vi ac fraude adactos, ordinatus fuit Romanus pontifex, sicque primum in ecclesia Romana schisma conflavit, quod usque ad Cœlestini pontificatum perstitit* (3). *Schismati, ut fieri solet, hæresim addidit, quæ ab auctore nomen*
B *sortita, Novatianorum dicta est, qui se suosque Catharos seu puros vocitabant et quoscumque in ecclesiis orthodoxis tinctos ad se venientes rebaptizabant; quinimo omnem alium præter suum baptismum ut sacrilegum et inanem rejiciebant* (4); *alios præterea ex aliis circumferebant errores* (5). *Nec Romæ solum secta invaluit, sed et in Africa, imo etiam in Oriente fautores invenit. Atque hinc est quod inter eos qui Novatianum strenue oppugnarunt, eminent præcipue S. Cyprianus et S. Dionysius Alexandrinus. Hujus epistolas plures laudat et partim recitat Eusebius in sua Historia ecclesiastica, inter quas una et altera scripta Fabio patriarchæ Antiocheno,* ad schisma, *teste Eusebio* (6), aliqua ratione inclinato ὑποκατακλινομένῳ πῶς τῷ σχίσματι. *Miror quatuor hæc verba prætermitti in versione latina Valesii, quod jam etiam animadvertit Boschius noster in Patriarchis Antiochenis* (7). *Ad eumdem Fabium quatuor omnino litteras de hoc argumento dedit S. Cornelius papa, ut docent Eusebius et S. Hieronymus.* Atque hasce epistolas, *subdit Boschius,* si non ipse
C Fabius ad Cornelii et ecclesiarum omnium partes est inflexus, id certe effectum est, ut concilium Antiochiæ super illo negatio indicandum curarit. *Atque hæc synodus est de qua agimus et cui interfuit* S. Firmilianus.

circa an. 252, 14 *Censet autem Boschius indictam a Fabio synodum ideo, quod Dionysius in eadem epistola significat Demetrianum Fabio demortuo successisse;* ex quo loco, *ait,* non temere eruas, decretam ante fuisse indictamque synodum, quam Fabius obierit. Neque enim ab iisdem aut eodem tempore ad concilium vocatum esse se ac de Fabii morte edoctum innuit; sed ita scribit, quasi hoc *(id est mors Fabii)* illo *(convocatio synodi)* posterius factum sit (8), *Utique* temerarium *non est ita opinari; attamen conjectura tantum est. Potuit certe S. Dionysius monere Cornelium de synodo, etiamsi hæc a Demetriano indicta fuisset, et dein mentionem facere de morte Fabii, nec quidem propriis Dionysii verbis; sed post recitatum epistolæ locum, qui ad concilium spectat, subjungit* : Scribit etiam *Dionysius* sibi nuntiatum fuisse, quod Fabius quidem diem extremum obiisset, Demetrianus vero in ejus locum episcopus Antiochenæ ecclesiæ esset constitutus. *Quæ sane hoc sensu accipere licet, Dionysio, priusquam ad concilium invitaretur, nuntium venisse de morte Fabii. Imo verisimilius videtur, nuntium istud non a tribus nominatis episcopis, sed ab Antiocheno presbyterio vel ab ipso Demetriano Alexandriam missum. Denique præter parva duo fragmenta (alterum de martyrio cujusdam Alexandri) Eusebii historiæ inserta, epistola Dionysii ad nos non pervenit* (9) *ex cujus contextu res dijudicanda foret. Cornelius Byeus in Actis S. Dionysii Alexandrini sententiam Boschii* admodum verisimilem *judicat; at parum credibile esse, a* Demetriano ex sola convocatione Fabii, nova convocatione non præmissa, celebratam fuisse (10). *Ut ut est, sive indictio facta sit a*
E *Fabio sive non, habita est sub initio pontificatus Demetriani, qui regendam ecclesiam Antiochenam suscepit primo anno Galli et Volusiani imperatorum, Christi* 252 (11).

de schismate Novatiani,

15 *Quid in synodo actum fuerit, parum vel vix constat. Unde Mansi* (12): Primum hujus synodi notitiam debemus Dionysio episcopo Alexandrino... Auctor vero Synodici addit Novatum in ea depositum fuisse. *Totum libelli* synodici *locum adscribo:* Synodus divina et sacra provincialis Antiochiæ collecta a Demetrio, ejusdem sanctissimo episcopo, quæ Novatum Ναύατον *(imo Novatianum)* deposuit, tamquam qui peccatoribus patrocinaretur. *Ita Labbe* (13). *Monet autem Carolus Hefele* (14) : Iste « libellus synodicus » etiam dictus « synodicon » breves continet notitias centum quinquaginta octo conciliorum, quæ habitæ fuere novem primis ecclesiæ sæculis, scilicet usque ad œcumenicum octavum, cœptum anno 869 et finitum sequenti. Libellum sæculo XVI ex Peloponneso Andræas Darmarius attulit, vendiditque Pappo, theologo Argentoratensi, qui latine et græce illum edidit anno 1601. Postea vero insertus fuit Conciliorum tomis. Harduinius integrum uno tenore recusit
F tomo V, pag. 1491 et seqq.; Mansi *(item Labbeus)* ordine temporis discerpsit, et unumquodque suo anno recensuit. *Confer Fabricium, ex quo hæc notitia summatim contracta est* (15), *qui et totum Libellum operi suo inseruit. Nec magnam eruditus tribuit Hefelius* libello *auctoritatem, siquidem paulo post declarat* (16), valde dubium *esse an Antiochiæ illo tempore convenerit synodus contra Novatianos, cum id ex* solo *nobis constet* libello. *Videtur tamen mihi etiam ex Eusebio luculenter effici, synodum adunatam fuisse, ubi dicit : Dionysium ab* Heleno... et cæteris qui cum illo convenerant invitatum ut ad synodum occurreret, in qua quidam Novati schisma confirmare tentabant. *Itaque duplici saltem testimonio nititur factum hoc historicum. Novatianum*

(1) Annotationes, pag. 128. — (2) Tom. I, pag. 36. — (3) Ibid. — (4) Cabassutius Notitia ecclesiastica, pag. 62. — (5) Vide Natalem Alexandrum, tom. IV, pag. 6 et seqq. — (6) Hist. eccl. lib, VI, cap. 46, pag. 246. — (7) Acta SS. tom. IV Julii, pag. 22. — (8) Conf. Acta S. Dionysii, tomo 11 Oct. pag. 32. et seqq. — (9) Conf. Migne, Patrol. græca, tom. XVIII, col. 1311. — (10) Acta SS. tom. II Octob. pag. 34. — (11) Boschius ubi supra. — (12) Concilia, tom. I, pag. 871. — (13) Tom. I, col. 719. Item Fabricius Bibl. Græca, pag. 366. — (14) Conciliengeschichte, tom. I, pag. 85 et seq. Edit. 1855. — (15) Bibliotheca Græca, tom. XII, pag. 358 et seqq. Harles. — (16) Ubi supra pag. 105.

ibidem

AUCTORE B. B.

§ V. Dissensio de valore baptismatis apud hæreticos summatim exponitur. Mota in Oriente quæstio pridem ante S. Stephani tempora; sub hujus pontificatu in gravissimum exarsit dessidium, ut ex litteris S. Dionysii Alexandrini probatur.

A *ibidem depositum asserit libellus,* quod fortassis, *inquit Mansi, l. c.,* accepit auctor ille *(libelli)* ex epistola ejusdem Dionysii scripta ad Dionysium tunc quidem Romanæ urbis presbyterum; sed qui aliquanto post tempore ejusdem urbis episcopus est constitutus *anno* 259. Fragmentum ex ea epistola refert Eusebius lib. VII, cap. VIII (1) his verbis : « Nam Novatianum merito aversamur, quippe qui ecclesiam discidit, et quosdam ex fratribus ad impietatem blasphemiamque pertraxit, » *etc. Atque ita quidem Mansi ex conjectura. Id porro certum, sæculo* IX, *quo* libellus *scriptus existimatur, multa documenta superfuisse, quæ dein interciderunt. Quidni in his reperierit auctor, quod tam diserte affirmat de depositione Novatiani? Judicet eruditus lector, claris idoneisque deficientibus ex antiquitate testimoniis, si quid vel probabiliter statui possit.*

atque de pace paulo post restituta summopere lætatus est.

16 *Novimus autem circa annum* 256 omnes ubique ecclesias orientis, mollito jam persecutionis furore, Novati *(Novatiani)* turbulentam novitatem detestantes, inter se pacem iniisse. *Hæc Eusebius* (2), *in probationem adducens litteras S. Dionysii ad S. Stephanum papam, quas et hic fas non est prætermittere, utpote* S. Firmiliano *summopere honorificas :* Scias autem, frater, cunctas per Orientem et ulterius positas ecclesias, quæ prius ante discissæ, nunc tandem ad unitatem reversas esse; et omnes ecclesiarum ubicumque antistites unum idemque sentire, et ob redditam insperato pacem incredibili gaudio exultare : Demetrianum scilicet episcopum Antiochiæ, Theoctistum Cæsareæ, Æliæ post mortem Alexandri Mazabanem, Marinum Tyri, Laodiceæ vero post Thelymiridis obitum Heliodorum; Helenum Tarsi cunctasque Ciliciæ ecclesias; Firmilianum denique cum universa Cappadocia. Solos enim illustriores episcopos nominavi, ne forte epistola nostra prolixior et oratio molestior redderetur. Syriarum quidem provinciæ omnes cum Arabia...; Mesopotamia quoque, Pontus ac Bithynia; ac ut uno verbo absolvam, omnes ubique terrarum lætitia gestiunt, Deoque gratias agunt ob hanc concordiam fraternamque caritatem. *Quod tantum bonum opera* Firmiliani *et industria*
C *magnam partem procuratum, nemo unus ambiget, qui in mentem sibi revocarit, quanta virtutis et sapientiæ fama apud omnes in Oriente episcopus Neocæsariensis præstaret; proindeque ad ipsum peculiari ratione spectare, quæ de lætitia et exultatione ob restitutam pacem tradit S. Dionysius.*

Quæstio de Baptismo in Africa summatim exposita, tum ex aliis

Devenimus ad causam, quæ ut Firmiliano *multas easque acerbissimas suscitavit molestias, sic etiam dubium injecit num a sinu ecclesiæ fuerit resectus. Scilicet in quæstione de hæreticorum baptismo, paulo post medium sæculum* III *vehementer agitato, aperte adhæsit S. Cypriano Carthaginensi, ad quem scripsit epistolam adeo in S. Stephanum Ro-* E *manum pontificem virulentam imo et contumeliosam, ut pluribus vel ex hoc solum capite visa sit suspectæ fidei, quin et prorsus supposititia. Sed de hoc infra latius. Cum in Actis S. Cypriani ad diem* XIV *Septembris, a Suyskeno diligenter accurateque dictum sit de celeberrima illa contentione, nobis agendum hic restat de iis quæ ad* S. Firmilianum *peculiariter spectant. Paucis tamen et summatim prius in memoriam revocanda quæ in Africa facta et suscepta, ut dicendis de Oriente et* Firmiliano *via planior fiat. Tertullianus videtur omnium primus quæstionem attigisse, ubi in libro de Baptismo cap.* XV : Non idem, *ait* (3), Deus est nobis et illis *(hæreticis),* nec unus Christus id est idem; ideoque nec baptismus unus, quia non idem, quem cum rite non habeant, sine dubio non habent. *Deinde circa an.* 215 *Agrippinus, Carthaginis præsul, convocato Africanorum concilio, decrevit quoscumque ab hæreticis baptizatos nullatenus esse in ecclesiam admittendos, nisi denuo in ecclesia baptismum accipiant* (4). *Exin videtur quæstio sopita, donec sub Stephano* F *papa exarsit longe vehementius, sedente Carthagine S. Cypriano, qui non solum scriptis erroneam sententiam acerrime propugnavit, sed et unius ac dimidii anni fere spatio tres celebravit synodos; primam anno* 255, *cui interfuere episcopi triginta vel triginta et unus* (5); *alteram anno sequenti, ad quam convenere antistites unus supra septuaginta, ut quæ in priori sancita erant de hæreticorum baptismate repudiando confirmarent* (6); *scripsitque Cyprianus sua et synodi nomine ad S. Stephanum, significans quæ a patribus Africanis decreta fuerant. Romanus vero pontifex sanctionem synodi reprobavit : vetuitque ne quis auderet ab apostolica traditione discedere :* Nihil innovetur nisi quod traditum est (7). *Hæc æquo animo haud ferens Cyprianus acciores exaravit contra Stephanum litteras, in quibus non veretur eum su-*

(1) Eusebius, pag. 254. — (2) Ibidem lib. VII, cap. 4, pag. 251. — (3) Migne, Patrol. lat. tom. I, col. 1216. — (4) Conf. Cabassutium, Notitia ecclesiastica, pag. 69. — (5) Ibid. pag. 67. — (6) Ibid. pag. 296. — (7) Ibid. pag. 297.

perbiæ,

AUCTORE B. B.

perbiæ, imperitiæ, imprudentiæ etc. accusare; atque tertium indixit celebravitque kalendis Septembris ejusdem anni 256 *concilium, præsentibus ex Africa, Numidia et Mauritania episcopis omnino octoginta septem, qui priorum conventuum decreta probarunt. Ab hac synodo missos censet Suyskenus* (1) *Romam legatos, non vero ab altera seu secunda, ut putavit Maranus. Legatio intentum ab Afris exitum sortita minime est : nam, teste* Firminiano, *Stephanus de eorum adventu præmonitus, iisdem omni Christianorum hospitio tectoque interdixit nec eos ad commune colloquium admittere voluit* (2).

tum ex S. Firmiliano ; * IV. 1. * Itaque.

18 *Sed ipsum* Firmilianum *audiamus. Recitatis Apostoli ad Ephesios * verbis :* Obsecro ergo * vos ego vinctus in Domino *etc, prosequitur in hunc modum* (3) : Hæc Apostoli mandata et monita salutaria, quam diligenter implevit, humilitatem sensus et lenitatem primo in loco servans? Quid enim humilius aut lenius quam cum tot episcopis per totum mundum dissensisse; pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem, modo cum Orientalibus (quod
B nec vos latere confidimus) modo vobiscum, qui in meridie estis? A quibus legatos episcopos patienter satis et leniter suscepit, ut eos nec ad sermonem colloquii communis admitteret; adhuc insuper dilectionis et caritatis memor, præciperet fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet; ut venientibus non solum pax et communio, sed et tectum et hospitium negaretur. Hoc est servasse unitatem spiritus in conjunctione pacis, abscindere se a caritatis unitate et alienum se per omnia fratribus facere, et contra sacramentum et fidem contumacis furore discordiæ rebellare. *Ex hoc aliisque similibus epistolæ locis recte, mea opinio ne, concludit Suyskenus contra Baronium et Natalem Alexandrum, legatos illos ex Africa venisse, non vero, ut isti volunt, ex Oriente, post celebratum nempe Iconii concilium, quod perperam innectunt anno* 256, *ut supra demonstravimus. Ast ubi inducit* Firmilianus *Stephanum* pacem *rumpentem* modo cum Orientalibus (quod nec vos latere confidimus) modo vobiscum qui in meridie estis, *utique ostendit antea jam Roma venisse rescri-*
C *pta contra eumdem in ecclesiis Orientis grassantem errorem; atque hoc est quod ad nos præcipue spectat.*

item in Oriente ante Stephanum,

19 *Discimus, rursus ex* Firmiliano, *baptismum hæreticorum ibidem ab omni retro tempore repudiatum. Juverit totum locum adscripsisse* : Quod autem pertinet ad consuetudinem refutandam, quam videntur opponere veritati; quis tam vanus sit ut veritati consuetudinem præferat? Aut qui perspecta luce tenebras non derelinquat? Nisi si et judæos, Christo adventante id est veritate, adjuvat in aliquo antiquissima consuetudo, quod relicta nova veritatis via in vetustate permanserint. *Confundit hic utique* Firmilianus *consuetudinem cum* traditione *apostolica, a qua recedendum non esse affirmabat Stephanus, et jure quidem meritissimo, ut sedatis postea animis, omnes unanimiter agnoverunt. Addit deinde* Firmilianus *Afris quidem usu venire quod supra expo-*
suit, perspecta luce tenebras relinquendas, D *cum ipsi saltem aliquando, nempe post Agrippinum, hæreticorum buptisma probassent; minime vero Orientalibus, qui perpetuo illud rejecerunt.* Quod quidem, *inquit*, adversus Stephanum vos dicere Afri potestis, cognita veritate errorem vos consuetudinis reliquisse. Cæterum nos veritati et consuetudinem jungimus, et consuetudini Romanorum consuetudinem sed veritatis oppominus, ab initio hoc tenentes quod a Christo et ab apostolis traditum est. Nec meminimus hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper istic observatum sit, ut non nisi unam Dei ecclesiam nossemus, et sanctum baptisma non nisi sanctæ ecclesiæ computaremus. Plane quidam de eorum baptismo dubitabant, qui etsi non ut nos (*alii legunt* et si (4)) novos prophetas recipiunt, eosdem tamen et Patrem et filium nobiscum nosse videntur; plurimi simul convenientes in Iconio diligentissime tractavimus; et confirmavimus repudiandum esse omne omnino baptisma, quod sit extra ecclesiam constitutum. *Itaque, ut monui, teste* Firmiliano *(nec video cur hac in re ejus prorsus rejiciamus testimonium) perpetuo vel sal-* E *tem ab immemoriali tempore illis in tractibus baptismus extra ecclesiam collatus nullius valoris est habitus. Nec gravior umquam ante Stephanum orta noscitur disceptatio, sed cum quidam aliquando dubitassent, Iconii et Synnadis, sub annum nempe* 232, *imo* et apud alios plurimos, *teste Dionysio Alexandrino* (5), *antiqua consuetudo sedulo fuit examinata et confirmata.*

sub quo ortum dissidium

20 *Ast sub Stephano, non solum in Africa, sed et in Oriente, magnis animorum motibus agitata quæstio est, ut ex litteris tum* Firmiliani *tum S. Cypriani satis superque demonstratur. Fidem quoque facit Eusebius :* Ad hunc Stephanum, *inquit* (6), Dionysius primam earum quæ de baptismo conscriptæ sunt, epistolam exaravit, cum per id tempus τηνικάδε non mediocris controversia exorta esset, utrum eos, qui ex qualibet hæresi convertuntur, baptismo purgari oporteat, quippe antiqua consuetudo invaluerat, ut in hujusmodi hominibus sola manuum impositio cum precationibus adhiberetur. Primus omnium Cyprianus qui tunc temporis Carthaginensem regebat ecclesiam, F non nisi per baptismum ab errore prius mundatos, admittendos esse censuit. Verum Stephanus nihil adversus traditionem, quæ jam inde ab ultimis temporibus obtinuerat, innovandum ratus, gravissime id tulit. *Ubi Eusebius dicit* antiquam invaluisse consuetudinem, *non baptizandi hæreticos, intelligendus videtur de Romanis et Afris, non de Cappadocia aliisque finitimis regionibus; secus non solum aperte contradiceret* Firmiliano, *sed et ipse sibi non constaret, cum infra doceat Iconii et Synnadis contrariam doctrinam, nempe baptizandos ab hæresi ad ecclesiam venientes, sancitam. Fortasse tamen hæc ejus mens est, ecclesiæ universim spectatæ* antiquam consuetudinem *exstitisse non baptizandi hujusmodi homines, licet quibusdam in provinciis aliud usurparetur; nec umquam de hoc argumento acrius ante Stephanum fuisse decertatum. Ita*

(1) Tom. IV Sept. pag. 303. Conf. Tillemont Mémoires, tom. IV et pag. 155. — (2) Ibid. pag. 304. — (3) S. Cypriani opera, epist. 75 ad finem. — (4) Vide Baluzium. annot. 32 in hanc epistolam. — (5) Hist. eccl. lib. VII, cap. 7, pag. 254. — (6) Ibid. cap. II et III, pag. 251.

satis

A *satis concordarent omnia. Cæterum, quod probe notandum, non uno tenore de hac quæstione scribit, sed sparsim et fere ex solis epistolis S. Dionysii patriarchæ Alexandrini, quarum vel breviter tantum indicat argumentum, vel partes solum aliquas recitat. Atque hinc fit ut perspicuitas narrationi desit, imo ut obscura et implicata appareat et revera sit. Nec etiam quid ipse sentiat de quæstione, uspiam plane declaratum reperio. Animadvertit quoque Suyskenus, decessor noster, in Actis S. Cypriani* (1) non recte vel obscurius *ejus sententiam exponi ab Eusebio; ex cujus verbis videretur sanctus doctor censuisse hæreticos ab* errore *seu hæresi per baptismum purgandos; cum ideo dicat* baptizandos *quod extra ecclesiam nullum haberi posset baptisma : sedulo namque abstinet a voce* rebaptizandos : *tales, ait* (2), dicimus, non rebaptizari apud nos sed baptizari; *et iterum* (3): Ac per hoc non rebaptizari, sed baptizari quicumque *etc. Denique ex Valesii versione, quam supra adscripsi, sequeretur a S. Cypriano,* omnium primo, *controversiam de baptismo motam*
B *in Africa; unde Gerardus Joannes Vossius Eusebium erroris insimulat, cum constet Agrippinum diu ante Cyprianum ejusdem sententiæ patronum exstitisse. At Valesius hoc loco non satis accuratus. In græco legitur :* πρῶτος τῶν τότε Κυπριανὸς τῆς κατὰ Καρχηδόνα παροικίας Ποιμὴν..., ἡγεῖτο *id est* primus omnium ea tempestate τῶν τότε Cyprianus Carthaginensis episcopus censuit. *Quare Johannes Cestriensis* : Certe, *ait* (4), πρῶτος τῶν τότε aliud græce non sonat quam « primus eorum, qui tunc temporis exstitere » vel « floruere. » *Sensus itaque est, Cyprianum primum fuisse qui sub Stephano hunc errorem produxerit et sustinuerit.* Hæc, *subdit Cestriensis*, ex nostra versione plana sunt, quod viri docti hactenus non viderunt. *Valesius, forte quia videbat aliud ex versione sua inferendum, in annotationibus observat :* Non primus hujus sententiæ auctor fuit Cyprianus, sed diu ante illum Agrippinus... hæreticos rebaptizandos decreverat. *Atque hæc generatim de orta apud Orientales quæstione.*

gravissimum, 21 *Quam autem acriter disceptatum fuerit, et quanta cum animorum commotione certa-*
C *tum, elucet ex aliis S. Dionysii litteris, quas sex numero laudat Eusebius. Prima, cujus supra mentio, est ad Stephanum ; tres ad hujus in cathedra Romana successorem Xystum; una Philemoni presbytero Romano, altera Dionysio, tunc etiam presbytero, postea summo pontifici. Paulo aliter S. Hieronymus in Catalogo* § 69 : Ad Xystum, qui Stephano successerat, duas epistolas; et ad Philemonem et ad Dionysium, Romanæ ecclesiæ presbyteros, duas epistolas. *Omittit igitur litteras ad Stephanum et alteras ad Xystum. Cæterum omnes interciderunt, præter fragmenta ab Eusebio Historiæ ecclesiasticæ inserta, quæ sine ullo supplemento recusa invenies partim in Patrologia græca* (5) *partim in latina* (6). *His prænotatis ad Eusebium redeamus.* Cum Stephanus ecclesiam biennio rexisset, Xystus in ejus locum successit. Ad hunc Dionysius secundam de baptismo scripsit epistolam, in qua Stephani simul ac reliquorum episcoporum sententiam ac judicium exponit; de Stephano ita scribens: Antea quidem litteras scripserat de Heleno et Firmiliano, de omnibus denique sacerdotibus per Ciliciam, Cappadociam cunctasque finitimas provincias constitutis, seseque ob eam causam ab illorum communione discessurum, quod hæreticos baptizarent. Ac vide gravitatem negotii. Revera enim in maximis, ut audio, episcoporum conciliis decretum est, ut qui ab hæreticis ad catholicam ecclesiam accedunt, primum catechumeni fierent, ac deinde veteris et impuri fermenti sordibus per baptismum purgarentur. De his omnibus ergo ad illum *(Stephanum)* epistolam misi, rogans atque obtestans, *utique ne in cœpta severitatis via perseveraret.* AUCTORE B. B.

22 *Gravissimum itaque dissidium fuit, quo turbata præcipue* Cappadocia, Cilicia, cunctæque finitimæ provinciæ. *Quæ vero sint* maxima *illa* concilia, *de quibus loquitur S. Dionysius, ignotum; sane alia præter Iconiense et Synnadense intelligit, cum alibi scribat :* Illud præterea didici non ab Afris solis hunc morem primum invectum fuisse, sed et multo antea apud Iconium et Synnada et apud alios plurimos sancitum. *Addit Dionysius in præfata epistola ad Xystum :* Sed et carissimis fratribus et compresbyteris nostris Dionysio *(postea summo pontifici)* ac Philemoni, qui prius idem cum Stephano senserant, deque iisdem rebus ad me scripserant, antea quidem breviter nunc vero pluribus verbis scripsi. *Quid sibi velit vox* prius *(quæ nonnullos vexat), ex integra epistola, non ex hujusmodi fragmentis dijudicandum forel. Haud absurde quis dixerit viros illos* prius *cum Stephano censuisse opus esse severitate contra erroris sive auctores sive patronos et propagatores, adeoque ad unum omnes abstinendos seu communione privandos, postea autem sub Xysto, mitioris ingenii pontifice, benigniora prætulisse consilia, qualia ab initio sanctus patriarcha Alexandrinus voluisset adhibita, ut diserte profitetur in tertia epistola, quæ est ad Philemonem. Nam post recitata supra de Iconiensi, Synnadensi aliisque conventibus verba, subjicit* (7) : Quorum sententias et statuta subvertere eosque ad jurgia et contentiones excitare, equidem nolim, scriptum est enim : Non commuta- F
bis terminos proximi tui, quos parentes tui constituerunt. *Quæ plane demonstrant ex ejus sententia non fuisse recurrendum ad duriora remedia. Quarta epistola, ait Eusebius* (8) ad Dionysium scripta est, tunc quidem Romanæ urbis presbyterum, qui aliquanto tempore post οὐκ εἰς μακρόν ejus urbis episcopus est constitutus..., *nempe anno* 259, *quo successit Xysto, qui Stephanum exceperat anno* 257. *Quid epistola de baptismo contineret, silet Eusebius; verisimile est eodem spectasse quo præcedens ad Philemonem. Agitur ad finem de Novatiano. Confer num.* 15. *Quinta et sexta sunt ad Xystum; de illa latius dicam inferius. Sexta (ex errore vel mendo Valesius* quintam *dicit* (9)) ipsius *(Dionysii patriarchæ)* et ecclesiæ, *ut iterum habet Eusebius,* quam regebat nomine, ad Xystum et ecclesiam urbis Romæ directa; in qua de proposita quæstione prolixam admodum *ut constat ex litteris S. Dionysii Alexandrini.* E

(1) Tom. IV Sept. die 14, pag. 293. — (2) Epist. ad Quintum Migne, tom. III col. 1104. — (3) Ad Jubaianum. Migne, col. 1110 — (4) Annales Cyprianici, ad an. 256, § VI. — (5) Migne, tom. XVII, col. 1313 et seqq. — (6) Tom. V, col. 96 et seqq. — (7) Euseb. cap. VII, pag. 254. — (8) Ibidem. — (9) Ibidem cap. IX, ad finem.

disputationem

AUCTORE B. B.

disputationem instituit. *Dolendum sane illam ab Eusebio penitus prætermissam, cum nec aliunde ad nos pervenerit. Atque hæc de controversia, quantum constat ex litteris S. Dionysii, quæ si integræ extarent, absque dubio plura nos docerent, nec ancipites nos hærere sinerent, quid sanctissimus ille vir senserit; num scilicet valeret nec ne baptismus extra ecclesiam collatus. Sed de hoc dicam latius alibi.*

§ VI. De epistola S. Firmiliani supra omnen modum acerba, imo et in S. Stephanum contumeliosa. Num hujus immoderata severitas ansam dare potuit tantæ excandescentiæ.

Conventus per Rogatianum diaconum a S. Cypriano, Firmilianus

Dissidii *gravitas luculentius etiamnum demonstratur ex sanctorum Cypriani et* Firmiliani *litteris. Scilicet Stephanus, ut habet Boschius in ejus Actis ad diem secundum augusti* (1), *litteras ad Cyprianum et Orientales dedit, quas ita concludit* : Si quis ergo a quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur ad pœnitentiam *etc. Vide Epistolam Cypriani ad Pompeium*. Quod quidem præceptum, *subdit Boschius*, ut esse gravissimum ipsi sentirent, et auctoritatem illi suam omnem adjunxit et armatam non sine acri, sed justa objurgatione intentavit, si negligerent, severitatem : præcepit enim tamquam « episcopus episcoporum » et tamquam « successionem Petri tenens, super quam fundamenta ecclesiæ collocata sunt. « *Accepto hoc Stephani responso, S. Cyprianus tertiam indixit Carthagine synodum; qua habita legatos in Urbem misit quos Stephanus ne ad conspectum suum admittere voluit. Vide num.* 18. *Hoc cum novisset Cyprianus, acerbius commotus et forte veritus ne tam aperta Romani pontificis indi-*
C *gnatio in majus erumperet malum, Orientales in causæ suæ subsidium vocare statuit. Itaque Rogatianum cum litteris ad* Firmilianum *destinavit : hunc enim præcipua laude inter suos florere minime ignorabat; probabilius etiam noverat saltem abstentionis interminatione a Stephano conventum. Id enim suadent verba* Firmiliani *num.* 18 *relata :* Quid humilius... quam pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem ; modo cum Orientalibus (quod nec vos latere confidimus) modo vobiscum qui in meridie estis.

litteras ad eum mittit,

24 *Litteræ Cypriani ad* Firmilianum *desiderantur; acres autem et acerbas fuisse constat ex hujus responsis, longe acrioribus profecto acerbioribusque. Initium hoc est :* Firmilianus Cypriano fratri in Domino salutem. Accepimus per Rogatianum carissimum nostrum diaconum a vobis missum litteras quas ad nos fecisti, frater dilectissime; et gratias propter hoc Domino maximas egimus, quod contigerit, ut qui corpore ab invicem separamur, sic spiritu adunemur, quasi non unam tan- D
tum regionem tenentes, sed in ipsa atque in eadem domo simul inhabitantes. *Tum Stephanum ruptæ pacis aperte accusat, (qui tamen non videtur, ut infra ostendam, ultra minas processisse) atque ita exulcerati animi sensa effundit :* Nisi quod nos gratiam referre Stephano in isto possumus quod per illius inhumanitatem nunc effectum sit, ut fidei et sapientiæ vestræ experimentum caperemus. Sed non enim si nos propter Stephanum hanc beneficii gratiam cepimus, statim Stephanus beneficio et gratia digna commisit. Neque enim et Judas perfidia sua et proditione, qua scelerate circa salvatorem operatus est, dignus videri potest quasi causam bonorum tantorum ipse præstiterit... ut passione Domini mundus liberaretur. Hæc interim quæ ab Stephano gesta sunt prætereantur, ne dum audaciæ et insolentiæ ejus meminimus, de rebus ab eo improbe gestis longiorem mœstitiam nobis inferamus. *Tum postquam dixit non omnia* tradita *æqualiter Romæ et Hierosolymis observari, verbi gratia in celebrando Paschate, nec tamen propter hæc a* pace et unitate *discessum, subjungit :* Quod E
nunc Stephanus ausus est facere, rumpens adversum vos pacem, quam semper antecessores ejus vobiscum amore et honore mutuo custodierunt, adhuc etiam infamans Petrum et Paulum beatos apostolos, quasi hoc ipsi tradiderint. *Atqui tamen tradiderunt, cum sententiam S. Stephani, quem tam indigne lacerat* Firmilianus, *ex apostolica descendere traditione universa agnoverit ecclesia.*

in S. Stephanum prorsus contumeliosas;

25 *Et iterum :* Atque ego in hac parte juste indignor ad hanc tam apertam et manifestam Stephani stultitiam, quod qui sic de episcopatus sui loco gloriatur, et se successionem Petri tenere contendit, super quem fundamenta ecclesiæ collocata sunt, multas alias petras inducat et ecclesiarum multarum nova ædificia constituat, dum esse illic baptisma sua auctoritate defendit. Nam qui baptizantur complent sine dubio ecclesiæ numerum. Qui autem baptisma eorum probat, de baptizatis et ecclesiam illic esse confirmat. Nec intelligit obfuscari a se et quodam modo aboleri christianæ petræ veritatem, qui sic prodit et deserit unitatem. Judæos tamen, quamvis ignorantia cæcos et gravissimo F
facinore constrictos, zelum Dei apostolus habere profitetur : Stephanus, qui per successionem cathedram Petri habere se prædicat, nullo adversus hæreticos zelo excitatur. *Quis hæc legens non jam immerito, sed jure meritissimo* indignetur *contra eum, qui talia adversus pontificem sanæ doctrinæ defensorem proferre seu potius effutire non erubuit? Eo scilicet abripiuntur homines, ceteroquin boni et optimi, cum semel impotentis animi motibus frena laxaverint. Alterum locum ubi invehitur* Firmilianus *in Stephanum, qui legatos Afros admittere recusaverat, retuli num.* 18. *Denique concluditur epistola in hunc modum :* Manifestum est nec baptisma nobis et hæreticis commune esse non posse, quibus nihil est omnino commune. Et tamen non pudet Stephanum talibus adversus ecclesiam patrocinium præstare et propter hæreticos asserendos fraternitatem scindere, insuper et Cyprianum pseudo christum et pseudo apostolum et dolosum operarium

(1) Acta SS. tom. I Augusti, pag. 117.

dicere,

A dicere. Qui omnia in se esse conscius prævenit ut alteri ea per mendacium objiceret, quæ ipse ex merito audire deberet. *Atque hæc ideo prolixius recitavi, tum quod a* Firmiliano *prolata sint, tum quod luculenter probent quousque dissensio efferbuerit, et quam grave fuerit dissidium. Atque hæc est famosa illa epistola, quam alii, utpote viro non dicam sancto, sed vel solum sensato prorsus indignam, pronuntiarunt spuriam et suppositititiam; alii (horum plerique in sedem apostolicam minus æqui) prætendunt auctorem in tantam prorupisse vehementiam, quod inopportuna et immoderata S. Stephani severitate fuisset exacerbatus. Utrumque expendamus.*

quin tamen ille immoderata severitate sit usus, ut probatur

25 Hæc si credenda sunt, *ait auctor anonymus egregiæ dissertationis historico-dogmaticæ* (1), quia ea Firmilianus effutiit, credendum jam erit Stephanum fuisse audacem, insolentem, improbum, manifeste stultum, omnibus hæreticis pejorem, cum Juda Christi proditore comparandum *etc.* Hæc enim omnia, ut alia omittam, Firmilianus in ea epistola effudit. Hæc hominem perhibent bile adeo agitatum et com-
B motum, ut veritati, æquitati, religioni ac charitati intendere non valuerit, quæ proinde totam Firmiliano ad Cyprianum scribenti fidem detrahant. Et revera quæ Stephano Firmilianus objicit tamquam pura putidaque commenta tota habuit antiquitas. *Quæ quidem verissime dicta existimo, et auctor in decursu dissertationis pluribus iisque irrefragabilibus evincit testimoniis, ostendens veterum neminem talia in Stephanum dixisse, quinimo eum unanimi voce probasse, si illos excipias contra quos apostolicam vindicabat traditionem. Longe aliam viam secuti sunt Launoius, Bailletus, Tillemontius, Gervasius aliique ejusdem disciplinæ viri, quos præfatus auctor* Neotericos *appellat. Hi enim omnes, ut* Firmilianum *culpa liberent vel saltem excusent, totis viribus in Stephanum invehunt. Illos si audias, Stephanus indigne prorsus erga Cyprianum se gessit, scripsit ad eum epistolam superbam, injuriarum plenam; fastum et dominatum affectat, hisque similia* (2). *Utique si talem se sanctus Pontifex exhibuisset in litteris, quæ interciderunt, id saltem aliqua ratione indi-*
C *catum haberemus sive ab Augustino, qui propensissimo ubique apparet in S. Cyprianum animo, sive ab Hieronymo, qui sane verbis parcere non erat solitus, sive ab alio quovis scriptore antiquo. Apposite itaque anonymus* (3) : Consule Dionysium Alexandrinum, Eusebium Cæsariensem *(horum verba protulimus supra)* Hieronymum, Augustinum, Vincentium Lirinensem, Facundum Hermaniensem, Ven. Bedam, Nicephorum Callixtum, Georgium Syncellum; volvantur et ipsorum Donatistarum scripta, et si qui sunt alii, qui de agitata Stephanum inter et Cyprianum circa hæreticorum baptisma quæstione verba fecerint. Hi profecto quid hinc inde in hoc dissidio gestum fuerit non ignorabant... Attamen nemo Stephanum non dico inhumanitatis aut tyrannidis, sed vel minimæ severitatis erga Cyprianum aut alios insimulat; nemo aliquid in Stephani agendi ratione deprehendere valuit, quod ulla censura vel animadversione dignum sibi videretur. Et certe si tale quid observassent memorati scriptores, illud profecto minime suppressissent, nec Stephano magis quam Cypriano, cujus tanta agnoscebant et prædicabant merita, pepercissent; in quo tamen fuisse aliquid culpandum, aliquid corrigendum, manifestare veriti non sunt. *Neque hæc leviter asserta putaveris; nam singulorum proferuntur ibidem testimonia haud minus idonea quam clara et perspicua, in quibus legimus quidem* Stephanum graviter succensuisse, *ast nullum additur verbum, quo id improbent. Nos unum alterumque adscribimus.*

AUCTORE B. B.

ex veterum testimoniis scriptorum,

26 *S. Augustinus contra Petilianum* : Stephanus, *inquit* (4), baptismum Christi in nullo iterandum esse censebat, et hoc facientibus graviter succensebat; Cyprianus autem in hæresi vel schismate baptizatos tamquam non habentes baptismum Christi baptizandos in ecclesia catholica existimabat. *Et expendens Cypriani ad Pompeium epistolam, in qua et quidem sola ille Stephanum corripit:* Jam illa, *ait* (5), quæ in Stephanum iratus effudit *(Cyprianus)*, retractare nolo; quia et opus non est : eadem quippe ipsa dicuntur quæ E
jam satis discussa sunt, et ea præterire melius est, quæ perniciosæ dissensionis periculum habuerunt. *Subdit Anonymus* (6) : Hisce ne verbis Augustinus ostendit se Cypriano virilem Stephani agendi rationem carpenti suffragari? *Et Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos* (7) : Legat B. Cypriani epistolas, in quibus Stephanum Romanæ urbis episcopum et inveteratæ consuetudinis lacerat errorem. *Quem dicit a Cypriano* lacceratum, *nec hic nec uspiam alibi significat hunc ab illo offensum; quod sane, si cogitasset, pro ingenio suo non prætermisisset. Sic quoque Vincentius Lirinensis sæculo* v (8) : Stephanus sedis apostolicæ antistes cum cæteris quidem collegis suis, sed tamen præ cæteris restitit; dignum, ut opinor, existimans, si reliquos omnes tantum fidei devotione vinceret, quantum loci auctoritate superabat. *Atque hæc sufficiant. Qui plura voluerit, adeat* Acta et monumenta celeberrimæ de baptismate hæreticorum disputationis *in Patrologia latina* (9). *Veteres itaque uno ore laudant S. Stephani zelum, fortitudinem in defendenda apostolica traditione; nemo re-* F
prehendit, carpit. Equidem existimo ægre omnino tulisse quod viri, tanto apud suos in pretio habiti, pervicaciter sententiæ erroneæ adhærerent, iisque graviter succensuisse; *nec immerito sane, adeoque* præcepisse *ut ad saniora redirent consilia, secus fore abstinendos, vel sua communione privandos;* quod quidem præceptum, ut esse gravissimum ipsi sentirent, et auctoritatem illi suam omnem adjunxit, et armatam non sine acri, sed justa objurgatione intentavit, si negligerent, severitatem. *ut jam supra retuli ex Boschio* (10). *Non putem aliud absque temeritate tum de epistola, tum de gestis illius pontificis asseri posse. Confer* §. x.

quibus utique standum,

27 *Cum itaque, ut pluries monui, litteræ S. Stephani non pervenerint ad nos, ex quibus sane statuendum de ejus agendi ratione*

(1) Migne, Patrologia latin. tom. III, col. 1289. — (2) Ibid, col. 1281 et seqq. — (3) Ibid. col. 1298 et seqq. — (4) De uno baptismo, cap. 14. — (5) De Baptismo contra Donat. lib. V, cap. 25. — (6) Ubi supra col. 1302. — (7) Ad finem. Opera (Martianay) t. IV. col. 305 — Paris. 1706. — (8) Commonitorium, cap. 9. — (9) Migne, tom III, col. 1009-1478. — (10) Tom. I Aug. pag. 117.

AUCTORE B. B.

foret, id utique solum remanet, ut ex coævorum aliorumque, qui propius ad ejus tempora accedunt, scriptis discamus quis fuerit illius in litteris suis modus. Porro, ut ex allatis perspicue efficitur, nihil in his erat, quo Firmiliano *tam vehementi esse liceret. Quid ergo?* Salva sancto Præsuli debita reverentia, *ut sapienter habet Coustantius* (1), observandum est, eum ita in hoc negotio se gessisse, ut suspicio in eum conveniat animi paulo *(vox nimis utique benigna)* vehementioris, qui nec modum tenere valeat, nec sermonem æquis accuratæ veritatis legibus continere. Sic porro loquitur, quasi totus mundus cum ipso conspiret, ac minutissima portio Stephano hæreat. Nec eum ad primum ecclesiæ præsulem, qui cum totius orbis episcopis apostolicam traditionem vendicabat, dicere pudet : « Tu hæreticis omnibus pejor es. » Qui autem in his modum excessisse convincitur, eum pariter ad excedendum in eo quod de Afrorum legatis narrat, eodem animi impetu abreptum esse merito suspiceris. Homo exacerbatus facilis ac pronus est ad omnia, quæ præoccupatæ menti faveant,
B vel ex uno rumore excipienda, quamvis rumorem sæpius fallere, ac dum per multorum ora pervadit, res aliter quam actæ sunt, perferre experiamur. *Probabile valde est, imo mea opinione certum, S. Cypriani litteras (quibus procul dubio juncta erant acta conciliorum Carthaginensium aliaque id genus et in specie exemplar epistolæ ad Jubaianum) quas Rogatianus diaconus attulerat, similes fuisse epistolæ ejusdem sancti doctoris ad Pompeium, adeoque acriori stylo conscriptas; quæ proinde animum* Firmiliani, *tantopere jam commotum, novis stimulis incitarint.* Nihil lenius ac placabilius Cypriano...; *sed tamen eum interdum a summa illa lenitate ad vehementiorem causæ defensionem transiisse* perspicitur ex epistola ad Pompeium. Videtur tamen Cyprianum et Firmilianum illud in primis offendisse, quod Stephanus putaret *(quis eum hac de re jure castiget?)* abstinendos rebaptizantes. *Hæc Baluzius* (2), *qui vulgari sua ætate sententiæ inhærens, existimavit* vehementiam epistolæ Stephani papæ in causa fuisse, cur tam vehementer contra eum scriberent Cyprianus et Firmilianus, *adeoque minus culpandi.*
C

et Firmilianus *culpa non absolvendus.*

28 *Cæterum etiamsi, contra veterum testimonia, daremus, Stephanum et vehementem et acerbum fuisse, non ideo sane culpa vacaret* Firmilianus, *stylo rescribens longe vehementiori et acerbiori, cum, teste Augustino, Cyprianus reprehensione sit dignus, qui tamen multo melius se continuit. Est ergo certum,* Firmilianum *non servasse modum, æstu abreptum ultra omnes veri justique limites prosiliisse, ad injurias calumniasque prorupisse, ut nemo unus sit cordatus qui id indigne non censeat ferendum, et scriptorem omni judicet culpa liberandum. Unde haud immerito Baronius* (3) : Videas hominem jam antea in Stephanum agitatum, quod... ab eo communione privatus esset *(hoc tamen valde dubium, ut alibi ostendam)* acceptis Cypriani de eodem pariter querentis litteris, veluti violento superaddito ventorum flatu, semel iracundiæ igne succensum, vehementius inflammatum. *Quo culpam minuat, subjicit :* Dicam opportune illud Gregorii Nazianzeni : « Non viles tantum et plebeios, sed etiam præstantissimos quosque viros Momus interdum attingit, ut solius Dei sit, omni prorsus peccato atque animi perturbatione vacare. » *Et eodem collimans Maranus* (4) : Raptim scribenti multa in Stephanum iracundius dicta exciderunt, quæ fortassis pro eximia animi moderatione Firmilianus emendasset, nisi spatium relegendæ, ut par erat, epistolæ Rogatianus moræ impatiens eripuisset. *Similia plerique proferunt, ut aliquo saltem modo scriptorem excusent. Alii vero, quod tantam excandescentiam in virum aliunde maxime præclarum vereque sanctum cadere non posse existiment, negant epistolam a* Firmiliano *scriptam. Qua ratione hoc sustineri possit, videamus.*
D

§ VII De eadem epistola, quam communiter eruditi sinceram affirmant; negat Missorius, cujus sententia expenditur.
E

Sinceram affirmant communiter eruditi;

Primus epistolam typis subjecit Morellius in sua operum S. Cypriani editione, Parisiis anno 1564 (5); *illam Paulus Manutius in romana editione, anni præcedentis, omiserat, quamvis ipsi non incognitam, sed cum Latinio, collaboratore suo,* Firmiliani petulantiam detestatus (6). *Morellii vestigia secuti sunt deinceps omnes, nec sane pauci numero, operum eorumdem editores* (7). *Unde Baluzius* (8) : Postea Pamelius, qui illam repererat in sex antiquis codicibus, eam recudit, innuens tamen, quo erat in rempublicam christianam et ecclesiasticam affectu, se illam omissurum fuisse, quod paulo vehementius et acerbius quam episcopum deceat scripta sit, nisi jam a Morellio fuisset edita. *Atque exinde apparet, Palmelio dubium nullum incidisse de sinceritate; secus typis epistolam utique non com-*
F *mississet.* Scilicet, *prosequitur Baluzius,* Romanos et Pamelium commoverunt liber Firmiliani stylus et excandescentia adversus papam Stephanum diverse ab eo sentientem. At si attente considerassent quanti et quam vehementes soleant esse affectus cum agitur de causa religionis et fidei... profecto hanc excandescentiam condonassent Firmiliano, neque propterea tenebris damnandum esse putassent illustre hoc antiquitatis eccleciasticæ monumentum, in quo sane bene multa sunt magni momenti quibus hodie careremus, cum grandi rerum nostrarum dispendio, ut in simili argumento censuit Sirmondus, edens in lucem libellum precum Marcellini et Faustini adversus papam Damasum. Neque illa Romanorum aut Pamelii cura impedivisset in hac luce litterarum, quin epistola illa prodiret in publicum. Cum enim certum

(1) Dissertatio de Stephani papæ sententia circa receptionem hæreticorum. Patrologia lat. tom. III, col. 1268. — (2) In Epist. 75 nota 47. Patrol. lat. tom. III, col. 1176— (3) Annales ad an. 258, num. XLIV, tom. III, pag. 60. — (4) Migne, Patrol. lat. tom. IV, fol. 162. — (5) Vide Schoenemannum, Bibliotheca Patrum latinorum, tom. I, pag. 103 et 122. Lipsiæ 1792. — (6) Ibid. pag. 121 — (7) Conf. ibid. pag. 122 et seqq. — (8) Migne ubi supra, col. 1153.

sit

A sit illam ex veteri libro editam fuisse a Morellio, extiterit etiam in sex codicibus a Pamelio visis, in iis in quibus inventa est a Latinio, in septem quibus usi sunt Angli in sua editione, in decem, cum quibus ego contuli opera sancti Cypriani; manifestum est illam non potuisse semper latere, etiamsi Morellius non edidisset. Epistola ergo Firmiliani inventa est in viginti sex codicibus manuscriptis. *Quod sane argumentum pro sinceritate epistolæ valde solidum reputabitur et haud facile refutandum. Quare iterum laudatus Baluzius* (1), neminem ante Lupum id sibi sumpsisse, ut dicere auderet *epistolam* esse falsam, aut de ejus auctoritate dubitaret. *Nec putes Lupum multis quæstionem movisse, quam obiter tantum tangit. Quinimo non dubitat an vera sit epistola nec ne; sed solummodo an Stephanus Cyprianum* pseudo-christum, pseudo-apostolum *etc. dixerit*, ut, *inquit* (2), affirmat in famosa sua epistola sanctus Firmilianus...; de cujus tamen veritate hæsito. Etenim pacificus Cyprianus orthodoxæ communionis ac fraternitatis fibulam non disrupit, et illum Stephanus
B numquam ejecit aut suspendit ab ecclesia... Et sanctus Firmilianus, dum ob mentis duritiem fuit a Romana communione suspensus (*hoc perperam asseritur*), fuit in dicendo et Cypriano incendendo liberior. *Ultima verba mentem auctoris plane explicant atque patefaciunt dubium ipsi non esse de sinceritate epistolæ, sed tantum de præfatis appellationibus adeo probrosis. Itaque corrigendus Baluzius, item Missorius* (3), *de quo nunc agendum. Atque ita Lupus sæculo* XVI.

negat Missorius; primum variis ex conjecturis,

30 *Sequenti autem sæculo pugiles duo, viri diligentes, ambo ex familia S. Francisci, Raymondus Missorius, conventualis, et Marcellinus Molkenbuhr, de strictiore observantia, in aciem validius processerunt, edita uterque dissertatione haud parum prolixa, ille anno* 1733, *iste anno* 1790; *utriusque idem scopus, nempe ut demonstrarent prorsus* Firmiliano *abjudicandam epistolam, utpote a Donista confictam. Et Missorius quidem, ut ab eo initium faciam, mentem suam his aperit verbis* (4) : Epistolam sancti Firmiliani ex universis, quæ extant inter Cyprianicas om-
C nium celeberrimam atque notissimam expendere aggredior. Hanc igitur ita expendam, ut eam et ab homine petulantissimo, Donatista sane quidem, confictam fuisse et summa injuria sanctissimo Firmiliano tributam, solide non minus quam aperte demonstrem. *Et paucis interpositis* (5) : *Dissertationem* in tria capita dispertio... in primo eas conjecturas adduco quæ universam Firmiliani epistolam afficiant inficiantque; in secundo præcipua ejus loca *(imo totum etiam epistolam)* exscribo, quibus criticas notas subjicio; in tertio demum omnia congero argumenta, quibus ex adverso fides antiqua ipsi eidem epistolæ conciliari possit, quæ per me mihi objecta pro mea virili retundo. *Hæc ille clare et perspicue. Primum itaque videamus* conjecturas : *nec enim Missorius ipse aliud se proferre existimat. Epistola* Erasmum *latuit* (6), obest magnæ, quæ de Firmiliano extat sanctitatis fama (7), Firmiliani fidem commaculat (8). *Hoc genus argumenti, quod ad acriorem acerbioremque stylum refertur, expensum paucis fuit supra, ubi vidimus hoc nec Baronium nec alium quemquam ante Missorium satis motum, ut fidem litteris negaret.* Desunt litteræ missiciæ (9); *esto; quid inde?* Deest græcum exemplar epistolæ Firmilianicæ. Multum derogat Cypriani caritati, si Firmiliani responsum in vulgus prodidit, multo etiam magis, si in latinum vertit (10). *De hoc alibi agam. Ex hactenus allatis non facile quis existimabit, Missorium* solide non minus quam aperte demonstrasse *epistolam confictam. Redibit sequenti* § *de stylo questio.*

AUCTORE B. B.

tum ex silentio antiquorum,

31 *Progrediamur ad alia paulo majoris ponderis.* Supposita demonstratur ex summo perpetuoque scriptorum silentio, tum Cypriano coævorum, tum sequiorum sed tamen antiquissimorum; ac primum S. Dionysii Alexandrini (11); deinde Eusebii Cæsariensis (12); tum sancti Augustini (13); post Donatistarum (14); tum ipsius S. Cypriani (15); postremo concilii Carthaginiensis III, quod post acceptam Firmiliani E
epistolam celebratum ostenditur (16). *Ad hæc reponimus, argumentum ex silentio scriptorum deductum, negativum, ut dici solet, est, nec efficax ad probandum : stante enim sinceritate epistolæ, sexcentæ potuere esse scriptoribus illis rationes, hodie nobis penitus ignotæ, quæ silentio causam præbuerint. Adde non omnia auctorum illorum opera ad nos pervenisse, nec proinde constare an in deperditis mentio fieret necne de epistola, quod præcipue valet pro Dionysio Alexandrino, cujus pauca supersunt, eaque valde mutila. Conf. num.* 21. *Quid quod ipse Augustinus aperte declaret se non omnia novisse quæ tunc prodierunt.* Neque enim, *inquit* (17), omnia quæ in illo tempore inter episcopos gesta sunt, memoriæ litterisque mandari potuerunt, aut omnia quæ mandata sunt novimus. *Ad Eusebium quod spectat, meminit quidem ille S. Cypriani et Afrorum, sed totus versatur in dissidio apud Orientales excitato, nec id quidem prolixe, sed compendiose valde, atque ex solis fere litteris S. Dionysii Alexandrini, quarum recitat fragmenta. Vide num.* 21 *et* 22. *Denique* F
Missorius disserte asserit occasione hæresis Cataphrygum et Paullianistarum HISTORIAM de Orientalium atque Afrorum anabaptismo ab Eusebio Cæsariensi esse CONFICTAM (18).

præsertim S. Cypriani in concilio III Carthaginensi;

32 *Intellexit Missorius silentium Cypriani et concilii Carthaginensis* III *pondus tantum habere posse eo pacto, si litteræ* Firmiliani *datæ fuerint ante hujus concilii celebrationem, ideoque omnem intendit conatum, ut probet ita revera contigisse. Ast adversa sententia longe communior probabiliorque est, nempe missum in Orientem a Cypriano Rogatianum diaconum, celebrato carthagine concilio* III *calendis septembris anno* 256; non serius... quod habitum fuerit vivente Stephano, *qui anno sequenti die* 2 *augusti obiit*; nec citius collocandum esse persuadent pauca quæ,

(1) Ubi supra, col. 1176. — (2) Scholion IV in Tertulliani lib. de Præscriptione. Opera Christiani Lupi, tom. IX, pag. 67. Venetiis 1727. — (3) Pag. 146 et seqq. — (4) In epistolam ad Pompeium inter Cyprianicas LXXIV adversus decretum S. Stephani papæ I de non iterando hæreticorum baptismo dissertatio critica (*præmittitur dissertatio de epistola* S. Firmiliani), pag. 1. Venetiis 1733. — (5) Ibid. pag 2. — (6) Ibidem. — (7) Ibid. pag. 3. — (8) Ibid. pag. 10. — (9) Pag. 13. — (10) Pag. 14. — (11) Pag. 18. — (12) Pag. 22. — (13) Ibidem. — (14) Pag. 24. — (15) Pag. 25. — (16) Pag. 26-37. — (17) Lib. 2 de Baptismo, cap. IV. Migne, tom. XLIII, col. 129. — (18) Pag. 40 et seqq.

post

AUCTORE B. B.

post celebratum concilium, S. Stephanum inter et Cyprianum circa hanc controversiam intercesserunt (1). *Consentiunt in annum Maranus* (2), *Tillemontius* (3) *Pagius* (4), *Pearsonius* (5), *Natalis Alexander* (6), *Schoenemannus* (7) *Carolus Hefele* (8) *aliique passim. Ab hoc concilio (ut rursus communior sententia tenet* (9)*) missi ad Stephanum legati, cum recepti non fuissent, Cyprianus diaconum suum ad* Firmilianum *direxit cum litteris, quibus addidit alteras suas ad Jubaianum (harum enim verba quædam retulit* Firmilianus*) et procul dubio etiam acta conciliorum aliaque ad quæstionem controversam spectantia.*

sed hoc celebratum ante litteras S. Firmiliani,

33 *Ex his inferre licet Rogatianum non ante mensem Septembrem Carthagine profectum, Romæ sedente S. Stephano, quem et in vivis fuisse, dum Cypriano respondebat* Firmilianus, *hujus litteræ diserte testantur. Ut itaque itui et reditui diaconi spatium sit, responsum Cæsariensis episcopi ad finem anni referamus oportet, quod cæteroquin ex ipso* Firmiliano *perspicue elucet.* Quoniam vero, *inquit* (10), legatus iste a vobis missus re-
B gredi ad vos festinabat et hibernum tempus urgebat, quantum potuimus ad scripta vestra rescripsimus. *Et iterum* (11) : Decurramus vero breviter et cætera quæ a vobis copiose et plenissime dicta sunt, festinante vel maxime ad vos Rogatiano, diacono charissimo nostro. *Annum quoque ipsum* 256 *haud obscure designat* Firmilianus, *sequenti loco* (12) : Ante viginti enim et duos fere annos, temporibus post Alexandrum imperatorem, multæ istic conflictationes et pressuræ acciderunt, vel in commune omnibus hominibus, vel privatim christianis ; terræ etiam motus plurimi et frequentes exstiterunt, ut et per Cappadociam et per Pontum multa subruerent, quædam etiam civitates in profundum receptæ, dirupti soli hiatu devorarentur, ut ex hoc persecutio quoque gravis adversum nos christiani nominis fieret, quæ post longam retro ætatis pacem repente oborta de inopinato et insueto malo ad turbandum populum nostrum terribilior effecta est. Serenianus tunc fuit in nostra provincia præses, acerbus et dirus persecutor. *Cum internecio Alexandri incidat in annum* 235, *vicesimus secundus ab*
C *ejus interitu est annus* 256 (13). Certe, *ut habet Pearsonius loc. cit.*, Maximinus arrepto imperio, statim persecutionem in Christianos exercuit... Hoc igitur ipsum tempus a Firmiliano, dum scriberet, satis accurate indicatum (annus scilicet ab exordio imperii Maximini vicesimus secundus), quod nulli priori competere potest; multo minus posteriori, *cum anno sequenti* (257) diu ante initium hiemis et persecutio orta sit et Stephanus decesserit *etc. Consentit Pagius* (14) : Occisus Alexander imperator mense Martio anni ducentesimi trecesimi quinti. Quamobrem annos illos viginti duos utrimque incompletos pro integris numerat Firmilianus, qui nullo modo de anno sequenti intelligi potest, cum eo anno (257) persecutio orta sit *etc. ut supra.*

scriptas exeunte anno 256.

34 *Est ergo plane probabilis sententia, imo aliis longe verisimilior, scriptam epistolam, ut diximus, exeunte anno* 256. *Objiciunt, hoc si admittatur, tempus non inveniri sufficiens ut legati a concilio tertio missi, Romam pervenirent indique redirent; et post hæc Rogatianus Cæsaream pergeret ad* Firmilianum, *hujusque responsa Carthaginem deferret. Hæc namque omnia contigisse oportet a mense Septembri inchoato (nempe post solutum concilium) ad exeuntem Decembrem. Respondet Suyskenus, decessor noster, in Actis S. Cypriani* (15) : Trajectus Carthagine Romam tantus non est, quin iidem legati, quorum omnis mora Romæ inutilis plane fuisset, ante finem Septembris in Africam reduces facile esse potuerint, adeoque et eodem mense Rogatianus diaconus Cæsaream Cappadocum ad Firmilianum mitti et sub finem Octobris vel Novembris initium illuc advenire, et inchoata jam hieme mox reverti voluisse. Inchoata jam hieme, inquam : nusquam enim dicitur Rogatianus ante hiemem eo pervenisse. Verba Firmiliani subjungo : Quoniam vero iste legatus *(etc. ut supra).* Hæc autem æque hiemis initium E
quam autumni finem significant, eaque sic possumus interpretari, ut Rogatianus in Africam reverti festinaverit, ne jam tum inchoata hiems ingravescens, regressum suum, si minus præcluderet, saltem redderet molestiorem. *Nec absurda sane conjectura. Attamen opus non est ut Cyprianus reditum legatorum expectarit, quo certior fieret de rei exitu Romæ: potuit enim hoc aliis modis novisse, et continuo mittere in Orientem diaconum suum; nec etiam, in nostra sententia, necesse est ut ante finem anni in Africam redux fuerit, sed sufficit ut viæ se commiserit, Carthaginem repetiturus. Denique ratio habenda est regionum, cum non ubique hiems eodem die, imo et mense ingruat. Conf.* § VIII *versus finem.*

nequidquam contradicentibus nonnullis,

35 *Atque hæc de anno., quo scripta nobis probabilius videtur epistola* S. Firmiliani. *Alii alios statuere, quod non recte definitum haberent cui anno adscribendum esset S. Stephani martyrium. Sic Morcellus* (16) : Hoc anno (255), *inquit*, Stephanus biennium pontificatu functus, IV Nonas *(i. e. die secunda Dec.)* decessit, (*imo anno* 257, quadriennium *pontificatu functus* (17), *ut alibi diximus*). *Unde Morcellus dissidium de baptismo coactus fuit anno* 254 *et sequenti adscribere, quod a vero prorsus aberrat, nec cum reliqua illius ætatis historia componi ulla ratione potest* (18). *Simile quid occurrit in Cointio; hic quidem verum scriptioni Firmilianicæ assignat tempus, annum scilicet* 256 : *sed datam vult post concilium Carthaginense* I. *Audiamus Pearsonium, penes quem fides sit sententiæ Cointianæ.* Cointius, *inquit* (19) non ante annum sequentem celebratum esse tertium hoc concilium statuit; cum tamen hoc anno (256) recte observet Firmilianum ad Cyprianum litteras dedisse. Putat enim statim post primum concilium missum F

(1) Acta S. Cypriani, tom. IV Sept. pag. 301. — (2) Vita S. Cypriani. Migne, tom. IV, col. 161. — (3) Mémoires, tom. IV, pag. 153. — (4) Ad annum Baronii 259, num. XVI. — (5) Annales Cyprianici ad an. 256, num. IX. — (6) Historia ecclesiastica, tom. IV, pag. 11. Venetiis 1778. — (7) Bibliotheca Patrum latt. tom. I, pag. 98. — (8) Conciliengeschichte, tom. I, pag. 112. Edit. 1855. — (9) Acta S. Cypriani, pag. 303 et seqq. — (10) Migne tom. III, col. 1158. — (11) Col. 1166. — (12) Col. 1163. — (13) Acta S. Cypriani, tom. IV Sept. pag. 307. Pearsonius, pag. 56-57. Maranus Vita S. Cypriani. Migne, tom. IV, col. 161. Tillemont, tom. IV, pag. 310 — (14) Ad an. Baronii 259, num. XVII. — (15) Pag. 306. — (16) Annales ecclesiæ Africanæ. Migne, tom. III, col. 1462, — (17) Art de vérifier les dates, pag. 243. — (18 Conf. Maranum. Migne, tom. IV, col. 161. — (19) Annales Cyprianici ad an. 256, pag. 56.

fuisse

A fuisse Rogatianum cum litteris ad Firmilianum. Quæ sententia omnibus hisce Cypriani epistolis *(de quibus agit hoc loco Pearsonius)* repugnat. Nam statim post primum concilium, nondum scripserat Cyprianus ad Stephanum de baptismo hæreticorum, nedum Stephanus ad Cyprianum, multo minus Jubaianus, quorum tamen omnium litteræ ad Firmilianum missæ sunt, ut ex ejus responso patet.

qui prætereа errant circa legationem ab Afris ad S. Stephanum missam.

36 *Antequam finem disputationi imponamus, juverit notasse, alios alia opinatos de tempore, quo legatio, a* Firmiliano *commemorata, Romam missa sit. Maranus illam refert ad Carthaginense concilium secundum.* Ad hoc, *ait* (1), tempus referre cogor legationem episcoporum, quos concilium Africanum ad Stephanum misit, *multumque laborat ut adversanti Tillemontio satisfaciat, cujus hoc præcipuum argumentum,* quod Cyprianus in concilio tertio Carthaginensi nihil de his in legatos injuriis dixerit. Unde scriptor doctissimus concludit legationem post concilium tertium collocandam esse (2), *et rectissime quidem mea opinione. Quis enim sibi persuadeat Cy-*
B *prianum, tantopere contra Stephanum tunc commotum, nihil prorsus conquestum de tanta (si omnino* Firmiliano *credamus) papæ in legatos duritie et* inhumanitate, *cum de aliis pluribus, minoris utique momenti, acerbe et vehementer expostulet? Nec idoneum videtur Marani responsum, imo infirmum valde, nempe* hoc silentium lenitati, quæ summa fuit in Cypriano, tribuendum. *Alia sane loquitur S. Augustinus, ubi de his* quæ in Stephanum iratus effudit, *et* quæ periculum perniciosæ dissensionis habuerunt. *Unde apposite Suyskenus* (3) : Si tamen hæc cum summa ejus lenitate recte concilientur, non video cur religioni habuisset istam Romani pontificis severitatem commemorare, quod certe cum minori commotæ mentis suspicione, quam qua epistolam ad Pompeium scripsit, facere potuisset, ut eam legenti apparebit. *Baronius* (4), *quem secutus P. Natalis Alexander est* (5), *legatos, de quibus* Firmilianus, *non Carthagine sed Iconio venisse existimat, adeoque non Afrorum sed Orientalium missionem hanc fuisse. Ast primum, synodum Iconiensem* diu *ante Stephani tem-*
C *pore celebratam demonstravimus contra Baronium aliosque num.* 7. *Deinde* Firmilianus *manifeste Afros indigitat, quod ex totius epistolæ contextu extra omne dubium ponitur* (6). *Morcellus negat* (7) *legatos umquam missos; nec mirandum, cum præter epistolam Cypriani ad Magnum, cætera hac de quæstione conficta declaret, per omnia fere consentiens Missorio, cujus dissertationes passim laudat.*

Rerum gestarum ordo chronologicus summatim exhibetur,

37 *Ex hac tot virorum, magni inter eruditos nominis, dissensione concludamus oportet, non omnia liquida esse quæ ad rerum gestarum in celebri hac disputatione seriem seu chronotaxim pertinent; imo multa remanere obscura aut dubia. Probabilius sic ordinandas censeo. Anno* 255, *sub autumnum, Carthaginense concilium* I; *anno* 256, *ante festa paschalia concilium* II, *a quo directa ad Stephanum epistola synodica, qui sententiam Afrorum, ut jam Orientalium, improbavit, minatusque eis est abstentionem, si in illa persisterent. Anno eodem calendis Septembris concilium* II *et legatio in Urbem missa nec a Stephano recepta. Hoc cognito Cyprianus, deputato Rogatiano diacono suo, litteras dedit ad* Firmilianum, *qui continuo iis respondit. Anno* 257 *ineunte orta sub Valeriano persecutio est, et Stephanus martyrio coronatus, et Cyprianus exilio mulctatus. Unde et dissidium siluit, et paulatim sopitum fuit, orbe catholico denique probante S. Stephani sententiam. Videntur tamen Orientales diutius in sententia sua perstitisse, ut ex quibusdam S. Basilii Magni, qui ejusdem ecclesiæ Cæsariensis Cappadocum episcopus fuit, et aliorum locis apparet. Vide infra* § XI.

AUCTORE B B.

et concluditur disputatio de veterum silentio.

38 *Itaque, ut paucis dicta concludam, si* Firmiliani *responsum in manus S. Cypriani pervenit tantum exeunte anno* 256 *vel cœpto jam sequenti, mirum non est, sanctum doctorem illius nuspiam meminisse, cum* anno 257, *ut statim diximus et recte monet Pagius l. c.,* E persecutio orta sit, et Stephanus decesserit, et Cyprianus exilio mulctatus sit, *et exinde dissidium siluerit. Denique, ut nihil prætermittam, quis audeat cum Missorio asserere epistolam latuisse Donatistas, quod isti illam non noscantur protulisse? Nam primum quæ scripta sectariorum illorum ad nos pervenerunt, et quam fida, quam sincera? Quot perierunt, et num in istis nulla mentio epistolæ? Insuper præcipua Donatistarum placita novimus ex solo Augustino; hic autem declarat contra Cresconium, quidquid objiciant* ex Cypriani et quorumdam Orientalium litteris; nihil impedire causam, *ac propterea omittit, (vide § sequenti ab initio). Et alio loco non minus diserte profitetur* nolle se retractare, *quæ Cyprianus* iratus effudit. *Non itaque putem sententiam Missorii ex veterum silentio vel minimum probatam. Nec etiam post illum multos invenias, qui hoc ex capite fidem epistolæ denegaverint (vide infra); sed qui falsam tenent, ita sentiunt imprimis, quod stylus vehementior et acerbior sit, quam sanctum præsulem deceat. Sed de his sequente* §, *postquam de S. Augustino, quo ante omnia* F *nituntur adversarii, dixero.*

(1) Migne, tom. IV, col. 157. — (2) Ibid. col. 159. Tillemont Mémoires, tom. IV, pag. 155. — (3) Tom. IV Sept. pag. 305. — (4) Ad an. 258, num. XVI. — (5) Historia eccl. ad sæculum III dissertatio XII, art. 1. Propositio II, tom. IV, pag. 93 et seq. Venetiis 1778. — (6) Conf. Suyskenum, pag. 304. — (7) Annales ecclesiæ Africanæ ad an. 254. Migne, tom. III, col. 1134.

AUCTORE B. B.

§ VIII. De eodem argumento. Num S. Augustinus epistolæ Firmilianicæ meminerit, et an illam habuerit suspectam? An rejicienda, quia stylo scripta acerbiori, quin et contumelioso in S. Stephanum papam? Quid sentiant P. Marcellinus Molkenbuhr, item Alberus, et nuperrime RR. DD. archiepiscopus Nisibensis.

Sive meminerit epistolæ S. Augustinus sive non, nihil contra illius fidem inferri potest.

Duo objiciunt ex S. Augustino; unum quod de epistola S. Firmiliani *nuspiam faciat mentionem; alterum quod suspectas sibi insinuet S. Cypriani litteras de baptismo hæreticorum, quod idem sane dicendum de responsis episcopi Cæsariensis. Ad prius quod attinet, re quidem vera plerique censent harum sanctum doctorem nuspiam meminisse. Est tamen locus ex quo contrarium effici videtur. Scribit nempe libro* III *contra Cresconium cap.* 1: Quidquid de Cypriani et quorumdam Orientalium litteris inserendum putasti, quod eis placuerit apud hæreticos et schismaticos datum improbare baptismum... nihil impedit causam nostram. *Et notant editores Maurini:* Agit de litteris forte Firmiliani, Cypriano inscriptis et inter Cyprianicas vulgatis. *Nec id verisimilitudine utique caret. Quorsum alias spectaret Augustinus? Sit autem conjectura; certe conjecturis Missorii haud minus probabilis. Obstat Tillemontius* (1) *(cui cæteroquin epistola sincera est), ideo, quod si ei nota fuisset, non prætermississet Augustinus refutare, quæ tradit* Firmilianus *de* immemorabili consuetudine *baptizandi hæreticos, quam testatur apud Orientales obtinuisse. Si enim hoc ille novisset, utique pro animi candore*
C *quem ubique præfert, non dissimulasset. Ast nonne ex ipso Augustino rationem discimus alti illius silentii?* Jam illa, *inquit* (2), quæ in Stephanum iratus effudit Cyprianus retractare nolo; quia et opus non est. Ea præterire melius est, quæ periculum perniciosæ dissensionis habuerunt. *Quæ pari saltem jure pro* Firmiliano *valent. Ut ut est; sive meminerit ille epistolæ sive non, nihil contra hujus fidem intuleris: nam si prius, funditus ruit Missorii objectio ex silentio petita; sin posterius, vel ideo non meminit quia non viderat litteras; sed ipse testatur Augustinus* non omnia quæ tunc litteris mandata se novisse, *quin tamen hæc falsi seu suppositionis arguat; vel si novit et prætermisit, nonne quia* nolebat retractare quæ periculum perniciosæ dissensionis habuerant?

Videtur quidem idem S. doctor, ubi contra Donatistas disputat,

40 *Alterum gravius est adeoque a nobis diligentius expendendum et ponderandum. Scilicet pluribus in locis videtur dubitare S. Augustinus de sinceritate litterarum S. Cypriani de baptismate hæreticorum, simul docens non defuisse sua ætate qui illas confictas haberent. Ast primum notemus sanctum doctorem illis in locis agere contra schismaticos Donatistas, eosque refellere exemplo et scriptis S. Cypriani, qui non solum perpetuo in unitate permansit, sed eam magnifice semper propugnavit. Quod vero objicerent ejus adversus Stephanum et litteras et acta, reponit, jure optimo, hæc* nihil impedire causam..., *si, inquit* (3), ecclesiam retinemus, quam non deseruit Cyprianus. *Cum igitur cardo quæstionis verteretur in unitate, nec deessent, qui pro sua in sanctum martyrem veneratione ægre admitterent tantam in B. Stephanum acerbitatem, adeoque suspicarentur opera illius de baptismo vel conficta vel interpollata ab adversariis, propterea a scriptorum sinceritate præscindit vel eam in medio nonnumquam relinquit;* dato *scilicet et* non concesso, *atque* ad hominem, *ut scholæ loquuntur. Hinc locutiones:* Vel Cyprianus vel quicumque illam scripsit epistolam; *item*: Concilium Cypriani, quod aut non factum est, aut a cæteris unitatis membris, a quibus ille divisus non est, superatum (4). *Et similiter alibi. Ast aliud est, ubi quæstio principalis refertur ad scriptorum sinceritatem seu authentiam. Tunc enim perspicue et nihil hæsitans mentem suam aperit declarans litteras Cypriano non abjudicandas. Sic in epistola ad Vincentium*: Cyprianus, autem, *ait* (5), sensisse aliter de baptismo, quam forma et consuetudo habebat ecclesiæ, non in canonicis, sed in suis et concilii litteris invenitur; correxisse autem istam sententiam non invenitur; non incongruenter tamen de tali viro existimandum est quod correxerit, et fortasse suppressum sit ab eis qui hoc errore nimium delectati sunt, et tanto velut patrocinio carere noluerunt. *Tum ad quorumdam dubia, de quibus monui, veniens, prosequitur in hunc modum:* Quamquam non desint, qui Cyprianum hoc prorsus non sensisse contendant, sed sub ejus nomine a præsumptoribus atque mendacibus fuisse confictum. *Nec negat possibile fuisse:* Neque enim sic potuit integritas atque notitia litterarum unius quamlibet illustris episcopi custodiri, quemadmodum Scriptura canonica, tot linguarum litteris et ordine et successione F celebrationis ecclesiasticæ custoditur; contra quam tamen non defuerunt, qui sub nominibus apostolorum multa confingerent; frustra quidem, quia illa sic commendata, sic celebrata, sic nota est; verum quid possit adversus litteras, non canonica auctoritate fundatas, etiam hinc demonstravit impiæ conatus audaciæ, quod et adversus eas, quæ tantæ notitiæ mole firmatæ sunt, sese erigere non prætermisit.

suspectas habere litteras;

ast alibi, ubi mentem disert explicat, sinceras asserit.

41 *Quid ergo sentit Augustinus? Num adhæret iis qui* confictas *litteras contendunt? Num saltem dubius hæsit? Minime vero.* Nos tamen, *subjungit,* duas ob res, non negamus illud sensisse Cyprianum: quod et stilus ejus habet quamdum propriam faciem, qua possit agnosci; et quod ibi magis contra vos nostra causa demonstratur invictior, vestræque separationis præsumptio, videlicet ne macularemini peccatis alienis, tota facilitate subvertitur, cum apparet in litteris Cypriani, communicata esse

(1) Mémoires tom. IV, pag. 158. — (2) Lib. V de baptismo, cap. 231. — (3) Contra Cresconium, lib. III, cap. 1. Patrologia lat. tom. XXXIII, col. 495 et seq. — (4) Ibid. col. 465. — (5) Migne. Patrol. com. XXXIII, col. 540.

cum

A cum peccatoribus sacramenta, cum admissi sunt in ecclesiam, qui secundum vestram, et sicut vultis, illius sententiam, baptismum non habebant, et tamen ecclesiam non periisse, sed in sui generis dignitate per totum orbem sparsa dominica frumenta mansisse. *Denique ad argumentum, quo sæpius contra adversarios Donatistas utitur, concludit* : Porro autem Cyprianus, aut non sensit omnino quod eum sensisse recitatis ; aut hoc postea correxit ; aut hunc quasi nævum sui candidissimi pectoris cooperuit ubere charitatis, dum unitatem ecclesiæ toto orbe crescentis et copiosissime defendit et perseverantissime tenuit vinculum pacis, *et denique sanguinis abluit effusione, ut alibi habet S. doctor. Decretorius mihi est locus iste, quem propterea integre adscribendum duxi. Nam ibidem quæstio non incidenter, sed principaliter seu, ut dici solet, ex professo tractatur ; mensque Augustini luculenter aperitur, scilicet, quamvis alii dubitent, vel etiam certam habeant negantem sententiam, ipse tenet litteras confictas non fuisse, adeoque Cypriano minime abjudicandas. Qui attente*
B *et candide, omni seposita præconcepta opinione, legerit laudatum Augustini locum, sane mirabitur Missorium audire dicentem* (1) : Hinc si epistolam ad Pompeium confictam pronuncio, cum quo tandem hoc audeo ? Cum Augustino scilicet. *Quod ut probet, multa disserit de nescio quo* systemate hypothetico *et altero* absoluto ; *atque eo tandem istiusmodi argutiis devenit, ut affirmet Augustinum* negare, *quod ipse Augustinus diserte profitetur se* non negare. *Nemo post hæc non videt, quam recte et prudenter dixerit Baluzius* (2) : Certe ista facilitas accusandi falsitatis scripta veterum valde temeraria est. Nam si cuique liceat inanes ejusmodi conjecturas sequi ; nullum erit antiquitatis monumentum, quod iniquas suspiciones effugiat. *Hac scilicet methodo quisque notam falsitatis inuret quibuscumque scripturis quæ sententiæ vel placitis suis adversantur ; nec ingenti opus erit conamine, ut Æneidem Virgilii et Odas Horatii cusas cum Harduino pronuntiet a monachis medii ævi.*

Ex styli acerbitate Missorius et alii quidam epistolam supposititicm dicunt,

42 *Quare, missis istiusmodi argutiis, nonnulli Missorio consentientes reperiuntur, sed hoc solum ex capite, quod non intelligerent qui fieri potuerit, ut episcopus, cujus apud omnes in confesso merita eaque prorsus egregia sunt, in tam acerbam contumeliosamque erumperet excandescentiam. Sic in Annalibus ecclesiæ Africanæ Morcellus cui ad manus fuit Missorii dissertatio, innuit quidem Dionysii, Eusebii et Augustini silentium ; at certa ratio rejiciendæ scriptionis ei est ; quod* sunt *(litteræ)* ejusmodi, quales non vir sanctus et a multis commendatus, sed hæreticus nequam et infamis scribere potuerit : adeo contra Petri apostoli successorem Stephanum contumeliosæ atque improbæ sunt. Eas equidem ab eodem prodivisse duxerim, qui epistolam quoque Cypriani ad Pompeium confinxit (3). *Et hoc recte quidem ; nam qui unas rejecerit, nescio quo pacto alteram probaret. Quinimo alia multa falsitatis arguat necesse est. Et re quidem vera alteram edidit Missorius dissertationem,* qua *(ut titulus habet)* epistolam Cypriani ad Pompeium una cum aliis quinque et concilio Carthaginiensi III, hactenus pro Cyprianicis habitis, Cypriano nunc primum abjudicat ac Donatistis attribuit. *Nec immerito sane, si rejicienda* Firmiliani *epistola quia in Stephanum contumeliosa, ita et litteræ Cypriani. Unde iterum Morcellus* (4) : At Cyprianum... adeo excanduisse, ut ea omnia repente oblivisceretur, quæ publice professus fuerat, se cum collegis suis nemini vim facere, nemini legem dare... hoc vero ut credam, adduci plane non possum. Neque enim levia sunt, quæ ille adversus Stephanum admisisse arguitur. Nam si quæ fertur epistola ad Pompeium episcopum Sabratensem missa, Cypriano adscribenda est, ipse non modo Stephani judicio non acquievit, sed alios etiam contra eum commovit ; eundem... erroris insimulavit quasi « hæreticorum causam contra christianos et contra ecclesiam Dei asserere conaretur » ; scripta ab eo multa affirmavit « imperite atque improvide » et quæ vel « superba, vel ad rem non pertinentia, vel sibi ipsi contraria essent. » Stephanus « obstina- E
tionen duram » appellavit quæ constantia foret, auctorque episcopis fuit, ut Stephani doctrinam aversarentur. « Propter quod, inquit, relicto errore sequamur veritatem ». *Quæ sane non admodum abludunt a* Firmiliani *stylo, ut mirum non sit hunc, ardentioris indolis virum, hisce litteris (nec enim est cur dubitemus earum exemplar a Cypriano per Rogatianum submissum) magis magisque excanduisse et calamum acuisse.*

AUCTORE B. B.

43 *Quid igitur ? Profecto culpandus* Firmi- *at frustra.*
lianus, *nec leviter, ut vidimus supra num.* 29, *ubi inter alios citavimus Baronium, qui certe non pepercit verbis ; nec tamen ipse, nec viri eruditi, quos ibidem laudavimus, epistolam habuere confictam. Videbant enim, si tali ex ratione ita statuere fas esset, multa alia ex albo genuinorum fore expungenda, imprimis litteras S. Cypriani omnes de eodem argumento, concilia item Carthaginensia ; et id genus plurima, communi eruditorum calculo sincera. Nemini non nota est controversia, quæ circa initium sæculi* XVII *efferbuit Bossuetium inter et Fenelonium, vehementioribusque animorum motibus agitata. Pone hæc* F
contigisse plura ante sæcula et ante artis typographicæ usum ; nonne, si sinceritas scriptorum dijudicanda est ex dictionis seu vehementia seu asperitate, spuria et conficta censerentur quæ a summis illis viris edita tunc prodiere ? Quis crederet Fenelonium, cujus apud omnes depredicantur mansuetudo et charitas, folia adeo pungentia et aculeata atque mordacia scripsisse contra Meldensem episcopum, imo et rupti sigilli sacramentalis (adhibita voce ambigua (5)*) reum insinuasse ? Quis crederet, alterum tam virulenter, tam verbose, tam superbe imo et inique Cameracensem præsulem lacerasse, ut* Montanum *diceret novæ* Priscillæ ? *Legantur libri et libelli utrimque in publicum, nec sine offensione, sparsi ; et, ni vehementer fallar, vix non ad unum omnes, ex principiis et critices regulis*

(1) Pag. 275. — (2) Migne, Patrologia lat. tom. III, col. 1176. (3) Migne, Patrol. lat. tom. III, col. 1463. — (4) Ibid. col. 1461. — (5) Œuvres de Bossuet. Remarques sur la réponse à la Relation sur le Quiétisme, art. 1, § III, tom. XXX, pag. 15 et seqq. Edit. Lebel 1817.

AUCTORE B. B. *a Missorio aliisque nonnullis ad usum suum concinnatis, censebuntur spurii et ab ecclesiæ hostibus conficti. Nonne pariter eidem Fenelonio abjudicaretur* Telemachus, *utpote scriptio tam sancto tam casto præsule indigna? Adeo verum est, quod monebat Baluzius, nempe si istiusmodi conjecturis et regulis indulgere fas esset, nullum non antiquitatis monumentum facile labefactaveris.*

Dissertatio P. Marcellini Molkenbuhr 44 *Hactenus contra unum disputavi Missorium, ut clarior expeditiorque decurreret sermo. Addenda nonnulla de P. Marcellino Molkenbuhr, qui circiter medium, ut dixi num.* 31, *post sæculum Missorii conjecturas et placita resuscitavit, ne dicam, recoxit: eadem namque repetit forma diversa; nisi quod viis a decessore stratis incedens multo longius progressus sit. Etenim (et in hoc sibi constat) non solum litteras* SS. Firmiliani *et Cypriani, atque concilia Carthaginensia, sed insuper alia plurima asserit conficta vel interpollata. Adeoque demonstrasse putat,* Cepham *a Paulo reprehensum, non esse* Petrum *Apostolum; neque* hunc umquam sedisse Antio-
B chiæ (1), *quod posterius adeo absonum visum est editoribus Mignianis, ut sequentem addendam duxerint notam:* Omnino penes hunc auctorem sit ea, quam profitetur de S. Petri Antiocheno episcopatu opinio, cui adhærendi nec cæteris scriptoribus catholicis, nec nobis animus est. *Paucis interpositis prosequitur Molkenbuhr:* Eo deveni ut nonnulla opera quæ antiquis auctoribus adscribuntur, ex pluribus indiciis cognoverim esse respective supposititia vel mutila vel interpolata, et quidem talia opera, ex quibus gravissimæ et intricatissimæ controversiæ fuere enatæ non minus in Theologia dogmatica quam historia et chronologia ecclesiastica nec non patrologia, signanter quatuor primorum sæculorum. Non possum non meas in re tam ardua cogitationes publici juris facere. Initium facio ab epistola Firmiliano adscripta, quæ ex universis quæ exstant inter Cyprianicas est omnium celeberrima. Proximo tempore et epistolas S. Basilii M. canonicas *ad Amphilochium; aliaque* crisi subjiciam. *Fidem solvit P. Marcellinus pluribus in dissertationibus, conatus illam laudatis operibus detrahere.*
C Denique, *subdit,* et ostendam Eusebii Cæsariensis historiam ecclesiasticam in puncto rebaptizationis controversiæ celeberrimæ S. Stephanum papam inter et S. Firmilianum, nec non et Paschatis celebrandi S. Victorem papam inter et Polycratem ac Irenæum, esse interpolatam; *paulo proinde mitius agit in Eusebium quam Missorius, qui* conficta *ab illo pronuntiat quæ de Baptismo hæreticorum ibidem leguntur.* Hujus Eusebii librum, *verbis iterum utor Molkenbuhrii,* inscriptum: « Vita Constantini M. » fuisse mutilatum, jam alias subindicavi (2). *Mentionem quoque* faciam de orthodoxia S. Dionysii Alexandrini et quod is numquam faverit rebaptizantibus; insuper quod hac in causa Catalogus S. Hieronymi de Viris illustribus fuerit male corruptus... Et epistolas S. Cypriani examinabo, consequenter et concilia Africana quæ in causa rebaptizationis contra definitionem S. Stephani papæ celebrata fuisse dicuntur, D
attingam et reliqua: campus amplissimus undique spinis circumseptus et consitus; *quem nihilominus intrepide auctor ingressus atque emensus est, falce sua critica non solum spinas demetens, sèd et ipsa opera radicitus præscindens, evellens vel extirpans.*

45 *Cæterum iisdem quibus Missorius, utitur P. Marcellinus argumentis, tam* extrinsecis, *ut loquitur, quam* intrinsecis. *Illa desumuntur ex silentio antiquorum et ex S. Augustino; hæc ex scriptionis vehementia. De quibus satis superque a nobis dictum. Cum tamen fidem epistolæ denegandam etiam statuat ob errores, quibus illa, ejus opinione, scatet, juverit paucis hanc difficultatem (hactenus prætermissam) expendere. Ait Molkenbuhr* (3): Epistola ex notis intrinsecis, vel suspecta vel etiam aperte suppositia deprehenditur. Continet enim quam plurima respective vel hæretica, vel hæresi proxima, historice falsa, cum geographia et chronologia incompatibilia, aliaque Firmiliano indigna, *quæ longa paginarum serie* (4), *epistolam in partes dissecando atque unas post alias adscribendo, probanda suscipit. Similia habet Missorius* (5). *Nemo sane a nobis expectat, ut singula ab istis objecta refutemus, quod et longissimum foret atque a scopo alienum, et insuper prorsus supervacaneum. Hos unum repono: perlecta, lynceis utique oculis, atque accuratissime expensa fuit epistola a viris eruditis, quibus, ut dixi-* confutatur; item Alberus. E
mus, genuina existimatur; horum autem nullus hæreses, quas objiciunt, detexit; solus Baronius Firmilianum *errore* quartadecimanorum *infectum judicavit; sed non satis probavit: nam benigna, ut aiunt, adhibita interpretatione, facile locus ille epistolæ meliori sensu explicatur. Cæterum quanti ponderis in hac materia sit sententia eruditissimi cardinalis Baronii, litteras sinceras habentis, nemo non videt. Quod denique spectat* ad historice falsa et cum geographia et chronologia incompatibilia, *neminem unum inter sanctos patres et ecclesiasticos scriptores repereris, qui ab hujusmodi nævis sit immunis. Sub initium currentis sæculi alter prodiit ejusdem sententiæ defensor, de quo satis erit monuisse sequentia ex Joan. Bapt. Palma:* Historiæ hujus, *ait* (6), et monumentorum eam respicientium veritatem impugnavit quoque F
tom. I dissertationum « in selecta argumenta historiæ ecclesiasticæ » edit. an. 1820, Joannes Nepomucenus Alberus ord. Mat. Dei Scholarum Piarum, in Universitate Pestiensi S. Theologiæ et Archæologiæ biblicæ professor. Nos præcipuis, quæ ille disputat, confutatis ostendemus, falsam sententiam istam esse, qua historiam de controversia circa baptismum hæreticorum iterandum et monumenta ad illam spectantia statuitur rejici oportere. *Opus Alberi, quod alio tempore vidisse memini, præsto mihi non est. Cæterum ex Palmæ responsionibus luculenter efficitur, scriptorem Pestiensem vestigia secutum Missorii et Molkenbuhrii, nec novi aliquid protulisse.*

Sententia RR. 46 *Hæc scripseramus, imo totum fere ab-*

(1) Binæ dissertationes de S. Firmiliani etc. Præfatio, pag. 1. — (2) Sex assertiones de jejuniis et abstinentiis contra theologum Moguntinum, § 39. Paderbornæ 1785. — (3) Binæ dissertationes, pag. 12. — (4) Pag. 12-62. — (5) Pag. 112-147. — (6) Prælectiones historiæ ecclesiasticæ, quas in collegio urbano S. Cong. de propaganda fide et in pontificio seminario Romano habuit J. B. Palma sacerdos Romanus hist. eccl. professor, tom. I, part, I. pag. 123. Romæ 1838.

solveramus

DD. archieppi Nisibensis exponitur,

solveramus Commentarium, cum ad manus pervenit liber RR. DD. Vincentii Tizzani, canonici Lateranensis et archipræsulis Nisibi, (quondam ut ipse alicubi profitetur discipuli Joannis B. Palmæ) anno 1862 *editus italico idiomate* (1), *et currente hoc anno* 1866, *gallice versus probante auctore, typis Parisiensibus excusus* (2). *Hæc ejus opinio. Nullum umquam fuit de baptismo* dissidium *inter S. Stephanum et S. Cyprianum Afrosque. Confictæ hujus de illa quæstione epistolæ; confictum decretum S. Stephani quatenus ad Africam spectat; conficta concilii Carthaginensis acta. Aliud est de Oriente; hic vehementer agitata quæstio; cœpta Iconii anno* 234, *ardentius erupit sub præfato pontifice Romano; qui cum decrevisset nihil* immutandum, *aperte restiterunt antistites, quorum præcipuus* Firmilianus; *Afrorum vero nullus intervenit præter S. Dionysium Alexandrinum, non erroris tuendi causa, sed pacis conciliandæ. Deinceps rumor Orientalis dissidii per Africam sparsus, Donatistarum artibus late percrebuit; isti autem confundentes ac-*
B *cerrimam Orientalium disceptationem cum* pacifica consuetudine *Afrorum (hanc enim sub Cypriano admittit RR. DD. præsul), historiam depravarunt, ut episcopum Carthaginensem inducerent cum Stephano contendentem. Itaque confecerunt illius nomine epistolas, et pariter acta concilii; idque eo facilius, quod tunc eorum schisma valeret et combusta a Circumcellionibus Africæ tabularia* (3).

et expenduntur rationes primum ex notis intrinsecis *haustæ, contra epistolas S. Cypriani*

48 *Quæ ut probet Cl. auctor, methodo utitur Missorii. Primum statuit* Criteria *numero septem, nec ab illius* axiomatis *et* theorematibus, *imo et* regulis *Molkenbuhrii valde diversa* (4). *Tum singulas de baptismate epistolas Cypriano abjudicat, utpote a Donatistis confictas, (adeoque et decretum S. Stephani) quas tales habet ex* notis intrinsecis (5). *Antequam ulterius progrediamur, juverit audiisse Cl. Freppelium. Ex notis extrinsecis* præcipua, *inquit* (6), difficulats hæc objicitur, nempe S. Cyprianum non recte ratiocinari, ubi hæreticorum baptismum vult irritum esse, falso interpretari plura ex sacris Litteris loca, manifeste sibi con-
C tradicere, *etc.* Verum quid inde? An mirum cuipiam videbitur, scriptorem, dum errori patrocinatur, præpostere ratiocinari, vehementer falli, non sibi constare? Mirandum potius foret, si non esset ita. Nec viri etiam doctissimi ab hujusmodi labe immunes. Cæterum rationes a S. Cypriano prolatæ, multum abest ut leves sint, cum S. Augustinus fateatur, perlectis litteris ad Jubaianum, « iturum » se fuisse « in eamdem sententiam, nisi « eum » revocasset tanta auctoritas. « *Altera objectio, et quidem pluries repetita, est, scilicet non fuisse cur episcopi sententiam Cypriani rogarent, quam plane jam perspectam habebant. Reponit Freppelius :* Nihil obstare, quominus Quintus, Jubaianus et Numidiæ episcopi optarent plenius de mente tanti doctoris instrui, novisque argumentis ejus opinionem confirmatam habere. *Denique addit adversam sententiam duplici niti* conjectura : *Altera,* nullos fuisse illa tempestate episcopos, qui cum Cypriano non consentirent; *hoc enim vero foret probandum; certe aliud efficitur ex litteris ad Quintum* (7) : Quidam autem de collegis nostris malunt hæreticis honorem dare, quam nobis consentire. *Respondebunt forte, id enim vero falsum esse, atque inter multa alia ob hoc etiam se litteras illas dicere confictas. Esto; sed utique operis sinceritas non eliditur pura putaque conjectura, quam præterea laudatus Freppelius, et recte quidem mea opinione,* falsam *declarat. Altera* conjectura *est, quod non potuerit Cyprianus non persuasum sibi habere, quæstionem* spectare ad fidem; *atqui, ut rursus Freppelius,* plurimis ex testimoniis, iisque plane disertis constat unicuique liberum fuisse opinare, quod sibi magis placeret, cum *quæstio ad disciplinam pertineret non ad fidem. Confer infra num.* 66 *et seq.*

AUCTORE B. B.

49 *Posthæc agit RR. DD. præsul articulo* XXI, *in tres paragraphos dispertito, de epistola* S. Firmiliani(8); *cujus* § I *exhibet summarium* (9); E § II *observationes criticas habet* (10) : *nempe longissima epistola est, cum omnino* 803 *capiat lineas, singulas* 85 *litterarum, in Baluzii editione Veneta anni* 1758, (11); *latuit Erasmum; dicitur originarie scripta græce, quam nemo umquam vidit; illius non meminit Cyprianus, quamvis scripta feratur triennio ante hujus martyrium; nec etiam meminit S. Dionysius Alexandrinus; hic quidem excusat* S. Firmilianum, *sed illius litteræ, ab Eusebio recitatæ, scriptæ fuerunt ante quæstionem Cyprianicam; item Eusebius, Augustinus, Donatistæ (atque hæc quidem mere negativa sunt); denique non scripsit Cyprianus* Firmiliano, *hic ergo non respondit; Insuper litteræ sunt episcopo indignæ; adeoque non a* Firmiliano *datæ, sed a Donatistis confictæ. In quibus nihil ego reperio quæ non jam supra vidimus apud Missorium et Molkenbuhrium, nec opus proinde est denuo repondere.* § III *inscribitur* : A die 1 Septembris ad diem 21 Decembris non invenitur tempus sufficiens peragendis iis, quæ dicuntur (12). *Prior temporis nota habetur ex concilio Carthaginensi* III, F *kalendis Septembris celebrato; alteram deducit Cl. scriptor ex* Firmiliano, *qui docet Rogatianum diaconum maturasse reditum suum, quia* hibernum tempus urgebat; *hoc autem concedit Cæsareæ sicut Romæ cœpisse* 21 *Decembris* (13); *quare Rogatianus discesserit oportet ad minimum die præcedenti, utique post moram* quindecim saltem dierum (14), *secus nec Cypriani litteras legere nec suas* Firmilianus *dare potuisset. Ex his efficitur diaconum pervenisse Cæsaream quinta vel sexta Decembris, nec Carthagine profectum ante sextam Octobris: est enim hinc illuc* iter dierum sexaginta (15). *Effluxere igitur a* 1 *Septembris quo* cœptum (16) *(sic asserit auctor seu supponit, nec probat) concilium ad sextam*

et S. Firmiliani;

(1) La celebre contesa fra S. Stefano e S. Cipriano. Roma Salviucci 1862. — (2) La célèbre contestation entre S. Etienne et S. Cyprien par Mgr Vincent Tizzani, de l'ordre des chanoines de Latran, archevêque de Nisibe, traduit de l'italien par M. l'abbé Ranvier, prêtre du diocèse de Versailles, èt approuvé par l'auteur. Paris 1866. — (3) Ibid. art. XXXII, pag. 309-311. — (4) Art. IV-XII, pag. 49-72. — (5) Art. XIII-XX, pag. 72-158. — (6) Saint Cyprien et l'église d'Afrique au IIIe siècle. Conrs d'éloquence sacrée, fait à la Sorbonne pendant l'année 1863-1864, par M. l'abbé Freppel, professeur à la faculté de théologie de Paris, pag. 433 et seqq. Paris 1865. — (7) Ab initio. — (8) Pag. 159-195. — (9) Pag. 159-164. — (10) Pag. 164-181. — (11) Pag. 165. — (12) Pag. 181-200. — (13) Pag. 186. — (14) Pag. 187. — (15) Pag. 170 et 187. — (16) Pag. 187.

AUCTORE B. B.

Octobris, quo missus Rogatianus, dies septem supra triginta, cum ad minus quatuor et quadraginta *necessarii fuissent, ut illa perage-rentur, quæ omnium consensu, temporis hoc intervallo, facta sunt* (1) : *Scilicet saltem opus fuit diebus* 10 *celebrando concilio;* 8 *ut legati Carthagine Romam trajicerent;* 15 *ut ibidem negotia peragerent; rursus* 8 *pro reditu Carthaginem,* 3 *denique quibus Cyprianus litteras* Firmiliano *pararet. Unde itineri se committere non potuit Rogatianus ante* 14 *Octobris nec Cæsaream pertingere ante eumdem diem Decembris; cum autem inde discesserit quam tardissime die* 20 *ejusdem mensis, sequitur tempus* Firmiliano *non fuisse* longissimis *conscribendis litteris, quæ vel ex hoc supposititicæ demonstrantur. Putem hanc summam paragraphi* III, *quem conatus sum breviter quidem, sed etiam accurate reddere. Videat eruditus lector, quid ex hujusmodi numeris conjecturalibus legitime inferat. Certe alii alios pro causæ necessitate statuere poterunt nec minori jure. Deinde an* hibernum *illud* tempus *ultra* 21 *Decembris nulla ratione*
B *fas est proferre? Cætera huc spectantia vide num.* 35.

dein ex notis extrinsecis :

50 *His expositis, transit Cl. scriptor ad notas extrinsecas, aitque articulo* XXII *hand exstare opera manuscripta S. Cypriani sæculo* V *seu anno* 400 *antiquiora; adeoque abhinc ascendendo ad annum martyrii seu an.* 259, *habetur intercapedo annorum centum quadraginta et unius, quibus dissidii fabula potuit adornari; unde et sic cadit manuscriptorum, quibus tantum Baluzius tribuit pondus, auctoritas. Hac utique methodo, nescio an ullum sit antiquitatis monumentum, quod inconcussum steterit. Articulo* XXIII, *ubi de indole, ostenditur S. doctor in paucis pacificus, humilis, caritate plenus; quis igitur credat in tantam erupisse iracundiam, superbiam, acerbitatem? Credidit Augustinus :* quæ, *inquit,* iratus effudit. *Denique articulis* XXIV *et* XXV *probatur Cyprianus ex genuinis scriptis unitatis ante omnia amans et studiosus; sed litteræ aliud prorsus præferunt; nec noscitur sententiam retractasse. Reponit Augustinus, in unitate perpetuo mansisse. Cæterum quæ-*
C *stio ad disciplinam pertinere censebatur; proinde, etiamsi in sententia perstitisset, nihil impediret quominus in ecclesia coleretur martyr; imo, judice Augustino, abluerit sanguine nævum. Sed de hoc infra, ubi inquiram de* S. Firmiliani *retractatione* § XI.

veterum præsertim silentio ve testimonio;

51 *In sequentibus auctor expendit testimonia veterum scriptorum, quos articulo* XXXI *per modum recapitulationis, in quatuor distribuit turmas* (2). *Sunt autem :* 1° *sancto Cypriano coævi :* Pontius, Dionysius Alexandrinis, et fortassis Anonymus *de Rebaptismate;* 2° Donatus *(a quo schisma nomen habuit)* et Eusebius ; *hi duo quinquaginta circiter post Cyprianum annis fuere et ei suppares habentur;* 3° Optatus Milevitanus *et* Basilius, *prioribus duobus integro fere sæculo recentiores;* 4° Hieronymus *et* Augustinus. *Ex his, ait, silet Pontius in Vita S. Cypriani (sed, ut recte observat Freppelius* (3), *multa alia pariter prætermit-*
tit); silent item Donatus et Optatus; Dionysius D *Alexandrinus meminit Orientalis dissidii, minime Africani* (4), *sic etiam Eusebius : nam caput* III *libri* VII, *ubi mentio de S. Cypriano, apocryphum est* (5). *S. Basilius loquitur de* Firmiliani *et Cypriani opinione, sed contentionem prorsus ignorat sicut et S. Stephani decretum; quod si novisset, baptismum hæreticorum non ausus fuisset irritum declarare; denique, silentibus Afris coævis, testimonium extranei nec supparis, ut ut summi viri, pondere caret* (6). *Verum est, S. Hieronymum pluribus in locis de dissidio egisse* (7); *sed primum testis nec ille coævus est; deinde nititur litteris S. Cypriani ad Stephanum et Jubaianum, quæ apocryphæ sunt; item Dionysio Alexandrino, cujus epistolas vel non legit, vel saltem non satis attente; canonica S. Basilii ad Amphilochium, quam si vel leviter examinasset, numquam scripsisset Dionysium Alexandrinum inclinasse in sententiam S. Cypriani. Erravit ergo Hieronymus. Manet S. Augustinus* (8); *hic autem pluribus de dissidio tractat; documenta expendit, pro-*
fert concilium Carthaginense, Donatistas re- E *fellit ex litteris S. Cypriani; ast rursus falsis vel male intellectis nititur documentis; nec coætaneus est; denique dubitat; quod dubium causam RR. præsulis plane demonstrat, imo et viam ejus scriptioni aperuit.*

ex quibus tamen nihil videtur legitime inferendum.

52 *Liquet primarium auctoris argumentum desumi ex silentio indigenarum et scriptorum coævorum.* Si, *inquit* (9), vere dissidium Africanum extitit, quomodo omnes Afri, Augustino excepto, illud prætermisissent? *Et iterum* (10) : Vel silentium coævorum, qui pro necessitate causæ loqui debuissent, pondus habet vel non : Si prius, suppositicium est dissidium Africanum; si posterius, veritas historica omni destituitur solido fundamento; et vel in supinum abeamus scepticismum, vel probemus oportet et fabulatorum quisquilias, et cujusvis male feriati figmenta et absurdissimos rumores in vulgus sparsos. *Est vero bene notandum coævos illos indigenas ad solum fere reduci Pontium. Tres quidem signantur :* Pontius, Dionysius Alexandrinus et fortasse Anonymus. *Hic ergo dubius, tum quod non constet an sit coævus : non enim convenit inter eruditos* F *quo tempore prodierit liber* de rebaptismate; *tum quod videatur non omnino siluisse, ubi ait :* Ideoque nonnulla super hac nova quæstione scripta et rescripta esse jactabantur (11). *S. Dionysius, qui sedit in extrema Africæ ora, Asiæ minori finitima, potius Orientalibus quam Afris est annumerandus, unde ipse Nisibensis dissidium Orientale probat, quod illius et quidem solius idoneum censeat testimonium. Restat unus Pontius, Vitæ Cyprianicæ præclarissimus scriptor, qui* si silet de quæstione nostra, *ut apposite Freppelius* (12), multa quoque alia prætermittit v. g. schismata Novati et Felicissimi, quæ maximas sancto doctori suscitarunt molestias. *Denique Optatus Milevitanus Afer est sed non coævus. De Eusebio, Donatistis, Basilio, Hieronymo et Augustino dixi* § VII *et* VIII *Hoc unum addo ex sæpius laudato Freppelio : ut suam adversa ii tuean-*

(1) Ibid. pag. 191 et seq. — (2) Pag. 301 et seqq. — (3) S. Cyprien etc. pag. 437. — (4) La célèbre contestation art. XXVII. — (5) Ibid. pag. 281. — (6) Art. XXVIII. — (7) Art. XXIX. — (8) Art. XXX. — (9) Pag. 302. — (10) Pag. 303. — (11) Pag. 300. — (12) S. Cyprien etc. pag. 437.

tur

A *tur sententiam*, coguntur, *inquit* (1), fidem adhibere tacentibus, denegare loquentibus.

Haud parum discrepant inter se adversæ sententiæ patroni.

53 *Cæterum, ut facile potuit in prædictis observari, haud parum RR. DD. præsul discrepat a Missorio et Molkenbuhrio. Ille admittit dissidium Orientale et unicum Eusebii locum habet apocryphum; Missorius asserit* historiam... de Orientalium atque Afrorum anabaptismo ab Eusebio Cæsariensi esse confictam, *Molkenbuhrius* interpolatam; *ille* canonicam *S. Basilii censet genuinam, nec admittit S. Hieronymum fuisse depravatum; Missorio vel* depravata *est epistola Basilii, vel certe* hic abreptus deceptusque fuit ab Eusebii Cæsariensis historia, *Molkenbuhrius affirmat* tres canonicas epistolas S. Basilii M. ad Amphilochium esse fictitias *et S. Hieronymum* interpolatum. *Non ergo conveniunt inter se adversarii.* Regnum in se divisum.

§ IX. Iterum de epistola. An græce scripta a S. Firmiliano, et latine reddita a S. Cypriano. Concluditur disputatio de sinceritate litterarum.

B

Græce scripta epistola; num a Cypriano latine versa? Plerique affirmant;

Quoniam sincera nobis est S. Firmiliani *epistola, restat ut paucis inquiramus quo primum idiomate scripta et a quo in latinum versa.* Epistolam hanc, græce a Firmiliano Cæsareæ Cappadociæ episcopo conscriptam, atque etiam a Cypriano versam latine satis arguit stilus, etsi Firmiliani vocabulum latinam prodat originem. *Ita Rigaltius* (2). *Quo tendant posteriora verba, non bene video. Num forte vir eruditus vult innuere non absurdum omnino fore, si quis ex nomine conjiceret,* Firmilianum *latine scripsisse? Quod si hæc illi mens fuerit, nescio an vel unum repererit umquam inter litteratos sibi consentientem. Nec enim sufficit ut latini sermonis ignarus non fuerit auctor epistolæ, sed insuper Cypriano in scribendi arte haud multum impar.*

C *Denique potest quis habere originem latinam, nec latine loqui. Rigaltio cæterum consonat Maranus* (3) : Hæc autem Firmiliani epistola, quæ latine reddita exstat inter Cyprianicas LXXV, sic Cypriani stylum redolet, ut non alium interpretem habuisse videatur. Fidus interpres græcæ linguæ ingenium nonnullis in locis retinuit, *quorum aliquos exhibet. Similiter sentiunt Tillemontius* (4) *aliique passim. Et certe* propria *illa* facies, *ex qua, judice Augustino,* stilus *S. Cypriani* potest agnosci *in litteris* S. Firmiliani *minime desideratur. Repugnant tamen haud pauci, inter quos Suyskenus decessor noster in Actis S. Cypriani ad diem* XIV *septembris.* Non facile, *inquit* (5), mihi persuaderi patiar, dictam epistolam S. Cypriano interprete e græca latinam factam esse, ut nonnulli *(imo plurimi)* ex sola styli similitudine colligendum putarunt; quamquam enim sanctum antistitem in præsenti dissensione nonnumquam ex humana fragilitate durius de S. Stephano scripsisse fatendum sit, non opinor tamen eumdem operam suam impendere voluisse, ut irati Firmiliani in eumdem S. Stephanum convicia latine reddita latius spargerentur. Hinc magis miror, id etiam Marano placuisse, cui sancti præsulis inter has ipsas contentiones lenitas tanta visa est, ut huic tribuendum sine dubio affirmet, quod de S. Stephani in rejiciendis Afrorum legatis severitate verbum nullum in litteris ad Jubaianum *(hæ secundum nostram imo et Suyskeni ipsius* (6) *chronotaxim datæ ante concilium tertium adeoque ante legationem)* et Pompeium, nec non in concilio Carthaginensi tertio, quæ omnia Firmiliani epistolæ præmittit, facere voluerit. Præterea non satis verisimile apparet, S. Cyprianum interpretem esse epistolæ, in qua tamquam ex hujus mente ac sententia negatur apostolorum temporibus hæreticos exstitisse, cum ipse in epistola ad Pompeium contrarium asseruisset, tantumque dixisset, postea etiam " acriores ", quam quos Apostoli damnarunt, prorupisse.

AUCTORE B. B.

negat Suyskenus; cujus una

55 *Duo itaque sunt, quæ Suyskenum moverunt : primum quod non facile crediderit, operam a Cypriano impensam, ut* convicia Firmiliani *in* Stephanum latius spargerentur; *alterum quod iste aperte* neget *apostotorum tempore hæreticos fuisse, non item alter. Respondebunt forte alii, Cyprianum* convicia *minime* sparsisse latius, *cum epistola ob sopitum, ingruente præsertim persecutione Valeriani, dissidium, in scriniis servata latuerit, nec etiam probari, hanc a Cypriano, latinitate donatam ideo, ut publici statim juris fieret; nec denique litteras Cæsariensis antistitis admodum differre ab epistola ad Pompeium, quod habet etiam Suyskenus.* Firmilianus, *inquit* (7), argumenta, a Cypriano in epistola ad Pompeium adversus S. Stephanum producta repetiit approbavitque, ac nonnulla præterea addidit, quæ in rem suam esse ipsi videbantur. *Et* Firmilianus *ipse* (8) : Nos vero ea quæ a vobis scripta sunt, quasi nostra propria suscepimus ; nec in transcursu legimus, sed sæpe repetita memoriæ mandavimus. Neque obest utilitati salutari aut eadem retexere ad confirmandam veritatem, aut et quædam addere ad cumulandam probationem. *Hinc scite observat* F *Suyskenus* (9), *Cyprianum Rogatiano* litteras ad Firmilianum deferendas *commisisse,* in quibus vel suam adversus S. Stephanum epistolam ad Pompeium scriptam recitavit *(notum est litteras has desiderari, si tamen datæ)* vel certe simul cum illis transmisit; *igitur* quæ *Cyprianus* iratus effudit, *natura* Firmilianus *iracundior et vehementior* effutiit. *Quid quod sanctissimo optimoque Carthaginensi præsuli tam injuriosa* Firmiliani *excandescentia (quam vertendo epistolam ipse pacatior non potuerat non percipere) oculos forte aperuerit, ut* periculum perniciosæ dissensionis *agnosceret, adeoque, ad tempus saltem, disputationi finem imponendam statueret?*

et altera ratio expenduntur;

56 *Alterum spectat ad hæreticos* temporibus apostolorum, *quos, judice Suyskeno, nullos fuisse affirmat* Firmilianus, *Cypriano contrarium asserente. Juverit utriusque verba sub*

(1) S. Cyprien etc, pag. 436. — (2) Opera S. Cypriani recognita per Joannem ep. Oxoniensem, pag. 217, not. 1. Bremæ 1690. — (3) Migne, tom. IV, col. 162 et seq. — (4) Mémoires, tom. IV, pag. 313. — (5) Tom. IV Sept. pag. 306. — (6) Ibid. pag. 298. — (7) Ibid. pag. 306. — (8) Migne, tom. III, col. 1157. — (9) Ubi supra.

oculos

AUCTORE B. B.

oculos posuisse. Cyprianus ad Pompeium : Ut nemo, *ait* (1), infamare Apostolos debeat, quasi illi hæreticorum baptismata probaverint, aut eis sine ecclesiæ baptismo communicaverint, quando talia de hæreticis apostoli scripserint *(quæ inferius recitat ibidem sanctus Doctor),* UT HOC CUM NONDUM HÆRETICÆ PESTES ACRIORES PRORUPISSENT; necdum etiam Marcion Ponticus de Ponto emersisset, cujus magister Cerdon sub Hygino tunc episcopo, qui in urbe nonus fuit, Romam venit... Quod si hæreses constat postmodum plures ac pejores extitisse *etc. Non ergo negat sub apostolis hæreticos; sed, ut mihi quidem videtur, insinuat paucos fuisse, et certe* postmodum plures et acriores pejoresque. *Audiamus et* Firmilianum (2) : Quantum ad id pertineat quod Stephanus dixit *(id vero quomodo et quatenus dixerit, ex hujus litteris, quæ desiderantur, definiendum foret),* quasi apostoli eos qui ab hæresi veniunt baptizari prohibuerint, et hoc custodiendum posteris tradiderint, plenissime vos respondistis, neminem tam stultum esse qui hoc credat apostolos tradidisse, quando etiam ipsas hæreses constet exe- B crabiles ac detestandas postea extitisse, cum et Marcion et Cerdonis discipulus inveniatur sero post apostolos... sacrilegam adversus Deum traditionem induxisse; Apelles quoque, blasphemiæ ejus consentiens multa alia... veritati inimica addiderit; sed et Valentini et Basilidis tempus manifestum est, quod et ipsi post Apostolos et post longam ætatem... rebellaverint. *Hactenus nihil, præter amplificationem et nonnullam exagerationem, a Cypriano plane diversum. Sed subdit* : Cæteros autem hæreticos pravas suas sectas et inventiones perversas, prout quisque errore ductus est, POSTEA induxisse *constat. Num illud* postea *necessario ad apostolos referendum? Nonne potius ad illos, qui* post *Marcionem, Valentinum, Basilidem prodiere? Equidem non video quid obstet, quominus sic accipiamus. Hoc autem posito, evanescit Suyskeni objectio. Sed demus ad Apostolos referri. An ideo versio abjudicanda Cypriano, quod ultra hujus sententiam* Firmilianus *hac unica phrasi progressus inveniatur? Statuant oculatiores; ast, dum clarior lux oriatur, non ausim adstipulare de-* C *cessori nostro, cujus utique diligentiam, industriam, prudentiam in illustrandis S. Cypriani Actis nemo non magni fecerit.*

Quid Missorius, Molkenbuhr etc.

57 *Cæterum consequens est, ut illi omnes, qui propter dictionis vehementiam vel suspectas vel falsas habent ipsas S. Cypriani litteras de baptismo, multo potiori ratione contendant* Firmiliani *epistolam ab eo non fuisse latine redditam, atque indignabundi reclament contra eos, qui hoc vel suspicare ausi sint. Exemplo sit Missorius* (3) : Ubinam extat græcum exemplar? nullibi... A quo fuit latine versa? Vertisse, inquiunt, Cyprianum arguit stylus. Arguat plane stylus, quem quispiam alter potuit æmulari; at finis, at prudentia, at pacis et unitatis amor non arguit. Quam apposite inverti potest illud Terentianum : Ex græcis malis fecit latinas pessimas. Quid namque caussæ fuit, cur græcas Firmiliani literas latine verteret? Cum satis abunde per se caussam suam copiose eleganterque dixisset *etc. Post alia id genus exclamat* (4) : En quo tandem D evadit sollicita hæc criticorum ceteroquin doctissimorum animadversio, ut stylum salvent, sanctitatem et fidem inficiunt. *Et Molkenbuhr* (5) : Caveus, ait, Firmiliani epistola a Cypriano, cujus stylum plane sapit, latine, ut videtur versa est. Idem ex catholicis jam olim opinatus fuerat Cl. Pamelius. Ast 1° si epistola Firmiliani sæculo III jam innotuisset latina, quomodo fieri potuit, ut numquam ab aucthoribus sæculi III, IV et V fuerit citata?... 2° Si epistola stylum sapiat Cypriani; ergo prodit, primum sui originem fuisse latinam : nam Cyprianus fuit latinus. *Quæ responsa quam levia sint, opus non est demonstrare. Addit* (6) : Latinitas et stylus adeo (quod patebit relegenti) subsidet, ut sit S. Cypriano seu authore seu interprete prorsus indignus; *quod, quantum mihi constat, solus protulit P. Marcellinus. Paulo ante dixerat :* Admittamus eundem authorem, qui epistolas vulgo Cyprianicas fabricatus est composuisse quoque epistolam Firmilianicam, quia in utrisque stylus est omnino idem, nisi quod in Firmilianica seu ultima cunctas, quas vel scurra invenire potuerit, contumelias plenis E buccis evomuerit contra S. Stephanum papam. *Confer* § num. 43 et seq.

Conclusio.

58 *Scilicet viri illi, pro ardenti suo in catholicam ecclesiam et sanctam sedem affectu, putarunt utriusque tuendæ aptissimam esse methodum, si fontes, ex quibus adversarii sive hæretici sive increduli suas derivabant objectiones, exsiccari possent, demonstrando ficta vel falsa esse monumenta, quorum ope bellum isti prosequebantur. Laudanda utique voluntas; scopus viris catholicis doctisque dignissimus; ast rectis bonisque incedendum viis; secus non solum arma hostibus non eripueris, imo nova tradideris. Et re quidem vera si nobis licitum est conjecturis argutiisque convellere monumenta, quæ difficultatem nonnullam faciunt; idem concedendum erit adversariis ubi similibus utentes artibus libros sibi non placentes sacro canone expungunt, et veterum patrum scripta, traditionem apostolicam apprime stabilientia, prætendunt vel conficta, vel mutila vel interpolata. Eruditum quemque præ oculis habeat necesse est illud Quintiliani :* Scribitur ad narrandum non ad probandum. *Scilicet facta* F *historica proferantur prout exidoneis habentur testimoniis; nec scriptor laboret an placitis suis prosint vel obsint; sed suus ante omnia veritati in narratione sit locus. Atque hoc est quod decessores nostri perpetuo quæsierunt, et nos pariter spectamus, ut certis atque cuique materiæ convenientibus propriisque rationibus vera a falsis prudenter secernamus. Quid non nuperis temporibus increduli moliti sunt adversus fidem historicam sacrarum Scripturarum? Quid non olim Magdeburgenses centuriatores contra fidem conciliorum et universam traditionem catholicam? Quia vero armis usi sunt haud propriis, ideo eorum conatus irriti ceciderunt, veritasque historica immota permansit. Putem itaque omnino deserendos Missorium et alios, tum quod argumenta, quibus nituntur, nec idonea nec solida sint; tum quod contra*

(1) Migne, tom. III, col. 1130 et seq. — (2) Ibid. col. 1158. — (3) Pag. 14. — (4) Pag. 18. — (5) Pag. 4, item Migne, tom. III, col. 1363. — (6) Pag. 5.

eos

A *eos valeat axioma* qui nimium probat; *siquidem ex eorum ratiocinandi methodo non solum fides litterarum* Firmiliani *et nonnullarum S. Cypriani evertitur, sed et Eusebii, et Basilii et Hieronymi plura scripta apocryphis annumeranda forent, et eodem modo plurima alia facillime labefactari possent; ut actum esset de præclarissimis veritatis historicæ fontibus. Cæterum pauci, imo paucissimi sunt qui hujusmodi placitis subscripsisse reperiuntur. Certe omnes præfatorum scriptorum editores, puta Maurini, Vallarsius, Valesius, etc., inter genuina opera recensent, quæ Missorius et alii ejusdem sententiæ doctores arguunt seu falsitatis seu interpolationis.*

§ X. Num S. Firmilianus ab ecclesiæ corpore umquam rescissus fuerit, et an particulari S. Stephani communione privatus? Certum est illum in ecclesiæ pace decessisse.

B

Asserit Baronius S. Firmilianum *a S. Stephano excommunicatum;*

Admodum probabile est S. Firmilianum *ab ecclesiæ pace numquam rescissum fuisse. Existimavit quidem Baronius Cæsariensem Præsulem a S. Stephano Romano pontifice revera excommunicatum, ast non eas attulit rationes, quæ sententiam satis probarent* (1). *Unde Pagius* (2) : Non admittunt eruditi, quod scribit Baronius, Stephanum nempe Firmilianum cum coepiscopis excommunicasse. *Sic quoque alter Pagius in Breviario* (3). *Distinguit scilicet Baronius* S. Firmiliani *causam a causa S. Cypriani; atque illum pronuntiat abstentum; non vero hunc.* Putavit quidem Firmilianus, *inquit* (4), ex Cypriani in Stephanum querelis, æque actum esse cum illo, ac secum factum fuerat ejusque collegis. Atqui non par erat utriusque causa. Nam illi (*quos supponit Iconii convenisse hac tempestate*)

C non tantum quod auctores fuissent obortæ contentionis, severiore digni animadversione videri poterant; sed et quod nulla habita ratione majorum, jam decretum contra antiquam consuetudinem calculo omnium firmiter obsignassent. *Nempe Baronius in falso versatur supposito, cum et Iconiensem synodum tum celebratam habet, et ab hac legatos ad Stephanum missos. Utrumque omnino falsum. Conf. num. 7 et 37. Insuper* Firmiliani *testimonium partim recusat, partim admittit: ille enim diserte asserit Cyprianum et Afros non minus quam Orientales fuisse abstentos. Inducit namque Stephanum,* pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem; modo cum Orientalibus (quod nec vos latere confidimus), modo vobiscum qui in meridie estis. *Reponit Baronius,* Firmilianum *motum* querelis *S. Cypriani ad ita sentiendum; Pagius,* oratorum more rem amplificasse. *Et P. Alexander* (5) : Ea enim est iratorum hominum indoles, ut illatas sibi injurias, veras aut præsumptas, loquendo sive scribendo augeant ac majores prædicent quam revera sint, ut æmulis suis odium conflent et accersant invidiam. Unde Tragicus in Thyeste cecinit « Iratus nihil nisi monstra loquitur. » *Non nihil hæsitat Cabassutius :* Firmilianus, *ait* (6), graviter expostulat se a Stephano fuisse de communione ecclesiæ dejectum. Et potuit utique fieri, ut ipsum solum ad incutiendum aliis terrorem a cœtu fidelium sejunxerit, nihil tale ausus in Dionysium... vel in Cyprianum... veritus imminens periculum, si communionis exortes fierent tam multæ ecclesiæ, tantæque existimationis prælati. Fortassis etiam Firmilianus, iracundiæ abreptus æstu, Stephani comminationis, perinde ac si reipsa completa esset, quasi modum excedentis severitatem exagerat. Ipse tamen Cyprianus quamquam asperius de Stephano... queritatur, et Augustinus, qui tam sæpe tamque prolixe de his passim disputat, neque Eusebius ullatenus de excommunicatione sermonen habent. *Hæc Cabassutius manifeste propendens in sententiam Baronio adversam.*

AUCTORE B. B.

E

60 *Hic enim ut* Firmilianum *excommunicatum cum Orientalibus dicat, nititur præ cæteris, ne dicam solo Eusebio, seu hisce S. Dionysii Alexandrini verbis, ab illo relatis* (7) : Stephanus antea scripserat epistolam de Heleno, de Firmiliano, de omnibus episcopis, qui erant ex Cilicia et Cappadocia et Galatia et ex omnibus gentibus quæ erant finitimæ; quod neque cum illis quidem ob eam causam omnino communicare vellet: nam illi (inquit) hæreticos rebaptizant. *Sic ex versione a Baronio adhibita* (8). *Sed aliter Henricus Valesius :* Seque ob eam causam ab illorum communione discessurum, *quod videtur græco magis consonum* ὡς οὐδὲ ἐκείνοις κοινωσήφων, *verbo nam* κοινώσησων *non præsens sed futurum tempus rectius indicatur. Consentit Pearsonius* (9). *Subdit Pagius :* Neque enim Stephanus aut cum Afris aut cum Orientalibus pacem rupit, sed tantum minatus est se pacem cum iisdem rupturum, ut diserte testatur Dionysius Alexandrinus : sese... ab illorum communione discessurum, *seu ut habet Pearsonius,* neque cum illis communionem ha-

F biturum. *Alias quoque addit Pagius ibidem rationes :* Certe Stephanum ultra minas non processisse ex eo apparet, quod Dionysius Alexandrinus post ejus obitum ad Xystum papam iterum scripsit, ut ejus sententiam supra ea re flagitaret. Nam Dionysius in Afrorum et Orientalium sententiam magis propendebat. *Sed de Dionysio alibi dicam latius. Et iterum Pagius ex* Firmiliani *epistola :* Quod si Stephanus excommunicationis sententiam in eos protulisset, non utique « vario genere » pacem cum utrisque rupisset, sed uno eodemque modo, excommunicationis videlicet sententia, tam Afros quam Orientales percussisset, inquit Valesius in Notis ad citatum Eusebii locum. *Juverit ex Valesio nonnulla adscripsisse. Post recitata* Firmiliani *verba de legatis Cypriani,* quibus non solum pax et communio, sed et tectum et hospitium

sed perperam,

(1) Baronius annal, ad an. 258, num. XV, tom. III, pag. 52. Lucæ 1738. Item num. XLIII et seqq, pag. 59 et seqq. — (2) Ibid. ad an. Baronii 259, Pagii 256, num. XII, pag. 66. — (3) Tom. I, pag. 58. — (4) Ubi supra, pag. 60. — (5) Tom. IV, pag. 94. — (6) Notitia ecclesiæ, pag. 67. — (7) Hist. eccles, lib. VII, cap. V, pag. 252. — (8) Annal. pag. 52. — (9) Annales Cyprianici an. 256, num. V, pag. 54.

AUCTORE B. B.

spitium negatum, *si fides* Firmiliano, *notat* (1): Hæc rem quidem ipsam magnopere exaggerant. Sed nego in illis verbis ullum excommunicationis a Stephano prolatæ indicium reperiri *(rem hic quoque, mihi videtur, Valesius paulisper exaggerat)*. Graviter quidem commotus est Stephanus et indigne tulit quod synodus Africana adversus receptam totius ecclesiæ consuetudinem hæreticos rebaptizandos esse statuisset, remque tanti ponderis et momenti, non consulto prius Romanæ urbis episcopo, decernere ausa esset, etc. *Tillemontius* (2), *non sine supercilio, carpit Baronium, non quod* Firmilianum *abstentum asserat, sed quod a lata censura eximat Cyprianum; cujus illi altera non apparet ratio nisi quod hunc cardinalis majoris observantiæ dignum habuerit, quam illum, licet Virum quoque in paucis præclarissimum. Atque hæc ex illis contra Baronii sententiam. Ad alia progrediamur.*

ut testantur S. Augustinus,

61 *Abstentos non fuisse docet pluribus in locis S. Augustinus, cujus sane judicium hac in quæstione, si non decretorium, saltem maximi ponderis nemo non existimaverit. Et primum*
B *quidem lib.* v, *cap.* 25 *de Baptismo* (3): Stephanus autem etiam abstinendos putaverat, qui de suscipiendis hæreticis priscam consuetudinem convellere conarentur; iste *(Cyprianus)* autem quæstionis ipsius difficultate permotus, et sanctis charitatis visceribus largissime præditus, in unitate cum eis manendum qui diversa sentirent. Ita quamvis commotius, sed tamen fraterne indignaretur, vicit tamen pax Christi in cordibus eorum, ut in tali disceptatione nullum inter eos malum schismatis oriretur. *Commentatur in hæc verba P. Natalis Alexander hoc modo* (4) : Atqui pax inter Stephanum et Cyprianum abrupta fuisset, si Cyprianum ipsique adhærentes episcopos anathemate confixisset Stephanus. Probabilius igitur est sanctum Cyprianum et ejus coepiscopos non fuisse excommunicatos a sancto Stephano. Ex quo nec Firmilianum cum Orientalibus suis reipsa fuisse a communione abstentum probatur. Nam S. Cyprianus cum Firmiliano semper communicavit, ad ipsum dedit epistolas, ad illum sua transmisit concilia. Porro cum illo non communicasset, si revera fuisset ab ecclesiastica unitate
C præcisus: id enim quid fuisset aliud quam a communione apostolicæ sedis et Stephani discedere, quam pacem cum eo rumpere, quam dividere unitatem? Nec dici potest S. Cyprianum quidem excommunicatum non fuisse; sed Firmilianum fuisse a communione revera præcisum. Nam una erat causa Firmiliani et Cypriani; uterque rebaptizandos censebat hæreticos, pari uterque ardore, pari animi contentione, pari pertinacia, pari in Stephanum commotione sententiam suam propugnabat : non est igitur verisimile quod Firmilianum communione privaverit Stephanus cum Orientalibus suis, et Cyprianum cum Africanis pace et communione frui permiserit. Confirmatur. Sanctus Augustinus, qui sæpe tradit Orientales episcopos Cypriano in causa iterandi baptismi consensisse, nusquam vel leviter innuit, ipsos ab ecclesia fuisse præcisos; quod tamen contra Donatistas splendidum ac robustum fuisset argumentum. *Hactenus P. Alexander. En alterum locum S. Augustini haud minus perspicuum, in libro de* unico baptismo *contra Petilianum* (5) : Cum ergo Stephanus *(quem ipse Petilianus* inter eos commemorat *qui Romanæ ecclesiæ episcopatum* illibatum *gesserunt)* non solum non rebaptizaret hæreticos, verum etiam hoc facientes vel ut fieret decernentes, excommunicandos esse censeret, sicut aliorum episcoporum et ipsius Cypriani litteræ ostendunt, *(quid ad hoc Missorius eique adhærentes?)* tamen cum eo Cyprianus in unitatis pace permansit. *Animadvertit Thomassinus* (6): Excommunicandos censebat, non excommunicabat. *Deinde si Cyprianus* in pace permansit, *quidni et alii, quorum plane par erat conditio. Forte ex loco isto Baronius excipiendum duxit Cyprianum, cui cum addat Afros, cur non etiam Orientales et* Firmilianum, *cujus procul dubio epistolam Stephanus non vidit nec novit? Conf. num.* 55. *Plura alia ex S. Augustino in confirmationem congerere facile esset; ast supervacaneum duco, quod in obviis de hac contentione tractatibus reperiantur. Vide, si libet, Tnomassinum loc.* E *cit.; item Coustantium* (7), *Suyskenum* (8) *aliosque.*

(nequidquam contradicente Tillemontio)

62 *Tillemontius* (9) *ex his similibusque S. Augustini verbis, effici ait, Cyprianum non rupisse cum Stephano, sed non item hunc cum illo; ita ut Stephanus vere quidem Cyprianum aliosque excommunicasset, sed nec is, nec qui cum eo idem sentiebant, sese ab aliorum communione separassent, adeoque permanserint in pace cum illo, qui pacem ruptam denuntiabat. Itaque pax ex parte Cypriani, bellum ex parte Stephani. Hic repellebat, alter nolebat repelli. Quare Suyskenus sapienter et satis acute :* Mirabilis enim vero, *inquit* (10), hæc est catholica pax et communio, ubi alter ab altero per excommunicationem se separat. Certe hæc ignota fuit S. Augustino, qui, lib. v de Baptismo cap. XVII, concedit quidem, posse bonos erga malos habere pacem, sed tenere non posse cum iis, qui eam ruperunt. Agit ibidem sanctus doctor de eadem hac controversia, paceque nihilominus servata, et sic loquitur : « Vidit et sensit *(Cyprianus)* etiam diversa sentientes, posse salva caritate sentire; neque enim cum malis F tenere se diceret divinam concordiam et Dominicam pacem; bonus quippe habere erga malos pacem potest; tenere autem cum eis non potest, quam ipsi non tenent. » Et quid tandem aliud est « tenere pacem » cum aliquo, quam « cum eo in pace permanere, « quam « cum illo in catholicæ unitatis communione persistere, « quod S. Cyprianum cum S. Stephano fecisse, supra diserte asserit Augustinus? *(Conf. n.* 66 *et seqq.) Hæc utique propius ad S. Cyprianum pertinent, attamen cur* Firmiliano, *cujus par omnino causa, applicari probabiliter non valeant, equidem non plane perspicio, cum ex hujus epistola, quantumvis amara atque acerba, idem unitatis ac pacis amor, qui in litteris S. Cypriani, eluceat; et, omnium consensu, utriusque tam acerba indignatio inde præcipue ortum haberet, quod eos a sua commu-*

(1) Annotationes in lib. VII, pag. 141. — (2) Mémoires, tom. IV, pag. 136 et 631. Conf. Coustantium de Stephani sententia, § VII, Migne, tom. III, col. 1269. — (3) Migne, tom. XLII, col. 194. — (4) Tom. IV, pag. 93. — (5) Migne, tom. XLIII, in col. 607.— (6) Dissertatio in synodos de baptismo hæreticorum § XXX, Migne, tom. III, col. 1235. — (7) De Stephani papæ sententia, Migne, tom. III, col. 1268 et seqq. — (8) Acta S. Cypriani, tom. IV Sept. pag. 309 et seqq. — (9) Mémoires, tom. IV, pag. 130 et seqq. — (10) Tom. IV Sept. pag. 310.

nione

A *nione separandos, ni ad saniorem redirent doctrinam, significaret. Conf. n.* 68.

aliique. 63 *Nec solus Augustinus docet Stephanum ultra minas non processisse, sed et ex aliis efficitur. Auctor anonymus libri de* Rebaptismate (1) *nuspiam meminit latæ censuræ. Librum hunc Tillemontius, ceillierus, Gallandius censent scriptum* non solum vivente adhuc Cypriano, sed et contra ipsummet episcopum Carthaginiensem, *ut est in Prologomenis* (2). *Sanctus vero Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos : Verum, ait* (3), si voluerint... ea proferre, quæ B. Cyprianus ob hæreticos rebaptizandos in epistolis suis reliquit; sciant illum hæc non cum anathemate eorum, qui se sequi noluerant, edidisse siquidem in communione eorum permansit, qui sententiæ suæ contraierant. *Forte ad hunc Hieronymi locum respexit Facundus, Hermianensis episcopus, ubi contra Mocianum scripsit* (4) : Beatus quoque Stephanus præsul apostolicæ sedis cum sanctum Cyprianum atque alios Afros episcopos de baptizandis omnibus hæreticis decrevisse cognosceret, quamvis, ut dictum est,
B nullo interposito anathemate neque adversus ulla concilii generalis antiquiora decreta aut conniventes hæreticis talem sententiam protulissent, continuo tamen ei denuntiavit. quod si hoc auderent, ab ecclesia pellerentur. *Hæc ut rite intelligantur notandum est, Facundum, antea de re catholica bene meritum* (5), *ob pertinacem trium Capitulorum, quæ synodus æcumenica quinta damnarat, defensionem, exilio mulctatum, inter schismaticos militare cœpisse,* ubi, *ut habet Gallandius* (6), et librum scripsit contra Mocianum vel Mutianum Scho lasticum, qui Africanos antistites jure optimo redarguerat, propterea quod trium Capitulorum causa se a Vigilio papa et ab ecclesia post illius « Judicatum » segregarant. *Id quoque in mentem revocandum, ante definitionem præfatæ synodi V, plurimis, imo et ipsi Vigilio, (ut ex* Constituto *liquet) hanc fuisse persuasionem, non facile posse damnari sive* personas *sive* scripta *Theodori Mopsuesteni, Theodoriti Cyri, et Ibæ (auctores erant hi Capitulorum), absque injuria concilii Chalcedonensis* (7). *His prænotatis nemo non videt quam*
C *apposite ad præfatum locum Coustantius* (8) : Ita loquens Facundus, nihil opinor, clarius afferre potuit, quo rebaptizantibus hæreticos tantum a Stephano intentas esse doceret excommunicationis minas. *Et re quidem vera illos* pellendos *fuisse dicit, si* interposito anathemate, *etc.*sententiam protulissent; *atqui non fuit interpositum anathema.*

Mansii objectiones. 64 *Ex hisce omnibus probabile est, ut communiter censent etiam eruditi, Stephanum baptizantibus hæreticos venientes ad ecclesiam minas intentasse, non autem excommunicationem. Sunt tamen, qui aliter statuant. Præter Tillemontium, de quo supra, habemus Joannem Dominicum Mansi, cujus sententiam, ut instar aliorum sit, paulo explicatius adscribimus. Hic itaque in* Animadversionibus *in P. Alexandri historiam, proponit* (9) : Probabilius est sanctum Cyprianum, Firmilianum, *etc.* fuisse a Stephano Romano pontifice excommunicatos. *Probat autem hoc modo :* Tam aperte Firmilianus scribit ad sanctum Cyprianum, Stephanum papam pacem rupisse, ac proinde eos sua communione privasse, *ut* non dubitandum videatur, tandem post minas in eos excommunicationis sententiam pronunciasse.*(Minas ergo admittit Mansius intentas prius; sed secutam addit postea sententiam; quod an demonstret, judicent eruditi.)* « In cæteris, » ait, « quoque multis provinciis multa pro locorum et nominum diversitate variantur, nec tamen propter hoc ab ecclesiæ catholicæ pace atque unitate discessum est. Quod nunc Stephanus ausus est facere, rumpens adversus vos pacem, quam semper antecessores ejus vobiscum et amore et honore mutuo custodierunt » (10). Conqueritur igitur Firmilianus tum Stephanum a pace et unitate Cyprianum aliosque separasse, quod antea propter alias varietates ipsius antecessores non præstiterant, ac proinde aperte affirmat excommunicatione fuisse a romana ecclesia abscissos. Futilis autem omnino ea videtur Natalis responsio *(quæ etiam Baronii, Valesii, etc. est),* qua E
dicit Firmilianum comminatoriam excommunicationem iisdem descripsisse characteribus, ac si lata revera fuisset, quia animo in Stephanum subirato calamum sumpsit. Futilis, inquam, omnino mihi est hujusmodi responsio, quia statim convinceretur, Firmilianum omnes christiane vivendi honestatisque regulas oblitum fuisse, si ut in Stephanum odium conflaret, in re tam gravi mentitus esset, ac quod Stephanus tantum minitabatur, jam actum dixisset et injuriam jam ut irrogatam scripsisset... Et quidem quis, quæso, putâret, quod si Stephanus intra solas minas hæsisset, illum proditori Judæ comparasset, et insolentiæ, improbitatis, stultitiæ, etc. insimulasset? Hæ profecto voces illius sunt, qui vulnus acceptum impatienter ferens, in illum qui mortale vulnus inflexit, excandescit, *etc. Quidni spuriam declaret totam epistolam? Certe ita statuere Missorius aliique ex eodem argumento. Dicta sua confirmari ait Mansius testimonio Dionysii Alexandrini, cujus verba recitat ex versione Baronii (vide num.* 60) : Quod neque cum illis quidem ob eam causam communicare vellet. *Unde :* Cum vero F
Cyprianus eodem laboraret errore ac ii episcopi de quibus loquitur Dionysius, sicut dicit cum Firmiliano, etc. communionem eam ob causam Stephanum rupisse, nulla est ratio dicendi eamdem cum Cypriano servasse. *Epistolam Dionysii examinavimus supra* § v.

expenduntur. 65 *Duobus hisce tantum nititur testimoniis Mansius; cum autem videret vir sincerus alia insuper a P. Alexandro prolata; subjungendum ducit:* Non modicam nihilominus, fateor, ingerunt difficultatem ea PP. loca, quæ refert Natalis, *(et nos partim retulimus, aliis præterea additis)* quibus in hoc dissidio unitatem ac communionem servatam asserant ac proinde S. Cyprianum « in communione eorum permansisse, qui sententiæ suæ contrairent » ut scripsit S. Hieronymus... Si hæc conciliare velimus cum iis, quæ ex Firmiliano observavimus,

(1) Migne, tom. III, col. 1183-1204. — (2) Ibid. col. 1179. — (3) Martianay, tom. IV col. 304. — (4) Migne, Patrol. lat. tom. LXVII, col. 864. — (5) Conf. Baron. ad an. 547, num. 34 et seq. num. 41 et seqq. — (6) Ubi supra, col. 523. — (7) Vide Natalem Alexandrum, tom. V, pag. 351. — (8) Migne, tom. III, col. 1270. — (9) Tom. IV, pag. 95. Venetiis 1778. — (10) Migne, tom. III, col. 1159.

AUCTORE B. B.

AUCTORE B. B.

qui revera unitatem pacemque discissam inter Stephanum ac rebaptizantes aperte fatetur, cui et Dionysius Alexandrinus suffragatur, oportet dicere excommunicationem a Stephano latam, ab eodem vel Xysto ejus successore sublatam fuisse. *Quæ mera conjectura est, nullis nixa disertis testimoniis, ut excogitata videatur ad usum sententiæ Mansianæ. Unum tamen est, quod utique, si novisset, a Mansio non fuisset prætermissum, utpote ejus opinioni imprimis favens; quare illud ego adscribam. Scilicet* Libellus Synodicus, *de quo diximus num.* 15, *recenset concilium Romanum sub S. Stephano celebratum, et quidem his plane verbis* (1) : Synodus divina et sacra provincialis, Romæ collecta a Stephano, sancto martyre et papa; quæ eos, qui in Africana synodo sine ratione concesserant eos rebaptizari qui ex quacumque hæresi ad catholicam accederent ecclesiam, abdicavit. ἀπωκηρύξασα τους... ἐπικεχειρήκοτας ἀναβαπτίζειν κ. τ. λ. *Liquet hic* latam *aperte significari censuram. Certe si inconcussa foret* Libelli *auctoritas, res confecta esset; at, ut vidimus, hujus solius testimo-*
B *nium, non sufficit, eruditorum judicio, ut celebratum asseramus concilium, cujus alibi nulla mentio. Scripsit quidem Fabricius* (2) : Romanum concilium Stephani papæ adversus rebaptizantes, cujus meminit Cyprianus Epist. 74, ad Pompeium, Eusebius, lib. VII, 3; Vincentius Lirinensis et Synodicon Vetus, *(id est libellus noster,)*. Confer Baluzium. *Subdit vero Harlesius* : Sed Walchius... concilium Stephani Romanum plane fictitium esse, atque Baluzium... Harduinum... et Fabricium male interpretatos esse narrationem Cypriani, Eusebii ac Vinc. Lirinensis uberius demonstrat. *Hanc quoque synodum recensent Benedictini sub anno* 256, *et quidem mediam inter concilium sub Cypriano Carthaginense* II *et* III (3) *de qua hæc tradunt* : S. Stephanus renuit communicare cum legatis S. Cypriani, et condemnat definitionem duorum præcedentium conciliorum *(itaque post secundum missos legatos existimant, perperam quidem nostra opinione)*, declarans baptismum ab hæreticis collatum valere. *Quæ ex præpostera Cypriani et Eusebii atque Lirinensis interpretatione*
C *desumpta sint oportet; certe unde alias venirent ignoro. Nihil utique tale in Libello.*

Potest quis a communione separari, quin ab ecclesiæ corpore rescindatur,

66 *Ex dictis hoc paragrapho videtur omnes, quos hactenus laudavimus, opinatos esse, Stephanum Cypriano et* Firmiliano *saltem minatum excommunicationem qua ab ecclesiæ pace seu unitate rescinderentur; hancque veterum quoque, puta Augustini etc. fuisse sententiam, ex illorum supra recitatis testimoniis non apparet dubitandum. Est tamen aliud, quod sive solvendæ sive elucidandæ quæstioni proponamus, subtimidi quidem, cum a trita recedendum sit via. Judicet æquus lector. Scilicet etiamsi daretur S. Stephanum ultra minas processisse atque reapse sua communione privasse* S. Firmilianum *cum Orientalibus sicut et S. Cyprianum cum Afris; nondum sequeretur tam unos quam alios ab ecclesiæ corpore separatos vel unitatis exortes fuisse. Duplex namque distingui potest ab-* D *stentio seu communionis privatio. Altera veram constituit excommunicationem et ab ecclesiæ corpore rescissionem; altera solum interrumpit mutuum inter ecclesias vel etiam personas commercium, neque anathemati est æquiparanda. Non desunt hujusmodi distinctionis vestigia in antiquitate ecclesiastica. Dum sæculo secundo agitabatur quæstio de Paschatis celebratione, S. Victor papa* I Asiaticos, *inquit Dumesnilius* (4), sua communione privat, sed excommunicationis anathema non intorsit; quæ duo valde diversa sunt apud antiquos. Hinc, ut refert S. Epiphanius, Orientales ab Occidentalibus divulsi pacificas a se invicem litteras nullas accipiebant. *Subjicio locum S. Epiphanii* (5). Nec illud eruditis hominibus ignotum est, quam sæpe diversis temporibus de illius *(Paschatis)* celebratione varii ecclesiasticæ disciplinæ tumultus ac contentiones obortæ sint, præsertim Polycarpi ac Victoris ætate, cum Orientales ab Occidentalibus divulsi pacificas a se invicem litteras nullas acciperent.

ut constat ex historia dissensionis de celebratione Paschatis, sub Victore papa I,

67 *Unde etiam Benedictus Palma* (6) : Illud tantummodo tum ex controversiæ ipsius fervore tum ex Epiphanii in hæresii 70 testimonio certum videtur, ob hanc causam talem indignationem inter Orientales et Occidentales fuisse « ut pacificas a se invicem nullas acciperent. » *Et paulo inferius* (7) : Addendum est Victorem... tantummodo pacificas litteras Asianis ad aliquod tempus, quod tamen diuturnum non fuit, denegasse. *Et distinctius Cajetanus Moroni* (8) : *Victor papa I Quartadecimanos* excommunicavit *seu Asiaticos privavit sua* communione particulari, *interrumpendo cum eis commercium litterarum apostolicarum, quæ pacificæ dicuntur, paratusque erat illos* a corpore ecclesiæ rescindere, *in quo* præcipue consistebat excommunicatio, *sed deprecantibus episcopis et S. Irenæo ultra minas non processit; quinimo videtur illos in sua communione recepisse. Erat ergo quoddam minoris* excommunicationis *genus, ut notat P. Natalis Alexander* (9), qua nec ab ecclesiæ corpore segregati, nec extra salutis statum positi erant, sed honoribus nonnullis dumtaxat et appendicibus ecclesiasticæ communionis privati, nimirum epistolis formatis *aliisque hujusmodi. Proderit* F *observasse ex Binghamo* (10), istas litteras diversi *fuisse* generis pro diversa occasione vel hominum conditione, qui eas accipiebant. Generatim ad tres classes referebantur : erant enim vel « epistolæ commendatoriæ » vel « communicatoriæ » vel « dimissoriæ. » Primæ classis epistolæ... illustrioris conditionis vel etiam hujusmodi hominibus dabantur, quorum existimatio in quæstionem fuerat vocata, vel clericis quibus in exteras regiones proficiscendum erat. Secundi generis epistolæ omnibus iis impertiebantur, qui in communione ecclesiæ erant, pacemque cum ea colebant, unde etiam « pacificæ » et « ecclesiasticæ » et interdum « canonicæ » dicebantur. Tertium genus solis clericis dabatur, quando ex diœcesi sua in aliam..... concedebant; id quod pace episcopi sui eos facere testabantur; unde « dimissoriæ » et similiter inter-

(1) Migne, tom. III, col. 1011.— (2) Biblioth. græc. tom. XII, pag. 567. Harles.— (3) Art de vérif. les dates p. 171.—(4) Doctrina et disciplina ecclesiæ. tom. I, pag. 215. — (5) Hæresi 70. Migne, Patrol. græca, tom. XLII, col. 555. — (6) Prælectiones, tom. I, pag. 105.— (7) Pag. 109. — (8) Dizionario *voce* Scommunica, tom. LXII, pag. 213. — (9) Hist. eccles. sæc. V, part. II, diss. 20, tom. V, pag. 260. — (10) Origines sive antiquitates ecclesiasticæ, tom. I, pag. 106 et seq. Halæ 1724.

dum

A dum « pacificæ » vocabantur. Has universas generali nomine « formatas » appellabant, quod peculiari forma, singularibus signis et characteribus scripta erant.

item ex gestis in causa S. Joan. Chrysostomi sub Innocentio I.

68 *Dicta de* minori *illa seu* particulari *vel* partiali *excommunicatione confirmantur ex actis sub S. Innocentio I in causa S. Joannis Chrysostomi.* Notandum, *ait P. Natalis Alexander* (1), *tunc* communionem Orientalis ecclesiæ cum Occidentali suspensam potius fuisse quam abruptam, nec ad schisma negotium illud processisse, sed solum formatarum litterarum fuisse interruptum commercium; *idque probatum censet vir eruditus præcipue, quod* sola missione legatorum et formatarum litterarum, redintegrata communio fuerit Orientales inter et Occidentales, ut colligitur *ex epistolis S. Innocentii, quarum partes recitat P. Alexander; nos easdem subjicimus ex emendatiore ejusdem pontificis editione. Epistola* XXI *ad Acacium Berœæ episcopum, sic habet* (2) : Unde has *(litteras)* ad præstantissimum fratrem et coepiscopum nostrum Alexandrum *(Antiochenum)* reddendas tuæ
B transmisimus unanimitati. Videlicet ut si omnes inimicitiæ, omnis æmulatio tam de nomine sancti Joannis mirandi episcopi, quam de omnibus ejusdem communionis participibus, a tua animositate discessit, has nostræ societatis recipias litteras, frater charissime. *Notat autem Coustantius* (3) : Hunc Acacium inter Joannis Chrysostomi hostes ac præcipuos tragediæ adversus eumdem excitatæ actores Palladius primum recensere solet. Quam ob causam ut ab Innocentio suspenderetur meruerat : quod ita intelligendum est, ut esset Innocentii cum ipso SUSPENSA COMMUNIO, NON UT ILLI MUNERE SUO INTERDIXERIT; *non ergo ab ecclesiæ corpore separatus erat, nec anathemate perculsus nec ipse nec reliqui præfatæ tragœdiæ actores. Idem efficitur ex epistola* XIX *ad laudatum Alexandrum Antiochenum, ubi hæc leguntur* (4) : Scripta autem Acacii episcopi, quoniam cum vestris sunt porrecta, suscepimus, ne per vestram injuriam ille, qui a nobis suspensus (*sensu quo dixi supra ex Coustantio*) fuerat, repudiaretur; et tamen satis abunde in actis statuimus, sicuti dignanter relegere
C procurabis, quid in ejus persona debeat custodiri; ut si per omnia vestris consiliis actibusque tam sanctis se rogaverit esse communem, præstetur seni (*Acacio*) favore vestro nostroque judicio COMMUNIONIS ATQUE LITTERARUM A NOBIS GRATIA PROROGATA. *His similia ex aliis epistolis de eodem argumento (quas vide in Patrologia l. c.) colliguntur. Unde P. Alexander, recte mea opinione concludit :* Solam igitur commercii, legatorum, *apostolicarum* formatarumque suspensionem dissensio illa adjunctam habuit, non anathematis inflictionem. Hinc Occidentales toto dissensionis illius tempore cum iis communionem fovebant, qui Orientalibus erant communione conjuncti, atque ita mediate cum ipsis communicabant Orientalibus. Hinc Theophili, Arsacii *(hic in locum S. Chrysostomi sede pulsi suffectus fuerat)* aliorumque nomina ex sacris dypticis expungi non jussit sedes apostolica. *Tum addit :* Ista tamen communionis suspensio et partialis (ut ita loquar) excommunicatio non leve erat malum, *viris præsertim, quales erant S. Cyprianus et* S. Firmilianus, *unitatis amantes atque studiosi; ut exinde intelligeretur eorum tanta, quam vidimus, commotio, etiamsi* particulari *S. Stephani communione tantummodo privati censerentur. Conf. num.* 61.

AUCTORE B. B.

Num forte idem obtinuit in quæstione de baptismate sub Stephano papa?

69 *Certe diligenter consideranti, quæ illa tempestate gesta reperiuntur, indicia occurrent* minoris *illius excommunicationis; ut obtinere videatur, quod supra notabamus ex Moronio de Quartadecimanis tempore S. Victoris papæ I; nempe* Firmilianum *et Cyprianum cum suis a S. Stephano* communione sua particulari *fuisse privandos vel privatos, interrumpendo mutuum commercium sive litterarum sive legatorum (hos recusatos diserte constat ex* Firmiliani *litteris); non vero illos a* corpore ecclesiæ rescindendo. *Nec ullibi etiam traditur præsules sive Orientales sive Afros* munere suo interdictos, *vel nomina ex sacris dypticis expuncta etc. Hoc modo dissidium de baptismate, quod tam ex dictis quam dicendis constat, non ad fidem ex mente obsistentium, sed ad disciplinam spectasse, longe* E *minus habuisset periculum, nec ullam adversariis præberet materiam ut Romani pontificis supremam impugnent auctoritatem. Atque hæc in præsentiarum sufficiant; forte alias occasio erit explicatius de eodem dicendi argumento. Obesse videtur isti sententiæ (fateor) S. Augustinus, qui sane non tantum laborasset ut S. Cyprianum a pace ecclesiæ numquam separatum ostenderet, si existimasset a S. Stephano* minorem *vel* partialem *excommunicationem solum fuisse intentam. Attamen si verba ejus sicut et aliorum* (Firmiliano *forte excepto) in commentario nostro passim recitata, attente expendantur, videntur mihi de illa posse intelligi.*

In ecclesiæ pace decessit S. Firmilianus.

70 *Sed si probabile tantum est,* Firmilianum *non fuisse abstentum; certum est in unitate decessisse, sive quod numquam ab ea rescissus fuerit (ut nobis verisimilius apparet) sive quod ad saniora redierit; sive denique quod* suspensam *non vero* abruptam *voluerit papa communionem, sensu quo mox diximus* (5). *Fidere licet Baronio, qui* Firmilianum *non solum acerrime perstringit ob injurias in Ste-* F *phanum prolatas, sed etiam quod* a parte Quartadecimanorum *steterit, idque infert ex epistola ubi* Firmilianus, *inquit* (6), Romanam ecclesiam calumniatus est, quod non omnia observaret quæ ab origine fuissent ab apostolis tradita, nempe quod diversa die celebraret Pascha ab ea quæ instituta fuerat ab apostolis; quis non videat ipsum stetisse a parte Quartadecimanorum? *Cæterum nemo quod sciam, alius hanc notam* Firmiliano *inussit. Et sane verba Cæsariensis Episcopi benigniori sensu possunt interpretari. Ut ut est, paulo infra Baronius asserit* (7) nullam suspicionem obrepere posse, eum in schismate atque excommunicatione perseverasse sicque pariter decessisse. *Tum addit :* Illud est ejus orthodoxiæ exploratissimum testimonium, etsi alia deessent, quod in catholicorum episcoporum celebri illo Antiocheno conventu ipse cum aliis adversus Paulum Samosatensem sederit. *Insuper in synodica epi-*

(1) Ubi supra, pag. 139. — (2) Migne, Patrol. lat. tom. XX, col. 544. — (3) Ibid. col. 542, not. *e*. — (4) Ibidem. — (5) Conf. Acta SS. tom I Augusti, pag. 53* et seq. *In Patriarchis CPtanis* — (6) Ad. an. 258, XLVI, pag. 60. — (7) Ibid. num. seq.

AUCTORE B. B.

stola alterius concilii, item Antiochiæ, contra eumdem Paulum adunati, Firmilianus, *tunc defunctus, dicitur* beatæ recordationis vir. *Quod si excommunicatus decessisset, sane nec tali appellatione dignus fuisset, nec ecclesia græca in menologio ejus memoriam celebrasset* (1). *Unde iterum Baronius :* Quem postea ad meliorem frugem redditum et communioni catholicæ restitutum, ac in ecclesiæ pace pie sancteque defunctum Græci colunt ac venerantur. *De ejus die natali dicemus alibi.*

§ XI. Non videtur S. Firmilianus sententiam suam de hæreticorum baptismo retractasse. Num illi adhæserit S. Dionysius Alexandrinus, ut diserte tradit S. Hieronymus.

B

An errorem suum revocaverit S. Firmilianus. *Affirmant plures;*

Manet *alia quæstio* : *An ergo* S. Firmilianus, *quem ex dictis certum est in ecclesiæ pace defunctum, sententiam revocavit? De S. Cypriano certe ignoravit S. Augustinus;* correxisse autem istam sententiam non invenitur, *ut pluries repetit. Vide Acta S. Cypriani* § 44 (2). *Contrarium tenet S. Hieronymus de Afris ; sic enim habet in Dialogo adversus Luciferianos* (3) : Conatus est beatus Cyprianus contritos lacus fugere nec bibere de aqua aliena; et idcirco hæreticorum baptisma reprobans, ad Stephanum... super hac re Africanam synodum direxit, sed conatus ejus frustra fuit. Denique illi ipsi episcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo statuerant, ad antiquam consuetudinem revoluti, novum emisere decretum. *Quæ sane obvio sensu significant episcopos, qui in* Africana synodo *cum Cypriano senserant,* novo emisso decreto *resipuisse, atque ita etiam S. Cyprianum nullus dubitat Suyskenus, quamvis id diserte de eo non dicat S. Hieronymus* (4). *Certum est, S. Augustino* novum
C decretum *non fuisse notum : nam ubi quærit,* an Cyprianus cum concilio provinciæ suæ, universi orbis auctoritati, patefacta veritate, cesserit, *ait* (5) : Fortasse factum est; sed nescimus. Neque enim omnia, quæ illo tempore inter episcopos gesta sunt, memoriæ litterisque mandari potuerunt, aut omnia quæ mandata sunt novimus. *Propterea dubitat Tillemontius* (6), *an S. Hieronymus non respexerit ad concilium Arelatense an.* 314 *celebratum* in Cæciliani Carthaginensis et Donatistarum causa (7), *cui sane plurimi interfuere episcopi Africani, non quidem* illi ipsi, *qui cum S. Cypriano statuerant, sed earumdem sedium antistites. Nec prorsus absurda conjectura. Reponit Suyskenus loc. cit. inter alia* (8) : Quidni potuit ad S. Hieronymi ac venerabilis Bedæ manus pervenire, quod S. Augustinus non repererat? *An autem Beda Hieronymo prorsus consentiat, ut putavit decessor noster, judicet lector ex illius verbis* : Qui *(Cyprianus), inquit* (9), cum suis coepiscopis, qui erant in Africa, rebaptizandos esse hæreticos, contra morem ecclesiæ statuit; sed... mox corrigi meruit, atque ad universalem sanctæ ecclesiæ normam spiritualium virorum institutione reduci. *Itaque resipuisse tradit, decreti non meminit. Præterea* quæstiones variæ *inter opera Bedæ* dubia et spuria *censentur. Est ergo sententia Suyskeni, S. Cyprianum cum Afris errorem revocasse, non quidem vivente Stephano, ut vult Baronius, sed sub Xysto, Stephani successore* (10). *Quod si revera ita se habeat, nonne verisimile est, idem fecisse* S. Firmilianum *cum Orientalibus? Quod cæterum diserte testatur apud S. Augustinum Cresconius :* Majores autem vestri *(Cresconii),* quibus tale testimonium perhibuisti, « quod ab Orientalium propterea communione discreti sunt, quia illi judicium suum resciderunt, quo eis placuerat de ista baptismi quæstione Cypriano atque illi Africano concilio consentiri oportere » contra Cyprianum fecerunt. *Hæc Augustinus* (11). Ecce hic, *exclamat* E *Suyskenus* (12), ipse Cresconius, quamvis hæreticorum baptisma pertinaciter rejiceret, ideoque tum S. Cypriani, tum Orientalium episcoporum auctoritate gloriaretur, non potuit tamen posteriorum palinodiam non confiteri. *Nec tamen hoc testimonium Augustino visum est dirimens, ut ex ejus responso apparet :* Proinde, *ait,* si omnino jam credendum sit, quinquaginta episcopis Orientalium *(forte Iconii congregatis, conf. num.* 5*),* quod septuaginta Afris vel aliquanto etiam pluribus, contra tot millia episcoporum, quibus hic error toto orbe displicuit; cur non potius etiam ipsos paucos Orientales suum judicium CORREXISSE dicamus, non, ut tu loqueris, RESCIDISSE? *Scilicet* correxisse *eo sensu ex mente Augustini, ut disputationi supersederint, non tamen sententiam revocarint seu* resciderint.

negant alii,

72 *Ita Augustinum intellexit P. Alexander (nec ei contradicit Mansius), cum singulari* propositione *statuat* (13), Firmilianum aliosque Orientales errorem *suum...* non deposuisse Dionysii Alexandrini tempore *defuncti anno* 264 *vel sequenti* (14). *Propositio est contra Baronium, qui perperam ad rebaptizantes retulit, quæ scribit Dionysius de pacata Novatianorum dissensione* (15); hic *autem, inquit P. Alexander,* ad Xistum Stephani successorem scribens, iis qui collatum ab hæreticis baptisma irritum censebant, aperte suffragatur. Illam itaque sententiam non deposuerant Orientales. Quomodo enim isti opinioni propter auctoritatem « maximorum » (ut ait) « conciliorum » assensus fuisset... si illi ipsi antistites, qui his conciliis adfuerant, decreta sua... jam tum rescidissent? *Ita ille ; sed de Dionysio infra latius. Pro sententia sua deinde adducit P. Alexander S. Basilium, qui in epistola* 1 *canonica ad Amphilochium testatur* (16), Firmilianum *in ea fuisse sententia, ut* Catharos *seu Novatianos,* Encratitas, *Marcionistarum germen,* Hydro-
F parastatas,

(1) Conf. Pagium, ad an. Baronii 259, num. XII. — (2) Tom. IV Sept. pag. 312. — (3) Num. 23. Migne, tom. XXIII, col. 177. — (4) Tomo IV Sept. pag. 312. — (5) Lib. II de Baptismo contra Donatistas, cap. 4. Migne, tom. XLIII, col. 129. — (6) Mémoires, tom. IV, pag. 161. — (7) Fabricius Bibliotheca Græca, tom. XII, pag. 572. — (8) Pag. 314. — (9) Lib. variarum quæstionum Quæst. 5. Migne, tom. XCIII, col. 458. — (10) Acta S. Cypriani, pag. 313. — (11) Contra Cresconium, lib. III, cap. 2. Migne, tom. XLIII, col. 496 et seq. — (12) Pag. 312. — (13) Tomo IV, pag. 96. — (14) Tillemont. Mémoires, tom. IV, pag. 285. — (15) Conf. Acta S. Cypriani, pag. 313. — (16) Migne, patrologia græca, tom. XXXII, col. 663 et seq.

A parastatas, *Encratitarum genus sicut et sequentes* (1), Apoctatitas repabtizandos censeret. *Subdit verba Basilii ex canone* I *desumpta :* Antiquis visum est, Cypriano dico et nostro Firmiliano, hos omnes uni calculo subjicere, Catharos et Encratitas et Hydroparastatas, propterea quod principium quidem separationis per schisma factum fuerat; qui autem se ab ecclesia separaverant, non habebant amplius in se gratiam Spiritus sancti. *Ita ex versione apud Migne* (2); *paulo aliter P. Alexander. Atque hæc ipsissima causa est, ob quam Cyprianus et* Firmilianus *negant baptisma non solum hæreticorum, sed etiam schismaticorum non valere.*

nixi canonicis S. Basilii;

73 *Cæterum multa hoc primo canone (qui satis prolixus est) continentur; unde varia varii commentantur, ut videre est in Annotationibus ad præfatam epistolam. Id porro extra dubium, hæreticorum,* qui *scilicet* penitus resecti sunt et in ipsa fide alienati (3), *sancto doctori baptisma irritum esse, adeoque tingendos cum ad ecclesiam veniunt. Unde in eodem canone semel et iterum reprehendit S. Dionysium Alexandrinum quod* Pepuzinorum, *id est Montanistarum baptismum rati haberet; et in secunda canonica ad eumdem Amphilochium canone* XLVII (4), *de Encratitis, Saccophoris, Apotactitis ait :* Nos una ratione tales rebaptizamus. *Vide Annotationem Maurinorum in hunc canonem, ubi observant, vulgatum Basilii textum emendandum, ut canon iste priori concordet, quoad Novatianos seu Catharos spectat. Confer etiam Cabassutium* (5) *qui existimat ex mente Basilii* schismaticos *novo baptismate abluendos, quin tamen velit convellere aliam consuetudinem si qua forte alibi existat. Attamen Basilius verbis mox ex canone* XLVII *relatis subjicit :* Quod si apud vos prohibita est rebaptizatio sicut et apud Romanos, œconomiæ alicujus gratia, nostra tamen ratio vim obstineat, *utique ut rebaptizatio adhibeatur.* At vero, *prosequitur Cabassutius,* quoscumque ab hæreticis baptizatos... declarat Basilius esse novo baptismo initiandos, cunctos quidem communiter, sed maxime eos, qui circa divinæ Trinitatis personas erraverunt, quales dicit esse Pepusianos hoc est Montanistas. *Manifestum ex his est, S. Basilium haud multum diversa, si tamen diversa, a* Firmiliani *placitis sensisse. Unde, ut ad rem nostram veniamus, P. Alexander :* Vigebat igitur Basilii Magni tempore in Cappadocia finitimisque regionibus mos rebaptizandi plures *(saltem)* hæreticos, etiamsi in forma ecclesiæ baptizati essent (ne quis cavilletur). At si Firmilianus illum errorem olim ejurasset, ecclesiasticæ ut restitueretur unitati (quemadmodum fingit *imo censet* Baronius), quomodo id Basilius non agnovisset, qui et ipse Cappadox erat et Cæsareæ in Cappadocia episcopus, *sicut ante fere* 150 *annos* Firmilianus? Quomodo ex ecclesiæ illius monumentis adeo solemniter decantatam palinodiam compertam non habuisset? Quomodo mori jam antiquitus abrogato fuisset obsecutus? *Nec sane suo pondere carent observationes P. Alexandri. Accedit S. Athanasius qui non solum, cum canone Niceno, Paulianistarum seu Samosatenorum reprobat baptisma, sed, præter præfatum canonem, etiam Arianorum, aliorumque plurium hæreticorum, quod perverse de Trinitate sentiant,* tametsi nomen Patris et Filii... simulent se nominare (6). *Paulo aliter Maurini vertunt :* Etiamsi nomen Patris et Filii... proferre assimulent (7).

AUCTORE B. B.

horum probabilior videtur sententia.

74 *Unde rursus videtur Orientales ante Athanasii tempora errorem non ejurasse. Cæterum in sententia, quæ statuit,* latam *non fuisse in* Firmilianum *censuram, vel solum* communione particulari *eum privatum; facilius intelligitur hunc quidem deinceps siluisse, attamen perstitisse in sua opinione, quam pertinere judicabat non ad fidem, sed ad disciplinam seu, ut Basilius loquitur, ad* quamdam œconomiam. *Atque ita revera esse, specialibus titulis probandum suscepit, inter alios, P. Alexander* (8), *cui in* animadversionibus *consentit Mansius* (9), *novis argumentis illius fulciens sententiam, præsertim contra Bossuetium, qui in famosa Defensione Declarationis cleri gallicani (si* E *tamen hæc ei tribuenda, de quo dubitant plures* (10)*) totis viribus conatur contrariam evincere, ut scilicet infallibilitatem summi pontificis labefactet* (11). *Est itaque mihi probabilius* S. Firmilianum *errorem non revocasse.*

S. Dionysium Alex. non consensisse S. Firmiliano *suadent ejus litteræ,*

75 *Dixi post scriptam, exeunte anno* 256, *a* S. Firmiliano *epistolam, siluisse dissidium, ob ingruentem anno sequenti Valeriani persecutionem, qua S. Stephanus morte, S. Cyprianus exilio mulctatus. Num.* 34. *Stephano suffectus fuit S. Xystus,* bonus *et* pacificus *vir, qui minas a decessore intentatas non renovavit, imo et commotos olim animos sedare placidioribus consiliis studuit. Hoc certum, post præfatum annum* 256 *nihil in Annalibus ecclesiasticis occurere, quo contentio de baptismo hæreticorum significetur inter catholicos episcopos resuscitata. Imo contrarium efficitur ex Dionysio Alexandrino, de quo, cum in præcedentibus sæpius mentio ejus facta sit, nonnulla hic explicatius dicenda censemus. Præcipua quæstio est, an consenserit cum* S. Firmiliano *de hæreticorum baptismate? Diserte affirmat S. Hieronymus; item* F *S. Basilius, si Cabussutium audiamus. Scribit Dionysius in prima epistola ad Xystum apud Eusebium* (12), *de Stephani rescripto agens :* Vide gravitatem negotii. Revera enim in maximis, ut audio, episcoporum conciliis decretum est hæreticos... per baptismum purgandos. De his omnibus ego ad illum *(Stephanum)* scripsi, rogans atque obtestans, *quæ alio sensu non videntur accipienda, nisi quod Stephanum deprecatus sit, ne ad extrema id est abstentionem veniret. Idem testatur* (13) *se scripsisse Philemoni et Dionysio, Romanis presbyteris,* qui prius cum Stephano senserant, *scilicet acrioribus opus esse remediis. Neque in his reperio quidquam, quod cogat, imo suadeat, Dionysium Alexandrinum favisse sen-*

(1) Conf. Pluquet dictionnaire des hérésies. Migne Encyclopédie. — (2) Col. 667. — (3) Col. 666. — (4) Ibid. col. 730. — (5) Notitia ecclesiastica, pag. 68. — (6) Ibidem — (7) Oratio secunda contra Arianos. Migne, Patrol. Græc. tom. XXVI, col. 238. — (8) Tom. IV, pag. 98. — (9) Ibid. pag. 100 et seq. — (10) Vide Card. de Bausset : Vie de Bossuet, tom. II, Pièces justificatives I, œuvres de Bossuet tom. 45. — (11) Defensio declarationis cleri Gallicani, lib. IX, cap. IV et seqq. Œuvres de Bossuet, tom. XXXIII, pag. 19 et seqq. Edit. Lebel, in-8° 1818. — (12) Hist. eccles. lib. VII, cap. V, pag. 282. — (13) Ibidem.

tentiæ

AUCTORE B. B.

tentiæ S. Firmiliani. *In epistola ad Philemonem ait* (1), *primum se ab Heracla, suo in sede Alexandrina decessore, accepisse hanc* regulam et formam, *ut qui post baptismum transierant ad hæreticos, cum ad ecclesiam redirent*, nequaquam iterato baptismate eis opus esse; quippe jam antea Spiritum sanctum ab eo acceperant. *Sed quid de baptizatis primum in hæresi vel schismate?* Illud, *inquit*, præterea didici non ab Afris solis hunc morem nunc primum invectum fuisse; sed et multo ante... in conciliis fratrum apud Iconium et Synnada et apud alios plurimos sancitum fuisse. *Agi hic de baptismo ab hæreticis vel schismaticis collato, qui proinde iterandus, patet vel ex sola Afrorum, quorum notissima opinio, et Orientalium comparatione. Quid ergo Dionysius?* Quorum, *ita prosequitur*, sententias et statuta subvertere, eosque ad jurgia et contentiones excitare, equidem nolim. *Itaque hujusmodi* statuta evertere *non vult; sed an probat? Non ausim affirmare. Quinimo cum tam diserte pronuntiet, non rebaptizandos priores, qui scilicet, accepto in ecclesia baptis-*
B *mate, ab ea defecerant postea; circa alios autem solum censeat non* excitanda jurgia, *nonne inferre licet, cum Afrorum adeoque et Orientalium sententiam non probasse? (Conf.* § v, *ubi de epistolis S. Dionysii de baptismo latius tractavimus).*

imprimis secundæ ad S. Xystum papam;

76 *Quod quidem confirmari videtur ex altera ejus epistola, in qua S. Xystum papam consulit, quid agendum cum homine, qui timens ne rite baptismum apud hæreticos acceperit, verebatur ad sacram mensam accedere. Hunc tamen non audet S. Dionysius novo baptismo initiare; sed quærit a Xysto quid tandem faciendum. Profecto si omne Dionysius baptisma ab hæreticis collatum, habuisset irritum, non videretur cur hæsitans ad Romanum pontificem recurreret. Vel ergo numquam Afrorum Orientaliumque errori consentit, vel ab eorum saltem postea discessit opinione. Sed ipsum epistolæ fragmentum, etsi longiusculum, videamus, prout recitatur ab Eusebio.* Extat, *inquit* (2), et quinta ejusdem *(Dionysii)* epistola ad Xystum... In qua postquam adversus hæreticos multa dis-
C seruit, hujusmodi quiddam sua ætate contigisse narrat. Nam profecto, inquit, opus habeo, frater, consilio tuo. Quidam ex fratribus qui ad ecclesiam conveniunt, jam pridem pro fideli habitus, et qui ante meam ordinationem, ac ni fallor ante ipsius quoque Heraclæ episcopatum, cœtus fidelium particeps fuerat; cum interfuisset baptismo eorum qui nuper baptizabantur et interrogationes responsaque illorum audiisset; ad me accessit flens et vicem suam ingemiscens. Pedibusque meis advolutus confiteri atque dejerare cœpit, baptismum quo apud hæreticos initiatus fuerat, non hujusmodi esse, nec cum hoc nostro quidquam commune habere. Quippe illum plenum esse blasphemiæ et impietatis. Aiebatque animum suum acerbissimo doloris sensu compungi, ac ne oculos quidem ad Deum attollere se audere; quippe qui scelestis illis verbis ac cæremoniis initiatus fuisset. Proinde orabat, ut hoc purissimo lavacro, verissimaque adoptione et gratia donaretur. Quod equidem facere D non sum ausus; sed diuturnam illi communionem ad id sufficere dixi. Nam qui gratiarum actionem frequenter audierit, et qui cum cæteris responderit amen; qui ad sacram mensam adstiterit et manus ad suscipiendum sacrum cibum porrexerit; qui illum exceperit, et corporis ac sanguinis Domini nostri Jesu Christi particeps fuerit diutissime, eum ego de integro renovare non ausim. Porro ut bono animo esset et cum firma fide bonæ spei plenus ad Dominici corporis participationem accederet jussi. Verum ille nullum lugendi finem facit, et ad mensam accedere penitus exhorrescit, vixque rogatus interesse orationibus sustinet. *Itaque diserte asseritur vir iste* baptismo apud hæreticos initiatus; *nec tamen* eum de integro renovare audet *Dionysius. Utique si mos ei (imo et Alexandrinæ ecclesiæ) fuisset rebaptizandi quoscumque hæreticos, nihil dubius hæsisset. Attamen hæret. Quare? Nisi quod ex dictis hominis istius dubitaret an debita sacramento verborum forma adhibita fuisset, et propter recens adeo agitatam contentionem refugeret, hoc pendente dubio,* de integro re- E novare, *ne ansam præberet suspicioni, quasi hæreticos censeret rebaptizandos?*

aliud effici videtur ex S. Basilio

77 *Cæterum cum ex angustiis præfati viri haud obscure significentur Montanistæ seu Pepuzeni, pronum satis est arguere, S. Basilium huc spectasse, quando, ut videmus* miratur, *quod S. Dionysium* fugerit, Pepuzenorum baptisma nullam rationem habere (3). *Et iterum eodem canone* 1 (4) : Qua igitur ratione eorum baptisma admittatur, cum in Patrem et Filium et Montanum aut Priscillam *(non quod hos nominarent, sed sub Spiritus sancti appellatione intelligerent* (5)*)* baptizent. Non enim baptizati sunt, qui in ea, quæ nobis tradita non sunt, baptizati fuere. Quare etsi hoc Dionysium magnum latuit, servanda nobis non est imitatio erroris. *Num recte ex his Cabassutius, aiens* (6), locus Basilii *(prior a nobis recitatus)* certam fidem facit, Dionysium placitis tandem Stephani papæ acquievisse? *Equidem non video. Probandum enim foret, eum antea aliud sensisse, quod ex Basilio minime habetur. Confer Mansii* Observationes *in historiam P. Alexandri, ubi* (7) *contra hunc statuit,* Dionysium F Alexandrinum iis non adnumerandum esse, qui iterum baptismo abluebaut, quos hæretici baptizabant. *Primum expendit præfatum S. Basilii locum, qui hoc tantum* miratur, *S. Dionysium* non vidisse vanitatem *baptismi Montanistarum, qui judice eodem Basilio, formam non servabant. Ex hac interpretatione putat Mansius (ast quam vere?) nihil ex canone* 1 *deduci posse contra suam sententiam, imo hanc ex illo probari. Tum idem arguit ex silentio Cypriani et* Firmiliani, *qui tanti viri non prætermisissent invocare auctoritatem, si eis favisset. Denique constat Dionysium intercessisse apud SS. Stephanum et Xystum;* ineptus autem fuisset pacis conciliator, si rebaptizantium errori adhæsisset.

et præsertim ex S. Hieronymo

78 *Nec tamen diffitendum magni momenti esse S. Hieronymi testimonium, plane asserentis Dionysium sensisse cum Cypriano. Hic (Dio-*

(1) Hist. eccles. lib. VII, cap. V, pag. 253. — (2) Ibid. cap. IX, pag. 254. — (3) Migne, patrol. græc. tom. XXXII, col. 264. — (4) Ibid. col. 667. — (5) Ibid. col. 668, *nota*. — (6) Notitia ecclesiastica, pag. 68. — (7) Tom. IV, pag. 96.

nysius

A *nysius), inquit* (1), in Cypriani et Africanæ synodi dogma consentiens, de hæreticis rebaptizandis, ad diversos plurimas misit epistolas, quæ usque hodie extant. *Igitur sanctus doctor præ manibus habuit integra monumenta (nec sane leve hoc quispiam existimaverit), dum nobis eorumdem pauca tantum suppeditant fragmenta, ab Eusebio recitata. Reponit Mansius :* Puto sanctum doctorem ea ratione deceptum, quod Dionysius in epistola ad Philemonem dicit se non damnare rebaptizantes, nec ipsorum irritam facere sententiam. Ita autem loquutus est Dionysius, non quia rebaptizantibus consentiret, cum S. Basilius supra laudatus hæreticorum baptismum a Dionysio non improbatum tam clare asserat : sed quia cum non ad fidei dogma, sed ad puram disciplinam hanc controversiam spectare crediderit, rebaptizantes a se non damnandos putavit, illud Salomonis afferendo : « Terminos non comutabis, quos patres tui præstituerunt. » *Ut dicam, quod sentio, videtur mihi, stando fragmentis epistolarum, probabilius nec S. Dionysium nec Alexandrinos* in dogma consensisse Firmi-
B liani *atque locum Basilii hoc sensu interpretari posse ; obstare tamen S. Hieronymi assertum ; solutionem vero difficultatis a Mansio propositam, insistendo* fragmentis *certe non dedignandam, nec tamen prorsus idoneam, quod* integra monumenta, *quibus datum Hieronymo uti, nobis desint. Porro, si quondam errori adhæsit, resipuisse certum omnino est, quippe qui utriusque ecclesiæ, græcæ et latinæ, calculo sanctorum fastis legitur adscriptus* (2). *Atque hæc pro scopo nostro satis. Forte nova lux orta fuerit hagiographis successoribus, qui Acta sancti patriarchæ Alexandrini illustranda habebunt ad diem* XVII *Novembris, quo festiva ejus celebratur memoria.*

§ XII. S. Firmilianus claret virtutibus tum sub Valeriani persecutione, tum sub imperio Gallieni. Hujus tempestate cum Cappadocia a barbaris populata dirum affligeretur, S. Dionysius papa litteris episcopos illius provinciæ consolatur.

C

Sub Valeriani persecutione,

Valerianus, regnum adeptus anno 253 *circa mensem Augustum, christianis primum favit quam qui maxime inter omnes decessores suos, ne Philippo quidem excepto, quem plerique Christi fidem professum autumant. Ast, instigante quodam Macriano, magicis artibus dedito et imperatori in paucis charo, mutatus, quantum prius amicus, tantum postea infensus, atrocissimam suscitavit persecutionem, quæ communiter ordine octava censetur et per annos fere tres cum dimidio sæviit. Videtur cœpisse Romæ sub finem anni* 256 ; *edicta vero generalia referuntur ad sequentem, inchoatum nec tamen valde provectum* (3). *De hujus persecutionis immanitate testem habemus coævum imo et oculatum, nempe S. Dionysium Alexandrinum, cujus frequens a nobis facta mentio. Cum autem quæ scribit ad Orientem spectant adeoque ad* S. Firmilianum, *hic prætermittenda minime sunt. Audiamus Eusebium* (4) : De persecutionis autem illius acerbitate, quæ et quanta ipse una cum aliis ob veri Dei cultum pertulerit, docent ejusdem Dionysii verba, quibus Germano cuidam illius temporis episcopo, qui calumniari ipsum conabatur, respondet. *Et primum quæ sibi acciderint narrans :* Veni, *inquit,* ad Æmilianum *præfectum,* non solus, sed comitantibus me Maximo compresbytero, et Fausto, Eusebio ac Choremonte diaconis. Quidam etiam ex fratribus Romanis, qui tum aderant, nobiscum ingressus est. Porro Æmilianus non dixit mihi prima fronte : Ne conventus agas *(scilicet edictis imperatoriis præcipue cavebatur ne christiani conventus agerent et ingrederentur cœmeteria ad mysteria cele-* E
branda (5) : Id enim illi supervacuum erat ac postremum... Quippe haud quaquam curabat ne alios congregarem ; sed id agebat ne ipsi christiani essemus. Et ab eo cultu desistere me jubebat ; ratus scilicet si ego ab eo cultu descivissem, ceteros exemplum meum secuturos (*et ideo episcopos præsides et præfecti potissimum aggredi quærebant).* Respondi... Obedire oportet magis Deo quam hominibus... Posthæc abire nos jussit in vicum quemdam, solitudini proximum cui est Cephro Κεφρώ. *Deinde relegatus fuit Colluthionem, in Mareotica præfectura locum* (6).

AUCTORE B. B.

80 *Tum addit :* Quot vero enumerare potest *(Germanus)* perinde atque ego, sententias judicum, publicationes, proscriptiones, direptiones bonorum ; abjectiones dignitatum, contemptus gloriæ sæcularis, laudum a præfectis et decurionibus præfectorum despectus ; minarum denique quæ coram intentabantur, vociferationum, discriminum, persecutionum, fugæ, ærumnarum et cujuscumque modi malorum tolerantiam ; cujusmodi sunt ea quæ sub Decio et Sabino *(scilicet sub Deciana persecutione)* F
et quæ in hunc usque diem sub Æmiliano nobis contigerunt : *Et in altera epistola ad Domitium et Didymum* nonnulla, *verba sunt Eusebii,* ad persecutionem illam spectantia rursus ita commemorat *Dionysius :* Nostros vero superfluum est nominatim recensere, cum et plurimi sint et vobis ignoti. Id tantum in universum scire vos convenit, viros et mulieres, juvenes ac senes, puellas et anus, milites ac paganos ; ex omni denique hominum genere atque ætate, alios flagrorum verberibus, alios ferri acie, alios ignibus in certamine superatis coronas retulisse. Nonnullis vero longissimum temporis spatium non satis fuit ad hoc ut Deo acceptabiles viderentur. *Et iterum paulo inferius :* Nam in hunc usque diem non cessat præfectus nostros qui præsentiæ ipsius exhibentur, partim interficere crudelissime, partim tormentis dilaniare, partim squalore carceris et vinculis

quam atrocissimam fuisse testatur S. Dionysius Alexandrinus,

(1) De viris illustribus, cap. 69. Migne, tom. XXXII, col. 677 et seq. — (2) Martyrol. Rom. 17 Nov. — (3) Tillemont, Mémoires, tom. IV, pag. 1-3. Conf. Baronium ad an. 257, num. VI et seq. Eusebium lib. VII, cap. X, pag. 255 et seqq. — (4) Ibid. pag. 257. — (5) Tillemont Mém. tom. IV, pag. 4. — (6) Vide annotationes Valesii, pag. 147 et seq.

macerare,

AUCTORE B. B.

macerare, interdicens ne quis ad eos accedat; et perscrutans num quis forte videatur accedere. Verumtamen Deus ex alacritate ac benignitate fratrum solatium assidue præstat afflictis.

virtus S. Firmiliani *eluxit.*

81 *Atque hæc et alia quæ ibidem sequuntur Eusebius ad Valeriani diserte refert persecutionem; subjungit autem* (1) : Eadem tempestate Romanæ quidem ecclesiæ adhuc præerat Xystus, Antiochenam vero post mortem Fabii Demetrianus regebat; apud Cæsaream Cappadociæ FIRMILIANUS; in Ponto Gregorius fraterque ejus Athenadorus *etc. Ut dubium non sit,* S. Firmilianum *mediis his in fluctibus tamque procellosis, ecclesiæ suæ gubernacula forti ac virili manu tenuisse, quamvis speciatim de ejus sub hoc tempus rebus gestis nihil ad nos pervenerit. Notat quidem Valesius* (2), *in his quæ supra relata sunt ex epistolis S. Dionysii plura contigisse sub Decio, proindeque* falli *Eusebium, dum Valeriani persecutioni illa universim adscribit. Ast etiamsi admitteremus, deceptum non nihil Eusebium (quod non ita facile dederim), liquet hanc ei*

B *mentem fuisse, ut quæ tradit tam unius quam alterius imperatoris partim conveniant tempori. Quod utique nobis sufficit. Cæterum nonne ipse Dionysius ait* : Cujusmodi sunt ea, quæ sub Decio et Sabino, et quæ in hunc usque diem sub Æmiliano nobis contigerunt?

Incursu barbarorum

82 *Post Valeriani miserrimam cladem (a Sapore capti anno* 260) *pax quidem ecclesiæ data a Gallieno est, qui, ut habet Eusebius* (3), solus imperium obtinens moderatius se gessit missisque edictis, persecutionem adversus nostros commotam sedavit; utque religionis nostræ antistites secure deinceps munus suum obirent, *dato* rescripto præcepit; *et altero* episcopis *permisit* ut cœmeteriorum suorum loca recuperarent. *Sed hinc sedata tempestate,* S. Firmiliano *altera eaque non levis aliunde orta est, irrumpentibus omni ex parte et grassantibus barbaris. Scilicet, ut scribit Orosius* (4), solvuntur repente undique permissu Dei ad hoc circumpositæ relictæque gentes *(barbari),* luxatisque habenis in omnes Romanorum fines invehuntur. Germani Alpibus, Rhetia, totaque Italia penetrata, Ravennam usque perve-

C niunt. Alamanni Gallias pervagantes etiam in Italiam transeunt. Græcia, Macedonia, Pontus, Asia Gothorum (*Scytharum)* inundatione delentur... Et ne quid forte Romani corporis ab hac dilaceratione cessaret, conspirant intrinsecus tyranni *(plerumque, nec tamen vere,* triginta *numero feruntur, diversis in partibus vel alii post alios imperium Gallieno, deliciis perdito, eripere tentantes* (5)); consurgunt bella civilia, funditur ubique plurimus sanguis Romanorum, Romanis barbarisque sævientibus. *His adde famem, pestem, terræ motus* (6). *Quæ omnia mala scriptores nostri passim cœlitus immissa tradunt in vindictam motæ a Valeriano persecutionis* (7).

Cappadocia innumeris afflicta malis,

83 *Manifestum imprimis est Cappadociam communi fato subjectam fuisse; deinde constat, gubernante adhuc Valeriano, circiter annum* 259, *Scythas, qui et Gothi dicuntur, provinciam illam populatos.* Cumque, *ait Zosimus* (8), Nicæam ac Cium et Apameam et Prusam eisdem incursionibus vexassent... Cyzicum petiere... Valerianus intellectis iis quæ in Bithynia gererentur... ipse ab Antiochia ad Cappadociam usque progrediebatur et transitu dumtaxat attritis oppidis pedem referebat. *Et sub extrema Gallieni tempora, videmus eosdem barbaros rursus Cappadociam devastantes, urbes plures expugnantes, innumeros christianos in captivitatem redactos abducentes* (9). *Atque hinc barbaris istis, quemadmodum et aliis alibi, cognoscendæ amplexandæque veritatis catholicæ oblata occasio; Deo sic disponente ut ex malis pretiosius nasceretur bonum* (10). *Sed et alium, eumque præclarissimum habemus testem calamitatum illarum, nempe S. Basilium Magnum, qui post sæculum fere* a Firmiliani *morte ecclesiam Cæsariensem re-* E *gere cœpit. Ille in epistola, quæ ordine est* LXX, *Damasum papam rogat, ut exemplo decessorum Romanorum pontificum, laboranti Cappadociæ opem ferat.* Omnino autem nihil exposcimus novi *(verba sunt Basilii* (11)), sed quod et cæteris olim beatis ac Deo dilectis viris usitatum et præcipue vobis. Novimus enim ex serie memoriæ, a patribus nostris interrogatis et litteris etiamnum apud nos asservatis edocti, Dionysium beatissimum illum episcopum, qui apud vos et recta fide et reliquis virtutibus enituit, invisisse ecclesiam nostram Cæsariensem, et patres nostros per litteras consolatum esse, ac misisse qui fratres captivos redimerent. Nunc autem difficilior ac tristior est rerum nostrarum status, et cura majore indiget. Neque enim terrenarum ædium lugemus demolitionem sed excidium ecclesiarum; neque corporum servitutem, sed animarum captivitatem quotidie ab hæresis propugnatoribus perfici videmus. Quare *etc. Observant Maurini editores :* Memorata autem a Basilio calamitas sub Gallieno contigit, cum Scythæ Cappadociam et finitimas regiones vastarent, ut testatur Sozomenus lib. II cap. VI.

sub Gallieno imperatore,

84 *Atque hæc sententia mihi valde probabilis est. Certe contigerunt inter mensem Julium anni* 259 *et Decembrem anni* 269; *hoc enim defunctus S. Dionysius, illo summum pontificatum adeptus* (12). *Est igitur intercapedo annorum præter propter decem, quo primum continentur postrema Valeriani tempora, qui probabilius exeunte anno* 260 *vel initio sequentis incidit in manus Saporis* (13), *Pagius annum præfert præcedentem* (14) *et alii alios* 256, *etc.* (15) ; *dein octennium illud, ut plerumque censetur, quo Gallienus a patris sui Valeriani captivitate, solus rerum potitus est usque ad mensem Martium anno* 268 (16); *denique biennium et paulo plus, quo præfuit Claudius*

(1) Cap. XIV, pag. 262. — (2) Annotationes, pag. 148. — (3) Hist. eccles. lib. VII, cap. XIII, pag. 262. — (4) Hist. lib. VII, cad. 22. Migne, Patrol. lat. tom. XXXI, col. 118. — (5) Conf. Spondanum. Epitome Baronii, an. 262, tom. I, pag. 284. Tillemont, Histoire des Empereurs, tom. III, pag. 182 et 290. Bruxelles 1732 in-fol. — (6) Euseb. lib. VII, cap. XI et seq. pag. 266 et seqq. Tillemont ubi supra, pag. 179. — (7) Orosius ubi supra, aliique. — (8) Corpus Scriptt. hist. Byzantinæ. Zosinus, pag. 34. Bonnæ 1837. — (9) Tillemont. Hist. des Emp. tom. III, pag. 192 et seqq. — (10) Orosius ubi supra. Sozomenus, lib. II, cap. 2, aliique passim. — (11) Migne, patrol. græca, tom. XXXII, col. 433. — (12) Art de vérifier les dates, pag. 243. — (13) Ibid. pag. 344. Eckhel Doct. numorum, tom. VII, pag. 387. Tillemont, Hist. des Emper. tom. III, pag. 290 et seq. not. XI; item, pag. 168 et 317. — (14) Ad Baronii an. 262, Pagii 259, num. X. — (15) Conf. Tillemont loco cit. nota XI. Eckhel ubi supra. — (16) Tillemont ibid. pag. 195 et seq. Eckhel, pag. 394. Art de vérifier les dates, pag. 345.

Gothicus,

AUCTORE B. B.

A *Gothicus, nempe a Martio mense dicti anni* 268 *ad annum* 270 *circa mensem Aprilem, quo apud Sirmium peste extinctus* (1). *His præmissis, videamus cujus illorum trium imperio commodius adscribantur calamitates, de quibus agit S. Basilius. Non equidem putem, Valeriano regnante Dionysium opem, qualis a Basilio describitur, Cæsariensibus ferre potuisse; tum quod ille recens pontifex creatus esset, tum quod Romæ sicut et alibi horribiliter sæviret persecutio. Adde, ex dictis de captivitate Valeriani, dubium esse an hæc contigerit jam ante electionem S. Dionysii. Denique barbaris vastandæ populandæque Asiæ, et captivos tanto numero abducendi facta tantum copia videtur post cladem Persicam. Aliud est de Gallieno, qui ut loquitur Eckhelus* (2), non ad regendam rempublicam, sed ad desidiam et voluptatum intemperantiam vocatus videbatur; quo tempore divisum inter tot tyrannos imperium, barbarorum undique irrumpentium incursiones, pestis... fortem, excelsum et natum ad subita consilia animum postulabant; *ut facile sub tam ignavo dissolutoque principe, tot*
B *tantosque inter civiles motus barbari per provincias populabundi vagare potuerint.*

principe ignavo et dissoluto,

85 *Unde breviter Dumesnilus* (3) : Galieno luxu et voluptatibus diffluente, neglectis publicis negotiis, Romanus orbis ingentibus cladibus oppressus est. *Sunt quidem qui mitiora de Gallieno proferant, ideo forte quod rescissis vel revocatis Valeriani edictis pacem ecclesiæ restituerit* (4). *Attamen hoc certum, eum et desidem et intemperantem et libidinosum exstitisse atque in parentem incredibiliter impium, ita* ut siccis oculis videret patrem apud Persas captivum et indignis modis habitum (5) *et* ignavia pravisque libidinibusque maxima imperio intulerit mala (6). *Quod vero spectat ad Claudium, is* ex unanimii historicorum consensu propter morum integritatem, justitiam, frugalitatem, virtutem bellicam inter laudatissimos principes eximium locum est promeritus. *Hæc ita Eckhelus* (7), *qui nec illi videtur vitio vertere omnino velle, quod in necem Gallieni conspiraverit :* Non tam mirandum, *inquit* (8), fuisse aliquando principem hoc nomine indignum a suis cæsum,
C quam ad domandum hoc monstrum tam serum repertum Herculem. *Consentit de dotibus Claudii Tillemontius, quas enumerat ex antiquorum scriptorum testimoniis* (9). *Baronius plurimum dissentit, Claudium asserens* infensissimum in christianos, *et* bellis impeditum ne citius in illos sæviret; *sæviisse autem postea,* promulgato *etiam* edicto (10). *Sic pariter Spondanus in Epitome* (11). *Ast Pagius probat* (12) *deceptum Baronium ex quibusdam martyrum actis vel falsis vel non bene ab eo intellectis, nec* ullam imperante Claudio persecutionem excitatam. *Cæterum nemo umquam negavit barbaros ejus sub imperio compressos; Gothos atroci prælio in Mœsia devictos, unde et* Gothicus *dictus est, atque anno sequenti intra Hœmi latebras internecione deletos* (13). *Est itaque verisimile admodum, calamitates, quarum meminit Basilius, pertinere ad Gallieni imperium, non tamen ad extrema ejus tempora seu circa annum* 266, *ut opinari videtur Tillemontius* (14). *Constat namque Orientem multo ante pacatum, fugatis debellatisque Persis ab Odenato, quem propterea Gallienus Augustum nuncupavit an.* 264; *hoc* vocatus est, *inquit Dodwellus* (15), ad primam de causa Samosateni synodum Dionysius *Alexandrinus,* tempore utique pacato et synodis adeo colligendis idoneo. Pax illa ægre tandem... Odenati anno illo constituta est, profligatis Persis, acceptoque demum a Gallieno in imperii participationem Odenato (16). *Equidem putem Cappadoces hoc sub principe quietiora nactos tempora, ad S. Dionysium papam confugisse, ut reparandis* terrenis ædibus *et christianis a* captivitate *barbarorum reducendis in subsidium veniret.*

litteras S. Dionysius papa ad S. Firmilianum cæterosque episcopos dedit.

86 *Illas itaque inter ærumnas cum S. Dionysius papa, ut asserit S. Basilius,* ecclesiam Cæsariensem invisit *et* patres per litteras consolatus est, *liquet hoc sub pontificatu S.* Firmiliani *factum. Sedem Romanam, ut jam innuimus, conscendit Dionysius die* XXII *Julii an.* 259, *obiit* XXVI *Decembris anno* 269, *post regimen annorum decem, mensium quinque, dierum quatuor* (17); *adeoque decessit duobus fere mensibus ante S.* Firmilianum, *cujus obitus, ut infra dicemus, incidit in diem* XXVIII *Octobris ejusdem anni* 269. *Toto igitur tempore quo Romæ præfuit S. Dionysius, sedit* S. Firmilianus *Cæsareæ Cappadocum, cujus infulas diu antea adeptus erat, nempe circa annum* 232. *Vide num.* 3. *Unde efficitur litteras, quarum meminit Basilius, datas ad* S. Firmilianum. *Qui enim fieri posset, ut Romanus pontifex* inviserit per litteras *ecclesiam Cæsariensem, hujusque* patres consolatus sit, *nisi scriptæ intelligantur ad ejusdem ecclesiæ metropolitam hujusque in episcopatu collegas? Cæterum quocumque sui regiminis anno, sive sub Valeriano, sive sub Gallieno vel Claudio Dionysius scripserit litteras a S. Basilio laudatas, datæ utique sunt, dum præerat S.* Firmilianus. *Quinimo si quis vellet (nec tamen video quo valido niteretur fundamento) Dionysium Cappadoces scripto* F *convenisse, antequam summi sacerdotii cathedram conscendisset et solum esset adhuc presbyter Romanus (conf. num.* 21), *nihilominus id factum constaret, sedente* Firmiliano, *qui, testante Eusebio, Alexandri Severi* anno decimo, *id est circa Christi annum* 232, *jam* florebat *episcopus (num.* 3). *Nihil itaque videtur obstare, quominus litteras Dionysii ad* S. Firmilianum *missas existimemus. Atque hinc novum prodit argumentum, hunc in ecclesiæ pace e vivis migrasse; imo et multo ante mortem tempore restitutum communioni Romanæ, si tamen umquam ab illa resectus. Vid.* § X.

—

(1) Tillemont. pag. 204. Eckhel, pag. 471. — (2) Pag. 394. — (3) Doctrina et disciplina ecclesiæ, tom. I, pag. 380. — (4) Conf. Eusebium. hist. lib. VII, cap. 23. Item Tillemont ubi supra, pag. 181. — (5) Eckhel, tom. VII, pag. 394. — (6) Tillemont. Mémoires, tom. IV, pag. 25. — (7) Ubi supra, pag. 491. — (8) Pag. 395. — (9) Hist. des Emp. tom. III, pag. 197. — (10) Ad an. 269 et seq. tom. III, pag. 164 et 166. — (11) Tom. I, pag. 288. — (12) Ad an. Baron. 269, Pagii 268, num. IV et seqq. — (13) Eckhel, pag. 471. — (14) Hist. des Emp. pag. 192 et seqq. — (15) Successio sedis Alexandrinæ, dissertatio singularis, cap. V, pag. 69. Pearsonii opera posthuma editore Dodwello. Londini 1688. — (16) Conf. Eckhel, tom. VII, pag. 393 et 489. Tillemont. Hist. des Emp. tom. III, pag. 191-93. Art. de vérifier les dates, pag. 344. — (17) Ibid. pag. 243.

AUCTORE B. B.

§ XIII. Paulus Samosatenus impium de Christo spargit dogma. Plura, probabilius tria congregantur contra eum Antiochiæ concilia. Prioribus interfuit imo et forte præsedit S. Firmilianus.

Paulo Samosateno impium de Christo dogma spargente,

Superest dicere de partibus quas habuit S. Firmilianus, *sub vitæ exitum, in condemnatione Pauli Samosateni, de quo, ut sequentibus via planior sit, expediet nonnulla summatim delibasse.* Paulus, *verbis utor Mosheimii* (1), patria Samosatenus, Antiochenæ ecclesiæ episcopus, vir non indoctus quidem, nec ab ingenio relictus, verum ventosus, superbus, civili etiam, quod singulare erat, munere in
B republica ornatus *scilicet* ducenarii procuratoris, *quod genus judicum erat ab Augusto institutum, et a* ducentis sesterciis, quæ annui salarii loco recipiebant, *appellatum* (2). Veteres, *prosequitur laudatus scriptor*, sententiam ejus de divina natura et servatore Jesu Christo tam varie et inconstanter explicant, ut perdifficilis sit ejus investigatio, *ut nempe omnia et singula errorum capita et argutiæ definiantur. Summa eo recidebat, quod, ut habet Eusebius* (3), nimis abjecte et humiliter de Christo sentire cœpisset, quasi is nihil supra communem hominum naturam habuisset. *Et paulo explicatius Graveson* (4) : Ausus est asserere, Christum non semper fuisse, nec ante Mariam Virginem extitisse, ac subinde non Deum, sed purum putumque hominem esse. Hinc prodiit Paulianistarum secta. *Plura de doctrina Pauli vide, si libet, apud P. Alexandrum* (5). *Addit Mosheimius* : Scribebat in eum primum Dionysius Alexandrinus; postea aliquot in eum concilia cogebantur Antiochiæ. Horum in postremo, quod A.CCLXIX convenisse videtur, Malchion quidam, vir disertus et subtilis, tanta
C eum virtute e latebris, in quas se antea conjecerat, protrahebat, ut error hominis omnibus pateret. Cui quum nuntium remittere nollet, communibus suffragiis munere antistitis, et sacrorum societate dejiciebatur. Resistebat decreto huic Paulus, Zenobiæ Palmyrenorum reginæ... favore nixus, ædibusque illis, in quibus habitabat et ecclesia congregari solebat, excedere nolebat. Hac vero... regina ab Aureliano imperatore A.CCLXXII debellata, *ab eodem cedere loco tandem coactus est.*

saltem duo concilia,

88 *Ad concilia quod spectat, non convenit inter eruditos de numero, nec de tempore. Pearsonius* (6) *unum tantum admittit; alii bina, ut Benedictini* (7) *et Pagius* (8), *Cabassutius* (9) *P. Alexander* (10); *tria Tillemontius* (11), *Hefelus* (12), *Dodwellus, de quo infra. Cum uni vel alteri interfuerit* S. Firmilia- D
nus, *imo fortassis præsederit; et cum ad postremum se conferret, morte abreptus in via sit, paulo explicatius nobis de illis tractandum, tanto magis, quod ex tempore, quo postremum habitum est, definiendus annus sancti Præsulis emortualis sit. Et primum quidem trina celebrata, ut mihi quidem videtur, liquet ex postremi epistola Synodica, quam Eusebius magnam partem recitat* (13); *ubi diserte legitur* : Firmilianus vero cum bis Antiochiam venisset, damnavit quidem, *etc. Et paucis interpositis* : Nunc quoque Antiochiam venturus erat Firmilianus, et jam Tarsum usque pervenerat... Sed cum jam convenissemus... dum ejus adventum expectamus, abiit e vivis. *Ergo* bis *venerat, et venturus tertium erat. Quid luculentius quæras? Profecto Synodicæ testimonium, utpote certissimum fidissimumque, cuilibet alteri prævalet. Adeoque si Eusebii historia minus perspicua, vel etiam anceps aut incompleta reperiretur, elucidanda ex* Synodica *foret, non hæc ex illa. Nec Eusebius plane, imo nullatenus, dissentit. Ait cap.* XXVII (14) : Ecclesiarum pastores... adver- E
sus gregis Dominici vastatorem simul omnes Antiochiam convenerunt. *Capite sequenti, horum illustriorum nominibus adscriptis quid actum contra Paulum summatim declarat. Tum capite* XXX, *orditur* : Hujus *(Aureliani imperatoris)* temporibus postrema τελευταίης synodus congregata est. *Itaque de numero nihil definit; imo* pluries *episcopos coadunatos insinuat vox* τελευταίης, *quam utique sensu* prioris *et* posterioris *accipere non cogimur. Ait autem* : Omnibus igitur vario tempore diversimode ac sæpenumero in unum coeuntibus multæ disputationes et quæstiones in unoquoque consessu agitatæ sunt (15). *Hinc infert Valesius, cui satis accedit Hefelus* (16), et plures diversis temporibus synodos coactas fuisse, et in unaquaque synodo plures fuisse sessiones seu actiones (17). *Fateor verba Eusebii supra relata, si seorsum sumantur, sic posse intelligi; sed qui integram illius narrationem (quam subjicimus numero sequenti) legerit, persuasum, ut putem, habebit agi ibidem ex mente scriptoris de uno eodemque concilio, ad quod cum episcopi* vario tempore *et* diver- F
simode *accessissent, et inter se* sæpenumero *convenirent*, multæ disputationes et quæstiones agitatæ sunt.

imo tria Antiochiæ celebrantur.

89 *Certum itaque mihi videtur, ab Eusebio unius tantum et alterius (quod* postremum *vocat) concilii acta summatim seu partim descripta; nec tamen sequitur duo solum celebrata. Imo ex* Synodica *postremi, alio loco recitata, novimus* Firmilianum *Antiochiam* bis *venisse, mortuum vero cum tertia vice eodem pergeret ad novam synodum jam congregatam. Reponet non nemo forte, certum quidem esse S.* Firmilianum *Antiochiam* bis *venisse, sed quidni sub eodem conventu? Quæ mera conjectura, cum obvio verborum sensu non facile componenda. Neque in more*

(1) De rebus christianorum ante Constantinum Magnum, pag. 701 et seq. Helmstadii 1753. — (2) Ibid. pag. 704. Conf. Eusebium. pag. 280. — (3) Lib. VII, cap. 27, pag. 277. — (4) Hist. eccles. tom. I. pag. 54. Augustæ Vind. 1727. — (5) Ad sæc. III, cap. III, art. VIII, § 1 et 2, tom. IV, pag. 16. — (6) Vide Tillemont Mémoires, tom. IV, pag. 666. — (7) Art de vérifier les dates, pag. 172. — (8) Ad an. Baron. 272, Pagii 271, num. 2. — (9) Notitia conciliorum, pag. 26. — (10) Tom. IV, pag. 16. — (11) Ubi supra, pag. 296 et seqq. — (12) Conciliengeschichte, tom. I, pag. 131 et seqq. — (13) Hist. lib. VII, cap. 30, pag. 279 et seq. — (14) Pag. 277. — (15) Cap. 28. — (16) Tom. I, pag. 139 et seq. — (17) Valesius annotationes in Hist. eccl. Eusebii, pag. 155.

positum

A *positum est, ut annis gravis antistes repetitis vicibus longa eat redeatque via, eidem cœtui interfuturus. Itaque firmo argumento probandum foret*, S. Firmilianum *contra communem inter homines consuetudinem egisse. Unde sua stat Tillemontii, Hefeli, Ceillieri* (1), *et aliorum sententiæ probabilitas, nempe præter duas ab Eusebio diserte memoratas, tertiam fuisse coactam, hancque mediam inter binas priores; nec obesse silentium Eusebii. Quod autem ad Paulum attinet, hic in prima perversam doctrinam dissimulavit, quam in secunda retractaturum se promisit* (2); *in tertia quod pertinax inveniretur, abscissus est. Hæc ex Eusebii narratione. Unde etiam Dodwellus breviter et concinne* (3) : Tantum absum a viri maximi *Pearsonii seu Joannis Cestriensis*, sententia, qui unicam agnoscit in causa Samosateni synodum, ut tres etiam agnoscendas existimem. Prima illa erat cui interfuit non Firmilianus modo sed Gregorius etiam Thaumaturgus... Secunda alia cui adfuit Firmilianus, quem bis Antiochiam venisse testantur tertiæ synodi Antiochenæ patres qui una ipsi
B aderant; tertiæ synodo quominus adfuerit Firmilianus obstabat ejus mors : Tarsi enim in itinere defunctus est. *Cæterum videtur mihi omnino favere huic opinioni Theodoretus, cujus idcirco verba partim subjicienda. Ait* (4) : Hi *(episcopi ab Eusebio nominati :* Firmilianus, *Gregorius etc.)*, cum multi essent qui convenerant, cæteris præsidebant. Ac primum quidem suasionibus et consiliis conati sunt, Paulum a prava opinione abducere. Postquam vero aperte negavit ille, se tale quidpiam sensisse, sed apostolica se dogmata sequi dixit, Dominum pro concordia laudantes ad greges suos redierunt. Procedente autem tempore, fama iterum, oras omnes pervadens, Pauli depravationem omnibus nuntiavit. Sed ne sic quidem laudatissimi Patres facile ad virum abscindendum processerunt; sed primo quidem morbo mederi per litteras conati sunt, ubi vero immedicabile malum esse perspexerunt, Antiochiam ITERUM alacri animo contenderunt, et lenia medicamenta adhibuerunt, et exhortantes, et pacta conventa in memoriam revocantes. Posthæc videntes et illum inficiantem, et in-
C stantes accusatores et illum se convicturos pollicentes, convenerunt in concilium... Tunc itaque concordi in eum lata sententia, ex sacris illum catalogis merito expunxerunt. *Itaque primum convenerunt, factaque, ut putabant, concordia discesserunt; deinde* iterum contenderunt *Antiochiam, conati Paulo persuadere, ut saniora sequeretur consilia, atque ad sua rediere, ut plane de* S. Firmiliano *constat. Denique* convenerunt in concilium *et pertinacem in hæreticum dixerunt anathema. En tres distincte conventus.*

Primum concilium

90 *Qui primum et quamobrem Antiochiæ convenerint, quidque perfecerint, auctor est Eusebius, ex cujus fonte deinceps omnes hauserunt. Hæc autem ille habet* (5) : Cum igitur Xystus undecim *(imo* tribus *nec omnino expletis* (6)) annis ecclesiæ Romanæ præfuisset, in ejus locum successit Dionysius... Sub idem tempus defuncto Antiochiæ Demetriano, Paulus Samosatensis episcopatum suscepit. Hic cum adversus ecclesiæ doctrinam nimis abjecte et humiliter de Christo sentire cœpisset, quasi is nihil supra communem hominum naturam habuisset; Dionysius Alexandrinæ ecclesiæ episcopus rogatus ut ad concilium veniret, adventum quidem suum distulit, senectutem et infirmitatem corporis causatus. Ceterum quid ipse de hac quæstione sentiret per epistolas indicavit. *(Labbeus longissimam Dionysii epistolam recitat* (7), *quam ad hoc concilium refert, primum publici juris factam et latinitate donatam a Francisco Turriano S. J. Continet inter alia, decem Quæstiones Pauli cum totidem Responsionibus S. Dionysii; sed suppositia est* (8). *Aliæ litteræ ejusdem ab Eusebio hic laudatæ interciderunt).* At, *pergit Eusebius*, reliqui ecclesiarum pastores undique exciti tamquam adversus gregis Dominici vastatorem simul omnes Antiochiam convenerunt. Inter quos maxime eminebant Firmilianus Cæsareæ Cappadocum episcopus; Gregorius et Athenodorus fratres, ecclesiarum apud Pontum
E episcopi; Helenus quoque Tarsi et Nicomas Iconii antistites. Sed et Hymenæus, qui ecclesiam Hierosolymitanam regebat et Theotecnus, qui Cæsarienſem illi finitimam administrabat. Maximus præterea, qui Bostrensem ecclesiam firma cum laude gubernavit, sexcentos quoque alios *(numero indeterminato* μυρίουστε ἄλλους), qui una cum presbyteris et diaconis eo confluxerunt, nequaquam difficile fuerit recensere. Verum hi quos dixi, illustres præ ceteris habebantur. Omnibus ergo vario tempore diversimode ac sæpe numero in unum cocuntibus, multæ disputationes et quæstiones in unoquoque consessu agitatæ sunt; cum hinc Samosatensis Paulus dogmatis sui novitatem occultare adhuc niteretur, illinc sacerdotes hæresim illius et adversus Christum blasphemiam denudare atque in medium producere laborarent. *Hæc Eusebius, addens paulo post ex Synodica* Firmilianum *aliosque patres deceptos ab hæretico, doctrinam dissimulante suam; quare, ut habet Theodoretus*, Dominum pro concordia laudantes ad greges suos redierunt. *Vide num. præc.*

AUCTORE B. B.

et quas in illo partes habuerit S. Firmilianus;

91 *Quæ ibidem partes* S. Firmiliani *fuerint docet Eusebius ex Synodica* postremi *concilii* (9) : Firmilianus vero cum bis Antiochiam venisset, damnavit quidem dogmatis ab illo invecti novitatem, ut testamur nos qui adfuimus, et alii plures perinde ac nos optime norunt. Sed cum ille mutaturum se sententiam promisisset, credens ei Firmilianus, speransque sine ullo religionis nostræ probro atque dispendio rem optime posse constitui, distulit sententiam suam; deceptus scilicet ab homine qui Deum ac Dominum suum negabat, et qui fidem, quam antea profitebatur, violaverat. *Nempe Vir sincerus, fraudis ac doli incapax refugiebat fidem ab episcopo datam habere suspectam. Quidam existimant*, S. Firmilianum *cœtui præsedisse, ut videtur ideo, quod primus ab Eusebio nominetur* : inter quos maxime eminebant Firmilianus... Gregorius, Athenodorus, *etc. Quæ*

(1) Auteurs sacrés et ecclésiastiques, tom. III, pag. 306. — (2) Hefele, pag. 133. — (3) Dissertatio singularis, cap. VI, pag. 71. — (4) Hæreticarum fabularum, lib. II, cap. 8. Migne, Patrol. Græc. tom. LXXXII, col. 595. — (5) Hist. lib. VII, cap. 27 et 28, pag. 227 et seq. — (6) Valesius, annotationes, pag. 135. Art de vérifier les dates, pag. 243. — (7) Concilia, tom. I, pag. 849-894. — (8) Hefele, tom. I, pag. 133. — (9) Lib. VII, cap. 30.

AUCTORE B. B.

quidem ratio minime firma : nam hoc loco Eusebius, recensens illustriores *episcopos, nullo modo respexit ad ordinem quo sederunt. Certe Nicomas, Iconii antistes, nominatur ibidem ante Hymenæum Hierosolymitanum; hic autem, pro ecclesiæ suæ dignitate, subsellio præcessit illum aliosque plures. Tillemontius autumat* (1) *Helenum Tarsensem huic præfuisse, sicut et postremo præsedit, ut ex hujus Synodica, ubi primo loco nominatur constat. Theodoretus, (vide n.* 89), *alio ordine recenset illustriores episcopos illos:* Inter eos autem, *ait*, qui convenerant, primas tenebant Gregorius *Thaumaturgus* et Athenodorus ejus frater, et Firmilianus Cæsareæ Cappadociæ episcopus, vir illustris, et qui scientia utraque pollebat, tum externa tum divina; et Helenus præterea Cilicum regens metropolim. Hi, cum multi essent qui convenerant, cæteris præsidebant, *ut ex horum recensione colligi non posse videatur quis ex iis præfuerit conventui.*

atque quo anno habitum.

B 92 *Convenit satis inter eruditos de tempore quo concilium hoc celebratum est; anno scilicet* 264 *aut sequenti* (2) *ut efficitur ex emortuali S. Dionysii Alexandrini, qui sub hoc concilio contigit; ad quod vocatus non venit, quod ætate gravis et infirmus corpore esset. A plerisque mors sancti hujus viri adscribitur* x *Septembris anni* 264 (3). *Sollerius noster in Patriarchis Alexandrinis præfert diem* IX *Martii anni sequentis* (4). *In hac opinione nihil obstat quominus cœptum dicamus concilium anno* 264 *labente vel exeunte, finitum sequenti non admodum provecto. Cæterum quæstio diligentius examinanda veniet ad diem* XVII *Novembris, quo S. Dionysius inscriptus martyrologio Romano est. Dissentit Labbeus, synodum innectens anno* 266; *non citius, quod interfuerit* Hymenæus Hierosolymorum *episcopus; hic autem teste Eusebio in Chronico, anno* 12 *Gallieni sedem illam conscendit; non tardius, quod, auctore iterum Eusebio in Historia, Dionysius non* vixerit ultra 12 præallegati imperatoris Gallieni annum (5). *Ad Hymenæum quod attinet, reponit Tillemontius* (6), *Chronicum Eusebii vel potius S. Hieronymi emendandum vel explicandum ex*

C *illius Historia, ubi diserte traditur primæ synodo interfuisse Hymenæus, et insinuatur insulas Hierosolymitanas accepisse circa tempus quo Gallienus, captivo Valeriano, pacem ecclesiæ reddidit, adeoque circa annum* 260 (7). *Papebrochius quidem etiam in* Patriarchis Hierosolymitanis *signat* (8) *Hymenæum* sedisse ab anno 266; *sed duorum decessorum, Alexandri et Marabanis, annum emortualem prætermittit; insuper nititur Chronico sive Eusebii sive Hieronymi; quod quam parvæ auctoritatis sit, ubi de annis accurate definiendis agitur, nemo non novit* (9). *Denique Chronicum, quod erudito decessori præ manibus erat ex Pontaci vel Scaligeri recensione, initium episcopatus Hymenæi ponit revera Gallieni* XIII *Christi* 266 (10); *sed in emendatioribus ejusdem operis editionibus non eodem modo. Vallarsius* (11) : *Anno* 12 *Gallieni* D Hierosolymorum episcopatum tenet Hymenæus *anno Christi* 268; *Angelus Maius* (12) : an. 13 Gallieni, *Christi* 269. *Atque ex his satis appareret iterum, nihil certi ex Chronico in rem nostram elici posse. Omnibus itaque perpensis præplacet mihi sententia illorum, qui ex obitu S. Dionysii Alexandrini concilium* I *celebratum tenent anno* 264 *vel sequenti; si tamen Sollerius recte definivit diem et annum emortuales S. Dionysii, nempe* IX *Martii* 265 *(quod in Actis ad diem* XVII *Novembris videndum erit), potius dicendum foret coactam synodum sub finem an.* 265, *solutam sequenti. Pearsonius, qui unicam in hac causa celebratam vult et quidem anno* 266, *quo et depositum tenet Paulum Samosatenum, relictus fuit vel ab ipso discipulo et laudatore suo Dodwello. Vide num.* 89. *Confer Tillemontium* (13). *Atque hæc de concilio primo.*

De secundo concilio cui forte præsedit S. Firmilianus.

93 *De secundo pauca dicenda habemus præter ea quæ num.* 88 *et* 89 *ex Eusebio et Theodoreto retulimus. Ad hoc pertinere censet Tillemontius* (14), *quæ in Synodica leguntur de* S. Firmiliano, *nempe* deceptum *fuisse a Paulo,* E *promittente* mutaturum se sententiam. *Ratio Tillemontii est, quod ex Eusebio Paulus in priori synodo simulatione utens* dogmatis sui novitatem *occultaverit, adeoque negaverit se perverse sentire, quare patres* Dominum pro concordia laudantes *discesserunt, oportet ergo ut in altera Synodo impii erroris convictus promiserit* mutaturum se sententiam; *hac itaque sponsione deceptus* Firmilianus *benignius cum homine agendum duxit, aliosque patres in suam traxit sententiam; unde præcipuas partes habuisse in cœtu illo videtur (de aliis episcopis silet Synodica) imo et forte præsedit. Nihil utique est quod isti sententiæ plane repugnet; attamen cum Eusebius summatim et incomplete acta prioris concilii exhibeat; Synodicam autem postremi partim tantum recitet, nec major lux habeatur ex Theodoreto; conjicere quidem non asserere licet* S. Firmilianum *primum inter congregatos antistites obtinuisse subsellium. Tempus concilii hujus ignotum; certe inter annum* 264 *et annum* 269 *quo tertium coactum videbimus.*

F

§ XIV. De anno, quo postrema synodus Antiochena celebrata. Ex obitu S. Dionysii tempus definitur, et hinc annus emortualis S. Firmiliani. Cultus. Scripta.

Tertium quo anno coactum et absolutum, definiendum ex morte S. Dionysii papæ;

Huic concilio cum S. Firmilianus *(ad quod jam congregatum, cum properaret, in itinere diem obiit supremum) non interfuerit, id unum nobis quærendum, quo scilicet tempore*

(1) Memoires, tom. IV, pag. 664 et seq. — (2) Hefele, tom. I, pag. 132. Pagius ad annum suum 265, num. IV. — (3) Tillemont mémoires, tom. IV, pag. 285 et 662. Dodwellus diss. sing, pag. 68 et seqq. Art de vérifier les dates, pag. 242. — (4) Tom. V Junii, pag. 29* et seqq. — (5) Concilia, tom. I, col. 843. — (6) Ubi supra, pag. 295. — (7) Hist. eccl. lib. VII, cap. XIV. pag. 263. — (8) Tom. IV Maji, pag. XIV. — (9) Conf. Tillemont mémoires, tom. IV, pag. 666. — (10) Eusebius Scaligeri, pag. 176. — (11) Opera S. Hieronymi. Migne, tom. XXVII, col. 651. — (12) Scriptorum veterum nova collectio, tom. VIII, pag. 394. — (13) Ubi supra, pag. 666 et seq. — (14) Ibid. pag. 665.

habitum

A *habitum sit, ut exinde S. Præsulis emortualem definiamus. Alii aliis annis hanc synodum innectunt. Baronius an.* 272, *Pearsonius an* 266 *et ita porro. Melioris notæ critici conveniunt in annum* 269. *Res pendet a morte S. Dionysii papæ, ad quem Synodica directa est : incipit enim hæc :* Dionysio *(papæ)* et Maximo *(Alexandrino)* et omnibus per universum orbem comministris... , Helenus et Hymenæus... carissimis fratribus in Domino salutem (1). *Itaque coacta synodus, sedente Romæ S. Dionysio, qui cum e vivis excesserit supradicto anno* 269, *liquet eodem et episcopos Antiochiæ convenisse.*

hæc autem contigit mense Decembri an. 269, *ut efficitur ex veteribus catalogis,*

95 *Hunc autem illius emortualem esse, probant* veteres Romanorum Pontificum Catalogi *ab Henschenio prolati* (2). *Et primus quidem, cæteris longe præferendus* (3), *sic habet* (4) : Dionysius annis octo, mensibus duobus, diebus quatuor. Fuit temporibus Gallieni ex die undecimo kalendarum Augusti, Æmiliano et Basso consulibus, usque in diem septimum kalendas Januarii, consulibus Claudio et Paterno. *Alter catalogus ex mss. reginæ Sueciæ, licet*
B *priori inferior merito, tamen magni ab Henschenio æstimatus, hoc modo recenset* (5) : Dionysius..... sedit annos quinque, menses duos, dies quatuor. Fuit temporibus Gallieni ex die undecimo kalendas Augusti, Æmiliano et Basso coss. usque in diem VI kalend. Januarii et consulatu Claudii et Paterni. *Notat Henschenius :* Consules accurate notati annos sedis indicant. Fuerunt relati hi, « Fulvius » quidem « Æmilianus et Pomponius Bassus » anno CCLIX, quando die XII Julii creatus est pontifex Dionysius ; « imperator » vero « Claudius II et Ovinius Paternus » anno CCLXIX, quo mortuus est idem Dionysius XXVI Decembris..... Sedit ergo annis decem, mensibus quinque, diebus quatuor ; qui cum pluribus mendis a variis varie assignantur, sed a consulibus, passim apud omnes adjunctis, verum sedis tempus accipitur et stabilitur. *Concordat plane Papebrochius in Conatu critico-historico* (6). *Iisdem annis præfatos binos consulatus ponunt fasti consulares a recentioribus accurate editi* (7) ; *item Eckhel* (8), *etc. In memoriam revocasse juverit, quæ*
C *sapienter monet Baronius in præfatione ad Annales, nempe designare singulorum pontificum tempora per consulatus, hanc* regiam viam esse ; *et ad an.* LXIX num. XXXVI : Tempora annumerata per consules libentioribus sunt accipienda auribus, cum ceteris illa frequentior, liberalior et verior esse noscatur chronographia, atque in usum frequentiorem accepta, quæ a fastis deducta est consularibus. Certe quidem cum vetera monumenta in antiquis scriptoribus interdum invenimus esse consulibus consignata, magno afficimur gaudio, perinde ac si in tenebris oberranti fax aliqua exoptata præfulgeat. *Hæc ita Baronius, qui tamen pro primis pontificibus face illa uti non satis curavit. Ex his ergo contigit mors S. Dionysii papæ an.* 269 *et quidem* XXVI *Decembris. Ita etiam Pagius uterque* (9), *Hefele* (10), *Bower* (11), *Tillemont* (12), *et, quod mireris, ipse Pearsonius, licet concilium (unicum admittit) adscribat anno* 266, *sed standum ait pro Dionysii emortuali Catalogis, nempe supra laudatis. Dissentiunt Baronius* (13), *Ciacconius et Oldoinus* (14), *Novaes* (15), *etc. ; hi defunctum tenent Dionysium* 272. Baronius, *ait Pagius* (16), Aureliano imperium adepto, Dionysium mortuum credidit ; *at sub Claudio contigit, et* annus emortualis (269) Dionysii extra controversiam esse debet. AUCTORE B. B.

et confirmatur ex libello cleri Cpolitani;

96 *Ex his legitima fluit conclusio Concilium tertium coactum anno* 259, *et forte absolutum, cum Synodica S. Dionysio sit inscripta. Confirmatur ex Libello contestationis cleri Constantinopolitani publice in ecclesia proposito :* Quod Nestorius ejusdem sententiæ sit cum Paulo Samosateno, ante annos centum sexaginta condemnato. *Libellum scriptum asserit Pagius* (17) *anno* 429 ; *ab hoc numero si demantur præfati anni centum sexaginta, incidimus in annum* 269. *Paulo aliter Valesius in Annotationibus* (18). *Cæterum in hujusmodi scriptis* E *numeri plerumque signantur non prorsus accurati, sed, ut aiunt, rotundi ; nec omnes anni completi ; ut mirum non sit alios aliud ex illis deducere. At firmum nostræ opinioni præbet argumentum obitus S. Dionysii, ex quo annus* 269 *demonstratur.*

solvuntur difficultates.

97 *Quod si objicias, concilium ex Eusebio celebratum temporibus Aureliani, qui imperare cœpit anno* 270, *mense Martio* (19) *vel potius Aprili seu Maio* (20) *(est enim non una difficultas in figendis accurate* terminis imperii *Aureliani* (21)*) ; reponit Henschenius loc. cit., ab Eusebio nomen Aureliani* non recte *appositum*, ignoscendo *quidem* errore, cum distantia vix trium *(vel quatuor præter propter)* mensium sit inter Dionysii obitum et Aureliani initium. *Ita etiam Papebrochius, sed minus indulgenter : Putat, ait* (22), Baronius, Aureliani imperio adscribendam mortem Dionysii propter epistolam Antiochenæ ecclesiæ datam ad illum, ut censet Eusebius... Sed ipsa epistola Aureliani non meminit ; poterit ergo etiam hæc conjectura de tempore Aureliani, ceteris Eusebii circa res Romanas hallucinationibus absque F scrupulo adscribi. *Alii dicunt, concilium cœptum quidem sub Claudio, anno* 269, *sed continuatum atque absolutum sub Aureliano anno sequenti ; ad Patres autem Antiochenos nondum perlatum de morte Dionysii nuntium, quando suam conscripsère Synodicam epistolam. Nec sane verisimilitudine caret ista sententia. Alii denique volunt cum Pagio* (23), *Eusebium nihil* aliud significare, quam Paulum jam in secundo *(nobis tertio)* concilio Antiocheno, Claudio regnante coacto, convictum et condemnatum, *Aureliani temporibus, post Zenobiam videlicet debellatam (vel paulo citius, expugnata nempe urbe)* ab ecclesia

(1) Eus. lib. VII, cap. 30, pag. 279. — (2) Acta SS. April. tom. I, pag. I-XXXVII. — (3) Ibid. pag. II. — (4) Ibid. pag. XXVII. — (5) Ibid. pag. XXVIII. — (6) Propylæum Maji, pag. 38 et seq. — (7) Art de vérifier les dates, pag. 331. — (8) Doctrina numorum, tom. VII, pag. 471. — (9) Breviarium, tom. I, pag. 45. Critica ad an. 271, Baronii 272, num. IX. — (10) Tom. I, pag. 135. — (11) Unpartheische historie der Römischen Päpste, tom. I. pag. 124. Magdeburgi et Lipsiæ 1768. — (12) Mémoires tom. IV, pag. 343 et seq. item, pag. 671, not. II. — (13) Ad an. 272, num. XXI. — (14) Tom. I, pag. 179. Romæ 1677. — (15) Vite etc., tom. I, pag. 89. — (16) Critica ubi supra. — (17) Ad annum suum 271, num. II. — (18) In cap. XIX, pag. 155. — (19) Henschenius, tom. I April. pag. XXVIII — (20) Art de vérifier les dates, pag. 346. Tillemont, Hist. des emper. tom. III, pag. 301. — (21) Eckhel, tom. VII, pag. 485 et seqq. Tillemont ubi supra. — (22) Conatus critico-historicus, pag. *38. Propilæum Maji. — (23) Critica ad annum suum 271, num. IV.

AUCTORE B. B.

Antiochena exturbatum fuisse. *Nam, ut habet Eusebius* (1), cum Paulus a recta fide simul et episcopatu excidisset, Domnus, ut dictum est *(in Synodica, cui Eusebius verba, quæ recitamus, subjecit)* administrationem Antiochensis ecclesiæ suscepit. Sed cum Paulus e domo ecclesiæ nullatenus excedere vellet, interpellatus imperator Aurelianus rectissime hoc negotium dijudicavit, iis domum tradi præcipiens, quibus Italici christianæ religionis antistites et Romanus episcopus scriberent. Hoc modo vir supra memoratus cum summo dedecore per sæcularem potestatem ab ecclesia exturbatus est. *Et hæc quoque sententia admitti potest. Triplex ergo responsio est ad difficultatem ex Eusebio ortam. Posteriores ambæ probabiles plane, atque solvendo nodo pares; præplacet mihi altera, utpote simplex magis. Cæterum quamcumque prætuleris, id extra controversiam, concilium coactum saltem et cœptum anno* 269; *quod nobis sufficit ad emortualem* S. Firmiliani *annum stabiliendum.*

Defunctus Firmilianus *anno* 269.

98 *Et re quidem vera testantur plane patres Antiocheni in sua Synodica apud Eusebium* (2), S. Firmilianum *itineri se commisisse, ut Antiochiam, synodo interfuturus, veniret, sed in via defecisse.* Nunc quoque, *inquiunt*, Antiochiam venturus erat Firmilianus et jam Tarsum *(quod Ciliciæ oppidum est)* usque pervenerat. Quippe improbitatem hominis antea fuerat expertus. Sed cum nos jam convenissemus; interea loci dum illum accersimus, dum ejus adventum exspectamus, abiit e vivis. *Ex quibus manifestum est mortem sub initium concilii ponendam. Cum vero natalis* S. Firmiliani *dies in fastis (ut mox videbimus) ad* XXVIII *Octobris memoretur, recte existimavit Pagius synodum* celebratam autumno *præfati anni* 269; *qua in sententia nihil obest quominus soluta sit ante finem Decembris, et mors S. Dionysii congregatos episcopos latuerit, eique Synodicam inscripserint.*

Sententia Molkenbuhrii exponitur

99 *Marcellinus Molkenbuhr, de quo plura jam alibi, obitum* S. Firmiliani *contendit non ponendum ante annum Christi* 272, *adeoque singularem edidit dissertationem (quæ de sancto Præsule nostro* secunda *est)* de S. Firmiliani anno emortuali, quo Paulus Samosatenus fuit
C depositus, ac synodus Antiochena III seu celeberrima contra Paulum celebrata. *Sententiam suam concludit unica* propositione, *quam his statuit verbis :* Celeberrima synodus Antiochena, in qua Paulus Samosatenus fuit depositus, celebrata non fuit ante annum 272. *Quod ut probet :* Eusebius, *inquit*, testis omni exceptione major diserte tradit, quod illa Synodus celebrata fuerit sub Aureliano imperatore. *Additur locus ex libro* VII *Historiæ Eusebianæ, et subjungit P. Marcellinus :* At vero Aurelianus sceptrum Romanorum adeptus non fuit ante annum 270, ut fatetur Pagius et cæteri omnes; imo Orientale imperium, in quo sita erat Antiochia, totum assecutus non fuit ante finem anni 272; siquidem Zenobia regina, quæ Paulum Samosatenum patrocinata fuerat, ab anno 267 partem imperii Orientalis per vim sibi in annum circiter quintum usurpaverat, Antiochiam tenuit; Aurelianus vero anno 272, ut vult Pagius, exercitum Zenobiæ profligavit, Antiochiam recepit, *etc. Ex his infert,* Synodum quam Eusebius sub Aureliano congregatam describit, non convenisse ante annum 272, D quo catholicis liberum evadebat Paulum Antiochiæ accusare, damnare, deponere. *Quidni etiam prius? Nemo enim umquam accusavit Zenobiam, quod rebus religionis se immisceret, vel catholicos episcopos impediret quominus officio suo pacifice fungerentur* (3). *Id unum ei in causa Pauli objicitur, quod scilicet is, damnatus et exauctoratus, patrocinio fretus reginæ,* e domo ecclesiæ excedere *noluerit. Concludit autem P. Marcellinus :* Cum vero Firmilianus die 28 octobris obiisse referatur in menologio Græcorum, et sententia depositionis contra Paulum prolata non fuerit, nisi postquam innotuerit mors Firmiliani, hinc necesse, ut Synodus usque ad finem illius saltem anni fuerit protracta. *Itaque, ut paucis complectar sententiam istam, Eusebio teste Synodus habita est sub Aureliano; hic ante annum* 272 *Oriente non est potitus, ubi regnabat Zenobia, quæ, utpote favens Paulo, non permisisset, ut episcopi adversus eum convenirent; quod quidem postremum ut gratis ita etiam* E *falso supponit P. Marcellinus; attamen ex his argumenta Pagii aliorumque prorsus elisa existimat, præter unum illud quod ducitur ex emortuali S. Dionysii.*

et confutatur

100 Quæres, *inquit*, quomodo ergo solvitur sequens nodus chronologicus : Præfata Synodus acta concilii misit Romam ad Dionysium papam, ut docet Eusebius, qui acta vidit, legit, exscripsit? At vero Dionysius papa obiit ante annum 270, ut habent Pseudo-Damasus, liber Pontificalis, varii catalogi. *Sed nihil in his quod vel minimum impediat, si scriptorem nostrum audias* : Nodus ille, *ait*, facile secatur. Præfati authores anonymi, ut nulli eruditio ignotum est, multis scatent erroribus chronologicis, quoad quatuor prima sæcula *(esto, sed sunt ab eisdem plurima rectissime prolata, testibus Henschenio, Papebrochio, Pagio etc.)*; illis præferendus unus testis nominatus Eusebius, qui in Chronico æque ac in sua Historia l. VII c. XXX *(ubi nempe recitatur Synodica)* contestatur quod Dionysius papa post tempora Aureliani, qui occisus non fuit ante annum 275, supervixerit. *At primum an* ulli erudito ignotum *Eusebium tum in Historia tum in Chronico* multis F scatere erroribus chronologicis *præsertim quo spectat ad res romanas? Deinde nescio an vel levissime P. Marcellinus Chronicon inspexerit, secus non unam sed plures easque maxime patentes comperisset hoc loco sive hallucinationes sive contradictiones. Et re quidem vera mortem Dionysii signat Chronicon sub Probo imperatore, anno* 279 : Felix *(Dionysii successor)* XXV. Romanæ ecclesiæ episcopatum tenet annis 5 (4); *et ne suspiceres hujus pontificatum forte citius cœpisse, obstat ipse Eusebius, qui ad annum* 267 *sub Gallieno notaverat :* Dionysius XXIV Romanæ ecclesiæ episcopus constituitur annis 12; *et ante hunc, nempe ad annum* 258 : Xystus XXIII Romanæ ecclesiæ episcopatum tenet annis 8; *huic autem in Historia tribuuntur anni undecim* (5) ἔτεσιν ἕνδεκα; *ut vel ex hoc solo errore totus ruat computus Chronici. Cæterum Xystus nec annis octo, nec decem,*

(1) Hist. lib. VII, cap. 30, pag. 282. — (2) Ibid. pag. 280. — (3) Conf. Tillemont. Hist. des emper. tom. III, pag. 209, item pag. 210 et seqq. Eckhel, tom. VII, pag. 490. — (4) Ex Vallarsii editione. Migne, tom. XXVII. — (5) Lib. VII, cap. 27.

A *decem, sed ad summum uno præfuisse noscitur anno; nec etiam Dionysio in pontificatu dandi duodecim, sed decem et insuper menses aliquot. Itaque deserendus Eusebius ni universam Romanorum pontificum chronotaxin ab eruditis stabilitam pessumdemus. Latet partim fons hallucinationum in eo, quod Chronicon digestum per Olympiades, et annos ab Urbe condita sit, neglectis consulatibus, quæ, ut habet Baronius,* fax *est mediis in tenebris* præfulgens. *Nihilominus, si P. Marcellinum audias :* Præferendus unus testis Eusebius. *Egregia profecto methodus, facilis utique et secandis nodis apprime commoda! Favet Eusebius? Testis est omni exceptione major; dissentit? Interpolatus fuit, vel, ut Missorio præplacet, mentitus est, conf.* § VII et VIII. *Denique negat (nec in hoc admodum reprehendendus) P. Molkenbuhrius aliquid probari ex Libello contestationis, cujus numeri tam ad annum* 272 *imo et ad annum* 275 *referre possunt, quam ad annum* 269. *Totam disputationem concludit sequenti* corollario : Cum igitur synodus Antiochena ultima, in qua Paulus fuit

B depositus, celebrata non fuerit ante annum 272; consequens est, ut S. Firmilianus usque ad hunc annum supervixerit. In hujus honorem hæc scripta sunto. *Utinam vere.*

Memoria in fastis sacris græcorum,

101 *De cultu brevibus admodum esse licebit, cum præter memoriam in fastis utriusque ecclesiæ, latinæ et græcæ, vix est quod recenseamus. Menæa impressa* (1) *ad hunc diem* 28 *Octobris* S. Firmiliani *meminere his verbis :* Eodem die memoria sancti patris nostri Firmiliani, episcopi Cæsareæ, et Melchionis sophistæ, presbyteri Antiocheni, qui deposuerunt *(imo* confuderunt καθεῖλον) Paulum Samosatenum. *Ita ex versione Sirleti apud Canisium* (2). *Et adduntur pro more versiculi :*

Εἰρηνικῶς Θνήσκουσιν εἰρήνης τέκνα
Φιρμιλιανός καὶ σὺν αὐτῷ Μελχίων.
Pacifice moriuntur pacis filii
Firmilianus et cum ipso Melchion.

De Melchione narrat Eusebius : Præcipue vero illum *(Paulum)* coarguit et latere cupientem confutavit διήλεγξε Malchion Μαλχίων (*sic apud Valesium*) quidam, vir disertissimus,

C quippe qui sophisticæ apud Antiochiam scholæ præfuerat; et qui ob fidei christianæ sinceritatem in ejus loci ecclesia presbyterii honorem erat consecutus. Hic igitur adversus Paulum suscepta disputatione, excipientibus cuncta notariis (quæ quidem disputatio etiamnum extat) occultos hominis sensus fraudesque detegere solus omnium valuit. *Hæc in postrema seu tertia synodo gesta sunt, proinde absente* S. Firmiliano, *qui Antiochiam properans, in itinere diem clausit. Ubi ergo menæa ambos conjungunt, atque ab iis* depositum *Paulum tradunt, lato sensu intelligenda sunt; scilicet quod uterque strenue contra hæresiarcham decertarint. De S. Malchione vide infra pagina sequenti. Mortuus jam erat* S. Firmilianus *cum sententia contra Paulum lata est. Similiter P. Martinovius in Anno græco-slavico,* 28 *Oct.*: S. Firmiliani ep. Cæsareæ et Melchionis sophistæ presb. Antiocheni, *ex Menæis græcis, mss. Mazarinæis, item mss. Sirmundi seu Claramontanis, et bibliothecæ Ambrosianæ Mediolani, præter Sirletum et Menæa impressa. Oriens Christianus* (3) : Demum anno 269 labente Tarsi in Cilicia postremum diem clausit. Cujus memoriam Græci recolunt die 28 Augusti, *utique mendose pro* Octobris. *Nomen* S. Firmiliani *desideratur in menologio Basilii, in kalendario marmoreo Neapolitano (apud Angel. Maï* (4)*) in kalendario Constantinopolitano, in ephemeridibus Mosco-Græcis, tabulis Capponianis et generatim in aliis id genus monumentis, præter ea quæ supra recensuimus.* AUCTORE B. B.

102 *Idem obtinet in fastis latinis; pauci* S. Firmilianum *inscriptum habent; plurimi prætermittunt : Hieronymiana, Beda, Florus, Ado, Usuardus hujusque auctaria, Rabanus; item silent Galesinius, Maurolicus et denique Romanum; adde martyrologium ecclesiæ Africanæ, a Morcellio concinnatum* (5), *etc. Miminere Ferrarius ad* 28 *Oct. in Catalogo generali, verba repetens Sirleti; item Castellanus hoc cum encomio :* Firmilianus, episcopus Cæsareæ Cappadocum, eruditione celebris; qui Origenem hospitio excepit toto tempore quo Maximini duravit persecutio. *Addi potest Dictionarium hagiologicum Mignianum. Quod si Baronius martyrologio* S. Firmilianum *non inscripserit (utique propter epistolam in S. Stephanum papam nimium injuriosam), nihilominus magnifice de eo loquitur in Annalibus :* Qui, *inquit* (6), et doctrina et sanctitudine morum nulli prope modum secundus. Quem... in ecclesiæ pace pie sancteque defunctum Græci colunt ac venerantur; cujus natalem diem, perinde ac aliorum sanctorum, in menologio consignatum anniversaria memoria celebrant. *Quod utique testimonium nonnullis, haud satis æque de* Firmiliano, *quod fastis Romanis insertus non legatur, sentientibus opponi merito potest et debet.* *latinorum.* E

103 *Certum est* S. Firmilianum, *præter epistolam de baptismo, alia quoque scripsisse. Id enim plane docet S. Basilius Magnus in libro de Spiritu sancto* (7) : Hanc fidem et Firmiliano nostro fuisse, testantur libri quos reliquit. *Illos S. Hieronymum latuisse arguunt passim, quod in Catalogo scriptorum Episcopum nostrum prætermittat. An autem ex isto silentio ita inferre fas sit, viderint alii. Non equidem velim tantum affirmare. Ut ut sit, sola epistola ad Cyprianum superest; nisi forte quis illi tribuat perbrevem historiam S. Cyrilli pueri, martyrio coronati Cæsareæ Cappadocum, quæ, utpote* bene scripta, *inquit Tillemontius* (8), *sancto Præsule haud indigna est* (9). *Tillemontio prælusit Ruinartius his verbis* (10) : Ceterum si conjecturis indulgere licet, istam beati Cyrilli passionem, quæ per modum epistolæ conscripta est, sancto Firmiliano, Cæsareæ Cappadociæ celebri episcopo tribuimus, tametsi ad id constanter affirmandum certiora expectamus argumenta. *Quod autem epistolam* bene scriptam *asserat Tillemontius, nescio unde hoc hauserit; certe non ex Henschenio nostro,* *De scriptis* S. Firmiliani. F

(1) Venetiis 1845. — (2) Thesaurus, tom. III, part. II. pag. 482. — (3) Lequien, tom. I, col. 369. — (4) Vett. Scriptt. nova coll. tom. V pag. 58. ad 64 — (5) Africa Christiana, tom. II, ad calcem, pag. 359-376. — (6) Ad an. 258, num. XLVII, — (7) Migne, Patrol. græca, tom. XXXII, col. 207. — (8) Mémoires, tom. IV, pag. 513. — (9) Conf. Ceillier, Autheurs sacrés et ecclésiastiques, tom. III, pag. 306. — (10) Acta sincera martyrum, pag. 345 et seq. Amstelædami 1713.

qui

AUCTORE B. B.

quï primus illam edidit in Actis SS. ad diem XXIX *Maii* (1). *Monet autem eruditus atque optimus decessor* : Acta quædam habemus per modum epistolæ, quam utinam alicubi invenissemus græca ac primigenia phrasi : nam et qui eam latine vertit, incultiori stylo est usus, et qui descripsere, videntur etiam eam multo barbariorem fecisse, dum quid describerent, non satis caperent. Ipsum tamen, qualem accepimus, latine contextum accipe, modice levigatum ex conjectura, ne prorsus stomachum tibi evertat tam hiulca barbaries. *Ita Henschenius, qui utpote vir moderatissimæ indolis, stylum temperare solet, ut hæc ejus indignatio tanta mota sit oportet ex incredibiliter depravata lectione.* D

(1) Tom. VII Maii, pag. 17.

DE SANCTO MELCHIONE

PRESBYTERO ANTIOCHENO

R. D. B.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ Unicus. S. Melchionis cultus. Ejus victoria de Paulo Samosateno in concilio Antiocheno.

B E

POST ANNUM CCLXX. S. Melchion, *cujus memoria in fastis græcis hodie recolitur,*

S. Melchion (1), *quem alii* Malchum (2), Malchionem (3), Malachionem *et* Melchiorem (4) *dicunt et cujus nomen originem syriacam prodit, in albo Sanctorum simul cum S. Firmiliano, episcopo Cæsareæ Cappadocum, ad* 28 *octobris inscriptus est. In Siberi* (5) *quippe Martyrologio metrico, quod ex Menæis Græcorum collectum est, legitur ad præsentem diem :*

Εἰρηνικως θνησκουσιν εἰρηνης τεκνα
Φιρμιλιανος και συν αὐτῳ Μελχιων.
In pace pacis filii mortem oppetunt,
Firmilianus et sophista Melchion.

Item in Sirleti Menologio (6): Eodem die commemoratio sancti patris nostri Firmiliani episcopi Cæsareæ et Melchionis sophistæ presbyteri Antiocheni, qui deposuerunt Paulum Samosatenum. *Quæ verba in latinum vertit Sirletus ex ignoto græco Synaxario; cujus exemplar quoddam præluxit etiam Margunio, quum vernacula Græcorum lingua* C *Synaxarium suum scripsit. Sed hæc antiquitate superat Sirmundi Synaxarium, cujus excerpta, olim a Papebrochio facta, in bibliotheca regia Bruxellensi sub num.* 11322 *nunc servantur. Merito itaque non omissus est in Ferrarii Catalogo generali sanctorum qui in Martyrologio Romano non sunt, neque in Anno ecclesiastico græco-slavico nostri Martinovii.*

Paulum Samosatenum

2 S. Melchionem fuisse virum disertissimum, quippe qui sophisticæ apud Antiochiam scholæ præfuerat, et qui ob fidei christianæ sinceritatem in ejus loci ecclesia presbyterii honorem erat consecutus, *tradit Eusebius Cæsariensis* (7) : *quem ad verbum fere exscripserunt Theodoretus* (8) *et Nicephorus* (9). *Eadem præ oculis habuit S. Hieronymus, quum cap.* LXXI *libri de Viris illustribus hæc de eo scripsit :* Malchion, disertissimus Antiochenæ ecclesiæ presbyter, quippe qui in eadem urbe rhetoricam florentissime docuerat, adversus Paulum Samosatenum, qui Antiochenæ ecclesiæ episcopus dogma Artemonis instaurarat, excipientibus notariis, disputavit; qui dialogus usque hodie exstat. Sed et alia grandis epistola, ex persona synodi ab eo scripta, ad Dionysium et Maximum, Romanæ et Alexandrinæ ecclesiæ episcopos, dirigitur. Floruit sub Claudio et Aureliano. *In his vero præcipua* S. Melchionis *laus est quod sese acerrimum avitæ fidei propugnatorem stiterit adversus Paulum Samosatenum, Antiochenæ ecclesiæ episcopum, qui impium* Artemonis dogma instaurarat (10); *vel, ut ait Eusebius* (11), adversus ecclesiæ doctrinam nimis abjecte et humiliter de Christo sentire cœperat, quasi is nihil supra communem hominum naturam habuisset. *Verumtamen* S. Melchionem *in primo Antiocheno concilio, quod Firmilianus Cæsariensis, Gregorius Thaumaturgus, ejusque frater Athenodorus aliique Orientis episcopi anno* 264 *vel* 266 *celebrarunt, adversum Paulum Samosatenum disputasse posteris non tradidere veteres : quin potius innuunt eum tunc ad propugnandam Christi causam non fuisse accersitum. Refert enim Eusebius* (12) *multos sub Gallieno imperatore Antiochiam ad nova Pauli diluenda dogmata sæpius convenisse episcopos; atque enumerans nonnullos præclaros viros, qui contra Paulum certaverint, de* S. Melchione *prorsus silet.* F

in altero concilio Antiocheno devicit,

3 *Ast, quum Paulus, qui in conciliis sub Gallieno* dogmatis sui novitatem occultare nisus erat, *rursus suam pravam doctrinam spar-*

(1) Ecclesiæ Græcæ martyrol. metricum, interprete Sibero, pag. 551; Menologium Sirleti apud Henricum Canisium in Thesauro Monum. tom. III, pag. 483; Synaxarium Margunii. — (2) Ferrarius, Catalogus generalis SS. pag. 421. — (3) Eusebius, Hist. eccles. lib. VII, cap. 29 ; Theodoretus, Hæret. fabularum compendium, lib. II, Opp. omnia, tom. IV, col. 395; Nicephorus, Historia eccles. lib. VI, cap. 19, tom. I, pag. 422; Petrus Diaconus, Epistola ad Fulgentium et alios episcopos Africæ, cap. II, ap. Migne, Patrol. tom. LXV, col. 442. — (4) Ferrarii, Catalogus generalis, pag. 421. — (5) Ecclesiæ Græcæ martyrologium, pag. 551. — (6) Menologium Sirleti, pag. 551. — (7) Hist. eccles. lib. VII, cap. 29. — (8) Opp. omn. tom. IV, col. 395. — (9) Historia eccles. lib. VI, cap. 19, tom. I. pag. 422. — (10) S. Hieronymus, de Viris illustribus, Opp. omn. tom. III, col. 682, edit. Migne. — (11) Hist. eccl. lib. VII, cap. 27. — (12) Ibid. lib. VII, cap. 28.

gere

A *gere conaretur, denuo* synodus innumerabilium fere episcoporum *Antiochiæ* congregata est (1). *Referunt eos fuisse septuaginta S. Athanasius* (2), *octoginta S. Hilarius* (3) *et Facundus* (4), *centum octoginta Basilius Diaconus* (5); *quos inter Helenus Tarsensis, Hymenæus Hierosolymitanus, Theotecnus Cæsariensis in Palæstina, Maximus Bostrensis et Nicomas Iconiensis; quibus sese adjunxit S.* Melchio *cum aliis presbyteris et diaconis. (Erratur autem in Sirleti et Margunii Synaxariis, ubi traditur Firmilianus, Cæsariensis episcopus, deposuisse Paulum adeoque in posteriore Antiochena synodo sedisse; Patres enim ipsius concilii in sua epistola synodica scripserunt Firmilianum Antiochiam tendentem Tarsis e vita abiisse* (6).) *Præcipuas ibi habuit partes* S. Melchio, *qui Paulum Samosatenum præ reliquis* coarguit et latere cupientem prorsus confutavit (7). *Et quidem notatione dignum videtur, non raro accidisse, ut conciliorum Patres, quum coram se haberent pravæ doctrinæ propagatores, quos ipsi propter eorum fal-*
B *laces argutias et callidam facundiam non facile refellerent, solertia presbyterorum vel etiam diaconorum uterentur: quo pacto factum est ut Origenes in concilio Bostreno in Arabia* (8) *contra contendentes animam humanam esse mortalem, et S. Athanasius in concilio Nicæno* (9), *petentibus episcopis, causam fidei catholicæ susceperint.*

Hujus disputationis

4 *Porro cum Patres in cœtu essent congregati, atque coram eis reus staret Paulus Samosatenus, proposita fuit, ut narrat Petrus Diaconus, ad S. Fulgentium aliosque Africæ episcopos scribens* (10), *fides catholica:* Deus, *scilicet* Verbum non nomine vacuo, non particula sui, sed natura Deus tantus, quantus et pater est, æqualis per omnia Patri, præter hoc tantummodo quod ille Pater est, iste Filius, naturæ se humanæ uniens factus est homo : hinc etiam a sanctis Patribus adunatione ex divinitate et humanitate Christus Dominus noster compositus prædicatur. Quod nolens Paulus Samosatenus confiteri, damnatus est ab Antiocheno concilio, Malchione, presbytero ejusdem Antiochenæ ecclesiæ, viro per omnia
C eruditissimo, et ab universis sacerdotibus, qui contra eumdem Paulum convenerant, tunc electo; qui summum disputationis certamen a concilio memorato suscipiens, ita eumdem hæreticum inter cetera redarguit, dicens : « Ex simplicibus fit certe compositum, sicut in Christo Jesu, qui ex Deo Verbo et humano corpore, quod est ex semine David, unus factus est, nequaquam ulterius divisione aliqua, sed unitate subsistens. Tu vero videris mihi secundum hoc nolle compositionem fateri, ut non substantia sit in eo Filius Dei, sed sapientia secundum participationem. Hoc enim dixisti, quod sapientia dispendiumpatiatur, et ideo composita non esse possit, nec cogitas quod divina sapientia sicut antequam se exinanisset, indiminuta permansit; ita et in hac exinanitione, quam gessit misericorditer, indiminuta atque indemutabilis extitit. Et hoc etiam dicis, quod sapientia habitaret in eo. Habitamus et nos in domibus, ut alter in altero, sed neque pars domorum nos sumus, nec nostra pars domus est. »

AUCTORE R. D. B.

et epistolæ synodicæ supersunt fragmenta.

5 *Præter hæc Petri Diaconi verba et aliqua fragmenta a Leontio Byzantino collecta nihil hujus disputationis superest, quamvis, ut ajunt Eusebius et S. Hieronymus, fuerit* excepta notariis, *eorumque tempore superstes, vel adeo fuerit egregia ut per eam in concilio* occultos Pauli sensus fraudesque detegere solus omnium S. Melchio valuerit. *Adde quod* grandis epistola ex persona synodi a Melchione scripta ad Dionysium et Maximum Romanæ et Alexandrinæ ecclesiæ episcopos directa fuit; *cujus hæc erat inscriptio :* Dionysio et Maximo et omnibus per universum orbem comministris nostris; episcopis, presbyteris et diaconis; et universæ catholicæ ecclesiæ, quæ sub cælo est, Helenus et Hymenæus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proculus, Nicomas, Ælianus, Paulus, Bolanus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus, et Malchion, et Lucius; et reliqui omnes E qui nobiscum sunt vicinarum urbium et provinciarum episcopi, presbyteri et diaconi, et ecclesiæ Dei : carissimis fratribus in Domino salutem. *Ubi, qui apparet* Malchion, *episcopus non fuit, (ut sibi videre visus Hefelius* (11),*) sed presbyter, presbyterorum collegium repræsentans; ut Lucii, diaconorum quasi loco, nomen appositum est. Porro in hac epistola, quam in sua Historia ecclesiastica fere ex integro inseruit Eusebius, exponunt Patres Paulum Samosatenum* ad incredibilem opulentiam pervenisse per scelera ac sacrilegia fratrumque concussiones;... neque aliud quam inanem gloriam captare et pompam affectare;... quin etiam psalmos, in honorem Domini Jesu Christi cani solitos, quasi novellos et a recentioribus hominibus compositos abolevisse; mulieres autem magno Paschæ die in media ecclesia psalmos quosdam canere ad sui ipsius laudem instituisse. *Filium Dei e cœlo descendisse confiteri renuebat, sed Jesum Christum* e terra ortum fuisse docebat. *Viderant quoque Antiocheni* subintroductas mulieres tam ipsius quam presbyterorum ejus ac F diaconorum. *Talis fuerat Pauli Samosateni ante synodum infamis agendi ratio. Neque videtur res ita* S. Melchioni *successisse ut Paulus ad meliora reversus fuerit : nam,* cum a recta fide simul et episcopatu excidisset, *ac proin* Domnus administrationem Antiochenæ ecclesiæ suscepisset, e domo ecclesiæ nullatenus excedere voluit, *usquedum* imperator Aurelianus interpellatus rectissime hoc negotium dijudicarit, iis domum tradi præcipiens, quibus Italici christianæ religionis antistites et Romanus episcopus scriberent (12).

Concilium Antiochenum, cui Paulus sese non subjecit, cele-

6 *Multum de anno celebrationis Concilii Antiocheni inter eruditos disceptatum fuit. Etenim Henricus Valesius* (13), *Petavius* (14),

(1) Eusebius, Hist. eccles lib. VII, cap. 28. — (2) De Synodis, Opp. omnia, tom. II, col. 770, edit. Migne. — (3) Ibid col. 538. — (4) De defensione trium capitul. lib. X, cap. VI, apud Migne, Patrologia, tom. LXVIII, col. 788. — (5) Basilii aliorumque supplicatio, ap. Labbe, Concilia, tom. III, col. 425. — (6) Hist. eccles. lib. VII, cap. 30. — (7) Ibid. loc. cit. — (8) Labbe, Collectio conciliorum, tom. I, col. 650 et seq.; Eusebius, Hist. eccles. lib. VI, cap. 31. — (9) Acta SS. tom. I Maii, pag. 190 et seq. — (10) Epistola ad Fulgentium, Biblioth. Lugd. Patrum, tom. VII, pag. 190. — (11) Conciliengeschichte, tom. I, pag. 136. — (12) Eusebius, Hist. eccles. lib. VII, cap. 30. — (13) Annotationes in Eusebium, pag. 155. — (14) Rationarium temporum, lib. V, cap. XIII, pag. 203, edit. Lugd. Batav. 1710. —

Papebrochius

bratum fuit anno 270.

Papebrochius (1) *Henschenius* (2), *et Tillemontius* (3) *annum* 270; *Baronius* (4) *annum* 272, *uterque Pagius* (5) *et Remigius Ceillier* (6) *autumnum anni* 269 *assignant. Et quidem in eo posita est difficultas quod Eusebius* (7) *hinc affirmat congregatam fuisse synodum Antiochenam postremam sub Aurelio imperatore, qui mense martio anni* 270 *purpuram imperatoriam induit, illinc historiæ suæ ecclesiasticæ intexuit memoratam Antiochenorum epistolam ad Dionysium, Romanum pontificem, cujus obitum ad mensem decembrem anni* 269 *refertur. Sed præplacet* D *Valesii, Henschenii aliorumque sententia : quin nos multum moveat rerum perturbatio, qua in præsentiarum Eusebii laborat narratio, quia, ut ait Henschenius noster* (8), videntur Antiocheni anno sequenti, *(mense martio mari vix aperto* (9),*)* ignorasse Dionysii obitum, cum epistolam synodicam ei scriberent, quam Eusebius tempore Aureliani (qui a martio anni 270 regnavit) exaratam scribit. *Quo anno et ubi obierit* S. Melchion, *memoriæ non fuit proditum ab antiquis scriptoribus.*

(1) Acta SS. Propylæum Maji, pag. 58. — (2) Acta SS. tom. I Aprilis, pag. XXVIII. — (3) Mémoires ecclésiastiques, tom. IV, pag. 297-665, edit. 1732. — (4) Annales ecclesiastici, ad annum 272, num. 1. — (5) Antonius Pagi, Critice ad an. 272, num. 1; Pagi, Breviarium Romanorum Pontificum, tom. I, pag. 41 et seq. — (6) Histoire des Autheurs ecclésiastiques, tom. III, pag. 600. — (7) Eusebius, Hist. eccles. lib. VII, cap. 30. — (8) Acta SS. tom. I Apr. pag. XXVIII. — (9) Ib. tom. X Oct. pag. 621.

DE S. TERENTIO ET NEONILLA

B

EORUMQUE LIBERIS E

NITA, SARBILO HIERACE, THEODULO, PHOTIO, BELE ET EUNICE

MARTYRIBUS

R. D. B.

SYLLOGE.

§ Unicus. Cultus et passio SS. Terentii *et Neonillæ*, liberorum Nitæ, Sarbili, Hieracis, Theoduli, Photii, Belæ et Eunicæ.

Quamvis cultus SS. Terentii *et sociorum fuerit valde extensus, pauca de eis innotuerunt.*

Memoria SS. Terentii, *ejus uxoris* Neonillæ *et liberorum in pluribus græcis et slavicis kalendariis vel etiam menæis ad diem* 28 *octobris inscripta est. Etenim in menologiis sæculi* IX *Hierosolymitano et Caliopolitano, a Scholzio Bonnæ anno* 1823 *editis, et in menæis Cryptoferratensibus anni* 1112 (1), SS. Terentius, Neonilla *et liberi, non secus ac in kalendariis Zographiensi* (2) *sæculi* XII-XIII, C *et Bulgarorum Ternobienzi* (3) *anni* 1272 *recensentur. Dein leguntur in typicis S. Sabæ et Chilendariensi* (4) *anni* 1331, *vel etiam in kalendario Ostrogensi* (5) *anni* 1581, *in Menologio Sirleti* (6) *et in tabulis tum Papebrochianis* (7) *anni* 1628, *tum Capponianis* (8) *anni circiter* 1660. *In Menæis vero Græcorum, annis* 1592 *et* 1843 *editis, in Margunii Synaxario, uti et in Horologio Potschajovensi* (9), *ad Ruthenorum usum ineunte sæculo* XIX *excuso, laudantur* Terentius et Neonilla *cum suis liberis* Nita, Sarbilo, Hierace, Theodulo, Photio *, Bele et Eunice : *inter quos* Bele *et* Eunice *feminarum habent nomina. Præter hæc kalendaria enumerat Martinovius nonnulla alia, quæ de* SS. Terentio *et* Neonilla *et forsan de eorum liberis mentionem faciunt. Inter hæc veniunt kalendaria Slavica Parisiense* (10) *sæculi* XII-XIII, *Mstislaviense* (11) *ante annum* 1147 *scriptum, simul ac kalendaria bibliothecæ Vindobonensis Constantinopolitanum sæculi vel* XII *vel* XIV *et Possevinianum* (12) *usitatum apud Russos sæculo* XVI, *in quibus solus* S. Terentius *vel etiam* socii *renuntiantur. Neque hi martyres latuerunt omnino Latinos. Molanus enim in auctariis Usuardinis celebravit hodie* Terentium *et* Neonillam *cum eorum filiis ; quod exemplum secutus est* F *Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum.*

* Phocas *in Menæis anni* 1843

2 *Cavendum autem ne quis existimet* S. Terentium, S. Neonillæ *conjugem, non esse diversum a S. Terentio, in Africa passo, qui hodie etiam in aliquot fastis legitur et de quo in prætermissis ad hunc diem* 28 *octobris breviter dictum fuit. Re quidem vera in Menæis excusis et in codice ms. græco Parisiensi, (Bibl. suppl. num.* 19,*) dicitur ipse cum sociis passus esse in Africa, Decio imperatore et Fortunato præside, sed istius martyrologii auctor* S. Terentium *nostrum pro alio accepit Terentio, qui nempe cum SS. Maximo, Pompejo, Africano et aliis* XXXIII *aut* XXXVI *sociis, Decio imperatore et Fortunato præside, in Africa martyrii palmam adepti sunt. Horum quidem Acta nostri decessores ad diem* 10 *aprilis* (13) *illustrarunt.*

Non videntur origine fuisse Afri, sed Syri.

(1) Tasconi, Ad typtica Græcorum observationes, pag. 80. — (2) Annus ecclesiasticus Slavicus, pag. 344. — (3) Ibid. pag. 338. — (4) Ibid. pag. 347. — (5) Ibid. pag. 349. — (6) Apud Canisium, in Thesauro Monumentorum, tom. III, pag. 483, edit. Basnagii. — (7) Acta SS. tom. I Maji, pag. XLIX. — (8) Annus ecclesiasticus Slavicus, pag. 354. — (9) Ibidem, pag. 262. — (10) Ibidem, pag. 336. — (11) Ibid. pag. 353. — (12) Apparatus sacer, tom. II, pag. 355. — (13) Acta SS. tom. I Aprilis, pag. 860.

Alium

A *Aliam insuper originem produnt ipsa turmæ hodiernæ nomina; quæ partim latina, partim græca, partim orientalia, ad Syriam, ubi variæ gentes mixtim vivebant, et sua sibi invicem communicabant vocabula, referenda videntur. De singulis disserere nolim;* Bele *et* Sarbilus *imprimis videntur esse nomina orientalia, quorum prius accedit ad appellationem Beli et posterius est appellatio cujusdam martyris Edesseni* (1). Nitas *vero videtur esse syncope* Nicetæ, *uti* Neonilla *est diminutivum nominis* Νεων. *Accedit quod eorum nomina non leguntur in Menologio Basiliano; adeoque ad Byzantinos ex Syria venit eorum memoria, verisimillime per Typicum S. Sabæ. Certe quum Constantinopoli altum adhuc esset de eis silentium,* SS. Terentii *et* Neonillæ *nomina inscripta erant ad hanc diem in Menologio Hierosolymitano, atque etiam in Caliopolitano* (2), *cujus origo fere eadem est.*

Multiplicia et acerbissima eorum tormenta.

3 *Quæ vero tormenta* S. Terentius, *ejus uxor et filii perpessi sint declaratur in hunc modum in Menæis Græcis, verisimillime juxta documenta antiquiora syriaca:* Eodem die (28 *octo-*
B *bris)* memoria sanctorum martyrum Terentii et Neonillæ et filiorum eorum Nitæ, Sarbili, Hieracis, Theoduli, Phocæ, Bele et Eunice. Sancti hi omnes, in una domo commorantes, Deum semper occulte colebant. Delati ad tribunal, constiterunt Christumque confessi sunt, et idola exploserunt. Itaque suspensi ferroque lacerati sunt; et acerrimum vulneribus acetum infusum infraque rogus accensus. Illi, inter se precati, se mutuo tacite consolabantur, quorum vota Deus non despexit. Angeli enim quamvis inaspectabiles illorum vincula solverunt, et eorum vulnera curarunt. Impios autem terror et pavor invasit. Sancti in vinculis detinebantur: rursusque producti fustibus contunduntur. Postea rotæ illigati, flagris cæduntur, sed quasi in speciem; nihil enim passi, præda feris objiciuntur. Sed ex omnibus suppliciis illæsi conservati, in ahenum, pice fervens, injiciuntur. Sed stridor ille ferventis picis in aquam versus est. Cum ergo impii viderent sanctos nulla re lædi posse, omnium capita gladio subjecere. *Atque hæc ex Mathæi Raderi versione, cujus apographum, olim decessoribus nostris sibi comparatum, hodiedum in Bibliotheca regia Bruxellensi asservatur.* E

AUCTORE R. D. B.

(1) Menologium Basilii ad 30 januarii. -- (2) Scholz, de Menologiis duorum codic. græc. biblioth. Parisiensis, pag. 4 et 8.

DE SS. ANASTASIA VIRGINE ET CYRILLO

MARTYRIBUS ROMÆ

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. S. Anastasia virgo, cujus hac die in plerisque fastis sacris celebratur memoria, et acta conscripta a Symeone Metaphraste, videtur omnino distinguenda ab altera cognomine, nempe S. Anastasia vidua. Locus et tempus martyrii.

B. B.

PROBABILIUS SUB DIOCLETIANO ET ANTE AN. 303. *Cur hodie de his SS. Martyribus agatur.*

Quæstionem de una vel pluribus Anastasiabus, *ut loquitur Sollerius* (1), *prætermittimus. Tractanda veniet* XXV *Decembris, quo die longe celebrior occurrit memoria apud latinos; græci diem habent* XXII *ejusdem mensis. Rationes, quæ nos movent, ut hodie acta* SS. Anastasiæ *et* Cyrilli *(de hoc paucissima traduntur) illustremus, hæ præcipue sunt. Primum hac luce signantur in martyrologio Romano; item, sed die sequenti et omisso S. Cyrillo, in plurimis fastis græcis et slavicis; acta* S. Anastasiæ, *de qua dicimus, diversa ab actis alterius sanctæ martyris, mense Decembri cultæ, licet utraque, judice Allatio* (2), *sint Metaphrastica; tum alia prorsus sunt tormentorum in utrisque genera; denique non conveniunt de vitæ ratione: nostra virgo, altera vidua prædicatur; aut loco martyrii: prior Romæ passa scribitur tam in actis quam in martyrologio, posterior in Insula Palmaria vel, ut communius tenent, Sir-*
mii. Ut mihi vix non certum sit, duas saltem F *agnoscendas sanctas martyres cognomines; an autem tres vel, ut insinuat Mazzochius* (3), *etiam quatuor, alio, ut monui, examinandum loco erit. Quæ summatim proposita, ex ordine et per partes, ut aiunt, enucleabimus, incipientes a fastis sacris.*

Memoria in fastis sacris latinis,

2 *Primus, quem ordine temporis mentionem de* S. Anastasia *facere reperio, est Galesinius* (4), *qui ad hunc diem annuntiat:* Romæ, sanctæ Anastasiæ virginis et martyris, quæ inauditis excruciata suppliciis, germanam veræ erga Deum pietatis religionem omni cruciamentorum genere testificata, demum abscissis cervicibus pro nobili certamine coronatur. *Addit in Notationibus* (5): Anastasiæ duæ extiterunt. Hæc porro diversa ab illa est, cujus dies natalis agitur octavo cal. Jan. (25 *Dec.*) ut cum ex ceteris, tum ex Metaphraste animadverti licet, qui hujus vitam copiose scripsit. *Post Galesinium venit Baronius, qui anno* 1584 *edidit Romanum*

(1) Martyrologium Usuardi XXXV Decemb. *Observatio.* — (2) Diatriba de Simeonum scriptis, pag. 124 et 125. — (3) Commentarii in vetus marmoreum kalendarium, tom. II, pag. 430. — (4) Martyrologium S. Rom. ecclesiæ usui accomodatum. Venetiis 1578. — (5) Pag. 177 *recto.*

AUCTORE B. B

correctum, cui additæ litteræ apostolicæ, (vide Præliminaria (1)*). In hoc signatur* S. Anastasia *(sed præclariori encomio quam apud Galesinium) una cum* S. Cyrillo *martyre :* Ibidem *(scilicet Romæ)* sanctæ Anastasiæ senioris virginis, et Cyrilli martyrum : illa in persecutione Valeriani *(imo Diocletiani)* sub Probo præfecto vinculis constricta, colaphis cæsa, igne et verberibus cruciata, cum in confessione Christi immobilis permaneret, abscissis mamillis, evulsis unguibus, dentibus comminutis, manibus pedibusque præcisis, truncata capite, tot passionum monilibus ornata migravit ad Sponsum : Cyrillus autem ei petenti aquam propinans, martyrium pro mercede accepit. *Notat insuper eruditus cardinalis :* Agunt de his græci in menologio die sequenti. Acta Anastasiæ a Metaphraste descripta recitat Lipom. tom. 6, et Sur. tom. 5. Hæc senior dicitur respectu alterius Anastasiæ, quæ passa est in persecutione Diocletiani, de qua inferius VIII kal. Januar. *Baronianum elogium repetit Castellanus gallice versum in martyrologio universali, adscripta margini nota :* Die sequenti,
B ut in menologio, unde hæc desumpta sunt, ubi tamen desideratur vox " senior, " qua hanc distinctam voluere ab altera, 25 Decembris memorata, quamvis eadem verisimiliter sit, cum Romani aliam numquam noverint. *Id quidem posterius perperam, ut ex dicendis saltem probabilius efficietur. Recte ait Combefisius :* Antiquæ *tabulæ latinæ seu martyrologia* nihil de hac Anastasia habent vel Rosveidi, vel Corbeienses Hieronymi; ut neque Ado *nec pariter Usuardus nec ulla apud Sollerium illius auctaria. Prætermittitur quoque a Petro de Natalibus, a Maurolyco, qui biennio ante Galesinium edidit suum martyrologium, et, quod magis mireris, a Ferrario in Catalogo sanctorum Italiæ, qui post correctum Romanum in lucem prodiit; laudatur vero in Hagiologio italico, ubi ad hunc diem* XXVIII *Octobris ita exorditur auctor* (2) : Quoniam instituti mei laboris ratio fuit, omnes Italorum sanctorum vitas ex gravibus auctoribus seu ex ecclesiarum codicibus collectas afferre, ideo vitam quoque sanctæ Anastasiæ romanæ virginis et martyris a Metaphraste primum scriptam, mox a Lipo-
C mano et Surio fusiori calamo conscriptam *(imo latine redditam)* censui piis lectoribus exhibere *etc.*

græcis et slavicis. 3 *Antiquior et copiosior memoria est apud Græcos, sed alio die. Et primum quidem reperitur in præclarissimo menologio Græcorum, ad finem sæculi* X *scripto jussu imperatoris Basilii porphyrogenetæ,* XII *Octobris :* Certamen sanctæ martyris Anastasiæ virginis. Anastasia Christi martyr, Decio et Valeriano imperatoribus, ex urbe Roma fuit, monasticam vitam cum aliis virginibus in quodam monasterio agens. Quare ad præfectum delata, ejus jussu collari ferreo constricta ad ipsum adducitur; ad cujus conspectum cum stetisset, quod interrogata, Christi nomen confessa esset, colaphis cæditur ; tum nudata, subjecto igne amburitur, liquata pice, oleo ac sulphure superinfusis. Mox in equuleum sublatæ ossa omnia mamillæ ei abscinduntur, utraque manus amputatur ac dentes evelluntur. Tandem post multos alios cruciatus, gladio finem accepit, atque ita spiritum suum Domino tradidit. *Græci, præter Basilianum hoc die* 29 *Octobris agunt de sancta Anastasia. Sirletus habet* (3) : Natalis sanctæ magnæ martyris Anastasiæ Romanæ...Fuit autem Anastasia Decio et Valeriano imperatoribus genere Romana, juvenilem agens ætatem et in monasterio vitam ducens *etc. Menæa excusa :* Memoria sanctæ sacromartyris (ἁγίας ὁσιομάρτυρος) Anastasiæ Romanæ; *in Synaxario (ut assolet) summarium passionis exhibetur, præmissis versiculis :* D

> Κάρας τομὴν ἤνεγκε ῥώμη καρδίας
> Βλαστημα Ῥώμης, μάρτυς Ἀναστασία
> Capitis abscissionem sustulit virtute cordis
> Germen urbis Romæ, martyr Anastasia

vel ut Siberus vertit (4) :

> Collum secari mente firma pertulit
> Romana martyr Anastasia.

et iterum : E

> Τλῆ δὲ Ἀναστασιη ἐνάτῃ ξίφος εἰκάδι ὀξύ.
> Cædit Anastasiam vigesima nona securi (5).

Eadem die signant quoque menæa S. Cyrillum, *qui in Basiliano prætermittitur sicut et in aliis plerisque :* Memoria sancti martyris Cyrilli, *additis solum versiculis :*

> Ὑποσέσιν μέλλοντος οὖσαν μοι στέφους
> Κύριλλος οἶδα τὴν ἀπειλὴν τοῦ ξίφους
> Probe scio Cyrillus, ensis has minas
> Laurum beatitudinis promittere.

Similiter in Horologio (6) : *sanctæ martyris Anastasiæ* Romanæ (τῆς Ῥωμαίας), *hæc,* ætate juvenis cum esset (νέα οὖσα τὴν ἡλικίαν) *in quodam monasterio* vixit (διατρίβουσα); *capta ab impiis et Christum libere confessa, diversi generis perpessa tormenta, capite truncata fuit an.* 256 *sub Valeriano et Gallieno. Celebratur etiam* S. Anastasia *eadem* 29 *Octobris in ephemeridibus græco-moscis Papebrochii; item in Capponianis :* Anastasia, sanctus Abramius. *Notat vero Assemanius* (7) : Ita et fasti græco-moschi. Possevinus, " S. martyris Anastasiæ " dumtaxat. Codices vaticani cum no- F
stro slavico utrumque omittunt. De sancta Anastasia romana virgine et martyre, hac die græci in menologio; at Basilianum ad diem 12 hujus et martyrologium Romanum ad 28 Octobris, ubi senior dicitur ad distinctionem alterius Anastasiæ, quæ colitur ad 25 Decembris a latinis, a græcis vero ad XXII ejusdem, ut infra dicemus. *Tabulas Capponianas perperam retulit Assemanius ad sæculum* XIII, *cum pictæ demonstrentur circiter anno* 1660, *ac proinde triginta fere annis post tabulas Papebrochianas, quæ ad annum pertinent* 1638. *Vide* Annum ecclesiasticum *P. Joannis Martinov* (8), *ubi pariter fasti slavici haud parvo numero citantur, qui sanctæ Martyris nostræ* 29 *Octobris mentionem faciunt ; inter alios kalendarium evangeliarii Mitislaviensis, ante annum* 1117 *scriptum :* Passio sanctæ megalomartyris Anastasiæ; *item kalendarium Ternobiensis*

(1) Pag. XX. Edit. Antverpiæ 1613. — (2) Tom. II, pag. 260, Bassani 1773. — (3) Menolog. græc. apud Canisium, tom. III, pag. 482. — (4) Ecclesiæ græcæ martyrologium metricum, pag. 352. Lipsiæ 1727. — (5) Ibid. pag. 471 in Ephemeribus. — (6) ὡρολόγιον pag. 203. — (7) Kalendaria ecclesiæ universæ, tom. V, pag. 324. — (8) Acta SS. tom. XI Oct. pag. 10 et seq.

ecclesiæ

A *ecclesiæ anni* 1272 : Martyris Anastasiæ romanæ ; *eodem modo kalendaria Sisatovacense anni* 1324 *et Ostrogense anni* 1581. *Atque in his omnibus fastis sive latinis sive græcis slavicisque ad diem* 25 *vel* 22 *Decembris memoria agitur alterius Anastasiæ ; ut proinde a sæculo saltem decimo, quo compositum menologium Basilianum fuit, binæ eæque distinctæ hujus nominis martyres celebrentur ; quod et ex actis clarius demonstrabitur.*

S. Anastasia *virgo ab altera cognomine vidua demonstratur diversa, ex Actis,*

4 *Acta utriusque* S. Anastasiæ *diversa sunt, licet ab eodem auctore, nempe Simeone Metaphraste, conscripta, medio proinde sæculo decimo* (1). *Nostra sic ordiuntur :* Litteris mandatum est, duas fuisse Anastasias διττὰς ἡμῖν Ἀναστασίας, ambas quidem genere claras, longe autem clariores confessione fidei, et eis patriam fuisse Romam veterem. Quarum altera quidem viro pietate non bono brevi tempore conjuncta matrimonio... Altera autem vitam elegit monasticam et quietam, omnino expers nuptiarum et, qui ex iis oriuntur, tumultuum. *Hæc clara utique sunt ac liquida, ut jam alteram ab altera probe ex scriptoris mente*
B *distinctam agnoscamus. Adde inter Nicetæ Paphlagonis* Orationes encomiasticas, *a Combefisio editas* (2), *ultimam ad nostram spectare* Anastasiam. *Inscribitur :* Εἰς τὴν ἁγίαν μεγαλομάρτυρα παρθένον Ἀναστασίαν Laudatio sanctæ magnæ martyris atque virginis Anastasiæ (3). *Rebus concordat Nicetas cum Metaphrasta ; verbis, ut fert laudationis natura, longe uberior. Speciminis gratia sit locus, ubi ipse quoque monstrat suam hanc S. Martyrem nullatenus esse confundandam cum altera cognomine.*

et oratione Nicetæ Paphlagonis ;

5 Duas porro, *ait* (4), novimus Anastasias ; ambas illustres, atque ad carnem quod attinet, illustri stemmate satas, confessione autem, quæ est in Christo, longe illustriores ; ortasque ambas seniore Roma, ac quæ ambæ immortali sanctorum civitate hanc commutarint. Verum altera quidem ad breve tempus viro improbo incorrupte copulata, tumque mortis incursu ab ejus maligna mente liberata, castæ viduitatis studiis, omnique justitia et sanctitate instituta vita, perseveravit. Altera vero, a puero virginum cœtui addicta, animoque simul ac corpore
C Christo consecrata, impollutam in finem usque virginitatem illi consecravit. Ac quidem illa a majoribus acceptam omnem substantiam (quæ sane perampla erat) necessitatibus sanctorum communicans, impensaque martyribus, amoris vi illis quodammodo conglutinata, eorumque pretiosis linteis saniem extergens, vulneraque infundens ac exosculans ; atque adhuc viventes verbis fortibus roborans et ad immarcessibiles coronas egregie animans, defunctisque sanctissime justa persolvens, sic seipsam præclarum illis munus sepulchrale postea præbuit, per ignem holocausto oblata ac in odorem suavitatis Deo computata. Virgo autem, parentum affiniumque, prædiorum ac pecuniarum ab ipso jam ætatis tertio anno relicta facultate atque copia, religiosæque cuidam domui ad vigesimum usque annum ex animo assidua ; nec non sacræ Sophiæ (hoc enim illi nomen, sub cujus magisterio ac disciplina agebat) seu potius ipsius vere Dei Sapientiæ opera, Patri adoptata, per multa graviaque pro Christo tormenta et lanienas, abrupto qui in carne est incolatu, ad desideratissima Dei tabernacula commigravit. *Observat autem Combefisius* (5) : Anastasiam omnes seniorem vocant, eoque distinguunt ab Anastasia vidua.

AUCTORE B. B.

non tamen recte dicitur senior.

6 *Attamen falso asseritur* omnes *eam* seniorem *vocare, saltem si fastos spectamus : nam vox illa apud græcos non reperitur, ut jam animadvertit Castellanus (num.* 2*), nec adhibetur a Galesinio. Equidem, præter Baronium, vix alium novi, qui ita habeat ; atque ideo probabiliter, quia eruditus cardinalis ejus martyrium sub* Valeriano *(quo fundamento infra videbimus) ; alterius sub Diocletiano coronam ponendam censuit. Notandum tamen apud Surium quoque legi ad hunc diem* 28 *Octobris et in capite actorum :* Est autem hæc Anastasia senior, sic dicta respectu alterius Anastasiæ, de qua 25 Decembris. *Ita in Suriani operis editione anni* 1618, multis sanctorum vitis aucta et notis marginalibus instructa. *An vero præfata verba in primis editionibus (quæ anno altera* 1570, *altera an.* 1576, *prodiit* (6) *atque adeo utraque Baronii martyrologio aliquot annis antiquior est) legantur, dicendo non sum, siquidem postrema, eaque optima anni* 1618 *editio solum ad manus mihi sit. Plerique solum* Virginem *appellant, qua voce satis discriminatur ab altera.*

Quo tempore floruerit Nicetas.

7 *Ut ad Nicetam revertamur, floruit is sæculo* IX. *Oudinus signat annum* 860 (7) ; *Dupinius ponit circa annnm* 885 (8). *Cum itaque post Nicetam scripserit Metaphrastes, oritur quæstio, unde sua ille deprompserit. Autumat Combefisius* (9), *Acta* primum ἀρχαϊκῶς scripta extitisse, quæ ipsa Nicetas stylo exornanda acceperit. *Quidni idem fecerit quoque Metaphrastes, cum difficile sit Allatio contradicere, qui diserte acta, infra a nobis edita, illi adjudicat? Nec sane repugnat utrumque, Nicetam nempe et Metaphrastem, eodem ex fonte hausisse ; nisi dicamus illum huic præluxisse, scilicet Nicetam a Metaphraste contractam ; quod tamen haud facile a quopiam admissum iri putem. Ulut est, tum ex scriptoris utriusque perspicuo testimonio, tum ex actorum diversitate, mihi omnino probata*
F *videtur personarum distinctio.*

Distinctio probatur item ex passione.

8 *Nec solum acta diversa numero habemus, sed tota etiam rerum gestarum seu passionum serie, ut ex utrorumque actorum collatione abunde declaratur, et sufficientur efficitur ex recitatis numero superiore Nicetæ verbis. Confirmatur autem ex menologio Basiliano, ubi ad diem* XXII *Decembris de altera Anastasia ita annuntiatur :* Certamen sanctæ martyris Anastasiæ et sanctarum mulierum sociarum. Anastasia martyr, Diocletiano imperatore, Romæ claruit, divitibus ac nobilibus parentibus nata, atque a matre fidem Christi edocta ; a Chrysogono vero christianorum doctore sacris literis instituta. Virum autem duxerat, Publium nomine, divitem quidem sed ethnicum. Quod igitur christianus non esset, eum Anastasia oderat nec ullam ei corporis sui potestatem faciebat : erat autem benigna et

(1) Dupin, tom. VIII, pag. 3, item, pag. 81. — (2) Bibliothecæ patrum græcorum Auctarium novissimum. Part. I, pag. 327-477. Paris 1672. — (3) Ibid. pag. 462. — (4) Ibid. pag. 462 et seqq. — (5) Ubi supra, pag. 509. — (6) Conf. Biographie universelle, voce : *Surius*. — (7) Tom. II. — (8) Bibliotheca ecclesiastica, tom. VII, pag. 247. Paris 1696. — (9) Pag. 609.

liberalis

AUCTORE B. B.

liberalis in pauperes, eosque qui in vinculis detinebantur, visitabat. Quamobrem in carcerem a viro suo detruditur. Sed mortuo eo dimissa, omnibus facultatibus in pauperes distributis, sedulam sanctis operam dabat, martyrio defunctos sepeliebat, multos ad perferendum martyrium impellebat. Quare a multis diverso tempore præfectis excruciata, deinde in mare, postea in ignem injecta, sed incolumis inde evadens, tandem una cum iis, quæ secum erant mulieribus decollatur. *Hæc qui contulerit cum encomio, quod ex eodem menologio adscripsimus num.* 3 *de nostra sancta Martyre, utique persuasum habebit alteram cum altera Anastasia minime confundendam.*

Martyrii locus,

9 *Sunt et alia multa quibus hoc idem sin demonstratur, saltem confirmatur. Locus martyrii diversus.* S. Anastasia *virgo passa scribitur Romæ tum in actis tum in martyrologio; vidua vel in Insula Palmaria, ut ferunt acta, vel probabilius Sirmii ut diserte in pluribus martyrologiis. Id porro certum, Virginem Romæ constanter annuntiari; viduam alibi; solus contradicit Antonius Maria*
B *Bonuccius Soc. Jes., qui, ut habet Coletus* (1) in historia S. Anastasiæ hujusce *(viduæ)* acriter et erudite contendit, eamdem Sirmii quidem quæstioni et tormentis primum pro Christi fide fuisse subjectam, inde Romam deductam et in Palmaria, quæ in Tyrrheno mari sita mille passus septem ac triginta distat a vetere Anxure, nunc Terracina in Latio, igne combustam. *Nititur Bonuccius* vetusto codice Lateranensi, *ubi habetur* : Anastasia ad urbem rediens ab imperatore cuidam pontifici Capitolii traditur nomine Ulpiano. *Ast reponit Coletus* (2), *verba hæc,* cur de Roma necesse est ut intelligantur? An non de Sirmio, unde ad imperatorem rursum abducta sit, qui principum more hac illac et per urbis vicinia consursabat? *Paulo ante notaverat idem Coletus* : Nec Capitolinus Ulpiani pontificatus quidquam juvat Bonuccii sententiam : celebriores imperii urbes *(quas inter Sirmium profecto ponendum)* Capitolia ad formam Romani sibi erigi studebant. Sane S. Apollinaris Ravennæ episcopus jussu Saturnini præfecti traditus dicitur pontificibus Capitolii Ravennatensis. *Et infra* (3) : Quid si in Sirmii
C vicinio locus extiterit, cui « Palmario » cognomen, consitis ibidem palmis? Sane in antiquo lectionario Anastasiani martyrii ad nos Jadera misso ea dicuntur, quæ cum actis Metaphrastis congruunt... et Anastasia cum sociis ad fontem palmarium ducta perhibetur... » Maceratam menstrua inedia Anastasiam jussit Florus ad ignobilem situ fontem cognomine Palmarium pertrahi. « *Ex his aliisque multis, quæ ibidem disputat, concludit Coletus : Itaque* meo quidem judicio ex actis Bonuccii non probatur Anastasiæ ad Urbem reversio, nec in Insula Palmaria martyrium; laudati ab eo scriptores alter ex altero rem gestam excipiunt, neglecto penitiore examine; e contra numero plura sunt, quæ Sirmium præferunt; et Metaphrastis historia diligenter a Surio collata cum mss. codicibus melius veriusque de Sirmiensi martyrio debet intelligi, Romani vero martyrologii non officit auctoritas, quod Baronio ac Sollerio testibus auctum ipsissima fere Bedæ aliorumque D verba de Anastasia repetit et de Palmariensi martyrio. *Atque hæc ita Coletus, qui, more suo, quæstionem cæteris diligentius accuratiusque examinavit. Locis diversis passas sanctas duas martyres cognomines diserte quoque tenet Combefisius* (4); *alteram nempe in* urbe Roma; alteram *in* Insula Palmaria, *quam ait spectandam in* mari Ligustico, non longe ab ostiis Tiberinis, *de qua etiam Plinius,* et hodie vocatur Palmaruola (5). *Atque de his satis; latius agendum erit ad diem* 25 *Decembris, quo S. Anastasiæ viduæ illustrabuntur acta. Certum itaque videtur Virginem Romæ passam; alteram Coletus Sirmii, Bonuccius in Palmaria coronatam opinatur; Combefisius* (6) *Sirmiensem hanc a Palmariensi mallet distinguere :* Putem, *inquit,* tertiam aliam Anastasiam esse, quæ... Sirmii passa sit.

tempus; incertum

10 *Ad martyrii tempus quod attinet, in diversa abeunt scriptores; alii id contigisse censentes sub Valeriano, alii sub Diocletiano. Priori sententiæ subscribit Baronius in martyrologio Romano (Vide num.* 2*), nixus græcorum fastis; posteriorem amplectitur Com-* E *befisius, standum ratus actis Metaphrastis, quibus consonat Nicetæ oratio panegyrica. In* actis a Lipomano et Surio laudatis *(verbis utor Combefisii)* perinde ac in Niceta hic nostro, passa legitur sub Diocletiano; Menæa Sirleti et ipsa Magna *(adde menologium Porphyrogenetæ)* sub Valeriano *(et Decio)*; exque illis recentiores Romanæ tabulæ : nam antiquæ nihil de hac Anastasia habent, vel Rosveidi vel Corbienses Hieronymi; at neque Ado. Quod mihi indicio est, eos qui nuper Romanas tabulas auxerunt, Clemente VIII pontifice, non aliunde habuisse, quod ita asserte in eis posuerunt de Valeriani tempore, quam ex illis græcorum menæis; quæ videndum an præpolleant actis antiquis, sic *(puta antiquis)* Lipomano et Surio relatis, cum forte sint ipsa primum sic ἀρχαϊκῶς scripta, quæ ipsa Nicetas stylo exornanda acceperit, nec in eis inventam epocham immutandam sibi indulserit, sive illud menologium viderat, sive quod ex archetypo Basilius porphyrogeneta edendum curavit atque excripsit, cujus *(Basilii)* Nicetas ætate paulo superior. *Basilii menologium, ut monui jam, prodiit ad finem sæculi* x; *Nicetas floruit post medium sæculi præcedentis, Metaphrastes eodem, quo Basilius sæculo, sed minus provecto (Dupinius annum signat* 950 (7).*) Igitur uterque (Nicetas et Metaphrastes) Basilio prior est; proinde monumenta antiquiora, puta Acta et Oratio panegyrica, Diocletiani præferunt persecutionem; recentiora, nempe fasti tam græci quam slavici sicut et latini, Valeriani. Cum tamen Porphyrogenetæ menologium ad ætatem Nicetæ et præsertim Metaphrastis annos haud procul accedat, cumque censendum sit, tam huic quam aliis fastis græco-slavicis conficiendis documenta superiorum ævorum præluxisse, adeoque adhibenda atque procul dubio fuisse adhibita; hinc fit, ut certo statui non possit, an passio* S. Anastasiæ *virginis contigerit sub Diocletiano an sub Valeriano; mihi* F *rectius adscribi videtur prioris imperio, quæ etiam*

(1) Illyricum sacrum, tom. VII, pag. 491. — (2) Ibid. pag. 492. — (3) Ibidem, pag. 493. — (4) Auctarium novissimum, pag. 510. — (5) Vide Plinium Harduini, tom. I, pag. 160, not. 8. Paris. 1641, in-fol. — (6) Ubi supra. — (7) Tom. VIII, pag. 81 *in tabula chronologica.*

A *etiam Combefisii sententia est, qui tamen prudenter notat* (1), parum caute facere, qui sic asserte illud unum alterum ponunt, ac si nihil eis obstaret, aut una menæorum fides certa omnino esset; cum certum sit plura in eis extare quæ laborent, magnoque judicio accipienda sint, cujus exemplum in altera et juniori Anastasia statim occurrit... Nam et illa fecit ὁμωνυμία, ut plures strophæ et moduli in ejus officium irrepserint, qui palam sunt Anastasiæ senioris et virginis. *Recitantur ibidem in confirmationem loci ex menæis descripti.*

an sub Valeriano

11 *Si sub Valeriano ponamus gloriosum* S. Anastasiæ *agonem, passio contigit inter annum* 250, *quo cœpit Deciana persecutio et annum* 260, *quo Valerianus a Persis devictus atque in vincula conjectus fuit. Notum porro est, persecutionem a Decio inchoatam, sub hujus successoribus perstitisse, unde sæpe sæpius apud scriptores una eademque censetur. Sic diserte in menologio Basiliano :* ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου καὶ Ὀυαλεριανοῦ Decio et Valeriano imperatoribus, *qui tamen sceptrum simul nullo umquam tempore tenuerunt. Occiso*

B *Decio, exeunte Novembri an.* 251, *successerunt Gallus et Volusianus, a militibus interempti circa finem Maii an.* 253; *hos excepit Æmilianus, ipse etiam simili morte sublatus, tertio vel quarto post acceptam purpuram mense. Post hunc solium conscendit Valerianus, mense Augusto ejusdem anni* 253, *qui proinde annis præterpropter septem regnaverat, cum in Saporis incideret manus. In obviis historiis nostris solent decem numerari distincte persecutiones, quarum septima sub Decio, octava sub Gallo el Volusiano, nona sub Valeriano : his admissis, martyrium* S. Anastasiæ *nec ante annum* 253 *nec post an.* 260 *consummatum fuit; atque in hac sententia haud absurde* senior *dicitur, cum apud omnes in confesto sit alteram Anastasiam Diocletiano imperante coronatam.*

an sub Diocletiano;

12 *In sententia, quæ inhærens actis tenet* S. Anastasiam, *virginem scilicet, sub eodem augusto sanguinem suam fudisse, videndum est an et quis sit annus ex iis, quibus præfuit iste, cui commodius adscribi passio possit. Imperium Diocletiani cœpit* 17 *Septembris*

C *an.* 284, *desiit* 305, *quo ille kalendis Maii exuta purpura, Salonam se recepit atque ibidem dies privatus usque ad mensem Maium an.* 313 *protraxit. Est ergo in hac sententia spatium viginti et paulo amplius annorum, quibus mors gloriosa* S. Anastasiæ *contingere potuit : nec enim cogimur illam adscribere generali, motæ a dicto imperatore an.* 303, *persecutioni; cum constet fere toto turbatissimi ejus regiminis curriculo, plures vix non singulis annis signari martyres, idque sive vi priorum edictorum, sive latis specialibus localibusque decretis, sive flagrante cæsarum quorumdam et præsidum in christianum nomen odio. Conjectat Combefisius passam* S. Anastasiam prioribus annis *Diocletiani.* Quamquam, *ait* (2), acta vetera *causam martyrii significent* dumtaxat Christi prædicationem et vitæ cœlibis professionem; fuisse tamen aliquid in ea (Anastasia) peculiare, cujus delata præsidi sit, ex eo videtur manifestum, quod una ipsa ex sancto illo sodalitio *(plures namque cum ea deducebantur)* ad Probi tribunal rapta, cum ille ejus nuptias non ambiret nec ejus ullus procus esset; fueritque libera facultas Sophiæ colligendi dissecta illius membra, truncoque adjungendi atque omnino ad locum Urbi vicinum funus curandi; quæ non male conveniant in Diocletiani priores annos, quando necdum funestum illud edictum in christianos promulgaverat, quo tanti ab eo omnis generis brevi tempore nece sublati; sed ex superiorum temporum ratione, vel ipse vel præsides, qui præcipue offendisse aliquid videbantur ac majestatis quidpiam habere, christianæ superstitionis reos excruciabant.

AUCTORE B. B.

probabilius sub posteriore.

13 *Quibus ex verbis, non nihil tortuosis et impeditis, innuitur genus passionis, in actis (quæ utinam fidiora essent) descriptum, non convenire posterioribus, sed potius prioribus annis Diocletiani, adeoque martyrium* S. Anastasiæ *ponendum saltem ante promulgatum an.* 303 *persecutionis edictum. Subdit Combefisius :* Fueritque forsitan hæc causa ut senior dicta sit, quod prior, etsi eodem imperatore, martyrium fecerit, quamvis forte ætate Anastasia vidua junior; *cujus, judice Tillemontio, mors sicut et S. Chrysogoni, ejus magistri,* innecti potest *anno* 304 (3). *Animadverti supra num.* 6 *perperam asserere Combefisium,* S. Anastasiam *hanc ab* omnibus *dici* seniorem, *cum ante Baronium, putem, invenias neminem, qui ita vocet. Certe nihil tale reperire est in fastis græcis et slavicis, sicut et nec in actis. Denique addit laudatus Combefisius :* Si quis ad conjecturam melius habuerit, aut in certiora monumenta inciderit, gratiam faciet si produxerit. *Itaque in mediis hisce tenebris, id solum plus minus probabiliter statuere licet; nempe* S. Anastasiæ *obitum sub Diocletiano potius quam sub Valeriano collocandum, esseque non nullam rationem ut rectius prioribus innectatur illius imperatoris annis quam posterioribus duobus.*

E

§ II. Acta ex pluribus codicibus manuscriptis edita; justo severius a Tillemontio reprehensa demonstrantur. De S. Cyrillo pauca ad nos pervenerunt.

F

Acta pluribus in codicibus mss. reperiuntur,

Atque *hæc ex actis; quæ ipsa quanti sint meriti remanet elucidandum. Et primum quidem juverit notasse Parisiis in bibliotheca imperatoria codices esse haud parvo numero in quibus acta* S. Anastasiæ *virginis reperiuntur. Alter eorum signatur* 1480; *atque hic est ex quo martyrium infra edimus. Porro codex ille* membranaceus, *censetur* XI sæc. scriptus. *Vide Annotata. Alii tres codices laudantur a Bernardo Montfaucon, in* Bibliotheca Coisliniana : *scilicet* (4), codex CXLV olim LXI, membranaceus X vel XI sæculi. Constat

(1) Auctarium novissimum, pag. 510. — (2) Ibidem. — (3) Mémoires, tom. IV, pag. 810. — (4) Pag. 210.

AUCTORE B. B.

stat foliis 279. Vitæ SS. mensis Octobris. *Ubi* (1) fol. 245 verso : Vita et Martyrium S. Anastasiæ Romanæ. Init. Διττὰς ἡμὶν ὁ λόγος Ἀναστασίας οἶδε. 28 mensis *(octobris). Itaque codex iste (si fides Montfauconio) synchronus foret Metaphrastæ : hic enim, teste Petro Lambecio* (2), decimo post Christum sæculo floruit, sub Leone (VI) Sapiente *(Philosopho)*, Constantino Porphyrogenito, Romano Lecapeno et Romano II sive juniore. *Porro horum primus solium conscendit anno* 886 ; *postremus obiit* 963 (3). *Alter Coislinianæ codex est* XI circiter sæculi (4), *in quo* fol. 187 et 27 Octobris in S. mart. Anastasiam. Init. Δεδοξαμένα ἐλαληθη περὶ σοῦ ἡ πόλις. *Atque hæc est* laudatio *Nicetæ Paphlagonis, de quo pluries mentionem fecimus, a Combefisio in lucem producta. Tertius denique codex apud Montfauconum est* sæc. XIV (5). Init. Ἀναστασία γυναικῶν ἡ καλλιστή, *quæ tamen, ut docet Fabricius et recte quidem* (6), *est* Anastasiæ Romanæ viduæ, latine apud Surium 25 Decembris et apud Lipomanum tom. V. *Errat autem Fabricius dum ibidem* laudationem *Nicetæ spectare ait ad eamdem Anastasiam* viduam ; *pertinet vero ad* Virginem
B *quæ nostra est. Similiter tres enumerat Lambecius codices. Primum* (7) decimus sextus codex manuscriptus historicus græcus, est chartaceus, antiquus et bonæ notæ in-fol.... Continentur in eo magni menologii græcorum menses duo, September et October ; *et* fol. 374 ad 380 Vita et Martyrium sanctæ Anastasiæ Romanæ conscriptum a Symeone Metaphraste *(testem adhibet Lambecius Allatium)* Μηνὶ τῷ αὐτῷ κή *(id est* 28). *Recitatur initium, estque plane idem quod apud nos* Διττὰς μεν *etc. Deinde codex* XVII (8) membranaceus, pervetustus, elegans et optimæ notæ in-fol.... continetur in eo magni menologii græcorum mensis October. *Reperitur fol.* 226-230 Symeonis Metaphrastæ martyrium S. Anastasiæ Romanæ senioris... 28 Octob. incipiens... Διττας μεν *etc. Denique* (9) *codex* XVIII pervetustus et optimæ notæ *continet præfati menologii eumdem mensem...* die XVIII ejusdem Symeonis martyrium S. Anastasiæ Romanæ senioris.

quorum nonnulli ad sæc. XI pertinent,

15 *Itaque ætatem codicum non stricte definit Lambecius:* Antiquus *unus ei est;* pervetusti *alii duo; quibus ex vocibus haud absurdum videtur, codices illos sæculo* XI *haud multum posteriores esse reputandos. Cum in Urbe versarer inclinante Maio et sequente junio an.* 1865, *occasione beatificationis ven. servi Dei Joannis Berchmans S. J., reperi in bibliotheca Vallicellana codicem signatum D.* 51, *qui diserte ad* sæculum XI *refertur, et continet Metaphrastæ* totum mensem Octobrem, *ubi a fol.* 253 *verso ad fol.* 262 *versum, vita* S. Anastasiæ *eadem plane est ac nostra. Duo quoque apud nos exstant eorumdem actorum apographa ; alterum (Colbertino nostro omni ex parte concordans)* ex ms. Mediceo R. Franciæ ; *alterum rebus quidem, ut plurimum, conveniens, verbis autem seu stylo valde diversum, atque dimidio fere brevius,* ex ms. Vatic. 866; *insuper notavit manu sua Papebrochius :* Invenimus etiam in Ms. Alexandri VII. *Initium est :* Κατὰ τοὺς καιροὺς Διοκλητιανοῦ τοῦ Βασιλέως; D *et signatur a decessoribus dies* 12 Oct. *Illorum meminit etiam Fabricius* (10) *aitque esse* auctoris incerti ; *videntur recentioris ætatis. Confer Annotata. Nec sane dubitandum quin in bibliothecis aliarum regionum et urbium similiter reperiantur codices plures eadem continentes acta. Cæterum ex omnium codicum istorum collatione confirmatur, prout diximus num.* 4 *et* 10, *acta reipsa a Metaphraste fuisse conscripta ac proinde sæculo* X *haud recentiora. Latinam versionem damus a Lipomano concinnatam, cui, paucis tantum exceptis verbis, consonat Surius.*

in multis a Tillemontio reprehensa; nempe quod Anastasia *virgo Romæ non colatur;*

16 *Dubitat Tillemontius* (11) *an opus sit duas distinctas assumere Anastasias, licet binæ, eæque diversæ circumferantur historiæ, et altera virgo prædicetur discipula S. Sophiæ atque Romæ coronata, altera vidua, discipula S. Chrysogoni; et longe probabilius alibi quam Romæ passa. Porro aliam dubitandi rationem præfatas scriptor non affert, nisi quod utriusque sanctæ martyris acta exigui existimat meriti, nec altera alteris meliora videantur. Quidni intulerit exinde utramque* E *Anastasiam suppositititiam ! Sed singulas Tillemontii objectiones contra acta expendamus. Primum miratur Romanos, cum haberent egregiam martyrem indigenam, puta Virginem nostram, coluisse tamen extraneam, scilicet viduam, neglecta omnino propria. Existimo ego etiam S. Anastasiam esse viduam, cujus in Urbe antiquissimus exstat titulus, cujusque mentio fit in canone missæ, ac proinde discipulam S. Chrysogoni, cujus nomen in eodem canone legitur. Ast an fas est inde inferre, non esse a nostra diversam? Stantibus præsertim rationibus, a nobis supra expensis, quæ contrarium suadent ? Sæpe sæpius usu venit, ut potiori cultu gaudeant martyres alibi quam in patria vel loco certaminis ; idque ex multiplici causa atque nonnumquam levi potest dici et intelligi ortum, v. g., ut alia omittam, ex insigniori passione, templo ædificato, reliquiis peregre allatis, privata viri potentioris propensione etc. Cæterum, licet S. Anastasia vidua, longe probabilius, passa Sirmii sit; certum tamen hoc non est, ut vidimus supra. Insuper quocumque demum loco martyrium contigerit, neminem novi qui dubitet Anastasiam hanc non secus ac Virginem Romæ in lucem editam; perperam itaque hoc ex capite extraneam habet Tillemontius.* F

quod non signetur in fastis latinis;

17 *Mirum insuper putat (quæ altera ejus objectio est) nullam in fastis latinis antiquioribus virginis* Anastasiæ *fieri mentionem, quam, inquit, a solis græcis accepit Baronius; illos autem* valde parum *fide dignos habet Tillemontius. Ast haud adeo infrequens, apud latinos signari sanctos martyres vel confessores, qui ex vetustioribus græcorum fastis desumpti primum fuerunt. Nec sane supposititius quisquis judicandus ideo, quod in menæis aliisque græcorum menologiis celebretur. Nemo unus est, qui non magni faciat Basilii menologium, ubi utriusque Anasta-*

(1) Pag. 211. — (2) Comm. de bibliotheca Vindobonensi, tom. VIII, col. 1195. Kollarius. — (3) Art de vérifier les dates. pag. 273 et seq. — (4) Montfaucon ubi sup. pag. 185 et 187. — (5) Ibid. pag. 215. — (6) Bibliotheca Græca, tom. X, pag. 193. — (7) Bibl. Vindobon. tom. VIII, col. 493. — (8) Ibid. col. 548. — (9) Ibid. col. 555 et seq. — (10) Ubi supra. — (11) Mémoires, tom. V, pag. 715.

siæ

A *siæ distincta disertaque legitur memoria.*

quod sint Metaphrastica, proinfabulosa;

18 *Tertia ratio Tillemontii est, quod acta sint Metaphrastica. Notum porro omnibus est, scriptorem illum justo severiorem se exhibere in dijudicandis Metaphrastæ elucubrationibus. Nec enim æquum est, ut falsa existimetur narratio ob hoc solum quod auctor illius sit Metaphrastes. Præterea diximus historiam seu Acta* S. Anastasiæ *virginis* ἀρχαϊκῶς *probabilius exstitisse, ex quibus Paphlago primum, dein etiam Metaphrastes haud improbabiliter hauserint. Cæterum non est necesse ut omnia et singula, quæ ab utrisque hisce auctoribus tradita sunt, probemus; secus utriusque Anastasiæ, imo et innumerabilium aliorum sanctorum sive vita sive martyrium puris putisque fabulis forent annumeranda. Esto de singulis passionum adjunctis vel nullatenus vel non satis constare, quin et sinceris immixta aut superaddita sæpe spuria; non ideo tamen universa statim narratio erit repudianda, nec ipsum certamen et nomen sacrorum fastorum albo expungendum. Quin potius studeamus vera a falsis,*

B *quantum licuerit, secernere et expurgare. Convenit quondam per epistolam (hæc* enim non erubescit) *Cicero Lucceium ut historiam consulatus sui conscriberet,* etiam atque etiam rogans ut et ornaret ea *(quæ contigerant)* vehementius etiam quam fortasse sentiret et in eo historiæ leges negligeret... amorique nostro, *ait,* plusculum etiam quam concedit veritas largiare (1). *Pone Lucceium istiusmodi votis obsecutum (ut quidem videtur, sed opus ad nos non pervenit); cuinam in mentem venerit idcirco totam scriptionem falsi arguere; adeoque nec Ciceronem consulem fuisse; nec Catilinæ fortiter restitisse, nec de patria optime meritum?*

præsertim vero quod S. Anastasia *in monasterio dicatur vixisse.*

19 *Displicet plurimum Tillemontio* (2) *quod feratur sancta Virgo* relictis parentibus et necessariis, et iis omnibus quæ ad hæreditatem pertinent in quodam monasterio, vicesimo anno ætatis seipsam collocasse. *Equidem non video quid in his absonum dixeris. Certe in sequentia verba S. Cypriani ex libro de Habitu virginum* (3) : Nunc nobis ad virgines sermo est *etc. notat Thomassinus* (4) : Quibus verbis

C declaratur, has Agni immortalis sponsas jam tum *(ante annum* 258, *quo S. Cyprianus martyrio est coronatus)* in unum eximium cœtum coaluisse, a vulgo fidelium segregatum. *Cœtus vero tales dudum ante Cyprianum in pluribus ecclesiis extitisse, idem Thomassinus pro explorato habet* (5) : Professio ipsa et consecratio virginum una cum evangelica semente statim ab exordio nominis christiani per orbem propagari cœpit. *Præter castitatis votum continebat quoque, ut e SS. Cypriani et Hieronymi monitis liquet, obligationem ducendæ vitæ (sin minus in communitate saltem privatas intra ædes) a virorum consortio sejunctæ, vacandique omnimodæ pietati, nec non facultates terrenas, si quas haberent, non aliter quam in bona opera impendendi. In actis S. Bonifacii, coronati exeunte sæculo tertio, legimus de S. Aglaë* (6) : Abrenuntiavit mundo... universa quæ habebat distribuens egenis... et cum paucis puellis cum ea abrenuntiantibus famulata est Christo. *Conf. Examen historicum et canonicum libri R. D. Mariani Verhoeven* (7). *An autem vita hactenus descripta proprie religiosa fuerit, habens etiam vota paupertatis et obedientiæ (quod quidem plerique affirmant, negat Thomassinus) nihil refert ad propositum nostrum. Id autem clarum, fidem actorum haud infringi ex eo quod* S. Anastasia *tradatur sub finem sæculi* III *et initium sequentis in puellari cœnobio vixisse.*

AUCTORE B. B.

Quo in pretio sint habenda acta.

20 *Igitur mea opinione utraque acta, scilicet* S. Anastasiæ *virginis, quæ nostra est, et alterius cognominis viduæ, ejusdem sunt meriti, quatenus a Symeone Metaphraste, proinde saltem circa medium sæculum* X, *conscripta; quem non putem historias pro libitu cudisse, sed hic sicut et alibi memoriæ commendasse, quæ ex traditione ecclesiarum prioribusque auctoribus hauserat. Nec tamen negaverim res gestas castigatius proferre potuisse, certas a dubiis vel commentitiis discriminando, parcius prodigiis et portentis indulgendo. Ast cum Tillemontio* E *universa a Metaphraste prolata fabulis annumerare, quod is tempore vixerit nimium ab eventu remoto: hoc enim vero nec admitto nec admittendum a quopiam cordato existimem. Suadet prudens ratio ut putetur Metaphrastes ad manum habuisse plura documenta, quæ post ipsum interciderunt. Quis porro pronuntiarit illa vel nullius vel exigui tantum fuisse meriti, adeoque talia ut certo a nobis rejicerentur, si superessent? Unde Allatius* (8) : Ea quoque tempestate plures manuscripti codices habebantur, quam hac nostra ætate; quum et barbarorum incursionibus universa Græcia afflicta est, et similes codices nequissimorum hominum scelere variis modis deperditi... Quis itaque jure negaverit, quæ Metaphrastes concinnavit, in aliis codicibus iisque fide dignis non perlegisse? *Saltem fateamur oportet, rem ita se habere potuisse; adeoque sicut nec omnia indiscrete probanda sic nec temere damnanda, quæ tanta mole a Symeone sive collecta, sive conscripta sive adornata habemus. Quo autem spectat ad vitam* S. Anastasiæ *virginis, probe etiam considerandum,* F *Metaphrastem vix non ad amussim consentire Nicetæ Paphlagoni, qui ætate illum paulisper præcedit. Quapropter haud absurde existimat Combefisius acta* ἀρχαϊκῶς *id est* antiqua simplicitate *vel* pingui quadam Minerva *composita extitisse, quæ uterque (Nicetas et Symeon) proprio stylo exornarunt, ille encomiastica oratione, hic historica narratione. Certe quoniam concordant, iisdem hauserunt ex fontibus, vel extinctis vel hactenus nos latentibus. Conf. supra num.* 7, *item Annotata in Caput II.*

De S. Cyrillo.

21 *Diximus paucissima de* S. Cyrillo *ad nos pervenisse. Hic breviter colligam quæ in variis actorum apographis leguntur. Et primum quidem Symeon Metaphrastes, postquam narravit* S. Anastasiæ *præcisa fuisse ubera, exsectam linguam et excussos dentes, adeoque sanguine profluente perfusam san-*

(1) Vide Panckoucke, Œuvres de Cicéron, tom. XIX, pag. 92 et 426. Ciceronis Epistt. ad famil. lib. V, epist. 12. — (2) Mémoires, tom. V, pag. 716. — (3) Pag 174. — (4) De vet. et nov. Eccl. disciplina, part. I, lib. 3, cap. 42. num. 3, pag. 779. — (5) Ibid. pag. 778 et seq. — (6) Acta SS. tom. III Maii, pag. 283. — (7) Pag. 45 et seqq. — (8) De Symeonum scriptis, pag. 44.

ctam

AUCTORE B. B.

ctam Virginem, prosequitur in hunc modum : Quo tempore dicitur, cum parum defecisset, aquam petiisse et accepisse. Qui autem præbuit, fuit vir quidam, Cyrillus nomine, cujus adeo non erat pietas manifesta, ut talis quidem putaretur ab impiis ; alioqui autem, quod ad animæ attinet affectionem, fidelissimus et in primis pius. Atque ille quidem magnam accepit mercedem pro proculo aquæ frigidæ, et re adeo vili emit coronam martyrii. Nam cum accepisset Probus, quod is non esset solum fractus naturæ misericordia, et quod misereretur membrorum illorum amputationis, sed potius propter fidei societatem, et quod non sustineret videre sic aqua indigentem communis Domini ancillam maxime germanam, Martyri potum præbuisset, dominicum hoc implens mandatum, mortis ei affert supplicium. Deinde vero fert etiam ultimam in Martyrem sententiam, et eam condemnat ut vitam gladio finiat. *Vide Annotata. Itaque* S. Cyrillus *paulo ante* S. Anastasiam *coronatus fuit, quin explicetur quo supplicii genere ; probabiliter capitis etiam abscissione. Sic pariter, sed brevioribus Nicetas Paphlago in Oratione encomiastica apud Combefisium* (1) : Cruoris igitur copia elanguescens (S. Anastasia), modicam aquam petiit, qua os elueret. Porrexit vir quidam, christianus quidem religione, sed qui hactenus gentilium sectæ existimaretur ; Cyrillo athletæ nomen erat. Quo Probus conspecto, nec naturæ solum miseratione sed et ejusdem fidei commercio in Pugilem propense affectum intelligens, eam (viam), quæ ad mortem est, duci præcepit. *Codex Vaticanus differt ab aliis, quod* bis *petitam et propinatam narret aquam. Primum post præcisas mamillas* : Et sancta Martyr Christi petiit aquam, qua ablueretur. Et quidam ministrorum, Cyrillus nomine, habens in abscondito fidem Christi, propinavit illi aquam. *Et iterum post exsectam linguam et excussos dentes :* S. Anastasia deficiens aquam petiit ; sanguis enim vehementer fluebat ex ore. Cyrillus autem ei iterum dedit aquam. Quod intelligens præses, jussit Cyrillum expelli civitate, et gladio interfici. *Conf. Annott. Vide etiam Comm. præv. num.* 2 *et* 3, *ubi de memoria in fastis sacris.*

B D E

(1) Pag. 473.

VITA ET MARTYRIUM SANCTÆ MARTYRIS ANASTASIÆ

ROMÆ *a*

Ex cod. Colbertino ms. bibl. imp. Paris. N° 1480, fol. 238-246. b

CAPUT PRIMUM

Binæ innotuere martyres nomine Anastasia; altera vidua, virgo altera. Hæc in monasterio pie a B. Sophia instituta atque ad Probum delata quod christiana esset, nec blanditiis cedit, nec minis deterretur. In faciem cæsa insanum provocat præsidem.

C F

Duæ memorantur Anastasiæ ; alterius vita summatim adumbratur.

Litteris mandatum est, duas *c* fuisse Anastasias, ambas quidem genere claras, longe autem clariores confessione fidei, et eis patriam fuisse Romam veterem. Quarum altera quidem viro non bono brevi tempore conjuncta matrimonio, cum nullam *d* cum eo tori habuisset consuetudinem, sed adhuc conservaret pulchrum virginitatis florem, marito interea morte amisso, vixit deinceps in casta viduitate et virtutum exercitatione, totis manibus paternas opes effundens in egenos, et lubenter ventitans ad eos, qui propter Christum patiebantur, et carceres propter eos diligenter perscrutans, et omnibus modis eorum curam gerens et saniem abstergens et facile faciens ferre dolores, et adhuc quidem viventes doctrinis, consiliis, monitis confirmans, mortuorum autem corpora splendide componens, et mandans sepulturæ pulcherrimum et funebrem ornatum illis præbuit, donec seipsam quoque eis præbuit, ut quæ per ignem fuerit oblata in holocaustum, et sursum ad Deum lata sit in odorem suavitatis.

c d

Διττὰς ἡμῖν ὁ λόγος Ἀναστασίας οἶδε γνωρίζειν, ἐπιφανεῖς μὲν ἄμφω τὸ κατὰ σάρκα γένος, ἐπιφανεστέρας δὲ πολλῷ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως, καὶ πατρίδα σαφῶς αὐταῖς Ῥώμην ἐπιγράφει τὴν πρεσβυτέραν· ὧν ἡ μὲν ἀνδρὶ πρότερον οὐκ ἀγαθῷ περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπὶ βραχὺ συζυγεῖσα, οὔπω δὲ οὔτε κοίτης οὔτε μίξεως αὐτῷ κοινωνήσασα, ἀλλὰ τὸ καλὸν ἄνθος ἔτι διατηροῦσα τῆς παρθενίας, τὸν ἄνδρα τε μεταξὺ θανάτῳ ἀποβαλοῦσα ἐν χηρείᾳ σώφρονι τοῦ λοιποῦ καὶ ἀρετῶν ἀσκήσει διέζη, ὅλαις χερσὶ τὸν πατρῷον πλοῦτον εἰς ἐνδεεῖς ἐκκενοῦσα πρός τε τοὺς διὰ Χριστὸν πάσχοντας ἡδέως φοιτῶσα, τά τε δεσμωτήρια δι' αὐτοὺς φιλοπόνως ἀνερευνῶσα, καὶ πάντα τρόπον αὐτῶν ἐπιμελομένη καὶ τοὺς ἰχῶρας ἐκμάσσουσα, καὶ ῥᾳδίως τὰς ὀδύνας φέρειν ποιοῦσα, καὶ ζῶντας μὲν ἔτι, διδασκαλίαις, συμβολαῖς, ὑποθήκαις ἐπιῤῥωννύουσα· οἰχομένων δὲ τὰ σώματα λαμπρῶς περιστέλλουσα καὶ τάφοις παραδιδοῦσα, ἕως καὶ ἑαυτὴν καλὸν ἐκείνοις παρέσχεν ἐντάφιον, διὰ πυρὸς ὁλοκαυτωθεῖσα, καὶ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀνενεχθεῖσα Θεῷ.

2 Ἡ δὲ

A 2 Ἡ δὲ τὸν μοναδικόν τε καὶ ἡσύχιον εἵλετο βίον, μήτε γάμου τὴν ἀρχὴν ὅλως, μήτε τῶν ἐκ τοῦ γάμου πειραθεῖσα θορύβων· ἀλλὰ τὸν ὑπελθοῦσα τοῦ Κυρίου ζυγὸν, καὶ τὸ ἐλαφρὸν αὐτοῦ φορτίον βαστάσασα, ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνας μετὰ γενναίου σφόδρα τοῦ φρονήματος ἀπεδύσατο, καὶ διπλῷ κατεκοσμήθη στεφάνῳ, τῷ τε τῆς παρθενίας, φημὶ, καὶ τῷ τῆς ἀθλήσεως. Ἧς τὴν ἐκ παίδων ἀγωγήν τε καὶ ἄσκησιν καὶ τοὺς μεγίστους διὰ Χριστὸν ἄθλους ἐκείνους διεξελθεῖν ὁ λόγος ἄνωθεν βούλεται.

3 Αὕτη τοίνυν πατέρας μὲν καὶ προσήκοντας, καὶ ὅσαπερ εἰς κλῆρον ἐπέβαλλε, πάντα καταλιποῦσα, ἔν τινι σεμνείῳ ἔτους εἰκοστοῦ τῆς ἡλικίας ἑαυτὴν καταλέγει, ἐν ᾧ καὶ ὑπὸ τῆς ἱερᾶς παιδαγωγουμένη τε ἅμα καὶ ῥυθμιζομένη Σοφίας (τοῦτο γὰρ ὠνόμαστο ἡ διδάσκαλος), ἔμελλε ταχὺ καὶ καρποὺς ἀξίους προενεγκεῖν, τοιούτοις σπέρμασι καὶ τοιαύτῃ διδασκαλίᾳ προσήκοντας. Οὐκ ἔμελλε δὲ ἄρα ταῦτα καὶ βασκανίας χωρὶς οἴσειν ὁ πονηρὸς· ἀλλὰ πρῶτα μὲν οἰκοθεν τῇ γενναίᾳ προσβάλλει, καὶ τὸν ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῇ πόλεμον ἐπεγείρει, τὸ σφοδρὸν ἐκεῖνο καὶ σύντονον ἐκλῦσαι φιλονεικῶν τῆς ἀσκήσεως· ἐπεὶ δὲ ἀσφαλῶς ἐκείνη
B τῷ ἐχθρῷ τὰς μηχανὰς ἀπετείχισε, καί ἀνάλωτος ἐντεῦθεν αὐτῷ λοιπὸν καὶ ἀχείρωτος ἦν, πρὸς ἑτέραν ἐχώρει πάλιν ἐπιβουλήν· καὶ προσαγγέλλει μὲν αὐτὴν τοῖς ἑαυτοῦ τε καὶ τῆς ἀσεβείας ὑπηρέταις καὶ διακόνοις, οἷς καὶ λίαν ἐπιμελὲς ἦν ἀνερευνᾶν τοὺς τὰ χριστιανῶν μετιόντας.

4 Οἱ δὲ πρὸς τὸν ἡγεμόνα δραμόντες εὐθὺς (Πρόβος ἦν οὗτος Διοκλητιανοῦ τηνικαῦτα τὴν βασιλείαν διέποντος), μηνύουσιν αὐτῷ περὶ ταύτης ὡς ἄρα οὔτε θεοὺς οὔτε βασιλεῖς σέβοιτο τοὺς ἐκείνων, ἀλλὰ Χριστόν τινα κηρύττει θεὸν ἀληθινὸν, καὶ τὸν ἐρημικὸν καὶ ἄζυγα βίον τοῦ κοινωνικοῦ μᾶλλον καὶ μιγάδος ἀσπάζοιτο, ἀήθη τινά πολιτείας ὁδὸν ταῖς παρθένοις ὑποδεικνύουσα.

5 Θέατρον οὖν ὁ Πρόβος αὐτίκα συναγαγὼν πολυάνθρωπον, ἀχθῆναι κελεύει τὴν μακαρίαν. καὶ καταλαβόντες τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο σεμνεῖον οἱ περὶ ταῦτα διακονοῦντες ἐκεῖνοι, αὐτοῖς τε μοχλοῖς καὶ κλεισὶ τὰς θύρας ἀράξαντες, καὶ ὡς εἶχον ὁρμῆς εἴσω γενόμενοι ὀνομαστὶ τὴν Ἀναστασίαν ἐζήτουν. Ἡ γοῦν διδάσκαλος αὐτῆς Σοφία τὴν ἀθρόαν ἔφοδον ἐκείνην θεασαμένη, καὶ τὴν αἰτίαν οὐκ ἀγνοήσασα, ἀλλ' εὐθέως συμβαλοῦσα τὸ πρᾶγμα χάριν ᾔτησε τοὺς στρατιώτας, ὥστε μικρὸν ἀναμεῖναι χρόνον.

C

6 Καὶ λαβομένη τῆς Ἀναστασίας μετὰ δακρύων, στᾶσα τε κατέναντι τοῦ θυσιαστηρίου ἐν ἀποκρύφῳ, καὶ Θεὸν μάρτυρα τῶν πρὸς αὐτὴν λόγων ποιησαμένη· Ἐγὼ μέν σε, ποθεινοτάτη μοι θύγατερ, ἔφη, παῖδα παραλαβοῦσα, οὐδὲν τῶν εἰς ἐμὴν δύναμιν ἐπί σοι τῆς κατὰ Θεὸν παιδείας ἐκ πρώτης ἡμέρας καὶ εἰς τὸ παρὸν ἐνέλιπον· σὺ δὲ εἰς ἡλικίαν ἤδη τοῦ πληρώματος καταντήσασα τοῦ Χριστοῦ, ἄπιθι πρὸς αὐτὸν ἀγαλλιωμένη· αὐτῷ γάρ σε νυμφεύομαι σήμερον, καὶ αὐτῷ προσάγω, καὶ αὐτῷ παρατίθημι. Ἰδοὺ καὶ ὁ νυμφὼν εὐτρεπὴς καὶ ὁ καλῶν ἀψευδὴς· καὶ οἱ τῆς χαρᾶς ἄγγελοι πάρεισιν, ὡς Χριστοῦ σε δεξιώσασθαι νύμφην, καὶ πρὸς τοὺς * θαλάμους τῷ βασιλεῖ συνεισαγαγεῖν. Βάδιζε τοίνυν τὴν στενὴν ταύτην καὶ τεθλιμμένην, ἕως διὰ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ μαρτυρίας ἐν εὐρυχώρῳ στήσῃ τοὺς πόδας σου. Ἐπεὶ καὶ δίκαιον, ὦ τέκνον, οὐ παθεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, εἴπερ οἷόν τε καὶ τοῦτο, δι' ἐκεῖνον ἀποθανεῖν. Εἰ γὰρ δεσπότης ὢν ἐκεῖνος ἀπέθανε δι' ἡμᾶς, πῶς οὐ χρὴ δούλους ὄντας ἡμᾶς τὸν ἐκείνου προθύμως μιμήσασθαι θάνατον; ἄλλως τε δὲ οὐδὲ θάνατος, ὦ μέλος ἐμὸν, ἡ διὰ Χριστὸν τελευτὴ, ἀλλ' εὐφροσύνη, χαρὰ, ἡδονὴ, λαμπρότης, ὡραιότης, φῶς, πολὺ τοῦ φωτὸς τούτου γλυκύτερόν τε

* additur in Vat. ἄνω

2 Altera autem vitam elegit monasticam et quietam, omnino expers nuptiarum, et qui ex iis oriuntur tumultuum; sed cum pulchrum jugum Domini subiisset et leve ejus onus portasset, deinde etiam forti et excelso animo certamen pro pietate suscepit, et duplici ornata fuit corona, virginitatis, inquam, et decertationis. Cujus ab ineunte ætate educationem et exercitationem, et maxima illa propter Christum certamina vult ab initio persequi oratio *e*. *Altera, quæ nostra est,* *e*

3 Ipsa ergo relictis parentibus et necessariis, et iis omnibus, quæ pertinent ad hæreditatem, in quodam monasterio *f* vicesimo anno ætatis *g* seipsam collocat; in quo docta et instituta a sacrosancta Sophia (sic enim vocabatur magistra) dignos etiam fructus, talibusque seminibus ac tali doctrinæ convenientes et producebat et erat productura. Invidus autem et malignus hæc sine invidia ferre non poterat. Sed primum quidem ipsius domesticis eam aggreditur copiis, et ex carne ejus in eam hostem excitat, contendens vehementem illam et intensam solvere exercitationem. Cum autem illa inimici machinas facile repulsisset, nec ea ratione ab eo capi et expugnari posset, is se rursus ad alias contulit insidias; et ipsam quidem defert ad suos et impietatis ministros, quibus valde erat curæ perscrutari eos, qui Christi sectabantur religionem. *in monasterio pie instituta a S. Sophia* *f* *g* E

4 Illi vero statim currentes ad præsidem (is autem erat Probus, *h* Diocletiano *i* tunc administrante imperium); ipsi indicant eam neque deos neque imperatorem colere, sed quemdam Christum prædicare Deum verum, vitamque solitariam et conjugii expertem, quæ versatur in societate et conjunctione *k*, præferre, insolitam quamdam vivendi formam ostendentem virginibus. *defertur ad præsidem Probum.* *h* *i* *k*

5 Cum ergo statim Probus theatrum coëgisset frequentissimum, jubet beatam adduci Anastasiam. Cumque venissent ministri ad sacrum illud monasterium *l*, cum ipsis vectibus et clavibus * fractis januis, maximo impetu ingressi nominatim quærebant Anastasiam *m*. Ejus autem magistra Sophia cum repentinam illam aspexisset irruptionem, et causam non ignorasset, sed rem statim ut erat conjecisset, a militibus postulavit hanc gratiam, ut parum expectarent. *Ex monasterio violenter abrepta,* *l* * *forte* clavis. *Sur.* *m*

6 Quæ cum lachrymans accepisset Anastasiam et eam statuisset ex adverso aræ, secreto et Deum testem adhibens eorum quæ dicebat: Ego quidem, inquit, o jucundissima filia, cum te puellam accepissem, nihil a primo die ad hoc usque tempus prætermisi pro viribus, quod pertineret ad te instituendam in iis, quæ ad Deum pertinent. Tu autem cum jam perveneris ad ætatem plenitudinis Christi, vade ad ipsum exultans. Te enim ei hodie despondeo et offero et trado. Ecce jam est paratus thalamus, et qui te vocat est verax; et adsunt nuncii gaudii, ut te accipiant Christi sponsam et deducant ad regem in superna tabernacula. Vade ergo per hanc arctam et angustam viam, donec per martyrium pro ipso susceptum in latitudine statuat pedes tuos. Nam justum est, o filia, non solum pro Christo pati, sed etiam sæpe, si hoc fieri posset, mori propter illum. Si enim cum esset Dominus, mortuus est propter nos, quomodo non oportet nos, cum simus servi, prompto et alacri animo imitari illius mortem? Verum nec mors quidem est, o filia, propter Christum decessus, sed *Sophiæ magistræ exhortationibus*

ex mss. sed lætitia, gaudium, voluptas, splendor, pulchritudo, lux longe hac luce dulcior et pulchrior. Omnia hic ab interitu libera; omnia firma ac stabilia; omnia perpetua et numquam desinentia. Ne aspexeris, o filia mea, ad acerbitatem tyrannorum et gravitatem suppliciorum. Ipse enim Christus sponsus tuus tibi aderit, dolores allevans et eripiens a necessitatibus. Quod si etiam concesserit, ut tu malorum aliquid perpetiaris, quo tuam tollerantiam efficiat tuæ fidei probationem; at non in finem deseret et despiciet; sed te adhuc laborante, extinguetur quidem dolorum acerbitas, exorietur autem tibi consolatio et lux, et vita te amiciet et gloria (Domini) circumdabit.

καὶ ὡραιότερον. Πάντα ἄφθαρτα, πάντα βέβαια, πάντα D
μόνιμα, διηνεκῆ πάντα, καὶ οὐδέποτε λήγοντα· μὴ δὴ,
ὦ σπλάγχνον ἐμὸν, πρὸς τὸ αὐστηρὸν ἀποβλέψῃς τῶν
τυράννων, καὶ τὸ δριμὺ τῶν κολάσεων· αὐτὸς γάρ σοι
Χριστὸς ὁ νυμφίος ὁ σὸς παραστήσεται, τὰς ὀδύνας
ἐπικουφίζων καὶ τῶν ἀναγκῶν ἐξαιρούμενος, εἰ δὲ καὶ
μικρόν σε συγχωρήσει κακοπαθῆσαι, ὥστε σου τὸ
δοκίμιον τῆς πίστεως ὑπομονὴν κατεργάσασθαι· ἀλλ'
οὐκ εἰς τέλος ἐγκαταλείψει καὶ περιόψεται· ἀλλ' ἔτι
σου καμνούσης, σβεσθήσεται μὲν ἡ δριμύτης τῶν ἀλ-
γεινῶν, ἀναστελεῖ δέ σοι παράκλησις, καὶ φῶς καὶ
ζωή σε περιστελεῖ, καὶ ἡ δόξα Κυρίου κυκλώσει σε.

præparatur ad certamen.

7 Ad hæc Virgo: Optandum quidem est, inquit, o mater, et orandum, ut quod a divino proficiscatur auxilio, ne ad tantam tyrannorum crudelitatem et insaniam deficiam. Nam spiritus quidem est promptus, caro autem infirma; * sed roga communem Dominum et ei supplica, ut mittat ad me virtutem ex alto, per quam potero resistere tam gravibus quæ infliguntur malis; et studebo, mater mea, illius confirmata
B virtute, tua monita perpetuo conservare; neque ullum eorum negligam aut ejus obliviscar.

* Matth. 26.

7 Πρὸς ταῦτα ἡ παρθένος· Εὐχῆς ἔργον, ὦ μῆτερ,
ἔφη, καὶ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς τε καὶ συμμαχίας τὸ μὴ
πρὸς τοσαύτην ὠμότητα τυράννων καὶ μανίαν ἀπαγο-
ρεῦσαι· τὸ μὲν γὰρ πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ
ἀσθενὴς, ἀλλὰ δεήθητι τοῦ κοινοῦ Δεσπότου, καὶ
ἱκέτευσον αὐτὸν ὅπως ἐξαποστείλῃ μοι δύναμιν ἐξ
ὕψους, δι' ἧς ἀντικαταστῆναι δυνήσομαι πρὸς οὕτω
κακῶν βαρυτάτην ἐπαγωγήν· καὶ σπουδάσω, μῆτερ
ἐμὴ, τῇ ἐκείνου δυναστείᾳ κραταιουμένη, διὰ τέλους
σοι τηρῆσαι τὰς ὑποθήκας, καὶ οὐδεμιᾶς τούτων ὀλι- E
γωρήσω ἢ ἐπιλήσομαι.

Sistitur eorum præside;

8 Cum hæc Virgo diceret et magistræ tam dulcia, tam jucunda faceret promissa, irruerunt repente milites, et eam tamquam agnam a matre avellentes, imponunt ei ferreum collare et lætam adducunt ad præsidem. Illa autem ei stans ex adverso, mente multo magis Christo adstabat sponso suo, et toto animi intuitu ad eum aspiciebat, et in ejus speciem et pulchritudinem defigebat oculos intelligentiæ. Atque stupebant quidem quotquot aderant et corporis ejus pulchritudinem, ejusque moderationem et vultus dignitatem.

8 Ταῦτα τῆς παρθένου διεξιούσης, καὶ οὕτω γλυκείας
τῇ διδασκάλῳ ποιουμένης καὶ ποθεινὰς τὰς ἐπαγγε-
λίας, ἐπιπεσόντες ἀθρόον οἱ στρατιῶται, καὶ καθάπερ
ἀρνίον τῆς μητρὸς αὐτὴν ἀποσπάσαντες, κλοίον τε
σιδηροῦν περιβάλλουσι, καὶ χαίρουσαν ἄγουσι πρὸς
τὸν ἡγεμόνα. Ἡ δὲ κατὰ πρόσωπον ἐκείνου στᾶσα,
καὶ αὐτῷ παρεστάναι δοκοῦσα, πολὺ μᾶλλον τῇ δια-
νοίᾳ Χριστῷ τῷ ἑαυτῆς νυμφίῳ παρίστατο, καὶ ὅλῳ
τῷ τῆς ψυχῆς βλέμματι πρός αὐτὸν ἑώρα, καὶ τῷ
κάλλει τούτου καὶ τῇ ὡραιότητι νοερῶς ἦν ἀτενίζουσα.
Πάντας μὲν οὖν ἔκπληξις εἶχε τοὺς παρόντας ἐπί τε τῇ
τοῦ σώματος αὐτῆς ὥρᾳ, καὶ τῷ εὐκόσμῳ τοῦ παραστή-
ματος.

interrogatur, eique blanditur Probus;

9 Probus autem eam primum rogavit quod esset ei nomen. Martyr autem: Vocor, inquit, Anastasia. Deus enim me fecit surgere *n*, ut te et patrem tuum * hodie pudore afficiam. Probus vero videns Virginem in principio tam aspere respondisse, statuit eam aggredi blanditiis et sic mollire asperitatem illius et duritiem, nesciens qualem frangere animum et qualem circa fidem adamantem putaret se posse conterere. Dicebat itaque: Tibi consulo, * o filia, ut ea eligas, quæ sunt tibi utilia, et magnis diis te adjungas et eis una nobiscum sacrifices. Sic enim viro quidem jungeris matrimonio, cujus erit in civitate maxima auctoritas; addentur autem tibi quoque pecuniæ, aurum, argentum, vestes, multitudo mancipiorum; erisque splendida et insignis. Apud te ergo considera, id consilii capiens, quod et tuæ conveniat pulchritudini et animi nobilitati; neque velis iræ nostræ facere periculum, nec discere quantum sit malum impietas. Ego enim tuæ pulchritudinis, tamquam eodem ortus sanguine et tuus pater secundum carnem (deos testor), curam gerens, suggero quæ sunt profutura. Quod si tu his non parueris neque meis cesseris suasionibus, necesse erit ut meam deinceps tantam experiaris sævitiam, quanta nunc benignitate frueris et mansuetudine; quo tempore et si ducaris pœnitentia, nihil
o fortasse tibi proderit. o

n * qui est diabolus *additur in græco.*

* et crede mihi

9 Ὁ δὲ Πρόβος· Τί σοι ὄνομα; πρῶτον αὐτὴν ἤρετο.
Καὶ ἡ μάρτυς· Ἀναστασία καλοῦμαι, φησί. Καὶ γὰρ
ἀνέστησέ με ὁ Κύριος, ὥστε καί σε τήμερον, καὶ πα-
τέρα τὸν σὸν, ὅς ἐστιν ὁ πονηρὸς καταισχῦναι. Ὁ γοῦν
Πρόβος, οὕτω τραχείας ἰδὼν παρὰ τὴν ἀρχὴν δεδω-
κυῖαν τὴν παρθένον τὰς ἀποκρίσεις, ἔγνω θωπείαις
αὐτὴν ὑπελθεῖν, καὶ ταύτῃ τὸ πικρὸν ἐκεῖνο καταμα-
λάξαι καὶ αὐστηρὸν καὶ ἀπότομον, οὐκ εἰδὼς οἵαν
ὑποχαυνῶσαι ψυχὴν, οἵου παράψασθαι περὶ τὴν
πιστὴν * ἀδάμαντος ᾤετο. Ἀμέλει, καὶ πεί- lege πίστιν
σθητί μοι, συμβουλεύω σοι, θύγατερ, ἔλεγε, τὰ
λυσιτελῆ σαυτῇ προελέσθαι, θεοῖς τε τοῖς μεγάλοις
συνθέσθαι, καὶ κοινωνὸς ἡμῖν τῆς αὐτῶν καταστῆναι
θυσίας. Οὕτω γὰρ ἀνδρὶ μὲν ἑνὶ συναρμοσθήσῃ τῶν
ἀξιώματος παρὰ τῇ πόλει τοῦ μεγίστου ἠξιωμένων·
προστεθήσεταί δέ σοι καὶ χρήματα, χρυσὸς, ἄργυρος,
ἐσθῆτες, ἀνδραπόδων πληθὺς, καὶ λαμπρὰ γενήσῃ
ταχὺ καὶ περίδοξος. Σκέψαι τοιγαροῦν παρὰ σαυτῇ,
κατάλληλα τῇ τε τῆς ὄψεως ὥρᾳ καὶ τῇ τῆς ψυχῆς
εὐγενείᾳ βουλευσαμένη· μηδὲ θελήσῃς ἐλθεῖν εἰς
πεῖραν ἡμετέρας ἀγανακτήσεως, μηδὲ οἷον κακὸν
μαθεῖν ἡ ἀσέβεια. Ἐγὼ γάρ σου τοῦ κάλλους, ὡς
αἵματος, ἴστωσαν οἱ θεοὶ, κοινωνὸς, καὶ πατὴρ κατὰ
σάρκα κηδόμενος ὑποτίθημι τὰ συνοίσοντα. Εἰ δὲ μὴ
καὶ σὺ πρὸς ταῦτα παρασχῇς ἑαυτὴν πειθομένην μηδὲ
ταῖς ἐμαῖς ἡπίως εἴκουσαν παραινέσεσιν, ἀνάγκη
λοιπὸν τοσαύτης μου πειραθῆναι τῆς ἀπηνείας καὶ
ἀγριότητος, ὅσης νῦν ἀπολαύεις εὐμενείας καὶ ἡμερό-
τητος, ὅταν καὶ μεταμελομένη τάχα μηδὲν ᾖ σοι τῆς
μεταμελείας ἀπόνασθαι.

sed frustra.

10 His verbis auditis Martyr, statim est recordata maternarum sapientis suæ magistræ admonitionum. Et statim respondens: Mihi quidem,

10 Τούτων ἡ μάρτυς ἀκούσασα τῶν ῥημάτων, εἰς
ἀνάμνησιν εὐθὺς τῶν μητρικῶν ἐκείνων τῆς σοφῆς
διδασκάλου Σοφίας παραινέσεων ἤρχετο· καὶ ῥῆμα
ὑπολαβοῦσα

A ὑπολαβοῦσα· Ἐμοὶ, φησὶ, δικαστὰ, καὶ νυμφίος καὶ πλοῦτος καὶ ζωὴ ὁ Χριστὸς · ὁ δὲ δι'αὐτὸν θάνατος πολλῷ μοι καὶ τῆς ζωῆς τιμιώτερος · δι'ὃν οὐ χρυσίον, οὐκ ἀργύριον, οὐκ ἄλλο τι τῶν ἐπὶ γῆς ἡδέων ἡδύ μοι νενόμισται, πλὴν ἐκείνου μόνου, καὶ τῆς ἐκείνου συνουσίας καὶ ἀπολαύσεως. Πῦρ δὲ καὶ ξίφος, καὶ σίδηρος, καὶ μελῶν ἐκτομαὶ, καὶ πληγαὶ, καὶ μάστιγες, καὶ εἴ τι ἄλλο παρ'ὑμῶν εἰς τιμωρίαν ἐπινενόηται, ἡδοναί μοι μᾶλλον, οὐ βάσανοι, πρὸς ἐκεῖνον ἀτενὲς ἐνορώσῃ · καὶ μὴ τοιαῦτα μόνον ὑπὸρ ἐπείνου παθεῖν, ἀλλ'εἴπερ οἷόν τε, καὶ μυριάκις ἀποθανεῖν γλιχομένῃ. Μὴ τοίνυν τὴν ἐν ἐμοὶ τοῦ σώματος ὥραν ἐλεεῖν ὑποκρίνου ἴσα καὶ ἄγρου ἄνθεσι μαραινομένην · ἀλλα ποίει τὸ τῇ ἐξουσίᾳ σου μᾶλλον ἢ τῇ τῶν τρόπων ὠμότητι παριστάμενον · ὡς ἔγωγε ξυλίνοις ἢ λιθίνοις θεοῖς σέβας οὐκ ἂν προσενέγκοιμι.

inquit, o Judex, et sponsus et divitiæ et vita est Christus. Mors autem propter ipsum subeunda, est mihi vita longe pretiosior, propter quem non aurum, non argentum, non aliquid aliud ex iis, quæ sunt in terra jucunda, mihi jucundum fuit existimatum : illum enim solum illiusque consuetudinem magnifacio, qua sum fruita. Ignis autem et ensis et ferrum et membrorum abscissiones, et plagæ et flagella, et si quid aliud a vobis excogitatum fuit ad cruciatum, ea sunt mihi voluptates potius quam tormenta, in illum solum defigenti oculos, et non ea solum pati pro illo cupienti, sed etiam, si fieri posset, mori millies. Ne simules ergo te misereri speciei mei corporis, quæ flaccessit non minus quam flores agri; sed fac potius id, quod est in tua potestate, aut situm est in morum tuorum crudelitate. Nam ego quidem ligneos aut lapideos deos numquam coluerim. EX MSS.

11 Τούτοις εἰς ὀργὴν ἡ μάρτυς ἀνάπτει τὸν ἡγεμόνα· καὶ πρῶτα μὲν αὐτῇ πληγὰς κατὰ τῶν παρειῶν ἐπιτρίβει · ἔπειτα καὶ τὸν χιτῶνα διαῤῥήγνύει καὶ γυμνὸν ὅλον τὸ καὶ ἀγγέλοις αἰδέσιμον ἐκεῖνο κάλλος παραστησάμενος χωρίς τινος παραπετάσματος ἢ περι-
B βλήματος, ἵνα καὶ πλέον αἰσχύνῃ παρθένον, οὕτω θορύβων ἀήθη καὶ ἀνδρῶν ὄψεως, τοῦ θαλάμου πλέον καὶ τῆς ἡσυχίας εἰδυῖαν οὐδέν. Οὕτω σοι, φησὶ, προσῆκον ὑπὸ τοσούτοις ἀσχημονεῖν ἀνδρῶν ὄμμασιν . Ἀλλὰ τῆς κατεχούσης σε ταύτης ἀπονοίας ἀνενεγκοῦσα, πρόσελθε τῇ τῶν θεῶν εὐμενείᾳ · καὶ μὴ κάλλος τοσοῦτον ἰδεῖν ἐθελήσειας * ἀπανθοῦν ἀθλίως πρὸ τῆς ὥρας καὶ μαραινόμενον. Οὐδεὶς γὰρ ἀπειθοῦσαν τῶν ἐμῶν σε δύναιτ'ἂν ἐξελέσθαι χειρῶν · ἀλλ'εἰς λεπτά σε κατατεμὼν, εὖ ἴσθι, βρῶμα θηρσὶν ἀγρίοις προθήσομαι.

* ἐθελήσῃς Cod. Vat.

11 His ad iram Martyr incitat præsidem. Et primum quidem plagas ejus genis infligit. Deinde etiam disrumpit tunicam, illam pulchritudinem, quæ vel ipsis erat angelis reverenda, totam nudam ostensurus, absque ullo velo aut operculo, ut vel majori pudore afficeret Virgi- E nem, quæ turbæ et hominum oculis non erat assueta, ut quæ præter thalamum et quietem nihil noverat. Sic, inquit, oportet te tanta affici turpitudine et dedecore ante omnium oculos. Sed resipiscens ab ea quæ te tenet amentia, ad deorum accede benignitatem; nec velis videre tantam pulchritudinem misere ante tempus efflorescentem et marcescentem. Nemo enim te, si non pareas, potuerit a meis manibus eripere; sed te minutatim dissectam feris agrestibus apponam exedendam. Hoc velim tibi sit persuasum. *Cæsa in faciem atque nudari jussa,*

12 Καὶ ἡ μάρτυς · Ἐμοὶ, φησὶν, ὦ ἡγεμὼν, οὐκ ἀσχημοσύνη τῶν ἱματίων τούτων ἐστὶν ἡ γύμνωσις · ἀλλὰ καλλωπισμὸς λαμπρότατός τε καὶ εὐπρεπέστατος. Τὸν γὰρ παλαίον ἄνθρωπον ἀποδυσαμένη, τὸν καινὸν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ ἐνδύσομαι. Οὐκ ἐμὲ τοίνυν ἐν τούτοις, ἀλλά σε μᾶλλον ἐγκαλύπτεσθαι χρὴ, ὅτι ὡς ἱμάτιον τὴν ἀσέβειαν ἐνεδύσω, καὶ εἰσῆλθεν ὡσεὶ ὕδωρ εἰς τὰ ἔγκατά σου, καὶ ὡσεὶ ἔλαιον ἐν τοῖς ὀστέοις σου. Μεταξὺ δὲ καὶ θερμοτέρῳ ληφθεῖσα τῷ τῆς
C ἀθλήσεως ἔρωτι, καὶ δεδοικυῖα μήποτε, καταμαλακισθεὶς ὁ ἡγεμὼν, ἀποκλείσῃ περὶ μέσους ἤδη τοὺς ἀγῶνας αὐτῇ τοῦ μαρτυρίου τὸ στάδιον, προσετίθει καὶ τὰ τοιαῦτα · Ὠμότατε δικαστῶν, θάνατον ἐπαγαγεῖν ἀπειλεῖς · πρὸς τοῦτό σοι παρεσκεύασμαι · τοῦτο γάρ μοι τὸ ἀτεχνῶς εὐκταιότατόν τε καὶ ποθεινότατον. Εἰ δὲ καὶ εἰς μέλη με κατατέμοις, καὶ γλῶτταν ἐκκόψεις, καὶ ὀδόντας καὶ χεῖρας καὶ ὄνυχας, τότε μετὰ μείζω μᾶλλον εὐεργετήσεις . Ὀφείλω γὰρ ὅλην ἐμαυτὴν τῷ Δημιουργῷ καὶ τοῦτό μοι ἔφεσις ἀεὶ, ὅπως ἂν εὐ πᾶσι δοξασθῇ τοῖς ἐμοῖς μέλεσι, καὶ παραστήσω τῷ αὐτοῦ βήματι πάντα μου τὰ μέλη τῷ κόσμῳ τῆς ὁμολογίας καλλωπιζόμενα.

12 Martyr autem : Mihi, inquit, o præses, non est turpitudo aut dedecus esse nudatam vestibus; sed maximus potius ornatus et elegantissimus. Nam veteri homine exuta, novum induam in justitia et veritate. Non me ergo sed te potius oportet propter hæc erubescere, quod tamquam vestem induceris impietatem, et ingressa sit tanquam aqua tua viscera et sit tanquam oleum in ossibus tuis. Interea autem capta vehementiori amore decertationis, et timens ne præses emollitus jam in medio certamine eam excluderet a stadio, hæc quoque adjecit : Cru- F delissime judicum, minaris te mortem mihi allaturum : ad hoc sum tibi præsto : hoc enim est mihi plane optandum *. Quod si etiam me in membra dissecueris, et linguam amputaveris et dentes, manus et ungues, tunc me afficies majori beneficio. Me enim totam, quantacumque sum, debeo Creatori, et hoc mihi semper est in votis, ut ipse glorificetur in omnibus meis membris, et sistam ante ejus tribunal omnia mea membra, nitentia ornatu confessionis *p*. *insanum increpat et provocat præsidem,*

* et expetendum

p

ANNOTATA.

a *Græce titulus est :* Βίος καὶ πολιτεία καὶ μαρτύριον τῆς ἁγίας ὁσιομάρτυρος Ἀναστασίας τῆς Ῥωμαίας Vita, conversatio et martyrium sacrosanctæ martyris Anastasiæ Romanæ. *Additur epiphonema :* Κύριος εὐλόγητος Dominus benedictus.

b *Vide Comm. præv. num.* 14 *et* 15 *ubi diximus de codicibus, in quibus acta* S. Anastasiæ *reperiuntur. Codex Colbertinus, quem edimus, egregius, omnium sententia, est, et adjunctam habet* notam, *manu Cangii scriptam :* Vita, conversatio et martyrium S. Anastasiæ Romanæ, *et altera manu :* Cod. membr. XI sæc. scriptus. *Dixi acta apud nos ex ms. vaticano, quorum initium* κατὰ τοὺς καιροὺς *recentioris esse ætatis. Eadem acta reperi Parisiis in codice Colbertino* 770, *addita nota hac ms. :* Codex memb. manu Georgii cujusdam sacerdotis anno Christi 1315 scriptus, *et altera manu :* Æræ CPnæ ϛωκγ' 6823 indictione 13. *Complectitur Vita* S. Anastasiæ

ex mss S. Anastasiæ *folia præter propter quinque. Ubi in sequentibus de codice isto incidet mentio, adscribam* cod. vat. min. *seu noster* codex vaticanus minor; *alterum, qui Colbertino, paucissimis exceptis, consonat, indicabo siglis v. m.*, vaticanus major. D

c *Comm. præv. num.* 5, *eadem stylo diverso dicta reperies ex Niceta, a Combefisio excusa. Præmittitur insuper commentatio in Psalmistæ verba :* Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei (1). *Deinde sequitur :* Διττὰς δὲ ἡμῖν Ἀναστασίας οἶδεν ὁ λόγος κ. τ. λ.

d Οὔπω δὲ — κοινωνήσασα. *Hæc pericope deest in codice nostro Colbertino; putem incuria amanuensis, cum in aliis Parisinis ejusdem classis inveniatur, sicut etiam in v. m. et in Coisliniano.*

e *Nihil horum habet cod. vat. min. Inscribitur :* Μαρτυρίον τῆς ἁγίας Ἀναστασίας τῆς παρθένου. Martyrium sanctæ Anastasiæ virginis. *Incipit :* Κατὰ τοὺς καιροὺς Διοκλητιανοῦ καὶ τοῦ αὐτοῦ συνκαθέδρου Βαλεριανοῦ ἡγεμονεύοντος δὲ Πρόβου, ἦν διωγμὸς μέγας τῶν χριστιατῶν κατὰ τὴν Ῥώμην, καὶ ἰδού τινες των κατασκόπων ἐλθόντες εἶπον τῷ ἡγεμόνι Πρόβῳ κ. τ. λ. Temporibus Diocletiani: et Valeriani ejus in imperio consortis, præside Probo, fuit magna persecutio christianorum in urbe Roma. Et ecce quidam ex exploratoribus venientes, dixerunt præsidi Probo, *etc. Exordium continet manifestum errorem. Diocletianus et Valerianus diverso tempore rerum potiti sunt : hic occisus a Sapore circiter annum* 263 ; *ille solium conscendit primum* 17 *Septembris anno* 284 (2). *Forte legendum pro Valeriano Maximianus.*

f *Vide Comm. præv. num.* 19. *Juverit alterum hic adscribere locum ex* cod. vat. min. Ἔστιν μοναστήριον εἰς τὴν κατέναντι πόλιν χριστιανῶν γυναικῶν, ὅ καλοῦσιν τῆς ὁσιωτάτης Σοφίας, καὶ εἰσιν ἐν αὐτῷ πέντε παρθένοι, Σοφία ἡ πρώτη, Ἀθανασία, Θεοκτίστη, Θεοδότη καὶ Ἀναστασία. Αὕτη οὖν ἡ Ἀναστασία καὶ ἰατρείας πολλάς ποιεῖ καὶ φανερῶς ὑβρίζει τὰ δόγματα ἡμῶν καὶ τοὺς θεοὺς λοιδωρεῖ ἐφ' ἑκάστης λέγουσα κ. τ. λ. Est juxta urbem monasterium christianarum mulierum, quod vocant sanctissimæ Sophiæ, in qua sunt quinque virgines; nempe Sophia prima, Athanasia, B Theoctista, Theodota et Anastasia. Hæc autem Anastasia multas operatur sanationes et publice E vituperat dogmata nostra et diis maledicit, quotidie repetens, etc. *Nemo facile crediderit illa tempestate exstitisse monasterium a S. Sophia dictum publiceque notum. Deinde quo ex fonte hauserit scriptor nomina quinque illarum virginum, a nullo alio, quod sciam, conjunctim memorata?*

g *Nicetas illam tertio ætatis anno monasterio addictam scribit.* Virgo (Anastasia) autem... ab ipso jam ætatis tertio anno, relicta facultate atque copia, religiosæque cuidam domui ad vigesimum usque annum ex animo assidua (3). *In nostro paulo inferius Sophia alloquens* S. Anastasiam, *ait :* Cum te puellam accepissem... tu autem cum jam perveneris ad ætatem plenitudinis Christi vade etc. *Forte ambo scriptores (Metaphrastes et Nicetas) conciliari inter se possent. Ast operæ pretium non est his immorari. Nec enim singula, quæ in passione traduntur, satis probata habemus vel probanda suscipimus. Multum abest. Conf. Comm. præv. num.* 20. Cod. vat. min. *tradit* S. Anastasiam *a* tertio *ætatis anno in monasterium educatam,* ἣν καὶ ἀνεθρεψάμην, τρεῖς ἔτους οὔσης μέχρις οὗ ἐστιν σήμερον χρόνων κ quam et educavi cum solum tres annos haberet usque ad hunc diem, quo vigesimum attigit. *Verba sunt S. Sophiæ ad irruentes in monasterium satellites a Probo missos. Vid. lit.* m.

h πρὸς τὸν ἡγεμόνα. *An Probus* præfectus Urbis *intelligendus? Certe magistratus ille voce* ἡγεμὼν *nonnumquam designatur, ut videre est apud Corsinium in Præfatione* (4). *Nec tamen ullus nomine* Probus *hac dignitate auctus reperitur ante annum Christi* 372, *quo venit* Sextus Petronius Probus (5). *Alter occurrit anno* 391, *nempe* Faltonius Probus Alypius (6). *Præter hos duos nullus alius ejusdem nominis signatur in tota serie Corsiniana, quæ incipit ab anno Urbis conditæ quarto (ante Christum* 750), *desinit circa annum U. C.* 1353 *(post Christum* 600) (7). *Utique multum abest ut omnia Præfectorum nomina Corsinius assequi potuerit, licet plurima habeat ab aliis prætermissa. Nicetas habet :* Πρόβος... τῶν ὅλων πραγμάτων ἡγεμὼν C καὶ δικαστὴς Probus... universarum rerum præses et judex. *Et Combefisius margini adscribit :* F Probus urbis præfectus.

i *Diximus Comm. præv. num.* 13 *sanctam* Anastasiam *probabilius sub hoc imperatore martyrium subiisse.*

k *Ad litteram ex græco :* Vitamque solitariam et cælibem amplecti potius quam communem et promiscuam.

l Vide, hic confutatum quorumdam apertum mendacium, ante tempora Hieronymi non fuisse monasteria Virginum. *Nota Lipomani in hunc locum. Conf. Comm. præv. num.* 19.

m *Cod. vat. min. hæc multo latius explicat.* Probus mittens ad monasterium prospatharium, suum et alios quosdam ex ministris : Pergentes, ait, ad monasterium adducite eam (Anastasiam) huc. Qui pergentes concusserunt portas monasterii... Virgines autem videntes quod fiebat, aperuerunt posticam portam monasterii, et tres ex illis aufugerunt, Athanasia, Theodota et Theoctista. At Magna *(Sophia)* non permisit exire Anastasiam, dicens : Non sino exire Anastasiam donec perspiciam quid hic agatur. *Effractis denique portis irrumpunt satellites, dicentes....* Vetula γραῦς, trade nobis adolescentulam, quam hic retines, nomine Anastasiam. *Rogat Sophia ut duarum horarum spatium sibi concedatur; et voti compos,* apprehendens... Anastasiam duxit eam in oratorium et statuit juxta sacram mensam, hortaturque dicens : Filia mea Anastasia, nosti quod te tres annos natam susceperim in hoc monasterio οἶδας ὅτι τριῶν χρόνων σε ὑπεδεξάμην ἐν τῷ μοναστηρίῳ, nunc vero Deo volente vigesimum attigisti *etc.*

n *Ludit in nomine suo* Anastasia, *quod latine sonat* surrectio, resurrectio. *Apud Nicetam*

(1) Combefis. Auctarium noviss. pag. 462. — (2) Art de vérifier les dates, pag. 344 et 348. — (3) Combefis. pag. 463. — (4) De præfectis Urbis. pag. xxvii. Pisis 1766. — (5) Ibid. pag. 252. — (6) Ibid. pag. 290. — (7) Ibid. pag. 393 et 404. Item 382.

legitur

A *legitur :* Quod tibi nomen ?... Ἀναστασία μὲν, ἔφη, παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ὀνομάζομαι Anastasia apud homines vocor : χριστιανὴ δέ μοι τὸ ἀληθινὸν ὄνομα καί κύριον verum autem mihi et proprium nomen Christiana. *Rursus præses :* τοῦ χαριν Ἀναστασίαν σε καλοῦσιν ; cur te Anastasiam nominant ? ὅτι... ἀνίστησί με Κύριος κατὰ πρόσωπον ὑμέτερον ἵνα καί σε σήμερον καὶ τὸν πατέρα σοῦ καταισχύνω Σατανᾶν. *Totum locum sic latine vertit Combefisius* (1) : Quod tibi nomen, ait Probus prima statim ad eam quæstione. Cui illa : Anastasia quidem apud homines eorumque usu vocor; Christiana vero, mihi verum atque proprium nomen est. Cui præses, rursus subjungens : Quid causa est cur Anastasiam vocent? Quia nimirum, inquit Puella, suscitat me Dominus coram vobis, ut et te hodie patremque tuum satanam plane confundam. *Quæ quidem nominis impositi ratio, prorsus alia eaque multo verior, redditur apud Metaphrastem.*

o *Quod attinet ad hujusmodi dialogos, qui deinceps in actis* S. Anastasiæ *recurrent, sicut, etiam ad tormentorum seriem et mirabilia, in iisdem sive descripta sive narrata ; haud abs re fuerit censuram Bellarmini ob oculos posuisse. Ait itaque vir doctus* (2) : Illud autem observandum, a Metaphraste scriptas fuisse historias de Vitis sanctorum, multis additis ex proprio ingenio, non ut res gestæ fuerant, sed ut geri potuerant : addit enim Metaphrastes multa colloquia sive dialogos martyrum cum persecutoribus, aliquas etiam conversiones adstantium paganorum in tanto numero, ut incredibiles videantur. Denique miracula plurima et maxima in eversione templorum et idolorum, quorum nulla est mentio apud veteres historicos. *Quæ licet a Bellarmino sapienter atque prudenter dicta plerisque videbuntur, nihilominus stomachum Leoni Allatio movent* (3). Multa addidisse de suo Metaphrastem ! *exclamat ;* hoc vero probandum est. Sed quis ille lynceus fuerit, quis in obscurissimis antiquitatis tenebris videns, addita a veris secernet? Etiam si ipsa acta martyrum autographa... haberemus, difficili tum etiam examine id possemus consequi : neque enim omnia in illis recensita sunt, nihilque neglectum, ita ut ab alio addi non potuerit. Narrat præterea res gestas « non ut res gestæ fuerunt, sed ut geri potuerunt. » Unde id habet
B Bellarminus? Habuitne ipse rectum actorum ordinem, et ut res gesta ab alio conscriptam et publi- E
catam, unde immutationis hujusmodi Metaphrastem arguerit? Prodat in lucem. Alias illi ex ingenio et suspicione quadam sua asserenti non credemus... » Addit colloquia et dialogos martyrum cum persecutoribus. « Quid si illa habuit ipse ex aliis manuscriptis et libris authenticis, qui modo... obsoleverint?... Et potest tandem quilibet, dummodo rerum substantiam non immutarit, alio et alio modo rem efferre...Amplificaverit etiam, ut legentium animis satisfaceret, quod in aliis historicis laudatur, expetiturque ab omnibus, jure in Metaphraste non reprehendimus. *Benignum sane hoc Allatii judicium ; nec facile ab eruditis probandum. Mea opinione medium fere tenet Bellarminus inter Tillemontium, Metaphrastica cum supercilio fastidioque rejicientem, et Allatium vix non omnia probantem, saltem hoc loco. Conf. Comm. præv. num.* 18.

p *Eadem, sed paulo aliter dicta, habentur apud Nicetam ; qui deinde alia similia addit haud pauca, præfatus in hunc modum* (4) : Adhuc vero, martyrii amore succensa, ac velut divino quodam furore castissima *Virgo* afflata, etiam hæc adjecit. *Ultima verba sunt :* festina igitur, o tyranne, ut et mihi ad pulcherrimi optimique desiderii consecutionem viam facias, tibique ipse tenebras ac jugem caliginem thesauro reponas, σαυτῷ δὲ σκότος καὶ κόλασιν θησαυρίζων διηνεκῆ.

(1) Combefis pag. 467. — (2) De scriptoribus. — (3) De Symeonum scriptis, pag. 43 et seqq. — (4) Combefis, pag. 469.

CAPUT SECUNDUM

C **Ignem S. Anastasia sustinet et ungulas ferreas. Amputatis mamillis, evulsis unguibus, exsecta lingua, excussis dentibus horrendum torquetur. Aquam petenti propinat S. Cyrillus et accipit palmam. Denique S. Virgo gladio percussa a beata Sophia magistra sepelitur.** F

Τούτοις Ἀναστασία καταπλήττει τὸν δικαστὴν καὶ τὸ θέατρον. Καὶ τὰς παραινέσεις ἐκεῖνος ἀφεὶς, ἐπὶ τὰς κολάσεις ἐχώρει. Καὶ πρῶτα μὲν πρηνῆ ταύτην ἐκ τεσσάρων διαταθεῖσαν, καί τισι προσδεθεῖσαν πάλοις κατὰ γῆς πεπηγμένοις, κελεύει μετεωρίζεσθαι, καὶ κάτωθεν μὲν πῦρ ἐλαίῳ καὶ πίσσῃ, καὶ θείῳ, καὶ κληματίσι σφοδρῶς ἀναπτόμενον, τοῖς σπλάγχνοις αὐτῆς ὑποστρώννυσθαι· τριχῆ δὲ πάλιν ἄνωθεν ἐκ μιᾶς ῥάβδων καταφορᾶς τὸν νῶτον αἰκίζεσθαι. Εἶχε μὲν οὕτω ταῦτα, καὶ εἰς ἔργον ἐξέβαινε τῷ ἡγεμόνι τὸ πρόσταγμα. Πασχούσης δὲ αὐτῆς τοῦτον ἐπὶ πολὺ τὸν τρόπον καὶ τοῦ μὲν νώτου ταῖς μάστιξιν ἄνωθεν διαξαινομένου, τῶν δὲ σπλάγχνων κάτωθεν ὑποκαιομένων, καὶ τῶν φλεβῶν εἰς τέφραν λεπτυνομένων, καὶ πηγνυμένου καὶ ἀναλισκομένου τοῦ αἵμα-

His Anastasia obstupefacit toto cum theatro judicem, qui missis adhortationibus processit ad supplicia. Et primum quidem eam pronam a quatuor viris extensam et quibusdam palis humi alligatam, * jubet tolli sublimem ; et inferne quidem ignem oleo et pice et sulfure et sarmentis vehementer accensum ejus substerni visceribus ; a tribus autem rursus desuper hominibus simul uno impetu ejus dorsum virgis cœdi. Hæc quidem sic se habebant, et executioni mandatum fuit quod jussit præses. Cum ea ergo diu sic pateretur, et dorsum quidem flagellis desuper laceraretur, viscera autem inferne conflagrarent et venæ minuerentur in cinerem et consumeretur sanguis supplicio vel ipsis auribus gravem

Ubi horrendum in modum torquetur, Dominum deprecatur S. Virgo ;
* humo fixis

EX MSS. gravem afferente dolorem, martyr (o vere generosum propter Christum animum et superiorem naturæ necessitatibus) solis precibus et Deo erat intenta; et quæ sunt a sæculo admirabilia in memoriam et os redigens (erat enim valde exercitata etiam in intelligentia divinarum Scripturarum) oratione, veluti quodam rore, extinguebat illum ignem dolorum *a*. Quamobrem defessa illa bellua in hoc genere supplicii, eam jubet extendi super rotam. Et fuit quidem jussus statim mandatus executioni, et rota accipit Virginem, insignis cruciatus et malorum successio, quæ secundis contendebat obscurare priora. Deinde cum illa per quamdum verteretur machinam, ossa quidem confringebantur, nervi autem et musculi extendebantur. Et tota (proh dolor) forma corporis excedebat a compage naturali. Illa autem eum rursus invocabat, qui ejus exaudiebat orationem, et poterat eam defendere in tempore afflictionis et eripere a manu inimicorum, dicens: Deus Deorum, Deus virtutum, Deus salutis meæ, a quo est patientia mea*, turris fortitudinis meæ et refugium meum, ipse da nunc quoque auxilium ex afflictione. Deus qui accingis me virtute. Deus, Deus meus ne elongeris a me, quoniam defecit in dolore vita mea. Quoniam terræ adhæsit venter meus, et ossa mea tamquam cremium aruerunt.

a — *a quo adjuta, fortiter sustinet ungulas ferreas,*

14 Hæc præcata (o celerem visitationem, o velocissimum eventum) statim quidem relaxatur a gravi illa machina, ne plagæ quidem nec ignis vestigium ostendens in corpore. Quod quidem cum deberet obstupefacere judicem et discutere nubem impietatis, quæ cum detinebat; ille ne minimum quidem potuit intueri ad eam, quæ illa fecerat miracula, virtutem, neque cor ad eam convertere; sed erat adhuc crassus et stultus, et adhuc implicatus illa ebrietate incredulitatis et insania ac calligine. Cum eam igitur rursus in lignum sustulisset, ferreis ipsam ungulis laniat crudelissime. Illa autem rursus ad Deum *b* tollit oculos; et statim fuit tantum adepta auxilium, ut cum defessi essent satellites a continuo labore, ea affecta fuerit perinde ac quæ nullum dolorem sentiret penitus. Propter quæ præses in summam adductus dubitationem cum nesciret quid ageret, et gestum et habitum subinde mutabat; e sede frequenter exiliebat, C nec ipse se poterat amplius continere, nec manere in eo, quo par erat, ordine et moderatione *c*.

b

c — *mamillarum amputationem et unguium evulsionem,*

15 Cum autem propter dubitationem a se adeo defecisset et fureret, ei etiam tale quid suggerit, qui cum eo seorsum loquebatur diabolus; et jubet Martyri ubera amputari novacula. Res est autem gravissima mamillarum amputatio et quæ potest afferre acerbissimos dolores, maxime cum cor sit situm in ea parte. Sed Martyr, quæ vehementiori affectione amoris in Christum tenebatur, id quod est minus contemnebat *d*. Tyrannus autem rursus insignem fortitudinem contendens superare immodicis suppliciis, ei evellit ipsos ungues *e*. Sed illa, tanquam nullum doloris habens sensum, adhuc vehementius Deo agebat gratias, quod digna esset habita, quæ fieret ei conformis et socia perpessionum. Porro autem deos quoque tyranni afficiebat contume-

d

e

f — *linguæ exscisionem et dentium excussionem.*

lia, eos tenebras, errorem et dæmones, et si quid aliud fert ad animæ interitum, nominans *f*.

16 Quæ quidem ille audire non sustinens (quæ enim omnibus jucunda lux, est inimica oculo ægrotanti) jubet mediam ei linguam excindi extractam a gutture, cum ea autem una quoque

* in quem confidit anima mea

τος, κολάσεως ὀξείας ὀδύνας οὕτω καὶ ἀκοαῖς ἐμποιούσης, ἡ μάρτυς (ὢ ψυχῆς γενναίας ὄντως διὰ Χριστὸν, καὶ ἀναγκῶν ὑψηλοτέρας τῆς φύσεως!) εὐχῇ μόνῃ καὶ Θεῷ προσανεῖχε, καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος αὐτὸν ὑπομιμνήσκουσα θαυμασίων (ἤσκητο γὰρ ἀκριβῶς καὶ τὴν τῶν θείων γραφῶν σύνεσιν) οἷά τινι δρόσῳ τῇ προσευχῇ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τῶν ἀλγηδόνων ἐσβέννυεν. Ἐφ' οἷς ὁ θὴρ ἐκεῖνος, ἀπαγορεύσας, αὖθις αὐτὴν ἐπὶ τροχοῦ ταθῆναι διακελεύεται. Καὶ ἡ μὲν πρόσταξις εὐθὺς ἔργον ἦν· καὶ ὁ τροχὸς τὴν γενναίαν ἐδέχετο, ἑτέρα τιμωρίας ὑπερβολὴ καὶ διαδοχὴ κακῶν ἀποκρύψαι τὰ πρότερα τοῖς δευτέροις φιλονεικοῦσα. Εἶτα διά τινος ἐκείνου μηχανῆς στρεφομένου, ὀστᾶ μὲν τῇ μάρτυρι συνεθλῶντο, νεῦρα δὲ καὶ μῦες ἐτείνοντο καὶ πᾶσα, φεῦ! ἡ τοῦ σώματος πλάσις τῆς φυσικῆς ἐξίστατο ἁρμονίας. Ἡ δὲ τὸν εἰσακούοντα προσευχῆς αὐτῆς, καὶ ὑπερασπίσαι αὐτῆς ἐν καιρῷ θλίψεως καὶ ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν ἐξελέσθαι δυνάμενον, πάλιν ἐπεκαλεῖτο· Θεὲ θεῶν, λέγουσα, ὁ Θεὸς δυνάμεων, ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, παρ' οὗ ἡ ὑπομονή μου, ἐφ' ὃν πέποιθεν ἡ ψυχή μου, ὁ πύργος τῆς ἰσχύος μου καὶ ἡ καταφυγή μου, αὐτὸς δὸς καὶ νῦν βοήθειαν ἐκ θλίψεως, ὁ Θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν, ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου. Καὶ μὴ μακρύνῃς ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἐξέλιπεν ἐν ὀδύνῃ ἡ ζωή μου. Ὅτι ἐκολλήθη εἰς γῆν ἡ γαστήρ μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μοῦ ὡσεὶ φρύγιον D συνεφρύγησαν.

14 Ταῦτα προσευξαμένη (ὢ ταχείας ἐπισκοπῆς! ὢ ὀξυτάτης ἐκβάσεως!) ἀνίεται μὲν εὐθὺς ἐκείνου τοῦ χαλεποῦ μηχανήματος, μηδὲ πληγῆς ἴχνος τῷ σώματι μηδὲ πυρὸς ἐπιφαίνουσα. Ὅπερ δέον καταπλαγῆναι τὸν δικαστὴν, καὶ τὸ κάτεχον αὐτὸν τῆς ἀσεβείας ἀποσείσασθαι νέφος, ὁ δὲ οὐ διαβλέψαι μικρὸν πρὸς τὴν θαυματουργοῦσαν τὰ τοιαῦτα δύναμιν ἴσχυσεν, οὐδὲ ἐπιστρέψαι καρδίαν ἐπ' αὐτὴν· ἀλλ' ἔτι παχὺς ἦν καὶ ἠλίθιος, ἔτι τὴν μέθην ἐκείνην τῆς ἀπιστίας, καὶ τὴν μανίαν καὶ τὴν ἀχλὺν περικείμενος. Καὶ πάλιν αὐτὴν ἐπὶ ξύλου μετεωρίσας, σιδηροῖς ὄνυξιν ὠμότατα καταξαίνει. Ἡ δὲ πρὸς ἐκεῖνον αἴρει καὶ πάλιν τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ἐκ θανάτου καὶ ἐν πολέμῳ, καὶ ἐκ χειρὸς σιδήρου ῥυόμενον (Ἡσαΐας ὁ μέγας φησὶ), καὶ παραχρῆμα τοσαύτης ἐκεῖθεν ἀπέλαυσε τῆς ῥοπῆς τε καὶ βοηθείας, ὥστε καὶ τῶν δημίων ὑπὸ τῆς τῶν βασάνων συνεχείας ἀτονησάντων, αὐτὴ καθάπερ οὐδὲν ὀδυνωμένη διέκειτο. Ἐφ' οἷς, ὁ ἡγεμὼν ἀπορούμενος, καὶ μὴ ἔχων ὅτι καὶ δράσειεν, ἐξεφέρετό τε τοῦ σχήματος, καὶ ἀνέθορε συνεχῶς ἐκ τοῦ θρόνου καὶ οὐκ ἔτι καθεκτὸς ἦν αὐτὸς ἑαυτοῦ, οὐδ' ἐν τάξει καὶ θεσμῷ τῷ F προσήκοντι μένειν ἠδύνατο.

15 Οὕτω δὲ αὐτῷ παρακεκινημένως ἐξ ἀπορίας καὶ μανικῶς ἔχοντι ὑποβάλλει τι καὶ τοιοῦτον συλλαλῶν αὐτῷ κατὰ μόνας διάβολος, καὶ ξυρῷ τῇ μάρτυρι τοὺς μαστοὺς ἐκκοπῆναι διακελεύεται· χαλεπὸν δὲ ἄρα μαστῶν ἀποκοπὴ, καὶ δριμυτάτας ἄγαν ὀδύνας ἐπιτρίβειν δυνάμενον, κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ μέρος τῆς καρδίας καθιδρυμένης. Ἀλλ' ἡ μάρτυς, σφοδροτέρῳ πάθει κατεχομένη τοῦ εἰς Χριστὸν ἔρωτος, τοῦ ἐλάττονος κατεφρόνει. Ὁ τύραννος δὲ πάλιν ὑπερβολὴν καρτερίας ὑπερβολῇ νικῆσαι φιλονεικῶν τῶν κολάσεων, καὶ τοὺς αὐτῆς ἐκσπᾷ ὄνυχας. Ἡ δὲ ὥσπερ οὐδεμίαν δεχομένη τῶν ἀλγεινῶν αἴσθησιν, θερμότερον ἔτι μᾶλλον ηὐχαρίστει Χριστῷ, ὅτι καὶ σύμμορφος αὐτῷ γενέσθαι, καὶ κοινωνὸς τῶν παθημάτων ἠξίωτο. Ἐνύβριζε δὲ καὶ εἰς τοὺς τυράννου θεοὺς, σκότος αὐτοὺς καὶ πλάνην, καὶ δαίμονας, καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς ἀπώλειαν φέρει ψυχῆς ὀνομάζουσα.

16 Ὧν ἐκεῖνος ἀκούειν οὐκ ἀνεχόμενος, ἐπεὶ καὶ τὸ γλυκὺ πᾶσι φῶς ὀφθαλμῷ νοσοῦντι πολέμιον, ἀποτμηθῆναι μέσην αὐτῇ κελεύει τὴν γλῶτταν ἑλκυσθεῖσαν τοῦ φάρυγγος, ἐκκρουσθῆναι δὲ σὺν αὐτῇ καὶ τοὺς ὀδόντας

A ὀδόντας· καὶ τοιαύτας ἀμοιβὰς ὁ ἀνόητος στόματος ἀποδίδωσιν ἐλευθέρου. Ἀλλὰ τῶν μὲν ὀδόντων αὐτὴν ἀποστερεῖ καὶ τῆς γλώττης, τῆς παῤῥησίας δὲ ἢ τῆς ἐλευθερίας οὐκ ἔτι. Ἀλλὰ μηδὲν ἐνδόσιμον, μηδὲ μαλακὸν ὑποστᾶσα τοσούτῳ τὴν τομὴν ἀνεβάλετο, ὅσῳ τελευταίαν τῷ Θεῷ μετὰ τοῦ τῆς φωνῆς ὀργάνου καὶ τὴν προσευχὴν ἀποδοῦναι, ᾔδει γὰρ ὅτι καὶ σιωπώντων οἶδεν ἀκούειν ἐκεῖνος. Εὐχαριστήσασα οὖν ἀξίως αὐτῷ, εἶτα καὶ δεξιῷ τέλει δεηθεῖσα καταλῦσαι τὴν μαρτυρίαν, ἐξῆς δὲ καὶ περὶ τῶν ἀῤῥωστούντων καὶ αὐτῇ προσιέναι μελλόντων ἐντεύξεις ποιησαμένη, φωνῆς τε οὐρανόθεν τῶν αἰτουμένων τὴν δόσιν ἐπιμαρτυρούσης ἀκούσασα· Δεῦρο, τῷ δημίῳ, ποίει, φησὶ, τὰ προστεταγμένα· καὶ προτείνει γλῶσσαν ἡ μάρτυς, τὴν ἀεὶ τὰ θεῖα μελετῶσαν καὶ φθεγγομένην καὶ σίδηρος αὐτὴν οἴμοι! μέσην εὐθὺς ἀποτέμνει. Ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκκρούεται καὶ πηγὴ αἵματος αὐτῇ τὸ στόμα γίνεται, ὅλην τῇ τοῦ χριστιανοῦ * νύμφῃ τὴν ἐσθῆτα διαφοινίξασα καὶ πορφύρας τιμίας ἁπάσης, καὶ βασιλικῆς ἁλουργίδος τιμιωτέραν ἐργασαμένη.

* lege Χριστοῦ

17 Ὅπου καὶ μικρὸν ἐκλελοιπυῖαν, ὕδωρ αἰτῆσαι λέγεται καὶ λαβεῖν. Ὁ δὲ παρασχὼν ἦν τις ἀνὴρ ὄνομα Κύριλλος, τοσοῦτον οὐ φανερὸς τὴν εὐσέβειαν, ὅσῳ μὴ τοιοῦτος τοῖς ἀσεβέσι νομίζεσθαι· τὰ δ' ἄλλα τὴν τῆς B ψυχῆς ἕξιν, φημὶ, καὶ διάθεσιν, πιστότατός τε καὶ εὐσεβέστατος. Ὅστις καὶ μεγάλους μισθοὺς ψυχροῦ ποτηρίου ἀπολαμβάνει, καὶ πράγματος οὕτως ἐντελοῦς τὸν τοῦ μαρτυρίου ὠνεῖται στέφανον. Μαθὼν γὰρ ὁ Πρόβος τὰ καθ' αὐτὸν, καὶ ὅτι οὐ φύσεως ἁπλῶς ἐπικλασθεὶς συμπαθείᾳ, καὶ τῷ λαβεῖν τινα τούτων μελῶν ἐκείνων ἐκκοπῆς ἔλεον, ἀλλὰ κοινωνίᾳ πίστεως μᾶλλον, καὶ τῷ μὴ ἀνέχεσθαι οὕτως ὁρᾷν ἐνδεῆ ὕδατος κοινοῦ Δεσπότου δούλην γνησιωτάτην, τῇ μάρτυρι τὸ ποτὸν ὀρέξειε, δεσποτικὴν κἀν τούτῳ πληρῶν ἐντολὴν, ταῦτα περὶ τοῦ ἀνδρὸς πυθόμενος θάνατον αὐτῷ τὴν τιμωρίαν ἐπάγει.

18 Ἐξῆς δὲ τὴν τελευταίαν καὶ κατὰ τῆς μάρτυρος δίδωσι ψῆφον, καὶ τὴν διὰ ξίφους αὐτῇ τελευτὴν κατακρίνει. Οὗ δὴ γενομένου καὶ πρὸ τοῦ ἄστεως τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς ἐκείνης ἀποτμηθείσης, τὸ σῶμα μὲν ἄχρι τινὸς ἀμελούμενον ἔῤῥιπτο, ἄψαυστον δὲ ὅμως καὶ πετεινοῖς οὐρανοῦ, καὶ γῆς θηρίοις τηρούμενον, καθάπερ, οἶμαι, τὰ ὑπὲρ τοῦ Δημιουργοῦ τούτων στίγματα καὶ τὰς ὕβρεις εὐλαβουμένοις, ἔπειτα δὲ τῇ καὶ παιδευσαμένῃ καὶ θρεψαμένῃ Σοφίᾳ Θεοῦ νεύμασι ἀποδίδοται παραδόξως, εὐχῆς ἔκβασις ὄντως καὶ σπλάγχνων μητρικῶν ἀνάπαυσις.

C

19 Ἐπεὶ γὰρ ἡ παρθένος συλληφθεῖσα πρὸς τὸ μαρτύριον ἤγετο, ἠγωνία μὲν ὑπὲρ αὐτῆς ἡ διδάσκαλος Σοφία, καὶ ἐδεδοίκει, καὶ ἔτρεμε, καθάπερ οὐκ ἐκ ἐκείνῃ λοιπὸν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑαυτῆς μέλεσι τὴν μαρτυρίαν ὑφίστασθαι μέλλουσα μή ποτε, καταμαλακισθεῖσα, τὴν ἐλεεινὴν ἐκείνην ὑποστῇ τῶν στεφάνων ζημίαν, καὶ πρηνὴς ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κειμένη, ἐν πυρὶ προσευχῆς καὶ θερμαῖς δακρύων ἐπιῤῥοαῖς ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ, ἱκέτευεν, ἠντιβόλει, μὴ ἀπειλαῖς χειρωθῆναι, μὴ κολακείαις ἐνδοῦναι, μὴ τιμωριῶν ἥττηθῆναι τὴν μάρτυρα.

20 Ὡς δὲ τὸ κάλλιστον ἐπέθηκεν ἤδη τέλος ἡ Ἀναστασία τῷ μαρτυρίῳ καὶ πρὸς τοὺς ἄνω διέβη θαλάμους, καὶ τὰς ἀκινήτους ἐκείνας παστάδας καὶ τὰ ποθούμενα ἀγαθὰ, τότε καὶ ἄγγελος παρεμβαλὼν, ἀπολύει τὴν διδάσκαλον Σοφίαν τοῦ φόβου καὶ τῶν φροντίδων, καὶ τὸ ποθεινὸν αὐτῇ καὶ ἥδιστον ἄκουσμα καὶ ἄφατον ὄντως γλυκύτητα τοῖς σπλάγχνοις ἐναποστάζον, εὐκταίως εὐαγγελίζεται, τῆς παρθένου φημὶ τὴν τελείωσιν. Ἔτι δὲ καὶ ὁδηγὸς αὐτῇ πρὸς τὸ λείψανον γίνεται, καὶ οὗ τυχεῖν ἐπόθει, καὶ ὥσπερ ἰδεῖν ηὔχετο, οὕτως αὐτῇ καὶ τὸ ποθούμενον ἀποδίδωσι,

dentes excuti; et pro ore libero tales stultus reddit remunerationes *g*. Ipsa vero nihil de sua remittens constantia, neque se molliter aut delicate gerens, tandiu distulit amputationem, quandiu cum vocis instrumento posset ultimas Deo preces fundere. Cum ei ergo ut par erat egisset gratias et deinde rogasset ut bono fine terminaret martyrium; deinceps autem pro iis quoque, qui ægrotantibus * ad eam accessuris intercessisset, et vocem e cœlo audivisset, quæ confirmabat data fuisse quæ petebat: Agedum, inquit carnifici, fac quæ sunt imperata; et linguam porrigit Martyr, quæ divina semper meditabatur et loquebatur; et ferrum eam (proh dolor) mediam excindit protinus. Deinde autem dentes *h* quoque excutit; fitque ei os fons sanguinis, qui Sponsæ Christi totam vestem *i* efficit purpuream, atque adeo quavis purpura pretiosiorem.

ex mss. *g*

* qui ægrotant, *Sur.*

h

i

17 Quo tempore dicitur, cum parum defecisset *k*, aquam petiisse et accepisse. Qui autem præbuit, fuit vir quidam, Cyrillus nomine, cujus adeo non erat pietas manifesta, ut satis quidem putaretur ab impiis; alioqui autem, quod ad animæ attinet affectionem, fidelissimus et in primis pius. Atque ille quidem magnam accipit mercedem pro poculo aquæ frigidæ, et re adeo vili emit coronam martyrii. Nam cum accepisset Probus, quod is non esset solum fractus naturæ misericordia et quod misereretur membrorum illorum amputationis; sed potius propter fidei societatem et quod non sustineret videre sic aqua indigentem communis Domini ancillam maxime germanam, Martyri potum præbuisset, dominicum in hoc implens mandatum, * mortis ei affert supplicium *l*.

Cyrillus *sanctæ Virgini aquam propinat, et ipse martyrio coronatur.* *k*

* hæc de viro illo percipiens, *l*

18 Deinde vero fert etiam ultimam in Martyrem sententiam, et eam condemnat ut vitam gladio finiat *m*. Quod quidem cum factum esset, et ante civitatem *n* sacrum illius caput fuisset amputatum, corpus quidem aliquamdiu jacuit humi neglectum, intactum tamen, atque adeo a * cœli et terræ avibus ac bestiis custoditum, ut quæ quodammodo revererentur quæ pro illorum creatore acceperat stigmata et injurias. Deinde Sophiæ, quæ eam erudierat et educarat, Dei nutu admirabiliter redditur ejus plane effectus orationis et requies maternorum viscerum.

Capite plectitur S. Anastasia. *m* *n*

* ab avibus cæli et bestiis terræ

19 Cum enim Virgo comprehensa duceretur ad martyrium, pro ea quidem animo angebatur ejus magistra Sophia, timebatque et contremiscebat, tamquam non illa deinceps sed ipsa in suis membris esset subitura martyrium, ne forte emollita acciperet miserabile illud damnum coronarum. Ideoque *o* prona humi jacens, in igne orationis et calidis lachrymarum fluxionibus Deum rogabat, supplicabat, obsecrabat * ne superaretur Martyr a suppliciis.

Sophia ejus sacrum corpus suscipit, *o*

* ne minis flecteretur, ne blanditiis cederet.

20 Postquam autem Anastasia jam pulcherrimum finem imposuit martyrio et transiit ad supernos thalamos, et ad firma illa ac stabilia quæ desiderantur bona, tunc accedens angelus *p* Domini magistram Sophiam a metu liberat et a curis; et, quod maxime optabat et erat ei auditu longe jucundissimum, ejus auribus instillans * renunciat, nempe Virginis consummationem. Præterea autem eam quoque deducit ad reliquias; et quod desiderabat consequi, et quemadmodum optabat videre, ei tradit reliquias

veneratur et componit prope Urbem. *p*

* et visceribus ineffabilem instillans dulcedinem

EX MSS. quias tali ornamento confessionis et tali amictu ornatas martyrii. Atque illa quidem statim circumfusa reliquiis easque totas complectens et unumquodque membrum valde exosculans, et præ gaudio ac desiderio calidas in eas effundens lachrymas, dicebat : Filia jucundissima, filia mihi charissima, filia, quam ego in exercitatione, in silentio et in laboribus pulchre educavi, ago tibi gratias, quod materna præcepta non contempsisti, quod quæ pollicita fueras observasti et stetisti promissis nec es oblita monitorum; sed astitisti Christo sponso tuo vestimento virginitatis induta, variata stigmatibus martyrii, circumdata corona ex lapidibus pretiosis, et nunc habitas in loco tabernaculi admirabilis, in domo gloriæ Domini, ubi est habitatio lætantium. Propterea rogo te, chara filia et mater spiritalis (sic enim te invocare est mihi convenientius), esto mihi in hac brevi et caduca vita bona nutrix senectutis et pro me ad æternam vitam transmigrante intercedas, communem mihi placans Dominum. Hæc illa filiorum amans, piaque et religiosa anus, quæ sciebat, ita ut oportet, filias parere
B et educare, cum dixisset Martyri, et eam senilibus amplexa esset et composuisset manibus; egeret autem manu, quæ ei serviret in transferendis reliquiis, ut quæ esset, sicut diximus, vetula, et ipsi potius esset opus manu et baculo, nullaque ipsi earum transportandarum suppeteret ratio, et ideo staret apud se ægreferens et
q animo anxia, repente q duo quidam viri adve-
r nientes, forma et moribus reverendi r sanctis manibus subjectis reliquiis, eisque cum ipsa sublatis, prope urbem Romam splendide et ho-
s norifice deposuerunt s. Ad gloriam Dei Patris et domini nostri Jesu Christi, cum quo et cum sancto Spiritu illi sit honor et potentia in secula seculorum. Amen.

τοιούτῳ τῆς ὁμολογίας κόσμῳ, τοιαύτῃ τοῦ μαρτυρίου D
στολῇ σεμνυνόμενον. Ἐκείνη οὖν ὡς εἶχεν εὐθὺς τῷ λειψάνῳ περιχυθεῖσα, καὶ ὅλη ὅλῳ προσφῦσα, καὶ σφοδρῶς ἕκαστον μέλος καταφιλοῦσα καὶ χαρὰς ἐπ' αὐτοῖς καὶ πόθου δάκρυα θερμὰ χέουσα· Τέκνον, ἔλεγε, ποθεινὸν, τέκνον ἐμὸν πολυέραστον, τέκνον, ὅπερ ἐγὼ καλῶς ἀσκήσει καὶ ἡσυχίᾳ καὶ πόνοις ἀνεθρεψάμην· εὐχαριστῶ σοι, ὅτι μητρικὰς ἐντολὰς οὐ παρεῖδες, οὐκ ἠθέτησας τὰς ἐπαγγελίας, οὐκ ἐψεύσω τὰς ὑποσχέσεις, οὐκ ἐπελάθου τῶν παραινέσεων· ἀλλὰ παρέστης Χριστῷ τῷ νυμφίῳ σου, ἐν ἱματισμῷ τῆς παρθενίας περιβεβλημένη, τοῖς στίγμασι τοῦ μαρτυρίου πεποικιλμένη, στέφανον ἐκ λίθων τιμίων περικειμένη· καὶ νῦν οἰκεῖς ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἐν οἴκῳ δόξης Κυρίου, ἔνθα εὐφραινομένων ἡ κατοικία. Διὰ τοῦτό σου δέομαι, θύγατερ φίλη καὶ πνευματικὴ μῆτερ (οὕτω γὰρ ἀνακαλεῖσθαί μοι μᾶλλον ἁρμοδιώτερον), γενοῦ μοι καὶ τῆς ἐπικαίρου ταύτης ζωῆς ἀγαθὴ γηροτρόφος, καὶ πρὸς τὴν ἀΐδιον μεταφοιτώσῃ μεσίτης ἅμα καὶ πρέσβις τὸν κοινὸν ἐμοὶ Δεσπότην ἱλεουμένη. Ταῦτα ἡ φιλόπαις ἐκείνη γραῦς καὶ παιδαγωγεῖν εἰδυῖα τῇ μάρτυρι εἰποῦσα, καὶ χερσὶ πρεσβυτικαῖς τε καὶ γηραλέαις αὐτὴν ἀγκαλισαμένη καὶ περιστείλασα, ἐπεὶ χειρὸς ἠπόρει τῇ μετακομιδῇ τοῦ λειψάνου διακονούσης, γηραιὰ, καθάπερ ἔφημεν, οὖσα, καὶ χειρὸς αὐτῇ μᾶλ- E
λον δεομένη καὶ βακτηρίας, ἐπεὶ τοίνυν οὕτως εἶχε περὶ τὴν μετακομιδὴν ἀμηχάνως, καὶ παρὰ τούτο εἱστήκει δυσχεραίνουσα καθ' ἑαυτὴν, καὶ ἀνιωμένη, ἄφνω δύο τινὲς ἐπιστάντες ἄνδρες καὶ τὸ εἶδος καὶ τὸν τρόπον αἰδέσιμοι, χεῖράς τε τῷ λειψάνῳ ὑποσχόντες ὁσίας καὶ τοῦτο ἀνελόμενοι σὺν αὐτῇ, ἐχόμενα τῆς πόλεως Ῥώμης λαμπρῶς τε καὶ φιλοτίμως κατέθεντο. Εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τιμὴ, κράτος σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNOTATA.

a *Cod. vat. min. addit :* Dicunt proceres præsidi : Da puellæ aliquam requiem. Dixit autem ei præses : An forte nunc diis sacrificare parata es? Beata autem Virgo clamans dixit : Anathema tibi cum diis tuis et omnibus, qui illos adorant. *Nihil tale nec in encomio Nicetæ nec in aliis actis nostris.*

b *In græco :* ad eum tollit oculos qui salvat a morte et in bello et ex manu ferrea, ait Magnus Isaias. *Non putem verba hæc apud prophetam reperiunda; atque probabiliter ideo omissa a*
C *Lipomano, qui totam periphrasim reddit voce* : Deum. F

c Ursos aiunt in lustris latitantes φωλάδας τῶν ἄρκτων ubi semel a venatoribus in corde vulnus acceperint, importabilis iræ fieri, ac quidquid inciderit repente enecare. Talis tunc erat Probus; sic nimirum iræ impotens evaserat gravique bile excesserat, ut parum abesset quin e throno diliens crudas Virginis carnes dentibus laceraret. *Nicetas* (1).

d *Dicitur in cod. vat. min. sancta Virgo post mamillarum excisionem* petiisse aquam qua ablueretur ἤτησεν ὕδωρ ἐφ' ᾧ διακλύσασθαι; *hanc autem ei porrectam a* S. Cyrillo : Καί τις τῶν ὑπηρετῶν, Κύριλλος ὀνόματι, ἔχων ἔν κρυπτῷ τὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ, ἐπεδίδου αὐτῇ ὕδωρ et unus ex ministris, nomine Cyrillus, qui occulte fidem Christi sequebatur, dedit illi aquam. *Alii hoc loco nec de petita nec de ministrata aqua loquuntur. Addit insuper idem cod. vat. min.* : Extractas mamillas sanctæ Puellæ ejus impositas a carnefice fuisse humeris : ὁ δὲ δήμιος λαβῶν τὴν λαβίδα εἵλκυσεν τοὺς μαστοὺς τῆς ἁγίας Κόρης· ἦσαν γὰρ σεμνοὶ, καὶ κόψας ἐπέθηκεν ἐπὶ τοὺς ὤμους αὐτῆς·

e *Cod. vat. min.* ἐξ ἀμφοτέρων τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν ex utrisque manibus et pedibus.

f *Addunt Nicetas et cod. vat. min. amputatas quoque manus et pedes* : Porro unguibus manus pariter pedesque amputandos cruentissimus adjecit. *Nic. Et prolixius cod. vat. min.* ἐκέλευσεν τὰς δύο χεῖρας αὐτῆς ἐκκοπῆναι. Καὶ τούτου λεγομένου καὶ τοῦ δήμου κράζοντος καὶ λέγοντος· Ἀπάλλαξον τὴν νεονίδα, οὐδέποτε γὰρ ἐν τοῖς ἀνδράσιν τοιαῦτα ἐνεδείξω κακά. Πλείω ἐμμανεὶς διὰ τοὺς κράζοντας ἐκέλευσεν ἐκκοπῆναι καὶ τοὺς πόδας αὐτῆς τοὺς δύο. Jussit ambas præscindi manus ejus. Quo facto et populo murmurante et dicente : Dimitte adolescentulam : nec enim in viris tanta exhibuisti mala. Magis furens ob populi murmura jussit et ambos illius amputari pedes. *Apud alios nihil de murmure, quod secunda jam vice memoratur in eodem codice.*

g *Sequitur in textu græco :* Ἀλλὰ τῶν μὲν ὀδόντων — ἐλευθερίας οὐκ ἔτι.. Sed illam quidem denti-

(1) Combefis, pag. 471.

bus

A bus et lingua mutilavit, ast non ita loquendi facultate et libertate. *Tota pericope prætermittitur a Lipomano; quod forte non facile perspiciatur quomodo hæc cum sequentibus cohæreant.* EX MSS.

h *Dentium excussionem sic describit cod. vat. min.* Λάβε σίδηρον ἰατρικὸν καὶ ἐκρίζωσον τοὺς ὀδόντας τῆς ἁγίας κόρης, sume instrumentum medicum et evelle dentes sanctæ puellæ. *Enimvero non est verisimile præsidem duabus postremis usum vocibus, nisi forte per modum ironiæ.*

i *Ad litteram :* Cruentavit effecitque omni purpura et regio ornatu insigniorem.

k Μικρὸν ἐκλελοιπυῖαν *verbum* ἐκλείπω *neut.* deficio, desum, *tam ad corporis quam ad animi deliquium potest referri; communius tamen sumi videtur de priori. Vide Thesaurum græcæ linguæ, nuper Parisiis octo densis voluminibus excusum ab Ambrosio Didot. Nicetas utitur voce* ὀλιγωρῆσαι, *quæ in præfato Thesauro latine redditur* animo defici. *Notat autem Combefisius* (1) *: Virginem* quasi tenorem tantisper remisisse, et quod mitius reddidi « elanguisse »; ut idem hic ea vox significet, quod sequens ἐκλυομένη. *(Vide Annot. sequens).* Lipomani interpretatur « cum parum defecisset ». Sic passim in Sanctis Deus humana miscet divinis, ne quis in se glorietur, sed in Deo, ex quo tota illi virtus est. *Non plane video quid velit Combefisius : an scilicet sancta Virgo animo paulisper defecerit, an corpore tantum? Cod. vat. min. adhibet vocem* ὀλιγοψυχήσασα; *porro* ὀλιγοψυχέω *significat* pusillo sum animo.

l *Hæc multo brevius in cod. vat. min. :* ὀλιγοψυχήσασα ᾐτήσατο ὕδωρ· τὸ γὰρ αἷμα τῆς Μάρτυρος σφοδρῶς κατέῤῥεεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτῆς. Ὁ δὲ, Κύριλλος πάλιν ἐπέδωκεν αὐτῇ τὸ ὕδωρ. Καὶ τοῦτο γνοὺς ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν τὸν Κύριλλον ἐκβληθῆναι ἔξω τῆς πόλεως καὶ ὑπὸ τοῦ ξίφους τελειωθῆναι. Paululum deficiens petiit aquam : sanguis enim vehementer fluebat ex ore Martyris. Cyrillus vero iterum præbuit aquam. Quo cognito jussit præses Cyrillum civitate ejici et gladio necari. *Nicetas* (2) : Fluebat igitur undique pretiosus Virginis cruor exque manibus et pedibus et ore et uberibus; corpusque affatim ac sature velut regia purpura tingebatur. Hic ferunt immaculatissimam Virginem tantisper elanguisse. Quemadmodum enim quæ naturam superant propter eum qui natura
B superior est in ea perstiterant, sic et ejus gratia visa ea quæ essent ex natura. Cruoris igitur copia E elanguescens,modicam aquam petiit qua os elueret. Porrexit vir quidam christianus quidem religione, sed qui hactenus gentilium sectæ existimaretur. Cyrillo athletæ nomen erat. *Cætera vide Comm. præv. numero ultimo.*

m *Cod. vat. min. scribit præsidem antequam capitalis sententia ferretur voluisse aliud adhibere tormenti genus, impeditum vero fuisse ab adstantibus quominus id executioni mandaretur. Nempe post linguæ excisionem volebant præcipui quidam ex adstantibus S. Martyrem dimitti; novumque oriebatur murmur,* ὁ δὲ ἡγεμὼν ἠθέλησεν αὐτὴν ἐν φούρνῳ ζώκαυστον ποιῆσαι· οἱ δὲ μεγιστᾶνες οὐ συνεχώρησαν τοῦτο γενέσθαι. Præses autem volebat eam in furno vivam cremari; proceres non permiserunt ut hoc fieret. *In præfato Thesauro græcæ linguæ vox* φοῦρνος *non reperitur, sed ad verbum* φουρνοπλάστης. figulus *notatur :* Omittimus alia nominis latini φοῦρνος composita et derivata quæ Ducangius collegit. *Dictionarium græco-gallicum Car. D. Byzantii, Athenis excusum anno* 1856 *cura Andreæ Coromelas, habet :* φοῦρνος four (*furnus*) boulangerie *(pistrina).*

n *Vide Comm. præv. num.* 9 *ubi de loco martyrii. Cæterum omnia acta id Romæ seu potius haud procul inde affirmant contigisse. Nicetas :* Ejecta urbe, capite plecti condemnata est (3). *Et cod. vat. min. :* Τότε κελεύει τῷ δημίῳ ἀπενεγκεῖν αὐτὴν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ τῷ ξίφει τελειωθῆναι αὐτὴν καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς τοῖς ποσὶν ῥιφῆναι. Tum jussit *(præses)* apparitori illam ejicere extra civitatem, et gladio trucidare, atque corpus arreptis pedibus projicere.

o *Notat hic Lipomanus :* Ecce oratio cum prostratione et lachrymis.

p *Concordat Nicetas. Addit nonnulla utique de suo et pro more cod. vat. min. : nempe beatæ Sophiæ in somnis* κατ'ὄναρ *apparet angelus dicens :* Surge et collige corpus filiæ tuæ Anastasiæ : consummavit enim martyrium. *Surgit continuo, induitur, atque* exit anxia ex monasterio : nesciebat enim quo sibi esset pergendum ἐξῆλθεν θλιβομένη ἐκ τοῦ μοναστηρίου· οὐ γὰρ ἤδειτο
C ποῦ ἀπελθεῖν. *Tunc iterum ei apparet angelus viamque indicat.* F

q Vide miraculum in translatione sanctarum reliquiarum, nec non Sanctæ splendidam et honorificam sepulturam. *Lipomani nota.*

r ἄνδρες καὶ τὸ εἶδος καί· τὸν τρὸπον αἰδέσιμοι *ita Metaphrastes. Apud Nicetam vero* (4) : Δύο τινὲς ἐξαίφνης ἱεροπρεπεῖς τὸ εἶδος ἀσκητικοὶ τὸν βίον duo quidam repente venerabili religiosaque specie, vitæ asceticæ cultores. *cod. vat. min. :* κατ' οἰκονομίαν δὲ Θεοῦ ἰδοὺ δύο μονάζοντες φεύγοντες τὸν τύραννον ηὑρέθησαν ἐπὶ τὸν τόπον Deo providente ecce duo monachi, fugientes tyrannum, ibidem inventi sunt.

s *Nicetas :* Ac vicino admodum ἔγγιστα δὲ... Ῥώμης magnæ Romæ venerabili loco admoventes, cum luminibus et canticis justa peragentes, deposuerunt. *Cod. vat. min. :* καὶ βαστάσαντες τῆς ἀθληφόρου τὸ σῶμα ἤνεγκαν ἐν τῷ τόπῳ τῶ καλουμένῳ Ψόρῳ ἔγγιστα τῆς μεγαλοπόλεως Ῥώμης ἐπιτελέσαντες τὴν πρέπουσαν ψαλμοδίαν κατέθηκαν τὸ ἅγιον αὐτῆς λείψανον μετὰ τῶν λοιπῶν ἁγίων· πολλοὺς γὰρ μάρτυρας ἀνεῖλεν Πρόβος ὁ ἡγεμὼν ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας et levantes Victricis corpus tulerunt ad locum, vocatum ψὸρος prope magnam urbem Romam, et cum peregissent convenientem psalmodiam sepelierunt sancta illius pignora una cum corporibus reliquorum sanctorum : multos enim Probus præses necavit et viros et mulieres, *In Thesauro græcæ linguæ* habetur : ψόρος nomen piscis. *Denique addit idem codex :* ἐτελειώθη... Ἀναστασία μηνὶ Ὀκτοβρίῳ δωδεκάτῃ consummata est... Anastasia mense Octobri, die duodecimo. *Conf. Comm. præv. num.* 2 *et* 3.

(1) Combefis. pag. 513. — (2) Ibid. pag. 473. — (3) Ibidem. — (4) Ibid. pag. 476.

A D

DE S. FERRUTIO MARTYRE

MOGUNTIÆ

V. D. B. **COMMENTARIUS PRÆVIUS**

§ I. Memoria infastis sacris; quomodo admissa in Martyrologium Romanum. Carmina ejus sepulcro inscripta et aucta a Riculfo. Alia B. Rabani. Passio conscripta a Meginhardo Fuldensi. Antiqua lectio Moguntina.

CIRCA ANNUM CCC. S. Ferrutii, *martyris Moguntini, nomen, paucis olim auctariis Martyrologiorum Adonis et Usuardi insertum,*

S. Ferrutii *nomen, quod olim extra diœcesim Moguntinam vix notum erat, nunc per Martyrologium Romanum Baronii in omnibus ecclesiis inclaruit. Nullis enim antiquis inscriptum est martyrologiis, ne Rabani quidem, qui bina epigrammata in ejus honorem conscripsit. Credidit Baronius ab Adone illatam fuisse hujus martyris memoriam in suum Martyrologium; sed perperam. Verba enim, quæ in Mosandri leguntur editione:* Eodem die, sancti Ferrutii martyris, *additamentum esse adventitium ope antiquiorum codicum intellexit Rosweydus* (1). *Ut autem paucis aliquot recentioribus Adonis codicibus accessit* S. Ferrutii memoria *sic quoque Usuardi; scilicet codici Alberghensi, seu canoniæ S. Antonii in Alberghen, diœcesi Ultrajectina, scripto ad usum FF. Minorum; dein codici Danico, sæculo* XIV *itidem ad usum FF. Minorum exarato; editioni Lubeco-Coloniensi anni* 1475; *ambabus Greveni ineuntis sæculi* XVI; *et demum, errore unius diei, ad* 29 *octobris codici Hagenoyensi, descripto anno* 1412. *Omitto Ferrarium, qui in Catalogo generali sanctorum ad diem* 1 *januarii annuntiavit* Moguntiæ in Germania sancti Ferrutii martyris *natalem aut translationem, quasi tabulas ecclesiasticas Moguntinas, id est kalendarium liturgicum, secutus; sed errasse Ferrarium jam ostendit Bollandus* (2). *Et quidem in kalendario Breviarii Moguntini anni* 1570 *præteritur plane ad illam diem* S. Ferrutius, *nec quidquam in ejus honorem agebant illa die Moguntini. Verumtamen, si in Moguntinis libris hoc non invenit Ferrarius, fieri potest ut invenerit in Blidenstadiensibus: Blidenstadium enim, ut suo loco videbimus, sæculo* VIII *ejus reliquiæ a S. Lullo translatæ sunt. Ado auctus, sub nomine Bedæ anno* 1564 *a Plantino excusus, atque inde Galesinius, Walasser, Molanus in priori editione et Ferrarius memorant ad diem* 4 *januarii* S. Ferrutium martyrem (3), *quem Galesinius et Ferrarius, quod post S. Dafrosam martyrem Romanam annuntiatur, martyrium Romæ fecisse dixerunt. Sed loco* Ferrutii Ferreolus *legendus est, scilicet Uzeticenzis* (4).

C

a Baronio in Martyrologium Romanum et ab aliis in alios recentiores libros hagiographicos admissum fuit.

2. *Quum in illis itaque Adonis et Usuardi auctariis nudum* S. Ferrutii martyris *nomen contineatur, omissa palæstræ designatione, illud priori suæ Usuardi editioni inferre ausus non est Molanus; sed postquam Surius in quinto Historiarum sanctorum tomo tractatum Meginhardi de* S. Ferrutio *edidisset, in posteriore sua editione his verbis beatissimi martyris natalem annuntiavit:* Eodem die, commemoratio S. Ferrutii martyris, quem Lullus, archiepiscopus Moguntinus, motus celeberrimis E miraculis, in Lætantium cœnobium, quod Bleidenstad vocant, magno cum honore transtulit. *Unde Baronius, Adonem Mosandri, Usuardum Molani et sanctorum Historias Surii secutus, in Martyrologio Romano brevem hanc memoriam inseruit:* Moguntiæ S. Ferrutii martyris; *quam omisit cardinalis de Noaliis in Martyrologio suo Parisiensi, licet Moguntina ecclesia ad Gallias pertinere censeatur. Contra Petrus de Rochechouart in Ebroïcensi Martyrologio, quod anno* 1752 *excudendum curavit, eamdem in hunc modum ampliavit:* Moguntiæ sancti Ferrutii, qui, relicta militia ut liberius Christo serviret, a duce suo comprehensus et in carcerem missus, fame, siti aliisque ærumnis confectus, occubuit. *Legitur ejus vitæ breviarium inter Vitas sanctorum Hadriani Baillet, in Memoriis ecclesiasticis Tillemontii, in editionibus Germanica, Gallicis et Belgicis Vitarum sanctorum Butleri, in lexicis hagiographicis aut ecclesiasticis V. V. Petin, Joannis Stadler, Cajetani Moroni aliorumque.*

Ejus martyrium cognoscitur in primis ex carminibus, inscriptis ejus tumulo atque auctis a Riculfo archiepiscopo;

3 *Omnia autem, quæ de beato martyre novimus, ex tribus fontibus hausta sunt: videlicet ex titulo, ejus sepulcro inscripto et ineunte sæculo* IX *a Riculfo archiepiscopo aucto; ex duobus B. Rabani Mauri epigrammatibus, quæ jam supra memoravi, et ex tractatu Meginhardi, quem indicavi similiter. Verumtamen terni hi fontes ad unum reduci possunt, quum duo posteriores nonnisi primi rivuli sint. Meminit hujus tituli bis Meginhardus; scilicet num.* 13 *ita loquitur:* Hujus ergo viri beatissimi corpus presbyter, nomine Eugenius, adnitente Berengario, summa cum diligentia collectum, Castello tumulavit, titulumque causam summatim perstringentem composuit, sperans in resurrectione se cum eo partem habiturum, quem humanitatis obsequiis prosecutus est vel defunctum; *et cap.* XII: Ex literis itaque mausolæi, quo sacratissima medelæque scia reconduntur ossa, vir iste beatus cognoscitur Moguntiæ demoratus, amoreque divino cingulum militare solvisse, altaribusque sacris, Christo deinceps victurus,

(1) Vet. Rom. Mart. et Adonis Martyrologium, pag. 212. — (2) Acta SS. tom. I Januarii, pag. 2. — (3) Ibid. pag. 162. — (4) Cfr Sollerius, Martyrologium Usuardi, pag. 11.

arma

A arma devovisse. *Quæ verba loco commentarii sint sex priorum versuum sequentis epigrammatis* (1) : *(quatuor posteriores Riculfi esse patet.)*

EGREGIVS MERITIS PAVSAT FERRVTIVS ISTIC.
CINGVLA MILITIÆ CHRISTI QVI VERTIT AD ARAM.
IDCIRCO EST PŒNIS MARTYR MACERATVS ACERBIS,
PER MENSES BIS TER VINCLIS ET CARCERE CLAVSVS,
SPIRITVS ÆTHEREAM DONEC SVSCENDIT * IN AVLAM.
EVGENIVS, BARGER * CONDERVNT OSSA SEPVLCRO.

* surrexit (*Ioannis.*)
* Barnger?

—

POST LEVITA HVMILIS RICHOLFVS CONDIDIT ISTA,
QVAM CERNIS, LECTOR, SIGNAS ET * CARMINE TVMBAM.
PRO QVO QVISQVE LEGIS VERSVS, DIC SVPPLICE VOTO :
CHRISTE, TVI FAMVLI SEMPER MISERERE, PRECAMVR.

* signatam.

illud idem celebratur a B. Rabano Mauro duobus epigrammatibus;

4 *Quum hæc carmina apposuit Riculfus, jam pridem e vicinia Moguntina ad Blidenstadiense monasterium translatæ fuerant* S. Ferrutii *reliquiæ; quas certatim archiepiscopi Moguntini honorare visi sunt. Commemorat hæc B. Rabanus Maurus, et ipse Moguntinus archiepiscopus et* S. Ferrutii *cliens, in sequenti* B *epigrammate, novæ arcæ inscripto* (2).

MARTYRIS ERGO SACRI DVDVM HVC TRANSTVLIT OSSA
FERRVTII LVLLVS, PRÆSVL ET VRBIS HONOR.
RICVLPHVS POST HÆC, HAISTVLPHVS PRÆSVL ET IPSE,
AMPLIFICANT AVLAM, ÆDIFICANT TVMVLVM.
QVORVM SVCCESSOR, VILIS RABANVS, AD INSTAR
MAIORVM HANC ARCAM CONDIDIT ET TITVLVM.

Condidit B. Rabanus et hoc aliud epigramma, quo S. Ferrutii *laudes continentur* (3) :

Grandis honor Christi cultoribus exstat ubique,
Maxime qui pro ipso jam posuere animam.
Horum nam unus erat Ferrutius almus et aptus
Martyr, cum Albano testificans socio;
Præmia quîs Christus tribuit pro sanguine [fuso
Æternam vitam et regna superna poli.
Edidit hos versus Rabanus, coactus amore
Sanctorum : omnipotens, cui miserere, Deus.

fuse enarratur a Meginhardo, monacho Fuldensi,

5 *Aliquanto post abbas Blidenstadiensis Adalgerus, dolens quod monasterii sui patroni Passionem non haberet, convenit ea de re sæpius Meginhardum, in codice Bodecensi* abbatem *dictum, sed quem nunc omnes consentire videntur monachum fuisse Fuldensem* (4), *discipulum Rudolfi unius ex scriptoribus Annalium Fuldensium, qui post magistri sui mortem, die* 8 *martii anni* 865 *consignatam, historiam translationis S. Alexandri, a Rudolfo incohatam, absolvit* (5). *Verisimiliter ejusdem fere temporis est Sermo, quem victus Adalgeri efflagitationibus conscripsit Meginhardus. Verum hic, quum nulla antiqua exstarent Acta, quam difficile esset illam ornare spartam experimento intellexit. Nihil itaque habens præ oculis nisi veterem titulum, supra num.* 3 *a nobis propositum, sermonem seu tractatum scripsit de laude martyrii tum inter medias persecutiones, tum pace ecclesiæ; dein transiens ad* S. Ferrutium, *ejus martyrium juxta memoratum titulum explicat et demum narrat quantos ei honores ob miraculorum frequentiam adhibuerint S. Lullus, Riculfus, Haistulfus et B. Rabanus, Moguntini archiepiscopi. Scriptionis itaque indoles moralis potius est quam historica et plus verborum continet quam rerum; in quibus tamen, judicibus Tillemontio et Riveto, summam peritiam et ingenium ostendit auctor, ita ut pauca hujus ævi scripta Sermoni illi comparari queant, si pietas spectetur et spiritualis quædam unctio. Neque abest veterum librorum cognitio; adeo ut, si nihil præter hunc tractatum de Meginhardi scriptis superesset, insignis ei locus concedendus foret inter Fuldenses illorum temporum doctiores monachos. Plura omittimus, quum hanc scriptionem inferius edituri simus. Hanc in suis* S. Ferrutii *Vitis secuti sunt Adrianus Baillet et editores Germani et Belgæ Vitarum SS. Butleri, nisi quod Tillemontii commentariis tenacius adhæserint; Bailletus tamen plus cæteris.*

AUCTORE V. D. B.

6 *Placet demum subjicere lectionem, quæ olim in ecclesia cathedrali Moguntina et in universa diœcesi in usu erat : propter festum enim Apostolorum Simonis et Judæ non licuit* S. Ferrutii *natalem nisi ritu simplici celebrare. Sed accipe hanc lectionem, ex Breviario anni* 1590 *depromptam :* Eodem die, *quo scilicet agitur natalis apostolorum Simonis et Judæ,* celebratur commemoratio S. Ferrutii martyris; quem, relicto cingulo militari, Moguntiæ vixisse, indeque Castello trans Rhenum carceri inclusum fuisse proditum est a majoribus. Ubi ad septimum mensem omni humano destitutus solatio, inedia, pedore et squalore confectus, in Domino quievit, ab Eugenio sacerdote tumulatus. Longo dein post tempore beatus Lullus, Moguntinensis archiepiscopus, motus creberrimis miraculis, in Lætantium cœnobium (quod Bleidenstad vocant) magno cum honore transtulit : locumque tam ipse quam insequentes archiepiscopi maxima liberalitate sunt prosecuti. *In Breviariis Herbipolensibus, editis anno* 1507 *et* 1575, *indicitur festum* S. Ferrutii *ad diem* 29 *octobris cum tribus lectionibus de uno martyre. Sed, postquam ritus Romanus inductus est, Officiis propriis ecclesiæ Herbipolensis (exemplar habemus anni* 1625*) inserta* F *est nona lectio de* S. Ferrutio, *desumpta ex Meginhardi scriptione, non jam ad diem* 29, *sed ad* 28 *octobris.*

breviter autem in Breviario Moguntino anni 1590.

§ II. An militia priscis christianis esset illicita; quomodo factum sit ut S. Ferrutius martyr habitus fuerit; quo tempore cingulum abjecerit et mortuus sit.

Valde obscurum est quo tempore S. Ferrutius *passus*

De *passione* S. Ferrutii *duo quæsita fieri posse videntur : alterum, quare, militiæ abjecto cingulo, carceris pœnas adiverit; alte-*

(1) Serarius, Rerum Moguntinarum tom. I, pag. 146, edit. Joannis. — (2) Rabani Mauri Carmina, sect. I, num. CVI, ap. Migne, Patrologia latina, tom. CXII, col. 1659. — (3) Ibid. num. CVII. — (4) Mabillonius, Annales Bened. lib. XXV, num. 75, tom. II, pag. 267; Tillemont, Mémoires ecclésiastiques, tom. V, pag. 233, edit. Brux.; D. Rivet, Hist. litt. de France, tom. V, pag. 272; Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen, pag. 161, edit. 1866. — (5) Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. II, pag. 673 et seqq.

rum

sit; definienda hæc quæstio per occasionem martyrii seu cinguli militaris depositionem.

rum quando hæc facta sint. Extra controversiam positum est beatum virum carceris damnatum fuisse,

Cingula militiæ Christi *quod* vertit ad aram; *quæ pluribus explicat Meginhardus. Sed hic addit* incertum *esse utrum* urbis præfectus, iniquissimus judex, christianus an ethnicus *fuerit; et B. Rabanus* S. Ferrutium *socium facere videtur S. Albani martyris, qui sub Theodosio I Moguntiam venisse videtur et sæculo* V *ineunte aut adulto ibidem cruentas manus expertus esse*(1). *In recitatis enim carminibus, post laudatos universim martyres, sic pergit :*

Horum nam unus erat Ferrutius almus et aptus
Martyr, cum Albano testificans socio.

His accedit quod nomen viri, qui Eugenio presbytero inter tumulandum sancti martyris corpus suppetias tutit, Berengarius *fuisse dicitur a Meginhardo; quod nomen, germanicæ originis, Romanis nonnisi tarde usitatum fuit. Sentit itaque Tillemontius* (2) *facile fieri posse ut sub Valentiniano I, quo imperante*
B *alii cæsi sint martyres, passus fuerit* S. Ferrutius. *Qualitercumque hæc inter se cohærere videantur, quum certa temporis notæ desint atque per indicia et signa eis suppleri debeat, manifestum est causam et tempus martyrii separari non posse, sed in ambo simul inquirendum esse.*

E barbaro Berengarii nomine nil definiri potest, quum sæculo III jam multi Germani Christiani essent atque etiam presbyteri; nihil item ex B. Rabani carminibus.

8 *Verum pauca antea de Berengarii nomine et B Rabani carminibus observanda sunt. Imprimis nomen illud in tumuli inscriptione sæculo* IX *aut certe ante bellum tricenarium lectum est* Barger; *et in hoc versu :*

Eugenius, Barger, conderunt ossa sepulcro

non potuit nonnisi in duabus syllabis consistere. Verum Barger *videtur forma corrupta esse aut error lapicidæ. Scriptum proculdubio fuit* Barnger *seu* Bārger : *quo* Berengarium *communi forma repræsentari recte dixerit Meginhardus. Sed Moguntiæ, uti et in omnibus ad Rhenum oppidis, Germani immixti erant Romanis, ut ex ipsis superstitibus titulis patet* (3). *Brevissimum titulum Moguntinum referre placet* (4) :

C ATTILIO SVO
FOLKMARVS

Fidem autem christianam jam sæculo II *a Germanis compluribus admissam fuisse negari nequit, nisi S. Irenæo et Tertulliano, testibus notissimis, fides abrogetur* (5). *Neque barbari excludebantur sacerdotio, ut* VERECA presbyter et BATHUSES, minister ecclesiæ catholicæ, *qui sub Vinguricho seu Athanaricho et Fridigerno, principibus Gothis, sæculo Christi* IV *pro fide catholica cæsi sunt et kalendario gothico* (6) *ad diem* 29 *junii, et in aliis fastis ad* 26 *martii aut alios dies* (7) *inscripti sunt. Sed ne quidem dicitur Barnger de clero fuisse. Neque B. Rabani carmina magni sunt momenti ad persuadendum* S. Ferrutium *simul cum S. Albano vitam pro Christo dedisse. Hoc unum enim significare voluit B. Rabanus* SS. Ferrutium *et Albanum, Moguntinos patronos, de numero fuisse sanctorum martyrum. Minime autem accurationem verborum persequi studuit Moguntinus antistes. Non enim* pro Christo animam posuit S. Ferrutius, *multoque minus* sanguinem fudit; *sed cum pietate mortem in carcere obivit. Nec quisquam veterum aut recentiorum, quemadmodum jam pridem animadvertit Colvenerius* (8), *in S. Albani palmæ societatem adscripsit* S. Ferrutium.

9 *His itaque amotis, nil superest quo definiatur beati martyris ætas, nisi martyrii causa et modus. Sed hæc non parum difficilia. Tillemontius, Meginhardi insistens dubio* christianus an ethnicus *fuerit urbis præfectus et iniquissimus judex :* Atque id ipsum, *inquit* (9), scire vellemus : momento enim non careret non unum S. Martinum, etiam imperantibus christianis, mortem prætulisse militiæ periculis; eo usque sævitiæ ivisse duces ut ad hanc extremitatem virum adegerint; neque hanc crudelitatem a Valentiniano I, aliorum martyriorum auctore, alienam esse; et a Deo sanctam hanc pertinaciam fuisse coronatam. *Sed S. Martinus biennium post susceptum baptismum militavit, tribuni sui precibus evictus; neque missionem petiit, nisi quum donativi erogatio opportuna occasio visa fuit. Atque tum cæsari non dixit se militare non posse propter animæ*
E *pericula, sed quia Christi Dei miles erat* (10). *Et quum postridie pugna ineunda esset, singulari Dei providentia ex illis ambagibus liberatus est, quin militaret aut contumaciter cingulum abjiceret. Huc itaque nequaquam attinet S. Martini facinus; ita ut verisimile mihi videatur scriptorem tam accuratum cogitasse potius S. Victricii, archiepiscopi Rothomagensis et Morinorum apostoli, exemplum. Quod profecto magis quadraret, si manifesto constaret beatum virum non renuntiasse militiæ Juliani Apostatæ temporibus, quum continuo militum christianorum religioni struerentur insidiæ. Sed communiter censetur S. Victricius sub Juliani principatu arma posuisse; certe tribunus, qui eum carceri mancipavit et acerbissimis affecit tor-* F *mentis, sacrilegus erat et christianæ fidei vehementer adversabatur, ut ex S. Paulini literis, ex quibus unis S. Victricii fata novimus, compertum est* (11). *Verumtamen ab illo ipso S. Paulino laudatur maxime S. Victricius quod a sanguinis effusione abborruit :* Ante pedes, *inquit* (12), sacrilegi tribuni militiæ sacramenta permutans, arma sanguinis abjecisti, ut arma pacis indueres, contemnens armari ferro, quia armabaris Christo. *Quod vero Tillemontius martyria, temporibus Valentiniani I facta, adducit, hoc profecto assertum imprudenti excidit calamo. Re quidem vera severissimæ erat indolis imperator ille, neque impunia abire sinebat militum peccata* (13); *sed nullius martyris cædis accusa-*

Neque cinguli solutio S. Martini aut S. Victricii argumentum est S. Ferrutium *obiisse Valentiniani I temporibus, uti insinuat Tillemontius.*

(1) Acta SS. tom. I Junii, pag. 88 et seqq. — (2) Mémoires ecclésiastiques, Saint Cassien, art. VI, tom. V, pag. 233, edit. Brux. — (3) Cfr Steiner, Codex inscriptionum Romanarum Rheni, tom. II, pag. 237 et 238. — (4) Ibid. tom. I, pag. 268. — (5) Cfr Acta Sanctorum, tom. VIII Octobris, pag. 26 et seqq. — (6) Mai, Scriptt. Vett. tom. V, part. I, pag. 66. — (7) Cfr Acta SS. tom. III Martii, pag. 619; tom. II Aprilis, pag. 86 et seqq. — (8) In aunot. ad carm. CVII sect. I, Opp. tom. VI, col. 1640, edit. Migne. — (9) Art. cit. pag. 233. — (10) Sulpicius Severus, de Vita S. Martini, cap. IV, Opp. tom. I, pag. 9 et 10, edit. de Prato. — (11) Cfr Acta SS. Belgii, tom. I, pag. 382 et seqq. — (12) Ibid. loc. cit. — (13) Cfr Tillemontius, Mémoires des Empereurs, Valentinien I, art. 7 et 8, tom. V, pag. 7, edit. Brux.

tur

A *tur ab ipso Tillemontio, ubi sigillatim ejus explica gesta; nisi fors martyrium dixeris occisionem presbyteri Epirotæ, qui Octavianum, olim proconsulem et a Valentiniano inquisitum* (1), *absconderat. Hæc itaque omnia valde levia sunt.*

Nequaquam dubium est pristinis christianis militiam fuisse licitam et desertionem culpabilem, ut liquet ex sacramento et ex dictis conciliorum, martyrum

10 *Sed ad SS. Martinum, Victricium et Paulinum redeundum est. Esto itaque, trinis illis beatissimis viris persuasum fuerit licitum non esse sanguinem humanum fundere etiam in justo bello, imperantibus christianis principibus; hæc profecto res caret omni auctoritate. Quum enim hanc sententiam aut actu, aut stylo secuti sunt, terni adhuc erant laici, in doctrina christiana parum eruditi. Aliæ profecto erant episcoporum et conciliorum institutiones. Re quidem vera non putem in scriptis Patrum, ecclesiæ pace antiquioribus, ullum repertum iri locum, ubi aperte dicantur christiani militare posse; neque facile teterrimis illis temporibus cuiquam militia consulenda erat. Sed sæpius laudantur christiani milites aut quod præclarum aliquod facinus fecerant, aut quod*
B *idololatria se maculare noluerant, aut quod testimonium erant amatæ a christianis patriæ* (2). *Quum itaque presbyteri et episcopi abstinerent adhortari fideles ad capessenda arma, atque aliqui, doctrinam de mansuetudine christiana, aut de sæculi renuntiatione pervertentes, palam dicerent non licere christiano bellicas artes tractare, hinc factum aliquando est, ut aliquot milites christiani summa simplicitate (quemadmodum mox demonstrabimus) solverint cingulum et militare detrectarint. Sed, quum pax ecclesiæ reddita fuit et meliora illuxerunt tempora, concilio Arelatensi primo, quod anno* 314 *Constantini interventu ab universi Occidentis episcopis celebratum est,* de his qui arma projiciunt in pace *(ecclesiæ),* placuit abstinere eos a communione (3). *Neque his contraria definivit concilium Nicænum canone* XII; *quo canone, ut luculente ostendit Petavius* (4), damnati sunt ii *dumtaxat,* qui nuper, in Licinii persecutione, honesta et gloriosa confessione functi, (adeo ut propter nomen Christi militaribus zonis discincti et militia privati fuissent,) postea ad
C vomitum redierant, id est ad infamem illam militiam et cum Christi negatione conjunctam : cum, ut eam recuperarent, imperatoris mandato paruissent. *His itaque confessoribus apostatis, si ad frugem redirent, imposita est pœnitentia trium annorum inter audientes et decem inter prostratos. Neutiquam ergo hic canon spectat ad milites christiane militantes, sed ad singulare apostatarum genus. Jure autem merito Arelatense concilium graves constituit pœnas adversus desertores; quum arma projici non possent, non tantum absque justissimarum legum violatione et summo reipublicæ periculo et detrimento, verum etiam nonnisi fracto sacramento, quo solemniter juraverant* conventuros se jussu consulis *aut imperatoris,* nec injussu abituros (5).

Recte itaque ad Maximianum imperatorem dixit S. Mauritius nomine legionis Thebanæ (6): Milites sumus, imperator, tui : sed tamen servi, quod libere confitemur, Dei; tibi militiam debemus, illi innocentiam... Juravimus primum in sacramenta divina; juravimus deinde in sacramenta regia : nihil nobis de secundis credas necesse est, si prima perrumpimus.

et imprimis S. Augustini, gentiles, Manichæos aliosque redarguentis.

11 *Atque multis locis, quæ diligenter collegit Christianus Lupus* (7), *docet S. Augustinus plane illicitum esse imperatorum injussu militiam relinquere. Hunc unum excitabimus, ubi adversus paganos vindicat religionem christianam, quasi perniciosa esset Imperio Romano ejusque interitum arcesseret. Scribit itaque ad Marcellinum comitem* (8): Si christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus, consilium salutis petentibus, in Evangelio diceretur, ut abjicerent arma; seque omnino militiæ subtraherent. Dictum est autem eis : « Neminem concusseritis, nemini calumniam feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrum. » Quibus proprium stipendium sufficere debere præcepit, militare utique non prohibuit. Proinde qui doctrinam Christi adversam dicunt E
esse reipublicæ, dent exercitum talem, quales doctrina Christi esse milites jussit; dent tales provinciales, tales maritos, tales conjuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales servos, tales reges, tales judices, tales denique debitorum redditores et exactores ipsius fisci, quales esse præcepit doctrina christiana, et audeant eam dicere adversam esse reipublicæ, imo vero dubitent eam confiteri magnam, si obtemperetur, salutem esse reipublicæ. *Atque hæc certissima christiana doctrina est, jubens reddi Cæsari quæ sunt Cæsaris, et quæ Dei Deo. Neque discrimen faciendum est utrum princeps christianus annon, quoniam, ut in Commentario Psalmorum explicat ille idem Augustinus, per baptismum non solvitur prima etiam sub principe ethnico servitus* : Quod dixi, *ait* (9), de domino et servo, hoc intelligite de potestatibus et regibus, et de omnibus culminibus hujus sæculi. Aliquando enim potestates bonæ sunt et timent Deum, aliquando non timent Deum. Julianus exstitit infidelis imperator. Nonne exstitit apostata, iniquus, idololatra? Milites christiani servierunt imperatori infideli. F
Ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum qui in cælo erat. Quando volebat ut idola colerent, ut thurificarent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat : « Producite aciem, ite contra illam gentem, » statim obtemperabant. Distinguebant dominum æternum a domino temporali. Tamen propter dominum æternum erant subditi etiam domino temporali.

Ante ecclesiæ pacem pauci aliquot doctores, præeunte Tertulliano, visi sunt docuisse militiam christianis esse illicitam;

12 *Sed antequam christiana religio thronum Imperii Romani occupasset, non erant omnino unanimes milites fideles, neque etiam doctores christiani. Origenes in* VIII *libro, num.* 74, *contra Celsum* (10) *aperte docet militiam cum christiana professione non convenire et christianos non posse nisi precibus*

(1) Cfr Tillemontius, Mémoires des Empereurs, Valentinien I, art. 26, pag. 26 et 27. — (2) Cfr Mamachi, Origines Christianæ, tom. I, pag. 370 et seqq. tom. III, pag. 303 et seqq. — (3) Cfr Albaspinæus, De vett. eccl. ritibus observationes, pag. 585, edit. 1672. — (4) Dissertat. eccles. lib. II, cap. 2, num. 5. — (5) Livius III, 50, et XXII, 38. Cfr Becker et Marquardt, Handbuch der römischer Alterthümer, tom. III, part. II, pag. 291 et 292. — (6) Ruinart, Acta sincera martyrum, pag. 276 et 277, edit. 1713. — (7) Diss. de antiq. discip. christ. militiæ, cap. IV, in Opp. omn. tom. XI, pag. 106 et 107. — (8) Epist. CXXXVIII, cap. 2, Opp. tom. II, col. 531. — (9) In Ps. CXXIV, num. 7, Opp. tom. IV, col. 1654. — (10) Opp. omnia, tom. IV, col. 1027.

decertare

AUCTORE V. D. B.

decertare pro Imperatore; sed non satis ipse secum ubique convenire videtur (1). *S. Cyprianus, ad Donatum scribens, irridet eos qui bellum licitum esse volunt* : Et homicidium, *inquit* (2), quum admittunt singuli, crimen est; virtus vocatur, quum publice geritur! *Similiter Lactantius in sexto libro Divinarum institutionum* (3) *contendit* in præcepto Dei *(Non occides)* nullam prorsus exceptionem fieri oportere; *quem tamen ab errore purgare conatus est Petavius* (4). *Sed Titum Bostrensem concedit idem Petavius* (5) *in hoc capite a veritate aberrasse; contra negat Mamachius* (6), *affirmans Titum de bello injusto loqui; sed in hoc apologiarum genere plus sæpe subtilitatis inest quam nudæ simplicisque veritatis studii. Verum illis omnibus præivit Tertullianus; qui, quum in libro Apologetico* (7) *recte scripsisset* : Navigamus et nos vobiscum, et vobiscum militamus, et rusticamur et mercamur, *postea quum ad severiora placita deflexisset et omnes fere usus gentilium, quos qualitercumque in pravum sensum detorquere poterat, christianis illi-*
B *citos esse statueret, militiam quoque in libris de Idololatria et de Corona militis damnavit. In hoc ita disserit* (8) : Conquirendum est an in totum christianis militia conveniat. Credimusne humanum sacramentum divino superduci licere et in alium dominum respondere post Christum? Et ejerare patrem ac matrem, et omnem proximum, quos et lex honorari, et post Deum diligi præcipit,quos et Evangelium, solo Christo pluris non faciens, sic quoque honoravit? Licebit in gladio conversari, Domino pronuntiante, gladio periturum, qui gladio fuerit usus? Et prælio operabitur filius pacis, cui nec litigare conveniat? Et vincula, et carceres, et tormenta, et supplicia administrabit, nec suarum ultor injuriarum? Jam stationes aut aliis magis faciet quam Christo? Aut et in dominico die, quando nec Christo? Et excubabit pro templis, quibus renuntiavit? Et cœnabit illic, ubi Apostolo non placet? Et quos interdiu exorcismis fugavit, noctibus defensabit, incumbens et requiescens super pilum, quo perfossum est latus Christi? Vexillum quoque portabit æmulum Christi? Et signum postulabit a principe, qui
C a Deo jam accepit? Mortuus etiam tuba inquietabitur eneatatoris, qui excitari a tuba angeli expectat? Et cremabitur ex disciplina castrensi christianus, cui cremare non licuit, cui Christus merita ignis indulsit? Quanta alia in delictis circumspici possunt castrensium munium, transgressioni interpretanda? Ipsum de castris lucis in castra tenebrarum nomen deferre transgressio est. *Sedecim has rationes explicuit Lupus* (9); *ad quarum finem his sermonem concludit verbis* : Harum rationum quædam sunt firmæ; quædam parum aut nihil ponderis habent; *nulli certe hæc vis inest ut illicitum sit sub principibus gentilibus, multo minus sub principibus christianis stipendia merere.*

concessit tamen Tertullianus milites, ante baptismum militiam profes-

13 *Sensit hoc Tertullianus ipsemet, victus tamen potius communi christianorum disciplina, quam placitis principiisque suis fideliter inhærens. Concessit itaque omnino ne-*

sos, posse in ea perseverare.

cesse non esse ut miles, quum christianus fit, conditioni statuique suo renuntiet, sed satis esse, si, jussus res illicitas facere, cavilletur *seu caveat ne quid adversus Deum committat, adeoque* novissime perpetiatur pro Deo. Plane, *inquit* (10), siquos militia præventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum quos Joannes admittebat ad lavacrum; ut centurionum fidelissimorum, quem Christus probat et quem Petrus catechizat: dum tamen, suscepta fide atque signata, aut deserendum statim sit (ut a multis actum), aut omnibus modis cavillandum, nequid adversus Deum committatur, quæ nec ex militia permittuntur, aut novissime perpetiendum pro Deo, quod æque fides pagana *seu non militaris* condixit. Nec enim delictorum impunitatem aut martyriorum immunitatem militia promittit. Nusquam christianus aliud est. Unum Evangelium et unus Jesus : negaturus omnem negatorem, et confessurus omnem confessorem Dei, et salvam facturus animam pro nomine ejus amissam, perditurus autem de contrario adversus nomen ejus lucri habitam. Apud hunc tam miles est paganus * fidelis, quam paganus est miles infidelis; *quod est, rusticus seu civis urbanus fidelis est Dei miles, sicut miles imperatorius, Deo infidelis, divinæ militiæ adscriptus non censetur.*

* militiæ non adscriptus

Milites, qui ad nominarespondere noluerunt seu militiæ adscribi,

14 *Complures itaque milites christiani, se-*
veriorem hanc doctrinam et plane secum pugnantem secuti, deseruerunt militiam; sed ex eorumdem historia apparet hos semper minimo fuisse numero. Et quidem quum miles ille, cujus occasione Tertullianus librum de Corona militis scripsit, libero capite, coronamento in manu otioso, *ad donativum accipiendum accessisset, improbarunt vehementer ejus facinus Romanus pontifex cæterique catholici, certi militiam non esse vetitam, neque in coronis quemquam ritum gentilem adhærescere, nisi omnibus rebus indifferentibus significatio idololatrica adscribatur; adeoque universo illo libro redarguitur clerus Romanus et catholici, qui* prophetias Spiritus Sancti *Montanistici* respuerant. *Aliquot nomina ex eis, quorum natalis libris liturgicis inscriptus est, collegit Christianus Lupus* (11);
qui omnes passi sunt sub Galerio, Licinio, F
Diocletiano et Juliano Apostata, vi aut insidiis milites christianos ad participandas res idololatricas pellicere conatis, videlicet S. Hesychium sub Galerio; SS. Ursacium, Argæum, Narcissum, Marcellinum, Gordium et Theogenem sub Licinio; SS. Eudoxium, Zenonem et Macarium cum 1004 *sociis sub Diocletiano et S. Victricium sub Juliano Apostata : sed alios complures omitto, hoc unum quærens an multi (si cum reliquis comparentur) abjecerint baltheum et quare militiam detrectaverint nonnulli. Ex eis unus est valde præclarus, S. Maximilianus, qui anno* 295 *Theveste in Numidia, quum veterani filius esset et idcirco militiæ obnoxius,* eo quod indevoto animo sacramentum militiæ recusavisset, gladio animadversus est (12). *Priusquam hanc sententiam tulit, dixerat ei proconsul Dion :*

(1) Cfr Mamachi, Origines Christianæ, tom. III, pag. 304; Hugo Grotius, de Jure belli et pacis, lib. I, cap. 2, sect. 9. — (2) Epist. II. — (3) Epitome institut. divin. cap. 4. — (4) Dissert. eccl. lib. II, cap. II, num. 8 et seqq. — (5) Biblioth. Patrum, tom. IV, col. 908 et 909. — (6) Diss. eccl. lib. II, cap. II, num. 7. — (7) Origines christianæ, tom. III, pag. 309 et 310. — (8) Cap. XI, Opp. omnia, tom. II, col. 91 et 92, edit. Migne. — (9) Diss. cit. tom. cit. pag. 101 et 102. — (10) Cap. XI, col. sup. cit. — (11) Op. cit. cap. 3, pag. 100 et seqq. — (12) Ruinart, Acta SS. MM. pag. 301.

" In

A In sacro comitatu dominorum nostrorum Diocletiani, Maximiani, Constantii et Maximi milites christiani sunt et militant. « Maximilianus responderat : « Ipsi sciunt quod ipsis expediat. Ego tamen christianus sum, et non possum male facere. « *Quum autem signaculum plumbeum oblatum fuerat, responderat :* « Non accipio signaculum. Jam habeo signum Christi Dei mei. « *Interrogatus quæ mala milites facerent, responderat :* « Tu enim scis quæ faciunt. « *Adeoque Tertulliani scripta legisse videtur. Pater autem ejus, qui et christianus erat, aliter plane sentiebat, quippe qui filio* vestem ad militiam præparaverat. *Sed Cyzici in Hellesponto S. Theogenes, natione Phryx, ad militiam compulsus, militare noluit Licinio* (1), quem non nosset; se christianum esse, cui non convenire huic sæculo militare, cui abrenuntiasset; se non posse negare regem esse æternum cui militaret. *Ad quæ quum tribunus dixisset :* « Ecce et isti omnes, qui adstant milites, christiani sunt et tamen militant! « *respondit:* « Unusquisque scit quomodo militet; ego etiam novi cui militem regi. «

et qui militiæ cingulum abjecerunt, parvo fuerunt numero, comparati cum militibus christianis, sacramentum fideliter observantibus.

15 *Illi nondum militaverant. Sed S. Marcellus centurio, qui anno circiter* 298 *Tingi in Africa passus est et cujus Acta ad diem* 30 *octobris dabimus, jam dudum stipendia meruerat; sed solvit cingulum et vitem armaque sua projecit, quod natali imperatoris nollet participare epulum profanum, dicens* (2) : « Si talis est conditio militantium ut diis et imperatoribus sacra facere compellantur : ecce projicio vitem et cingulum ; renuntio signis et militare recuso. « *Sed postea Tertulliani placita professus est,* se christianum esse et sacramento huic *(militari)* militare non posse, nisi Jesu Christo, Filio Dei Patris omnipotentis; se projecisse arma ; non enim decere christianum hominem molestiis sæcularibus militare, qui Christo Domino militet. *Hactenus itaque vitem, centurionum insigne, servaverat, licet Baccho sacra censeretur* (3). *Neque eam detrectabat S. Marinus, cujus martyrium narravit Eusebius* (4); *quippe qui propter contentionem de vite, quam admittere paratus erat, religionis christianæ ab invido milite accusatus est. S. Tarachus quoque aliquandiu militiam profes-*
C *sus fuerat* (5); *sed* propterea quod christianus esset, renuntiaverat militiæ. *Interrogatus itaque quomodo recessisset a militia, dixit :* « Precatus sum Publionem principem et dimisit me. « *Quæ probabilis omnino erat ratio.*

Communibus temporibus milites Romani nihil jubebantur facere contra veram pietatem;

16 *Ex his itaque locis, ubi exspectasses nullos aut paucos christianos militiam adiisse aut in ea perseverasse, apparet contra multos eos fuisse numero, neque temere dixisse Tertullianum in Apologetico* (6) : Hesterni sumus et vestra omnia implevimus,... castella,... castra ipsa. *Quin Edmundus Le Blant* (7), *qui in* 10,050 *titulis gentilium* 545 *militum seu plus vigesimam partem deprehendit, et in* 4,734 *titulis christianorum* 27 *dumtaxat militum seu vix ducentesimam partem, fatetur hinc nihil colligi posse, quum qui non amabant sepulcris inscribere servum Dei serviisse hominibus, non minus fugiebant marmori incidere militem Christi cæsari militasse, hanc unam laudem magni facientes quæ esset æterna. Nec quisquam* (8) *dubitat militum christianorum numerum fuisse maximum. Et quidem, licet militia numquam ab animæ periculis vacua fuerit, non unus S. Martinus ita in ea vivebat,* ut jam illo tempore non miles, sed monachus putaretur (9). *Multi itaque sanctissimis florebant moribus, parati semper potius sanguinem profundere quam ritus idololatricos participare. Inter eos complures ardebant maxime christianam fidem propagare ; adeo ut per legiones Romanas divinum semen per universum Imperium satum et plantatum fuerit. Neque ordinariis temporibus ulla eis inferebatur vis ad quidpiam adversus unius Dei honorem patrandum ; quum absque summa religionis libertate legiones Romanæ consistere non possent, quippe quæ multos caperent a diis indigetibus aversos, quin etiam Judæos. Nam usque ad persecutionem,* E
a Galerio excitatam, imperatores, *inquit Eusebius* (10), nostris regendas etiam provincias committebant, omni sacrificandi metu eos liberantes ob singularem qua in religionem nostram affecti erant benevolentiam... Domesticis suis eorumque uxoribus, liberis ac servis, ea quæ religionis suæ erant, tam verbis quam factis libere exsequendi coram semetipsis potestatem dederunt.

AUCTORE V. D. B.

neque in sacramento militari quidquam erat non probabile;

17 *Deinde in communi militari juramento nihil potuit esse superstitionis, quum nullus neque scriptor, neque martyr hoc improbet, nisi quatenus se quis, Christo jam obligatus, homini mortali se obligare velit : sed hæc paucorum fuit persuasio. Necesse itaque fuit ut in sacramenti militaris formula neque simulacra* (11), *neque signa* (12), *neque genii publici aut imperatorum* (13), *neque eorumdem fortuna* (14) *invocarentur ; quum hæc juramenta merito superstitiosa viderentur christianis et judæis. Sed juramentum* per salutem imperatorum *probat Tertullianus* (15) *et usurpavit S. Marcianus martyr* (16) ; per caput imperatoris *juravit S. Potamiæna, virgo Alexandrina* (17) ; per majestatem imperatoris *jurabant milites christiani sub Valentiniano II*(18) *et demum in concilio Ephesino* per pietatem et victoriam imperatorum *abjuravit Zenon chorepiscopus hæresim quartodecimanorum* (19). *Quæ ex his formulis in usu esset sub imperatoribus ethnicis nemo facile definiverit.* F

neque duces quidquam irreligiosi facere jussi sunt usque ad Galerii, Diocletiani et Licinii tempora.

18 *Quod vero milites signa, plena superstitionis, sequebantur, ne Tertullianus quidem vitio vertit. Ducibus seu* militiæ, quæ inter dignitatem et potestatem est, necessitatem immolationum fuisse *affirmat ille idem* (20) ; *sed, ut ex adducto superius Eusebii loco patet, perpetua non fuit hæc adversus christianos severitas, adeoque inter martyres Agaunenses*

(1) Acta SS. tom. I Januarii, pag. 134 et 135. — (2) Ruinart, Acta sincera martyrum, pag. 303. — (3) Cfr Petiscus, Lexicum antiquit. v° *Vitis*. — (4) Hist. eccles. lib. VII, cap. 15. — (5) Acta SS. tom. V Octobris, pag. 567. — (6) Cap. 37, Opp. tom. I, col. 462, edit. Migne. — (7) Inscriptions chrétiennes des Gaules, tom. I, pag. 84 et seqq. — (8) Cfr Lami, De eruditione apostolorum, pag. 295 et seqq. — (9) Sulpicius Sev. Vita B. Martini, cap. 2. — (10) Eusebius, Hist. eccl. lib. VIII, cap. 1. — (11) Cfr Acta MM. Lugdunensium, cap. 14, ap. Ruinart, pag. 79. — (12) Cfr Hier. de Prato, Sulpicii Severi opera, tom. I, pag. 327. — (13) Cfr Tertullianus, Apologeticus, cap. 32. — (14) Cfr Acta S. Polycarpi, ap. Ruinart, pag. 34. — (15) Apologeticus, cap. 32. — (16) Acta SS. Marciani et Nicandri, ap. Ruinart, pag. 552. — (17) Acta SS. Potamiænæ, ap. Ruinart, pag. 123. — (18) Vegetius, De re militari, lib. II, cap. 5. — (19) Cfr Ruinart, pag. 47. — (20) De idololatria, cap. 19.

S. Mauritius

AUCTORE V. D. B.

S. Mauritius erat primicerius, S. Exsuperius campiductor et S. Candidus senator militum (1); *qui vero a Græcis* μεγαλομάρτυρες *appellantur, ii omnes perhibentur insignem in legione locum occupasse. Utique a decretis persecutionis universalibus non semper immunes fuere milites; et quidem inter martyres magnus censetur numerus. Verum nihil quidquam singulare umquam adversus milites christianos statutum aut actum fuisse videtur ante annum Christi* 298, *quo Galerius* christianos, qui in exercitu militabant, ...per vim abducere a religione sua conatus est (2); *qua atrocitate Diocletianus* (3) *quoque et Licinius* (4) *christianum nomen delere voluerunt.*

Milites, qui cingulum militare abjecerunt propter causas, quas Tertulliani paradoxa *vocant, et simplici animo ex conscientia passi sunt, ure martyribus accensentur;*

19 *Ex his itaque apparet tantum abesse ut primorum temporum christiani plerique censerent militiam Christi fidelibus esse illicitam, ut contra hæc paucorum fuerit persuasio; deinde rationes, ob quas aliqui dixerunt fas sibi non esse signaculum militare accipere aut illud retinere, has ipsas esse quas proposuerat Tertullianus et quibus se impeditum non sensit Petavius* (5) *quin aperte diceret illam doctrinam* inter paradoxa Tertulliani referri debere, cujusmodi illo in auctore sint multa. *Verum, si non solus Tertullianus hæc proposuerit, si Origenes, S. Cyprianus, Lactantius, Titus Bostrensis aliique ita locuti fuerint ut aliis visi sint eadem plane docuisse quæ Tertullianus, aliis indigere subtili interpretatione, quid mirum, si milites, viri utique agrestes et non eruditi, male intellexerint hæc verba :* Non occides ; *et hæc alia :* Nemo potest duobus dominis servire, *crediderintque sibi licitum non esse arma adversus hostes ferre aut alii domino ac Christo se mancipare? Quod si hoc firmiter crediderint, quum, secundum Apostolum, qui* cum conscientia usque nunc idoli quasi idolothytum manducant, conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluatur, *sic quoque milites christiani, quibus persuasum esset se sine piaculo militare non posse, graviter peccassent, nisi abjecissent arma. Conscientia enim, sive recta, sive erronea, proxima rerum agendarum lex est. Quapropter merito inter martyres recensentur ii omnes, qui bona fide crediderunt illicitam sibi esse militiæ adscri-*
C *bi, aut cingulum militare servare, eamque ob causam necesse esse mori potius quam conscientiam suam infirmam polluere.*

sed nullus eis accenseri potuit post concilium Arelatense anni 314. *Ante itaque passus est* S. Ferrutius; *qui quum benignissime habitus fuerit,*

20 *Verum credibile omnino non est fuisse episcopos et presbyteros, qui, postquam concilium Arelatense statuisset cingulum militare sine peccato abjici non posse, inter martyres retulerint eos qui hanc violassent legem; et propterea admitti non posse videtur* S. Ferrutium *militarem vestem posuisse et in carcere fuisse extinctum post concilium Arelatense. Neque etiam persecutionis tempore arma abjecisse censendus est, ut suadet pœnæ (si tamen pœna fuerit) genus et modus. Passim quidem traditum video martyres delectos, qui sacramentum militare recusarent, et milites, qui cingulum abjicerent, communibus pœnis castigatos fuisse. Verum adversus eos qui citati* D *ad nomina non respondebant, diu nulla certa statuta fuit pœna; sed magistratus arbitrio plectebantur multa pecuniaria aut bonorum confiscatione, virgis cædebantur aut includebantur carceri, vendebantur aut in servitutem redigebantur* (6). *Quæ pœnæ deinceps mitigatæ sunt :* nam, *ut loquitur Arrius Menander* (7), *qui sub Alexandro Severo inter jurisconsultos floruit* (8), et qui ad delectum olim non respondebant, ut proditores libertatis in servitutem redigebantur : sed, mutato statu militiæ, recessum a capitis pœna est, quia plerumque voluntario milite [numeri] supplentur. *Exinde itaque* requisitus juvenis vel a patre postea exhibitus in deteriorem militiam dandus erat. *Atque ille idem Arrius respondebat* (9) : Non omnes desertores similiter puniendi sunt... Qui in pace deseruit, eques gradu pellendus est : pedes militiam mutat. In bello idem admissum capite puniendum est. *Sed, quum minus bello arma deponerent milites christiani, quam pace, hinc ratio reddi nequit quare mortis damnati fuerint. Adducit itaque Baronius* (10) *hæc sequentia Arrii verba* (11) : Qui desertioni E aliud crimen adjungit, gravius puniendus est; *gravius autem eorum crimen fuisse religionem christianam. Hoc aliquando contingere potuit. Verum Maximilianus eo tantum nomine* gladio animadverti *jussus est,* quod indevoto animo militiæ sacramentum recusaverat (12); *et Marcellus, quod,* abjecto publice sacramento, polluisse se dixerat, et insuper apud Acta præsidialia alia verba furore plena deposuerat (13). *Nitebantur itaque hæ sententiæ alia lege, scilicet quod* contumacia omnis adversus ducem vel præsidem militis capite punienda erat (14); *atque ab antiquissimis temporibus, ut Dionysius Halicarnassæus* (15) *auctor est, per legem ducibus permissum erat* inobedientes (ἀπειθοῦντας) occidere (ἀποκτείνειν).

videtur diem obiisse sub principatu Gallicano Constantii Chlori.

21 *Hæc itaque pœna manebat quoque* S. Ferructum ; *sed benigne cum eo actum est, siquidem carcere clausus fuit, neque in judicium vocatus, quo resipiscendi tempus ei suppeteret. Qua benignitate numquam esset habitus, si feralia tum proposita fuissent edicta : sed, duplicis criminis reus, et abjectæ militiæ, et vetitæ religionis, ad provinciæ præsidem fuisset* F *ductus aut missus. Atque hæc lenitas adversus milites eosque christianos videtur mihi pertinere ad Constantii Chlori tempora, qui dum Diocletianus et Maximianus in Oriente, Illyrico, Italia et Africa adversus christianos furerent,* placidum ac tranquillum principatum suum subditis exhibens, paterna quadam cura ac sollicitudine eos fovit, *et,* profundissimæ pacis intra imperii sui fines auctor ac signifer, subditis suis permisit ut absque ulla molestia divino cultui inservirent (16). *Quapropter censeo* S. Ferrutii *mortem nullo opportuniori tempore constitui posse, quam inter annum* 292 *et* 306 ; *quo temporis spatio Constantius Chlorus, jam Cæsaris, jam imperatoris titulo Galliis præfuit.*

(1) Ap. Ruinart, pag. 276. — (2) Eusebius, Hist. eccl. lib. VIII, cap. suppl. pag. 317. — (3) Lactantius, de Morte persecutorum, cap. 10. — (4) Eusebius, Hist. eccl. lib. X, cap. 81, pag. 396. — (5) Dissert. eccles. lib. II, cap. II, num. 7. — (6) Cfr Becker, Handbuch der Röm. Alterthümer, tom. III, part. II, pag. 288. — (7) Dig. lib. XLIX, tit. XVI de re militari, leg. IV, *Qui cum uno,* § *Gravius.* — (8) Tortorelli, Degli antichi giureconsulti romani, pag. 228. — (9) Leg. V, *Non omnes.* — (10) Cfr Baronius, ad an. 298, num. 4. — (11) Leg. cit. § *Qui desertioni.* — (12) Ruinartius, Acta MM. pag. 301. — (13) Ibid. pag. 304. — (14) Dig. lib. XLIX, tit. XVI, lex VI, *Omne delictum.* § *Contumacia.* — (15) Antiq. Roman. lib. XI, cap. 43. — (16) Eusebius, Vita Constantini, lib. I, cap. 13.

A

§ III. Translatio corporis S. Ferrutii ad monasterium Blidenstadiense : hujus monasterii et reliquiarum S. Ferrutii fata.

S. Ferrutii *corpus, prius sepultum prope Castellum, vulgo* Cassel, *in ripa Rheni orientali,*

Beatissimi viri corpus, summa diligentia collectum, a presbytero Eugenio, alteriusque viri auxilio, Castelli tumulatum fuisse auctor est Meginhardus. Quod Castellum, absolute aut antonomastice scriptum, præsens oppidulum Cassel *esse a nullo scriptore Moguntino videtur in dubium revocari* (1). *Est autem verisimiliter id ipsum castellum, quod Drusus, teste Dione Cassio* (2), in Cattis ad ipsum Rhenum extruxit. *Ante erat illic vicus novus Meloniorum; qui, quum mœnibus cinctus est, civitatis Mattiacorum nomen accepit* (3). *Castellum postmodum commune nomen. Si cre-*
B *datur Fuchsio* (4), *jam pridem ejus ambitus, Rheni alveo mutato, plus media parte aquis detritus est. Sed ita non esse demonstrarunt complures* (5) : *ita ut ex ordinariis mappulis topographicis pristini Castelli situs, (quippe qui idem pene sit ac præsentis oppidi,) facile intelligatur. Non conditum sancti martyris corpus in ipso castello, (intra mœnia enim cadavera sepelire fas non erat;) sed ad partem meridionalem, ubi sæculo superiori S. Georgii adhuc erat cœmeterium et ubi olim multi spectatæ militiæ viri aliique nobiles e Romanis, uti ex titulis apparuit, sepulti fuerunt* (6).

inde transfertur a S. Lullo ad monasterium Blidenstadiense, cujus præcipuum decus sit. Labores Riculfi, Haistulfi et B. Rabani Mauri.

23 *Relictumne ibi fuerit* S. Ferrutii *sepulcrum sub dio, an reconditum in basilica seu ædicula cœmeteriali, quum meliora illuxerunt tempora, nullo testimonio, sed dumtaxat divinando et conjecturis definiri potest. Hoc Meginhardi testimonio constat,* membra sacratissima, beneficiis divinitus comitata, a civibus frequentata *fuisse, eaque ibidem* usque ad Lulli venerabilis pacifice quievisse pontificatus tempora; *quibus temporibus ad Blidenstadiense*
C *monasterium translata sunt. Distat hic locus viginti a Moguntia chiliometris, spectans ad occasum æstivum, in ripa sinistra Ardæ rivi. De hujus asceterii originibus inter historicos non omnino convenit. Alii dixerunt hoc conditum fuisse a S. Bonifacio, archiepiscopo Moguntino, alii a S. Sturmio, abbate Fuldensi, alii a Carolo Magno, aliique demum a S. Lullo, in sede Moguntina S. Bonifacii successore* (7). *Sed ex his, quæ Meginhardus num.* 14 *tradit, manifesto constat S. Lullum hujus cœnobii exstitisse auctorem. Verumtamen, ut loquitur V. V. Vogel* (8), fundatorem *agnoscebat Carolum Magnum et* dotatorem *S. Lullum. Antiquissimum quod supersit diploma anno* 778 *scriptum est, non multo post monasterii exordia. Transtulit illuc S. Lullus* S. Ferrutii *ossa, Castelli miraculis coruscantia, tum ut hæc jacerent loco magis honorifico, tum ut novæ basilicæ ingens accederet decus. Tumbam renovavit Riculfus, S. Lulli successor, eique inscribenda curavit vetera Eugenii presbyteri carmina, cum quatuor novis, quibus se illius tumuli conditorem professus est. Sed hæc vide supra, num.* 3. *Die* 6 *junii anni* 812 *templum Deo solemniter consecravit idem ille Riculfus; in quo templo sepulti fuerunt comites de Kunigeshundrete, domus Nassavicæ atavi. Haistulfus et B. Rabanus Maurus aulam amplificaverunt; quemadmodum carminibus, supra num.* 4 *recitatis, explicuit posterior. Florebat itaque illic* S. Ferrutii *cultus; unde Blidenstadiense cœnobium nonnumquam dictum est monasterium, abbatia et ecclesia* S. Ferrutii (9).

AUCTORE V. D. B.

Sæculo XI monasterium reformatur et XV mutatur in canoniam.

24 *Minus floruit disciplina monastica; quamobrem anno* 1085 *colonia duodecim monachorum cum abbate ex Hirsaugiensi abbatia educta est et in* S. Ferrutii *ædes introducta* (10). *Sed per miseriam temporum et continuam rerum omnium humanarum prolapsionem factum est ut ad finem sæculi* XV, *quum nonnisi nobilibus pateret cœnobium, denuo pessumivisset disciplina* (11). *Anno itaque* 1495 (12), *non autem* 1498, Ekkardus abbas et monachi S. Ferrucii in Blidenstatt, — *verba sunt Trithemii* (13), — ordinis nostri, Moguntinæ diœcesis, dispensatione Romani pontificis Alexandri falsis narrationibus impetrata, a sancta religione monastica recesserunt, votum Deo factum simul et ordinem cum habitu abjicientes, nullam translationis suæ causam habentes aliam quam omnino sceleribus depravatam voluntatem et odium pertinax disciplinæ regularis, facti ex monachis dissolutis clerici, quales ex similibus fieri solent, semetipsis turpiores. Si Æthiops lavando fit albus, et apostata monachus erit canonicus bonus. *Ex quibus Trithemii verbis manifestum est quanta ira alii Benedictini hanc pessimi exempli mutationem intellexerint. Neque hic steterunt. Guilielmus, abbas B. M. V. Lucemburgensis, ordinis Benedictini, visitator, corrector et* F *judex, obtestatione interposita, novis canonicis ut ad ordinem redirent mandavit; sed Joannes Jacobus Leist, decretorum doctor, protonotarius apostolicus et Moguntinæ ædis B. M. V. decanus, auctoritate, qua tum fungebatur, literisque datis die* 14 *martii anni* 1496, *prohibuit ne eos amplius interturbaret* (14). *Tota itaque via errant qui perhibent hanc conversionem contra Blidenstadiensium voluntatem fuisse factam* (15). *Neque verum est monachos in diversa distributos fuisse monasteria; sed abbas factus est præpositus, prior decanus et alia aliis monachis concredita offi-*

(1) Cfr Serarius, Moguntinarum rerum lib. I, cap. 16, tom. I, pag. 42, edit. Joannis; Werner, der Dom von Mainz, tom. I, pag. 426; Fuchs, Alte Geschichte von Mainz, tom. I, pag. 385; Räss und Weiss, Leben der Väter und Martyrer, tom. XIV, pag. 550; Vogel, Historische Topographie des Herz. Nassau, pag. 28. — (2) Roman. histor, lib. XIV. Cfr Cellarius ; Fuchs, Alte Geschichte von Mainz, tom. I, pag. 384, et Wagner, Beschreibung des Gr. Hessen, tom. II, pag. 48. — (3) Steiner, Inscriptiones Rheni, tom. I, pag. 195. — (4) Alte Geschichte etc. tom. I, pag. 312. — (5) Cfr Werner, Der Dom von Mainz, tom. I, pag. 21. — (6) Fuchs, Alte Geschichte etc. pag. 318, num. 87. — (7) Hirsching, Stifts-und Kloster-Lexicon, tom. I, pag. 441. — (8) Historische Topographie des Herz. Nassau, pag. 28. — (9) Cfr Mabillonius passim in Annalibus; Necrologium Bleidenstadiense, ap. Böhmer, Fontes rerum German. tom. III, pag. 152; Bulla Alexandri VI, ap. Gudenum, Cod. diplom. Mogunt. tom. IV, pag. 508 etc. — (10) Ibid. pag. cit. — (11) Cfr Bulla Alexandri VI, ap. Gudenum, Cod. dipl. Mog. tom. IV, pag. 508 et seqq. — (12) Cfr Bulla cit. et Joannis, Rer. Mog. Serarii, pag. 807. — (13) Chronicum Hirsaugiense, tom. II, pag. 570. — (14) Joannis, pag. 807. Cfr Gudenus, tom. IV, pag. 512. — (15) Hirsching, Lexicon, tom. I, pag. 441.

AUCTORE V. D. B.

cia; adeoque loco abbatis, prioris, quatuor monachorum et duorum acolythorum instituti sunt canonici octo et decem vicarii (1). *Sed præposituram anno* 1538 *suppressit Paulus papa III.*

Perstant ibidem canonici inter medios protestantes, donec bello tricenario milites Sueci templum demoliuntur. Moguntiam translati, supprimuntur ad an. 1801.

25 *Quo tempore circumcirca res ecclesiasticæ convertebantur et principum auxilio prævalebat Lutherana hæresis; quæ anno* 1530 *parochiali S. Petri templo potita est, neque deinceps expelli potuit. Blidenstadienses itaque canonici integrum sæculum perseverarunt medios inter protestantes. Sed anno* 1632 *bello tricenario occuparunt hoc oppidum Sueci et diruerunt templum monasticum* (2); *qua calamitate tumulus* S. Ferrutii *periit* (3) *et pleræque reliquiæ. Atque anno* 1637 *incendio deletæ sunt quatuordecim oppiduli superstites domus et omnes ædes regulares. A Suecorum adventu cessavit illic aliquandiu cultus catholicus; sed postea in aula decanali singulis diebus dominicis celebratum est Missæ sacrificium; quo officio ab anno* 1670 *functus est Minorita ex Langen-Schwalbach. Sed anno* 1685 *inceptum novum templum, pristino longe*
B *minus magnificum; quod adhuc exstat et a presbytero sæculari procuratur. Verumtamen ab anno* 1632 *numquam amplius collegium suum Blidenstadii restituerunt* S. Ferrutii *canonici; sed adhæserunt Moguntiæ S. Albani canonicis, qui usque ad annum* 1419 *etiam S. Benedicti regulam secuti erant et dein post multos casus, amisso per tumultus bellaque suo templo, demigrarant prius in FF. Prædicatorum ædem, atque inde in templum S. Stephani : ubi se eis adjunxerunt* S. Ferrutii *canonici. Sed quum anno* 1666 *ob depulsam lucm S. Sebastiani ædes erecta est, S. Albani et* S. Ferrutii *diversi et conjuncti chori eo introducti sunt* (4) *anno* 1682 (5), *ibique ecclesiastica officia fecerunt usque ad* 1798, *quo libertatis et rationis cultores illic altare novis deabus erexerunt. Sed novos advenas inde expulit Napoleon consul. Verumtamen non diu restituti utrique canonici; anno enim* 1801 *aut* 1802 *per concordatum suppressi fuerunt. Ipsa vero ditissima ædes anno* 1809 *diruta fuit* (6). *Verumtamen ad finem res temporalis adeo detrita erat, ut capi-*
C *tulum constaret ex decano dumtaxat, sex canonicis et quatuor vicariis* (7).

Reliquiarum S. Ferrutii *fata.*

26 *Nuspiam memoria fit eos quidpiam servasse de patroni sui ossibus. Feliciores se arbitrabantur Societatis Jesu Patres Moguntini; in quorum templo custodiebatur reliquiarum* S. Ferrutii magna pars; cum tamen, *sic pergit Serarius* (8), is Bleidenstadii fuerit a B. Lullo conditus; et cum ejus caput neglectius in Bingawiæ vici cujusdam loco vili et abjecto, veluti contemptum, prostaret, illinc in Societatis Jesu templum a quodam allatum est; bonaque reverendi et nobilis domini Joannis Schütz ab Holtzhausen, qui R^mi et I^mi Wolfgangi vicarius tunc erat, venia et annutu retentum cultumque diligentius. *Collegium et pulcherrimum templum S. Ignatii, quæ studiorum universitati attributa fuerunt die* 6 *septembris anni* 1773, *nocte dierum* 28 *et* 29 *junii intermedia anni* 1793, *incendio ab obsidentibus hostibus excitato cum omnibus fere pignoribus deleta fuerunt* (9). D

PASSIO S. FERRUTII

MARTYRIS MOGUNTINI

auctore Meginhardo abbate, ex editione Surii, collata cum codice ms. Bodecensi a. a

PROLOGUS

Meginhardi abbatis in Vitam S. Ferrutii.

Scriptoris humilitas; Moguntinorum laus.

Domino Adalgero cum grege sibi concredito Meginhardus exiguus omne datum optimum, descendens a patre luminum *. Juxta laudem sapientiæ veridicam, qui propriam novit occultare stultitiam, suam præstat abscondenti scientiam *. Unde, sæpe rogati in laudem S. Ferrutii aliquid dicere, maluimus silendo latere quam palam subsannationi nugas promendo parere. Neque enim minimum nos illa Tulliana declamatio terruit, quæ tepidos sic carpens scriptores intonuit : Mandare quemquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis et otio et litteris *b*. Diutina siquidem deliberatione *b*
fluctuantes vacaremusne * an scriberemus, effectiva tandem illa charitas vicit, quæ nonnisi operando ardoris sui flammas exerere * novit. Qui vero nos tantilli, qui per subarescentis stillam rivuli quicquam nos præstare putemus fluctibus Rheni, qui * quidquid natura pretiosum, quidquid moralitate decorum, quidquid ratione splendidum mundus quadrangulariter teres usquam mortalibus offert *, tumidus totum Moguntiæ confert? Ambrosios enim gremio confovet, qui divinum * vertice melliflui nectaris odorem aspirent; Augustinos, qui divinitatem inter cherubim speculando miris armaria tractatibus adaugeant; Gregorios, qui, verbi divini pabula vigilantissime ruminantes, in promptuariis ex hoc in illud eructantibus, opportune promendo recondant. Ibi fons philosophicus prata virentia rivis septenis inundat gratisque potantes dulcedine æterni * saporis inebriat. Unde suppliciter imploramus culminis celsitudinem vestri, quatenus inter aurea gemmeaque, quibus abundatis, poculorum genera crateræ vilis vel gustum non dedignemini fraternæque mentis munusculum humilitatis saltem gratia non aspernemini. Sed ecce dum supra vires conamur, sub onere labimur et ad gressum liberum non valentes erigi, per terram trahimur depressi; ut in nobis impleatur quod beatus Gregorius humiliter de se profitetur *, quia vires, quas imperitia denegat, charitas ministrat. Ipsius ergo

* Jac. I, 17.

* Eccli XLI, 18.

* nc *om. B.*

* exercere *B.*

* quia *B.*

* effert *B.*

* divini *B.*

* terni *S.*

* d. s. h. fatetur *B.*

(1) Joannis, pag. 807. —(2) Vogel, Topographie des H. Nassau, pag. 28. — (3) Joannis, pag. 186. — (4) Ibidem, pag. 72 et 90. — (5) Schaab, Geschichte der Stadt Mainz, tom. II, pag. 172. — (6) Schaab, pag. cit. et seq. — (7) Werner, Der Dom von Mainz, tom. I, pag. 427. — (8) Ap. Joannis, pag. 46. — (9) Schaab, tom. II, pag. 165.

meritis

A meritis intervenientibus, cujus in laudem ex informi materia sermo cudetur, oculus noster interior Spiritu Sancto mundante purgetur, aridumque cordis nostri desertum fonte in vitam æternam saliente rigetur: quatenus quicquid dicetur, Deo gratum, egregio Ferrutio dignum, prudentiæque vestræ placabile reperiatur.

ANNOTATA.

a *De auctore hujus sermonis dictum est in Commentario prævio, num.* 5. *Hactenus solus eum edidit Surius ad diem* 28 *octobris; Serarius et Joannis partem historicam inseruerunt libris rerum Moguntinarum. In codice Bodecensi potissima pars oratoria resecta est. Inde tamen restituere potuimus aliquot loca, in editione Suriana omissa.*

b *Locus hic, a vocabulo* mandare *ad* literis, *desumptus ex Tusculanarum quæstionum libro I, num.* 3, *etiam in optimis editionibus legitur, quemadmodum a Surio editus: in codice Bodecensi verba sunt nonnihil trajecta* B *atque etiam depravata sensu tamen non mutato.*

Incipit Legenda.

Honor sanctis habitus redundat in Christum.

Cum per organum Spiritus Sancti familiare, mirabilem et gloriosum Dominum in sanctis suis admoneamur laudare, non solum quotidianis obsequiis, sed et excellentiori quadam devotione par est eos honorare. Summis enim studiis devotionis obsequium videtur exequendum, quod, sanctis delatum, recurrit in Christum. Verum non homo solus divinæ debitor provocatur laudis, sed creatura potius omnis, rationalis videlicet, irrationalis et insensibilis. Per se quippe Deum laudat creatura rationalis et intelligibilis: per hominem vero irrationalis et insensibilis, dum eam homo considerans vota conditori solvit jubilationis. Laudant autem Dominum et ipsa, quoniam laudationem Domini eorum parturit causa. Quæ autem dicuntur insensibiles creaturæ, si vel ipsum conditorem va- C leant sentire, paucis libet considerare. Si sensus a sentiendo dicitur, omnis creatura Deum sentire probatur. Secundum se namque creatorem sentit creatura, ubi etiam se non sentit vita. Est autem sensus a sentiendo, quo creatura Deum sentiens, ejus obtemperanter obedit imperio. Nam, imperante fide si transferantur montes *, insensibiles utique Deum sentiunt rupes. Omnis ergo creatura sensum habet in Deum.

* I Cor. XIII, 2.

Martyrum memoriam celebrare quid conferat.

2 Martyrum autem Christi memoriam, omnium fidelium devotione recolendam, festivis gaudiis laudibusve debitis venerari, quid ferat emolumenti, juxta vires ingenioli nostri, in initio dicendi operæ precium duximus perscrutari. Nam, si desit emolumentum, e supervacuo causæ tractatur negotium. Omnis itaque profectus de causa parturiente progreditur. Sed omnis causa efficiens esse probatur. Omne autem efficiens, majus est eo, quod efficitur. Unde recte quærenda videtur causa gaudiorum, quo lucidius pateat emolumentum. Neque enim parvulorum more nos decet effluere: qui genuino mox ab utero in incolatus hujus ærumnam profusi, sicut gratis vagitibus, nesciisque ploratibus ora rigantur, sic et in varios gratulationum gestus sine causa laxantur. Nos vero, qui jam quæ parvulorum sunt, evacuavimus, qui robur virile, solido cibo spiritualium pasti deliciarum, induimus, qui per speculum et in ænigmate videmus, quod facie revelata sumus visuri*, gaudia nostra gaudiorumque proventus ratione conducit contemplari. Quid autem rectius causam dixerim gaudiorum vel profectus nostri, quam bonitatem Dei? Ipse namque bonitatis origo, profectusque totius perfectissima consummatio, justus rerum dispensator atque moderator, humanæque salutis amator, electis suis agonizantibus gratiam largitur pro gratia*, dum pro laboribus momentaneis præmia tribuit sempiterna, peccatores atque sceleratos, largus in misericordia, bonitate salvat gratuita.

AUCTORE MEGINHARDO.

* I Cor. XIII, 11, 12.

* Johan I, 16.

Patrocinium angelorum et hominum beatorum; martyrium in pace ecclesiæ.

3 Prospiciens enim fragilitati delinquentium, spirituum cælestium et hominum, vitæ puritate actionisque sinceritate sibi placentium, nobis providit patrocinium: quatenus, erratis nostris innumerabilibus offensus, ipsis placaretur intervenientibus. Et hoc merito gaudiis religiosis, officiosaque recolimus veneratione, sanctos videlicet gratia laboreque meruisse, ut apud judicem districtum nobis valeant prodesse. Quod autem gratius emolumentum, quam ipsorum interventu nexibus exui delictorum, diversis mundi casibus eripi, post mortemque cum ipsis, si tamen fideliter eos imitemur, gaudiis sempiternis perfrui? Quid autem prodest eos magnopere venerari, quos, in quantum carnalis conversationis fragilitas admittit, non satagamus imitari? Ipsi quippe sumpta cruce Christum E sunt imitando secuti: nos vero tardi atque desidiosi, si Christum non possumus sequi, forma sint nobis vel homines puri. Habet etenim moderna pax ecclesiæ martyrium suum, certamen habet proprium, quo, contra multiformes versutissimi hostis insidias legitime confligentes, sanctorum quoquomodo per gratiam Christi mereamur esse consortes. Si enim, ut ait Apostolus, passionum socii fuerimus, simul et consolationis erimus*: et si mortis Christi similitudini complantati facti fuerimus, simul et resurrectionis erimus *.

* II Cor. I, 7.

* Rom. VI, 5.

Via ad vitam unde arcta; homo ut a Deo conditus, a diabolo eversus.

4 Est ergo facile solemni celebratione martyres venerari: sed arduum atque difficile martyres imitari. Abjiciat autem christianus quodlibet: vincat animo, quod terret, et imitationem plenariam exerceat. Arctum enim iter duæ res nobis faciunt et angustum, contemptus voluptatum atque tolerantia passionum. In his ergo si vicerimus, veri erimus Christi martyrumque laudatores, veri erimus et imitatores. Jam vero certaminis athletarum Christi mater jam subtilius intueamur, quatenus insignium contemplatione meritorum, laudibus eos venerabilius prosequamur. Universitatis ergo conditor Deus, inter omnia quæ bona creavit, et hominem bonum plasmavit, sed non summe: illius autem essentialis summique boni participatione, cujus immutabilis boni omne quod est mutabile (inquantum est) bonum est participatione. Neque enim summum poterit esse, quod est mutabile. Hunc denique, quem ad imaginem et similitudinem divinam manus sacra confinxit, immortalitate decoravit, prudentia, ratione, consilio præmunivit, arbitrii libertate donavit: ut pro dignitate conditionis imperaret mundo, soli serviret Deo, pro famulatu spontaneo digne remunerandus,

AUCTORE MEGINHARDO.

munerandus, vel pro contemptu voluntario merito puniendus. Hunc igitur angelus apostata beatitudinis locum, quem superbiendo perdiderat ipse, invidiose dolens subiturum, dolis circumventum dejecit incautum: sicque cum omni prole posthuma possedit eum, quasi jure sibi subjectum. Jure quippe quodammodo possedit, quem sibi consensisse vi nulla coëgit, sed suggestione sola consentaneum subegit.

Mali semper infestant bonos.

5 Cumque generalem totius humanæ propaginis massam prævaricationis hujus complecteretur reatus, Deoque contempto, mundus hosti maligno serviret universus, creator omnium Deus, natura bonus, voluntate potens, opere misericors, propter nimiam charitatem suam hominis lapsi misertus, per ætates seculi cunctas, electionis quædam sibi vasa servavit, per quæ pietate paterna cæteros ad originalem beatitudinem quandoque respirare monuit et instruxit. Verum hoc seductor ille fraudulentus non æquanimiter tulit: sed vasa misericordiæ per vasa perditionis et iræ impugnare non destitit. Nam in Genesi qui vocantur filii Dei*, nisi justi et timorati? nec immerito dum pro divini cultus obsequio filiationis illis proveniret adoptio. Et horum memoria benedicta. Sic ex thymiamatis Davidici emanat fragantia: Hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Jacob*, etc. Generatio rectorum benedicetur *; et id genus plurima, quibus passim redundat divina pagina. Qui vero per filios hominum*, nisi peccatores exprimuntur, qui carnis pro fragilitate in omnem lasciviam dissoluti, detestandorum operum executione reprobantur? De his in thymiamate supradicto sic exhalatur, ubi juxta propictates aromatum, cum dulcibus amara miscentur: Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis *. Et infra: Contritio et infelicitas in viis eorum. Sapientiæ quoque sacrarium, licet in fine pertusum, Christique vas electionis eximium *a*, iisdem pene verbis, sed eodem sensu, erroris eorum inter cætera sic describunt devia: Qui commutaverunt incorruptibilis Dei gloriam in imaginis corruptibilis hominis figuram, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium. Et quia non in notitia Deum probaverunt habere, tradidit illos in passiones ignominiæ*.

* GEN. VI, 2.

B

* Psal. XXIII, 6.

* Psal. CXI, 2.

* GEN. VI, 2.

* Psal, XIII, 2, 3.

a

* SAP. XIII; ROM. I, 25.

Duæ civitates.

6 Sic ab initio duæ civitates, per multas constructæ sunt diversitates: una Dei, altera diaboli: hac de virtute in virtutem proficiente, illa sacrilegiis omnique vitiorum immanitate semper decidente. Civitas quippe Dei Hierusalem est illa cælestis, veræ visio pacis, quæ partim adhuc in membris Christi peregrinatur in terris, partim cum Domino regnat in cælis. Civitas vero diaboli Babylon est illa confusionis plena, quæ seducendo fornicari facit omnes gentes in prostitutione sua*. Studiorum ergo varietate, dum suo quæque cresceret molimine, princeps hujus mundi persequebatur in membris suis civitatem Dei. Æmulationis enim diversitas virtutibus perpetem cum vitiis parit conflictum: quoniam in universali furore vitiorum generalis non capit * constantia virtutum. Hæc igitur æmulatio, hæc innocentiæ conditio sanctum sanguinem a rerum manet initio. Denique protomartyr justus Abel per Cain malignum necatur*: Hebræi deicolæ in tribulationis camino per Chaldæos examinantur: filii Israël per Ægyptios affliguntur*: per apostatantem populum Domini prophetæ sancti mortificantur: cruentissimo genere mortis per Antiochum Machabæi trucidantur*. Et hi quidem vocabulo tali merito videntur insigniri, qui certamine forti cum antiquo serpénte congressi, gloriosissimi reportaverunt insignia triumphi. In his, ut ita dixerim, primum animus enituit militiæ triumphalis: quia licet ante eos omnibus pene justis, pro rectitudinis zelo persecutionem passis, Deum tamen negare, et idolis manufactis inservire cogebatur nullus, exceptis pueris tribus, fornacis per Nabuchodonosor probatis ignibus*. His ergo tunc novum, et retro seculis inauditum, digne concessum est hoc victoriæ genus, quasi jam instaret tempus, quo testium Christi victoriosissimus horum trita vestigia sequeretur exercitus. Hinc inter cunctos veteris testamenti martyres, horum tantum cum evangelicæ fidei triumphatoribus infra sacrosanctæ actionis mysteria venerantur memoria: ut quorum par extitit agonis materia, parque victoria, pari triumphi decorentur et gloria.

* cadit?

* II MACH. VII.

* DAN. III.

Christi caritas erga humanum genus. Crux Christi, nostra victoria: mors vita et salus nostra.

7 Inter hæc, dilectissimi, dominator ille truculentissimus in omne mortalium genus adhuc potestatis suæ vires exercuit, nec ullo modo jugum captivitatis excutere valuit, qui libero pollens arbitrio, hosti se sponte per consensum subdidit. Hoc, inquam, jugum ratione nulla poterat solvi, donec a facie computresceret olei. * Ineffabilis igitur dispensatione pietatis, et inenarrabilis gratia dilectionis, ad humani redemptionem generis Deus Pater ex cælestis militiæ virtutibus nullum, sed Filium suum misit unigenitum, ut ex carne virginea carnem indueret, et eadem forma eademque materia, quam vicerat, hostem debellaret, hominemque libertati pristinæ restitueret. Hic æquitatis magno jure et incomprehensibilis opus erat arte sapientiæ: quia quod malignus ille sub juris sui jamdiu possederat ditione, non potuit perdere, nisi eadem, quam vicerat, natura revincente. Hominis itaque factor homo factus, in terris virginea suxit ubera, regens sidera, panis vivus esuriit, fons vitæ sitivit, lux dormivit: ab itinere via fatigata, falso veritas est accusata: judex vivorum et mortuorum a mortali judicatur, ab injustis justitia damnatur, spinis botrus coronatur, fundamentum suspenditur, virtus infirmatur, salus vulneratur, vita moritur. Propter hoc quippe, qui erat sine initio, ex materno ortum habere dignatus est utero: ut illius humilitas nostra fieret sublimitas. Crux ejus nostra victoria, mors illius nostra salus et vita. In hoc denique apparuit Filius Dei, ut solveret opera diaboli. Congressus ergo cum leviathan, carne, quam induerat, hamum divinitatis latentem inescavit, sicque moriens, hostem, dum se vicisse crederet, prostravit, tartaroque spoliato, victor resurrexit: cœlosque conscendens, aditum nobis vitæ, quem ignea clausit atque versatilis romphæa, reseravit. Hinc prædicationis Apostolicæ sub Christo vero sole per orbem rutilante fulgore, zelo ductus princeps seculi hujus, vasa doluit suæ captivitatis auferri, spoliaque distribui.

* ESA. X, 27.

F

Diabolus incitat tyrannos in Christianos: martyrum omnium studium.

8 Efferatus itaque persecutiones commovit, prælia concitavit. Unde potestas terrena conspirans contra Christi nomen armatur, persecutionis turbo grassatur, fidelis quisque pro fidei veræ confessione mactatur. Imperiale per totum orbem nimis urgebat edictum, nomen funditus extirpari Christianum. Lege promulgatur publica, sanciri delatoribus præmia: Christianos vero

A vero sacrificantes muneribus et honoribus amplissimis cumulari; vel in Christo perseverantes, pro majestatis regiæ contemptu variis et exquisitis cruciatibus mortificari. Tum vero corpora sancta passim rapiuntur, cæduntur, igne cremantur, membratim discerpuntur, modis omnibus crudeliter afficiuntur. Neque vero artubus examinatis parcebatur : laniabantur, incendebantur, spargebantur, nec saltem sepeliri sinebantur, et quibus per Christum cæli aperiebantur, ab infidelibus communis omnium viventium mater terra negabatur. Inter hæc millena discrimina tyrones Christi malunt occidi quam vinci, quorum virilis constantia infatigata semper triumphat perseverentia. Hoc est sanctorum martyrum commune consilium, commune commercium, contemnere fugientia, comparare permanentia : vivere moriendo, ne moriantur vivendo : et semel moriendo semper vivere, quam paululum vivendo perpetualiter interire. Hoc est, inquam, sanctorum commune prudensque consilium, hoc commune felixque commercium. Horum sufferentiam miram cum principibus suis mundus inhorruit, in quorum
B cordibus jam vilescens aruit : qui nec blandimentis molliebantur, nec tormentis acerrimis frangebantur.

Corona gloriosior, ubi sexus est infirmior. Intercessio sanctorum quid præstet.

9 Neque vero in hoc procinctu dominico soli coronabantur viri : fœminæ quoque, licet sexu fragili, animo tamen agonizabant virili : sed et virgines tenellæ, dum lascivum gestiunt corporis sexum domare, cruento corpore seculum, Christo auxiliante, domuere. Est itaque corona gloriosior, ubi sexus infirmior, quia virilis animus in fœminis majus aliquid facit, quando sub pondere passionis fragilitas fœminea non deficit. Gemit autem nunc cum suis satellitibus horum pedibus prostratus inimicus, quos, ut videbatur, ignominiose morientes, est se vicisse gavisus : dolet eorum interventu molimina cuncta malignitatis suæ cassari : dolet eorum suffragiis corporis et animæ impedimenta sublevari. Hæc ergo, fratres, agonis materia sanctorum, hæc est nostrorum causa gaudiorum, hoc nostri profectus emolumentum, hoc in sanctos non minimum pietatis devotionisque documentum *b*.

b S. Ferrutii *virtus et crebra miracula.*

10 In hoc * exercitu candidato triumphantium militum Christi, qui cum patientia proni cucurrerunt in hujus stadio seculi, velut preciosissimam dominici serti margaritam, specialis noster patronus *, gloriosissimus videlicet Ferrutius *, virtutum gloria clarus, meritorum prærogativa præfulget venerandus. Hic itaque, dum in his moribundis degeret membris, contempsit mortem quandoque * venturam, ut vitam acquireret sine fine mansuram, fideli prudentique consideratione perdens, quod et retentum periret, ut quod perire non posset, moriens inveniret. Huic quippe præsagio quodam Ferrutii nomen est inditum : quia sicut ferro * non solum lapides et ligna, sed et cætera vincuntur metalla : ipsum vero non nisi solo vincitur igne : sic ille solo divini amoris victus ardore, machinamenta cuncta mundanæ spiritualisque devicit malitiæ *. Verum quia vitæ vel passionis ejus tempora seu gesta non reperiuntur, laudis ipsius præconia non silebuntur, dum meritorum insignia frequenti miraculorum attestatione panduntur. Licet enim signa secundum Apostolum,* non fidelibus, sed infidelibus data sint *, necessario tamen aliquando conferuntur et fidelibus : quatenus * quorundam sanctorum actus cum occulto Dei judicio lateant, signorum experimento merita pateant*. Non autem in laudibus divinis Ferrutius solus absque gestorum rememoratione celebratur, cum in utriusque testamenti serie viri præcipui sine genealogiis commemorentur. Sic quippe Melchisedech ille, qui in veri sacerdotii typo panem et vinum obtulit*: sic Elias, qui populum * Israël in gladio et igne judicavit * : sic prophetarum plurimi repente videntur induci : sic in novo * Thomas, Bartholomæus et Matthias apostoli : sic perplures martyrum Christi, quorum merita placeat non eo minus venerari quo constat ortus eorum vel actus sine periculo nesciri.

AUCTORE MEGINHARDO.

11 Quod autem sancti Ferrutii latent actus, sive scriptorum penuria contigisse conjicimus, quos priscis temporibus in Germanorum partibus non adeo floruisse cognovimus : seu certe, si quibuscumque studiis exarati fuerant, bellorum deperisse turbinibus. Sic quippe Hierosolymis lex divina flammis legitur Chaldaicis incensa*: sic urbium plurimarum et nobilissimarum credibile indicatur perisse monimenta. Neque enim facile persuaderi potest Moguntiam, excellentissimis Galliarum civitatibus conferendam, literalis immunem studii tunc temporis torpuisse; gentiumque cunctarum mercibus uberrime refertam, liberalibus disciplinis, quibus præstantissimus omnium divitiarum honor debetur, caruisse. Sed ex innumerabilibus forte bellorum cladibus, quæ Galliam Germaniamque vastaverunt, cum * Moguntiæ, tum plurimarum urbium, quæ non exstant, monimenta perierunt. In Chronicis itaque, curiosius requisitis, invenimus Archadii et Honorii et Theodosii Junioris temporibus, sub Pharamundo, Clodio*, Merovcoque Francorum regibus, Romanis adhuc imperantibus, Gallias a diversis attritas gentibus, urbes solotenus dirutas, incolis captivatis, villas exustas : ubi, cum supellectili reliqua, liberalis etiam, si qua fuerat, poterat aboleri disciplina. Unde ne pro certis incerta probasse videamur, quod habemus in promptu, sequamur, magnaliumque Dei laudatores potius, quam judiciorum ejus incomprehensibilium scrutatores, inveniamur. Proposuimus autem hoc sermone ad gaudium spirituale mentes audientium provocare, quo plus per charitatem ædificantem ad sanctorum societatem proficiamus, quam per
F scientiam inflantem ab interni gaudii delectatione in gehenna ædificaremus *. Sed humani tarditas ingenii quia vix ad intellectualium perceptionem potest adduci, nisi cordis interna prius cognitione pascantur exteriora, juxta quod Apostolus ait : Non prius quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale * : dicemus secundum quod percepimus, non quidem narratione plena martyris hujus sanctissimi certamina, sed summatim pertringentes novissima.

Moguntiæ encomium. Galliarum vastationes

12 Ex literis itaque mausolei, quo sacratissima medelæque scia * reconduntur ossa, vir iste beatus cognoscitur Moguntiæ demoratus, amoreque divino cingulum militare solvisse, altaribusque sacris, Christo deinceps victurus, arma devovisse. Hinc urbis præfectus ira commotus, incertum christianus an ethnicus, [iniquissimus judex maluit hunc in pœnis deferri, sperans ejus constantiam fame flecti posse, qui non expavesceret, sed optaret pro Christo capite plecti, ultraque] *c* Rhenum Castello sanctum transmigravit, exilioque ferroque vinctum carceri mancipavit tenebroso. Diutina vero * maceratus inedia

Historia brevis S. Ferrutii. Diu tenetur in custodia, longa cruciatus inedia.

* nequitiæ *B.*
* s. A. *om. B.*
* I Cor. XIV, 22.
* quamtumvis *B.*
* hoc *om. B.*
* s. n. p. *om. B.*
* g. martyr F. *B.*
* q. *om B.*
* quod f. *B.*
* Genesis XIV.
* Dei *ad. B.*
* Reg. XVIII.
* Testamento *ad. B.*
* I Machab. I.
* tum *B.*
* Clodovæo *B.*
* I Cor. VIII, 1, *Loco* i. g. æ. deficiamus *B.*
* I Cor. XV, 44.
* scientia *B.*
* diuturna si-

quidem *B.*

inedia, per sex menses beneficia non experiebatur humana : sed carnali destitutus juvamine, spirituali divinitus fulciebatur solamine.

Decedit in carcere.

13 Hinc itaque poculum passionis amarum non exhorruit : securus autem calicem mortis exhausit, quem prius pro exemplo summus bibit medicus, ne lethalem eum, sed medicinalem, crederet ægrotus. Securus, inquam, mortis exhauserat calicem, quia per hanc amaritudinem ad inæstimabilem se perventurum speravit dulcedinem. Pœnas igitur fortiter currens, calicem Domini lætus bibit, sicque mense septimo felix in Domino quievit. Pulchre vero qui,posthabitis actualis vitæ laboribus, Deo vacare disponebat in contemplationibus, impedimentis absolvitur popularibus, loco munitiori atque secretiori destinatur, vinculis amoris Christi constringitur, tenebris mundanæ noctis addicitur, ut lumine veri solis indeficienti potiatur ; materialis fame panis afficitur, ut verbi divini pabulo satietur. Et hic quidem senis mensibus, quasi sex seculi hujus ætatibus, variis tribulationum pressuris examinatus, mense septimo, velut ætate septima cum electis omnibus requietionis sabbatum celebrat festivus, exspectans feliciter
B octavam, solemnitatem scilicet resurrectionis celeberrimam, cum corruptio mutabitur incor-
* Apoc. XIV, 4. ruptione, mortaleque vestietur immortalitate* : cum Hierusalem cælestis civis effectus, agnum quocumque ierit, comitabitur : cum spiritibus angelicis sociatus, contemplatione divina satiabitur.

Martyrium non sola facit sanguinis fusio. Eugenius et Berengarius sacrum S. Ferrutii *corpus sepeliunt.*

14 Sed forte quæritur ab aliquo, cur sanctus hic inter martyres solemni glorificetur officio, cum sanguinem non fuderit pro Domino ? Huic autem facilis objicitur a sano sapiente responsio, quia martyrium sola sanguinis non facit effusio, non etiam sola carnis afflictio, sed et mundi cordis contritio, salutarisque spiritus humiliatio. Neque enim minoris apud Deum meriti, squaloris carcerarii, tenebrarum, vinculorum, solitudinis, longæque famis morosa credenda est excruciatio, quam momentanea capitis obstruncatio. Nec dubitandum reor athletam Christi constantissimum, qui in his tormentis spiritum gessit invictissimum, cervices sponte carnifici præbiturum, si sic iniquitatis dictaretur judicium. Iniquissimus autem judex
C maluit hunc in pœnis differri, sperans ejus vel fame constantiam flecti ; qui non expavesceret, fortassis autem optaret, pro Christo gladio plecti. Martyr ergo digne prædicatur, inter martyres merito colitur, quem etsi sanguinis purpura non venustat, virtutum tamen tormentorumque venustissime ornat varietas *d*. Hujus ergo * viri beatissimi corpus presbyter * Eugenius, adnitente * Berengario, summa cum diligentia collectum, Castello tumulavit, titulumque causam summatim perstringentem composuit *e*, sperans in resurrectione se cum eo partem habiturum, quem humanitatis obsequiis prosecutus est vel defunctum.

d
* igitur *B.*
* nomine *B.*
* annuente *B.*

e

S. Lullus, episcopus Moguntinensis, transfert reliquias S. Ferrurtii *in monasterium Blidenstatdiense.*

14 Ibi denique membra sacratissima, beneficiis divinitus comitata, a civibus frequentata, usque ad Lulli venerabilis pacifice quieverunt pontificatus tempora, qui post sanctissimum martyrem atque pontificem Bonifacium sedis Moguntiacensis strenue rexit populum. Hic itaque, prædecessoris atque magistri sui sequax egregius, cum per sedis suæ diœcesim ecclesias construeret, monasteria fundaret, regnumque Francorum Christianæ religionis cultu longe lateque nobilitaret, reliquias sancti Ferrutii in D
Lætantium locum *f* transtulit, Deoque * sub *f*
cœnobialis normæ disciplina militantes adunare * ideoque *B.*
curavit, spiritu ferventes, spe gaudentes, idipsum invicem sentientes, animas suas castificantes in obedientia charitatis, in amore fraternitatis. Boni vero pastoris usus providentia, fratribus ipsis, ne deficerent in mandatorum Domini via, victus atque * vestitus sufficientes * et *B.*
redditus contradidit, ipsumque * locum, donec * imprimisque
in corpore vixit, summa devotione pro sancti *B.*
reverentia coluit. Postquam autem domus ejus terrestris habitationis hujus * luteæ soluta est, * ejus *B.*
ut non manufactam, sed æternam in cælis inhabitaret *, pontificatus illius pariter et reli- * 2 Cor. V, 1.
gionis successores, Richolfus, Haistolphus et * suæ *ad. B.*
Rabanus, eadem devotione locum sanctum coluerunt, ecclesiam amplificaverunt, tumbam sanctarum exuviarum decenter composuerunt, pauperes Christi sacris ossibus excubantes humanitatis summæ consolatione foverunt *g*.

g

S. Ferrutius *patronus Blidenstadiensis.*

16 O inclyte martyr, o felicissima anima et gloriosa victoria, qui in flagellis, carceribus et multis tribulationibus confessus es Christum *h*! E
Et nos, fratres charissimi, Deum, ex quo, per quem, et in quo sunt cuncta, quæ sunt bona, laudemus, et pro modulo nostro secundum multitudinem miserationum ejus glorificemus, qui nobis talem dignatus est conferre patronum, cujus excellentia meritorum, solamen laborum, et fructum nobis æternorum obtineat præmiorum. Præsentem vero nostrum specialemque patronum imploremus omnes et singuli sedulitate votorum, quatenus fragilitatis nostræ percipiat gemitus, humanos nostros excessus apud supernos excuset auditus, pie patrocinando nos foveat, pastorem nostrum protegat, familiam defendat, locum custodiat, a spirituum malignorum nos tueatur insidisi, ab innumeris hujus mundi eruat periculis : ut, ipsius et omnium sanctorum intervenientibus meritis, ad illa pertingere mereamur gaudia beatitudinis, quæ non vidit oculus, nec audivit auditus, nec humanus capere valuit intellectus, quæ Deus ante tempora secularia * suis præparavit dilectoribus : cujus honor, laus et imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen. * a. sæcula *B*

F

ANNOTATA.

a Sapientiæ sacrarium, in fine pertusum, *est Salomon rex, qui ad finem vitæ declinavit a via recta ;* Christi vas electionis eximium *est S. Paulus.*

b *Novem primi numeri, uncinis inclusi, absunt a codice Bodecensi ; ubi continuo post Prologum hoc est exordium :* In exercitu candidato, *etc.*

c *Quæ his uncinis clausa sunt, absunt ab editione Surii ; ubi post* ethnicus *legitur* ultra Rhenum, *etc.*

d *Universus hic locus, uncinis inclusus, abest a codice Bodecensi ; in quo hæc pauca dumtaxat post* fulciebatur solamine *leguntur verba :* Vigesima octava die feliciter in Domino quievit. *Quæ in editione Suriana explicantur de martyrio comparanda sunt cum his quæ in Commentario prævio,* § II, *de militia veterum christianorum et de pœnis contumacium disputavimus. Neque ad præfectum urbis Moguntiæ seu ad quemquam decurionum pertinebat*

A *nebat* S. Ferrutii, *utpote militis, causa; sed ad legatum proprætore qui provinciæ Germaniæ Superioris præerat, ad præfectum prætorio ejusve vices agentem aut ad ipsum Constantium Chlorum. Imperatorum principatu, auctore Dione Cassio* (LII, 22), *pœna capitis et infamia a legato consulari infligebatur. Sed non una erat ratio. S. Maximilianus Theveste mortis damnatus est a Dione proconsule, et S. Marcellus centurio in civitate Tingitana a Fortunato præside legionis procurante, negotio relato imperatoribus et Cæsari, missus est ad Aurelium Agricolanum, agentem vicem præfectorum prætorio, qui capitalem adversus eum sententiam protulit. A præside itaque legionis in carcerem detrusus fuerit* S. Ferrutius; *sed, quod in eum acerbius sævire nollent, ad tribunal vocatus non fuit a legato, præfecto prætorio, Constantio Chloro eorumve vices agentibus. Legionem* XXII, *cujus veterani Patræ in Achaja coloniam constituebant et cujus idcirco tirones ibidem etiam legebantur, ab anno Christi* 81 *usque ad Constantini Magni tempora Moguntiæ consedisse ex nummis, titulis et veterum scriptorum testimoniis tradit Fuchsius. Sed plurium aliarum legionum milites Moguntiæ consederunt, quemadmodum ex similibus monumentis constat; adeo ut nihil certi de legione, cui adscriptus fuerit* S. Ferrutius, *inde erui possit.* D

e *De his omnibus videatur Commentarius prævius, numm.* 3 *et* 22.

f Lætantium locus *est ad literam* Bleidenstadt, *quod vocabulum nonnulli per* lætitiæ locum *vertunt.* Bleide, *lætus, obsoleta nunc vox est; sed perstat apud Saxones seu Theotiscos.*

g *De his dictum in Commentario prævio, numm.* 3, 4, 23 *et seqq.*

h *Hic locus, uncinis clausus, legitur in codice Bodecensi, non autem in Surii editione.*

B E

DE SANCTO GENESIO NEOPHYTO

MARTYRE TIGERNI IN ARVERNIA

SYLLOGE CRITICA ET HISTORICA V. D. B.

§ I Tigerni laudes sacræ. Reliquiarum S. Genesii bina retectio. Capituli S. Genesii origo et fata. S. Genesii cultus.

INCERTO TEMPORE. *Tigerni, antiquissimo Arverniæ Inferioris oppido, olim S. Symphoriani abbatia et prioratu Grandimontensi illustri,*

C *Ex Claromonte, celeberrima apud scriptores ecclesiasticos Arverniæ Inferioris civitate, longissime ad Orientem prospectari potest, atque inde, intervallo novem leucarum, cerni Tigernum oppidum, olim* Thiern, *nunc* Thiers, *in montis clivo ad Durollam fluvium constitutum* (1). *Cujus loci plus semel mentionem fecit S. Gregorius Turonensis, res patrias singulari cura prosecutus* (2); *quoniam antiquissimis temporibus castrum illic erat et ædes sacræ, sanctorum reliquiis insignes. Libro I de Gloria martyrum, cap.* 52 (3), *narrat tres lapillos, tinctos sanguine S. Symphoriani, martyris Augustodunensis, et in capsa argentea reconditos, a religioso viro in altari sancto ecclesiæ, ligneis extructæ tabulis,* apud Tigernum castrum urbis Arverniæ *locatos fuisse.* Tempore autem, *id est anno* 525 (4), quo Theodoricus, *Clodovei filius,* rex Francorum *Mettensis,* regionem illam evertit, hoc castrum ab hostibus incendio concrematur, *omnibus domibus exustis, sed reliquiis martyris prodigio servatis. Anno* 580 *restitutum traditur* (5), *haud scio quo auctore; nisi quod S. Gregorius in libris de Gloria martyrum, quos sub hoc tempus conscripsit* (6), *de Tigerno castello loquatur quasi jam ex interitione redivivo* (7). *Restaurata etiam S. Symphoriani basilica; cui adjectum monasterium, sæculo* VIII *ulique exsistens, siquidem* Joseph, regis *Pippini* apocrisiarius, *legatur in translatione secunda S. Austremonii* (8) *post ejus (scilicet Pippini) discessum seu annum* 765 abba exstitisse Tiernensis cœnobii. *Initio sæculi* XI *subditum fuit hoc asceterium Cluniacensibus* (9); *sed ita paulatim* F *decrevit, ut jam pridem nonnisi a duobus aut tribus incoleretur monachis, quum extremo superiori sæculo suppressum est* (10). *Erat illic et prioratus Grandimontensis, in honorem S. Stephani, Tigerno oriundi, conditus; in quem anno* 1642 *induxit Carolus Fremont severissimam disciplinam* (11).

2 *Cum posteriori hoc loco numquam confusa fuit* S. Genesii *basilica, ubi omnium maxime vigebat* S. Genesii *cultus; sed Ruinartius* (12), *vir tot nominibus præclarus, credidit* S. Genesii *basilicam factam esse S. Symphoriani abbatiam : quamquam certo certius sit ab antiquissimis temporibus ædes fuisse omnino diversas. Ut S. Symphoriani sic quoque* S. Genesii *templi origines perse-*

exstabat etiam S. Genesii *basilica, post hujus martyris revelationem a S. Avito constructa,*

(1) Hugo, France pittoresque, tom. III, pag. 6. — (2) Vide supra, pag. 254. — (3) Opp. S. Gregorii Turonensis, col. 754, edit. Migne. — (4) D. Bouquet, Historiens de France, tom. II, pag. 465. — (5) Dictionnaire universel de la France, tom. V, pag. 213. — (6) Ruinart, Præf. ad. opp. S. Gregorii Turonensis, num. 83, col. 90, ap. Migne. — (7) De Gloria martyrum, lib. I, cap. 67, col. 765. — (8) Ap. D. Bouquet, tom. V, pag. 433. — (9) Baluze, Hist. généal. de la maison d'Auvergne, Preuves, pag. 29. Cfr Duchesne, Bibliotheca Cluniacensis, col. 1736. — (10) Cfr Gallia christiana nova, tom. II, col. 364. — (11) Beaunier, Recueil des archevêchés etc. tom. I, pag. 278. — (12) In annotatis ad lib. I, cap. 67, de Gloria martyrum S. Greg. Tur. col. 766.

cutus

AUCTORE V. D. B.

cutus est S. Gregorius Turonensis, initia simul cultus ecclesiastici hujus sancti martyris explicans. Nuperrimo autem tempore —*scribebat hæc (ut monui) S. Gregorius* (1) *sub annum* 580 — in hujus urbis Arvernæ * territorio, quod adjacet Tigernensi castello, Genesius ejusdem loci sanctus se hoc modo revelavit. Pauper quidam boves, quos ad exercendam culturam habebat, casu ab oculis dilapsos perdidit, eosdemque sollicita indagine quæsitos, reperire non potuit. Consequenti vero nocte apparuit ei vir quidam per visum, dicens: « Vade per viam, quæ ad silvam ducit, et invenies boves, quos sollicite requiris, juxta lapidem marmoris herbarum copiam decerpentes: junctisque ad plaustrum, marmor exhibe, et super sepulturam, quæ viæ est propinqua, compone. Ego enim sum, qui tibi hæc loquor, Genesius, cujus est tumulus ille, qui in albis positus per martyrium ab hoc mundo migravi. » Consurgens autem homo ille diluculo, reperit boves juxta lapidem fecitque sicut ei præceptum fuerat per visum. Sed nec in hoc defuit miraculum; cum immensus lapis, quem multa boum paria vix movere
B poterant, a duobus tantum delatus est bobus. Ex hoc enim multi infirmi ibidem venientes, votorum promissa solventes, sanitatem recipiunt. Audiens hæc Avitus, episcopus urbis illius, basilicam super tumulum sancti magnam ædificavit, dedicataque, festivitatem in ea excoli præcepit, in qua nunc multa frequentia populorum, cum votis (ut diximus) veniens, cum sanitate regreditur. Hanc etiam basilicam sancti Genesii Arelatensis reliquiis illustravit.

* Clermont.

ad quam initio sæculi XI Guido II, vicecomes Tigernensis, capitulum adjecit; ut constat ex Notitia pientissima

3 *Exstabat adhuc hæc basilica ineunte sæculo* XI, *quum Guido II, vicecomes Tigernensis, totus in reddendo ecclesiæ catholicæ jura et bona ecclesiastica, quæ jam pridem ejus domus tenebat,* S. Genesii *quoque ædem, quam de suo amplificaverat, suo dominio liberare statuit et, multis opibus auctam, canonicorum collegio permittere. Universum hoc negotium particulatim narratur in Notitia de fundatione et restauratione ecclesiæ* S. Genesii *Thiernensis; quam Notitiam ediderunt Baluzius* (2) *et magis integram Dionysius Sammarthanus* (3). *Quum vero, post S. Gregorii Turonensis verba, nullo documento*
C *melius stabiliatur* S. Genesii *cultus, videtur illa charta denuo hoc loco edenda.* Decet omnes homines, qui catholicam inviolabili ritu observant fidem, ad memoriam sanctorum reducere vitam; et idoneum est ingenti relatu pronuntiare qualiter omnipotens Dominus in eorum gloria per diversa terrarum spatia elegerit loca. Ut enim conditor rerum non propter loca homines, sed propter homines eligere voluit loca; nam in quibus locis sanctorum martyrum membra recondita sunt, in illis totius bonitatis Dominus ad laudem illorum et gloriam sui hæc divina operatur opera, et beneficia præstat fidelibus populis, qui ad eorum confugiunt præsidium, et ex propriis delictis indulgentiam petunt: sicque eorum nomina glorificat, dum non solum eos in cælis perpetua felicitate coronat, sed etiam in terris virtutibus diversis honorat. Quapropter omnis, qui templum in eorum memoria ædificat terrenum, cæleste sibi acquirit meritum, et pro temporali beneficio, quod quisque in honore eorum largitur, munus indeficiens in cælesti regno a perenni Deo percipere creditur. Qui vero templa eorum violaverit, aut prædium, aut aliquid ex propriis abstulerit, non solum perpetuo carebit bono, sed etiam supplicio subjacebit æterno. D

de constitutione capituli,

4 Igitur locum, in quo templum constructum est in honore perpetuæ virginis Mariæ atque sanctissimi Genesii martyris, qui nunc Thiernense castrum nuncupatur, amplificavit Guydo, ditissimus atque famosissimus dominus supradicti castri, cum filiis suis, scilicet Theotbaldo atque Stephano episcopo, necnon et Guillelmo, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo sexto decimo, indictione XIII, VIII idus januarii, luna quarta, in Francia regnante piissimo rege Roberto, Aquitaniam vero gubernante Willelmo Pictaviensi comite, et in Arvernia Roberto honorabili principe, constituens ibi clericos quam plurimos, qui omnipotenti Domino in nomine Genesii martyris beatissimi laudes quotidie canerent; inter quos Addradus fuit, præpositus, et Gerardus prudentissimus decanus; qui multum ibi laborantes et beneficia eorum multiplicaverunt, et clericorum numerum auxerunt. E

de ejus jurisdictione et inviolabili dominio.

5 Guydo vero, jam prædictus miles, cum filiis suis hoc pacto canonicam illam constituit, ut nullus postremum venturus senior de prædiis sive de aliquo beneficio eorum auderet aliquid demere; sed hæc si aliquis ex subditis canonicorum contra eum vel contra suos commisisset aliquid inconveniens, ne vindictam inde sumeret præcepit, sed proclamationem præposito vel decano faceret; quod si ipsi etiam statim sibi rectum non facerent, expectaret usque ad spatium dierum quadraginta; et si tunc facere vellent, gratanti animo susciperet; sin autem, ipse recto judicio tractaret, cum injuriam irrogasset, et ne ultra modum vindictam ex eo sumeret; consuetudinem vero canonicorum ne frangeret, neque malum usum illis atque in terris eorum imponeret, omnino interdixit; et ut eos in honorem haberet humiliter monuit; ministris quoque suis, sive eorum qui post eum venturi fuerant interdixit, ut nec in propriis beatissimi Genesii martyris vi aliquid caperent, atque ejusdem subditis damnum vel injuriam inferrent; ab episcopo illius provinciæ atque a multis F aliis sub anathemate maranatha ponere fecit, ut segregatus a consortio fidelium particeps Judæ traditoris, et cum Datham et Abiron, atque cum ceteris maleficis pari pœna in infernali supplicio condemnaretur.

confirmante rege Roberto et Benedicto papa VIII.

6 Itaque hæc omnia scribere præcepit, atque a religioso rege Francorum Roberto confirmare fecit; qui rex nobilissimus etiam principibus sibi subditis, ut ipse confirmaverat, manibus propriis confirmare præcepit. Postea vero idem venerabilis Guydo, Romam veniens, chartulam, in qua hoc præceptum scriptum continebatur, super altare beatissimi Petri, apostolorum, principis, pro testimonio confirmationis, imposuit, atque Benedictum, virum apostolicum, rogavit ex præcepto suo, quod fuerat a supradictis statutum, confirmaret. Benedictus itaque papa non solum, rogatione illius, illud quod ceteri statuerant confirmavit, verum etiam propria maledictione eos excommunicavit, qui donum illius atque

(1) Lib. I, cap. 67, de Gloria martyrum S. Greg. Tur. col. 766, edit. Migne. — (2) Histoire généal. de la maison d'Auvergne, Preuves, pag. 30 et seq. — (3) Gallia Christ. nova, tom. II, col. 75 et seqq.

præceptum

A præceptum in aliquo violarent. Post obitum illius gloriosi militis atque Roberti, regis Francorum invictissimi, Gerardus, ejusdem loci decanus, Franciam pergens, Henricum regem piissimum, supradicti Roberti filium, rogavit ut hoc præceptum, quod pater suus confirmaverat, sua auctoritate simili modo confirmare dignaretur; quod rex gloriosissimus simul cum filio suo Philippo, statuens atque affirmans, precatu prædicti decani, insuper aliud statuit ut, quidquid postea pro eleemosyna vel pro aliqua reverentia ab aliquibus ibi largitum fuerit, eodem modo ut de ceteris, si aliquis inde minuerit vel defraudaverit, simili pœna atque excommunicatione sortiretur.

Recensentur dona a Guidone facta et ab ejus filiis, et nomina eorum, qui in his rebus partem habuerunt.

7 Dona vero, quæ supradictus Guydo ecclesiæ beatissimi Genesii in proprium ex præcepto dedit, hæc sunt: scilicet ecclesia S. Joannis cum villa, in qua sita est quæ Quaccurs * vocatur; dedit etiam sylvas, quæ in circuitu villæ habentur, et omnia pertinentia ad eamdem villam; dedit quoque omnes incisiones ipsius silvæ, quæ ad præsens tunc factæ erant, et quæ deinceps faciendæ essent causa seminandi ab omnibus, B qui operari ibi voluissent: insuper dedit aliam ecclesiam Sanctæ Mariæ, cum villa quæ Aqua-

* S. Jean du Passet.

* Aigue Perce. Sparta * dicitur, atque omnia quæ pertinent ad ipsam villam; ita ut nullus ex suis ausus inde fuisset aliquid postea accipere. Dedit quoque et campum unum, in quo seminari possunt sextaria octo. Theotbaldus vero filius ejus in morte sua dedit sylvam Bornatam: Guillelmus quoque frater ejus in vita sua dedit duos mansos, et post mortem suam sylvam maximam, quæ Born dicitur, dans pro testimonio in vita clericis omnia necessaria in igne et in ædificandis domibus: luminaria quoque in ecclesia S. Genesii per totum annum inde simili modo pro testimonio dedit: pascuaria etiam porcis eorum dominicis simili modo in eadem sylva concessit.— S. Benedicti, papæ. — S. Roberti, regis Francorum. — S. Henrici regis, filii Roberti.— S. Philippi regis, filii Henrici regis. — S. Guillelmi, comitis Arvernensis. — S. Stephani, episcopi Arvernensis. — S. Roberti, comitis. — S. Guidonis militis, instauratoris ecclesiæ san-

* *Al.* Richlendis sti Genesii. — S. Ridlendis * uxoris ejus. — S. Theobaldi, filii ejus. — S. Guillelmi, filii ejus. C — S. Stephani, episcopi, filii ejus.

Servabantur illic reliquiæ S. Genesii,

8 *Nomina ad finem adjecta non subscribentium sunt, ut recte animadvertit Baluzius, sed brevis recensio eorum, quibus in illa fundatione pars aliqua fuit. Alter* Stephanus episcopus, *qui ibidem legitur, Stephanus IV est, episcopus Claromontanus; alter vero, Guidonis filius, episcopus Podiensis* (1). *Communicata quoque fuit Dionysio Sammarthano altera charta ipsius Guidonis, illa Notitia aliquot annis antiquior, cujus hoc est initium:* Totius conditionis humanæ rector, *et in qua hæc leguntur* (2): Idcirco hunc locum, UBI CORPUS S. GENESII QUIESCIT, cum consilio uxoris meæ, Richlendis nomine, filiorumque meorum, Ste-

* Theobaldi ? phani episcopi, Theotardi * atque Guillelmi,... statuimus in canonicali ordine hunc locum instructum atque ordinatum tali modo, ut sint duo prælati, scilicet præpositus et decanus, et in numero XII apostolorum XII canonici sint electi et serviant Domino die ac nocte... Et ego Stephanus, Arvernensis episcopus, roboravi multo precatu Domni Guillelmi, filius hujus Guidonis. *Melior fuit hujus capituli fortuna quam S. Symphoriani monasterii; adeo ut sæculo* XIV *canonici essent numero viginti; et initio sæculi superioris quatuordecim cum quatuor semi-præbendatis* (3). *Passum tamen est plurimum anno* 1578 *a Calvinianis hoc institutum et* S. Genesii *templum. Sed præcipuæ vices conclusæ duabus inscriptionibus in fornicibus presbyterii et chori* (4): TEMPLUM HOC ANNO CONDITUM 575. INTERIORE PARTE VETUSTATE EVERSUM, RESTAURATUM ANNO 1107. CALVINISTARUM FLAMMIS DETURPATUM ANNO 1578. TEMPLUM HOC, A B. AVITO CONDITUM, CAPITULO OPIBUSQUE AUXIT GUIDO A THIERNO ANNO 1016.

AUCTORE V. D. B.

quæ anno 1645 *sub pavimento ante altare denuo retectæ fuerunt:* S. Genesii *cultus.*

9 *Ignotas ab causas, verisimiliter metu Calvinianorum, absconditæ fuerunt* S. Genesii *reliquiæ sub pavimento ante altare præcipuum; sed memoria non periit. Quum itaque die* 27 *septembris anni* 1643 *episcopus Bethlehemensis, Andreas de Sauzay, Tigernum accessisset, sacramentum confirmationis impertiturus, rogatus fuit a clericis et populo ut* E *terram effodi juberet. Quibus precibus annuit. Egesta igitur humus; et, scrobibus in profundum actis, repertum tandem est ingens saxum concavum seu sepulcrum, continens cineres, ossa aliquot et dentes* S. Genesii *martyris. Quæ, linteo inclusa, plumbeæ lipsanothecæ imposita fuerunt, quo deinceps honorificentius conservarentur.* Miracula vero, *addit Branchius* (5), *a quo hæc mutuamur*, crebro fiunt ante ejus altare, maxime in sanandis paralyticis aut male oculatis. *Festivitas a S. Aviti temporibus solemniter Tigerni agebatur die* 28 *octobris; verumtamen diu latius extensa non est. Quo factum est ut a martyrologiis absit et non recenseatur inter Festa colibitia diœcesis Claromontanæ, anno* 1537 *a Guilielmo de Prato statutis synodalibus inserta. Sed sæculo post, fieri cœpit* S. Genesii *commemoratio in universa diœcesi Claromontana, ut constat ex kalendariis et breviariis, quin etiam, teste Branchio* (6), *in ecclesia collegiata S. Juliani Brivatensi, diœcesi S. Flori. Quocirca recte celebravit* S. Genesium *neophytum et martyrem ad præsentem diem in suo Martyrologio* F *Universali Castellanus. Postmodum vero, ut reperio in kalendariis liturgicis Claromontanis annorum* 1847 *et* 1848, *commemoratio* S. Genesii *mutata est in officium ritus semiduplicis, propter festum sanctorum apostolorum Simonis et Judæ in diem* 29 *octobris translatum.*

(1) Hist. gén. de la M. d'Auvergne, tom. I, pag. 30. — (2) Gallia Christ. nova, tom. II, col. 77. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) Ibid. tom. cit. col. 243. — (5) La Vie des saincts et des sainctes d'Auvergne, pag. 617. — (6) Ibid. pag. 616.

AUCTORE V. D. B.

§ II. S. Genesii baptismus paulo ante mortem. Cognomen Pueri seu Infantis. Epitome Vitæ seu Passionis fabulosæ. Complures SS. Genesii Arverni aliique Galli.

S. Genesii *gesta nota ex S. Gregorio Turonensi et verisimiliter ex lapide sepulcrali. Mortuus est in albis,*

Quæ certiora de S. Genesio *innotuerunt, tradita fuerunt a S. Gregorio Turonensi. Hæc quidem nonnisi visu seu somno viri pauperis niti videntur; sed quum in vindicandis recognoscendisque sanctis summa passim uterentur episcopi diligentia* (1) *et S. Avitus, qui nonnisi post institutum examen basilicam super ejus reliquias excitari fecit, inter præstantissimos Galliarum illius ævi episcopos fuerit* (2), *non dubitandum est quin omnia prudenter acta sint. Miraculorum copiam, quæ visionis testimonium essent et confirmatio, commemorat S. Gregorius; sed et sepulcro inscriptum fuisse nomen* Genesium, *quem* in albis positum per martyrium ab hoc mundo migrasse, *plane est verosimile. Non enim insolitus hic sepulcralis titulus; de cujus forma dixerunt olim complures, præsertim Mazochius* (3): *atque ipse quoque aliquid tentavi* (4); *sed longe copiosius Edmundus Le Blant, præclarus archæologus Gallus* (5). *Quemadmodum scilicet inquilinorum patria inscribi non solebat sepulcris, sed tantum peregrinorum; sic quoque tumulis veterum christianoram (quos omnes noverant jam pridem esse baptizatos) incidere non consueverant superstites illos non sine signaculo fidei recessisse, sed recentium christianorum, quo constaret hos non absque sacramento tam necessario vitam reliquisse. Pluribus autem modis dicebantur non multo post perceptum baptismum extincti; frequentissime alludebatur ad sabanum seu vestes albas, quibus in*
C *baptisterio induti fuerant, dummodo intra octiduum post Pascha aut Pentecosten, e vita migrassent. Sic Valentinianus puer in lapide Coloniensi dicitur* IN ALBIS CUM PACE RECESSISSE, *anonymus* ALBAS SUAS OCTABAS PASCÆ AD SEPULCRUM DEPOSUISSE, *alius* ALBATUM VEXISSE IN ARCE POLI, *quartus* LOTUS FONTE SACRO PRIUS RECESSISSE IN ALBIS (6). *Quas dictiones passim quoque usurpat S. Gregorius* (7); *sed exempla sanctorum dumtaxat excitabimus. In libro de Gloria confessorum* (8) *commemorat Turonensis antistes* in vico Ratiatensi Lupianum quemdam in albis transeuntem requiescere, *miraculis illustrem; de quo S. Lupiano in opere nostro dictum est ad* 1 *julii : similiter* (9) in Dolensi D
Biturigi termini vico beatum Lusorem, Leucadii quondam senatoris filium, requiescere, qui fertur in albis migrasse e sæculo; *de eo dicemus ad diem* 4 *novembris.*

et propterea Infans *seu* Puer *cognomi natus.*

11 *Quoniam itaque* in albis positus migravit ab hoc mundo S. Genesius, *propterea procul-dubio adhæsit ei* Infantis *seu* Pueri *cognomen; adeo ut vulgo dicatur* Saint Genez l'Enfant(10): *quamquam octodecim annos natus martyrium fecisse perhibeatur. Re quidem vera ostensum est a Benedicto XIV* (11) *et multo melius a Cancellierio* (12), *(de qua re et ipse quoque aliquid disputavi* (13),*) vocabula* infantulos, infantes, lactentes, parvulos, puerulos, pueros *et alia ejusmodi multo latius olim patuisse quam nunc vulgo cogitetur, v. g. Pontium* puerum, *qui cum S. Blondina Lugduni pro Christo certavit, annos natum fuisse quindecim et Maximum* infantulum, *martyrio affectum a Vandalis, jam fuisse* monachum. *Sed quavis ætate recentes christianos dictos fuisse* infantes, *propter novam in baptismo acceptam nativitatem, ex S. Zenone Veronensi aliisque demonstravit Cangius* (14). *Sed et eisdem* pueri *vocabulum impositum fuisse censent Antonius Maria Lupi noster* (15) *et Edmundus Le Blant* (16), *nixi titulis, quibus viri, annos plus triginta quinque aut sex nati,* pueri *dicuntur, nullo adjecto indicio eos servos fuisse. Et sane, quum christiani omnes Christi milites sint,* stigmata *ejus* in corpore *suo* portantes, *pronum erat ut recentes christiani, non secus ac tiro-*
E *nes* (17), pueri *dicerentur. Adeoque* S. Genesius *gallice vocari potuit* l'Enfant, *sive hoc cognomen vocabulum latinum* infans, *sive vocabulum* puer *repræsentet. Qua occasione aut quo pacto egregius adolescens neci datus fuerit, non tradit S. Gregorius. Quum autem raro in minoribus oppidis martyria fierent judicum sententia, nonne verisimilius est eum a plebe gentili, tumultuante adversus christianos et maxime neophytum, occisum fuisse? Hoc siquis admiserit, me adversarium non experietur.*

Sed olim in legenda fabulosa Tigernensi dicebatur Mycenis Arelatem venisse ad S. Trophimum, apud quem multos annos cum matre vixerit;

12 *Verumtamen recitabatur olim in Tigernensi capitulo legenda, multo mirabilior; de qua hanc brevem censuram fecit Ruinartius* (18) : Hujus sancti Acta habentur, sed quæ parvam merentur fidem. *Eadem gallice vertit Branchius. Equidem operæ pretium non judicavi ea describenda curare, quum satis superque fuerit eorum summarium hoc loco exhibere. Natus itaque dicitur* S. Genesius *Mycenis in Græcia, domo illustri, principatu Claudii Drusi, circa annum Christi* 50. *Mater femina religiosissima, timens ne filius, quamquam baptismo nondum tinctus, cogeretur a ferocissimo Achajæ præside aut fidei christianæ renuntiare aut mortem oppetere, monitu angeli statuit patriam relinquere. Ambo itaque perrexerunt Constantinopolim (immo*

(1) Cfr Benedictus XIV de Canonisatione SS. lib. I, cap. IV num. 1 et seq. — (2) Cfr S. Gregorius Turonensis, Hist. eccl. Francorum, lib. IV, cap. 35, Opp. col. 298. — (3) In causa *Hilari fide constituti* actorum recensio. Neapoli, 1745. — (4) Explication de deux épigraphes chrétiennes trouvées en Algérie, Précis historiques, septembre 1854, pag. 478 et seqq. — (5) Inscriptions chrétiennes des Gaules, tom. I, pag. 15 et seqq. et 476 et seqq. — (6) Ibid. pag. 476 et 478. — (7) Ibid. pag. 478. Cfr index Opp. S. Greg. Turon. Ruinartii, v° *Albæ vestes.* — (8) Cap. LIV, Opp. col. 868. — (9) Cap. XCII, Opp. col. 896. — (10) Ruinart, in annot. ad cap. 67, lib. I de Gloria MM. S. Gregorii Turon. Opp. col. 766. — (11) Bullarium. tom. IV, Constit. XLIII, num. 14. — (12) Dissert. sopra due iscrizioni, pag. 59. — (13) De phialis rubricatis, quibus martyrum Romanorum sepulcra dignosci dicuntur, observationes, pag. 67 et seqq. — (14) Glossarium latinum, v° *Infans.* — (15) Epitaphium Severæ, pag. 19. — (16) Inscript. chrét. des Gaules, tom. I, pag. 476. Cfr pag. 118 et seqq. — (17) Martyrologia fere omnia ad 3 jan. in S. Marcellino tirone seu *puero.* Cfr Acta SS. tom. I Januarii, pag. 82 et 83. — (18) Opp. S. Gregorii Turonensis, col. 765, not. *d.*

Byzantium

A *Byzantium) persecutionis finem præstolantes. Frustra. Quamobrem, trajicientes mare Mediterraneum, iverunt in Cataloniam atque inde Arelatem, ubi a S. Trophimo, apostolorum discipulo et primo illius civitatis episcopo, tanto majori caritate excepti fuerunt, quod cælitus eorum adventum doctus erat. Monuit mater sanctum præsulem quod filius nondum baptismo lotus erat; quod sacramentum ei contulit beatus vir* Genesii*que nomen imposuit, in domo ejus commune. Noluit autem eis aliquid deesse, qui omnia pro Christo reliquissent. Ipsi vero se totos pietati dederunt, Dei laudes continuo canentes. Filius venerabatur matrem, mater diligebat filium, ambo se invicem de voluntario exsilio consolabantur, figuram hujus mundi transire meditantes.*

inde divino monitu ivisse ad S. Serenatum, prope Tigernum metu persecutorum latitantem;

13 *Deum sæpe rogabant ut suam sibi manifestaret voluntatem; quæ oratio tandem exaudita est. Quum enim jam multos annos hanc gratiam a Deo postulassent, accidit aliquando noctu ut Genesia, somno oppressa, angelum audiverit sibi a Deo dicentem, pergeret cum*
B *filio ad S. Serenatum, S. Austremonii, Arvernensis episcopi, discipulum, sub rupibus et speluncis prope Tigernum castellum durissimam viventem vitam, quo complures christiani confugerant, persecutionem immanium tyrannorum declinantes; prolem crederet sanctissimo viro, ex cujus ore divinam voluntatem cognosceret. Se hoc cælesti commercio indignam arbitrata, pia mulier triduum substitit, orationem non intermittens et filium permittens Deo. Sed noctu vidit lumen, ex quo vox profecta est, jam severa, jam suavis, qua jubebatur non tergiversari; voluntatem Dei manifestam esse: filium dandum Deo; iter carpendum quod ipse filius monstraret. Aperuit hæc sancta femina B. Trophimo, qui ut Deo obediret facile ei suasit. Non sine lacrimis osculum pacis et benedictionem dedit beatus episcopus* S. Genesio; *qui cum matre per Alpes Arverniæ profectus est venitque ad imum montem, quem incolebat S. Serenatus. Hospitio eos accepit christiana quædam vidua et beati eremitæ indicavit occultam sedem. Postridie religiosi advenæ adiverunt locum, ubi*
B *Dei famulus noctem orando transigere solebat. Ut eum ad se accedentem viderunt, projecerunt se ad ejus pedes, et mox ei narrarunt vitæ suæ vices; quas sine imbre lacrimarum sanctissimus senex audire non potuit. Eos excoluit beatus vir aliquandiu in jejunio, oratione et rerum cælestium contemplatione, interea corporis necessitatibus non minus providens quam animæ.*

mirabiliter pedem impressisse saxo, lumine circumdatus; sed tandem a paganis captus et occisus

14 *Non potuit non mirari* S. Genesii *sanctimoniam; sed obstupuit sequenti miraculo. Rupem conscenderat adolescens durissimam, a posteris Cavernam dictam; in qua pedum impressit vestigia, quasi in cera molli. Eodem tempore descendit ex cælo globus igneus, quo cæsaries circumdata est, sed minime ambusta. Unde intellexit S. Serenatus eum aliquando fore martyrem; quo nuntio vehementer lætata mater filium credidit egregio seni, et, ambobus vale dicto, Arelatem ad S. Trophimum rediit. Quum igitur* S. Genesius *omnino permissus esset S. Serenatò, multo etiam studiosius ejus virtutes imitari instituit, adeo ut Tigerni et circumcirca sanctimoniæ præclarus haberetur. Vigilabat autem diligentissime ne carissimus magister in manus hostium fidei veniret; quæ ipsius necis causa fuit. Quum enim aliquando in ripa Durollæ, nunc Doræ, inter dumeta eorum exploraret insidias, captus est, verberibus affectus, humi prostratus, pede jugulum pressus, aliisque tortus modis, ut christianam religionem repudiaret et S. Serenati latebras proderet. Neutrum fecit. Quare decollaverunt eum die* 28 *octobris, ætate annorum octodecim, principatu Othonis aut Galbæ, Valente præfecto prætorio Galliarum. Reliquias collegit magister et honorifice sepelivit.— Atque hæc confutatione non indigent, quippe quæ pugnent omnino cum S. Gregorii Turonensis testimonio* S. Genesium *in albis migrasse ex hoc* E *mundo; ex quo etiam patet eum occisum non fuisse die* 28 *octobris, sed feriis Paschalibus aut Pentecostalibus; natalem vero a S. Avito constitutum non fuisse hac die propter mortem, sed propter basilicæ dedicationem et reliquiarum translationem. Quo autem tempore martyrium fecerit* S. Genesius, *indicium superest nullum. De S. Serenato dicemus ad diem* 1 *novembris.*

ætate XVIII annorum.

Distinguendus a pluribus Genesiis Arvernis, Gallis et aliis.

15 *In fine hoc unum monendum videtur distinguendum esse* S. Genesium *Puerum ab aliis homonymis compluribus. Imprimis Claromontani colunt alios duos Genesios, alterum episcopum Arvernensem die* 3 *junii, alterum S. Genesium comitem Arvernensem die* 5 *junii; ad quas dies de eis in opere nostro dictum est. De S. Genesio comite hoc animadvertemus: Branchium* (1) *ad eum transtulisse cognomen* Infantis *seu* Pueri; *sed nihil in ejus Vita occurrit, propter quod hac appellatione designetur: adeo ut confidendum potius sit Ruinartio affirmanti hoc vocabulo* S. Genesium *Tigernensem distingui ab aliis. Celebrat S. Gregorius Turonensis alios duos Genesios, alterum martyrem et notarium Arelatensem, cujus reliquiis* F *S. Avitus ditavit basilicam* S. Genesii *Tigernensis et cujus Acta illustrata sunt in opere nostro ad diem* 25 *augusti; et alterum martyrem Bigorritanum, cujus natalis periit. Venit insuper ad diem* 1 *novembris S. Genesius, Lugdunensis archiepiscopus; et pauci aliquot extra Gallias; ita tamen ut hoc nomen longe frequentius in Galliis usitatum fuerit. Quo etiam conficitur* S. Genesium *Tigernensem natione Gallum fuisse, nequaquam domo Mycenis. De hodierno cultu nihil addere possumus, quippe qui ad literas, Tigernum datas, responsum nullum accepimus.*

(1) Vies des saincts etc. d'Auvergne, pag. 348.

A D

DE SANCTO FIDELI MARTYRE

COMI IN GALLIA CISALPINA

SEU INSUBRIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

B. B. § I. S. Fidelis memoria desideratur in antiquis martyrologiis. Ast sæculo VI laudatur a S. Ennodio Ticinensi; item sæc. IX in diplomate Lotharii. Extant etiam sermo et hymnus B. Petri Damiani de S. Fideli, cujus insuper festum signatur in vetusto kalendario Mediolanensi. Acta sæculo X, vel forte prius conscripta.

SUB MAXIMIANO, PROBABILIUS AN. CCLXXXV. *Memoria in martyrologiis recentioribus.*

Annuntiat hac die martyrologium Novocomense (1) : Novocomi in propria ecclesia natalis S. Fidelis martyris, qui Maximiano imperatori ob generis claritatem et bellicam fortitudinem valde charus, Mediolani ad Christum conversus atque a S. Materno episcopo salutaribus undis expiatus, christianos, qui in vinculis erant, aliquandiu invisit et victui necessaria suppeditavit. Hos cum postea in libertatem vindicasset, una cum illis etiam fugam arripuit et Novocomum se recepit. Sed captis interim a Maximiani satellitibus Cassio, Licinio, Severino, Secundo et Alexandro, ipse sociis valedicens, conscensa navicula, Sumolacum pervenit; ubi comprehensus a fidei persecutoribus, cum nullis seu blanditiis seu minis suaderi posset, ut idolis immolans Christum negaret, fustibus debilitatus aliisque cruciatibus affectus, demum securi percussus martyrii cursum felicissime implevit. *S. Martyris hujus memoria pariter recensetur sed verbis brevissimis in Romano; sicut et a Maurolyco atque Castellano; item, sed uberius et ad normam Novocomensis, a Galesinio et Ferrario* (2). *Ejusdem quoque mentio fit apud Dominicum Georgium* (3) *in kalendario* Mediolanensi I, ex breviario Ambrosiano, scripto initio anni 1465, *ubi legitur* : v. kal. *(Nov.)* sanctorum Simonis et Judæ apostolorum et Fidelis mar. *Nec Beda, nec Flori auctarium sancti Martyris nostri meminere. Perperam itaque Baronius in Notis tradit mentionem* S. Fidelis *fieri in venerabilis viri martyrologio. Nihil pariter in vetustiori Florentinii; item in Epternacensi et Corbeiensi. Desideratur quoque in Adone, Usuardo puro, imo et in auctariis, si unicum excipias. Silent etiam Rabanus et Notkerus.*

C

Testimonium B. Ennodii de S. Fideli, sæc. VI,

2 *At si recentior est* S. Fidelis *memoria apud martyrologos, aliis ex fontibus suppetunt testimonia antiquiora eaque minime spernenda. S. Ennodius, Ticinensis episcopus, in Vita B. Antonii, monachi Lirinensis, initio sæculi sexti scribit* : Elegit *Antonius* secessum haud procul a beati martyris FIDELIS sepulcro, ubi Larius Ionii marmoris minas deponit, quando ne vagetur longius objectis ripis resistunt frena telluris. Illic inserto nubibus vertice mons coruscat, qui sublimitate sua vincit aspectum; sed quam superbus est magnitudine, tam difficilis ascensu. *Ita apud Tattum* (4), *qui tamen in margine loco* Fidelis *adscribit* Felicis. *Ast observat lectionem hanc repudiandam, cum, ipso judice, certo agatur de* S. Fideli; *tum quod nullus* martyr, *nomine Felicis, colatur ab ecclesia Comensi; tum quod locus, qualis a S. Ennodio describitur alius esse haud possit quam capella seu oratorium, ubi corpus* S. Fidelis *per tria et amplius sæculo quievit, ut infra latius explicabimus. Cæterum Tatti sententia confirmatur ex collatis variis operum S. Ennodii editionibus.*

E

prout in editis illius operibus

3 *Omnium prima habetur in* Monumentis Orthodoxographis, *Basileæ excusis studio Grynæi anno* 1569. *Sed hæc multis modis manca et imperfecta est. Sub initium sæculi* XVII, *eodem fere anno prodiit gemina eorumdem operum* ἐκδωσις; *altera Tornaci an.* 1610 *et* 1611, *curante Andrea Schotto nostro, qui in epistola dedicatoria testatur Ennodium a se editum* integre, ex optimis membranis in Morinis Belgarum ultimis pridem repertis; *nec tamen integer prorsus prodivit tunc sanctus scriptor; cum paulo post, ni malueris dicere eodem tempore, anno nempe* 1611, auctior emendatiorque, *ut notat Fabricius, in lucem venerit, opera Jacobi Sirmondi S. J.*, ad duo spectatæ fidei exemplaria, Vaticanum et Nicolai Fabri, exactus. *Et re quidem vera sunt apud Sirmondum nonnulla sive metro sive libera oratione conscripta, quæ in Schottiana recensione desiderantur; quod autem spectat ad* emendationem, *in iis quæ utrique editori communia sunt, præter variantes lectiones haud magni momenti, vix non ad amussim inter se conveniunt. Quinimo (id probe notandum) in tribus memoratis recensionibus Vitam Antonii, quæ nostra solum hic interest, eamdem fere occurrere. Integra ubique est; paulo correctior in duabus posterioribus*

F

(1) Sanctuarium seu martyrologium sanctæ Novocomensis ecclesiæ, auctore Primo Aloysio de Tattis. Novocomi 1675. — (2) Catalogus SS. Italiæ, XXVIII Oct. — (3) Martyrol. Adonis recognitum et illustratum, pag. 715 et 719. Romæ 1745. — (5) Degli annali sacri della città de Como, tom. I, pag. 934 *in Registro*. Comi 1663.

quam

A *quam in prima, licet ipse etiam Grynæus præcipuas lectiones in margine adnotatas habeat. Sirmondum secuti sunt quotquot post eum edendo Ennodio operam dederunt; unde monet Fabricius :* Recusa *(opera)* etiam sunt in Bibliothecis Patrum Parisiensibus recentioribus, Coloniensi et Lugdunensi ex Sirmondi recensione, sed omissis notis; *sic quoque Gallandus* præclaram Sirmondi editionem prælo committendam *censuit, non omissis notis, imo adjectis nonnullis quæ apud antesignanum non reperiuntur. Denique nostris diebus recusus fuit in Migniana patrologia Ennodius idem prorsus qui apud Gallandum. Atque hæc de editionibus operum Ennodianorum, quarum tres præcipue a nobis considerandæ veniunt, scilicet Grynæana, Schottiana, Sirmondiana. In duabus prioribus diserte habetur :* Beati martyris Fidelis, *et addit Schottus in margine :* Fidelis Cumensis mart. in Usuardo *(Conf. supra num.* 1*)* 28 Octobris et mart. Romanum. *Ast in posteriori, id est Sirmondi, ponitur* Beati martyris Felicis, *neque hic, ut falso insinuat Tattus, ulla signa-*
B *tur varia lectio. Stando itaque Grynæo et Schotto agit beatus Ennodius de sancto martyre nostro* Fideli; *sin fides Sirmondo, de sancto itidem martyre* Felice.

longe probabilius legitur.

4 *Omnino præferenda videtur priorum duorum lectio, tum quod et ipsi codices mss. haud infimæ notæ præ manibus habuisse probentur (saltem quo ad vitam spectat S. Antonii), tum quod, ut superius jam monuimus, nullus martyr nomine* Felicis *in ecclesia Comensi colatur; tum denique quod locus ab Ennodio descriptus (sicut asserit Tattus, et favet Paulus Jovius in celebri Descriptione Larii lacus) apprime conveniat sepulcro* S. Fidelis, *non vero ullius alterius martyris, cujus ad nos pervenerit notitia. Confer Annotata ubi de Summolaco. Firmatur sententia ex Chronologia Lirinensi, in lucem data a Barralio sub idem tempus quo Schottus et Sirmondus suum prælo subjecerunt Ennodium; testaturque auctor se vitam S. Antonii edidisse ex codice Vaticano :* Contigit autem superioribus annis, scilicet millesimo quingentesimo nonagesimo primo nos pro causa non minima abbatiæ dicti
C monasterii *Lirinensis*, Urbem contendere, et præ cæteris summæ fuit curæ vitam præfatam beatissimi nostri Antonii (jam ejus notitiam in bibliotheca Vaticana didiceram) a sancto Ennodio Ticinensi episcopo sincere descriptam, e sacræ bibliothecæ Vaticanæ manuscripto codice fideliter transcribi facere, nobiscumque Lerinnam pro magno munere inferre. *Hæc Barrabius* (1). *Porro laudatus codex sic habet :* Elegit secessum haud procul a beati martyris Fidelis sepulcro (2). *An codex iste idem sit qui etiam Sirmondo præluxit, non ausim diserte affirmare. Nec tamen facile admiserim duos diversos extare codices Vaticanos, quorum alter Barralio alter Sirmondo usu venerit. Id forte probabilius videbitur, codicem Fabri (qui cum Vaticano edendis Ennodii operibus Sirmondo inserviit) ab erudito viro præcipue fuisse adhibitum, huncque tulisse* Felicis, *nec inspexisse editorem an lectio codicis Vaticani concordaret hoc loco nec ne. Nec prætermittendum quod habet Zaccaria noster in opusculo italice scripto de SS. Martyribus* Fideli, *Carpophoro etc. :* In prima, *inquit* (3), editione Sirmondi, quam habemus Mediolani in bibliotheca S. Fidelis *(id est domus professæ Soc. Jes.)*, pag. 69 in annotatione eruditi illius jesuitæ ad locum S. Ennodii invenio « S. Fidelis Comensis. » Et ubi pag. 470 impressum erat « Felicis » vox fuit antiqua manu ultramontana (forte ipsius Sirmondi) cancellata, ejusque loco ponitur « Fidelis. » *Itaque ex hactenus relatis liquet, quatuor esse viros eruditos, qui ex manuscriptis Vitam S. Antonii Lirinensis ediderunt; atque horum tres legisse* Beati martyris Fidelis. *Cum autem aliter scripsisset Sirmondus, et hic* auctius emendatiusque *censeretur protulisse Ennodium (atque ita sane est loquendo de operibus, non autem si sola spectetur Vita S. Antonii, quæ, ut diximus, eadem fere reperitur apud omnes); hinc factum est, ut passim scriptores, in Galliis præsertim, tradiderint S. Antonium aliquo tem-* E *poris spatio latuisse haud procul a sepulcro* S. Felicis : *sic habet D. Ceillier* (4), *sic Benedictini in Francia litteraria* (5); *Itali vero, qui de rebus Comensibus tractant, unanimes signant sepulcrum* S. Fidelis. *Ita Tattus, item Ravellius; hic tamen monens aliquot codices ab hac lectione discedere. Nihil itaque obstat, quominus asseramus, si non prorsus certo, saltem longe probabilius S. Ennodium sæculo sexto ineunte præclarum de* S. Fideli *scripsisse testimonium; imo in hanc sententiam, ipsum concessisse Sirmondum ex paulo superius posita Zaccariæ notatione, saltem probabile est.*

AUCTORE B. B.

Aliud testimonium sæc. IX;

5 *Aliud testimonium habemus in Diplomate Lotharii, dato apud Compendium anno* 824 *atque Leoni episcopo Comensi inscriptum. Excerpo verba ad propositum nostrum facienta :* Ipsæ vero res *(de quibus agebatur)* erant ecclesiæ baptismales, una in Amatia et altera in Burmis, tertia in Postclave et MONASTERIOLUM SANCTI FIDELIS pertinens ad episcopatum Cumensem (6). *Diploma recitatur ab Ughello, Cointio, Tatto; et quamvis nævis non careat,* F *genuinum existimatur a Muratorio* (7) *aliisque communiter. Porro nullum Tatto superest dubium, quin* monasteriolum S. Fidelis *ad nostrum sit referendum beatum Martyrem. Attamen, eodem teste scriptore, prorsus ignoramus* quando, quomodo, a quo et ubi loci fuerit *erectum, licet probabilius sit, stetisse in Valle Tellina* (8).

tertium sæculo XI,

6 *Denique præclarissimum, (nec de hoc ulla controversia) de* S. Fideli *reddit testimonium B. Petrus Damianus in sermone ad populum habito Mediolani, probabilius anno* 1059, *atque ipsa hac die* 28 *Octobris :* Ecce B. martyr Fidelis cujus hodie festivitatem colimus *etc.* (9). *Sermonem integrum reperies ad calcem hujus Commentarii. Hoc loco subjicimus alterum ejusdem sancti doctoris testi-*

(1) Chronologia sanctorum et aliorum virorum illustrium ac abbatum monasterii sacræ Insulæ Lerinensis. Part. II, pag. 148 et 149. Lugduni 1613. — (2) Ibidem pag. 145. — (3) De' santi martiri Fedele, Carpoforo. Gratiniano e Felino, pag. 2. In Milano 1750. — (4) Histoire générale des auteurs sacrés et ecclésiastiques, tom XV pag. 423. — (5) Histoire littéraire de la France tom. III pag. 103 et 104. — (6) Tatti, tom. I, pag. 450. Cointius ad an. 824, tom. VII, pag. 686. Ughelli in Leone eppo Comen si, Italia sac. tom. V, col. 267. — (7) Annali di Italia sacra, tom. IV, pag. 529 et seq. Conf. Ravelli, tom. II, pag. 53. — (8) Tatti, tom. I, pag. 829 et seq. — (9) Migne. tom. 144, col. 807 et 811.

monium

AUCTORE B. B.

monium, scilicet carmen seu hymnum in honorem inclyti Pugilis nostri compositum; est autem hujusmodi (1) :

Magna Fidelis merita
Sancta promit ecclesia,
Qui morte mortem perdidit
Et victor astra petiit.

Abjecto carnis onere
Stola vestitur gloriæ,
Tersis ab ore lacrymis,
Veris potitur gaudiis.

Ut ense cæsus moritur,
Sæva tempestas oritur;
Sic intentatur impiis
Vindicta justi Judicis.

Quemdam ex carnificibus
Malus invadit spiritus;
Mox * sacræ glebæ jungitur
Dira pestis excluditur.

* *supple :* ut

B

Cordis orisque precibus
Te, Martyr, alme petimus,
Nos tua per vestigia
Ad vitæ ducas præmia.

Sit Patri laus ingenito,
Sit decus Unigenito,
Sit utriusque parili
Majestas summa Flamini. Amen.

item aliud ejusdem fere ætatis.

7 *Aliud habemus quoque testimonium atque ejusdem fere ætatis in kalendario, quod edidisse se monet Muratorius* (2) *ex codice Camilli Sitoni Mediolanensis. In hoc autem notatur ad diem* v *kal. Nov. seu* 28 *Octobris* : SS. Simonis et Judæ et passio S. Fidelis in eadem ecclesia, *id est* sanctæ Mariæ in Solario, *quæ in præcedenti annunciatione memoratur et postea a sancto nostro Martyre nuncupata fuit, ut alibi fusius dicetur, ubi de cultu sermonem instituemus. Ad ætatem codicis quod attinet, ait Muratorius:* Scriptum, si bene memini, ante septingentos annos, *proinde medio sæculo circiter* XI, *cum natus Muratorius noscatur* 1672, *mortuus vero an.* 1750 (3). *Attamen aliunde primo intuitu videretur codex non ante initium sæculi* XII *imo nec ante medium sæculi sequentis scriptus. Nempe* adjectæ quoque sunt, *ut ipse monet Muratorius* (4), in Sitoniano notæ quædam historicæ, quæ diem et annum certum signare solent alicujus præteriti humani eventus. *Porro ad præfatum diem* 28 *Octobris legitur :* Anno Domini MCIII, cecidit ecclesia S. Laurentii ; *et ad diem* 28 *Januarii :* MCCCLIII die martis apparuit quoddam monstrum in ecclesia S. Vincentii. *Clarum ex his esset codicem anno isto non esse antiquiorem, nisi notas istas codici fuisse superadditas constaret ex annorum ad quos referuntur collatione. Unica namque est quæ spectat ad sæculum* XI, *nempe ad annum* 1071 ; *quindecim ad sæculum* XII *pertinent ; harum tempore priores annos signant* 1103, 1104 *etc., posteriores annos* 1171 *et* 1176. *Unica rursus sæculum respicit* XIII, *annum scilicet* 1253. *Itaque ni dicamus kalendarii Sitoniani codicem scriptum non ante annos septingentos, ut existimavit Muratorius, sed ante quingentos tantum* (*quæ incredibilis hallucinatio esset in tali viro*), *fateamur oportet notas altera manu additas, et quidem omnes una vice post annum* 1253, *vel diverso tempore et per intervalla, prout res ferebant.*

C

D

Acta,

8 *Cujus autem ætatis sint acta, an post S. Damianum an potius ante ejus tempora fuerint conscripta, ac proinde antiquioribus, de quibus diximus, accensenda testimoniis, hactenus a nemine recte definitum comperio. Notat Ravellius* (5) *non posse quidem in dubium vocari ipsum* S. Fidelis *martyrium; an autem contigerit tali loco atque istis aut illis in adjunctis, quæ referuntur in ejus actis ; id enimvero, inquit, certioribus deberet niti documentis ; acta autem prout edita sunt a Mombritio, antiquiora non videri sæculo* XII ; *recentiora proinde sermone S. Petri Damiani. Ad Mombritium porro quod spectat, constat illum vitas Sanctorum* tempore Sixti IV, *qui sedit ab anno* 1471 *ad annum* 1484, typis mandasse (6) *et quidem, judice Eberto* (7), *circiter anno* 1479. *(Confer Annotata.) Nec tamen ex his quid certi statuere licet de ætate actorum, cum alia apud Mombritium sint aliis antiquiora ; imo et nonnulla haud ita pridem conscripta censeantur. Quo tamen fundamento autumet Ravellius (vir sane doctus, eruditus et prudens* (8),) *acta* S. Fidelis *sæculum* XII *non superare, nec explicat ipse, nec ego conjectura assequi valeo. Quinimo falsum demonstratur ex illorum collatione cum sermone S. Petri Damiani, qui, ut diximus, habitus fuit medio fere sæculo undecimo.*

E

utpote quæ S. Petrum Damianum non latuerunt,

9 *Mihi namque certum videtur sancto doctori non incognita fuisse acta nostra. Argumento sit locus sequens ex sermone :* Et, sicut ipse *(sanctus* Fidelis) propriis videtur verbis asserere, dum in sæculari militia versaretur, magis divino parebat imperio quam terreno, adeo ut nonnullos a profana idolatriæ cultura compesceret et ad veri Dei notitiam salutiferis admonitionibus advocaret. *In actis vero respondet sanctus Martyr tortoribus, cum minas ei intentarent; se nihil pertimescere,* quia, *inquit,* ab infantia mea Christo Domino devota mente servivi : nam in militia sæculari degens, non terreno imperio militavi ; sed cœlesti Regi obedivi. Et hoc disposui, ut gentiles idolis servientes de errore ad viam veritatis revocarem. *Fere eadem sunt utrobique verba. Et iterum in sermone :* Quantæ gloriæ est, quod beatus... Martyr mox ut capite cæsus est, turbida tempestas et nimia coruscatio dicitur emersisse ? *In actis* : Cumque decollatus fuisset, facta est turbatio et coruscatio magna. *Idem rursus efficitur ex narratione de tortore illo, qui a dæmonio liberatur mox ut tetigit cadaver Martyris. De qua liberatione mentio fit in rythmo supra recitato :* Quemdam ex carnificibus *etc. Videsis ad calcem acta et sermonem.*

F

saltem sæc. X conscripta;

10 *Non videtur itaque dubitandum acta S. Damiano priora esse ; ac proinde medio sæculo undecimo jam innotuisse. Imo probabile mihi valde est,* gestorum historiam, *de qua loquitur sanctus doctor, aliud non esse*

(1) Migne, tom. 145, col. 956 et seq. — (2) Scriptores rerum Italicarum, tom. II, part. II. pag. 1023. — (3) Biographie Universelle. — (4) Ubi supra. — (5) Tom. I, pag. 268. — (6) Vide Macri Hierolexicon, *verbo* Birrus. — (7) Algemeines Bibliographices Lexicon. — (8) Conf. Cantu, Storia della città e della diocesi di Como. Tom. I, pag. 14 et seq. Comi 1829.

nisi

A *nisi acta nostra; unde et concludere licet scripta fuisse saltem sæculo* x; *nec enim facile quis asseruerit, in manus S. Petri venisse eodem quo prodierint tempore. Cæterum ipsa, ut ita dicam, scriptionis indoles haud impediret quominus majorem actis daremus antiquitatem : nihil sane in illis occurrit, sive res sive stylum spectes, quod admodum recedat a more Passionum, quæ prioribus sæculis conscriptæ censentur. Ut tamen nihil prætermittam eorum, quæ eruditum lectorem juvare queant in quæstione hac dijudicanda, moneo Zaccariam a nobis dissentire. Recitatis enim S. Damiani verbis* : Sicut gestorum ejus testatur historia; *subdit* (1) : Quæ si eadem sit quam editam habemus a Bonino Mombritio, quis nobis dicet; cum Mombritius nihil nos moneat quo ex codice acta S. Fidelis transumpserit, et cujus ille esset ætatis ? *Dixi numero præcedenti quid censerem post diligentem sermonis et actorum collationem; nec silentium Mombritii a Zaccaria objectum impedit, quominus perstem in sententia. Ast ei assentior dum addit* : Sive historiam, sive acta
B Mombritiana non illas sinceritatis præferre notas, quas nostræ ætatis eruditi requirunt, ut iis tuto fidere liceat. Conf. Annott. in Sermonem.

quibus accedunt aliorum SS. Acta, nec tamen satis fidelia.

11 *Nonnulla de* S. Fideli *et Carpophoro occurrunt in Actis sancti Alexandri ex legione Thebæa, editis, ut monet Zaccaria, l. c. a* P. Petro Graziolo, in appendice II ad dissert. de præclaris Mediolan. ædificiis, *et etiam a decessore nostro Stiltingo* (2). *Ast inter utrumque eruditum non convenit de ætate scriptionis; ille judicat acta Adone antiquiora esse; hic longe recentiora, licet forte deprompta ex vetustioribus, sed corrupta seu amplificata* sine veterum testimonio, cum scripta sint seculo XII (3), *circa annum* 1125. *Multo melioris notæ et altioris ætatis Stiltingus habet alia ejusdem S. Alexandri acta, sibi a Martino Antonio Guerrino submissa; sed in his nihil de* S. Fideli. *Similiter in unica lectione de S. Materno episcopo Mediolanensi, ex breviario an.* 1635 *(quod sæculo seq. an* 1750, *teste Zaccaria, adhuc usui erat) legitur :* Qua *(pietate)* incensus *(Maternus)*, beatos martyres Carpophorum et Fidelem ad urbem Novocomum misit, ubi pro
C gloria Dei dimicarent. *Vide Cuperum nostrum in actis S. Materni ad diem* 18 *Julii* (4), *ubi recitat ex altero breviario vetustiori, scilicet excuso an.* 1529, *alias tres lectiones de eodem sancto præsule, subdens* se non videre quomodo hæ lectiones satis inter se cohæreant. *Cæterum in his rursus nihil de* S. Fideli. *Et generatim adnotat idem Cuperus in priore* lectione quædam narrari, quæ in tribus lectionibus antiquioribus et prolixioribus S. Materni actis non exprimuntur (5), *quod obtinet de* S. Fideli, *cujus nec in his nec in illis mentio.*

AUCTORE B. B.

§ II. De anno martyrii S. Fidelis et de prima sepultura. Translatio ex Summolaco Comum; item aliæ binæ translationes in eadem urbe.

Passus videtur paulo post mactatam legionem Thebæam

Passim *traditur* S. Fidelis *martyrium contigisse sub tempus quo mactata prope Agaunum est legio Thebæa. Quo posito, Zaccaria*(6) *ex actis S. Alexandri, Bergomi palmam adepti (de quo apud nos die* 26 *Augusti Stiltingus* (7)*), actis SS. Carpophori, Exanthi, Cassii, Severini, Secundi et Licinii (de his Sollerius sed pro more suo brevissime ad diem* 7 *Augusti* (8)*), actis S. Materni episcopi Mediolanensis, cujus memoria agitur* 18 *Julii et illustratur a Cupero* (9), *et denique ex Passione* S. Fidelis *nostri inter se collatis, censet haud improbabile esse hujus martyrium contigisse anno* 285. *Quam opinionem sic sive probat sive explicat. Discimus ex actis S. Alexandri* E *beatum* Fidelem *Mediolani versatum, quando ibidem infulas tenebat S. Maternus; hic autem, judicio Papebrochii et Cuperi, sedit ab anno* 252 *ad exeuntem annum* 302; *docent insuper eadem acta tunc temporis Maximianum illa in urbe aliquamdiu substitisse, scilicet sub expeditione, quam in Gallias susceperat* : Suorum exercitus militum ad Gallorum remeare provinciam jussit in prælium; *quo autem spectat ad vocem* remeare, *idem hanc eo loci significare omnino Zaccaria asserit, quod* proficisci, ire. *Ex his efficitur, perperam* S. Fidelis *martyrium a Graziolo innecti anno* 404, *cum functus jam vita S. Maternus esset, quo vivente et Maximiano Mediolani agente, visitatus in carcere fuit S. Alexander a* SS. Fideli *et Carpophoro. Expeditio autem contra Bagaudas, sub cujus initio Thebæi necati, suscepta a Maximiano* Cæsare *fuit anno* 285. *Quam Zaccariæ sententiam ego quoque veluti probabiliorem habui in actis SS. Crispini et Crispiniani, ubi fuse de hac dictum controversia* (10). *Ast quæritur num ante stragem Agaunensem S. Alexander aliique passi sint,* F *an vero post eam? Baronio teste* (11) *Thebæos* ad martyrium præcessisse visi sunt, antequam Alpes superasset Romanus exercitus, duo insignes ejusdem legionis milites, nimirum Secundus et Alexander, *utique cum sociis aliquot.* Alii *(verba sunt Stiltingi* (12)*)* post Thebæam legionem Alexandrum coronatum volunt, atque ex cæde commilitonum fuga elapsum, post reditum Maximiani in Italiam, dilatam martyrii coronam adeptum esse. Verum Baronii sententia probabilior videtur, quia fugæ Alexandri ex Gallia nulla in actis fit mentio, nulla Thebææ legionis antea occisæ. Putamus itaque S. Alexandrum legioni Thebææ ad palmam martyrii præivisse. *Cum itaque inhærendo actis nostris,* S. Fidelis *haud diu post S. Alexandrum ejusque socios in cœlum migraverit, illius corona præfato anno* 285 *innectenda est.*

(1) De' santi martiri Fedele etc. pag. 4. — (2) Tom. V Augusti ad diem 26, pag. 806. — (3) Ibid. pag. 789. — (4) Acta SS. tom. IV Julii, pag. 362. — (5) Ibidem. — (6) Pag. 8-10. — (7) Tom. V Augusti, pag. 798. — (8) Tom. II Aug. pag. 187. — (9) Tom. II Julii, pag. 362. — (10) Tom. XI Octob. § I. — (11) Ad an. 297, num. 16. — (12) Tom. V Aug. pag. 799.

probabiliter, judice Zaccaria, die 28 Octob. an. 285;

13 *Rem totam sic commode ordinari posse existimat sæpius dictus Zaccaria* (1). *Paucis diebus antequam Maximianus Roma discederet, legio Thebæa versus Galliam movit; cum autem innotuisset S. Alexandrum sanctosque Cassium, Severinum, Secundum et Licinium Christi sequaces esse, hi omnes in carcerem Mediolani missi sunt usque dum cæsar adveniret, scilicet* post dies ferme quindecim, *ut habent emendatiora S. Alexandri acta* (2). *Hoc temporis intervallo licuit* S. Fideli *visitare captivos, quorum post cæsaris adventum, tentata fuit multis modis constantia, idque sub finem Julii præfati anni* 285. *Paulo post fuga elapsus Alexander cum quatuor supra nominatis sociis et SS.* Fideli, *Carpophoro atque Exantho, cum simul Comum pervenissent, solus Alexander Bergamum perrexit, ubi comprehensus et capite plexus martyrium subiit die* 26 *Augusti. Sub hæc Maximianus in Gallias profectus est ejusque jussu prope Agaunum Thebæa legio mactata die* 22 *Septembris. Satellites autem cæsaris post jugulatum Bergami Alexandrum, hujus*
B *socios insecuti, et pluribus huc illuc, ut credere fas est, discurrendo consumptis diebus, inventos gladio percusserunt; primum quidem Carpophorum et Exanthum, dein* S. Fidelem. Sic, *inquit Zaccaria,* cohærent sibi sanctorum illorum martyrum acta et insuper singulorum servatur dies natalis in martyrologiis signatus. *Forte etiam SS.* Cassius, Severinus, Secundus et Licinius, postquam a S. Fideli discessissent, ante S. Alexandrum ad palmam pervenerunt, VII Augusti, quo die eorum mentio recurrit in martyrologio Romano. Quæ si ita vere sint, mirum jam non erit, nihil de quatuor illis, post fugam Alexandri, memoriæ proditum, et tam pauca in actis S. Fidelis de iisdem haberi. Fateor in martyrologio Romano eosdem quatuor pugiles, socios passionis scribi SS. Carpophori et Exanthi; nec tamen ego facile admiserim, illos tanto tempore *(tribus fere mensibus)* ante S. Fidelem passos, quum ex hujus actis potius demonstretur, id paucis ante diebus contigisse. Sic igitur, quantum per adeo densas tenebras licet, ætas S. Fidelis et tempus martyrii definitur. Obiit nempe die 28 Octobris anni
C 285; et cum ex tota actorum serie appareat in florenti eum tunc ætate fuisse, fas est existimare natum circiter annum sæculi III quinquagesimum. *Itaque, ut paucis placita Zaccariæ contrahamus, anno* 285 *mense Julio SS.* Fidelis, *Carpophorus et Exanthus visitarunt beatos quatuor Thebæos milites, Cassium, Severinum, Secundum et Licinium, carcere Mediolani detentos, vivente adhuc S. Materno illius ecclesiæ pontifice. Sub finem ejusdem mensis omnes supranominati, solo excepto S. Materno, Mediolano fuga elapsi sunt; primum comprehensi atque gladio percussi fuere quatuor Thebæi Cassius, Severinus, Secundus et Licinius, die* VII *Augusti; dein S. Alexander* XXVI *ejusdem mensis, proinde quinque isti palmam consecuti sunt ante stragem Agaunensem* XXII *Septembris* 285; *post hanc, scilicet mense Octobri inclinante, similiter coronati Carpophorus et Exanthus, atque paulo post, nimirum dicti mensis die* 28, S. Fidelis.

quamvis desint documenta,

14 *Hæc autem ideo explicatius reddidimus, quod Sollerius ad* VII *Augusti, brevissime, ut monui supra, dixerit de quatuor Thebæis militibus, sociosque martyrii eis addiderit, ut in martyrologio Romano, Carpophorum et Exanthum. Cæterum eruditus decessor existimat, quæ de SS. martyribus illis congessit Tattus, etiamsi* scriptores quinquaginta citet,... non iis fulciri documentis, quæ rem satis solide explicent, nedum comprobent aut stabiliant, ut eadem demum supersint, quæ Ferrarius adduxit, nempe dictarum ecclesiarum monumenta, ex quibus id demum constet, a multis sæculis illustres istos martyres iis locis solemni cultu celebratos fuisse (3). *Adeoque putavit Sollerius præter cultum nihil admodum esse quod memoratu dignum videretur. Hoc tamen ejus judicium non obstitit, quominus postea Stiltingus in opere nostro, ad diem scilicet* 26 *ejusdem mensis Augusti, multo uberius dixerit de S. Alexandro Bergamensi, duplicia recensens acta, et quidem altera, quæ primo loco ad calcem commentarii veniunt, edita ex tribus apographis, magni fecit, ut ex hisce ejus liquet verbis* (4) : Auctor anonymus, antiquus E
utcumque, non tamen coævus aut suppar, cum omnia referat ut dudum præterita; *altera longiora, sed momenti multo levioris.*

quibus tuto fidere liceat,

15 *Sane si sincera essent præfata, lubens subscriberem stabilitæ a Zaccaria chronotaxi (quam nec ipse ut omnino certam habet), cum vero talia non sint (licet alia aliis meliora) fatendum est ejus placita, vel si mavis conjecturas, non satis solidis innixa esse fundaminibus. Manet nostra opinione ergo incertum, quo anno palmam adeptus* S. Fidelis *sit. Probabilior mihi sententia est, id contigisse anno* 285, *si ante Agaunensem internecionem Thebæorum, anno vero sequenti, si post illam occisus fuerit. Quod autem sub illam passi sint SS.* Fidelis *aliique, de quibus supra, acta luculenter tradunt, atque hæc communiter apud scriptores invaluit sententia. Dubitarunt tamen Sollerius et Stiltingus; siquidem uterque ab initio et in margine notavit :* Sub Maximiano, *nullum certum adscribens martyrii annum. Denique Ravellius, diligens rerum Comensium indagator et scriptor sub finem sæculi præterlapsi, existimat nihil* F
certi ad nos de S. Fideli *pervenisse, nisi quod glorioso certamine sanguinisque effusione fidem Christo datam confirmaverit. Conf. num.* 8.

atque alii aliter statuant.

16 *Cum illi etiam, qui tenent præfatorum martyrum necem connexam cum strage Agaunensi, alii alios signent annos, pro sententia quam de morte Thebæorum amplectuntur; haud supervacaneum ducimus nonnulla ex Tatto adscribere, ubi tum sua tum variorum placita brevibus contraxit.* Omnes, *inquit* (5), sub Maximiano Fidelem fuisse coronatum asserunt, et sane hoc acta manifeste docent. Abrahamus Bzovius certum agonis annum assignat, aitque contigisse anno 300. Baronius meminit anno 303. Ballarinus denique contendit hoc tribuendum esse anno 306. Nemo tamen eorum, si ad lydium lapidem rem deducamus, attigit veritatem *(sicut nec ipse Tattus, nostra quidem opinione).* Nam si Thebææ le-

(1) Pag. 9 et 10. — (2) Tom. V Augusti, pag. 804, 3. — (3) Tom. II Augusti, pag. 187. — (4) Tom. V Augusti, pag. 798. — (5) Martyrol. 28 Oct.

gionis

A gionis cædes, ut supra diximus septimo idus Augusti cum Baronio et aliis melioris notæ scriptoribus facta est anno Domini 297, et anno subsequenti 298 martyrium subierunt Carpophorus, Exanthus et alii quatuor S. Fidelis comites, eodem etiam anno S. Fidelem occubuisse fatendum est; quia non nisi post aliquot hebdomadas ab illorum passione comprehensus et renuens idolis sacrificare secutus est eos ad lauream. Itaque Fidelis hoc ipso anno 298, quo socii illius vere necatus est; non anno 300 ut Bzovius perhibebat; neque anno 303, ut Baronius,... neque anno 306, ut Ballarinus; quia tribus ante annis Maximianus imperator esse desierat, abdicata Mediolani purpura et sceptro, ut Eusebius testatur in Chronico ad annum Domini 304; et tamen sub Maximiano, Diocletiani collega, martyrii palmam obtinuisse Fidelem, omnes uno ore confirmant. *Tillemontius sub anno Christi* 305 *meminit abdicationis nec solum Maximiani, sed simul etiam Diocletiani. Uterque enim purpuram deposuere kalendis Maii præfati anni; ille Mediolani, hic Nicomediæ* (1). *Cætera minus accurate a Tatto*
B *prolata vel asserta facile erit corrigere ex his quæ numeris superioribus in diversas partes disputavimus.*

Sepultura et Translatio corporis S. Fidelis, 17 *In actis traditur sancti Martyris corpus ab* uno ex persecutoribus *terræ mandatum utique ipso loco passionis vel saltem haud procul inde. Postea ædificatum ibidem fuit sacellum, quod sæculo sexto ineunte a barbaris eversum legimus; unde et sepulcrum* S. Fidelis *ruderibus obrutum aliquot sæculis latuit, donec tandem anno probabilius* 964 *repertum non sine numine est atque in urbem Comi translatum. Audiamus Benedictum Jovium in* Historia Novocomensi, *lib.* II (2) : Per tempora Diocletiani et Maximiani imperatorum... Fidelis apud vicum Summolacum, in summo Lario situm, martyrium consummavit; ejus corpus in sacello conditum fuit, ipsius nomini constructo. Dilituit autem usque ad annum Domini nongentesimum sexagesimum *(vide infra),* quo tempore Ubaldo Comensis erat episcopus; cui mulier quædam nomine Dominica, per somnum comonita, renuntiavit, uti divi Fidelis reliquias in urbem referendas curaret.
C Ille probæ mulieri fide præstita, Summolacum cum illa navigavit, quæ Martyris ignotum locum statim ostendit. Ejus inde sublatæ reliquiæ in urbem ad ipsum divæ Euphemiæ templum translatæ sunt, quod ideo postmodum Fideli ipsi dedicatum fuit. *Hactenus Ben. Jovius qui et ipse decus fuit Comensis urbis, in qua lucem aspexit. Memoria hujus translationis agitur Comi die* 13 *junii, atque his verbis annuntiatur in martyrologio ejusdem urbis ecclesiæ :* Novocomi translatio prima S. Fidelis martyris ex vico Summolaco, in quo sexcentis sexaginta sex annis jacuerat, ad ecclesiam collegiatam S. Euphemiæ virginis in urbe. Hujus inventionem divinitus revelatam Ubaldo episcopus Novocomensis, effusa ad sacrum pignus excipiendum ingenti populorum multitudine, summa lætitiæ significatione ac maxima solemnitate celebravit, et in præfata basilica ante aram majorem reposuit, quæ mox antiquato priori titulo, novi hospitis causa S. Fidelis denominari cœpit. *Quæ hic succincte Tattus (est enim auctor martyrologii Novicomensis) latissime more suo evolvit in suis Annalibus, additque nonnulla haud facile fidem obtentura. Exempli causa, refert æs campanum in urbe Comensi, sponte sua motum, simul atque episcopus corpus* S. Fidelis *detectum in Summo laco aspexit, nec quievisse donec illud repositum esset in divæ Euphemiæ* (3). *Haud prætermittendus hoc loco error, in quem incidit Ferrarius hac die* 28 *Octobris in catalogo Sanctorum Italiæ, scribens,* Corpus... Comum translatum et in propria ecclesia magnificentissime ei extructa conditum. *Extabat ecclesia S. Euphemiæ cum in eam introductæ sunt exuviæ beati Martyris. Nisi forte intelligat Ferrarius templum illud postea renovatum fuisse. Denique monemus festum Inventionis hujus et Translationis in novo breviario Comensi reperiri ad diem* XV *ejusdem mensis Junii* (4). Ordo *tamen pro anno* 1847, *quem præ manibus habeo tum hoc tum altero* E
die silet prorsus de S. Fideli. *Confer.* § IV.

probabilius circa annum 964; 18 *De anno Translationis non convenit inter scriptores. Alii volunt eam contigisse anno* 936; sed perperam, *reponit Tattus* (5) : nam ad hunc annum Ubaldo tyaram Novocomensem nondum adeptus fuerat. *Certe Sigonius videtur omnino initium episcopatus Ubaldonis (quem ipse Valdonem appellat) innectere anno* 947, *sub quo refert* (6) : Ceterum Berengarius, cum ecclesias distribueret *Josepho Brixiæ substituit Antonium,* Comi vero non Adelardum, ut promiserat, sed Valdonem quemdam instituit. *Eumdem annum margini adscribit Ughellus* (7). *Alii, ut supra Benedictus Jovius, Translationem ponunt anno* 960 : Sed, *inquit Tattus* (8), hoc anno Novocomensi ecclesiæ abstulit *Ubaldonem legatio ejusdem in* Germaniam... ad Othonem magnum postea imperatorem; eo nimirum tempore, quo is Novocomi supponitur hanc Translationem peregisse. *Legationis istius meminere quoque Sigonius* (9) *et Georgius Giulinus* (10) *ad hunc annum; nec tamen clare ex horum utriusque verbis efficitur Ubaldonem toto anno absentem fuisse. Addit* F
deinde Tattus in martyrologio : Veriorem ergo supputationem Quintilii Lucini Passaliquæ existimamus qui priscis monumentis ab eo visis inhærens, S. Fidelis translationem asserit ab Ubaldone factam anno 964. *Nihil statuit hac de re Ughellus; margini solum adscribit :* Circa an. 964, ut conjicit Tattus (11). *Hæsitat pariter Giulinus :* Inter bellicos tumultus, sacras functiones non neglexit pontifex ille (Ubaldo), si revera hoc anno, ut opinatur P. Tattus, facta sit ab eo translatio reliquiarum S. Fidelis. *Ita quoque Ravellius. Ubaldo, inquit* (12), *expugnavit insulam Comacinam anno* 964, quo etiam Tattus nixus antiquo breviario Comensi ponit Translationem S. Fidelis. *Omnibus itaque consentientibus sub Ubaldonis præsulatu ex Summolaco Comum delatæ*

(1) Histoire des empereurs, tom. IV, pag. 302. Bruxelles 1752. — (2) Thesaurus antiquitatum Italiæ, tom. IV, part. II, col. 117*. — (3) Annali sacri di Como, tom. II, pag. 79. — (4) Cantu, tom. II, pag. 221. — (5) Martyrol. Novocom. ad diem 13 Junii. — (6) De regno Italiæ, lib. VI. Opera tom. II, col. 411. Mediolani 1732 in fol. — (7) Italia sacra, tom. V, col. 476. — (8) Ubi supra. — (9) Ibid. pag. 421. — (10) Memorie spettanti alla storia etc. di Milano, tom. II, pag. 292. — (11) Italia sacra, ubi sup. — (12) Storia di Como, tom. II, pag. 67.

AUCTORE B. B. *sunt reliquiæ S. Martyris; quo autem anno certant, plerique signant annum* 964, *sicut nuperrime Cæsar Cantu* (1).

altera an. 1365; 19 *Altera celebratur* S. Fidelis *Translatio die* 4 *Junii. Ejus mentio fit in dyptica episcoporum Comensium a Lazaro Carifino edita (vide num. seq.). De hac habet martyrologium Tatti:* Novocomi Translatio secunda S. Fidelis martyris, in ipsius collegiata, cum e medio ecclesiæ odeo super aram maximam honorificentius conditum est sacrum hujus athletæ corpus a Stephano Gotto, episcopi Novocomensi. *Et paulo enucleatius Ughellus* : Stephanus, *inquit* (2), corpus S. Fidelis transtulit propeque majus altare cathedralis *(imo collegiatæ)*... in arca candidissimi marmoris, duabus suffulta columnis. *Recte monet Tattus*, hallucinari *Ughellum*, dum ait S. Fidelis corpus asservari in ecclesia cathedrali, cum lucemeridiana clarius pateat ipsum in propria illius collegiata semper omni veneratione cultum fuisse a prima illius translatione, *de qua diximus supra. Cæterum recitatur tum apud Ughellum, tum apud Tattum inscriptio, totius rei testis, quæ* B *tunc marmori insculpta fuit, estque his concepta verbis :*

ANNO DOMINI MCCCLXV
INTRANTE MENSE JUNII, DIE QUARTO
TRANSLATUM FUIT CORPUS
BEATISSIMI ATHLETÆ MARTYRIS FIDELIS
CELEBRITER A MEDIO CHORI HUJUS ECCLESIÆ
PRÆSENTIS AD HANC
MARMOREAM ARCAM, IN IPSAMQUE *
REVERENTER RECONDITUM,
PRÆSENTE REVERENDO PATRE D. STEPHANO
DEI GRATIA
EPISCOPO CUMANO, AC ETIAM
IBIDEM ADSTANTIBUS PRÆSENTIALITER
TOTO CLERO OMNIQUE POPULO
DEVOTE CUMANIS.

* *Tattus :* ipsaque

item tertia anno 1638. 20 *Denique signatur die* 19 *Aprilis in eodem martyrologio :* Translatio tertia ejusdem sancti Martyris, quando venerandum illius corpus reseratum est a Lazaro Carafino episcopo Comensi et ex ara majori, super quam eminebat, subter eamdem aram maximo populi concursu et gaudio collocatum. C *De hoc præsule pauca habet Ughellus, cum illo in vivis adhuc agente, typis mandata fuit* Italia sacra. *Porro Comensem cathedram conscendit anno* 1626; synodum habuit ediditque una cum tabula diptyca episcoporum Comensium... Præest prodestque nobili ecclesiæ nobilis præsul, *etc.* (3). *Ut autem ad Translationem redeamns, sequentia notat Tattus ad præfatum diem* 19 *Aprilis :* De hac Translatione extant tabulæ jussu Lazari Carafini episcopi nostri Comensis, scriptæ per P. Petrum Casatum, cancellariæ episcopalis notarium, et S. Xysti præpositum, cujus exemplar repositum est una cum ossibus S. Fidelis in priori ejus tumulo cum subsequenti documento, *in quo ambæ priores translationes luculenter commemorantur :*

OSSA GLORIOSI MARTYRIS FIDELIS SUB DIOCLETIANO IMPERATORE PASSI AB UBALDONE XXXVIIII E PAGO SUMMOLACANO COELESTI MONITU PERQUISITA ET AD HANC ECCLESIAM DELATA; A STEPHANO D LXIII EX EPISCOPIS COMENSIBUS POST ALTARE COLLOCATA; LAZARUS CARAFINUS EPISCOPUS COMENSIS LXXXVI, EXORNATO TEMPLO ET COMPLANATO PRESBYTERIO SUB EODEM ALTARI 19 APRILIS 1638 SOLEMNI CELEBRITATE SUMMO POPULI CONCURSU IN HOC MARMOREO TUMULO CONCLUSIT : ARAM CONSECRAVIT, INDULGENTIAM UNIUS ANNI IPSA DIE CONSECRATIONIS AC 40 DIERUM IN ANNIVERSARIA VISITANTIBUS CONCESSIT. *Atque hæc de reliquiis translationibusque Comensibus.*

§. III. Exponitur et examinatur contentio de reliquiis S. Fidelis Comenses inter et Mediolanenses. Illi asserunt corpus B. Martyris perpetuo Comi servatum; isti volunt illud circiter sæculum XIII Como translatum fuisse Aronam, atque E hinc, opera S. Caroli Borromei, Mediolanum, et quidem primum ad vetus B. Fidelis templum et non ita diu post ad novum.

Contentio de reliquiis Comenses inter et Aronenses;

Audiamus Zaccariam qui speciali libro de S. Fideli *aliisque nonnullis martyribus scripsit.* Ripamontius, *inquit* (4), in Historia ecclesiæ Mediolanensis, Paulus Morigia in Sanctuario, Baldesani in Historia Legionis Thebææ, scriptores Vitæ S. Caroli Borromei, Anonymus in Vita S. Fidelis edita idiomate italico Mediolani anno 1610 aliique, *sicut et post Zaccariam comes Georgius Guilinius* (5), volunt corpora SS. Fidelis et Carpophori translata Como Aronam circa annum 1350 *(imo citius)* ab abbate monasterii SS. Gratiniani et Felini; addit Bascapeus abbatem istum Como oriundum, sanctasque reliquias de- F positas in parvo altari, quod in majori quiscerent ossa sanctorum martyrum, a quibus monasterio nomen est. *Et iterum :* Contrarium vero tenent scriptores Comenses, tum quod in breviario hujus diœceseos VII Augusti diserte legatur de S. Carpophoro : « Ubi *(in ejus ecclesia)* nunc requiescit cum sociis » ; tum quod anno 1365, proinde decimo quinto post prætensam translationem Aronensem, recognitum fuerit corpus S. Fidelis atque decentiori in loco repositum a Stephano episcopo Comensi, *ut supra etiam nos retulimus;* tum denique quod aliæ binæ susceptæ probentur seu recognitiones seu translationes; altera S. Carpophori anno 1611; altera S. Fidelis anno 1638 *(conf. num.* 20*). Atque hæc summatim ex Zaccaria de statu quæstionis. Totius rei cardo, ut liquet, vertitur in priori translatione, scilicet Como Aronam, hæc si vera sit, nullum supererit dubium, quin ge-*

(1) Storia della città e diocesi di Como, tom. II, pag. 222. Comi 1829. — (2) Italia sacra, tom. V, col. 509. — (3) Ibidem col. 322. — (4) De' santi martyri Fedele, Carpoforo, Gratiniano e Felino, pag. 20. Mediolani 1750. — (5) Memorie spettanti alla citta di Milano, tom. VIII, pag. 175-77.

nuinæ

A *nuinæ habeantur reliquiæ Mediolanensium, cum de translatione a S. Carolo peracta certis omnino constet documentis. Quid itaque censendum de veteris abbatiæ Aronensis thesauro?*

asserta Comensium explicantur;

22 *Si Tattum audias, frustra prorsus sibi arrogarunt S. Corporis Aronenses possessionem.* Quod vero, *inquit* (1), S. Fidelis hujus nostri corpus Novocomi adhuc in ecclesia collegiata illius nomini dicata servetur, non vero Mediolani *(huc scilicet Arona translatum)*... certo certius est ex postrema Lazari Carafini episcopi Novocomensis inspectione *(anno* 1638, *conf. num.* 20*)*, qui illud in antiquo ejus sarcophago invenit pene integrum, si modicas et minus principales, ut aiunt, corporis partes excipiamus. Sed de hac veritate etiam ipsi patres societatis Jesu, qui Mediolani se Martyris ossa venerari putabant, testes occulati agnoverunt quid jure sentiendum sit, adeo ut rursus in controversiam hoc vocare vanitatem existimemus. *Quid hæc postrema sibi velint, seu quid Patres nostri declararint, non facile dixerim. Id certum Zaccariam, ejusdem Societatis sacerdo-*
B *tem, anno* 1750, *quo typis prodiit opusculum de SS.* Fideli, *Carpophoro, etc., aliud prorsus sentire; ejus enim opinione, ut infra explicatius dicetur, corpus* S. Fidelis *Mediolani quiescit; nec uspiam vel uno verbo insinuat decessoribus aliam fuisse mentem. Unde Tatti assertum mihi videtur fidei saltem valde suspectæ. Alio loco idem Tattus* (2) *asserit rursus* integrum *corpus Comi asservari, atque proinde falso dici partim Mediolani, partim alibi quærendum. Consentit Zaccaria* (3) *asserens* corpora *certo non utrobique servari; scilicet, ut sæpius usu venit, sumendo per synecdochen partem pro toto corpore. Repugnant utrimque factæ recognitiones, ex quibus constat tum Comenses tum Mediolanenses integra sibi vindicare corpora.* Propterea *existimat Tattus,* dicendum omnino, alium esse S. Fidelem, qui in ultima Larii ripa passus sit et Novocomum delatum summam invenit apud nos venerationem; alium esse qui Mediolani creditur requiescere una cum S. Carpophoro, licet ex nominis identitate et locorum propinquitate unus et idem, sed perperam, cen-
C seatur. *Hactenus Tattus in martyrologio. Reponit Zaccaria nec id componi posse cum prædictis recognitionibus, ex quibus luculenter constat agi de eorumdem sanctorum martyrum pignoribus; additque, nomina Carpophori et* Fidelis, *quamvis non omnino desiderentur in sacris fastis, rarius tamen inveniri quam nomina plurium aliorum v. g. Victoris etc. Itaque certum videtur alterutros in errore versari. Vidimus quibus certent Comenses rationibus; nunc examinemus quas afferant alii.*

fulcitur translatio Aronensis documentis sæc. XIII et seqq.

23 *Et primum quidem adducunt ex veteri tabulario monasterii SS. Gratiniani et Felini constitutionem abbatis Conradi Bossii, datam confirmatamque in capitulo anno* 1259 *(integro proinde sæculo prius quam habet anonymus de quo num.* 21), *in qua diserte legitur* (4) : Convocato capitulo... hæc sunt ordinamenta facta... per dominum Curradum Boxium, Dei gratia suprascripti monasterii de Arona abbatem, de consensu et voluntate infrascriptorum monachorum... Ad honorem Dei Patris omnipotentis et beatorum sanctorum Gratiniani, Felini, Carpophori et Fidelis jacentium in dicto monasterio. *Vide, si lubet, totam constitutionem apud Zaccariam. Ad præfatum annum aliud testimonium refert comes Georgius Giulinius* (5) *ex Gottefredo a Bussero, scriptore sæculi* XIII, *quippe qui natus anno* 1220. *Hic autem agens de S. Mauritio ejusque sociis martyribus illos singulariter nominat, quos Comi et in vicinia mortem obiisse tradunt, sunt autem* SS. Fidelis, Carpophorus, Cassius, Exanthus, Licinius, Severus et Secundus; *et subdit* : Sed horum duo corpora ad monasterium de Arona data sunt. *Quæ utique verba non video quomodo ad alios spectarent nisi ad* SS. Fidelem *et Carpophorum. Redeamus ad Zaccariam, qui alteram invocat chartam ex eodem tabulario Aronensi, anni scilicet* 1321. *Incipit hæc* (6) : In nomine Domini et beatissimæ virginis Mariæ et sanctorum martyrum Gratiniani, Filini, Carpophori et Fidelis et omnium sanctorum; *non quidem additur corpora ibidem requiescere;* E *sed utique subintelligitur : nec enim aliam rationem cur simul quatuor illi, sicut in constitutione anni* 1259 *nominentur facile inveneris. Rursus sæculo* XV *invenimus instrumentum de possessione abbatiæ, inita anno* 1488 *nomine Hieronymi Callagrani, per Jacobum Volterranum et Joannem Boscum, cujus hoc initium* (7) : Omnipotentis Dei Salvatoris ec. divorumque ac gloriosorum Gratiniani et Filini hujus venerabilis monasterii de Arona ordinis S. Benedicti patronorum, ac Carpofori et Fidelis omnium sanctorum Martyrum, quorum omnium corpora in ecclesia dicti monasterii condita sunt... suffragio misericorditer implorato. *Quæ clariora fient ex mox dicendis.*

AUCTORE B. B.

præsertim instrumento repositionis an. 1489.

24 *Anno sequenti habemus* Instrumentum repositionis corporum sanctorum Carpofori et Enfidelis, *quod integrum hic adscribere juvat ex laudato Zaccariæ libro* (8). In nomine Domini anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, indictione septima, die martis, secundo mensis Junii, F paulo ante horam vesperorum, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, ad hec specialiter vocatorum et rogatorum multarumque aliarum personarum ibi astantium. Reverendus in Christo pater dominus Jacobus de Vulterris archidiaconus Volaterranus sancte sedis apostolice secretarius et prothonotarius sanctissimi in Christo patris et domini nostri Innocentii divina providentia pape octavi, ejusdemque sancte sedis apud illustrissimum et excellentissimum principem dominum Johannem Galeaz Mediolani ducem (9) nuntius et orator, curamque monasterii sanctorum Gratiniani et Filini de Arona Mediolanensis diœcesis (quod reverendus pater dominus Jeronymus Callagranus prefate sedis prothonotarius, et subdiaconus et familiaris prefati domini nostri pape continuus commensalis, secretusque cubicularius dispensatione apostolica obtinet in

(1) Martyrologium Novocomense 28 Octobris. — (2) Ibid. 19 Aprilis. — (3) Zaccaria pag. 24. — (4) Ibidem pag. 150. — (5) Ad an. 1259. Memorie spettanti alla storia etc. della citta di Milano ne'secoli bassi, tom. VIII, pag. 176.— (6) Zaccaria ubi supra. — (7) Ibidem. — (8) Pag. 55 et seqq. — (9) Conf. Art de vérifier les dates, pag. 839.

commendam

AUCTORE B. B.

commendam) gerens; qui hodie fabricari fecit in capella majori ecclesie nove sanctorum Gratiniani et Filini predicti monasterii Arone altare unum lapidibus et cemento a latere dextro, intrando dictam capellam, muro capelle affixum, in quo recondenda sunt corpora sanctorum Carpofori et Enfidelis martyris a loco ubi reposita prius fuerant, propter demolitionem ecclesie antique supradictorum sanctorum Gratiniani et Filini, ad ipsam novam ecclesiam de mandato suo hodie translata ad honorem Dei beatissimeque ejus matris virginis Marie, eorumdemque sanctorum Carpofori et Enfidelis in altari predicto hodie fabricato in capsula una marmorea bene clausa et obturata recondidit et reposuit, astantibus predictis infrascriptis testibus et multis aliis personis ibi congregatis ad laudem Dei et totius celestis curie triumfantis, rogans prefatus dominus Jacobus me Jacobinum Ponzonum notarium infrascriptum, ut de predictis omnibus et singulis publicum confitiam instrumentum ac tum ut supra interfuerunt ibi testes, venerabiles domini presbyteri Petrus de Carchano de Mediolano canonicus ecclesie sanB cti Fidelis Cumarum, et Bartholomeus de Buziis rector ecclesie sancte Valerie Mediolani, ambo Decretorum doctores, et dominus presbyter Laurentius de Cenis de Contubernia ecclesie sancte Marie de Burgoticini, dominus presbyter Bernardinus de Castano rector ecclesie sancte Marie de Dromeleto, ambo diocesis Novariensis, dominus presbyter Thomasinus de Senis filius Jacomoli Thomasini, Antonius de... Filius domini Jacobi, ambo habitatores burgi Arone diocesis Mediolanensis, magister Polliacetus de Luonibus de Mediolano sculptor lapidum filius... habitator Mediolani et Jacobinus de Rubeis dictus Caldirolus filius Johannis habitator Mercuragi, omnes ad predicta vocati idonei et rogati — Ego Jacobinus de Ponzonibus de Gallorate, filius domini Jacobi, habitator Arone, publicus imperiali auctoritate notarius, rogatus tradidi, scripsi et subscripsi. *In margine legitur manu ejusdem notarii :* Nota, quod ultra me Jacobinum Ponzonum notarium, etiam infrascripti notarii mecum existentes, et quilibet nostrum in solidum fuimus rogati de hac repositione; videlicet dominus Ponzelinus C de Bexutio, Johannes de Pizio de Lesia, Quintinus Ponzonus in Arona, Johannes Job de Anono in Arona, et Johannes Philippus Catia in Arona, omnes notarii publici. *Extat in libro ms. cui titulus :* Instrumenta apprensionis bonorum abbatiæ nomine commendatarii Hieronymi Calagrani, pag. 12. *Ita Zaccaria* (1).

quod sane magni momenti est;

25 *Nec putem quemquam moveri, quod scribatur* Enfidelis *loco* Fidelis. *Talia in chartis optimæ cæteroquin notæ frequenter occurrunt. Maximi sane momenti est hoc documentum ex quo discimus* repositionem *factam præsente, nec ullo modo contradicente, Petro de Carchano canonico collegiatæ* S. Fidelis Cumarum.

et binis recognitionibus sub S. Carolo Borr.,

26 *Huc quoque spectat duplex earumdem reliquiarum recognitio facta a S. Carolo Borromeo; altera cum Arona Mediolanum deportatæ sunt; altera cum ut Aronenses consolaretur, aperta rursus theca, bina ossa extraxit.* Excepta, *inquit Oltrocchius in Notis ad Vitam S. Antistitis auctore Glussiano* (2), sacra corpora primum sunt in collegio Braidensi *(societatis Jesu Mediolani)* ubi recognita fuere a S. Cardinali, et publicæ etiam de iis recognitis tabulæ confectæ. Deinde statim exportata in sacram ædem S. Simpliciani in urbe, ibidem die postero latuerunt. Ultimo ad diem ejusdem mensis *(Februarii anno* 1576), postquam coram iis superiorem noctem Carolus continenti prece evigilasset... in vetus S. Fidelis templum exportavit... Sed vixdum frui civitas nostra hoc beneficio cœperat, obruere Cardinalis aures piæ Aronensium voces reclamitantium, fraudatam sacro pignore communem *(natus Aronæ erat S. præsul)* patriam, illudque enixe reposcentium. His ut indulgeret Carolus os brachii ab utroque sancto martyre (Fideli *et Carpophoro)* dissectum Aronensibus habendum attribuit. *De his alibi latius.* D

et, judice Zaccaria, probatur.

27 *Atque hæc sunt quibus fulcitur sententia Comensibus adversa. Duo scilicet testimonia ad sæculum* XIII *pertinentia; alterum a Zaccaria in lucem datum; alterum ipsi ignotum, sed postea a Georgio Giulinio detectum; item alia tria, quorum prius sæculi* XIV, *posteriora ambo sæculi* XV; *quæ denique confirmantur* E *ex actis a S. Carolo Borromeo inclinato sæculo* XVI (3). *His (uno excepto) nixus Zaccaria* (4) *sic ratiocinatur :* 1° *Nil mirum Comenses, penes quos multis sæculis sacra pignora fuere, in hac perstare sententia, nempe corpora apud se ad nostra usque tempora permansisse; ast unde nata Aronensibus opinio, hunc se possidere thesaurum, quem aliunde oportuit ad eos deferri? Sane quia quondam hujusmodi translatio vere facta est.* 2° *Igitur aut Comenses sive abbati Aronensi aut cuivis alteri commodarunt bina corpora, fingentes exuvias esse SS.* Fidelis *et Carpophori, aut abbas iste vel quivis alter clanculum illa sustulit, ut haud raris exemplis probatur hisce sæculis usu venisse. Si primum, qui fit ut omnis hujusmodi seu traditionis seu fictionis interciderit memoria? Qui fit ut canonicus collegiatæ S. Fidelis Comensis, cum interesset repositioni factæ exeunte sæculo* XV, *nihil reclamarit. Sin clanculum surrepta, quis non videt facilius decipi potuisse Comenses quam Aronenses, fraudatos quam fraudatores?* 3° *Constat ex certo documento, scilicet con-* F *stitutione anni* 1259, *cunctis monachis abbatiæ SS. Gratiniani et Felini persuasum tunc fuisse corpora duorum sanctorum martyrum in sua ecclesia asservari; incumbit itaque Comensibus probationem hanc non conjecturis sed certiori elidere testimonio. Insuper probe notandum præfatam constitutionem rogatam integro sæculo antequam Stephanus episcopus Comensis susciperet recognitionem toties a Tatto objectam. Nec sequentibus recognitionibus utique major ad probandum vis inest.* 4° *Denique recognitionibus istis opponuntur aliæ tum Aronæ tum præsertim binæ Mediolani factæ a S. cardinali Carolo Borromeo.* 5° *Quo vero spectat ad breviarium seu proprium Comense, cujus mentio supra incidit num.* 21; *recte notat nihil certi exinde concludendum, cum sæpe sæpius eruditi recedant ab ipso breviario Romano, ubi de reliquiis asservatis quæstio est; quidni licitum quoque sit recedere a proprio particularis*

(1) Pag. 55. — (2) Pag. 440. — (3) Conf. Zaccaria, pag. 23. — (4) Ibid. pag. 24 et seq.

ecclesiæ

A *ecclesiæ, præsertim in re plurimum controversa? Ex quibus satis superque apparet Zaccariam favere Mediolanensibus.*

Ejusdem Zaccariæ conjectura de modo translationis,

28 *Suspicatur autem idem Zaccaria rem sic contigisse. Abbas quidam Aronensis, sive ille Como oriundus, sive a monasterio S. Carpophori hujus urbis ad S. Gratiniani translatus (utrumque benedictinorum erat), sciens ubi jacerent corpora sanctorum martyrum, potuit in animum sibi inducere ecclesiam suam tam pretiosis ditare reliquiis. Itaque vel clanculum, vel pecunia corruptis custodibus, sustulit pignora* S. Fidelis, *quibus (idque facilius ipsi fuit) junxit alia S. Carpophori. In hanc opinionem venit vir eruditus tum quod ætate illa fere in more positum esset hujusmodi pia committere furta; tum quod si, non clanculum, sed aperte, vel vi aut consentientibus canonicis et monachis fuisset factum, id sane aliqua ratione memoriæ proditum haberemus; ast ne vel levissimum uspiam reperitur vestigium. Addit Zaccaria probabile sibi esse, auctorem furti altera duo corpora prioribus substituisse, sive Romanis illa*

B *ex cœmeteriis allata sive Comi reperta; quod et alibi usu venisse certis demonstratur testimoniis. Nec est quod objicias, ipsos Comenses æque facile alia illa corpora comparare potuisse, quæ Aronensibus delusis ut SS.* Fidelis *et Carpophori exuvias tradidissent. Reponit laudatus scriptor: ita quidem egissent forte, si aliqua ratione præmoniti fuissent de consilio spoliatoris; aliud autem est si clanculum, ut quidem supponit aut conjicit Zaccaria, res peracta fuit. Atque ex his ejus opinione solvitur nodus alioquin inextricabilis; scilicet qui fiat ut sive Comi sive Aronæ seu Mediolani integra corpora pluries fuerint et reperta et recognita.*

et tempore quo contigit.

29 *Desunt monumenta ex quibus definire liceat quo anno SS. martyrum veneranda ossa attigerint Aronam. Haud absurdum tamen, judice sæpius memorato Zaccaria, foret, si quis diceret contigisse inter annum* 1127 *et annum* 1259. *Certum namque est ex recitatis laudatæ supra constitutionis verbis, posteriori anno corpora in S. Gratiniani ecclesia quievisse :* Jacentium in dicto monaste-

C rio; *qua ex formula inferri posse videtur jam ab aliquo tempore ibidem reperiunda* (1). *Novimus autem anno* 1127 *(alii volunt anno sequenti* (2)*) Comum a Mediolanensibus expugnatam destructamque, ut narrat synchronus poeta anonymus præfata urbe oriundus, et a Muratorio primum in lucem datus, cum egregiis* castigationibus et notis D. Josephi Mariæ Stampæ e Somaschensi congregatione. *Præfatur hæc inter alia celeberrimus editor* (3) : Post diuturnum bellum inter populum illum *(Comensem)* ac Mediolanenses ingenti animorum contentione ac fortitudine agitatum, cujus exordium fuit annus christianæ æræ MCXVIII, finis annus MCXXVII, Comensis civitas potentiori cedere coacta, non libertate tantum sed etiam turrium ac mœnium honore spoliata est. Eodem autem tempore inventus est poeta, qui patriæ suæ ærumnis interfuit... Hinc natum poema, quod nunc primum lucis usura frui in-

AUCTORE B. B.

cipit. *Et paulo infra :* Ineptissimum... poetam se ubique prodit, in stilum non inelegantem solum ac humi repentem ruens... Verum bene cessit quod carmen hoc singulari solertiæ ac ingenio supralaudati P. Stampæ commendatum est... *ut* nihil fere sit relictum, quod adhuc medicum poscat. *Speciminis ergo addimus versiculos, quibus extremum urbis excidium describitur :*

Illico per signum mandant prosternere murum;
Prosternunt turres altas atque insimul ædes * * simul et æde
Devastant urbem, succedunt acriter hostes.
Mœnia disrumpunt et fundamenta revelant.
Interea longi prosternunt mœnia vici,
Dejiciunt turres, constringunt acriter ædes;
Tectaque, dum flagrant intus, per culmina fu-
[mant.

Sane fieri potuit, vel sub ipso excidio vel dum ultima impenderet calamitas, ut monachus S. Carpophori *(verbis utor Zaccariæ* (4)*)* susceperit corpora sanctorum martyrum Aronam deducere, sive ea mente ut illis abbatiam ornaret, sive ut impediret quominus in manus venirent hostium a quibus profanaren- E
tur. *Quæ utique mera conjectura est. Imo obest quod in pluribus instrumentis datis ab anno* 1127 *atque ab eodem Zaccaria collectis vel recensitis* (5), *duo tantum nomina reperiantur nempe Gratiniani et Felini; et primum compareant SS.* Fidelis *et Carpophorus in solemniori illa* Constitutione *anni* 1259, *cæteris longe prolixiori, atque in ipso capitulo firmata* (6). *Nonne exinde fas est inferre, corpora vel hoc anno vel saltem sub id tempus Aronam pervenisse? Atque hæc sententia est Georgii Giulinii, cujus supra meminimus: ille namque ad hunc ipsum annum, sequentibus Gottefredi a Bussero verbis :* Sed horum duo corpora ad monasterium de Arona data sunt, *subjungit : non igitur ut suspicabatur Zaccaria, furto sublata* (7), *sed* data *ob rationem nobis* ignotam nec assequendam nisi nova superveniant lumina. *Si præfatum Gottefredi novisset testimonium, forte Zaccaria a suis discessisset conjecturis.*

In quam partem dirimenda quæstio ?

30 *Quid igitur? Ex argumentis utrimque allatis, anceps hæret mihi sententia. Hinc enim habentur testimonia ex sinceris hausta documentis, sacras exuvias saltem a medio fere sæculo* XIII *Aronæ jacere, quin tamen constet quo anno et minus adhuc quo modo facta Como translatio sit; illinc habetur perpetua apud Comenses persuasio (ut ex recognitionibus luculenter efficitur) corpora sanctorum martyrum in sua urbe permansisse. Insuper ex iisdem argumentis et assertis liquet locum non esse ut dicamus (quod fuse exponit, nec tamen asserit Bosca in notis ad martyrologium Mediolanense die* 28 *Octobris) eorumdem pignorum utrobique servari partes, quæ, ut non raro obtinet, per synedochen corpora vocentur; nec denique ulla graviori vel satis solida ratione demonstratur, reliquias ad diversos ejusdem nominis sanctos spectare viros. Posthæc juverit audire Oltrocchium in notis ad Glussianum* (8) : Irrident, *inquit,* universam narrationem hanc

(1) Zaccaria, pag. 27 et seq. — (2) Vide Saxium in Landulphi jun. historiam Mediolanens. Rerum Ital. scriptores, tom. V, pag. 509. — (3) Ibid. pag. 401. — (4) Pag. 28. — (5) Pag. 126-149. — (6) Pag. 150-154. — (7) Memorie della cita di Milano, tom. VIII, pag. 176. — (8) Vita S. Caroli Borr. col. 441.

nostram

AUCTORE B. B.

nostram Novocomenses cives, qui sibi diuturnam SS. Fidelis et Carpophori possessionem vindicant, et geminos etiam opponunt clarissimos scriptores PP. DD. Aloysium Tattum et Joseph Mariam Stampam, qui contentiosum diu funem ducentes, Mediolanensium quodammodo religioni insultant. Verum Cl. P. Franciscus Antonius Zaccaria in eruditissimo libro, quem anno superiore *(id est an.* 1750) in lucem edidit de hisce SS. Martyribus, nobili nixus conjectura in Novocomenses ipsos erroris regerit suspicionem, quos ab hac possessione dejectos jamdiu ante annum MCCLIX probat *(id non satis accurate dictum ab Oltrocchio, conf. num.* 29) ex authenticis collegii Aronensis documentis, et quidquid rationum congerunt, ingeniose diluit. Nobis satis erit hoc loco Caroli *(Borromei)* sententiam ac prudentissimum judicium venerari et colere, qui tamquam certum hoc jus *Mediolanensi civitati asseruit.* « Quare » (ut ejusdem Cl. scriptoris verbis utar) « si vinci se a Medio- « lanensibus et hoc jure privari vident Novoco- « menses, id curent, quod reliquum est; ut sci- « licet civium nostrorum religionem ac pietatem B « æmulentur aut etiam vincant; et sic illis sane « gloriosius erit SS. memoriam colere quam « corpora retinere; imo etiam multo utilius, « quam incerta in nos argumenta sive dicteria « jactare. Quod si suam tenere mordicus sen- « tentiam velint, teneant superis bene juvanti- « bus; atque hoc saltem concedant, ut liberum « nobis sit illud, quod probare possumus, etiam « sentire (1). » *Hactenus Oltrocchius. Postremus Comensium historiographus Cl. Cæsar Cantu obiter tangens controversiam, rem in medio videtur relinquere, aiens solum* : Discimus ex Tatto, omnes alios sanctos cognomines, qui alibi coluntur, diversos esse a beato martyre nostro, *nempe* Fideli (2). *Ravellius, cujus præclara historia non est producta ultra medium sæculum* XIV, *silet de translatione Aronensi, quantum ex frequenti operis (cui, quod sane dolendum, desunt indices rerum et verborum) inspectione mihi constat. Sibi forte proposuerat vir eruditus hanc tractare quæstionem, ubi agendum foret de Stephano episcopo, qui legitur anno* 1365 *reliquias* S. Fidelis *recognovisse, ut vidimus num.* 19. *Dubium* C *itaque, ut initio hujus numeri dixi, manet quo loco hodiedum serventur* S. Fidelis *pignora. Unde jam haud insulse Bosca in martyrologio Mediolanensi, edito* typis archiepiscopalibus *anno* 1695 *ut habet Philippus Argelatius*: Certe Mediolanenses Fidelem suum, cujus hodie meminit martyrologium Romanum, in sua urbe tumulatum censent; Comenses vero in sua. Ego ut hunc nodum solvam, Davus sum, non Œdippus.

D

§ IV. Qua ratione et quo tempore facta sit Arona Mediolanum translatio corporis S. Fidelis, primum quidem ad vetus ejusdem beati Martyris templum, deinde ad novum; utraque sub S. Carolo Borromeo.

Patres societatis Jesu, Aronam a S. Carolo vocati, reliquias B. Martyris recognoscunt;

Reliquum est ut dicamus de tempore et modo quibus facta Arona Mediolanum translatio est. Sequemur Zaccariam, addentes nonnulla ex Oltrocchio et historia societatis Jesu, atque magno dictionario geographico-historico regni Sardiniæ. Arona oppidum est Borromeæ gentis ad lacum Verbanum *(Magiori).* Inibi sita abbatia Gratiani *(communiter Gratiniani)* et Felini martyrum, quæ apud Borro- meos jam diu hærebat, eumque sanctus Carolus E primum habuerat sacræ militiæ honorem. Hanc Braidensi academiæ *(confer infra)* ita addixit, ut, quoniam Aronensibus quoque suis *(natus in illa urbe erat)* consultum volebat, ibi pariter collegium *(soc. Jes.)* aut domus probationis fieret. Ad hæc omnia Gregorii pontificis *(XIII)* auctoritas accessit (3). *Ordinis S. Benedicti abbatia erat, fundata anno* 979, *diruta sæc.* XIV; *a Martino* V *sæcularisata an.* 1427. *Ecclesiam refecit anno* 1489 *Callagranus abbas sæcularis et S. Carolus societati Jesu resignavit anno* 1573 (4), *ubi hujus ordinis constitueretur domus probationis. Aronam itaque se contulerunt quinque socii anno sequenti* (5), *ut res novitiatus disponerent. Qui, optantes civibus gratos se reddere, reliquias* SS. Fidelis *et Carpophori diligenter perquirere cœperunt, quas noverant in ecclesia abbatiæ quiescere; repereruntque, non in altari majori, ut perperam scripsit Glussianus, sed in laterali et quidem in eadem capsa marmorea, in quam transpositæ fuerant anno* 1489 *a nuntio apostolico. Conf. supra num.* 24. *Hoc vero patres haud mediocriter angebat,* F *quod locus deesset illis collocandis satis conveniens, nec aliunde novæ ædificandæ capellæ suppeterent sumptus, ut diserte testatum comperit Zaccaria in archivo domus nostræ professæ ad* S. Fidelem *Mediolani. Contigit autem ut illo tempore per Aronam iter haberet Hieronymus Ragazzonius episcopus et visitator apostolicus. Hic omnibus rite perspectis, optimum fore judicavit, ut quandoquidem Mediolani novum idque magnificum ædificaretur templum* S. Fideli *dedicandum, eo sacra ejus pignora destinarentur. Non displicuit patribus consilium, si tamen S. Carolo probaretur.*

quas ille Mediolanum decernit et curat transferendas,

32 *Mediolanum redux Raggazonius egit hoc de negotio cum S. præsule. Ipse vero aliquot petiit dierum inducias; quibus elapsis assensum dedit, quod ad majorem id cognovisset cessurum utriusque sancti martyris honorem*

(1) Conf. Zaccariam, pag. 27 et seq. — (2) Storia di Como, tom. I, pag. 222. — (3) Historia soc. Jesu, part. III, lib. VIII, pag. 187. — (4) Dizionario geografico-storico-statico-commerciali degli stati del re di Sardegna. *Voce* Arona, tom. I, pag. 30 et seqq. — (5) Zaccaria, pag. 30 et seqq.

A *honorem et venerationem; rogavit itaque visitatorem ut, edito decreto, translationem præscriberet faciendam. Decreti, cujus archetypon Zaccaria vidit in præfato archivo, tenorem adscribere juvat.* In ecclesia sanctorum Gratiani et Felini de Arona societatis Jesu, corpora sanctorum Fidelis et Carpophori transferantur Mediolanum in ecclesiam, quæ ab eadem societate modo ædificatur sub invocatione S. Fidelis, relictis in supradicta ecclesia sanctorum Gratiani et Felini, sanctorum ipsorum corporibus, sub quorum auspicio ecclesia ipsa constructa est. Mediolani die XXV Januarii 1576. *Erat signatum :* Hieronymus episcopus Famaugustanus, visitator apostolicus. *Sequenti die scripsit S. Carolus Prospero Columnæ, Berutii præposito suoque, ut aiunt, vicario foraneo, ut Aronam se conferret atque præsens assisteret translationi, patresque omni ope hisce in adjunctis juvaret. Litteras italice datas vide, si lubet, apud Zaccariam.*

primum quidem anno 1576 *ad veterem* S. Fidelis *ecclesiam,*

33 *Itaque die jovis,* IX *Februarii ejusdem anni* 1576 *res peracta a P. Tullio Racellio est, quam fieri potuit maxime secreto. Excepta primum corpora sunt in collegio Braidensi, atque ibidem a sancto cardinali sedulo recognita, ut efficitur ex publicis tabulis, confectis a Joanne Baptista Oldone, notario archiepiscopatus; atque statim delata ad S. Simplicii in urbe, quo in templo latuerunt postero die. Sabbato sequenti, id est* XI *dicti mensis, postquam Carolus coram reliquiis noctem orans evigilasset, venerabundus cum Ragazzonio humeris sublatas in vetus* S. Fidelis *templum extulit, patribus societatis Jesu, clero et urbis magistratibus perhonorifice deducentibus* (1). *Quo cum pervenissent, decantatis litaniis solemniter, sanctas exuvias in manus tradidit P. Francisci Adurni provincialis, P. Joannis Baptistæ Perusci præpositi aliorumque ejusdem societatis patrum, qui præsentes erant; atque rursus confectæ tabulæ ab Oldone præfato et Joanne Ambrosio Spanzola notariis. Ast ut satisfieret populo catervatim atque undequaque confluenti exposita manserunt sequenti dominica usque ad horam tertiam vespertinam* (sino alle tre ore de notte, *ait Zaccaria). Tum P. Peruscus, ad hoc*
C *ab archiepiscopo et Provinciali commissus, adstantibus multis sociis (inter quos notus sacrarum Litterarum interpres Emmanuel Sa) aliisque testibus, ut ex altero instrumento iterum liquet, thecam observavit et reposuit sub altari majori, erecto, quo oculis illa subduceretur, muro lateritio* (muro di cotto.)

ubi denuo recognoscuntur, et bina extrahuntur ossa Aronam reducenda;

34 *Ecce autem, paucis post diebus adsunt ab Aronensibus (clanculum, ut diximus, ex eorum urbe pignora fuerant deducta) legati, amare querentes de ablato thesauro. Carolus benigne illos suscepit, probe perspectum habens, quo ex fonte manarent querelæ, sincero scilicet in sanctos martyres affectu, beneque sperare jubet. Paulo post accersit medicum suum et cum eo chirurgum valde expertum (huic nomen Gabrius de Cuneo); istis comitantibus adit ecclesiam* S. Fidelis; *jubet, muro lateritio dejecto, producere et aperire thecam; altera vice reliquias visitat recognoscitque. Mandat dein chirurgo ut os ab utroque brachio disjungat; bina hæc ossa panno serico rubei coloris involvit, additisque cineribus deponit in arcula, quam simili panno obductam claudit, obsignat atque tradit P. Rectori collegii Braidensis Aronam deferendam. Tum vero novum oritur dissidium. Volebant Aronenses ut sacer thesaurus, non in abbatiæ ecclesia, modo tirocinii Jesu, sed in primario urbis templo reponerentur. Re ad cardinalem delata, maluit Borromeus illum Patribus, quos impense diligebat, adjudicare;* ubi, reliquiæ, *inquit Zaccaria,* ad hunc usque diem permanserunt, et dies XIII Martii, quo Aronam reportatæ sunt, singulis annis pia supplicatione aliisque sanctis cæremoniis cum gaudio a civibus celebratur.

AUCTORE B. B.

et deinde anno 1579 *ad novum ejusdem S. Martyris templum.*

35 *Tandem ad culmen perductum Mediolani erat templum a triennio inchoatum, atque divinis peragendis officiis satis paratum. Quare die* 24 *Junii anno* 1579, *eo se contulit S. Carolus comitante capitulo, stipante innumerabili multitudine, ut corpora SS.* Fidelis *et Carpophori ab altari veteris ecclesiæ, ubi tres ante annos deposita fuerant, transferret ad novam sub altari itidem majori. Hac occa-*
E *sione sermonem ad populum de duobus sanctis martyribus habuit, et facta supplicatione, sacris operatus est, quod tunc primum in dicto altari contigit; divinam distribuit eucharistiam densissimo populo, qui ad venerationem SS. reliquiarum indesinenter accurrebant. Denique mensæ Patrum hac die assidere dignatus optimus sanctissimusque præsul est. Liceat addere Patres de tot tantisque gratos beneficiis, effigiem tam insignis benefactoris sui marmoream in introitu domus professæ seu ad S.* Fidelem *posuisse, sub qua sequens muro infixa legebatur quondam inscriptio :*

S. CAROLO

CARDINALI S. R. E. ATQUE ARCHIEP. MEDIOLANI, qui Societatem Jesu Romæ a se diligi cœptam, perpetuo patrocinio defensam, ex Urbe Mediolanum anno MDLXIII præmissam, in tribus suæ diœcesis ecclesiis collocatam, sociorum * industria laboribusque quoad vixit ad juventutis F educationem, beneficiis maximis auxit, templi hujus fundamenta rite jecit, corpora SS. Fidelis et Carpophori martyr. Arona devecta hic sacra pompa transtulit; Domus professorum, eodem auctore constituta, grata, memor, devota, Patrono meritissimo, Parenti amantissimo ob insignem ejus in Ordinem universum benevolentiam et amplissima merita.

* usns?

ÆTER. MONUM. P. ANNO MDCXV (2).

(1) Conf. Oltrocchium, Vita S. Caroli, col. 440. — (2) Latuada descrizione di Milano, tom. V, pag. 434 et seq.

AUCTORE B. B.

§. IV. De cultu S. Fidelis tum Comi tum Mediolani et Aronæ. Lectiones ex duobus breviariis Comensibus et ex proprio hodierno, in quibus nonnulla de genere, patria, etc. non satis probata. Festum et translationum memoriæ.

Cultus in multis ecclesiis,

Cultus post inventum translatumque sub Ubaldone episcopo corpus S. Fidelis *maximum cœpit incrementum, nec solum in urbe Comi, sed etiam in tota diœcesi imo et in universa Langobardorum terra. Plurium Tattus locorum enumerat ecclesias, in quibus tunc temporis sive nata sive aucta in S. Martyrem*
B *veneratio* (1); *simul monens inter illas esse quæ (perperam tamen ejus judicio) gloriantur se vel ipsum asservare sacrum corpus vel saltem ejus partes haud exiguas* (2). *Hujusmodi tres omnino Mediolani sunt, quarum una* S. Fidelis *(de qua sicut et de monasterio Aronensi supra jam dictum est), altera S. Victoris PP. Olivetanorum, tertia S. Petri de Monteforti, congregationis Somascæ; in hac certum est reliquias pertinere ad alterum sanctum cognominem, utpote quæ, ait Tattus,* nostræ congregationi datæ fuere *ab eminentissimo cardinali Burghesio, et paucis ante annis romanis ex cœmeteriis egestæ. Placentini quoque vindicant sibi S. corpus in ecclesia S. Mariæ de Pace; quod cum, ut ipsi fatentur, allatum fuerit ex insula Sardiniæ anno* 1646, *liquet diversum a S. Martyre Comensi esse. Denique Veronæ ossula aliquot exhibentur, quæ an ad hunc vel ad alium S. Fidelem pertineant, incertum. Atque hæc summatim ex laudato annalium sacrorum Comensis ecclesiæ scriptore; ea mente a nobis relata, ut ostendamus cultum* S. Fidelis *longe lateque*
C *diffusum. Unum addo, scilicet in nupero manuali Geographico... diocesano provinciæ Comensis signari tractum seu districtum cui sicut et oppido præcipuo est a* S. Fideli *nomen* (3). *Quod autem ad variarum reliquiarum, ut dici solet, authentiam attinet, vide supra* § II *et* III.

præcipue Comi in proprio templo;

37 *Cultus S. Martyri exhibiti duo extant præclarissima monumenta, ad hunc usque diem servata; bina scilicet templa ejus nomini dicata; alterum Comi, Mediolani alterum. De utroque licet mentio sæpius jam incidit, haud tamen abs re fuerit hoc loco paulo fusius dicere. Vidimus num.* 17, S. Fidelem *ex primævo sepulcro fuisse delatum ad ecclesiam S. Euphemiæ, quæ mox, mutato titulo, a* S. Fideli *nuncupata est. De antiquitate hujus ædis sacræ constat ex testamento Walperti episcopi condito* 27 *Maii an.* 914, *quo ecclesiæ S. Euphemiæ Comensi plurima prædia delargitur. Instrumentum videsis apud Tattum* (4). *Falso proin scripsit Ferrarius erectam in ipsa translatione prima (conf. num.* 17). Quod vero, *ut notat sæpius dictus Tattus* (5), sub S. Euphemiæ titulo extaret hæc basilica, docent non solum tabulæ Walperti... sed etiam antiquissima civitatis traditio, qua plurim aante sæcula et probabiliter dum ei S. Abundius præsideret, suam traxisse originem semper credidit. *Infulas Comenses tenuit post S. Felicem tertius B. Abundius, ab anno* 450 *ad an.* 469, *(Henschenio potius* 468 (6)*), ut habet Ughellus* (7) *contra Tattum.*

antiquitus S. Euphemiæ dicato,

38 *An ad sæculum quintum ætas illius ecclesiæ ascendat, nolim affirmare; ast altam utique antiquitatem adstruit Benedictus Jovius, scriptor sæculi* XVI, *quippe qui vita functus noscitur anno* 1544, *septuagenario major, cujus diligentiam, eruditionemque haud parum commendat Tiraboschius* (8). *Ait itaque ille in historia Novocomensi, lib.* II: Divi Fidelis templum primo quidem S. Euphemiæ dicatum fuit. Id ab architectis, ut antiquæ structuræ laudatur, et sunt qui putent a gentilibus conditum; verum christianorum opus est, ut sculptura quædam Danielis in lacu leonum et Abacuch ab angelo per capillos deportati pernotat. Habuit propylæum e marmoreis columnis longe pulcherrimum, quod « atrium » appellatum fuit. Ita enim christiani ecclesiarum anteriores porticus vocitarunt, sine quibus antiquitus nullam construebant, *etc.* (9).

deinceps collegiata;

39 *Et, ut ad præsentem hujus templi statum propius accedamus, ita habet Orlendius* (10) : In urbe (*Como*) præterea extant duodecim parœciæ, in quibus eminet insignis collegiata sancti Fidelis. *Similiter Ughellus* (11) : In civitate vero sunt 12 parochiales ecclesiæ, in quibus eminet collegiata ecclesia S. Fidelis, quæ dignitate præposituræ præfulget, cum septem canonicalibus præbendis ecclesiaque S. Georgii archipresbyterali Præposituraque S. Domnini. *Denique in* Manuali geographico... diœcesano provinciæ Comensis, *dedicato hujus sedis præsuli Carolo Romano, typisque dato an.* 1846, *inter civitatis parochias numeratur* (12) : S. Fidelis ecclesiæ præposituralis, liberæ collationis, cum duabus subsidiariis, altera SS. Nominis Jesu, S. Sixti altera. Parochia incolas habet 2500. *Quid autem in posterum de hac ecclesia futurum sit in tanta rerum omnium tam sacrarum quam profanarum perturbatione, Deus solus novit. Ex dictis autem liquet ab antiquis ad nostra usque tempora perstitisse spectandum hoc de cultu S. Martyris monumentum.*

et Mediolani item in propria ecclesia,

40 *Quod Comi ecclesiæ S. Euphemiæ, ut nempe antiquato vel mutato titulo a* S. Fideli *diceretur, contigit similiter Mediolani ecclesiæ S. Petri in Solariolo seu Solario, quæ item a S. Martyre nostro nuncupationem accepit. Quo anno hæc facta tituli mutatio Mediolani sit, definiri non potest. Constat sic jam obtinuisse anno* 1120, *ex documento* publico et archetypo, *ut ait Puricellus* (13), abbatiæ apud nos

(1) Tattus, tom. II, pag. 80. — (2) Ibid. pag. 81 et seq. — (3) Pag. 60 et 233. — (4) Tom. II, pag. 709 et seqq. — (5) Martyrol. 13 Jun. — (6) Acta SS. tom. I Aprilis. die II. — (7) Italia sacra tom. V, col. 259 et seq. — (8) Storia della litteratura Italiana, tom. VII, part. II, pag. 242 et pag. 303. Conf. Biographie univers. *voce :* Giovio Ben. — (9) Grævius thesaurus antiquitatum et historiarum Italiæ, tom. IV, part. II, col. 117. — (10) Orbis sacer et profanus, part. II, lib. II, cap. IX, num. V. — (11) Italia sacra, tom. V, col. 257. — (12) Pag. 231. — (13) Ambrosianæ Mediolani basilicæ ac monasterii monumenta num. 280. Apud Grævium tom. IV, part. I, col. 213 et seq. Conf. Latuada Descrizione di Milano, tom. V, pag. 450.

San-Dionysianæ

A San-Dionysianæ, *quodque asserit idem scriptor,* prope urbanam sancti Fidelis ecclesiam, confectum anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo vigesimo, die jovis undecimo mensis Martii, Indictione decima tertia. *Et subjungit :* Ea porro sancti Fidelis ecclesia illic erat ubi nunc, retento ejusdem sancti nomine, domus est professa patrum societatis Jesu. Itemque annis Christi supra millesimum vigesimo sexto et quadragesimo quinto vocabatur " sancta Maria in Solariolo ". Sic enim nos e publicis ejusdem abbatiæ documentis deprehendimus. *Hactenus Puricellus. In Kalendario Sitoniano (quod scriptum dicit Latuada* (1) *post medium sæculum* XI) *notatur ad diem* 24 *Octobris :* IX *kalend. (Nov.)* Dedicatio Sanctæ Mariæ in Solario. *Conf. num.* 7. *Ex laudatis a Puricello documentis efficitur immutationem tituli contigisse post annum* 1045 *et ante annum* 1120, *proinde vel adulto sæculo* XI *vel ineunte sæculo* XII. *Cum autem S. Damianus de* B. Fideli *sermonem habuerit anno* 1059 *et quidem S. Martyris die festo, pronum utique est existimare, id in æde, qua de agimus, fa-*
B *ctum, hancque jam illa tempestate novum suum sortitam nomen. Attamen in toto sermone ne vel unum reperio verbum, ex quo concludere aliquo modo liceat qua in ecclesia concio sit habita. Ignoramus itaque quo anno sicut et qua occasione ædes hæc sacra a* S. Fideli *titulum acceperit. Anno dein* 1567 *tradita fuit a S. Carolo Borromæo patribus societatis Jesu, ea mente ut inibi collegium inchoaretur* (2) ; *sed anno* 1572, *quo* sanctus cardinalis academiam Braidensem instituit, collegio ad eam translato, professorum domus ad S. Fidelis statuta est (3).

quæ sub S. Carolo renovata a fundamentis fuit.

41 *Ast jam ante triennium novam cœperat idem sanctissimus præsul ædificare ecclesiam veteri substituendam, ut probatur sequenti ex inscriptioni insculpta lapidi* (4) : D. O. M. Carolus Borromæus S. R. E. presbyter cardinalis, archiepiscopus Mediolanensis, in hac divi Fidelis martyris æde restituenda lapidem hunc a se ritu ecclesiæ benedictum primo posuit. III nonas Julii MDLXIX. *Ad culmen perducta fuit fabrica decennii spatio, templumque solemni pompa ab ipso S. Carolo dedicatum* 24 *Junii*
C *an.* 1579; *vetus dein solo æquatum* (5). *Diximus supra corpora SS.* Fidelis *et Carpophori, quæ Arona translata ante triennium in priori ecclesia deposita fuerant, quando novum apertum templum est, in hoc deinceps sedem suam habuisse. Vide. num.* 35. *Hodie ecclesia in libello, qui singulis annis editur sub titulo* Milano sacro, *sic designatur :* Sancta Maria ad Scalam in S. Fideli *(alla Scala in S. Fedele)* estque insignis præpositura parochialis animas numerans 5941 (6) .

Lectiones ex veteri breviario Comensi,

42 *Antiquas lectiones diu sed frustra tum Comi tum Mediolani quæsitas, tandem reperi in Musæo nostro, inter alias nonnullas ad sanctos ejusdem ecclesiæ spectantes, olim cuidam ex decessoribus a socio Comensi submissas, ut ex hisce ad calcem fasciculi adscriptis verbis elucet :* Reliqua quæ a tua R. desiderantur post magnam adhibitam diligentiam repe-

(1) Latuada Descrizione di Milano, tom. V, pag. 430. — (2) Hist. societatis Jesu, part. III, lib. III, num. 108. — (3) Ibid. num. 110. — (4) Latuada ubi supra, pag. 433. — (5) Ibid. Item. hist. soc. Jesu, part. IV, lib. VII, num. 54. — (6) Milano

riri non potuerunt. Vale, mi Pater, et ora pro sene, qui tumulo proximus est, cujusque manus et digiti in scribendo vacillant, oculi vero caligant. *Quis fuerit bonus ille senex non licuit assequi, sicut nec quis ille ad quem fasciculus directus, forte Bollandus. Primum habentur* Lectiones S. Fidelis in breviario vetere contentæ in ipsius festo 28 Octobris, *ex quo discimus festum, quod postea sicut et nunc die* 29 *Octobris, tunc pridie fuisse celebratum. Lectiones autem sunt hujusmodi :* LECTIO 1. Natalis fratres carissimi sancti Fidelis martyris est hodie, qui miles christianissimus, residente Maximiano imperatore Mediolani et in christianos furente, fuga lapsus pervenit in civitatem Comensem, Ibique inventa navicula lacum transnavigavit. — LECT. 2. Quod audiens Maximianus sacrilegus imperator, jussit fidelissimos post eum sequi. — LECT. 3. Tunc persecutores jussu principis cum omni festinatione currentes post sanctum Fidelem, locuti sunt ad illum dicentes : Aut sacrifica et revertere ad imperatorem una nobiscum, aut diversis pœnis interficieris. — LECT. 4. Sanctus vero Fidelis dixit : Si credideritis in Dñum Jesum Christum, non solum pœnas, quas in me E proponitis non exercebitis, sed magis una mecum ad æternam gloriam pervenietis. — LECT. 5. Et cum hoc dixisset, graves pœnæ a persecutoribus illi sunt illatæ. S. vero Fidelis constanter dicebat : Pœnæ, quas facitis, non mihi dolorem infigunt, sed potius refrigerium præstant. — LECT. 6. Tunc carnifices deduxerunt S. Fidelem vinctum ad locum, ubi Turricula vocabatur, ubi arbor pini profecerat subtus vicum nautarum, et ibidem caput ejus amputaverunt. *Quæ quidem actis Mombritianis consonare nemo non statim agnoscet.*

item ex altero et ex Proprio anni 1846.

43 *In altero breviario, quod* novum *dicit optimus ille senex, festum celebrandum indicitur die* 29 *Octobris, sicut in Proprio Comensi hodierno, atque trinæ lectiones utrobique prorsus eædem, nisi quod in posteriori addita sint, quæ post mortem* S. Fidelis *contigerunt. Sufficerit itaque illas ex Proprio recitasse* (7). LECTIO IV. Cum Diocletianus imperator odio, quod habebat in Christum Dominum, perdere et penitus abolere nomen christianorum decrevisset, communicata imperii administratione Maximiano, qui eadem insania tenebatur, Nicomediam se F contulit; ibique omnium superiorum principum crudelitatem in christianorum persecutione longe superavit. Quem animi furorem æmulatus Maximianus, ipse Mediolani christianis se hostem infensissimum exhibuit. Hac enim temporum calamitate Fidelis, Maximiano ob generis claritatem et corporis robur, atque animi virtutem inter viros militares valde charus, a beato Materno Mediolanensi episcopo baptizatus est. LECTIO V. Fidelis itaque et sua sponte et sancti Materni suasionibus incitatus, christianos qui in vinculis erant frequens invisebat, sumptum suppeditabat, et omnia pietatis christianæ officia eis exhibebat; nihilque magis exoptabat, quam ut eos in libertatem assereret. Communicato itaque cum sanctis Carpophoro ex Exantho consilio, sanctos Christi martyres Cassium et socios, qui in vinculis tenebantur, e carceribus

(7) Proprium sanctorum pro sancta Novocomensi ecclesia. Pars autumnalis, pag. 67*. Novi Comi 1846, in-8°.

AUCTORE B. B.

AUCTORE B B.

eduxit. Et ut illius tyranni persecutionum tempestates, quæ in dies vehementius excitabantur, declinaret, Comum se cum illis contulit; ubi aliquamdiu orationibus et jejuniis vacantes, vitam extra hominum frequentiam simul duxerunt. LECTIO VI. Audiens postea Fidelis Maximianum, cognita eorum fuga, vehementius exacerbatum, satellites ad eos insequendos et interficiendos misisse, vale dicens sociis, conscensa navicula Summolacum, vicum in extrema Larii ad septemtrionem ora, contendit. Quo in loco a persecutoribus comprehensus tentatur, ut deos veneratus ad imperatorem rediret, propositis ei honoribus et gratia, quam inde maximam esset consecuturus; quod si renueret facere, se habere in mandatis, ut eum quovis tormentorum genere discruciatum necarent. Verum Fidelis in fidei constantia roboratus, cum nec promissis nec minis aut terroribus commoveretur, nec ulla ratione ei persuaderi posset, ut idolorum sacra suscipiens Christum negaret, primo fustibus debilitatur, tum acriter multis aliis torquetur tormentis, et demum in Christi confessione persistens, datis libenter cervicibus
B securi percutitur. *(Hucusque ad verbum consentiunt lectiones breviarii supra laudati; quæ sequuntur nova sunt).* Ejus sacrum corpus, quod ibi sepultum in obscuro et ignobili loco jacebat, post multa temporum curricula, cuidam sanctæ mulieri divinitus admonitæ manifestatum, Ubaldus episcopus Comensis plurimo inde comitatu Comum detulit ad ecclesiam sanctæ Euphemiæ, ibique, summa lætitiæ significatione plena civitate, in marmoreo tumulo maxima celebritate reposuit ad majus altare templi, quod ex immutato honoris sancti causa titulo, sancti Fidelis nomine nuncupatur. *Hæc probabilius ideo omissa in altero breviario, quod in eodem signetur* 13 *Junii celebranda* Translatio S. Fidelis. *Vide infra.*

Elucidantur quæ in lectionibus habentur de natalibus, patria, baptismo, professione S. Martyris.

44 *Quæ in hisce lectionibus traduntur de genere, baptismo vitaque sancti Martyris ante passionem acta, juverit non nihil elucidasse: nec enim omnia æque probata sunt. Beatum* Fidelem *nobili et opulento genere ortum diserte docet S. Petrus Damianus in sermone:* Cum claris, *ait,* natalium titulis fulciretur, et
C arridente rerum copia *etc. Et in actis S. Alexandri, sed minus fidis (conf. num.* 11 *) legimus* (1) : Prætestati cujusdam illustris viri Fidelis nomine filius. *Judice Zaccaria* (2), *vox* Prætextatus *(nullo modo adjective, ut aiunt, hic sumenda) nomen est familiæ vel gentis, et quidem haud inferioris subsellii, idque probatum existimat vir eruditus ex nonnullis, quas recitat, inscriptionibus. Acta nostra de genere silent, addit idem scriptor* (3) *nos latere quo in loco natus* S. Fidelis *sit, an Mediolani, ut habet Bosca* (4) *testem adhibens Ripamontium, an potius alibi, ut autumat vel conjicit Zaccaria sed levioribus ex indiciis. Id certum nullo in antiquo documento, quod equidem noverim, locum nativitatis signari. Nec etiam clare constat de baptismo a sancto præsule Mediolanensi collato. Ita quidem legitur in iisdem actis prolixioribus S. Alexandri, sicut et in proprio Comensi; sed hujusmodi nihil reperitur sive in S. Alexandri actis brevioribus iisque, ut monuimus ex Stiltingo, longe emendatioribus, sive in vita* D
S. Materni a Cupero nostro ad diem x *Julii edita, in qua ne vel semel nominatur* S. Fidelis; *sive in duobus breviariis ecclesiæ Mediolanensis ab eodem Cupero recitatis, sive denique in sermone S. Petri Damiani. Quinimo repugnant acta nostra, ubi sanctus Martyr testatur se* ab infantia sua Christo domino devota mente servivisse. *In altero ex mox dictis breviariis traditur solum S. Maternus* beatos martyres Carpophorum et Fidelem ad urbem Novocomum misisse, ubi pro gloria Christi dimicarent (5); *quæ tamen desiderantur in breviario antiquiori meliorique; ita ut in hoc nihil prorsus de* S. Fideli *legatur. Aliud est de professione: in omnibus enim monumentis, quæ de ipso agunt, militem fuisse vel conceptis verbis declaratur vel aperte supponitur. Conf. sermonem S. Pet. Damiani num.* 5 *et seq. Quæ ad passionem pertinent sive supra elucidavimus, sive in Annotatis, ubi opus fuerit, enucleatius exponemus.*

Festum et translationum memoria

45 *Cum dies emortualis incidat ex actis aliisque monumentis in* XXVIII *Octobris, qui SS. Simoni et Judæ sacer est, festum* S. Fidelis *in ecclesia et Proprio Comensibus remittitur ad diem sequentem, quo sic legitur in* Ordine *pro anno* 1847, *quem ad manum habeo:* 29 *Octobris*, fer. 6. S. Fidelis mart dup. Lect. 1 Noct. « Igitur Eleazarus » *(ex lib.* II, *Machabæorum)* de dom. 5 Octobris. Reliqua in libro SS. Comen. Missa « In virtute » cum Ev. « Si quis vult » ex Miss. « Sacerdotes Dei. » *Oratio propria est:* Adjuvet nos, quæsumus Domine, sancti Fidelis martyris tui apud te pro nobis supplex oratio; quo tua beneficia deposcentes, ejus precibus capiamus, quod nostris meritis non valemus. Per Dominum. *Præterea in* Sanctuario seu Martyrologio sanctæ Novocomensis ecclesiæ, *auctore Primo Aloysio de Tattis, triplex celebratur* S. Fidelis *Translatio, de quibus nos § II fuse diximus. Prima signatur* XIII *Junii; secunda* IV *ejusdem mensis; tertia* XIX *Aprilis. Hisce* prima *annuntiatur verbis:* Idibus Junii. *Novocomi* Translatio prima S. Fidelis martyris ex vico Summolacano, in quo sexcentis sexaginta sex annis jacuerat ad ecclesiam collegiatam S. Euphemiæ virginis
in urbe *Como, Reliqua vide num.* 17. *Et pri-* F
die Nonas (id est die IV) *ejusdem mensis Junii:* Novocomi Translatio secunda S. Fidelis martyris in ipsius collegiata, cum e medio ecclesiæ odeo super aram maximam honorificentius conditum est sacrum hujus Athletæ corpus a Stephano Gatto episcopo Novocomensi. *Denique ad diem* XIX *Aprilis:* Novocomi in ecclesia collegiata S. Fidelis, Translatio tertia ejusdem sancti Martyris, quando venerandum illius corpus reseratum est a Lazaro Carafino episcopo Comensi, et ex ara majori, super quam eminebat, subter eamdem aram maximo populi concursu et gaudio collocatum. *Nulla harum trium Translationum fit memoria in Proprio et Ordine præfatis. In* fasciculo, *de quo supra num.* 42, *notatum reperio* : Translatio S. Fidelis celebratur 13 Junii in breviario novo, ubi nullæ ponuntur lectiones. Sed omnia, inquit, dicuntur de communi unius martyris præter orationem. In veteri vero breviario nulla habetur

(1) Zaccaria, pag, 35. Acta SS. tom. V Augusti, pag. 806. — (2) Ubi supra, pag. 6. — (3) Ibidem pag. 8. — (4) Martyrologium Mediolanen. 28 oct. — (5) Tom. IV Julii, pag. 362.

mentio

A mentio prædictæ translationis. *Addo ex Boscæ martyrologio Mediolanensi, hac die* 28 Octobris : Apud Comum sancti Fidelis, civis Mediolanensis, qui sub Maximiano imperatore, sui generis claritatem martyrii laurea coronavit. *Et in notis* : S. Fidelis *(meminere)* officia propria Comensis ecclesiæ, in qua sequenti die celebratur officium... ritu duplici; breviarium et missale Ambrosianum, in quibus hodie fit commemoratio ejus Martyris; cum tamen die sequenti sacerdotes, qui more Romano psallunt, officium peragant de S. Fidele ritu semi duplici. *Denique discimus ex Zaccaria* (1) *Aronæ celebrari diem* 13 *Martii quo, jussu S. Caroli Borromei, ad hanc urbem Mediolano relata fuere bina ossa; alterum* S. Fidelis, *S. Carpophori alterum.*

PASSIO BEATISSIMORUM

FIDELIS

a

EXANTI ET CARPOFORI MARTYRUM a

b *Ex Bonino Mombritio* b *tom. I folio verso* 288 *et seq. collato cum codice ms. monasterii S. Ambrosii Mediolanensis* c.

c S. Fidelis una cum quibusdam commilitonibus Mediolano Comum se confert, lacumque transmittit, relictis sociis. Hos immissi satellites primum morte afficiunt; deinde repertum S. Fidelem minis tentant et fustibus. Ipse vero immotus Christum confitetur et prædicat. Capite plectitur. Satelles a

C dæmonio liberatur.

S. Filelis, *una cum duobus sociis haud procul a Como secedit.*

Cum * Maximianus *d* sacrilegus imperator in urbe Mediolano*resideret, jussit exercitum militum suorum a Gallorum prælio remeare *e* in provinciam. Tunc sanctus Fidelis una cum commilitonibus *f* suis Exanto et Carpophoro, qui ab ineunte ætate sub terrena militia constituti cœlesti palatio refulgebant, uno consilio se tulerunt et in Comensem * *g* civitatem pervenerunt; dumque * venissent in locum ubi Sylvula *h* vocabatur non longe ab urbe Como, plus minus milliario uno, ibidem * Carpophorus et Exantus demorati sunt, abscondentes se in ipsa Sylvvula. Sanctus vero Fidelis usque ad lacum qui vocatur Collerii *i* perrexit. Et inveniens ibi naviculam, ingressus est in eam, navigavitque per lacum *.

2 Audiens hoc Maximianus * Carpophorum et Fidelem atque Exantum esse christianos fugaque lapsos (elapsos) fuisse *k*, jussit fidelissimos suos post eos sequi; quibus in mandatis dedit, ut ubi eos invenire potuissent, diversis pœnis interficerent. Tunc persecutores cum omni festinatione * currentes pervenerunt ad Sylvulam, ubi sanctus Carpophorus et Exantus latitabant, quia ibidem eos Christus dominus suos habebat martyres consecrare; et dum inventi ibidem fuissent, capitali eos sententia peremerunt.

3 Tunc ipsi persecutores pervenerunt ad civitatem *l* Comensem, et ingredientes naviculam perrexerunt *m* post sanctum Fidelem; pervenientesque * ad vicum Summolacunum *n* invenerunt sanctum Fidelem, locutique sunt * ad illum dicentes : Aut sacrifica diis et revertere nobiscum ad imperatorem, aut diversis pœnis interficieris. Quibus * sanctus Fidelis respondit * : Hic est locus, ubi me jussit Christus requiescere : nam pœnas, quas in me conamini exercere, nihil * pertimesco, quia ab infantia mea *o* Christo domino devota mente servivi. Nam in militia sæculari degens, non terreno imperio militavi, sed cœlesti Regi obedivi. Et hoc disposui, ut gentiles idolis servientes de errore ad viam veritatis revocarem.

E

4 Tunc frementes persecutores fustibus eum cæciderunt, et dicebant : Nisi hodie sacrificaveris diis et renuntiaveris superstitioni *, quam colis, diversis pœnis interficieris. Sanctus vero Fidelis locutus est illis dicens : Si credideritis in dominum meum Jesum Christum, non solum pœnas quas in me proponitis non exercebitis; sed magis una mecum ad gloriam æternam perveniens *(sic)* *.

5 Tunc unus de persecutoribus tremens dicebat ad alios suos collegas : Quid facimus? Si dimiseremus commilitonem nostrum, commune damnamur * *(sic)* ab imperatore patiemur; et si occidimus, sumus rei sanguinis fratris nostri. Et post hæc tulit se secretius ipse *, qui allocutus est, et fecit sepulturam, ubi corpus sancti Fidelis deberet recondi. Et veniens iterum ad sanctum Fidelem condolens, dicebat illi : Frater Fidelis cogita de anima tua et sacrifica diis, ut non inveniamur rei sanguinis tui *. Sanctus vero Fidelis respondit : Si mihi velles consentire et vera esset dilectio tua; crederes * in dominum meum Jesum Christum, et eligeres * pro Christi nomine mori; quia est pars hæc, quæ ad vitam perducit æternam : nam mihi non persuades, ut ego recedam ab illo, cui semper devota mente survivi.

6 Et dum hoc dixisset, graves pœnæ a persecutoribus illi sunt illatæ. Sanctus vero Fidelis constanter dicebat : Pœnæ quas facitis non mihi dolorem infligunt sed refrigerium præstant. Tunc carnifices deduxerunt sanctum Fidelem vinctum ad locum, qui Turriculus * vocabatur, ubi arbor pinnus profecerat subtus vicum nautarum *p* et ibidem caput ei amputaverunt. Cumque decollatus fuisset, facta est turbatio et corruscatio magna, ut et jam cognoscerent ipsi persecutores, quia vere Christus Deus animam Martyris susceperat.

7 Post hæc, ut plenius divinitatis potentia ostenderetur, arreptus unus ex persecutoribus ab spiritu immundo clamare cœpit : Sancte Fidelis, libera me et dum liberatus fuero, corpus tuum cum magna reverentia trado sepulchro, Et dum hoc * clamaret ille ad corpus beatissimi

su Maximiani repertique socii occiduntur.
* sacrilegus imperator
k
* jussu principis

Comprehensus S. Fidelis *libere Christum confitetur;*
m
* et pervenientes
n
* locuti sunt autem
* illis
* tunc
* in nullo
o

nec fustibus nec minis cedit;
* superstitionem.

* *lege* pervenietis.
nec a proposito divertitur sincera quidem sed præposterа commilitonis exhortatione.
* *lege* damnum *vel* communiter damnabimur.
* ille

* sanguine tuo

* ut crederes
* utique eligeres.

Capite plectitur et oritur tempestas;

* Turricula
p

unus ex persecutoribus a dæmone correptus et liberatus;

* factum fuisset, ut

(1) Pag. 34.

Martyris

EX MOMBRITIO ET MSS.

Martyris ; statim ut corpus ejus tetigit, a dæmonio liberatus est.

jubet Maximianus ne vulgetur prodigium.

8 Et dum hoc persecutores vidissent, timentes et trementes ad naviculam fugerunt. Et ingressi navem cum omni festinatione ad Maximianum *q* suum principem regressi sunt. Et

q

* renuntiantes * illis

renunciantibus * quod viderant factum, præcepit * Maximianus sacrilegus imperator, ne cui umquam dicerent mirabilia, quæ Deus per fidelissimum suum Martyrem ostenderat.

Tempus martyrii.

9 Decollatus est autem sanctus Fidelis sub Maximiano imperatore, quinto calendarum Novembrium *r*, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

r

ANNOTATA.

a *In hac passione paucis agitur de SS. Carpophoro et Exantho, et solum quatenus horum martyrium connectitur cum morte* S. Fidelis. *De his duobus actum est a Sollerio ad diem* VII *Augusti* (1), *quo eorum et sociorum Cassii,*

B *Severini, Secundi et Licinii celebratur festum in martyrologiis Romano, Comensi, etc.*

b *De hoc scriptore pluries jam a decessoribus facta mentio est ; pula a Bollando in præfatione generali* (2) ; *monens ab eo edita* duo ingentia volumina, quibus acta Sanctorum complexus est, ut ea in mss. codicibus reperit ; *ab Henschenio in actis S. Abundii, die* 11 *Aprilis* (3). *Ejus verba adscribimus, quod ea non recte a Ravellio intellecta comperiamus. Ait Henschenius :* Acta ejus *(S. Abundii)* nobiscum Romæ communicarat Joannes Baptista Marus... sed ea incendium Amstælodamense consumpsit. Jacturam resarcimus ex operibus Bonini Mombritii qui primo loco *(ab hac orditur hujus collectio)* edidit vitam S. Abundii episcopi Comensis, recusam a Surio, cum qua ante contuleramus acta mss. *Ex his concludit Ravellius* (4), *decessores nostros transumptum sibi procurasse omnium actorum mss. a Mombritio typis mandatorum. Utique latius patet eruditi viri conclusio ; acta S. Abundii solum respicit Henschenius. Rursum Cuperus in sancta Marcellina, Julii* XVII (5) : Quis vero

C sit concionis *(vitæ S. Marcellinæ apud Mombritium)* auctor vel quo sæculo vixerit, plene ignoramus. Tantummodo scimus Mombritium tempore Sixti IV, romani pontificis, acta sanctorum edidisse ex antiquo Passionario in pergameno ms., quod in archivio Lateranensi conservabatur, ut nos docet Macrus. *Hic autem habet in suo Hierolexico, voce* Birrus : FR. Mombritius tamen, qui ex antiquo Passionario... in archivio Lateranensi conservato acta sanctorum descripserat et tempore Sixti IV typis mandaverat, *etc. Ex quibus sequi videtur, omnia quæ in binis voluminibus Mombritianis continentur, non aliunde quam ex laudato Passionario ms. petita. Nec tamen ita est.* Summo labore, *inquit Argelati* (6), ac studio vitas sanctorum alphabetico ordine digestas ac depromptas ex antiquissimis manuscriptis concinnavit, quæ duobus magnis voluminibus comprehensæ agiographis omnibus ad ecclesiasticam D illustrandam historiam subsidio non modico fuere, atque etiam præsenti ætate insignium bibliothecarum rarius pretium faciunt. *Quibus verbis utique probatur Mombritius non ex uno Passionario ms. Lateranensi sua consarcinasse volumina. Idem diserte confirmat Tiraboschius* (7), *asserens eum* magno cum labore in bibliothecis investigasse *vetera martyrum acta. Addit non omnia genuina esse, sed sinceris plura admixta suppositia, quod, ait, vitio temporis tribuendum, quo artis, ut dici solet, criticæ initia solum apparebant et monumentorum in publicum productorum laborabatur penuria. Cæterum opus Mombritii typis vulgatum est,* sine anno, typographo et loco (8). *Ast ex epigrammate in fronte primi voluminis excuso ad Chicum (Franciscum) Simonettam editi operis tempus habemus. Incipit carmen :*

Ciche salus regum, Latiæ moderator habenæ
Quique mei tutor sis sine labe ducis, *etc.*

Ex hisce carminibus, *ait Argelatius* (9), tempus eruitur quo peracta est Mediolani, omnium ore celebrata hæc editio ; nempe illud quod inter- E cessit tutelam Joannis Galeatii a Cicho susceptam et annum 1480, quo miserrime Cichus obiit manu carnificis, *scilicet, ut alibi declaratur,* invidiæ præpotentis libidine (10). *Haud multum itaque abest a vero Ebertus editionem laudati libri adscribens* circiter anno 1479. *Confer Comment. præv. num.* 8.

c *Id quidem ex Zaccaria* (11), *qui varias lectiones diligenter notavit ; quas et ego hic recudendas judicavi. Cæterum codex, a Zaccaria adhibitus, membranaceus est eleganter exaratus exeunte sæc.* XIV *vel ineunte sequenti* (12).

d *Secundum nostram chronotaxim, Maximianus* cæsar *in Gallias movens contra Bagaudas, substitit juxta Agaunum, ibique mactata ejus jussu est Thebæa legio anno Christi* 285 ; *dein adversus barbaros processit, quos levibus prœliis brevi devicit. Posthæc rediens in Italiam Alpes transcendit, Nicomediam petiturus ubi a Diocletiano factus augustus est kalendis Aprilis anno sequenti. Adeoque non videtur ante finem præfati anni* 285 *Mediolanum rediise. Quapropter nobis martyrium* S. Fidelis *visum est probabilius* F *(si quid tamen tantis in tenebris statui vel probabiliter possit) innectendum* 28 *Octobris ejusdem anni, scilicet aliquot septimanis post Agaunensem carnificinam, dum adhuc in Galliis cæsar morabatur. Unde monet Zaccaria* (13) *locum hunc adjectitium esse* (puro impastricciamento) ; *nec enim cæsar vix Italia egressus, reduc illico Mediolanum fuisse putandus facile est.*

e *Confer. Comm. præv. num.* 12.

f Commilitonibus. *Vide Comm. præv. n.* 13.

g *In codice ambrosiano scribitur* Cumensis. *Quam in rem haud supercaneum fuerit notasse sequentia :* « Cumanus » pro Comensi, « Cumæ » pro Como a Luitprandi Longobardorum regis ætate scribi cœptum atque ad hæc usque tempora apud Comenses notarios usurpari solitum, illius regis et principum cætero-

(1) Acta SS. tom II Augusti pag. 187 et seq. — (2) Ibid. tom. I Januar. pag. XX. — (3) Ibid. tom. I Aprilis, pag. 90. — (4) Tom. I, pag. 289(a). — (5) Acta SS. tom. IV Julii, pag. 254. — (6) Bibliotheca scriptorum Mediolanensium, tom. I, pag. CXLVIII. Mediolani 1745. — (7) Storia della litteratura Italiana, tom. VI, part. I, pag. 259. — (8) Argelati ubi supra, pag. DCX. — (9) Ibid. (m). — (10) Pag. CLXVI. — (11) Pag. 43 et seqq. — (12) Ibid. pag. 46. — (13) Ibidem.

rum

A rum, qui successere, diplomata ostendunt, ut videre est apud P. D. Primum Aloysium de Tattis... Gothorum ævo erat adhuc antiquum urbi nomen intactum, ut ex diplomate Theodorici regis atque ex epistolis Cassiadori et Ennodii passim constat. Imo et Gregorii Magni ævo, ut ex ejus epistola... ad Constantinum Mediol. episcopum satis patet, intemeratum supererat Comi nomen. Quare nonnisi a Luitprandi ævo corruptum existimamus. Fuere quidem, qui postea suum urbi vetustum nomen reddiderunt, ut Carolus Magnus in diplomate ad Petrum I Comensem episcopum dato ; at in eodem diplomate utitur paulo post vocabulo « Cumanis » pro Comensibus. « Cumanæ ecclesiæ », vice Comensis, Ludovicus Pius vocabulo usus est in suo diplomate ad canonicos et clerum S. Abundii Comensis episcopi. At Lotharius I Comensem episcopum, non Cumanum vocat in suo diplomate ad Leonem Comensem episcopum, atque ita promiscue alii ejus ævi scriptores, ita tamen ut antiqui Gallicæ historiæ auctores plerique incorruptum nomen Comensi urbi servaverint; Itali vero et Germani corruptum dare consueve-
B rint ; atque hinc natus error Antonii Pagii, Blondelli et Mabillonii, qui Cumas, Campaniæ urbem pro Como, Galliæ Cisalpinæ urbe, sumpserint, ut egregie et suo more Clariss. Muratorius notat (1). *Unde etiam Ben. Jovius* (2) : Sed et « Cumum » et « Cumensem » in veteribus membranis non semel annotavi, eo tempore exaratis, quo vulgus *o* et *u* indifferenter utebatur : unde tantus error paulatim processit, ut potius « Cumanum » quam « Cumensem » et inde « Cumas » dicere placuerit. Sed jam Romanæ curiæ tabelliones, quæ huic loquendi modo auctoritate sua fidem attulit, quantum video, resipiscere incipiunt. *Vide Sigonium, operum tom. II, col.* 421, *not.* 51, *ubi lapsum signat Pagii. De civitate dicam infra annot.* l.

h Sylvvula. *Notat Bollandus in præfatione generali* (3), *Mombritium* acta Sanctorum complexum esse, ut ea in mss. codicibus reperit, ita fideliter, ut ne menda quidem scriptionis correxerit. *Putem istiusmodi fidelitati tribuendam vocem* Sylvvula *pro* Sylvula. *Monet autem Zaccaria* (4), *eo loci ædificatam ecclesiam seu basilicam S. Carpophori, quæ adhuc*
C *subsistit et ab urbe distat uno miliari. Vide etiam Tattum* (5). Est, *inquit Benedictus Jovius,* (6) et alia vetustior ecclesia extra urbem ad mille passus... Ibi divus Felix, primus Comensium episcopus in inferiore crypta sepultus est... Ei loco, ante templum extructum, nomen erat Silvula, ubi Carpophorus et socii... sese abdiderunt.

i Collerii *corrupte pro* Larii *seu* Lacus Larius, *qui sæculis barbaris etiam* Lacus Comacinus *dicitur* (7), *nunc Italis* Lago di Como. *Alicubi scribitur* Coleris, *teste Tatto* (8), *qui pariter existimat corruptionem esse, nisi denominatio sumpta censeatur a terra Coleci, qui vicus forte spectandus magis erat olim quam nunc. Conjectura hæc Tatti est, nec prorsus improbabilis.* Colecum *(Italis* Colico*)* D *jacet versus partem lacus Larii superiorem ad occidentem, haud procul in meridiem ab ostio Abdux (Adda); ad latus vero sinistrum, paulo superius in boream, e regione Coleci reperitur Summolacus, de quo infra lit.*n. Sub Lineone *(vulgo* Legnone, *qui montium* altissimus perhibetur*)* sunt, *ut habet Paulus Jovius* (9), uberes campi... tria omnino promontoria ab his campis in Larium efferuntur.... In primo castellum cum turre conspicitur, et introrsus sinu in medio situm (10). *Paulo ante* Coderiæ *meminit idem Jovius*(11): Non longe ab hostio Meræ amnis, *(est)* Metiola vicus et Novatum, materiæ copia et disectoriis machinis notum. Coderiæ enim montis juga, quibus Volturena et Clavennatium valles dirimuntur et laricee t proceris abietibus sunt referta. *An forte littus illud a* Coderia *nomen sortitum, per corruptionem mutato* d *in* l, *et lacus ipse a* Laricibus ? *Altera sane datur communiter nominis, ab Etruscis inditi, origo. Celebrem suam descriptionem orditur Jovius*(12): Comensem lacum... ab Etruscis Larium, uti omnium Italiæ principem, antiquitus appellatum fuisse, Cato in Origi- E nibus tradit. Ad quod Virgilius Maro, antiquitatum eruditissimus, quum in Georgicis (13) : Te, Lari maxime, diceret, allusisse videtur. *Et revera tradit Cato* (14) Laronem... hetrusci et Larunem et Arunem vocant nobilem principem. Inde in Transpadana Larium lacum etc. *Concordat Benedictus Jovius, Paulo fratri suo natu minori* (15) : *Thusci* lacum ipsum e thusco vocabulo « Larium » nominarunt, quod « principem » significat. *In Manuali Estoris Lanzanii, edito an.* 1846 *hæc reperio* (16): *Longitudo laci est milliarium italicorum triginta trium ; latitudo ubi maxima, duorum; perimetrum seu ambitus totius laci complectitur metra linearia centum septuaginta octo millia* (178,000), *seu fere nonaginta sex milliaria. Formatur lacus ab Abdua fluvio, cui in decursu superadduntur aquæ aliorum fluminum viginti septem, et torrentium triginta septem. Truncus superior dividitur prope Bilacium (Bellagio) in duos ramos ; quorum sinister Comum usque pertingit, habetque in longitudine milliaria, paulo minus, quindecim; alter Leucum (Lecco)*
usque, ubi Abdua egreditur, post emensa a F *Bilacio milliaria decem cum dimidio. Cæterum Provinciæ Comensis numerantur et describuntur in præfato Manuali*(17) *laci alii majores alii minores, omnino decem et octo. Maximus, spectato perimetro, Larius est, deinde Verbanus (Lago maggiore).*

k Lapsos fuisse. *Codex Ambrosianus habet* : Quod Carpoforus et S. Fidelis atque Exantus christiani essent et fuga lapsi fuissent.

l *De civitatis hujusce antiquitate et origine multa multi fabulantur. Vide si lubet Orlendium* (18). *Cato in fragmentis Originum hactenus notis, scribit* (19) : Alpes omnes Italiæ colonias fuisse Thuscorum incolæ asserunt et ab ipsis vel ducibus vel capitibus originum nomi-

(1) Stampa, apud Muratorium Rer. Ital. scriptt. tom. V, pag. 407 (b). — (2) Grævius, tom. IV, part. II, col. 2. — (3) Acta SS. tom. I Januarii, pag. xx. — (4) Pag. 47. — (5) Annali sacri di Como, tom. I, pag. 147. — (6) Historia Novocom. col. 120. — Zaccaria, pag. 47. — (8) Tom. I, pag. 150. — (9) In Descriptione lacus Larii. Opera tom. I, part. II, pag. 106. Basileæ 1578. — (10) Conf. Amoretti, Viaggio da Milano ai tre laghi Maggiore, di Lugano e di Como. Edit. Mediolani 1814. Pag. 194 et 201. Item tabula topographica. — (11) Ubi supra, pag. 105. — (12) Ibid. pag. 97. — (13) Lib. II. vers. 159. — (14) Historia antiqua, pag. 5. — (15) Historia Novocomensis, col. 2. — (16) Pag. 99 et seqq. — (17) Ibid. pag. 99-113. — (18) Orbis sacer et profanus, part. II, vol. I, pag. 248. — (19) Apud Judam Bonutium in libello, Historia antiqua, hoc est Myrsili Lesbii liber de origine Italiæ, M. Porcii Catonis fragmenta.... Archilochi etc. etc. pag. 4. Edit. 1599.

na

A na gentibus et locis indita; ut Rhetii a Rheto rege Lydorum... Comenses a Coma. *Et iterum* (1) : Omnia sub Alpibus transpadana loca prisci convenæ Thusci missis coloniis tenuere, ab hisque multa loca nomina retinent. Plura deleverunt Galli, qui primi Arunte Clusino duce Alpes transcenderunt, et sensim ab omni Gallia Cisalpina Hetruriam pepulere. *Denique paulo infra ait* (2) Novariam *ante dictam fuisse* Olanum ab Thuscorum duce, qui cum Oropiis colonis ibi primus insedit, quorum origo incerta, uti Comi, Bergomi et Lycinophori et aliquot circa populorum. *Hæc quidem non adeo clara. Certe ex his docet Plinius senior* (3) : Orobiorum stirpis esse Comum... auctor est Cato; sed originem gentis ignorare se fatetur. *Quo autem spectat ad Comum, ex Catone quidem discimus* Comenses a Coma, *Thuscorum duce ut apparet, nuncupatos, sed urbem ipsam* originis incertæ. *Nihilominus Justinus (Epitomen ex Trogo Pompeio composuisse, passim censetur sub Antoninis) diserte tradit Comum a Gallis conditum* (4). *Nam cum dixisset* legatos Gallorum, *qui ante* menses Romam incenderant...
B adivisse *Dionysium seniorem, Syracusarum tyrannum, subdit* : Cum in Italiam venissent *(Galli),* sedibus Thuscos *(qui Orobiis successerant)* expulerunt, et Mediolanum, Comum... condiderunt, *addit Jovius* (5) : Id est mœnibus cinxerunt, cum ibi homines antea vicatim habitarent, *quod cum dictis a Catone componi utique potest. Christophoro Cellario* (6) : Antiqua urbs Comum et potens olim... non obscurum deinde municipium, cui novos colonos Julius Cæsar addidit, ex quo « Novocomum » plerumque vocitatum. *Unde Catullus, patria Comensis* :

Veronam veniat, Novi relinquens
Mœnia Comi, Lariumque littus.

Observat autem Cellarius : Sed tempore obsolevit novitatis cognomen et Plinius *(Junior Comi etiam natus)* simpliciter Comun vocavit... Nec in Itinerariis aliter quam Comum. In tabula Peutingeri « Como » sexto casu, et in Anton. Itineribus, a Brigantia Mediolanum et Comun ipsum pergitur :

C Summum lacum, Comum, Mediolanum.

Nihilominus supra laudatus Benedictus Jovius historiam suam Novocomensem *inscripsit. Cæterum, ut notat Orlendius* (7), civitas fortunam Romani imperii secuta, ejus majestate exoleta, et ipsa variam aleam adiit, nunc Gothorum, nunc Longobardorum jugo oppressa. Iis autem exactis, aliquando reipublicæ imaginem quamdam assumpsit; non nunquam factionibus Italiæ implicita in varios dominatus transiit, donec ad Azzonem Vicecomitem, Mediolani ducem, ultro libensque transferretur; tum deinceps Sfortianos, Gallos Hispanosque admitteret; nunc tandem Caroli VI *(coronatus anno* 1711 *obiit an.* 1740*)* imperatoris augusti et Austriacæ domus fasces veneratur. *Sub finem sæculi præterlapsi a Gallis occupata, in eorum permansit potestate usque ad annum* D *circiter* 1814; *tum iterum Austriacis concessa donec paucis ante annis, scilicet parta apud Sulfarinum victoria, Napoleo III Langobardiam jure belli acquisitam, Victori Emmanueli, Sardiniæ regi tradidit, qui* annexis *sibi plurium aliorum principum provinciis, Italiæ rex salutatus a suis est. Comi sedes antiqua episcopalis, adhuc permansit, estque hodie Mediolanensi metropoli suffraganea* (8). *Præter cathedralem septem numerantur ecclesiæ parochiales* (9). *Incolæ* 17400 (10).

m *Ex his patet sancti Martyris mortem non multum removendam a palma sociorum, scilicet Carpophori, etc. Comment. præv.* §. *II,*

n *Vicus diverso modo scribitur.* Summus lacus *a Cellario ex Itineribus* (11); Samolicum *in mappis Sprünneri (Italia, num.* 1*) et in* Tabula Græco-Lombardico-Francica *apud Muratorium* (12); Summolacum *in utroque Jovio passim. Vicum antiquitus fuisse haud ignobilem constat ex Itinerario Antonini* (13) *ubi signatur iter a Brigantia* Summum lacum, Comum... *Unde in dissertatione de* tabula E chorographica Italiæ medii ævi *a Muratorio edita* auctore anonymo (14), *sed quem ex Zaccaria* (15) *novimus esse* doctum P. Berittam, *legitur* (16) : In Larii capite Summolicum, qui Summus lacus politioribus. Mentio habetur hujus loci in actis SS. Fidelis... apud Mombritium... Meminit et Tschudus « in prisca Rhætia » ad quam etiam hodie pertinet. *Locum describit Paulus Jovius :* Ab ostio ejus *(Abduæ)* excurrit Larius ad boream, alio veluti alveo, per octo millia passuum inter altissimos montes, usque ad eum vicum, qui e re nomen habet, Summolacum. *Conf. Comm. præv. num.* 4, *ubi diximus sepulchrum quale a S. Ennodio exhibetur, non ad S. Felicem, ut habet Sirmondi editio, bene vero ad* S. Fidelem, *ut alii, et recte quidem, legunt. Confirmatur nostra sententia ex recitatis Jovii verbis. Philippo Ferrario millia passuum a Como ad Summolacum* 48 *numerantur; Baudrando* tantum... 30 milliaria (17). *Conf. litt.* i. *Vide, si placet, Amorrettium, Lanzanium, quorum supra meminimus.*

o Ab infantia mea. *Conf. Comm. præv.* F *num.* 44.

p Turriculus... subtus vicum nautarum. *Ad hunc locum, elucidationis ergo, recitat Zaccaria antiquam inscriptionem, quæ jam publici juris facta erat a Donio et Muratorio, sed magis mutila : nec enim nunc etiam omnino integra videtur. Est autem hujusmodi apud præfatum Zaccariam* (18) :

D. M.
EPTYNCHAN
MM. SER.
CISALPIM ET
TRANSALPIM
PATR. COLL. NAVT. COMENS.
HERED. FAC. CVR.

Suspicatur itaque vir eruditus ex siglis MM. SER. *lapidem fractum. Ratio est, quod non*

(1) Apud Judam Bonuntium ubi supra. pag. 5. — (2) Ibid. — (3) Hist. Nat. lib. III, tom. I. pag. 372. Paris 1685. Hardouin in-4°. — (4) Historiarum lib. XX, tom. II, pag. 42. Paris 1833, Panckouke. — (5) Hist. Novocomensis, lib. Grævius tom. IV, part. II; Pag. 2. — (6) Notitia orbis antiqui, pag. 544 et seq. Lipsiæ 1773 (Schwartz). — (7) Orbis sacer et prof. Ubi supra, pag. 249 et seq. — (8) Lanzani, Manuale geographico, statico, commerciale e diocesano di Como pag. 230. Edit. 1846. — (9) Ibid. pag. 26. — (10) Ibid. pag. 27. — (11) Notitia orbis antiqui, pag. 427. — (12) Rerum Ital. tom. X. *In initio.* — (13) Cellarius, pag. 545. — (14) Rerum Ital. ubi supra. — (15) Pag. 47. — (16) Col. CXXXI. — (17) Novum Lexicon geographicum. Isenaci 1677. — (18) Pag. 47.

facile

A *facile sit devinare quid significent; cum tamen apud antiquos in more positum esset, ut quæ per abreviationem reddebantur, haud difficulter ab omnibus compleri vel suppleri possent. Exemplo sint duo posteriores versiculi, qui utique sic legendi :* Patrono Collegii nautarum Comensium, Heredes faciendum curarunt. *An forte* Vicus nautarum, *de quo in actis, nomen sortitum ab istiusmodi collegio, vel ibidem eorum perfugium exstitit?*

q *Diximus Comm. præv. §. II Maximianum sub passione* S. Fidelis *in Galliis moratum. Quæ itaque de ejus præsentia hoc loco traduntur, vel falsa sunt, vel lato sensu intelligenda.*

r *I. e.* 28 *Octobris, anno* 285, *ut habet sententia, quæ nobis probabilior visa est, Comm. præv. §. II.*

B. PETRI DAMIANI

SERMO HISTORICUS

IN FESTIVITATE S. FIDELIS MARTYRIS *a*

a

(EX ZACCARIA, SURIO, PATROLOGIA)

Sanctorum exempla nos incendunt ad fortiter fideliterque Deo serviendum; b

Nostis, fratres *b* charissimi, quia iccirco ad audiendas martyrum Christi victorias frequenter ex institutione ecclesiastica convenimus, ut dum eorum gestis instruimur, ad amorem cœlestis patriæ, quam viriliter decertantes adepti sunt, ferventius accendamur : dumque illos audivimus edicta regum, minas principum, tribunalia judicum contemnentes, tot suppliciorum genera percurrisse, pudeat ingenuos fidelium animos saltem carnis suæ vitiis non obsistere. Pudendum namque est sic bellatorum Christi spectare victorias, ut dum alios triumphalibus titulis insignitos, spolia ex hostibus reportare conspicimus, ipsi in pace domestica surrepentibus vitiis, velut insidiantibus adversariis, enerviter succumbamus. Porro autem beati martyres, et antequam in certamine sanguinem funderent, diversis floruere virtutibus. Nobis autem, quia pro defensione fidei mori non possumus, consummata victoria est, si in sanctarum conversatione virtutum vivere studeamus, ut inde nos protinus transferamur ad regnum, unde illi meruere martyrium; ex vitæ quippe meritis, quibus illi obtinere meruerunt sui certaminis palmam, inde nos absque ullo persecutionis obstaculo perducimur ad coronam. C

quid in illis admirari, quid imitari debeamus.

2 Aliud igitur in sanctis martyribus solummodo venerari, et admirari debemus; aliud etiam imitari. Admiremur scilicet constanter et ingenue morientes; imitemur honesta morum conversatione viventes. Veneremur in illis, quod corpus suum pro fide diversis tradidere suppliciis; imitemur autem, quod carnem suam ante crucifixerant cum vitiis et concupiscentiis. Admiremur illos viriliter morientes, ne vitam ipsi negarent; sed et imitemur per charitatis zelum sanctis exhortationibus insistentes, ut ad vitam et alios traherent. Et, ut breviori, quod gestio, sermone concludam, tunc memoria martyrum digne recolitur, si dum mors eorum ingerit audita miraculum, præcedens etiam vita ducitur inexemplum.

S. Fidelis *re-*

3 Ecce B. martyr iste Fidelis, cujus hodie festivitatem *c* colimus, sicut gestorum ejus testatur historia, *d* et antequam martyrii occasio præberetur, vitam martyrio dignam duxisse cognoscitur. Nam cum claris natalium titulis fulciretur *e*, et arridente rerum copia, viam mundi posset non ingloriosus arripere, spreto magnatum quorumlibet patrocinio, religioso devotus episcopo *f* maluit adhærere, ut se patenter ostenderet, non ad gratiam vel divitias anhelare potentis, sed benedictionem potius eligere sacerdotis. Cum quo videlicet non ad litigiorum forensium jurgia, non ad præstigiosa figmenta scenarum, non ad theatralia dignum duxit commeare spectacula, sed martyrum potius carceres visitabat.

rum caduca-
rum contem-
ptor,
c
d
e
f

4 Et quia devotus martyribus fuit, quandoque martyr fieri et ipse promeruit. Sic et olim dispensator ille domus regiæ Abdias, prophetas centum in specubus absconditos pavit, prophetalem gratiam et ipse postmodum digne remuneratus accepit.* Et qui tunc pane, simul et aqua prophetarum aluit sedulitatis ministerio turbam, nunc prophetiæ suæ oraculis, cœlestibus videlicet alimentis, universam recreat et pascit ecclesiam. Sic Josuë,* qui Moysi, ductori videlicet israeliticæ plebis, obsequium famulatus impendit, eidem postmodum plebi et laudabiliter præfuit et de ejus adversariis cum magna gloria triumphavit. Quid Elisæum * referam, qui dum ab Elia separari nec ad momentum patitur, ejus subinde spiritum duplicem promeretur? Ac si jam tunc Dominus illud Evangelicum intonaret: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ! mercedem prophetæ accipiet. *

martyribus devotus,

* III Reg. c. 18.

* Jos, c. I.

* IV. Reg. c. 2.

* Matth. c. 10.

5 Enim vero nec solum sanctis martyribus beatus iste Fidelis officium piæ humilitatis exhibuit, sed diligentiam suam ad lucrandos eos, qui idolorum erroribus tenebantur, extendit, et sicut ipse propriis videtur verbis asserere, dum in sæculari militia *g* versaretur, magis divino parebat imperio, quam terreno, adeo ut nonnullos a profana idololatriæ cultura compesceret, ad veri Dei notitiam salutiferis admonitionibus advocaret. Militaribus quidem castris intererat, sed cœlestis militiæ signa gerebat. Armatorum denique videbatur cuneis admisceri, sed pro cœlestibus castris sociare sibi alienæ professionis milites satagebat. Quibus nimirum non terrenæ militiæ balteum, non temporalis stipendii donativum, sed cœlestis promittebat curiæ municipium. Sub terrenæ itaque militiæ chlamyde pro castris cœlestibus stabat, ut de terrena transfugas faceret, quibus numerum cœlestis militiæ augeret. F

et sub terrenæ militiæ chlamyde pro castris cœlestibus stans,

g

6 Huic et David simile quid fecisse cognovimus, videlicet cum apud Achis regem Geth, Saülem fugiens, moraretur, opulenta nimirum spolia de his sæpe regionibus auferebat, quibus prædictus Achis imperabat; et juxta quæ Scriptura testatur, ut ejusdem verbis loquar, « percutiebat David omnem terram, nec relinquebat viventem virum et mulierem, tollensque oves et boves, et asinos et camelos et vestes, revertebatur et veniebat ad Achis ; quem cum interrogaret Achis : In quem irruisti hodie? » Fatebatur ille, se contra meridiem Juda vel contra regiones Israel « insiluisse »*. David itaque alienigenæ regi, quasi devotum se, urgente necessitate, præbuerat, sed ex profano ejus populo strages plurimas coacervabat. Beatus vero Fidelis sub sæcularis professione militiæ in procinctu castrorum cœlestium desudabat. Propterea

Davidi haud absimilis,

* I Reg. c. 17.

EX ZACCARIA ETC.

rea mundo, immo principi hujus mundi, cui specietenus servire videbatur, illudens, sequaces quasque * satagebat abstrahere, potiorisque militiæ cœtibus aggregare.

* quosque *Surius*, quousque *Migne plurimos ethnicos convertit,*

7 Ille igitur ferro nationes barbaricas obtruncabat; iste gladio spiritus, *quod est verbum Dei, a carnali vita, inconditi et revera barbarici ritus homines occidebat; ille diversorum turmas animalium rapuit; hic brutos homines ad ecclesiæ stabulum, et capessendæ rationis pabulum vitale perduxit. Ille consultus, Dei se populo testabatur extitisse contrarium; iste etiam parti fidelium quodammodo se perhibebat obsistere, dum sæcularem militiam videretur cum infidelibus bajulare. Militari namque professione superficietenus videbatur asserere, quod hæreditatem Dei, cujus ipse pars erat, diversis moribus velut quibusdam gladiis oppugnaret. Sic nimirum, sic sancta fraus liberius procedebat, dum is, cui suspicio deerat, acquirendis Christo fidelibus insistebat.

* Ephes. c. 6.

atque ita bonis operibus ad martyrium se paravit.

8 Videbimus igitur, quia B. Fidelis ad coronam martyrii, merito præcedente pertinxit, * qui lucrandis animabus veræ charitatis studio, et ante martyrium desudavit. Quasi enim bona terra et ferax prius germen sancti operis protulit, et sic deinde triumphalis gloriæ lumen excepit. Hinc est enim, quod in hujus mundi primordio prius terra germinare præcipitur,* sequenti vero die luminaria in cœlo fiunt; quia necesse est, nos primo sanctæ operationis vitales fructus afferre, ut ad contemplandum summæ Veritatis lumen valeamus postmodum pervenire. Domum nempe suam supra firmam petram in pace fundaverat,* unde postmodum dum venti minarum furerent, dum diversi suppliciorum fluctus impingerent, immobilis permanebat, et tamquam radix egregii trunci robur prius in occulto conceperat, quo fulta postmodum adulta seges auris impellentibus non cadebat. In pace igitur ex bona operatione promeruit, quod invictus in persecutionis stadio et imperterritus stetit. Elaboravit in otio, quod superavit in bello; intra pacis mænia conquisivit, quod in campo victor obtinuit.

* pertinuit *Mign.*

* Gen. c. 1.

* Matth. c. 7.

Sub morte ejus orta tempestas,

9 Inter cetera autem meritorum ejus insignia, illud quantæ gloriæ est, quod beatus hic et invictissimus Martyr, mox ut capite cæsus est, turbida tempestas *h* et nimia coruscatio dicitur emersisse? Hoc siquidem divinæ fuit æquitatis judicium, ut per hoc manifeste claresceret, quod qui Martyrem suum recipiebat in gloria, tortores ejus digne terrebat in ira. Ad terrificandum itaque reprobos coruscatio et tempestas erupit, quibus videlicet comitantibus, supernus Arbiter ad judicium venit, sicut per prophetam dicitur: Ignis ante eum præibit, et in circuitu ejus tempestas valida. *Porro in morte Domini elementa turbata leguntur. Quantæ ergo dignitatis est, quamque nobilis insigne triumphi, ad instar Dominicæ mortis etiam in decollatione Martyris elementa fuisse commota, ut ex aliqua parte mortis ejus moriendo teneret formam, cujus imitatus est vivendo doctrinam.

h

* Psal. 19. Matth. c. 27.

et dæmoniacus ad ejus corpus curatus.

10 Illud etiam parvi pendendum non est, quod quidam ex persecutoribus a dæmonio perhibetur arreptus; qui nimirum cum promitteret sepulturæ se corpus Martyris cum magna reverentia traditurum, si eo interveniente mereretur a dæmonio liberari, mox ut cadaver martyris tetigit, dæmon abscessit. *i* In hoc etiam ejusdem nostri Redemptoris perspicue videtur exemplum, siquidem ex ipsis persecutoribus Domini quicumque mysterium sacrosancti corporis ejus attingere menuerunt, a dæmonum jugo soluti sunt, ipso redempti sanguine, quem fuderunt. Atque ut in martyrio suo Servus passionem Domini sui videatur quasi pedissequus imitari, dum carnifices principi suo *k* miracula, quæ per B. Martyrem ostensa fuerant, nunciarent; cuiquam talia referre omnino prohibuit, perpetuoque celari territus imperavit. Quis enim hoc audiens, non illud protinus ad memoriam revocet, quod principes sacerdotum dixere custodibus: Dicite, inquiunt, quia discipuli ejus nocte venerunt, et furati sunt eum, vobis dormientibus; et si auditum fuerit a præside, nos suadebimus ei, et securos vos faciemus. * Isti siquidem docuere custodes ut mendacium fingerent; ille præcepit officialibus, ut veritatem silentio supprimerent. Utrique nimirum veritatis sunt inimici, dum aut commenta fallaciæ nequiter fabricant, aut veritatem silentio malignitatis occultant.

D

k

* Matth. 28.

Exhortatio, ut exemplo S. Fidelis *pugnemus contra hostes,*

11 Nos autem, fratres charissimi, qui tam egregii constantiam Præliatoris audivimus, qui tantæ virtutis insignia tamquam posita sub oculis intuemur, et ipsi virtutes habere cum Dei omnipotentis auxilio studeamus. Pudeat sub ignaviæ torpore languescere, qui alios cernimus cum tanta ad cœlum gloria penetrare. Incalescat mens nostra ad agonem certaminis; et si non timet audacter cum hoste confligere, non dubitet duce Christo, facilem sibi victoriam provenire. Et quidem nobis minor est labor, cum tamen commune sit præmium. Quis enim nesciat, incomparabiliter esse difficilius, gladio cervicem subdere, quam gulæ illecebras cohibere? Quis non malit æstuare laboribus, vel nuditate frigescere, quam flammarum furentium incendia substinere? quis non levius censeat esurire et sitire, quam radi ungulis vel bestiarum morsibus tradi? An non periculosius est, in publico micantia frementium regum mandata contemnere, quam latenter in mente pravis cogitationibus contraire; semet ipsum morti ultroneum tradere, quam voluntates proprias et carnis desideria refrænare? Cum itaque minus laborando ad eamdem beatitudinem tendimus, cur decertantes in stadio imitari negligimus, ut consortes in patria victoribus existere valeamus?

F

carnis præsertim illecebras.

12 Pugnemus igitur, fratres mei, et infestantium nos vitiorum illecebras amputare curemus: non enim juxta Pauli vocem possumus hic gaudere de sæculo, et illic regnare cum Christo. Et quidem beatos martyres cum membris diaboli dimicasse cognoscimus; nos autem cum ipso iniquorum capite infœderabilis pugnæ luctamen habemus. Illi vicerunt eum per membra sua immaniter sævientem, nos superare præcipimur sub insidiarum fraudibus latitantem. Utroque modo triumphum de illo gloriosus martyr Fidelis obtinuit, qui et in pace per ædificationis gratiam ab ejus vinculo nonnullos eripuit, et oblato persecutionis articulo, blandientem nihilominus et terrentem per sua membra contempsit. Victus vicit, dejectus ascendit, proprium caput gladio subdidit, et cervicem diaboli perpetuæ victoriæ pede calcavit. Nunc procul dubio inter ignitos supernæ Hierusalem lapides emicat, et cum purpuratis commilitonibus Imperatori suo cœlestis armoniæ carmen alternat. Felici nimirum commercio fragilem corporis

A corporis exuit tunicam, et candidam immortalitatis adeptus est stolam. Caput decollatus amisit, et pretioso nunc lapide coronatus incedit. Ille quippe eum remunerat in æterna jam quiete victorem qui et inter bella dudum protexerat decertantem, Jesus Christus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Ita habet Surius. In Migniana Patrologia* (1) : De sancto Fidele martyre (XXVIII Octobris). *Zaccaria* (2) : De laudibus S. Fidelis martyris sermo S. Petri Damiani.

b *Vide Comm. præv.* § 1, *num.* 6. *Ubi diximus concionem hanc a S. Petro Damiano habitam probabilius anno* 1059, *et quidem die* XXVIII *Octobris, licet certo testimonio careamus, quo id plane probetur.*

c *Ex his, ut observat Zaccaria* (3), *efficitur festum* sancti Fidelis *celebratum Mediolani, ad minus jam inde ab anno* 1069. *Nec tamen* B *ejus corpus tunc in hac urbe erat, quo primum allatum fuit a S. Carolo Borromeo an.* 1576. *Vide Comm. præv.* § *IV, num.* 33 *et seqq.*

d *Notat in hunc locum Zaccaria* (4) : Dixi, *inquit*, certo constare, acta S. Fidelis jam ab antiquo scripta, fuisse visa S. Petro Damiano, cum ipse dicat : « Sicut gestorum ejus testatur historia. » An autem illa sint eadem, quæ in perrara collectione Bonini Mombritii leguntur, ubi mentio quoque fit de S. Carpophoro, quis poterit affirmare? Sed penitius inspiciendo præfata S. Petri Damiani verba, sicut et alia quæ in narratione sequuntur, liquet omnino, actis Mombritianis prolixiora fuisse altera acta, quæ sancto doctori præ manibus erant : forte in his præmittebantur, quæ ex passione S. Alexandri Bergomensis transcripsi, ubi narrantur quæ habet S. Damianus. Cæterum manifestum est, reliqua concordare cum Mombritio, *etc. Vide Comm. præv.* § *I, num.* 8 *et seqq. Nostra opinione acta, a Mombritio postea in lucem data, non latuerunt S. Petrum Damianum, licet hic forte, ut autumat Zaccaria, etiam* C *viderit acta prolixiora S. Alexandri Bergomensis, ex quibus nonnulla decerpserit. Vide num.* 11, *item* § *II ubi de anno martyrii.*

e *Acta supra edita de genere* S. Fidelis *silent. Sed in actis S. Alexandri, minus tamen* D *fidis, legitur* : Prætestati cujusdam illustris viri Fidelis nomine filius. *Confer Comm. præv. num.* 44, *ubi insuper animadvertimus* S. Fidelem *Mediolano oriundum a nonnullis scribi, quin tamen ullam afferant sui asserti rationem satis idoneam. Certe nuspiam in antiquis documentis signatum reperi locum S. Martyris natalem.*

f *S. Materno episcopo Mediolanensi, a quo, si fides actis S. Alexandri prolixioribus,* S. Fidelis *baptismo donatus fuit. Idem reperitur in Proprio Comensi, cujus Lectiones adscripsimus Comm. præv. num.* 43. *Nihilominus dubium valde est, an S. Martyr, adulta jam ætate adjunctus ecclesiæ fuerit, cum ipse in actis profiteatur se* ab infantia sua Christo domino devota mente servivisse. *De baptismo silent, præter S. Damianum, etiam acta S. Alexandri breviora, quæ longe melioris notæ sunt quam prolixiora. Conf. Comm. præv. num.* 44.

g *Quod stipendia meruerit* S. Fidelis, *omnia, quæ de illo habemus, testantur diserte monumenta; nemo tamen de hac militari profes-* E *sione prolixius dixit quam B. Petrus.*

h *Allusit ad hanc tempestatem sanctus Damianus in hymno, quem in honorem* S. Fidelis *composuit, et nos recitavimus Comm. præv. num.* 6.

Ut ense cæsus moritur,
Sæva tempestas oritur;
Sic intentatur impiis
Vindicta justi Judicis.

Ex hoc præterea loco apparet acta nostra non latuisse S. Petrum. Comm. præv. num. 9.

i *De his iterum in hymno :*

Quemdam ex carnificibus
Malus invadit spiritus;
Mox sacræ glebæ jungitur,
Dira pestis excluditur.

Forte supplenda in tertio versiculo vox ut; *scilicet :* mox (ut) sacræ glebæ *(id est terræ)* jungitur *(mandatur),* dira pestis *(malus dæmon)* F excluditur *(a corpore illius carnificis). De actorum fide diximus Comm. præv. num.* 10.

k *Vide Annotata ad acta litt.* q; *item Comm. præv.* § II, *ubi dictum de martyrii tempore.*

(1) Tom. CXLIV, col. 807. — (2) Pag. 48. — (3) Pag. 54. — (4) Ibidem.

A D

DE SS. DECENTIO EPISCOPO

ET GERMANO DIACONO

MARTYRIBUS PISAURIENSIBUS IN ITALIA

R. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§ I. Tempus Passionis SS. Decentii et Germani. Eorum sepultura.

Ad Pisaurum passi sunt SS. Decentius *et* Germanus,

Pisaurum, antiqua Flaminiæ urbs, Arminum inter et Anconam, ad Isauri ostia consurgit. Ejus initia repetuntur a colonia, a Romanis circa annum 570 (1) *Urbis conditæ deducta. Hanc coloniam et secundo a Julio Cæsare fuisse deductam contendit Oliverius* (2) *atque hac de causa appellatam Juliam Felicem, quamvis id neget Joannes Vita* (3). *Pisauri alii quoque viri origines persecuti sunt,* B *verbi gratia Ughellius* (4), *paucis verbis, et integro fere volumine Josephus Colucci* (5). *Neque operæ pepercerunt Oliverius* (6) *et Passerius* (7), *ut patriæ gloriam extollerent. — Ejus primus episcopus Florentius dicitur in tabulis Pisauriensibus, teste Ughellio* (8), *floruisse medio sæculo tertio, nec videtur nactus esse successorem ante* S. Decentium, *quem aliquando* Vincentium (9) *vel etiam* Diuncentium (10) *appellarunt. Hoc* Decentii *nomen in antiquissimis monumentis immutatum occurrit; neque infrequens erat primis christianis temporibus. Sed, quod mireris, in Innocentii III* (11) *bulla et in aliis nonnullis instrumentis publicis* Vincentius *dicitur. Quid ergo? Sine controversia servandus est* S. Decentius; Vincentius *autem ex vulgari forma ortus fuisse videtur. Monasterium scilicet, ubi ejus quiescebant exuviæ,* Sanctus Decentius *dicebatur, et populari loquela* Santo Decenzo *seu potius, vocabulis agglutinatis* (12) Santodecenzo; *unde nata est proxima forma* Sandiuncenzo, *quæ in numismate sub finem sæculi* XV *cuso legitur, nisi quod latine dicitur* S. Diun- C *centius. Quum itaque homines communi idiomate convenirent notarios et* Sandiuncenzo *loquerentur, pronum utique erat ut hi celeberrimum inde conficerent martyrem S. Vincentium: atque hanc aut aliam similem illius erroris aut mutationis causam esse omnino persuasum habemus.*

dicti episcopus et diaconus Pisaurienses,

2 *Jam vero in edenda Passione* SS. Decentii *et* Germani *de eorum domo, ætate, parentibus, virtutibus et prædicatione ne verbum quidem occurrit: ex qua nec erui potest* S. Decentium *Pisauriensium fuisse episcopum, vel ei adstitisse diaconum* S. Germanum: *sed in ea, præter quædam de utriusque martyris sepultura, tantum legimus* SS. Decentium *et* Germanum *sub imperatore* Galerio Maximiano et Melchiade papa cæsos fuisse virgis ferreis et lapidum percussionibus, quousque deficerent. *Innotuit tamen Ughellio* (13), *perscrutato ecclesiæ Pisauriensis monumenta historica,* S. Decentium *fuisse Britannum: in quibus quoque legit Ferrarius* (14) S. Germanum *fratris sui uterini* S. Decentii *fuisse diaconum: quæ et in ecclesiæ Pisauriensis Kalendarium transierunt. Quod si nonnulli* S. Germanum *quoque Pisauriensium* E *fuisse episcopum autumant* (15), *id minus admittendum est, quum in ipsa Passione referantur ambo martyres eodem anno, eodemque die ob Christi fidem sanguinem fudisse: quæ adjuncta satis indicant nullatenus* S. Germanum *post* S. Decentium *exstitisse Pisauriensium episcopum. Haud me latet Ughellium* (16) *in episcoporum Pisauriensium serie quemdam recensuisse Germanum: sed ille vixit anno* 499 (17), *quando Christiani religionis causa minime vexabantur.*

verosimiliter anno 311

3 *Sed si quis a nobis quærit quo anno* SS. Decentius *et* Germanus *gloriosum suum sustinuerint agonem, responsio non adeo facilis est; nam secundum Pisauriensis ecclesiæ tabulas Ughellius eos anno* 303 *pro Christo esse passos affirmat; cum contra in Passione id ad annum* 313, *Melchiade papa et Galerio Maximiano imperatore, referri videatur. Sed si aliqua fides Passioni adhibetur, dicendum videtur utrumque martyrem anno* 311 *mortem pro Christo oppetiisse: siquidem hocce anno Melchiades suum pontificatum inchoavit et Galerius e vivis sublatus est. Dies vero martyrii assignatur* V *kalendas novembres in eadem Passione: quacum convenit perpetua (si qua sit) ecclesiæ Pisauriensis traditio. Neque hæc nostra sententia infirmatur, ex eo quod persecutio, quam adversus christianos Diocletianus, instigante Galerio Maximiano, per totum imperium anno* 303 *excitarat, in Italia post creatos anno* 305 *Augustos vix ferbuit* (18): *nam constat, imperante Maxentio, anno* 311, *in Umbria, quæ Flaminiæ erat pars, plures exstitisse martyres, quos inter S. Venustianus cum sua familia, et S. Savinus, episcopus* (19). F

et sepulti non procul a civitate.

4 *Legitur quoque in Actis* SS. Decentii *et* Germani *eos a christianis* fuisse sepultos in

(1) Livii Histor. lib. XXXIX, num. 44. — (2) Marmora Pisauriensia, num. 42, pag. 126; Della fondazione di Pesaro dissertazione, pag. 5. — (3) Antiquitates Beneventanæ, tom. I, diss. I, pag. 33. — (4) Italia sacra, tom. II, pag. 857, edit. Venet. 1717. — (5) Delle Antichità Picene, tom. VI, pag. 67 et seqq. — (6) Ibid. tom. VIII, pag. CLXXXVIII et seqq. — (7) Biographie universelle, v° *Passeri*. — (8) Italia sacra, tom. II, pag. 857. — (9) Mittarelli, Annales Camaldulensium, tom. III, append. pag. 214. — (10) Olivieri, Della Zecca di Pesaro e delle monete Pesarese dei secoli bassi, pag. LX. — (11) Mittareili, Annal. tom. III, append. pag. 214. — (12) Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 631. — (13) Italia sacra, tom. II, pag. 857. — (14) Catalogus sanctorum Italiæ, ad diem 28 octobris. — (15) Cfr. Ughelli, Italia sacra, tom. II, pag. 857. — (16) Ibid. loc. cit. — (17) Ibid. loc. cit. — (18) Lactantius, De morte Persecutorum, § XIII, col. 214, edit. Migne; Euseb. Hist. eccl. lib. VIII, cap. 14. — (19) Acta SS. tom. II Aprilis, pag. 542.

area

arca marmorea non procul a civitate juxta stratam majorem; *qui locus non videtur esse alius quam area, ubi postea ecclesia et monasterium* SS. Decentii *et* Germani *fuere extructa. Arcam vero sepulcralem ad recens tempus fuisse servatam existimari fas est: Mittarelli enim, anno* 1758 *referens qua ratione anno* 1623 SS. Decentii *et* Germani *lipsana essent reperta, addit:* Custodiuntur in magno sarcophago mollioris marmoris. Urna est vetusta, cruce et Christi monogrammate adornata, quæ sculpta sunt inter coronam ad instar disci, et ad latera duo pavones conspiciuntur (1): *quæ inscriptio satis indicat sarcophagum esse sæculi* IV: *nam Christi monogramma ante Constantini Magni tempora in Italia usurpatum fuisse non reperitur, neque post sæculum* IV *multo fuisse in usu. Quæ Francisci Zacchariæ* (2) *et complurium recentium eruditorum* (3) *sententia est. Reliqua vero symbola indicant (quantum huic signorum generi confidere licet)* SS. Decentium *et* Germanum *in die judicii de terra gloriose resurrecturos esse ob victoriam, quam de Christi hostibus retulerunt. Christi enim*
B *monogramma, intra coronam sculptum, imago est triumphi, de suis hostibus a Christo vel ejus discipulis parti* (4): *quemadmodum et pavo, cum ejus cauda annuis vicibus amissa cum foliis arborum, ut ait Plinius* (5), renascatur iterum cum flore, *futuræ gloriosæ electorum resurrectionis signum esse videtur* (6). *Super tumulum vero* SS. Decentii *et* Germani *constructa fuit ecclesia, eique annexum monasterium, quod autumant Mittarelli* (7) *aliique fuisse erectum a quodam Joanne Pelagii pontificatu; cujus monasterii privilegia et exemptionem S. Gregorius, Pelagii successor, adversum Felicem, Pisauriensium episcopum, magna alacritate propugnavit. Postea tamen de eo longum silentium; quod primus rupit B. Eugenius III* (8) *in bulla anni* 1153, *ubi illud inter monasteria regulam S. Romualdi sectantia recenset. At anno* 1185 *unitum fuit Ravennatensi ejusdem ordinis monasterio S. Apollinaris. Reliqua vero hujus monasterii fata enarrant Mittarelli* (9), *Oliverius* (10) *et Bertuccioli* (11).

C

§ II. Ad augendum cultum SS. Decentii et Germani indulgentiæ concessæ ab Alexandro IV. Eorum reliquiæ et Acta.

Quamquam bulla Alexandri IV, qua indulgentias co-

Pisaurienses SS. Decentium *et* Germanum *ut sanctos a remotissimis temporibus coluisse colligimus non tantum ex traditione istius tractus, sed præsertim ex ecclesia, super eorum tumulum sæculo sexto extructa (nisi rumori vulgari fides adhibeatur eam antea fuisse templum Diis sacrum). Quamvis itaque incolæ quo loco sacri eorum cineres reconditi essent ignorarent, nulli tamen erat dubium eos in eorum ecclesia quiescere. Quod testatur Alexander IV, anno* 1256 *ecclesiæ* SS. Decentii *et* Germani *plures concedens indulgentias,* considerando, *ut ait,* bonorum operum merita præclara sanctorum martyrum Decentii et Germani ac multorum sanctorum corporum, quæ in monasterio juxta civitatem Pisaurum requiescere noverat. *Quod Alexandri IV rescriptum, utpote pene ignotum et præ reliquis hujusmodi valde antiquum, ex decessorum nostrorum schedulis juris publici faciendum esse arbitramur. Lectores tamen monitos volo me nonnihil vexari quod in his litteris clausula:* Datum Laterani, v kalend. januarii, pontificatus nostri anno secundo et Domini 1256, *diversa est ab ea quam Alexander IV in aliis suis litteris usurpavit, uti videre est in iis quas ad monachos Vallisumbrosæ* (12), *ad Fratres tum Minores* (13), *tum Prædicatores* (14) *dedit; ubi* E
est hæc vel alia hujusmodi clausula: Datum Laterani id. decembris pontificatus nostri anno primo. *Dein cum Alexander IV die* 25 *decembris anni* 1254 *cathedræ Romanæ primo inseserit, non intelligitur quomodo* v. kal. januarii anni 1256 *inciderit in* annum secundum *pontificatus ejusdem, quin potius in* annum tertium; *sed scriba aliquis postea:* et Domini 1256 *de suo addiderit. Me quoque vexat quod Alexander IV uni eidemque ecclesiæ, una eademque die, tot indulgentias centum annorum concesserit, cum id tunc temporis minus frequenter obtinebat; atque id adeo verum est ut Eusebius Amort, qui præ reliquis seriem indulgentiarum medio ævo concessarum texuerit, non nisi unam* 100 *annorum* (15) *et alteram* 365 *annorum ab Alexandro IV datam indicarit* (16). *Verum tamen hoc argumentorum genus omnino fallax est. Nam S. Petrus Cælestinus annuam indulgentiam plenariam in favorem sui cœnobii concessit* (17), *et multæ aliæ (ut illis temporibus) præclaræ collectæ fuerunt in tomo* VII *Actorum SS. Octobris* (18), *omissæ ab Amortio. Cauti itaque simus oportet in repu-* F
diandis extraordinariis indulgentiis; non enim minus vitium est in reprobandis rebus veris, quam in approbandis falsis. Accipe itaque lector Alexandro papæ IV adscriptas litteras.

piosas concedit auxiliatrices manus porrigentibus templo SS. Decentii *et* Germani,

6 Alexander episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus atque orthodoxis catholicæ fidei cultoribus ad quos præsentes pervenerint salutem et apostolicam benedictionem in perpetuum. Splendor paternæ gloriæ, qui sicut mundus * illuminat ineffabili claritate,

extraordinaria videri possit, propterea repudianda non est atque hoc loco recitatur.

* *lege* solmundum.

(1) Annales Camaldulensium, tom. III, pag. 336. — (2) Dissert. latin. III, cap. III, num. 1, tom. I, pag. 110. — (3) V. D. B. De Phialis rubricatis, pag. 146 et seqq. Home and foreign Review, 1863, apr. pag. 601 et 602; De Rossi, Epistola de monumentis christianis piscem exhibentibus, in Spicilegio Solesmensi, tom. III, pag. 552; Inscriptiones christianæ, tom. I, pag. 28 et seq. Cfr pag. 592, et proleg. pag. 20; Diction. des antiq. chrétiennes, v° *Monogramme.* — (4) Martigny, op. cit. pag. 415. — (5) Historia Natural. lib. X, § 22, tom. IV, pag. 241, edit. Parisiens. Harduini. — (6) Arringhius, Roma Subterranea, lib. IV, cap. 37, pag. 326; Perret, Catacombes de Rome, vol. VI, description des planches, pag. 76; Martigny, Dictionn. au mot *Paon*, pag. 500. — (7) Tom. III, pag. 335; Opera S. Gregorii M. lib. VI, epist. 36, tom. III., col. 852, edit. Migne. — (8) Annales Camaldulenses, tom. III, append. col. 464. — (9) Annales Camald. etc. *passim.* — (10) Ricerche de S. Terenzio M. protettore principale di Pesaro, nota II, pag. 181. — (11) Patronato del comune di Pesaro sulla sacra immagine di Maria SSma delle Grazie, pag. 93. — (12) Ap. Lamium, Deliciæ Eruditorum, tom. II, Part. I, pag. 279 et seqq. — (13) Wadingus, Annales Minorum, tom. I, pag. 429 et seqq. — (14) Bullarium Fratrum Prædicatorum, tom. I, pag. 266. — (15) De origine etc. etc. Indulgentiarum, part. I, sectio VII. — (16) Ibidem. — (17) Acta SS. tom. IV Maji, pag. 493 et 519. — (18) Ibid. tom. VII Octobris, pag. 1162 et seqq.

juxta

AUCTORE R. D. B.

juxta Apostolum dicentem : Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Qui sursum corda fidelium sublevat Trinitate sancta, ut unum Deum verum Patrem, Filium et Spiritum Sanctum in trinitate et unitate veneremur, firmiter ad credendum suam nobis spem fiduciamque tenendo donavit; ut cum erimus ante tribunal veri judicis suam retributionem recipiat unusquisque juxta id quod dicit Apostolus : Omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum, sive malum fuerit attentatum. Oportet diem nos messionis æternæ memoriæ operibus prævenire ; et terrenorum intuitu mentes nostras ad cælestia sublevare, et fructus bonos seminare in terris, quos reddente Domino cum multiplicato fœtu recolligere debeamus in cœlis; firmamque spem, fiduciam tenentes sperando et spem in Domino firmiter obtinendo : quam qui parce seminat, parce et metet : et qui seminat in benedictionibus, emetet vitam æternam. Igitur volentes ut monasterium sanctorum martyrum Decentii et Germani congruis honoribus frequentetur, et a Christi fidelibus
B jugiter veneretur, omnibus et singulis vere pœnitentibus et confessis, et considerando bonorum operum merita præclara sanctorum martyrum Decentii et Germani, ac multorum sanctorum corpora, quæ in monasterio juxta civitatem Pisauri [requiescere] novimus, ob devotionem ac religionem sanctorum ipsorum martyrum pia devotione ad expetitionem (?) omnium fidelium confluentium ad monasterium supradictum, dispensatione Apostolica providere, ac ipsum honoribus confovere præclaris. In primis ad honorem et reverentiam omnipotentis Dei, et beatorum martyrum Decentii et Germani, et aliorum plurium sanctorum confessorum et virginum, quorum corpora et reliquias eorumdem
* *male* et. in monasterio supradicto per * multos religiosos ac viros alios, tam clericos quam sæculares, dignos fidei, novimus ob religionem veræ fidei inibi esse recondita : qui in universali ecclesia populum civitatis Pisauri ad baptismum sanctæ ecclesiæ fidei converterunt,pia ac devota mente temporibus Maximiani imperatoris martyrium receperunt. Quorum solemnia in dicto monasterio ad honorem et reverentiam omnipotentis
C Dei devotissime celebrantur. Ad quorum solemnia, ac per octavas eorum centum annos de fratrum nostrorum consilio conferimus. Item concedimus ipsi monasterio quadragesima peculiari omni die quindecim annos ob reverentiam sanctorum martyrum. Item III feria post festum dominicæ resurrectionis, in quo festum dedicationis noscitur celebrari, centum annos. Item concedimus atque damus per omnes dominicas dies mensis maji, Ascensionis et Pentecostem centum annos. Item in festivitatibus S. Laurentii et S. Margheritæ, ac etiam per octavas eorumdem quindecim annos. Item singulis diebus totius anni feriatis, et non feriatis septem annos, et septem quarantenas. Item in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli centum annos : et beatorum Apostolorum Simonis et Judæ et omnium sanctorum, de beatorum Apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum ac nostra auctoritate confisi vere pœnitentibus et confessis de injuncta eis pœnitentia dictas indulgentias in Domino relaxamus. Universitatem vestram monemus et hortamur in Domino, atque in remissionem omnium vobis injungimus peccatorum, quatenus, a Deo vobis collatis [tantis beneficiis], pia et grata D
nobis caritatis subsidia erogetis, ut per subventiones vestras dicto monasterio per merita ipsorum martyrum consulatis. Datum Laterani v kalend. januarii, pontificatus nostri anno secundo (et Domini 1256).

Coluntur iidem diebus 28 *et* 29 *octobris.*

7 *Præterea ab antiquissimo tempore die* 28 *octobris, natali* SS. Decentii *et* Germani, *in ecclesia prope Pisaurum, cujus sunt patroni titulares, eorum agitur festum ; sed per totam diœcesim id die sequenti obtinet, propter concurrentem solemnitatem ritus duplicis secundæ classis SS. Simonis et Judæ. Verumtamen in Officiis propriis diœceseos Pisauriensis ad diem* 29 *octobris legitur hæc dumtaxat oratio propria :* Annue, quæsumus, omnipotens Deus, ut sanctorum martyrum tuorum Decentii et Germani nos lætificet festiva solemnitas : ut quorum suffragiis nitimur, eorum natalitiis gloriemur. Per Dominum, *etc. Reliqua desumenda sunt e Communi. Sed post orationes et antiphonas in litaniis, vel majoribus vel minoribus, occurrunt de sanctis patronis Pisauriensibus sequentia :* ANT. « O sancti Dei electi Decenti, Germane, Heracliane, Nicolae, Sancti, E
Petre, Jacobe, Marce et Ciche, Michelina, Seraphina, olim cives nostri in terris, nunc patroni in cœlis, una cum Felice, Mustiola et Emygdio, intercedite pro nobis. v. Mirabilis Deus in sanctis suis. R. Et sanctus in omnibus operibus suis. Oremus : Deus, qui sanctis tuis Decentio et Germano, Emygdio, Heracliano, Nicolao, Sancto, Petro, Jacobo, Marco et Cicho, Michelinæ, Seraphinæ, Felici et Mustiolæ ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratiæ contulisti, da nobis famulis tuis nostrorum veniam peccatorum, ut sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus adversitatibus [mereamur] liberari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Eorum reliquiæ fuere inventæ sæculo XVI et amissæ sæculo XIX.

8 *Verum anno* 1625 *Thaddæus III, abbas Camaldulensium Pisauriensium ac postea totius Ordinis abbas generalis, corpora sanctorum in ecclesia* SS. Decentii *et* Germani *recondita exaltare cupiens, ad ea eruenda gnavam dedit operam, invenitque in sepulcro marmoreo corpora* SS. Decentii *et* Germani, *et in alio sepulcro minore lipsana SS. Vitalis, Fabiani et Sebastiani MM. necnon SS. Stephani et* F
Bonifacii confessorum : quæ sacra pignora, die 29 *octobris, primum fidelium venerationi exposita, dein recondita fuere. Hæc ex nostrorum decessorum superstitibus schedulis : quibus consonat Mittarelli, ajens :* Thaddæus III, nobilis Pisauriensis, abbas sanctæ Mariæ Angelorum de Pisauro, obliteratam dolens memoriam sanctorum Germani et Decentii patronorum urbis Pisauri, quorum corpora quiescebant in suburbana ecclesia monasterii eorum nomini dicati, quod olim Classensi abbatiæ, nunc suo Pisauriensi monasterio fuerat adnexum, inter primas sui regiminis sollicitudines, non contemnendam putavit inquisitionem eorum corporum, quæ feliciter etiam post multam adhibitam diligentiam invenit condita in quadam capsula lignea. Colloquio habito cum episcopo Pisauriensi, familiariter ostendit illi capsulam membranaceamque paginam adjunctam, quæ fidem faciebat ipsas esse reliquias præfatorum sanctorum martyrum. Verum, quia paginæ characteres ob temporis diuturnitatem vix percipi poterant, eam Romam misit ad antiquitatis sacræ studiosos,

A studiosos, qui certum id esse monumentum existentiæ eorum sacrorum corporum pronuntiarunt. Quare ad diem præstitutam solemni apparatu eædem reliquiæ devotioni populorum fuere expositæ. Restauratum ea occasione templum ab abbate, qui confessionis locum, luminibus continuo adhibitis, præcepit exinde honorari. Ipsa vero die decantata est pontificalis Missa, et publica facta supplicatio in eorum honorem; tota civitate confluente (1). *Alibi idem Mittarelli narrat Thaddæum abbatem corpora* SS. Decentii *et* Germani, *quæ* asservabantur in confessione ad planum ecclesiæ transtulisse super planum presbyterii, ad quod ascenditur duabus utrimque scalis (2). *Urnam vero, effigie animalium ornatam, nonnisi per foramen videri posse scribebat anno* 1742 *testis oculatus Antonius Franciscus Zaccharia* (3). *Sed cum anno* 1808 *tractus Pisauriensis regno Italiæ annexus esset, atque abbas Camaldulensium Pisauriensium, Donatus de Cremona, animadverteret a novo gubernio in ecclesias manus impias injici, operam suam, adjuvante fratre laico Terentio Giandoni, ad sanctorum*
B *martyrum reliquias in tuto collocandas alacriter posuit. Verum minus feliciter successit hoc tentamen Donato : nam cum lipsana* SS. Decentii *et* Germani, *in duabus thecis posita, trans Padum flumen Cremonam ferret, navicula et ipsæ sacræ reliquiæ, aquis inexpectato crescentibus, submersæ sunt* (4).

Acta eorum non sunt sincera.

9 *Restat ut* SS. Decentii *et* Germani *Passionem non parum esse mendosam ostendamus. Traduntur enim in ea* SS. Decentius et Germanus anno Christo 313 tempore Galerii Maximiani imperatoris et Melchiadis papæ anno 5 *sanguinem pro Christo fudisse. Convenit cum anno Christi* 313 *tempus Melchiadis, qui sexto nonas julias anni* 311, *ecclesiam Romanam regere cœperit, atque anno* 314 *ad cælestem vitam migrarit* (5); *sed repugnat Galerii Maximiani tempus, qui circa initia mensis maji anni* 311 *e vivis excessit* (6). *Delendus itaque annus* 313; *cui non male substitues annum* 311, *qui in antiquis Romanorum pontificum catalogis quasi* VIII *consulatu Galerii Maximiani et Melchiadis pontificatu exornatur. Neque defendi potest annus* 313 *di-*
C *cendo Galerii Maximiani nepotem, Galerium Maximinum (alias sed ex errore Maximianum* (7),*)imperatoria dignitate ad annum* 313 *usque fuisse ornatum : hic enim, utpote imperator in Oriente, Pisaurienses numquam sibi subditos habuit, atque ante* V *kalendas novembris anni* 313 *vitam clausit. Adde quod tunc temporis per Constantini Magni edictum omnibus fas erat christiana dogmata palam profiteri* (8), *ac proin minus verosimile est Tarsum, cui munus judicis incumbebat, adversus* SS. Decentium *et* Germanum, *religionis peregrinæ accusatos, capitalem sententiam pronuntiasse. Præterea in Passione narrantur christiani Pisaurienses, cum de cæde utriusque sancti certiores essent facti,* insurrexisse contra Tarsum proconsulem, et interfecisse eum cum triginta militibus suis, et domum ejus castri superius et exterius, muros magnæ altitudinis a fundamentis destruxisse : *quod neutiquam cum animi remissione christianorum, qualis ineunte sæculo* IV *adhuc erat, concordat. Cæterum adjunctum illud ex Passione S. Apollinaris, Ravennatensium episcopi, desumptum est; unde quoque in Acta S. Verani transierat. Scribitur enim in S. Apollinaris Actis :* Videntes christiani tantam impietatem *(necem S. Apollinaris)* commoti sunt, et irruentes super paganos, tanta allisio fuit, ut subito amplius quam ducentos homines impiissimos christiani interfecerint (9). *Quemadmodum et in Actis S. Verani, S. Apollinaris socii, qui fertur occisus a Ricco et Astulfo,* christiani... undique circumfluentes manus in Riccum et Astulfum injecerunt et eos cum omni domo sua et familia et progenie pariter exusserunt præter illos qui fidem jam acceperant (10). *Atque hæc adjuncta præsertim me movent ut* SS. Decentii *et* Germani *Passionem fœtum vel sæculi* XIII *vel sequentis judicem. Etenim, cum tunc Camaldulensium monasterio Ravennatensi S. Apollinaris de Classe monasterium Pisauriense esset unitum, ac proin S. Apollinaris Passio in utroque cœnobio absque dubio prælegeretur, et isto ævo vix unus in Italia injuriam sibi suisque illatam inultus ferret, facile intelligitur quomodo sibi honori duxerint Pisaurienses in sumenda vindicta de cæde suorum sanctorum Ravennatenses imitari.* E

AUCTORE R. D. B.

PASSIO

SS. DECENTII ET GERMANI

Ex tom. III Annalium Camaldulensium ad annum 1145, *pag.* 335.

SS. Decentius *et* Germanus *ad Pisaurum martyrio coronantur et sepeliuntur.*

Tunc Tarsus proconsul *a* jussit militibus, ut sanctos Decentium et Germanum extra civitatem ducerent, nescientibus christianis, in tantum eos cæderent ferreis virgis et lapidum percussionibus, quousque mortui deficerent, et corpora eorum in mare præcipitarent. Milites vero media nocte ligaverunt sanctos martyres et duxerunt extra civitatem, et ut jussum fuerat, fecerunt. Mare vero sanctorum corpora ejecit in litore inter rivum, qui vocatur Gelica, et montes. Mane autem facto, divulgata sunt omnia, quæ gesta fuerunt erga sanctos martyres. Tunc insurrexerunt *b* christiani contra Tarsum proconsulem, et interfecerunt eum cum triginta militibus suis, et domum ejus castri superius et exterius, muros magnæ altitudinis a fundamentis destruxerunt. Christiani vero susceperunt corpora sanctorum martyrum Decentii et Germani, et condierunt ea cum aromatibus, et sepelierunt in arca marmorea non longe procul a civitate juxta stratam majorem. Martyrizati autem sunt sancti martyres Decentius et Ger-

a

b

(1) Mittarelli, Annal. Camald. tom. VIII, pag. 274, et 326. — (2) Eodem op. tom. III, pag. 336. — (3) Excursus litterarius, pag. 10. — (4) Bertuccioli, loc. cit. — (5) Papebrochius, Conatus ad Catalogum Rom. Pontificum, pag. 46*. — (6) Art de vérifier les dates, pag. 348, edit. 1770. — (7) Lactantius. De morte persecutorum, cap. 18, col. 224 et seqq. edit. Migne. — (8) Euseb. Cæsar., de Vita Constantini. lib. II, cap. 24 et seqq ; Baronius, Annales, ad annum 312, num. 64. — (9) Acta SS. tom. V Julii, pag. 347. — (10) Ibid. tom. XII Octobris, pag. 788.

manus

EX IMPR. manus v kalendas novembris in civitate Pisauria, regnante domino Jhesu Christo, cui est honor etc. Mortui autem sunt Decentius et Germanus anno Christi CCCXIII *c*, tempore Galerii *d* Maximiani imperatoris, et Melchiadis papæ anno v *e*, die XXVIII octobris in civitate Pisauri, et in loco, ubi nunc ædificata est ecclesia sanctorum Decentii et Germani; quæ ecclesia tertia feria post festum Dominicæ Resurrectionis fuit Deo et sanctis consecrata, et dictis sanctis martyribus dicata.

ANNOTATA.

a Proconsul. *Cum neque Flaminia, in qua jacebat Pisaurum, neque alia Italiæ pars unquam provincia fuerit Romana, perperam* D *dicitur huic regioni præfuisse* proconsul *Tarsus. Hic potius consularis nuncupandus, nam Flaminia* consulari *commissa erat* (1).

b Tunc insurrexerunt. *Ostendimus in Commentario prævio auctorem Passionis cædem Tarsi ejusque militum ex Actis S. Apollinaris Ravennatensis descripsisse.*

c Anno Christi CCCXIII. *Verosimilius est* SS. Decentium et Germanum *aliquanto ante martyres occubuisse. Cfr Commentarius prævius, num.* 9.

d Tempore Galerii Maximiani. *Cfr de hoc loco Commentarius prævius, num.* 9.

e Anno v. *Melchiades non ultra tres annos et aliquot menses sedit in cathedra Romana. Ita meliores Romanorum Pontificum catalogi* (2).

(1) Pancirolli, Commentarius in notitiam Imperii. ultra Arcadii et Honorii tempora; ap. Grævium in Thesauro Antiq. Rom. tom. VIII, col 1593, 1793 et 1906. — (2) Origines de l'église Romaine, tom. I, Pièces justificat. pag. III et seqq.

B

DE SANCTIS MM. ANTIOCHENIS E

SMARAGDO, MARIANO SEU MARIANA ET ARCHELAIDA

V. D. B.

Sylloge critica

MEMORIA EX MARTYROLOGIIS HIERONYMIANIS

INCERTO TEMPORE. *In laterculis Hieronymianis annuntiantur hodie, depravatis nominum formis,*

In opere nostro sæpius jam monui Martyrologium, quod Hieronymianum dicitur, esse confectum ex multis calendariis seu synaxariis singularum ecclesiarum; ita ut collector ad singulos dies laterculis suis adscripserit nomina, quæ in illis calendariis ad eosdem dies reperiret, non curans illa nomina ad alios dies jam adscripta esse, ita ut diversis diebus iidem sancti pluries recurrant. Quin etiam, si collector ille in calendaria inciderit, in quibus nominum forma aut ordo aliquantum turbata essent, plures inde creavit turmas; ita ut etiam uno die sanctorum nomina C *duplicaverit. Sed ad hunc scopulum ne offendamus, periculum hodie nullum est, quoniam brevissimi sunt Hieronymiani fasti. Quæ res eo opportunior est quod Wrightii Martyrologium Syriacum, cujus quanta sit utilitas ad diem præcedentem in S. Thrasea et sociis videre fuit, nulla hodie profert nomina adeoque inutile nobis est ad extricandos laterculos Hieronymianos. In his itaque imprimis legitur juxta codices Florentinii Lucences :* In Antiochia Syriæ Marandi, Mauriani, Arcelladi ; *juxta Corbejensem Dacherii :* In Antiochia Syriæ Marandi, Marianæ, Arcelludi ; *juxta Epternacensem S. Willebrordi seu Antverpiensem :* In Antiochia natalis Zmaragdi ; *et post interposita aliquot nomina :* Marianæ, Artheladi ; *juxta Richenoviensem Sollerii :* In Antiochia Smaragdi, Mariani ; *Augustanum item Sollerii non nisi* Arceladi *nomen habet ; Labbeanum ejusdem, omisso* Smaragdo, Arcelladum *et* Marianam *cum aliis nominibus miscet; Corbejense brevius similiter Sollerii his conceptum est verbis :* In Antiochia Syriæ, Mirandi; *et demum alterum Corbejense Martenii :* In Antiochia Syriæ, Nicandri.

SS. Smaragdus Marianus *seu* Mariana *et* Archelaidas, *passi Antiochiæ incerto tempor*

2 *Principem porro hujus turmæ* Smaragdum *dictum fuisse manifestum est;* Marandus *vero,* Mirandus *et* Nicander *librariorum corruptelæ sunt.* Marianus *an* Mariana *dein legenda sit, perquam obscurum ;* Maurianus *profecto depravata forma est.* Arcelladus *seu* Arceladus, Arcelludus, Artheladus *videntur totidem esse menda, et verum nomen* Archelaidas *seu* Archilaidas; *quæ formæ in veteribus titulis reperiuntur* (1). *Etenim passim aspirationes in nominibus peregrinis absunt a laterculis Hieronymianis; ita ut verbi gratia* F *fere semper scriptus sit* Euticius *loco* Eutychii. *Dein finalitatem* as *in eodem nominum genere ibidem passim mutari in* us *docuimus ad præcedentem diem in S. Thrasea. De Antiochia Syriæ, quæ et ad Orontem dicitur, nihil est quod addamus : nulla enim in Oriente post Jerusalem et Alexandriam fuit celebrior civitas. Quum et multi et diversis temporibus ibidem passi fuerint martyres, nullum apparet indicium quo statuatur sub quo imperatore* SS. Smaragdus, Marianus *seu* Mariana *et* Archelaïdas *sanguinem pro Christo fuderint. Neque videntur hi martyres multum celebres fuisse, quum a Wrightii Martyrologio Syriaco, Antiochenorum martyrum copioso; absint ad omnes anni dies eorum nomina. Neque in aliis fastis apparent hæc nomina alio quam præsenti die ; ita ut timor non sit ne jam semel aut bis recensiti fuerint.*

(1) Cfr Thesaurus græcus Stephani, edit. Didot, v° Ἀρχελαΐδας et Ἀρχιλαΐδας.

DE

A D

DE S. DIOMEDE MARTYRE

LEUCOPOLI IN CARIA

SYLLOGE.

H. M.

INCERTO TEMPORE. S. Diomedis *cultus Constantinopoli,*

Quod in antiquioribus martyribus, quorum gesta scripta non sunt, accidere non raro deprehendimus, eorum nimirum memoriam, novis sanctis superadditis, ex ecclesiasticorum fastorum tabulis prorsus evanescere, illud hodie in S. Diomedis *martyris Leucopolitani causa factum esse intelligimus. Qui enim in vetustioribus annuntiatur kalendariis, adeo a recentioribus exulat ut post sæculum* XIII *nullum ejus vestigium reperiamus. Monumenta sane Constantinopolitana, sive synaxaria ea sint sive menæa, quæ sancti martyris nomen præferunt, illa ætate juniora judicare non licet, tum ob sanctorum omnium* B *qui nominantur antiquitatem, tum ob ordinem festorum a Sirleti Menologio et Menæis excusis maxime abhorrentem. Sunt autem in primis Synaxarium Sirmundianum, sæculi* XI, *quod, ut me monuit doctissimus vir J. H. Nolte a Claromontano Collegio S. J. ad Meermannianam bibliothecam, atque hinc ad litterarium thesaurum equitis Angli, Thomæ Philipps, in Middlehill transiit* (1); *deinde veniunt ordine temporis, ut ex annuntiationibus conjicio, Menæa quædam incertæ originis, alia Mazarinæa ac demum duo Mediolanensia, quorum omnium fastos descripserunt decessores nostri.*

et apud Græcos Italiæ. 2 *Atqui sancti martyris cultum Constantinopoli pervetustum fuisse demonstrat kalendarium Neapolitanum, quod sæculo* IX *marmori insculptum, ex libris certe Constantinopolitanis maxima parte desumptum est* (2). *In hoc monumento legitur : P. S. DIOMIDII, quam annuntiationem, quum ad diem* 16 *augusti nomen S. Diomedis Niceni martyris celeberrimi ab illis fastis absit, ad* S. Diomedem *Leucopolitanum non pertinere forte quisquam* C *autumaret, nisi obstaret, quod in nonnullis kalendariis ad diem* 28 *octobris aperta fit mentio Leucopoleos. Præterea alterum ab Italiæ Græcis testimonium nobis afferunt fasti Eclogadii Cryptoferratensis, sæculo* XI *ineunte scripti, quibus ut mihi videtur cultus* S. Diomedis *in Italia signatur ultimum indicium. Namque in Menæis quæ, integro sæculo nondum elapso, ad usum suorum descripsit Nilus II, abbas Cryptæferratæ* (3), *abest hujus sancti nomen. Diutius Constantinopoli permansit memoria* S. Diomedis, *procul dubio, quoniam in aliquam ex numerosissimis hujus urbis ecclesiis* (4), *ejus reliquiæ aliquando asportatæ fuerunt; nam in omnibus ecclesiis actum fuisse ejus festum verisimile non est, propter silentium Kalendarii Cpolitani a Morcellio editi, quo festa toti urbi communia potissimum exhiberi videntur.*

Leucopoli in Caria, 3 *Nomen igitur et cultus* S. Diomedis *extra omnem controversiam posita sunt, ut et ipse martyris titulus, quem omnia kalendaria ipsi tribuunt : at, his exceptis, pauca tantum, eaque valde dubia de ipso asseri possunt. Locum quidem martyrii* Leucopolim, *græce* Λευκόπολιν *aut* Λευκούπολιν, *aperte designant kalendaria omnia, Italis exceptis; verum in quanam provincia sita fuerit hæc urbs, minime indicant. Quod sane nos incertos omnino facit, quum apud unum tantum auctorem, Plinium seniorem* (5), *tale nomen inveniamus, ac profecto iis in adjunctis quæ dubitationem nedum tollant, multum augent. Postquam enim Doridem seu Doriorum in Caria colonias Caria* circumfundi, ad mare utroque latere *ambienti,* E *et* a Cnido *incipere dixit, ita prosequitur :* Doridis in sinu, Leucopolis, Hamaxitos, Elæus, Euthene. Dein Cariæ oppida, Pitaium, Eutane, Halicarnassus..... Inde Myndos, et ubi fuit Palæmyndus, Nariandus, Neapolis, Caryanda, Termera libera, Bargyla, et a quo sinus Jasius, oppidum Jasus. *Leucopolim ergo in sinu Doridis, seu in sinu Ceramico, qui nunc sinus est Cous *, ponit Plinius : at præterquam* * Golfe de Stanco. *quod quædam non accurate ab hoc auctore indicari jure suspicamur, nemo hucusque post itinera illustrium virorum, Pococke, Chandler, Choiseul-Gouffier, Leake, Hamilton, Texier, quorum opera ob oculos habeo, earum urbium quæ sinui Doridis circumjacebant, situm certo determinavit. Inter Cnidum ergo et Halicarnassum, quod est littus sequentibus spatium circiter* 200 *chiliometrorum, Leucopolis quærenda est. Sed hic ancipites hæremus propter verba quædam Pomponii Melæ, cujus operibus Plinius usus est. Ait enim :* Trans Halicarnasson illa sunt, littus Leuca, urbes Myndos, Caryanda, Neapolis sinus Jasius et Bargylicus. *Quum autem inter* Leuca F littus *et* Leucopolim *aliquam appellationis cognationem inveniamus, pronum esset conjicere vicina fuisse hæc loca; quod tamen cum Plinii et Melæ verbis vix consistere videtur. Nam juxta antiquiorem ex his auctoribus, Leuca littus situm fuisset inter Halicarnassum et sinum Jasium, seu in parte septentrionali pæninsulæ ad cujus meridiem, si Plinio fides habetur, exstitit Leucopolis. At conciliabuntur non difficili negotio dicta veterum, si* Leuca *vocatus fuit, non solum regionis tractus qui mari adjacebat, sed et partes etiam magis interiores, unde Leucopolim in parte septentrionali sinus Ceramici jacuisse dicemus, et quidem non procul a littore, in loco a Mylassis, ut infra videbimus, non nimis remoto. Situm autem accuratius designare, tacentibus veteribus geographis omnibus, præter Plinium et Pomponium*

(1) Hänell, Catalogi Codd. Mss. pag. 844, cod. 372 Meerm. — (2) Mai, Scriptt. vett. tom. V, pag. 64. — (3) Toscani, ad typica Græcorum animadversiones, pag. 12, 40 et 80. — (4) Cangius, Cpolis christ. lib. III, pag. 1 et seqq. — (5) Hist. Nat. lib. V, num. 29. Ed. Hard. Cfr. P. Mela, lib. I, cap. 16.

Melam

AUCTORE H. M.

Melam, nec facem præferentibus recentioribus horum locorum exploratoribus, non absque temeritate conaremur.

non longe a Mylassis incerto tempore passus est.

4 *At cur a Mylassis non longe distantem fuisse Leucopolim credamus, jam explicandum est. Scilicet legimus in Actis S. Eusebiæ quæ sæculo* V *Mylassis pie vixit et mortua est, celebratam fuisse memoriam S. Ephrem, olim Mylassorum episcopi* (1), *in* Leuce *vico* ἐν Λευκῇ κώμῃ *in quo ipsius corpus conditum fuerat. En igitur tria habemus testimonia, quæ in eodem fere regionis tractu istud nomen Leucopolim aliquatenus referant. Concludamus igitur oportet Leucopoli, Cariæ ignobili loco (nam vocabuli* πόλις *non una notio est, ut apud Suicerum videre est), Mylassis celeberrimæ urbi proximo, passum fuisse* S. Diomedem. *Et quoniam conjecturis totum nostrum negotium hic agendum est, aliam quamdam opinionem, quam nobis Actorum ille locus suggerit, etiam addemus. Ad hoc utique inclinamur ut credamus in vico prope urbem primis temporibus stetisse christianos, et quidem non procul a portu, quo liberior esset ad cæteras ecclesias in Asiæ littore positas aditus. Accedit quod Mylassæ, ut cæteræ urbes Cariæ, idolorum cultui omnino fuere deditæ et templis adeo abundaverunt ut, referente Athenæo* (2), *Stratonicus citharædus ibidem cum appulisset et homines paucos, multa vero templa intuitus esset, hæc non illos versibus allocutus sit :* Ἀκούετε νάοι, audite templa. *In suburbiis igitur manserunt pauperes et omnibus exosi christiani, hic passus est* S. Diomedes *exemplum forsan secutus illius Ephrem, cujus nomen tantum servavit historia. Tandem sub Diocletiano potius aut sub Licinio illum martyrii corona donatum fuisse arbitrarer, quoniam in interiore Caria ante hæc tempora vix aliquot christianos fuisse crederem. Nullius enim episcopi hujus provinciæ nomen in fastis ecclesiasticis legitur ante concilium Nicænum. Martyres etiam paucissimos in illa regione passos martyrologia exhibent : invenimus tantum S. Thyrsum sub Decio* (3), *et S. Acatium sub Licinio* (4), *utrumque Mileti, quæ urbs in ipsis Cariæ limitibus sita ad Ioniam sæpius refertur, ac dein SS. Diodorum et Rodopianum* (5), *sub Diocletiano, Aphrodisiade, in Cariæ metropoli, a suis civibus propter Christi fidem necatos.*

(1) Acta SS. tom. II Januarii, pag. 600 et 601; Migne, Patr. Gr. tom. CXIV, col. 991. — (2) Lib. VIII, cap. XIX, pag. 348. Ed. Lugd. 1612. — (3) Acta SS. tom. II Januarii, pag. 808 et seqq. — (4) Ibid. tom. VI Jul. pag. 547. — (5) Ibid. tom. I Maii, pag. 382.

DE S. SOPHRONIANO

MARTYRE CARTHAGINENSI

ET DE SS. MM. AMARANTO SEU AMARANTA, QUINTO ET LUCIO

V. D. B.

SYLLOGE CRITICA

Memoria ex martyrologiis Hieronymianis.

INEUNTE FORTE SÆCULO IV. S. Sophronianus, *martyr Carthaginensis,*

Jam ad diem proxime præcedentem obvius fuit in Usuardo Greveni apud Carthaginem natalis S. Suffrasiani; *quem in prætermissis monuimus errore unius diei acceptum fuisse ex hodiernis Hieronymianis laterculis, in quibus eadem nominis corruptela passim occurrit. Scilicet in codicibus Lucensibus Florentinii legitur* : Et in Carthagine sancti Suffronisiani ; *in Corbejensi majori Dacherii :* In Carthagine sancti Suffronisæni; *in Epternacensi S. Willibrordi seu Antverpiensi :* In Carthagine Fofroni; *in Richenoviensi Sollerii :* Et in Carthagine Sofronii; *et demum in auctario Barberiniano Martyrologii Bedæ :* In Carthagine S. Suffratiani. *Inde in Martyrologium ecclesiæ Africanæ, quod undequaque collegit Morcellius* (1), *intulit hic ad præsentem diem hanc commemorationem :* Carthagine S. M. Suffroni. *Sed* Suffronius *nullam nominis latini aut græci formam habet, licet in testamento S. Remigii, archiepiscopi Remensis* (2), *legatur* Suffronia *colona, et inter episcopos Moguntinos veteres recenseatur* Suffronius (3); *hæc quippe variationes sunt nominis* Sophroniæ *seu* Sophronii, *per dialectum gallicanam introductæ. Multo magis a vera forma detorta nomina* Suffrasianus, Suffratianus, Suffronisianus, Suffronisænus *et* Fofronius. Sofronius *seu* Sophronius *bona forma est; sed quum in plerisque codicibus usitatissima finalitas* anus *adsit, hæc negligi non posse videtur : et idcirco non dubitavimus in fronte* S. Sophronianum *scribere. De hujus sancti gestis nihil omnino nobis compertum. Licet Carthagine passus fuerit et cultus, Abest ejus nomen a kalendario Carthaginensi, edito a Mabillonio* (4). *Servum aut libertum fuisse indicat peregrinum vocabulum.*

2 *Interposito sanctorum Simonis et Judæ natali, hæc deinde adduntur in Lucensibus* et SS. MM. Amarantus et

(1) Africa Christiana, tom. II, pag. 373. — (2) Acta SS. tom. I Octobris, pag. 167. — (3) Werner, der Mainzer Dom, tom. I, pag. 368. — (4) Analecta, pag. 163 et seqq. edit. in fol.

Hieronymianis

Lucius, *non innotuerunt nisi ex laterculis Hieronymianis.*

Hieronymianis fastis : Amaranti, Quinti et Luci ; *ubi Corbejensis major Lucio anteponit* Justum. *Antverpiensis seu Epternacensis ita prosequitur* : Kartaginis Amarantæ, Quinti et Lucii ; *Augustanus Sollerii, omisso Sophroniano, in hunc modum* : Amanti, Marinæ, Quinti, Lucii ; *proxime ad hæc Labbeanus* : Amaranti, Marianæ, Quinti, Luci. *In his manifestum est* Marinam *seu* Marianam *esse de turma Antiochena, de qua supra dixi.* Amantius *propter singularitatem negligi posse videtur. Eamdem ob causam curanda non est Carthaginensis palæstra, signata in codice Antverpiensi et perperam a S. Sophroniano ad hanc turmam deducta. Supersunt* Amarantus *seu* Amaranta, Quintus *et* Lucius ; *de quibus quæri potest num iidem sint qui die* 29 *octobris recenseantur, scilicet SS. Hyacinthus, Quintus, Lucius seu Lucinius et Felicianus. Hyacinthi utique nomen pessime habitum fuit a librariis, quippe qui id mutaverint in* Sanecintum, Sacinthum, Sancinctum, *in* Sacum *et* Notum *et demum* Sacinatum. *Verum quantumcumque hæ formæ corruptæ sint, eos ab Hyacintho profectas esse apparet.* Amarantus *autem aliud omnino nomen est, non vulgare quidem, verumtamen non rarum, et nihil cum Hyacintho commune habens. Adde Felicianum, qui pars est Hyacinthianæ turmæ, numquam intrudi inter* S. Amaranti *socios : quod profecto factum fuisset, si eadem turma duobus prodiisset diebus.* AUCTORE V. D. B.

DE S. HONORATO, CONF. PONT.

B VERCELLIS IN ITALIA E

COMMENTARIUS HISTORICUS

V. D. B.

§ I. Retectio corporum SS. Eusebii, Limenii et Honorati sub pavimento diruti chori ecclesiæ cathedralis Vercellensis. Titulus S. Honorati. Vita ejus et elogium per Petrum Galesinium. Ejus nominis inscriptio in Martyrologio Romano.

ANNO CCCCXV. *Quum templum cathedrale Vercellense, cujus novam ædificationem tentarat Guido Ferrerius,*

Arbitrabantur sæculo XVI *FF. Prædicatores Mediolanenses se in suo S. Eustorgii templo reliquias possidere* S. Honorati, *episcopi Vercellensis, quem et natione Mediolanensem dicebant ; quum Vercellis casu retectum est beatissimi viri corpus* (1). *Templum cathedrale, quæ prius Vestæ ædes fuerat, a S. Eusebio martyre divino cultui sub patrocinio S. Theonesti sæculo* IV *consecrata, sed a S. Albino sæculo* V *restituta et in honorem S. Eusebii dedicata, ruinam trahebat.*

C *Quocirca, quum anno* 1562 *cardinalis Guido Ferrerius cathedram Vercellensem occupasset, constituit eam a fundamentis reædificare. Arte operaque architectonis Pellegrinii usus, omnia comparata habebat, quum lis inter ipsum et capitulum, omnibus ejus consiliis adversum, orta est, episcopo volente a choro incohare, capitulo a novo templo, ut pristinum chorum, privilegiis aliquot ornatum, conservaret. Sperandum non erat capitulum a suâ sententia recessurum. Quam ob causam episcopus, nemine monito, chorum nocte quadam anni* 1571 *penitus demolitus est. Sed postridie* 5,000 *scuta aurea in novam fabricam obtulit ; quam tamen summam capitulum non admisit nisi quadriennio post, quum Ferrerio successisset Joannes Franciscus Bonomius, summa auctoritate vicarii apostolici ornatus ; qui et ipse* 2,500 *scuta aurea promisit, et capitulum totidem in novi chori constructionem ; de quibus rebus anno* 1577, *die* 29 *martii, publicum instrumentum confectum est.*

opera Bonomii episcopi et vicarii apostolici reficeretur, inventa sunt anno 1575 *sub pavimento chori sepulcra SS. Eusebii, Limenii et* Honorati,

2 *Interea dum hæc controversia adhuc ferveret, diruta sunt vetera fundamenta chori et novum opus incohatum et lente properatum. Sed ecce sub pavimento musivo apparent tres successivi sepulcretorum ordines. Quorum duo inferiores videntur fuisse gentilium ; tertius manifesto christianus erat. Exstructus enim fuerat farturis albis cum crucibus rubris in quatuor partibus ; tumulique aliquot ex marmore aliove lapide secto erant,* F *cooperculis crucium incisione et epigrammatum scriptura ornatis. In hoc tertio sepulcreto seu sepulcrorum ordine retecti tumuli SS. Eusebii, Limenii et* Honorati. *Quæ inventio facta non est anno* 1565, *ut sphalmate typographico tradit Cusanus* (2), *et secundum eum Petrus Hyacinthus Gallizia di Giaveno* (3), — *tunc enim nondum choro mutando manus admotæ erant, — sed certe post annum* 1573, *quo laborem incohatum fuisse perhibet Gaufredus Casalis* (4), *et quidem anno* 1575, *quum reficeretur pavimentum, ut alio loco, non ciferis seu notis, sed integris verbis* nell' anno mille cinquecento settanta cinque *scripsit ille idem Cusanus* (5). *Concludebantur sancta corpora tribus arcis præcipuis ; in quarum media jacebat corpus S. Eusebii. Secunda a dexteris continebat corpus S. Limenii, qui Vercellis sedit inter sanctos Eu-*

(1) Cfr Aurelius Corbellinius, Vite de' Vescovi di Vercelli, pag. 13 ; Marcus Aur. Cusanus, Discorsi historiali concernenti la vita de' Vescovi di Vercelli, pag. 59. — (2) Discorsi, pag. 58. (3) Atti de' santi de' dominj della reale casa di Savoja, tom. II, pag. 338. — (4) Dizionario geografico degli stati del re di Sardegna, tom. XXIV, pag. 64. — (5) Discorsi, pag. 302.

AUCTORE V. D. B.

cum inscriptione, ex qua præcipue S. Honorati *laudes innotuerunt.*

sebium et Honoratum; *et tertia, a sinistris S. Eusebii, corpus* S. Honorati.

3 *Hujus tumulo hæc inscripta erant carmina, ex quibus potissimæ ejus Vitæ partes cognovimus :*

PONTIFICIS SANCTI CINERES TENET HONORATI
ARCA HOMINIS VILIS QVÆ MANET INGENIO.
HVNC SANCTVM DOCVIT, NVTRIVIT PASTOR ALVMNVS,
EGREGIVS MARTYR, PRÆSVL ET EVSEBIVS.
EXILII POENAS ET CARCERIS ISTE SVBIVIT :
DISCIPVLVS CHARVS ET SOCIVS PARITER.
AMBO FIDE DIGNI, MERITIS ET NOMINE FRATRES,
CVM CHRISTO IVNCTI PRÆMIA SVMMA TENENT.
TERTIVS HANC VRBIS SEDEM TENVIT HONORATVS
ANTISTES, CVIVS SPIRITVS ASTRA TENET ;
EVSEBIVS PRÆSVL PRIMVS, QVI MARTYR ALVMNVS,
CÆLORVM POSTQVAM REGNA BEATA PETIT.
HIC PATER ECCLESIAM DOCVIT HANC DOGMATE RECTO,
SERMONES COMPLENS ACTIBVS IPSE SVOS.
TERRIS AC CÆLO CONIVNCTVS VBIQVE MAGISTRO,
EVSEBIO CONSORS HIC HONORATVS ADEST.

(*Antepenultimo versu in editionibus Franc. Aug. ab Ecclesia* (1), *Ughellii* (2) *et Cusani* (3) *legitur* sermonibus, *et apud Cusanum insuper* suis *loco* suos ; *mihi scribendum visum* sermones. *Æstimat Tillemontius* (4) *tres titulos contineri illis carminibus, quorum secundus incipit a versu* IX *seu vocabulo* Tertius, *et tertius a* Terris ac cælo ; *sed parum probabile hoc judicium.*)

Scripsit tum itaque Galesinius, Bonomii amicus, Vitam S. Honorati, *quæ numquam videtur fuisse edita;*

4 *Quum itaque tria illa sepulcra retecta fuissent, non potuerunt non vehementer excitari animi, Bonomii imprimis, præsulis sanctissimi, pietatis catholicæ propugnatoris prudentissimi et cultus sanctorum fortissimi assertoris, qui et templum cathedrale Vercellense, quamvis sanctorum pignorum dives* (5), *multis reliquiis ex Germania et aliunde allatis auxerat* (6). *Ut condiscipulus olim fuerat S. Caroli Borromæi, sic ad finem vitæ ejus amicus fuit, sæpe cum eo conversans et consilia sua communicans. Ejusdem sanctissimi viri amicitia fruebatur, operam suam ei tribuens, Petrus Galesinius, domo Ancona, sacræ antiquitatis scrutator diligens* (7). *Latere itaque non potuit tanti thesauri inventio Galesinium; qui quam totus esset in colligendis sanctorum memoriis, facile adductus est ad conscribenda* S. Honorati *gesta, a nemine hactenus collecta. In annotatis itaque ad Martyrologium, quod anno* 1578, *triennio post inventa corpora, Venetiis edidit, hæc de* S. Honorato *loquens scripsit* (8) : Cujus Vitam ex variis ecclesiæ Vercellensis monimentis contexuimus. *Sed hæc Vita numquam videtur in lucem fuisse edita. Baronius in annotatis ad Martyrologium Romanum profitetur se eam non vidisse; neque eam adhibuerunt Franc. Aug. ab Ecclesia, Corbellinius, Ughellius vel Cusanus, inter texendam seriem episcoporum Vercellensium; neque ea usus est Ferrarius, scribens Catalogum sanctorum Italiæ; neque venit umquam in decessorum nostrorum musæum; neque eam novit Argelatius, qui immensam copiam librorum Galesinii in Bibliotheca Mediolanensi recensuit; neque eam alibi uspiam indicatam video.*

5 *Verum, si hanc suam scriptionem typis edi non fecit Galesinius, omitti tamen noluit* S. Honorati *memoriam in Martyrologio, quod paulo supra indicavi. Ad diem itaque* 28 *octobris sequens elogium inseruit :* Vercellis, sancti Honorati, episcopi et confessoris. Hic sanctissimi martyris Eusebii ab ineunte ætate discipulus, virtutum imitator, ac laborum socius, fidei vinculo cum eodem conjunctissimus, in Ariana persecutione non minas, non carcerem, non exilium extimuit : quæ omnia pertulit admiranda religiosi animi virtute. *Et quidem jure merito locum ei dedit inter cælites, quum ante hominum memoriam ejus natalem celebret ecclesia Vercellensis. Quemadmodum scilicet ecclesia Mediolanensis ritum proprium habet Ambrosianum, sic Vercellensis ritu utebatur Eusebiano; sed Bonomius, ratus melius fore si ecclesia sua magis cum Romana conveniret, procuravit anno* 1575 *ut ritui Eusebiano substitueretur Romanus* (9). *Atqui in calendario vetustissimi illius ritus ad diem* 29 *octobris legitur* (10) : S. Honorati, episcopi ecclesiæ Vercellensis. *Adde ejus nomen venire in antiquis Vercellensibus litaniis ante S. Duscelium seu Cælium, ejus successorem, ejusque effigiem, suo ordine in templi parietibus pictam esse inter sanctos episcopos Vercellenses* (11). *Quamobrem is multum erraret, qui, quoniam in nullo antiquo martyrologio* S. Honorati *memoria occurrit, crederet* S. Honorati *cultum ante ejus corporis inventionem non fuisse in usu. Lapsus tamen est Galesinius, quum (nescio qua mentis avocatione) signavit* S. Honorati *festum non die* 29 *octobris, sed uno die ante. Quem errorem admisit quoque Baronius in Martyrologio Romano; adeo ut qui tradunt Vercellenses* S. Honorati *festum nunc agere die* 29 *octobris, propter impeditum diem* 28 *per natalem apostolorum Simonis et Judæ* (12), *manifesto a veritate aberrent. Verumtamen, pro more Martyrologium Romanum ducem secuti, de eo hodie dicimus. Jam itaque progredimur ad ejus gesta.*

inseruit idem perperam ad diem 28 *octobris in suo Martyrologio ejus nomen, quod in Calendario Eusebiano legebatur ad diem* 29 *: inde acceptum est in Martyrologium Baronii.*

§ II. S. Honorati institutio in æde S. Eusebii : hujus scholæ forma monastica et clericalis. S. Eusebii exsilium Scythopolitanum ; S. Honorati hujus exsilii participatio.

Natus sit oportet S. Honoratus *circa annum Christi* 330, *ut suadet ejus vitæ series. Mediolanenses nonnulli eum intra sua mœnia natum dixisse jam docuimus; eumdem* proceribus civitatis Vercellarum *ortum esse tradidit Ca-*

S. Honoratus, *a S. Eusebio Vercellensi enutritus, in æde ejus cum reliquis cleri-*

(1) Cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum et abbatum Pedemontanæ regionis historia, pag. 135. — (2) Italia sacra, tom. IV, col. 761. — (3) Discorsi, pag. 59. — (4) Mémoires ecclésiastiques, note 54 sur saint Ambroise, tom. X, pag. 528, edit. Brux. — (5) Cusano, Discorsi, pag. 349 et seqq. — (6) Ibid. pag. 309 et 310. — (7) Argelati, Bibliotheca scriptt. Mediol. col. 2113; Tiraboschi, Storia della litteratura italiana, tom. VII, part. I, pag. 329. — (8) Martyrologium S. Romanæ ecclesiæ, notationes, pag. 177. — (9) Cusano, Discorsi, pag. 311. — (10) Ibid. pag. 316. — (11) Ughelli, Italia sacra, tom. IV, col. 761; Cusano, pag. 57. — (12) Cfr Ferrarius, Catalogus SS. Italiæ ad 29 oct.; Gallizia, aliique.

rolus

AUCTORE V. D. B.

cis vitam clericalem et monasticam professus est,

rolus a Basilica Petri in sua S. Gaudentii Novariensis Vita (1) : *neutri absque antiquo testimonio. Institutum fuisse a S. Eusebio Vercellensi constat ex his epitaphii verbis :*

Hunc sanctum docuit, nutrivit pastor alumnus,
Egregius martyr, præsul et Eusebius.

Quibus curis ita respondit ut et discipulus charus *in illo titulo dici meruerit. Nulla tum in universo mundo schola præclarior ; de qua alumnus aliquis in sermone de natali S. Eusebii, qui inter sermones S. Ambrosio adscriptos legitur, hæc coram plebe Vercellensi proloqui non dubitavit* (2) : Ex hoc autem, *scilicet S. Eusebio,* quasi quodam virtutum fonte lucidissimo, rivulorum hæc puritas emanavit. Nam quia castitatis vigore pollebat, propositum virginitatis instituit; quia abstinentiæ gloriabatur angustiis, monachorum introduxit forte servitium; quia blandimentis præditus erat lenitatis, cunctorum civium in Deum provocavit affectum ; quia pontificii administratione fulgebat, plures e discipulis suis elegit hæredes.
B Quamvis igitur nonnulli liberis suis relinquant auri argentique thesauros, nemo tamen sancto Eusebio ditiores reliquit ; siquidem omnes exstiterunt sacerdotes aut martyres. Nam, ut cætera taceam, illud quam admirabile est, quod in hac sancta ecclesia eosdem monachos esse instituit quos clericos; atque iisdem penetralibus sacerdotalia officia contineri, quibus et singularis castimonia conservatur; ut esset in ipsis viris contemptus rerum et accuratio levitarum : ut si videres monasterii lectulos, instar orientalis propositi judicares : si devotionem clerici perspiceres, angelici ordinis observatione gauderes. *Quæ omnia plana sunt et manifesta præter* monasterii lectulos; *sed quum hos in Gallias transtulerit S. Martinus Turonensis, atque alii alio, ex institutis gallicanis* (3) *aliisque intelligitur eos in hoc fuisse positos ut circum lectum episcopi essent in uno cubiculo, tamquam in singulari omnium castimoniæ præsidio, multi lectuli clericorum; qui clerici* concellaneos *appellat synodus Romana in causa Symmachi, Græci* syncellos. *In hac itaque perfectionis schola socios habuit* S. Honoratus
C *S. Limenium, qui eum in cathedra Vercellensi præcessit, S. Gaudentium, episcopum Novariensem, Exsuperantium, qui cum eo beatissimum magistrum in exsilium Scythopolitanum secutus est et dein episcopus factus est Dertonensis, atque etiam (ut videtur) S. Dionysium Mediolanensem* (4). *Aliorum interiit memoria, nisi placeat eos omnes admittere quos dabit Gaufredus Casalis* (5).

donec extremo anno 355 S. Eusebium cum aliis clericis secutus est in exilium Scythopolitanum, ubi multa perpessus et a S. Eusebio separatus.

7 *Clericalem simul et monasticam vitam in tam religiosa societate professus est* S. Honoratus *usque ad finem anni* 355 ; *quo anno S. Eusebius, post dissolutas omnes Arianorum in concilio Mediolanensi adversus S. Athanasium et symbolum Nicænum technas, a Constantio imperatore Scythopolim in Palæstina relegatus est. Secuti sunt eum aliquot presbyteri et diaconi, atque alii forsan fratres aliquot, ut apparet ex S. Eusebii epistola ad suos* (6). *Ex his cogniti S. Tegrinus presbyter* (7), *Exsuperantius* (8), *jam laudatus, et* S. Honoratus : *nam S. Gaudentius nonnisi visitationis causa S. Eusebium aliquando adiisse videtur* (9). *Versati sunt aliquandiu in hospitio sanctissimi viri Josephi comitis, qui ex pertinacissimo Judæo christianorum in illis partibus columen factus est et quem idcirco Baronius ad diem 22 julii sanctorum albo adscripsit* (10). *Sed paulo mox eripuit eis mors hunc defensorem : adeoque Patrophilus, episcopus oppidi, totus Ariomanita (ut loqui amabat S. Eusebius), liberius in eos furere cœpit. Quod ne in communi quidem cibo potuque cum eo ejusque sequacibus communicare voluerant S. Eusebius et socii, in carcere seu potius in brevissima cavea eos fame extenuaverat ; sed ne eorum mors sibi crimini verteretur, quarto die reduxerat eos in pristinum hospitium. Sed continuam populi erga beatos confessores reverentiam* vix fere viginti et quinque tolerare potuerunt *Ariani* dies. Erumpunt itaque denuo, *inquit S. Eusebius* (11), E et cum perdita multorum manu ad nostrum hospitium veniunt armati fustibus : per aliena claustra parietem rumpunt, et ad nos violenti perveniunt. Iterum [me] rapiunt et artiori custodia cum solo carissimo Tegrino presbytero recludunt. Nostros quoque fratres, id est presbyteros et diaconos omnes, rapiunt et includunt. Post triduum potestate sua per loca diversa in exilium mittunt.

An S. Honoratus secutus S. Eusebium in Cappadociam. Thebaïdem, Alexandriam, per Orientem et Illyricum? Exsilii finis.

8 *Quo tum missus fuerit* S. Honoratus *incompertum est ; neque omnino constat, quamquam summopere verisimile est, eum S. Eusebium secutum esse in Cappadociam et in Thebaidem superiorem : ter enim mutarunt Ariani S. Eusebii exsilii locum, non sine divino consilio, ut omnes Orientis partes tam strenuum fidei defensorem oculis suis cernerent* (12). *Huic relegationi finis demum impositus extremo anno* 361, *quum Julianus Apostata, Constantio succedens, omnes episcopos et clericos, religionis causa exsules, ad ecclesias suas redire permisit. Priusquam Vercellas repetiit S. Eusebius, Alexandriam, Antiochiam, Cappadociam, Orientem universum,* F *Illyricum et Italiam peragravit, orthodoxos in fide confirmans, hæreticos ad veram pietatem reducens aut redarguens. Quo in itinere an* S. Honoratum *comitem habuerit, neque hoc certo cognovimus : verumtamen id non tantum conjectura, sed et epitaphii testimonio probabile est, ubi quippe discipulus* UBIQUE magistro conjunctus *perhibetur ejusque* exilii pœnas et carceris *participasse. Carmina illa in memoriam revocare liceat :*

Exilii pœnas et carceris iste * subivit : * Eusebius.
Discipulus charus et socius pariter...
Terris ac cælo conjunctus ubique magistro
Eusebio consors hic Honoratus adest.

(1) Cfr Cusano, Discorsi, pag. 57. — (2) Sermo LVI, num, 3 et 4, Opp. S. Ambrosii, tom. IV, col. 720, edit. Migne. — (3) S. Gregorius Turonensis, Hist. eccles. Francorum, lib. VI, cap. 26, col. 404, edit. Migne. — (4) Cfr Tillemont, Mémoires ecclésiastiques, S. Eusèbe de Verceil, art. 16, tom. VII, pag. 255. — (5) Dizionario geografico degli stati del re di Sardegna, tom. XXIV, pag. 244. — (6) Baronius, Annales eccles. ad an. 356, num. 93.— (7) Epist. S. Eusebii ad suos ap. Baronium, etc. num. 93. — (8) Sermo de natali S. Eusebii, inter Ambrosianos LVI, Opp. tom. IV, col. 719. — (9) Acta SS. tom. II Januarii, pag. 417. — (10) Ibid. tom. V Julii, pag. 238 et seqq. — (11) Ap. Baronium, ad. an. 356, num. 98. — (12) Cfr Tillemont, Mémoires ecclésiastiques, saint Eusèbe, art. 14, tom. VII, pag. 253.

§ III.

AUCTORE V. D. B.

§ III. Dissidia in ecclesia Vercellensi post S. Limenii episcopi obitum. Literæ et iter S. Ambrosii ad Vercellenses. Electio S. Honorati. Felix ejus administratio. Laudes conjectura aut errore ei tributæ. Scripta de eo.

Post mortem S. Limenii, S. Eusebii successoris, turbatur ecclesia Vercellensis a duobus monachis hæreticis et ab ambitiosis aliquot cathedram prensantibus, ut electio fieri non posset;

Ecclesiam suam deinde pacifice rexit S. Eubius, usque dum anno 370, *die* 1 *augusti, hujus vitæ ærumnas et sollicitudines æterna requie et felicitate commutavit. Successit S. Limenius, natione Græcus, sed et S. Eusebii discipulus; qui quot annos cathedram Vercellensem tenuerit non omnino constat. Eum mortuum esse anno circiter* 388 *perhibet Cusanus; contra Tillemontius* (1) *et post eum Maurini* (2) *cum Joanne Villa* (3) *anno circiter* 396; *sed neutri niluntur antiquis apertisque testimoniis aliisve temporum indiciis. Verumtamen favet his S. Gaudentii Novariensis Vita, ut paulo mox videbimus. Hoc certum S. Limenium anno* 381 *cum S. Ambrosio concilio Aquilejensi interfuisse. Quum itaque vacaret Vercellensis sedes, gravissimæ turbæ animorumque divisiones ortæ sunt. Harum quidem jam pridem exstabant semina. Etenim, ut in S. Gaudentii Novariensis Vita* (4) *legitur*, postquam *S. Eusebii* pastoris absentia Vercellensem plebem destitutam antiquus hostis perspexerat, malignisquibusdam suasionibus atque interno bello memoratam Dei ecclesiam omnemque plebem visus est impugnare. *Sed triennali S. Gaudentii opera malo remedium aliquod allatum est. Quæ tamen curatio perpetua non fuit, novis supervenientibus irritamentis. Sarmatio et Barbatianus, ambo monachi Mediolanenses, disciplinæ severioris pertæsi, monasterium suum jam pridem deseruerant* C *et frustra a S. Ambrosio redeundi licentiam rogaverant. Quam repulsam ægre ferentes, adversus continentiam, jejunia aliasque institutionum monasticarum partes debacchari cœperunt* (5), *facti (ut loquitur S. Ambrosius* (6)*)* luxuriæ magistri, disseminatores incontinentiæ, incentores petulantiæ, obtrectatores pudoris. Venerunt *quoque* ad *Vercellenses iidem* vaniloqui homines, qui dicerent nullum esse abstinentiæ meritum, nullam frugalitatis, nullam virginitatis gratiam, pari omnes æstimari pretio, delirare eos qui jejuniis castigent carnem suam, ut menti subditam faciant (7). *Neque hæc sola dissidiorum erat causa. Fervebant etiam inter incolas simultates, mutuis injuriis exacerbatæ; et divites nonnulli flagrabant cupiditate conscendendæ S. Eusebii cathedræ et populum in partes distrahebant. Certe vir quidam opulentus digamus homines* D *prensasse videtur. Atque his aliisque causis fiebat ut locus non esset quietæ electioni, et ut idcirco differret S. Ambrosius, Mediolanensis antistes, Vercellas se conferre, ut novum crearet episcopum. Interea querebantur complures tam diu vacare episcopalem sedem. Cujus vacationis crimen in sanctissimum metropolitam conjectum est, instigatione verisimiliter Sarmationis et Barbatiani.*

scribit ad eos S. Ambrosius ut dilatæ electionis crimen a se avertat

10 *Nolim autem hoc loco agere de auctoritate Mediolanensis præsulis. Joannes Villa in egregio suo libro de metropoli et metropolita Mediolanensibus* (8) *luculente post alios ostendit sæculo* IV *adulto Mediolanensem antistitem metropoliticam auctoritatem exercuisse in ecclesias Liguriæ, Æmiliæ, Flaminiæ et Venetiarum; quæ tum non civitatis nomen erat, sed regionis: et imprimis Vercellas ei fuisse obnoxias; quod vel maxime ex S. Ambrosii epistola, mox alleganda, constat. Quum itaque tristia illa nuntia ad beatissimi viri aures pervenissent, scripsit ad Vercellenses literas vere pastorales; quibus hanc insolitam præmisit salutem* (9) : Ambrosius, servus Christi, vocatus episcopus, Vercellensi ecclesiæ E et iis qui invocant nomen Domini Jesu Christi. Gratia vobis a Deo Patre et Unigenito Filio ejus adimpleatur in Spiritu Sancto. *Dein ita exorditur:* Conficior dolore, quia ecclesia Domini, quæ est in vobis, sacerdotem adhuc non habet, ac sola nunc ex omnibus Liguriæ, atque Æmiliæ, Venetiarum vel cæteris finitimis Italiæ partibus hujusmodi eget officio, quod ex ea, *scilicet ecclesia Vercellensi,* aliæ sibi ecclesiæ petere solebant, *inde episcopos accipere lætæ;* et quod verecundius est, mihi adscribitur vestra intentio *seu pervicacia,* quæ affert impedimentum. Nam quum sint in vobis dissensiones, quomodo possumus aut nos aliquid decernere, aut vos eligere, aut quisquam acquiescere ut inter dissidentes suscipiat hoc munus, quod inter convenientes vix sustinetur?

et ut eos hortetur ad consentiendum in episcopum, cathedra monastica S. Eusebii dignum. F

11 *Deinde eos ad concordiam, quæ in electione S. Eusebii, viri Sardi, olim apparuit, hortatur, proponens eis Christum debere esse in medio eorum. Post invehitur in Sarmationem et Barbatianum, Epicuro deteriores. Quorum doctrina confutata, progreditur ad declarandum quæ dotes in episcopo requirendæ sint et quantum periculum exsistat, si indignus eligatur aut digno non obediatur: divinam itaque esse debere electionem, nequaquam vero divitiis aut factionibus comparatam; neque, ut contra canones et S. Pauli legem eligatur digamus, suam ipsius electionem, adversus canones factam, in exemplum proponi posse, in qua quippe prævaluerit populi impressio, judicio episcoporum Occidentalium et imitatione Orientalium comprobata.* Quodsi, *ait deinde,* in aliis ecclesiis tanta suppetit ordinandi sacerdotis consideratio, quanta cura expetitur in Vercellensi ecclesia, ubi duo pariter exigi videntur ab episcopo, monasterii continentia et disciplina ecclesiæ! Hæc enim primus in Occidentis partibus diversa inter se

(1) Mémoires ecclésiastiques, saint Ambroise, art. 77, tom. X, pag. 110. — (2) Opp. S. Ambrosii, tom. I, col. 111; tom. IV, col. 1188. — (3) Fasti della Metropoli etc. pag. 42. — (4) Acta SS. tom. II Januarii. pag. 419. — (5) S. Ambrosii epist. LXIII, num. 9, Opp. tom. III, col. 1191, edit. Migne. — (6) In Ps. XXXVI, num. 49, Opp. tom. I, col. 991. — (7) S. Ambrosii epist. cit. num. 7. — (8) Fasti della metropoli e del metropolitano di Milano, Milano 1850. — (9) Epist. LXIII, Opp. tom. III, col. 1189 et seqq.

A Eusebius sanctæ memoriæ conjunxit; ut et in civitate positus instituta monachorum teneret, et ecclesiam regeret jejunii sobrietate. Multum enim adjumenti accedit ad sacerdotis gratiam, si ad studium abstinentiæ, et ad normam integritatis juventutem astringat, et versantes intra urbem abdicet usu urbis et conversatione. *Quanti vero viri episcopi sint oporteat, exemplis S. Eusebii Vercellensis et S. Dionysii Mediolanensis docet; et demum necesse esse ut ipsa christiana plebs omnigenarum virtutum splendore præclara sit copiose prosequitur.*

Vercellas dein pergit S. Ambrosius, ubi populi consensu clerique electione episcopum creat S. Honoratum, *anno circiter* 396.

12 *Viam per hæc sibi paravit S. Ambrosius ad Vercellenses; quos, ut ex S. Gaudentii Novariensis Vita cognovimus, adivit. Illic enim hæc legimus* (1) : Non multo post *miraculum incendii signo crucis restincti*, cum vir beatissimus, decus ecclesiarum, Ambrosius, sanctæ Mediolanensis ecclesiæ pontifex, pro quadam plebium dissensione ad Vercellensem urbem properasset, et, instar solis radiis orbem totum illustrans, inibi perennem pacis concordiam reliquisset, festinat ad sedem propriam remeare.

B *Transivit itaque Novariam : qua occasione prædixit S. Gaudentio eum episcopum futurum, et eidem S. Gaudentius eum non multo post moriturum. Et quidem, ut pergit biographus* (2), non longum post tempus secundum B. Gaudentii vaticinium glorioso excessu migravit ad Dominum *S. Ambrosius. Quum autem S. Ambrosius initio aprilis anni* 397 *vita functus sit, propterea supra diximus S. Gaudentii Vitam favere iis, qui dissidia Vercellensia, S. Limenii mortem et* S. Honorati *electionem ad annum Christi* 396 *referant. Parum enim verisimile videtur complures annos vacasse Vercellensem cathedram; tunc enim longum temporis spatium habebatur, siqua sedes menses aliquot sine episcopo esset. Visus itaque est* S. Honoratus *omnium dignissimus, qui SS. Eusebio et Limenio succederet; aut a populo postulatus et a S. Ambrosio aliisque comprovincialibus episcopis et clero Vercellensi electus, aut ab his electus seu propositus et populi clamore atque assensu comprobatus. Recte itaque S. Maximus Taurinensis, qui ante medium sæculum* v *floruit, partim de-*

C *scribens verba sermonis, S. Ambrosio adscripti atque supra num.* 6 *jam adducti, dixit in altero sermone seu tractatu de S. Eusebio* (3): Plures discipulos reliquit sui sacerdotii successores, *nempe SS. Limenium et* Honoratum. *Spem de se conceptam plane non fefellit* S. Honoratus; *quippe qui in titulo sepulcrali magistro S. Eusebio æquiparetur, atque hoc quoque decoretur encomio :*

Hic pater ecclesiam docuit hanc dogmate recto,
Sermones complens actibus ipse suos.

S. Ambrosio morienti adest S. Honoratus *eique viaticum administrat.*

13 *Exinde singularem cum S. Ambrosio amicitiam coluisse videtur* S. Honoratus. *Certe adfuit sanctissimo metropolitæ, quum hic circa initia mensis aprilis anni* 397 *in gravem morbum incidit, quo mox extinctus est. Ad sanctum præsulem, in porticu jacentem, non accurrerant solum ejus diaconi Castus, Polemius, Venerius (qui post S. Simplicianum S. Ambrosio successit) et Felix, qui deinde Bononiensi ecclesiæ præpositus est, atque ejus notarius Paulinus, qui beatissimi viri Vitam hortatu S. Augustini scripsit, sed advenit etiam S. Bassianus, Laudensis episcopus, et similiter* S. Honoratus, *a Deo designatus, qui viatico ad supremum iter muniret mirabilem virum. Quæ res testimonio Paulini notarii constat :* Honoratus etiam, *ait ille* (4), sacerdos ecclesiæ Vercellensis, cum in superioribus domus se ad quiescendum composuisset, tertio vocem vocantis se audivit, dicentisque sibi : « Surge, festina, quia modo est recessurus. » Qui descendens, obtulit sancto Domini corpus : quo accepto, ubi glutivit, emisit spiritum, bonum viaticum secum ferens; ut in virtute escæ anima refectior, angelorum nunc consortio, quorum vita vixit in terris, et Eliæ societate lætetur. *Facta sunt hæc nocturno tempore inter feriam sextam in parasceve et sabbatum sanctum anni* 397, *natali sancti viri martyrologiis inscripto ad diem* 4 *aprilis. Vixit deinde* S. Honoratus *usque ad annum* 415; *quo anno,* E *ut in veteri ecclesiæ S. Eusebii pictura scriptum est, successit ei S. Cælius seu Ducælius* (5). *Die autem* 29 *octobris eum e vivis recessisse et depositum fuisse in basilica S. Theonesti, deinde dicta S. Eusebii, docuimus supra.*

Plura minus certa traduntur de S. Honorato.

14 *Referunt ad* S. Honorati *laudem Vercellenses* (6) *quod ejus episcopatu S. Julius presbyter et S. Julianus diaconus verbum Dei prædicarunt in diœcesi Vercellensi. Sed in horum Vita, quæ in his Actis nostris edita est ad diem* 31 *januarii* (7), *nihil reperitur de hac Vercellensi prædicatione, hac tantum de causa inventa ut ratio redderetur quare jam pridem illic agatur S. Julii festum die* 19 *januarii et S. Juliani die* 31 (8). *Affirmant insuper* S. Honorati *labores et sollicitudines plurimum fuisse aucta, quod Arbogastæ et Theodosii bellis Vercellæ vastatæ fuerunt : sed hæc vastatio non videtur niti nisi conjecturis* (9). *Amicus quoque dicitur fuisse* S. Honoratus *S. Paulini Nolani; sed non aliam ob causam nisi quod Paulinus, S. Ambrosii notarius et biographus, qui ejus (ut vidimus) meminit, idem aliquan-* F *diu creditus est ac Nolanus episcopus* (10). *Quoniam autem in epitaphio dicitur* S. Honoratus sermones complevisse actibus *atque ei imprimis pugnandum fuit adversus Sarmationem et Barbatianum, virginitatis, jejunii vitæque severæ hostes, idcirco in lectionibus liturgicis laudatur quod omnium virtutum splendore effulsit, non cessans ab oratione, abstinentia et jejunio, spiritu fervens, animi purissimi et altissimæ humilitatis* (11) : *quibus laudibus adde reliquas omnes, sive quibus nemo sanctus sit. Cusanus etiam perhibet* S. Honorati *auctoritatem multum valuisse ut S. Simplicianus, ab ipso S. Ambrosio designatus, huic sanctissimo episcopo in cathedra Mediolanensi succederet; idque constare ex pluribus memoriis manu exaratis. Sed quidni*

(1) Acta SS. tom. II Januarii, pag. 419. — (2) Ibid. pag. 420. — (3) Homilia LXXIX, ap. Migne, Patrologia, tom. LVII, col. 419. — (4) Ante Opp. S. Ambrosii, tom. I, col. 43. — (5) Ughelli, Italia sacra, tom. IV, col. 761. — (6) Cfr Cusano, Discorsi, pag. 58; Gallizia di Giaveno, Atti de' santi de' domini della R. casa di Savoja, tom. II, pag. 336. — (7) Acta SS. tom. II Januarii, pag. 1100 et seqq. — (8) Cfr Calendarium Eusebianum, ap. Cusanum, Discorsi, pag. 312. — (9) Cfr Casalis. Dizionario geografico etc. pag. 250 et seqq. — (10) Cfr Maurini editores Opp. S. Ambrosii, tom. I, col. 45 et 46. — (11) Gallizia di Giaveno, tom. II, pag. 336. Cfr Ferrarius, Catalogus SS. Italiæ, ad 29 octobris.

producuntur

AUCTORE V. D. B.

Qui de eo præcipue scripserint.

producuntur hæ memoriæ? Verisimiliter nonnisi conjecturis nituntur.

15 *Breves Vitæ* S. Honorati *exsistunt in Vitis episcoporum Vercellensium Joannis Baptistæ Modenæ; in Vitis episcoporum Vercellensium, Eusebii scilicet et successorum ejus Joannis Stephani Ferrerii; in Catalogo sanctorum Italiæ Ferrarii atque in Hagiologio Italiæ, quæ est altera fere ejusdem libri editio; in Ecclesia Vercellensi Alexandri Mellæ Arborii; in Cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum et abbatum Pedemontanæ regionis historia Francisci Augustini ab Ecclesia; in Vitis episcoporum Vercellensium Aurelii Corbellinii; in Sanctorum ecclesiæ Vercellensis episcoporum elogiis et carminibus Caroli Sarterii; in Italia sacra Ughellii; in Sermonibus historicis de episcopis Vercellensibus Marci Aurelii Cusani, in Actis Sanctorum ditionis Sabaudicæ domus Petri Hyancinthi Gallizia di Giaveno; in tomo XXIV Lexici geographici ditionis regum Sardiniæ Gaufredi Casalis et in pluribus collectionibus et lexicis hagiographicis aut ecclesiasticis italicis, gallicis, germanicis. De eo quoque scripsit Tillemontius, omnium longe diligentissime, sed sparsim, in suis Memoriis. Verum hæc pleraque jam adduximus. Quod passim in hac sylloge usi sumus epistola S. Ambrosii ad Vercellenses, quam aliqui volunt genuinam non esse, et Vita S. Gaudentii Novariensis, quæ non ante sæculum* VII *conscripta sit, non imprudenter fecimus. Tillemontius enim in Memoriis ecclesiasticis, Maurini in editione Operum S. Ambrosii et Hermant in Vita S. Ambrosii ab illa epistola omnes tenebras ita dispulerunt, ut ejus sinceritas omnino nunc splendeat. Sed revera S. Gaudentii Vita recentior est, non tamen carens auctoritate, utpote quæ secundum bona documenta scripta est; nec quidquam inde desumpsimus quod aliis monumentis non fulciatur.*

DE SANCTO GAUDIOSO EPISCOPO

AFRICANO CONFESSORE

NEAPOLI IN CAMPANIA

J. V. H. **SYLLOGE HISTORICA**

§ Unicus. Sanctus ab homonymo Salernitano distinctus; ex Africa exsul, Neapoli monasterium construit, ubi sanguinem portentosum S. Stephani condit; ejus obitus; Reliquiæ hactenus conservantur.

ANNO 453 AUT 468 S. Gaudiosus *Afer, in variis Martyrologiis laudatus,*

Martyrologium Romanum hodiernum hisce verbis prædicat Sanctum : Neapoli sancti Gaudiosi, episcopi Africani, qui ob persecutionen Wandalorum in Campaniam veniens, in monasterio apud eamdem urbem sancto fine quievit. *Ex Actis S. Agnelli abbatis, dicit Card. Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum, cognominatum illum fuisse* Septimum Cœlium. *In Kalendario Marmoreo Neapolitano, quod secundum eruditos sæculo christiano* IX *tribuitur, cujusque sex priores menses docte commentatus est Alexius Mazochius* (1), *habemus ad* XXVII *octobris* : DEP. GAUDIOSI EPI, *id est* : depositio Gaudiosi episcopi. *Jam ad diem* XXVI *octobris dum ageremus de S. Gaudioso, Salernitano episcopo, diximus, incertum nobis esse, quem Gaudiosum, Salernitanum an Afrum indigitet kalendarium marmoreum* (2), *præsertim quum Salernitani etiam Reliquiæ Neapoli quiescant* (3). *Nullus dubitarem Africanum antistitem indicari, si in diem sequentum memoria ejus indicaretur; sed Gaudiosus iste episcopus, medius stat inter diem* XXVI *octobris, quo Salernitanus et* XXVIII *ejusdem mensis, quo Afer celebratur. Uter vero apud Neapolitanes celebrior fuerit, ut nomen in kalendario appingeretur, nobis ignotum est : certe hodie in Directoriis liturgicis Neapolitanis, quæ coram habeo, neuter aliquo ritu colitur.*

a S. Gaudioso Salernitano distinctus,

2 *Quæ autem de* S. Gaudioso *Afro reliqua fecit nobis antiquitas ex S. Victoris Vitensis Historia Persecutionis Vandalicæ et traditionibus Neapolitanis desumenda sunt. Probe imprimis distinguendus est, ait Card. Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum die* XXVI *octobris*, Gaudiosus *episcopus Africanus ab ejus homonymo Salernitano : neque solum quia Salernitani Reliquiæ olim Salerni quieverunt; sæpe enim ejusdem Sancti ossa duobus in locis, imo pluribus reperiuntur. Sed præcipue quia Gaudiosus Salernitanus in sede sua diem suum clausit, dum Africanus in constructo a se monasterio vitam suam finivit. Dein, quod peremptorium est, Salernitanus circa medium sæculum septimum floruit* (4); *ast* Gaudiosus *noster Africanus medium sæculum quintum vix supergressus est; nempe furente Genserici persecutione, exsul Neapolim Campaniæ appulit, ac ibidem reliquum vitæ exegit. Quo autem definite anno Neapolim incolere cœpit anno* S. Gaudiosus

(1) Vetus Kalend. marmor. Neapolit. tom. I, pag. XVIII et seqq. Angel. Mat.. Scriptt. Vett. Nova collect. tom. M, pag. 58. — (2) Acta SS. tom. XI Oct. pag. 901. — (3) Ibid. pag. 902 et 903. — (4) Ibid. tom. XI Octobris, pag. 901.

A diosus, *accurate indicari non potest, quum præcipuus ac fere unicus hujus persecutionis testis, Victor Vitensis, de Sancto nostro nihil expresse dicat.*

tempore persecutionis Vandalicæ Abitinæ episcopus fuit;

3 *Scimus ex Chronico S. Prosperi Aquitani* (1) *sub consulatu Theodosii* XVII *et Festi, id est anno* 439 Gensericum XIV kal. novembris (XIX *octobris*) Carthaginem dolo pacis invasisse, omnesque opes ejus, excruciatis diverso tormentorum genere civibus, in jus suum vertisse. Nec ab ecclesiarum despoliatione abstinens, quas et sacris vasis exinanitas, et sacerdotum administratione privatas, non jam divini cultus loca, sed suorum jussit esse habitacula : in universum captivi populi ordinem sævus, sed præcipue nobilitati et religioni infensus, ut non discerneretur, hominibus magis, an Deo bellum intulisset. *Inter hos, quos religionis causa persecutus est Gensericus, suum etiam locum habet noster sanctus* Gaudiosus, *quem Ughelli dixit, fuisse* episcopum Bithyniæ (2). *Sed nulla est in Africa sedes Bithyniensis episcopi : sed e contrario est in Africa Proconsulari* sedes Abitinensis, *quam occu-*

B *passe credimus* S. Gaudiosum; *ita enim sentiunt Theod. Ruinart De Persecut. Vandal.* (3). *et Steph. Morcelli* (4) : *neque sine fundamento. Etenim, inquit Ruinart,* Abitina urbs erat ex Proconsulari, et quidem satis celebris, ut liquet ex ejusdem provinciæ antistitum epistola synodica ad Paulum Patriarcham Constantinopolitanum, quæ in concilio Lateranensi sub S. Martino actione II lecta fuit. Ipsi quippe inter aliis subscripsit « Augustalis gratia Dei episcopus sanctæ Ecclesiæ Abitinensis. » Abitinensium Martyrum, qui antea mendose Alutinenses Martyres appellabantur, Acta protulimus inter alia sincera ad annum 304; ex quibus etiam patet, hanc urbem ad Proconsularem pertinuisse. Antiquam esse episcopi sedem ex concilio Carthaginensi sub S. Cypriano colligitur, cui inter alios rebaptizantes interfuit « Saturninus ab Avitinis. *Refert Morcellius Abitinam urbem* non longe a Membressa *sitam fuisse. Membressa autem secundum Itineraria antiqua Carthagine distat* 51 *millia passuum seu leucis gallicis* 17 (5).

circa an. 440 in exsilium actus,

4 *Eodem verisimiliter tempore, quo S. Quodvultdeus, Carthaginensis episcopus, de quo actum fuit ad diem* XXVI *octobris* (6), *exsulavit etiam sanctus noster* Gaudiosus. *Non videtur tamen eidem, ac S. Quodtvultdeus, navi impositus. Nam apud Victorem Vitensem legimus,* Quodvultdeum et maximam turbam clericorum navibus fractis impositos, nudos et exspoliatos expulsos fuisse (7), *quin alius episcopi mentio fiat. Quapropter solus Carthaginensis navi fractæ impositus fuit, quum alios episcopos, ut ait Alexius Mazochi* (8), *in* turbam clericorum *non conjecissent. Habemus ex Actis S. Castrensis ad diem* XI *februarii aliud navigium, similiter confractum et ad oras Campaniæ appulsum, in quo exsularunt cum S. Castrensi, cujus Acta ad diem* XI *februarii edita sunt* (9) *alii undecim episcopi, videlicet SS. Rossius, cujus Acta exstant sub die* XVI *maji* (10), *Secundinus, Heraclius, Benignus, Priscus, Elpidius, Marcus, Augustus seu Augustinus, Canion, Vindonius et Tammarus, de quibus, si Benignum, quem in nullo Catalogo sanctorum recensitum reperi, excipias, agitur ad diem* I *septembris* (11). *In hac episcoporum turma* Gaudiosus *noster non nominatur. Quia tamen constans est et antiquissima Neapolitanorum traditio, illum et Afrum fuisse et a Vandalis expulsum et appulsum in oras Campaniæ, non potest esse dubium, quin eodem, ac cæteri, modo in exsilium actus, particeps fuerit ejus orationis, quam S. Castrensis effudit,* ut quos ab uno solo pro nominis sui gloria transferre dignatur, infra unius patriæ terminos sua pietate concedat, ut nostra corpora sepeliantur.

AUCTORE J. V. H.

secum Neapolim detulit sanguinem S. Stephani Protomartyris,

5 *Refertur* S. Gaudiosus, *dum ex Africa exsul proficisceretur, secum transtulisse Neapolim ampullam vitream concreti sanguinis S. Stephani Protomartyris.* Hæc ampulla, *inquit Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum sub die* III *augusti,* hactenus ibidem in ecclesia S. Gaudiosi religiose asservatur : ubi adhuc miraculum perseverat, ut super altari ampulla posita, dum sacra Missarum E solemnia peraguntur, liquescere, velut recens effusus sanguis, aliquando conspiciatur; idque hac ipsa die, qua S. Stephani corporis inventio celebratur. Sed illud plane admiratione dignissimum, quod quum olim annis singulis tertio augusti id fieri consueverit; ipso etiam anno, quo auctoritate sanctiss. mem. Gregorii Papa XIII restitutum est Romanum Kalendarium, ad formam reductionis anni, non ut olim decem post dies, sed eadem ipsa festa die, sanguis visus est ebulisse, sicque annis sequentibus, idemque accidit de sanguine S. Joannis Baptistæ. Est ejus rei fidissimus ac sincerissimus testis inter alios illustriss. ac reverendiss. D. Franciscus Maria Taurusius S. R. E. nunc cardinalis, qui nostræ congregationis Oratorii, Neapoli exsistentis, olim præfectus, quum in altari, ubiam pullasanguinis erat, sacras Missas ageret, concretus instar lapidis visus est liquescere totus in guttas.

qui, ut videtu Uzala translo tus, certis di bus

6 *Censet porro laudatus Baronius hanc ipsam ampullam, ex Africa Neapolim translatam, esse eamdem, quæ Uzalæ publicæ venerationi olim exposita fuerat, aut saltem illi admodum similem. Uzalæ enim (quæ est civitas Uticæ vicina, adeoque in provincia Proconsulari) asservabatur ampulla, concreto sanguine S. Stephani plena, ut satis liquet ex libris duobus, de Miraculis S. Stephani* (12), *ubi dicitur lib.* I, *cap.* I (13) : Sacræ Dei famulæ, *seu sanctimoniali* ampulla quædam demonstratur intra se habens sanguinis quamdam aspersionem et aristarum quasi ossium significationem... Ampullam, sicut oculis suis viderat ancilla Dei in somnii revelatione, sic inter manus suas accepit postea sacerdos. *Sanguinis S. Stephani etiam ad alia loca deportati testimonium fert Marc. Anton. Boldetti in suo opere de Cœmeteriis Martyrum* (14) *Cæterum ampulla Neapolitana, ut narrat Franc. de Magistris in libro de Statu Ecclesiæ Neapolitani* (15), *denuo inventa fuit anno* 1561, *die* 1 *septembris. Notamus obiter Card. Baronium Mar-*

(1) Migne, Patrol. tom. LI, col. 598. — (2) Ital. Sacra, tom. VI, col. 43. — (3) Migne, Patrol. tom. LVIII, col. 406. — (4) Afric. christ. tom. I, pag. 64. — (5) Æthici Cosmographia, pag. 90. Edit. Basil. 1575. — (6) Acta SS. tom. XI Octob. pag. 845. — (7) Migne, Patrol. tom. LVIII, col. 187. — (8) Vetus marmoreum kalendarium, tom. I, pag. 39. — (9) Acta SS. tom. II Febr. pag. 527. — (10) Ibid. tom. III Maji, pag. 577. — (11) Ibid. tom. I Septemb. pag. 200. — (12) Migne, Patrol. tom. XLI. col. 834, — (13) Ibid. loc. cit. — (14) Osservaz. sopra cemat. Dei SS. Mart. (15) Pag. 330.

tyrologium

AUCTORE J. V. H.

tyrologium cum notis edidisse primum anno 1586 : *adeoque annis* XXV *post inventionem ampullæ* (1). *Quum demolito altari Cappellæ SS. Conceptionis in æde sacra* S. Gaudiosi, fuerunt, *ait auctor*, inventæ duæ ollæ, una vitrea et cretacea altera, et in illa vitrea erat dicta ampulla vitrea cum dicto sanguine, et in illa cretacea, quædam parvæ capsulæ ligneæ fuerunt inventæ cum multis Reliquiis, quæ solenniter in sacrario fuerunt repositæ. Ubi licet dicti præsules et canonici magnam adhibuissent diligentiam ad videndum, quænam materia erat contenta in dicta ampulla vitrea, dum inspiciebatur quædam materia nigra, crassa, dura et congelata, ac proinde post multa concluserunt eam reponere in eodem loco. Nihilominus Canonicus Lucianus, vir sanctæ existimationis et bonæ vitæ, quum dictam ampullam magna fide et spe replenus recepisset in suis manibus, tactus in corde a sancto Protomartyre, cœpit ejus nomen invocare cum antiphona « Ecce video cœlos apertos. »

portentose ebullit.

7 Quibus verbis prolatis per canonicum, dictus sanguis cœpit ebullire et liquefieri, et quanto magis effundebantur preces in ejus Sancti honorem, eo fortius sanguis ebulliens crescebat, ex quo necesse fuit, eum in duabus aliis phialis reponere. Unde magno gaudio dictum magnum thesaurum fuit servatum (*sic*), quod in omnibus anni solemnibus festivitatibus venerandum in eadem ecclesia publicatur, et dum est in publico semper ebullit et liquefit, et dum reponitur indurare videtur : sicut practicatur in sanguine S. Joannis Baptistæ, S. Januarii et S. Patritiæ. *Præsules ac canonici qui dictæ inventioni testes fuerunt, et qui in supra dicto textu allegantur, sunt Julius Pavesius, archiepiscopus Surrentinus, tunc vicarius generalis Neapolitanus ac canonici Lucianus Rappulo, Felix de Dominico, Fabricius Grasso et Fabius Polverino. Nos præterire non debet, frequentissimas esse in regione Neapolitana SS. Martyrum sanguinis liquefactiones. De S. Patricia, patrona Neapolitanorum fuse egerunt nostri ad diem* XXV *augusti* (2).

Dum Afri episcopi variis locis ecclesiis inserviunt,

8 *Episcopi, ex Africa in oris Campaniæ exsules, suis etiam hospitibus proficui fuerunt. Quod quidam Angelus Domini sanctis confessionibus prædixerat, ut legimus ad diem* XI *februarii in Actis S. Castrensis num.* 5 (3) : Omnes, *ait*, sciatis, quia Rex æternus unicuique vestrum præparatum habet locum, in quo et vos ipsi in Christo quiescatis, et multitudinem in illis partibus commorantium populorum ab omni errore absolvatis. *Enimvero apud Campanos traditio est, varios episcopos Afros Ecclesiis præfuisse, saltem, ut hodie dicimus, tamquam commendatarios : sic S. Castrensis Suessæ, S. Priscus Capuæ, S. Tammarus Beneventi, S. Adjutor apud Cavam, S. Elpidius Atellis operam suam præstitisse traduntur* (4). *Ast nihil simile legimus de nostro* Gaudioso, *sive quia jam grandævus labori apostolico in externa provincia vacare non valebat, sive mortem vicinam pertimescens pro more multorum sanctorum virorum, reliquum vitæ Deo sibique impendere cogitabat. Quemadmodum igitur fidem, quam ex Italia seu Roma acceperant, episcopi Afri in oris Campaniæ ab* omni errore absolvebant; *sic quoque monasticum institutum, Mediolano in Africam per S. Augustinum traductum* (5), S. Gaudiosus *novo monasterio, novisque sanctitatis exemplis instauravit.*

noster episcopus monasterium construit;

10 *Etenim jam ab initio incolatus Neapolitani monasterium molitus est* S. Gaudiosus, *et quidem circa medium sæculum quintum. Elegit sibi locum ab hominum commercio sejunctum, extra mœnia civitatis Neapolitanæ, ubi sub clausura cum sociis permansit. Hoc autem monasterium fundavit Sanctus statim ac exsilii locum attigit, seu circa annum Christi* 440. *Nam S. Nostrianus, cujus Acta dederunt nostri ad diem* XVI *augusti* (6), *circa annum* 444, *ut ex ejus successoribus, Timasio et Felice verisimillime liquet* (7), *defunctus, dicitur apud Joannem diaconum S. Januarii* (8): sepultus in ecclesia B. Gaudiosi, Christi confessoris foris urbem euntibus ad S. Januarium martyrem, in porticu sita. *Neque mihi dubium est, quin* S. Gaudiosus *disciplinam monasticam, qualis vigebat in Africa, in monasterium traduxerit : adeoque Regulam S. Basilii monachorum ibidem minime observatam fuisse. Cæterum dictum monasterium sub S. Agnello abbate; qui exeunte sæculo sexto floruit* (9), *cujusque Acta ad diem* XIV *decembris illustrabuntur, dedit mulieri cuidam et quatuor filiabus libidinosis, quæ spreto mundo et concupiscentiis frenatis, ad vitam religiose agendam omnino se devoverunt : quas S. Agnellus monasticis vestibus induit et in monasterium induxit. Hæc fere Francisc. de Magistris, qui anno* 1676 *scripsit de Statu Ecclesiæ Neapolitanæ et addit* (10), in eo monasterio multas alias ipsam matronam secutas fuisse et ad præsens octoginta hoc in loco adesse sanctimoniales sub Regula S. Benedicti et pro cultu divino octo adesse sacerdotes, unum confessarium et duos clericos.

in quo sancte obit et sepelitur :

11 *In monasterio a se constructo obiit* S. Gaudiosus *ac in hypogeo ecclesiæ sepulturam nactus est. Corpus ejus in arcosolio compositum fuit. Est autem arcosolium monumentum arcuatum, in pariete excisum* (11). *Istud arcosolium situm est in crypta S. Mariæ Sanitatis; nam tale postea nomen sortitum est monasterium* S. Gaudiosi (12). *In fronte est inscriptio, infeliciter mutila, quam presbyter Neapolitanus, D. Aloysius Parascandalo exhibet* (13):

HIC REQUIESCIT IN PACE S. GAUDIOSUS
EPISC. QUI VIXIT ANNIS LXV.... US DIE
VI KALE. NOVEMBRES CO.... DIC VI.

Ex hisce verbis aliquousque divinare licet annum emortualem sancti nostri; quoniam obiisse dicitur indictione VI, *quæ ab anno* 440, *quo in Campaniam appulsus est, incidit in annum Christi* 453 *et* 468 : *alteruter itaque annus* S. Gaudioso *emortualis fuit : si nomen*

(1) Biographie univ. v° *Baronius.* — (2) Acta SS. tom. V Augusti, pag. 199. — (3) Ibid. tom. II Febr. pag. 526. — (4) Monachus Santuar. Capnan. — (5) Cfr Acta SS. tom. tom. VI, Octob. pag. 829 et seqq. Vita S. Augustini a Maurinis lib. III, cap. V, num. 4. Migne, Patrol. tom. XXXII, col. 174. — (6) Acta SS. tom. III Aug. pag. 294. — (7) Parascandalo. Memorie della Chisa di Napoli, tom. I, pag. 70 et seq. — (8) Muratori. Scriptor. Rer. Italic. tom. I, part. II, pag. 295. — (9) Mazochi. Vetus marmor. kalendar. tom. I, pag. 8. — (10) De statu Eccl. Neap. pag. 329. — (11) Martigny. Dictionn. des Antiquités chrét. v° *Arcosolium.* — (12) Parascandalo, Memorie, tom. I. pag. 852. — (13) Ibid. pag. 68. Cfr Acta SS. tom. XI Octob. pag. 852.

consulis,

A *consulis, musivo opere indicati, non excidisset. Sed quum incertus sit; adeoque et annus emortualis, in alterutra indictione ponendus obitus. Nam ante annum* 439 *exsul non fuit* S. Gaudiosus, *nec post annum* 468 *poni potest annus obitus; quoniam sequens indictio sexta usque ad annum* 483 *pertingit: quo casu sanctus anno ætatis suæ decimo octavo Neapolim attigisset, quo certe episcopus non fuisset. Itaque annus sancti emortualis fuit aut* 453 *aut* 468. *Quapropter in capite hujus sylloges scripsi* S. Gaudiosum *obiisse anno Christi* 453 *aut* 468. *Fateor tamen ipsam imaginem monumenti lithographice expressam, quam exhibet laudatus presbyter Parascandalo, scrupulum mihi movere: etenim post verba* vixit annis *pro numero* LXV *clare legitur littera* M *et post intervallum unius litteræ* VS, *ita ut prius elementum quinque, secundum sepultus significare possit.*

a Stephano II episcopo Neapolitano,

12 *Jam dictum fuit in Actis S. Quodvultdei ad diem* XXVI *octobris* (1), *Sanctum requievisse in ecclesia* S. Gaudiosi *intra urbem et translationem illam celebratam fuisse a Ste-*
B *phano II, episcopo Neapolitano, qui sæculo octavo floruit. Sed in chronotaxi istius episcopi nonnulla mihi incerta occurrunt. Joannes, diaconus Neapolitanus in Chronico episcoporum, docet Stephanum II sedisse annos* XXXIII, *menses* V, *dies* XXVII (2). *Idem tempus pontificatui Stephani assignat Catalogus Blanchinianus, a presbytero Parascandalo citatus* (3). *Ex alia vero parte habemus,* Domnum Stephanum summum Apostolicum *(is est, Stephanus Pp. III) electum Neapolitanum* regulari promotione episcopum consecrasse. *Ast Stephanus Papa ordinatus primum fuit die* VII *augusti anni* 768: *adeoque post suam ordinationem primum* regulari promotione *Stephanum Neapolitanum consecrare potuit. Unde etiamsi Stephanus papa Neapolitanum statim post suam ordinationem consecrasset, addendo anno vulgari* 768 *annos* XXXIII *menses* V *et dies* XXVII, *obitus episcopi Neapolitani in annum* 802 *et mensem incidimus februarium. Nihilominus idem Joannes diaconus dicit Stephanum Neapoli sedisse episcopum* temporibus Stephani et Hadriani Apostolicorum... sepul-
C tum in monasterio S. Januarii currente... indictione octaba (4). *Quæ duo cum annis episcopatus Stephani minime concurrunt. Nam exeunte decembri anni* 795, *Hadriano Papa jam successerat Leo III: ac proin addendum esset, Stephanum episcopum fuisse etiam* temporibus Leonis: *dein indictio octava currebat a mense septembri* 799: *isto igitur anno aut sequenti obitus Stephani episcopi consignandus est.*

anno 799 *defuncto,*

13 *Ex dictis manifestum est, Joannem diaconum sibi non constare: adeoque a tempore episcopatus Stephani demetendos esse tres annos, aut addendum esse tempus Leonis Pp. III aut tandem corrigendam esse indictionem. Ad quam emendationem, quum nullum habeamus elementum idoneum, relinquere in medio coacti sumus. Sed non obstantibus istis tricis chronologicis, certum ex eodem Joanne diacono, quod Stephanus episcopus* intra eamdem urbem *(Neapolitanam)* tria fecit monasteria, quæ ad nomen Sancti Festi, et Sancti Pantaleonis martyrum, Sanctique Gaudiosi confessoris prætitulavit. In quibus regulares virgines, pluribus rebus oblatis, sub abbatissæ disciplina statuit. Addidit etiam in sancti Gaudiosi monasterio basilicam Sanctæ Fortunatæ, in qua corpus ejusdem martyris allatum a Patriensi ecclesia; ubi ipsa prius voluit sepeliri, magno cum honore condidit (5). *Duplex igitur fuit Neapoli monasterium* S. Gaudiosi, *extramuranum ab ipso sancto Confessore, et intramuranum a Stephano II, Neapolitano episcopo fundatum. Presbyter Parascandalo addit, corpus* S. Gaudiosi *a Stephano episcopo translatum fuisse ab extramurano ad intramuranum monasterium, una cum lipsanis S. Quodvultdei et sanguine prodigioso S. Stephani Protomartyris* (6). *Quod quidem forsan non sat accurate dictum fuit. Nam præter Franciscum de Magistris, supra num.* 10 *citatum, Aloysius d'Afflitto, abbas Olivetanus in suo Itinerario Neapolitano dicit* (7), *semel quotannus archiepiscopum cum clero suo ad ecclesiam* S. Gaudiosi *accessisse, ibique solemni* E *ritu missam celebrasse, sed quum desiissent christiani pro sepultura sua uti cœmeteriis subterraneis, ecclesia* S. Gaudiosi *paulatim neglecta fuit, utpote quæ ad ingressum hypogei sita, ac dein lapsu temporis alluvione oppleta et dumetis obsita fuit. Sed anno* 1569 *nova irruptione aquarum solo utcumque purgato, hypogeum denuo magna ex parte apparuit, unde patuit, locum fuisse olim sacrum.*

AUCTORE J. V. H.

translatus, et sæc. XVI *inventus,*

14 *Quapropter Marius Carafa, archiepiscopus, misit aliquot canonicos, qui locum recognoscerent. Hi vero præter antiquissimam imaginem B. Mariæ Virginis, invenerunt sepulcrum* S. Gaudiosi *et cathedram episcopalem lapideam una cum Reliquiis SS. Quodvultdei et Nostriani. Anno dein* 1577 *B. Paulus Aretius cardinalis et archiepiscopus Neapolitanus, quem anno* 1772 *Clemens Pp.* XIV *numero beatorum adscripsit, locum concessit Ordini S. Dominici. Rei seriem accurate exponit Josephus Silos in suis Historiis Clericorum Regularium* (8): Perantiqua, *ait,* olim ædicula divo Gaudioso sacra fuit, in suburbana ea regione, quam a Virginibus appellant; sed F illam vetustas ac situs ita corruperant, ut profanus jam locus videri poterat. Adfuit multis post annis viri pietas, qui illam repurgatam restituere suæ dignitati ac religioni contendit: effecitque ut Marius Carafa, tunc Neapolitanus antistes, de illa sacræ cuidam familiæ addicenda cogitaverit. Quod postea consilium, quia intercepit fatum, Aretius, qui successit, bono cum Deo fecit. Enimvero hac ille de re certior factus, ac præsertim monitus in principe hujus templi parte Magnæ Matris effigiem, pulchre efformatam, cerni, invisere ecclesiam, et quæ ejus erat in Virginem observantia, sacram illam potissimum imaginem venerari non semel voluit; ibique diutius immorari ac preces fundere consueverat. Interea temporis nobilitare Virgo locum ac sibi veluti asserere, patratis ad eam effigiem plerisque miraculis, visa est.

in eadem eccle-

15 In quæ Aretius inquiri summa fide ac stu- *sia,*

(1) Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 852. — (2) Muratori Scriptt. tom. I, part. II, pag. 309. — (3) Memoirie, tom. II, pag. 78. — (3) Muratori, tom. I, pag. 311. — (5) Ibid. pag. 310. — (6) Memorie, tom. II, pag. 68. — (7) Guida di Napoli, tom. II, pag. 139.

a B. Paulo Aretio

dio jussit : iisque comprobatis, ut populorum fidem adaugeret, decreta solemni ritu publica supplicatione, cœpta, flagrantibus votis ac incredibili accursu populorum celebrari sacra ea ædes, cui mox fuit a Deipara nomen. Accessitque ipsi Deiparæ appellatio : nam ubi antistes a Joanne Bernardino Longo, medico celeberrimo, inaudivit, saluberrimam esse incolis regionem, atque ob aeris cœlique temperiem vallem a Sanitate olim nuncupatam, placuit illico nomenclatio, transferendamque fauste in Virginem duxit, jussitque D. Mariam a Sanitate appellari. Id quod exceptum est ingenti plausu a populis, quibus princeps cura est, ut incolumes salvi serventur. Et Deiparæ quidem consentaneum aptumque suæ benignitati nomen invenisse, subinde ostendit, ut non ab aëris clementia, sed ab salubriore ejus ope ac tutela plerique mortalium cœperint convalescere. Jam ut loci pietati consuleretur, quærenda religiosorum familia fuit, quæ addicta ædi sacræ, recentem illam erga Virginem Neapolitanorum observantiam exquisito Dei cultu ac tractatione sacrorum aleret. Quare accerciti a cardinali Aretio a Prædicatorum Or-
B dine patres fuere, qui oblatam ultro ecclesiam et quidquid soli ac ædificii ad illam spectaret, volentes lætique iniere. Declaravitque statim Deipara frequentia miraculorum, percarum sibi fuisse eorum adventum ac pias curas. Et ipsi quidem excitata inibi præclara quadam vivendi ratione ac strictiore legum observantia, nimium quantum Marianis iis auspiciis, disciplina, moribus, famaque virtutum floruere.

16 Templum ad novam quamdam substructionis formam amplificarunt, cui cœnobium adjunxere plane admirandum. Domito namque abrupti loci situ, ac montis rupe intercisa, peramplum ac ingens ædificium inter eas ipsas difficultates, quibus excludi domus videbatur, suspenderunt. Porro exstare publice atque ad ævi memoriam hoc Aretii cardinalis benevolentiæ argumentum Dominicani patres voluere, inscripto in hæc verba marmore : *PP. Dominicanis donatas conservatus fuit.*

TEMPLUM SANCTUM HOC FOEDIS PURGATUM,
DIVINOQUE CULTUI REDDITUM,
UBI SOLLICITUDINEM BEATISSIMÆ MATRIS DEI
DE SALUTE NOSTRA PALPABILEM HABES.
ILL^ms ET R^ms PAULUS DE ARETIO
S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS
ET NEAPOLITANUS ANTISTES
ALMÆ DOMINICANORUM FAMILIÆ CONCESSIT
AN D. M. D. LXXVIII.

Addit laudatus presbyter Parascandalo, monasterium istud evasisse magnificentissi- E
mum : sed in fine sæculi proxime elapsi horribili incendio vastatum fuit. Quapropter magna pars Reliquiarum ad ecclesiam metropolitanam deportata fuit : sanguis vero prodigiosus S. Stephani protomartyris in monasterio Sapientiæ (1) *fuit depositus. Atque hæc sunt, quæ de* S. Gaudioso, *episcopo Abitinæ, tractanda invenimus.*

(1) Memorie, tom. II, pag. 68.

DE S. SALVIO, EREMITA

IN NORMANNIA

V. D. B.

SYLLOGE.

Monasterii S. Salvii in Brago fata. Cultus S. Salvii et eremitica vita. F

SÆCULO, UT VIDETUR, VI.

In Normannia septentrionali exstabat ante adventum Normannorum monasterium S. Salvii *in Brago;*

* Neufchâtel

Qua parte Normannia, Picardia et Bellovaces se contingunt, jacet regiuncula aquosa et limosa (1), *atque inde* Bragum *vocabulo celtico, quo* fons *seu* rivus (2) *et* lutum (3) *significatur, dicta. In Normannica hujus paludosæ telluris plaga, quinque chiliometris a Novo Castro *, meridiem versus, posita est parœcia, initio hujus sæculi* 800 *incolas capiens,* S. Salvii in Brago, *vulgo* St-Saire-en-Brai, *nuncupata. Sæculo* IX *exstabat illic monasterium, cui nomen* S. Salvius in Braga, *quemadmodum ex Chronico Fontanellensi colligitur ; in quo* (4) *S. Ansegisus, Fontanellensis abbas, præter innumera dona, aliis locis sanctis collata, legitur anno* 831 *dedisse* ad S. Salvium in Brago solidos decem. *Valesius* (5), *nescius in Normannia locum esse nomine* S. Salvii in Brago, *credidit indicari Monasteriolum * Ambianorum, quod aliquando* S. Salvii, *scilicet Ambianensis episcopi, qui id fundasse dicitur, vocatum fuit ; atque in eumdem errorem traxit Mabillonium* (6). *Sed Monasteriolum in Picardia numquam dictum fuit positum in Brago, sed in littore maris. Adeoque jam pridem convenit* (7) *in diœcesi Rothomagensi ante Normannorum adventum exstitisse monasterium* S. Salvii *in Brago, idque verisimiliter periisse feritate advenarum barbarorum. Suspicatur Plessæus* (8) *profugos monachos aliquandiu substitisse Rothomagi ; atque inde ortum nomen plateæ, quæ inter templum cathedrale et abbatiam S. Amandi*

* Montreuil

(1) Du Plessis, Description de la Haute-Normandie, tom. I, pag. 53. — (2) O'Reilly, Irish Dictionary, v° *Braga*. — (3) Miracula S. Bernardi, ap. Valesium, Notitia Galliarum, pag. 94, et ap. Cangium, Glossarium, v° *Braium*. Cfr Adelung, Wörterbuch, v° *Bruch(das)*. — (4) Ap. Dacherium, Spicilegium, tom. II, pag. 282, edit. 1723. — (5) Notitia Galliarum, pag. 343. — (6) Annales Benedictini, lib. XXX, num. 60, § 31. — (7) Cfr Du Plessis, Descr. de la Haute-Normandie, tom. I, pag. 114 et seqq. Gallia Christ. nova, tom. XI, col. 122. — (8) Ibid. pag. 115. Cfr Farin, Hist. de la ville de Rouen, part. I, pag. 23.

jacebat

A *jacebat, vero nomine dicta* rue de saint Saire, *populari* rue des Cinq Cerfs. *Quod vero de monasterii facultatibus superfuit, videtur ad templum cathedrale translatum fuisse, inde erecta* præbenda S. Salvii (1).

cui initium fecisse traditur S. Salvius *eremita sæculo VI, hodie et die 14 maji cultus.*

2 *Plessæus et secundum eum Maurini Galliæ Christianæ scriptores autumant hunc* S. Salvium *episcopum Albiensem fuisse, nulla probabilitate; quum* S. Salvius *Bragensis coleretur diebus* 14 *maji et* 28 *octobris, quibus S. Salvii Albiensis festivitas numquam acta fuit. Promptius esset suspicari eumdem eum esse ac S. Salvium, episcopum Ambianensem, cujus natalis (ut in prætermissis monuimus) celebrabatur olim hac die. Sed si hæc dies convenit, non convenit dies* 14 *maji. Deinde Castellanus, qui in indice Martyrologii Universalis* (2) *primus de* S. Salvio *Bragensi meminit, singularia documenta consecutus, monet eum in diœcesi Rothomagensi solitarium fuisse, quo a reliquis SS. Salviis facile secernitur. Paulo plura tradit V. V. Petin*: S. Salvius, *inquit* (3), quem aliqui hagiographi cum S. Salvio Albiensi confundunt, sæculo VI

B eremiticam vitam duxit in Braga Normannica. Super demortui eremitorium constructum est sacellum, quo frequentes accurrerunt peregrini et ubi multa facta sunt miracula. In fenestra hujus oratorii pictus erat eremitæ habitu, genibus flexis manibusque extensis. Circumcirca exsurrexit vicus, ab ejus nomine S. Salvii dictus, fundus capituli cathedralis Rothomagensis. *Verumtamen initio sæculi* XIII *patronatus jura in* S. Salvii *ædem erant penes Robertum Porcum et Eremburgem, ejus uxorem, qui ea anno* 1221 *contulerunt abbatiæ Cisterciensi Bellibecci* * (4): *sed iis postea potitus est loci dominus* (5), *possessor tamen non securus; nam anno* 1661 *Ludovicus de Roucherolles, abbatis Bellibecci et vicarii generalis Rothomagensis munia gerens, pristinam ecclesiæ suæ facultatem aggressus est* (6). *Quocirca, si reapse capitulum Rothomagense latifundium illic habuit, jura tamen non obtinuit spiritualia. Quod vero* S. Salvius *sæculo* VI *vixisse illic traditur, rejiciendum non videtur. Convenit nomen Romanum, postea in illis partibus rarioris usus, quamquam sæculo* VII *et* VIII *nondum obsoletum. Hinc et apparet eum gente gallo-romanum fuisse. Boni ominis dicebant hoc nomen (uti et* Valerium *et* Statorium) *veteres Romani* (7); *sed, superstitione neglecta aut contempta, nomen ipsum ut bonum et jucundum usurpabant christiani; quod a gente Salvia ad libertos et clientes in Galliis traductum fuerit. — Quum autem hæc mihi tradenda sunt typographo, doleo quod ad literas meas, in illas partes datas, responsum accepi nullum. Est enim* S. Salvius *ex hoc cælicolarum numero, quorum memoria (quoniam cum aliis confusi fuerunt) omnium facillime perire possit. Gallia hujuscemodi sanctos habet plures.* E *In Sylloge de S. Genesio Neophyto indicavi S. Genesium Bigorritanum, temporibus S Gregorii Turonensis celebrem, nunc omnino ignotum; ad proximum diem producemus S. Majorianum Arvernum, centum quinquaginta abhinc annis adhuc in memoria hominum versantem, nunc omnino oblivioni datum in ipsa parœcia, ubi olim colebatur. Quidni ii, quorum omnium maxime interest, nos juvant ad vindicandos ab injuria temporum potentissimos apud Deum patronos? Quidni invitationi, toties renovatæ, melius respondetur?*

AUCTORE V. D. B.

* Beaubec.

(1) Du Plessis et Gallia christ. locc. citt. — (2) Martyrologe universel, pag. 1166. — (3) Dictionnaire hagiologique, tom. II, col. 957. — (4) Du Plessis, Descript. etc. tom. I, pag. 682. — (5) Pouillé de l'archev. de Rouen, 1648, pag. 34. — (6) Du Plessis, Descript. etc. loc. cit. — (7) Cfr Pauli Diaconi excerpta, lib. X. ad fin. v° Lacus Lucrinus, edit. Lindemanni, pag. 90. Cfr Pitiscus, Lexicum antiquit. v° *Delectus;* Becker, Handbuch der Röm. Alterthümer, tom. III, part. II, pag. 287.

C

DE S. JOANNE CHUZIBITA, CONF. PONT.

F

CÆSAREÆ IN PALESTINA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

R. D. B.

§ I. S. Joannis Chuzibitæ cultus, natales et in Thebaide monachatus.

INEUNTE SÆCULO VI. S. Joannes Chuzibita, *ut monachus laudatus in fastis sacris Græcorum ad diem* 28 *octobris*

Inter sacros fastos, in quibus B. Joannis Chuzibitæ *celebratur memoria, nullus mihi obvius factus est qui sit antiquior quam Menologium Basilii, ad finem sæculi* X *scriptum. In eo autem ad præsentem diem legitur*: Hic (Joannes Chuzibita) locupletibus parentibus Thebis Ægypti natus, cum ad maturam ætatem venisset, nullam sibi cum ecclesia catholica communionem esse volebat propter synodum, quæ Chalcedone habita fuit. At cum aliquando eum sancta loca visendi cupido incessisset, visus est sibi per quietem multum laborare, omnemque operam adhibere, ut ingrederetur, pretiosamque crucem adoraret; nec tamen portam invenire posse: cumque idcirco angeretur, vocem audire sibi dicentem: crucem contemptui habere eos quibus nulla esset cum ecclesia catholica communio. Experrectus igitur, juncta cum catholicis communione, confestim se in proximam eremum recepit, atque in Chozeba monte ad mortem usque consedit: ubi et se ipsum omni virtutum genere exercuit, et miracula patravit. Denique cum multos, sanctis institutis et religiosis exercitationibus probe excultos, ad eamdem vitæ rationem ineundam allexisset, decessit, atque in eodem eremi monte sepultus fuit. *Quæ narratio et occurrit ad eumdem diem iisdemque fere verbis in Menæis Græcis anno* 1592 *editis, et in Synaxario græco vernaculo Maximi Margunii. Atque cum*

AUCTORE R. D. B.

cum his fere conveniunt Sirmundi Synaxarium, Menæa Mazarinea, Fratrum Prædicatorum Florentiæ, et Ambrosiana. Neque dissentit Sirletus, in Menologio suo dicens : Commemoratio sancti patris nostri Joannis Chozebitæ. Hic in eremi loco dicto Chozeba eximiam virtutis exercitationem assecutus, multa effecit miracula, monachorum plurimorum dux existens, sicque in eodem eremo beatus ex hac vita migravit. *Castellanus quoque in Martyrologio universali ad diem* 28 *octobris memoriam* S. Joannis Chuzebitæ *recolit. Sed præterea ad eumdem diem in gentis Slavicæ Prologo, et in Kalendario Mosquensi celebratur* S. Joannis Chuzibitæ *natalis.*

et ut episcopus Cæsariensis ad diem 3 octobris, unus est sanctus vir.

2 *Verum ad diem* 3 *octobris in Menæis Græcis, typis excusis annis* 1592 *et* 1843, *uti et in Margunii Synaxario altera fit* S. Joannis Chuzibitæ *commemoratio, additurque sat longa Vita, quam infra lectoris oculis subjiciemus : item in Sirleti Menologio legitur :* Commemoratio sancti patris Joannis Chozebitæ, episcopi Cæsariensis. *Sirleto consonant Prologus et Kalendarium Mosquense, in quibus*
B *item nuntiatur festum* S. Joannis Chuzebitæ, episcopi Cæsareæ. *Sed hæc commemoratio videtur priore recentior. Armeni quoque ejus festum agunt, sed die* 26 *octobris* (1). *Quum vero Raderus, quemadmodum ex mss. observationibus ejus in Menæa Græca colligimus, animadvertisset ad diem* 3 *octobris celebrari memoriam* S. Joannis Chuzibitæ, *qui primo fuerat in Chuziba monachus, postea episcopus Cæsariensis in Palæstina, et tandem, abdicato episcopatu, ad pristinam eremum reversus ibi obierat : dein in iisdem Menæis ad diem* 28 *octobris annuntiari festum* Joannis Chuzibitæ, *qui perpetuo monachus vixisse videbatur, existimavit fuisse duos sanctos nomine* Joannes Chuzibitas. *Non recte, cum Cyrillus Scythopolitanus, Moschus et Evagrius, quorum primus* S. Joanni Chuzibitæ *coævus fuit, et duo alii brevi post floruerunt, narrent eum primo fuisse monachum in laura Chuziba, et postea episcopum Cæsariensem in Palæstina, addatque Cyrillus eum fuisse Ægyptiacum. Hæc omnia non viderat Raderus. Quod si in Basilii Menologio tantum*
C S. Joannis *conversio ab hæresi et monasticæ virtutes, quin de ejus episcopatu verbum fiat, laudantur, ratio videtur esse quod fere totam vitam, exceptis paucis episcopatus sui annis, in eremo transegit. Verum num umquam* S. Joannis Chuzibitæ *scripta fuerit Vita, compertum non habeo ; suspicor tamen eum biographo non caruisse, tum quia scriptores alii alia ejus gesta retulerunt, tum quia in Græcorum Menæis longe lateque de eo disseritur. Et quidem lugendum est ejus Acta ad nos non pervenisse, tum quoniam ex S. Sabæ Vita, a Cyrillo Scythopolitano* (2) *conscripta, manifestum est eum ante et post obitum eximiæ sanctitatis fama in Palæstina claruisse : tum quia Menæorum Græcorum narrationi, sæpe insulsæ, non semper omnis fides adhibenda est.*

S. Joannes, *natus post annum 450, puer offertur monasterio Thebaidos secundum morem S. Pachomii;*

3 *De* S. Joannis *primis annis pauca posteris fuere tradita. Quoniam ecclesiæ Cæsariensis habenas anno* 518 *moderabatur, aliquanto post medium sæculum* V *natus videtur. In lucem editus est Thebis in Ægypto ; quæ celeberrima urbs tunc temporis splendorem suum magna ex parte amiserat* (3) ; *et, ut addunt Menæa Græcorum,* angelica *seu religiosa* veste ab avo fuit indutus et cuidam seniori commissus ; *verisimillime in Thebaide, sua patria, ubi Tabennensem seu S. Pachomii regulam proculdubio amplexus est. Etenim monasteria Thebaidos fere omnia, ni dicam omnia, ad normam Tabennensis instituti regebantur. Refert scilicet auctor libri Verborum seniorum num.* 34 *Pachomium fuisse* patrem infinitæ multitudinis monasteriorum in partibus Thebaidos (4) ; *neque dissentit Cassianus, in libro* IV *Renuntiantium ajens* (5) : Quædam de Tabennesiotarum regulis admiscens, quorum in Thebaide est cœnobium quanto numero populosius cunctis, tanto conversationis rigore districtius. *Alicui itaque Thebaidos monasterio puerulus oblatus fuit* S. Joannes, *quandoquidem in Græcorum Menæis* dicitur E
ab avo suo angelicam vestem fuisse indutus ; *nil mirum, quia S. Pachomius, quemadmodum in ejus Vita legitur, inter suos discipulos recepit* pueros tanta simplicitate viventes ut nec dexteram valerent scire neque sinistram (6). *Verumtamen non videtur ibi in usu fuisse eadem disciplina ac in Occidente ; si tamen illic in hac re orientales mores usurpati fuerint. Apud Latinos enim, uti constat tum ex oblationum formulis* (7) *tum ex Romanorum Pontificum et conciliorum Germaniæ, Hispaniæ et Italiæ decretis* (8), *pueri divino famulatui in perpetuum mancipabantur : contra S. Basilius* (9) in regulis fusius tractatis *num.* 15, *postquam ostendit etiam pueros in monasteriis esse cooptandos, addit :* Tunc autem admittenda est virginitatis professio, tamquam quæ firma sit, et quæ ab ipsorum sententia ac judicio proficiscatur, jam perfecta et absoluta ratione : post quod tempus et præmia et pœnæ peccantibus aut recte facientibus ab æquo judice pro eorum merito decernuntur... Sed qui in virginitate vitam agere non vult, is tamquam qui res Domini curare non valeat, coram testibus F
dimittatur. *Atque hæc eadem disciplina pro infantibus, ad diaconatum promotis, etiam nunc apud Cophtos viget, eamque probat Benedictus papa XIV* in instructione 26 junii 1724 super dubiis ad ritus ecclesiæ et nationis Cophtorum pertinentibus (10).

veste angelica seu monastica assumpta.

4 *Jam vero quæri potest qua veste angelica* S. Joannes *fuerit indutus : num fuerit illa, quam S. Theodorus Studites* (11), *scriptor sæculi* VIII, magnam *vocat et a parva discernit, quamque Goarius* (12) *et Helyot* (13) *ex Græcorum ritibus ostendunt non nisi a magis perfectis fuisse assumptam :* parva *minus perfectis reservata. Sed sæculo* V *nondum videtur exstitisse hæc distinctio ; et sæculo* IV *et* V vestis angelica *et* vestis monastica *eadem fuisse*

(1) Aucher, Vitæ SS. Kalendar. Armeni. tom. XII, pag. 284. (2) Apud Cotelerium, Ecclesiæ Græcæ monumenta, tom. III. pag. pag. 527 et seqq. — (3) Description de l'Egypte, tom. III, pag. 270 et seq ; pag. 275 et seq. edit. Panckoucke. — (4) Rosweiden, Vitæ Seniorum, lib. III, num. 54, pag. 4. — (5) Opera Omnia, tom. I, col. 151, edit. Migne. — (6) Rosweiden. Vitæ Seniorum, lib. I, pag. 126, edit. Antv. pag. 1615. — (7) Mabillonius, Vetera Analecta, pag. 155 et seqq. — (8) Cangius, Glossarium latinitatis, v° *Oblati.* — (9) Opera, tom. III, col. 955, edit. Migne — (10) Bullarium Benedicti XIV, tom. III, pag. 159, edit. Mechlin. — (11) Testamentum, Opp. Omn. col. 1815. edit. Migne. — (12) Rituale Græcorum, Officium magni et angelici habitus, pag. 571. — (13) Histoire des Ordres religieux, tom. I, ch. 19, pag. 187 et seqq. edit. Paris, 1792.

res

A *res* (1). *Legimus enim Hor, monachum Nitriotam, non secus ac juniorem monachum Scithiotham, de quo Moschus in Prato spirituali* (2), veste angelica *fuisse indutos; cum tamen Nitriotæ non nisi* tunicam et sagum (3) *et Sithiothæ* pelliceas tunicas (4) *pro veste haberent. Item S. Pachomio ejusque discipulis ab Angelo præscriptum fuerat ut* induerentur noctibus lebitones lineos, *(vestes vix ad cubitorum ima pertingentes* (5),*)* præcincti lumbos: haberentque singuli melotem, id est, caprinam pellem confectam albam, sine qua neque comederent, neque dormirent (6).

§ II. Eutychianismi renuntiatio. Monachatus in Palæstina.

Renuntians Eutychetis hæresi transit Chuzibam,

Quo tempore S. Joannes *in Thebaide vitam monasticam agebat, tum vehementer impiis Eutychetis dogmatibus adhæsit, ut,* cum ad
B maturam ætatem venisset, *dicitur in Menologio Basilii* nullam sibi cum ecclesia catholica communionem esse voluisse propter synodum, quæ Chalcedone habita fuit. *Neque mirum est : nam monophysitarum hæresis nuspiam tot tamque fervidos quam in Ægypto nacta erat asseclas : ubi eam omnes, modo unum alterumve excipias, Alexandrini patriarchæ, qui Thebis totique Ægypto episcopos dabant* (7), *per fas et nefas propugnarant* (8). *At cum per insigne Dei beneficium Hierosolymæ Joannes junxisset cum catholicis communionem, confestim in proximam eremum in Chozeba* (χουζεβα *) *monte sese recepit. Et hæc est ratio cur* S. Joannes *vocetur* Cuzebita *vel* Chozebita, *græce* χουζιβίτης, χουζεβίτης.

* χουζιβα ap. Cyrillum aliosque.

Palæstinæ lauram; cujus situs et conditio posterioribus temporibus describitur.

6 Cuziba vero laura, *ait Evagrius* (9), *cui consentit Nicephorus* (10), sita erat in extremitate vallis, quæ ab Hierosolyma ducit Hierichuntem. *Totum hoc spatium inter Hierosolymam et Hierichuntem desertum fuisse et saxosum testatur Josephus* (11). *Verum quænam fuerint post* S. Joannem *hujus monasterii fata non reperi: puto tamen illud a Saracenis*
C *qui per sæculum igne ferroque Palæstinam depopulati sunt, non secus ac alia hujus provinciæ monasteria ad internecionem fuisse redactam* (12). *Non tamen omnino periit, nisi quod forte paulo altius in rupe exstructum est; atque eatenus consentiendum videtur Ludovico Bulteau* (13), *censenti* S. Joannis *monasterium non esse diversum ab eo, quod Phocas anno* 1187 *vidit et in suo per Terram sanctam itinere descripsit hisce verbis :* Post hoc monasterium *(S. Euthymii)* duodecim millium passuum intervallum excurrit; tumque obvia fit ingens vorago, quam torrens mediam secat. Illius in adversa parte monasterium Chozibæ jacet: res equidem, quæ dum narratur, non creditur, et speculatione etiam ipsa in admiratione est. Namque speluncarum ipsa foramina monachorum sunt cellæ, et templum ipsum et cœmeterium in petræ scissura excavantur, adeo solis calore deusta, ut ex saxis illis ad modum pyramidum ignis lingulæ exsilire conspiciantur; aquaque monachorum potui congesta talis sit, qualem e stagno hauries, cum sol æstate media lacubus insistens, eos ignitis radiis æstuque ferventissimo incendit. In hoc monasterio diversos sanctitate conspicuos viros invisimus : inter eos unum signiferum, coram cum Deo colloquentem, cui Lucæ Seni nomen est. Sed enim in monasterium non sine discrimine, tum ob prærupta rupis loca, tum ob vehemementissimum solis ardorem et descendimus et ascendimus (14). *Verum sæculo* VI *monasterium Chuzebitanum non videtur loco tam difficili et alto situm fuisse. Nam, ut mittam Evagrium, audiendus est imprimis Joannes Moschus de quodam monacho Chuzibitano ætate provecto; qui, ut ipse ait,* ibat per viam, quæ ducit a Jordane ad sanctam civitatem, ferens panes et aquam. Et si quando videret aliquem lassescentem, portabat onus ejus, et ascendebat usque ad sanctum montem E
Oliveti, rursusque per eamdem cum cæteris redibat viam, ferens illorum onera usque Jericho, *etc.* (15) : *et similiter Nicephorus, dicens:* Novum præterea Joannem Chozibitem peregisse vitæ genus ferunt : ita ut cuniculatim meatum quemdam tortuosum sub terra effoderit : ibique turbam frequentem aversans, quietem consectatus sit (16). *Contra monasterium sæculi* XII *in alta rupe excavatum erat. Quamobrem videntur monachi Chuzebitani* S. Joannis *tempore in valle et in adjacente rupe suas habuisse cellulas, sed post Palæstinam a Mahumetanis occupatam monasterium suum in altam rupem transtulisse : quod monasteriorum genus, quæ* meteora *appellant, pluribus sæculis, atque etiam nunc, utpote arces inexpugnabiles, adversus Arabum incursiones in Syria, Ægypto, Nitria et Thessalia frequentissime usurpatur* (17). *Sed Chuzebitanum jam pridem derelictum est, quamquam ejus situm et conditionem ad extremum montem* Quarantanæ *Jerichuntem versus prope Elisæi fontem non ita pridem descripsere DD. Joanne et Isambert* (18), *non secus ac si præ oculis habuissent Phocæ Itinerarium.* F

Sub S. Sabæ disciplina ibidem vivit

7 *In monte vero Chozeba vixit* S. Joannes *sub disciplina S. Sabæ, monasteriorum tractus Hierosolymitani præfecti, atque ibi virtutibus inter monachos claruit, quemadmodum ex Cyrillo Scythopolitano aliisque constat. In Vita enim S. Sabæ, a coævo Cyrillo scripta, legimus monachum quemdam ex beati Theodosii monasterio nomine Aphrodisium, cum aliquando in itinere ira concitatus mulum occidisset, ac propterea a B. Theodosio ex laura fuisset expulsus,* descendisse in Jordanum, lapsumque suum sancto Joanni Ægyptio, qui tunc temporis in Chuziba virtutibus

(1) Rosweiden, Vitæ, Patrum lib. II, pag. 457. — (2) Ibid. lib. X. pag. 918. — (3) Bivarius, De veteri monachatu, part. I, pag. 228. – (4) Rosweiden, Vitæ Patrum, lib. V, pag. 618. — (5) Ibid. pag 141. — (6) Ibid. pag. 120; Bivarius, De veteri monachatu, part. I, pag. 266. — (7) Schelstraete, Antiquitas ecclesiæ, tom. II, diss. 5, cap. 5, art. 3, pag. 362 et seq. — (8) Acta SS. tom. V Junii, Patriarcharum Alexandrinorum historia chronologica, pag. 35* et seqq.; Renaudot, Historia patriarcharum Alexandrinorum Jacobitarum, pag. 114 et seqq. — (9) Hist. eccles. lib. IV, cap. 7. — (10) Hist. eccles. tom. II, lib. XVII, cap. 4. pag. 737. – (11) Antiquitates Judaicae, lib. X, cap. 4. — (12) Bivarius, De monachatu veteri, part. I, pag. 117 et 204. — (13) Histoire de l'ordre monastique d'Orient, lib. IV, pag. 705. — (14) Acta SS. tom. II Maji, pag. VI; Leonis Allatii Συμμικτα, pag. 11 Edit. Venet. 1733. — (15) Vitæ Patrum, lib. X, pag. 861. —(16) Historia ecclesiastica, lib. XVII, cap. 4, tom. II, pag. 737, edit. Paris. 1630. — (17) Mislin, les Lieux saints, tom. III, ch. 35, pag. 132, edit. Paris, 1858. — (18) Itinéraire de l'Orient, pag. 838, Paris, 1861.

AUCTORE R. D. B.

resplendebat

AUCTORE R. D. B.

resplendebat, exposuisse. Cumque ab illo audisset : « Si vis salutem consequi, abi ad abbatem nostrum Sabam, et quod dicet tibi, facito ; » festinanter ad ipsum venit, peccatum confitetur, obsecrat ut ab eo sermonem salutis accipiat. *Addit Cyrillus a S. Saba Aphrodisium fuisse benigne susceptum, atque post triginta in omnimoda pietate transactos annos vitam terrenam cum ælerna commutasse* (1). *Concinit Evagrius. Ille non tantum* S. Joannis *virtutes extollit, sed et refert eum cum abbate Zozima, (diverso ab eo, ait Nicephorus* (2), *quem novimus S. Mariam Ægyptiacam obviam habuisse,) arcta fuisse amicitia conjunctum.*

et virtutibus et miraculis claruit;

8 *Accipe Evagrii verba :* Iisdem temporibus, quibus Zozimas floruit, vir quidam, Joannes nomine, paribus cum Zozima virtutum ornamentis insignis : qui in Chuziba laura, quæ sita est in extremitate vallis ad septentrionalem partem viæ publicæ, quæ ab Hierosolymis ducit Hierichuntem, vitam monasticam et ab omni materia secretam exercuerat, et qui supra memoratæ urbis Cæsareæ episcopatum obtinuit. Hic igitur Joannes Chuzibita, cum Arcesilai, *(viri nobilis*
B *et honoribus quos gesserat conspicui),* uxorem radio textorio alterum sibi oculum effodisse didicisset, cursu ad ejus domum contendit, vulneris inspiciendi causa. Ubi vero animadvertit pupillam excidisse, et oculum penitus diffluxissse, medico cuidam qui illuc advenerat, præcepit ut spongiam adferret, et oculum dilapsum, quoad fieri posset, in sedem suam reponeret : spongiam denique circumpositam fasciis alligaret. Aberat tunc forte Arcesilaus. Versabatur enim eo tempore cum Zozima in ejus monasterio, quod situm erat in vico Syndenorum, qui ab urbe Cæsarea quingentis circiter stadiis distat. Statim igitur contentissimo cursu properant qui hæc Arcesilao nuntiarent. Sedebat is juxta Zozimam, sermonem cum eo conferens. Qui simul ac casum uxoris suæ didicit, graviter ejulare cœpit, et capillos vellens ac discerpens, in aerem projecit. Interroganti autem Zozimæ causam tanti luctus, Arcesilaus id quod acciderat exposuit, lamentis ac fletibus sermonem crebro interrumpens. Mox igitur Zozimas, relicto illic Arcesilao, ad cubiculum quoddam contendit, in quo solus, uti mos est hujusmodi viris,
C Deum alloqui consueverat. Aliquanto post digressus, hilari vultu ac modeste subridens, manum Arcesilai palpans : Abi, inquit, abi lætus. Gratia data est Cuzibitæ. Sanata est uxor tua. Utrumque oculum habet incolumem, nullum ex casu illo detrimentum passa, quando ita placuit Cuzibitæ. Idque ita evenit, ambobus illis justis simul miraculum perpetrantibus (3).

postea creatur abbas et presbyter, videtque intra Missam spiritum sanctum descendentem.

9 *Quin et monasterii Chuzibæ* S. Joannem *fuisse abbatem et presbylerum nos docet in* Prato spirituali *Joannes Moschus :* Frater quidam, *ait,* erat in cœnobio Chuziba, ut nobis abbas Gregorius ex Scholaribus retulit, qui sanctæ oblationis verba ritumque didicerat. Die ergo quadam missus ut benedictiones *(id est eulogiæ, de quibus Cabasutius* (4) *aliique)* ferret, cum jam rediret ad monasterium, verba sanctæ oblationis, quasi versus aliquos caneret, dixit. Easdem vero benedictiones imposuerunt D diaconi sancto altari. Quas cum abbas Joannes presbyter offerret, qui postea Cæsareæ episcopus fuit, non vidit, ut solitus erat, Sancti Spiritus adventum. Contristatusque valde et cogitans, ne quid forte peccasset in mente, atque ideo se Spiritus Sanctus avertisset, ingressus est sacrarium, plorans, corruitque in faciem suam. Apparuit autem ei angelus Domini, dicens : Quoniam frater ille qui oblationes attulit, verba sanctæ oblationis in via dixit, sanctificatæ jam ac perfectæ sunt. Ex tunc igitur statuit senior ut nullus deinceps addisceret sanctæ oblationis verba, nisi qui ordinatus ad hoc esset, neque passim ea quispiam diceret, quocunque tempore absque loco consecrato (5).

§ III. S. Joannis episcopatus Cæsareæ. Ejus abdicatio et mors.

Fuit et episcopus Cæsareæ in Palæstina anno 518;

E*x hactenus disputatis apertum est* S. Joannem, *uti quoque narrant Evagrius, Menæa Græcorum et præsertim auctor coævus Cyrillus Scythopolitanus, ad episcopatum Cæsariensem in Palæstina fuisse promotum. Ast nullus ex his scriptoribus, quo tempore cathedram Cæsariensem ascenderit, memorat. Est tamen notum ex Vita S. Sabæ* S. Joannem *anno* 518 *jam Cæsariensis ecclesiæ fuisse episcopum. Refert enim Cyrillus Scythopolitanus* (6) *Justinum, defuncto* 10 *julii anni* 518 *Anastasio imperatore, statim ac imperium assumpsit, leges tulisse quibus jubebat ut omnibus catholicis, ob rejectam Eutychetis proterviam in exilium pulsis, copia domum revertendi daretur, vel etiam synodus Chalcedonensis sacris diptychis insereretur. Quæ Justini jussa cum pervulgata essent, numerosissimi monachi, laici et episcopi die sexta augusti Hierosolymam convenerunt, atque doctrinam catholicam et quatuor concilia ab omnibus admittenda esse pronuntiarunt.* Tunc archiepiscopus Hierosolymorum Joannes suasit sancto patri Sabæ transire usque in Cæsaream et Scythopolim, una cum aliis quibusdam eremi hegumenis, ad patefaciendas imperatoris literas F et quatuor concilia per urbes sacris diptychis inserenda. Cum autem Cæsaream pervenissent, occurrit iis sanctus Joannes Chuzibita, qui illius urbis pontificatum eo tempore obtinebat ; expletisque illic quæ mandata fuerant, etiam Scythopolim advenerunt (7). *Quæ manifeste indicant* S. Joannem *jam anno* 518 *ecclesiæ Cæsariensi fuisse præpositum.*

quo tempore in concilio Hierosolymitano

11 *Eodem circiter tempore concilio Hierosolymitano, ad quod ex trinis Palæstinis triginta confluxere episcopi, interfuit* S. Joannes Cuzibita, *ut ex eorum ad Joannem Constantinopolitanum literis colligimus. Binius* (8) *vero, Labbeus* (9), *Le Quien* (10), *Mansi* (11) *aliique existimarunt hanc synodum non esse aliam ac synodum, die* 6 *augusti in eadem urbe celebratam : sed non recte. Si enim*

(1) Vita S. Sabæ, apud Cotelerium, tom. III, pag. 288. — (2) Nicephori Callisti ecclesiastica historia, lib. XVII, cap. 4, tom. II, pag. 737. — (3) Evagrii Scholastici Historia, lib. IV, cap. 8. — (4) Noticia ecclesiastica, diss. XI, pag. 41. — (5) Vitæ Patrum, lib. X, Pratum spirit. cap. 25, col. 130. — (6) Vita S. Sabæ, pag. 526. — (7) Ibid. pag. 288. — (8) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. IV, col. 1587. — (9) Ibid. loc. cit. — (10) Oriens Christianus, tom. II, col. 571. — (11) Collectionis novæ Conciliorum supplementum, tom. I, pag. 399.

S. Joannes

A S. Joannes Chuzibita *inter patres concilii diei 6 augusti sedisset, non ad eum, suadente Joanne Hierosolymitano, imperatoria decreta promulgandi causa octogenarius S. Sabas iter instituisset. Idem probatur ex tempore, quo epistolam ad Joannem Constantinopolitanum dederunt patres Hierosolymitani. Etenim cum de anathemate, adversus Nestorium, Eutychetem, Manem et Severum Antiochenum in synodo Constantinopolitana diebus julii vigesimo et sequentibus dicto, certiorem fecisset episcopus Constantinopolitanus episcopum Hierosolymitanum* (1), *hic literas laude plenas, quas* S. Joannes Cuzibita *aliique episcopi Hierosolymæ congregati subscripserunt, ad præsulem Constantinopolitanum misit* (2). *Jam vero, etiamsi Joannes Constantinopolitanus suas literas ipso die* 20 *julii dedisset, (sed illud inspicienti acta concilii minus verisimile habebitur,) intra quindecim tamen dies ante sextum scilicet augusti diem non potuissent Hierosolymam deferri, licet itinera, quemadmodum probant Bergierius* (3) *et Hinnius* (4), *per vias imperiales magna cum celeB ritate peragerentur; ac multo minus intra tam breve tempus triginta trinarum Palæstinarum episcopos congregare. Quapropter opinor istud concilium post diem sextam augusti fuisse celebratum; neque accipiendum esse pro synodo, ubi imperatoris literæ de quatuor conciliis diptychis inserendis patefactæ fuere. Verum quo die, quo mense patres convenerint, affirmare non auderem : id tamen certum est concilium non fuisse coactum post diem* 23 *februarii anni* 520, *quo mortuus est Joannes Constantinopolitanus* (5), *ad quem literæ synodicæ patrum Hierosolymitanorum fuerunt missæ.*

primus subscribit epistolæ ad Joannem CP. Quæ tum essent sedis Cæsariensis jura.

12 *Synodicæ epistolæ, de qua modo dicebamus, subscripsit omnium primus* S. Joannes Chuzibita *hocce modo* : Joannes, Dei miseratione episcopus Cæsareensis, me bene valere, et domino bene placere, orate, domini sancti, ac Dei amantissimi patres (6). *Primus autem apposuit nomen, quoniam ecclesia Cæsariensis, a quo tempore Hierosolymam Vespasianus excciderat, totius Palæstinæ metropolis facta erat. Profecto me non latet Hierosolymam sub noC mine Æliæ ab Hadriano imperatore rursum fuisse ædificatam, ejusque episcopum petiisse a Patribus concilii Nicæni ut ob sanctitatem loci præ cæteris Palæstinæ ecclesiis aliquo honore ornaretur, atque his votis partim annuisse Patres canone* VII, *dicentes* : Quia consuetudo obtinuit et antiqua traditio, ut Æliæ episcopus honoretur, habeat honoris consequentiam salva metropoli propria dignitate (7). *Sed per hoc decretum nequaquam metropolitana jura episcopis Hierosolymitanis fuere reddita. Non tamen ea penes* S. Joannem Chuzibitam *fuisse putem : nam, postquam Cyrillus Hierosolymitanus anno circiter* 357 de jure metropolitano adversus Acacium, episcopum Cæsareæ, controversiam movisset, tamquam apostolicam sedem obtinens (8), *ejus successor Joannes fere eamdem iniit viam, adeo ut non tantum metropolitano Cæsariensi, sed et patriarchæ Antiocheno subesse abnueret* (9). *Longius processit Juvenalis, alius Hierosolymitanus episcopus, omnem lapidem frustra movens anno* 431 *in concilio Ephesino, ut in tribus Palæstinis, Arabia et duobus Phæniciis principatum obtineret* (10). *Sed res ei melius successit, anno* 451 *in concilio Chalcedonensi, Actione* VII, *ubi suum repetens tentamen, probantibus Patribus, pactum cum Maximo patriarcha Antiocheno iniit, ita ut* Antiochensium ecclesia duas Phœnicias et Arabiam haberet; Hierosolymorum vero tres Palæstinas haberet (11). *Verum, neque per hoc Chalcedonensium Patrum judicium episcopis Cæsariensibus ac proin* S. Joanni Chuzibitæ *sua metropolitana jura fuere ablata : nam S. Leo I pactum Chalcedonense irritum declaravit, jubens ut Antiochenæ ecclesiæ jura sua integra servarentur. Suis tamen juribus non videtur usus* S. Joannes Chuzibita : *nam in concilio Hierosolymitano Joannes hujus urbis episcopus non tantum tenuit primas, quod nec per canonem Nicænum videtur ei fuisse licitum, sed Palæstinæ episcopos, quos inter* E S. Joannem Chuzibitam, *huc congregavit, et legavit, ut vidimus, S. Sabam qui per totam provinciam etiam Cæsareæ imperatoris literas patefaceret, et quatuor concilia diptychis insereret : quin et epistolæ synodicæ concilii Hierosolymitani hanc inscriptionem præfixit:* Domino meo, Dei amantissimo et sanctissimo comministro, Joanni, et sanctæ synodo in Constantinopoli congregatæ, Joannes Dei miseratione episcopus Hierosolymorum, et sancta synodus trium Palæstinarum, existens sub sanctis locis Christi Dei omnium, in Domino salutem. *Quæ sane probant Joannem Hierosolymitanum, cum pace* S. Joannis Chuzibitæ, *egisse metropolitanum. Sed nec prætereundum est synodicam epistolam, de qua modo agebamus, antiquissimum esse monumentum historicum præstantiæ sedis Hierosolymitanæ præ Cæsariensi. Postea nomen patriarchæ sibi assumpsere episcopi Hierosolymitani* (12); *quod ecclesia Romana non videtur eis agnovisse ante annum* 1215, *quando Patres concilii Lateranensis* IV *sequentem ediderunt canonem* V : F Sancimus ut post Romanam ecclesiam... Constantinopolitana primum, Alexandria secundum, Antiochena tertium et Hierosolymitana quartum locum obtineant (13). *At illud decretum nonnisi ad patriarchas de ritu latino spectabat, cum omnes patriarchæ de ritu græco tunc temporis ad schisma transiissent.*

Impugnat Severum Antiochenum; deserit suam sedem et moritur.

13 S. Joannem *opus aliquod adversus Severum Antiochenum, Eutychianorum ducem, scripsisse suspicatus est Michaël Lequien* (14), *quia in synodo Lateranensi sub Martino I anno* 649 *habita, (ubi de hæreticorum scriptis rejiciendis,) decreto* V, *legitur* : Item ejusdem Severi *(Antiocheni)* adversus sanctæ memoriæ Joannem, episcopum Cæsareæ Palæstinæ; *cujus proinde aliquis liber a Severo fuerat impu-*

(1) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. V, col. 178 et seqq.; col. 190. — (2) Ibid. col. 185. — (3) De publicis et imperialibus imperii Romani viis, lib. IV, apud Grævium in Thesauro Antiquitatum Romanarum, tom. X, col. 411. — (4) Ibid. col. 739. — (5) Acta SS. tom. I Augusti, Historia Patriarcharum Constant. pag. 57*. — (6) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. V, 190 et seq. — (7) Ibid. tom. II, col. 42 et 73. — (8) Sozomenus, Historia ecclesiastica, lib. IV, cap. 25. — (9) Epistola ad Pammachium, Opp. omn. tom. III, col. 389, edit. Migne. — (10) Labbe, Coll. concil. tom. III, col. 642. — (11) Ibid. tom. IV, col. 617. — (12) Ibid. tom. V, col. 74 et 279. — (13) Ibid. tom. XI, part. I, col. 153. — (14) Oriens Christianus, tom. III, col. 572.

gnatus

AUCTORE R. D. B.

VITA

S. JOANNIS CHUZIBITÆ

EPISCOPI CÆSARIENSIS.

Ex Menæis Græcis, interprete Matthæo Radero S. J. a.

a

S. Joannis natales, monachatus episcopatus et mors.

S. Joannes, *Thebanus monachus, episcopatu Cæsariensi in Palæstina abdicato,* b

Joannes hic noster sanctus Pater, Thebis in Ægypto natus, cum angelicam monachorum vestem ab avo indutus, se cuidam seniori commisisset, Hierosolymam adiit *b*, sancta veneraturus loca, reversusque ad avum, seni adhæsit. Dein egressus cœnobium, reperto in ardua et inclementi rupe antro, ibi sedem fixit, glandibusque vitam toleravit. Hujus cum Deus virtutem mortalibus vellet spectandam proponere, ita declaravit. Ananias quidam, asceta eximius, passimque celebratus, in illo tractu degebat : ad quem virum præclarum cum prædivitis cujusdam filius a malo dæmone et impuro spiritu insessus *c*, adductus esset, ab hoc non est receptus, sed ex animi demissione illius hortatu ad interiorem solitudinem, ubi Joannes hic Ægyptius agebat, dimissus, ut Joannem investigaret: quem ubi, qui missi fuerant, invenissent, negotium sibi concreditum illi exposuerunt, qui primum nullis precibus adduci potuit, uti precando spiritum impurum pelleret: tandem fatigatus ab illis, cœpit precari, versusque ad dæmonem : Impure dæmon, inquit, in nomine Jesu, non ego, sed Ananias ille Dei servus imperat tibi, ut a puero hoc exeas. Hoc cum impurus spiritus a sancto viro audisset, exiit, puerque sanus est redditus. Quod ubi fama longe lateque distulit, quamvis recusans, coactus est Cæsareæ pontificatum suscipere. Enimvero cum sibi nullam quietem et religiosæ vitæ partem concedi videret, deserto episcopatu, rediit in eremum.

c

se aliosque a dæmonis insidiis liberat,

2 Verum thesaurus non latuit agricolam quemdam, qui cum haberet puellum deterrimo spiritu occupatum et vexatum, eum sportulæ imposuit, herbisque tectum ad viri sancti fenestram suspendit ac se subduxit. Ejulatu pueri excitus vir sanctus, vidit intellexitque puerum ab impuro spiritu vexari, quem mox pulso dæmone curavit : sed pulsus in exilium dæmon haud quievit. Hominis enim ementitus formam, ad viri sancti, quem in præruptis repererat, pedes quasi sanctam ab illo precationem petiturus sese projecit; quo spectaculo Dei famulus repente perculsus, pedibus a dæmone convolutis, inverso corpore in extremam et altissimam rupis vallem et hiatum in caput devolvitur. Sed nihil inde pretii tulit nefarius parricida; innoxium enim cælestis gratia virum sanctum præstitit. Deinde (idem hostis mortalium) latronem in eum immisit, a quo nunc pulsabatur, nunc vestibus spoliabatur, nunc ejus casa exurebatur. Cum inter hæc omnia vir sanctus hoc unum diceret: « Si tibi, Domine, hæc ita visa, laudo gratiasque ago. » Audivit e cælo Dominus. Comprehenso enim per magistratum latrone, diraque morte anima a corpore divulsa, servus Dei non est mediocriter relevatus. Sed neque sic quievit perditus veterator, cuniculos contra illum agendo (et fossam in quam caderet fodiendo.) Etenim cum vir sanctus domicilia et cœnobia revisendi causa obiret, muliercula in transitu viro sancto occurrens, illiusque vestigia secuta, obnixe rogavit, uti ne dedignaretur ad se divertere, quo ædes suæ ab ejus ingressu aliquid sanctimoniæ traherent. Cessit precibus vir sanctus, atque domum feminæ est ingressus, quæ statim occlusis januis totum corpus nudavit, eaque impudentissima et impurissima fecit, quæ pudor vetat proloqui, conata intemeratum virum inquinare. Sed ferreus ille cacodæmonis ignitabulum stravit, repudiavit, innoxiusque evasit.

et ope divina cum S. Marciano colloquitur.

d

3 Hic idem beatus Joannes, cum accepisset de quodam Marciano *d*, asceta passim apud omnes fama celebrato, ejus videndi desiderio miro flagrabat. Sed quia pedes ita strinxerat *e*, uti e spelæo egredi non posset, etiamsi ultima cogeret necessitas, cum seipsum pedicis induisset, exuere eos aut rumpere haud potuit. Hic, o qualis providentia numinis, omnia contemplantis, præter opinionem succurrit : angelus enim Marcianum e sua cella raptum, sublimemque in Joannis specum, sine sonitu delatum posuit. Cum igitur essent congressi ambo, mutuumque complexi, et cælesti inter se colloquio ad satietatem pasti essent, Joannes Deo jam ad extremum gratias agere instituens atque in hunc modum loquens : « Laus Deo sancto, qui me aspectu desideratissimi mihi Marciani est dignatus, » repente Marcianus per angelum ex oculis beati Joannis subtractus est. Hinc Joannes miris agitari modis curarum cœpit, anticipiti cogitatione distractus, atque diu cum animo suo lu-

e

(1) Labbe, tom. V, col. 283 et 286.— (2) Discipline de l'Église liv. II, ch. 5, tom. II, col. 1034 et seqq. Edit. Paris, 1725. — (3) Acta SS. tom. III Maji, pag. 232. — (4) Ibid. tom. I Sept. pag. 573. — (5) Ibid. tom. VII Octobr. pag. 1042 et 1048.

ctatus

A ctatus, tandem ruptis divinitus vinculis exivit specu et viam ad S. Marcianum arripuit. Et cum miraculi magnitudine esset perculsus, existimabat rem totam nil nisi phantasma fuisse. Ut ergo egressus est, audit nominatim se a S. Marciano vocari; a quo cum beatus Joannes didicisset modum, (quo ab angelo deductus esset ad eum,) elatus lætitia S. Joannes toto pectore gestiebat gaudio. Rursum ergo cum inter se consalutassent, Deoque gratias persolvissent, Joannes in antrum suum reversus est. Sed quid multis opus? hic Joannes et dæmones ex non paucis multos ejecit, morbosque immedicabiles curavit, aquas multis in locis precibus elicuit, imbres e cœlo sæpe votis impetravit, aliaque id genus multa miracula per hunc Deus perpetravit, bona provectus ætate in pace exhalavit animam.

ANNOTATA.

a *Hanc interpretationem a nobis nonnihil immutatam dedit Matthæus Raderus S. J. in* Viridario Sanctorum, *pag.* 27, *edit. Augustæ Vindel.* 1607. D

b *Quomodo* S. Joannes Cuzibita *Hierosolymam venerit, declaratum fuit in Commentario prævio, num.* 5.

c *Quas* S. Joannes *de dæmone retulit victorias hisce celebravit versibus auctor metrici Martyrologii Græci:*

Πειθεὶς ἀπείρων πειρατηρίων βίου,
Ἰωάννης ἄπειρα λείψεται γέρα.

Tentatus mille vitæ tentaminibus,
Joannes mille consequetur præmia.

d *Colloquii S. Marciani cum* S. Joanne *non fit mentio in Vita S. Marciani, a Theodoreto Cyrensi scripta* (1).

e *Plures sancti monachi sese catenis cellulis suis devinxerunt. De his vide Alteserram* (2) *et Bivarium* (3).

B (1) Theodoreti Cyrensis Opera omnia, tom. III, col. 1323, edit. Migne. — (2) Alteserræ Asceticon, Opera Omnia, tom. II, pag. 196, edit. Neapol. 1777. — (3) De veteri, monachatu part. II, pag. 199, 200 et 307. E

DE S. FARONE, EPISCOPO MELDENSI ET CONFESSORE

COMMENTARIUS PRÆVIUS J. V. H.

§ I. Pagi Brigensis situs et fines; Sancti elogium in Fastis sacris; Vitæ auctores varii.

ANNO VERISIMILITER DCLXXII.

Briegii pagi situs et fines;

Briegius pagus (La Brie), *quem Jonas monachus sæculi* VII *scriptor, in vita S. Eustasii ad diem* XXIX *martii* (1) *appellat* saltum pagumque Briegium, *situs est versus orientem civitatis Parisiorum. Quamvis idem*
C *nomen pago usque ad exitum sæculi proxime elapsi perstiterit, variis temporibus varii videntur fuisse ejusdem fines. Dividebatur olim in Briegium Francicum et Briegium Campanicum* (La Brie Française et La Brie Champenoise). *Plerumque civitas Meldarum* (Meaux) *dicitur caput pagi Brigensis: attamen sunt, qui dicunt pagum Meldensem a Brigensi esse distinguendum. Sic Cl. Guerard sub civitate Meldensi ordinat pagos minores,* MELDENSEM sive Melcianum, Aliodrensem, BRIEGIUM et Covedensem (2). *Sunt tamen alii, qui utrumque pagum in unum conflant; adeo ut Briegius pagus etiam Meldensis dicatur. Hujus sententiæ est Joan. Lebeuf, qui docet, promiscue sumi pagum Meldensem et Briegium* (3). *Similiter Albanus Butler in suo Hagiologio* (4), *quin tamen ullam probationem afferat, asserit, civitatem Meldensem ad Brigensem pagum pertinere. Ex dictis manifestum fit, ancipitem manere limitem pagi Brigensis.*

in eo plerisque est civitas Meldarum;

2 *Cæterum Meldensis civitas, hodie in partitione Sequanæ et Maternæ* (départ. de Seine-et-Marne) *Ptolomæo* Jatinum *et secundum Tabulam Theodosianum* Fixtuinum *vocabatur* (5). *Ad regnum Austrasiæ sæculo sexto pertinebat, ut testatur Gregorius Turonensis lib.* IX *Hist. cap.* 20 (6): *anno scilicet tertio decimo regni Childeberti, regis Metensis seu Austrasiæ, id est Christi* 587, *divisa fuit Gallia in duas partes inter Childebertum et Guntramnum, regem Aurelianensem seu Burgundiæ: in ea autem pactione legitur:* Pari conditione civitates Meldis et duas portiones de Silvanectis, Turonis, Pictavis, Abrincatas... domnus Childebertus rex cum terminis a præsenti die suæ vindicet potestati. *Fallitur igitur Adrianus Baillet dum ad diem* XXVIII *octobris dicit pagum Brigensem ad Burgundiam pertinuisse, utpote quæ complectebatur provinciam Senonensem. Sed citata pactio aperte monstrat, Senonensem provinciam inter duos reges bipertitam fuisse, nam* tertiam portio-
F

(1) Acta SS. tom. III Mart. pag. 787. — (2) Essai sur le système des divisions territoriales de la Gaule, pag. 147. Cfr Valesii Notitia Gall. pag. 96. Cfr Guérard. Le polyptique de l'abbé Irminon, tom. I, pag. 97. — (3) Dissertat. sur l'hist. de France, tom. I, pag. 94 et 98. — (4) Vies des saints, S. Faron. XXVIII Octob. — (5) D'Anville. Notice de l'anc. Gaule, pag. 375. — (6) Migne, Patrol. lat. tom. LXXI, col. 498.

AUCTORE J. V. H.

nem de Parisiensi civitate *Guntramno*, duas portiones de Silvanectis *Childeberto assignat. Manifestum igitur est, Senonensem provinciam integram neutri rege tributam fuisse. Cæterum hæc etiam confirmantur ex eo quod pater Sancti Agnericus et filius* Faro *in aula Theodoberti, Austrasiæ regis, versati fuerint.*

ex qua oriunda est familia S. Faronis;

3 *Ex hoc pago, sive Meldis sive ex ejus territorio, oriunda est familia, non minus generis nobilitate quam morum sanctitate insignis Burgundofaronum. Familiæ caput fuit Agnericus seu Chagnericus aut Hagnericus, qui, teste Jona, S. Columbani biographo coævo* (1), Theodoberti conviva, vir sapiens et consiliis regis gratus, et nobilitate ac sapientia vallatus. *Is hospitio excepit SS. Columbanum et Eustasium et vicissim ab eis benedictionem in filiis accepit. Nam ex conjuge sua Leudegunde quaternam prolem, binam masculam, fœmineam binam suscipit. Filii fuerunt Chagnoaldus, monachus Luxoviensis, dein episcopus Laudunensis, de quo egerunt nostri majores ad diem* VI *septembris* (2), *et* Faro *seu* Burgundofaro, *de quo nobis hodie sermo est. Filiæ*
B *vero S. Fara seu Burgundofara, cujus Acta dabuntur, qua die colitur,* VII *decembris, et Agnetrudis, de cujus cultu non constat. Quamvis autem hæc familia apud Austrasios, ut diximus, mansionem haberet suam, nihilominus e Burgundionibus suam traxisse originem monstrat ipsum nomen : nam apud Burgundos optimates* farones *appellantur.* Warnacharium, *inquit Fredegarius cap.* 44 (3), majorem domus cum universis pontificibus, sed et Burgundæfarones Bonegilo villa ad se venire præcepit. *In lege Longabardorum* Fara *generationem seu familiam significat : lib.* III *rit.* 14 *libero homini permittitur migratio* cum fara sua. *Burgundofaro igitur idem ac optimas regni Burgundici : atque hoc est nomen, quo sanctus noster* Faro *indicatur.*

cujus laudes enarrant tum Martyrologia,

4 *Inter antiquos martyrologos Usuardus de* S. Farone *mentionem facit, dicens :* Civitate Meldis, sancti Faronis episcopi et confessoris ; *quæ Romanum, omisso tantum verbo* civitate, *repetit. Hisce accinit Wandelbertus in Martyrologio metrico :* Hic etiam Natronæ colitur per littora Pharo. *Sancti elogium amplificat*
C *Martyrologium Parisiense, jussu cardinalis de Noailles anno* 1727 *editum :* Meldis, *scribit,* sancti Faronis episcopi, fratris sanctæ Faræ Virginis, qui uxorem suam velum religionis induere persuaserat, ut in clerum ipse cooptaretur, ac sedit in Concilio Senonensi secundo cum sanctis Audoeno, Eligio, Amando et pluribus aliis Galliarum episcopis. *Jam ante Grevenus in sua editione Usuardi amplioribus verbis* S. Faronem *celebraverat.* Beatus Pharo, *ait,* per sanctam Pharam sororem suam ad contemptum sæculi adductus, uxore sua Blidechilde sacro velamine consecrata, ipse ex comite palatino fratri suo Walberto *(monstrabimus infra errorem hic subesse)* in pontificatu Meldensis Ecclesiæ successit. Quum autem tempore quodam ante carcerem transiens, vinctorum clamores audisset, Exite, inquit, liberi, eo quod pœniteamini, statimque vincula eorum soluta sunt. Tandem quum LXVI annis in multa sanctitate præfatam Ecclesiam rexisset, quievit in pace. *Videbimus infra sanctum antistitem tanto tempore* D *Meldensi ecclesiæ non præfuisse.*

tum liturgia Meldensis.

5 *Breviarium Meldense, anno* 1640 *jussu Dominici Seguier episcopi editum, consulto omisit quidquid circa res gestas Sancti controversiis ansam præbere potest. Lectiones itaque secundi Nocturni prelo subjicimus, utpote quæ sat accuratam imaginem* S. Faronis *exhibent.* LECTIO IV. Nobilis Faro, ex comite Agnerico et Leodegunda genitus, carus primum fuit Theodeberto, Austrasiæ regi. Postquam autem Clotarius, devictis Theodeberto et Theodorico, solus obtinuit principatum, Faro gratiam illius tantum iniit, ut primus exstiterit inter regis dilectos. Quo fretus favore et regem ad salutis iter hortari et fideles ad pietatem inflammare, et infideles non raro ad Christi fidem perducere solebat. LECTIO V. Inita cum Blidechilde matrimonii fœdera, suadente sorore Fara, ex consensu conjugis dissolvit, et sanctitatem piæ sororis æmulatus, vale dixit mundo, totumque se Dei mancipavit obsequiis. Quapropter, defuncto Meldensi episcopo, ipso poscente populo, eligente clero, rege annuente et volente, in
E illius locum subrogatus est, ut virtutes, quæ antea quasi in occulto scintillabant, supra candelabrum Ecclesiæ positæ, cunctos fideles grato lumine collustrarent. LECTIO VI. Hujus luminis splendor multos ex nationibus dissitis Meldas traxit; præcipue vero Fiacrium, Scotiæ regis filium, qui a Farone benigne susceptus fuit, in proposito confirmatus et agello donatus, in quo solitarie viveret. Multos alios Christi servos, quibus potuit, officiis prosecutus est. Contraxit etiam amicitias cum sanctis sui ævi episcopis, Eligio Noviomensi, Audoeno Rothomagensi et multis aliis. Postquam vero per annos plurimos in omni sanctitate Meldensem rexisset ecclesiam, meritis et miraculis insignis, plenus dierum quievit in Domino. Corpus ejus Meldis, in ecclesia sub ejus invocatione, servatur.

Tres præcipue sunt Vitæ scriptores :

6 *Sollerius noster in suis observationibus ad diem* XXVIII *octobris Usuardi dicit,* Acta sub Hildegarii nomine a Mabillonio edita fuisse, sæc. II Benedictino; brevius a Surio. Exstant apud nos plura et diffusiora et contractiora, quæ tamen cum editis non omnino conveniunt. Omnium inter se collatio materia disquisitionum,
F in Actis nostris secuturarum. Vitam a Fulcuino, ut ajunt, carmine scriptam necdum vidi. *Mabillonius quidem in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti tres numerat Vitas antiquas* (4). *Qui primus, judice Mabillonio, Vitam* S. Faronis *litteris tradidit est Hildegarius, ex monacho S. Dionysii prope Parisios episcopus Meldensis, de quo infra. Secundus Fulcoius Bellovacensis ortu, gradu subdiaconus Meldensis, qui rogatu Gaufridi, abbatis monasterii S. Crucis seu* S. Faronis, *ejusdem Sancti facta heroicis versibus cecinit. Tertius est scriptor anonymus, qui Hildegarii fœtum in compendium redegit, et locis aliquot auxit : quem anonymum aut forsan alium quempiam Surius* παραφραστικως *reddit. Hæc fere Mabillonius. In schedis vero, quæ olim ad musæum Bollandianum pertinebant, et hodie in bibliotheca nostra regia sub num.* 8924 *asservantur, duplex mihi est Vita, altera quidemcontractior ex codice Ultrajectino S. Salvatoris*

(1) Acta SS. Ord. S. Bened. sæc, II, pag. 25. — (2) Ibid. tom. II Sept. pag. 688. — (3) Migne, Patrol. lat. tom. LXXI, col. 634. — (4) Sæc. II, pag. 607.

A *vatoris, quæ sive ordinem sive locutionem spectas, apprime convenit cum Suriana editione, de qua Mabillonius. Altera autem diffusior, ex monasterio forsan Aquicinctino, communicata majoribus nostris a Chiffletio nostro. Iis subnexus est codex Miraculorum ex chartis, ut dicitur, Fulliensibus. Restat igitur seligenda Vita, quam pro more, post Commentarium edimus.*

inter quos Hildegarius, Meldensis episcopus,

7 *Mabillonius publici juris fecit Vitam, ab Hildegario conscriptam, quia dicit, eamdem* instar omnium, ut pote antiquiorem, *habendam esse* (1). *Hildegarius, ut diximus, ex monacho Sandionysiano episcopus Meldensis, sedem occupavit saltem ab anno* 855 *ad* 873 (2). *Et certe Vitam, a Mabillonio editam, Hildegarii tempore imo ab ipso conscriptam fuisse, satis manifestant verba num.* 64 (3) ; *habetur enim :* A vicesimo quippe ordine B. Faronis usque ad præsentem Hildegarii humilis episcopi ex collegio monachorum clarissimi Martyris Dionysii cœnobio degentium per electionem adsumpti, ac munere divino una cum præstantissima liberalitate inclyti regis Caroli ad tanti

B regiminis culmen evecti, est multiplicatus ordo præsulum priorum ad usque hunc, quem sexto decimo numero rota annorum torquet volvendo. *Recte animadvertit Mabillonius* (4), *quod honorificentius alius quivis auctor Hildegarii meminisset, quam ut* humilem episcopum *appellasset. Ætatem etiam suam prodit scriptor dum narrat cap.* 118 (5) ex ore Lupi *Ferrariensis se accepisse miraculum* S. Faronis, *et num.* 123 (6) *tunc temporis vastationes Normannorum contigisse.*

præcipuus et antiquissimus; non tamen

8 *Vita hæc, judice Mabillonio, omnium antiquissima, conscripta tamen medio sæculo nono, ut supra monuimus, suis non caret erroribus, quos Carolus Le Cointe in suis Annalibus ecclesiasticis sub anno* 672 *enumerat* (7). *Imprimis dicitur in Vita num.* 31 (8) *(quem errorem repetit etiam Vita a nobis edenda num.* 14*),* S. Faro *de fonte baptismatis filium Chilperici Clotarium, qui deinceps universæ Galliæ imperavit, suscepisse. Quod certo falsum est, tum quia illum suscepit, ut dicit Gregorius Turonensi lib.* X *Hist. cap.* 28 (9), *Guntramnus rex Burgundiæ, tum quia*

C *nascente Clotario* Faro *aut in lucem editus non erat, aut certe in annis infantilibus erat positus : nam Clotarius natus est anno Christi* 584. *Forsan (nam conjecturæ locus esse potest) isti biographi confuderint Clotarium II cum ejus ab nepote Clotario III, anno* 652 *nato, illo nempe tempore, quo* S. Faro, *jam sanctitate celeber, annum vigesimum sextum in episcopatu agebat. Non magis rectum, dicit Cointius, quod refertur num.* 26, *de nece Chilperici, quasi occisus fuisset* insidiis reginæ suæ Fredegundæ propter adulterium Landrici, principis palatii sui. *De hac machinatione Fredegundis aut de ejus cum Landrico adulterio non agit Gregorius mox citatus, quamvis lib.* VI *cap.* 46 *describat necem Chilperici, quem vocat* Neronem nostri temporis et Herodem (10). *Ex silentio Gregorii concludit Cointius sub anno* 597 *num.* 1 (11), *calumniose hæc in Fredegundem impacta fuisse, et a neotericis quibusdam propagata. Verum non omnino silet Gregorius : etenim lib.* VI *cap.* 7 *et* 14 (12) *legati Childeberti, regis Austrasiæ ad Guntramnum, regem Burgundiæ, aperte Fredegundem accusant necis tum patris, Sigeberti I tum patrui Chilperici. Adeoque si calumnia fuit, certe coæva est. Dein Fredegundis necem Chilperici rejicit in Ebrulfum cubicularium, quia, ait, Gregorius lib.* VII *cap.* 21 (13), rogatus a Fredegunde, ut post mortem regis cum ipsa resideret, obtinere non potuit : *atque hinc vindicta in atrocissimam accusationem excrevit. Tandem Fredegundis extra suspicionem adulterii posita non erat, ipso Gregorio teste lib.* VI *cap.* 50 (14) : *quum apud Brennacum villam consultatio episcoporum coram rege habita fuerit de accusatione adulterii. Ex his omnibus satis liquet, biographum Mabillonianum certi erroris insimulandum non esse. Cæterum in Vita a nobis edenda nihil simile occurrit* (15).

AUCTORE J. V. H.

sine variis nævis, qui notantur,

9 *Tertium errorem in Vita, a Mabillonio edita, detegit Cointius in eo, quod numm.* 60 *et* 102 *dicitur, Waldebertus seu Walbertus fuisse episcopus Meldensis, prædecessor* S. Faronis *et quidem* decimus nonus a S. Dionysio, *dum* Faro *fuerit* vicesimus. *Verum auctores Galliæ Christianæ* (16) *e catalogo episcoporum Meldensium jure eliminant Walbertum.* 1° *Walbertus Gundoaldo Meldensi non succes-*

sit, sed S. Eustasio in regimine monasterii Luxoviensis : Monasterium, *ait Jonas in Vita S. Eustasii num.* 2 (17), quoque Virginum Christi supra paternum solum inter fluvios Mugram et Albam ædificat, fratresque qui ædificandi curam habeant, deputat : germanum puellæ Chagnoaldum et Walbertum, qui ei postea successit, ut Regulam doceant, decernit. 2° *Catalogi episcoporum Meldensium omnes consentiunt in dando Hildeverto successore* S. Faroni, *qui et ipse successit Gundualdo. Atque tali ratione nullus Walberto relictus est inter Meldenses pontifices sedendi locus. Nec immerito : nam S. Eustasio, abbati Luxoviensi successit Walbertus, qui regimen per unnos* XL, *ut ejus habet biographus Adso* (18), *tenuit : quapropter anno* 625 *factus abbas ad annum usque* 665 *monasterio præfuit. Certe ex episcopo factus non est abbas, neque ex abbate episcopus, utpote tunc septuagenario major. Atque hinc est, quod in ecclesia Meldensi nullum de eo monumentum exsistat, non tumulus, non Reliquiæ, non denique memoria in fastis sacris illius ecclesiæ inscribitur. Hanc interpolationem omnino vitavit auctor Vitæ a nobis edendæ ; nam num.* 3 S. Faro *signatur* post Gundoaldum nonus decimus a S. Dionysio, primo antistite Meldensium, *quin ullo verbo Walbertum attingat. Verum quidem est, auctorem paulo infra hæc verba attexere :* O admirabilis æterna sapientia ! quæ tres germanos, uno fusos utero, præordinavit sub sacrato Trinitatis numero pontificale dignitate insigniri. *Sed hisce verbis nullatenus*

F

(1) Sæc. II, pag. 607. — (2) Gall. Christ. tom. VIII, col. 1604. — (3) Mabill. Act. sæc. II, pag. 616. — (4) Ibid. pag. 607. — (6) Ibid. pag. 622. — (6) Ibid. pag. 624. — (7) Tom. III, pag. 647. — (8) Mabillon, Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. II, pag. 612. — (9) Migne, Patrol. tom. LXXI, col. 559. — (10) Ibid. col. 412. — (11) Tom. II, Ann. pag. 448. — (12) Migne, Patrol. tom. LXXI. col. 420 et 424. — (13) Ibid. col. 427. — (14) Ibid. col. 367. — (15) Cfr Aimoinii Hist. franc. lib. III, cap. 37, apud Migne, Patrol. tom. CXXXIX, col. 730. — (16) Cfr Gall. Christ. tom. VIII, col. 1599. — (17) Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. II, pag. 117. — (18) Acta SS. tom. I Maji, pag. 279.

datur

AUCTORE J. V. H.

datur intelligi, tres fratres Faronem, *Chanoaldum et Walbertum Meldensem sedem occupasse : imo paulo supra, num.* 2 *jam dixerat, Chanoaldum ex monacho Luxoviensi factum fuisse* præsulem Lugduni Clavati, *seu Laudunensem* (Laon).

et secundum documenta historica

10 *Ad diem* II *maji dederunt nostri Acta S. Walberti* (1) *et rati fratrem* S. Faronis *Walbertum fuisse episcopum Meldensem, neque hanc dignitatem conciliari posse cum regimine monasterii Luxoviensis, per annos quadraginta gesto, distinxerunt duos Walbertos, quorum unus Meldensi ecclesiæ, alter Luxoviensi monasterio præfuit* (2). *Verum ut duplicem statuamus Walbertum, nullum nobis est testimonium idoneum Imo vel aliquem fuisse hujus nominis fratrem* S. Faronis, *incertum facit testamentum S. Faræ, quæ solum nominat fratres suos* Faronem, *Chagnoaldum et Agnetrudem sororem* (3). *Porro hæc duplicatio fundamentum habet in prætenso pontificatu Meldensi, quem supra satis explosimus. Nihilominus in Vita S. Agili, quam* supparem *nostri ad diem* XXX *augusti* (4),
B sub æqualem *Mabillonius in Actis SS. Ord. S. Benedicti* (5) *vocant, legitur, num.* 5, *S. Agilus vitæ suæ monasticæ sub S. Eustasio socium habuisse Agnoaldum (Chanoaldum) et Waldebertum,* Hagnerici patrui sui filios quorum alter Lugduno Clavato, alter Meldensis urbis est ordinatus episcopus. *Certe si scriptor Vitæ S. Agili suppar aut subæqualis fuerit, vix dubitari posset de episcopatu S. Walberti; etenim ignorare non potuit, qui fuerint ista ætate Meldenses episcopi, in quorum diœcesi situm erat Resbacum, cujus S. Agilus fuit primus abbas. Hanc Vitam, auctore subæquali scriptam habent tum Historiæ litterariæ franciæ* (6), *tum nostri ad diem* XXX *augusti* (7) : *Mabillonius vero eamdem sæculo* VII *recentiorem habet* (8).

exploduntur.

11 *Prolixior excurreret sermo, si opinionem utrinque prolatam ad trutinam revocaremus. Omnes certe in eo consentiunt, quod nævis sat magnis inspersa sit Vita S. Agili, et non raro scriptorem quædam protulisse ex incerto rumore derivata : sic quando S. Salabergam, bis nuptam, et matrem quinæ prolis, virginem facit. Dein nostri, dum propius*
C *ipsum textum inspiciunt, fatentur, additiones et interpolationes illum passum fuisse et quidem variis in locis. Dato igitur, Vitam sæc.* VII *conscriptam fuisse, incertæ sunt multæ assertiones, inter quas merito mihi recensenda videtur opinio de episcopatu S. Walberti, qui nuspiam inter Meldenses præsules, ut supra diximus, recensetur. Atque hæc fere sunt, quæ circa Vitam* S. Faronis, *a Mabillonio edita, ejusque occasione dicenda habuimus : quæ sunt aliæ Vitæ, ab anonymis in lucem datæ, eosdem fere habent nævos. Quapropter Vitam profero hactenus, quantum scio, ineditam : tum quia minores habere videtur defectus, tum quia hactenus inedita conferri poterit cum lucubratione Mabilloniana. Utra vero antiquior sit, non ausim dicere : certe in ea nihil occurrit, quod re-*
centiorem manum indicet. Imo Mabilloniana D *plures habet locos communes, a Mabillonio suppressos, qui a nostro codice absunt. Quoniam vero sæpe utrumque exemplar iisdem utatur verbis, exemplar nostrum, quibusdam vocibus, uncinis inclusis, complebimus.*

§ II. Sancti parentes, vita aulica; militia tum sæcularis tum clericalis; gravissima peccata ope uxoris suæ diluit.

S. Faronis *parentes fuerunt, ut dicitur num.* 3, *Agnericus, Hagnericus seu Chagenericus et Leodegunda. Agnericus* ex gente Burgundionum duxit prosapiam. *Hanc occasionem nactus biographus Mabillonianus, seu ille qui Vitam* S. Faronis, *a Mabillonio editam, scripsit, dicit, num.* 8, *Burgundiones* in gentem coaluisse magnam et ex locis nomen E sumpsisse, quia pro limitibus crebra habitacula constituta Burgos vulgo vocant : unde sunt Burgundiones vulgo dicti, facto nomine a nomine Burgi. *Scriptor Mauro-Benedictinus Historiæ Burgundiæ, Urbanus Plancher, hanc etymologiam, sicut et alias, ibidem relatas, explodit, ac fatetur, se frustra indagasse nominis originem* (9). *Sufficiat itaque hic repetiisse, quod supra num.* 2, *diximus,* Faronem *et* Burgundofaronem *(utroque enim nomine vocatur Sanctus noster) indicare* optimatem Burgundiæ. *Sancti nostri cum S. Audoeno propinquitatem, ut meram conjecturam habet Bailletus, dum dicit,* prætendi *istiusmodi propinquitatem. Verum hanc inter utrumque Sanctum necessitudinem clare indicat biographus Mabillonianus num.* 14 : Progressus, *ait* (10), inde *(ex domo Agnerici)* B. Columbanum fecit habere transitum per villam, quæ ad notitiam vulgarem dicitur Wilciacus, prædictus Agnericus ob amorem sui propinqui, illustrissimi viri, qui clarus erat justis actibus et notus nomine Autharius, cujus enim conjux Aia dicebatur. *Hisce conjugibus duo* F *porro erant filii, Ado et Dado, quos benedictioni sancti viri obtulerunt. Dado autem alius non est quam S. Audoenus, Rotomagensis episcopus.*

S. Faronis parentes,

in S. Columbanum benefici,

13 *Atque hæc aliquousque confirmantur ex Vita S. Columbani, a Jona coævo conscripta, in qua num.* 50 (11) *dicitur Columbanus susceptus ab Agnerico, inde, ait Jonas,* venit ad villam quamdam Wltiacum, quæ supra amnem Maternam sita est. Ibi receptus est a quodam viro, Authario nomine, cujus conjux Aiga dicebatur : *Sequitur benedictio duobus filiis Autharii impertita. Necessitudinem fuisse inter* SS. Faronem *et Agilum, primum abbatem refert hujus biographus jam supra citatus num.* 4, *quum dicit S. Agilo fuisse Agnericum* patruum. (12) *Quod etiam confirmatur ex Vita infra edenda, in qua num.* 3, *Agnoal-*

(1) Acta SS. tom. I Maji, pag. 274. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Duplessis. Hist. de l'Eglise de Meaux, tom. II, pag. 2. — (4) Acta SS. tom. VI Augusti, pag. 574. — (5) Sæc. II, pag. 315. — (6) Hist. tom. III, pag. 635. — (7) Acta SS. tom. VI Aug. pag. 571. — (8) Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. II, pag. 315. — (9) Hist. de Bourgogne, tom. I, pag. 1 et seqq. — (10) Sæc. II Acta SS. Bened. pag. 612. — (11) Ibid. loc. cit. — (12) Ibid pag. 318.

dus,

A *dus, pater S. Agili,* frater Agnerici : *quamvis forsan melius Agnericus diceretur* avunculus, *quoniam mater S. Agili, Deuteria, erat, ut habet num.* 2 (1), ex præclara Burgundionum orta prosapia, *atque ita Agnericum, pariter Burgundionem attingebat. Pater vero S. Agili, Agnoaldus,* Portensi territorio nobilissimis natalibus oriundus *erat. Non satis constat, quo loco situm sit istud territorium: Mabillonius cum Chiffletio illud volunt in comitatu Burgundiæ, nostri autem magis inclinant, ut in Campania Gallica constituatur, et* Pertensis pagus *etiam appelletur, rationes utrinque prolatas afferunt nostri in Annotato* b, *capitis* I, *Vitæ S. Agili* (2). *Ex hisce satis liquet,* S. Faronem *ex familia oriundum fuisse non solum præcipua nobilitate, sed etiam summa sanctimonia insignem.*

in aulam Theodeberti regis filium,

14 Agnericus, *ait biographus noster num.* 8, filium dilectum Faronem tyrocinii tempore in aula Theodeberti exercendum alebat. *Eadem fere habet Vita Mabilloniana num.* 11 : Ut ergo tanta ac talis lucerna Christi paulatim
B pullulare potuisset, a primævo flore teneræ juventutis intra aulam regis Theodoberti nobiliter cum doctrina christiana nutriendo lactavit. *Hæc aliquousque monstrant tempus , quo sanctus natus sit, nempe circa annum* 585. *Theodebertus enim, rex decennis, sceptrum Austrasiæ tenere cœpit anno* 596, *occisus dein a Brunechilde regina anno* 612. *In illud igitur temporis spatium* tyrocinium *seu* flos teneræ juventutis S Faronis *constituendum est qui, ut habet noster num.* 8, juvenis, toga militari vestitus, inter proceres palatii familiaritatis plurimum apud Theodebertum retinuit locum. *Ex quibus verbis recte deduci potest,* S. Faronem *Theodeberto regi fuisse ætate fere æqualem. Inter juvenes autem facile nascitur amicitia et familiaritas; quæ, ut constans permaneat, plerumque exigit ætatem aliquantulo adultiorem in subdito quam in rege. Atque hinc conjicio, Sanctum nostrum natum annos duodecim, quando regnum Austrasiæ capessivit Theodebertus. Idem conscribitur in Vita Mabilloniana num.* 21, *nisi quod controversiam germanam seu inter duos*
C *fratres Theodobertum et Theodoricum referat, quo tempore* clarus, *ait,* in aula regis Theodoberti miles habebatur adhuc tyro B. Faro, juvenili pollens ætate. *Exarsere autem ista bella fraterna, seu ista controversia germana anno Christi* 608, *quo adhuc* tyro, *aptus tamen militiæ erat Sanctus noster, itaque tunc viginti fere annorum erat, adeoque circa annum* 585 *natus videtur.*

circa annum 585 natum,

15 *Cæterum iste annus natalis optime quadrat cum reliqua chronotaxi gestorum* S. Faronis. *Satis constat, Sanctum annos quadraginta sex in episcopatu fecisse. Nam qui passim apud antiquos tribuuntur anni sexaginta sex cum reliqua narratione consistere non possunt. Dicitur enim in Vita, num.* 21, *illum* a Clotario rege usque ad tempore Childerici, pronepotis ipsius Clotarii sedem episcopalem rexisse. *Jam vero ab anno* 613 *quo Clotarius regnare incipit usque ad interfectionem Chilperici anno* 673, *anni sunt omnino* LX : *si igitur pontificatus* S. Faronis *annos* LXVI *complectatur, necesse est, ut ante Clotarium inceperit aut post Childericum desierit; quod nequaquam convenit cum textu Vitæ num.* 21 *supra allato. Quod si anni episcopatus numerentur* XLVI, *jam omnia recte fluunt : nam minime necessarium est extendere ætatem sancti antistitis usque ad decrepitam senectutem, usque ad annum ætatis nonagesimum sextum aut septimum : si enim annis* LXVI *episcopatus addatur ætas annorum* XXX, *quæ requiritur, ut aliquis illa tempestate ad hunc gradum promoveatur, senium habemus, de quo nullus biographus vel minimum verbum dicit.*

AUCTORE J. V. H.

16 *Dein lapsu calami facile numerus* X *numero* L *postponi potuit, ut pro* XLVI *habeamus* LXVI *annos. Pro isto etiam minori numero pugnat textus noster num.* 8, *quo dicitur,* quum Clotarius trium regnorum monarchiam obtinuisset *(quod anno Christi* 613 *contigit)* beatum Faronum inter reliquos regni proceres amicitiæ ejus familiaritate sublimiter nobilitatum *fuisse; additur dein illum in consiliis regis primatum obtinuisse : unde consequens fit, ut per* E *plures annos in aula Clotarii versatus fuerit. Quæ omnia denuo confirmant pontificatum S. Faronis intra annos quadraginta sex definiendum esse. Childericus vero, laudati Clotarii pronepos , interfectus fuit anno* 673, *mense septembri : igitur anno saltem præce-*
denti, S. Faro, *mense octobri defunctus est. Quod si ab isto anno* 672 *per spatium annorum regredimur , annum ejusdem sæculi septimi* XXVI *attingimus, quo , defuncto Gondoaldo successit* S. Faro. *Atque hinc confirmatur, quod diximus de tempore nativitatis, nempe circa annum* 585. *Quandoquidem jam aptus militiæ sub Theodeberto anno* 612, *adhuc per annos quatuordecim in Clotarii obsequio fuit; adeo ut aliquot annis ætatem, episcopatui aptam, excedere debuit. Ilos autem terminos altius producere non licet, quia tunc jam non habemus sub Theodeberto* tyronem, in flore teneræ juventutis *constitutum. Ut igitur hanc chronotaxim summatim complectamur, censemus* S. Faronem *natum circa annum* 585, *episcopum factum anno* 626, *mortuum octogenarium anno* 672.

induxerunt, qui primum militiam secutus

F

17 S. Faro, *ut vidimus supra, aliquandiu in aula regia apud Theodebertum et Clotarium versatus fuit : et apud priorem juvenem, probabilius, juvenis placuit : ast apud posteriorem inter consiliarios regios præcipuum obtinuit subsellium; imo regis Dagoberti referendarium fuisse aut ante S. Audoenum aut simul cum eodem, (nam plures aliquando fuisse referendarios, dicit Mabillonius* (3)*) et monstrat diploma, notis chronologicis mutilum, quod Burgundofaro obtulit* (4)*; quia, inquit biographus num.* 8, *regali* fiducia fretus, sæpe ipsum regem monebat, vanos hujus vitæ favores supernis desideriis calcare, omnibus se amabilem præbere, omnes actus et mores compositos habere. Consilia quoque regalia, publica et privata, amoris Dei magnificentia prudentissime disponebat; in tantum ut in descriptionibus Vitæ beati Chilleni, ex Scotica natione progeniti, scriptum de eo reperiatur, quia

et regis familiaritatem adeptus

(1) Acta SS. tom. VI Aug. pag. 575. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Annal. Ord. S. Bened. tom. I, pag. 314. — (4) Bouquet, Rec. tom. IV, pag. 631.

ante

AUCTORE J. V. H.

ante sui consilii (arte) astute curabat providere, ne res publica regni a statu suæ magnificentiæ ac potentiæ aliqua violatione juris vacillaret. *Eadem ad verbum fere habet Vita Mabilloniana num.* 70. *Adducuntur dein varia exempla, quibus monstratur, utile et sanctum fuisse tum regi tum populo ministerium. Nihilominus licet* S. Faronis *actus undecumque laudabiles fuerint, hortante S. Fara, sorore sua, sanctiorem vitam sectari cœpit. Nam, inquit biographus noster, num.* 12, in tantum Deo inspirante, familiare ejus *(Faræ)* colloquium B. Faronis permovit mentem, ut gloriam palatini principatus atque regalis amicitiæ contemneret, licitaque conjugia in juventutis flore positus refrenaret, seque ecclesiastico ordini sociaret; et conjugem suam, vocabulo Bliderhidem, non dissimilem viri desideriis, sacro velamine Deo consecraret.

clericus factus est,

18 *Vidimus paulo supra num.* 16 S. Faronem *cathedram Meldensem conscendisse anno circiter* 626 : *ante tamen per annos aliquot in clericali militia exercitatus fuit, nec subito ab aula regia ad regimen pastorali fuit tra-*
B *ductus. Atque quidem ad disciplinam ecclesiasticam pertinebat, ut nemo ad summum sacerdotii gradum perveniret, nisi in inferioribus probatus. Nam quum Burgundio a S. Gregorio Turonensi peteret episcopum ordinari loco avunculi sui, Felicis Namnetensis episcopi, tunc ægrotantis; respondit ei Gregorius lib.* VI *Hist. cap.* 15 (1) : Habemus scriptum in canonibus, fili, non posse quemquam ad episcopatum accedere, nisi prius ecclesiasticos gradus regulariter sortiatur. *Hortatur proin Burgundionem, ut tonsuram accipiat ab eo, qui illum elegit, et quum presbyterii honorem acceperit, ad ecclesiam assiduus sit; et quum avunculum suum Deus migrare voluerit,* tunc facile, *inquit,* episcopalem gradum ascendes. *Similiter cum* S. Farone *actitatum fuisse, ipsa vigens disciplina nobis persuadet. Censemus itaque Sanctum, quindecim fere annis ante finem sæculi sexti natum, anno quinto ætatis post trigesimum severiorem clericorum disciplinam amplexum fuisse; quapropter biographus noster mox citatus recte dicere potuit, illum* licita conjugia
C in juventutis flore positum refrenasse, *utpote qui fere tricenarius fuerit.*

consentiente uxore sua Blidechilde,

19 *Porro ad statum clericalem sequendum,* S. Faro *consensum habere debuit conjugis suæ Blidechildis, quam biographus noster num.* 12 *vocat Bliderhidis, et num.* 17 *Blidehidis. Vita Mabilloniana num.* 91 *docet illum* conjugem suam, nomine Blidehildem, non imparem hujus sanctæ voluptatis, sacro velamine Deo conjunxisse : *et paulo infra, num.* 106 *docetur, sancta mulier* curis studiosissimis, Deo militasse in villa residendo, quæ vulgo Pinnewindo dicitur, ex jure suæ proprietatis. *Eadem iisdem fere verbis habet Vita nostra numm.* 12 *et* 17. *Ast hæc aliqua explicatione indigent. Blidechildis verisimilius, si ejus ætatem cum annis sui mariti conferamus, vix annos triginta attingebat, quando dicitur* sacrum velamen *accepisse: quod quidem videtur contrarium sacris canonibus, prohibentibus virginum velationem ante annos quadraginta. Concilium Agathense anni* 506, *can.* 19, *habet* (2) : D Sanctimoniales, quamlibet vita earum et mores probati sint, ante annum ætatis suæ quadragesimum non velentur. *Plura de ætate illa habet Hugo Menardus in Notis ad Sacramentarium Gregorii Magni not.* 612 (3). *Varia tamen est ætas variis temporibus et locis, ut constat ex Decreto Gratiani, causa* XX *quæst.* 1; *et S. Gertrudis Nivellensis infra annos juventutis a S. Amando velum sacrum accepisse, docet nos ejus Vita a coævo conscripta* (4). *Proin ex hoc capite negare nolim Blidechildis velationem, præsertim quum S. Amandus* S. Faroni *coævus fuerit.*

quæ et ipsa, absque tamen veste monastica, castitatem professa est :

20 *Gravius autem dubium in me excitatur ex eo quod velatio proprie ad virgines spectat, nequaquam ad viduas, quarum instar habenda erat Blidechildis. Forma vovendi pro viduis indicatur in concilio Arausicano* I *anni* 441, *can.* 27 (5), *qui statuit* Viduitatis servandam professionem, coram episcopo in secretario habitam, imposita ab episcopo veste viduali indicandam: *Vehementer dubito, an Blidechildis aut vestem vidualem induerit aut etiam fuerit attonsa : certum namque est, mo-* E *nachas illa tempestate in Gallia tonsuram accepisse ut liquet exemplo S. Gertrudis, cujus mater illam totondit ad* instar coronæ (6). *Etenim Blidechildis, voto castitatis jam obstricta, se totondit, ut insidias viri effugeret. Dicitur num.* 17 *Blidechildis* ornatum abjecisse vestium et totondisse cæsariem capitis, ac cilicium induisse. *Idem fere dicit textus Mabillonianus num.* 106, *scilicet* se totondit cæsariem capitis, in qua consistebat ornamentum pulchrius corporis et induta est pro ornamento cilicio. *Ex hisce deduco, Blidechildem voto quidem numquam violando, instar velatarum, castitatem suam obstrinxisse Deo, ita tamen ut in statu sæculari cæterum perseveraret : et reipsa monasterium aliquod non videtur incoluisse, sed in* villa ex jure suæ proprietatis *Pinnewindo resedit in libera scilicet solitudine.*

S. Faro, *dein tentatus,*

21 *Operæ pretium fuerit brevi commentario explicare, quomodo* S. Faro *ad peccatum carnale tentatus fuerit, et quo consilio ejus conjux Blidechildis tentationem devicerit. Historiam ex textu Mabilloniano, num.* 106 F *quocum noster num.* 17 *conferri potest, proferimus :* Nec silentio est omittendum quanta virtutis ejus digna conjux Blidechildis, sacro velamine mancipata claruerit; secundum quod ex relatione publica antiquissimorum virorum, qui canitie lactea compositi erant, comperimus. Hæc quum curis studiosissimis Deo militaret in villa residendo, quæ vulgo Pinnevindo dicitur, ex jure suæ proprietatis, præsul Dei Faro mandato eam suæ præsentiæ adesse optavit. Quæ quum prima auditione renuisset, non distulit antistes Dei mandatum iterum ingeminare. At illa huic secundo primam negligentiam conjunxit. Quumque his duobus mandatis tertio adjecto eam inquietasset, violenter perpendens non posse suam deliberationem animi obsistere, videlicet ut visione B. Faronis jam non laberetur in aliqua titillationis delectatione, callidissimo consilio reperto intra se, totondit totam cæsariem capitis, in quo consistebat ornamentum

(1) Migne, Patrol. tom. LXXI, col. 387. — (2) Labbe, tom. IV, Conc. col. 1586. — (3) Migne, Patrol. tom. LXXVIII, col. 429. — (4) Acta SS. tom. II Mart. pag. 594. — (5) Labbe, tom. IIt Conc. col. 1451. — (6) Acta SS. tom. II Mart. pag. 594.

pulchrius

A pulchrius corporis, indutaque pro ornamento cilicio, tandem tali modo devicta, adstitit ejus præsentiæ incompta. Qui dum super specie ei diu desiderabili putasset animo videndo satisfacere, illico ut attulit fenestras oculorum in eam, amarissimo tædio exhorruit, ac vestigium ejus prioris amoris atque alicujus sequentis illiciti per illius intuitum fastidio deliberationis animi funditus evomuit. Valde quidem admirabilis in hoc facto hæc castissima Deique sacra fœmina, quæ se atque antistitem suum, cujus aliquando conjux, consilio sagacissimo ab illicita offensione Dei curavit providere, juxta illud evangelicum : « Si oculus tuus scandalizat te, erue eum et projice abs te. * »

* Matth. xviii, 9.

industria uxoris peccandi periculum evadit.

22 *Certum est* S. Faronem *trinis mandatis tria peccata gravissima commisisse. Dubium nullum est, quin Blidechildis noverit, quo animo advocaretur. In Vita Sancti, a Surio edita ad* XXVIII *octobris, id aperte ostenditur, nempe non simplicem voluisse* Faronem *collocutionem, et a sola Blidechilde suspicionem criminis provenisse, sed vere flagitiose præsentiam conjugis exegisse* Faronem. *Dicit*

B *enim,* Blidechildem beatissimi viri tentationem, ab insido et maligno dæmone illi injectam extinxisse. *Narrat dein, qua arte, insidias eluserit, quum B.* Faroni memoria redierit amoris et pulchritudinis ejus : *et sic pie deceptus vir,* doluit, se tentationi eatenus cessisse. *Itaque turpissimæ tentationi consensisse* S. Faronem, *habent omnes : nec dubium quin sincera pœnitentia maculam eluerit. Cujus pœnitentiæ et alii Sancti exemplum dedere, ita ut lapsus ipse stimulos deinceps addiderit ad persequendum majorem sanctitatem. Sic S. Petrus, Apostolorum princeps, cui jam promissæ erant claves regni cœlorum, trina negatione magistrum Christum ejurarat, multis postea lacrymis peccatum delevit. Sic Maria, neptis S. Abrahami, quæ post annos viginti, summa innocentia in eremo transactos, meretricium exercuit, a patruo suo ad pristinam vitam traducta, gratia etiam curationum a Deo donata fuit, ut habent ejus Acta, a S. Ephrem Syro conscripta, quæ nostri majores ad diem* XVI *martii dederunt* (1). *Enimvero S. Augustinus commentatus in verba S. Pauli ad*

C *Rom.* VII, 14 : Scimus enim quia lex spiritualis est : ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato, *dicit lib.* I, *cap.* 23 *Retract.* (2), Sanctum quemque *dicere posse se esse* carnalem, *id est motibus concupiscentiæ expositum. Sancti plerumque resistunt, sed tamen aliqui aliquando tentatione vincuntur.*

AUCTORE J. V. H.

§ III. Episcopus creatus Ecclesiam ditat; variis diplomatibus subscribit; monasterium S. Crucis Meldis fundat et concurrit fundationi monasterii Resbacensis.

Episcopus Meldensis factus, Ecclesiam ditat;

S. Faro, *ut diximus supra num.* 16, *in cathedra Meldensi constitutus fuit anno* 627. *Exinde magis florere incœpit Ecclesia : nam inquit biographus Mabillonianus num.* 93, paupertate marcescentem ecclesiam civitatis Meldensis, quæ compta suffragiis Protomartyris B. Stephani ac ejus roseo sanguine decenter fulget ædificata, ditissimis villarum opibus munerans, magnificentiorem ac nobiliorem omnium reddidit oculis. *Hisce ornamentis et suam addit symbolam, episcopi soror, S. Fara. Unde* E *tanta fuit rerum temporalium abundantia, ut* S. Faro *non solum potuerit construere episcopium et monasterium, seu canonicorum habitationem, sed insuper* titulos ecclesiarum Christi, *parochias interpretor,* erexerit, *et advenas etiam liberaliter exceperit et magnificentissime foverit, ut infra monstrabimus. Idem habet, sed paucioribus verbis, Vita infra edenda num.* 13. *Hanc tamen donationum largitatem occœpisse ante episcopatum facile mihi persuadeo, si vera sunt, quæ refert Vita Mabilloniana num.* 92 *nempe* S. Faronem, *clericum factum, pauperem egisse vitam.* Ad obtinendum, *ait,* magis Christi gratiam et ad fastigium perfectionis et divinæ contemplationis culmen promerendum, latebrosa prioris vitæ evanescens per gratiam evangelicæ prædicationis, quæ est*: Vade, vende omnia, quæ habes et da pauperibus, et veni, sequere me et caliginem propriæ voluntatis denegans, multimodas opulentasque possessiones terræ ecclesiastica adminicula pro centenis meritorum accipiendis fructibus amplissime ditavit. *Donationes itaque largissimas Ecclesiæ attributas fuisse a* S. Farone, *hactenus clerico, ex hisce verbis manifestum est.* F

* Matth. xix 21.

24 S. Faro *adstitit etiam translationi SS. martyrum Crispini et Crispiniani, quam celebravit S. Ansaricus, Suessionensis episcopus,* IV *id.* (X *die*) *junii anni* 649. *De hac translatione late egit noster ad diem* XXV *octobris in Actis SS. Martyrum* (3), *quapropter eadem repetere non juvat; similiter idem factum jam attigerunt nostri majores ad diem* V *septembris in Vita S. Ansarici* (4). *Sufficiat igitur hic retulisse verba in Vita S. Ansarici conscripta :* Ecce magnus ille remunerator, qui ministrantes sibi honorificare promisit, hanc ei *(Ansarico)* confert gratiam, ut cum sanctis Eligio Noviomensi, Audoeno Rothomagensi, Farone Meldensi, cæterisque laude dignis episcopis beatorum fratrum martyrum Crispini et Crispiniani, Suessionicorum apostolorum sacratissima corpora transferre mereretur. *Idem scriptor testatur,* præcipuum *rei gestæ* actorem *fuisse*

(1) Acta SS. tom. II Mart. pag. 442 et seq. — (2) Migne, Patrol. tom. XXXII, col. 620. — (3) Acta SS. tom. XI Octob. pag. 309. — (4) Ibid. tom. II Sept. pag. 546.

S. Eligium

AUCTORE J. V. H.

S. Eligium, qui vas aureum et argenteum *servandis corporibus confecit. Acta autem est translatio* quartis idibus junii, *qui dies anno* 649 *in feriam* II *incidit, notato littera dominicali D.*

Emmonis Senonensis privilegio subscribit:

25 *Subscripsit* S. Faro *privilegio, quod Emmo, Senonensis episcopus dedit monasterio suo S. Petri. Subscriptum dicit Clarius in Chronico S. Petri a* comprovincialibus episcopus synodaliter (1), *quamvis etiam ex aliis provinciis adfuerint episcopi, ut S. Andoenus Rothomagensis. Datum autem fuit instrumentum* Mansolaco curte dominica, anno tertio regni domini nostri Clotarii (2). *Petrus Delalande in supplemento Conciliorum antiquorum Galliæ* (3) *tertium Clotarii annum illigat anno Christi* 662, *secutus videlicet Chronologiam Jacobi Sirmondi, statuentis, obitum Dagoberti I in annum* 644, *dum potius ad annum* 638 *revocari deberet. Clotarius III, ejus nepos, regnare cœpit post patrem Clodovæum II anno* 656: *tertius itaque regni annus ad annum Christi* 658 *pertinet, neque ullo pacto ad annum usque* 662 *prorogari potest,*
B *quia S. Eligius, qui Senonensi synodo præsens aderat, ut ex subscriptionibus liquet, jam anno* 659 *vita functus erat. Simile privilegium idem Emmo dedit monasterio Senonensi S. Columbæ*, datum, *ut legitur* (4), sub die septimo kalendas septembres, anno tertio regnante domino Chlothario glorioso rege. *Utrumque privilegium manu sua cum cæteris episcopis firmavit* S. Faro *dicens:* Burgundofarus in Christi nomine, ac si peccator, episcopus hoc privilegium subscripsi.

chartæ Landerici Parisiensis

26 *Jam anno* XV *regni Clodovæi II id est Christi* 652, *kal. julii, S. Landericus, Parisiensis episcopus, cujus Acta edita fuere ad diem* X *junii* (5), *ad petitionem Clodovæi regis, quæ, ait,* quasi jussio nobis est, cui difficillimum est resisti, *concedit monachis S. Dionysii immunitatem ab episcopali juridictione. Privilegio cum viginti quatuor aliis episcopis subscribit* Burgundofarus *episcopus: idque datum censet Philippus Labbe anno* 658, *quia videlicet initium regni Clodovæi II anno Christi* 644 *illigat, dum sanior chronologia obitum Dagoberti I, adeoque initium regni*
C *ejus filii Clodovæi ad annum* 638 *revocat. Sed gravior olim fuit controversia circa sinceritatem istius diplomatis, quod, ut animadvertit Philippus Labbe* (6), *multi impugnarunt. Litem componere declinat laudatus Labbe, cæterum satpronus ad privilegium accipiendum. Enimvero unum præcipue obstat, quominus authenticum habeatur: nempe vox* Circadæ, *quæ vix ante sæculum* IX *in usu fuit, pro solutione census debiti episcopo vel archidiacono, ecclesiam visitantibus* (7). *Plerique tamen censent, aliquod privilegium Sandionysianis monachis a Landerico Parisiensi concessum fuisse, quamvis quod hactenus extat, interpolatum habeant. Et certum mihi id esset, si Marculfus, Formularum compilator, circa medium sæculum septimum floruisset. Habet enim formulam istiusmodi privilegii in capite libri primi. Verum sunt alii, qui opinantur*
D *Marculfum vixisse circa finem ejusdem sæculi, si quidem opus suum dedicet Landerico, filio SS. Vincentii et Waldetrudis, et chorepiscopo Meldensi aut Mellensi. Hæc satis sunto.*

Berthefridi pro monasterio Corbejensi,

27 *Tussanus Duplessis in Historia ecclesia Meldensis dicit* (8), S. Faronem *subscripsisse privilegio concesso monasterio Corbejensi. Extat hujus diplomatis exemplar in Conciliis Philippi Labbe* (9), *simul cum nominibus eorum episcoporum, qui scripturam probarunt, sed inter sexdecim episcopos, nomen antistitis nostri non occurrit, quamvis Berthefridus, episcopus Ambianensis litteras suas ad eumdem dirigat. Dicit enim:* Dominis sanctis et summi culminis apice pontificalis cathedræ specula præsidentibus in Christo fratribus, Nivoni, Genesio, Ethoaldo, Emmoni, Audoni, Audomaro, Audoino, Audeberto, BURGUNDO FARONI, item Audeberto, Drauscioni, Berthefridus, munere superni largitoris Ambianensis Ecclesiæ episcopus... *Factum hoc privilegium scribitur* sub die octavo idus septembris, anno VII regnante Clotario regis Captonaco (10) in palatio publico. *Clotarius III regnare cœpit anno Christi* 656, *die* V *septembris, adeoque septi-*
E *mus ejus annus, ab eadem die septembris de currere incipiens, in annum Christi* 662 *incidit. Operæ pretium etiam fuerit, animadvertere, non eosdem subscriptores esse privilegii ac hi quibus inscriptum est. A suscriptoribus absunt, ut jam notavimus,* S. Faro *et S. Audomarus; dum e contrario inter subscriptores recensentur novem episcopi, de quibus nulla mentio fit in inscriptione Berthefridi. Drauscio, episcopus Suessionensis, quem vidimus supra participem privilegii Corbejensis, anno* X *Clotarii regis, id est, Christi* 665, VI *kal. julii dedit et ipse privilegium monasterio puellari S. Mariæ Suessionensi, ejusque litteras dirigit ad* comprovinciales *episcopos, tunc, ut videtur, absentes, nam Drauscio* supplex in Domino mittit salutem. *Atque hinc fit, ut, quemadmodum et in privilegio Corbejensi, alii sint quibus privilegium mittitur, alii qui eidem subscribunt. Proin qui duodecimo signatur loco est* Burgundo *episcopus, seu* S. Faro, *cujus episcopatus Meldensis ad Senonensem provinciam pertinebat, dum episco-*
F *patus Suessionensis ad Remensem spectaret. Privilegium istud omnium accuratissime edidit Michael Germain Mauro-Bededictinus in Historia monasterii S. Mariæ Suessionensis* (11), *statuit, collatis manuscriptis, illud datum fuisse non anno* IV *aut* XI *aut* XIV *Clotarii, sed anno ejusdem regni* X.

et forsan S. Faræ pro Eboriacensi.

28 *Simile fere privilegium concessisse dicitur ipse* S. Faro *monasterio Eboriacensi, quod postmodum Faræ Monasterium appellatum fuit. Omittendum ducimus, quia tot scatet vitiis, ut merito inter scripta relegetur apocrypha* (12). *Imprimis tempore, quo charta confecta fuit, S. Fara, quamvis subscripta legatur, vita functa ex ipso contextu videtur. Nam in Eboriaco multis virginibus* præfuit, Domino Jesu Christo pura cordis contritione plurimo tempore deservivit, et quia sprevit gloriam terrenæ dignitatis, mercedem percipere meruit

(1) D'Achery, Spicil. tom. II, pag. 464. — (2) Mansi, Suppl. Conc. Labbe, tom. I, col. 507. — (3) Pag. 70. — (4) Mansi, Suppl. Conc. Labbe, tom. I, col. 505. — (5) Acta SS. tom. II Junii, pag. 292. — (6) Tom. VI Conc. col 489 — (7) Migne, Patrol. tom. LXXXVII, col. 300, not. *d*. — (8) Hist. de l'Eglise de Meaux, tom. I, pag. 52. — (9) Tom. II Conc. col. 527. — (10) Cfr Mabillon, De Re diplomat. lib. IV, § 29, pag. 257. (11) Hist. de l'abb. royale de N. D. de Soissons, pag. 421. (12) Migne, Patrol. tom. LXXXVII, col. 1133.

æternæ

A æternæ felicitatis, noluitque terrenum, ut cœlestem posset habere sponsum. *Ex quibus verbis omnino apparet, S. Faram tunc vita functam : nihilominus eadem in calce diplomatis subscribitur :* S. Faræ abbatissæ. *Dein* Actum et corroboratum *dicitur privilegium* in ecclesia S. Mariæ Eboriaci, anno Incarnationis dominicæ DCX, regnante rege Clotarii, patre Dagoberti, regis Franciæ. *In notis chronologicis varii sunt errores. Nam anni Christi in diplomatibus sæculi septimi non occurrunt, qui vix nono aut decimo recensentur : nulla idonea est ratio, ut Clotario II subnectatur fuisse Dagoberti I patrem, præsertim quum anno* 610 *neque Clotarius, neque Dagobertus, Austrasiam occupaverint, cujus tunc rex erat Theodebertus, Childeberti filius. Inter subscriptores episcopos,* S. Faro *anno* 627, *ut vidimus supra num.* 16, *Childegarius Senonensis inter annos* 625 *et* 640 (1), *Audebertus Parisiensis, post Leudebertum, qui anno* 625 *Senonensi concilio interfuit* (2), *episcopatum adiere. Hæc abunde sufficiunt, ut diploma* S. Faroni *et sæculo septimo abjudicemus* (3).

Sanctus, genti Anglorum plurimum amicus,

29 S. Faro *verisimiliter ex consuetudine, quam ab adolescentia habuit cum S. Columbano, ut liquet ex num.* 1 *Vitæ, miro modo propensus fuit in gentes Britannicas. Hoc certe animo excepit Adrianum, abbatem monasterii Niridani, quod est non longe a Neapoli Campaniæ, qui a Vitaliano Papa socius additus fuerat Theodoro,* VII *kal. aprilis* 668 *archiepiscopo Cantuariensi ordinato. Theodorus et Adrianus Roma Massiliam appulerunt, et quum, ut ait Beda lib.* IV *cap.* 1 (4), coegisset eos imminens hiems, ubicumque potuissent, quieti manerent, *Theodorus quidem apud Agilbertum Parisiensem hospitatus est,* Adrianus vero perrexit primum ad Emme Senonum et postea ad Faronem Meldorum episcopos, et bene cum eis diutius fuit. *Acta S. Adriani dederunt nostri ad diem* IX *januarii* (5). *Quamvis dein, ut narrat Beda, Theodoro potestas facta fuisset trajiciendi in Britanniam, Adrianum nihilominus, quoniam* Ebroinus suspicabatur eum habere aliquam legationem imperatoris *(Orientis)* ad Britanniæ reges, *retinuit.* Sed quum nihil tale illum habere vel habuisse veraB citer comperisset, absolvit eum, et post Theodorum ire permisit. *In hujusmodi negotio, sane suspicioso, suis partibus non defuerit* S. Faro, *cujus auctoritas in regio palatio maxime prævalebat.*

eos in diœcesim suam

30 *Laudatus Beda lib.* III *cap.* 8 (6) *docet nos,* eo tempore, *scilicet quando S. Fara monasterium ædificabat,* necdum multis in regione Anglorum monasteriis constructis, multos de Britannia monachicæ conversationis gratia Francorum vel Galliarum monasteria adire solitos fuisse ; sed et filias suas eisdem erudiendas ac sponso cœlesti copulandas misisse, maxime in Brige *(nempe Eboriaco seu Faræ monasterio)* et in Cale et in Andilegum monasterio. *Kalense* (Chelles) *et Andelegiense* (Les Andelys) *fundata dicuntur a S. Clothilde, uxore Clodovæi I. Hoc quidem, sex leucis Rotomago positum, excisum fuit verisimiliter a Normannis idololatris* (7) : *illud vero, ad fluvium Matronam quarto ab urbe Parisiensi lapide situm, usque ad finem sæculi præteriti perseveravit* (8). *Cæterum quo tempore florebat* S. Faro, *jam maxima erat multitudo monachorum in Hibernia. Sic, ut unum proferam exemplum, jam medio sæculo sexto, adeoque centum ante annis, S. Comgellus Benchorense in orientali Hiberniæ plaga fundaverat monasterium numerosissimum, utpote quod tria millia monachorum, complecteretur* (9).

AUCTORE J. V. H.

31 *Stricte igitur interpretari nos oportet verba Bedæ supra citata, nempe* in regione Anglorum *rara fuisse monasteria. Quod vero Angli mallent in Galliam, quam in Hiberniam* monachicæ conversationis gratia *migrare, partim provenit ex penitiori cum Gallis consuetudine et majori commeatus facilitate, partim et præsertim ex similitudine rituum, quos Angli a S. Augustino ejusque sociis, Roma missis, acceperant, quique Gallicanæ ecclesiæ communes erant. Verum quidem est, per S. Columbanum ejusque discipulos Scotos maxime refloruisse vitam regularem in Galliis, ac imprimis Eboriaci magnam in* E *construendo monasterio habuisse partem alumnos S. Columbani, qui pertinaciter ritum Scoticum circa festum paschatis celebrandum retineri voluit, ut satis constat ex epistola* I *quam ad Pontificem maximum et ex* II (10), *quam ad episcopos Galliæ direxit. Tolerarunt aliquatenus consuetudinem Scoticam, episcopi Galliæ, ita tamen ut extra septa monasteriorum non propagaretur : episcopi enim Galliæ, reverebantur sanctitatem viri et miraculorum gloriam, quibus S. Columbanus etiam apud plebem summam famam adeptus erat* (11) *Hæc omnia effecere, ut Angli, et ipsi Romanis ritibus assueti, ad Gallos magis quam ad Scotos inclinarentur, Galliamque potius quam Scotiam religionis causa peterent.*

libentissime admisit;

quin et pro illis monasterium S. Crucis construxerit, et S. Fiacrio eremitorium

32 *Jacobus Longueval noster in Historia Ecclesiæ Gallicanæ lib.* IX, *dicit* S. Faronem *prope Meldas monasterium condidisse, quod simul esset xenodochium advenis Scotis* (12), *ut insinuatur in Vita infra danda num.* 13. *Agitur hic loci de monasterio S. Crucis, quod decursu temporis a* S. Farone *nuncupatum fuit* (13). *Verum omnino dubito, an hæc sancti* F *antistitis mens fuerit. Nam in Vita Mabilloniana num.* 98 (14) *legitur :* Ex gente Scotorum quam plurimi amore illius ad hanc regionem *(Meldensem)* accelerabant, et sic pro ejus hospitalitate largitatis atque sui patris religio monachorum ex fonte doctrinæ et sanctitate eorum novit habere initium ac documentum in gente Francorum. In tantum vero pro studio vitæ angelicæ diligendo officiosissime eos Scotos excolebat, ut etiam heredes eos de propriis suis rebus faceret, atque ex Reliquiis eorum corporum, dum sæcula labentia volverint, ad protectionem nostram eorum meritis hæc clarior provincia fulgebit. *Narrat dein, quomodo S. Fefrum seu Fiacrium exceperit* S. Faro *et monasterium, quod dicitur Broilum, cum* possessione copiosissima *illi dederit. Certe si excipiendis Scotis constructum fuisset S. Crucis mona-*

(1) Gall. Christ. tom. XII, col. 9. — (2) Ibid. tom. VII, col. 23. — (3) Duplessis. Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. I, pag. 720. — (4) Migne, Patrol. tom. XIV, col. 173. — (5) Acta SS. tom. I Januar. pag. 595. — (6) Migne, Patrol. tom. XIV, col. 128. — (7) Gall. Christ. tom. XI, col. 131. — (8) Ibid. tom. VII, col. 558. — (9) Lanigan. Irish Hist. tom. II, pag. 67. — (10) Migne, tom. LXXX, col. 239 et 264. — (11) Longueval. Hist. de l'Egl. Gallic. tom. V, pag. 1. Edit. Paris 1825. — (12) Ibid. pag. 160. — (13) Gall. Christ. tom. VIII, col. 1688. — (14) Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. II, pag. 618.

 sterium;

AUCTORE J. V. H.

sterium; biographus opportunius hanc fundationem adduxisset in testimonium propensionis, qua sanctus episcopus Meldensis in Scotos ferebatur. Quid enim petebat sibi Fiacrius, quid concessit Faro? *In ejus Vita ad diem* XXX *augusti legitur num.* 9 (1) : Nunc ergo, *ait S. Fiacrius,* tuam almificam paternitatem suppliciter efflagito, quatenus si locellum quemdam nemorosum in his partibus inesse noveris, quo sacris orationibus insistere queam, mihi indulgere non differas. His auditis B. Faro gaudens effectus, ait ad eum : Habeo utique haud procul hinc nemus quoddam in jure proprio et hereditario, quod incolæ Prodilum vocant, ad exercendam vitam solitariam, ut credo, satis idoneum. *Concessit igitur episcopus locellum, qui etiam Brodolium, Brodilum et Broilum appellabatur, sed initio simplex fuit eremitorium, uni alterive viro sufficiens, quod, ut ait Mabillonius* (2), *tractu temporis in prioratum, Faroniano monasterio subjectum, excrevit,* ubi ob pias fidelium peregrinationes vicus, ejusdem Sancti nomine insignitus, accrevit.

dedit, obtenta, ut dicitur,

33 *De quo paulo supra egimus, monasterium S. Crucis fundatum fuit a* S. Farone in fundo proprietatis suæ, *ut habet Vita edenda num.* 21 *et Mabilloniana num.* 109 (3) *vocat eamdem ecclesiam* speciosissimam basilicam, habitaculum Angelorum, quam ipse miro opere in fundo proprietatis suæ fundavit. *Hoc monasterium ditatum, dicit biographus Mabillonianus num.* 23 (4) *a Clotario, qui* S. Faronis *filiolus baptismatis vocatur* scriptionibus privilegiorum. *Sed periere ista diplomata, ita ut definiri hodie non possit, an ad Clotarium II, an ad III spectent, ut supra num.* 8 *jam indicavimus. Atque hinc partim provenit, quod tempus hujus fundationis hactenus ignoretur. Cointius sub anno* 642, § 63 (5) *eamdem ordinat. Sed rite animadvertit Tussanus Duplessis* (6) *id nulla ratione firmari, nisi tamen admittatur sinceritas bullæ Joannis Pp. IV, qui pontificatum tenuit a* XXIV *decembris* 640 *ad* XI *octobris* 642. *Quo casu non jam Clotarius aliquis, sed Clodovæus II, rex Neustriæ, ad quam a tempore Dagoberti I Meldensium civitas spectabat,* scriptiones privilegiorum *tradidisset. Tunc enim certo monasterium Meldense circa annum Christi* 640 *exstitisset.*

C

bulla Joannis Pp. IV, multis mendis scatens;

34 *Verum in bulla Joannis IV varia sunt, quæ eamdem spuriam ostendunt : ac* 1° *quidem Papa jubet, ut* coepiscopi COMPROVINCIALES dilecti Faronis consentientes subscribant; *in calce autem diplomatis videmus corrosa nomina episcoporum diversarum provinciarum, adeoque præter Senonensis provinciæ antistites, occurrunt episcopi ex Turonensi, Narbonensi, Rotomagensi, Trevirensi provinciis.* 2° *Varia occurrunt nomina episcoporum, qui in Catalogis omissi sunt. Sic de Ranniuro Narbonensi altum est in episcopologio silentium : sic Ragnesilus Tricassinam cathedram anno* 642 *non occupavit* (7). *Plura possent afferri alia exempla.* 3° *Signatur bulla anno* XXVI *Constantini et* VIII *Heraclii imperatorum : sed si qui potuerint esse hujus nominis imperatores Orientis, sunt Heraclius Constantinus et Heracleonas, qui vix uno anno sceptrum tenuerunt : ac proin annum* XXVI *et* VIII *regni notare non potuerunt.* 4° *Post diem bullæ scriptæ, nempe id. maji et annos imperatorum, sequuntur episcoporum nomina, ac tandem idem Pontifex Joannes apponit alium diem :* Actum, *inquit,* Romæ Lateran. in apostolica sede, sub die calendarum martiarum, anno XIII regni dilectissimi filii nostri Chlotarii regis Francorum, indictione XIII, anno ab Incarnatione Domini DCLX. *Hic omnia erronea sunt. Nam anno Christi* 660 *sedem apostolicam tenebat Vitalianus : Joannes IV anno* 640 *et Joannes V anno* 685 *pontifices erant. Annus* XIII *Clotarii II cum anno* 596, *Clotarii III* 668. *Tandem ista tempestate in usu non erat, ut diplomatibus annus Christi appingeretur. Hæc certe sufficiunt ad ostendendam mendositatem bullæ.*

D

similiter monasterio Resbacensi;

35 *Ante tamen quam fundaretur monasterium suburbanum S. Crucis, constructa a S. Audoeno et dedicata est ecclesia Resbacensis.* Resbacum, *ait Gallia Christiana* (8), monasterium, sic dictum a præterlabente Resbaco torrente, cui impositum est, conditum fuit in saltu Brigensi, majorem inter et minorem Mucram, ab illustri Dadone (is est S. Audoenus) tunc temporis Dagoberti regis referendario... Basilica hujus monasterii dedicata est *anno* XV *regni Dagoberti,* VIII kalendas martii in honore S. Petri Apostoli a viris sanctis Farone, Meldensium episcopo et Amando, qui postea Trajectensem rexit ecclesiam. *Jam anno* XIV *regni Dagoberti I, id est Christi* 635 *aut* 636, constructum et ex parte ditatum *erat monasterium, ut habet diploma Dagoberti* (9). *Monasterio præfectus fuit S. Agilus, qui, ut habet ejus Vita* (10), egrediens Luxovio *(ubi monachus degebat)* ingreditur palatium, quod Compendium dicitur, stipatus decore pontificum Amandi et Faronis, fultus nitore procerum celsi Audoeni atque Eligii... Accessit itaque venerabilis Agilus ad opus, juncto sibi in collegio duodeno fratrum numero, et sollicitudine assidua perduxit ædificia ecclesiæ usque ad perfectionem fastigii.

* Le Morin

a S. Audoeno fundato, cooperatur.

36 Jam vero magna solennitas, hujus templi dedicationis instabat dies : et venerabilis Audoenus, qui in honorem B. Petri, Apostolorum principus, eamdem (ecclesiam) ædificabat, primam, illo die, quo B. Apostolus primum Antiochiæ sedit, dedicare peroptabat, id est, octavo kalendas martii. Proinde accersitis pontificibus prænotatis, una cum Eligio, sicut mos ecclesiasticus obtinet, templum dedicaturi intrant. *In supra relato diplomate Dagoberti, dicitur datum* die kalendarum octobris, decimo quarto *regni ejusdem regis; anno autem* 636, *secundum Fredegarium Scholasticum* (11), *Dagobertus Clippiaci, in episcopali synodo, resedit, et quidem kalendis maji S. Agilum Resbacensi monasterio præfecit, ut habet ejus Vita, ab anonymo suppari conscripta* (12). *Itaque dedicatio peracta post* perfectionem fastigii *die* VIII *kal. martii anno* 637 *illiganda est. Verum*

(1) Acta SS. tom. VI Augusti, pag. 605. — (2) Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. II, pag. 600. — (3) Ibid. pag. 620. — (4) Ibid. pag. 615. — (5) Ann. Franc. tom. III, pag. 161. — (6) Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. I, pag. 655. — (7) Gall. Christ. tom. XII, col. 487. Cfr Acta SS. tom. I Jan. pag. 506. — (8) Tom. VIII, col. 1679. — (9) Duplessis, Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. II, pag. 3. — (10) Acta SS. tom. VI Aug. pag. 384. — (11) Migne, Patrol. tom. LXXI, col. 655. — (12) Acta SS. tom. VI Augusti, pag. 384.

quidem

A *quidem est Dagobertum etiam anno* 635, *secundum laudatum Fredegarium, resedisse, sed post devictos Wascones: adeoque anno* 635 *jam inclinato : malo itaque electionem B. Agili et quæ eamdem sequuntur, anno uno prorogare. Fundationem porro Resbacensem præcessisse Meldensem S. Crucis existimat Tussanus Duplessis, quia in synodis diœcesanis, Resbacenses abbates constanter nominantur ante Sanfarionianos S. Crucis : moris enim erat monasteria ejusdem instituti ordine antiquitatis nominari ; quia qui prior est tempore, potior est jure. Proinde vix ante annum Christi* 640 *monasterium S. Crucis initia sua habere potuit* (1).

§ IV. Sanctus, testamento sororis suæ S. Faræ, partem hereditatis accipit; sancte obit, sepultura, corporis translatio, distributio Reliquiarum.

B

S. Faro *heres fit ex testamento sororis suæ monialis,*

S. Faro *una cum fratre suo Chagnulfo et sorore Agnetrada seu Agnetrude testamento accepit a germana sua, S. Fara,* portionem de villa, vocabulo Luvra *cum omnibus ad eam pertinenibus. Certe dum Sancta condidit testamentum suum, jam, ut ex ipse instrumento plane constat, ædificatum erat Eboriacum, seu Faræ monasterium puellare : an vero jam monialis esset S. Fara, infra indagabimus. Interea operæ pretium fuerit, propius inspicere ipsum testamentum, quod omnium judicio est undequaque sincerum. Clerus, si ita loqui fas est, utriusque sexus, in rebus civilibus regebatur sæculo* VII, *lege Theodosiana. Unaquæque enim gens legibus propriis utebatur, ita ut v. g. Burgundiones Burgundica, Alamannos Alamanica lege tenerentur : sic etiam clerus, qui tempore irruptionis barbarorum, Galliam jam occupabat, legem vigentem, nempe Theodosianam retinuit* (2). *In hoc porro codice legimus statuta circa bona clericorum, videlicet l. un. De bonis clericorum* (v. 2) *sancitum est ut* si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut diaconissa, aut subdiaconus aut cujuslibet loci *(ordinis)* clericus, aut monachus, aut mulier, quæ solitariæ vitæ dedita est, nullo condito testamento decesserit, nec ei parentes utriusque sexus, vel liberi, vel si *(forte)* qui agnationis cognationive jure junguntur, vel uxor exstiteret, bona, quæ ad eum pertinuerint, sacrosanctæ ecclesiæ vel monasterio, cui fuerat destinatus omnifariam socientur... Datum XVIII kal. jan. Ariovindo et Appare Coss., *id est anno Christi* 434.

C

quod ex lege Theodosiana

38 *Eamdem legem in suo Codice inseruit Justinianus imperator l.* 20 *de Episcopis* (I. 3). *Ex ista lege manifestum omnino fit, monachum vel monialem res suas familiæ suæ reliquisse, nisi, condito testamento, monasterio suo dederit. Hinc liquet necessariam fuisse testamenti conditionem, iis qui aliquid donare vellent monasterio, quod incolebant. Lex enim Romana, qua, ut diximus, utebantur ii, qui vitæ monasticæ addicti erant, urgebat eos, ut si quid monasterio relinquere vellent, testamentum conficerent, alioquin res antea possessas sibi vindicabat quicumque aliqua agnationis cognationis necessitudine monachum vel monialem attingebat. S. Fara autem heredes naturales habebat germanos suos Chagnulfum,* Faronem *et Agnetrudem, quibus successio ab intestato competebat : nam pater Agnericus jam diem suum obierat, siquidem in ipso testamento* (3) *Fara dicit,* bonæ recordationis genitorem suum Agnericum *sibi* per testamenti paginam, *quædam* delegasse.

AUCTORE J. V. H.

condere debebant etiam monachi :

39 *Nisi itaque bona patrimonialia sua omnia cedere vellet familiæ, testamentum suum condere debuit S. Fara : alioquin cœnobium Eboriacense privatum fuisset iis, quæ eidem Sancta habenda destinaret. Quapropter ipsa S. Fara legem Theodosianam invocat, dicens* (4) : In lege Theodosiana, ut est insertum, E sic trado, eo ut unusquisque de facultate laicali, qui filios non reliquerit, ad suos heredes legitimos debeat deferre. *Proinde dat* dulcissimis germanis *suis portionem in villa Luvra, ut supra diximus. Aliam etiam formulam jurisprudentiæ Romanæ adhibet, dum dicit* (5) : Præsentibus testibus sacerdotibus ac sæcularibus viris in præsentia mea rogavi hoc testamentum confirmare, quo nullo casu civili vel prætoriano hæc calumniare quisquam valeat, aliquod jus sibi volens vindicare. *Jus prætorianum, secundum Carolum Du Cange h. v., est jus absolutum, cui nihil addi possit vel detrahi ipsius corrigendi gratia. Laudatus Du Cange varia afferl instrumenta, in quibus jus prætorium ad firmitatem rei, invocatur : eo itaque sensu accipienda sunt S. Faræ verba, ut nihil addi aut detrahi potuerit ultimæ voluntati.*

incertum tamen est, an S. Fara, quando testamentum confecit,

40 *Hactenus egimus de S. Fara, quasi esset sanctimonialis tunc, quando testamentum nuncupavit : an vero reapse fuerit, nunc est inquirendum. Ipsum instrumentum incipit hisce verbis :* Anno quinto, regnante domino Dagoberto, rege gloriosissimo, sub die VII kal. novembris. *Initium regni Dagoberti dupliciter* F *sumi potest, sive ab anno Christi* 622, *quando sub patre Clotario II Austrasiam, sive ab anno* 628, *quando mortuo patre, etiam Neustriam regere cœpit : itaque* annus quintus *anno Christi* 626 *aut* 632 *illigabitur, prout a regno Austrasiano aut Neustrasiano inchoabitur initium. Mabillonius in suis Annalibus lib.* XII, § 30 (6) *docet,* anno Dagoberti in Neustria quinto, *adeoque Christi* 632, *S. Faram condidisse testamentum : sed nullam affert rationem, cur* annus quintus *ad Neustriam referatur. Equidem in Austrasianum exordium magis propenderem, quia* S. Farone *episcopo consecrato anno, ut supra diximus,* 627, *non tacuisset sacra virgo qualitatem episcopi, si anno* 632 *testamentum nuncupasset. Non magni tamen ad rem nostram refert illa sexennii differentia : sed magis attendendum*

(1) Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. I, pag. 635. — (2) Raepsaet, Analyse de droits des Belges, tom. I, pag. 202 et seqq. Edit. Gand 1824. — (3) Duplessis, Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. II, pag. 2. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) Ibid. pag. 1. — (6) Tom. I, pag. 325, Edit. Luc. 1739.

est

AUCTORE J. V. H.

est ad annum sanctæ virginis emortualem, qui passim 655 *notatur* (1) : *hinc enim recte deducitur, testamentum confectum fuisse annis* 29 *aut saltem* 23 *ante mortem.*

fuerit virgo velata,

41 *Hinc itaque fieri potuit, ut Sancta necdum velum Religionis acceperit, adeoque testamentum antea condiderit. Nam certe in Galliis etiam vigebat distinctio inter votum castitatis solemne seu velationem et votum simplex seu* propositum virginitatis. *Id enim clare dicit S. Leo Magnus epist.* CLXVII, *alias* II, *ad Rusticum Narbonensem, inquisitione* XV (2) : Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, sed spontaneo judicio virginitatis propositum atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, prævaricantur, etiam si consecratio non accessit; cujus utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent. *Alibi monstratum fuit, votum simplex male contractas nuptias olim non reddidisse invalidas, quamvis pœnitentiæ obnoxiæ essent*(3). *Porro ad velationem et consecrationem (sunt enim qui distinguunt* (4)*) maturior requirebatur ætas, quam ad simplex* virginitatis pro-
B positum. *Sic consilium Agathense can.* 19 *pro velatione sanctimonialium quadragesimum annum exigebat,* quamlibet vita earum et mores probati sint (5). *Attamen in Galliis ætas viginti quinque annorum sufficiebat* (6). *Hinc fieri potuit, ut S. Fara, dum testamentum conderet, velationem, quæ solemni professioni æquiparanda est, necdum accepisset, quamvis jam vestem monasticam induisset. Qua ratione commode explicantur verba testamenti, quæ sanctimonialem ostendunt* (7) : Ego in Dei nomine Burgundofara, relicta hujus sæculi malitia vel dignitate, propter amorem Christi et peccatorum meorum absolutionem, monasterium Eboriacum sub religionis nomine visa sum ædificasse, dum in ipso monasterio residerem, tempusque meæ resolutionis ac diem judicii exspectarem, volui sub testamento conscribere et confirmare quæque ipsi loca a me tradita sunt.

aut quid in Regula S. Columbani circa votum paupertatis statutum fuerit.

42 *Verum licet etiam sanctimonialis velata fuisset S. Fara, videndum tamen est, quid requireret Regula S. Columbani. Nam hanc sectatam fuisse S. Faram, non est dubium. Jonas coævus, agens de isto puellari monaste-*
C *rio expresse docet* (8) *Burgundofaram* ex Regula S. Columbani *cœnobium construxisse. In Vita quoque S. Eustasii, a coævo pariter scripta* (9), *dicitur, S. Columbanus Domino* consecrasse *juvenculam, et paulo infra idem Eustasius* fratres, qui ædificandi curam habeant, deputat, germanum puellæ Chagnoaldum et Walbertum, ut Regulam doceant, decernit. *In quo autem consisteret votum paupertatis, quam docere debebant, nobis non constat. Varii enim sunt modi paupertatis, ut late explicat Francisc. Suarez de Relig. Tract.* VII, *lib.* VIII, *cap.* 6, *num.* 7 : *et in Regula S. Columbani, qualem habemus*(10), *nihil occurrit, quo quæstio dilucidari possit. Certe judice S. Gregorio Magno, non licebat abbati testamentum condere, aut id sine solemni dispensatione non licebat* (11). *Totam rem narrat Mabillonius* (12) *lib.* V *Annal.* § 6. *Probus scilicet ex* D
laico ad religiosum migrarat officium, ut in privata cella solitarius viveret : nec quidquam de substantia sua statuerat, quippe tam ab intestato quam ex testamento filium reliquerat heredem. Interim inopinato jussus est monasterium introire et abbatis suscipere onus, nullo spatio sibi relicto ad condendum testamentum. Quum autem legalis sanctio quidquam de substantia sua prohibet *illos* postquam monasterium ingressi fuerint, ordinare; *propterea dispensationem petit, quam etiam Pontifex in synodo concedit. Atque hinc manifestum fit, conditionem testamenti sæculo* VII *ineunte monachis interdici. Atque hæc de S. Faræ testamento dicta sunto.*

S. Faro *obit,*

43 *In Vita infra edenda legimus, num.* 21, S. Faronem *gubernacula Ecclesiæ Meldensis tenuisse* a Clotario rege usque ad tempora Childerici pronepotis ipsius Clotarii, *adeoque* sedem episcopalem rexisse sexaginta sex annis. *Recte animadvertit Cointius ad an.* 669, § XVI *exaggeratum esse annorum numerum, ac legendum esse,* S. Faronem *Ecclesiam rexisse annis* quadraginta sex, *et transpositione litterarum notas numerales* XLVI *facile accrevisse* E
ad LXVI. *Enimvero habemus, Gundoaldum,* S. Faronis *decessorem, synodo Rhemensi, sub Sonnatio anno* 625 *celebratæ, interfuisse* (13) : *quod si ab ea synodo numeramus annos sexaginta sex, devenimus ad annum* 691, *quo jam ab annis octodecim defunctus erat Childericus, sub quo tamen diem suum obiisse dicitur Sanctus noster. Nam inter obitum Clotarii III, anno* 678 *defuncti, quo regnante Sanctus episcopatum occepit et obitum Childerici, anno* 673 *defuncti, sub quo eumdem finiit, anni intercedunt omnino quadraginta quinque. Itaque nec longius propter Gundoaldum decessorem producere, nec multo brevius contrahere propter obitum Childerici regis possumus Sancti episcopatum* (14): *unde omnino legendum est,* S. Faronem *annis quadraginta sex rexisse Meldensem Ecclesiam. Ex quo porro consequitur, Sanctum, quem supra num.* 15 *natum conjecimus circa annum* 585, *vitam clausisse suam octogenario majorem.*

et in ecclesia S. Crucis, ab ipso fundata,

44 *Vita functus* S. Faro *in monasterio, a se fundato, sepulturæ traditur. Id enim habet anonymus, a nobis edendus, num.* 21 : Corpus sanctum, *inquit,* honorifice est tumulatum in basilica, quam ipse in fundo proprietatis suæ in honore salutiferæ et vivificæ Crucis, necnon beati Joannis Baptistæ atque omnium Apostolorum ædificans, consecraverat. *Eadem iisdem fere verbis habet textus Mabillonianus num.* 109. *Duplex autem fuit causa, ob quam* S. Faro *in isto monasterio sepeliretur. Imprimis lex erat generalis, sacris etiam canonibus sancita, ut mortui extra urbem sepelirentur. De hoc more jam alibi actum fuit a nobis* (15). *Id tamen addam, in istis legibus servandis, Galliarum civitates, secundum concilium Braccarense* II *anni* 563, *can.* 18, *relinentissimas fuisse*(16), *Nihilominus concilium Triburiense*

(1) Duplessis, Hist. de l'Egl. pag. 599 et Acta SS. Ord. Bened. sæc. II, pag. 439. — (2) Migne, Patrol. tom. LIV, col. 1208. — (3) Acta SS. tom. VII Octob. pag. 827. — (4) Binterim, Denkwürd, tom. III, part. II, pag. 544. — (5) Labbe, tom. IV, Conc. col. 1386. — (6) Binterim loc. cit. — (7) Duplessis, Hist. de l'Eglise de Meaux, tom. II, pag. 1. — (8) Mabillon, Acta SS. Bened. sæc. II, pag. 437. — (9) Ibid. pag. 117. — (10) Migne, Patrol. tom. LXXX. — (11) Ibid. tom. LXXVII, kal. 1344. — (12) Annales, tom. I, pag. 243. — (13) Labbe, tom. V, Conc. col. 1689. — (14) Cfr Cointius. Annal. Franc. ad an. 669, § XVI. — (15) Acta SS. tom. VII Octob. pag. 955. — (16) Labbe, tom. V, Conc. col. 843.

anni

A *anni* 895, *can.* 17 (1), *permittit* in ecclesia sepeliri personam sacerdotis aut cujuslibet justi hominis, qui per vitæ meritum, talem vivendo suo corpori defuncto locum acquisivit. *Ex postremis manifestum fit, paulatim patuisse ecclesiam ad sepulturam omnibus, qui ex hac vita in pace Christi migrarunt : omnes enim hujus generis defuncti poterant vocari* homines justi. *Cæterum sæculo* VII, *quo* S. Faro *obiit, vigebat omnino mos, ut extra civitates fierent mortuorum sepulcra. Quod etiam in sepultura Sancti nostri observatum videmus. Nam monasterium S. Crucis seu* S. Faronis *fundatum erat* extra pomœrium urbis episcopalis ab Orientis partibus; quamquam, *pergit Gallia christiana* (2), in præsenti ab varias urbis vel accretiones vel immunitiones vergit ad septemtrionem.

sepelitur ; 45 *Sed est altera causa, cur* S. Faro *in monasterio S. Crucis sepultus fuit : erat enim ipse fundator hujus monasterii; nam in* fundo proprietatis suæ ædificans *basilicam* consecraverat. *Videntur etiam tunc fundatores habuisse privilegium, ut intra ecclesiam, quam*
B *construxerant, tumulum adpiscerentur suum. Certe Gregorius Turonensis lib.* II, *cap.* 43 (3) *dicit, Clodovæum regem* sepultum in basilica sanctorum Apostolorum, *quæ postmodum a S. Genovefa nomen accepit,* quam cum Chrotehilde regina ipse construxerat. *Similiter apud eumdem Gregorium lib.* IV, *cap.* I (4) *legitur:* Chrotehildis regina plena dierum, bonisque operibus prædita, apud urbem Turonicam obiit, tempore Injuriosi episcopi : quæ Parisios cum magno psallentio deportata, in sacrario basilicæ S. Petri, ad latus Clodovectis regis sepulta est a filiis suis, Childeberto atque Chlothachario regibus : nam basilica illam ipsa construxerat, in qua et Genofeva sanctissima est sepulta. *Chrotehildis est S. Clothildis, cujus Acta dederunt nostri ad diem* III *junii* (5). *Animadvertenda est in posteriori textu propositio, ut vulgo dicitur,* causalis; *ideo enim S. Clothildis in basilica S. Petri tumulatur, quia eamdem construxerat. Cæterum* Psallentium *est cantus ecclesiasticus, quo clerici comites avectionem sanctæ reginæ Turonis Parisios celebrarunt. Sacrarium autem, de quo in eodem*
C *textu, variam habet significationem : aliquando enim locum altari proximum, aliquando ipsam, quanta est, ecclesiam, imo diaconicum seu quod hodie sacristiam vocamus, indicat. Quod porro jus pugnat pro regibus fundatoribus, idem etiam favet episcopo fundatori, qualis erat* S. Faro, *eoque magis quod antiqui canones præ omnibus laicis locum dabant sepulturæ episcopis, seu, ut loquuntur, sacerdotibus.*

anno 1140 e tumulo transfertur; 46 *In Relatione Miraculorum, quam infra publici juris facimus, legitur, num.* 1, *corpus* S. Faronis *visitatum fuisse secreto ab abbate monasterii Andrea, scilicet sabbatho sancto:* ea, *inquit relator,* hora, qua ad condiendum corpus dominicum Maria Magdalena unguenta præparavit, jam dictus abbas, uno tantum comite contentus, ad loculum, quo sacra quiescebant membra, pius violator accessit. *Venit hic quæstio, num ab anno* 672, *quo Sanctus obiit, usque ad* 1140, *quo corpus visitavit Andreas, seu per spatium* 468 *annorum, numquam mota aut visitata fuerint sacra membra. Si fides habenda est Relationi Miraculorum, circa annum* 830 *aliqua sacri corporis visitatio facta fuit : nam num.* 1 *legitur, Andreas invenisse sindonem, qua corpus involutum erat, ita mundam,* ac si eadem die facta fuisset, quum per trecentos et amplius annos inibi sacra antistitis ossa jacuissent. *Mabillonius quidem in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti* (6) *suspicatur vitium in numeris, et pro* trecentis *legendum esse* sexcentos, *manifesto certe errore; nam inter obitum Sancti et ejus corporis per abbatem Andream visitationem solum anni, ut vidimus,* 468 *intercurrunt. Neque magnopere juvat* sexcentos *in* quadringentos *mutare, quia istiusmodi emendationes omnino arbitrariæ sunt, eo tantum consilio inventæ, ut facta historica opinioni præconceptæ utcumque aptentur. Malo itaque retinere lectionem Relatoris, eoque magis quia, dum sæc.* IX *conscripta fuit Vita Sancti infra edenda, jam multum deferbuerat cultus* S. Faronis *apud Meldenses, ut auctor fatetur num.* 21, E *et manifestius num.* 3 *Relationis Miraculorum, quo dicitur,* thesaurum *corporis* S. Faronis *fuisse a* Domino revelatum, *et deinceps* propalam manifestandum : *imo forsan ideo lucubratio composita fuit, ut pietas erga sanctum patronum instauraretur. Tunc igitur, cultu Sancti quasi renovato, et visitari ejus corpus et sindone munda involvi potuit; adeoque tercenti anni satis accurate complerentur.*

ante tamen ab abbate Majolo, 47 *Mabillonius in suis Annalibus lib.* XVIII, § 36 (7) *refert, Majolum, abbatem S. Crucis seu* S. Faronis *circa finem sæculi septimi,* corpus S. Faræ virginis et abbatissæ Eboriacensis, annuente Meldensi, e tumulo extulisse et in capsa reposuisse. *Idem ab eodem factitatum dicit circa corpus S. Hildeverti, proximi successoris* S. Faronis. *Mirum itaque videtur, Majolum, nisi jam antea eumdem honorem tribuisset* Faroni, *monasterii sui fundatori, sanctitate et miraculis claro, externis, domestico sancto neglecto, cultum exhibuisse : quapropter censeo, a Majolo, aut etiam ejus antecessore cultum Sancto nostro delatum, adeoque ejus tumulum instar Sanctorum adornatum* F *fuisse : nam* S. Faronem *in sepulcro lapideo jacuisse usque ad sæculum duodecimum, ex Relatione Miraculorum manifestum est. Cæterum relata a Mabillonio suis non carent difficultatibus. Imprimis inquirendum venit, quis iste sit Majolus, translationum auctor. Gallia christiana censet* (8) *esse abbatem Cluniacensem, qui Odilonem successorem habuit: ita ut uterque Cluniaci rector, uterque sanctitate insignis fuerit* (9) *: quod etiam firmatur ex Necrologio Faroniano, in quo obitus Odilonis signatur kalendis januarii, quo ipso die S. Odilo Cluniacensis clausit vitam suam. Sed si Majolus est vere Cluniacensis, ad finem usque sæculi decimi relegandæ sunt translationes sanctorum; nam obiit anno* 994 *: quæ chronotaxis nequaquam concordat cum iis, quæ in historia translationis narrantur.*

qui videtur 48 *Ast Tussanus Duplessis in Historia Ec-*

(1) Labbe, tom. IX, col. 450. — (2) Tom. VIII, col. 1688. — (3) Migne, Patrol. tom. LXXI, col. 240. — (4) Ibid. col. 269. — (5) Acta SS. tom. I Junii, pag. 292. — (6) Sæc. II, pag. 625. — (7) Tom. I, pag. 557. — (8) Gall. Christ. tom. VIII, col. 1692. — (9) Acta SS. tom. II Maji, pag. 657 et tom. I Jan. pag. 65.

clesiæ

alius a Cluniacensi,

clesiæ Meldensis aliam sententiam defendit, nempe Majolum, abbatem Faronianum esse diversum a Cluniacensi (1). *Quam in rem affert imprimis traditionem monasterii Eboriacensis seu Faræ monasterium, quæ habet, Majolum abbatem transtulisse corpus S. Faræ. Enimvero in Proprio Faræmonasteriensi legitur,* corpus *S. Faræ* post quadraginta annos Majolus, sanctæ Crucis abbas, e terra levasse. *Eumdem textum citat Mabillonius* (2) *et in suis Annalibus lib.* XVIII, § 36 (3), *docet circa annum* 994 *corpus S. Faræ a Majolo elevatum fuisse. Proprium Meldense, anno* 1640 *jussu Dominici Seguier episcopi editum, habet ad diem* VII *decembris,* corpus post aliquot annos *(quod certe nemo de tribus solidis sæculis interpretabitur)* Majolum abbatem S. Crucis, Meldensi annuente episcopo, e terra levavisse. *Certe si constans et antiqua esset traditio ista, nullum omnino esset dubium, quin Majolus fuerit abbas sæculo aut septimo aut octavo. Sed, quantum scio, nullo antiquo documento firmatur traditio, quæ sæculo* XVIII *in contrariam opinionem abiit. Nam Proprium*
B *Faræmonasteriense recentius, editum nempe anno* 1716, *quo tempore in Galliis pleraque Sanctorum Officia innovabantur, ad sæculum usque undecimum rejicit elevationem corporis S. Faræ* (3); *quo quidem sæculo, præsertim pontificatu Alexandri II, anno* 1061 *cathedram Romanam adepti, ne vel Majolum Cluniacensem, anno* 994 *defunctum, habemus. Præterea sæculo undecimo, ut monstratum fuit tomo* XI *octobris in Commentario ad Vitam S. Bernwardi sub die* XXVI *octobris num.* 106(5), *jam integrum non erat episcopis elevare corpora Sanctorum, utpote quod solemni canonizationi, soli Romano Pontifici reservatæ, æquipolleret. Hæc igitur innovatio Proprii recentioris excludit Majolum ab omnibus admissum, et contradicit moribus istius sæculi undecimi. Hæc obiter dixisse sufficiat, quæ penitius scrutari poterunt ad diem* VII *decembris, quando futurus commentator Acta S. Faræ elucidabit.*

probabilius jam elevatum fuerat

49 Quumque, *inquit porro Relator Miraculorum num.* 3, dominus abbas a fratribus rogaretur, ut thesaurum, sibi a Domino revelatum,
C etiam propalam manifestaret, ex consensu Meldensis præsulis, diem, quo id ageretur, constituit. *Tunc quidem Meldensem cathedram occupabat Manasses II ab anno* 1134 *ad* 1158 (6), *quo consentiente, Andreas abbas, sacra ossa, ex tumulo extracta, reposuit in capsam argenteam* (7). *Quod si hæc translatio eodem, quo inventio facta est, celebrata fuit anno, non potuit magnopere magnifica fuisse capsa argentea. Nam ex antiquissima traditione, quotannis solemni supplicatione continuata, translatum fuit Sancti corpus dominica post octavam Paschatis, quod anno* 1140 *in diem* VII *aprilis; adeoque sabbatho sancto, seu* VI *aprilis inventum fuit sacrum corpus: ita ut inter inventionem et translationem dies quindecim effluxerint; qua temporis intercapedine, capsa aliqua magnifica fabricari non potuit. Esto igitur simplex vas argenteum, sed quod dein pretiosius fuit adornatum. Nam* D *in instrumento desumpto ex tabulario monasterii* S. Faronis, *dato* XXVI *aprilis* 1648 *declarant monachi, suos antecessores confecisse, ut tum ossa tum caput Sancti includerentur, duas pretiosissimas capsas, margaritis monilibusque decoratas, quibus res gestæ sanctissimi fundatoris insculptæ erant. Sed thesaurus iste, grassante Calviniano per Gallias bello, direptus fuit* (8).

anno 1562 *a direptione Calvinistarum servatum fuit*

50 *Nam anno* 1562, *hæresi per universas Gallias grassante, Calvinistæ, qui passim Huguenotti appellabantur, consilium inierunt, ut Meldensem civitatem vi aut dolo occuparent. Itaque die* XXV *junii summo mane in ædem cathedralem irruunt: canonicos, qui ad matutinas laudes decantandas convenerant, cogunt relinquere domos suas et tradere, quibus voluerint e secta sua. Canonici, quod jussum erat, exsequuntur. Tunc Calvinistæ altaria, cruces, imagines confringunt, Sanctorum Reliquias pedibus conculcant, sacerdotalia indumenta dilacerant; tantam denique ruinam sacro loco inferunt, ut sequenti mense decembri damnum ad tercenta millia* E *librarum æstimatum fuerit. Eadem die similem aut etiam majorem calamitatem subiit monasterium Faronianum. Nam præter supellectilem, tum ecclesiasticam tum domesticam, undequaque direptam, tabularium, in quo jura et privilegia monasterii asservabantur, simul cum bibliotheca dilacerant et igni comburendum tradunt, monachos, qui dein per tres omnino menses profugi fuerunt, expellunt; præsidium quadraginta hominum constituunt, ut quod reliquum erat annonæ alio aveherent* (9). *Cæterum quod profanationis Calvinistæ intulerunt territorio Meldensi, idem factitabant, quoties aliquam civitatem Galliæ occupabant. Inspiciantur singularum urbium Historiæ sub anno* 1562, *et cuique manifestum fiet, hanc calamitatem per universum regnum fuisse grassatam. Historicus Sismonde de Sismonde in sua Francorum Historia dissimulat hasce strages et ruinas ope alicujus distinctionis subtilissimæ, quasi nempe pars longe maxima Calvinistarum nullatenus istorum excessuum participes fuissent; sed solum aliqua turba iconoclastarum* F *tantum excidium procurasset* (10). *Sed subtilem distinctionem nemo admiserit, quum constet, neminem umquam Calvinistarum istius ævi rem improbasse.*

corpus sancti episcopi

51 *Jam ante istam calamitatem, monachi Faroniani, monasterii sui destructionem veriti, Reliquias sancti patroni* Faronis *in tuto collocaverant. Etenim spoliationi præluserant aliqui nebulones, dum* XVII *februarii* 1555 *furto auferebant minusculas partes corporis, capsulis inclusas. Proinde monachi antequam malum ingrueret, aperta capsa majori, relictis margaritis et monilibus, corpus Sancti absconderunt: ita ut hæretici aurum, argentum, lapides pretiosos diripere potuerint, sed Reliquias, melioribus temporibus servandas, non attigerint. Enimvero die* IV *julii* 1612 *monachi S. Fiacrii, qui est priora-*

(1) Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. I, pag. 643 et seqq. — (2) Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. I, pag. 449. – (3) Tom. I, pag. 557. — (4) Duplessis. Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. I, pag. 645. — (5) Acta SS. tom. XI Octob. pag. 995. — (6) Gall. Christ. tom. VIII, col. 1613. — (7) Duplessis. Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. I, pag. 61. — (8) Ibid. tom. II, pag. 372. — (9) Ibid. tom. I, pag. 557 et seqq. — (10) Hist. des Français, tom. XI, pag. 205.

tus

AUCTORE J. V. H.

A *tus a monasterio* S. Faronis *dependens, petierunt ab Anselmo Rolle et Columbano Regnier visitatoribus Congregationis S. Mauri, ut particulæ quædam corporis* S. Faronïs *sibi concederentur, in ecclesia sua exponendæ. Annuerunt visitatores et cum debita solemnitate extraxerunt e sepulcro os longitudinis unius palmæ. Quod monachi S. Fiacrii in imagine argentea incluserunt. Anno quoque* 1633, *die* x *junii, Sanfaroniani ascetæ de mandato capituli generalis Congregationis S. Mauri, aperta capsa* S. Faronis integrum articulum manus *concesserunt Joanni de Belleau, Meldensi episcopo* (1). *Verum hæc pars corporis deinceps reperta non fuit. Sancti antistitis prædecessoris sui magis magisque propagavit Dominicus Seguier, Meldensis episcopus, ac imprimis ex sepulcro extraxit* os ischium, *quod die* xxx *octobris* 1658 *cum aliis Sanctorum Reliquiis inclusit capsæ argenteæ deauratæ, ab ipso donatæ ecclesiæ cathedrali Meldensi, ut constat ex Tabulario Meldensi* (2). *Non videtur porro alia pars notabilis sacri corporis ante sæculum* xvii *fuisse*
B *umquam distracta (nam leves particulæ, ut diximus, ablatæ fuerunt). Attamen a monachis ipsis caput a reliquo corpore jam ante separatum fuerat. Nam in instrumento, confecto anno* 1648, *die* xxvi *aprilis, die dominica* ii *post Pascha, qua celebris et solemnis erat supplicatio, in qua caput* S. Faronis *circumferebatur, testantur monachi, suos antecessores patroni sui corpus condidisse in duplici capsa, utraque argentea deaurata et pretiosissime adornata, ac in una quidem, imaginibus cælatis, gesta Sancti exhibentibus, insigni, reposuisse corpus, in altera vero caput, quotannis per agros circumlatum. Hos thesauros diripuerunt Calvinistæ. Sed monachi partim damnum resarcierunt confectione novi hermæ argentei, qui primum anno* 1677, *die* ii *maji in solemni supplicatione expositus fuit, una cum hermis SS. Faræ, Fiacrii et Leodegarii* (3). *Major autem capsa, quæ reliquum corpus capiebat, erat simpliciter ex ligno deaurato, saltem usque ad annum* 1730, *quo Historiam Ecclesiæ Meldensis scribebat Tussanus Duplessis et ipse Ordinis*
C *S. Benedicti alumnus* (4).

et a Dominico Seguiero novis honoribus cumulatum.

52 *Erat autem Dominicus Seguierus, qui cultum* S. Faronis *instauravit, non solum natalibus illustris, sed omnium virtutum pastoralium splendore insignis. Primi subsellii vir, omnes partes sollicitudinis episcopalis sedulo constanterque adimplevit. Anteriorum temporum ruinas resarcivit, mores populi, multis corruptelis infecti, correxit, clero suo educando omnem adhibuit operam, libros liturgicos, id est, Missale, Rituale et Breviarium,* ad formam, *ut ipse dicit in fronte librorum,* sacrosancti concilii Triedentini *restituit, hæreses Calvinistarum aut Jansenistarum, per diœcesim grassantes aut exstinxit aut repressit. Sanctorum cultor eximius, eorum imagines instauravit, et exaltavit eorum Reliquias, quas capsis pretiosis, sua pecunia confectis, inclusit, et plebis christiani venerationi exponi curavit. Denique magnis pro Ecclesia Dei exantlatis laboribus, vitam operosam sancte finivit, annum ætatis agens* lxvii, *die* xvi *maji* 1659, *postquam Meldensem sedem annis omnino* xxii *occupasset* (5). *Dominicus Seguier episcopus fuit de genere illorum virorum, qui sæculo septimo decimo collapsam per totum fere orbem catholicum ecclesiasticam disciplinam restituerunt, ad mentem Concilii Tridentini Ecclesiam reformarunt, et sanctas institutiones pro emendatione populi, pro juventutis instructione, pro pauperum et miserabilium personarum levamine et fundarunt magnifice et operose propagarunt. Exstat pro Gallia liber valde curiosus, qui duobus tomis explicat promotionem, quam, durante sæculo decimo septimo, dedit Ecclesia piis institutionibus* (6) : *nec dubito, quin eadem dici et scribi possint de aliis provinciis Ecclesiæ catholicæ : eadem enim opera, eædem institutiones eadem tempestate ibidem elucescunt.*

Anno 1789 *pars Reliquiarum* S. Faronis *addicitur*

53 *A pontificatu Seguierii usque ad finem sæculi octavi decimi non videntur Reliquiæ* S. Faronis *motæ fuisse. Ast anno* 1789 *parochia ruralis Robora* (Rouvres) *tunc quidem in diœcesi Meldensi, nunc vero in partitione Isaræ* (département de l'Oise), *adeoque hodie in diœcesi Bellovacensi, in districtu Silvanectensi, petiit aliquam particulam Reliquiarum, quatenus ecclesia esset sub nomine* S. Faronis *dedicata. Annuerunt monachi Sanfaroniani, et sequens instrumentum dederunt, quod e gallico latine reddo.* Anno 1789, die iv mensis junii, hora sexta vespertina, sub pontificatu sanctissimi domini Pii Pp. VI et regno Ludovici XVI regis Franciæ et Navarræ, comparuit in sacristia abbatiæ regalis S. Faronis Meldensis, ordinis S. Benedicti, Congregationis S. Mauri, coram Jacobo Chécin, notario regio et apostolico in civitate et diœcesi Meldensi, residente in dicta civitate, subsignato, præsentibus testibus infra nominandis, reverendus pater, dominus Blasius Josephus Lavie, presbyter, prior dictæ abbatiæ. Qui ad preces D. Petri Josephi Le Roux, parochi S. Faronis de Roboribus ejusdem diœcesis ejusque parochianorum, donavit præsenti hoc instrumento dictæ parochiæ Roborum os aliquod gloriosi S. Faronis, episcopi F
Meldensis, quod D. Christophorus Olliver substitutus primi chirurgi regii, hujus civitatis incola, a nobis requisitus et præsens, recognovit esse vertebram colli; quæ Reliquiæ donatæ sunt, ut perpetuo exponantur in dicta ecclesia Roborum, obtenta tamen prius licentia reverendissimi episcopi Meldensis, venerationi fidelium.

parochiæ Roborum (Rouvres) *ut constat*

54 Adnotat dictus reverendus pater D. Lavie, 1° dictas Reliquias extractas modo fuisse ex capsa lignea nigri coloris, limbo aurato in superiore parte circumdata, et in forma tumuli confecta, longa octodecim, larga octo aut novem digitis. Hæc capsa, pretiosas reliquias S. Faronis continens, inclusa erat in majori, et ipsa lignea, sculpta et deaurata, deposita in sacristia supradicta. Quæ omnia acta fuere a reverendo D. Benedicto Francisco Guignod, officiali et vicario generali illustrissimi et reverendissimi D. Camilli Ludovici Apollinaris de Polignac, episcopi

(1) Hist. des Français, tom. II, pag. 341 et seq. — (2) Duplessis, Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. II, pag. 385. — (3) Ibid. tom. I, pag. 359 et seq. — (4) Ibidem. — (5) Gall. Christ. tom. VIII, col. 1653. — (6) Picot, Essai historique de l'influence de la Religion en France pendant le dix-septième siècle.

Meldensis,

AUCTORE J. V. H.

Meldensis, consiliarii regis, et primi eleemosynarii reginæ, ut constat ex instrumento ab ipso confecto. 2° Dictum os, ex dicta capsa extractum, diligenter involutum fuit vitta serica alba, ac cum dicto instrumento pixidi abiegnæ ovalis formæ, longitudinis sex fere digitorum insertum, extrorsum quidem carta viridi, introrsum autem serico rubro, viridi et albo vestitæ, quæ clausa fuit vitta serico alba, et sigillata variis in partibus sigillo illustrissimi D. Meldensis episcopi et utroque sigillo veteri et hodierno dictæ abbatiæ S. Faronis. Tandem dicta pixis deposita fuit in supradicta capsa, donec supradictum os includatur lipsanothecæ et Robora transferatur. 3° Dicta extractio facta fuit præsentibus pluribus monachis hujus abbatiæ; et simile instrumentum a dicto D. Guignod confectum fuit, in cujus margine apposita fuere supradicta sigilla D. episcopi et monasterii : quod instrumentum repositum fuit in supradicta capsa minori et ipsa in limbis sigillata supradictis sigillis, ac in capsa majori, unde extracta fuerat repositum. Hæc donatio facta fuit præsentibus et consentientibus D. Ludovico Dominico Tresnel, suppriore
B et bibliothecario dictæ abbatiæ, D. Laurent, D. Amando Fideli Boncamp, D. Ludovico Gabriele Lefevre, D. Ludovico Joanne Bapt. Vallon, monachis professis dictæ abbatiæ. Dictus R. P. D. Lavie prior omnium actorum instrumentum rogavit, et obtinuit a notario infrascripto, ut valeat, quantum opus est, et fiant duo exemplaria in membrana, quorum unum in majori capsa, alterum in pixide Roborensi reponatur; quæ transumpta expensis parochiæ Roborensis conficienda sunt. Factum et transactum Meldis in sacristia abbatiæ S. Faronis, præsentibus Ludovico Le Prince, exnotario regio et apostolico, Petro Decalogne, fabro ferrario, incolis hujus civitatis testibus ad id requisitis etc. *Signatum erat* : Chécin.

ex variis instrumentis sinceris :

55 *Sequuntur dein duo alia instrumenta, ab eodem vicario generali Guignod signata : quorum prius, datum* VII *julii* 1789, *recognoscit Reliquias Roborenses et permittit easdem exponi; posterius autem, datum* XXIV *octobris ejusdem anni licentiam concedit parocho Roborensi Leroux transferendi Reliquias in novam thecam; quam translationem instrumento*
C *a se signato sub die* XXVII *octobris sequentis, perfecisse se testatur parochus, addens vertebram esse longitudinis unius et medii digiti. Sed ingruente turbine ultimi decennii nefasti sæculi decimi octavi, laudatus parochus Leroux aliud instrumentum conscripsit die* XXIII *decembris anni* 1795, *quo explicat, quomodo Roborensibus Reliquiæ* S. Faronis *conservatæ fuerunt. Dum enim ecclesia parochialis vastaretur, in terram projectæ fuerunt. Quas, una cum cartis supracitatis, collegit sacrista dictæ ecclesiæ, easdemque fideliter restituit parocho Leroux, qui illas ad meliora usque tempora servavit. Enimvero, pace Ecclesiæ reddita, in diœcesi Meldensi recognitæ fuere Reliquiæ Sanctorum, ex naufragio servatæ, a Ludovico Mathia de Baral, Meldensi ab anno* 1802 *ad* 1804, *quo archiepiscopus Turonensis creatus fuit, episcopo. Anno dein* 1832, *die* XXVIII *aprilis, denuo visitatæ fuerunt ab episcopo Romano Frider. Gallard Reliquiæ Roborenses : qua occasione exorta est quæstio, quasi nova, nempe vertebram Roborensem non fuisse collarem, sed primam dorsalem, id scilicet testante medecinæ doctore Paim-* D
parex; sed excusatur error imprimis quia similitudo est satis magna in utraque vertebra, ita ut nominatus supra num. 53 *chirurgus Olliver ex aliqua præcipitatione unam pro alia indicaverit; nisi tamen error ex oscitantia ipsius scriptoris instrumenti provenerit. Quia igitur cum ista vertebra dorsali adsunt omnia instrumenta cartarum, nec verisimilis videatur substitutio unius ossis pro altero, declarat episcopus, Reliquias esse easdem, ac quæ anno* 1789 *donatæ fuerunt parochiæ Roborensi : quapropter illas, vittæ sericæ viridi involutas, munit in utroque extremo limbo sigillo suo episcopali, ut exponantur deinceps fidelium venerationi.*

tandem destructo monasterio,

56 *Jam sæpe laudatus parochus Leroux obtinuit et alias Reliquias* S. Faronis : *nam ut ipse testatur in instrumento a se confecto, os brachii sancti nostri, quod olim in ecclesia S. Fiacrii asservabatur, a monachis* S. Faronis, *quorum curæ commissus erat prioratus S. Fiacrii, obtinuit. Scilicet Benedictini Sanfaroniani, quum tempore quadragesimali anni* 1790 *coacti fuissent thecam argenteam,* E
in qua os illud inclusum erat, cum reliqua supellectili pretiosa, tradere monetariis publicis, extraxerunt illud et in theca lignea reposuerunt, quam per manus parochi S. Fiacrii dederunt custodiendam parocho Leroux. Hujus autem demortui hereditas, adeoque et sanctæ Reliquiæ transierunt ad sororem Suzannam Leroux, monialem S. Benedicti, qua defuncta, obvenerunt ejus nepoti, Simoni Arsenii Blavot; cujus vidua, ut ipsa testatur chirographo suo XV *aprilis* 1839, *Reliquias seposuit et intactas servavit. Exstabant similiter in Firmitate sub Jotro* (La Ferté-sous-Jouarre) *aliquæ Reliquiæ* S. Faronis, *scilicet, ut videtur, os metacarpi, quod extraxit administrator districtus Meldensis, Galand, die* XXV *martii* 1794 *e theca reliquiaria pretiosa, musæo Parisiensi tradenda. Dictum os cum aliis Sanctorum Reliquiis sub sigillo civico custoditum, recognitum fuit a R. D. Bernardo Josepho Pruneau, canonico honorario, die* II *septembris* 1829 *et deinceps venerationi fidelium expositum in ecclesia Firmitatis.*

Sancti corpus ad ædem cathedralem transfertur;

57 *Hactenus quasi de particulis corporis* S. Faronis *egimus. Circa finem sæculi proxime elapsi monasterium Sanfaronianum communem cum reliquis ecclesiasticis institutis calamitatem subiit, ut, dissipatis eorum bonis omnibus, ipsa etiam ædificia non raro funditus destructa fuerint. Hæc sors infausta obtigit monasterio* S. Faronis : *nam hodie everso prius monachorum domicilio, circa initium præsentis sæculi, ipsa etiam ecclesia corruit; ita ut solum remaneat domus abbatialis. In eo autem loco stat nosocomium urbanum, cujus oratorium sub nomine* S. Faronis *et Vincentii a Paulo ab dignissimo Meldensi episcopo Augusto Allou die* XXIX *octobris* 1845 *solemni benedictione donatum fuit. In illo oratorio sunt aliquæ particulæ Reliquiarum, et imago sancti encausto in fenestra depingitur. Dum autem ingens hæc calamitas monasterio Sanfaroniano impendebat, aperta fuit capsa* S. Faronis, *quæ utpote valde pretiosa spoliatoribus relicta fuit præda, et ossa mense novembris* 1793 *deposita in speciali loco cœmeterii canonicorum Meldensium, cui a Petri Thuin,*

A *Thuin, episcopi schismatici partitionis Sequanæ et Matronæ* (départ.de Seine-et-Marne) *die* XXVII *decembris* 1795 *denuo exhibita fuere fidelium venerationi. Quæ omnia testatur Ludovicus Mathias de Barral decreto suo* XX *augusti* 1803 *et confirmat alio decreto* XX *decembris* 1820, *simulque declarat, se dictas Reliquias, quemadmodum et aliorum Sanctorum, collectas ex ecclesiis aut destructis aut profanis usibus destinatis, tribus distinctis lipsanothecis inclusisse, in æde sua cathedrali perpetuo servandas.*

ejusque cultus, olim celeberrimus, renovatur.

58 *Tandem omittere non debemus, quod non parum ad cultum Sancti nostri* Faronis *confert, nempe exstare numismata vulgaria, quæ ejus referunt imaginem. Est enim satis consuetum, ut qui sacram peregrinationem ad sepulcrum alicujus Sancti susceperunt, numisma aliquod, licet ex viliori metallo cusum, tamquam testem et memoriam itineris sui domum reducant. Sic in recentiori opere, quo describuntur plumba historiata reperta in Sequana fluvio, occurrit numisma quadratum, sæculi* XIV (1), *quod rudi opere exhibet*

B S. Faronem *stantem in habitu pontificali, sinistra quidem manu tenet baculum pastoralem, dexteram extendit ad mulierem pariter stantem et colum sub brachio portantem; sinistrorsum est vir cucullatus et nimbatus, tenens librum manu dextera et sinistra ligonem. In margine leguntur litteris gothicis majusculis* S. Fiagri. Houpdé. Faron. *Nomen* Houpdée *significare hoc loco videtur fœmina meretrix et loquax. Ex Vita S. Fiacrii habemus, Sanctum gravissimis calumniis appetitum fuisse a muliere quadam, nomine* Bacnanda, *de qua paucis verbis agunt nostri in Actis S. Fiacrii ad diem* XXX *augusti* (2). *An vero ista Houpdée eadem sit ac Bacnanda, nemo est, qui decidat. Quæ hactenus diximus de hodierno statu tum monasterii tum Reliquiarum* S. Faronis, *debemus imprimis laboribus Reverendi viri Bernardi Josephi Andreæ Pruneau, olim vicarii generalis illustrissimi episcopi Meldensis, de re hagiologica Meldensi optime meriti, qui die* XXVII *novembris* 1863 *pie obdormivit in Domino: ejus autem animadversiones circa* S. Faronem *nobiscum communicavit Rev. D. F. A. Denis, qui et ipse publici juris fecit elogium defuncti D. Pruneau. Gradum facimus ad ipsam Vitam* S. Faronis, *de quo in Commentario hoc egimus num.* 11: *in calce vero addimus Relationem miraculorum ejusdem S.* Faronis.

C

(1) Arthur Forgeais. Collection des Plombes historiques trouvées dans la Seine, tom. II, pag. 126 et seqq. — (2) Acta SS. *Octobris tomus XII.*

EX MSS.

VITA S. FARONIS

MELDENSIS EPISCOPI, CONFESSORIS

AUCTORE ANONYMO

extracta ex ms Accinctino (Aquicinctino?) et asservata in bibliotheca regia Bruxellensi sub num. 8924 a.

a

CAPUT PRIMUM

Sancti familia, pater, fratres, soror.

Sancti Faronis *pater et fratres*

Beatissimi Faronis vitam descripturi, morem antiquorum scriptorum imitantes, primum declarandum censemus, quam præclaris progenitus exstiterit parentibus; et qualiter vitæ ipsorum probitate ac in dignitate sæculari quam imitandus exstiterit vivendi modus. Etenim genitor hujus sancti viri, Hagnericus nomine, ex gente Burgundionum duxit prosapiam : atque in aula regis Theodeberti *b* inter primores et proceres non mediocriter fulsit. Erat namque consiliis regalibus notus, ac nobilitate sapientiæ vallatus, hospitalitati deditus, atque sanctorum virorum susceptor devotissimus, quorum in mentibus perspicaci oculorum ac mentis inspectione Christum agnoscebat. Hic namque est adeptus sui non imparem generis conjugem, nomine Leodegundam, ex qua tres suscepit liberos, Faronem virum sanctissimum, Walbertum *c*, et Chalnoaldum *d*, filiamque miræ probitatis, nomine Faram *e*. Chalnoaldus, Beato Columbano erudiendus a patre traditus, ejus minister devotus, dum in solitudine vasti eremi moraretur.

b

c

d

e

e quibus Chalnoaldus S. Columbano adhæsit,

2 Ei olim bellua paruit ad præceptum magistri Columbani. Nam quum illic idem vir beatus jejuniis corpus domaret, et nihil aliud, quam poma ruris in ipsa solitudine in cibum caperet, ursus, assiduæ voracitatis fera, venit, cœpit necessarios delambere cibos, ac passim ore detrahere. Quumque hora refectionis esset, Chalnoaldum, piissimi Faronis germanum, obsecutorem suum, direxit, ut consuetam pomorum mensuram deferret; qui parens quum abiisset, ursum inter ruris frutices et rubos conspexit pervagare ac poma lambendo carpere. Festino rediens, patri Columbano indicat : ille imperat fratri, ut eat, partemque fructuum in cibos urso dimittat, et aliam sibi reservet. Mira in urso obedientia! nequaquam ex prohibita sibi parte ausus est carpere cibos, sed in segregata et permissa sibi fructuum parte tantummodo pabula requisivit, quoad usque vir Dei in eo commoratus est loco. Iste siquidem Chalnoaldus, germanus Beati Faronis, postmodum præsul in civitate Lugduno Clavato nobilis floruit, ut in Vita Beati Eustasii repertum est.

tom. VI Augusti, pag. 607.

queni admodum et Walbertus

3 Beatus vero Walbertus a sancto Columbano in Luxoviensi cœnobio cum fratre Chalnoaldo, atque Beato Agilo, filio Agnoaldi *f*, fratris supra memorati Agnerici, commissus est erudiendus, Eustasio, magnæ eruditionis viro, cum multis aliis, qui postmodum Ecclesiarum Dei præsules eximii claruerunt. Namque inclytus hic vir Walbertus primum cum germano suo Chanoaldo institutus est conditor cœnobii, quod Eboriacus dicitur, et nunc Faræ monasterium vocitatur, Gundoaldo, præsule Meldensis urbis *g*. Quem locum genitor ipsorum in solo jure sibi hereditario, monente sancto Eustasio præparavit inter Albam et Mucram, divitibus donis præstantissime componendum *h*. Cui operi sagaciter insistens, perduxit structuram ædificationis ac * perfectionem operis, augmentante Beato Farone ecclesiasticorum pulchritudinem ornamentorum, atque facultatem villarum. Qui sanctus vir clarescentibus vitæ meritis, post Gundoaldum nonus decimus a Sancto Dionysio, primo antistitum Meldensium, pontifex egregius successit *i*. Vere admirabilis æterna sapientia! quæ tres germanos, uno fusos utero,
B præordinavit sub sacrato Trinitatis numero, pontificali dignitate insigniri *k*. Quorum germana quantis vitæ meritis ipsorum consecuta sit instantiam imitandorum actuum, breviter putavimus annotare congruum.

et soror S. *Fara, quæ*

4 Quum apud villam Pipimisium *l* Dei cultor Eustasius *m*, a genitore prænominatorum fratrum officiosissime susceptus, moraretur, atque cognovisset sororem eorum Faram, Beati Columbani benedictione sacratam, gravi oculorum fatigari cæcitate, quam contraxerat assidui fletus mœrore, eo quod disponeretur a patre nuptiali operi inservire et sanctimoniæ vota frustrari nuper deliberata, patrem asperitate verborum objurgat, dicens: hæc sui esse operis, quod virgo afficeretur tanto discrimine periculi. Ad hæc siquidem pater simulatione verborum filiæ se dixit posthabere nuptiarum conjunctionem; tantum ut ipsius mereretur jucundari corporali sospitate. Itaque vir Dei, horum credulus verborum, ad lectum, in quo ægra decubabat puella, accessit, et utrum in sanctimoniali habitu vivere vellet, sciscitatur; si divinitate propitia, oculorum mereretur recipere lumina. At illa ab imo pectore alta trahens
C suspiria, erupit in voce* dicens, numquam se velle sponsalia decreta servare, sed potius pudicitiam, Angelis sociam, desiderare, desirabiliusque supernum sponsum concupiscere, quam terreno flebiliter inhærere.

ut nuptias mundanas declinaret,

5 Matutinali vero exsistente hora, visus est ei adstitisse vir reverenti animo, vultu oculis ardentibus et ultra valentiam hominum perspicacibus, qui eam taliter alloquitur: Certa esto famula Dei, meisque promissis firma, hodie tibi virum advenire, qui te sospitati restituet. Hac expleta visione, post modicum intrante ad eam Beato Eustasio, visionis ordinem virgo Fara enarravit, et credere se illum esse, per quem sibi audierat visum reddendum. Tunc Eustasius ait: Meum, inquit, est tuam sententiam in hac re approbare, et inglorium me in hac re sperare. Sed si hanc medelam senseris tibi, propitiante Deo, provenire mirum mihi est, quæ a te audivi per me expleri. Sanctus itaque vir orationis opere et fidei firmitate promissum divinitus adjutorium virgini accelerante sanitate lætanter contulit. Febrium D namque ignis in membris exstinguitur virgineis, oculi coruscant fulgenti lumine. Hanc consecutionem sanitatis pater videns factam in filia, voluntatem cordis aperit factis, sponsum advocat, sponsalia firmat, tempus nuptiarum statuit, versatque in hoc omnes curas animi.

fugam arripuit

6 Interea virgo Fara fugam arripit, una secum comitante juvencula, et pavitanti cursu ecclesiam Beati Petri, Apostolorum principis, ingressa, atque in terram prostrata, pugnis tenerum pectus quassabat, lacrymisque terram ubertim irrigans, his verbis orabat: O Petre, qui justis regna reseras cœlestia et obseras injustis, huc ad tua confugi limina, tua volens esse virguncula. Et tu, o Christe, qui semper flecteris precibus humilium; remittendo sordes, serva virginitatem meam oblatam tibi per æterna sæcula. Quo pater cognito, pueros illico dirigit, mandans eam eo in loco interfici. Sed pueri provido consilio aliquantulum in eundo subsistunt, ut ipso morarum spatio patris mitigaretur sævitia. Namque eo veniente atque acriter sæviente, ministri comminationem mortis artificiose intentabant. Ad quos illa: Non, inquit, a genitore E talia munera debentur filiæ; sed jucundius est mihi pulchram mortem oppetere, quam florem juventutis perdere. Hoc autem certissime genitor noverit meus, quia numquam copulæ nuptiali in vita subdi consentiam ista. Referentibus ergo famulis hæc domino suo, ille furorem animi nequaquam sine læsione filiæ mitigare noluit: sed custodiæ deputans, servabat eam ad ea, quæ facere disponebat.

et tandem, agente S. Eustasio, moniali facta est.

7 Dumque ista geruntur, Dei favente misericordia contigit, Beatum Eustasium per ipsum Agnericum reverti ab expletione legationis regis Lotharii. Qui cognoscens tam diram patris animadversionem in filia irrevocabiliter desævire, studuit ejus animi sævitiam duris verborum aculeis terebrare et ad pœnitendum compungere. Neque vero inde rediit, quousque et puellam desiderato sanctimoniali habitu per Gundoaldum, Meldensem episcopum, ornaret *n*, *n* atque ut idem vir honorandus Agnericus monasterium in proprio solo, famularum Dei congruum habitationi, construeret *o*. Quia vero breviter fratres Beati Faronis memoravimus, quæ *o* gesta ejus sunt, exponamus. F

ANNOTATA.

a *Commentarii prævii num.* 10 *diximus cur hanc Vitam præferamus Hildegarianæ, a Mabillonio editæ.*

b *Theodebertus, in cujus aula versatus fuit Agnericus, Sancti pater, est hujus nomine secundus, qui Austrasiæ imperavit ab anno* 596 *ad* 612. *Quamvis enim Agnericus pater, si ætatem spectes, etiam sub Theodebertus militare potuerit; quia tamen paulo infra, num.* 8, *legitur*: S. Faro tyrocinii tempore in aula Theodeberti exercitus fuisse, *ætas Theodeberti I, anno* 547 *defuncti nullatenus convenit cum ætate Sancti nostri, qui, ut diximus Commentarii prævii num.* 14, *natus est circa annum* 585.

c *S. Walbertus seu Waldebertus colitur die* II *maji, ejusque Acta ad hanc diem dederunt nostri* (1). *Duplex porro est circa S. Wal-*

(1) Acta SS. tom. I Maji, pag. 277.

bertum

A *bertum quæstio : an scilicet fuerit frater S. Faræ, adeoque* S. Faronis, *et an Meldorum fuerit episcopus. Utrumque affirmat biographus noster numm.* 1 *et* 3 : *sed an recte, videndum est. Fraternam necessitudinem S. Walberti Luxoviensis cum SS. Fara et* Farone *dubiam mihi faciunt ipsa, quæ pluribus cognationem monstrant, verba Jonæ, testis omni exceptione majoris. Ipse Walberti non solum coætaneus, sed et contubernalis fuit : scribit autem in Vita S. Eustasii, abbatis Bobiensis, num.* 3 (1), *monasterium puellare Eboriacense, dein Faræ monasterium dictum, ædificasse,* fratresque, qui ædificandi curam deputasse germanum puellæ *(Faræ)* Chagnoaldum *et* Walbertum, qui ei *(Eustasio)* postea successit. *Profecto si Chagnoaldus et Walbertus fratres fuissent carnales, dixisset,* germanos *Faræ; nunc vero habet* germanum *Chagnoaldum : inclusio unius videtur exclusio alterius. Causa erroris videtur Hildegarius, qui in Vita* S Faronis *num.* 60 *scribit Chagnoaldum et Walbertum fuisse fratres dulcissimi B. Faræ* (2). *Quod vero dicantur*

B fratres, *pertinet ad eorum professionem monasticam. Altera quæstio de episcopatu Meldensi S. Walberti, jam discussa fuit Commentarii prævii num.* 9.

d *De S. Chagnoaldo, episcopo Laudunense, agunt nostri die* VI *septembris* (3).

e *De S. Fara, virgine et abbatissa, agendum erit, die, qua colitur,* VII *decembris.*

f *Dederunt antecessores nostri Acta S. Agili abbatis Resbacensis, die, qua colitur,* XXX *augusti* (4).

g *Gundoaldus sedem Meldensem tenuit saltem ab anno* 614, *quo dicitur vestem monasticam dedisse S. Faræ usque ad annum* 625, *quo interfuit consilio Rhemensi sub Sonnatio* (5).

h Eboriacus, *etiam monasterium Brigense ac decursu temporis Faræ monasterium dictum, viginti fere chiliometris Meldis meridiem versus distat : jacet autem inter duos fluviolos Micra-Major* (le Grand Morin) *et Albam* (l'Aubetin).

i *S. Dionysius Parisiensis tamquam caput in chronotaxi episcoporum Meldensium hic ponitur a biographo nostro, non quasi Meldis*

C *constituisset sedem episcopalem, sed quia, ut plures opinantur* (6), *etiam Meldensibus Evangelium prædicaverat, tamquam episcopus regionarius, imo quia primis ævi christiani temporibus Meldorum civitas ad sedem Parisiensem pertinebat. Qui primus occurrit in serie episcoporum Meldensium est S. Sanctinus, cujus Acta dederunt nostri ad diem* XI *octobris* (7), *a quo secundum Galliam christianam computantur sequentes episcopi, quorum decimus nonus, ut habet textus noster, est* S. Faro.

k *Ex superius dictis constat, triplicem istum pontificatum inniti opinioni, quæ S. Walbertum facit et* S. Faronis *fratrem et episcopum Meldensem.*

l *Variæ sunt opiniones circa locum Pipimisium. Mabillonius in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti* (8), *rejicit quorumdam sententiam existimantium, Pipimisium esse* D *locum, qui hodie dicitur* Aupigny *seu* Oppigny; *sed dicit,* ab ipsis Brigiæ incolis discere non potuimus, ubinam gentium in Brigia sit ille locus. *Quapropter conjecit Pipimisium esse locum, hodie* Changy *vocatum a Chagnerico, S. Faronis patre. Certe intervallum a Meldis oppido est duarum fere leucarum. Sed postea edoctus, esse locum Oppigny, simplex scilicet prædium rusticanum, interpretationem admisit in suis Annalibus* (9) : Forte, *inquit,* Pipimisium olim vernacule dicebatur Aucpimy quod deinde Oppigny corrupte vocatum sit. *Eamdem interpretationem invite declinat Tussanus Duplessis in sua Historia Ecclesiæ Meldensis* (10), *quia nempe Pepimisium situm est in dextera ripa Matronæ, quæ numquam* ad saltum pagumque Briegium, *ut loquitur Jonas in Vita S. Eustasii num.* 1 (11), *pertinuit. Ipse igitur Duplessis aliam promit conjecturam, nempe Pipimisium esse villam* Champigny *duabus leucis Meldis distans, quasi latine diceretur* Ager Pipimisii. *Hæc monstrant incertum hactenus esse situm Pipimisii.*

m *Acta S. Eustasii, abbatis Luxoviensis* E *dederunt nostri die, quo colitur,* XXIX *martii* (12).

n *Si recta sunt, quæ habet biographus, S. Faram a Gondoaldo Meldensi* sanctimonialem habitum *accepisse, vestitio ante annum, quo obiit Gondoaldus,* 626, *celebrata fuit : adeoque ex hoc capite* annus quintus *Dagoberti cum anno vulgari* 622 *concurrit, ut jam in Commentario prævio, num.* 40, *insinuavimus.*

o *Tota historia S. Faræ, quatenus volentis vitam monasticam amplecti, et a patre impeditæ, videre est in Vita S. Eustasii, a Jona coævo descripta, ad diem* XXIX *martii* (13).

CAPUT SECUNDUM.

Versatus aliquandiu in aula Theodeberti, cujus familiaris fuit, sæculum, hortante S. Fara sorore sua, relinquit; Ecclesiam Meldensem opibus suis ditat; S. Chillenum Scotum ad Atrebates dirigit. F

In aula Theodeberti regis educatus, a

Præstantissimus namque Agnericus filium dilectum Faronem tyrocinii tempore in aula regis Theodeberti exercendum alebat *a*, ut ibi ad dignitatem honoris habendam, quam in palatio retinebat, succederet. Quod, omnipotentia deitatis favente, ita fuisse actum, cognovimus. Etenim quamdiu honore sublimatus est regio Theodebertus, Faro, sanctus juvenis, toga militari vestitus, inter proceres palatii familiaritatis plurimum apud eum retinuit locum : et postmo-

(1) Acta SS. tom. III Mart. pag. 787. — (2) Ibid. Bened. Ord. sæc. II, pag. 616. — (3) Ibid. tom. II Sept. pag. 687. — (4) Ibid. tom. VI Aug. pag. 569. — (5) Gall. Christ. tom. VIII, col. 1599. — (6) Ibid. col. 1597. Cfr Duplessis, Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. I, pag. 612. Hist. de la France littér. tom. I, pag. 308. Butler. Vies des saints 9 octob. — (7) Acta SS. tom. V Octob. pag. 585. — (8) Sæc. II, pag. 116. — (9) Tom. I, pag. 277. — (10) Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. I, pag. 634. — (11) Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. II, pag. 116. — (12) Ibid. tom. III Mart. pag. 785. — (13) Ibid. loc. cit.

dum

ex mss. dum devicto a Clotario Theodeberto et Theodorico, quum Clotarius trium regnorum monarchiam obtinuisset *b*, Beatum Faronem inter reliquos regni proceres amicitiæ suæ familiaritate sublimiter nobilitavit. Qua fiducia fretus, sæpe ipsum regem monebat, vanos hujus vitæ favores supernis desideriis calcare, omnibus se amabilem præbere, omnes actus et mores compositos habere. Consilia quoque regalia, publica et privata, amoris Dei munificentia prudentissime disponebat; in tantum, ut in descriptionibus Vitæ Beati Chileni *c*, ex Scotica natione progeniti, scriptum de eo reperiatur, quia ante sui consilii astute* curabat providere, ne res publica regni a statu suæ magnificentiæ ac potentiæ aliqua violatione juris vacillaret.

b

c

* arte?

Bertoaldum regem S. Faro *in Religione Christiana instruit,*

9 Rebellante enim illo in tempore Bertoaldo, rege Saxonum *d* contra Clotarium, viribus sui confisus exercitus, nuntios misit ad irritandum et provocandum ipsum in prælium. Qui quidem nuntii quum venissent, et domini sui verba irritatoria in aures intulissent regis; nimium ille ira efferatus, capitalem in eis * sententiam dedit. Sed ejus promulgationi sententiæ contradicentibus principibus, Faro sanctus, inter primates regis non mediocris, astute verbis obtemperandum regis ad præsens annuit : regemque petiit, ut hoc in crastinum fieri sineret, ut sic dilatata * res causa liberationis eorum fieret. Dum autem hoc in animis cunctorum sederet, veniente nocte, Saxonum custodiæ militum* deputantur et occulte miles Christi Faro ad eos ingressus, alloquitur suadens, ut sibi ipsi subvenirent christianæ fidei baptisma suscipiendo, atque a duplici morte, præsenti videlicet atque æterna sese servando. Ad hæc illi animo inclinati, permiserunt se ablui sacri unda baptismatis, et de numero idolatrum * mutati sunt in numero christianorum.

d

* eos?

B

* dilata?

* milites?

* Idololatrarum

et ab imminente nece liberat:

10 Facto itaque mane, quum sese cœtus principum in tecta regia coegisset, ut conferrent inter se, quid utilius esset agendum super verbis legatorum, missis a gente Saxonum, miles Christi Faro, inter eos positus, dubietatis eorum querimonias solvens, ait : Hos legatos certum est, non esse gentis Saxonum, sed consortes effectos christianorum : namque hodie, accedente me regis ad aulam, vidi eos candidis vestibus indutos baptizatorum. Cunctis autem in admirationem versis, repente qui tractabant de morte eorum, jam statuunt, quasi concives christianorum, donis maximis eos confirmare. Hanc quippe novellam plantationem de gente Saxonum excultam verbo Christi, remisit ad patriam miles Christi Faro, portendens jam futuri pastoris officium. Quod factum postquam divulgatum est veloci fama per aures multorum carmine rustico plus innotescebat cunctis, quod suavi cantilena decantabatur. Quantum vero celeberrimus habebatur ab omnibus, et præsens declarat et sequens narratio.

C

similiter et virum, criminibus oppressum, ac pauperculam fœminam.

11 Quidam homo reus, ad judicium regis adductus, in tantum obnoxius inventus est accusati facinoris, ut omnis facultas rerum ipsius non sufficeret ad satisfactionem. Atque ob hoc prædia et omnis supellex et abstrahitur ei, regisque subjicitur potestati *e*. Super quo tactus misericordiæ spiritu, electissimus Dei Faro objecit se pro eo in debito reddendo : factus est reus pro eo et debitor pro extraneo. Caritatis hujus itaque virtute compunctus rex, hominem reum libertati restituit, et quæ lege sui viri servant,

e

miserando dedit homini. Monstremus et tertium sancti viri misericordiæ exemplum. Paupercula quædam clamore infelicitatis suæ prosequebatur regem : qui siquidem rex ad venatum, præparata sagacitate canum, festinabat proficisci equo sedens, vociferantem postponebat mulierculam. Quem miles Christi Faro, cum eo equitans, ita aggreditur : Ne avertas, o rex, aurem tuam a clamore pauperis, ne dum clamaveris ad Deum, non exaudiaris. Ad hæc inquit rex : Quotidie meas aures tales commovent questus, et multum difficile est continue in talibus lassari rebus. Hæc dicens, celeri cursu sese in densis silvarum condidit umbraculis : quumque latratus canum, buccina intonante, acueret, atque errabundos per lustra silvarum componeret, sicque idem secutor canum, equo insidens exsisteret, subito coruit, et gravi dolore pedis adstrictus contabuit. Tandem in se conversus, verborum Beati Faronis reminiscens, domi reversus, pauperculæ mulieris ærumnas liberali largitate relevavit.

D

Hortante S. *Fara, sæculo renuntiat,*

12 Post aliquantum autem temporis cognovit Faram, sanctissimam sororem suam desiderio videndi se graviter affligi; maxime quia fiducia adventus ejus fundabantur ædes ad conservanda velamina monasterii. Ad quam frater venerabilis quum venisset, et curioso oculo sororis actus perlustraret, admodum admiratus, in secretis sui cordis magnopere lætabatur; et eam dulci admonitione, ut quotidie meliorando actus prosperos, admonuit, sanctarum exercitiis virginum, quarum imitatione propositi sui cœlibatum Dei munere insigniret. In tantum autem, Deo inspirante, familiare ejus colloquium Beati Faronis permovit mentem, ut gloriam palatini principatus atque regalis amicitiæ contemneret, licitaque conjugia in juventutis flore positus refrenaret; seque ecclesiastico ordini sociaret; et conjugem suam, vocabulo Bliderhidem, non dissimilem viri desideriis, sacro velamine Deo consecraret *f*, atque ea adminicula, quæ in multis et opulentis possessionibus terrarum possidere videbatur, in ecclesiasticis administrationibus meritorum suorum laude amplissime condonaret.

f

ecclesiam Meldensem opibus cumulat;

g

13 Ecclesiam siquidem Meldensem magna premebat paupertas, quam constat fulgere memoria Beati Protomartyris Stephani *g*, quam etiam ditissimis villarum muneravit opibus, magnificentiorem et nobiliorem omnium reddidit oculis. Sed et locus virginis Faræ in supplemento ac ditamento possessionum sublimatus magnifice ab eo est; sicut usque hodie habitacula domorum et pompaticæ structuræ testantur ædificiorum. Non solum autem concives propriæ regionis alebat vir sanctus ex reditibus suarum facultatum, sed etiam peregrinos et exsules, quos insulæ maritimæ attrahebant ad ejus odoriferam famam; quæ longe lateque diffusa resonabat. Quapropter gens Anglorum, ejus amore irretita, suas quique virgines monasteriis duobus, Kalæ *h* videlicet et Faræ Deo militandas per eum mancipabant. Similiter multi ex gente Scotorum, amore illius religionis ad hanc regionem venire accelerabant, quamvis pro amore ipsius patrisque ejus atque largitate eorum hospitalitatis religio monachorum habuerit initium in gente Francorum. In quibus quidem Scotis in tantum officiosissimus erat amore eorum religiosæ vitæ, ut etiam heredes eos de propriis suis rebus faceret; sicut comperimus

h

perimus Beatum Festum *i* in possessione copiosissima, nomine Broilum *k*, ob eo honorifice susceptum; in qua monasterium ædificavit, atque in sanctis moribus vitam ducens probabilem, ibidem requievit et miraculis hanc Meldicam provinciam illustrat plurimis.

et S. Chillenum Scotum ad Atrebates mittit

14 Idem quoque egregius Faro virum gratia Dei plenum, ex gente ortum Scotorum, nomine Chillenum crebris exhortationibus provocatum, ad provinciam Atrebatensem misit, quam sana doctrina Christo acquisivit et claris miraculis illi attraxit. Neque vero arbitramur silendum miraculum, quod per eum in ipsius monasterio divina gratia operata est, Beato Farone tunc temporis ibidem morante. Quadam die quum idem sanctus Chillenus cum Farone sanctissimo corporis refectionem perciperet, vas vitreum, quo vinum propinabatur, pincerna tenente, casu ruens confractum est. Cernens autem Beatus Chillenus vultum ministri in pallorem versum, innuit illi latenter clari frusta calicis fracti: super quo, oratione facta, repente vas vitreum redintegratum est: sicque discumbentium oculis evidens est ostensum miraculum, quod Beati
B Faronis cor lætitia implevit maxima, recolens se illuc direxisse virum, qui et sanctitate vitæ fulgebat et miraculis coruscabat. Interea factum est post dormitionem Waldeberti episcopi
l hujus urbis, qui nonus decimus *l* a sancto Dionysio exstitit pontifex, ut electus Dei Faro peteretur ad pontificium efferendus. Missa itaque legatio de eo est a viris religiosissimis hujus provinciæ ad Clotarium regem, qui de sacris
m fontibus a Beato Farone susceptus fuerat *m*, ut suo assensu constitueret promovendum eum in eadem urbe pontificem. Qui cum magna alacritate cordis non modo fieri mandavit, sed etiam sine scrupulositate aliqua id fieri adjudicavit.

ANNOTATA.

a *Theodebertus, Childeberti Austrasiæ regis filius, decennis patri successit anno* 596, *occiditur a Brunechilde regina anno* 612. *Ex Theodeberti ætate conjecimus Commentarii num.* 14, S. Faronem *natum circa annum* 585.

b *Clotarius II, qui ab anno* 584 *Neustriam*
C *gubernabat, anno* 615, *occisis Theodeberto Austrasiæ et Theodorico Burgundiæ regibus, universam Galliam occupavit usque ad annum, quo obiit,* 628.

c *De S. Chilleno hac ipsa die legitur festivitas celebrari apud Grevenum in Auctariis Usuardinis Sollerii. Ejus festivitatem celebrat Ecclesia Meldensis die* XIII *novembris, quo die paucula quæ scimus, edentur. Castellanus in Martyrologio suo Gallico eumdem reponit in diem* XIV *novembris.*

d *In Aimoni Floriacensis libro de Gestis Francorum lib.* IV *cap.* 18 (1) *refertur,* Austrasiis Francis rex institutus a patre *(Dagobertus),* adversus Saxones, qui rebellare tentaverant, arma movit; transgressusque Rhenum, cum Bertoaldo, Saxonum duce, pugna commissa, ense percussus in caput, decisos cum parte galeæ crines patri per armigerum mittit, ut et sibi, antequam cunctus corruat exercitus, in auxilium properet, mandat. *Accurrit cum militibus Clotarius pater, et acri commisso prælio,* D *Bertoaldum assequitur Clotarius, eumque interimit. Id accidit circa annum* 622, *quum Dagobertus acceptum a patre Clotario regnum Austrasiæ adivit. Censeo itaque hunc ipsum esse Bertoaldum, quorum legatis jam ante Clotarius,* S. Farone *sequestro, ignoverat.*

e *Plerisque legibus barbaris crimina, quæ bona, corpus aut bonam famam alicujus lædebant, puniebantur multis pecuniariis. Istiusmodi redemptiones appellabantur* compositiones *et pro gravitate tum facti tum personarum mobilem habebant gradum, quæ in singulis gentium legibus accurate evolvebantur* (2). *Facinorosus igitur de quo in textu, multorum enormiumque reus certe erat, quandoquidem vel ipsa ejus* prædia *ac universa* supellex *non sufficiebant, ut debitum contractum exstinguerent: ac inde manifestum fit, summum fuisse in* S. Farone *caritatis officium, quod æs alienum in se assumpserit.*

f *An Blidechildis* S. Faronis *conjux, in numero vere velatarum annumeranda sit, omnino dubito. Imprimis Blidechildis quadragenaria non fuisse videtur, quoniam a viro* E *jam sejuncta, tantos concupiscentiæ motus postea excitaverit. Commentarii autem prævii num.* 41 *vidimus ad solemnem velationem virginum ætatem annorum quadraginta plerumque requiri, quamvis aliquando in Galliis sufficerent anni viginti quinque. Dein instar viduæ habenda erat Blidechildis, cui non facile talis solemnitas impendebatur. Concilium Parisiense anno* 829, *can.* XL (3), *sancit*: Ut nullus pontificum viduas velare attentet: *duobus circiter sæculis canon iste posterior qualicumque velatione Blidechildis, nihilominus satis monstrat antiquam disciplinam Ecclesiæ Gallicanæ. Dein non videtur Blidechildis vestes sæculi deposuisse: nam num.* 17 *vocata a viro, ut legimus in Vita num.* 17, ornatum abjecit vestium, totondit cæsariem capitis et cilicio induta, contemplandam se præbuit. *Quod si jam velata fuisset, non oportuisset ornatum vestium abjicere, tondere cæsariem capitis: sufficiebat ordinaria vestis sanctimonialium. Existimo itaque Blidechildem enuntiasse coram testibus idoneis propositum perpetuæ castitatis, id est emisisse votum simplex, sed per-* F *petuum; ac cæterum vixisse in domo sua propria. Etenim, ut habet numerus* 17 *jam citatus,* residebat in villa ex jure suæ proprietatis. *Quod quidem Concilium Parisiense jam laudatum can.* XLIV *ideo reprobat, quia in more erat positum.* Nobiles fœminæ, *inquit,* quæ amissis viris velantur, et non in monasteriis sub spiritualis matris regimine, sed potius propriis in domibus sub occasione liberorum rerumque suarum residere, deliciisque affluere delectantur... Statuimus, ut hujusmodi viduæ, amissis viris, repente non velentur; sed cum conniventia episcopi sub triginta diebus, ut a glorioso principe domino Ludovico cum consilio sacerdotum, jam dudum constitutum est, exspectent; quibus peractis aut nubant, aut si potius Deo se sacrari expostulaverint, admoneantur et instruantur, ut non in domibus propriis, sed in monasteriis, sub spiritualis matris regimine Deo se servituras subdant. *Ex hoc textu existimo, Blidechildem*

(1) D. Bouquet, Rec. des Hist. de France, tom. III, pag. 126 Cfr Crantz, Saxonia lib. I, cap. 31. — (2) Eichhorn Deutsche staats-und Rechts Geschichte § 71. Edit. Gotting 1818. — (3) Labbe, tom. VII, Conc. col. 1625.

non

A *non incoluisse monasterium, sed propriam domum in fundo proprietatis suæ.*

g *Etiamnum ædes cathedralis Meldensis nomen a S. Stephano Protomartyre mutuatur : cujus præcipua festivitas celebratur dominica prima augusti sub titulo* Inventionis Sancti Stephani Protomartyris, patroni ecclesiæ Meldensis et totius diœcesis,*cum octava, ut lego in directorio liturgico anni* 1827. *Olim tamen hæc festivitas cum simili ritu agebatur die* III *augusti, ut videre est in Kalendario, Breviario Dominici Seguier præmisso.*

h *Cale seu Kale* (Chelles) *parthenon Ordinis S. Benedicti a S. Bathilde regina fundatus, quarto Parisiis milliario distans. Celeber locus, ad quem multæ puellæ institutionis gratia occurrebant. De ea Beda lib.* III, *cap.* 8 (1): Eo, *inquit*, tempore necdum multis in regione Anglorum monasteriis constructis, multi de Britannia monachicæ conversationis gratia, Francorum vel Galliarum monasteria adire solebant; sed et filias suas eisdem erudiendas ac sponso cœlesti copulandas mittebant, maximo in Brige *(Faræmonasterio)* et in Cale et in An-
B delegum monasterio.

i *Festus hic alius non est quam S. Fiacrius, etiam Fefrus dictus, cujus Acta dedere nostri ad diem* XXX *augusti* (2).

k *Broilum locus, quando eumdem S. Fiacrio* S. Faro *dono dedit, licet leucis duabus Meldis, erat omnino desertus et densissimis silvis opertus. Dein propter venerationem Sancti, qui in cella sepultus fuit, frequentissimus, excrevit in prioratum, Faroniano monasterio subjectum, quem incolebant monachi amplificando cultui divino, retinendæ monasticæ disciplinæ et peregrinis religiose excipiendis intenti* (3).

l *Commentarii prævii num.* 9 *monstratum fuit episcopatum Meldensem S. Walberti esse omnino delendum.*

m *Certum est,* S. Faronem *ejus non fuisse ætatis, ut Clotarium II regem* de sacris fontibus suscipere *potuerit. Nam Clotarius II, Chilperici filius, natus est anno* 584, *adeoque ejusdem fere ætatis cum* S. Farone, *quem anno circiter* 585 *natum diximus num.* 14 *Commentarii prævii. Dein Guntramnus, Burgundio-*
C *num rex, patrinus fuit Clotarii II, ut docet nos auctor synchronus, Gregorius Turonensis, qui lib.* X, *cap.* 28 (4), *dicit : Rex Guntchramnus* postquam convaluit, *accessit Parisios : exinde* ad Rotoialensem * villam ipsius urbis
* Ruel properans, evocato puero jussit baptisterium
* Nanterre præpari ex vico Nemptodoro... * Rex accedens ad lavacrum sanctum, obtulit puerum ad baptizandum. Quem excipiens, Clotarium vocitari voluit, dicens : Crescat puer, et hujus sit nominis exsecutor, ac tali potestate polleat, sicut ille quondam, cujus nomen indeptus est. Quod mysterium celebratum, invitatum ad epulum, parvulum multis muneribus oneravit. Similiter et rex ab eodem invitatus, plerisque donis refertus abscessit, et ad Cabillonensem urbem redire statuit. *Habemus itaque patrinum omni exceptione majorem, quique, etiamsi per ætatem licuisset, nullum locum* S. Faroni *reliquisset.*

—

(1) Migne, Patrol. tom. XCV, col. 128. — (2) Acta SS. tom. VI Aug. pag. 598. — (3) Cfr Gall. Christ. tom. VIII, col. 1699.

D

CAPUT TERTIUM.

Episcopus Sacramento Confirmationis puero cæco visum reddit; vehementer tentatus pietate uxoris sanatur; varia dein edit miracula; sancte obit.

Episcopus factus, vinctos liberat,

Postquam vero in pontificatus cathedra sublimatus est, quam mira sanctitatis opera in eo claruerint, testantur virtutes, quas ob meritum ejus declarandum Christus operari dignatus est. Paschalis erat solemnitas cunctis per orbem celebrabilis, in qua quum Beatus Faro manus impositione plurimos sanctificaret, atque sese, ut fieri solet, utriusque sexus multitudo comprimeret, quidam puer allatus est inter cæteros ad confirmandum lumine orbatus oculorum. Cujus frontem quum vir Deo plenus E
oleo liniret visibili et Sancti Spiritus donum et lumen oculorum percipere puer meruit; quia Christus famulum suum per olei infusionem quanti meriti exsisteret præ participibus suis, declarare voluit. Quum sanctus antistes, per civitatem transiens, quibus competebat, visitationis pietatem conferret, contigit ante vinctorum carcerem eum transire : quum dum vincti cognovissent adesse, petere veniam facinorum et solutionem vinculorum cœperunt. Quibus vir Dei : Exite, inquit, liberi, eo quod pœniteamini : statimque soluta sunt vincula, non valentia retinere, quos absolvebat sancti viri sententia.

et famem depellit :

16 Quodam etiam tempore, collectione messium imminente, multitudo rusticorum pauperum ad eum venit; deflens penuria famis se graviter affligi, et non solum præsentis sed etiam sequentis anni amplius sterilitatem formidare; quum viderent sulcis agrorum jactata semina in paucis spicarum palmitibus exsurgere. Quorum sane vir Dei inopiam et tunc, sicut oportuit, munifice relevavit, et de Dei misericordia eos confidere monuit, promittens, F
quia frugum, quam timebat sterilitatem omnipotentis Dei pietas maximam in copiam fructuum multiplicaret, si in fide stabili persisterent et crederent, Deum esse opificem rerum. Qui ad propria redeuntes, novas fruges mirantur, in sulcis suis subito ortas, et terram, quæ antea patebat vacua, nunc gravidam frugibus exsistere. Nec mirum si hoc vir Dei obtinuit fide plenus miraculum, qui promissione magistri credulus exstitit dicentis * : Si habueritis sicut granum sinapis, quidquid petieritis, fiet vobis. * Matth. XVII, 19.

sed tentatione diabolica victus, ab uxore sua corrigitur:

17 Nec etiam silentio est omittendum, quanta virtute animi ejus conjux, nomine Blidechildis, sacro velamini mancipata, sancti pontificis tentamenta adversum se, antiqui hostis injecta malignitate, repulerit. Quum hæc sanctimonialis inserviret sanctimoniæ studiis, in villa residendo ex jure suæ proprietatis, quam vulgo dicunt Pinnevindo, præsul Faro, recordatus ipsius amoris simul et pulchritudinis, ac hoc usque

— (4) Migne, Patrol. tom. LXXI, col. 559. Cfr Cointius. Annal. Eccles. Franc. an. 672, § VII.

profectus

A profectus est, ut eam ad se venire mandaret. Quod famula Dei quum prima auditione renuisset agere, non distulit antistes Dei mandatum ingeminare : at illa secundo huic primam negligentiam conjunxit : quumque his duobus mandatis tertium adjecisset, illa obstinatum intelligens animum illius, argumentosum excogitavit consilium, quo pontificem a proposito abstraheret, et suam caritatem conservaret. Etenim ornatum abjiciens vestium, totondit cæsariem capitis et cilicio induta, contemplandam se præbuit. Quumque in eam intenderet, exhorruit vehementer, facinus se deliberasse animo illicitum, atque abstractum se a disposito opere sagaci consilio prudentis fœminæ miratus est, qua abjecit scandalum pulchritudinis suæ a se, ne per oculos caperetur corporis præparatus minister Deo et sanctificatum templum Spiritu Sancto. Secundum illud : Quoniam oculi prima sunt tela libidinis et mens per oculos capitur. Vere beata hæc mulier, Deo sacrata, quæ deformari elegit in corpore, ne Dei servus corrueret mente ; et hominum se dedit contemptui, ut pontifex servaretur irreprehensibilis in honore
a pontificali *a*. Sane comparanda meritis hæc Sanctæ Cæciliæ beatæ virgini, quoniam sicut illa proprium conjugem ab sorde retraxit idololatriæ, sic et ista pontificem a spurca fœditate immunditiæ : illa sanctum Urbanum in vultu monstravit angelico ; et ista Faronem episcopum spectabilem et mundum conservavit populo : illa virginitatem suam decoravit martyrio, hæc vero castitatem suam nobilitavit admirabili et stupendo cunctis exemplo.

naufragos liberat,

18 Sed quoniam concussam cedrum paradisi audivimus, nec directam, et quid unumquemque nostrum sequendum, quidve fugiendum sit, in actibus hujus sancti viri audivimus, huic metuendæ narrationi addatur insigne miraculum, quo innotescat cunctis et ejus sanctitatis virtus et magnitudo fidei invictæ, ut læta tristibus subjecta intentum auditorem sancti viri actuum reforment in ejus devota veneratione. Conspicuus in omni virtute Faro, Meldensis episcopus, die quadam egressus est urbem gratia orandi ad oratorium, in sancti Remigii,
b Francorum Apostoli, honore dicatum *b*. Ubi quum plus solito orationi incumberet, post-
C quam satisfactum sibi credidit, dum ab oratione surgeret, subito flebilis clamor auditur fremitusque lugentium et Heu ingeminantium. Quærit Sanctus, quid sit ille lacrymarum planctus, misitque inquirere, quid sinistri evenisset. Refertur navis demersa mediis in fluctibus, plena grandi populo. Quæ quum per placida labitur fluenta, qua altum alte tollitur, et qua quietum quiete currit, insurgit fluctus et inæstuat ; sicque diu quassata trepida puppi, implicat se usque in imis arenis. Dum hæc sanctus audiret, ingemuit, frigidos intremit artus : Ivit ergo, ubi mœsta frequentia audiebatur : tota civitas occurrit obvia venienti. Ubi ventum est ad flentia littora, episcopus ascenso ponte, fit pronior frigida humo, et humilem vultum dejecit usque ad frigidam terram : sicque tali Christum invocat voce : Ut quid, Christe clemens redemptor, sic perdit hæc enecans levis unda, quos abluit tuus sanguis roseus ? Quo ibo ? Quid faciam quum, me vidente, sic pereat tua redemptio ? Jam succurre et miserere tuis redemptis : memoreris quia per te nos tua redemit pietas. Vix hora media oraverat, et flumen baculo, quem dextera tenebat, tangit. Mirum dictu ! Ecce videas navim depulsam relabi in summo fluctu, non stridente ullo rudente, nec remigio secante, et cunctos demersos referri summo littori, facto longo agmine, obediente sancto pontifici elemento fluminis. Tunc una vox omnium, circum littore stantium tollitur in cœlum : Gloria tibi, Christe Redemptor, qui solus es vita, auxilium in te sperantium, qui solus adjutor fortis succurris tuis, tibi sit gloria in sæcula. EX MSS.

lapidem altaris confractum prodigiose reficit ;

19 Non minus insignis claruit et alio miraculo pontifex sanctus. Dum Beatus Audoenus in propria tellure, in Briegensi saltu, monasterium construxisset super torrentem, quem veteres incolæ Resbacem nominaverunt, ad oratorium in honore Beati Petri, Apostolorum principis, dedicare statuisset, idem Faro sanctissimus huic dedicationi interfuit, quoniam idem monasterium in sua diœcesi construebatur, et Beatus Audoenus omnem ordinationem ejusdem loci cum consilio ejus disposuerat agendam *c*. Ipsa die dedicationis ejusdem oratorii c
parium marmor, decentissime politum convocati pontifices benedicentes, quum vellent ponere super ipsum altare, repente de ma- E
nibus eorum elapsum terratenus ruit et per medium fractum est tam recte, ut si quispiam ferro illud secuisset. Quod cernentes pontifices, beatus Faro et sanctus Amandus cum optimatibus Audoeno atque Eligio, de quorum manibus idem lapis elapsus est, terræ sese straverunt, orationis gemitum Deo fundentes. Surgentes vero ab oratione, ut signaverunt lapidem signo crucis, ita rejunctus est solide, ac si minime fractus fuisset *d*. Siquidem demonstrati causa d
miraculi beatus Faro ipsum locum maximo cordis amore complectens, privilegio dotavit liberalissimo, quod apostolica et regali auctoritate roborari voluit : condonans liberali munificentia quæ quidem volentibus scire in promptu sunt.

virtutibus insignis,

20 Interea si per singula insignia gesta, quæ per illum gratia divina operari voluit, nostra decurrat oratio, prolixitas videbitur fastidium generare auditorum mentibus, maxime quum ipsius cunctis vita imitabilis talis exstiterit, ut suis in temporibus nulli illorum, quos scire potuimus, inferior exstiterit. Sed et hoc addere pace Sanctorum possumus, quod Veteris et Novi Testamenti patribus non immerito F
æquiparari sanctis operibus potest, si ipsorum et hujus opera digna fuerint comparatione trutinata. Nam in correptione regis, Heliam ; in miseratione mulierculæ, Job ; in eo quod reum et debitorem pro reo se obtulit, Jeremiam ; in triplici munere, dato pauperi, scilicet visus oculorum, chrismatis sanctificatione, stipendii largitate Remensem Remigium ; in benedictione segetum Heliseum ; in naufragantium ereptione Paulum ; in unctione lapidis, Donatum Spirensem episcopum ; quorum omnium spiritu plenus exstitisse non immerito creditur.

sancte obit et sepelitur.

21 Jam vero tempus est finem narrationi imponere, ne intentionem auditorum nimietas videatur onerare verborum. Nam si cuncta recenserentur magnalia, quæ eo, in corpore existente, majestas est dignata operari divina, ante poterit habere terminum lux hodierna, quam pagina. Tamen demonstrandum videtur per successionem regum, quibus regnantibus superstes in corpore idem vir sanctus extitit : scilicet a Clotario rege, filiolo ipsius antistitis, usque ad tempora Childerici, pronepotis ipsius Clotarii, quod prolixo temporis

ex mss. temporis spatio sedem episcopalem rexerit, scilicet sexaginta sex annos, in quibus et feliciter certaminis agonem explevit, et viam universæ
e carnis ingressus est *e*. Cujus quoque anima beata, terra lugente, cœlo lætante, ab exsultantibus Angelis cœlesti in sede collocata et cœtibus sanctorum aggregata est. Cæterum corpus sanctum honorifice est tumulatum in basilica, quam ipse in fundo proprietatis suæ in honore salutiferæ et vivificæ Crucis, necnon beati Joannis Baptistæ atque omnium Apostolorum ædificans consecraverat. Ibi enim angelicis excubiis dies cum noctibus æquantur. Intemeratam eam ab omnibus periculis custodientibus, in qua etiam supplicantium preces desiderii sui obtinent effectum, et debilitas corporum optatam consequitur medelam : per quæ omnia solis cognoscitur in cœlo vivere meritis, qui multis in terra fulget exemplis. Et licet minime tanta frequentia in hoc tempore cernantur ad ejus tumulum fieri miracula, quanta referuntur antiquo tempore gesta, non hoc impossibilitati meritorum ipsius est adscribendum ; sed potius impeditioni nostrorum enormitatis scelerum,
B quæ velut nubes densissima, inter nos et Deum opposita, nostram ad se non sinit transire orationem ; sed quanto nos crebrius afflictionibus quatitur, in tanto instantius piissimi patroni auxilium expectemus, cujus in excubiis sæpius inservimus, adjuvante Christo Domino nostro, cui est cum Patre æqualis honor, gloria et potestas per infinita sæculorum sæcula. Amen.

ANNOTATA.

a *Tussanus Duplessis et Albanus Butler nullo verbo attingunt hunc lapsum* S. Faronis. *Equidem non ausim dicere, id accidisse, post adeptum pontificatum Meldensis Ecclesiæ. Certe intercapedo sat longi temporis fuit inter clericatum et episcopatum, quo intervallo et propter æstuantem adhuc libidinem et novitatem vitæ singularis, facilius obrepere potuerunt voluptatum illecebræ. Quando enim per aliquot jam annos vita in omni castimonia transacta est, tentationes aliquæ esse possunt; sed lapsus graves in homine, occasioni proxi-*
C *mæ non exposito, vix occurrunt.*

b *Hodie, ut video in Kalendario Cleri Gallicani pro anno* 1854, *duæ solæ sunt Meldis ecclesiæ parochiales, S. Stephani, quæ est cathedralis, et S. Nicolai ; utrum vero Oratorium S. Remigii adhuc superstes manserit, dicendo non sum. Ex Polyptico diœcesis Meldensis, edito anno* 1648 (1), *discimus fuisse ecclesiam S. Remigii, cui annexa erat cura Nosocomii urbani. Ex Oratorio existimo excrevisse ecclesiam S. Remigii, qualis usque ad finem sæculi proxime lapsi exstiterit.*

c *De S. Audoeno, dicto etiam Dadone, Acta ediderunt nostri ad diem* XXIV *augusti* (2). *Ipse de bonis paternis fundavit monasterium Resbacense, cui præfuit primus abbas S. Agilus, cultus die* XXX *augusti* (3). *Chartam fundationibus Annalibus suis Mabillonius* (4), *et Tussanus Duplessis Historiæ Ecclesiæ Meldensis attexuere* (5). *Apud illos omnes vide-*

(1) Pouillé du diocèse de Meaux, pag. 8. — (2) Acta SS. tom. IV Aug. pag. 794. — (3) Ibid. tom. V Aug. pag. 566. — (4) Annal. Benedictini, tom. I, pag. 632. Edit. Lucens. 1739. — (5) Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. II, pag. 5. — (6) Tom. VIII, col. 1680.

mus monasterium dedicatum fuisse ad ho- D *norem S. Petri, quod etiam Gallia Christiana affirmat* (6).

d *Satis notum est, lapidem altaris, notabili parte, præsertim per medium confractum, ineptum esse ad sacrificandum. Eodem modo lapis consecrandus debet esse integer : proin quum hic habeamus lapidem* per medium fractum, *intelligitur aut sacer ritus fuisse interrumpendus, donec lapis novus substitueretur aut confractus aliquo prodigio reficeretur. De S. Eligio agendum nobis erit die* I *decembris.*

e *Monstratum fuit Commentarii prævii num* 43, S. Faronem *per annos quadraginta sex episcopatum Meldensem tenuisse : quod si illi annos sexaginta tres tribuimus, jam extra tempus Childerici regis pontificatus excurreret.*

RELATIO MIRACULORUM

SANCTI FARONIS E

Extracta ex Chartis PP. Fuliensium et asservata in bibliotheca regia Bruxellensi sub num. 8924.

CAPUT UNICUM.

Andreas, abbas monasterii visitat et elevat corpus Sancti : varii infirmi curantur, et calamitates depelluntur.

Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo, regnante Ludovico juniore, Francorum rege, divina, ut postea rei docuit exitus, inspirante clementia, venit in F mentem domino Andreæ, qui tunc temporis beati confessoris Christi Faronis regebat cœnobium, ut ejusdem sacratissimi præsulis reviseret membra *a*. Peracto itaque quadragesimali jejunio, in ipso sacro sancto paschæ sabbatho *b*, ea scilicet hora, quæ ad condiendum corpus dominicum Maria Magdalena unguenta præparavit, jam dictus abbas, uno tantum comite contentus, ad loculum, quo sacra quiescebant membra, pius violator accessit. Patefactoque a capite locello, invenit corpus pretiosum, sindone mundissima involutum : in quo illud insigne apparuit, eamdem sindonem ita incorruptam fuisse repertam, ac si eadem die facta fuisset, quum per trecentos et eo amplius annos inibi sacri antistites ossa jacuissent.

Anno 1140 *visitatur* S. Faronis *corpus.*

a

b

2 Quo cognito, a fratribus Christi magnalia prædicantur, grates in commune Domino referuntur. Videns ergo diabolus tantum adversum

qua occasione dæmoniacus liberatur

se

A se revelatum fuisse thesaurum, ut saltem fratres aliquo mœstificaret incommodo, quemdam
c? a * monachis puerum arripuit et coram cæteris vexare cœpit : fremebat dentibus puer, et nimiis torquebatur cruciatibus, qualemque in se haberet hospitem innumeris motibus declarabat. Quo viso, fratres nimio affecti mœrore, ad Domini misericordiam, piissimique Faronis clementiam exorandam pro vexato se conferunt. Et quia paschalis erat solemnitas, ipsi quidem vadunt Domino nocturnam persoluturi synaxim; duos vero e fratribus, qui super ægroto curam gererent, derelinquunt; quorum alter crucem accipiens, alter vero beatissimi præsulis dexteram gerens, super caput furentis imponunt. Ille vero multiplicius frendens, blasphemiæque plenas voces cœpit emittere. Portabant nihilominus monachi et ipsam sæpe fati antistitis ma-
d num illius ori ingerebant *d*. Diabolus autem cernens, se eximii pontificis meritis coarctari, se quidem exire velle clamabat, sed, fratribus circumstantibus nequaquam sibi viam patere. Cui fratribus locum exeundi dantibus, misericordiæ Domini eximiique interventu Confessoris
B ab obsidente se diabolo monachus est purgatus.

manum vulneratam sanat, 3 Quumque dominus abbas a fratribus rogaretur, ut thesaurum, sibi a Domino revelatum, etiam propalam manifestaret, ex consensu Meldensis præsulis diem, qua id ageretur, constituit
e *e*. Die itaque statuta, non solum Meldenses verum etiam plurimi convenere forenses. Inter quos vir quidem quidam affuit, cui spina infixa ita manum lividam turgidamque reddiderat, ut eam ad nullos usus movere prævaleret, et jam serpens malum totum pene ejus brachium occupaverat. Facto itaque ab archidiacono sermone ad populum, quum ejus instinctu ob reverentiam sancti Confessoris omnes genua flecterent, inter cæteros etiam prædictus ægrotus genua flexit. Et quum misericordiam Domini per intercessionem beati Faronis, ut sui misereretur, obnoxius precaretur, protinus spina, quæ nulla medicorum arte evelli poterat, cum sanie divinitus est expulsa; homo, sanitati restitutus, Domini magnalia beatique Faronis merita prædicabat.

in redulum a malo liberat, 4 Erat eodem tempore apud Fontanas præclarum ancillarum Dei monasterium *f*, in quo quidam conversus *g*, qui validissimis febribus
f urebatur, audita fama miraculorum, quæ Dominus per beati Faronis operabatur merita, ad
g ejus sacrum cupiebat venire monasterium, sanitatis recuperandæ gratia. Cui rusticus quidam, de sancti exsistens præsulis familia, restitit, ita inquiens : Ne illico te putes salutem consequi posse, quam hic a Domino non potuisti obtinere : frivola enim sunt, quæ per vulgi discurrunt ora, nullumque in se veritatis pondus habentia. His dictis, quum se nocte insecuta sopori dedisset, beatus ei adstitit Faro, vultu minaci, infulis redimitus sacerdotalibus, eumque vehementer increpans, cur sibi derogare præsumpsisset, baculo, quem manu gestabat, incurvo latera ejus acriter cecidit, eumque pene exanimem reliquit : sicque virtutem Confessoris, cui derogaverat sanus, in semetipso cognovit ægrotus. Mane itaque facto, presbyterum evocat, eique rei ordinem causamque edicit : et quid super hac re facto opus sit, inquirit. Monet presbyter, sancti Confessoris iram esse placandam, monachique, ut pro se deprecantur, exorentur. Quid plura? Ad sancti

antistitis monasterium æger a propinquis de- EX MSS.
fertur, atque ante ejus sepulcrum veniam exorans prosternitur, fratribusque pro eo orantibus, eo die sanitati est restitutus : et qui aliorum delatus fuerat manibus, domum suam propriis remeavit pedibus.

dæmoniaca mulier 5 Ab illo die multitudo languentium cœpit frequentare sancti pontificis monasterium. Diversis enim vexati incommodis salutem ejus consequebantur meritis. Inter quos mulier quædam, Meldensis incola territorii, venit, quæ a dæmonio gravissime vexabatur. Introgressa igitur ostium ecclesiæ terribiliter cœpit clamare, vocesque fratrum psallentium suis clamoribus perturbare : sentiens enim diabolus, se eam diutius possidere non posse, vehementius sæviebat. Adsunt igitur ecclesiæ custodes, sanctique pontificis dextram ori furentis ingerunt. Dæmon multiplicitus frendere, et obsessam cœpit acrius vexare. Sed non diu passus est pius Confessor diabolum intra monasterii sui ambitum remorari : circa horam siquidem nonam diei mulier melius cœpit habere, et a clamoribus, quos prius emittebat furibundis, paulatim quies-
E cere. Paucis deinde diebus in monasterio remorata, a dæmonio penitus est curata, salutisque integerrimæ reddita meritis eximii Confessoris sospes remeavit ad propria.

et vir qui se dæmoni dederat, 6 Nec minus eodem tempore in facto simili claruit insignis præsul egregius. Erat in villa quadam, quæ ad ejus possessionem pertinebat, homo quidam et ipse de sancti antistitis exsistens familia. Hic ergo dum de silva, quæ prædictæ villæ erat proxima ad domum suam remearet, duo ei, humana specie assumpta, apparuere dæmones, qui eum undique apprehendentes secum captivum adducebant. Ille vero, quinam essent et cur id agerent, requirebat. At illi se dæmones esse professi, ob id se venisse, dixerunt, ut eum suæ subderent potestati. Expavefactus ille signum sibi sanctæ crucis imprimere voluit. Cui illi : Ne, inquiunt, aliud quæras auxilium, hinc nullatenus potes abscedere, nisi, fide data, promiseris, te hic sancti Baptistæ Joannis vigilia adfuturum *h*. Nam et nos hic parati erimus, *h*
teque ad magistrum nostrum perducemus. Ita homo ille coactus, se, ut poscebant dæmones, impleturum sub fidei sacramento promisit. Illi autem spinam quercumque ostendentes : Sub F
una, inquiunt, istarum arborum nos exspecta. Hisque peractis, mox ab ejus oculis, ut fumus, evanuerunt. At ille domum reversus cœpit ægrotare, interdumque vesaniæ plenas voces emittere. Unde ejus obstupefacti propinqui, et quid agere deberent nescii, presbyterum evocant, et quid super hac re facto opus sit, consulunt. A quo æger magnopere ejuratus, rei ordinem pandit, seque nullatenus lætari, donec ad dominos suos revertatur. Jam ab illa hora vehementius sæviebat et obvios quosque dentibus lacerare volebat, omnia quibus ligabatur, vincula disrumpebat, nullus ei propius accedere audebat.

ejus servituti eripit; 7 Die itaque, qua se ad dæmones reversurum, fide data, promiserat, a parentibus et presbytero ad ecclesiam Dei ducitur. Ibi nihilominus super ipsum altare saliebat, seque ad dominos suos per fenestras ire velle proclamabat. Tum presbyter cum clericis suis ad locum, quo dæmones se dixerant adfuturos, pergit; aquamque benedictum circumquaque aspergit : indeque ad ecclesiam reversus, furentis collo stolam suam circomposuit, ac ita eum dimittens, inquit : In

EX MSS. manus Dei, sanctique Faronis te commendo. Dæmoniacus vero ad locum sibi destinatum recto calle pergebat. Quum vero ibi venisset, ubi aqua sanctificata fuerat aspersa, ulterius accedere non valens, terribiliter proclamabat: O presbyter, tali me custodia circumdedisti, ut ad dominos meos ire non valeam; sed fidem, quam ipsis promisi, juro quia hodie aut vivens aut mortuus eorum socius ero. Quo audito, parentes ejus, qui aderant quamvis cum labore gravi ipsum denuo vinculis coarctant; quadrigæque super imponentes ad ecclesiam sæpe dicti antistitis ducebant. Quumque jam parte emensa itineris, juxta villam quamdam, *i* nomine Mait *i* venisset, subito nubes densissima cum fragore horrendo super eos descendit, ita ut mons, cui villa superposita erat, cum ipsa villa in abyssum ab eis convenisse putaretur. Æger autem motibus, quibus vinctus poterat, in quadriga saltans, terribiliterque vociferans: En, inquit, veniunt domini mei, cum quibus et vos omnes mecum pergetis. Quum ecce, dissipata nebula, duæ ei apparuere personæ, quarum una habitu fœmineo coronam capite B gestans aurcam, se Bellariam, alter vero pontificalibus infulis ornatus, baculum manu ferens pastoralem sanctum se dicebat esse Faronem. Ex quorum visu sanatus æger, presbyterum advocat, visionisque pandens ordinem, se a vinclis absolvi postulat. Ille autem solito debacchantium more ægrotum fallere arbitrabatur. Sed quum eum instanter, ut solveretur, orantem, fidemque Christi verissime profitentem audiret, evocato, qui eum prosequebatur, populo, quæ ab ægroto audierat, exponit, omnibusque gratias Deo referentibus, a vinculis absolvit. Qui solutus ad sæpe fati antistitis pergit ecclesiam, grates Deo sanctæque ejus Genitrici necnon beatissimo Confessori pro sibi reddita referens sanitate.

perclusum membris et lingua

8 Quidam etiam miles tam molesto tenebatur incommodo, ut nec verbum addere, nec alicujus membri officium prævaleret explere. Sed quum ad sæpe fatum monasterium deductus fuisset, infra breve tempus meritis eximii Confessoris integerrimam recuperavit sanitatem. Ad tantam itaque odoriferam famam miraculorum non solum vicini, verum etiam longe remoti populi C confluebant. Inter quos mulier quædam adducitur, quam jam per octo et eo amplius annos dæmon nequissimus possidebat, et quotiescumque eam apprehendisset, cum dolore audientium clamores horrisonos emittebat. Quod si forte furenti ignis sive aqua obviam sese obtulisset, quasi super amœnissima prata collocaret, nihil dubitans incedebat. Adeo eam spiritus immundus agitabat, ut nec mortis periculum metueret, nec si quid ei mortiferum obviam procederet, evitaret. Hæc igitur, sicut diximus, ad Beati Faronis perducta basilicam, paucisque diebus ibidem commorata, expulso dæmone, sanitati est reddita.

desperatum salute curat,

9 Sub eodem tempore miles, Meldensis incola territorii, vehementissimo capitis dolore torquebatur, jamque de salute desesperans, de supremis tantummodo sollicitus, ad beatissimi Faronis monasterium a propinquis defertur: ubi ante ejus sacrosanctum tumulum excubans, Domini clementiam, ut per pii præsulis intercessionem sui misereatur, exorat: vocatisque fratribus, causam suæ fatetur esse ægritudinis, quia de possessionibus sancti Faronis sibi injuste sæpius usurpasset. Veniam precatur facino- D rum, et ut pro se intercedant, exposcit. Quid multa? Superveniente nocte, delatus ad lectulum, placidæ laxavit membra quieti, quum ecce piissimus Domini pontifex Faro, nivea venerandus canitie, vultu serenissimo, veste ornatus episcopali, ante lectum jacentis adstitit, et leni tactu universa ægroti membra pertrectans, dicto citius pristinæ reddidit sanitati. Ille autem mane facto expergefactus, abbatem et fratres advocat, eisque universum visionis ordinem pandit. Trium deinde dierum interjecto spatio, sanissimus effectus, ad propria gaudens regreditur, pii Conditoris laudans magnalia, qui assidue suos gloriari non desinit Sanctos.

invasorem sui monasterii, k

10 Alio rursus tempore dominus vici, qui Oratorium dicitur *k*, Gislebertus nomine, cum militibus LX Meldensium finibus in improviso superveniens, circumquaque discurrit, ac turbinis more obvia quæque prosternit, cædit, vastat, agricolas fugat, prædam abducit, pariterque B. Faronis boves rapinæ suæ involvit. Quod quum præfato innotuisset abbati, cum quibusdam monachis et famulis, ascensis equis, prædatores prosequitur, eorumque statim cœtui E admixtus, principem supplex alloquitur, reddique sibi beati prædam Confessoris humili voce precatur, dicens, eousque a retroactis temporibus intactas Sancti res semper exstitisse, neminem famulis illius impune umquam nocuisse, suæ quoque ipsum saluti valde consulere, si a tanta cito resipisceret præsumptione. Tum vero adversus Dei servum tyrannus infremuit, et se non solum capta non redditurum, sed quæ reliquerat, omnia direpturum, nisi quantocius abscederet, intonuit. Quo audito valde indignatus abbas, ne ulterius prædam abducant ex nomine beati Faronis interdicit, dirosque eis imprecans casus, tristis abscedit.

licet potenter armatum,

11 Cui redeunti princeps quidam Meldensium, Ansoldus nomine, cum triginta militibus fit obvius, causam tristitiæ percunctatus, ediscit, horrendumque et inauditum facinus abominatus, quorsumnam raptores abeant, inquirit; ultoremque se tantæ futurum injuriæ, si beatus ei Confessor adesse dignaretur, audacissime promittit. Pollicetur ei abbas ex beati Faronis virtute victoriam; tantum divino potentissimoque Confessoris sese committat auxilio; suggeF ritque, Deo in paucis et pluribus salvare, non esse difficile, qui olim Gedeoni, pro ejus populo cum CCC adversus innumera alienigenarum millia dimicanti *l*, victoriam præstitit. His igitur *l* verbis prædictus heros animatur et abbate comitante, sceleratos cum suis insequitur: qui ad sequentium strepitum conversi, paucitatem despiciunt et velut temerarios condemnantes, vivos capere disponunt. Isti vero divino freti auxilio et abbatis præsentis, ac si beati Faronis, animati consortio, veluti leones, absque cunctatione in eos irruunt, obstupefactosque nutu divino cædunt, fugant, prosternunt. Quid plura? Captis filiis, amissisque carissimis suis, cum paucis tyrannus fuga elabitur, reliquos hostium direptioni relinquens. Victores autem, quibusdam cæsis, quam pluribus fugatis, captos fere omnes in vincula conjiciunt, Meldis in carcerem trudunt, prædamque suam beati Faronis, cujus se victores esse virtute cognoverant, ex integro restituunt.

sua virtute

12 Istud igitur non minimi loco miraculi apud nos habitum vel habendum est, sed potius antiquis

A quis sanctorum Machabæorum victoriis per omnia comparandum *m*. Ibi enim inter cæteras victorias tria millia Judæorum centum millia, ut legitur, una die gentium peremerunt. Hic etsi minori numero pari tamen potentia divina virtus hostes immanissimos S. Faronis obtentu dejecit. Aliud quoque miraculum recitemus; in quo etsi dissimili, non minori tamen virtute metuendus apparuit. Ebrardi militis cujusdam Jotricis clientes B. Faronis porcos in via publica repererunt, et ex industria in agrum dòmini sui, qui vicinus erat, eos perturbarunt. Aptam igitur, ut eis videbatur, occasionem nacti, quia eos in agro domini sui reperissent, abducere cœperunt, subulcis renitentibus et de nomine B. Faronis sues reclamantibus, injuriæ potius elogia responderunt. Quo cognito, abbas Ebrardi petiit alloquium; sues injuste causatur abductos benignitate sibi postulans redhibendum, quod invidia fuerat ablatum; supplicans et postulans ab Ebrardo non auditur, fideijussores damni, si quod esset, jure restituendi offerens : omnino respuitur, intolerabilique ejus fastu contemptus regreditur.

m

percutit et ad frugem reversum sanat;

13 Quo regresso, porcos Ebrardus occidere non timuit, comedere non horruit, et abbatis excommunicatione damnari non expavit. At Confessor inclytus, suorum condescendens oppressioni, nocte quadam terribiliter apparuit oppressori, sciscitans, cur monasterii sui diripere substantiam prasumpsisset, abbatem suum sprevisset, insuper ausu temerario sues occidi mandasset, oreque nefario devorare non expavisset. Cujus terribili voce simul et verbere miser in amentiam versus, domum clamoribus replet, stridet dentibus, unguibus sævit, operimentumque suum seu manibus quælibet apprehensa dilacerat et disrumpit; excutitur a somno familia, perturbati omnes et exterriti conveniunt. Requisitus, quid insaniret, a beato S. Farone torqueri, respondit. Suadent omnes sacratissimo Confessori monachisque illius satisfaciendum : salutiferis tandem credulus suasionibus, quasi ob satisfactionis initium monachis equum suum præmittit, sospitate reddita, per semetipsum quidquid deliquerat emendaturus. O benigna pii Confessoris justitia! O justa benignitas vere justi domini ac piissimi patris servus et filius
C peccatorem juste punit, ut servum pœnitentem benigne refovet ut filium. Hebdomada namque transacta, qui delinquens insanierat, sanitati redditus est pœnitens, beatoque Faroni per semetipsum præsentatus, quidquid deliquerat emendavit, sicque lætus et alacer ad propria remeavit.

captivum vinculis solvit.

14 Ponatur et aliud insigne pietatis ejus et virtutis indicium, ut manifestetur, quam pius invocantium se sit auditor, quamque potens oppressorum promptissimusque liberator. Apud Cuiciacum castrum *n* unicus viduæ matris filius in captivitate positus erat, ferreisque vinculis compeditus tenebatur. At vero mater unici se filii dolens orbatam solatio, die nocteque divinum precabatur auxilium, sobolis continuis gemitibus implorans liberationem. Interim B. Faronis annua festivitas emicuit, in quo corporeis absolutus vinculis ad cœlica regna migravit. Igitur tota solemnis diei præcedente vigilia, potentissimum mulier fusis lacrymis invocat antistitem, ut miseræ matris preces exaudiat et captivo filio subveniat, reddat desolatæ sobolem, genitricis familiolæ suum restituat gubernatorem. Cujus lamenti clementissimus excitatus Confessor, oranti quoque in carcere filio luce splendida circumfultus apparuit, jacentemque surgere et abire præcepit, dicens, esse Faronem, quem toties invocasset adjutorem. Qui continuo surgens, omnibus se vinculis absolutum reperit, et egrediens discedere cœpit. Quem custodes arripiunt, et licet Beati nomen prætenderet Faronis, fortioribus adstrictum nexibus in carcerem retrudunt; obseratisque ostiis, lectulis membra reponunt. Nec longo post intervallo compeditum pontifex almus repetit, et cur ibi moraretur, cur non, ut jusserat, abcessisset, inquirit. Refert illi, quid sibi accidisset infortunium, quomodo excedentem custodes cepissent, captum religassent, religatum carceri mancipassent. Nunc, inquit, egredere, quia jam nullum libertati ponetur obstaculum. Surrexit ergo et arreptis, quibus irretitus fuerat, compedibus, nullo prohibente, sancti monasterium Confessoris adiit. Ibique coram cunctis, festivitatem celebrantibus, suæ historiam liberationis exposuit. Tunc vero laudes in commune E
referuntur Salvatoris, ejusque piissimi potentissimique Confessoris vere pietas, patris orfanorum et judicis viduarum claruit in eo potentia: qui quoniam pius erat, non est oblitus clamorem pauperum, quoniam potens solvit compeditum, erigit elisum, et humilem spiritu salvabit.

n

ANNOTATA.

a *Andreas, abbas monasterii Meldensis S. Crucis, cui dein propter sepulcrum* S. Faronis *nomen monasterii Sanfaroniani adhæsit, regimen tenuit ab anno* 1138 *usque ad annum* 1152 (1).

b *Anno bissextili* 1140, *signato litteris dominicalibus* GF, *Pascha occurrit die* VII *aprilis; adeoque corpus* S. Faronis *visitavit Andreas abbas* VI *aprilis seu sabbatho sancto.*

c *Commentarii prævii num.* 46 *monstravimus, verisimilius circa annum* 830 sindonem *illam* mundissimam *corpori Sancti nostri impositam fuisse, adeoque tunc quoque celebratam fuisse sacri corporis aliquam aut visitationem aut translationem.* F

d *Uti hæc narrantur, dicendum esset brachium a corpore fuisse avulsum : verum numero* 3 *sequenti legimus, monachos dein ab abbate suo petiisse, ut inventus thesaurus populo* manifestaretur : *ante igitur quam propalam corpus exponeretur, non facile crediderim fuisse mutilatum. Textus itaque explicandus est, quatenus monachi, super* ægroto curam gerentes *admoverunt dæmoniacum corpori sacro, et brachium, corpori adhærens, eidem imposuerunt.*

e *Anno* 1140 *Ecclesiæ Meldensis gubernacula regebat Manasses II, qui ab anno* 1134 *ad* 1158 *sedit* (2).

f *Sine fructu ullo inquisivi originem et historiam istius parthenonis S. Mariæ de Fontanis. Altum de eo in triplici editione Galliæ Christianæ silentium : neque in exstantibus neque in veteribus monasteriis ullus sermo. Habetur quidem aliquod monasterium* S. Mariæ de Fontanis, *sed vel ab initio virorum fuit,*

(1) Gall. Christ. tom. VIII, col. 1695. — (2) Ibid. tom. VIII, col. 1615.

et

A *et cum Cisterciensibus coaluit, ut videre est in ejus Historia, in Dacherii Spicilegio nobis conservata* (1). *Nostrum autem dicitur* præclarum ancillarum Dei monasterium, *in episcopatu, ut videtur, Meldensi, dum virorum erat in Turonensi situm. Tussanus Duplessis varia refert diplomata Meldensi parthenoni concussa. Sic anno* 1124 *Burchardus, episcopus Meldensis, plura donat abbatissæ Fontis Ebraudi* (2), *et anno* 1129 *Theobaldus, comes Blesensis, præter alia, concessit, ut si* episcopus intestatus mortuus fuerit, quidquid mobilium rerum in domibus suis inventum fuerit, monialibus de Funtaniis per manum decani ecclesiæ S. Stephani et archidiaconorum detur et distribuatur. Quod si forte locus ille de Funtaniis deletus et destructus fuerit, infirmis, id est, leprosis Meldensibus etc... distribuatur (3). *Ex Tabulario ejusdem ecclesiæ Fontanensis habemus encyclicam monialium epistolam, quæ piis fidelium precibus commendant animam Gulielmi de Barris militis, earum benefactoris insignis, monachi ad succurrendum : in ea autem dicuntur* Sanctimoniales Ordinis
B Fontis Ebraudi (circa annum 1100 fundati (4)) in monasterii de Fontanis, in diœcesi Meldensi constituto (5). *Ex Necrologio Fontanensi* (6), *conscripto sæculo* XIII *decurrente, in quo obitus abbatissarum Fontis-Ebraudi notantur, habemus Burcardum, Meldensem episcopum, qui sedit ab anno* 1120 *ad annum* 1134 (7), *multa beneficia contulisse ecclesiæ B. M. de Fontanis et additur* : et in vita ipsius fundata fuit *ecclesia Fontanensis : adeoque ejus origo ab anno* 1120 *ad* 1134 *statuenda est* (8). *Porro perseveravit prioratus iste ad finem usque sæculi* XVIII ; *nam in Polyptico Meldensi anni* 1731 *legitur esse* prioratus conventualis in parochia Doruy, *(quæ* II *chiliometris inter septentrionem et orientem Meldis distat) Ordinis Fontis Ebraudi. Quamvis autem monasterium a S. Maria nomen habet, nihilominus ipsa prioratus ecclesia sub patrocinio S. Joannis Euangelistæ dedicata fuit* (9).

g *Monasteria instituti Fontebraldensis, quale erat parthenon Fontanarum, erant saltem initio duplicia, virorum nempe et mulierum* (10). *Atque hinc patet, cur frater con-*
C *versus occurrat.*

h *Celebrem olim conventum magorum vulgus haberi putabatur in festo S. Joannis Baptistæ, cujus nativitas cum solstitio æstivo fere concurrit.*

i *Divinando non sum, quis ille locus* Mait *sit : certe ad Meldensem pertinet, quoniam supra num.* 6 *dicitur villa, quam dæmoniacus inhabitabat, esse de* possessione S. Faronis, *et ipse vir* de sancti antistitis existens familia. *Si locus aliquo indicio innotesceret, jam villa Mait utcumque assignari posset : nam media fere via, inter locum ex quo dæmoniacus processit et monasterium* S. Faronis *jacet. Sed deficiente uno termino, alter nobis incertus manet.*

k *Vicus mihi incognitus : est quidem hujus nominis locus in Sequanis* (départ. du Jura), *qui tamen textui nostro accommodari non potest, quum Gislebertus iste miles fuerit finitimus Meldensibus ; quod de Oratorio Sequanensi nequaquam dici potest.* D

l *Judic.* VII, 5 *et* 6.

m *Videtur scriptor alludere ad factum Judæ Machabæi, quo, ut narratur* I *Machab.* IV, 6 *et seqq.*, cum tribus millibus virorum tantum *Gorgiam et validissimum ejus exercitum penitus debellavit.*

n *Hujus nominis villula habetur in districtu Meldensi, non longe a parochia Domni-Martini* (Dammartin).

CONVERSIO

OGERII MILITIS

qualiter renuntians sæculo, Deo in monastico habitu militavit a.

Ex ms. bibliothecæ regii Bruxellensi sub num. 8924 : partim collata cum Mabillonio in Actis SS. Ord. S. Benedicti Sæc. IV, Part. I.

Ogerius, ex primariis belli ducibus Caroli Magni,

Faronis, sanctissimi ac gloriosissimi Meldensium pontificis, Vitæ venerandæ dignum est subscribere, qualiter ad monasterium, quod idem pontifex studio piæ devotionis prope civitatem fundavit, et in honorem Sanctæ Crucis ac Beati Baptistæ Joannis, Sanctique Petri et omnium Apostolorum devotius dedicavit, atque possessionibus amplissimis nobiliter honoravit, Ogerius, vir illustris generositatis, adeo strenuus in præliis, ut propter frequentes ac victoriosam adversariorum debellationem, speciali tunc temporis cognomine solus inter præliatores et etiam ab ipsis præliatoribus præliator fortis ac pugnator appellaretur *b*, ut ibi monasticæ conversationis perseverantiam promitteret, advenit *c*. Nulli rite sapientium sive justæ dilectionis notitiam habentium dubium est, quod tamquam gloriæ miseria, lætitiæ est adversa tristitia, sic bona malis et vitia virtutibus naturaliter exsistunt contraria. Quum igitur pessimi plures, qui lætantur, quum male fecerint, et exsultant in rebus pessimis *, bonis ubertim affluunt temporalibus : justi autem, semper operam virtutibus impendentes, permansuram spe felici præstolantes lætitiam, multis miseriis et plurimis affligi videntur angustiis, occulta Dei judicia ac suæ dispensationis ignorantes providentiam, erronea retractatione mirantur, quid fieri possit, ut prospera malis, bonis adversa, quia sunt contraria, sibi invicem conveniant, ut sociari valeant. Sed quum multa sit tempori et æternitati distantia, bona temporis sive mala justis indifferenter eveniunt et injustis. Æternitas vero bona non

b

c

* Prov. II, 14.

(1) D'Achery, Spicil. tom. II. — (2) Duplessis, Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. II, pag. 23. — (3) Ibid. pag. 24. — (4) Helyot, Hist. des Ordres Rel. tom. VI, pag. 88. — (5) Ibid. pag. 132. — (6) Ibid pag. 469. — (7) Gall. Christ. tom. VIII, col. 1611. — (8) Cfr Helyot, Hist. des Ordres Rel. tom. VI, pag. 95. — (9) Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. II, pag. 639. — (10) Mabillon, Annales, tom. V, pag. 396.

nisi

A nisi bonis, mala autem perpetua non debentur nisi malis. In his ergo, quæ temporalia sunt, nec inaniter de prosperis gloriari, nec inepte de adversis justi debent conturbari, sunt etenim transitoria; sed potius in tribulatione gaudere, ut animas suas possideant in patientia : angustia enim tribulationis patienter eam ferentibus, purgationis est ignis et probationis; quia tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus et quasi holocaustum hostiæ accepit illos in odorem suavitatis *.

* Sap. III, 6.

sæculi pertæsus,

2 Præfatus igitur Ogerius, vir generosa nobilitate clarissimus, Deoque permittente in frequenti præliorum exercitatione victoriosissimus, et ideo tempore gloriosissimi imperatoris, Magni videlicet Caroli, inter Francorum principes gloria et honore adeo sublimatus, ut post ipsum in regni imperio et dominatu exsisteret secundus, dum gloriosius polleret in sæculo, sanæ mentis industria retractare cœpit, quod gloria et elevatio sæcularis, quibus cor ejus pompose efferebatur in hominibus, et divitiæ, quas in sæculo præsenti cum injustis quibuslibet et male agentibus communiter possidebat,
B quia transitoriæ erant et inanes; has sese divinitus aspiratus definivit relinquere, ut in æterna beatitudine mereretur cum Sanctis perpetuas possidere. Hac etenim sententia motus fuerat ac recreatus, quam ex ore veritatis audierat : Quod omnis qui se exaltat, humiliabitur, et qui
*Matth. XXIII 12. se humiliat, exaltabitur *. Ab illo ergo regni solio, in quo secundus a rege, ut dictum est, gloriabatur, se humiliandum, ut exaltari mereretur, disposuit, et falsæ beatitudinis exuendum divitiis, ut post hanc ærumnosam vitam gloria ditaretur veræ beatitudinis, perenniter ante Deum victurus cum Angelis.

varia monasteria perlustrat,

3 Sciens ergo oportere per multas tribulationes in Dei regnum introire *, nec esse condignas passiones vitæ præsentis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in Sanctis *; ad exemplum Domini, qui quum sit Deus, semetipsum exinavit, formam servi accipiens, factus obe-

* Act. XIV, 21

* Rom. VIII, 18.

* Philipp. II, 5 diens neque ad mortem *, post multa prælia, quæ viriliter exercuit, post famosæ laudis gloriam, quam sibi strenuis operibus propagavit, sua omnia, Jesum Christum secuturus, dereliquit, et cum Apostolo Paulo semetipsum huic
C mundo, atque sibi mundum ipsum crucifigere
* Galat. VI, non horruit *. Sicque verbis dominicis, quæ attentius audierat in Evangelio, humiliter obedivit : Qui vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me *.
* Matth. XVI, 24. Suscipiens igitur peregrinationis insignia *d*,
d peregre profectus est monachorum explorare cœnobia; ut scilicet in quo regularis disciplinæ custodiam observari cerneret, in eo morum suorum conversionem promitteret, vitæque suæ perseverantiam juxta sancti Benedicti Regulam confirmaret, sub abbatis imperio, propriis abdicatis voluntatibus, quoad viveret, Domino
e serviturus *e*. Qui baculo, quem ferendum pro signo peregrinationis susceperat, plures corrigiarum ligulas appendit, et in ipsarum summitatibus ligularum ferri sphærulas affixit, quem in pavimento cujusque monasterii, in quod oraturus intrabat, violenti jactabat impulsu; argute diligenterque attendens, an forte monachi ex mentis vanitate sese leviter ad strepitum converterent baculi.

tandem in monasterio Meldensi

4 Hic igitur, perlustratis pluribus monasteriis, et, ut dictum est, exploratis, in nullo eorum tantam reperit continentiam a vanitate, quam in S. Faronis religiosissima congregatione. Illic enim, dum prædictum baculum cum suis appendiculis violenter impelleret pavimento, et baculus in sua collisione confusæ vocis strepitum redderet, de astantibus monachis nullus est motus, ut retro respiceret, vel ab intentione suæ devotionis animum amoveret, præter unum de his, qui sub custodia servabantur, puerum. Quem mox unus de custodibus virga disciplinæ percussit, et sic eum a vanitate ad id, quo erat intendendum, oculis reflectere coegit *f*. Unde manifeste intellexit, *f*
quod ibidem devotissime servabatur et regula monasticæ religionis et disciplina religiosæ institutionis. Ex qua re mox sibi proposuit, ut illic, spreta pompa sæculi, monachorum susciperet et habitum. Prudenti ergo usus consilio, ad regem inde regressus est Carolum, ut ab eo exposceret, quatenus sanctæ religionis habitum suscipere suo permissu licuisset *g*. Unde *g*
Carolus compunctus, commota sunt quippe super eum viscera ejus, flebilibus sese lacrymis infudit, et licentiam, quam devotus petiit, et habere cum bona gratia permisit. Ex qua re E
seniores palatii, mediocres et infimi versi sunt in admirationem, benedicentes Dominum, qui in tanto viro sic mirabiliter dexteræ suæ magnificavit immutationem.

una cum socio Benedicto professionem facit,

5 Tunc devotis exhortationibus monuit Benedictum, quem in multis præliis habuerat socium, ut secum futurus monachus veniret ad S. Faronis monasterium, ut qui multa simul in homicidio fecerant flagitia, sua simul in monasterio pœnitentes plangerent peccata *h*. *h*
Cujus monitis et precibus acquiescens Benedictus (memor enim fuit præteritæ societatis) ei se iterum sociavit : et ambo pariter, ut athletæ Christi fide viriliter armati, ad S. Faronis reversi sunt monasterium. Ubi arma bellica et omnia, quæ in sæculo habuerant, votivo corde pro nomine Jesu Christi relinquentes, quamdiu vixerunt, in sancta religione manserunt. In eodem vero anno, quo monachi effecti sunt, Ogerius, jam cognoscens monasticas consuetudines, ad Carolum regressus est, monens et humiliter expostulans, ut qui cæteris monasteriis benefacere consueverat, S. Faronis monasterium a benefactis non exciperet, sed eleemosy- F
nam suam dilatando, stipendiis fratrum, Deo illic famulantium, aliquibus misericorditer incrementis subveniret. Cujus militiæ et strenuitatis Carolus, ut moris est nobilium, reminiscens, conversioni quoque ac devotioni pie congaudens, ne frustratus a se Dei servus rediret, pro ejus amore, quamdam ex suo dominicatu S. Faronis dedit abbatiam, in honorem S. Mariæ, Petri Apostoli dicatam, in loco qui Reda dicitur *i*, qui videlicet locus distat ab urbe *i*
Meldensium et a monasterio spatio stadiorum octoginta. Alteram vero, quam ipse olim in suburbio Vercellensi tenuerat, ei spontanea benignitate ad usus eorumdem fratrum reddidit, quæ videlicet abbatia tamdiu postea sub dominio abbatis et fratrum S. Faronis fuit, quamdiu rex Francorum Italiam sub suo regimine tenuit *k*. Illa de Reda usque in præsentem diem *k*
permanente in prædicti monasterii commoditate.

et multis collatis beneficiis, sancte obit.

6 Postea prædictus Ogerius pluribus annis in monasterio vivens sub abbatis imperio, diræ sitis siccitate corpus suum castigans, et horrore diræ

EX MMS.

EX MMS. diræ famis crudeliter macerans, in vigiliis et orationibus peccata sua reminiscens lacrymosis gemitibus. Cujus veram conversionem atque vitæ sanctitatem multis postea Dominus Jesus-Christus declaravit miraculis; ut manifeste demonstrat, quod gaudium est Angelis Dei super uno peccatore, pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, non indigentibus pœ-
l nitentia *l*. Ipsi soli, qui peccatores ad pœnitentiam misericorditer expectat, et pœnitentes a peccatis clementer justificat, sit gloria et imperium cum Patre et Sancto Spiritu per infinita sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Narrationem conversionis Ogerii, qui etiam Augerius et Autgarius dicitur, damus tum ex duobus codicibus manu exaratis, tum ex editione, quam dedit Mabillonius in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti* (1); *unde etiam in collectione Mauro-Benedictina Monumentorum Historia Francicæ traducta*
B *fuit* (2). *Hisce porro exemplaribus utemur, ut variantes lectiones, si operæ pretium fuerit, in margine aut etiam in Annotatis indigitemus.*

b *Multis fabulis infarta est Historia Ogerii, quæ etiam medio ævo poematis bene longis celebratur* (3). *Ogerius, seu Otgerius, Otgerus, aut Oggerus, plurisque idem est ac Autgarius* (4). *Iste vero Autgarius, ut paucis multa complectamur, mortui Carolomanni, Caroli Magni fratris, uxorem Gerbergam cum duobus ejus filiis Pippino et Siagrio ad Desiderium, Longobardorum regem, et Gerbergæ patrem duxit in Italiam. Hæc habet Sigebertus Gemblacensis* (5) : Anno 771 Karlomannus rex, regis Karoli frater, obit. Pars regni ejus partibus Karoli se unit. Uxor ejus cum filiis et Autgario Franco ad Desiderium regem Italiæ confugit. *Hic autem Autgarius seu Ogerius noster dicitur Francus : unde igitur cognomen Dani illi obtigit non est, qui divinet secure. Aliqui existimant, vocem Danum esse contractum ex ortu natali Ardenna cui interpretationi aliquousque favet saltum*
C *Ardennensem ad Austrasiam pertinuisse, ex qua cum vidua Gerberga fugam in Italiam arripuit. Sed sunt alii, qui nomen Dani derivant ab officio Autgarii, quasi nempe exactor tributorum fuerit; quæ tributa etiam Dacia appellabantur. Quo casu Dacia, duplicem haberet significationem, nempe regionem Daniam et tributum, victis imponi solitum : medio autem ævo fabulatores, quum Oggerium Dacum legerent, prono errore hunc ex Dania seu Dacia oriundum narraverunt* (6). *Verum hæc omnia sunt meræ conjecturæ, quibus tenere quis inniteretur. Interea Adriano Pp.* I, *conquerente apud Carolum regem de multis injuriis, sibi a Desiderio illatis,* Carolus, *ait Sigibertus,* Italiam petit et Desiderium intra Papiam clausum obsidet. *Dein* diviso exercitu, multas urbes ultra Padum comprehendit; inter quas Veronam capit, in qua D Autgarius Francus cum uxore Karlomanni et filiis ejus latens, se cum eis regi dedit. *Certe monachus Sangallensis de Gestis Caroli Magni lib.* II *cap.* 26 (7), *dicit*, quemdam de primis principibus, nomine Oggerum fuisse Desiderio a consiliis bellicis et simul offensam terribilissimi imperatoris incurrisse et ob id ad eumdem Desiderium confuginm fecisse. *Unde confirmatur idem esse Oggerus ille et Autgarius. Addit Chronicum Moissiacense, Ogerium cum uxore et filia trusum fuisse in exilium* (8). *Postmodum vero in magnam gratiam rediit cum Carolo et deinceps videtur præcipuus ejus bellator fuisse. Qui plura de Ogerio scire cupit adeat Mabillonii Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti, quæ plura referunt, maxime quod ad distinctionem inter Ogerium, Danum dictum et Ogerium Carmentriacensem, et ipsum monasterii Sanfaroniani monachum ac benefactorem* (9).

c *Quod deinceps sequitur usque ad finem numeri præteriit Mabillonius, ut ipse monet, quasi istius modi* moralitates *ad rem nihil conferant.* E

d *Peregrinationis insignia sunt præcipue baculus, pera et pileus, ut notat du Cange in suo Glossario et Supplemento v°* Peregrinatio.

e *Formam hanc professionis monasticæ exprimit cap.* 58 *Regulæ S. Benedicti, in qua præscribitur, ut* suscipiendus *(post probationem anni integri)* in oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua et conversione morum suorum et obedientia coram Deo et Sanctis ejus, ut si aliquando aliter fecerit, ab eo se damnandum sciat, quem irridet. De qua promissione sua faciat petitionem ad nomen Sanctorum, quorum Reliquiæ ibi sunt et abbatis præsentis. Quam petitionem manu scribat, aut certe si non scit litteras, alter ab eo rogatus scribat; et ille novitius signum faciat, et manu sua eam super altare ponat.

f *Pueri, in monasterio degentes, dum delinquunt, secundum Regulam S. Benedicti cap.* 30 *aut* jejuniis *aut* verberibus coercendi *erant.*

g *Alteri obligatus non poterat sine permissu se ab obligatione liberare. Hinc factum* F *est, ut Ogerius, belli dux primarius, se expedire a vinculo fidelitatis debitæ non potuerit sine licentia regis Caroli. Inter formulas Marculfi lib.* I *cap.* 19 (10) *habetur licentia, ut aliquis* comam capitis ad onus clericatus deponat *et ad aliquam* basilicam aut monasterium deserviat. *In Nota ad calcem paginæ dicitur,* absque principis consensu clericos ordinari morem non fuisse. *Quod quidem generaliter dictum, non existimo verum : quando enim aliquis erat omnino liber, adeoque nemini obligatus aut obnoxius, tunc pro arbitrio vitam disponere suam, integrum erat.*

h *Certe bellator, qui in hostili exercitu meruerat, regi suo debitam fidelitatem fregerat, multorum peccatorum, verisimillime homicidiorum reus convictusque fuerat, talem sibi*

(1) Sæc. IV, part. I, pag. 656. — (2) D. Bouquet, Recueil des Hist. des Gaules, tom. V, pag. 468. — (3) Histoire litt. de la France, tom. XX, pag. 688-701 et tom. XXIII, pag. 643-659. — (4) Mabillon. Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. IV, part. I, pag. 658. Duplessis, Hist. de l'Egl. de Meaux, tom. I, pag. 74. — (5) D. Bouquet, Recueil des Hist. tom. V, pag. 376. — (6) Cfr Du Cange, Glossarium. v° *Data* et Hist. litt. de la France, tom. XX, pag. 691. — (7) D. Bouquet, Rec. tom. V, pag. 131. — (8) Ibid. pag. 70. — (9) Sæc. IV, part. I, pag. 656 et seqq. — (10) D. Bouquet, Rec. tom. IV, pag. 475.

inflixit

A *inflixit pœnam, quam etiam Ecclesia homicidis imponebat; ut nempe intra monasterii septa ad finem usque vitæ pœnitentiam ageret. Sic in concilio Lemovicensi* II, *anni* 1031 (1), *legimus, militem Vasconem, jubente Sancio Vicecomite,* senioris sui *occisorem, ab episcopo suo dimittitur ad Papam, qui, auditis episcopis, eum ad vitam monasticam adegit* (2). *Facile crediderim tali momento ad vitam austeriorem traductos fuisse Ogerium ejusque socium Benedictum.*

i *Mabillonius refert* (3), *Redensem abbatiam penitus exstinctam esse, redactamque in vicum, vulgari nomine* Rez *appellatum, qui tertia leuca dissita est Meldis. Ejus vero loci ecclesia a Sanfaronianis monachis olim pendebat.*

k *De abbatia Vercellensi non est, quod dicam, utpote quæ neque apud Augustinum Lubin in abbatiarum Italiæ Notitia indicitur. Periit quidem, ut in textu dicitur, Sanfaronianis, quando regimen Italiæ Francis ereptum fuit : sed videtur omnino evanuisse, quandoquidem laudatus Lubin, agens de ab-*
B *batiis Vercellensibus* (4), *ne vel verbo hanc abbatiam attingit. Simile est silentium Ughelli* (5).

l *Exstabat olim in monasterio Sanfaroniano insigne monumentum sepulcrale Ogerii et Benedicti, cujus ectypon nobis servavit Mabillonius in suo opere de Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti sæc.* IV, *parte* I. *Circa medium sæculum* XVIII *exstabat istud sepul-* D
crum : nam D. Bouquet in suis Monumentis Historiæ Franciæ, anno 1744 *typis excusis* (6), *loquitur, quasi tunc etiam exsisteret. Verum ante vastationem, sub fine ejusdem peractam, jam disparuerat monumentum. Coronidis loco appendimus epitaphium a Fulcoio editum* (7) :

Quam male discernit quod amat, vel qualia [spernit
Cui placet aura soli, displicit aura poli.
Exsul in externa procul a regione superna,
Captus amore viæ, non meminit patriæ,
Militis Otgerii conversio digna videri.
Sufficit ad speculum, quo statuas oculum.
Legis erat pondus, locuples, a rege secundus,
Nobilis et sapiens, strenuus et patiens.
Floribus his septus, præstabile culmen adeptus,
Omnia posthabuit, seque Deo tribuit.
Evocat invictum rerum comitem Benedictum :
Ut par militiæ, participet veniæ.
Crux simul accipitur, Crucis et locus iste subi- [tur :
Cæsar et exuitur, Cæsar et induitur. E
Ite pares animæ, per quælibet agmina primæ,
Fortes Cæsarii, fortia membra Dei.
Fortes athletæ, per sæcula cuncta valete,
Par crucis est species, par erit et requies.
O quam par pulcrum, par vivere, parque sepul- [crum :
Par fuit et tumulus, par erit et titulus.

(1) Labbe, tom. IX Conc. col. 909. — (2) Cfr Laplace, Monographie de N. D. de Lescar, pag. 35 et seqq. — (3) Acta SS. Ord. S. Ben. sæc. IV, part. I, pag. 664. — (4) Abbatiarum Ital. brevis Notit. pag. 415. — (5) Ital. sac. tom. IV. — (6) Rec. des Hist. tom. V, pag. 468 n. — (7) Mabillon, Acta SS. sæc. IV, part. I, pag. 664.

DE SANCTO DORBHENEO

ABBATE HIENSI

SYLLOGE.

V. D. B.

F

c § Unicus. Insula Hia. S. Columba. Abbatum auctoritas et genus. Genus S. Dorbhenei. An abbas fuerit Hiensis et S. Columbæ Vitam scripserit. An pater S. Faelci.

ANNO DCCXIII. *In insula Hia, ubi S. Columba sub medium sæculum VI seminarium missionariorum monasticum constituit,* * Mull.

Ad latus occidentale Scotiæ porriguntur duæ ingentes insularum series, quibus olim Hebudes nomen, nunc Hebrides : altera interior seu littori propinquior; altera exterior, sed et condensior, cui nunc pene soli Hebridum nomen adhæret. In priore serie, non procul ab insula majori Malea, jacet celeberrima insula Hy seu Ioua, vulgari sed corrupto nomine Iona dicta, tria dumtaxat milliaria longa atque unum aut sesqui milliarium lata, centum abhinc annis capiens incolas tantum* 150, *nunc* 350 (1). *Atque hæc arctissima tellus caput aliquando fuit religionis christianæ in Hibernia et Scotia. Neque hæ solæ regiones incredibilem inde acceperunt utilitatem, sed et universa fere Europa; quandoquidem ex ea prodierunt tot sanctissimi viri, qui aut fidem infidelibus nuntiarunt, aut verbo et exemplo christianos docuerunt pietatem omnemque virtutem. Auctor tanti boni S. Columba; qui circa annum* 520 *natus in Gartan, comitatu Donegal, discipulus S. Finniani episcopi in Moville, dein S. Finniani Clonardensis, postea fundator monasteriorum Glasnevin prope Dublinium, atque Derry et Durrow in comitatu Regis, anno* 563 *ad insulam Iouam, quam a Conallo, filio Comgilli, rege Scotorum Albaniorum, dono acceperat, profectus est; ubi et incohavit novum asceterium seu potius incomparabile*

(1) Reeves, Life of St. Columba, pag. 414; The imperial Gazetteer of Scotland, tom. II, pag. 139 et seqq.; de Montalembert, Histoire des Moines d'Occident, tom. III, pag. 477.

seminarium

AUCTORE V. D. B.

seminarium missionariorum (1). *Reliqua huc non pertinent.*


et sedem abbatis, sub se habentis episcopos, ut nunc superiores regulares sibi subditos presbyteros habent,

2 *Proprium erat huic monasterio ut abbas presbyter esset et caput societatis monasticæ; quales societates postea ordines dicti sunt et congregationes religiosæ. Monasteriis enim, quæ aut ipse fundarat aut subditi, præficiebat præpositos, qui sibi deinceps obnoxii essent. Quin etiam, quum tunc temporis episcopi absque sede aut titulo crearentur inter Hibernos monachos, uti nunc presbyteri in ordinibus religiosis latinis, ii episcopi non plus absolvebantur ab abbatis Hiensis auctoritate, quam nunc presbyteri regulares a potestate sui superioris, quamvis hic in ordinibus sacris constitutus non sit : quæ servitus monastica non cessabat, etiamsi episcopalibus muneribus extra monasterii septa fungerentur; quamquam diœcesium designatio diu in illis partibus desiderata fuerit, episcopis Scotis hanc apostolicam (ut quidam appellant) rationem tanti facientibus ut eam etiam in alias regiones (episcopis et conciliis frustra resistentibus) inveherent. Quum autem inter omnes* B *Celtas singulorum jura essent pene nulla, gentis* * *autem cujusque maxima, ita ut non facile sineretur officium aut dominium aliquod ab unius gentis potestate ad aliam transire, Hiæ quoque invaluit ut nullus fere eligeretur abbas, qui a Conallo Gulbano, S. Columbæ progenitore, non descenderet.*

* Clan.

S. Dorbheneus, *genere fundatoris ortus,*

3 *Atque ex his fere cognoscitur quæ fuerit conditio* Dorbene Fodæ, filii Altaini, abbatis Iæ Coluim Cille, de genere Conalli Gulbani, *cujus hodie natalis annuntiatur illis verbis in Martyrologio Dungallensi. Præclara diligentia contexuit Guilielmus Reeves* (2) *schema genealogicum abbatum Hiensium; ex quo particulam dumtaxat huc transferam.*



C

quæ desumpta sunt ex capite I Sanctilogii genealogici, ubi legitur Dorbeneus, cognomento Foda *(id est Longus),* filius Altanii, [F. Mac Lasrei], F. Lasrei, F. Ronani, F. Loarni, F. Fergussii, F. Conalli Gulbanii (3).

tempore quo abbatum series valde turbata est,

4 *In Chronico Hiensi, quod laudatus Reevius ex annalibus hibernicis veteribus, maxime Ultoniensibus, collegit* (4), *hæc de hoc* D *sancto viro ad annum* 713 *leguntur* : Dorbeni kathedram Iæ obtinuit; et, quinque mensibus peractis in primatu, v kal. novembris, die sabbati, obiit; *quæ tamen in Ultoniensibus Annalibus non exstare monet Joannes O'Donovan* (5); *et se ex Tigernacensibus excepisse profitetur ipse Reevius* (6). *Verumtamen bona omnino sunt; nam reapse anno* 713, *litera dominicali A, dies* 28 *octobris concurrebat cum sabbato. Sed propter hanc temporis notationem abbatum Hiensium ordo et successio in difficultatem ineluctabilem incurrit; quam ut declinet Reevius, excogitavit* S. Dorbheneum *non fuisse abbatem, sed dumtaxat priorem, nisi forte episcopum* (7). *Quæ res quo facilius intelligatur, ecce fragmenta aliquot Hiensis illius Chronici :*

Anno 704 Adomnanus, LXXVII anno ætatis suæ, abbas Iæ pausat.

[CONAMHAIL. *Sed.* 704-710. *Obiit* septembris 11.]

Anno 707 Dunchadh principatum Iæ tenuit.

[DUNCHADH. *Sed.* 710-717. *Obiit* maji 25.]

Anno 712 Coeddi, episcopus Iæ, pausat octo- E bris 24.

Anno 713 Dorbeni kathedram, etc.

Anno 716 Pasca commutatur in Eoa civitate.

Faelcu mac Dorbeni kathedram Columbæ LXXIV ætatis suæ anno, IV kal. septembris, die sabbati, suscepit.

Anno 717 Dunchadh mac Cinnfaelaidh, abbas Iæ, obiit.

[FAELCU. *Sed.* 717-724. *Obiit* aprilis 3.]

Anno 717 expulsio familiæ Iæ trans Dorsum Britanniæ a Nectano rege.

Anno 718 tonsura coronæ super familiam Iæ.

Anno 722 Feidlimid principatum Iæ tenuit.

Anno 724 Faelcu mac Dorbeni, abbas Iæ, dormivit.

Cillenus Longus ei in principatum Iæ successit.

Anno 726 Cillenus Longus, abbas Iæ, pausat.

cathedram S. Columbæ et primatum obtinuit seu abbas fuit;

5 *In quibus animadvertendum est, quæ uncinis* [] *inclusa sunt, non videri reperta a Reevio in Annalibus Ultoniensibus, sed aliunde adjecta, ideoque alio expressa esse charactere; ita ut inde ortæ difficultates seponi posse videantur. Verumtamen parum inde* F *proficimus. Ut enim ex hoc ipso fragmento apparet,* principatus *illic idem est ac officium abbatiale; sed et alibi abbates* principes *dicuntur ab Hibernis* (8), *quin et vocabulum latinum* princeps *interserunt sententiis hibernicis v. g.* Flaithbertach, mac Murcertaigh, PRINCEPS Duincaillden OBIIT (9). *Sed* S. Dorbhenius kathedram Iae obtinuisse *et* quinque menses peregisse in primatu *traditur. Quæ* cathedra *S. Columbæ est; nam Faelcu, mac Dorbheni, anno* 716 kathedram Columbæ suscepisse *dicitur; qui idem ad annum* 724, *quo* dormivit, abbas Iæ *appellatur. Neque aliam quam abbatialem cathedram occupavit S. Columba.* Primatus *præterea eodem illic acceptus videtur fuisse sensu quo* principatus ; *et vocabulo* primarii *quemcumque superiorem designabant Hiberni* (10). *Accedit quod Quatuor Magistri* (11)

(1) Opp. citt.; et Haverty, History of Ireland, pag. 83 et seqq. (2) Life of S. Columba, pag. 342. — (3) Ap. Colganum, Trias Thaum. pag. 480, num. 17. — (4) Life of S. Columba, pag. 381. — (5) The Four Masters ad an. 713, pag. 512. — (6) Life of S. Columba, pag. 242. — (7) Ibid. pag. 379. — (8) Ibid. pag. 431. — (9) Ibid. pag. 298. — (10) Ibid. pag. 431. — (11) Pag. 312, edit. O'Donovan.

intellexerunt

A *intellexerunt quoque* S. Dorbheneum *abbatem fuisse, quippe qui scripserint ad annum* 713 (1): S. Dorbaine Foda, ABB Iæ, décc 28 dOctober. *Quemadmodum itaque Dunchadh abbas factus est, dum Conamhail, qui a Conallo Gulbano genus non ducebat, quarto anno abbatiale pedum teneret; sic, dum Dunchadh quarto anno præsset,* S. Dorbheneus *abbas creatus est. Qui quidem post quinque menses mortuus est; sed quum quartus ab ejus electione curreret annus, abbas factus est Faelcu, qui anno* 717 *per Dunchadhi mortem solus præsse cœpit. Sed sexto anno post Feidhlimidus cœpit simul* princeps *seu abbas esse. Quomodo itaque hæc explicanda sunt? An schisma introductum per electionem Conamhaili peregrino genere? An pars, quæ faveret novo cyclo paschali, Dunchadhum præter jus in abbatialem sedem intrusit? An triennalis aut sexennalis abbatum mutatio inducta? Quid* S. Dorbhenei *obitus omissus est in Annalibus Ultoniensibus? Quis hæc definiet? Quum in ea incidit Usserius* (2), *in Dunchadho ad annum* 710 *abrupit breve quod exorsus erat*
B *Hiense Chronicum, sequentia desperans tractata nitescere posse, adeoque ea relinquens. Pejor mea sors, qui ignorantiam meam silentio obtegere nequeam.*

qui et sua manu descripsit S. Columbæ Vitam, a S. Adamnano editam.

6 *Cæterum de* S. Dorbhenei *gestis nihil innotuit, nisi quod Vitam S. Columbæ, a S. Adamnano, abbate Hiensi suoque magistro, confectam, ipse manu sua descripsisse videtur. Ad finem enim illius Vitæ in codice A seu Augiensi *, qui nunc Schafhusii asservatur atque initio sæculi* VIII *scriptus habetur, hæc adjecta leguntur verba :* Quicunque hos virtutum libellos Columbæ legerit, pro me Dorbbeneo Dominum deprecetur, ut vitam post mortem æternam possideam. *Similes commendationes complures collegit Reevius* (3); *sed in iis nihil singulare, quum apostoli, primi fideles, solitudinum cultores aliique omni ævo fideles nullam umquam omiserint occasionem qua se verbo, scripto aut sculptura in aliorum orationes commendarent : neque nunc hic usus abolitus est aut refriguit. Ille idem autem præclarus S. Columbæ Vitæ editor* (4) *multo acumine ostendere conatus est* S. Dorbheneum, *abbatem Hiensem, illis versibus designari. Mitto literas latinas et insertas græcas videri sæculo* VIII *scriptas et membranam antiquissimam esse; hæc enim indicia nimis incerta sunt. Sed animadvertit nomen Dorbheneum rarissimum esse, neque a se repertum esse alium virum eo insignitum nisi laicum quemdam, abbatis S. Faelcu patrem. Ipse itaque facile describere hanc Vitam potuit, utpote Hiensis monachus, neque alius innotescit qui hoc fecerit : quid in rebus tam antiquis circumscriptum magis anquirimus?*

* Reichenau.

AUCTORE V. D. B.

Pater non fuit S. Faelci, ejus in sede abbatiali Hiensi successoris.

7 *Quod autem S. Faelcu, qui anno* 716 *cathedram S. Columbæ, ætatis anno* LXXIV *suscepit, filius Dorbhenei dicitur, quæret forte quis an* S. Dorbheneus *ejus pater exstiterit. Non. Nam, ut mittam Faelcum ætate forte majorem fuisse quam* S. Dorbheneum, *Faelci stemma genealogicum habemus. Hic enim* filius *fuit* Dorbeni, F. Fennii, S. Fergussii, F. Liberii, F. Nathiæ, F. Conalli Gulbanii (5). *Quod si compares cum* S. Dorbhenei *stemmate, supra num.* 3 *proposito, ingens facile reperies discrimen. Cæterum veterem fabulam, castitatem monasticam Hiensibus præceptam non fuisse, confodit Guilielmus Reevius* (6), *in his ut in multis aliis veritatis magis sectator quam vulgarium inter protestantes errorum.*

(1) Pag. 312, edit. O'Donovan. — (2) Britannicarum ecclesiarum antiquitates, pag. 367. — (3) Life of S. Columba, pag. 242. — (4) Ibid. pag. XIV et seq. — (5) Ap. Colganum, Trias Thaum. pag. 481, num. 23, et pag. 499. — (6) Life of S. Columba, pag. 344.

C

DE S. DODONE ABBATE WASLERENSI

F

IN DIŒCESI CAMERACENSI

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

V. D. B.

§ I. Præcipui fontes ex quibus colligenda sunt S. Dodonis gesta.

CIRCA MEDIUM S.ECULUM VIII. *Fania, quam incoluit* S. Dodo, *proprie pagus non erat, sed regio silvestris, partim in diœcesi Cameracensi, partim in Leodiensi jacens.*

Quum pagorum nomina neque certam, neque unicam originem habeant, sed alii a civitatibus, alii ab oppidis, alii a castellis appellati sint, sic alii dicti fuerunt a locorum conditione, puta a pratis seu pabulis, fluminibus, silvis (1). *Quam originum varietatem deprehendere fas est vel in sola pristina diœcesi Cameracensi. In ea autem parte, quæ in præsentibus Galliæ et Belgii finibus jacet, superest Faniæ nomen; quæ olim silva fuit et partim adhuc est, Theorasciæ et Arduennensi saltui, ad quem pertinuisse videtur, conter-*

(1) Wastelain, Description de la Gaule-Belgique, tom. I, pag. VIII, edit. 1788. — (2) Ibid. tom. II, pag. 413.

AUCTORE V. D. B.

ad diœcesim Leodiensem, cui Tungri diu suum communicarunt nomen. Treluinensis itaque, in qua nobis consistendum est, sita erat in decanatu Avesnensi, archidiaconatu Valentianensi, seu in pago minori Templutensi, pago majori Fanomartensi : decanatus enim ille cum Templutensi pago convenisse videtur, et archidiaconatus cum Fanomartensi. Hinc Waslerum, ubi S. Dodo *abbas fuit, aliquando in Fania, aliquando in pago Templutensi constitisse legitur, et monasterium, ad septentrionem adjacens, ubi ejus reliquiæ servantur, adhuc* Moustier-en-Fagne *vulgo appellatur* (1), *nisi (ut mea sententia est) Waslerense monasterium et Monasterium in Fania idem locus sit. Sed de his inferius accuratius dicemus.*

Illic et maxime in vicinis partibus floruerunt sæculo VII sancti complures, quorum aliquot cognovit S. Dodo.

2 *Sæculo autem* VII *floruerunt in illis aut vicinis partibus sancti complures, quorum ad hanc usque ætatem perseverat nomen et fama. Ex his præcipui sunt S. Gaugericus, episcopus Cameracensis, mortuus inter annos* 614 *et* 622, *S. Foilianus anno* 655, *SS. Walbertus et Bertilia circa annum* 660, *S. Aubertus anno* B 669, *S. Etto anno* 670, *S. Vincentius Madelgarius anno* 677, *S. Humbertus anno* 682, *S. Aldegundis anno* 685, *S. Ghislenus anno* 685, *S. Waldetrudis anno* 686, *S. Landelinus anno* 686, *SS. Vindicianus et Hidulphus anno* 707 *et S. Ursmarus anno* 713. *Atque inter posteriores, virtutum eorum hæres, adolevit* S. Dodo, *qui sub medium sæculum* VIII *ad Deum recessisse videtur.*

S. Dodonis *Vita sub medium sæculum X scripta fuisse videtur a monacho Lobiensi.*

3 *Quæ ejus etiamnum exstat Vita composita non fuit ante annum* 956, *quo diem obiit Fulbertus, Cameracensis episcopus, ut ex Flodoardo et Hugone Flaviniacensi perhibet Dionysius Sammarthanus* (2). *Numero enim* 8 *hæc leguntur, quæ nonnisi de mortuo dici potuerunt :* At ille *(Leutbertus)* certatim nuntiavit Fulberto episcopo, qui illis diebus auctus erat infula præsulatus Cameracensis ecclesiæ, ditatusque honoribus opinionis egregiæ. *Neque multo post, certe non integro sæculo, confecta fuit, ut tum hic locus et quæ sequuntur de translatione quæstuaria per pagos Porcinensem et Bracbatensem, indicio sunt. Quæ etiam Riveti* (3) *et Thysii* (4) *sententia fuit. Verum-* C *tamen scripta est, quum plures Cameraci jam essent archidiaconi, (ut ex num.* 7 *apparet) ; sed hæc pluralitas temporibus Fulberti, id est inter annos* 935 *et* 956, *jam exstitisse videtur ; quandoquidem diœcesis jam tum in decanias divisa erat, ut ex num.* 9 *ejusdem Vitæ* S. Dodonis *constat ; decaniæ autem inter archidiaconos dividebantur. Et quidem medio sæculo* X *videntur omnes diœceses provinciæ Rhemensis in plures divisæ fuisse archidiaconatus* (5). *Appositum non est auctoris nomen ; sed dubitandum non videtur eum Lobiensem monachum fuisse. Imprimis enim Lobiensis bibliotheca quasi fons fuit. Exemplar scilicet, quod præluxit Mabillonio* (6), *Lobiis acceptum erat. Duo exemplaria, olim ad decessores missa, eamdem habebant originem ; quorum alteri inscriptum erat hanc Vitam* a monacho quodam Laubiensi, ut apparet, conscriptam D *fuisse. Tertium exemplar, carens Prologo, e Lætiensi cœnobio ad eos devenerat ; sed Lætiensem monachum nemo propterea auctorem fecerit. Deinde illis tribus in titulo præmittitur* S. Dodonem *S. Ursmari, Lobiensis asceterii primi abbatis, discipulum fuisse ; quo* S. Dodo *quasi Lobiensi monasterio devinciatur. Tertio sub medium sæculum* X *literarum studia et imprimis historica reflorescere cœperunt Lobiis* (7). *Quarto demum, quod præcipuum est, convenit hæc Vita cum Lobiensi traditione de originibus Waslerensis cœnobii ; quæ origines in aliis documentis aliter omnino, ut mox videbimus, explicantur. Contraxit hanc Vitam Molanus in Natalibus sanctorum Belgii ; præcipua loca excerpsit Mabillonius eaque intulit in priorem partem Sæculi* III *Benedictini ; eam integram, resecto tamen Prologo, edidit Thysius in tomo VI Actorum sanctorum Belgii, secutus exemplar Lætiense : nos eamdem edemus cum Prologo secundum tria superius indicata exemplaria.*

Convenit cum ea Folcuinus ; sed biographus S. Landelini, quamquam idem videtur esse ac S. Dodonis *biographus,*

4 *Folcuinus, qui anno* 965 *Lobiensi cœnobio præfectus est ejusque abbatum gesta usque ad annum* 980 *perduxit, meminit quoque de* S. Dodone. *Accipe ejus verba* (8) : Igitur in exordio regiminis sui ecclesiam *(Lobiensem),* quæ ante id temporis erat inconsecrata, consecravit *(S. Ursmarus)*... Facta est autem hæc dedicatio anno qui est 697 dominicæ incarnationis... Monasterium quoque in Alna ipse construxit et Lobiis subjecit. Monasterium quoque, Waslare dictum, versus Teorasciæ * saltum, in * Thiérache. finibus Faniæ ædificavit ; cui et Dodonem præfecit, virum admodum sanctum, utpote a se instructum ; qui, aliquantisper inibi demoratus, heremum concupivit, exstructaque in eodem Faniæ saltu cellula, cum permissu pii patris et licentia, vita in ea vixit theorica ; ubi postea multis virtutibus clarus migravit ad Dominum. Corpus autem ejus translatum est ad monasterium, Waslare dictum ; ubi nunc requiescit debita veneratione. *Sed cum his componenda est S. Landelini Vita, quæ Riveto* (9) *scripta visa initio sæculi* VIII, *sed meo judicio composita fuit ad finem sæculi* X, *forte ab eodem monacho Lobiensi, cui* S. Dodonis *Vitam debemus : nam non stylus solum idem est, et eadem utro-* F *bique latinitas, sed, quod potius est, utrique idem præmissus est Prologus* (10) : Benignitas nostri Salvatoris... incipiam enarrare. *Altera vero Vita, quam ex codice ecclesiæ S. Salvatoris Ultrajectinæ ediderunt decessores nostri* (11), *prioris breviarium est : hoc enim passim in plerisque Vitis, ex eadem bibliotheca acceptis, observatur eas luxuriantis styli foliis resectis, verbosiorum epitomas esse.*

convenit cum scriptore Gestorum episcoporum Camera censium de Waslerensis monasterii originibus.

5 *Sed audi priorem S. Landelini biographum* (12) : Cum igitur in pace reversus fuisset *Roma S. Landelinus,* licentia cum benedictione accepta a beato pontifice Audberto, profectus est in... locum,... qui vocatur Laubacus : et ibi construxit sibi et discipulis suis monasteriales habitationes... Construxit etiam aliud monaste-

(1) Cfr Duvivier, Mémoires sur l'importance et les limites du Pagus Hainoensis, *passim*. — (2) Gallia Christiana nova, tom. III, col. 15. — (3) Histoire littéraire de France, tom. VI, pag. 557. — (4) Acta SS. Belgii, tom. VI, pag. 372. — (5) Cfr Duvivier, Mémoire etc. pag. 43. — (6) Acta SS. Ordinis S. Benedicti, Sæc. III, part. I, pag. 570. — (7) Cfr Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen, pag. 239 et 240, edit. 1866. — (8) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ. tom. IV, pag. 57. — (9) Hist. litt. de France, tom. IV, pag. 71. — (10) Acta SS. tom. II Junii, pag. 1064. — (11) Ibid. pag. 1067. — (12) Ibid. pag. 1065.

rium

A rium in pago Sambreo, nomine Alneo, discretum a Laubaco tribus juxta Sambram millibus... Tertium quoque ædificavit cœnobium in Templutensi pago, Waslaus dictum, disparatum octo millibus a Laubiis, primitivo suo monasterio; quod, ut superiora, clavigeri regis superni, sancti scilicet Petri, consecrari fecit nomine atque sanctitate. Horum quidem duorum magnis ditavit commerciis habitacula : sed Laubias regiis honoravit muneribus, ac villarum famulorumque indicibili replevit copia. *Hanc Vitam ante oculos habuit Cameracensis ecclesiæ clericus, qui ante annum* 1041 *duos primos libros et partem tertii Gestorum pontificum Cameracensium conscripsit* (1). *Libro autem* II, *capitulo* XXXIII, *hæc* de villa Waslero *(qui titulus est) tradidit* (2) : In villa quoque Waslero beatus Landelinus monasterium ad paucos fratres condidit; cui sanctum Dodonem bonæ memoriæ virum præfecit. Hic nimirum, sacris moribus cluens, vitæ innocentiam duxit, ibique deposito onere fragilitatis, feliciter in pace quiescit. *Unde apparet priscis temporibus alia ab aliis fuisse tradita, his S. Landelini laudi faven-*
B *tibus, illis S. Ursmari. Sed nondum res ipsas, verum documenta dumtaxat recensemus; atque his adjungenda quoque forent trium diplomatum exemplaria, ad S. Landelini Vitam et Gesta Cameracensium episcoporum accedentia; nisi præstaret de eis inferius disputare.*

Complures dixerunt de S. Dodone; *ex quibus hoc loco recensentur dumtaxat Van Loo, Herrera et maxime Bontemps, qui sermone ligato Vitam* S. Dodonis *scripsit.*

6 *Verum præter hæc scripta, quæ quasi fontes historiæ* S. Dodonis *appellabo, aliquot alia, quæ quasi rivi sunt, indicare placet. Nicolaus Le Long* (3), *licet non valde diligenter in ejus Actis versatus, eum in Historia Galliæ septentrionalis non omnino omisit. Hadrianus Van Loo, Molanum secutus, inseruit ejus Vitæ breviarium Vitis sanctorum Belgarum, theotisce scriptis* (4) ; *item Herrera Vitis sanctorum ordinis S. Benedicti, editis hispanice. Verum hic, licet solus ei Molanus præluxerit, multa narrat, quæ alibi nuspiam reperiantur, v. g.* S. Dodoni *curam aliquam monialium fuisse impositam, eum presbyterum fuisse, atque illis muneribus functum esse quasi sæculo* XVIII *vixisset : totidem phantasiæ ludibria, quibus juniores monachi*
C *Regulæ et Constitutionum observantiam docerentur : non secus ac si fieri hæc non possent, illæsis veritatis juribus. Alios plures menologos, historicos et Vitarum sanctorum scriptores aut editores inferius recensebo, qui* S. Dodonis *gesta cum publico communicarunt. Sed unum nolim omittere, reliquis præclariorem, quamquam prorsus incognitum; librum et auctorem patefaciet sequens titulus:* Sancta tetrarchia sanctorum quatuor cœnobiarcharum, SS. Landelini, Ursmari, Ermini, Dodonis, pontificum et abbatum Lobbii, Vitas seu probatas complectens historias, quibus et eorumdem sanctitas et (inter cætera pietatis officia) in fide propaganda, necnon catholica religione promovenda fervens studium et singularis industria innotescit. Nunc recens ex fide dignis scriptoribus et antiquissimis partim mss. codicibus, partim doctissimis annalium fragmentis collecta et heroico carmine illustrata, authore F. Augustino Bontemps Attrebatio, Lobbiensis monasterii benedictino. Duaci ex officina Joannis Bogardi, 1594. *Qua occasione* S. Dodonis *Vitam addiderit tribus aliis, aperit ipse poeta in miraculo, quod ad finem dabimus. Cæterum Bontempius, qui et a suis* Agathochronus *et* Euchronus *appellabatur (erant enim tum Lobienses plerique monachi insigniter* musophili), *proxime sequitur Vitam inferius edendam, ligato sermone plus valens quam soluto. Judicium fer ex* Argumento, Toparchiæ quartæ *seu Vitæ* S. Dodonis *metricæ præmisso :*

AUCTORE V. D. B.

Dodo, parentibus satus fidelibus,
Sacro lavacri fonte post renascitur.
Ursmarus illi fit parens et lustricus,
Doctor, pater, susceptor et didascalus :
Hunc erudit sacris bonisque moribus.
Asceta factus quando vero Laubicus,
Præfecit hunc sedi patrem Gwaslericæ.
Quos pavit ore, rexit atque strenue.
Deserta spretor orbis alta Faniæ
Petens, casam pius inter extruit arbuta :
Orationibus vacans, miraculis E
Claret : gravi confectus ævo, sidera
Poscit, solutus mortis arctis vinculis.
Multis coruscat interim miraculis.
Corpus sacratum templa servant Faniæ.
Toparcha, præsul, estque patronus loci.

§ II. S. Dodonis patria, tempora, discipulatus apud S. Ursmarum et præfectura Waslerensis cœnobii.

Natus est S. Dodo *in villa Valle, in pago Lomensi, id est in plaga orientali oppidi Cimaci* (Chimay) *olim in comitatu Namurcensi, nunc in provincia Hannoniensi;*

Porro *de* S. Dodonis *natalibus hæc ejus perhibuit biographus :* Illic itaque beatus, *inquit,* bonorum præconio dignus, in pago Laomacensi extitit oriundus, in villa quæ vocitatur Vallis, tempore quo princeps Pippinus agebat in sceptris. *Sed de pago Loamacensi et villa Vallis aliqua fuit controversia. Posuit Mabillonius* (5) *hanc villam in Fania; qua conjectura nixus, Joannes Baptista de Marne* (6) *statuit intelligendam esse Vallem* (le Vaux), *inter Cimacum sitam et Longumpratum* (Lompré), *non procul a Fania; contra Thysius* (7) *contendit Vallem esse, vulgo* les Vallées, Vallées, Valles, *in pristina diœcesi Laudunensi, quatuor circiter leucis a Waslero distans, meridiem versus. Sed imprimis nuspiam a veteribus traditur* S. Dodonis *patria in Fania fuisse. Deinde difficultas aliqua est in nomine pagi. Molanus* (8) *et Mabillonius* (9), *qui ambo* S. Dodonis *Acta certissime legerunt, scripserunt ille* pagum Lomacensem, *hic* pagum Loamacensem; *sed in exemplari ms. Lætiensi et in altero Lobiensi* pagus Laoniacensis *legitur; et demum in altero Lobiensi* Laouiacensis *apparet. Verum numquam alicubi exstitit* Laoniacensis *seu* Laouiacensis *pagus; et neu-*

(1) Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VII, pag. 393 et 394. — (2) Ibid. pag. 463. — (3) Hist. du diocèse de Laon et du pays entre la Meuse et l'Oise, l'Aisne et la Sambre, pag. 84 et 85. — (4) De levens der Heylige van Nederland, tom. II, pag. 334. — (5) Annales Benedictini, ad an. 697, lib. XVIII, num. 54. — (6) Recherches sur l'ancien comté de Lomme, in Histoire du comté de Namur, part. II, pag. 608, edit. Paquot. — (7) Acta SS. Belgii, tom. VI, pag. 373. — (8) Natales SS. Belgii, pag. 232. — (9) Sæculum Bened. III, part. I, pag. 570.

tra

AUCTORE V. D. B.

tra appellatio ex corrupto vocabulo Laudunensi *a librariis effingi potuit. Manifestum utique est* Laomacensem *pagum indicari, litera* m *in* ni *seu* ui *facillimo errore immutata. Et quidem in Vita S. Forannani a decessoribus nostris* (1) *editum est :* Fuit igitur in pago Loniaco, in villa quæ Calvusmons nuncupatur, *loco* in pago Lomaco; *et, ut ab iisdem animadversum est* (2), *in edito Lotharii III diplomate legitur Walciodorense monasterium conditum fuisse* in pago Lunniensi, *procul dubio pro pago* Lummensi *seu* Lumensi. *Nam Calvusmons, vulgo* Chaumont, *viculus propePhilippivillam, et Walciodorum jacebant in comitatu Namurcensi; quo comitatu fere repræsentabatur pagus sæpius dictus* Lomacensis, *sed etiam* Lomacinsis, Lomacus, Lamacensis, Lomensis, Lommensis, Laumensis *et* Lummensis (3). *Verumtamen in Polyptycho medii sæculi noni aliæ villæ positæ dicuntur* in pago Lommacensi seu Sambriensi, *aliæ* in pago Lomensi (4); *sed facile ostendi posset* Lommacensis *et* Lommensis *vocabula promiscue sumpta fuisse; pagum Lommacensem*
B *seu Lommensem fuisse majorem, divisum in minores, quibus aliquando daretur indiscriminatim nomen majoris; sed hæc hujus loci non sunt.* Vallis *autem* in pago Laomacensi *non quæcumque vallis est, sed villa, seu prædium rusticum cum circumpositis servorum et colonorum casis; atque unius tantum hujusmodi villæ superest in pristini illius pagi finibus nomen aut memoria, scilicet* Vaux, *tribus chiliometris a Cimaco distantis, versus ortum æstivum, ad rivum Aquæ Albæ* *. *Exstat illic adhuc insigne prædium cum viginti plus minus domibus et capella S. Petri* (5); *unde fit ut in mappis Cassinii non* Vaux *legatur, sed* Saint-Pierre, *et in Polyptycho pristinæ diœcesis Leodiensis* (6) altare Petri, *ad oppidum Cimacum pertinens.*

* Eau Blanche.

et quidem sub annum 681 *: mortuus vero esse videtur circa medium sæculum VIII.*

8 *Quo vero tempore natus sit* S. Dodo *ex præmissis verbis partim definiri posse videtur. Lucem scilicet vidit* tempore quo princeps Pippinus agebat in sceptris *seu major domus erat. Quam auctoritatem quum Pippinus anno* 681 *obtinuerit atque anno* 714 *cum vita amiserit, intra hoc tempus* S. Dodo *genitus fuerit*
C *oportet. Sed propius ejus ortus colligi potest ex ætate S. Ursmari, qui, teste Folcuino in Gestis abbatum Lobiensium* (7), obiit anno 713 dominicæ incarnationis,... Pippino agente in sceptris; *quo tempore, quandoquidem abbas Waslerensis a S. Ursmaro constitutus fuit* S. Dodo, *hic non potuit non esse annis et moribus maturus; adeo ut necesse sit dicere eum non multo post annum* 681 *in lucem fuisse editum. Mortuum eum esse circa annum* 725 *scripsit Castellanus* (8); *anno circiter* 730 *anonymus monachus Donawertensis* (9); *Herrera*(10) *anno* 800; *medio tempore, anno nempe* 750 *aut* 760, *conjecit Thysius* (11) : *quam conjecturam probavit V. V. Destombes* (12). *Eumdem circa medium sæculum* VIII *obiisse suggessit V. V. Vos* (13), *quod et nos in capite hujus Commentarii fecimus, qualemcumque verisimilitudinem secuti.* D

S. Dodo *baptizatur a S. Ursmaro; aliquot annis post Lobiis ut discipulus admittitur.*

9 *Quod autem in* S. Dodonis *Vita dicuntur* genitores illius, super *ejus* ortu gavisi plurimum, sanctum adiisse abbatem ac pontificem Ursmarum, deferentes secum quem genuerant infantulum, supplici flagitantes precatu, quo illum sacri baptismatis unda purificaret, suisque sacris manibus ex salutifero susciperet lavacro atque ut proprium filium in Domini educaret obsequium; *atque eorum* precibus vir sanctissimus, pie clementer annuens, gratanter peregisse, quod parentes pueri prece instantissima poscebant fieri, *quum* in illis diebus... morabatur in cœnobio Laubaco, *quod nonnisi anno* 689 (14) *aut sequenti regendum suscepit* (15) : *hoc ita non intelligendum est quasi, quo tempore baptizatus fuit* S. Dodo, *eodem fuisset delatus Lobias; ita ut vel a cunis illic fuerit educatus aut nonnisi post infantiles annos baptizatus. Sed hæc verba accipienda*
E *sunt, quasi beatissimus puer brevi post nativitatem fuisset baptismo ablutus et S. Ursmaro oblatus, sed non nisi post annos aliquot eidem in discipulum et monachum traditus : quemadmodum de ipso S. Ursmaro in ejus Vita* (16) *legitur :* Editumque proinde puerum adultumque genitores doctoribus sanctarum scripturarum ad imbuendum tradiderunt; *aut quemadmodum multo luculentius in S. Landelini Vita* (17) *dicitur :* Cumque bonæ indolis puerulus *(Landelinus)* primis adolescere inciperet annis, genitores ipsius eum B. Audberto pontifici, qui eum de sacro fonte susceperat, litteris imbuendum commendare studuerunt. *Neque censendus est S. Ursmarus baptizasse* S. Dodonem, *postquam Lobiensis cœnobii regimen susceperat, sed quando* in partibus Galliæ, in Fania scilicet et Theoracia, multos convertebat et construebat ecclesias, quæ adhuc supererant, *quum composita est scriptio anonyma, ex ms. Lobiensi prius a Chesnio edita, et dein a decessoribus nostris* (18) *et a Thysio* (19) *repetita : quo labore functus est sanctus vir, priusquam Flandriam apostolico more peragravit et Lobiis sedem suam fixit.*
F *Morari autem nos non debet quod in corrupto Pippini Heristaliensis diplomate* (20), præveniente gratia, clarissimus vir Dodo memorati viri *(Ursmari)* prædicatione tractus ad orthodoxam fidem *perhibetur; erroribus enim scatet hoc documentum caretque auctoritate.*

et monachus factus præficitur Waslerensi cœnobio; cujus origines ab aliis referuntur ad S. Ursmarum, ab aliis ad S. Landelinum.

10 *Statuendum itaque videtur* S. Dodonem *natum esse sub annum* 681 *et continuo post baptizatum fuisse a S. Ursmaro Deoque mancipatum et ad annum* 690 *venisse Lobias, a sanctissimo viro instituendum in Dei lege atque etiam in monasticis institutis. Tantum autem profecit in sanctitate discipulus ut a*

(1) Acta SS. tom. III Aprilis, pag. 811. — (2) Ibid. pag. 812. — (3) Cfr De Marne, op. cit. part. II, pag. 596 et seqq.; Duvivier, Mémoire etc. pag. 26 et passim; Vos, Lobbes, son abbaye et son chapitre, tom. I, pag. 421. — (4) Ap. Vos, loc. cit. et ap. Duvivier, Mémoire etc. pag. 318 et 319. — (5) Vander Maelen, Dictionnaire géographique du Hainaut, pag. 491. — (6) De Ridder, Analectes p. s. à l'h. eccl. de la Belgique, tom. II, pag. 447. — (7) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. IV, pag. 58. — (8) Martyrologe universel, ad diem 1 oct. — (9) Kirchen kalender der H. des O. des H. Benedictus ad 27 oct. — (10) Vidas de santos de la religion de S. Benito, tom. III, pag. 155. — (11) Acta SS. Belgii, tom. VI, pag. 370. — (12) Vies des saints des diocèses de Cambrai et d'Arras, tom. III, pag. 118. — (13) Lobbes etc. tom. I, pag. 152. — (14) Ibid. pag. 56. — (15) Thysius in Actis SS. Belgii, tom. VI, pag. 227 et seqq. — (16) Acta SS. tom. II Aprilis, pag. 560. — (17) Ibid. tom. II Junii, pag. 1064 et seq. — (18) Ibid. tom. II Aprilis, pag. 562. — (19) Acta SS. Belgii, tom. VI, pag. 252. — (20) Ap. Waulde, La vie et les miracles de S. Ursmar etc. pag. 338.

magistro

A *magistro præpositus fuerit Waslerensi cœnobio : quoto ætatis anno latet. Supra dixi eum tum fuisse annis et moribus maturum, ne quidquam definirem, probe sciens aliquot sanctos, v. g. S. Franciscum Paulanum anno ætatis* 19 (1), *aliorum spiritualem præfecturam suscepisse. De Waslerensi autem cœnobio tria quæri posse videntur : quis ejus auctor; quæ instituta monastica in eo observarentur; ubi situm fuerit. In Folcuini Gestis abbatum Lobiensium dicitur S. Ursmarus* monasterium Waslare ædificasse *et in* S. Dodonis *Vita* prædicto filio suo concessisse Dodoni. *Sed S. Landelinus in sua Vita hoc idem* ædificasse *dicitur et in Gestis pontificum Cameracensium* condidisse. *Præterea tria supersunt diplomata, quæ quidem corrupta sunt et partim saltem ficta, sed quibus veteres traditiones proculdubio continentur; atque in his quoque S. Landelinus præcipuus auctor fuisse perhibetur.*

Dagobertus I hoc cœnobium fundavit in favorem S. Landelini,

11 *In primo autem, quod anno* 640 *a Dagoberto I, Lotharii filio, datum dicitur, sed aut annum* 638 *præcesserit oportet, aut a Dagoberto II, Sigiberti filio, inter annos* 674 *et* 678 *profectum est, hæc leguntur* (2) : Quare ego Dagobertus, rex Austrasiorum, pro anima Lotharii, piissimi regis patris mei, qui quadraginta quinque annis regnavit in Francia, persuasione et monitis salutaribus viri venerabilis Autberti, Cameracensis episcopi, inductus, concedo et dono Landelino Mauroso, ex prædone converso, prædium meum in Fania, Wallare dictum,... ut ibidem monasterium construat in honorem sanctorum apostolorum Petri et Pauli et personas instituat in perpetuum Domino Deo servituras. *Secundum diploma, quod non minus corruptum aut fictum est, datum dicitur anno* 642, *sed* regni domini Dagoberti, incliti regis, tertio decimo, *quo annus Christi* 634 *designatur. Waulde, Miræus, Brequigny et Vos hoc secundum post primum ediderunt; sed nihil inde excerpimus, quum nonnisi prioris confirmatio sit. Tertium diploma Pippini Heristaliensis, anno* 691 *post prælium Textriense (siquæ fides sit) datum et typis expressum eorumdum* (3) *opera. Quo diplomate traditur Pippinus* monasterio religiosissimi viri et exi-
C mii prædicatoris Ursmari pontificis, quod est in Laubias, *silvam Forestellam concessisse suaque confirmasse bona :* Quidquid etiam, *sic illic legitur,* homo Dei Landelinus, qui primus in eodem loco laboravit, ipsi loco acquisivit et subjecit, eidem monasterio totum attribuo : videlicet ecclesiam de Alna cum omnibus appendiciis et possessionibus suis. Similiter monasterium Wallare, cum universis appendiciis suis, sicut eas piissimus rex Dagobertus ad preces bonæ memoriæ Auberti, Cameracensis episcopi, supradicto Landelino sub certis terminis expressas et monasterio Wallari pro sua fundatione deputatas donavit, ut sint ipsius ecclesiæ Laubacensis vera et firma possessio.

atque idipsum, traditum S. Ursmaro et monasterio Lobiensi, patri-

12 *Sed et quartum protulit Wauldius* (4) *diploma, non minus corruptum, quo ille idem Pippinus anno* 697 *perhibetur confirmasse donationem factam a* S. Dodone. *Verumtamen, quum* S. Dodo *in sua Vita legatur,* fultus regis superni præsidio atque beati Ursmari animatus hortatu salutifero, omnem suæ possessionis hæreditatem beato principi Apostolorum delegavisse Petro, ad monasterium, quod..... vocatur Waslerus; quod prædictus almus Ursmarus prædicto filio suo concessit Dodoni, *hinc discere licet quantum patrimonium possederit beatus juvenis et Deo dicaverit.* Ego Pippinus senior, *diplomatis verba sunt,* monasterio religiosissimi viri et eximii prædicatoris pontificis Ursmari, quod est in Laubiis super Sambrum fluvium, donamus in dotem ipsius ecclesiæ perpetuo possidendam terram et sylvam, quæ est inter rivum de Grunghart et rivum de Hergnaut, qui defluunt in Sambrum, quæ sylva Forestella dicta est ab antiquo. Verum quia, præveniente gratia, clarissimus vir Dodo, memorati viri prædicatione tractus ad orthodoxam fidem et baptizatus est, et monasterialibus disciplinis et conversioni mancipatus, consilio fidelis nostri Hydulphi, ducis Lotharingiæ, provocatus, monasterio Laubiensi, quod est in honorem S. Petri, principis apostolorum, donavit in eleemosynam perpetuam, universum fundum E et patrimonium suum, monachus effectus, videlicet villas de Moustiers et de Bavis cum omni integritate dominii et universis terris, villis, pratis, aquis aquarumque decursibus, banno et justitia, servis et ancillis, sicut juste possedit, possidenda, in manu nostra resignando, et dictæ ecclesiæ subsignando, certis terminis concludens, authoritate nostra communita. Hæc autem sunt loca de præcinctura illius prædii : terminus aquæ, incipiens a loco qui dicitur Ralhiers usque de sub Moustiers, ad nemus S. Monegundis diffiniens; terminus sylvarum, nemus totum quod dicitur Eumont, usque ad aquam venientem de Walhiers cum omni territorio et pasnagio, et justitia in omnibus, et ab aqua de Walliers totum nemus quod dicitur Bruehl, et Fangias usque ad Levoion, usque ad Willenier, et alia sylva juxta Wilhies a monte qui dicitur Gomont, et Merdosum vadum usque ad villam de Wilhies, et nemus situm in confinio de Duchon.

monio suo auxit S. Dodo.

Quomodo SS. Landelinus et Ursmarus, licet tempore disjuncti, monasteriorum Lobiensis, Alnensis et Waslerensis auctores dicti fuerint : ibi initio Regula benedictina servata non est.

13 *Reliqua facile componi inter se possunt, si nempe dicatur S. Landelinus (quemadmodum ex ejus Vitali quet), ex familia Francica nobili et divite ortus, a Dagoberto I veniam obtinuisse patrimonium suum, quod ex bonis dominicalibus procul dubio constabat, monasteriorum et ecclesiarum constructioni impendendi; tria deinde incohasse monasteria, Lobiense, Alnense et Waslerense; eadem anno* 689 *aut sequenti tradidisse S. Ursmaro; ipse vero alio profectus esse et condidisse Crispiniense asceterium; S. Ursmarus initio tria illa rexisse; sed postea ad Alnense et Waslerense destinasse duos discipulos, quorum alter,* S. Dodo, *præsset Waslerensi. Quum itaque S. Landelinus hos conventus cœperit et S. Ursmarus eosdem perfecerit, ambo conditores exstructoresque dici possunt. Utrivis tribuatur trium illorum asceteriorum fundatio, hoc certum videtur in ea ab initio non admissam fuisse S. Benedicti Regulam, sed*

(1) Acta SS. tom. I Aprilis, pag. 199. — (2) Waulde, pag. 313; Miræus, Donationes Belgicæ, lib. II, cap. 1, Opp. dipl. tom. I, pag. 489; Brequigny, Diplomata etc. primæ stirpis, pag. 154 et 155; Vos, Lobbes, tom. I, pag. 412. — (3) Waulde, pag. 324; Miræus, Suppl. ad Opp. dipl. tom. II, pag. 1126; Brequigny, pag. 323; Vos, tom. I, pag. 413. — (4) Pag. 338 et seqq.; Vos, tom. I, pag. 413.

instituta

AUCTORE V. D. B.


instituta S. Columbani aut leges ex variis sanctorum patrum scriptis collectas. Tum enim in Belgio nondum innotuisse videtur S. Benedicti Regula; sed S. Remaclus et S. Eligius S. Columbani usus et præcepta propagarant. Accedit quod S. Ursmarus more Scotico seu Hibernico episcopus fuit sine titulo et sede, ut S. Remaclus aliique abbates Stabulenses. Præterea S. Dodo, *quum jam monachus esset, adhuc proprietarius erat; quod per alias licebat Regulas, nequaquam per Regulam S. Benedicti.*

§III. Waslerensis monasterii et S. Dodonis reliquiarum cultusque ecclesiastici vices.

Quemadmodum ex variis ejusdem monasterii vocabulis aliisque indiciis constat, Waslare monasterium, cui præfuit S. Dodo, *situm erat ubi nunc* Moustier en-Fagne.

De situ Waslerensis cœnobii aliquid etiam quærendum est. Dixit aliquis, a Miræo (1) *adductus,* hoc secundo lapide a Valentianis quondam stetisse, ubi nunc pagus Waler visitur: *manifestus error. In Vita* S. Dodonis *legitur:* Monasterium S. Petri et monasterium, quod ex nomine fluvii secus illud decurrentis vocatur Waslerus; *apud Folcuinum :* Monasterium Waslare dictum, versus Teorasciæ saltum, in finibus Faniæ; *in S. Landelini Vita :* Cœnobium in Templutensi pago, Waslaus dictum, disparatum octo millibus a Laubiis; *in Gestis episcoporum Cameracensium :* In villa Waslero monasterium; *in corruptis Dagoberti et S. Autberti diplomatibus :* Prædium *regium,* Wallare dictum, ut ibi monasterium construat in honore SS. Petri et Pauli; *in priori Pippini diplomate :* Monasterium Wallare; *in Polyptycho Joannis, episcopi Cameracensis, quo continentur* nomina villarum, quæ possidebat monasterium Lobbiense anno XIV regni Dni Lotharii, regis Francorum, *id est Lotharingiæ, Christi* 868 (2) : In Fania cella monasterii; *in diplomate Odonis, Cameracensis episcopi, de anno* 1112 (3) : Monasterium in Fania; *in bulla Hadriani* IV (4): Villa Monasterii cum ecclesia; *in bullis Lucii III* (5) *et Cælestini III* (6) :
C Monasterium in Fania. *Atque illa Polyptychi appellatio plurimum consideranda est. Constat enim inde jam sæculo* IX *fieri cœptum ut, omisso* Wasleri *nomine,* cella Monasterii in Fania *diceretur, quamquam non statim desierit dici* Monasterium Waslare, *ut ex Folcuino aliisque documentis patet. Quapropter non dubito ab initio positum fuisse hoc monasterium, ubi nunc adhuc visitur* Moustier-en-Fagne, *non autem ubi exsurgit parochia* Wallers, Wallé *seu* Wallers-Saint-Hilaire. *Imprimis vocabula* cella Monasterii in Fania *et* Moustier-en-Fagne *inter se conveniunt; secundo* Moustier-en-Fagne *usque ad finem prioratus fuit seu cella titulo S. Petri, dependens a Lobiensi monasterio, neque ulla exstat antiqua memoria prioratum ex vico Waslero illuc fuisse translatum; quin et patronatus* D *Waslerensis parochiæ titulo S. Hilarii non erat penes Lobienses, sed penes abbatem S. Foillani* (7). *Tertio corpus* S. Dodonis *depositum fuit in Waslero Monasterio, seu in Monasterio S. Petri, videlicet in oratorio, quod erat ad lævam, ut in Vita legitur; atque nunc servatur in* Moutier-en-Fagne, *quin ullum reperiatur testimonium hoc ex uno templo delatum fuisse in alterum; quin ad hæc usque tempora superfuit S. Petri oratorium ad lævam; quarto, quamquam Waslerensis ecclesia non procul distat a Waslero rivo*, hic tamen hoc loco nonnisi sulcus aquarius est; contra inferius, ubi* Moustier-en-Fagne *consurgit, multo latior est. Quinto demum sibi adjacent in ripa sinistra Wasleri rivi vicus* Moutier-en-Fagne *et angustissima parochia Waslerensis; adeo ut, licet jam pridem* Moutier-en-Fagne *pars censeatur paræciæ Baviæ* (8), *olim tamen facile unus pagus fuerit; poterat itaque monasterium dici in villa Waslero atque hinc* Waslare *seu* Waslaus *appellari. Quæ res melius perspici poterit ex sequenti mappula topographica.* E

* *vide infra ann.* f *ad cap. I Vitæ.*



F

15 *Complures dixerunt de hoc Waslerensi cœnobio, videlicet Miræus* (9), *Colvenerius* (10), *Waulde* (11), *Philippus Brasseur* (12), *Dionysius Sammarthanus* (13), *Hossart* (14), *Delewarde* (15), *Leglay* (16), *Vos* (17) *aliique. Omnibus eadem persuasio* S. Dodonis *monasterium in præsenti Waslero vico fuisse positum; hujus amplius nulla superesse vestigia; id postmodum translatum fuisse ad locum, ubi nunc* Moustier-en-Fagne *consurgit; et alia ejusmodi quæ nullam habent auctoritatem. Meliora aliunde*

In vicinia sibi construxit S. Dodo *cellulam, in qua diu sepultus jacuit. Ejus reliquiæ sæculo IX inde translatæ ad S. Petri oratorium, atque hinc sæculo X ad latus altaris S. Petri in templo.*

(1) Fasti Belgici, pag. 637. — (2) Ap. Vos, Lobbes, tom. I, pag. 419. — (3) Duvivier, Mémoire, pag. 514. — (4) Ibid. tom. II, pag. 438. — (5) Ibid. pag. 464. — (6) Ibid. pag. 469. — (7) Pouillé de Cambrai du XIV siècle, ap. Leglay, Cameracum christianum, pag. 501. — (8) Brasseur, Origines cœnobiorum Hannoniæ, pag. 92. — (9) Origines cœnobiorum Benedictorum cap. 26, pag. 29. — (10) Chronicum Cameracense et Atrebatense, pag. 531. — (11) Vie de S. Usrmar etc. *passim*. — (12) Origines omnium Hannoniæ cœnobiorum, pag. 90 et seqq. — (13) Gallia Christiana nova, tom. III, col. 77 et 78 — (14) Histoire du Hainaut, tom. I, pag. 62. — (15) Histoire générale du Hainaut, tom. I, pag. 49. — (16) Chronique de Baldéric, pag. 505. — (17) Lobbes etc. tom. I, passim.

colligamus

A *colligamus*, S. Dodonis *reliquiarum vices inserentes. Ante annum* 638, *ut suo loco vidimus, Waslerum prædium seu villam a Dagoberto I accepit S. Landelinus, qui monasterium ibidem conderet. Venit dein ad annum* 689 *hæc sedes cum inceptis Lobiensi et Alnensi cœnobiis in S. Ursmari manus; cujus hortatu* S. Dodo *illud ditavit latifundiis et silvis et qui eumdem suum discipulum illi loco præposuit. Verumtamen hic ante mortem inde recessit, quo majorem quietem nancisceretur; et solitariam sibi cellam in vicinia construxit; ubi mortuus est et diu quievit. Interea B. Theodoricus, Cameracensis episcopus, quemadmodum in Gestis episcoporum Cameracensium* (1) *legitur*, anno etiam 844 dedicavit monasterium in Vaslero, petente Hariberto, abbate *Lobiensi. Qui vero Dodilo, tribus interjectis episcopis, ab anno* 887 *usque ad exordia sæculi* X *eamdem sedem occupavit, intellectis* S. Dodonis *miraculis, statuit* sanctum a tellure illius cellulæ submovere, atque ad monasterium S. Petri, apostolorum principis, haud procul situm, cum honore congruo deferre... His B itaque, Domino opitulante, patratis, per multa postmodum dierum curricula jacuerunt sancti viri pignora in prædicto beati Petri oratorio ad lævam in mausolæo..., donec admonitus est per visionem vir fidelis, Leutbertus nomine, ejusdem loci provisor, quatenus incunctanter ageret ut ab eodem locello *seu angustiori mausolæo*, in quo sancta membra jacebant, amoverentur atque in eminentiori loco ac digniori collocarentur. *Ter eadem repetita visio, donec Fulbertus, qui ab anno* 935 *usque ad annum* 956 *Cameracenses infulas gessit, jussit Tresuguino, decano Avesnensi, indicta facere. Hic itaque*, amoto sancti viro corpore de sarcofago, quod positum erat, ut prædiximus, a sinistra parte ecclesiæ, levaverunt illud secus altare principis Apostolorum Petri...., in quo nunc quiescens preces advenientium exaudit. *Atque ab hoc tempore, ut cecinit Augustinus Bontempius* (2),

Estque loci a Petro patronus Dodo secundus.

Sub annum 968 *datur prioratus Ratherio, episcopo Veronensi; ibidem anno circiter* 1140 *in alia theca clauduntur* S. Dodonis *reliquiæ.*

16 *Aliquot annis post, scilicet sub annum* 968, *datus est hic prioratus Ratherio, celeberrimo episcopo Veronensi et Leodiensi, quem alii plurimum extollunt, alii mirum in modum elevant, sed qui sine controversia (ut erant illa tempora) eruditissimus fuit et qui jure merito libro cuidam suo pro titulo inscripsit* Phrenesim, *plerisque aliis applicabilem. Nolim hujus viri fata hoc loco prosequi, sed recitare dumtaxat pauca Folcuini in Gestis abbatum Lobiensium* (3) *verba:* Dederat autem ei *(scilicet Rhaterio)* et abbas, *Folcuinus ipsemet*, cum consensu fratrum villas Stratam et Gosiniacos, et abbatiolam S. Ursmari, et aliam quam Waslare monasterium vocant. *Ex quibus verbis liquet eos errare qui statuant* (4) *Weslarense monasterium a Normannis eversum fuisse atque exinde loco mutatum. Ne nomen quidem tum mutatum est, sed dicebatur adhuc ad finem sæculi* Waslare monasterium, *licet jam pridem invaluisset appellatio* cella Monasterii in Fania. *Sed brevi tempore penes Ratherium mansit hæc cella seu prioratus; qui mox rediit sub potestatem abbatum Lobiensium. Ex quibus Lambertus I, qui ab anno* 1139 *decennium gessit abbatiale pedum*, ipse dum adhuc viveret, corpus beati Dodonis, discipuli sancti Ursmari, de vasculo veteri in aliud paulo elegantius, industria fratris Joannis, qui tunc [in] monasterio degebat, paratum, accitis ex abbatibus vicinis quibusdam, cum benedictione episcopi et magna populi multitudine ac devotione transtulit. *Hæc continuator gestorum abbatum Lobiensium* (5). *Ibi dein* S. Dodonis corpus asservari solitum fuit; ejusque tumbam, *inquit Philippus Brasseur* (6), in veteri quopiam sacello aut cellula videre est: *id est, reliquiæ, clausæ lipsanotheca, (verisimiliter eadem, quam paravit ante medium sæculum* XII *industria fratris Joannis), asservabantur in templo; sed* tumba, *quæ et* locellus, mausolæum *et* sarcophagus *appellatur in Vita, remanserat in sacello seu cellula, dicta* oratorio S. Petri *positaque ad lævam, passibus aliquot ab ipso templo.*

AUCTORE V. D. B.

17 *Innuit Philippus Brasseur bellorum temporibus sanctissimi abbatis reliquias in rurali illo templo relictas non fuisse. Consentit Augustinus Bontempius, narrans eas suis temporibus repositas fuisse in vicino oppido Treluino, in domo dynastæ (qui titulus nunc penes Merodios est); atque oppidum, iis præsentibus, salvum fuisse; iisdem autem inde relatis ad S. Petri templum, incendio deflagrasse. Sed audiatur ipsemet popularis religionis testis* (7):

Turbidis temporibus reliquiæ collocantur Treluini; quod oppidum, iis præsentibus, salvum est, iisdem relatis, incendio conflagrat.

Cætera quid memorem? Applausus vulgique [favores?
Quem penes illa fides, pietas, fiducia tanta,
Ut certo credant, re experti, voceque fassi,
Ac longa serie proavorum nempe periti,
Nullis oppidulis, pagis, domibusve, locisve
Flammæ vel pestis potuisse incommoda ferri,
Pignus ubi sacrum Dodonis corporis esset.
Hoc doctrix probat et rerum experientia mater.
Hoc nuper gestum sensit Terlonica tellus,
Pignora cum gremio dynastis in arce (8) fove- [ret; F
Militis haud rabiem, non flammæ experta fa- [villas,
Tabida non pestis grassantis compita circum
Corpore tuta sacro, minima aut discrimina cer- [nens:
Quæ populo precibus corpus repetente sacra- [tum,
Lucis in exortu alterius cito proxima sensit.
Mens o læva nimis, propriis et credula semper
Viribus humanis, divis nec fidere docta!
Sole etenim primo, delata pignoris arca,
Munimen quæ sola fuit, sola arcis asylum,
Sulphureis sequitur subito color ignibus ater,
Involvens umbra magna terramque polumque,
Oppiduli in cineres redigens sata maxima, et [arcem,
Et circum fuerant quæcumque novalia, et ædes,
Pignore præsenti sacro quæ illæsa fuere.

(1) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VII, pag. 416. — (2) Sancta tetrarchia, pag. 139. — (3) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. IV, pag. 70. — (4) Brasseur, Origines cœnobiorum in Hannonia, pag. 91. — (5) Ap. Dacherium, Spicilegium, tom. II, pag. 754, edit. in-fol. — (6) Origines cœnobiorum etc. pag. 92. — (7) Sancta tetrarchia, fol. V, pag. 144. — (8) Cfr Lebeau, Recueil de notices sur l'Ar. d'Avesnes, pag. 115.

Quod

AUCTORE V. D. B.

Quod cunctis etiam populis innotuit actum,
Et natis patres referunt, generique nepotum.
Tam clemens propriis Dodo fuit ipse colonis :
Ejus ut haud meritis ultricia mitteret arma,
Iracunda polo nec fulmina poneret ulla
Cunctipotens : (licet ipsa scelus deposcat iniquum);
Gens ubi devota servaret pignora mente;
Tantis Dodo fuit meritis gestisque coruscus!

Templi, oratorii S. Petri, cellulæ S. Dodonis

18 *In conditione autem rerum, quam paulo supra secundum Philippum Brasseur indicavi, nihil mutatum usque ad extremum sæculum* XVIII. *Venditæ tum fuerunt prioratus ædes, quæ tamen non fuerunt dirutæ; atque ipsum templum melioribus temporibus divino cultui fuit redditum. Sed quum accolæ ad trecentos non ascendant, aliquandiu parochus Helpræ seu Eppiæ Silvestris ibi sacra fecit, nunc parochus Baviæ. Sacellum autem, in quo beatissimi abbatis olim quiescebant reliquiæ, quum ruinam traheret, ante quinquennium dirutum est et contra templum denuo ædificatum; in quod illatum ve-*
B *tus altare et vetustissima capsa reliquiaria. Alterum sacellum olim surgebat,* a monasterio S. Petri haud procul situm, *hoc ipso scilicet loco ubi S. Dodo ultimos vitæ annos egisse tradebatur. Prioratus emptor hoc dirui jussit; quamobrem ejus loco crux terræ inserta est. Quæ quum sublata fuisset, quadraginta inde metris, in agro communi pia cellula condita fuit. Quarum rerum testis Merodia domus, Treluini in vicinia habitans, dicitur cogitare monasterii restaurationem, accitis monachis Trappensibus : quod consilium cum avita ejus pietate utique convenit.*

ejusque reliquiarum fata usque ad hanc diem.

19 *Quomodo autem reliquiæ, quæ fere omnes adhuc habentur, turbulentis illis temporibus manus impiorum effugerint, frustra sciscitatus sum. Effugerunt tamen atque anno* 1856 *auctoritate archiepiscopi Cameracensis visitatæ et approbatæ sunt, ut constat ex sequenti vicarii generalis Philippe scriptiuncula* (1) : Anno Domini 1856, 20 mensis julii, nos vicarius generalis Cameracensis, delegatus ab archiepiscopo Francisco Renato Regnier, recognovimus sancti Dodonis reliquias, in sa-
C cello de Moustiers repositas, easdemque fidelium venerationi publice exponi permisimus, atque præfati archiepiscopatus sigillo dictas reliquias munivimus, præsentibus dominis Joanne Baptista Larsonneur, Treloni decano, Joanne Baptista Menet, in Baives et Moustiers parocho, Simone Hannoteau, in Wallers parocho, de Merode, Treloni comite, hujus loci de Moustiers domino, nobiscum hoc signatura attestantibus. *Sequuntur subscriptiones. Errant itaque VV. VV. Destombes* (2) *et Vos* (3), *ubi narrant* S. Dodonis *reliquias servari aut cultum vigere in præsenti parochia Waslero, non autem in templo Monasterii in Fania. Neque parochus Waslerensis, sed Baviensis et Monasteriensis, particulam aliquam ossis dedit templo parochiali Lobiensi. Costa enim, quæ olim Lobiis in monasteriali templo as-*
servabatur (4), *ad finem sæculi* XVIII *cum* D *aliis plerisque reliquiis periit* (5). *De cultu populari paulo mox.*

§ IV. De die obitus et cultus S. Dodonis. De singulari quadam renibus laborantium consuetudine.

Quamquam ante hominum memoriam festum S. Dodonis *agerent Lobienses die* 29 *octobris,*

E*xtra controversiam est natalem* S. Dodonis *legitimum seu diem cultus ecclesiastici esse* 29 *novembris. Verumtamen dissipandæ sunt aliquot nebulæ. Molanus in editione Usuardi anni* 1568 *edidit in auctariis ad diem* 28 *octobris :* Eodem die depositio beati Dodonis monachi, discipuli sancti Ursmari episcopi; *et ad diem* 29 *octobris :* Dodonis confessoris, cujus corpus quiescit apud Monasterium in Fania. *In editione vero anni* 1573 *ad diem* 28 *octobris :* Faniæ, depositio B. Dodonis mo- E
nachi, discipuli S. Ursmari episcopi. *Ad diem vero sequentem in posteriori hac editione dedit nihil; sed in Indiculo sanctorum, quem eidem editioni subjecit, hæc tradidit* (6) : Obiit (S. Dodo) in die Simonis et Judæ apostolorum; sed Lobium transfert eum in diem sequentem, celebrans festum duplex minus; *postea vero festum duplex majus celebravit, ut ex kalendario Lobiensi, edito a Vossio* (7), *patet. Neque tum recenter inceperant Lobienses die* 29 *octobris* S. Dodonis *festum agere; sæculo enim fere ante scripserat Trithemius* (8) : De S. Dodone abbate. Dodo, monachus Lobiensis et postea abbas Waslerensis cœnobii, vir sanctus et Deo devotus, atque monasticæ disciplinæ propagator magnificus, magnis fertur claruisse virtutibus. Cujus festum celebratur IV kalendas novembris. *Inde in kalendario ms. sanctorum ordinis S. P. N. Benedicti, quod anno* 1527 *Ferdinandus de Valye, monachus Cisterciensis in Antverpiensi S. Salvatoris cœnobio, absolvit, ad eamdem diem* 29 *octobris legitur :* S. Dodonis, abbatis Waslerensis, prius monachi Lobiensis.

F

sanctus tamen abbas, qui ab aliis decessisse dicitur die 1 *octobris, ab aliis* 28 *octobris, auctoritate Molani ab omnibus fere celebratur ad diem* 28;

21 *Neque ab illis suis dictis umquam recessit Molanus. Nam in Natalibus sanctorum Belgii, quos anno* 1595 *Lovanii edidit et qui post ejus mortem denuo venerunt in lucem Duaci opera Raissii, ad diem* 28 *octobris legitur :* Obiit in die sanctorum apostolorum Simonis et Judæ; sed transfertur in diem sequentem. *Adeoque in Kalendario Belgico, quod illis Natalibus præmissum est, venit* S. Dodonis *nomen ad diem* 28 *octobris. Quæ non scripsit, nisi postquam nactus erat* S. Dodonis *Vitam. Verumtamen in tribus ejusdem Vitæ exemplaribus, quæ penes me sunt atque etiam in eo, quod ad Mabillonium* (9) *Lobiis missum est, legitur :* Venerabilis Christi famulus die kalendarum octobrium *seu* 1 *octobris* animam polorum reddidit astris. *Neque alia legit Bon-*

(1) Vos, Lobbes etc. tom. II, pag. 393. — (2) Vies des saints des diocèses de Cambray et d'Arras, tom. III, pag. 119. — (3) Lobbes etc. tom. II, pag. 381. — (4) Raissius, Gazaphylacium Belgicum, pag. 288. — (5) Vos, Lobbes etc. tom. II, pag. 359. — (6) Indiculus sanctorum Belgii, fol. v, 24. — (7) Lobbes etc. tom. I, pag. 404. — (8) De viris illustribus ordinis S. Benedicti, lib. III, cap. 268, Opp. pag. 105, edit Busæi. — (9) Cfr Acta SS. Ord. S. Benedicti, sæc. III, part. I, pag. 571.

tempius

A *tempius in Lobiensi codice, qui ei inter pangenda carmina præluxit, ut ex his ejus versibus patet* (1) :

Annis maturus, naturæ jura kalendis
Octobris solvit.

Quare Mabillonius in Kalendario Benedictino, quod initio Sæculi sui III *pro more confecit, ejusque exemplum secutus Castellanus in Martyrologio universali annuntiarunt ad diem* 1 *octobris ejus natalem; sed postea* (2) *Castellanus eumdem ad diem* 28 *octobris transferri jussit, victus verisimiliter Molani auctoritate. Et quidem tanta fuit hujus viri prudentia et sobrietas, ut vix intelligi possit quomodo* S. Dodonis depositionem *seu mortem signasset ad diem* 28 *octobris et scripsisset eum illa die obiisse, nisi hæc in libris suis invenisset. Atque etiam Lobiis aliquando receptum fuit ut obitus* S. Dodonis *signaretur ad diem* 28 *octobris, ut ex Chronico ms.* (3) *constat; et in libro ms. Peristephano, quo decessores nostri concluserunt innumeros sanctorum natales, col-*
B *lectos ex kalendariis, videe* S. Dodonis *festum adscriptum ad eamdem diem secundum kalendarium quoddam Leodiense; quamquam in breviariis Leodiensibus extremi sæculi* XV *et sequentium temporum nihil hujusmodi reperio. Quidquid id est, Molanum secuti sunt Walsserin Martyrologio Canisiano (ubi etiam ad diem* 29 *octobris* S. Dodo *recensetur), Wion in Ligno Vitæ, Ferrarius in Catalogo generali sanctorum, Menardus in Martyrologio Benedictino, Willotus in Martyrologio Belgico, Davroultius in Floribus exemplorum, Miræus in Fastis Belgicis et Burgundicis, Bucelinus, Herrera, Cherlius et Lechnerus in Menologiis Benedictinis, De Ram in Vitis SS. Butleri aliique; quorum catalogum claudat Philippus Brasseur hoc disticho* (4) :

Dum Simon et Judas bifido recoluntur honore,
Sanctus apud Fanias Dodo reliquit humum.

a paucissimis die 27. *Quare nos de eo hac die dixerimus.*

22 *Errore unius diei retulit Saussayus in Martyrologio Gallicano et secundum eum Donawerdensis Menologus* S. Dodonis *nomen ad diem* 27 *octobris. Quamvis itaque unius Molani auctoritate inducta fuerit persuasio* S. Dodonem *die* 28 *octobris obiisse, quum tamen passim in martyrologiis aliisque id genus libris ejus natalis signatus sit ad diem* 28 *octobris, licet ejus festivitas ageretur die proxime sequenti; noluimus a communi via recedere, maxime quoniam in prætermissis nos aut decessores nostri non semel promisimus nos de eo dicturos ad diem* 28 *octobris. Verumtamen, si aliquando ejus restituatur festivitas aut in diœcesi Cameracensi aut in Tornacensi (in priori enim jacet Monasterium in Fania, in posteriori Lobiæ), pro veteri more statuenda erit die* 29 *octobris. Atque operæ sane pretium esset restitui* S. Dodonis *festivitatem, quæ nunc nuspiam agitur; sed et aliorum patronorum Lobiensium, quorum nunc plerique cultu ecclesiastico omnino carent.*

Unde factum sit ut peregrinantium numerus ad S. Dodonis *reliquias plurimum imminutus sit. Quid sentiendum de more infirmorum, dorsum tumbæ applicantium,*

23 *Olim die* 29 *octobris magnus olim accurrebat Monasterium in Fania peregrinantium numerus; qui plurimum imminutus est, forte quod tamdiu neglectum jacuit oratorium S. Petri. Ibi enim tumba servabatur lapidea, ad quam dorsum atterere amabant infirmi; quod quum facere amplius non liceret, per pristinarum consuetudinem abolitionem ipsa pietas, quæ eis nitebatur, paulatim decrevit et senuit. Quum enim in populari religione hoc passim obtineat ut inter sanctos et res, quarum causa invocantur, communitatis aliquod exstet vinculum, sæpe fit ut hæc communitas non alia sit quam similitudo qualiscumque vocabulorum. Sic memini me alibi ostendere SS. Clarum et Claram invocari propter aeris claritatem, et S. Mummolenum pro sanatione puerorum mussitantium (theotisce* Mommelen). *Similiter, quamquam inter nomen* S. Dodonis, *quo* pater *aut* avus *a pristinis Germanis indicati fuisse videntur* (5), *et* dorsum, *vulgo* dos, *nulla sit congruentia, nisi consonantia quædam inter* Dodo *et* dos dos, *hinc tamen factum ut jam pridem imploretur* S. Dodonis *patrocinium ab infirmis dorso aut renibus laborantibus. Pertinet* E *deinde ad ingenium gentis Germanicæ ut nihil factum habeatur, quin tactus interveniat; ut omittam res hominesque etiam tangi ad amorem et fiduciam significanda: sed de his fusius alibi disputavi* (6). *Atque hinc profectum est ut infirmi ad res, quæ* S. Dodonis *aut fuerunt aut fuisse censentur, dorsum applicent: in quo more non plus superstitionis est quam in tactu fimbriæ vestis Christi Domini, aut in applicandis Pauli sudariis et in umbra Petri excipienda.*

et Lobiis lapidi sepulcrali abbatis Caulier.

24 *Monasterii in Fania, ubi tamen inter incolas perseverat* S. Dodonis, *qui et patronus habetur, veneratio et pie invocandi usus, desiit fere prisca illa consuetudo; sed Lobiis adhuc perseverat in crypta templi parochialis S. Ursmari, ad quam olim monachorum et accolarum erat cœmeterium. In crypta scilicet illa exstat lapis sepulcralis Guilielmi Caulier, merentissimi sæculo* XVI *Broniensis et Lobiensis abbatis, in quo ejus effigies, sacerdotali seu potius episcopali habitu, duobus baculis pastoralibus propter duplex beneficium intra ulnas compositis, admirabili* F *sculptoris arte expressa est. At plebs sibi persuasit hunc titulum esse* S. Dodonis; *quem idcirco ad avertendos renales morbos invocare amat, dorsum etiam saxo applicans. In hoc certe erratur; sed non erratur in implorando* S. Dodonis *auxilio. Nihil itaque mirum, si sæpe Deus, etiam recentioribus temporibus, simplicium hominum exaudiat preces, sanctissimi Waslerensis abbatis interventu fultas* (7). *Binchii etiam, ubi olim servabantur pleræque patronorum Lobiensium reliquiæ, viget* S. Dodonis *cultus.*

(1) Sancta tetrarchia, fol. v. 156. — (2) Martyrologe universel, pag. 1008. — (3) Vos, Lobbes etc. tom. I, pag. 152. — (4) Panegyricus SS. Hanoniæ, pag. 143. — (5) Cfr Adelung, Wörterbuch, v° *Dod.* — (6) Acta SS. tom. X Octobris, pag. 855. — (7) Vos, Lobbes, tom. II, pag. 267.

EX MSS.

VITA S. DODONIS

ABBATIS WASLERENSIS

secundum duo exemplaria mss. Lobiensia et tertium Lætiense.

PROLOGUS.

Sancti, qui per Dei gratiam ad gloriam pervenerunt, et quos inter S. Dodo, *laudandi sunt.*

Incipit prologus super Vita eximii confessoris Christi sancti Dodonis, discipuli beatissimi patris nostri Ursmari, episcopi et confessoris. — Benignitas nostri Salvatoris semper adest parata in salutem eorum, quos prædestinavit ad capessenda futura præmia vitæ. Et, sicut ipse in Evangelio spiritualiter docuit, quosdam mane, quosdam hora tertia, quosdam sexta et nona, quosdam etiam undecima ad excolendam vineam suam convocat; quia quibusdam in infantia,
B quibusdam in juventute et adolescentia, aliquibus etiam in senectute spiritualis assumere sationis concedit laborem. Nec difficile est manui ipsius inveteratos scelerum corrigere mores, qui etiam Leviathan dentibus absorpto[s] armilla suæ misericordiæ revocavit ad vitam, et ad recipiendam suæ bonitatis fiduciam, eos ipsos, quos taliter dentibus ejus excussit, principes in cælesti curia ascivit. Ex his enim scimus esse prophetas; ex his quam maxime constat judex ille apostolorum numerus; ex his insignis confessorum numerus ac monachorum, mirabiliter ornatus, consistit; de quorum collegio etiam hunc ipsum esse constat, de cujus vita ego, pauperculus ingenio, non sine magno timore aliquantulum loqui præsumo. Sed potens est Deus os meum ad propalandi servi sui magnalia aperire, qui os asinæ ad increpationem reseravit prophetæ. Itaque ex his, quæ mihi veredicorum narratione comperta sunt, aliqua incipiam narra
a rare. — Explicit prologus *a*.

C *ANNOTATUM.*

a *Monuimus in Commentario prævio, num.* 4, *hunc Prologum, qui ab exemplari Lætiensi absit, etiam præmissum esse Vitæ S. Landelini, in his nostris Actis editæ ad diem* 15 *junii.*

D

INCIPIT VITA

BEATI DODONIS

CHRISTI CONFESSORIS.

CAPUT PRIMUM.

S. Dodonis pueritia, discipulatus sub S. Ursmaro, dotatio monasterii Waslerensis, hujus asceterii præfectura, secessus in proximam solitudinem, miracula, sepultura in cellula.

Creator igitur cælorum dominusque angelo- *Literis mandandæ res sanctorum.*
rum, trinam regens machinam rerum, humanos condolens miseratus errores, ut ad paradisi felicitatem, unde præcepta divina violando decidimus, obediendo rediremus, revocare cupiens per suorum custodiam mandatorum, summos terrigenas totius direxit orbis per climata; quorum sonus ad ultimos usque perveniens mundi fines, corda eorum, qui prædestinati erant ad vitam æternam, penetraliter inflammavit; adeo ut nonnulli eorum mererentur fieri Christi confessores; quos nunc gaudet mater ecclesia se habere duces atque rectores. Licet igitur nullius mortalium lingua tanti regis militum prævaleat condigne effari gesta, tamen ne oblivioni traderentur penitus, paucas e pluribus, quas in hoc sæculo positi egere virtutes, illorum posteri comprehendere utcumque studuerunt studio sagaci: scientes verissime, quia sermones et actus humani *, certius tenentur quam soli memoriæ commendati. Procerum itaque mundi fuerunt pedissequi martyres inclyti, confessoresque magnifici; qui, spretis ex asse concupiscibilibus sæculi pompis, mente et actu sese divinis mancipaverunt præceptis. De quorum etenim conversatione quamvis parva, ob au- F
dientium tamen commoda, dicam aliqua, ne sermo incultus fastidium generet auditoribus.

* *supple* literis mandati.

3 Hic itaque beatus, bonorum præconio dignus, in pago Laomacensi *a* extitit oriundus, in villa quæ vocatur Vallis, tempore quo princeps Pippinus, cognomento Crassus *, agebat in sceptris *b*. Super cujus ortu genitores ejus * gavisi plurimum, sanctum adierunt abbatem ac pontificem * Ursmarum *c*, deferentes secum, quem genuerant infantulum, supplici flagitantes precatu, quo illum sacri baptismatis unda purificaret, suisque sacris manibus ex salutifero susciperet lavacro, atque ut proprium filium in Domini educaret obsequio *d*. Quorum precibus vir sanctissimus, ut erat semper animo * benignissimus, pie clementerque annuens, gratanter peregit, quod parentes pueri prece instantissima poscebant fieri. In illis namque diebus, laudabilis ac Deo per omnia devotus Ursmarus, pontificali benedictione insignitus, morabatur in cœnobio Laubaco; in quo monachorum turbam quam plurimam, seu plebem popularem non modicam prædicationibus continuis ac monitis salubribus,

S. Dodo, *Valle prope Cimacum natus, baptizatur a* S. *Ursmaro, cui educandus traditur.*

a

* c. C. *ab. Læ.*

b

* illius *Læ.*

* p. a. a. *Lo.*

c

d

* a. s. *Læ.*

A salubribus, ut ad cælestem secum properarent patriam, die noctuque monebat, cupiens cum apostolo dicere : « Ecce ego et pueri mei quos mihi dedit Deus. » Erat enim vere dignus beatus Ursmarus, moribus modestus, eloquio gratiosus, et omni morum honestate redimitus, rectam conversationem habens cum omnibus hominibus. Quæcumque Deo placita esse cognovit, mente tractavit, lingua docuit, et opere exercuit. Nulli umquam nocuit, cunctis prodesse studuit. Providebat bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Studebat quippe totis viribus, seipsum exemplum bonorum actuum præbere in omnibus. Qualis etenim quantusque fuerit, scire qui cupit, in libello, qui de actibus illius est editus *, facile cognoscere poterit.

* ed. est. *Læ.*

In sacris literis et virtute multum proficit;

4 Multis siquidem bonarum virtutum actibus pollens, filiolum suum bonæ indolis effæbum, præfatum videlicet Dodonem, litterarum studiis tradidit. Qui tanto celerius divinarum fluenta Scripturarum epotavit, quanto arctius ætatulam suam Sancto Spiritui mancipavit, sciens esse scriptum, quia nulla ad discendum B mora est, ubi Spiritus Sanctus doctor adest. Peractis denique annis infantiæ, atque in pueritiæ pubescens ætate, totum se in Dei transfudit servitutem. Nitebatur quidem puer strenuus totis fieri viribus vir perfectus *, terrena cuncta despiciens, ac cælestia inhianter concupiscens : divitias, quas habere poterat in mundo, ore ac manu recondebat cælo. Erat etenim eleemosynarum dapsilitate largifluus, corpore castus, mente devotus, facie decorus, colloquio temperatus, prudentia serenus, commercio sanctimoniæ illustratus, sermone verax, censura justitiæ tenax, spe longanimis, humilitate insignis, charitate refertus, benignitatis mansuetudine diligendus. Æquum erat * diligi a cunctis, quem compserant hujusmodi ornamenta justitiæ insignis. Nam cælestis eum sic * decoravit penetraliter sapientia, ut competens foret ascribi in supernorum civium curia.

* t. v. v. p. f. *Læ.*

* E. æ. *Læ.*

* N. s. e. c. *Læ.*

fit monachus, abbas et eremita;

5 Cumque quotidie probis moribus multipliciter polleret, maluit religiosorum vitam imitari monachorum, quam adulationibus inanibusque favoribus sæcularium decipi hominum, memorans illius prophetici sermonis : « Populе C meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. » Fultus igitur jam dictus felix Dodo regis superni præsidio, atque beati Ursmari animatus hortatu salutifero, omnem suæ possessionis hæreditatem beato principi apostolorum delegavit Petro, ad monasterium *e*, quod ex nomine fluvii secus illud decurrentis vocatur Waslerus, quod prædictus almus Ursmarus prædicto filio suo concessit Dodoni *f*. Ipse vero sacer Dodo in omni opere justificatus a Deo, frequentiam devitans hominum ad se venientium *, et magis solitariam eligens vitam quam conversationem publicam, cellulam *g* sibi fecit construi non longe a suo monasterio; in qua, jejuniis et orationibus vacans die noctuque, indefesse famulabatur Domino, cui complacere gestiebat corde et animo.

e

f

*confluentium *Læ.*

g

tentationes vincit ægrosque sanat;

6 Cumque in ea multis diebus ob amorem Dei, ab humanis aspectibus maneret sequestratus, corpusculum suum multimoda macerans inedia, Christus, qui suis pollicitus est fidelibus dicens : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi, insurgentes adversus tyrunculum suum insanos vitiorum tumultus dexteræ suæ virtute prostravit, omniaque antiqui hostis præstigia a milite suo proturbavit. Tentatione quoque carnis ab illo penitus remota, * consecuta est eum e vestigio plurima miraculorum efficacia : nam cæci et claudi, adminiculo amicorum ac parentum suorum sustentati, ad cellulam sancti viri frequenter sunt deducti; qui, Christo auspice beatoque viro interveniente, optata recepta sanitate, ad propria habitacula repedarunt absque alicujus sustentatione. Nexibus quoque ferreis *h* quidam propriis criminibus exigentibus colligati, cum ad limen cellulæ illius sese prostravissent devoti, suffragantibus meritis beati viri, vinculis ferreis absoluti redierunt ad domum suam, gaudio magno perfusi.

EX MSS.

* et *ad. Læ.*

tandem sanctimonia et annis maturus moritur die 1 *octobris et sepelitur in sua cellula.*

7 Postquam vero venerabilis Christi famulus moribus maturus et annis, deposito onere carnis, consummasset cursum vitæ præsentis *, die kalendarum octobrium *i* animam claris polorum tradidit astris, quæ nunc spiritibus juncta angelicis, in curia paradisi fruitur gloria vitæ perennis, et stolam obtinet æternæ jocunditatis. In cella *k* denique, quam sibimet ipse construxit, quamque conversando beavit, sacro sanctum corpus ejus * multo tempore jacuit exanime, in qua cunctipotentis clementia multimodarum virtutum patravit opera; quæ ob prolixitatem sui scriptoris stylus nequivit * comprehendere omnia. Verum quia per incuriam scriptorum solent a memoria recedere sanctorum gesta, quæ Dominus operari dignatus est ob illorum merita, dignum putavi huic paginæ aliqua inserere, licet e multis perpauca, quæ ad memoriam beatissimi Dodonis, Domino adminiculante, patrata sunt miracula, quia « secreta regis, ut ait angelus Tobiæ, abscondere bonum est, opera vero Dei revelare et confiteri honorificum valde est. »

* p. v. *Lo.*

i

k

* illius *Læ.*

* non potuit *Lo.*

ANNOTATA.

a *Vide de hoc loco et de pago Laomacensi seu Lommensi et de villa Valle Commentarium prævium, num.* 7.

b Cognomento Crassus *omittitur in ms. Lætiensi et apud Mabillonium. Intelligitur Pippinus Heristalius. Diximus de ætate* S. Dodonis *in Commentario prævio, num.* 7 : *ubi videre est singularem biographi dictionem* agebat in sceptris *etiam apud Folcuinum legi; ita ut alter alteri præluxerit.* F

c *S. Ursmari Acta data sunt ad diem* 18 *aprilis.*

d *De* S. Dodonis *educatione pauca dicta sunt in Commentario prævio, num.* 8. *Omnes norunt a S. Benedicto admissam fuisse puerorum oblationem et institutionem. Sed sæculo* VII *in aliis quoque monasteriis a teneris offerebantur pueri et instituebantur; et quidem in domibus episcoporum et presbyterorum, atque in aliis piis locis omnibus, tum in urbe tum rure, scholæ erant, ne clerus deficeret. Ad quas scholas qui admittebantur, aut creabantur monachi, aut clerici, lectorum albo inscripti. Sed quoniam per S. Martinum Vercellensia S. Eusebii instituta per Gallias propagata erant, clerici passim omnes erant tum ibidem monachi. Sed de his rebus in hoc ipso tomo alibi fuit sermo. Hoc unum monendum* S. Dodonem *per parentum oblationem factum esse monachum, omni ad sæculum redeundi præclusa*

A *præclusa via : postea inductum est ut liberum esset oblatis pueris parentum oblationem ratam non habere.*

e *Vide de hac donatione Commentarium prævium, num.* 11.

f *De Waslerensi monasterio, quod hoc ipso loco constitisse, ubi nunc cernitur* Moustier-en-Fagne, *demonstare conatus sum, dixi in Commentario prævio,* § III. *Quod vero* ex nomine fluvii secus illud decurrentis vocari Waslerus *perhibetur, hoc mihi plane incertum est. Ut mittam hunc rivum non hoc nomine jam pridem appellari*, Waslerus, Waslare *seu* Waslaus *ex iis videtur compositum esse vocabulis, quibus non rivus significetur, sed* pratum *seu* terra communis graminosa. Waso *enim, ex quo gallicum* gazon *descendit,* gramen *est; et* lare, laer, leir, *qua finalitate multa nomina locorum in Belgio desinunt,* pratum *seu* arvum commune (1). Waslaus *videtur esse corruptela, admissa propter vicinas silvas; nam* laus *(quod etiam in* Stabulaus *apparet),* loo, leia, lé, *etc. plerumque* silva, *sed et aliquando* locus *est. Verum* silva graminosa *intellectu caret.*

B *Quibus adde rivum, qui præsentem vicum Waslerum et Monasterium in Fania præterlabitur,* Merdosum vadum, *vulgo* Merdris, *vocari: quod nomen jam apparere in charta Odonis, episcopi Cameracensis, de anno* 1112 (2) : *ut omittam diploma Pippini, de quo in Commentario prævio, num.* 11.

g *Hujus cellulæ vices explicatas vide in Commentario prævio, num.* 16.

h *Sæpius jam diximus de hoc pœnitentiæ genere, quod viri gravissimis criminibus rei, maxime parricidæ, obibant. Erat in hoc positum ut, vinculis ferreis, in loricæ formam confectis, onusti S. Petri limina aliaque loca sancta ambirent, donec tandem miraculo aut sponte rumperetur ferrum. Quod remissionis divinæ signum censebatur.*

i *De mortis die vide Commentarium prævium, numm.* 17 *et* 18.

k *Jam in tomo* VII *Octobris, et non semel postea, docui hoc fere in more fuisse positum ut eremitæ in sua cellula, quam virtutibus ornarant, sepelirentur.*

C

CAPUT SECUNDUM.

Miracula; corporis elevatio; circumlatio per pagos Porcinensem et Bracbatensem; furis pœna; epilogus.

Dodilo, episcopus Cameracensis, audiens ad S. Dodonis sepulcrum miracula fieri,

Mirabilis itaque in sanctis suis Deus mirabilium operum suorum miraculis confessorem suum mirabiliter glorificavit Dodonem; quæ nec ex toto comprehendere quivimus scripto, neque penitus supprimere debemus silentio; quia æquum non est servorum Christi opera latitare sub modii umbra, ceu prodit lectio Evangelii : « Videant, inquit, opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cælis est. » Cum igitur cunctorum modificatori placeret Domino innotescere hominibus, cujus meriti foret in cælo, qui ab hominibus venerabatur in mundo *, fama vulgata est de illo, pervenitque a narrantibus usque ad aures præsulis eximii Dodilonis *a*, qui eo tempore Cameracensis episcopi cathedram decenter regebat, quod in quibusdam diœcesis suæ partibus margarita, ornamento superni regis apta, jaceret abscondita, corpus videlicet Dodonis, Christi confessoris, cujus celebre nomen, multis prodentibus miraculis, jam innotuerat apud nonnullos circummanentes. Qua de re plurimum gaudens, episcopus, multimodas * retulit cunctipotenti gratias; dicens se fore felicem, eo quod in diebus sui episcopatus talem propalasset thesaurum Dominus.

D

* terris. *Læ.*

a

* multimodis *Lo.*

9 Proinde, cum suis archidiaconibus *b* cæterisque suæ sedis * communapularibus consilio inito, direxit propere ad cellam, in qua auditu didicerat sancti Dodonis membra pausare, seniores sapientesque sacerdotes, qui sanctum a tellure illius cellulæ submoverent; atque ad monasterium sancti Petri Apostolorum principis, haud procul situm, cum honore congruo deferrent. Illi autem, pii patris obtemperantes monitis absque ullius dilationis cunctatione, illo usque perrexerunt, et quod illis visum fuerat, digne perfecteque impleverunt. Perfundente * itaque lympha sacrosancti corporis artus, linteis candidis et optimis circumdederunt eos, et in monasterio præfato honorifice collocaverunt, dulcisonis Domino pangentes vocibus odas. Miraculum etenim, quod ob venerationem confessoris sui eodem in loco patravit Dominus, dignum est bonorum hominum intimare auribus. Quædam igitur mulier, omni brachiorum virtute dissoluta, adeo ut neque dextera manu aut læva panem prævaleret ad os suum deferre, confidens de sancti virtute viri, cum de aqua illa, qua membra sancta fuerant abluta, sua perfunderet brachia cyragrico * dolore constricta *, illico, diu optata sanitate recepta, ad propria ovans repedavit habitacula.

archidiaconos aliosque mittit, qui elevent ejus corpus: mulier a chiragra curatur.

b

* se. su. *Lo.*

* perfundentes *Læ.*

* cyragricho *Læ.*

* contrita *Læ.*

10 His itaque Domino opitulante patratis, per multa postmodum dierum curricula jacuerunt sancti viri pignora in prædicto beati Petri oratorio *c* ad lævam in mausolæo, quod nunc usque jacet in eodem solo *, donec admonitus est per visionem vir fidelis, Leutbertus nomine, loci provisor, quatenus incunctanter ageret * ut ab eodem locello, in quo sancta membra jacebant, amoverentur, atque in eminentiori loco ac digniori collocarentur. Qui cum semel ac bis terque fuisset hujusmodi visione pulsatus, et dissimulasset Christi nuntiare sacerdotibus, quorum officio tale oportebat exequi opus, acrior ei contigit admonitio, videlicet corporis præmaxima febricitatio, adeo ut crederet se rebus humanis penitus eximi, et pro contemptu ad loca pœnalia deduci. Quapropter, cogente corporis dolore prævalido, perrexit festine Tresuguino dicere decano *d*, quod illi revelatum fuerat jam tertia visione de sancto viro. At ille citatim nuntiavit episcopo, Fulberto *e* *, qui illis diebus auctus erat infula præsulatus Cameracensis ecclesiæ, ditatusque honoribus opinionis egregiæ.

Leutbertus ter a Deo admonetur ut corpus honestiori loco collocetur;

c

* Loco *Læ.*

* ageret *ab Lo.*

d

* F. e. *Læ.*

e

11 Ille vero, hæc audiens, vultu lætissimo

quæ jussa Tre-

(1) Cfr Kreglinger, Mémoire sur les noms des communes de la province d'Anvers, dans les Bulletins de la Comm. de statistique, tom. III, pag. 215. — (2) Duvivier, Memoire etc. pag. 515.

infit

suguinus decanus auctoritate Fulberti episcopi facit.

infit Tresuguino : « Perge quantocius ad monasterium prælibatum ; et, ascitis presbyteris, tuæ decaniæ *f* subditis tecum fideliter diligenterque adimple negotium tibi injunctum. » Qui festinus perrexit, et quod ei jussum * fuerat digniter * peregit. Amoto quippe sancti viri corpore de sarcofago, quod positum erat, ut prædiximus, a sinistra parte ecclesiæ, levaverunt illud secus altare principis apostolorum Petri, laude sonora dulciter reboantes; in quo nunc quiescens preces advenientium exaudit, et orationes cum fide poscentium cælotenus defert * ante tribunal regis æterni, qui judex est conscius bonorum malorumque* viventium.

f

* visum *Læ.*

* fideliter *Lo.*

* deferri *Læ.*

* et m. *Læ.*

Circumferuntur a quæstoribus corpus per pagum Porcinum : mulier enervis sanatur.

12 Interea dignum duximus huic opusculo illud inserere * miraculum, quod omnipotentis clementia ob militis sui Dodonis disposuit fieri merita. Nam cum præfatus Leutbertus totis animi viribus conaretur diruta monasterii restruere, et sumptus deessent ad perficiendum, assumptis secum ejusdem monasterii clericis seu aliquibus laicis *g*, sancti viri pignora in lecto gestatorio imposita, contiguas monasterii villas lustrantes, ut in eis commorantes aliquantulum conferrent solamen ad restaurandum prædictum sancti Petri cœnobium *h*, pervenerunt in pagum Porcinensem *i*, ubi paulisper quieverunt, in villa quæ vocitatur Oteia *k*, propter viæ dura itinera, quæ pertulerant sanctissima gestantes præfati confessoris membra. Inde vero surgentes cum jam iter cœptum carperent, mulier quædam enervis post eos clamare vocibus cœpit magnis : « Obsecro vos *, viri qui fertis pretiosas reliquias sancti, ut me misellam, opem salutis quæritantem, paululum caritose sustinere dignemini. » Compassi itaque voci rogantis feminæ, illico substiterunt, scire cupientes, qua de causa tam flebiliter post eos clamitaret. Cumque inter manus propinquorum delata potius quam adducta fuisset, osculato peplo feretri, in quo jacebant artus beati viri, sanitatem diu optatam continuo recepit, et cum cæteris gaudens feretrumque propriis humeris imponens, iter carpebat, Dominum hymnidicis vocibus collaudans.

* edisserere *Lo.*

g

B

h

i

k

* vos *ab. Lo.*

Reliquiarum fur cogitur immobilis manere, donec restituerit. Epilogus.

13 Credimus itaque hoc actum meritis confessoris Christi Dodonis, ut mulier domi suis pedibus rediret gaudens, quæ alienis manibus delata fuerat ad sancti reliquias miserabiliter deflens. Patratum denique aliud miraculum huic parvo annectere nitimur miraculo, quia conditoris largitio æque in minimis ut * in magnis misericorditer aspirat, nec differt in modicis aurem accommodare pietatis, sicut exaudit vota precantium in maximis. Eodem quippe sub tempore, cum res exegisset, ut præfati monasterii clerici onus leve ferrent, corpus scilicet sæpe fati confessoris Christi beati * Dodonis, per pagum Brecbatensem *l*, et diverterent ad villam, quæ vocitatur * Tongras *m*, ut fessos artus aliquantulum quieti dedissent, adsunt continuo viri et mulieres, victui necessaria illis deferentes. Inter quos venit quidam * vir, nomine Winigisus, villæ illius œconomus, vultu et verbis placidus, sed ut post* patuit, mente malivolus. Hic cum vidisset omnes ex tentorio huc illucque procedere et nullum adesse, cupiditatis veneno infectus, rapuit furtim unam ex capsis auro argentoque deforis ornatam et * decoratam, intus vero sacrosanctis pignoribus cumulatam, voluitque tali onere gravatus domum redire ad suam. Cumque nisus fuisset levi motu quo vellet ire, subito, divina vi cogente, sic stetit solotenus ac si plantæ pedum ejus fuissent terræ fixæ * radicitus. Comperiens itaque divino nutu se fore * ligatum, et immobilem manere, venit non ultroneus, sed coactus, venialiter pro crimine, quod admiserat, flagitans indulgentiam lacrimis perfusus. Qui vero illic aderant custodes reliquiarum sanctarum, videntes hominem de suo reatu * valde confusum atque mœrentem, receperunt capsam, quam conatus fuerat asportare, permiseruntque illum ad domum suam liberum respectare. Multimoda namque sunt miracula, quæ deifica patravit potentia, ad ostendendam emeriti sui militis gloriam; sed auditoribus studiosis sufficiant, quæ perstrinximus e pluribus pauca, credentes cordetenus, quia divina virtus illum sublimavit ad gaudia æterna cælitus, cujus meritorum suffragia cunctis, qui ejus venerantur solennia, impetrent præmiorum suorum consortia, ipsius opitulante clementia, cui manet imperium et sine fine gloria. Amen.

* et *Læ.*

* *ab. Læ.*

l

* vocatur *Lo.*

m

* *ab. Læ.*

* *ab. Lo.*

* o. c. *ab. Læ.*

EX MSS.

* t. fu. fi *Læ.*

* esse *Læ.*

* d. r. s. *Læ.*

E

ANNOTATA.

a *Dodilo episcopus Cameracensis fuit ab anno* 887 *usque ad primos annos sæculi* x. *Vide Commentarium prævium, num.* 14. *Sæculo* IX *et* X *aliorum etiam sanctorum suorum corpora de terra elevarunt Lobienses* (1).

b *Anno* 910 *unus tantum erat Stephani episcopi archidiaconus Petrus ; sed anno* 1046 *sex reperiuntur archidiaconi, quin sciamus quando cœperint Cameraci plures esse archidiaconi* (1). *Sed sub medium sæculum* X, *quum decaniæ institutæ jam essent, videntur plures fuisse archidiaconi, ut in Commentario prævio, num.* 3, *monuimus. Verumtamen plures non habuit Dodilo, sed secundum temporis sui morem locutus est biographus. Hinc liquet Vitam* S. Dodonis *non videri scriptam, nisi postquam oblivioni data erat divisio diœcesis inter plures archidiaconos.*

c Oratorium S. Petri *diversum est a templo S. Petri;* ad lævam *hujus templi erat positum. Aliquot tantum abhinc annis dirutum fuit, ut num.*16 *Commentarii prævii docuimus. Atque vel hic solus locus sufficeret ad demonstrandum Waslerense monasterium hoc ipso loco fuisse, ubi nunc* Moustier-en-Fagne.

F

d *Tresuguinus decanus capituli Cameracensis non erat, sed caput decaniæ Avesnensis.*

e *Fulbertus episcopus fuit ab anno* 935 *ad* 956.

f *Decania Avesnensis, qua capiebatur Monasterium in Fania, pars erat archidiaconatus Valentianensis. Ejus parochias et fines dabunt Polyptychon Cameracense et Mappa pristinæ diœcesis Cameracensis, quæ Cameraco christiano inseruit Leglay, sed multo accuratius Polyptychon et Mappa, quam debemus diligentiæ Caroli Duvivier, auctoris Commentarii de pristino pago Hannoniensi.*

g *Clerici et laici illi sunt ipsimet monachi;*

(1) Acta SS. Belgii, tom. VI, pag. 324. — (2) Cfr Leglay, Cameracum christianum, pag. 386.

quorum

A *quorum alii ordinibus sacris initiati erant, alii non. Verumtamen tunc nondum introductum erat discrimen inter monachos et fratres laicos, quod per Cistercienses in Belgium illatum est. Liquet autem ex hoc loco tum plures monachos versatos esse in illo monasterio, quod tamen (ut num.* 5 *Commentarii ex auctore Gestorum episcoporum Cameracensium intelleximus)* ad paucos fratres conditum *fuerat et paucos tantum illis temporibus continebat. Postea imminutus est plurimum numerus; ita ut temporibus Philippi Brasseur unus tantum prior illic resideret, atque extremo sæculo* XVIII, *quum periit, non multo plures adessent.*

h *Hoc quasi Belgio fuit proprium ut quæstuariæ aut miserabiles fierent sanctorum corporum translationes, quemadmodum animadvertit Wattenbach* (1). *Sed nulli monachi hoc sæpius fecerunt quam Lobienses* (2). *Omnium autem celeberrima est S. Ursmari per Flandriam circumlatio sub medium sæculum* XI.

i Pagus Porcinensis *seu* Porcianus, *vulgo* le
B Pays de Porcien, *jacebat in septentrionali diœcesis Remensis plaga, ab Axona* (l'Aisne) *usque ad Mosam, pagis Lommensi et Arduennensi conterminus. Caput erat oppidum* Château-Porcien (3).

k *In tribus exemplaribus mss. legitur :* In villa quæ dicitur ORCIA. *Idem in suo reperit Mabillonius. Bontempius* (4) *vidit* Otria, *ut ex his carminibus patet :*

Ecce, ubi Porcinum fessos deflectere gressus
Compulsi, villa quæ dicitur Otria, propter
Præruptos montes et iter grave, nocte silenti,
Membra soporiferæ committunt fessa quieti.

Sed neque Otcia, *neque* Otria *venit inter villas, quas sæculo* IX *in pago Porciano possidebant Lobienses* (5), *neque in Polyptychis diœcesis Remensis* (6); *nisi sit* Aire *seu* Saint-Remi-d'Aire, *succursalis sedes parœciæ de Blanzeyo* (Blanzy) (7).

l Pagus Brecbatensis *seu* Bracbatensis *conveniebat fere cum archidiaconatu Bracbatensi, priusquam divisum fuisset in Bracbatensem et Bruxellensem* (8). *Desideratus meus collega, Antonius Tinnebroek, olim multa*
C *diligentia et accuratione versatus est in definiendis hujus pagi dubiis finibus* (9).

m *Intelligitur* Tongres-Sainte-Marie *et* Tongres-Saint-Martin, *in pristino archidiaconatu Bracbatensi, decania Chierviensi*(10), *nunc in provincia Hannoniensi* (arr. de Mons, cn de Chièvres). *In diplomate anni* 1195 (11) *legitur :* Decima quam apud Tongram in Brabantia prope Cirviam ipse comes habebat. *Nequaquam itaque hic cogitandi sunt Tungri præsentis provinciæ Limburgensis.*

(1) Deutschlands Geschichtsquellen, pag. 546, edit. 1866. — (2) Cfr Acta SS. Belgii, tom. VI, pag. 524 et seqq. — (3) Wastelain, Description etc. pag. 295; Duvivier, Mémoire etc. pag. 325. — (4) Sancta tetrarchia, pag. 140. — (5) Ap. Vos, Lobbes etc. tom. I, pag. 226. — (6) Varin, Archives administ. de Reims, tom. II, part. II, pag. 1046 et seqq. — (7) Ibid. pag. 1065; et in Polyptycho Remensi ms. Musæi Boll. pag. 56. — (8) Duvivier, Mémoire etc. pag. 48 et passim. — (9) De Middelaer, tom. III, pag 385. — (10) Leglay, Cameracum christianum, pag. 502. — (11) Duvivier, Mémoire etc. pag. 669 et 670.

D

APPENDIX

Auctore Augustino Bontemps, monacho Lobiensi. a

Ipsus ego, indignus dictæ quondam incola cel- [læ,
(Namque subest locus ille sacer sedi Lobiensi
Estque prioratus titulo vel nomine clarus,)
Sæpius hujus opem implorans, solamina sensi,
Effectusque sequi præsenti lumine vidi.
Quos quibus acceptos referam? Christo nisi sum- [mo,
Afflanti precibus, sanctorum in nomine fusis?
E quibus, ut gratus fiam, memor arbiter æqui,
Huc unum referam, Vitæque coronidis instar,
Prodigiis dictis jungam. Nam dicere fas est,
Et caput in membris probus est, qui pronus [adorat.
Obstruit ingratus fontem pietatis; et obstat
Ne influat in mentem, neu grata scaturiat unda; E
Unde memor meriti, lectori non grave forsan
Collatum donum memorans hoc carmine pan- [gam.
Torrida me nuper rapuit tremebundaque febris,
Corrodens artus, certis quartana diebus,
Discerpens lumbos, renes, latera, ossa, lacertos,
Naturam enervans, insultans sensibus, atque
Corporis infestans vires, inimica quieti,
Non somno indulgere sinens, non legibus uti
Naturæ, sensim corrodens viscera cuncta,
Corporis et passim depascens omnia membra.
Quid, quod vitalis mentis penetraverat auras,
Læserat et fumo mentem compleverat atro,
Ut bene vel fari valeam aut reminiscier umquam
Quam passus, lapsos post multo tempore men- [ses.
Dodonis subiit pia forte memoria mentem;
Patronique ratus me posse juvamine sancto,
Servari incolumem, vitæ reddique priori,
Sacras Dodonis fudi suffragia ad aras.
Ora mihi vix dum mentis patefecerat ardor,
Corpore cum tremulo sensi recrearier artus.
Post paulo decorare melis, plectrisque sonoris
Scribere stat constans animo sententia Vitam; F
Gestaque tam sancti Patris, licet inscius artis.
2 Languorum jam mœsta dies diluxerat atra,
Cum sancti Vitam perlustro, volumina volvens
Prisca, characterem venerans, sensumque la- [tentem
Amplectens animo : dispono ad legis amussim,
Carminis et normam, febris immemor atque do- [lorum :
Morbum vincit amor, metuenda pericula pellit.
Funestamque diem, meditans pia carmina, duco;
Incolumes artus, nullisque doloribus actos
Multum demirans, solis considero cursum.
Ecce ubi circuitu ducto caput abdidit undis
Noctis opaca ferens, febris cum sole recedit.
O me felicem (exclamo), jam luce peracta.
Nulla, die solita, siquidem nunc tormina sensi :
Auspicium felix, felix precor exitus instet.

Auctor commemorat singulare beneficium,

quod in prioratu seu Monasterio in Fania febricitans S. Dodonis *precibus a Deo acceperat.*

Ancipiti

A Ancipiti verum quatiuntur membra pavore
(Quamvis felici fueram jam sorte beatus)
Errorumque duces umbras, comitesque dolorum,
Suspectasque vices habeo Phæbi atque Sororis :
Omnia tuta timens, metuo ne erratica febris
Noverit in noctem tenebrosam vertere lucem.
Spemque metumque inter compono membra [quieti;
Auroram lucisque tremens expecto sequentis.
En placidum somnum fratris fert æmula Phæbe :
Quem dolor emensis aliquot subtraxerat ingens
Mensibus, insomnes compellens ducere noctes :
Diluxitque dies oculis en altera sospes ;
Artubus ac remanent vestigia nulla dolorum ;
Tempore non posthac ullo, non mense laborans,
Incolumi subito reparata in corpore membra
Experior, naturæ et robora pristina firmæ.
Quis nisi mentis inops hoc Dodonis mihi munus
Abneget esse datum prece, concessumque favore?
Nam medicis constans una est sententia cunctis,
Quod quartana febris nullis medicabilis herbis,
Nullis dumtaxat mediis possitve remitti
Humanis : ipsam superum virtute resolvi,
Arbitrioque Dei evanescere tempore certo,
B Omnes unanimi consensu et voce fatentur.
Murmuret insipiens, fremat hic vesanus, et [excors
Hæreticus, cineres sacros qui respuit amens ;
Nosque Deo summas sanctorum in nomine grates ex mss.
Fundamus, qui cælicolum conscribier albo
Poscimus : atque Patri referamus luminis omne
Acceptum munus, sanctis mediantibus, alto
Credentes cælo deferri munera quævis :
Munícipesque poli veneremur et ossa colamus,
Atque Dei vivi memoremus templa fuisse.
Laudemus patres nostros, sanctosque tetrar- [chas :
Qui licet in sedes se dissecuere quaternas *b* ; *b*
Divino ut patulum satiarent semine mundum
Una jam resident stellantis in ætheris arce,
Omnibus auxilium præsens adferre parati.
Ergo, Pater Dodo, dono me sospite dotans,
Incolumi mentem implora cum corpore sanam ;
Tuque memor nostri, fac nos oblivio summi
Nulla Dei rapiat : sed mente et corpore sani,
Venerit ut nobis præsentis terminus ævi.

ANNOTATA.

a *Vide de hac scriptione Bontempii Commentarium prævium, num.* 6.

b *In Sancta Tetrarchia, qui libri titulus est, celebrantur SS. Landelinus, Ursmarus,* E *Erminus et* Dodo. *Primi reliquiæ servabantur Crispinii, secundi Binchii, tertii Lobiis et quarti in Monasterio in Fania.*

DE S. LEODARDO, CONFESSORE

SUESSIONE IN GALLIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

R. D. B.

§ I. S. Leodardi cultus et Acta.

ANTE SÆCULUM IX. S. Leodardi *cultus*

C Celeberrimum totius Galliæ nobilium sanctimonialium regale monasterium apud Suessiones ab intemerata Deipara virgine nuncupatum, multis utriusque sexus sanctis inclytum, non semel in hoc opere memorandum fuit (1). *Hæc scribebat decessor noster J. B. Sollerius, S. Sigradæ viduæ, quæ in monasterio B. Mariæ Virginis Suessionensi diem obierat, gesta illustrans. Verum illud cœnobium, cujus historiam seu potius laudes Michael Germain, Congregationis S. Mauri sodalis, conscripsit quodque sæculo* VII *exordia sumpserat, neque ab ipsis Calvinianis sæculo* XVI *detrimentum erat passum, a perturbatoribus rerum civilium atque religiosarum anni* 1791 *stativis præsidiis militaribus adaptatum fuit. In his septis a temporibus remotissimis celebrabatur ad diem* 28 *octobris* S. Leodardi, (*qui et* Leothardus, Leudardus *et* Ludardus,) *natalis, quemadmodum colligimus ex Breviario diœceseos Suessionensis anni* 1743, *ubi postquam gesta S. Faronis ad eamdem diem celebrata essent, dicitur :* Eodem die colitur memoria S. Ludardi, qui in Litaniis publicis jam ante Caroli Magni tempora invocabatur, cujusque nomen ad quintum calendas novembris a pluribus sæculis inscriptum reperitur in Martyrologio cœnobii beatæ Mariæ Virginis Suessionensis, ubi ipsius reliquiæ religiose asservantur : *dein indubium est* S. Leodardum F *jam sæculo* VIII *cultu publico fuisse cohonestatum : nam ejus nomen occurrit in Litaniis sanctorum, quas Mabillonius vocat* Carolinas, *tum quia tempore Caroli Magni recitabantur ; (in iis quippe oratur pro Hadriano papa, Karolo Magno ejusque filiis utroque Pippino, Karolo, Ludovico atque regina Fastrada :) tum etiam quia demonstrari nequit ullum ex sanctis, quorum ibi fit memoria, post Hadrianum papam, qui anno* 795 *obiit, vixisse : quin potius ii omnes, quorum Acta cognita sunt, sæculo* IX *sunt antiquiores. Adde quod Mabillonius* conjecturam habuit *illas litanias* in parthenone Beatæ Mariæ apud Suessionensis fuisse scriptas, non solum quia sanctos, ejus urbis episcopos, Bantaridum et Drauscium, celebrent hæ litaniæ, sed maxime quia sanctos Vodoalum et Leodardum ; quorum ille reclusus, hic pistor in eodem cœnobio vixit ante sæculum nonum. Et tamen has litanias ex Ms. codice

(1) Acta SS. tom. I Augusti, pag. 353.

Vesontionensi

AUCTORE R. D. B.

Vesontionensi excepit, atque Acherio nostro transmisit vir doctus ac religiosus Petrus Franciscus Chiffletius Societatis Jesu (1).

Acta et Acta.

2 *Acta antiqua* S. Leodardi *desideramus : neque spes, ut aliquanda ad nos perveniant, ulla affulget, quum vir eruditus Michael Germain archivium locupletissimum monasterii B. Mariæ Virginis, quod a decem circiter sæculis intacte servabatur, diligenter perscrutatus, scribere non dubitaverit sese nihil de* S. Leodardo *præter scripta quædam recentiora detexisse* (2). *Neque operæ pepercit Papebrochius ut sibi de* S. Leodardo *compararet documenta, literas dans ad Hippolytum Vroyer et Joannem Garnier, Societatis Jesu sodales; quorum investigationes omni caruere successu. Feliciter tamen ei contigit, ut Ludovicus Nicquet, bibliothecarius Cælestinorum Suessionensium, quem etiam per epistolam adierat, lectiones antiqui breviarii, olim in* S. Leodardi *honorem recitatas, cum eo communicaverit. Quibus non contentus, ego quoque ad plures viros eruditione insignes, eosque valde benevolos, epistolas dedi,* B *ut, siquæ forsan monumenta recentius delecta essent, significare vellent; frustra : nullus eorum aliquod antiquum de* S. Leodardo *instrumentum indicare potuit.*

§ II. S. Leodardi nomen, patria, conditio, mors, miracula, sepultura et reliquiæ.

Patria et nomen S. Leodardi,

Natus est S. Leodardus *Suessione in Gallia : ita legitur in ejus Actis; sed qua gente, Gallo-Romana an Francica, omnino ibi siletur.* Leodardi *quidem nomen Francicæ seu Germanicæ stirpis esse patet : verum quum non multo post occupatas a Francis Gallias, aliquando ipsi servi aliique gallicæ seu romanæ nationis homines nominibus Francicis seu Germanicis appellarentur* (3), *suspicari quidem, nequaquam scire possumus qua* C *gente nati fuerint beatissimi viri progenitores. Vix autem est quod moneam* Leodardi *nomen ex duobus vocabulis, non coalitis, sed juxtapositis constare :* Lud, Hlud, Lod, Clod *seu* Chlod, *quo* populus *designatur, seu consanguineo* Liudi, Liuti, Leodi, Ludi, *etc., quo* homines *significantur; et* art, *cujus significatio obscurior accedit ad theotiscum* aerd, *quod est* indoles (4), *et respondet fere finalitati latinæ* osus.

qui non fuit monachus monasterii B. Mariæ Suessione.

4 *Cum autem* S. Leodardus, *qui ante sæculum* IX *floruit, in monasterio puellarum B. Mariæ Virginis Suessionensi degerit, quæri potest num et ipse fuerit monachus. Dubitandi quidem locus est : sanctus enim Drauscius, episcopus Suessionensis et monasterii B. Mariæ Virginis fundator, in ejusdem privilegio laudat viros ibi* Deum timentes, qui construxerunt regulam et cursum *(cantum ec-* D *clesiasticum)* sancti Benedicti (5) : *dein scriptor anonymus, circa annum* 700 *referens translationem corporis S. Drauscii ex monasterio apud S. Vedastum trans Axonam*,* * Aisne *ubi primo moniales sederant, ad palatium Ebroini quod in monasterium erat conversum, ait :* Ceterum ordinatis omnibus ad præfatum locum pertinentibus, religiosorum concio MONACHORUM, pudicissimarumque chorus virginum, simul autem et confluа TURBA virorum ac mulierum circumquaque degentium, convenientes devote ad S. Drauscii tumulum tamquam ad tantum spectaculum, tulerunt ejus sanctissimum corpusculum, et cum honore debito et veneratione celeberrima, in absida præfatæ basilicæ deposuerunt (6) : *præterea S. Leodegarius in epistola ad matrem suam S. Sigradam, quæ postea in monasterio puellarum Suessionensi animam pie posuit, ejus felicitatem extollens, ait :* Qualiter in præsentem vitam te Dominus remuneraverit audi et ausculta : pro obsequio famulorum, dedit tibi omnes FRATRES suos, qui quotidie pro te orant : pro servitio ancillarum dedit tibi sorores sanctas, quarum E consortio frueris, *etc.* (7). *Neque sæculo* IX *hunc statum personarum fuisse mutatum testatur in Expositione psalmi* XLIV *S. Paschasius Ratbertus, scriptor sæculi* IX, *qui inter monachos Suessionenses monasterii B. Mariæ Virginis tirocinium suum posuit* (8). *Verum hos inter monachos non fuisse cooptatum* S. Leodardum, *ex eo colligimus quod post felicem suum obitum neque in cœmeterio neque in basilica monasterii, sed in basilica S. Martini extra urbem sepulturam nactus est. Haud dicatur tunc temporis nondum omnino in desuetudinem abiisse legem Theodosii, qua vetabantur mortui in urbibus sepeliri* (9); *ac proin facile intelligi quo pacto* S. Leodardus *non fuerit sepulturæ datus in ipso monasterio, quum hoc inter urbis mœnia jaceret. Ast res non ita sese habuit; nam, etiam postquam Ebroinus monasterium B. Mariæ Virginis, quod primo ad S. Vedasti basilicam extra urbem erat constructum, brevi post S. Drauscii mortem intra mœnia transtulisset, perrexerunt monachi suos intra ecclesiam sepelire. Hinc* F *S. Vodalus, monachus aut inclusus monasterii B. Mariæ Virginis, qui, quum mortuus esset anno circiter* 700, in basilica almæ Cruci dicata, ad sinistram partem, honorifice humatus fuit (10). *Basilica autem S. Crucis Suessionensis intra monasterii S. Mariæ septa situm erat. Et quidem mos sepeliendi in basilica S. Crucis mortuos sæculo nono nondum in desuetudinem ierat; nam tunc temporis scribebat Paschasius Ratbertus ad hujus monasterii moniales :* Locus, *vobis est,* quo conduntur ossa post finem vitæ, a majoribus olim dedicatus est in honore Sanctæ Crucis, quatenus membra, quæ tulerunt crucem longe diuque Christi in angariam, ibi requiescant humata, ac si acervus tritici, vallata liliis, ubi triumphus ejusdem sanctæ Crucis et honor attollitur (11).

(1) Analecta vetera, pag. 170 et seq. edit. 1723. — (2) Histoire de Notre-Dame de Soissons, pag. 299. — (3) Jornandes, De rebus Geticis, cap. IX, apud Muratori, Rerum Italicarum scriptores, tom. I, pag. 196; Guérard, Polyptique d'Irminon, cap. VI, § 214, tom. I, pag. 420. — (4) Wiarda, Ueber deutsche vornamen und geslechtsnamen, pag. 51. — (5) Histoire de l'abbaye de Notre-Dame, Preuves, pag. 422. — (6) Acta SS. Martii, tom. I, pag. 409. — (7) Ibid. tom I. Aug. pag. 409. — (8) Paschasii Ratberti Opp. col. 995, edit. Migne. — (9) Codex Theodosianus Gothofredi, tit. 17, pag. 159. — (10) Acta SS. tom. I. Febr. pag. 692. — (11) Paschasius Ratbertus, Expos. in psalmum XLIV, col. 1028.

5 *Ex*

neque oblatus, sed pistor

5 *Ex his, quæ modo disputavimus, liquidum est* S. Leodardum *inter monachos non fuisse adscriptum. Potest et addi neque eum fuisse* oblatum, *cum hujus generis hominum nuspiam in monasteriis sæculi* VIII *vestigium reperiatur* (1). *Verum, si fides adhibeatur ecclesiæ Suessionensis traditioni, necnon picturis, quæ olim ecclesiam monasterii B. Mariæ Virginis ornabant, atque lectionibus a Ludovico Nicquet cum Papebrochio olim communicatis; si præterea cogitetur ad finem usque sæculi proxime præterlapsi clibanum, quo usus erat* S. Leodardus, *a Suessionensibus religiose fuisse servatum, nemo negabit beatissimum virum munere pistoris apud sanctimoniales B. Mariæ Virginis functum esse. Quod si quis nobis opponit S. Isidorum in regula* 19 *dicentem :* Monachi panem sibi propriis manibus ipsi faciant (2) ; *vel etiam in Vita S. Samsonis monachi* (3) *hæc legi :* Frater autem ejusdem presbyteri, vicissentibus se per ordinem ceteris monachis hujus monasterii, pistor effectus : *et in Vita S. Austrebertæ* (4) : Erat consuetudo, ut vicissim a sororibus coquerentur
B panes ; *tandem addi ab Edmundo Martene* (5) : Communiter tamen id munus uni alicui *ex monachis* fuisse commissum, *respondemus in S. Isidori regula subjungi relatis verbis :* Porro pro hospitibus et infirmis laici faciant panes ; *adeoque* S. Leodardo *provinciam coquendi panes pro hospitibus et infirmis fuisse commissam ; atque idcirco necesse non fuisse ut (quemadmodum ex ejus Vita sequi videatur) in adimplendo hoc munere ab ullo homine adjuvaretur : cui labori fuisset prorsus impar, si pro toto monasterio, utpote numerosissimo, conficiendi ei fuissent panes.*

et famulus.

6 *Itaque fuit* S. Leodardus *famulus perpetuus monasterii B. Mariæ Virginis. Quapropter in brevi ejus Vita hæc occurrunt :* Hujus (Leodardi) proinde sanctitatis fama effecit ut postmodum a virginibus cœnobii, divæ Mariæ dicati, ad artis *(pistoriæ)* exercitium expeteretur. Accepta igitur conditione, Leudardus injunctum sibi officium quanta potuit fidelitate peregit : *dein infra legitur ad ultimum usque diem in famulatu permansisse. Quibus verbis quoque innuitur* S. Leodardum, *licet plebejo,*
C *non tamen servili genere fuisse progenitum, ac libere et sponte famulatum suscepisse. Nec id adeo rarum erat : nam, quemadmodum in Vita S. Desiderii Autissiodorensis pag.* 360 *hujus tomi dicebamus,* sæpe sæpius accidebat ut qui essent ingenui et ab omni servitute liberi instanter rogarent non ex pietate in Deum, sed quo melius corpori consulerent, inter servos alicujus vel monasterii vel ecclesiæ adscribi. *Cujus rei plura documenta historica suppeditant Guérard* (6), *Miræus* (7) *aliique.*

Ejus mors, miracula, sepultura et reliquiæ.

7 *Qua in conditione multos transegit* S. Leodardus *annos : nam in lectione* VIII *dicitur :* Leudardus, cum plures eo in monasterio annos exegisset, virtute pariter ac senio provectus, mortem oppetiit : *et additur* sepultus esse in S. Martini basilica, in qua nimirum sacris baptismatis undis fuerat lustratus. *Inde, cum crebris miraculis Deus servi sui sanctitatem palam faceret, ejus exuviæ ad ecclesiam puellarum B. Mariæ Virginis magna cum pompa (nescitur quo tempore) fuere translatæ. Quæ sancta lipsana ibidem venerati sunt Suessionenses, donec tandem perturbatores exeuntis sæculi* XVIII, *omnia sancta pede calcantes, impiam suam rabiem in ecclesiam monasterii B. Mariæ Virginis verterunt.*

AUCTORE R. D. B.

VITA S. LEODARDI

Ex antiquo Breviario Suessionensi.

S. Leodardus, pistor Suessionibus

LECTIO V. Leudardus, Suessione plebejo genere ortus, natalium obscuritatem virtutum fulgore ac eximio cælestium rerum affectu postea illustravit. Adolescens quippe factus pistoriam complexus est artem ; quam cum præstanti industria exerceret, miroque interim in superos amore flagraret ; omnibus admirationi esse cœpit. Stupebant quippe in viro, divinarum humanarumque literarum peritiam minime exculto, E
insignem pietatem, cum eximia morum suavitate ac animi modestia conjunctam. Hujus proinde sanctitatis fama effecit, ut postmodum a virginibus cœnobii divæ Mariæ dicati ad artis exercitium expeteretur.

in monasterio B. Mariæ Virginis,

2 LECTIO VI. Accepta igitur conditione, Leudardus injunctum sibi officium quanta potuit obsequii fidelitate peregit ; ac monasterii communem utilitatem propriæ semper anteposuit, inane existimans quidquid in terris perituræ substantiæ comparatur. Neque vero moniales solo manuum labore juvit, sed et illis atque adeo omnibus, ne per vitiorum abrupta præcipites irent, potius divinam rectitudinem æmularentur, bonorum operum exemplo præluxit. Sic erat orationi deditus, ut ab illa vix commissi sibi muneris necessitate posset abduci. Et interdum matutinis horis, quo tempore incoctos panes in clibanum mitti oportebat, campanæ sonitu significata missarum celebratione, tanto ad ecclesiam properandi desiderio tenebatur, ut genibus coram Deiparæ virginis imagine suppliciter flexis, illi pistoriæ occupationis curam commendaret, precareturque ut interim, dum F
sacris intenderet, angelorum ministerio vices suas vellet obire.

ubi vivens miraculis claruit,

3 LECTIO VII. Quæ candidi animi fiducia nequaquam irrita excidebat. Ipso etenim recedente, mox virgo ipsa angelicis stipata choris aderat, viri illi[us] opus perfectura, suisque et beatorum spirituum manibus panes clibano indebat. Hoc tam insigne miraculum, sciolis nostri seculi criticis vix credibile, obsoleta pictura, ipsius panificæ officinæ parietibus impressa, declarat. Illic quoque adhuc clibanus ipse beati Leudardi vulgo dictus extat, lateritio pavimento stratus, cujus capacitas seu crassities habetur admirationi.

obiit et in S. Martini basilica sepultus est.

4 LECTIO VIII. Cæterum Leudardus cum plures eo in monasterio annos exegisset, virtute pariter ac senio provectus mortem oppetiit, sepultusque est in sancti Martini parochiali basi-

(1) Mabillonius, Acta SS. Ordinis S. Benedicti, Sæc. VI, part. II, § XI. — (2) Regula S. Isidori Hispal. cap. 19 ; apud Holstenium, tom. II, pag. 196, edit. Brockie. — (3) Acta SS. Ordinis S. Benedicti, Sæc. I, pag. 170. — (4) Ibid. Sæc. III, part. I, pag. 38. — (5) Commentarius in regulam S. Benedicti, cap. XLVI, pag. 864 et seq. — (6) Polyptique d'Irminon, tom. I, pag. 286 ; tom. II, pag. 287 et seq. — (7) Miræus. Donat. Belg. Opera diplom. tom. I, pag. 348, edit. Foppens.

A lica, quæ tunc temporis extra civitatis muros condita erat, in qua nimirum sacri baptismatis unda fuerat lustratus. Accidit autem, universorum domino crebris postea miraculis ejus vitæ sanctitatem beatitudinemque testante, ut veneration i esse inciperet. Quapropter, episcopo consentiente, sacrum illius corpus e tumulo sublatum, cum honore debito in Deiparæ virginis ecclesiam translatum fuit, ac quo decebat feretro impositum; caput autem anno post Christum millesimo circiterque trecentesimo in argentea theca reconditum, in qua et hodie asservatur. D

DE S. NEOPHYTO, EPISCOPO ET MARTYRE

URBNISSII IN GEORGIA

H. M.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§ I. Georgiæ conditio civilis et ecclesiastica; orthodoxia sæculo septimo.

CIRCA ANNUM DCLX. *Georgiæ diu Europæis incognitæ, hoc fere sæculo revelatæ*

Quum Iberorum Asianorum seu Georgianorum historia ad hoc usque sæculum in Europa occidentali fere omni ex parte incognita, a triginta circiter annis opera potissimum Brossetii paulatim revelata fuerit, atque insuper ejusdem gentis fasti sacri, e fontibus slavicis deprompti, curis Joannis Martinovii in Anno Græco-Slavico in nostram tandem cognitionem ante hos tres annos devenerint, jam musæi Bollandiani alumnis licet novam sibi assumere provinciam, deinceps gnaviter explorandam, et ecclesiæ orientalis historiæ novas paginas, martyrum præsertim inter Persarum et Saracenorum vexationes laudibus refertas, adjicere conceditur. Sane, in præsenti volumine nondum poterimus inedita documenta afferre, at certe pro more et instituto nostro edita monumenta in plurium notitiam deducere, eaque, quoad ejus fieri poterit, luce nova circumfundere satagemus. Quoniam autem hodie primum post tomi XI *octobris editionem nomen alicujus sancti apud Georgianos culti in Anno Græco-Slavico invenimus, antequam de* S. Neophyti, *episcopi Urbnissii et martyris, vita disseramus, pauca præmittemus de Georgiæ tum civili, tum ecclesiastica conditione, his temporibus quibus sanctus ille martyr egregio pro Christi fide certamine claruit.* C

breviter, ad sæculum usque septimum exponitur historia civilis: bella cum Persis, qui per sæculi sexti majorem partem ei dominati sunt;

2 *Iberiæ nomine antiqui, Georgiæ autem recentiores has regiones complectuntur quæ a Caucaso meridiem versus, inter Caspium mare et Pontum Euxinum, ad Araratensium montium usque juga porriguntur, profundeque depressis vallibus, quarum præcipuam flumen Cyrus alluit, fere continetur* (1). *Segetum omniumque frugum feracissimæ terræ; incolæ, artes pacis nimium spernentes, reique militari primas jam diu deferentes, hoc tamen nomine laudandi quod fidei christianæ semper fuerint tenacissimi, licet summa divinarum rerum ignorantia laborent, ac Deum exteriore potius religione quam interiore animi habitu colere studeant* (2). *Ad Christum autem conversi sunt Georgiani, ineunte sæculo* IV, *sub rege Mirian, ex stirpe Khosroidarum seu Sassanidarum, quæ, duobus Bagratidarum exceptis regnis, Georgiam ab anno* 265 *ad* 786 *obtinuit* (3). *Historiam hujus conversionis nativa veritatis specie quinquaginta fere annis post Rufino enarravit princeps quidam Georgianus, nomine Bacurius* (4), *sed, decursu temporis, apud Georgianos om nimodis exornata est portentis* (5) *et adeo non in melius mutata, ut si forte fortuna testimonium Rufini omni exceptione majus periisset, vix aliquam fidem Georgianorum annalibus præstaremus. Verum de his alibi agendum erit. Postquam christianæ doctrinæ adhærendo, se a Persis separarunt Georgiani, continua cum eis exercuere bella, quibus religionum discrepantia perinde ac dominandi cupido inter populos finitimos natura ipsa flagrans, causas omni tempore suppeditarunt. Quoties Persæ superiores e præliis discesserant, rerumque in Georgia potiti erant, non tantum tributa exigebant a victis* (6), *sed et magorum placita ubique conabantur spargere* (7); *plerumque tamen vi parcebant, quoniam nimis altas radices in Georgianorum animis egerat christiana fides, quam ut sperarent, absque propriæ auctoritatis damno, invitos ad ignis cultum cogere* (8). *Ut autem in universum de statu Georgiæ lector judicet, sufficiat hic adjecisse per majorem partem sæculi* VI *hanc regionem vectigalem Persis fuisse* (9), *atque iterum sæculo sequenti post Mauritii necem, usque ad Heraclii tempora, Persis etiam omnino paruisse* (10). F

societas cum Græcis, præ-

3 *Bella contra Armenos, aut contra septentrionales populos gesta hic non attinet per-*

(1) Cfr Güldenstädts Beschreibung der Kauk. Länder, Berlin 1834, pag. 1 et seqq.; Allg. Encyklopädie von Ersch und Gruber, tom. 60; Malte-Brun, Géogr. universelle, Paris 1851, tom. II, pag. 169 et seqq. etc.—(2) Procop. de Bello Persico, pag. 33, ed. Par. Galanus, Conciliatio Eccl. Arm. tom. I, pag. 130 et seqq.; Tournefort, Relation, tom. III, pag. 175, etc. — (3) Histoire de la Géorgie, trad. par Brosset, St. Pétersbourg 1849-58, tom. II, 1e livraison, table généal. pag. 620 seqq. — (4) Rufin, lib. X (aut I post Eusebium). cap. 10. — (5) Brosset, op. cit. tom. I, pag. 90 et seqq.; Etudes Religieuses, par des Pères de la C. de J. Nouv. série, tom. X, pag. 222. — (6) Cfr Brosset, tom. I, pag. 141 et 143. — (7) Ibid. pag. 144, 148, 202. — (8) Ibid. pag. 143, 202; cfr contra, pag. 144. — (9) Cfr ibid. pag. 226, note 6. — (10) Ibid. tom. I, pag. 224 et seqq.

stringere,

sertim sub finem sæculi sexti et initio septimi.

stringere, quia ea tantum quæ ad universam quamdam Georgianæ historiæ notitiam conferunt, breviter attingimus, cæteris pro nostro proposito dimissis. Sed quæ cum Græcis intercessit societas, majoris est momenti. Græci igitur, sæculo VI, *Georgianorum regionem, a meridie ipsis, ob interjectam Armeniam et Persidis provincias, inaccessam, ad occidentem attingebant, siquidem Lazi, Georgianis sanguine conjuncti et incolentes illum terræ tractum qui Georgiam a Ponto dividit, cum Græcis fœdus inierant, ipsisque aditum ad Georgiam indeque ad Persas patefaciebant* (1). *Magnam ideo partem habuerunt Græci in rebus Georgianorum sub finem sæculi* VI *et initium* VII. *Post mortem regis Bacurii III, interregnum factum est viginti forsan annorum* (2), *atque hoc tempore a rege Persarum callide concessa magnatibus amplior potestas et jus hæreditarium a sui principis arbitrio solutum, adeo ut regimini feudali deinceps adstricta fuerit Georgia. Imperator autem Mauritius circa annum* 593, *debellatis Persis contra Chosroem rebel-*
B *libus, Georgiam a Persidis jugo liberam fore impetravit, eique regioni Guramum quemdam Bagratidam, curopalatæ auctum nomine, regem dedit. Verum cum Eristhaworum (ita Georgiane magnates vocant) potestas imminuta non fuisset, Stephanus I Gurami filius regis nomen assumere non ausus est, seque magnatum seu Eristhaworum tantum dixit ducem. Qui cum Persis adhæsisset, Græcorumque, quippe qui longe distabant, civilibusque tenebantur discordiis et exterioribus bellis sub Phoca et Heraclio, amicitiam respuisset, ab Heraclio devictus, atque e solio dejectus est, juxta Georgianorum Annales, quibus in universum satis consentiunt quæ Byzantinorum libri de Heraclii expeditionibus ab anno* 622 *ad* 629 *enarrant* (3). *Chronologiam tamen a Wakhouschto his Annalibus adjectam licet non admittam, disputare tamen nolim, quoniam ad exponendam Georgiæ conditionem sæculo quo passus est* S. Neophytus *hujus generis quæstio prorsus inutilis est. Stephano illi subrogavit Heraclius Bacurii filium Adernesen, qui post patris mor-*
C *tem, in montibus Kacheti provinciæ ad orientem dominatus erat. Stephanus II, Bacurii filius, in Georgia summum principatum habebat, quando Saraceni has regiones invaserunt, quo tempore floruit* S. Neophytus. *Cæterum difficultates tum chronologicæ, tum historicæ, quæ propius martyrem Georgianum spectant infra discutientur.*

Ecclesia Georgiana Antiochenæ subdita fuit jam inde a sæculo IV;

4 *Quo autem plenior sit Georgiæ notitia, atque ita* S. Neophyti *gesta facilius intelligantur, oportet ut de conditione et regimine ecclesiæ in Georgia breviter disseramus. Atque in primis certum est ecclesiam Georgianam, circa tempora concilii Nicæni natam, ad patriarchatum Antiochenum pertinuisse, juxta disciplinam quæ canone sexto hujus concilii confirmata est. At præterea, ineunte sæculo* IV, *ab Antiochia primum venisse in Georgiam episcopum, ad hoc tempus Georgianis persuasum est, quamquam hac de re silent Annales a Wakhtango VI in unum corpus redacti et a Brossetio translati* (4). *Testimonia quidem quæ hanc opinionem comprobent nulla nobis suppetunt ex temporibus sæculo nono anterioribus, sed sat multa dein reperiuntur apud auctores etiam Græcos ut temere dicatur agere qui eam inficias iverit. Etenim in ea Annalium parte, quæ vitam gloriosi regis Wakhtangi I enarrat, et quæ sæculo* IX *scripta fertur* (5), *sæculo certe* XIV *antiquior, legimus exeunte sæculo* V *a Constantinopolitano patriarcha, ad Antiochenum hæc verba data fuisse :* Ab initio conversionis Georgiæ, per mulierem quamdam Romanam Nino nomine, hinc ad vos primus Georgiæ episcopus missus est, propter bella Persas inter et Græcos, quæ impedimento fuerunt ne res ad leges ecclesiasticas ageretur. Novimus etenim Georgiam, Orientem et Septentrionem sub hujus sedis esse potestate, prout in Evangelio uniuscujusque jura declararunt apostoli..... Sacrate igitur quamprimum duos illos quos rex Georgiæ requirit et undecim alios, vestro arbitrio electos. E Hinc ad nos veniant, ut gratiam aliquam etiam omniaque necessaria eis concedamus.

AUCTORE H. M.

neque unquam jure ad Cpolitanam sedem pertinuit, ut nonnulli aiunt,

5 *Epistolam spuriam esse, quæ ponat initio sæculi* IV *juxta leges ecclesiasticas, imo apostolicas, ad Constantinopolitanam sedem jure pertinuisse Georgiam, nemo dubitabit, attamen inde demonstratur optime opinio antiquitus animis Georgianorum insita. Scripta sunt enim, quando eo propensiores fuissent Georgiani ad negandam antiquam ecclesiæ Antiochenæ auctoritatem, quo firmius patriarchæ Constantinopolitano tunc esse parendum apud omnes in confesso erat, nisi omni præoccupatione aut errore fortior memoria prævaluisset. Similia habet epitome Annalium armenice sæculo* XIV *conscripta* (6). *Hanc servarunt opinionem sæculo* XVIII *Wakhtangus VI, Annalium Georgianorum parens, et ejus filius Wakhouscht, qui operi paterno ultimam admovit manum, David princeps novissimi Georgiæ regis filius, Antonius Georgiæ catholicus, patriarcha quidam Hierosolymitanus, quorum omnium verba invenire est apud Brossetium* (7). *In his profecto nihil a vero* F *abhorret, licet antiquiores desideremus testes. Verum difficultates nobis facessunt quæ de Cpolitanæ sedis auctoritate tradunt Annales Georgianorum, atque insuper Armenorum auctorum de catholico Georgiæ doctrina. Quid enim sibi volunt hæc verba, in patriarchæ Constantinopolitani ore posita? Hæc auctoritas ab ipso vindicata, ac tandem remissi ad Antiochenum patriarcham Georgianorum legati? Si fides Annalibus præstatur, rex Wakhtangus I, quo tandem religionem christianam in suo regno firmius stabiliret, catholicum, seu metropolitam, et episcopos duodecim a patriarcha Cpolitano petivit. Hic autem, nescio qua humanitate, legatos Georgianos ad patriarcham Antiochenum, litteris supra allatis, benigne remisit* (8). *Cum tota Wakh-*

(1) Stritter, Memoriæ populorum, tom. IV, a pag. 27, et Byzantinos, Procopium de Bellis, Agathiam, apud eum. Brosset, Additions à l'histoire de la Géorgie, pag. 83 et seqq. — (2) Brosset, tom. I, pag. 215 et 216 et not. 1. — (3) De his omnibus cfr Lebeau, Histoire du Bas-Empire, éd. Saint-Martin, tom. X et XI, passim; Brosset, tom. I, pag. 221 et seqq. — (4) Brosset, tom. I, pag. 118 et 119, cum nota 3, pag. 118. Cfr Introduction, pag. 1 et seq. — (5) Ibid. pag. 256, cum nota. Cfr Introduction, pag. XVI, XVII. — (6) Ibid. Additions à la 1e partie, pag. 43. — (7) Tom. I, pag. 118, nota 3. — (8) Ibid. pag. 168, 176, 191 et seqq.

tangi

AUCTORE H M.

tangi vita fabulis certe plena sit, ancipites hæreremus, ni nobis auxilio foret Theodori Balsamonis locus quidam insignis, qui aliis testimoniis, quæ mox illustrabimus, egregie confirmatur.

quorum opinio multis testimoniis, etiam Græcorum, refellitur,

6 *Postquam enim, ad canonem* II *concilii Cpolitani primi, Iberiam esse* autocephalam *scripserat, privilegii occasionem tradit :* Dicitur tempore sanctissimi patriarchæ divinæ civitatis magnæ Antiochiæ, domini Petri, decretum esse synodica ordinatione, οἰκονομία συνοδική, liberam et autocephalam fore ecclesiam Iberiæ, quæ tunc patriarchæ Antiocheno subjacebat (1). *Sæculo* XI *ad Rogerium Siciliæ regem scribebat Nilus Doxopatrius archimandrita antiquitus in Iberiam missum fuisse catholicum a patriarcha Antiocheno* (2), *suo autem tempore hanc regionem throno Cpolitano obnoxiam esse* (3). *Id temporis Antiocheni, patrum haud scio an memoria, contendebant, teste Georgiano quodam auctore coævo, ad patriarchatum suum pertinere Georgiam* (4). *His consonat Eliæ metropolitæ Damasceni tabula quæ* Episcopum Georgianorum *subditis catho-*
B *lici Nestoriani annumerat* (5), *et titulus patriarchæ Iberiæ quem patriarcha Antiochenus adhuc sibi vindicat, teste Platone Joceliano* (6). *Eodem modo, circa annum* 1470, *Michael Antiochenus patriarcha, diplomate quo Imeretiæ seu Georgiæ occidentali proprium catholicum concedit, asserit sibi patuisse, post diligentem veterum consuetudinum excussionem a Georgianis institutam, catholicos Georgiæ a patriarchis Antiochenis sacratos semper fuisse* (7).

et ipsis Georgianorum Annalibus adversatur

7 *His auctoritatibus fretus, veritati adversari puto loca Annalium Georgianorum, quibus ante sæculum octavum, forsan ante undecimum, Cpolitanæ sedi subjectam fuisse Georgiam asseveretur. Cæterum plerumque e solo contextu historiæ levi negotio refelluntur. Quæ enim de Cpolitana auctoritate dicuntur, manifeste cæteris adjunctis repugnant, ut in illa absona fabula* (8) *legatorum Antiochiam Cpoli missorum cuivis legenti apparebit. Contra vero opera ecclesiæ Antiochenæ in firmandis aut regendis Georgianis sæpius deprehenditur. Circa medium sæculum* VI,
C *regnante Pharsmano VI, tredecim monachi in Georgiana historia percelebres, Mesopotamia profecti, Georgiam sancta vita illustrarunt, eam in fide multum corroborarunt atque ita novo beneficio Antiochenæ ecclesiæ Georgianam obstrinxerunt* (9). *Demum patriarchæ Antiocheno Theophylacto acceptum refertur, quod catholici Georgiæ, itinere Saracenorum armis obsito, deinceps a suæ provinciæ episcopis ordinari possent, contra legem ecclesiasticam quæ metropolitanorum ordinationem patriarchæ juribus accenset* (10). *Quamvis autem hoc loco, quem jure merito interpolatum censet Brossetius, non magis quam in cæteris Annalium partibus, Chronologia Wakhouschti omnino defendi valeat, Theophylactum enim patriarcham sesquisæculo ante tempus commemorat, nihil est quod pro-* D *hibeat ne rei ipsius summam, aliis historiæ documentis optime cohærentis, ut veram agnoscamus. Alio in loco eorumdem Annalium, contra fidem omnem, asseritur a concilio* VI *patriarchalia jura metropolitæ Georgiæ concessa fuisse* (11). *Iterum hic sapienter notat Brossetius totam pericopen textui intrusam fuisse.*

Sed paulatim ut in cæteras orientis ecclesias, ita et in Georgianam potestatis suæ fines protulit.

8 *Placet igitur, ut hucusque dicta paucis complectamur, Georgianorum vetus opinio Antiochia primum episcopum venisse, quo factum est ut Georgia, quæ, ad Concilii Chalcedonensis canonem* XXVIII, *ad Cpolitanum patriarchatum pertinuisset, a matre Ecclesia non separaretur eique fidelis permanserit, donec tandem, interclusis itineribus, et quasi dissoluta Antiochenæ Ecclesiæ auctoritate, propter Nestorianismum et continuo crescentem patriarchæ Cpolitani potestatem, Græcis Byzantinis omnino adhæserit. Hanc sane mutationem inducebat inter populos parum doctos, concilii œcumenici prolata auctoritas, et rerum conditio politica, quæ Græcos et Geor-* E *gianos, contra Saracenorum et Turcarum aggressiones, socios necessario fecit. Quum ergo jura sua vindicarunt Cpolitani patriarchæ, nihil haud dubio morati sunt Georgiani quominus eis morem gererent* (12). *Toto autem tempore quo Georgiani Antiochenis subditi fuerunt, ler aliquantum mutata est prioris ecclesiæ facies. Primo enim nonnisi episcopum habuerunt, cujus forsan ordinatio Armeno metropolitano, ut postea videbitur, commissa fuerat. Dein, regente Antiochenam ecclesiam Petro Fullone, quod est, inter annum* 471 *et annum* 488, *metropolita proprius datus est Georgiæ, ita ut provincia efficeretur. Tandem sæculo* VIII, *sub Theophylacto patriarcha, statutum est catholicum Georgiæ in posterum exemptum iri a lege, qua Antiochiæ initiari jubebatur. Quo facto, sui juris fiebat ecclesia Georgiæ, nomine dumtaxat Antiochenæ obnoxia. Quod vero a Balsamone dictum existimat Brossetius, nimirum, Justiniani opera ecclesias quasdam, et nominatim Ibericam, autocephalia donatas fuisse, e pravo auctoris græci intellectu aut forsan non recta* F *Gentiani Herveti (cujus editionem præ manibus non habeo) interpretatione ortum est* (13). *Nihil tale legitur in Græco. Eidem imperatori deberi aiunt Georgiani nonnulli* (14), *quod catholici non jam e Græcia seu, ut legit Armena versio* (15), *ex Antiochia mittendi essent, sed ad hanc dignitatem eveherentur homines ex precipuis Georgiæ familiis. Verum hæc nulla auctoritate asserta apud neminem invenient fidem.*

Ecclesia Georgiana Armenæ forsan aliquandiu subjecta fuit.

9 *Dixi modo ab Armeno forsan catholico seu metropolita ordinatos fuisse Georgiæ episcopos, ad tempora usque Petri Fullonis, excepto utique omnium primo, quem Antiochiæ consecratum fuisse libenter admitto. Exponenda autem sunt quæ hanc opinionem firmare videntur, at simul quæ ei jure merito possint objici. Quod optime præstare nobis vi-*

(1) Beveregius, Synodicon seu Pandectæ canonum, tom. I, pag. 88. — (2) Le Moyne, Varia sacra, tom. I, pag. 219. — (3) Ibid. pag. 252. — (4) Brosset, tom. I, pag. 118, nota 3. — (5) Assemani, Bibl. Or. tom. II, pag. 460. — (6) Historia ecclesiæ Russicæ, ap. Brosset, tom. I, pag. 194, in fine notæ. — (7) Acad. de St. Pétersbourg, Bulletin Hist. Philol. tom. I, col. 312, 313.— (8) Supra, num. 4 et 5.— (9) Brosset, tom. I, pag. 202 et seqq. — (10) Ibid. pag. 229 et 230. — (11) Ibid. pag. 235 et 236. — (12) Cfr Historia Patriarchica, ap. Crusii Turcogræciam, pag. 143. (Edit. Bonn. pag. 135) ; Acta SS. tom. I Aug. pag. 222*. — (13) Brosset, tom. I, pag. 202, not. 6. — (14) Ibid. Cfr Introd. pag. XLV -- (15) Brosset, Additions, pag. 46.

demur,

A *demur, afferendo primum verba Lucæ Indgidgian, in suo opere de Antiquitatibus Armeniæ, Venetiis armenice edito anno* 1835. Intra limites patriarchatus Armeni continebatur non tantum Armenia, sed et Georgia et Albania seu Aghovania. Legitur enim in epistola Fœderis *(inter Tiridatem et Constantinum, apocrypha)* a Papa Sylvestro statutum fuisse ut Armenorum patriarcha catholicum Georgiæ ordinaret... et etiam terra Albaniæ sub obedientia patriarchæ Armeni maneret, atque ad regis Albanorum electionem, patriarcha Armenus consecraret ipsorum catholicum (1). At, omissa hac epistola, idem invenimus apud Giragos, qui de S. Gregorio scribit : Consecravit filium suum S. Arisdaghem archiepiscopum Armeniæ et Georgiæ et Albaniæ. — Joannes autem catholicus addit et Egrisios *(Mingreliam, Georgiam occidentalem)* : Moyses ordinavit Curionem, sacerdotem monasterii patriarchalis, archiepiscopum Georgiæ et Gougarorum *(ad meridiem Georgiæ propriæ)* et Egrisianorum, secundum usum antiquum (2). — At re ipsa apparet non immediate Armenis, sed per Georgianos, Mingreliam
B seu Egrisiam subjacuisse. Porro hic rerum status permansit usque ad tempora Curionis, quem Moses patriarcha circa medium sæculum VI ordinavit : Ad illud usque tempus, ait Giragos, duravit hic usus ut Georgiani ab Armenis consecrationem acciperent... cessavit autem deinceps, quia Græcis cœperunt adhærere Georgiani. Eodem modo alii historici loquuntur (3). *Joannes catholicus vixit sæculo nono* (4), *Giragos autem seu Cyriacus, sæculo decimo tertio* (5), *nec alius antiquior ad Armenorum auctoritatem propugnandam laudatur. Res ergo dubia manebit pro temporibus quæ decretum Petri Fullonis, de quo egimus num.* 6, *antecedunt, quoniam nihil quod historiæ aut legibus ecclesiasticis contradicat hic invenimus. Armeniæ metropolitæ potuit subjacere Georgia. At cum auctoritates afferantur, quibus metropolita post sæculum* V *Georgiæ tribuatur, Armenorum dictis assensum negabimus in eis quæ spectant ad sæculum sextum. Quod si quis, quæcumque Armeni de sua in Georgiam pristina auctoritate effutiunt, prorsus rejecerit, propterea quod Georgianis orthodoxis Ar-*
C *meni monophysitæ omnino infensi erant, non ideo imprudenter agere censebitur. Potuerunt enim primi Armenorum præsules se Georgianorum episcopos vocare, quoniam tractus quidam regionis erat Armeniæ et Georgiæ interjectus, utrinque armis repetitus, et qui olim Armenorum præsuli subditus fuerit* (6). *Quod quum non absque veri specie proponeretur, quæstionem in incerto remanere fatebimur.*

A labe hæreseos Eutychianæ sæculo VI immunis non fuit Georgia,

10 *Nemo est qui, audito Petri Fullonis nomine, spectataque ejus in Georgianos benevolentia, illico non recogitet pessimam illius patriarchæ famam, ingentesque conatus ad concilii Chalcedonensis subvertendam auctoritatem, adeoque Georgianos hæreseos etiam participes fuisse suspicetur. Quæ quidem res propius ad nostrum institutum refertur, quam ut eam prætermittamus.* S. Neophyto *enim, episcopo Georgiano, locum in nostro opere concedere nefas foret, si hujus tempore cum ecclesia Georgiana Antiocheni, inter quos a sæculo quinto hæresis grassata est, errores suos communicassent. Demonstrandum igitur hic est sæculo* VII, *quo vixit sanctus martyr* Neophytus, *omnino catholice sentiisse Georgianos, neque hæreseos neque schismatis accusandos. Re quidem vera vix negari posse videtur, Georgianos cum Armenis concilio Chalcedonensi aliquamdiu adversatos esse, donec tandem opera Cyrini seu Curionis catholici, sub finem sæculi* VI, *ad fidei orthodoxæ placita reversi sunt. De his omnibus altum silent Georgiani, verum Armenis, qui ea fuse narrant, nemo fidem negabit, quum a pluribus auctoribus referantur, habeanturque apud ipsos litteræ ultro citroque de hoc negotio missæ. Præterea quoque suspicionem movet, quod de rebus fidei et auctoritate concilii Chalcedonensis, quæ sub finem sæculi quinti et initium sexti, tantopere Asiaticas omnes ecclesias agitarunt, nihil prorsus dicant Georgiani. Sæpe enim qui* E *nimis tacet, aliquid turpe abscondere videtur.*

ut ex Armenorum libris in eamdem hæresim conspirantium probatur,

11 *Præcipua documenta profert Oukhtanes, episcopus Armenorum Edessenus, sæculi decimi scriptor, cujus liber adhuc ineditus brevi compendio a Brossetio contrahitur* (7). *Ab ipsius autem narratione non dissentit Joannes catholicus* (8), *neque cæteri auctores Armeni* (9). *Rei summa hæc est. Anno* 491 *(tempus prout a Michaele Tchamtchian determinatur nihil præstat disputare), Papken catholicus Armenorum congregavit episcopos Armenorum, Georgianorum et Albanorum, in urbem Vagharschapat, et cum ipsis concilium Chalcedonense anathemate percussit. Sed non diu Georgiani Armenorum errorem sectati sunt : anno* 576 *cum ipsorum catholicus mortuus esset, adeo exarserunt dissidia in Georgia ut omnes ad Catholicum Armenum confugerent, qui totius Georgiæ præsulem eligeret. Hac occasione asserunt Armeni auctores jus antiquum sui patriarchæ in episcopos Georgianos, prout supra vidimus. Armenus autem patriarcha designavit* F *Georgianum quemdam nomine Giurion, sive Curionem, qui quindecim annos inter Græcos versatus, et postea catholico Armenorum addictus hactenus extra patriam ecclesiasticis functus erat muneribus. Feliciter Georgianis cedebat hæc electio : nam, quum totus Armenorum error ex male intellectis Concilii Chalcedonensis verbis, atque ex confusis, juxta Armenæ linguæ proprietatem, natura et persona nomine potius quam re, omnino is erat, vir græce, armenice, georgiane doctus, qui tenebras dispelleret, luceque veritatis omnium animos circumfunderet. Ideoque intelligimus, ex opere episcopi Oukhtanis, Curionem ab initio concilii Chalcedonensis decreta defendisse, neque unquam operæ pepercisse ut universalis Ecclesiæ jura*

(1) Cfr. Galanum, tom. I, pag. 31 et seq. — (2) Apud Saint-Martin, Histoire d'Arménie par Jean VI, pag. 55. Joannis catholici, edit. Mosquensem, 1853, pag. 58. — (3) L. Indgidgian, tom. III, pag. 262. — (4) Placido Soukias Somal, Quadro della storia letteraria di Armenia, Venezia 1829, pag. 56. — (5) Ibid. pag. 112. — (6) Brosset, tom. I, pag. 194. Additions, not. 3. pag. 107. — (7) Additions, pag. 107 et seqq. — (8) Joh. Cath. Historia armena, edit. Mosquensis, pag. 36 et 37. Versio gallica, pag. 32 et 33. — (9) Tchamtchian, Hist. Armeniæ, tom II, pag. 225 et seq. pag. 430 et seqq. Avdall, History of Armenia (Epitome præcedentis, Calcutta 1827), tom. I, pag. 324 et seqq.

sarta

AUCTORE H. M

sarta tectaque manerent. Hæc autem circa annum 580 *gesta sunt. Post longam tædiique plenam disceptationem, Curion Armenos valere jussit, ac vicissim anno* 596, *ut Michaeli Tchamtchian placet, ab Abrahamo catholico Armeniæ et cæteris episcopis monophysitis damnatus est atque Armenorum communione interdictus. Deinceps Georgiani in orthodoxa fide manserunt, donec communi sorte provinciarum Græcis adhærentium utentes, schismate a catholica Ecclesia quasi inscii disjuncti sunt.*

quibus non officit nomen episcopi Georgiani, suis quidem incogniti,

12 *Verum in his omnibus quæ ex egregio Brossetii opere excerpsimus graves adesse videntur difficultates, quibus solvendis, nimium demisse de se sentiens modestissimus auctor, imparem se fatetur* (1). *Ipse enim in annotationibus quas passim Wakhtangi Annalibus et additioni quintæ adjicit, indicat satis rationes omnes quibus commode Annales Georgianorum cum Armenorum prolixioribus et accuratioribus libris concilientur. Sequentia autem fere objici possunt. In primis circa annum* 491 *catholicum quemdam Ga-*
B *brielem, et circa annum* 580 *alium nomine Curionem popularibus incognitos in Georgia ponunt Armeni. Eos præfuisse parti tantum Georgiæ, quum non semper catholici, sed quandoque episcopi, metropolitæ, archiepiscopi ab Armenis vocentur, nonnemo forsan opinaretur, nisi ex omnibus rerum adjunctis, ut notat Brossetius, evidens foret hic agi de Catholicis totius Georgiæ* (2). *At cur in hoc loco aqua hæreat non video. Nonne patet Annales Georgianorum a regno Wakhtangi usque ad invasiones Saracenorum valde jejunos esse? Integra regna paucis lineis continentur. De catholicis autem notat pluries Brossetius, ex aliis documentis etiam Georgianis innotescere plures, qui in Annalibus editis locum suum non habent* (3). *Gratiæ ergo agendæ Armenis qui, odio suo contra Georgianos acti, in historia Georgiana vacantia spatia explent.*

at Latinis noti, ex epistola S. Gregorii magni ad ipsum data;

13 *Catholicum Curionem, quem Armeni tantopere insectantur, norunt etiam Latini. Namque inter epistolas S. Gregorii Papæ, cujus sollicitudo universum orbem amplectebatur, litteras legimus* Quirico episcopo et cæ-
C teris episcopis in Hiberia catholicis *datas, quas non ad Iberiam occidentalem seu Hispaniam, sed ad orientalem seu Georgiam missas esse omnino certum est. Rogabat enim episcopus Iberiæ, num rebaptizandi essent Nestoriani ad veram fidem reduces, suamque epistolam per urbem Hierosolymam miserat. Atqui ex documentis ab Oukhtane servatis apparet quantum semper detulerit ecclesiæ Hierosolymitanæ catholicus Curion* (4), *ac porro Nestorianorum conditionem præcipuam quasi curam ipsius necessario fuisse, spectatis ejus et universi Orientis historia nemo mirabitur. Juverit hic adjicere initium hujus epistolæ :* Quia charitati nihil est longe, quos dividunt loca jungat epistola. Lator itaque præsentium ad beati Petri apostolorum principis Ecclesiam veniens fraternitatis vestræ se asseruit ad nos epistolas accepisse, easque in Jerosolymorum urbe cum rebus quoque aliis perdidisse etc. (5). D *Scripta est hæc epistola decimo kal. jul. indictione* 4, *quod est* 22 *junii* 601, *si duobus codicibus credendum est. Inde arbitror simul missas fuisse epistolam synodicam Isacii, novi patriarchæ Hierosolymitani, cui respondit S. Gregorius epistola* 46 *libri* XI, *et litteras Quirici, aut Curionis catholici Georgiæ. Anno enim* 601 *Isacius electus est.*

neque nomina principum Georgianorum omisso rege.

14 *Tandem restat difficultas quæ petitur ex nominibus magnatum Georgiæ, qui in Oukhtanis libro apparent, nusquam laudato Guramo curopalata, de quo in primis sermo fieri debuisset. At recordetur Brossetius quod scitissime notavit in historia curopalatæ illius* (6), *probabiliter nempe asseri posse post devictum tantum a Mauritii imperatoris exercitu Vahramum, id est, post annum* 593 *Guramum curopalatam, antea provinciæ dumtaxat alicujus occidentalis dominum, toti Georgiæ præpositum fuisse. Jam vero fere omnia quæ narrantur in Oukhtanis opere, cujus codex ultima parte caret, acciderunt ante concilium Devinense Armenorum, anno* 596 *a Michaele Tchamtchian illigatum. Non* E *debuit ergo nominari in epistolis quæ præcedentibus annis scriptæ sunt, saltem usque ad annum* 593 *aut* 594. *Epistolarum autem quæ Brossetium offendunt, prior, qua Verthanem catholici Armeni vicarium obsecratur episcopus Tsurtaviensis Moses, ut conetur auxilium principum Georgiæ adipisci, data est antequam Georgia inter Mauricium et Chosroem Parviz divideretur : nam propter temporum iniquitatem, recusavit Varthanes Georgianos magnates adversus concilium Chalcedonense concitare prout rogabatur. Græci haud dubio cum apud Chosroem gratia tunc pollerent, non audebat Armenus, concilio Chalcedonensi palam adversari, atque arbitratus est inutilem se apud Georgianos præstiturum operam. Altera autem epistola quæ molesta est Brossetio, post electionem Armeni catholici Abraham, seu post mensem julium anni* 594 *scripta est* (7), *quando jam verisimilius, præreliquis principibus, auctoritate summa in regimine feudali Georgiæ pollebat Guramus. Difficultates hic obviæ, quocumque vertamus oculos : synchronismus quem proponit auctor* F *Armenus omnino debet emendari : jungit enim annum* 17 *Chosrois et Mauricii imperatoris regnum, quod fieri non potest, siquidem Mauricius anno* 12 *Chosrois a Phoca necatus est. Ponamus recte anno* 594 *assignari electionem Abrahami, et anno* 594 *aut* 595 *epistolam in qua Sempad Hyrcaniæ pro Persis præfectus Aternersem (forsan Bacurii III filium, principem Kakheti, postea Regem* (8)*), et alios principes Georgiæ ad concordiam fovendam adhortatur; credendum est tunc ad illos tantum scribi qui ad hæresim vel certe ad pacem quocumque modo resarciendam propensiores habebantur. Cæterum Guramus curopalata, in cujus historia pleraque valde dubia sunt, magnatibus Georgiæ potestatem fere ab omni submissione liberam non ademerat. Poterat igitur Sempad pro libitu suo, aut potius pro causæ necessitate prudenter illos epistolis*

(1) Brosset, Additions pag. 125.—(2) Ibid. et pag. 107, not. 3. —(3) Ibid. tom. I, pag. 334, nota 2. Cfr infra, num, 26.—(4) Ibid. pag. 113, 115 et 116. — (5) Epistolarum, lib. XI, ep. 67. — (6) Brosset, tom. I, pag. 216, not. 1. — (7) Brosset, Additions, pag. 114. — (8) Brosset, tom. I, pag. 220.

adire

A *adire, quos sibi utiles fore prævidebat. Atqui quum princeps Kakheti, si quid valet conjectura nostra, fuerit Aternerses ille, quem Oukhtanes appellat, amicitiam inter Georgianos et Armenos non potuit non maxime votis expetere. Nam ipse videtur vir pius fuisse* (1), *et contra provincia quam obtinebat, Kakhetum, diu Chalcedonensi synodo adversari perrexit* (2). *Nimis igitur obscura Georgiæ hoc tempore, nimis incerta temporum ratio, quam ut auctorum effatis multum tribuamus. Fides præstanda profecto Armenorum et Georgianorum libris, at potius, quod ad præcipua historiæ capita spectat, quam in singulis factis, quotiescumque eorum narrationes aliunde corroborare non est. Hæc omnia prolixius exponenda duximus, quoniam paucis nota est Georgiæ historia, ac proin a nobis supplendam rati sumus, hanc rerum præviam notitiam quæ utiliter pervolvendis commentariis nostris omnino necessaria est.*

B § II. Historiæ S. Neophyti fontes. Ætas et tempus martyrii.

Historiæ totius Georgiæ et S. Neophyti, *cujus compendio vita hic traditur,*

Anno 643, *ut infra videbimus, Georgiam primum invaserunt Saraceni, duce Habibo filio Maslamæ, et per totam regionem sparsi, igni et ferro eam vastarunt. Omarus quidam, unus ex inferioris ordinis præpositis, missus ad explorandas regiones circa fluvium Cyrum, ad monasterium S. Schio pervenit, ibique miro quodam prodigio obstupefactus, ad Christum conversus, in baptismo nomen* Neophytum *accepit. Quum autem in eodem monasterio plures annos sancte vixisset,* Neophytus *ad episcopatum Urbnissiensem evectus, tanto zelo ignis cultores insectatus est, ut tandem, ab ipsis dolo comprehensus, lapidibus obrutus fuerit. En paucis verbis concluditur tota historia* S. Neophyti, *in quam nunc inquirimus. De patria, genere, et cæteris quæ ejus conversionem præcesserunt, hoc tantum conjicere licet, ni fallor, eum genere Arabem*

C *non fuisse. Ægre enim admitterem Arabis conversionem tunc temporis. Tanto enim pro religione sua ardore flagrabant, ut vel evidentissimis miraculis eos restituros fuisse putem. Quoniam tamen gratia Dei* potens est... de lapidibus... suscitare filios Abrahæ, *hanc opinionem innuimus potius quam tenemus. Omnia fere quæ leguntur in ejus Vita, utpote captu faciliora, aut breviter explicanda, annotationibus illustrabuntur. De anno autem quo in Georgiam venit, et de martyrii tempore, quoniam non adeo facile determinari queunt, prolixius hic disserere supervacaneum non erit. Sed prius necesse est indicare fontes e quibus tum historia* S. Neophyti, *tum ea quæ ad hanc vitam illustrandam scribimus, potissimum desumpta sint.*

indicantur fontes, qui sunt

16 *Præcipuus fons historiæ Georgiæ reperitur in Annalibus Georgianis, quos sæculo* XVIII *ineunte collegit aut colligendas curavit rex Wakhtangus VI, ex variis ut fatetur ipse libris consarcinatum opus, quod ab ejus filio Wakhouschto perfectum est, et hoc tandem sæculo editum Petroburgi cum translatione gallica* (3). *Præstantiorem utique navasset operam, si Chronica antiquorum, et omnis generis documenta, additis ubique quæ de auctore et ætate resciri potuissent, primum edidisset. Non enim recte scribitur historia, nisi longo labore conquirendi et colligendi documenta antiqua plene prius perfecto. Prima pars horum Annalium usque ad sæculum* XII *servata armenice, ex georgiano archetypo sæculo* XII *indubitate translata* (4). *Verum antiquum illud chronicon, esse breviarium dumtaxat Annalium, quos postea auctos descripsit Wakhtangus, licet pro comperto habeat Brossetius, mihi persuasum adhuc non est. Quando publici juris fient monumenta omnia quibus usus est Wakhtangus, apparebit forsan fere omnia quæ desunt Armeno, a rege Georgiano aliunde deprompta et operi antiquo assuta fuisse. Hucusque non potest, si quid video, certo determinari, qua ratione Georgianum* E *exemplar et Armena translatio sese mutuo excipiant. Hujus operis epitomen adhuc ineditam conscripsit Wakhouschtus, a quo chronologicas notas accepit editionique suæ addidit Brossetius, cui non vacavit innumera laboris illius vitia corrigere. Conscriptiones alias quæ in Brossetii secundi tomi altera parte reperiuntur, hic non recensebo, quippe quæ recentiores quam ut nobis in hoc commentario inservire possint.*

Annales Georgianorum,

17 *Sed hoc opus ad illustrandam, non ad discendam* S. Neophyti *vitam usurpamus : de sancto martyre enim tacet. Exlant autem apud Georgianos, ut apud cæteros populos christianos, libri qui varias sanctorum vitas undique collectas continent, et quorum auctores sæpe ignoti prorsus sunt* (5). *Quin et singulæ vitæ a pluribus emendatæ aut corruptæ, non unius tantum ætatis indolem præ se ferunt. E talibus documentis excerptam esse historiam* S. Neophyti *novimus; verum qua ratione, quibusnam auctoribus, fere ignoramus. Nam obscura est litterarum historia apud Georgianos, nec satis clare loquuntur* F *qui de sancto episcopo Urbnissiensi egerunt. Etenim, ut ab antiquioribus incipiamus, nullus antiquior nominatur Basilio filio Watche Patricii, Georgianorum catholico, de quo utrum sæculo* XIII *an* XV *vixerit dubitat Brossetius* (6). *Verum nonne titulus Patricii potius sæculum decimum tertium sapit? Viderint doctiores. Collegit autem, teste Antonio catholico, miracula S. Schio ab aliis conscripta, quæ inter eminet conversio* S. Neophyti. *Secundus laudatur catholicus Bessarion, qui anno* 1735 *ex hac vita decessit* (7). *Ipsius mentionem in Vitis sanctorum russice ab Andrea Muraviev scriptis invenio. Notat enim hic auctor exscripta esse quæ de* S. Neophyto *tradit* ex Martyrologio Catholici Georgiæ Bessarionis (8). *Opus certe Bessarionis de sanctis Georgiæ laudat Catholicus Antonius I, Bros-*

et sanctorum Vitæ complures,

(1) Brosset, tom. I, pag. 222. — (2) Ibid. pag. 279. Additions, pag. 117, nota 5. — (3) Brosset, Introduction, pag. XIV et seqq.; tom. I, pag. 15. — (4) Ibid. pag. XVII. — (5) Ibid. pag. XI, num. 10; Actes des séances publiques de l'Acad. de St. Pétersbourg, séance du 29 déc. 1857, passim. — (6) Brosset, Additions, pag. 138; cfr tom. I, pag. 658, tom. II, part. I, pag. 22. (7) Brosset, tom. II, part. I, pag. 123 et 133, part. II, pag. 50. — (8) Vitæ sanctorum ecclesiæ Russicæ, atque Iberorum et Slavorum. Mensis october. Petroburgi 1859, pag. 421.

setio

AUCTORE H. M.

aut martyrologia, additis quibusdam de Georgianorum hagiographia.

setio nondum visum (1), *nec nobis aliunde notum.*

18 *Demum Antonius ipse, qui mortuus est anno* 1788, *libro cui nomen* Martyrica, *nonnullorum sanctorum elogia condidit, quorum sexto* S. Neophyti *laudes prædicantur. Cujus quidem orationis cum epitomen primæ parti suæ translationis addiderit Brossetius* (2), *duo nobis ad manum scripta sunt de* S. Neophyto : *elogium a Bessarione compositum, quod, utpote antiquius et, ut videtur, fideliter a Muravievo russice exhibitum, Actorum instar, infra edemus atque annotabimus ; deinde breviarium libri Martyrica quod cum priore elogio, iisdem ex fontibus deprompto, accurate conferemus. Brevitatis ergo deinceps hæc duo scripta nominibus Antonii et Bessarionis proferemus, quamvis Antonium ex epitome Brossetii, Bessarionem ex Muravievi translatione cognoscamus. Objiciet aliquis pauca esse hæc documenta, quæ tandem niti videntur historia quadam miraculorum, neque auctoris nomine, neque temporis designatione commendata. Fateor pauca esse, at puto sufficien-*

B *tia ut* S. Neophyti *gesta illustranda nobis sint. Elogium enim, quod nobis reliquit catholicus Bessarion, antiquum est, si primas fortasse sententias dempseris, cultum in ecclesia celeberrima palam reliquiis ejus adhibitum commemorat* (3), *propriaque sese simplicitate commendat. Addendum hic existimo, ut hagiographiæ Georgianæ innotescant fontes, in Catalogo librorum Georgianorum a Brossetio in Academia Petroburgensi publice lecto, referri* Martyrologium Arsenii patriarchæ totius Iberiæ (4), *de quo auctore vide additiones Annalium* (5). *Quod haud scio an alius sit ac* liber vitæ sanctorum Iberorum compositus ab Exarcha Georgiæ *apud Muravievum* (6), *in quo tamen anceps hæreo propter titulum* Exarchæ, *quem exstincto tantum a Russis catholicatu in usu fuisse puto* (7). *Menologium etiam Græcorum seu Basilianum in georgianam linguam versum esse duobus in locis nos docet Brossetius, ac simul addit uno tantum elogio SS. Davidis et Constantini ad diem* 30 *octobris ab exemplari discrepare translationem* (8).

S. Neophytus *vixisse fertur sæculo septimo,*

19 *His expeditis, prima nobis obvia est quæstio : quonam tempore christianus factus sit* S. Neophytus. *Nihil hac de re nos docet Antonius : in proœmio tantum Bessarionis quædam verba legimus, quæ cum factis in decursu Vitæ enarratis aut aliunde notis conferri oportet ut ad ætatem determinandam deveniamus.* Medio sæculo septimo triste præbebat Georgia spectaculum : ex altera enim parte Persæ conabantur rem Christianam in ea evertere, et ignis cultores ubique ignes suos accendebant, destruendo altaria Domini ; ex altera autem, nova Muhammedis secta, ex Arabiæ solitudine orta, miseris Christianis fanaticus Arabum furor instabat (9). *Hæc verisimilius Bessarionis ipsius, non antiquioris auctoris, quem secutus fuerit, verba censenda sunt. Apparet autem primam expeditionem Moslemorum in Vita significari : explorant enim* D *regionem nondum sibi notam atque de obviis ædificiis interrogant* (10). *Dein quod* Neophytus, *relicta Muhammedis secta christianisque aggregatus, diu potuit in regione versari, prædicare Christum, quin unquam a Saracenis interceptus dicatur, ac tandem quod ab ignis cultoribus, quos nuspiam consistere patiebantur Moslemi, per vim oppressus fuit, demonstrat Moslemos jam Georgia evanuisse atque insuper Sassanidarum regnum vel adhuc stetisse vel non pridem corruisse. Atqui hæc omnia huic tantum temporis spatio conveniunt, quod sexaginta fere posterioribus annis sæculi septimi concluditur.*

quod quidem, silentibus Annalibus, ex Vitæ adjunctis,

20 *Fustra autem Georgianos adiverimus, qui nos doceant historiam suæ regionis a primis Saracenorum invasionibus ad sæculi octavi viginti priores fere annos. In eorum Annalibus, præter quædam confuse et in universum dicta de Heraclii bellis contra Moslemos, et de propagata ubique per Armeniam usque ad Pontum et Cappadociam nova secta, peculiariter de Georgia legitur regem Stephanum II in Egrisiam, quæ est Georgia occiden-* E *talis, ubi Græcorum imperium vigebat, cum auri vi magna confugisse* (11). *Deinde statim ad regnum sequens transitur, et, errore temporum, enarrantur expeditiones bellicæ Merwani filii Muhammedis, quem* Qrou *aut surdum cognominant Georgiani* (12). *At in Vita infra edenda, conjiciendi copiam faciunt aliquot verba quæ de itinere exercitus Arabici agunt. Videmus enim Achmetum, ducem exercitus, castra posuisse loco quo confluunt flumina Cyrus et Liachwi, indeque missas turmas ad regionem circa vastandam. Porro Omarus et Burul, quibus id muneris commissum est, Cyrum flumine secundo secuti sunt, atque ad specus S. Schio in littore Cyri sitas tandem pervenerunt, quod argumento est exercitum Achmeti non ab Armeniæ provincia Erivanensi versus Tiflim ascendisse, verum ex provincia Erzeroum ad fontes Cyri, indeque adverso flumine ad Liachwim usque progressos, ibi quasi in centro quodam stetisse. Jamvero quænam sit illa expeditio, quæ ex hac parte Georgiam aggressa sit, ab Armenis et Arabicis scriptoribus discamus.*

et ordine expeditionum Moslemorum, qui anno 643,

21 *Si igitur historias Arabum consulemus, videbimus ante annum* 639, *quo desinit opus cl. viri Caussin de Perceval, nec totam Armeniam, nec Georgiam ab Arabibus occupatam fuisse. Oportebat enim prius Mesopotamia et Iraca occidentali potiri, Persasque omnino devincere antequam ad Armeniam aut ad Georgiam aditus pateret. Atqui anno* 639 *aut* 640 *Mesopotamiæ et Syriæ occupatio perfecta est* (13), *atque, Iraca, Persis in prælio Cadecyæ anno* 637 *profligatis, rege Yezdegerde III in fugam converso, a Saado filio Waccæ acquisita* (14). *Sed anno tantum* 642 *post cladem a Persis in Nehavend acceptam, Sassanidarum imperium in provinciis Armeniæ et Georgiæ finitimis omnino evanuisse dicendum est* (15).

(1) Brosset, tom. I, pag. 255, nota 5 ; Introd. pag. xvi. — (2) Additions, pag. 157. — (3) Vide infra, annot. *o*. — (4) Actes des séances publiques etc. pag. 147. — (5) Pag. 126; cfr Annales, tom. I, pag. 205. — (6) Vitæ SS. October, pag. 340. — (7) Brosset, tom. II, part. II, pag. 298 et 307. — (8) Brosset, Chronique géorgienne, Paris 1830, pag. III, IV et V, et 107 et seqq.; idem, Grammaire géorgienne, Paris 1837, pag. VII et 268. — (9) Vita S. Neophyti, infra num. 1. — (10) Ibidem — (11) Brosset, tom I, pag. 257. — (12) Ibid. pag. 238 et 245. — (13) Caussin de Perceval, tom. III, pag. 321 et seqq. — (14) Ibid. pag. 470 et seqq. et 490. — (15) Dubeux, La Perse (dans l'Univers pittoresque), pag. 336. Patkanian, Hist. des Sassanides (Journal asiatique, 1866) Paris 1866, pag. 128.

His

AUCTORE H. M.

A *His quæ a coævo scriptore Armeno Sepeos confirmantur* (1), *consentiunt omnino quæ de sequentibus annis traduntur. Juxta Abulfedam, anno hegiræ* 22, *qui a novembri* 642 *ad finem decembris* 643 *porrigitur, subacta est* Georgia, *præter alias provincias, ad Armeniam pertinentes aut ei conterminas* (2). *Quod quidem ita intelligendum est, ut expeditio ante hunc annum jam incepta, tunc ad exitum perducta fuerit, vel potius ut hoc anno præcipue bellum istud gestum fuerit. Armenia autem et Georgia ab Habibo filio Maslamæ debellatæ fuerunt* (3), *qui ab Omaro missus (quidquid sentiat d'Ohsson)* (4), *anno* 642 *verisimilius urbem Armeniæ principem Tovin expugnavit* (5), *indeque, anno sequenti, ut videtur, triplici via Georgiam et Albaniam invasit. Ipse Araxem primum secunda aqua, et Cyrum dein adverso flumine prosequens, ad Tiflim pervenit unde armis et legatis plerasque provincias in Moslemorum potestatem redegit* (6). *Alius quidam a sinistra progrediens, forsan ille Abderrahman, de quo, ut in annotatis patebit, et Ar-*
B *meni et Moslemi loquuntur* (7), *ab urbe Tovin versus septentrionem, fluminis Cyri cursum sequens ad confluentes Cyri et Liachwi stetit, copias versus occasum et septentrionem misit, quæ regionis illius subditionem perficerent. Tertius tandem, Selman filius Rebiat, ad dextram iter faciens Georgiæ orientales provincias et Albaniam subjecit.*

juxta Armenorum et Arabum testimonia

22 *Atque hoc modo ducum Moslemorum itinera mihi videntur componenda. Fateor tamen a nullo, quem viderim, auctore res in Armenia et Georgia gestas ita ordinari. Accedit quod neque in nostro Musæo, neque in Bibliotheca regia Bruxellensi, ea adhuc suppetit librorum copia, quæ rebus Orientalibus explicandis plene sufficiat, quamquam utrinque multi libri jam sunt comparati. Neque illud vitio nobis aut aliis vertendum est : noverunt enim horum studiorum periti quantum operæ et temporis requiratur ut hujusmodi supellectili bibliotheca instruatur. Hoc animadvertendum fuit, ne quis nos incuriæ aut minus diligentis laboris incuset. Paucis nunc explicabo qua ratione ad ita or-*
C *dinandas Moslemorum expeditiones deductus fuerim. In primis quidem Habibi iter in Georgiam satis superque probatur ex locis auctorum, quæ collegit d'Ohsson* (8). *Corroboratur libro episcopi Sepeos, quo neminem in historia Armeniæ tunc temporis certiorem ducem inveniri posse arbitror* (9). *Scripsit enim quæ suo tempore acciderant, vel propriis oculis visa, vel a testibus oculatis accepta. Atqui, tacito tantum nomine, res ab Habibo in Armenia annis* 642 *et* 643 *gestas refert, nisi quod enarrata copiarum in tres partes divisione deinceps de eo silet, saltem apud Eduardum Dulaurier. Ideoque collatis et mutuo illustratis locis a d'Ohsson et Dulaurier excitatis unam efficimus historiam. Selmani in Albaniam iter etiam innuit Sepeos* (10), *plane describit liber Caroli d'Ohsson* (11).

Georgiam primum ingressi demonstrantur,

23 *Restat demum iter exercitus quem per septentrionales Armeniæ provincias ad Georgiam occidentalem perrexisse ponimus. Difficultatem enim nobis facit episcopus Sepeos, qui de Georgia ne verbum quidem habet et aliter divisionem exercitus exponit :* Anno sequenti Ismaelitæ in provinciam Aderbaidjan advenerunt, et in tres exercitus distincti sunt, quorum primus Ararad, secundus pagum legionis nobilis *(circa Tovinum),* tertius Albaniam petivit. *Quæ quidem ita interpretor, ut in Armenia relicti fuerint, qui arces potestati Moslemorum nondum subjectas expugnarent ; alii autem qui Ararad petiverunt ad septentrionales partes progressi fuerint, quare eorum perinde ac copiarum in Albaniam missarum, gesta ab auctore Armeno prætereuntur. Cur autem, inquies, admittendum est istud iter per provincias septentrionales Georgiam versus ? Scilicet ut ita illis auctorum locis faciam satis, qui ab exercitibus Moslemorum non tantum interiorem Arme-* E
niam sed et Georgiam ab occasu primo occupatam fuisse asserunt. Legitur enim in Historia inventionis reliquiarum S. Nersetis magni, quam secundum auctores sæculi XIV *contexuit Joannes B. Aucher* (12) : Octo annis post mortem Chosrois *(Chosrois II),* Abderrahman quidam, filius sororis Mohammedis, primi Arabum imperatoris, cum 18,000 militibus, tributa exegit ab incolis et destruxit christianos exercitus qui in provincia Taronensi erant. Sic etiam Altam Armeniam invasit, Pacenam, Georgiam et Vanant, ac dein, post multas vastationes, in Arabiam rediit. *Paulo aliter eadem refert cl. vir Eduardus Dulaurier, ex Bibliotheca Armena, quæ librum* Djarrentir *exscribit* (13). *Cum his conferas velim quæ supra num.* 20 *notavimus de itinere exercitus, in quo versabatur Omar, sive* Neophytus, *et quæ mox ex Historia Stephani Asolik proferam.*

contradicant licet inter se non concordes Armeni complures.

24 *Novi equidem anno* 637 *Abderrahmani expeditionem ab Eduardo Dulaurier, annis vero* 636, 637 *et* 638 *a Michaele Tchamtchian illigari : attamen si attente rerum adjuncta conferantur, referenda videbuntur ad expeditionem anni* 642 *hæc et multa alia quæ aliis temporibus, propter incertam Armenorum chronologiam, huc usque tributa sunt. Huc enim omnino traherem tum verba Stephani Asolik, cujus translationem tantum Russicam Joannis B. Emin præ manibus habeo* (14), *quibus, errore apertissimo, anno* 95 *æræ armenæ seu* 946-7, *P. C. assignatur urbis Tovin expugnatio et occupatio Armeniæ,* Georgiæ *et* Albaniæ, *quum etiam alium locum, quo sub anno* 943 *eadem facta enarrantur* (15). *Eodem fere tempore post prælium Nehavend orientales Armeniæ provincias ab Arabibus vastatas fuisse disco ex congestis a Luca Indgidgian auctorum complurium testimoniis* (16). *Ordine recenset ille scriptor expeditiones Arabum, in* F

(1) Dulaurier, Chronologie arménienne, tom. I, pag. 210 et seqq. — (2) Annales Moslemici, ed. I Reiskii. Lipsiæ 1754, pag. 74. — (3) Dulaurier. loc. cit. pag. 231; d'Ohsson, les Peuples du Caucase, Paris 1828, pag. 50. — (4) Vide infra annot. *d.* — (5) Dulaurier, loc. cit. pag. 230. — (6) D'Ohsson, loc. cit. pag. 51 et seqq.; cfr Brosset, tom. I, pag. 245. — (7) Infra annot. *d*

(8) Loc. cit. pag. 50. — (9) Ap. Dulaurier, op. cit. pag. 228 et 229. — (10) Loc. cit. pag. 231. — (11) Loc. cit. pag. 54 et 55. — (12) Vitæ sanctorum calend. Armeni, tom. III, pag. 396. Cfr not. 5, pag. 410. — (13) Op. cit., pag. 225, cfr pag. 243 ; Vitæ SS. loc. cit. pag. 411. — (14) Lib. II, cap. II, pag. 70. — (15) Lib. II, cap. IV, pag. 89. — (16) Antiquitates Armenicæ, tom. I, pag. 423.

AUCTORE H. M.

hoc tamen corrigendus quod primam in quatuor dispescit. Leontium in primis seu, ut armenice dicam, Ghevontium, sæculi decimi scriptorem, inducit loquentem et, meo quidem judicio, expeditionem Habibi partim enarrahtem, sed, perinde ac cæteri qui de rebus Armenorum egerunt, annos non rite notat, putatque in verbis Leontii quæ affert, alia agnoscenda esse tempora, ac in illo loco Samuelis Aniensis quem in nota recitat, dum contra unius ejusdemque expeditionis vices hic diligenter consideranti apparent. Ut igitur omnia quæ hucusque de Arabum bellis disputavi paucis contraham, existimo ab Eduardo Dulaurier, a Michaele Tchamtchian (1), *a Luca Indgidgian primam Arabum invasionem recte designari, sed, errore temporum, annum non ita bene indicari. Omnibus auctorum locis testimonium episcopi Sepeos præpono, adqu orum normam cætera omnia emendari cupio. Nobis ergo certum sit Habibum in Georgiam mediam, probabile autem alium quemdam ducem, forsan Abderrahman, in Georgiam occidentalem anno* 643
B *ingressos esse* (2).

S. Neophyti, *qui passus esse videtur ante annum* 661,

25 *Omarus, unus e ducibus inferioris ordinis in hoc secundo exercitu, postquam, ad ferenda dona missus, ad S. Schio monasterium rediit, in cœlis mirum quoddam aspexit portentum, Angelorum turmas, sanctum fundatorem stipantes, atque aditum monasterii defendentes* (3). *Hoc viso, ad Christi fidem conversus miles Saracenus, monasticam vitam amplexus est in eodem monasterio. Tandem per totam regionem virtutibus clarus, post plures annos episcopus a catholico Samuele creatus est. Quæ quidem fieri non potuissent, si Saracenorum in Georgia potestas viguisset: nunquam enim homini a Mohammedica secta deficienti pepercissent. Ut ergo sibi constet historia, necesse est ut Mohammedicum imperium non diu permanserit in hac provincia post Omari conversionem. Quod sane, postquam exercitus Selmani, socii Habibi, a Khazaribus ad fluvium Terek prope Caspium mare profligatus est, contigisse non ægre admitteres. Nec aliud deducendum est aut ex historia Armenorum qui*
C *hoc tempore sui fere juris, licet tributarii Arabum, fuisse ac pro temporum ratione, modo Græcis, modo Moslemis adhæsisse videntur* (4), *aut demum ex libris Arabum, qui satis innuunt potius vastatam quam debellatam et subjectam fuisse Georgiam post Habibi expeditiones* (5). *Cæterum ab anno* 655 *ad* 661 *nimis civilibus discordiis ab externis bellis arcebantur Moslemi, asseclis Ali et Othmani ac dein Moaviæ de sceptro dimicantibus, quam ut provinciæ adeo remotæ curam agerent. Vectigales ad summum fuerunt tunc Georgiani. Existimo ergo ante annum* 661 *et episcopatu auctum, et martyrii palma decoratum fuisse* S. Neophytum. *Posthac nunquam licuisset ignis cultoribus, palam altaria sua erigere, prout irridendo sanctum martyrem jactabant* (6). *Subtilius annos et tempora exsequi non est.*

historiæ non officit nomen catholici Samuelis, quippe alibi etiam occurrentis.

26 *Quod si in libris Georgianorum aliquid certi possemus invenire de ætate et successione catholicorum, nobis in hoc loco adjumento forent, quoniam novimus nomen catholici a quo* S. Neophytus *potestatem episcopalem accepit. Contra suis fere incognitus e vita* S. Neophyti *certius innotescit catholicus Samuel. Semel enim dumtaxat in uno codice Annalium nominatur post catholicum Thabor, quem ultimum ante notam illam in serie Catholicorum rimam, cæteri codices et armena Annalium Epitome proferunt* (7). *Non satis prudenter Brossetius rejicit nomen in duobus codicibus non cognatis obvium, propterea quod in primis Annales asserunt alio in loco Thabor catholicum fuisse tempore invasionis Merwani* (8), *ac dein quod Mekhitar Airivankensis et Wakhouscht nomen Samuelis in suos catalogos non receperunt. Verum hæ rationes sunt levissimæ. Vel enim in loco Annalium allato de alio Thabore agitur, quod minime putamus, vel de eodem. Si de alio, nihil contra nostram opinionem: si de eodem, cæteris omissis quæ de adventu Merwani absurde dicuntur, nobis non officit Thaborem* E *ecclesiæ Georgianæ præfuisse tempore quo Arabes primum regionem invaserunt. Quæ tam pauca de historia Georgiæ in altera parte sæculi septimi supersunt, temere non sunt projicienda, suusque Vitæ* S. Neophyti *locus manet inter patria documenta. Quod autem ignorant hoc nomen scriptores alii, in tanta librorum inopia nemo mirabitur. Patet ergo quantopere erraverit Brossetius, conjiciendo ad sæculum* VIII *forsan pertinere* S. Neophytum, *propter nomen Samuelis, quod etiam occurrit in historia martyrii S. Abo, passi anno circiter* 790 (9).

VITA S. NEOPHYTI

Ex vitis sanctorum Muravievi *a*.

a

Omar et Burul Moslemis turmis præpositi ad Mgwimensium asceterum monasterium perveniunt,

Medio sæculo septimo triste præbebat Georgia *b* spectaculum: ex altera enim parte Persæ conabantur rem christianam in ea evertere, et ignis cultores ubique ignes suos accendebant, destruendo altaria Domini; ex altera autem, nova Mohammedis secta ex Arabiæ solitudine orta, miseris christianis fanaticus Arabum furor instabat *c*. Quum Achmet *d*, cognatus præfecti Persidis, magno cum exercitu ad vastandam Georgiam missus in eo loco stetisset ubi in Cyrum influit fluvius Liachwi *e*, partem suorum militum destinavit, qui vicinos agros diriperent eisque Omarum et Burulium præposuit. Qui quidem in opposito littore Cyri multas specus et super eos quasdam quasi turres conspexerunt *f*, existimatasque munitiones destruere certi, antea tamen exploratores eo mittendos rati sunt. Ex quibusdam autem captivis acceperunt, in illis specubus homines vivere qui peccata sua coram Deo deflerent, illic olim jam sub sancto anachoreta Schio habitasse et deinceps

b
c
d
e
f

(1) Hist. Arm. tom. II, pag. 342. — (2) Cfr infra annot. *d*. — (3) Ibidem. — (4) Cfr Saint-Martin, Mémoires sur l'Arménie, tom. I, pag. 336 et 337; Avdall, History of Armenia, tom. I, pag. 361 et seqq. — (5) Abulf. ad ann. 717, Brosset, tom. I, pag. 245, d'Ohsson. op. cit. pag. 55. — (6) Cfr infra, num. 4. — (7) Brosset, tom. I, pag. 256, nota 2 et 3; Additions, pag. 47. — (8) Brosset, tom. I. pag. 239. — (9) Brosset, Additions, pag. 135 et 137.

valde

valde numero crevisse, licet conjugii expertes, ab omni demum re mundana eos abhorrere nec unquam e speluncis suis exire.

quod cum stupendo miraculo protectum Omarus videret, ad Christum convertitur.

2 Vita adeo austera prorsus attoniti, Saracenorum duces non ausi sunt sanctos viros ferro violare, atque Achmeto quæcumque audierant de Schiomgwimensibus retulerunt. Qui proin, anachoretis parcens, Omaro jussit ut cum militibus, aurum, aloen, thus, munera pro armis gerentibus, ad servos Dei rediret, qui pro se Dominum suum orarent. Ad monasterium cum propius accessisset Omarus, monachos nuntio certiores fecit, se ad eorum ruinam non venire. Sed ut ad portas advenit, subito vidit in ære fulgidum cælestium militum agmen atque inter eos monachum quemdam grandævum : in ipsis autem foribus monasterii pœnitentes illos jejunatores, laceris quidem vestibus, at vultu tamen angelicum in modum splendenti. Sancto quodam timore tunc plenus Omarus, donis Achmeti traditis, in has voces erupit : Sancti Dei, terribiles estis nobis peccatoribus, quoniam custodes vestri vos in ære circumvolant, atque inter eos adstat venerandus senex, longis capillis et barB ba; numquid ille est sanctus magister vester angelica multitudine cinctus? Gaudio magno audiverunt beati monachi, tanto miraculo suam lauram defendi, et gratias egerunt Deo. At plus ipsis pio instinctu commotus, subitoque credens Omarus exclamavit : Dominus minuat dies meos, nisi redeam ad vos ut Christianus fiam et vobiscum reliquum vitæ meæ degam *g*.

g

Baptizatur et postea ex monacho episcopus factus, gnaviter laborat, contra ignis præsertim cultores,

3 Absoluto igitur sibi concredito munere, Omarus cum duobus fidelibus servis, clam Saracenorum castra deseruit, relictis omnibus honoribus et divitiis et ipsa majorum suorum fide *h*, ut se in saxa sancti Schio reciperet. Ibi doctrinis christianis cum instructus fuisset, statim baptizatus est et nomen accepit Neophytus, quod est recens baptizatus; duo autem ejus servi Christodulus et Christophorus, sive Christi servus et Christum ferens, appellati sunt. Post multos annos *i* in Mgwimensi solitudine transactos Neophytus austero vitæ genere, oculos in se convertit Samuelis catholici Iberiæ *k*, et ab ipso episcopali dignitate auctus, civitati Urbnissiensi præfectus est *l*. Deinceps autem fidem christianam inter pristinos suos cives Saracenos propagare studuit *m*, et, eorum eversis templis, ipsis proprio ore Christum prædicare ausus est.

h

i

k

l

m

ac tandem cum dolo captus, et ad mortem usque tortus esset, cultu publico decoratur.

4 Ad hæc irati ignis cultores consilium inter se fecerunt, quonam potissimum modo hominem Dei morte afficerent. En ipse, ita vociferabantur, ignes nostros extinguit, Deum nostrum destruit, Christum annuntiat. Mox nullus jam ignis cultor remanebit. Ethnici ergo cum eo pervenissent ut strenuum episcopum apprehenderent, eum carceri primum mancipatum, his interpellarunt : Ecce nunc accenduntur ignes nostri, et renovantur oblationes nostræ : tu autem vade quo jam pridem ire cupis, ad Christum tuum pro quo vis pati. Fortiter ipsis respondit confessor : Dulce mihi est pro Christo mori, unice enim cupio cum ipso æternum versari. Vos equidem volui luce sancti evangelii illustrare, fidemque sine qua non est salus docere : nunc autem sanguine doctrinam de Christo Jesu signare cupio, ad gloriam sanctæ ejus Ecclesiæ. Ad hæc iram spirantes, ignis cultores eum in terram detruserunt et diu huc illuc trahentes plagis affecerunt, donec tandem lapidibus obrutus est, non secus ac olim protomartyr Stephanus, ad cujus exemplum pro inimicis suis preces fudit *n*. Venerandæ dein ejus reliquiæ, christianis causa salutis factæ, ad Schiomgwimensem solitudinem asportatæ sunt, in qua hujus sancti martyris memoria agitur die 28 octobris, ibique hucusque in ecclesia Assumptionis sunt asservatæ *o*. Porro eodem in loco monasticæ vitæ laude illustres facti sunt duo in baptismo et in religiosa conversatione socii, Christodulus et Christophorus, quorum quidem ultimus in monasterii superiorem electus, ad extremam senectutem, ætatem nimirum centum quadraginta quinque annorum *p*, vixit. Extractum ex Martyrologio Bessarionis catholici Iberiæ.

ex ms.

n

o

p

ANNOTATA.

a *De hac Vita et fontibus historiæ* S. Neophyti *vid. Comm. prævium, numm.* 17 *et* 18.

b Georgiam *ubique scripsimus, quoniam, omisso proprio regionis nomine* Karthlos, *nullum aliud magis commendatur. Ita enim* E *Persæ, Arabes, Russi, alii aliter pro ingenio suæ linguæ vocem efferentes, Iberiam antiquorum appellant. Ex quo autem fonte derivanda sit hæc appellatio, varie explicatur. Existimo quidem a Cyro fluvio, persice* Kour, *armenice* Gour, *georgiane* Mtkwar, *persice primum dictum fuisse Gourdjistan aut arabice, deficiente littera* g, *Djourzan, quod Europæis factum est apud Russos Grusia, apud cæteros populos Georgia, nomen a pluribus sæculis usurpatum. Iberia vero cur dicta sit extra Georgiam eadem regio non patet : non absque veri specie autumat Brossetius ab Armenis ad Græcos transiisse hanc vocem* (1). *Armeni enim Georgianos* Wirk *(elemento* k *numerum pluralem signante) vocant, quod a voce* i wier supra *ortum fuerit, quasi dicerent* superiores *seu in parte* superiori *Armeniæ degentes populos. Quidquid de sensu vocis* Wirk *dicatur, non negabitur fieri omnino potuisse ut Græci et Romani* Iberes *appellarent quos* Wirk *denominari audiebant, syllabis* ber, βηρ, wir, *sono congruentibus. Licet autem Scytharum partem* Georgos *dictam fuisse apud Plinium* F *legamus, minime conjici potest hanc vocem ad nos usque transmissam fuisse. Deest enim vinculum quo Plinii effatum cum recentiori appellatione conjungamus. Plura de his vide apud Brossetium, loco citato, et in Universali Encyclopædia* (2).

c *Vide Comm. prævium, numm.* 19 *et seqq.*

d *Notavimus in Commentario prævio, forsan Abderrahmanum ducem fuisse illius exercitus qui Georgiam ab occasu invasit, nixi auctoritate Armenorum, qui de Abderrahmano loquuntur, in Historia inventionis reliquiarum* S. Nersetis, *cujus quædam verba attulimus* (3), *et Moslemorum, quos sequitur d'Ohsson* (4). *In ultimo enim opere tres duces nominantur, quorum tertius fuit Abderrahman filius Rabiat, quibus ab Omaro Khalifa Mesopotamiam, Armeniam et Schirwaniam debellandi munus creditum est. Mirum est Habibum filium Maslamæ his non annume-*

(1) Brosset, Introduction, pag. IV et V. — (2) Ersch und Gruber, Allgem. Encyklopädie, tom. LXXX. — (3) Vid. Comm. num. 23. — (4) Les peuples du Caucase, pag. 49.

rari,

A *rari, eumque ab Othmano missum asseri. Nos contra Habibum ab Omaro missum existimamus, nomen autem Abderrahmani non rejicimus, qui cum duobus aliis forsan ante Habibum missus fuit. Subit etiam hæc opinio, ab ultima parte nominis* Abderrahmani *aliud in Vita* S. Neophyti *obvium* Ahmet *confectum fuisse, quæ profecto mutatio in documentis hujusmodi admirationem non moveret. Animadvertat etiam lector velim utrumque Abderrahmanum et Ahmetum cognatione referri ad aliquem virum illustriorem, alterum ad Mohammedem ipsum, ad Persidis præfectum alterum. Quod num verum sit statuant doctiores.*

e *Flumen* Liachwi *constat ex duobus fluentis* Didi Liachwi *et* Patara Liachwi *seu magno et parvo* Liachwi *in unum coeuntibus: in Cyrum autem influit ad urbem Gori* (1).

f *Schio asceta Syrus, unus ex duodecim, qui, circa medium sæculum sextum, in Georgiam profecti sunt. Habitavit autem in specu ad ripam septentrionalem Cyri,* 22 *circiter chiliometris ab urbe Mtzkheta, juxta chartam geographicam Wakhouschti. Totus mons*
B *plenus est antris in quibus partim degebant monachi. Monasterium quod ibi exstructum est dicitur* Mghwime, *quod georgiane* specum *sonat, quoniam specus S. Schio in medio monasterii exstat* (2). *Colitur S. Schio die* 9 *maii apud Georgianos. Ejus vitam legas apud Brossetium* (3).

g Non *est* impossibile apud Deum omne verbum, *ideoque miraculum minime negamus. Animadvertimus tamen, quum de hujus generis facto per testes tantum certiores fieri possimus, iique hic aut desint aut noti non sint, nihil asserendum nobis esse. Cætera enim aliunde confirmari possunt: miracula testibus egent notis. Aliquantum discrepat a nostra, narratio Antonii catholici apud Brossetium. Juxta ipsam enim, vi aditum sibi ad monasterium facere prius conati essent Moslemi, duce Omaro.*

h *Fidem majorum certo non deseruit Omarus, sectam a paucis annis exortam relinquens. Antonius catholicus addit uno mense post visionem fugisse Omarum.*

i *Ponantur decem circiter anni, perveniemus ad tempora, quibus dissidia domestica*
C *Moslemos tenebant, ac proin Christianis ampliorem palam prædicandi copiam faciebant, ab anno nimirum* 655 *ad* 661, *quo Moaviah Khalifatus potitus est.*

k *Vide Comm. prævium, num. ultimo.*

l *De civitate Urbnissiensi quoniam perpauca novimus, hic agendum esse rati sumus. Antiquissima civitas fuit, in historia S. Nino* D *obvia* (4), *et cujus origo ad tempora mythica a Georgianis refertur. Ædificatam enim aiunt ab Ouphlos nepote Karthlos, quem inter et Japhet tres tantum generationes recensentur* (5). *At postea diruta est a Merwano Qrou, seu Surdo, qui est Merwanus filius Mohammedis ex familia Ommajadarum, qui deinde Khalifa factus est* (6). *Rex autem Wakhtangus VI, qui anno* 1737 *diem supremum obiit, ecclesiam episcopalem, quæ hodiedum totam civitatem Urbnissiensem constituit, e ruinis erexit, eamque imagine S. Stephani ejus patroni decoravit* (7). *Observat Antonius civitatem nunquam fuisse captam ab hoste, quod innuere videtur ante sæculum octavum primo scriptam fuisse historiam* S. Neophyti, *quum nemo, post vastationes a Merwano exercitas, civitatem Urbnissiensem ab hoste immunem prædicasset. At quis pro Wakhouschti asserto vadem se dabit?*

m *Saracenos puto hic non recte nominari. Omnia adjuncta docent cum ignis cultoribus tantum dimicasse* S. Neophytum. *Non ausus*
E *esset Moslemos palam hortari ad fidem, quippe quod summum fuisset piaculum, minime ab ipsis tolerandum. Porro nota Antonium de Saracenis tacere apud Brossetium.*

n *Seditione potius populari, quam publico judicio sublatum fuisse* S. Neophytum *videtur. Probabilius tunc temporis in Georgia omnia erant perturbata. Potestas erat penes nobiles eristhawos; rex fugerat in provincias occidentales; Moslemorum imperium nutabat.*

o *Monasterium Schio-Mgwimense fuse descriptum fuisse in* Kavkaskii Wiestnik *seu* Caucasico nuntio *anni* 1846 *intelligo ex Brossetio. Quum autem nullam præ manibus habeam hujus monasterii descriptionem, verbis parcam. Hoc unum rogabo, an Nastacis vicus prope Mghwime nomen* ἀναστάσεως *referat, ac proin ecclesiæ Assumptionis locum indicet* (8).

p *Fidem superat hæc ætas. — Hic dissident Bessarion a Muravievo in russicam linguam translatus et Antonius a Brossetio contractus. Juxta Antonium, Hilarion Mgwimensis monasterii præses Christophoro munus re-*
F *gendi monasterium* Mcodowan *imposuisset. Juxta Bessarionem autem ipsius Mgwimensis domus superior electus fuit socius* S. Neophyti. Mcodowan *autem ubi sit prorsus ignoro: cum Brossetio in Indice puto monasterio Mgwimensi adjunctum fuisse.*

(1) Wakhoucht, Description de la Géorgie, St. Pétersbourg, 1842, pag. 249 et seq. — (2) Ibid. pag. 213; Bulletin Hist. Phil. St. Pétersbourg, tom. IV, pag. 373. — (3) Tom. I, pag. 207 et seqq.; Additions, pag. 129. — (4) Brosset, tom. I, pag. 100. (5) Ibid. pag. 23. — (6) Wakhoucht, Description etc. pag. 239. — (7) Ibid. et 260. Cfr Bulletin Historico-phil. St. Pétersb. tom. VI, pag. 65 et seqq. — (8) Wakhoucht, op. cit. pag. 473. Cfr chartam Karthli septentrionalis.

A D

DE S. ANGELRAMNO, EPISC. CONF.

METIS IN GALLIA

COMMENTARIUS HISTORICUS.

R. D. B.

§ I. S. Angelramni prima ætas et monachatus. Promotio ad episcopatum Metensem.

ANNO DCCXCI. S. Angelramnus, *cujus primi anni parum innotescunt, non videtur fuisse monachus in Gorziensi,*

Hæc magnorum regum et imperatorum gloria est quod non solum ipsi admirationem excitent et stuporem, sed quod aut exemplo aut incitamentis suis passim comitatus sui viros accendant ad æmulandas virtutes, ad res summas audendas aut certe ad præclare fungendum concreditis muneribus. Verumtamen, dum in illos oculi omnium intenti sunt, facile minus curantur peritissimi maximique adjutores. Quæ res apprime in S. Angelramno *deprehenditur; quippe qui inter præcipuos Caroli Magni ministros fuerit, ubique apparens, sed nullum nactus coævum biographum. Et quidem ejus natales, parentes, domus, juventus et studia parum aut nihil nobis innotescunt. Profecto in Historia Lotharingiæ, ab Augustino Calmet* (1), *et in Historia Metensi, a Joanne François et Nicolao Tabouillot* (2) *conscripta, legitur parentibus nobilioribus ortus, qui eum ad celeberrimam illius regionis scholam Gorziensem miserint, ut ibi sub monachi Nagaudi ductu literis divinis et humanis operam daret : sed hæc minus certa videntur. Etenim Calmet, François et Tabouillot hæc se desumpsisse affirmant ex Historia ms. Benedicti Picard, capuccini, et ex chartulario Gorziensi : sed quum duo hujus chartularii codices mihi essent noti, alter majoris seminarii Nancejensis, alter bibliothecæ publicæ Metensis, ubi et asservatur Benedicti Picard Historia Metensis ms., per literas adii ven. vir. Noel, majoris seminarii Nancejensis præsidem, et cll. vv. V. Jacob et*
B
C. Lorrain, bibliothecæ Metensis præfectos, ut ab iis acciperem quid de S. Angelramni *in monasterio Gorziensi institutione sentiendum sit. Humanissime mihi fuit responsum neque in codice Nancejensi, neque in codice Metensi chartularii Gorziensis ullum de juventute* S. Angelramni *ibi transacta verbum fieri. Ad me quoque scriptum fuit, in Historia quidem Metensi Benedicti Picard legi* S. Angelramnum, *nobili prosapia ortum, in Gorziensi monasterio a monacho Nagaudo fuisse institutum, sed minime subjungi quibus ex fontibus ea desumpserit auctor. Quapropter, licet Benedictus Picard fuerit scriptor prudens et doctus, non possum tamen non manere dubius, donec aliquo monumento historico ejus narratio declaretur. In tanta obscuritate siquid statuendum sit, dicendum potius videtur* S. Angelramnum *a Benedicto Picard fuisse acceptum pro altero Angelramno, prius Tullensi, dein Metensi primicerio, qui, abdicatis divitiis, monasticam vitam Gorziæ sub S. Joanne Gorziensi suscepit, ibique cum magna sanctitatis fama, medio circiter sæculo* XII, *obiit* (3).

sed potius in S. Naboris monasterio.

2 *Magis arridet* S. Angelramnum *vitam monasticam amplexatum esse in monasterio S. Naboris; quod cum vulgus nuncuparet* San Navau (4), *mutans (prout Germanis familiare est)* b *in* v, *et vocabula male dein separans, ut in tot aliis nominibus, nunc a pluribus sæculis appellat* San Avold. *Sanctum vero* Angelramnum *fuisse monachum, plerique deducunt scriptores ex hisce verbis, quæ Meurissius* (5) *ex quadam charta monasterii S. Naboris excerpsit :* Angelramnus, memoratæ sedis *(Metensis)* præsul ac cœnobialis vitæ alumnus, monasterium privilegiis proventibusque opportunis auxit, ac fabricæ parti (quam Sigibaldus episcopus moriens imperfectam reliquerat) extremam manum imposuit, anno a Christo passo octingentesimo primo. *Verum hoc chartæ fragmentum id unum ostendit,* S. Angelramnum *fuisse monachum, non vero monachum S. Naboris. Quod si erga hoc monasterium fuit valde benevolus, neque hinc firmum argumentum desumi potest, quum nec minus benevolus erga Gorziense monasterium fuerit. Attamen, quoniam, quum in Germania vita functus esset (ut postea videbimus), in S. Naboris monasterio sepulturæ fuit datus, videtur aliquatenus hinc colligi posse eum inter S. Naboris monachos* cœnobialis vitæ fuisse alumnum. *Ubicumque demum monasticen coluerit, egregia erat præparatio ad rite fungendum episcopalibus officiis, ad quæ a Deo vocatus est.*
F

Die 25 septembris anni 768, factus est episcopus Metensis.

3 *Quum scilicet post mortem S. Chrodegangi, vita functi die* 6 *martii* (6) *anni* 766 (7), *vacasset sedes Metensis annos* 2, *menses* 6, *dies* 19 (8), *die* 25 *septembris anni* 768 *creatus fuit ipse episcopus Metensis. Posset quidem disceptari utrum sabbato die* 24, *an die sequenti dominica* 25 *mensis septembris id locum habuerit; quia, si dies obitus inter vacationes dies computatur, ordinatio dicenda est peracta die* 24 *septembris : secus die* 25. *Sed difficultas nulla erit attendenti per disciplinam illius temporis ordinationem epi-*

(1) Histoire de Lorraine, tom. I, col. 525, edit. 1746. — (2) Histoire de Metz, tom. I, pag. 527. — (3) Acta SS. tom. III Februarii, pag. 701 et seq.— (4) Ruyer, Sainctes antiquités de la Vosge, pag. 221. — (5) Histoire des évêques de Metz, liv. II, pag . 177. — (6) Paulus diaconus, Historia episcoporum Metensium, apud Pertz, Monum. Germaniæ, tom. II, pag. 268. — (7) Annales Petaviani, ap. Bouquet, tom. V, pag. 15; Chronicon Lareshiamense, ibid. pag. 582. Cfr Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 933 et 934. — (8) Catalogus S. Symphoriani episcoporum Metensium, ad calcem *Ansberti familiæ redivivæ,* pag. 24; Catalogus S. Arnulphi episcoporum Metensium, apud Calmet, Hist. de Lorraine, tom. I, Preuv. col. CXVIII.

scoporum

AUCTORE R. D. B.

scoporum incepisse sabbato vespere, ut perficeretur die dominica : nisi tota in die dominica perageretur (1).

§. II. S. Angelramnus Caroli Magni cancellarius et summus capellanus, et apud eumdem Hadriani I apocrisiarius. Quænam essent hæc munera. Privilegia ecclesiæ Metensis renovata. Dedicatio basilicæ Lauresheimensis.

S. Angelramnus *ante suum episcopatum fuit Caroli Magni cancellarius*

S. Angelramnus, *antequam cathedram Metensem occuparet, in Caroli Magni aula cancellarii insigne munus gessit; et postea, cum jam per plures annos huic præesset ecclesiæ, ejusdem regis archicapellanus, et apud eum Romani pontificis apocrisiarius constitutus fuit. Verum, quum tria hæc munera in una eademque aula, licet diverso tempore, habuerit, de eisdem uno tenore agemus. — Porro, ut auctor est Richerius* (2), Angelramnus erat imperatori *(Carolo Magno)* tunc temporis ita carus, ut ipsum suum cancellarium efficeret. *Qua dignitate eum ornatum fuisse, tum ante, tum postquam episcopatum Metensem adiisset, addit ille idem Richerius. Ast, quamvis hic chronographus, vir gravis, qui nulli operæ in conscribendis annalibus pepercit, atque abbatiæ Senoniensis, cui olim* S. Angelramnus *præfuit, esset monachus, id indubiis verbis referat, quin alius antiquus scriptor in aliam eat sententiam, tamen Cointius* (3), *tum quia* S. Angelramnus *a Philippi Labbei* indice cancellariorum *abest, tum quia* cœnobialis vitæ alumnus *dicitur* (4), *Richerium tamquam fabulæ narratorem habet. Quo firmior stet Cointii sententia, posset et addi neque Mabillonium* (5), *neque Lanovium* (6) *eum in cancellariorum a se contextam seriem retulisse : dein*
C *neque ullum capitulare Caroli Magni ab* Angelramno *notario aut cancellario ostendi posse ; vel etiam per canonem* XLIV *Concilii Cabillonensis anni* 813 *presbyteris, quominus cancellariorum munere fungerentur, omnino fuisse prohibitum* (7). *Sed nemo non videt rationes a Cointio allatas minoris esse ponderis : nam si Labbeus, Mabillonius et Lanovius in Caroli Magni cancellariis enumerandis* S. Angelramnum *prætermittant : contra Cangius* (8), *Anselmus* (9), *Moreri* (10) *eum inter illos recensent. Dein quod fuerit* cœnobialis vitæ alumnus, *id, quominus inter cancellarios regios cooptaretur, tunc non impediebat, nam si a patribus Cabillonensibus inhibentur presbyteri esse cancellarii, hoc tantum monstrat ineunte sæculo* IX *non raro presbyteros in cancellarios fuisse assumptos, ac proin non esse mirum* S. Angelramnum *idem officium admisisse. Dein, quum præter clericos et monachos pauci tunc temporis artis scribendi essent periti, ad eos in hujusmodi rebus non poterat non recurri : hinc Marculfus sæculo* VII *suas* formulas *concinnavit. Dein canone* XXV *Concilii Vernensis anni* 755 *abbatibus, modo nulla accipiant munera, facultas juris dicendi agnoscitur* (11). *Præterea in charta Roberti regis anni* 997 *pro monasterio Cormeriaco occurrit hæc subscriptio :* Godfridus monachus scripsit ad vicem Franconis cancellarii, et ipse Franco manu propria subscripsit (12): *adde quod in chartulario S. Petri Carnotensis plures deprehenduntur sæculi* XI *chartæ, quas a se scriptas fuisse testantur Paulus vel Rotbertus monachi* (13), *quin et monachos in notarios aut cancellarios publicos frequentissime sæculo* X *adhibitos fuisse probant singulari commentario Maurini* (14). D

et circa annum 784 ejus summus capellanus, permittente Hadriano I,

5 *Jam vero quum anno* 784 *B. Fulradus, S. Dionysii abbas et Caroli Magni summus capellanus, e vivis decessisset, uti refert Chronicon vetus Moissiacensis cœnobii* (15), *ei in summi capellani officio suffectus est* S. Angelramnus : *idque non tantum colligimus ex S. Symphoriani* (16) *et S. Arnulphi catalogis* (17), *ubi appellatur* palatii capellanus, *aut ex Dacheriano Chronico episcoporum Metensium, in quo dicitur* archicapellanus palatii extitisse Caroli Magni (18): *sed inde etiam quod inter additamenta regulæ S. Chrodegangi scripsit ipsemet* (19) : Mihi autem Angelramno archiepiscopo, atque capellano excellentissimi regis Karoli, addi placuit, quia, dum nos et clerus noster, *etc. Idem novimus ex his Alcuini, viri coævi, ad Usualdum scribentis, verbis :* Olim, *inquit Alcuinus,* per Angelramnum archiepiscopum et sanctæ capellæ primicerium meipsum vestræ commendavi sanctitati (20). *Verum, quum multis episcopis minus placeret* S. Angelramnum *semper in aula regia versari, ac proin (quod contra sacros canones erat) a sua diœcesi abesse, rem ad Hadrianam I, Romanum pontificem, detulit Carolus* F *Magnus, atque, ut suis votis fieret satis, facile impetravit. Idque primo ex capitulari Francofurtiensi anni* 794 *nobis certum est : quum enim eo tempore ad æternam vitam migrasset* S. Angelramnus, *et ejus loco Hildebaldus, archiepiscopus Coloniensis, in summum capellanum esset cooptandus,* dixit dominus rex (21) *(Carolus)* in eadem synodo, se a sede apostolica, id est ab Adriano pontifice, licentiam habuisse ut Angelramnum archiepiscopum in suo palatio assidue haberet propter utilitates ecclesiasticas. Deprecatus est eamdem synodum, ut eo modo, sicut Angelramnum habuerat, ita etiam Hilde-

(1) De antiquis ecclesiæ ritibus, tom. II, pag. 283 et seq. — (2) Chronicon Senoniense, lib. II, cap. I, apud Dacherium, Spicilegium, tom. II, pag. 612, edit. Paris 1723. — (3) Annales ecclesiastici Francorum, tom. V, pag. 755. — (4) Meurisse, op. cit. pag. 177. — (5) Libri de re diplomatica, pag. 118 et seq. — (6) De sanctis Franciæ cancellariis, pag. 189. — (7) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. VII, col. 1282. — (8) Glossarium latinum, v° *Cancellarius*. — (9) D. Anselme, Histoire de la maison royale de France, tom. VI, pag. 241. — (10) Moreri, Dictionnaire universel, v° *Chancelier*. — (11) Labbe, Collectio Conc. tom. VI, col. 1669. — (12) Annales Benedictini, tom. IV, appendix, pag. 636. — (13) Guérard, Cartulaire de S. Père de Chartres, pag. 124, 148, 152, 158, 184 et 186. — (14) Nouveau traité de diplomatique, tom. II, pag. 429. — (15) Ap. Duchesne, Historiæ Francorum scriptores, tom. III, pag. 139. — (16) Dominicy, Ansberti familia rediviva, ad finem, pag. 26. — (17) Calmet. Histoire de Lorraine, tom. I, Preuves, col. CXVIII. — (18) Dacherius, Spicilegium, tom. II, pag. 228. — (19) Clouet, Hist. eccl. de la province de Trèves, tom. I, pag. 391. — (20) Alcuini Opera, epist. 20, tom. I, col. 175, edit. Migne. — (21) Labbe, Collectio Conc. tom. VII, col. 1064.

A baldum episcopum habere debuisset, quia et de eodem, sicut et de Angelramno, apostolicam licentiam habeat. Omnis synodus consensit et placuit eis eum in palatio esse debere propter utililates ecclesiasticas. *Atque hanc facultatem Hadrianus papa Carolo regi fecisse videtur anno* 786; *quo anno Romam venit bellum acturus adversus ducem Beneventanum. Quæ controversia tanti momenti visa est Hincmaro Rhemensi, ut in epistola ad proceres non tantum eam referret, sed etiam ut Pippinum, qui Georgium episcopum, et Carolum Magnum, qui* Angelramnum *et Hildebaldum item episcopos sui palatii capellanos constituerant, vehementer increparet, prætermittens tamen priori a Paulo I et posteriori ab Hadriano I facultatem concessam fuisse.* A tempore vero Pippini et Caroli, *inquit* (1), interdum per presbyteros, interdum per episcopos hoc officium executum exstitit: quia episcopi continuas vigilias supra gregem suum debent assidue exemplo et verbo vigilare et non diutius, secundum sacros canones, a suis abesse parochiis. Neque juxta decreta ex sacris canonibus promulgata beati Gregorii, prætoria, quæ nunc regia, et usitatius palatia nominantur, debent inutiliter observare, ne incurrant judicium, ut contra placita canonum sibi in ordinatione sua tradita facientes, ipsi se honore privent ecclesiastico. Et ut de licitis exempla ponamus, et de inlicite usurpatis non taceamus, tempore Pippini et Caroli hoc ministerium consensu episcoporum per Fulradum presbyterum, tempore etiam Caroli per Angelramnum et Hildebaldum episcopos, tempore denique Hludowici per Hilduinum presbyterum, et post eum per Fulconem item presbyterum, deinde per Drogonem episcopum exstitit hoc ministerium executum. *Quæ disceptatio quum in dies magis ferveret,* S. Angelramnum *collectionem quamdam antiquorum canonum, quorum nonnulli, quominus quis episcopum incaute incusaret, vetabant, in vulgus sparsisse dicunt: sed de hac re infra agendum erit.*

qui eum creavit apud eumdem regem suum apocrisiarium.

6 *Neque minus certum est* S. Angelramnum *ab Hadriano papa suum apud Carolum Magnum creatum fuisse apocrisiarium. Scripsit enim Carolus Calvus ad Nicolaum papam :* Quæ sedes Metensis postulatione avi nostri divæ
C memoriæ Caroli imperatoris honorari ab apostolica sede meruit, ut Angelramnus prædecessor istius *(Adventii)* summus capellanus et apocrisiarius apostolicæ sedis in istis regionibus aliquando fieret. Et postea deprecatione sanctæ recordationis pii augusti domni et genitoris nostri excellenti genio a sede apostolica in præfato patruo nostro Drogone venerando episcopo fuerat honorata ut, una cum prædicto ministerio et imperatoris et apostolicæ sedis, etiam usu pallii, *quod participatæ auctoritatis S. Petri signum erat et adhuc est,* potiretur.

Quænam essent apocrisiarii pontificii,

7 *Jam edisserendum est quæ apocrisiarii, summi capellani et cancellarii fuerint munera. Et primo quidem apocrisiariorum plura exstitere genera. Etenim hanc appellationem summis capellanis regum Francorum, ut infra videbimus, tribuit Hincmarus Rhemensis; unde et eos* responsales negotiorum ecclesiasticorum *appellat. Ab Honorio vero Augustodunensi et aliis apocrisiarii vocantur ii qui sigillum seu annulum regum vel principum custodiebant, quo eorum diplomata et præcepta signabant.* Apocrisiarii *præterea dicti* fuere, *ait Cangius,* præsertim qui a pontifice Romano, vel etiam ab archiepiscopis ad comitatum mittebantur, quo res ecclesiarum suarum peragerent, et de iis ad principem referrent. Si enim quæpiam ingrueret difficultas in rebus ecclesiasticis seu politicis, quæ a principe definiri deberet, vel de qua consulendus ille esset, per apocrisiarium, qui in comitatu seu principis curia agebat, actitabatur, qui et pontificem, a quo missus erat, de principis, et vicissim principem de pontificis responsis, tamquam internuntius, admonebat, quousque res legitimo exitu donaretur (2). *Hujusmodi apocrisiariis, quibus circa Justiniani ævum nomen fuit* responsalium, *per longum tempus apud imperatores Constantinopolitanos usi* E
sunt Romani pontifices : hos imitati sunt patriarchæ orientales et nonnulli metropolitani, quos inter Ravennatensis (3). *In aula regum Francorum etiam versati sunt hoc genus apocrisiariorum Romani pontificis; nam, ut omittam testimonium S. Adelardi, quod inferius recitabimus et quo apparet aliquandiu stabile institutum fuisse ut archicapellanus apocrisiarius esset* (4), *exempla sunt S. Fulradus, abbas S. Dionysii* (5), S. Angelramnus *et Drogo, episcopi Metenses* (6), *qui simul erant archicapellani. Atque hi distinguendi nonnihil a legatis apostolicis, quales fuere S. Bonifacius, et brevi tempore dictus Drogo, episcopus Metensis* (7). *Propius accedunt ad hos apocrisiarios (si non sola delegatio, sed ordinaria officia spectentur) nuntii apostolici, quos Romani pontifices ad principes a sæculo* XV *mittere inceperunt* (8). *Cum vero* S. Angelramnus *in Romani pontificis apocrisiarium esset assumptus, ei Hadrianus papa, uti in Caroli Calvi epistola ad Nicolaum vidimus, usum pallii tamquam communicatæ auctoritatis S. Petri indicium, et archiepiscopi titu-* F
lum propter eminentiam supra reliquos episcopos concessit. Qua prærogativa antea S. Chrodegangus et postea Drogo, ambo episcopi Metenses, atque antea alii etiam episcopi fuerant aucti : S. Chrodegangus, quia Stephanum III papam ab Astulfi insidiis liberaverat (9); *Drogo vero, quia munus apocrisiarii, quemadmodum Carolus Calvus ad Nicolaum scribit, apud Ludovicum Pium egerat. Et Walae, itidem episcopo Metensi, quin aperiatur causa, eamdem contulit dignitatem Joannes papa VIII* (10).

summi capellani

8 *Sed non minus fuere præclara in regum Francorum aula munera summi capellani et cancellarii.*

(1) Hincmari Opp. tom. I, col. 999, edit. Migne. — (2) Glossarium latinum, v° *Apocrisiarius.* — (3) Ibid. loc. cit. — (4) Examen hist. et canon. de regularium juribus, pag. 204 et seqq. — (5) Acta SS. tom. III Febr. pag. 35. — (6) Labbe, Collectio conciliorum, tom. VIII, col. 486. — (7) Hincmari Opera, epistola XXX, ad episcopos, tom. II, col. 206, edit. Migne. — (8) Réflexions sur les 73 articles du pro memoria présenté à la diète de l'empire, pag. 19; Défense des réflexions sur le pro memoria, pag. 54 et 85; Pii VI responsio ad metropolitanos super nunciaturis apostolicis, cap. 8, sect. 3, pag. 258 et seq. edit. Romæ, 1789; Pacca, Memorie sul di lui soggiorno in Germania in qualità di nunzio apostolico, pag. 235; Biner, Apparatus Eruditionis, tom. VII, pag. 358; Kersten, Journal Historique et Littéraire, tom. II, pag. 19 et seqq; Moroni, Dizionario di erudizione ecclesiastica, tom. XLVII, v° *Nunzio apostolico.* — (9) Meurisse, Histoire de l'Eglise de Metz, pag. 166. — (10) Labbe, Collectio conciliorum, tom. IX, col. 239.

AUCTORE R. D. B.

AUCTORE R. D. B.

cancellarii. Quod siquis in etymologiam vocis capellani *inquireret, non unam obviam haberet sententiam. De ea disputarunt Ludovicus Archon* (1), *Josephus Caraffa* (2), *Cangius, aliique : eamque a vocabulo* cappa *vel* capsa *deducunt. Cappa enim erat vestis, qua viri laici, mulieres laicæ, monachi et clerici induebantur. Sed cum cappa S. Martini inter præcipuas sanctorum reliquias apud Gallos et Francos haberetur, sacellum, ubi servabatur,* capella, *et ejus custodes* capellani *nuncupati fuere. Hanc Cangii* (3), *Josephi Carafæ* (4) *aliorumque sententiam non amplectitur Ludovicus Archon : quin potius affirmat indubitanter* capellam *ac proin ejus custodes* capellanos *suam appellationem esse mutuatam a* capsa *seu* capsella, *quæ ad sanctorum reliquias recondendas adhibebatur. Sed veram sententiam aperuit Gervasius* (5), *S. Martini præpositus, nixus auctoritate Monachi Sangallensis de Rebus Caroli Magni, lib.* I, *cap.* IV ; *Walefridi Strabonis in Exordio rerum ecclesiasticarum, cap. ultimo; et Durandi in Rationario divinorum officiorum, lib.* II,
B *cap.* X. *Docet itaque cappam S. Martini non fuisse vestem ipsius sancti, sed sepulcri, id est repam seu velum in quo sancti episcopi imago picta erat ; quo velo sepulcrum ejus operiebatur, et quod etiam in bello loco vexilli adhiberi poterat, adeoque* vexillum *dicebatur. Qui autem clerici custodiebant in tentorio sacro hoc pignus, dicebantur* cappellani *seu* capellani ; *quod deinceps commune nomen factum est. Quo vero tempore cœperit illa vox adhiberi ad designandos aulæ regiæ presbyteros accurate determinari non potest ; certe Ludovicus Archon* (6), *qui, præterquam quod fatetur sese perpauca de capellanis regiis eorumque munere sub regibus primæ stirpis in scriptis veterum detexisse, addit sese in nullo monumento historico, quod concilio Liptinensi anni* 742 *antiquius sit, vocem* capellani *legisse, non attendens Aiglibertum, qui circa annum* 680 *floruit, in Actibus Pontificum Cenomanensium* archicapellanum et principem episcoporum regni *vocari* (7) ; *nisi chronographus, qui* abbatem *dicere debuerat, secundum temporis sui morem* archicapella-
C num *dixerit.*

et cancellarii partes.

9 *Ut autem jam ad tertium* S. Angelramni *aulicum officium deveniam, cancellarii videntur apud Latinos ii fuisse, qui ad* cancellos forenses *seu judicum stabant, eorumque mandata ac jussa exsequebantur. Proinde parum diversi erant ab ostiariis ; sed et in legibus Ripuaria et Longobardica, necnon et in capitularibus regum Francorum ostiariorum munus concreditum erat cancellariis* (8). *Quibus qui præerat, et cancellarius regis aut archicancellarius dicebatur, supremo fungebatur magistratu ; quippe qui sigillum regium custodiebat. Porro de officiis, a* S. Angelramno *in aula gestis, luculente disserit S. Adalhardus, abbas Corbejenses, unus ex primis consiliariis consanguinei sui Caroli Magni ; quam scriptionem conservavit nobis Hincmarus Rhemensis.*

Apud Francos apocrisiarius, seu summus capellanus clero palatii præerat, sicut summus cancellarius scribis;

10 Apocrisiarius autem, *ait*(9), quem nostrates capellanum, vel palatii custodem appellant, omnem clerum palatii sub cura et dispositione sua regebat. Cui sociabat summus cancellarius, qui a secretis olim appellabatur, erantque illi subjecti prudentes et intelligentes ac fideles viri, qui præcepta regia absque immoderata cupiditatis venalitate scriberent, et secreta illis fideliter custodirent. Post eos vero, sacrum palatium per hos ministros disponebatur, per camerarium videlicet, et comitem palatii, senescalcum, buticularium, comitem stabuli, mansionarium, venatores principales quatuor, falconarium unum. Et quamvis sub ipsis, ex latere eorum, alii ministeriales, fuissent, ut ostiarius *(qui ad regem introducebat)*, sacellarius *(qui sacelli regii expensas quotidianas curabat)*, dispensator *(qui in palatio erat œconomus, gallice* maître d'hôtel*)*, scapoardus *(cui vasorum custodia erat)*, vel quorumcumque ex eis juniores, aut decani fuissent, vel etiam alii ex latere, sicut bersarii *(sylvarum custodes)*, veltrarii (*veltricibus seu sagacibus canibus præfecti*), beverarii *(castorum custodes)*, vel si qui adhuc supererant : verumtamen, quamvis et ipsi singuli juxta suam qualitatem ad hoc intenti essent, non tamen ad eos, sicut ad cæteros E
principaliter, ut subter insertum est, totius regni confœderatio in majoribus vel minoribus, singulis quibusque quotidianis necessitatibus occurrentibus cum palatio conglutinabantur. Sed nec ipsi superiores omnes æqualiter, propter ministeriorum diversitatem, qualitatem vel convenientiam, prodesse poterant : cum tamen nullus se, propter fidei servandam veritatem regis et regni,..... subtrahere potuisset, vel etiam voluisset..... His ita breviter de eligendis et constituendis ministris prædictis, nunc ad eorumdem ministrorum et ministrationum ordinem qualiter currebant veniendum est..... E quibus præcipue duo, id est apocrisiarius, qui vocatur apud nos capellanus, vel palatii custos, de omnibus negotiis ecclesiasticis vel ministris ecclesiæ, et comes palatii de omnibus sæcularibus causis, vel judiciis suscipiendi curam instanter habebant : ut nec ecclesiastici, nec sæculares, prius domnum regem, absque eorum consultu, in-
F quietare necesse haberent, quousque illi præviderent, si necessitas esset ut causa ante regem merito venire deberet. Si vero secreta esset causa, quam prius congrueret regi quam cuiquam alteri dicere, eumdem dicendi locum eidem ipsi præpararent, introducto prius rege, ut hoc juxta modum personæ, vel honorabiliter, vel patienter, vel etiam misericorditer susciperet.

quin et pro majoribus negotiis tum monasticis tum ecclesiasticis adeundus

11 Apocrisiarius quidem de omni ecclesiastica religione vel ordine, necnon etiam de canonicæ vel monasticæ altercatione, seu quæcumque palatium adibant pro ecclesiasticis necessitatibus sollicitudinem haberet, et ea tantummodo de externis regem adirent, quæ sine illo plenius definiri non potuissent. Cæterum, ut non solum de his, quæ ad eos specialiter de omni ornamento vel officio ecclesiastico infra palatium agenda pertinebant, verum quoque et omnem

(1) Hist. de la chapelle des rois de France, tom. I, pag. 6 et seqq. — (2) De capella regis utriusque Siciliæ et aliorum principum, pag. 10 et seq. — (3) Glossarium latinum, v° *Capella* et *Capellanus*. — (4) De Capella regis etc. pag. 10; Oroux, Histoire de la Cour de France, tom. I, introduction, pag. LIII. — (5) La Vie de Saint Martin, pag. 299. — (6) Hist. de la Chapelle des rois de France, tom. I, pag. 6. — (7) Mabillonius, Vetera Analecta, pag. 276, edit. 1723. — (8) Cangius, Glossarium latinum, v° *Cancellarius*. — (9) Opp. omnia, tom. I, epistola ad proceres, col. 998 et seq.

consolationem

A consolationem spiritalem, sive consilium totius palatii quicunque quæreret, apud eum ut necesse erat fideliter inveniret: et qui non quæreret et tamen ipse apud aliquem necessarium esse sentiret, juxta personæ qualitatem, et a perverso sensu vel opere retrahere, et ad viam salutis convertere studeret. Et cætera spiritualia, quæcumque palatio, tam ab assidue conversantibus, quam quæ et a supervenientibus, sive secundum Deum, sive secundum sæculum, ut providerentur et prævideretur, erant necessaria, quæ enumerare longum est, ad ejus specialiter curam pertinebant. Non ita, ut aliter ullus, sive palatinus, sive externus superveniens, sapientia et vera devotione per Dei gratiam illuminatus, tale aliquid minime ageret; sed maxime consuetudo erat, ut aut cum eodem apocrisiario pariter, aut certe per ejus consilium quod erat agendum ageret, ne forte quid minus utile aut indignum regi subriperet....

et in cœtibus ecclesiasticis primas tenebat.

12 Apocrisiarius autem, id est capellanus, vel palatii custos, et camerarius semper intererant: et idcirco cum summo studio tales eligebantur, aut electi instruebantur, qui merito interesse

B potuissent... *Potest et addi ex Ludovico Archon* (1) *summos capellanos, si essent episcopi, in conciliis Galliarum præ reliquis episcopis magnificentissime habitos fuisse. Quæ sane sufficiunt ut quisquis, quanti fierent summi capellani, intelligat. Et hæc est laus Pippini, Caroli Magni eorumque sucessorum quod ad illud implendum, quemadmodum ex serie summorum capellanorum a Cangio* (2) *et Oroux* (3) *texta liquet, viros scientia et sanctimonia præstantes elegerunt.*

Cum tanta auctoritate polleret **B. Angelramnus** *apud Carolum Magnum, ab eo pro ecclesia sua renovationem antiquorum privilegiorum obtinuit;*

13 *Cum itaque* S. Angelramnus *magna auctoritate, etiam antequam in episcopum Metensem esset assumptus apud, Carolum Magnum polleret, ab eo die* 22 *januarii anni* 775 *facile obtinuit, qui privilegia olim a regibus ecclesiis et monasteriis diœcesis Metensis concessa renovaret.* Ubi generaliter cognovimus, *ait Carolus*, esse insertum quod antecessoribus suis tale fuisset jam a longo tempore indultum beneficium, ut nullus ex judicibus publicis in curtes ipsius ecclesiæ Metensis et domni Stephani patroni nostri, seu basilicas infra ipsam urbem constructas, vel infra ipsam

C parochiam, tam monasteria, vicos vel castella ad eamdem aspicientia ingredi non præsumeret, aut aliquod ibidem generare detrimentum: nec homines eorum per mallos (4) *(publicos conventus majores)*, byrgos publicos *(conventus publicos minores)*, nec per audientias *(privatos conventus)* nullus deberet admallare (5) *(in jus citare)*, aut per aliqua iniqua ingenia præsumeret condemnare, nec freta (6) *(mulctam)* vel teloneos (7) *(tributa ad littora maris vel fluviorum solvenda)* exactare (8) *(exigere)*, aut aliquas (9) paratas *(expensas in visitatione legatorum publicorum)* facere: sed in eorum privatas audientias agentes ipsius ecclesiæ unicuique de reputatis conditionibus directum *(jus)* facerent, et ab aliis simulque perciperent veritatem, et ubi fredum ipsi agentes aut reliqui homines memoratæ ecclesiæ acciperent, freda ad ipsa loca sanctorum deberent Christo præsule proficere in augmentum. Pari modo et si homines eorum pro quolibet excessu cujuscumque fredum dissolvebant, fretus qui exinde in publicum sperari potuerit, ad ipsas ecclesias fuisset concessus..... Jubemus namque, *inquit Carolus Magnus*, ut quidquid constat tam in villis, domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, accolabus utriusque generis, sexus vel ætatis, cum integris terminis, solidoque statu eorum, tam ex munificentia regum et reginarum, quam id quod per venditiones, donationes, commutationes cessionesque titulis vel per quælibet instrumenta cartarum, aut quælibet ingenia legibus ad ipsam ecclesiam domni Stephani, vel alias ecclesias, quæ sub ipsa urbe Metensi, vel in parochiis ipsius pontificis constructæ esse videntur, fuit delegatum, et ad præsens pars ipsarum ecclesiarum cernitur possidere vel dominari, per hanc autoritatem nostram *(diploma regium)* id ipsis ecclesiis, vel memorato pontifici, vel abbatibus suis eorumque successoribus plenius in Dei nomine confirmatum atque concessum esse cognoscite. Præcipientes enim jubemus, ut E neque vos *(Angelramne)*, neque juniores seu successores vestri in curtes ipsius ecclesiæ, vel memorati pontificis, aut abbatum suorum, vel monasteriorum, castellorum, vicorum tam ultra quam citra Rhenum, Rodanum et Ligerim, vel in præfatam civitatem Metensem, aut in pagos vel parochias suas, et monasteria, seu cellas, cum omnibus ecclesiis ad eamdem pertinentibus vel aspicientibus, nulla freta, nec teloneos, vel conjectos, aut summutas, vel aliquas paratas faciendum, vel qualecunque ingenium ad aliquod detrimentum generare, penitus ingredi non deberetis, si gratiam meam vobis in omnibus optatis habere propiciam. Illud addi placuit scribendum, ut de tribus causis, de hoste publico hoc est de banno nostro *(exercitu a rege convocato)*, quando publicitus promovetur, et wacta *(excubiæ)* vel pontes componendum, illi homines bene ingenui, qui de suo capite bene ingenui immunes esse videntur, qui super terras ipsius ecclesiæ, vel ipsius pontificis, vel abbatis sui commanere noscuntur; si in aliquo exinde de istis tribus causis negligentes apparuerint, exinde cum judicibus nostris deducant rationes; F sed non amplius vel minus: in reliquo vero pro mercedis nostræ augmento sub emunitate ipsi sint conservati, ut ad ipsam casam proficiant in augmentis. Et ipsa emunitas, quæ a nobis vel ab antecessoribus patribus nostris fuit concessa circa memoratam ecclesiam domni Stephani, vel præfata monasteria, vel castella, vicos, pagos, parochias vel abbatias, quæ ad ipsum pontificem aspicere videntur, perenniter maneat inconvulsa vel conservata: qualiter ipsum pontificem seu clerum, vel pauperes ibidem alimoniam sperantes, plenius delectet, Domini misericordiam attentius exorare (10).

et cum eo interfuit dedicationi basilicæ Laureshemiensis et translationi ad eam ossium S. Nazarii.

14 Iisdem temporibus, *ajunt Annales Fuldenses ad annum* 774, dedicata est basilica S. Nazarii in Lauresheim, et translata sunt ossa ejus in illam (11); *quæ solemnia secundum Chronicon Laureshemiense fuerunt celebrata*

(1) Hist. de la Chap. des rois de France, tom. I, pag. 304. — (2) Cangius, v° *Cappellanus*. — (3) Hist. de la cour de France, tom. I, pag. LVII et seqq. — (4) Cangius, v° *Mallus*. — (5) Ibid. v° *Admallare*. — (6) Ibid. v° *Fredum*. — (7) Ibid. v° *Telo*. — (8) Ibid. v° *Exactare*. — (9) Ibid. v° *Parata*. — (10) Bouquet, tom. V, pag. 728 et seqq. — (11) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. II, pag. 348.

AUCTORE R. D. B.

in capite kalendarum septembrium (1), *id est* kalendis septembris, *ut annotat kalendarium Laureshemiense sæculi* IX (2) ; *atque huic celebritati* S. Angelramnus *interfuit. Porro monasterium Laureshemiense fundatum fuerat a S. Chrodegango, episcopo Metensi, qui et ipsum S. Nazarii exuviis, a Paulo papa datis, ditarat, eique præfecerat fratrem suum Gundelandum, virum non minus prudentia quam sanctimonia spectabilem. Hic monasterio basilicam adjecerat, et de ea, quum esset* perfecta, et, ut domum Dei decebat, omni specie decoris exornata (3), *magna cum pompa consecranda cogitabat. Interea temporis venit Spiram Carolus Magnus : eique occurrit Gundelandus,* magnopere deprecans, ut ipsius ecclesiæ consecrationi præsens interesse dignaretur ; cui pius rex, benigne assentiens, cum regina Hildigarda, filiisque Carolo, Pipino, Ludovico ac pluribus regni principibus per Lullum Moguntinæ sedis archiepiscopum... atque per Megingozum *(Wirceburgensem),* Wiomudum episcopos *(Trevirensem),* Angelramnum *(Metensem*), Waldricum *(Pataviensem),* magnifico
B apparatu et summa veneratione in capite kalendarum septembrium dedicationem ejusdem ecclesiæ celebravit, corpusque beati martyris Nazarii, *(quod ab anno* 765 *in Gorziensi monasterio quiescebat* (4)*),* in eam maximo devotionis honore transtulit (5). *Hactenus chronographus Laureshemiensis; qui hoc loco non est ab omni errore immunis, narrans videlicet Pippinum et Ludovicum, tunc temporis nondum natos* (6), *cum patre suo Carolo Magno dedicationi Laureshemiensi interfuisse. Quod vero hanc solemnitatem anno* 777 *illigat, eum culpat Pagius, sed ex argumentis, quæ unus ex meis collegis in Commentario prævio Vitæ S. Lulli* (7) *exposuit, liquet Pagii sententiæ tuto assentiri non posse, quin potius rationem temporum Chronici Laureshemiensis rationi Annalium Fuldensium esse præhabendam.*

§ III. S. Angelramnus abbas monasterii Senoniensis; quod ex
C imperiali fit episcopale. Translatio S. Simeonis, episcopi Metensis. Nargaudus abbas Senoniensis. Monasterio Senoniensi datus advocatus.

S. Angelramnus, *jam episcopus, creatur a Carolo M. abbas monasterii Senoniensis; quod, invitis monachis, ex imperiali fit episcopale;*

Postquam autem narrasset Richerius monachus primordia monasterii Senoniensis, ejusque abbatum seriem recitasset, et qua ratione S. Chorodegango episcopo Metensi mortuo successor fuerit datus S. Angelramnus, *addit :* Contigit Stephanum hujus loci imperialis *(monasterii Senoniensis)* abbatem ab hac luce migrare. Quod cum archiepiscopus Angelramnus comperisset, statim ad suum cucurrit imperatorem : et ut suæ hanc abbatiam D subderet ditioni postulavit. Hic enim locus ab initio sui ab imperio dependebat. Imperator vero ipsum nolens molestare, ejus petitioni assensum præbuit, et monasterium ipsum cum appendiciis Metensi episcopo, eo jure quo et imperatores a primo tenuerant, perpetualiter concessit. Unde iste noster locus episcopis Metensibus huc usque subjectus esse dignoscitur. Enimvero quia hic locus, ut diximus, suo erat viduatus rectore, idem archiepiscopus Angelramnus et episcopatum, et abbatiam Senoniensem aliquanto gubernavit tempore. Et ita monasterium, quod prius imperiale extiterat, ex tunc manu episcopi Metensis degere compellitur. Monachi vero, quia a tanto honore, imo melius dicendum onere se descendisse videbant, gravissime tulerunt. Non enim considerabant, quod, sicut et aliæ circumjacentes ecclesiæ oppressione imperiali sæpius terebantur et deficiebant, tum pro armatorum cuniis in expeditione mittendo, tum quia ab inimicis imperii crudeliter vexabantur, et non erat qui adjuvaret, quia et imperator multoties aberat, et ecclesiæ ab inimicis erui non poterant. E Vano igitur dolore consumebantur. Certe si ab illis temporibus ista omnia monasteria in hac parte Vosagi sita adhuc imperii essent, jam lapis super lapidem non remansisset, quia sub aliis adversariorum imperiis passim sunt constituta. Præsertim cum, si quæ ab inimicis tolerarent, imperatorem non leviter adire poterant, nec per se illa poterant emendare, quod episcopus uno vel duobus diebus inventus corrigere potest, et ita, ut opinor, vano consumebantur dolore (8).

ac proin, uti antea omnino ab imperatoris, deinceps ab episcopi nutu dependere incepit.

16 *Ex quibus Richerii verbis colliget lector monasterii Senoniensis conditionem, agente* S. Angelramno, *omnino fuisse mutatam, illudque ex imperiali factum esse episcopale. Equidem duplicis generis erant remotis temporibus monasteria : alia dicebantur* propria *esse seu* in alodio regis, *sub* regia defensione, tuitione, protectione *seu* ditione, *ad* jus *regis pertinere, aliisve hujusmodi designabantur appellationibus, a summis pontificibus adhibitis : et hæc monasteria adeo fuere numerosa, ut Baluzius contenderit, multorum antiquorum testimoniis innixus, ante exiens* F *sæculum* IX *omnia Galliæ monasteria sub tuitione seu ditione regia stetisse. Alia monasteria vocabantur* episcopalia *et sub* defensione *et* tuitione *episcoporum erant. Monasteria vero regia, non secus ac ea quæ sub Romani pontificis protectione erant, nuncupabantur* libera : *cujus generis erat monasterium S. Dionysii prope Parisios : a quo dependebat monasterium Salonæ seu S. Privati in diœcesi Metensi, postea a Carolo Magno,* consentiente S. Angelramno, *sub tuitione regia anno circiter* 777 *constitutum* (9) : *et licet per capitulare anni* 823 *inhabitantes monasteria libera episcopis in spiritualibus deberent obtemperare, id tamen numquam prævaluit, quamdiu hæc amplioris regiæ tuitionis disciplina duravit : adeo ut qui sub regia tutela degebant viri sanctissimi, (v. g. S. Abbo,*

(1) Ap. Freher, Scriptores rerum Germanicarum, tom. I, pag. 100. — (2) Mabillonius, Annales Bened. ad annum 774, num. 49, tom. II, pag. 212. — (3) Ap. Freher, tom. I, pag. 100. — (4) Mabillonius, Annales Benedictini, lib. 24, num. 6, tom. II, pag. 194. — (5) Apud Freher, tom. I, pag. 100. — (6) Mabillonius, loc. cit. — (8) Chronici Senoniensis lib. II, ap. Dacherium, tom. II, col. 612. — (7) Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 1069 et seq. — (9) Mabillonius, De re diplom., pag. 490 et seq.

exeunte

A *exeunte sæculo* X *abbas Floriacensis,) omnem subjectionem recusarent. Dein ad reges vel ad episcopos, prout monasteria aut regia aut episcopalia erant, devolvebatur rei temporalis et disciplinæ regularis cura. Concilium enim Vernense anni* 755 *hunc canonem, qui vigesimus est, condiderat :* Illa monasteria, ubi regulariter monachi vel monachæ vixerunt, hoc, quod eis de illis rebus dimittebatis unde vivere potuissent, exinde, si regalis erat, ad domnum regem faciant rationes abbas vel abatissa; et si episcopalis, ad illum episcopum. Similiter et de illis vicis (1);*quemadmodum postea Pippinus, rex Italiæ, anno* 793 *statuit ut* monasteria virorum ac puellarum, tam quæ in mundio palatii esse noscuntur, vel etiam in mundio episcopi vel cæterorum hominum, distringeret unusquisque in cujus mundio sunt,ut regulariter vivant (2). *Hinc reges sine episcoporum interventu, ut pluribus exemplis manifestum est, deponebant negligentes abbates, immorigeros monachos ejiciebant, introducebant alios novosque constituebant præpositos, vel etiam hæc sua monasteria aliis uniebant,*

B *subjiciebant aut ea concredebant emendanda. Hoc tamen non impediebat quominus reges ad recognoscendum an omnia rite in suis monasteriis peragerentur episcoporum opera uterentur, quemadmodum ex synodo Suessionensi* II, *can.* VII, *anni* 853 (3),*et ex capitulari Compendiensi anni* 868 (4) *vel etiam ex aliis pluribus instrumentis, ostenderunt post Baluzium* (5) *auctores Examinis historici et canonici de clericorum regularium et sæcularium juribus* (6). *Quod si essent monasteria episcopalia, eadem cura spectabat ad episcopos. Atque hæc sufficiunt ut unusquisque perspectum habeat, non mediocriter statum rerum in monasterio Senoniensi fuisse mutatum a* S. Angelramno. *Neque hic propugnandæ videntur adversus antiquos Senonienses monachos* S. Angelramni *partes, cum id egregie præstiterit Richerius ipsemet, cui omnino adhæret Calmetus* (7), *sæculo* XVIII, *abbas ejusdem monasterii Senoniensis.*

Defenditur hæc mutatio a Richerio Senoniensi.

17 Archiepiscopus vero Angelramnus et abbas, *ait Richerius,* cum videret res se ita habere, proposuit molestiam fratrum actu sagaci compescere. Voluit enim pastorem pro pastore, defensorem pro defensore, patronum pro patrono conferre; sed non similes potestate. Ille ad præsens, iste hic et apud Deum potest conservare et tueri : ille adjutor temporalis, iste sempiternus; ille corpus tantum, ille corpus et animam salvare sciebat, et semper scit : ille temporalia conferre poterat, iste utriusque vitæ subsidia sibi famulantibus novit præparare. Contulit quippe huic loco pro momentaneo continuum adjutorem et promptum, beatum pontificem, septimum a B. Clemente Metensem episcopum, Simeonem, clarissimum miraculis, et adjutorem promptissimum. Suffocatos namque aquis precibus suis ad vitam audivimus fore revocatos; lampades, ante ejus sacrum corpus dependentes, funibus ruptis, super pavimentum lapsas, per se super acutam cuspidem plenas oleo mirabiliter stantes illæsas reservasse; ardores febrium pellit; inundationes pluviarum serenitate commutat; calores nocivos æstivos statim invocatus temperat; horribiles tempestatum comminationes requisitus depellit. Quid plura? omnium infirmitatum et dolorum molestationes, non tardus, sed paratus medicus novit relevare; ad omnium denique necessitatum importunitatem promptissimum se semper exhibet defensorem. Hunc vero talem ac tantum hoc nostrum Senoniense monasterium meruit habere patronum. Qui ab illo venerabili viro Angelramno huc translatus, licet tanti, ut diximus, haberetur meriti, tamen, ut audivimus ab hujus loci fratribus, minime est susceptus. Dictus vero archiepiscopus et abbas volens illorum ad tempus quasi vir prudens declinare indignationis ferociam, in clivo montis, qui ad meridiem monasterio præeminet, cappellam construxit, et ibidem illum incomparabilem et sanctum thesaurum collocavit. Cui Deus in ipso locello sancto suo Simeoni tantam contulit gratiam, ut nulli indigenti, ejus adjutorium ibidem postulanti, divina misericordia sui voti subsidium denegaret. Ita tamen per illorum fratrum obstinationem aliquanto tempore ille sacer Deo E dilectus in dicta capella plenus miraculis permansit.....

AUCTORE R. D. B.

18 Igitur archiepiscopus et abbas Angelramnus, videns se aliis arduis tam imperii *(in aula),* quam archiepiscopatus negotiis implicitum, decrevit huic loco abbatem substituere. Inito quoque consilio, virum religiosum Norgaudum præfecit, quem ipse episcopus huic loco a nostro fundatore Gundelberto septimus huic monasterio octavum constituit abbatem. Et a tempore illo abbates hujus cœnobii ab episcopo Metensi temporalia, ab ipso vero episcopo Tullensi spiritualia receperunt, sicut et adhuc contingere videmus (8): *id est, benedictionem abbatialem, ordines et chrisma.Ast si ad resarciendam disciplinam extraneum auxilium necessarium videretur, adibatur episcopus Metensis, ut liquet ex cœnobii reformatione, peracta tempore Ramberti abbatis. Causa vero, cur* S. Angelramnus *monasterium Senoniense in spiritualibus episcopo Tullensi subdiderit, videtur esse quod intra fines ejus diœceseos jaceret, ac proin ab eo subsidia spiritualia facilius suppeditari possent : post sæculum tamen* XIII *factum est ut ab episcopis tum Metensi, tum Tullensi prorsus esset immune.* F

S. Angelramnus *constituit abbatem Norgaudum.*

19 *Interea temporis* videntes fratres hujus loci *(Senoniensis)* pro imperatoria dignitate, a qua lapsi fuerant, frustra se dolore consumi; ne tanto subventore forte privarentur, corpus sanctissimi Simeonis, quod superius in oratorio collis diximus collocatum, ad monasterium reportare maturarunt. Oblataque temporis oportunitate, glebam sancti cum magno populorum comitatu octava ante festum omnium sanctorum die, in ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi nunc in theca argentea requiescit, translatum est : in qua die annuatim omnes plebani, qui ab abbate Senoniensi tenent ecclesias, servitia piscium, ad honorem festi, omni occasione* amota, solvere tenentur. Vidi enim

Monachi transferunt S. Simeonis corpus ad suum monasterium;

* excusatione.

(1) Labbe, Concilia, tom. VI, col. 1669. — (2) Baluzius, Capitularia regum Francorum, tom. I, col. 546. — (3) Labbe, Collectio etc. tom. VIII, col. 83. — (4) Ibid. col. 93. — (5) Notæ ad Servati Lupi Opera, Epistola XII ad Pardulum, ap. Migne, Patrologia, tom. CXX, col. 455 et seqq. — (6) Pag. 201. — (7) Histoire de Lorraine, tom. I, col. 525. — (8) Chronicon Senoniense, lib. II, cap. I, pag. 612, apud d'Achery, tom. II, pag. 612.

aliquos

AUCTORE R. D. B.

aliquos ab abbate Henrico pro defectu servitii piscium, quod illa festivitate non persolverant, ad præsentiam suam vocatos, et emendam propter hoc abbati fecisse, et persolvisse neglectum servitium. Vidi etiam aliqua illarum festivitate tantam copiam piscium apportari, ut ad decem libras Tullensium valentia illorum computaretur (1). *Atque hanc sanctarum exuviarum Translationem, quam decessores nostri S. Simeonis illustrantes gesta, ob instrumentorum historicorum defectum vix attigerunt* (2), *ex integro recitandam duximus.*

cui monasterio S. Angelramnus advocatum dat, brevi factum expilatorem.

20 *Verum cum* S. Angelramnus *innumeris negotiis, utpote Metensis episcopus, summus palatii capellanus, cancellarius regis et apocrisiarius sedis apostolicæ, esset implicitus, ac proin monasterium Senoniense ab omni injuria defendere per tempus minus liceret, dedit ei* advocatum. *Huic pro munere suo incumbebat primo cum hominibus abbatis, si hic a principe vocaretur, ad bellum procedere, dein res et facultates monasterii gerere, vel etiam, si necessitas poscebat, eas, adscitis militibus et vassallis, armis tueri : quin et abbatis loco jus dicere, et duellum inire ad eos*
B *pertinebat. Ast cum* S. Angelramno *esset notum bene multos advocatos nihil nisi suum, neglectis monasteriis, bonum anhelare : imo potius eorum deprædatores quam defensores esse, omnia et singula jura et officia advocati Senoniensis accurate descripsit. Quæ referens Richerius ait :* Considerans itaque vir venerabilis Angelramnus se non posse nisi magno labore tot et tantis insistere provisionibus, quia sæpius imperiali cum cancellariæ oportebat interesse, hunc locum (ut decebat) nequiret defensare ; statuit monasterio advocatum providere tali conditione ut quicumque advocatus per Metensem episcopum institutus fuerit, ad quem advocati spectat institutio, tertiam partem emendarum *(mulctarum)* illarum, scilicet placitorum *(judiciorum)*, ad quæ ab abbate vocatus fuerit, accipere debebit, et ad cætera manus non extendet. Pars quidem dicto advocato terræ et hominum, quæ adhuc abajum *(bayon)* vulgo appellatur, pro advocatione collata fuit, quos adhuc tempore nostro heredes de Salmis possidebant ; et his contentus, nihil penitus juris in hominibus,
C terris, banno, aquis, nemoribus, placitis, justitiis, vel in omnibus monasterii dependentiis, se amplius sibi usurpare debebit. Sed ubicumque necesse fuerit, pro abbatia et ejus rebus et hominibus pro collato sibi advocationis beneficio stare tenetur. Abbas vero homines ad placitum vocabit, judicabit, et per scabinum suum emendas judicatas sine advocato levabit : et si qua culpa aliis temporibus in banno emerserit, abbas vel ejus villicus, qui per ipsum abbatem, et non per alium instituetur, illas tractabit et sine debito determinabit. Quicumque vero abbas sit Senoniensis, villicos, decanos, forestarios, scabinos, et etiam ecclesiarum S. Mauricii, S. Joannis de Plama, de Wipodi cella matriculatios ponet et deponet, et pro voluntate sua sine aliqua contradictione instituet et destituet, nec in villicum et alios ministeriales ecclesiæ, vel abbatis advocatus manum immittere debebit D vel in homines ; sed omnia in dispositione abbatis ordinanda permanebunt. Si vero quisquam aut advocatus super prædictis, vel quivis alter molestaret ecclesiam, per episcopum Metensem omnia corrigi et emendari deberent, et insuper omnibus præmissis, apostolicorum, imperatorum, episcoporum, ducum, comitum et aliorum magnatum privilegiis hæc nostra Senoniensis ecclesia fundata esse constat et roborata, ita ut apostolici quatuor, episcopi, archiepiscopi, vinculo excommunicationis privilegiorum ecclesiæ infractores, et offensa divina dignos pronuntient innodatos. *Nihilominus spes* S. Angelramnum *aliquando fefellit : nam postea advocati plures adeo sese monasterii Senoniensis vexatores exhibuere, ut, quemadmodum addit Rcherius,* multos habuerit advocatos excommunicatos. *Dein* comites de Salm, *qui ab ineunte sæculo* XII *in monasterii Senoniensis advocatos ab episcopis Metensibus fuerant assumpti, non dubitarunt abhinc medio circiter sæculo* XVI, *dum quæque jura susdeque essent versa, omnem obedientiam episcopis Metensibus denegare, et medio cir-* E *citer sæculo* XVII, *iisdem insciis, istius territorii principes sese declarare* (3). — *Sed et aliorum monasteriorum cura pertinebat ad* S. Angelramni *episcopalem sollicitudinem.*

§ IV. An S. Angelramnus fuerit abbas monasterii S. Trudonis. Donatus scriptor Vitæ S. Trudonis. Paulus diaconus scriptor Historiæ episcoporum Metensium. Collectiones capitulorum tributæ S. Angelramno.

Monasterii S. Trudonis in diœcesi Leodiensi, quod episcopis Metensibus erat subjectum,

S. *Trudo in Hasbania, pago Leodium inter et Lovanium,* nobilissima Francorum prosapia ortus, *Dei monitu et approbante S. Remaclo, Trajectensi episcopo, ad S. Chlodulfum, episcopum Metensem, perrexerat, ibique omnium bonorum suorum ecclesiam seniorem S. Stephani hæredem constituerat. Post multos vero annos cum inter sacerdotes Metenses esset cooptatus, ad suos ex S. Chlodulfi mandato reversus, in villa Sarchinii, quam ex paterna tenebat hæreditate, monasterium et basilicam in honorem beati Quintini et sancti Remigii construxit : quæ non Trajectensi episcopo, in cujus diœcesis ambitu situm erat Sarchinium, sed Metensi subjecit* (4). *Licebat enim, per illius temporis disciplinam, monasteria extructa in una diœcesi, sed nondum dedicata, subjicere episcopo extraneo : quo casu episcopus ecclesiam consecrans, non secus ac ejus successores, jurisdictionem in id asceterium habebat* (5). *Porro mansit monasterium Trudonopolitanum episcopis Metensibus sub-*

(1) Chronicon Senonienso, lib. II, cap. 1. — (2) Acta SS. tom. II Februarii, pag. 859. — (3) François et Tabouillot, Histoire de Metz, tom. I, pag. 531 ; Benoit, Histoire de Toul, pag. 43 et seqq. — (4) Mabillonius, Annales Benedictini, lib. XV, num. 21, tom. I, pag. 428 et seq. — (5) Acta SS. Auctarium tom. VI Octobris, pag. 46 et seq. ; Examen historicum et canonicum, pag. 163 et seq.

jectum

AUCTORE R. D. B.

A *jectum ad annum usque* 1227, *quo Hugo de Petraponte monasterium et municipium S. Trudonis a Joanne, episcopo Metensi, redemit* (1).

dicitur fuisse abbas S. Angelramnus, cujus precibus adductus, Donatus scripsit Vitam S. Trudonis;

22 *Quibus declaratis, intelligitur quomodo* S. Angelramnus *in monachos Trudonopolitanos jus dicere potuerit : quin et eum illorum fuisse abbatem, uti et S. Chrodegangum, arbitratur Mabillonius* (2), *quia Rodulphus, abbas Trudonensis, auctor sæculi* XI, *nullo, ob deperdita antiqua monumenta, temporum servato ordine, primorum suorum decessorum seriem recensens, scribit :* Nomina abbatum cœnobium quondam S. Trudonis regentium sunt hæc : Grimo abbas, Reyramnus abbas, Hardebenus abbas, Columbanus abbas, Angelramnus abbas, Ambrosius abbas, Gislebertus abbas, Adelbodus abbas, Hildradus abbas, Sabatinus abbas, Ermemmarus abbas, Radulfus abbas, Luodowicus abbas, Ratbertus abbas, Rodegangus abbas (3). *Quod si minus certum est ex his verbis* S. Angelramnum *Trudonensium monachorum fuisse abbatem, nemo tamen negabit eos illi, utpote episcopo Metensi,*

B *fuisse subjectos. Sed cum tanta esset Trudonense monasterium inter et episcopos Metenses consuetudo, fuit* S. Angelramnus *auctor Donato diacono (Metensi an Trudonipolitano nescitur* (4)*), qui S. Trudonis Acta colligeret, uti liquet ex ipso Donato, qui hisce verbis exorditur præfationem :* Beatissimo patri Angelramno archiepiscopo Donatus exiguus ultimusque exul perennem in Domino salutem. Beatitudine vestra suggerente, pater beatissime, cogor compendiosa brevitate quædam de vita ac conversatione felicissimi patris Trudonis presbyteri meæ parvitatis stilo subnectere, *etc.* (5). *Ubi vocabulum* archiepiscopi *ostendit S. Trudonis Vitam a Donato fuisse exaratam post annum* 784, *id est, postquam* S. Angelramnus *apocrisiarius Romani pontificis esset constitutus.*

item Paulus diaconus Ordinem episcoporum Metensium.

23 *Neque prætereundum est Paulum diaconum, alias Warnefridi, petente* S. Angelramno, *conscripsisse* libellum de ordine episcoporum, qui sibi ab ipso prædicationis exordio in Mettensi civitate successerunt. *Posteris enim* gesta Langobardorum *tradens et S. Arnulphum, episcopum Metensem, obiter memo-*

C *rans :* De cujus, *ait,* mirabilibus apud Mettensem ecclesiam, ubi episcopatum gessit, liber extat, ejusdem miracula et vitæ abstinentiam continens. Sed et ego in libro, quem de episcopis ejusdem civitatis conscripsi, flagitante Angelramno, viro mitissimo, et sanctitate perspicuo, præfatæ ecclesiæ archiepiscopo, de hoc sacratissimo viro Arnulfo quædam ejus miranda composui, quæ modo superfluum duxi replicare (6). *Idem ad finem Vitæ S. Chrodegangi ipsiusque libelli de ordine episcoporum Mettensium testatur :* Hic jam, pater sanctissime Angelramne, *ait,* narrationis serie vestram beatitudinem locus exspectat. Sed ego meæ tenuitatis non immemor, attentare minus idonee non audeo quæ de vestræ vitæ cursu laudabili majori stylo promenda sunt (7). *Erat quidem Paulus, domo Langobardus, in studiis literariis versatissimus, et propterea valde carus Ratchisio, Cuniberto, et Desiderio, ultimis Langobardorum regibus : quin etiam Desiderii fuit notarius* (8). *Post captam autem anno* 775 *Papiam, et regnum Langobardorum excisum, eum secum in aulam abduxit Carolus Magnus, ubi ab* S. Angelramno, *qui eo amicissime utebatur, ad episcoporum Metensium gesta colligenda, adductus est.*

Perperam ei tribuitur Compendiosa traditio canonum.

24 *Sed tribuitur et ipsi* S. Angelramno *in Patrologia latina Migniana collectio canonum, primum ex ms. codice Monasterii Weingartensis ab Henrico Canisio evulgata, cui titulus :* Compendiosa traditio canonum Orientalium sive Africanorum, quos beatus Hadrianus papa in uno volumine cum superioribus conciliis ad dispositionem occidentalium ecclesiarum Carolo Romæ posito dedit, regi Francorum et Langobardorum, ac patricio Romanorum. In primis de canonibus Apostolorum sub E
numero I (9) : *ast id ab editore incuriosius factum esse puto, cum Canisius, Sirmondus, Labbeus, Poisson, aliique omnes, quin aliquid de* S. Angelramno *innuant, compendiosæ traditionis canonum auctorem prædicant Hadrianum papam.*

Collectio Capitulorum ei tribuenda non est.

25 *Verum multo fervidior exarsit disputatio de alia capitulorum collectione, cujus plures perantiqui supersunt codices. Quorum in capite, modo scriptum est (ut infra videbimus) capitula tradita fuisse ab Angelramno Hadriano, modo ab Hadriano Angelramno* quando pro hujus negotii causa agebatur *adversus nonnullos episcopos Gallos, quemadmodum Ballerinii* (10) *addunt, qui contendebant eum summi capellani officio in Caroli Magni aula illicite fungi. Iisdem ferme verbis de hac collectione, quam ad causam suam firmandam recitabat Hincmarus Laudunensis, scribebat Hincmarus Rhemensis :* De sententiis vero, *inquiens,* quæ dicuntur ex Græcis et Latinis canonibus atque decretis præsulum et ducum Romanorum collectæ ab Adriano papa, et Engelramno Metensium episcopo da- F
tæ, quando pro sui causa agebatur (11). *Equidem, Sirmondus* (12), *Labbeus* (13), *Augustinus Theiner* (14) *aliique, quia collectio in plerisque mss. nomen fert Hadriani, eam huic, non secus ac Hincmarus auctor fere coævus, tribuunt : contra* S. Angelramno *adscribitur a Baluzio* (15), *Natali Alexandro* (16), *atque etiam a Calmeto* (17); *cujus argumentis, utpote magis probatis, adhæret Hartzhemius* (18), *scilicet esse accusati suam causam tueri, non judicis apud quem accusatus suam causam agit : additur quod Hadrianus papa* anno 787

(1) Mabillonius, Annales, tom. I, pag. 428 et seq. — (2) Ibid. lib. XXXI, num. 79, tom. II, pag. 558. — (3) Gesta Abbatum Trudonensium, ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. X, pag. 229. — (4) Acta SS. Belgii, tom. V, pag. 5 et seq. — (5) Ibid. pag. 23. — (6) Gesta Langobardorum, lib. VI, cap. 16, ap. Migne, Patrologia, tom. XCV, col. 635. — (7) Gesta episcoporum Mettensium, ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. II, pag. 268. — (8) Leo Marsicanus, Chronicon Cassinense, lib. I, cap. 15, ap. Muratori, Rerum Italicarum scriptores, tom. IV, pag, 284. — (9) Thesaurus Monumentorum, tom. II, part. I, pag. 266, edit. Basnage. — (10) Ballerinii, De antiquis collectionibus canonum, part. III, cap. 6, Opp. S. Leonis Magni, tom. III, col. 244 et seq. — (11) Opusculum adversus Hincmarum Laudunensem, cap. 24, in Hincmari opp. tom. II, col. 577, edit. Migne. — (12) Concilia Antiqua Galliæ, tom. II, pag. 99 — (13) Collectio Conciliorum, tom. VI, col. 1828. — (14) De Pseudo-Isidoriana canonum collectione dissertatio, anno 1829, pag. 33 et seq. — (15) Baluzius, Antonii Augustini dialogorum libri duo de emendatione Gratiani, Præf. num. IV. — (16) Historia ecclesiastica, tom. III, sæc. I, diss. 21, art. II, pag. 218, edit. Veneta, 1778. — (17) Histoire de Lorraine, tom. I, col. 525. — (18) Concilia Germaniæ, tom. I, pag. 349.

vel

AUCTORE R. D. B.

vel anteriore quopiam *donaverat Carolo regi* codicem canonum veterum ecclesiæ Romanæ, *qualem Dionysius Exiguus compilaverat, in quo nulla epistola decretalis pontificia ante Siricium exstat, nulla post Gregorium : at Antonius Augustinus contendit Angelramniana capitula ex Pseudo-Isidoriana collectione esse desumpta : quæ deceptio Hadriano, viro doctissimo et integerrimo, sit indigna.*

licet Ballerinii aliique in contrariam sententiam abierint;

26 *Quare neutri sententiæ adhærent fratres Ballerinii* (1) *et Blascus* (2), *quos sequitur Franciscus Xaverius Castiglioni* (3), *postea Pius VIII, in notis adjectis operi de jure canonico Joannis Devoti* (4). *Hi volunt neque Hadrianum, neque* S. Angelramnum *istorum capitulorum esse auctorem, tum quia extracta fuerunt ex Pseudo-Isidoriana collectione, quæ nonni post mortem Hadriani et* Angelramni *conficta fuit : tum quia plura in iis continentur quæ nequaquam proposuisset aut Hadrianus aut* S. Angelramnus, *qualia sunt, capite* VI : Si quis autem putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem diœceseos aut apud CONSTANTINOPOLITANÆ CIVI-
B TATIS sedem agat judicium, et reliqua ; *capite* XLIV. Delatori aut lingua capuletur, aut convicto CAPUT AMPUTETUR. Delatores autem sunt qui invidia produnt alios. *Alii opinati sunt dicta capitula vel Hadriani vel* S. Angelramni *opus esse, tum quia modo uni, modo alteri in omnibus antiquis codicibus mss. adscribuntur, tum quia Hincmarus Rhemensis tradidit* ea collecta ab Adriano papa et Engelramno Metensium episcopo data, quando pro sui causa agebatur. *Existimarunt enim potius ea* S. Angelramno *esse tribuenda, quia accusati est suam causam tueri apud judicem, non vero ab eo accipere argumenta, quorum ope eam propugnet. Quod vero multæ istorum capitulorum sententiæ in Pseudo-Isidoriana collectione reperiuntur, quis demonstrabit, reponunt, Pseudo-Isidorum non eas ex capitulis excerpsisse? Neque capitulorum collectionem memoriæ Hadriani aut* S. Angelramni *ullatenus officere censent, quum omnia quæ in ea continentur vel a conciliis, vel a pontificibus fuere proposita aut probata.*

sed, ut nuper doctissime ostendit Hinschius recensione codicum aliisque argumentis,

27 *Verum de Angelramnianis capitulis eruditissimum commentarium nuper edidit Paulus Hinschius* (5), *in quo hanc proposuit sententiam :* Pseudo-Isidorum ut fontibus et capitularibus Benedicti et capitulis Angilramni usum, multa autem capitula Angilramni ex capitularibus Benedicti hausta esse (6). *Perscrutatus quidem non paucas Germaniæ, Italiæ, Galliæ, Helvetiæ, Hispaniæ et Angliæ bibliothecas publicas et privatas, bene multos Pseudo-Isidiorianarum legum libros mss, quibus Angelramni capitula addita sunt, non secus ac quadraginta et unum capitulorum Angelramni codices manibus versavit Hinschius : venit et ad notitiam duorum aliorum codicum capitulorum. Hos Angelramni codices, modo Cantabrigensem titulo carentem demas, in tres magnas dividendas esse classes deprehendit : quorum alii, numero triginta, inscriptionem habent, qua dicitur Hadrianus* D *papa I dicta capitula Angelramno tradidisse; alii contra, numero octo, habent Angelramnum Hadriano : alii tres ferunt Angelramnum eorum esse auctorem, quin de Hadriano loquantur; unus demum, Angelramni nomine prætermisso, ea Hadriano tribuit. Antiquissimus omnium Sangermanensis codex hunc titulum habet :* Ex Græcis et Latinis canonibus et synodis Romanis atque decretis præsulum ac principum Romanorum hæc capitula sparsim collecta sunt et Angilramno Mediomatricæ urbis episcopo Romæ a beato papa Adriano tradita sub die XIII kalendas octobres indictione nona, quando pro sui causa agebatur (7). *Quem titulum etiam legerat Hincmarus Rhemensis. Alii ejusdem classis omnes meliores notæ codices eadem propemodum ratione inscribuntur. Codices vero alterius classis Parisiensis* 3853, *S. Victoris* 184, *Vaticanus* 63 *aliique, sæculo* XII *vel* XIII *exarati, exordiuntur hisce verbis :* Incipiunt capitula collecta ex diversis conciliis sive decretis Romanorum ab Angilramno Metensi episcopo et Hadriano papa oblata (8). *Neque Hinschium fugit, quodsi tot tantisque* E *codicibus fides esset adhibenda, vel Hadrianum vel* Angelramnum *capitulorum auctorem esse dicendum; quod de neutro absque injuria cogitari potest.*

opus est ignoti falsarii, qui falsa Capitularia Benedicti et Decretales Isidori etiam finxit.

28 *Accedit quod nequaquam admittendum videtur* B. Angelramnum die XIII kalendas octobres indictione nona (19 *septembris anni* 786) *venisse Romam. Hoc enim iter, quod sine ingenti comitatu et absque maximis impensis instituere non poterat, potius ad tres menses procrastinasset, cum tunc temporis Carolus Magnus, cujus erat cancellarius et archicapellanus, Romam pergeret : qui et ibi coram Hadriano papa adversus episcopos Gallos ejus videtur cum successu suscepisse patrocinium* (9). *Verumtamen quum illo ævo iter Romanum, ab episcopo et præclaro imperii magistratu susceptum, res magna esset quæ neque facile fingi neque facile e memoria aboleri poterat, valde verisimile est, aliquando Romam perrexisse beatum virum. Nisi, enim alicujus itineris superfuisset recordatio, non tam ineptus erat ille Benedicti capitularium, Angelramni capitulorum et* F *Isidori decretalium epistolarum confictor ut se in manifesto mendacio deprehendi sineret. Sed assignatum tempus minus videtur verisimile. Præterea septuaginta circiter annorum spatio post* S. Angelramni *obitum altum de iis capitulis fuit servatum silentium. Animadvertit quoque Hinschius Angelramniana capitula cum Benedicti diaconi seu levitæ capitularibus sæpius quam cum Pseudo-Isidori decretalibus verbo tenus* convenire, *ac proin post Benedicti et ante Pseudo-Isidori collectionem fuisse composita. Ast Benedicti Capitularia in concilio Rhemensi anni* 853 *adhibiti fuere* (10), *et a suo auctore postquam Autgarius Moguntinus anno* 847 *extinctus esset, scripti dicuntur* (11). *Pseudo-decretales vero circa annum* 864 *innotuere : nam Nico-*

(1) Concilia Germaniæ, tom. I, pag. 349. — (2) Commentarius de collectione canonum Isidori Mercatoris, Appendix. Apud Gallandum : De vetustis canonum collectionibus, pag. 151, edit. Moguntina. — (3) Artaud de Montor, Histoire du Pape Pie VIII, ch. I, pag. 8 et seq. edit. de Bruxelles, 1844. — (4) Devoti, Institutiones canonicæ, lib. I, cap. 4, § 45, tom. I, pag. 67, edit. Gandavensis, 1822. — (5) Decretales Pseudo-Isidorianæ et Capitula Angelramni, pag. CLXIII et seqq. — (6) Ibid. pag. CLXXX. — (7) Ibid. pag. CLXV. — (8) Pag. CLXII. — (9) Labbe, Coll. con. tom. VII, col. 1064. — (10) Hinschius, pag. CLXXXVI. — (11) Pertz, Legum tom. II, pag. 39.

laus

A *laus I, qui anno* 862 *scribens ad Salomonem Armoricæ regem, affirmaverat episcopos accusatos non nisi a duodecim episcopis, vel non nisi auditis septuaginta testibus esse deponendos, contra anno* 865, *in literis ad Galliarum episcopos, innixus pseudo-decretalibus, dicit episcopum, inconsulto Romano pontifice, deponi nullo modo debere* (1). *Hinc Pauli Hinschii est sententia, quam et nos amplectimur, capitula quæ ab aliis Hadriano I, ab aliis* B. Angelramno *tribuuntur, ab eo qui se vocavit Benedictum Levitam intra annos* 847 *et* 865 *esse conscripta. Longius quidem huic disputationi inhæsimus; quamquam vix delibavimus egregium Hinschii commentarium; sed vindicanda erat qualitercumque* S. Angelramni *memoria adversus Baluzium, qui scribere non dubitavit* (2): Primus omnium Angelramnus, archiepiscopus Metensis, hoc novo jure, quo episcoporum judicia Romani pontificis auctoritati reservantur, usus est, primus, inquam, omnium mortalium contra divinos canones convellere tentavit jus antiquum, » quando pro sui causa agebatur, » B id est, quando accusatus de aliquo crimine, ut ego arbitror, subtrahere se voluit cognitioni suorum judicum. *Ad vera* S. Angelramni *gesta redeamus.*

§ V. Angelramni donationes monasteriis Gorziensi et S. Naboris. S. Naboris sepulcrum ornatum.

S. Angelramnus *dat monasterio Gorziensi plures villas in pagis Calvomontensi,*

Tractus est terræ quidam, *ait Bollandus, Acta B. Joannis abbatis Gorziensis illustrans,* in Mediomatricum regione, olim pagus Scarponensis, sive Scarponinse, aut Scarpona dictus, cis Mosellam flumen, ad occasum vergens, inque prima regni Lotharii inter patruos ejus divisione Carolo Calvo Franciæ Occiduæ regi assignatus. In Scarponensi hoc pago, leucis aliquot ab ipsa urbe Metis monasterium insigne Gorziam a rivo, cui adjacet, dictum, fundavit C S. Chrodegangus, Metensis episcopus (3): *quod nunc in partitione Mosellæ jaceret, nisi post multos eosque miseros casus partim exeunte sæculo* XVI, *partim exeunte sæculo* XVIII *suppressum fuisset. Huic monasterio* S. Angelramnus, *decessoris sui S. Chrodegangi vestigiis insistens, fere ab exordio sui episcopatus, id est ab anno* 770, *consentientibus pro jure communi canonicis, magna contulit ecclesiæ Metensis bona. Et primo quidem* in pago Calvomontensi *, *qui omne territorium inter fontes fluvii Mosellæ, Murtæ Saravique * et confluentem Mosellæ Murtæque capit* (4), *dedit* villam Warangesi-Villam * (5) cum adjacentiis, vel appendicibus seu opportunitatibus suis, tam terris, campis, pratis, pascuis, vineis, silvis, cultis et incultis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, mancipiis, litis, accolabus, pecuniis, peculiis utriusque sexus generis vel ætatis, cum integro termino, solidoque statu, facta omnia et ex omnibus totum et ad integrum, quantumcumque ad ipsam villam adspicere....videtur, ad ipsum monasterium... voluit esse donatum. Simili modo dedit in ipso pago rem illam in Manicocurte*... rem illam in Rehensacoldocurte, quam Beto... tenet, seu et sortem illam in ipsa villa, quam Vibollagus per beneficium S. Stephani vel nostrum tenere videtur. Simili conditione dedit in eodem pago villæ Acciago* (6) una cum illa ecclesia inibi constructa cum omnibus ad ipsam pertinentibus. *Dedit etiam quamdam terram in eodem pago Calvomontensi cognominatam Nodulphum* (7), *terram villæ Buxarias, cujus nominis in pago Calvomontensi duo sunt ad Nancejæ septentrionem loca sibi invicem adjacentia: alter* Bouxières-aux-Dames, *ubi circa annum* 936 *monachæ Benedictinæ sedem fixerunt, quibus postea successere canonicæ sæculares: alter* Bouxières-aux-Chênes. *Utrumque locum non fuisse nisi unum vicum sæculo* IX *existimo. Similiter dedit terras* in ipso pago E in loco nuncupato Hadulfo curti* (8) et ad Burtsolonivillam * *(in partitione Murtæ).* Simili modo in loco nuncupante Arcas * *(in partitione Murtæ)* (9), seu et Niguiemonte (10) (Montaigu, *ut putant, nunc capella et castellum vici* La Neuville-devant-Nancy) ad ipsam casam Dei proficiant in augmentum. Similiter dedit terras nonnullas super ipsum fluvium Cernone (11).

AUCTORE R. D. B.

* Manoncourt en-Vermois.

* Essey-les-Noncy

* Neuvelotte.

* Heillecourt.

* Hausonville.

* Art-sur-Meurthe.

30 *Simili conditione dedit in pago Suggentensi* * villam nuncupatam Childulfo-Villam * (12) *(in partitione Murtæ)* una cum quadam sorte *(modulo scilicet agri).* Hæc omnia, *ait* S. Angelramnus, superius comprehensa, tam in terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, vincis, sylvis, cultis et incultis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, mancipiis, litis, accolabus, adjacentiis, appendiciis, cum integris terminis solidisque statis eorum ad eas res pertinentibus, vel aspicientibus, ad ipsum jam fatum monasterium, vel ipsos fratres proficiant in augmentis, ut eos melius delectet, pro nobis vel inclitis F regibus nostris Karolo atque Karolomanno seu stabilitate regni Francorum et successoribus nostris, Domini misericordiam attentius exorare. *Dedit quoque eidem monasterio per aliud diploma ejusdem anni villam ecclesiæ suæ cathedralis S. Stephani, nuncupatam Faho *, (in partitione Murtæ)* (13), *in minore pago Bedensi *, qui majoris pagi Tullensis pars hinc Mosæ adjacet, et illinc ejusdem tractus minores pagos et Odornensem * tangit* (14); necnon et villam aliam de ratione ipsius S. Stephani sitam in pago Wabrinsi*, *qui capiebat vicos* Beaumont, Mandres, Manoncourt, Esey, Charey *et* Rembercourt (15), *cognominatam Gaudiaco* * (16). *Et ad omnes litigandi vias*

Suggentensi, Bedensi et Wabrensi;

* Le Saintois

* Chaouilley.

* Foug.

* Le Void.

* Ornois.

* La Voivre.

* Ioui-en-Voivre

præcludendas

* Dép. de la Moselle.

*Chaumontois.

* La Sare.

* Varangeville

(1) Epistolæ Nicolai I, ap. Migne, Patrol. tom. CXIX, col. 807 et seq. — (2) Antonii Augustini dialogorum libri duo, Præf. num. IV. — (3) Acta SS. tom. III Septembris, pag. 334. — (4) Valesius, Notitii Galliarum, v° *Calvomontensis pagus.* Benoit Picard, Histoire de Toul, ch. XII, pag. 29; Lepage, Dictionnaire Geographique de la Meurthe, pag. 74. — (5) Lepage, Dict. pag. 255. — (6) Ibid. pag. 99. — (7) Ibid. pag. 182. — 8) Ibid. pag. 152. — (9) Ibid. pag. 129. — (10) Ibid. pag. 173. — (11) Ibid. pag. 215. — (12) Ibid. pag. 69. — (13) Lepage, Dict. pag. 108; Benoit, Histoire de Toul, pag. 80. — (14) Lepage, Dict. pag. 44; Benoit, Histoire de Toul, pag. 74 et seqq. Calmet, Histoire de Lorraine, tom. I, col. 20. — (15) Lepage, Diction. pag. 266 et seq. Benoit, Histoire de Toul, pag. 75 et seq. Bexon, Histoire de Lorraine, pag. 521 et seq. — (16) Histoire de Metz, tom. I, pag. 532; Calmet, Hist. de Lorraine, tom. I, col. 526.

AUCTORE R. D. B

præcludendas addit S. Angelramnus : Hoc est in terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, pascuis, vineis, silvis, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, mancipiis, litis, accolabus, adjacentiis, appendiciis cum integris terminis, solidisque statis earum, ad easdem villas jam fatas Faho et Gaudiaco aspicientibus vel pertinentibus, ad partem S. Petri vel S. Gorgonii, seu ad ipsos fratres proficiat in augmentis, ut eos melius delectet pro nobis, vel inclito rege nostro, seu stabilitate regni Francorum, et successoribus nostris, domini misericordiam attentius exorare. Et illum censum, quem usque nunc ipse Fredelaigus, vel Godfridus ad partem S. Stephani, vel nobis dederunt, ipsum ad partem ipsius monasterii, vel ad ipsos fratres annis singulis persolvant. *Et cum ipsi de hac luce decesserint,* ipsi fratres, ipsas tam fatas villas cum omni superposito, absque ullius contradictione vel judicis aut pontificum successorumque nostrorum expectata traditione, in eorum recipiant potestatem..... (1).

et impedit quominus a suo advocato vexentur S. Naboris monachi.

31 *Eodem circiter tempore Wallerus, monasterii S. Naboris advocatus, officii sui mirum in modum oblitus, monachos ibi degentes adeo vexabat, ut eis, unde viverent, deficeret. Id non tulit* S. Angelramnus, *et res quo melius potuit composuit, quemadmodum et ipse in sequenti diplomate declaravit :* Ego Engilramus, in Dei nomine, pontifex Metensis indignus, omnibus ecclesiis nobis commissis providere debemus sollicite, et fratribus ibidem Deo degentibus pacem facere, et a pravis hominibus defensare, resque eorum custodire, ut securius Deo valeant servire. Ideoque cœnobii beati Naboris quotidianis calamitatibus et miseriis pie atque misericorditer condolentes atque compatientes, quas sub advocati et ministri comitis Wolmeri nostri advocati, tam in exactionibus, quam in rapinis, quas nocte et die indesinenter inferunt et faciunt hominibus ejusdem ecclesiæ, eosque opprimentes et affligentes quotidie, ita ut non possent clamores eorum sustinere; his omnibus cœnobium illud ad tantam devenit inopiam atque miseriam, quod vix possent reperire fratres, qui Deo ibi et sancto Nabori vellent servire, quia non habe-
C bant unde ibi vivere : tandem, recepto consilio, eundem comitem convocavimus, et per nostram justitiam eum tamen constrinximus, quod et ipse ab hac injuria cessavit, subadvocatos et ministros corripuit. Pro hac igitur correctione et emendatione prædicti cœnobii Wasco abbas, et sui fratres, nostro et omnium consilio, et ejusdem comitis, ut firma et rata esset, et ut deinceps eos comes, nec eorum successores inde inquietarent, quasdam villas, quæ erant ad præbendam eorum, comiti in perpetuum tradiderunt, ut amodo ipse comes nec subadvocati vel ministri ullam tamen vel exactionem, vel inquietationem eidem ecclesiæ vel rusticis ejus inferrent seu facerent; si vero rustici eorum rebelles contra eos existerent, vel ad justitiam venire recusarent, prædictus comes per abbatem vel per fratres commonitus, illuc veniret, et abbas in nocte solvendo eum cum suis, procuraret in nocte et in die subsequenti de rusticis justiciam facere, et de justiciis abbati duas partes, D tertiam comes haberet, et his contentus esset; cætera vero ecclesiæ beneficia et annalia servitia abbas et fratres in perpetuum possiderent, et sine aliqua inquietatione libere et pacifice haberent. Nomina villarum Walo, quæ est juxta Morspec castrum in Elisatia, *(quæ tunc sese porrigebat a Ripuariis ad Allemannos),* juxta Hamburo : Ropac villam apud Iugeswile, quatuor mansos juxta Salrab Cundici cum ecclesia; villam juxta Bozonis-villam : itemque Ostingamvillam et novem mansos apud Altor, juxta Tannævillam, et unum mansum apud Hinkingamvillam. Hæc omnia, sicut in præsenti scripta esse videntur, ita authoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli, et omnium sanctorum et sanctarum et nostra confirmamus atque roboramus, ut nullus comes vel advocatus, sive aliqua persona, vel homo, hanc chartam audeat violare, infringere atque mutare, sed firma et stabilis semper usque in hodiernum diem permaneat, omnesque qui hanc violare vel contraire tentaverint, iram Dei et maledictionem et nostram excommunicationem incurrant. Sig. Botperti advocati. Sig. Sigibaldi. Sig. Liepbridi E archidiaconi. Sig. Manfridi archidiaconi. Sig. Helimanni decani. Sig. Bencenis præpositi. Sig. Ottonis præpositi. Actum hoc anno XXVIIII, regnante Carolo glorioso rege, sub die XV m. junii. — Subsignatum : Ego Allo notarius scripsi, et Christophorus Thilman. (2)

Ornamenta sepulchri S. Naboris absolvit.

32 *Ast animadvertendum est huic diplomati appositum fuisse regni Caroli Magni annum* XXVIII, *qui in annum* 797 *incidit, quando* S. Angelramnus, *ut postea ostendemus, abhinc sex annis ex hac vita jam recesserat : sed, quemadmodum auctores historiæ Metensis* (3), *Mabillonii* (4) *vestigiis insistentes, animadvertunt, librarius loco* XVIII *scripsit* XXVIII. *Superest et aliud documentum benevolentiæ* S. Angelramni *erga monasterium S. Naboris, versus scilicet quatuordecim, quibus celebrat Alcuinus Vasconem, monasterii S. Naboris abbatem, et* S. Angelramnum, *quorum prior absolverat ornamenta, quibus posterior S. Naboris sepulcrum honestare cœperat. Accipe lector hos versus :*

Pontificalis apex pastor, patriarcha, sacerdos, F
Angilramnus ovans, fretus pietate magistra,
Martyris egregii Naboris deductus amore,
Cœperat, intentus sacro vestire sepulcrum,
Auxiliante pio Carolo, per munera, rege.
Ne compleret opus, rapuit mors improba patrem:
Post levita humilis vas compleverat illud.
Qui legitis versus ambos, commendite Christo,
Ut quicunque sua venerit hic solvere vota,
Cum patre discipulum verbis memorare be-
[nignis.
Incipit ille prior, sed jam perfecerat iste.
Unum opus amborum; Christus conservet utros-
[que.
Et tu, sancte Dei martyr, invicte triumphis,
Auxiliare tuis, pastor, pater optime, servis (5).

Mutationem facit cum episcopo Tullensi.

33 *Præterea tribus circiter annis, antequam ad cælum evolaret, rationem, quam Carolus Magnus decreto diei* 29 *junii anni*

(1) Meurisse, Op. cit. lib. II, pag. 176 et seq. — (2) Calmet, Hist. de Lorr. tom. II, preuv. p. CXVIII. - (3) Histoire de Metz, tom. I, pag. 536. — (4) Annales Benedictini, lib. XXVI, ad annum 791, num. 16, tom. II, pag. 282. — (5) Alcuini Opera, tom. II, col. 753, edit. Migne.

A 788 *firmam esse voluit* (1), *iniit* S. Angelramnus *cum Bornone, episcopo Tullensi, ita ut prior ecclesiæ Tullensi terras quasdam sancti Stephani Metensis vel monasterii Gorziensis in* Siavolo, *pagi Suggentensis loco, sitas, daret : posterior vero vice versa nonnullos ecclesiæ Tullensis agros, qui in pagi Vongensis loco vocato Stilonio jacebant, conferret S. Stephano Metensi aut monasterio Gorziensi.*

§ VI. Mors S. Angelramni bello Avarico. Dies obitus non omnino certus. Cultus ecclesiasticus. Lectiones liturgicæ. Musica.

Moritur S. Angelramnus *bello contra Avaros, anno* 791,

Verumtamen quæ hactenus retulimus indicia potius sunt eximiæ ejus administrationis, quam recensio rerum præclararum, quas episcopatus sui spatio ab eo factas B fuisse suspicari possumus, non demonstrare. Postquam autem his laboribus gnaviter functus erat, venit tempus quo supremo hero et judici rationem redderet villicationis suæ et mercedem operationis suæ reciperet. Illuxit suprema hæc dies, dum officiorum suorum causa Carolum Magnum, ad bellum adversus Avaros, Pannoniæ tunc incolas, pergentem, anno 791 comitaretur. Legimus enim in Annalibus Laureshamensibus seu Loiselianis (2) : Anno 791... ipse *(Carolus)* introivit in Illyricum et inde in Pannonia... Cum autem vidisset rex Carolus, quod nullus ei de parte Avarorum resistere ausus esset aut suis, tunc circuivit terram illam per dies 52, incendendo et vastando terram illam... Et in ipso itinere obiit bone memorie Enghilramnus, Medriomatice ecclesie archiepiscopus. *Item in Chronico Moisiacensi* (3) : Anno 791... in ipso itinere obiit bonæ memoriæ Ingilramnus, Mediomatricæ ecclesiæ archiepiscopus. *Dissentit quidem auctor Annalium Alamannorum* (4), *dicens :* Anno 790... Angilramnus et Suidbertus de hac luce migrarunt. *Sed posthabenda est ejus narratio aliorum* C *narrationi, quoniam pugnat cum antiquissimis monumentis historicis, quæ omnia, præter solos Annales Tillianos* (5), *ad annum* 791 *et* 792 *bellum in quo* S. Angilrannus *obiit, referunt. Sunt enim Annales Francorum* (6), *breve Chronicon ex codice monasterii S. Dionysii in Francia* (7) *excerptum, Annales Ratisponenses majores* (8), *Chronicon Moisiacense* (9), *Annales Eginhardi* (10), *Chronicon Adonis* (11), *Annales Fuldenses* (12), *Annales Metenses* (13), *et secundum hos Chronicon breve S. Galli* (14), *Chronicon Hermanni Contracti* (15), *Chronicon Lamberti Schafnaburgensis* (16), *etc. In Annalibus vero Tillianis, uti animadvertit D. Bouquet* (17), *omnia gesta ab anno* 774 *usque ad finem, id est, usque ad annum* 807 *uno anno tardius indicantur : hinc intelligitur quomodo iter ad Avaros non anno* 791, *sed anno* 790 *fuerit illigatum. Ex quibus disputatis quoque patet Chronicum Metense ad annos triginta octo, et Meurissium ad annos quinquaginta et dies viginti novem minus recte protraxisse* S. Angelramni *episcopatum.*

AUCTORE R. D. B.

35 *Diem vero* S. Angelramni *emortualem unum fuisse kalendarum novembrium nemo facile negabit : nam in S. Symphoriani catalogo legitur* (18) : Angelramnus, archiepiscopus et palatii capellanus, qui sedit annos XXIII et dies XXVIII. Requiescit in monasterio, cui vocabulum Nova Cella. Obiit VII. kalendas in loco qui dicitur Asnagahunc * Chunisberch. *Quocum convenit Catalogus S. Arnulfi, in quo hæc leguntur* (19) : Angelramnus, archiepiscopus et palatii capellanus, sedit annis XXVIII. Obiit VII kalendas novembres. Requiescit in monasterio, cujus vocabulum Nova Cella. Obiit in loco Asnagan, nunc Cunisberg. *Concordat et Chronicon Metense, ubi hæc occurrunt* (20) : E Viro huic præclaro *(S. Chrodegango)* successit Domnus Angerannus, in ordine XXXVIII. Hic archicapellanus palatii extitit Caroli Magni... Præfatus Angerannus, inter cætera bene gesta, Novæ Cellæ monasterium construxit, in quo et quiescit. Rexit præsulatum annis XXIII sub apostolicis Hadriano, Leone præscripto, et Stephano III : *dein martyrologii Metensis codices antiqui alii ad diem* VIII, *alii ad* VII, *vel etiam ad* V *aut* IV *kalendas octobres hæc perhibent* (21) : Obiit dominus Angelramnus sanctæ Dei Metensis ecclesiæ archiepiscopus, qui sancto Paulo, *canonicis scilicet istius ecclesiæ*, concessit Milleriacum *(villam)*. Unde debemus habere integrum servitium. *Verum cum præfuerit Metensibus* S. Angelramnus *annos* 23, *dies* 28, *mortuus dicendus est, modo dies consecrationis et obitus demantur, die* 24 *octobris ; contra, si non demantur, dicendus est obiisse die* 26 *octobris. Quod si solus consecrationis aut obitus dies aufertur, mors ejus diei* 25 *octobris illiganda est ; quo die obitum ejus referunt aliquot libri. Sed, quoniam in chronologia S. Chrodegangi auctores catalogorum ad hujus episcopatum neque* F *diem consecrationis neque obitus referunt, arbitrari licet eos eamdem viam iniisse in chronologia* S. Angelramni, *cujus proin dies emortualis videtur esse* 26 *octobris seu* VI *kalendas novembres. Et quidem, quum scripti sunt Prætermissi ad diem* 25 *octobris, mens nostra erat de eo dicere ad diem sequentem, quoniam (ut ibidem monuimus) natalis ejus inscriptus est Martyrologio templi cathedralis Metensis* ad VI kalendas novembres ; *sed errore typographi impressum est nos de eo dicturos* ad diem XXVII octo-

die 24 *aut* 26 *octobris ;*

* Asnagan, nunc.

(1) Gallia Christiana nova, tom. XIII, Preuves, col. 446 et seq; Calmet, Hist. de Lorr. tom. VII, pag. CXLIV. — (2) Apud Pertz, tom. I, pag. 34. — (3) Ibid. pag. 299; Bouquet, tom V, pag. 73. — (4) Pertz, tom. I, pag. 47. — (5) Bouquet, tom. V, pag. 21; Pertz, tom. I, pag. 222. — (6) Bouquet, tom. V, pag. 65. — (7) Ibid. pag. 29. — (8) Pertz, tom. I, pag. 92. — (9) Bouquet, tom. V, pag. 73; Pertz, tom. I, pag. 34. — (10) Bouquet, tom. V, pag. 210; Pertz, tom. I, pag. 177. — (11) Bouquet, tom. V, pag. 319. — (12) Bouquet, tom. V, pag. 330; Pertz, tom. I. pag. 95. — (13) Bouquet, tom. V, pag. 347; Pertz, tom. I, pag. 335. — (14) Bouquet, tom. V, pag. 360; Pertz, tom. I, pag. 65. — (15) Bouquet, tom. V, pag. 364. — (16) Ibid. pag. 367. — (17) Ibid. pag. 19 in nota. — (18) Ansberti familia rediviva, ad finem, pag. 24; Apud Pertz, tom. I, pag. 269. — (19) Calmet, Hist. de Lorraine, tom. I, Preuves, col. CXVIII. — (20) Apud, Pertz, tom. X, pag. 540. — (21) Histoire de Metz, tom. I, pag. 543; Calmet, Hist. de Lorraine, tom. I, pag. 532; Meurisse, Histoire des évêques de Metz, pag. 177 et 179; Ruyer, Antiquités des Vosges, pag. 221.

AUCTORE R. D. B.

bris, *loco* XXVI octobris. *Verum quum in nullis fastis ejus nomen nobis obvium fuerit ad diem* 27, *maluimus eum referre ad proximum diem* 28 *octobris; non quod eo die vita functus sit, sed quoniam hoc saltem favet quod hoc die in libris aliquot ejus obitus signatus est* (1). Königsberg *autem, ubi exstinctus est* S. Angelramnus, *latine* Regiusmons *et* Nova Banya, *hungarice* Uj-Banya, *notissimum Hungariæ oppidum est, in comitatu Barsensi, in ripa dextra Grani fluminis,* MM.D.P. *a Schemtizio.*

sepultus fuit in S. Naboris monasterio.

36 *Post felicem suum exitum* S. Angelramnus, *uti modo ex S. Symphoriani* (2) *et S. Arnulphi* (3) *catalogis et ex Chronico Metensi* (4) *narravimus, in monasterio Novæ-Cellæ seu S. Naboris sepultus fuit. Suffragatur quidem Rituale Metense anni* 1713 (5), *perperam tamen addens beatum virum concilio Francofurtensi anni* 769 *(quod numquam extitit) interfuisse. Ignotum autem mansit ejus sepulcrum usque ad diem* 5 *augusti anni* 1609 : *quo tempore illud invenit Joannes de Maillane Porcelet, episcopus Tullensis, quum*
B *S. Naboris, cujus erat abbas commendatarius, ecclesiam reficeret et exornaret. Erat autem ejus loculus lapideus quatuor pedes longus : in cujus fronte exsculpta erat imago episcopi, ad pedes suos habentis plures monachos genibus flexis orantes. Ossa* S. Angelramni *simul ac ejus calix in ecclesia sacristiæ deposita fuere* (6). *Sed initio supremæ perturbationis sæculi* XVIII, *quemadmodum a viris fide dignis accepit R. D. Poncelet, hodiernus parochus et archipresbyter in S. Naboris* (S. Avold), *impii pedibus ea calcarunt et in omnes partes sparserunt, adeo ut nonnisi aliquot particulas, postea cum brachio S. Sigibaldi aliorumque sanctorum in aversa altaris majoris parte reconditas, homines apprime christiani colligere potuerint. Ast ex his omnibus reliquiis solum S. Sigibaldi brachium, quum pro aliis testium copia deficeret, ut sincerum recognovit abhinc aliquot annis ven. vir Beauvallet, vicarius generalis episcopi Metensis. Veruntamen, et hodiedum, uti ad me scripsit R. P. Julianus Bach, diligens anti-*
C *quitatum Metensium indagator, in ecclesiæ Metensis thesauro ossa nonnulla et cranium* S. Angelramni *servantur, simul ac ossa et cranium S. Sigibaldi, episcopi Metensis, qui sæculo præterlapso item in monasterio S. Naboris quiescebat.*

Fuit cultus in monasteriis S. Naboris et S. Clementis, et aliquandiu per totam diœcesim Metensem. Lectiones de eo liturgicæ.

37 *Cultum ecclesiasticum in S. Naboris monasterio* S. Angelramno *antiquitus delatum fuisse narrant Ruyer* (7), *Meurisse* (8), *Calmet* (9), *François et Tabouillot* (10), *scriptores Galliæ Christianæ* (11) *et Chaussier* (12). *Eumdemque honorem eum in ecclesia S. Clementis Metis consecutum esse tradunt François et Tabouillot* (13). *Per breve quoque tempus, scilicet ab anno circiter* 1827 *ad annum* 1848, *per totam Metensem diœcesim die* 5 *augusti, quo recolebatur anniversaria memoria ejus inventionis, festum* S. An- D
gelramni *ritu semi-duplici actum est. Omnia erant de communi confessorum pontificum, præter orationem de doctoribus et sequentes lectiones secunda et tertia :* Angelramnus, claris ortus natalibus, Gorziæ, ubi tum celebris schola tenebatur, in divinis liberalibusque disciplinis educatus est. Cellam Novam inde, cui sancti Naboris cœnobio nomen postea fuit, ingressus, religionis habitum suscepit. Quo in loco quum per plures annos doctrina et optimi monachi virtutibus conspicuum se exhibuisset, eum Carolus Magnus Senoniæ, ad pedes Vosagi montis, abbatem præfecit. Hinc anno septingentesimo sexagesimo octavo, ad Metensem sedem, quæ annis ferme tribus post beati Chrodogangi obitum vacaverat, evectus est, et pallio atque archiepiscopi prærogativis insignitus. Sacri quoque palatii archicapellanus, Adrianique pontificis ad Carolum regem legatus, omnia hæc munia, nihil pastoralis curæ remittens, summa semper laude complevit Insignis fuit illius erga cathedralem ecclesiam munificentia, quam amplissimis præ-
diis auxit. Canonicam disciplinam a sancto E
prædecessore suo invectam summo studio observandam curavit, et ipse, licet tot curis negotiisque distractus, semper observavit. Sub illius etiam episcopatu Metis institutum est celebre per Gallias cantus ecclesiastici magisterium. Postquam commissum sibi gregem, annis tribus supra viginti rexisset, ad summum animarum nostrarum pastorem abiit; et Cellæ Novæ, cujus ædificiis, a Sigisbaldo inceptis, extremam manum imposuerat, sepultus est. Sacras ejus reliquias, illustrissimus de Porcelet, episcopus Tullensis et sancti Naboris abbas, anno millesimo sexcentesimo nono solenniter exhumavit, nonis augusti. Quarum pars ab aliquot annis, in ecclesiam cathedralem translata est, ubi honorificentissime coluntur.

An musicam promoverit S. Angelramnus.

38 *In his lectionibus, quemadmodum lector viderit, laudi* S. Angelramno *vertitur quod, ejus episcopatu, cantus ecclesiastici magisterium in ecclesia Metensi constitutum est. Quam partem ea in re habuerit sanctissimus vir quis definiverit? Fertur ab anonymo Engolismensi* (14), *a Joanne diacono* (15) *et ab Ekkehardo* (16) *Carolus Magnus Romam secum* F
adduxisse plures ex sua gente qui cantus periti in patria habebantur, et qui præ Romanis in cantu, a S. Gregorio Magno promoto, excellere contendebant, quum contra Romani sese Gallis solertiores esse dicerent. Anonymi quidem, Joannis diaconi et Ekkehardi narrationem, notatis temporibus, contraxit Sigebertus Gemblacensis hisce verbis : Anno 774... Karolus rex offensus dissonantia ecclesiastici cantus inter Romanos et Gallos, et judicans justius esse de puro fonte, quam de turbato rivo bibere, duos clericos Romam misit, ut autenticum cantum a Romanis discerent et Gallos docerent. Et per hos primo Mettensis ecclesia, et per illam omnis Gallia ad auctoritatem Romani

(1) Hist. de Metz, tom. I, pag. 543. — (2) Ansberti familia rediviva, ad finem. pag. 24; Apud Pertz, tom. I, pag. II. — (3) Calmet. Histoire de Lorraine, tom. I. Preuves, col. CXVIII. — (4) Ap. Pertz, tom. X, pag. 540. — (5) Rituale Metense anni 1713, pag. XXI. — (6) Calmet, tom. I, pag. 532; Meurisse, pag. 179: Hist. de Metz, tom. I, pag. 543. — (7) Antiquités des Vosges. pag. 221. — (8) Histoire des évêques de Metz, tom. I, pag. 178. — (9) Histoire de Lorraine, tom. I, pag. 532. — (10) Hist. de Metz, tom. I, pag. 543. — (11) Gallia Christiana nova, tom. XIII, col. 711. — (12) De l'origine apostolique de l'Eglise de Metz. pag 55. — (13) Histoire de Metz, tom. I, pag. 543. — (14) Vita Caroli Magni, apud Duchesne, Historiæ Francorum scriptores, tom. II. pag. 75. — (15) Acta SS. tom. II Martii, Vita S. Gregorii Magni. pag. 148. — (16) Ibid. tom. I Aprilis, Vita B. Notkeri, pag. 582.

cantus

A cantus revocata est... Anno 790... Karolus rex honestati ecclesiasticæ omnino intentus, legendi et spallendi disciplinam diligenter correxit. Perpendens enim, iterum Gallos a Romanis in cantando discrepare, Mettenses vero sola naturæ levitate paululum quid dissonare, per cantores rursum sibi ab Hadriano papa Roma directos dissonantiam cantus correxit (1). *Ast errasse Sigebertum, referentem gesta anni* 787 *ad annum* 790 *manifestum est : Carolus enim rex quater iter Romanum instituit, primum anno* 774 (2), *secundum anno* 780 (3), *tertium annis* 786 (4) *et* 787 (5) *et quartum demum anno* 800 (6), *Romam perrexit; sed anno* 790 *illuc non ivit. Quibus in itineribus ut* S. Angelramnus *Carolum Magnum, (quem etiam in bello adversus Avaros comitabatur), secutus fuerit, aliquot secum habens cantores, facile fieri potuit. Sed antiqua desideramus testimonia. Ne tamen quis existimet* S. Angelramnum *primum Metis operam suam posuisse in recta cantus ratione curanda, revocanda est in memoriam S. Chrodegangi laus, ut utrique certæ suæ tribuantur partes. Circa annum itaque* 774

B *scribebat de S. Chrodegango Paulus Diaconus* : Ipsum clerum, abundanter lege divina Romanaque imbutum cantilena, morem atque ordinem Romanæ ecclesiæ servare præcepit; quod usque ad id tempus in Metensi ecclesia factum minime fuit. *Sed, ut facile fit in hoc rerum genere, quum omnes studerent optime facere, contentiones forte ortæ sunt temporibus* S. Angelramni; *quæ contentiones, collatione facta cum Romanis cantoribus, sopitæ fuerunt. Sed non placet obscuro huic negotio diutius inhærere, quum de eo plures erudite disputarint, quos inter monachi benedictini Guéranger* (7) *et Gerbert* (8), *et Societatis nostræ alumnus P. L. Lambillotte* (9).

APPENDIX

De sanctis aliquot episcopis Metensibus.

C

Abundavit ecclesia Metensis sanctis episcopis,

Servavit ad nostra usque tempora ecclesia Metensis pontificale et canonem Missæ, Caroli Magni tempore solertissime exarata; hisque inscripta sunt in episcoporum Metensium laudem carmina : quorum hoc est exordium:

Qui sacra vivaei studio domicilia lustras,
Noscendi tua tangit amor si pectora, quorum
Hæc fuerit procerum Christo acquisita labore
Urbs, præclara viris, seu quis has primus ad oras
Advexit lumen, sublato errore vetusto,
Almifluæ solers de vero Oriente fidei :
Perlege subjectum, breviterque docebere, car- [men.

AUCTORE R. D. B.

2 *Quod si talia ad Metarum gloriam sæculo* VIII *exeunte cecinit poeta, nonne multo magnificentius de eadem ecclesia recentiore tempore locutus esset, postquam nempe ab hocce ævo multi alii episcopi, qui sanctorum cultu cohonestati fuere, prioribus sese adjunxerunt? Plerorumque in Bollandiano Opere gesta illustrata fuere, scilicet sanctorum Cælestis* 10), *Felicis* (11), *Patientis* (12), *Simeonis* (13), *Adelphi* (14, *Firmini* (15), *Auctoris* (16), *Expletii* (17), *Urbitii* (18), *Gosselini* (19), *Romani* (20), *Phronimi* (21), *Grammatii* (22), *Agatimbri* (23), *Arnulfi* (24), *Godonis* (25), *Abbonis* (26), *Sigebaldi* (27), *Chrodogangi* (28), *Petri Luxemburgensis* (29), *Gondulphi* (30), *Legontii* (31), *Arnoaldi* (32) *et Clodulphi* (33), *et ad hunc* 28 *octobris diem* S. Angelramni. *Quibus in præsenti Appendice* SS. Victorem I *et* Victorem II, Sambatum, Hesperium *seu* Sperum, Villicum *et* Petrum, *varias ob causas a decessoribus prætermissos, annectimus. Adde quod paulo inferius* E *ad diem* 29 *octobris S. Terentii, itidem episcopi Metensis, gesta persequemur. Postea suo tempore venient Acta SS. Clementis, Rufi, Pappoli et Alberonis.*

de quibus partim dictum est in opere nostro et partim hoc loco dicetur

3 *Hi plerique sancti episcopi alii alio tempore cultu ecclesiastico in ipsa Metensi ecclesia cohonestati fuere : quod colligimus tum ex antiquo hujus ecclesiæ kalendario, olim decessorum nostrorum, nunc Bibliothecæ regiæ Bruxellensis, cujus recentiores sancti sunt SS. Antonius de Padua, Franciscus Assisias et Clara, et quod proin ad sæculum* XIII *referendum videtur : tum ex Martyrologio Metensi, quod historiæ hujus oppidi particulatim inseruerunt monachi Benedictini Francois et Tabouillot, vel etiam ex Breviario Metensi, quod episcopi hujus ecclesiæ cardinalis Ludovicus de Montmorency-Laval anno* 1778 *edidit, Jacobus Besson circa annum* 1827 *auxit, et ill*ms *ac rev*ms *Paulus Georgius Maria Du Pont des Loges anno* 1848, *nonnullis mutatis, denuo typis mandavit. Quibus adde supplementum, quod ille idem ill*ms *ac rev*ms. *Paulus Georgius Maria Du* F *Pont Romano Breviario, a se in suam diœcesim introducto, adjecit. Quæ ut lector facile capiat, tabellam hic subjicimus : cujus prima series SS. episcopos, kalendario antiquo Metensi, secunda martyrologio ejusdem ecclesiæ inscriptos exhibet; tertia SS. episcopos, quorum officium est in Breviario anni* 1778; *quarta quos circa annum* 1827 *addidit Jacobus Besson; quinta quos anno* 1848 *eodem ritu coli jussit ill*ms *ac rev*ms *D. Du Pont; sexta quos idem episcopus, denuo introducta liturgia romana, ex summi pontificis Pii IX*

secundum certa documenta, reliquis ad aliud tempus relatis.

(1) Sigeberti Gemblacensis Chronica, col. 147 et 150, editio Migne. — (2) Mabillonius, Annales Benedictini, tom. II, lib. 24, num. 45, pag. 211. — (3) Ibid. lib. 25, num. 15, pag. 259. — (4) Ibid. num. 58. pag. 258. — (5) Ibid. num. 61, pag. 259. — (6) Ibid. lib. 26, num. 87, pag. 318. — (7) Institutions liturgiques, tom. I, cap. X, pag. 245 et seqq. — (8) De Cantu et Musica sacra, tom. I. lib. II, part. I, cap. 1, pag. 268 et seqq. — (9) Antiphonaire de S. Grégoire, pag. 10 et seqq. — (10) Acta SS. tom. VI Oct. pag. 480. — (11) Ibid. tom. III Feb. pag. 236. — (12) Ibid. tom. I Jan. pag. 468. — (13) Ibid. tom. II Febr. pag. 859. — (14) Ibid. tom. VI Aug. pag. 507. — (15) Ibid. tom. VI Jul. pag. 430; tom. III Aug. pag. 59 et 70. — (16) Ibid. tom. II Aug. pag. 565. — (17) Ibid. tom. VII Jul. pag. 157. — (18) Ibid. tom. III Mart. pag. 86. — (19) Ibid. tom. VI Jul. pag. 304. — (20) Ibid. tom. II April. pag. 134. — (21) Ibid. tom. VII Jul. pag. 430. — (22) Ibid. tom. III April. pag 369. — (23) Ibid. tom. II Maji, pag. 632. — (24) Ibid. tom. IV Jul. pag. 423. — (25) Ibid. tom. II Maji, pag. 507. — (26) Ibid. tom. II Aprilis, pag. 388. — (27) Ibid. tom. IX Octob. pag. 931. — (28) Ibid. tom. I Mart. pag. 452. — (29) Ibid. tom. I Jul. pag. 486. — (30) Ibid. tom. II Sept. pag 782. — 31) Ibid. tom. II Febr. pag. 66. — (32) Ibid. tom. IV Octob. pag. 1068. — (33) Ibid. tom. II Junii, pag. 126.

approbatione

AUCTORE R. D. B.

approbatione omnibus suæ diœceseos sacerdotibus Officio ecclesiastico et Missa honorandos proposuit.

SS. EPISCOPI METENSES
INSCRIPTI KALENDARIO METENSI SÆCULI XIII.

Episcopi Metenses inscripti fastis sacris antiquioribus

JANUARIUS : 8 Patiens. FEBRUARIUS : 16 Simeon; 18 Leguntius; 21 Felix. MARTIUS : 20 Urbitius. MAJUS : 2 Translatio S. Clementis; 11 Rufus, et Agatimber; 16 Translatio S. Terentii. JUNIUS : 16 Leguntius et Forminius. JULIUS : 18 Translatio S. Arnulfi. AUGUSTUS : 16 Arnulfus; 21 Privatus; 27 Rufus. SEPTEMBER : 6 Gondulfus; 19 Goericus. OCTOBER : 9 Arnualdus; 14 Cælestis; 26 Sigibaldus. NOVEMBER : 23 Clemens. DECEMBER : 11 Glodulfus.

SS. EPISCOPI METENSES
INSCRIPTI MARTYROLOGIO METENSI.

JANUARIUS : 8 Patiens. FEBRUARIUS : 16 Simeon; 18 Leguntius; 21 Felix. MARTIUS : 20 Urbitius. APRILIS : 13 Romanus; 15 Abbo; 17 Villicus, Arnoaldus et Goericus; 25 Grammatius; 26 Translatio S. Clementis. MAJUS : 8 Godon et Clodulfus; 11 Translatio SS. Rufi et Agatimbri; 16 Translatio S. Terentii. JUNIUS : 16 Translatio SS. Leguntii atque Phronimi. JULIUS : 18 Flondulfi. AUGUSTUS : 9 Auctor; 27 Rufus; 29 Adelfus. OCTOBER : 14 Cælestis. NOVEMBER : 21 Papolus. DECEMBER : 16 Glodulfus.

et recentioribus

SS. EPISCOPI METENSES
INSCRIPTI KALENDARIO BREVIARII ANNI 1778.

MAJUS : 6 Chrodogangus. AUGUSTUS : 16 Arnulfus. NOVEMBER : 23 Clemens.

SS. EPISCOPI METENSES
INSERTI KALENDARIO METENSI CIRCA ANNUM 1827.

FEBRUARIUS : 21 Felix. MARTIUS : 20 Urbitius. APRILIS : 17 Villicus. MAJUS : 8 Clodulfus. AUGUSTUS : 5 Angelramnus; 23 Hesperius. SEPTEMBER : 6 Gondulfus; 19 Goericus. OCTOBER : 3 Chrodogangus; 14 Cælestius; 26 Sigibaldus. NOVEMBER : 23 Clemens.

SS. EPISCOPI METENSES
INSCRIPTI KALENDARIO BREVIARII ANNI 1848.

JANUARIUS : 8 Patiens. FEBRUARIUS : 21 Felix. MARTIUS : 20 Urbitius. JUNIUS : 8 Clodulfus. AUGUSTUS : 9 Auctor; 16 Arnulfus; 18 Phronimus; 29 Adelfus. SEPTEMBER : 6 Gondulfus; 19 Goericus. OCTOBER : 2 Chrodogangus; 14 Cælestis; 26 Sigibaldus. NOVEMBER : 23 Clemens.

SS. EPISCOPI METENSES
INSCRIPTI KALENDARIO BREVIARII ANNI 1859.

JANUARIUS : 8 Patiens. FEBRUARIUS : 21 Felix. MARTIUS : 6 Chrodogangus; 20 Urbitius. JULIUS : 5 B. Petrus Luxemburgensis. AUGUSTUS : 9 Auctor; 16 Arnulfus; 18 Firminus. SEPTEMBER : 1 Adelphus; 6 Gondulfus; 19 Goericus. OCTOBER : 16 Cælestis; 26 Sigibaldus. NOVEMBER : 7 Rufus; 23 Clemens.

S. VICTOR I

S. Victorem, *qui interfuit concilio Coloniensi anni* 346

S. Victor I *in antiquissimis episcoporum Metensium catalogis monasteriorum scilicet S. Symphoriani* (1) *et S. Arnoaldi* (2), *vel etiam in catalogo metrico* (3), *scripto sub annum* 770 *in Missali Metensi, uti et in libro Pauli diaconi de episcopis Metensibus* (4) *et in Chronico, olim a Dacherio* (5) *et nuper a Pertzio edito* (6), *quintum locum occupat. Et quidem in catalogis Symphorianiano et Arnoaldano legitur :* v Victor episcopus sedit annos IX et menses II. Obiit X kalendas octobris *seu* 22 *septembris. Ab his non dissonat Chronicon Dacherianum, nisi quod sileat de duobus mensibus. Decessores* S. Victoris I *fuere SS. Clemens, Cælestius, Felix et Patiens. Atque hæc ab omnibus admittuntur. Sed alii in alias abeunt sententias, ubi de episcopatus ejus tempore statuendum est; quem alii, præsertim quia in Dacheriano Chronico traditur* sub Pio papa *et* Antonino Pio *ecclesiæ Metensi præfuisse, ad medium sæculum* II, *alii ad medium sæculum* IV *referunt. Priorum enim placitum, præterquam quod monumento historico, parum antiquo et mendoso, innititur, pugnat omnino cum Actis concilii Coloniensis anni* 346. *Haud me fugit hæc Acta vel etiam ipsum concilium a multis eruditis, quasi apocryphum, rejici. Et quidem præcipuum horum argumentum fuit, minus esse credibile patres Colonienses concilium celebrasse et ibi excommunicationis sententiam pronuntiasse adversus Euphratam, qui tribus annis post (anno* 346) *non tantum concilio Sardicensi interfuit, sed a patribus in eo sedentibus dignus habitus fuit, qui concilii legatus ad Constantium imperatorem mitteretur; ast non ita pridem, quemadmodum unus ex collegis, Acta S. Amandi Argentoratensis illustrans* (7), *ostendit ope Chronici temporum S. Athanasii et Epistolarum ejusdem heortasticarum (quas ediderunt primo Curetonius anno* 1848, *dein Majus anno* 1853 *et Mignius anno* 1857,) *apertum est concilium Sardicense non anno* 346, *sed anno* 343 *fuisse celebratum; et Euphratam post concilium Sardicense in reditu ad suam ecclesiam Ariana dogmata suscepisse, forsan ab ipso imperatore Constantio illectum. Quo facto, episcopi vicini, ne Euphratæ facultatem hæreseos spargendæ relinquerent, statim concilium congregarunt, et eum ex ecclesia expulerunt.*

ubi damnavit Euphratam Coloniensem,

7 *Alia argumenta, adversus Coloniense concilium proposita, nec minus facile in eodem commentario de S. Amando diluta fuerunt, et demonstratum concilium Coloniense anni* 346 *inter genuina esse habendum ac proin etiam* S. Victorem *anno* 346 *Metensis ecclesiæ habenas tenuisse. In concilio itaque*

(1) Ansberti familia rediviva, auctore Dominicy, ad finem, pag. 24. — (2) Calmet, Histoire de Lorraine, tom. I, Preuves, col. CXVI. — (3) Meurisse, Histoire des évèques de Metz, pag. 685; Calmet, Histoire de Lorraine, tom. I, Preuves, col. CXVIII. — (4) Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. III, pag. 260. — (5) Spicilegium, tom. II, pag. 225, edit. de la Barre. — (6) Pertz, Monum. Germaniæ, tom. X, pag. 535. — (7) Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 850 et seqq.

Agrippinensi

A *Agrippinensi anathema adversus Euphratam dixit* S. Victor *hisce verbis :* Quoniam palam factum est, et probatum Euphratam, immemorem sacramenti cælestis, blasphemasse in Spiritum Sanctum, negando Christum Deum Dei filium, et multis criminibus coarguitur, quod episcopum nullo modo decet, consentio eum depositum esse (1). *Nihil præterea de* S. Victoris *gestis cognovimus.*

sepelierunt Metenses in S. Clementis crypta; unde ejus reliquiæ sublatæ sunt anno 1142

8 *Sepelierunt Metenses* S. Victorem *in S. Clementis ecclesia seu crypta extra urbem; ubi postea monasterium S. Clementis fuit extructum : quo in loco ejus lipsana usque mensem junii anni* 1142 *quievere. Tunc S. Clementis monachi corpus* S. Victoris *cum corporibus aliorum plurium sanctorum e terra elevarunt, ne ullum ex his a Stephano episcopo ad ecclesiam Luchisin transferretur. Cujus elevationis secreto factæ sequens scripserunt testimonium* (2): In hoc scrinio continentur reliquiæ sanctorum confessorum, pariterque Metensium pontificum, Victoris, itemque alterius Victoris, Leguntii, Speri, atque Apprinciæ virginis, quarum e

B diversis locis collectio atque in unum repositio causa hæc fuit. Est in diœcesi Metensis ecclesiæ locus, pertinens ad S. Georgium juxta Salebruc,

* Lixin. qui vocatur Luchisin*, ubi fuerat plurima multitudo fidelium monachorum conversorum, ac devotarum mulierum, ad serviendum Domino aggregata; ac pro religione et sanctitate vitæ non modicum circumcirca famosissima. Hujus itaque prior, cum sollicitus erga gregem et locum sibi commissum foret, ac quæque illi necessaria, et animabus præcipue utilia procuraret, videns ecclesiam suam patrociniis sanctorum carere, utpote quæ noviter constructa, necdum satis fuerat reliquiis sanctorum adornata vel munita, domnum Stephanum, Metensem præsulem, adiit; et ut in hoc sibi subveniret multis precibus exoravit. Cujus precibus cum satisfacere prædictus pontifex vellet, et ubi invenire posset quæ petebantur anxius mente dubia volveret; ab assistentibus sibi ecclesiam sancti Clementis sepulturis sanctorum, qui in eadem urbe transierant, insignem esse accepit, quæsibi petita præbere sufficienter sine sui detrimento valeret, et unde jam nonnulla sanctorum

C pignora sumpta, et ad alias ecclesias translata honorifice venerarentur. Confestim igitur, accersitis abbatibus S. Vincentii atque sancti Arnulphi, mandavit fratribus sancti Clementis, ut corpus sancti Leguntii, quod apud eos eatenus tumulatum jacebat, effossa humo detegerent, ac se prædicti confessoris reliquias levaturum in proximo præstolarentur; quæ huic operi necessaria forent omnibus præparatis, reticens quod tradere supradicto priori disposuerat; quod cum fratribus cognitum fuisset, petitis induciis, ut de quibus fuerant interpellati inter se conferrent ac responderent, tandem communicato consilio, timentes tanto privari patrono, hujus, prædictorumque undique collectis reliquiis sanctorum, distincte atque separatim in hoc scrinio reposuerunt, singulis reliquiis singulis assignatis brevibus *. Sunt autem caput

* schedulis. cum cæteris corporis membris sancti Speri, nullis involutis linteaminibus, scilicet sparsim per scrinium dispositis, et desuper supradictorum sanctorum reliquiæ, speciatim cumbrevibus suis adaptatæ, et linteis involutæ. Acta igitur sunt hæc anno ab incarnatione Domini mense junio 1142, ind. v.

AUCTORE R. D. B.

Ejus cultus fata.

9 *Olim itaque in S. Clementis monasterio celebrabatur die* 23 *septembris* S. Victoris *festum. Verum, cum anno* 1552 *Franciscus Guisius S. Clementis monasterium ad arcem ibi adversus Carolum V construendam funditus evertisset* (3), *corpora utriusque* Victoris, *Leguntii et Speri primo in monasterium Puellarum, dein in novam ecclesiam, cui postea nomen S. Clementis, delata fuere. Ast extremo sæculo* XVIII, *cum omnia sancta ab impiis vilipenderentur, miseros expertæ sunt casus* (4).

S. VICTOR II

S. Victor II, *S. Victoris I successor, sepultus fuit similiter in S. Clementis crypta. Ejus cultus*

S. Victorem II *memorant catalogi episcoporum Metensium antiquissimi, de quibus modo dicebamus, eique primum locum post S. Victorem I assignant. Et quidem in catalogo S. Symphoriani, qui eruditis præ aliis placet, legitur :* VI Victor episcopus sedit annos III et mensibus II. Obiit IX kalendas octobris. *Ex quibus liquet eum circa medium sæculum* IV *floruisse. Ejus vero festum die* 23 *septembris non secus ac festum S. Victoris I in suo monasterio celebrabant monachi S. Clementis* (5). *Quamnam vero* S. Victoris II *sacræ reliquæ fortunam tulerint, et quomodo legitimo cultu fuerint cohonestatæ, abunde diximus in S. Victore I.*

S. SAMBATUS

S. Sambatus, *S. Simeonis successor, cultu ecclesiastico honestatus fuit.*

S. Sambati *nomen aliquando* Sambatius, Sambacus *et apud Ferrarium* (6) Ambatius *scribitur. Apud Athenæum tibicen, nomine* Σαμβας *occurrit, et in Inscriptionibus Bœkhii vir nomine* Σαμβατευς (7). *Ignotum hoc nomen Latinis, rarissimum apud Græcos, sed apud Armenos* Sembat *communissimum. Verisimillimum itaque est hoc vocabulum ab Armenis ad Græcos derivatum esse, et ab his ad Gallos; ubi primis ecclesiæ sæculis multi fuerunt episcopi, appellati nominibus græcis aut quæ græca habebantur. In laudatis itaque episcoporum Metensium catalogis occurrit* S. Sambatus *post S. Simeonem, qui circa annum* 380 *e vivis migravit. Sed præterea legimus in catalogo S. Symphoriani* eum sedisse annis XVIII *et* obiisse XVIII kal. octobris, *seu* 14 *septembris. Cui consonant, præter Paulum diaconum, alii catalogi et Chronicon Dacherianum, ubi et additur eum in S. Clementis crypta juxta suos decessores fuisse sepultum : ex quibus monumentis fluit eum ineunte sæculo* V *ad Deum abiisse. Pauci* S. Sambatum sanctum appellant; *cui*

F

(1) Labbe, Collectio conciliorum, tom. II, col. 616. — (2) Histoire de Lorraine, tom. VI, Preuves, col. XX et seq. — (3) Huguenin, les Chroniques de la ville de Metz, pag. 871; Begin, Histoire des sciences etc. dans le pays Messin, pag. 589; Meurisse, op. cit. pag. 622. — (4) Chaussier, Origine apostolique de l'Église de Metz, pag. 19 et seq. — (5) Histoire de Metz, tom. I, pag. 219. — (6) Catalogus generalis SS. ad 14 septembris. — (7) Cfr Lexicum græcum Stephani, vs Σαμβας et Σαμβατευς, edit. Didot.

tamen

AUCTORE R. D. B.

tamen cultum ecclesiasticum fuisse delatum inde colligimus, quod non solum Ferrarius (heu sæpe nimis fallax!) in Catalogo Sanctorum ad diem 14 *septembris* (1) *id se desumpsisse ex ecclesiæ Metensis tabulis testatur, verum etiam quod canonicus ejusdem ecclesiæ, ven. vir Chaussier* (2), *affirmat* Sambatum *in antiquissimis hujus civitatis libris liturgicis* sanctum *vocari. Adde quod Meurisse, episcopus Madaurensis et ecclesiæ Metensis suffraganeus, scribens anno* 1634 *ac proin post priora Urbani VIII decreta, non dubitavit* S. Sambatum *inter sanctos ecclesiæ Metensis episcopos recensere* (3).

S. HESPERIUS SEU SPERUS

S. Hesperius, *qui concilio Arvernensi anni* 536 *interfuit,*

S. *Agatimbro successit* S. Hesperius, *qui vocatur etiam per apocopen* Sperius *vel* Sperus. *Ita Paulus diaconus, catalogi episcoporum Metensium et Chronicon Dacherianum : quorum solus catalogus metricus ejus laudes celebrat brevissimis his verbis :*

B Post hos Sperus erat, quem spes fulcibat ab [altis (4).

Quot vero annos Metensi ecclesiæ præfuerit, et quo die e vita excesserit nos docet præter catalogum S. Arnoaldi et Dacherianum Chronicon, Catalogus Symphorianianus : Sperus episcopus *(hæc ibi leguntur)* sedit annis XVII. Obiit X kalendas septembris *(23 augusti). Sed Chronicon Dacherianum addit eum sub Vigilio, qui ab anno* 537 *ad* 555 *ecclesiæ Romanæ præfuit, et Justiniano, qui ab anno* 527 *ad* 565 *regnavit, floruisse ; sed* X *kalendas decembris seu die* 22 *novembris ejus mortem constituit : qua in re ab aliis monumentis historicis et communi ecclesiæ Metensis traditione dissentit. Cætera vero* S. Hesperii *gesta minus innotescunt : scimus tamen eum cum S. Honorato Bituricensi, S. Gallo Arvernensi, S. Gregorio Lingonensi, S. Hilaro Gabalitano, S. Ruricio Lemovicensi, Flavio Rhemensi, S. Nicetio Trevirensi, Deuterio Lutensi, S. Dalmatio Rutenensi, Lupo Catalaunensi,*
C *Domitiano Coloniensi, Venantio Vivariensi, Desiderato Virodunensi et Gramatio Vindonissano Arvernensi concilio anno* 535 *interfuisse, ac ibi sedecim canones de disciplina ecclesiastica et de præceptis moralibus servandis confirmasse* (5) *: cui concilio forsan diutius insistendum esset, nisi jam pridem in Vita S. Hilari Gabalitani de eo abunde esset actum* (6). *Inter homines degit* S. Hesperius *saltem ad annum usque* 537, *quo Vigilius pontifex Romanus creatus fuit. Cointius vero, conjecturæ innixus, eum anno* 542 *ad meliorem vitam transiisse asserit* (7).

per aliquot annos festum habuit in tota diœcesi Metensi.

13 *Sepultus fuit* S. Hesperius *juxta suos decessores in S. Clementis crypta ; ubi ejus sacra pignora fata eadem ac SS. Victoris I et II reliquiæ subierunt.*

Lectiones ex officio ecclesiastico.

14 *Festum* S. Hesperii *ritu semiduplici celebratum fuit in ecclesia Metensi ab anno circiter* 1827 *ad annum* 1848 *: quo temporis spatio istic breviarium Jacobi Besson, episcopi Metensis, adhibitum fuit. Oratio in* S. Hesperii *honorem hæc erat :* Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus, pontificis et pastoris nostri Hesperii digne memoriam venerari ; et sicut illum, quibus præerat, verbo et exemplo prodesse voluisti, ita apud te semper intercessionis ipsius suffragia sentiamus. Per Dominum. *Lectio vero* II *hisce paucis verbis ejus vitam complectebatur :* Hesperius, qui et Sperus, Metensis antistes vigesimus tertius, pietatis operibus plurimum eluxit, atque omnes optimi præsulis partes exquisite adimplevit. Arvernensi concilio subscripsit, cui, etsi pauci numero, meritis tamen excelsi, quindecim interfuerunt episcopi, quorum plerique egregia claruerunt sanctitate. Celebratum fuit anno Christi quingentesimo tricesimo quinto, in eoque, inter cætera, sancitum est : præcipuam in eligendis sacerdotibus adhibendam curam, quippe quum irreprehensibiles esse conveniat, quos præesse necesse est corrigendis ; ac ita sanctæ conscientiæ luce resplendere, ut effugiant probitate actuum maledicorum obloquia. His fretus regulis, clerum E suæ diœcesis gubernavit semper et auxit ; meritisque decorus, vere pater et forma gregis, migravit ad Dominum, decimo kalendas septembris, episcopatus sui anno decimo septimo, reparatæ salutis quingentesimo quadragesimo secundo ; et in veteri sancti Clementis basilica sepultus est. *Ast quando anno* 1848, *agente illustrissimo ac reverendissimo Du Pont Des Loges, episcopo Metensi, breviarium hujus ecclesiæ mutatum est, festum* S. Hesperii *suppressum fuit.*

S. VILLICUS

S. Villicus, *cujus laudes in epistolis Dynamius, Mappinus*

Scriptores omnes antiqui, qui de episcoporum Metensium successione egerunt, S. Villicum *S. Hesperio suffectum fuisse tradunt. Nec ejus cultus in hac ecclesia est recens : nam in antiquo Martyrologio Metensi ad diem* 17 *aprilis legebatur* (8) *:* Decimo quinto kalendas maji, Metis, depositio sanctorum confessorum pariterque pontificum Villici et F Arnoaldi. *Ab anno ciciter* 1827 *ad* 1848 *ejus festum eodem die per totam diœcesim Metensem ritu semi-duplici celebratum fuit. Quanti* S. Villicum *fecerint coævi patefaciunt epistolæ, quas ad eum Dynamius et Mappinius dederunt, vel etiam carmina, quæ ad eum direxit S. Fortunatus poeta. Porro Dynamius, vir literatus, (quem non pauci eruditi* (9) *eumdem fuisse putant ac qui, præfectura Provinciæ pro rege Childeberto fungens, istius tractus episcopos dire vexarat, ac propterea exilio multatus et divitiis spoliatus fuerat), a* S. Villico *præsertim, postquam ad meliora erat reversus, splendida dona acceperat : pro qua suavitate in grati animi significationem benefactorem suum in quadam epistola de ejus*

(1) Catalogus generalis sanctorum, pag. 365. — (2) Origine apostolique de l'Église de Metz. pag. 54. — (3) Meurisse, Histoire des évêques de Metz, pag. 36. — (4) Meurisse, op cit. pag 586. — (5) Labbe. Collectio conciliorum, tom. II. col. 1803. — (6) Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 616. — (7) Annales ecclesiastici Francorum, ad annnm 486. — (8) Histoire de Metz, tom. I, pag. 305. — (9) Rivet, la France littéraire, tom. III, pag. 306 et seqq. ; Ceillier, Histoire des Auteurs sacrés etc. tom. XVII, pag. 80 et seq.

natalium

A *natalium dignitate, eximia forma, animo dimisso et benevolo præclaris laudibus extollit. Dein multis et supplicibus verbis eum orat, ut suam causam apud regem agere velit, a quo celerem reditum obtineat. Cui petitioni, ut verisimile est, faciles præbuit aures* S. Villicus : *nam brevi post, S. Gontramno, Burgundiæ rege, apud nepotem Childebertum deprecante, iterum in regis sui amicitiam receptus est Dynamius* (1). *Alius vir literatus Mappinius, scilicet episcopus ille Rhemensis* (2), *de quo in Actis conciliorum Aurelianensis anni* 549 *et Tullensis anni* 551, *dedit quoque epistolam ad* S. Villicum, *in qua egregiis encomiis ejus dulcedinem singularem, pietatem, prudentiam et sanctimoniam celebrat ; dein explanans Christi mandatum :* Pasce oves meas, *subjungit illud non tantum ad apostolorum principem, sed etiam ad omnes cujuscumque ævi episcopos spectare, ac propterea* Villicum *præ reliquis episcopis et suas* oves et aliarum ovium sacerdotes melliflua perfectione atque deliciarum ubertate saginare non desinere. *Quibus verbis significat Mappinius* S. Villicum
B *solitum fuisse ad suum populum dicere et epistolas, ambitiose ornatas, ad coepiscopos scribere : quod et aliorum illius ævi præsulum studium erat. Post hæc ex toto pectore longam apprecatur vitam viro, qui sacerdotibus tamquam exemplar proponendus est ; et tandem ut sibi operam in re domestica (significando scilicet pretio porcorum Metensium) præstare velit, enixe rogat* (3).

item et S. Fortunatus poeta scripserunt,

16 S. Villici *commercio quoque usus est S. Fortunatus. Hic enim cum ad Austrasiæ regis aulam pergeret, Metis a* S. Villico *liberaliter receptus, adeo ejus præclaras virtutes miratus est, ut eas in quaternis carminibus celebrare tentarit. In præcipuo, quod quadraginta quatuor conceptum est versibus, post Metensis urbis situm et amœnitatem perpulcre descriptam,* S. Villici *pietatem in Deum, pastoralem vigilantiam, in peregrinos misericordiam, in pauperes largitatem, et in sacras ædes munificentiam hisce canit versibus* (4) :

Urbs munita nimis, quam cingit murus et amnis,
C Pontificis meritis stas valitura magis.
Villicus, æthereis qui sic bene militat armis,
Stratis humi genibus, te levat ille suis.
Unde humilis terris te projicis, alme sacerdos,
Orando hinc patriæ ducis ad astra caput.
Fletibus assiduis acquiris gaudia plebi :
Pastoris lacrymis lætificantur oves.
Ictibus invalidis quamvis minitetur iniquus,
Tu quibus es murus, vulnera nulla timent.
Et licet incluso lupus insidietur ovili,
Te custode gregis, nil tibi prædo nocet.
Oblectas populos vultu sine nube sereno,
Cunctorumque animos gratia blanda fovet.
Si poscat novus hospes opem, tu porrigis escas,
Invenit et proprios ad tua tecta lares.
Dum satias querulum, magis obliviscitur illas,
Quas habet in patriis finibus exul opes.
Qui sua damna refert, gemitus subducis ab ore ;
Gaudia restituens, tristia cuncta fugas.
Protegis hinc nudos, illinc tu pascis egentes,
Nil tibi reddit inops ; reddit amore Deus.
Horrea præmittis, melius tu condita servans ;
Quas sic diffundis, dat Paradisus opes.
Culmina templorum renovasti, Villice cultor,
Cum veniet Dominus, stat labor ecce tuus.
Commissum video non suffodisse talentum,
Sed magis optatum multiplicatur opus.
Longius extentos peragas tam digna per annos,
Et maneat semper nomen, opime, tuum.

AUCTORE R. D. B.

17 *Obiisse videtur* S. Villicus XV *kalendas maji seu* 17 *aprilis, anno circiter* 568 (5). *Ab anno circiter* 1827 *ad* 1848 *per totam diœcesim Metensem die* 17 *aprilis celebrata fuit* S. Villici *festum. Oratio vero in ejus honorem hæc erat :* Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus, pontificis et pastoris nostri Willici digne memoriam venerari ; et sicut illum quibus præerat verbo et exemplo prodesse voluisti, ita apud te semper intercessionis ipsius suffragia sentiamus. Per Dominum. *Hæc erat Nocturni lectio* II : Willicus viginti quinque annis Metensem rexit ecclesiam ; et sedem tot jam prædecessorum virtutibus ornatam novo splendore illustravit. Clarus E
prosapia, humilitate nobis et modestia clarior exhibetur. Mira sancti præsulis lenitas ; vultus ita serenus ac cælesti quadam gratia perfusus, ut cunctorum animos oblectaret, et ipso quasi contuitu ad pietatem Deique cultum alliceret. Indefessa verbi divini prædicatione commissi sibi gregis infirma confirmabat, disrupta consolidabat, depravata convertebat ; et simul orationi instans, humi stratus, fletibus assiduis a supremo Domino efflagitabat laboris incrementum. Inexhausta quoque fuit illius in egenos misericordia : sic pastor bonus, totum se pascendis ovibus exponens, et curam iis et substantiam impendebat. Narrat Mappinius Remensis beatum pontificem tanto gloriæ Dei atque salutis animarum studio inarsisse, ut coepiscopos ad eumdem caritatis ardorem non exemplis modo, sed et crebris adhortationibus excitaret. Ætate nondum provecta, jam cælo maturus, æterna beatitudinis præmia, et auctoris et consummatoris fidei consortium meritus est assequi decimo quinto kalendas maji, anno quingentesimo sexagesimo octavo ; et in crypta sancti Petri ad basilicas sepultus est. *Post restauratam in diœcese Metensi anno* 1859 *liturgiam romanam,* F
S. Villici *festum denuo non fuit introductum.*

per plures annos cultus fuit in tota diœcesi Metensi.

S. PETRUS

Defuncto S. Villico, Metensium episcopus creatus est S. Petrus, *qui* sedit, *ut traditur in Catalogo Symphorianiano*, annis X et obiit V kalendas octobris. *Cui consonant Catalogus S. Arnoaldi et Chronicon Dacherianum. In catalogo metrico, ad finem antiqui pontificalis scripto, hæc pauca de eo leguntur* (6) :

S. Petri *nomen in nonnullis martyrologiis inscriptum est.*

Vicenus quintusque Petrus dat famina plebi.

Superest epistola, benevolentia plena Gogi (7),

(1) Ap. Duchesne, Historiæ Francorum scriptores, tom. I, pag. 861. — (2) Rivet, la France littéraire, tom. III, pag. 306 et seqq. — (3) Mappinii epistolæ ap. Migne, tom. LXVIII. col. 44 ; Duchesne, op. et tom. cit. pag. 360. — (4) Meurisse. Hist. de l'Église de Metz, liv. II, pag. 78 et seq. ; Ceillier, Histoire des Auteurs sacrés, tom. XVII, pag. 84 et seq ; Rivet, la France littéraire, tom. III, pag. 464 et seq. — (5) Lecointe, Annales ecclesiastici, tom. I, ad annum 486, pag. 116 ; tom. II ad annum 578, pag. 192. — (6) Meurisse, op. cit. liv. IV, pag. 685. — (7) Bouquet, Recueil des Historiens des Gaules, tom. IV, pag. 79.

quem

AUCTORE R. D. B.

(quem Mabillonius (1), *Bouquet* (2), *Rivetus* (3) *aliique magistrum palatii Sigeberti regis fuisse putant), ad* S. Petrum; *in qua epistola eum, ut suo nomine viros maxime præclaros ecclesiæ Metensis salutare velit, multis verbis rogat. Meurisse* (4), *François et Tabouillot* (5) *eum sepultum fuisse tradunt in S. Clementis ecclesia, ubi olim ejus festum in die obitus fiebat. Præterea in Martyrologio Metensi hæc recitabantur:* Quinto kalendas octobris. Metis, depositio sancti Petri, episcopi Metensis (6). *Item ad eumdem diem in Martyrologio Maurolyci, in Martyrologio Gallicano Saussayi* D *et in Ferrarii Catalogo generali sanctorum ejus fit memoria. Putat Cointius* (7) *sanctum virum e vivis recessisse anno* 578. *Aliqua ex ejus ossibus, quemadmodum ad me scripsit R. P. Julianus Bach, in ecclesia cathedrali Metensi asservantur, uti et ossa nonnulla aliorum ejusdem ecclesiæ episcoporum, nempe SS. Clementis, Cælestii, Firmini, Fronimi, Sigebaldi, Goericii, Clodulfi, Arnulfi, Petri Luxemburgensis: item S. Arnoaldi annulus et S. Sigebaldi manicæ.*

(1) Annales Benedictini, tom. I, lib VIII, pag. 200 et seq. — (2) Bouquet, tom. IV, pag. 79. — (3) La France littéraire, tom. III, pag. 532 et seqq. — (4) Hist. des évêq. de Metz, liv. II, pag. 82. — (5) Histoire de Metz, tom. I, pag. 304. — (6) Ibid. loc. cit. — (7) Annales ecclesiastici, tom. I, ad annum 486, pag. 116; tom. II ad annum 578, pag. 578.

DE S. STEPHANO SABAITA POETA

B IN PALÆSTINA E

V. D. B.

SYLLOGE CRITICA

§ Unicus. Characteres, quibus S. Stephanus Poeta discernitur a S. Stephano Juniore Martyre et a S. Stephano Sabaita Thaumaturgo. Ejus scripta poetica et historica. Clades lauræ S. Sabæ, eo præsente. Ejus laudes, cultus et officium in patriarchatibus Hierosolymitano et Constantinopolitano. Canon S. Theophanis Grapti. De SS. Stephanis Trichinis.

INITIO SÆCULI IX. *Præsenti die mirum in modum confunduntur tres SS. Stephani, Martyr, Thaumaturgus et Poeta.*

C *Quam sæpe labor noster in eo versetur ut sancti, sæculorum quasi negligentia aut imperitorum errore in unum confusi, denuo separentur, aut ut unus sanctus, in plures quodammodo divisus, ad primam singularitatem reducatur, norunt ii omnes, qui aliquam in Actis nostris volvendis posuerunt operam. Verumtamen raro contingit ut in tantam delabamur hominum confusionem, quantam hodie in libris ecclesiasticis Græcorum et Slavorum deprehendimus. Sunt scilicet tres sancti Stephani, qui omnes fere coævi fuerint: quorum primus,* S. Stephanus Junior Martyr, *die* 28 *novembris anni* 767 *mortem pro sanctarum imaginum cultu sustinuit; secundus est* S. Stephanus Sabaita Thaumaturgus, *vita functus die* 2 *aprilis anni* 794, *in codice quodam Menologii arabici ægyptiaci Michaelis, episcopi Atribæ et Meligæ, ad eam diem celebratus* (1), *sed in libris liturgicis Græcorum ad diem* 13 *julii, ad quam et in opere nostro illustratus fuit; tertius demum est* S. Stephanus Sabaita Poeta, *aliquot annis posterior, cujus hodie natalis agitur aut certe agendus est. Verum huic* S. Stephano Sabaitæ Poetæ *substituitur jam S. Stephanus Martyr, jam S. Stephanus Thaumaturgus, aut alterutri immiscetur quadamtenus, seu etiam omnes tres in unum confunduntur. Duo tamen priores, quorum vita scripta est et gesta bene comperta, facile distinguuntur; ex tertio, quoniam ejus fere res ignorantur, omnis perturbatio orta est: cujus idcirco characteres diligenter indicandi sunt.*

In Typico S. Sabæ S. Stephanus Poeta *tribus characteribus distinguitur;*

2 *Hi autem quasi conjuncti sunt in Typico S. Sabæ; in quo ad diem* 28 *octobris legitur (non enim mihi prælucet nisi versio a Papebrochio facta):* Stephanus Sabaita Poeta. *Quod Typicum quasi Ordo divini officii atque etiam aliorum officiorum est, a S. Charitone incohatus, confectus a S. Saba, a SS Euthymio et Theoctisto acceptus, restitutus post deperditionem a S. Sophronio, patriarcha Hierosolymitano, atque iterum a S. Joanne Damasceno, ex patriarchatu Hierosolymitano ad Constantinopolitanum derivatus et (quoniam ab uno solo viro et sine cantu peragi potest) omnibus fere monachis, quin etiam laicis communis factus, sed in hac propagatione auctus in multis ecclesiis, potissime monasticis* (2). *Quum itaque libellus ille Hierosolymitanum patriarchatum pro patria habeat, magna utique ejus est auctoritas in sanctis monachis Sabaitis, quorum cultus et notitia ad alios Græcos non pervenit nisi per libros ecclesiasticos Hierosolymitanos. Has itaque notas, quibus ab aliis discernatur, hodiernus habet* Stephanus: 1° *colitur die* 28 *octobris;*

(1) Acta SS. tom. I Aprilis, pag. 58, et tom. III Julii, pag. 525. — (2) Cfr Allatius, De libris ecclesiasticis Græcor. pag. 4 et seqq.

2° *dicitur*

A 2° *dicitur Sabaita seu monasterii S. Sabæ monachus;* 3° *fuit poeta.*

scilicet quod colitur die 28 *octobris, quod monachus fuit in S. Sabæ laura,*

3 *Primo itaque natalis discerniculo distinguitur ab aliis duobus, quorum alter Stephanus Sabaita colitur die* 13 *aut* 14 *julii, Stephanus vero Junior seu Martyr die* 28 *novembris. Non enim Græci solent bis eosdem sanctos colere, nisi societatis causa, quemadmodum nos Latini, quum S. Petrum celebramus, S. Pauli quoque commemorationem facimus. Sed inter SS. Terentium et Neonillam atque alterutrum S. Stephanum Sabaitam nulla est communitas. Quapropter Josephus Simonius Assemanus, arbitratus* S. Stephanum *Sabaitam, cultum die* 28 *octobris, eumdem esse ac S. Stephanum Sabaitam, celebratum die* 13 *julii, non potest admirationem suam non significare:* Cur autem, *inquiens* (1), Menæa bis de eodem Stephano agant causam non reperio. *Secundus character, quod scilicet* Sabaita *dicitur, non minus manifestus est, ut distinguatur hodiernus* Stephanus *a S. Stephano Juniore seu Martyre. In hujus enim Vita seu Passione, conscripta a*
B *Stephano, diacono Constantinopolitano et in Analectis græcis Maurinorum* [*Pouget, Loppin et Montfaucon*], *(quæ novus titulus quartum tomum Analectorum Cotelerii in aliquot exemplaribus ementitur), edita, legitur monachus factus* in monte sancti et Deiferi patris nostri Auxentii, *qui* mons situs est ad navigabilem Nicomediæ sinum, e regione Bythinarum partium provinciæ (2). *Atque tanta deinde diligentia ejus gesta persequitur biographus, ut omnino appareat eum numquam in patriarchatum Hierosolymitanum pedem intulisse.*

et quod poetica opuscula scripsit,

4 *Poetica demum laude seu tertia discrepantia ab utroque facile distinguitur, quum neque Stephanus Junior seu Martyr, neque Stephanus Sabaita Thaumaturgus poetæ fuerint. Utriusque Vitam habemus, et in neutra vestigium poeticæ facultatis deprehendimus. Posterioris quidem Acta integra non sunt, sed neque ita decurtata, ut judicium ferri non possit, maxime quod adest præclarus locus, quo summatim et singillatim sancti viri officia et virtutes recensentur* (3); *deinde ad diem* 13 *aut* 14 *julii in Typico S. Sabæ ejus*
C *natalis ita aununtiatur:* Stephanus Sabaita, *omisso* Poetæ *titulo. Sed in Menæis Græcorum ad præsentem diem* 28 *octobris de hodierno* S. Stephano, *quasi S. Stephanus Martyr esset, legitur*: Hic sanctus, qui ad finem sæculi VIII floruit, pugnavit adversus hæreses, atque auctor exstitit tropariorum canticorum, ut refert Theophanes Graptus in Canone qui de hoc sancto cantatur. *Imprudens omnino assertio. Bis legi atque unus ex meis collegis bis similiter legit integrum hunc Theophanis Canonem, qui in iisdem Menæis ad diem* 28 *novembris impressus est, et nullum omnino obvium habuimus verbum, quo vel minimum significaretur S. Stephanum Juniorem seu Martyrem poetam fuisse aut troparia cantica conscripsisse. Sed et in Horologio græco, quod ad Diurnalis latini formam accedit, alia omnino traduntur, nempe Stephanum Sabaitam Thaumaturgum canticorum auctorem esse. Ad diem enim* 28 *octobris, ad quem ex die* 13 *julii remittitur, hæc quasi de hodierno* S. Stephano *leguntur:* Hic sanctus vitam religiosam duxit in monasterio S. Sabæ; quocirca Sabaita dictus est; in quo et archipresbyter ordinatus est vitamque finivit circa annum 790, relinquens ecclesiæ troparia aliquot cantica. *Adeoque pugnantia loquuntur menæographi Constantinopolitani. Constitutum itaque definitumque sit neque S. Stephanum Sabaitam Thaumaturgum, neque S. Stephanum Juniorem seu Martyrem inter poetas ecclesiasticos recensendos esse.*

AUCTORE V. D. B.

nempe canones de Circumcisione et de martyribus Sabaitis,

5 *Sed quidni de genuino* S. Stephano Poeta *plura novimus? Leo Allatius in programmate tractatus sui de Melodis Græcorum promiserat se de eo singulariter dicturum* (4); *sed liber ille periit, aut certe numquam venit in lucem, ut non semel Fabricius queritur. Qui Fabricius* (5) *ipse quoque* S. Stephanum Poetam *non omnino neglexit; parce tamen de eo dixit, neque satis cavit ne eum cum S. Stephano Thaumaturgo confunderet. Wagnereckius* (6) *etiam noster de eo dicere tentavit; sed, de-* E *ceptus nominis et professionis communitate, in ordinarium scopulum incidit, confundens Poetam cum Thaumaturgo; cui posteriori idcirco attribuit* Εἱρμον, *qui in Menæis ad diem* 1 *januarii inter celebrandam Circumcisionem Domini ad laudem Deiparæ indicitur* (7). *Sed non tantum hunc hirmum seu stropham modulationis sequentium tropariorum regulam* (8) *conscripsit* S. Stephanus Poeta, *sed festi canonem, id est integrum poema seu seriem tropariorum, soluta pro more oratione, quod in festo Circumcisionis cantatur, præfixo titulo:* Ποιημα Στεφανου, *nisi quod strophæ S. Joannis Damasceni de S. Basilio Magno immiscentur. Scripsit quoque simile poema in honorem sanctorum martyrum lauræ S. Sabæ, quorum (ut brevi videbitur) etiam Martyrium scripsit. Quod poema, Menæo martii ad diem* 20 *insertum, acrostichicum est, et ad hunc versum capitalem seu acrostichicum exactum:*

Ὑμνοις γεραίρω μάρτυρας μονοτρόπους.

Versimiliter alia quoque S. Stephani Poetæ F *troparia per duodecim Menæorum tomos sparsa sunt; sed quis a me expostulet ut illa investigem? Utique ille labor permittendus ei, cui aliquando libuerit de melodis ecclesiasticis Græcorum novum tractatum moliri. Verumtamen in Poemate Theophanis Grapti de* S. Stephano Poeta *laudatur quod hymnos de incarnatione divini Verbi scripsit et martyres Christi cecinit sanctorumque collegia, quibuscum ipse in laura S. Sabæ habitavit: neque enim aliter intelligere possum hæc Theophanis verba:* Μάρτυρας Χριστοῦ, θεόφρον, ἀνυμνήσας καὶ τῶν Ἁγίων τὰ συστήματα, σὺν τούτοις ἐσκήνωσας. *Neque enim his tragœdiam ab eo scriptam fuisse significatur, sed tantum hymnos ecclesiasticos de martyribus Sabaitis; de quibus modo.*

6 *Lilius Gregorius Gyraldus, qui sæculo* *et verisimiliter*

(1) Kalendarium ecclesiæ universæ, tom. V, pag. 323. — (2) Analecta græca, tom. I, pag. 416. – (3) Cfr Acta SS. tom. III Julii, pag. 326. — (4) Cfr De libris ecclesiasticis Græcorum, pag. 81. — (5) Bibliotheca græca, tom. X, pag. 519 et 528, edit. Hales. — (6) Pietas Mariana Græcorum, proleg. num. 24. — (7) Ibid. centuria I, num. 8, pag. 188. — (8) Cfr Allatius, De libris eccl. pag. 98 et 99.

etiam tragœdiam de Passione Christi.

XVI *singulari cura in poetas græcos et latinos inquisivit,* S. Stephani Poetæ *notitiam aliquam assecutus est. Scripsit itaque* (1) : Quoniam de poetis Stephani nomine agimus, et Stephanum alium addemus, virum vitæ sanctitate celebrem, inter christianos eos qui Sabbaitæ, hoc est D. Sabbæ sectatores, dicti sunt; qui et poeta fuit, ut Græci scribunt; cujus diem agunt quinto calend. novembris : et ipsius Tragœdiam de Christi Domini nece quidam esse volunt. *De qua re hæc alia ante scripserat* (2) : Præter vero ejus carmina — *agitur de S. Gregorio Nazianzeno,* — quæ paulo ante typis publicata sunt, extat etiam tragœdia, quam ad Euripidis imitationem fecit de Christi Domini cruciatu et suppliciis : de quo argumento et Stephanum quemdam audio alteram scripsisse, quæ tamen ad manus meas, etiam diligentissime perquisitæ, non pervenere. *Notitiam itaque acceperat Gyraldus duarum tragœdiarum de Christi Passione, alterius attributæ S. Gregorio Nazianzeno (quam tamen eruditi levissimis utique de causis ejus opus esse nolunt) et alterius* S. Stephani Poetæ. *Neutram videre potuit :*
B *sed jam pridem sæpius typis expressa est prior; posterior lucem nondum vidit, neque codicem, quo contineatur, designat Fabricius* (3). *Ideo tamen non licet flocci facere Gyraldi verba, quoniam innumera scripta græca nondum explorata fuerunt, et non pauciora perierunt.*

Prosa scripsit Passionem martyrum Sabaitarum jussu Basilii hegumeni.

7 *Dubitandum plane non est quin* S. Stephanus Poeta *auctor sit* της Εξηγησεως ητοι του Μαρτυριου των αγιων πατερων των αναιρεθεντων υπο των βαρβαρων ηγουν Σαρακηνων εν τη μεγιστη λαυρα του αγιου πατρος ημων Σαβα; *quam scriptionem in codice membraneo ms. Petri Seguierii, cancellarii Franciæ, repererunt decessores nostri* (4). *In codice nomen auctoris additum non erat; sed hoc innotuit testimonio Leontii ejus sodalis, ut suo loco videbimus. Et quidem desinit per* μακαρισμον *seu deprædicationem beatitatis sanctorum martyrum, quem macarismum nemo facile confecerit, nisi versatus sit in pangendis soluta oratione hymnis istiusmodi. Quibus accedit in Menæis vulgatis legi poema acrostichicon, item soluta oratione, de iisdem sanctis, cum præfixo auctoris*
C *nomine* Στεφανου του Σαββαιτου; *quod poema seu canonem, latine versum, ediderunt decessores post illorum martyrum Acta* (5). *Quum autem ad hæc infortunia enarranda accessit* S. Stephanus *profari potuit se dicturum*

..... quæque ipse miserrima vidit
Et quorum pars magna fuit.

Et reapse, explicans in prologo quomodo ipse, peccator et indoctus, tantarum rerum historiam aggressus sit, sic proloquitur (6) : Sancti præsidis imperio urgeor eoque veluti spirituali verbere, animum intus stimulante, compellor grave et inevitabile inobedientiæ periculum pertimescere. Melius igitur utiliusque existimans obedientiæ bonum, meipsum paternæ jussioni committo; ejusque rationibus fidens et roboratus, atque in ipsa oris apertione supernam spiritus gratiam attrahens, memo- D
riam brevemque narrationem exordior, qualem optimus hic pastor Basilius a nostra tenuitate conteri voluit, de incursu immanium barbarorum in nostram hanc sanctique Sabæ lauram, deque cæde beatorum in ea patrum nostris hisce temporibus per eos perpetrata, quam propriis ipse conspexi oculis, utpote unus eorum, qui sacram hanc lauram inhabitantes reperti sunt in illa funesta eorumdem irruptione : ne scilicet tanta virtus ac fortitudo christiana talium virorum pro veritate certantium cum tempore præterfluens evanescat silentioque obtecta ingloriæ tradatur oblivioni, quæ multos poterat ad virtutem exercendam præparare atque excitare ad tolerantiæ desiderium imitationemque.

Pars et testis hujus cladis fuit beatus vir. Lauræ S. Sabæ situs; dissidia inter Saracenos; pericula et angor S. Stephani *et sociorum.*

8 *Verumtamen omisit* S. Stephanus *quæ ipse tum singulariter perpessus fuerit aut quomodo necis periculum evaserit; adeo ut nonnisi communia de se et superstitibus sociis referat, ex quibus pauca dumtaxat excerpere juvat. Imprimis autem cognoscere necesse est lauræ S. Sabæ conditionem et situm, quæ ad hanc usque diem exstat. In valle scilicet torrentis Cedron, quæ inter Urbem Sanctam et* E
Mare Mortuum jacet, duabus leucis a Jerusalem et quinque a Mari Mortuo 1280 *pedes supra hujus aquas consurgit S. Sabæ seu Mar Sabæ monasterium, difficillimo accessu, magnam partem ex speluncis constans, carens plantis et virentibus, nil nisi saxa ostentans, fontis tamen aquis abundans; adeo ut omnia cibaria ex civitate advehenda sint* (7). *Neque alia erat conditio extremo sæculo* VIII, *quum illic viveret* S. Stephanus Poeta *et in supremum cum sociis adductus est necis periculum* (8). *Anno nempe exeunte* (9) *orta sunt inter Saracenorum tribus dira bella civilia, quibus universa fere Palæstina vastata est. Aliquandiu tamen divino beneficio ab omni detrimento sincera stetit S. Sabæ laura, licet hostes vicini circumfrenderent et bis omnia ad eam evertendam parassent. Quæ interea esset* S. Stephani *et sociorum sors, ipse explicat his verbis* (10): Quæ hunc in modum dum agerentur (per multos enim menses talis confusio rerum et inordinatio tenuit) cum per itinera ad sanctam civitatem undequaque ducentia nullo
fere commeatu, timoris essent omnia et despe- F
rationis plenissima; quali creditis, dilectissimi, toto illo tempore versatos nos fuisse in metu, tremore atque anxietate? Quanta cum tribulatione et periculorum atque malorum gravissimorum exspectatione conflictatos? Necessaria nobis parce angusteque deferebantur ex Civitate Sancta, et sæpe per viam diripiebantur : degebamus plerumque simul in aliquo editiori loco, diurno æstu nocturnisque adusti frigoribus, repentinum impiorum adventum incursumque præstolantes : speculatoribus vero quibusdam, procul in montis vertice constitutis, præceperamus ut barbarorum, sicubi comparerent, præsentiam indicio nobis aliquo significarent : atque ita pro una naturali morte millies præmoriebamur, formidine sustinendorum cruciatuum examinati.

Priori hostium

9 *Accessu Arabum sæpe receptui datum si-*

(1) Historiæ poetarum tam græcorum quam latinorum, pag. 863. — (2) Ibid. pag. 628. — (3) Bibliotheca græca, tom. II, pag. 523. — (4) Cfr Acta SS. tom. III Martii, pag. 167 et seqq. — (5) Ibid. pag. 179. — (6) Ibid. pag. 167. — (7) Mislin, les Saints Lieux, tom. III, pag. 198 et seqq. — (8) Cfr Martyrium monachorum Sabaitarum, Acta SS. tom. III Martii, pag. 167 et seqq.; Daniel, metropolita Ephesinus, Iter ad loca sancta (græce) ap. Mingharelli, Græci codices Mss. Naniorum, pag. 295. — (9) Cfr Pagius, Critice ad an. 796, num. 31. — (10) Acta SS. tom. III Martii, pag. 168.

gnum,

irruptione S. Stephanus *saucios curat et simul cum reliquis sub dio manet;*

gnum, atque deliberatum præstaretne loco cedere. Sed quotquot aderant monachi, spe in Deo collocata, statuerunt permanere, solliciti ne, si fugerent, laura, quæ tot hominibus occasio salutis erat, penitus destrueretur. Verum die 13 *martii anni* 796 *plus sexaginta barbari, arcubus instructi, monasterium circundederunt. Initio perturbati eremitæ; sed mox aliqui, resumptis animis, hosti obviam processerunt, offerentes cibaria. Sed quum negassent pecuniam, quam non haberent, major ferocia barbaros incessit; qui monachos triginta circiter, alios lethaliter, alios leviter, telis vulnerarunt et dein cellas invaserunt.* Interim, *sic pergit* S. Stephanus, dum, horum incuriosi, nos curabamus saucios fratres, quos graviter pressos afflictosque in proximam deportantes cellam et infixa jacula extrahentes, nihilo levius ipsis mœroris compassionisque telo transfixa gerebamus pectora. *Medio spatio cellas spoliabant hostes, eisque incensis recesserunt, metu adventantis auxilii.* In crastinum vero, *denuo* B. Stephani *verba sunt,* —
B a primo mane usque in seram vesperam in eodem loco congregati, totum diem supplicationibus precibusque ad Deum fundendis traduximus, eadem metuentes : similiter et tota hebdomade illa incessanter egimus. In unum porro congregabamur omnes, tum quod solatium non exiguum ex mutua præsentia sumeremus (nam unum omnibus votum erat ut vel vivere simul vel mori liceret), tum quod crederemus ea ratione declinandos cruciatus, quos inferebant solitarie repertis; quemadmodum in Veteri Laura fecerant, igne comburentes aliquos, in alios alias tormentorum species excogitantes.

altera irruptione videt socios cædi audit que interrogari de templi thesauro et superioribus. Sed, nemine prodente, fumo fere omnes enecantur,

10 *Sed proxima die dominica,* 20 *martii, summo mane, hora secunda, a Veteris Lauræ monachis monentur de barbarorum imminenti reditu. Summus omnium animorum stupor.* Turbati *itaque* ac consternati animo, *inquit* S. Stephanus, quosdam quidem in ecclesia ad psalmodiam prosequendam dimisimus, plerique vero consuetum occupavimus tumulum; ibidemque ad auroram usque pernoctantes, frigore prope constricti sumus... Neque tamen obliviscebamur orationis, quamvis intra ecclesiam minime versaremur. *Sed et brevi post a*
C *monachis S. Euthymii allatus nuntius de alius turbæ accessu. Tum instantius ad Deum confugere Sabaitæ, consilii inopes. Sed permisit supremus Pastor ut lupi caulas perfringerent, et telo, gladio, clava, fuste, saxo in oves agnosque irruerent.* Verum, heu me! *exclamat* S. Stephanus. Qui potero horrendi illius miserrimique temporis memoriam facere absque lacrimis? Qua ratione exponam dicendo quæ oculis ipsi nostris vidimus? *Pergit deinde declarare generatim quæ multi, et singillatim quæ pauci ab hominibus incredibiliter ferocibus passi sint et quomodo septem in spelunca servati fuerint unius præclara caritate. Sed* jam cunctos undequaque patres cruenti vastatores congregaverant, partim intra ecclesiam, partim in hegumenio *seu hospitio advenarum* coactos. *Tum a posterioribus, mortem eis interminati, quatuor millia aureorum postularunt barbari. Hanc sibi pecuniam non esse responderunt monachi, omnes res suas, etiam vestes, offerentes. Tum illi jusserunt sibi vasa sacra et superiores indicari. Se thesauros habere negarunt monachi et, absente hegumeno Basilio, se omnes pares esse affirmarunt. Extra hegumenium renovata eadem jussio; sed idem responsum datum. Continuo compulsi omnes in cavernam, quam in templum olim converterat S. Sabas, et ignis in ingressu accensus, quo aut omnes fumo exstinguerentur aut ad templi cimeliorum et superiorum proditionem adigerentur.*

AUCTORE V. D. B.

et reapse octodecim præter alios duos extincti reperiuntur. Nescitur quomodo S. Stephanus *vitam servaverit.*

11 *Licet sæpius educti et reducti fuerint, nemo unus perfidus fuit. Quum itaque nihil se perficere posse viderent Saraceni et immixti Æthiopes, cellas, hegumenium aliaque loca, effractis januis, spoliarunt et, præda camelis monasterii imposita, recesserunt. Tum qui propius ad introitum templi jacebant aut in illa altera spelunca erant abditi, surrexerunt et egressi sunt, atque ad occasum solis, quum fumus resedisset, intimas templi partes perscrutati sunt, ubi repererunt octodecim monachos fumo enectos, alibi vero duos trucidatos. Quum tria folia a* S. Stephani *scriptione absint, nuspiam (ut monuimus) in ea legitur, quomodo ipse mortem effugerit :* E *neque enim se inter eos computat qui in spelunca latuerunt, et socii magnanimitate servati fuerunt, neque inter eos qui in templo minus a fumo passi sunt; alibi tamen prima persona plurali loquens, quum sua ipsius et sodalium gesta explicat. Videtur tamen inter posteriores fuisse.*

Laus S. Stephani *et ejus scriptionis auctoritas. Vixit usque ad annum* 807.

12 *Habebatur autem* S. Stephanus *lauræ S. Sabæ* decus ingens et ornamentum *atque testis omni exceptione major. Leontius enim diaconus, qui Vitam S. Stephani Thaumaturgi (de quo ante) scripsit, postquam narravit S. Stephanum Thaumaturgum in visione quadam cognovisse Leontium Gazensem, discipulum suum, aliquando cælestis felicitatis consortem fore, tum sic prosequitur* (1) : Testes vero estis vos omnes veram hanc visionem fuisse, non solum propter apertam Leontii Gazensis vitæ sanctimoniam, verum etiam quod supremo martyrii baptismate, quod secundas non admittit sordes, perpurgatus est : est enim e numero patrum in maxima sancti patris nostri Sabæ laura a barbaris interfectorum; quorum vir omni virtute præstans pater Stephanus, lauræ nostræ decus ingens et ornamentum, F historiam concinnavit. *Atque hæc scribebat Leontius diaconus initio sæculi* IX, *circa annum* 807 (2); *unde novimus eum tunc adhuc in vivis fuisse.*

Brevi post mortem coli in laura S. Sabæ S. Stephanus Poeta *cœpit, ut ex canone S. Theophanis Grapti, mixto forte cum alio canone, liquet.*

13 *Coli cœpit* S. Stephanus Poeta *in laura S. Sabæ non multo post mortem, quandoquidem acrostichicum de eo poema scripsit S. Theophanes Graptus. Theophanes scilicet ille, cujus nomen in Menæis Græcorum poematibus aliquot adscriptum legitur, ille idem S. Theodori Grapti frater est, qui ab adolescentia cum germano in laura S. Sabæ educatus, sub annum* 814, *quum Leo Armenus Copronymi exemplo sanctis imaginibus bellum indixerat, Constantinopolim ad imperatorem a Thoma, patriarcha Hierosolymitano, legatus est ecclesiæ pacis efflagitandæ causa; sed cum fratre pessime habitus fuit : qui ambo principatu Michaelis Balbi ejusque filii et successoris Theophili plura detrimenta passi*

(1) Acta SS. tom. III Julii, pag. 607. — (2) Ibid. pag. 529 et 530.

sunt,

AUCTORE V. D. B.

sunt, et demum, hujus jussu duodecim iambis in vultu incisis (unde ambo Grapti dicti sunt), Apamæam in Syriam relegati fuere : ubi brevi Theodorus exspiravit; Theophanes vero inter tutelam Theodoræ imperatricis domum redire permissus est, postmodum episcopus Nicænus creatus : sed de his omnibus ad diem 28 *decembris, ad quam ambo fratres Martyrologio Romano inscripti sunt, copiosius dicetur. Hic itaque S. Theophanes poema scripsit ad usum Sabaitarum de* S. Stephano Poeta; *sed et alterum condidit de S. Stephano Thaumaturgo. Alter tantum canon exsistit etiamnum in Menæis vulgatis anno* 1843, *ad dies* 13 *julii et* 28 *octobris : ejus autem acrostichis hæc est :*

Σοὶ, Στέφανε, στέφανόν σοι ὁμώνυμον οἴσομεν ὕμνον.

Alterius vero servata est tantum acrostichis in annotato ad hanc diem :

Ὁμότροπον, Στέφανε, σὸν ὁμώνυμον τίθει.

Sed animadvertendum est in Menæo octobris, Venetiis vulgato anno 1592, *ad diem* 28 *octo*
B *bris neutrum legi canonem; adeoque Bartholomæus Cutlumusianus, qui editionem anni* 1813 *curavit, monet posteriorem canonem a se nonnisi in libris mss. repertum esse. Uter vero ad* S. Stephanum Poetam *et ad S. Stephanum Thaumaturgum spectet, valde difficile definire est, quoniam posterior hactenus editus non est, sed acrostichis dumtaxat. Neque hic cessant difficultates et dubia. In Menæis Venetis anni* 1843 *ad diem* 13 *julii et ad* 28 *octobris eadem legitur acrostichis; verum odæ, respondentes iisdem literis acrostichidis, non sunt ubique eædem, sed partim diversæ. Unde subit quærere uter integer sit canon; an contra ambo hiulci et odis vicissim acceptis expleti; an nihil insertum ex officio S. Stephani Junioris. Ad quæ quod respondeam vix habeo; nam quum manifestum sit tres SS. Stephanos in calendariis inter se confusos fuisse, facile fieri potuit ut etiam in officiis confunderentur. Verumtamen, si unus canon adhuc integer sit, is* S. Stephani Poetæ *canon est. Contra in canonem S. Stephani Thaumaturgi pars quædam*
C *(v. g. ode, incipiens a verbo* Μυριζουσιν,*) ex officio* S. Stephani Poetæ *translatum est. Propterea tamen affirmare non ausim canonem* S. Stephani Poetæ *ubique esse purum, neque admittere sola* Καθισματος *et* Οἶκου *auctoritate eum verbis et scriptis pugnasse adversus hæreticos et sanguinem suum fudisse, licet iconomachorum ætate vixerit, doctrina valuerit scribendique arte, et quamvis in occupatione lauræ S. Sabæ summo a Saracenis periculo expositus fuerit. Quapropter, quæ de* S. Stephano Poeta *singularia traduntur in ejus canone et quæ de eo certissime intelligenda sunt, hæc sola ex græco vertenda visa sunt.*

Superstites illius canonis partes, quæ certo sunt de S. Stephano, *referuntur.*

14 O pater celebratissime, perfecisti animam tuam lucidum Sancti Spiritus templum; intus ineffabiliter habuisti Christum regem et dominum; invenisti divitias prodigiorum, et mundo distribuis gratiam abundantem. Quamobrem nos omnes, te concinentes, serva a periculis et pernicie.

Concupivisti totis cordis motibus infinitum D
æternumque bonum, relinquens mundi jucunditatem; felicitatem, tantæ cupiditati congruentem, invenisti, beatissime.

O tu, gloriosissime, qui, lignum vitæ nactus, hortum tuum virtutibus consevisti et fontibus lacrimarum irrigasti, serva supplicationibus tuis gregem tuum a pernicie; serva ab infortunio eos qui te ferventer honorant : te enim, sapientissime vir, fide et votis adepti sumus maximum advocatum.

Tibi, sapientissime vir, tamquam victori passionum, exemplàri rectæ vitæ, magistro cœlibum, regulæ monachorum et virtutum formæ, acclamamus omnes, in tua commemoratione convenientes. Gloria Deo qui te digne glorificat miraculis continuis, neque tantum in vita, sed etiam post mortem. Quare ne cesses Christum precibus commovere et clientibus tuis semper procurare absolutionem a multis magnisque criminibus : te enim, sapientissime vir, fide et votis adepti sumus maximum advocatum.

Unguento pleni sunt sermones doctrinæ tuæ, gratia Spiritus Sancti lucentes. Unam enim Deitatem in tribus personis venerans et incarna- E
tionem Verbi concinens, bono odore nos replesti, beatissime.

Vita tua, cum sermone tuo congruens, pater beatissime, duplicem tibi coronam procuravit. Sapientiæ enim organum, pater multum honorande, factus es Creatori tuo, clamans: « Benedictus et supergloriosus. »

Sermo tuus sale conditus, et vita tua, beatissime, gratia illustrata apparuit, divine vates : quapropter supernas ædes inhabitas, Christo lætus eique cum fiducia adstans.

Christus vivificator capiti tuo, coronam convenientem, cujus nomen geris, Stephane, imposuit. Actibus enim tuis excelluisti et doctrina conspicuus fuisti, clamans: «Superexaltate, omnia opera Domini, Dominum. »

Omnem transcendens sensum, beatissime, cum primo intellectu conversatus es animi puritate et conversationis dignitate, Stephane coronate, clamans : « Superexaltate, omnia opera Domini, Dominum. »

Martyres Christi, vir religiose, qui cantasti eorumque collegia, cum eis habitasti, lætitia abreptus divinaque fruitione, clamans : « Super- F
exaltate, omnia opera Domini, Dominum. »

Stephane coronate, accepto Spiritus Sancti fervore, a mundo avulsus es, crucem tuam tollens, pater. Cum Christo corroboratus diligenti exercitio et casta virginitate, charismatibus, beate, quæ excedunt intellectum, dignatus es.

Quomodo factum sit ut S. Stephanus Poeta *cum duobus aliis confusus fuerit in Menæis Græcorum;*

15 *Superest ut breviter explicemus quomodo (quod initio monuimus)* S. Stephanus Sabaita Poeta *cum SS. Stephanis Juniore seu martyre et Sabaita Thaumaturgo confusus fuerit. Diximus jam* S. Stephani Poetæ, *cultum per Typicum S. Sabæ ex patriarchatu Hierosolymitano penetrasse in patriarchatum Constantinopolitanum. In illo Typico, uti etiam in kalendario Græcorum, quod edidit Genebrardus* (1) *et quod ad illud Typicum accedere videtur, tres SS. Stephani probe distinguuntur : in quibus quippe ad* 14 *julii annuntiatur* Stephanus Sabaita, *sine alio indicio, utpote antiquior; ad* 28 *octobris* Stephanus Sabaita

(1) Ante Commentarium in Psalmos, Parisiis, 1607.

Poeta,

A Poeta, *ad* 28 *novembris* Stephanus Junior. *Miscuerunt hæc omnia indicia Constantinopolitani, ita tamen ut pristinæ distinctionis supersint vestigia. Etenim in Menæis vulgatis ad* 28 *octobris annuntiatur festum* Stephani Sabaitæ *et troparia sunt partim saltem de* Stephano Poeta; στιχηρα *seu versus ad Vesperas pertinent ad S. Stephanum martyrem, cujus etiam laudes in synaxario seu encomio, quod legitur in editione anni* 1843, *sed omissa est in editione anni* 1592, *miscentur cum laudibus* S. Stephani Poetæ. *Quod enim adversus hæreses pugnasse dicitur, potius S. Stephani martyris est; quod vero perhibetur* ποιητης γενεσθαι ἀσματικων τροπαριων, *ad solum* S. Stephanum Poetam *pertinet. In Horologio autem ad eamdem diem Stephanus Sabaita dicitur* καταλιπειν εἰς την ἐκκλησιαν και τινα τροπαρια ἀσματικα; *quibus* Stephanus Poeta *designatur; sed dicitur mortuus circa annum* 790, *quod Thaumaturgi ætatem potius significet. Quod autem in monasterio S. Sabæ* ἀρχιερευς *ordinatus dicitur, error est, sive de* S. Stephano Poeta, *sive de S. Stephano Thaumaturgo intelligatur. Verumtamen id ex his locis manifestum est Constantinopolitanis initio præluxisse librum, in quo ad* 28 *octobris* S. Stephanus Sabaita Poeta *celebrabatur.*

B

adquos, nempe ad Byzantinos, non venit S. Stephani Poetæ *cultus ante medium sæculum XI :*

16 *Id tamen factum non est ante sæculum* XI *adultum, quum ejus nomen neque in Menologio Basiliano, neque in Kalendario Ostromirano slavico, quod sub annum* 1056 *secundum exemplar Byzantinum scriptum est, neque in Eclogadio Cryptoferratensi sæculi* XI *aut in Menæis item Cryptoferratensibus occurrat. Quum autem Slavi veteres suos fastos novis nominibus ex recentioribus libris Constantinopolitanis auxerunt, repererunt in his ad* 28 *octobris* S. Stephanum Sabaitam; *quam memoriam huc usque ad eamdem diem servarunt, ut liquet ex Typico monasterii Chilandariensis, scripto anno* 1331, *ex Tabulis Capponianis, pictis sæculo* XVII, *ex Horologio Pocajovensi anni* 1802, *ex kalendariis Ostrogensi anni* 1581, *Leopolitanis annorum* 1648 *et* 1839, *Mosquensi anni* 1818 *et ex quarto adjecto ad finem Psalterii Glossati* (1); *sed nuspiam distinguitur* Poeta, *a Thaumaturgo, nisi*

C *quod hic in illis plerisque festivitatem suam habeat ad diem* 13 *julii, perperam tamen ibidem dictus igne damnatus: quod nulli ex tribus Stephanis convenit. In Menæis Græcis, Sirmundianis et in alteris ignotæ originis, plerumque ad Menologium Basilianum accedentibus, quorum ecgraphum habemus, venit etiam ad diem* 28 *octobris S. Stephanus Sabaita, sed aperte Thaumaturgus, quippe qui S. Joannis Damasceni nepos dicatur; qui denuo occurrit in Sirmundianis ad* 28 *decembris, quo etiam die inscriptus est Typici Cryptoferratensis codici, exarato circa annum* 1300.

ante tamen in aliquot kalendariis Græcis atque etiam Hierosolymitanis confundetur jam cum

17 *Quod vero dixi Constantinopolitanis menæographis nomen* S. Stephani Sabaitæ Poetæ *non innotuisse ante sæculum* XI *adultum, ita accipiendum non est, quasi nemini in patriarchatu Constantinopolitano præluxisset kalendarium aliquod Hierosolymitanum, quod ejus nomen ad diem* 28 *octobris contineret:* *S. Stephano Juniori.* *non ita est. In capite librorum Scripturæ Sacræ scripta fuerunt in Civitate Sancta synaxaria seu kalendaria habentia* Stephani *nomen, sed nudum nomen. Hunc Græci occidentales, utrumque S. Stephanum Sabaitam adhuc ignorantes, crediderunt esse Stephanum Juniorem Martyrem, longe apud se celeberrimum; et, quum continuum inter Græciæ Thraciæque incolas et Græcos Palæstinæ esset commercium, ex Græcia Hierosolymam allati sunt libri, in quibus* S. Stephanus Poeta *in Martyrem seu Juniorem mutatus erat et quos descripserunt imprudentes librarii Hierosolymitani : unde fit ut synaxaria Græca et Hierosolymitana antiquissima reperiantur, in quibus S. Stephanus Junior hodie apertissime legitur. Sic in Caliopolitano, scripto sæculo* X *et a Scholzio* (2) *edito, habes ad præsentem diem :* Του ὁσιου μαρτυρος Στεφανου του Νεου; *in Hierosolymitano ejusdem ævi, etiam a Scholzio* (3) *edito :* Των ἁγιων μαρτυρων Στεφανου, Πετρου και Ἀνδρεα; *qui potissimi pro defensione sanctarum imaginum martyres fuerunt; et in antiquissimo codice, qui Florentiæ in bibliotheca* E *Laurentiana asservatur* (4): Του ἁγιου Στεφανου και των συν αὐτῳ. *Quum itaque talia in nonnullis synaxariis seu kalendariis Evangeliorum legerentur, priusquam ecclesia Byzantina recepisset* S. Stephani Sabaitæ Poetæ *cultum, facile intelligitur quomodo, quum officium aut commemorationem ejus facere cœpit, omnia miscuerint menæographi Byzantini. Præterea ut, admisso S. Stephano Juniore, pronum erat commemorationem facere SS. Petri et Andreæ, novorum martyrum, propter confessionem communem, sic mirum non est S. Annam Juniorem, S. Stephani Junioris discipulam, et in confirmanda sanctarum imaginum veneratione sociam* (5), *in Menæis Sirmundianis hac die commemorari. Unde apparet quantum a veritate aberrarint qui affirmarunt hodie nuspiam in fastis græcis de S. Stephano Juniore mentionem fieri. In Menologio Græcorum, quod Sirletus* (6) *ex pluribus codicibus, levi sæpe et imprudenti manu, collegit, semel hodie* sanctus pater noster Stephanus Sabaita *martyrio SS. Terentiæ et Neonillæ jungitur, semel seorsim pro-* F *cedit* sanctus pater noster Stephanus Sabaitha, discipulus B. Sabæ; *sed pluribus sæculis recentior est* S. Stephanus Poeta *quam ut alterutrum ei convenire possit. Sed martyrii laus orta est ex confusione cum S. Stephano Juniore; magisterium S. Sabæ ex cognomine* Sabaitæ. *Sed nolim errores eorum, qui de hodierno* S. Stephano *dicere tentarunt, persequi; contentus illæso pede ex hoc Stephanorum labyrintho egredi.*

Diversus est S. Stephanus Poeta *a tribus S. Stephanis Trichinis seu cilicio piloso indutis.*

18 *Præplacet itaque coronidis loco nonnulla monere de Stephanis Trichinis, seu cilicio piloso indutis; quo cognomine quum nuspiam dictus reperiatur* S. Stephanus Poeta, *insigne etiam quoddam est, quo illi ab hoc distinguantur. Joannes Moschus in Prato spirituali, capp.* LIII *et* LVIII (7), *bis introducit* τον ἁδδαν Στεφανον τον τριχινον, *lauræ S. Sabæ in-*

(1) Cfr Martinof, Annus ecclesiasticus græco-slavicus. pag. 262 et 348. — (2) De Menologiis duorum codicum Græcorum Bibl. Paris. pag. 8. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) Bandini, Catalogus Bibl. Med. tom. I, pag. 130. — (5) Vita S. Stephani Junioris, Analecta græca Maurinorum, tom. I, pag. 402, 424 et 494. — (6) Ap. Canisium, Lectiones antiquæ, tom. III, pag. 482, edit. Basnage. — (7) Ap. Migne, Patrologia græca, tom. LXXXVII, col. 2907 et 2912.

colam,

AUCTORE V. D. B.

colam, et in altera versione Prati latina (1) *dictum ejusdem lauræ* antistitem, *in altera* (2) ducem. *Qui facile ab aliis secernitur, quod Joanni Moscho, sæculo* VII *vita functo, coævus fuit. S. Stephano Sabaitæ Thaumaturgo, licet aliter decessoribus* (3) *visum sit,* Trichinæ *quoque cognomen ab aliquibus datum; neque immerito. Nam, quum cilicio ex pilis indutus quindecim annos tres quadregesimas exegerit, utique id cognomentum ei convenit, quamvis postea, ne ab adventantibus patribus, tam singulari pœnitentiæ habitu videretur, hoc vestimentum posuerit* (4). *Sed, quod præcipuum est, Michael, episcopus Atribæ et Meligæ, de eo omnino intelligendus est, quum ad diem* 2 *aprilis* S. Stephanum pilis indutum, *seu Trichinam,* qui vixit in laura Sabæ, *in suo Martyrologio laudat, quandoquidem hac die (ut jam docuimus) S. Stephanus Thaumaturgus mortem oppetiit. Demum S. Stephanus Junior seu Martyr* Trichinas *quoque dictus est, saltem ab Armenis recentioribus. Certe Aucher* (5) *vocat eum* charaznazqeazz, *quod est* cilicio piloso indutum, *procul dubio quoniam in monte Auxentii discipulus fuit Joannis abbatis, qui etiam moniales* spinosis, duris et asperrimis indumentis *vestiri volebat; unde et puellare ejus monasterium* τριχιναρεας *dictum est* (6). *Sed multo etiam severiori cultu gaudebat S. Stephanus :* Præter vestem, *ait ejus biographus* (7), corpus in modum crucis constrictum habebat, ab humeris ad lumbos cingulo per orbem alteri ferro per clavos ex utraque parte affixo, et alio ferreo cingulo sub axillis operto, in quo mediæ partes ferri, quod ab humeris descendebat, infixæ erant. Tunica dumtaxat pellicea utebatur. Sanctam quoque cucullam, cruciferum analabum et sacram epomidem monastici habitus gerebat. *Potius itaque* Loricatus *dici meretur S. Stephanus Junior quam* Trichinas. *Errant etiam Armeni, quod ei, loco S. Andreæ, S. Athanasium sociant* (8), *confusione orta ex vicinitate vocabulorum* Athanas *et* Andreas (9).

(1) Ap. Migne, Patrologia græca, tom. LXXXVII, col. 2911. — (2) Ap. Rosweydum, Vitæ Patrum, lib. X, cap. 53 et 58, pag. 871 et 872. — (3) Acta SS. tom. III Julii, pag. 525. — (4) Ibid. pag. 610. — (5) Vitæ SS. (armeniace), tom. X, pag. 355. — (6) Analecta Maurinorum, tom. I, pag. 421. — (7) Ibid. pag. 435. — (8) Ap. Assemanum, Bibl. Orient. tom. III, pag. 654. — (9) Cfr Aucher, Vitæ SS. tom. XII, pag. 356.

DE S. REMIGIO EPISCOPO CONFESSORE

LUGDUNI IN GALLIA

R. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Fines episcopatus Lugdunensis sæculo IX. S. Remigii Lugdunis cultus, biographi, nomen, ætas, episcopatus.

ANNO DCCCLXXV. *Ecclesiæ Lugdunensi, cujus sæculo IX fines describuntur, præfuit*

Quemadmodum pagus Lugdunensis, ita quoque episcopatus Lugdunensis frequentibus terminorum mutationibus fuit obnoxius: quam ob causam ejus delineationem, utpote opus difficillimum, non nisi circumspecte susceperunt eruditi. Hos inter eminuit cl. vir Augustus Bernard (1), *qui, quum in pago Lugdunensi describendo gnavissimam posuisset operam, invenit eum sæculo nono ad fluminum Araris Rhodanique sinistram complexum esse agrum Saxiacensem* (Cessieux), *agrum Candeacensem* (Chandieu), *agrum Strabiacensem* (Tramoye en Bresse), *agrum Ianiacensem* (Genay), *agrum Balgiacensem* (Bagé), *agrum Romanacensem* (Romenay): *dein ad Araris dextram, agrum Rodanensem* (Roanne), *agrum Solobrensem* (Soloré, *nunc* S. Laurent sous Rochefort), *agrum Forensem* (Feurs), *agrum Iarensem* (Gier), *agrum Goffiacensem* (Goiffieu), *agrum Bebronnensem* (Brevenne), *agrum Vallisneriacensem* (Vaugneray), *agrum Monsaureacensem* (Mont d'Or), *agrum Ansensem* (Anse) *et agrum Tarnantensem* (Ternand). *Qui agri quum nomen suum vel ab oppido præcipuo vel a discurrente flumine mutuati fuerint, facile intelliget lector quinam propemodum fuerint pagi ac proin episcopatus Lugdunensis fines, quum* S. Remigius, *qui sæculo* IX *S. Irenæi occupavit cathedram, religionem in illis partibus procuraret.*

S. Remigius, *ad hanc diem martyrologiis inscriptus.*

2 *Cultus hujus beatissimi viri extra dubitationem est ejusque natalis die* 28 *octobris. Hac enim die migravit ex hac vita, et ad eamdem ejus nomen inscriptum est in Martyrologio Gallicano Saussayi, in Parisiensi cardinalis de Noaliis, in Autissiodorensi Caroli de Caylus, et in Universali Castellani. Verum minus certum est quo tempore inceperit beati viri cultus. Id tamen nemo inficias ibit eum esse apud Lugdunenses antiquissimum: nam cum hæc ecclesia, anno* 1287, *corpus S. Justi aliorumque sanctorum, quos inter* S. Remigius, *in S. Justi ecclesia quiescentium, ex antiquis sepulchris* ad eorum honorem et venerationem relevare et transferre *in præparatas hierothecas jussisset, ii, quibus hæc erat commissa cura, repererunt* corpus beati Remigii confessoris et archiepiscopi Lugdunensis, *illudque* relevarunt (2). *Ex quibus patet saltem ab anno* 1287 S. Remigium *cultu publico honora-*

(1) Cartul. de Savigny et Ainay, Introd. pag. L. — (2) Acta Sanctorum, tom. V Junii, pag. 345 et seqq.

tum

A *tum fuisse. Attamen ad annum* 1692 *usque, quo anno Carolus de Novavilla, archiepiscopus Lugdunensis, ejus officium Breviario Lugdunensi inseruit, presbyteri hujus ecclesiæ memoriam* S. Remigii *nullatenus in officio liturgico coluerunt. Tunc autem ad agendum ejus festum assignatus est dies* 26 *octobris, atque Breviario introducta lectio sequens, quam propria manu exscriptam mihi transmisit R. P. E. M. Bonnay, Societatis nostræ sodalis in Gallia.*

Lectio de eo Breviario Lugdunensi anni 1692 inserta.

3 Remigius, vir doctissimus, primum summus sacri palatii imperatoris Lotharii, Ludovici Pii filii, capellanus; tum sancti Amulonis in metropolitana Lugdunensi Galliarum primatiali sede successor : cujus dignitatem hoc ævo multum splendore pietatis et eruditionis suæ auxit. Etenim in suo sæculo in Gallicana hierarchia, ut Lotharii luculentiore testimonio constat, maxime venerabilis fuit. Hinc idem imperator multis donis ejus sedem perornare studuit. Conciliis Valentino III, Lingonensi, Tullensi apud suburbium Saponarias, Suessionensi III, Cabillonensi in ecclesia S. Laurentii trans Ararim aliisque
B sacris comitiis, omni honore et dignitate præsedit; assidentibus in iis diversarum provinciarum episcopis, etiam metropolitanis. Fidem catholicam, editis de libero arbitrio et divina prædestinatione nomine ecclesiæ suæ Lugdunensis tractatibus adversus subortos hoc sæculo errores, fortiter vindicavit. Plurima quoque scripsit; inter quæ commentarii in epistolas S. Pauli celebres numerantur. Apostolicæ sedis servavit illibatum amorem. Amplificationem privilegiorum abbatiæ insulæ Barbaræ procuravit. Ecclesiam S. Justi ab ecclesia S. Irenæi disjunxisse fertur, ut deinceps non essent amplius unum corpus, sed duplici capite gauderent. Meritis clarus obdormivit; in basilica S. Justi decessoris sui sepultus est. Cujus sacrum spolium repertum est 400 annis et supra post ipsius obitum in sepulcro marmoreo cum epigraphe honorifica medium fere jacens inter veneranda septemdecim beatorum Lugdunensium corpora, tunc in eodem spatio subterraneo authentico deprehensa; quod postea ad cathedralem divo Joanni Baptistæ sacram ædem religioso cultu translatum, ibidem digna veneratione servatum
C fuit usque ad Calvinistarum in Lugdunensium sacras exuvias rabiem immanissimam. *Quæ lectio, paulisper mutata, nunc etiam, sed die* 29 *octobris recitatur a clericis Lugdunensibus. Ferrarius* (1) *tamen* S. Remigii *festum die* 16 *maji recolit : quem errorem admisit, quia (ut censet Bailletus* (2)*) loco* XVII kal. jan. *legit* XVII kal. jun.

Ejusdem nominis plures fuere sancti.

4 *Verum hic singularis error; sed multo plures alii admissi fuerunt a martyrologis aliisque scriptoribus, plerique inde orti, quod, quum Rhemenses* (3), *Rothomagenses* (4), *Tridentini* (5), *Lincolnienses* (6), *Vapincenses* (7), *Argentoratenses* (8), *Bituricenses* (9) *et Lucernenses* (10) *suum habuerint sanctum* Remigium *seu* Remedium *(nam sicut* diurnus *et* giorno *sunt idem vocabulum, sic* Remedium *et* Remigium *esse unum idemque nomen ostendit decessor noster Suyskenus* (11)*), aliquando factum est ut alter pro altero fuerit acceptus : sed hos errores negligere licet, quoniam plerorumque eorum Acta egregiis commentariis fuerunt illustrata; adeo ut facile jam sit hoc confusionis genus vitare. Verumtamen non inutile erit in memoriam revocare duos archiepiscopos, nomine Remigios, ecclesiæ Lugdunensis tenuisse gubernacula, quorum alter sanctus est cujus gesta hic enarrantur : alter, neutiquam inter sanctos relatus, et vix notus, nisi quod nomen suum apposuit duabus chartis, quibus Herivæus, Augustodunensis episcopus, fidem fecit sese hujus ecclesiæ bona annis* 921 *et* 922 *ampliasse* (12).

AUCTORE R. D. B.

Plures recentiores, præsertim Stephanus *Verney, gesta* S. Remigii *collegerunt.*

5 *Inter coævos biographum videtur esse nactus nullum* S. Remigius. *Sed sæculo* XVII *nonnulli rerum Lugdunensium investigatores gnaviter versati sunt in inquirendis ejus actis, videlicet Severtius* (13), *Joannes De la Mure* (14), *Theophilus Raynaudus* (15) *et præsertim Stephanus Verney. Quorum postremus, vir pietate spectabilis et ecclesiæ S. Pauli beneficiarius, vitaque functus anno* 1651 (16), *hanc singularem habuit laudem, quod primus præparavit lectiones historicas* de S. Remigio. *Hic enim, quum quotidie, non secus ac alii clerici Lugdunenses, experiretur* quam esset implicitus adeoque difficilis breviariorum, sicut et missalium *ecclesiæ Lugdunensis* usus... *atque* etiam quod ejus præsules non omnes recolerentur, et magnorum inter eos vix magnum festum agerctur, cæteris pluribus, qui ad hanc ecclesiam non pertinebant, æquali vel etiam majori cultu festivatis, *non ingratum fore clericis Lugdunensibus in animum sibi induxerat, si eorum breviarium ad formam Tridentini aliquatenus ordinaretur.* Illud itaque, *ait in procœmio*, mihi consilium incidit, ut si propter librorum penuriam, quæ urget nos, juxta præscriptam nuper a docto pariter ac pio D. Joanne de Chastres (17), ecclesiæ Nicetanæ canonico, methodum brevem et claram, aut cudantur nova breviaria Lugdunensia ad instar Tridentinorum; aut etiam, retentis Romanis quoad formam et modum recitandi officii, addantur tabulæ Lug- F
dunenses cum historiis sanctorum : unum et alterum inveniatur hic repositum in publicum commodum (de missalibus enim nulla erit, aut modica difficultas servato eodem ordine) : sin minus, et si vetera placeant (quæ mihi quoque non displicent) habebunt hic saltem clerici Lugdunenses Vitas eorum sanctorum, quas tabulæ nostræ referunt, silent autem deperdita (proh dolor!) antiqua tum martyrologia, tum scripta patrum in sermonariis, homiliariis, passionariis, legendariis et aliis hujusmodi libris, auro comparandis. *Hactenus Stephanus Verney. Quapropter ipse non sine diligentia bene multas sanctorum præsertim Lugdunensium*

E

(1) Catalogus generalis sanctorum etc. pag. 202. — (2) Vies des saints, tom. VII, pag. 420. — (3) Acta SS. tom. I Oct. pag. 59. — (4) Ibid. tom. II Jan. pag. 235. — (5) Ibid. tom. I Oct. pag. 56. — (6) Mabillonius, Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. VI, part. II, pag. 768. — (7) Acta SS. tom. I Feb. pag. 360. — (8) Hunckler, Histoire des saints d'Alsace, pag. 103. — (9) Labbe, Bibliotheca Mss. tom. II, pag. 29. — (10) Acta SS. Auctarium tom. VI Oct. pag. 4 et seq. — (11) Ibid. tom. I Oct. pag. 60 et seq. — (12) Duchesne, Histoire généalogique de la maison de Vergy, preuves, pag. 28; D. Plancher, Histoire de Bourgogne, tom. I, preuves, pag. XVI et seq. — (13) Chronologia successionis hierarchicæ Lugdunensis archiepiscopatus, pag. 180. — (14) Histoire ecclésiastique du diocèse de Lyon, pag. 126 et seqq. — (15) Hagiologium Lugdunense, Lugd. 1662, pag. 78 et seq. — (16) Pernetti, Recherches pour servir à l'histoire de Lyon, ou les Lyonnais dignes de mémoire, tom. I, pag. 278. — (17) Ibid. tom. II, pag. 95.

Vitas

AUCTORE R. D. B.

Vitas exaravit : quam elucubrationem canonicus S. Justi Chaumont egregiam judicavit. Has inter occurrit S. Remigii *Vita, quam ex numquam typis edito codice ms. ipsius Stephani, in nostro musæo nunc servato, infra dabimus.*

Episcopatum adiit anno 852 *fuitque Caroli, regis Provinciæ, summus capellanus.*

6 *Jam inquirendum esset quibus loco, genere parentibus, anno ortus sit* S. Remigius : *sed de his nihil reperiuntur nobis reliquisse veteres. Eum domo Gallum fuisse opinati sunt Maurini Galliæ Christianæ scriptores* (1), *quoniam pridem nomen* Remigii *a Gallo-Romanis usurpari solebat. Quod tamen argumentum non omnino certum est, siquidem Jornandes, ex Dione res gestas Telephi, regis Gothorum, commemorans, subdit :* Ne vero quis dicat hoc nomen a lingua Gothica omnino peregrinum esse : nemo est qui nesciat animadverti usu pleraque nomina gentes amplecti, ut Romani Macedonum, Græci Romanorum, Sarmatæ Germanorum, Gothi plerumque mutuantur Hunnorum (2). *Neque quid ante episcopatum* S. Remigius *egerit, aut quibusnam cum hominibus conversatus fuerit, ad nostra tempora per-*
B *venit. Scimus tamen eum, saltem ab anno* 852, *ecclesiæ Lugdunensis regimen suscepisse : nam Lotharius imperator in diplomate, quod sæpius editum fuit, omnes certiores facit sese,* agente venerabili et celsitudini suæ devotissimo pontifice Remigio, cœnobium, quod Saviniacus publice vocatur, ecclesiæ Lugdunensi conferre. *Quod diploma his clauditur verbis :* Signum Lotharii, serenissimi augusti. Hirdmundus notarius ad vicem Hilduni recognovit. Data II idus septembris, anno Christo propitio domini Lotharii imperatoris in Italia XXXIII, et in Francia XII (*alias* XIII), indictione XV, *seu die* 10 *septembris anni* 852. Actum villa Gherniaco in Dei nomine feliciter. Amen (3). *Præterea* S. Remigium *summi capellani seu archicapellani sacri palatii Caroli, regis Provinciæ, (qui ab anno* 855 *ad* 863 *regnavit), munere functum esse certum est : nam in tribus diplomatibus a Carolo rege* sacri *sui* palatii summus capellanus *nuncupatus fuit* (4). *Quænam vero fuerint summi capellani in sacro palatio regum Francorum officia, præsenti tomo* (*pag.* 654) *in Commentario histo-*
C *rico de S. Angelramno explicuimus.*

D

§ II. Sæculis VIII et IX ecclesiæ Francicæ bonis suis spoliatæ a regibus Francorum. Restitutio facta a Lothario ecclesiæ Lugdunensi, cum novorum bonorum largitione.

Ecclesiæ Lugdunensis Lotharius imperator multa bona tenebat :

Quanta sæculis VIII *et* IX *ecclesia Gallicana passa sit damna suspicari magis licet quam definire ; sed latissime patuisse hanc calamitatem ex multis testimoniis constat. Testis imprimis est Hadrianus papa I ex Tilpino archiepiscopo Rhemensi* (5) ; *testes sunt ipsi Lotharius imperator, Carolus rex Provinciæ, Lotharius rex Lotharingiæ et Carolus Calvus, uti videre est in diplomatibus, quæ inferius recitabimus ; testes etiam sunt concilia plura, sæculo* IX *in Gallia ce-* E *lebrata, puta Suessionense II, anno* 853, *can.* IX (6) ; *Valentinum III, anno* 855, *can.* X (7) ; *synodus, anno* 858 *apud Carisiacum coacta, in epistola ad Ludovicum regem Germaniæ* (8) ; *tandem, ut alias omittam, synodus, anno* 859 *apud Saponarias congregata, can.* XIII (9). *Haud me latet, ubi de auctoribus harum usurpationum sermo est, alios aliam inire viam ; sed, quamvis plerique scriptores hujus piaculi præsertim Carolum Martellum culpent, non tamen desunt viri rerum Francicarum vere periti, qui negent eum se aut alios laicos bonis ecclesiasticis umquam ditasse* (10). *Cui rei diutius insistere nostrum non est : sufficit enim indicasse alias præter Lugdunensem ecclesias calamitosis usurpationibus fuisse obnoxias, neque ab hacce noxa fuisse immunes imperatorem Lotharium* (11), *Carolum Calvum* (12) *aliosque Ludovici Pii filios et nepotes.*

sed petenti S. Remigio *restituit villas Aulaniam et Morgas,*

8 *Quum itaque res hac ratione essent compositæ, partem officii sui esse duxit* S. Remigius *allaborare recuperationi bonorum ecclesiæ suæ ; qua in re tam feliciter versatus est ut restaurator status temporalis ecclesiæ Lugdunensis appellari mereatur. Certe obscurissimi quæstionum theologicarum sinus ab ejus mente (ut suo loco videbitur) alieni non erant ; sed rerum œconomicarum non minus erat peritus ; adeo ut et summus fuerit theologus et summus administrator. Ordine temporum potissima explicabimus, præcipua diplomatum verba referentes.* S. Remigius *itaque, cujus hortatu Lotharius imperator facultates ecclesiæ Lugdunensis non parum ampliarat, eum ejusque fratrem Carolum Calvum et filios quoque adiit, ut, quæ fraudulenter vel injuste eidem ecclesiæ fuerant subtracta, ex integro restituerentur. Ideo Lotharius im-*

(1) Gallia Christiana, tom. IV, pag. 61. — (2) De rebus Geticis, cap. IX, apud Muratori, Rerum Italicarum Scriptores, tom. I, pag. 196. — (3) De la Mure, Histoire ecclésiastique de Lyon, pag. 570 et seq. — (4) Bouquet, Recueil des Historiens des Gaules, tom. VIII, pag. 397 et seqq. — (5) Sirmondus, Concilia Galliæ, tom. II, pag. 74. — (6) Ibid. tom. III, pag. 79. — (7) Ibid. pag. 102. — (8) Ibid. pag. 122. — (9) Ibid. pag. 153. — (10) Cointius, Annales eccles. ad annum 741, tom. V, pag. 48 et seq. ; Baluzius, Capitularia regum Francorum, tom. II, col. 1137 ; Raepsaet, Œuvres complètes, tom. I, pag. 287 et seqq. ; Beugnot, Mémoire sur la spoliation des biens du clergé attribuée à Charles Martel, in Mémoires de l'Institut de France, tom. XIX, pag. 361. — (11) Recueil des Historiens des Gaules, tom. VIII, col. 390. — (12) Conc. Meldense anni 845, can. 17, ap. Sirmondum, Concilia Galliæ, tom. II, pag. 56.

perator

A *perator villam Aulaniam in comitatu Lugdunensi* (1), *villamque Morgas in comitatu Scudingis* (2), *et alias possessiones ecclesiæ Lugdunensi ablatas restitui jussit.* Quia, *ait,* dilectissimus patruus noster Drogo, venerabilis archiepiscopus *(Metensis)* nostrique palatii capellanus, atque Berta, amantissima filia nostra, seu Hilduinus, venerabilis abba nostræque aulæ archinotarius, ad nostram accedentes clementiam, deprecati sunt pro redintegratione rerum sanctæ Lugdunensis ecclesiæ, quas quibusdam pro causis, non modo necessitatis, verum etiam dissidiorum, quæ inter nos et antistitem ipsius sedis orta essent, [*quibusdam subtrahi*] contigit diebus, quatenus pro emolumento nostræ mercedis eidem restituerentur ecclesiæ, scilicet in comitatu Lugdunensi villam, quæ nuncupatur Aulania, et in comitatu Scudingis aliam villam quæ dicitur Morgas, cum pertinentiis earum quæ in quibuslibet pagis ac diversis locis habentur, id est, in Assenaco, Villaris, Luperciaco, Vercellis, Vercellione, Curnate, Saciana; et villam quæ dicitur ad sanctam Mariam; itemque Luperciaco et Co-
B ciaco cum suis pertinentiis, quas Adalardus ordine beneficiario possidet. In his itaque descriptis locis quantum ex jure ecclesiæ beati Stephani et nostro esse dinoscitur, et quemadmodum Bertmundus, vel pater ejus Ebrardus hoc in beneficio visi sunt habuisse, eidem sedi nostra auctoritate reddimus et confirmamus: necnon et eas quas Gunduinus in pago Portensi tenuisse non ignoratur, cum omni integritate, simili modo restituimus. Similiter quoque villam quæ appellatur Calissis, cum omnibus quæ ad eam pertinent, et sita est in pago Lugdunensi, illic tradimus atque restituimus. Quorum petitionibus tam ob eorum devotionis meritum, quamque Remigii devotissimum famulatum, cui curam ac regimen ejusdem ecclesiæ commissam habemus, libentissime annuentes, memoratas res sub omni integritate illuc præsentialiter revocare studuimus, atque imperiali corroboratione confirmavimus (3).

villas Lentis, Gianam et capellam S. Stephani; item villam Lucennacum atque ecclesias S. Gervasii et S. Desiderii;

9 *Eodem circiter tempore idem laudatus imperator Lotharius ad preces* Hilduini abbatis suæque aulæ archinotarii, *seu primicerii notariorum,* et ob famulatum devotissimum Remigii, *inter bona ejus ecclesiæ refudit* in comitatu Lugdunensi Lentis villam cum omnibus ibi aspicientibus, et in villa Ambariaco capellam sub honore sancti Stephani et sancti Symphoriani et sancti Martini, cum omnibus suis appendiciis per diversa loca sitis, villam Gianam etiam in eodem comitatu cum universis ad se pertinentibus (4). *Adde quod circa idem tempus Lotharius alia bona ecclesiæ Lugdunensi restituens ajebat:* Quia Gerardus, illustris comes atque marchio nobis fidelissimus, ad nostram accedens clementiam, deprecatus est pro redintegratione sanctæ Lugdunensis ecclesiæ rerum, ut quæ per insolentiam, et quorumdam cupiditatem ab eadem ecclesia ablatæ vel subtractæ esse noscebantur, pro emolumento nostræ mercedis eidem restituerentur ecclesiæ; videlicet in comitatu Viennensi Lucennacus villa, cum omnibus suis appendiciis, ecclesiæ quoque sancti Gervasii et sancti Desiderii, cum universis ad se pertinentibus in comitatu Lugdunensi consistentibus. Cujus precibus satis rationabilibus tam ob illius devotionis meritum, quamque Remigii devotissimum famulatum, cui curam et regimen ejusdem ecclesiæ commissam habemus, libentissime annuentes memoratas res sub omni integritate illuc præsentialiter revocare studuimus, atque imperiali corroboratione confirmavimus (5).

AUCTORE R. D. B.

dedit quoque monasterium Nantuatense

10 *Idem Lotharius imperator ecclesiæ Lugdunensi, ut* S. Remigio *gratum faceret, monasterium Nantuatense, in hodierna diœcesi Bellicensi, in perpetuum dedit. Accipe partem diplomatis:* Ad aures serenitatis nostræ perductum est, agente hoc maxime venerabili et nostræ celsitudini devotissimo pontifice Remigio, quomodo sancta Lugdunensis ecclesia aliquando ditissima, et rebus late florentissima, et religione præclarissima fuerit, pontificibus ejus in hoc maxime studium impendentibus, ut non modo fœcunda... filiis existeret, verum et facultatibus et potentia sæculi ad fastum mundi comprimendum opulentissima redderetur; sed, causis diverso ordine præcurrentibus, actum sit ut quæ ad gloriam ipsius cumulatæ res undique in E
ea profluxerant, divisæ et distractæ multis generibus minuerentur. Quæ res pietatis nostræ animum eo permovit, ut in gratiam omnis largitoris boni ad primum statum eam reparare niteremur..... Conferimus itaque sacræ ac primæ Gallorum ecclesiæ..... monasteriolum cum suis omnibus ad illud pertinentibus, in honore Domini nostri Jesu Christi sub invocatione beatissimi Petri principis Apostolorum constructum, locis Jurensibus situm, quod Nantuadis ab aquis e vicino emergentibus publice vocitatur. Quam donationem, liberalissime a pietate nostra profectam, ita reverentissimæ matri ecclesiæ Lugdunensi indisrupto tempore ad solatium et honorem sui manere volumus, ut habitatores locelli ipsius vita, doctrina et subministratione rerum necessariarum, ordinante et disponente (providentia per) viscera maternæ pietatis et sancto pontifice ipsius, salvo privilegio... (*deest*) eis nuper ante, meliores et utiliores ab inde efficiantur, nec detrimentum ex subditione seu datione tali in aliquo sibi provenisse lugeant (6).... *Quinimo brevi post idem imperator Lotharius* ad petitionem Remigii... hoc etiam F
privilegio auctoritatis suæ concessit ut in controversiis causisque rerum sub ea lege eidem res cœnobiales forent, qua, priusquam memoratæ ecclesiæ conferrentur, extiterant: *atque subdit (unde et constat ditiones monasterii Nantuatensis non precarias, sed totidem veras ecclesiæ Lugdunensis factas esse proprietates):* Videlicet ut in cunctis interpellationibus ac responsionibus, diversarumque quærimoniarum negotiis ipsa lege, eo modo, eodemque tenore... respondeat, quoto tempore solitus erat, quando id sub nostræ proprietatis inerat dominio (7).

et Savigniacense,

11 *Eodem pacto, eodem anno, eademque formula Lotharius ad* S. Remigii *petitionem ecclesiæ Lugdunensi dono dedit* cœnobium cum suis omnibus ad illud pertinentibus, in honore Domini Jesu Christi sub invocatione beatissimi Martini episcopi et confessoris constructum, quod Saviniacus publice vocitatur (8). *Animad-*

(1) Bernard, Cartulaire de Savigny, tom. II, pag. 1079. — (2) Valesius, Notitia Galliarum, v° *Scutingi*, pag. 508. — (3) Bouquet, tom. VIII, pag. 390. — (4) Ibid. pag. 391. — (5) Ibid. pag. 389. — (6) Ibid. pag. 388. — (7) Ibid. pag. 391. — (8) Ibid. pag. 389; Bernard, Cartulaire de l'abbaye de Savigny, pag. 547.

AUCTORE R. D. P.

vertendum tamen est hoc diploma quod monachorum Savigniacensium exemptionem non parum offendebat, ab iis, quum autographum suppressum esset, ut spurium fuisse habitum; ast hæc opinio, quum archiepiscopis Lugdunensibus a remotissimis temporibus monasterium Savigniacense fuerit subjectum, minus videtur admittenda (1).

quin justitiam erga hæc monasteria læserit

12 *Sed nonne* S. Remigius, *qui ad ecclesiam suam bonis monasteriorum ditandam manus dare est ausus, leges divinas et humanas violavit? Nequaquam; quoniam ambo illa monasteria inter regalia habebantur, uti ex Maurinorum Gallia Christiana colligitur. Jam vero monasteriorum regalium duplex erat species: alia enim in fiscis regiis exstructa erant et ab ipsis regibus dotata; alia vero fundarant viri pietate insignes, qui ea, ne ullus eis impune damna inferret, tuitioni regum commiserant. Atque horum monasteriorum regalium conditio dissimilis non erat a conditione ecclesiarum villis annexarum; quæ, quemadmodum egregie ostendit Joannes Josephus Raepsaet* (2), *adeo inter* res proprii
B juris *numerabantur ut, qui ab alio* villas *pretio pararet, iisdem tabulis ecclesias cum decimis sibi acquireret. Porro monasteriorum regalium conditionem, quæ propemodum eadem erat tum in Oriente, tum in Occidente, optime descripsit Baluzius in notis ad Lupi Ferrariensis opera* (3), *ubi postquam enarrasset quo pacto monasteria regni Francorum vel libertate fuerint donata, vel eam recuperassent, suam doctrinam pluribus exemplis confirmat. Baluzio consentiunt Cangius* (4), *auctores Examinis historici et canonici* (5) *aliique plures, quos in commentario historico de* S. Angelramno, *pag.* 659 *præsentis tomi attulimus.*

Nantuatense tamen postea fuit sibimet redditum.

13 *Verum, quum monasteria Nantuatense et Savigniacense archiepiscopis Lugdunensibus essent concessa, quo horum mensa augeretur, ita ut penes eos essent reditus cum onere sustentandi abbatem et legitimum monachorum numerum aut assignandi eis certa bona; hæc rerum mutatio (quæ et in aliis locis sæpius deinceps cum summa pernicie introducta est) monasterio Nantuatensi adeo exi-*
C *tiosa fuit per ministrorum ecclesiæ Lugdunensis rapacitatem, ut, licet archiepiscopi Lugdunenses illo ævo sanctimonia præstarent, cœnobii abbas et monachi S. Aureliano,* S. Remigii *successori, anno* 891 *monasterium visitanti, ululantes exposuerint* quæ et quantæ calamitatum miseriæ in ipso loco perturbarent et affligerent. *Quibus perspectis, sanctus præsul,* deprædationibus iniquorum annulatis, *reddidit quas potuit villas monasterio ablatas, ac in primis* Nantoacum cum servis et mancipiis : *et ne in posterum his bonis iterum spoliarentur monachi, addidit donationis tabulis solitum adversus usurpatores anathema* (6).

D

§ III. Restitutiones et novæ donationes ecclesiæ Lugdunensi factæ a Carolo rege Provinciæ. Fundatio monasterii Saxiacensis.

Carolus, rex Provinciæ, petente S. Remigio, *restituit villam urbanam, castrum Tornonis,*

M*ortuo Lothario imperatore, Carolus ejus filius ex voluntate patris Provinciæ rex salutatus est, atque regni sedem habuit Lugduni. Neque minus patre suo Carolus erga* S. Remigium, *quem capellanum summum suæ aulæ elegerat, liberalem sese exhibuit. Et primo quidem villam urbanam, quam ecclesia Lugdunensis olim sub immunitate et regia tuitione possidebat,* S. Remigio *ejusque successoribus cum antiquis suis privilegiis, atque a fisco liberam, restitui præcepit* (7). *Item Carolus, quum a* S. Remigio *accepisset* E *patrem suum Lotharium, (quin hac de re, ut videtur, exsisteret instrumentum), S. Stephani ecclesiæ castrum Tornonis* * *donasse, edidit (nescitur quo anno) diploma, ex quo hæc excerpta sunt verba :* Quia venerabilis archiepiscopus Remigius, et summus sacri palatii nostri capellanus... innotuit nobis de quodam castro seu villa Tornone, quod situm est in pago Lugdunensi juxta fluvium Rhodanum, restituisse piæ recordationis patrem nostrum ecclesiæ beati Stephani Lugduni venerabiliter sitæ, ob amorem scilicet Dei, et ut eumdem martyrem sibi intercessorem pararet... petiitque clementem sublimitatem nostram ut et nos ipsum pietatis opus, quod pater noster tam sancte et devote compleverat, præcepto serenitatis nostræ firmum perpetuo manere juberemus. Cujus petitionibus.... assensum dedimus et præceptione sanctum factum augustæ memoriæ patris nostri attestantes, etiam et nos super hoc fieri jussimus (8).

* Tournus.

villas Livias, Coloniacas et Fischibanum :

15 *Neque minus res successit* S. Remigio, *ubi ecclesiæ Lugdunensi restitutionem villarum Liviæ, Coloniaci et Fischibani cum suis adjacentiis a laudato rege Carolo petiit. Etenim* notum fieri volumus, *scribebat Carolus,* F Remigium, Lugdunensis ecclesiæ reverentissimum archiepiscopum, nostrique sacri palatii capellanum summum, ad nostram deprecando accessisse clementiam, ut villas sancti Stephani ecclesiæ Lugdunensium, Liviam scilicet, Coloniacas atque Fischibanum cum omnibus suis adjacentiis, ecclesiæ cui ab antiquo datæ esse dinoscuntur, et multis jam annis injuste exinde ablatæ comprobantur, ob æternæ vitæ beatitudinem feliciter capessendam nostræ auctoritatis privilegio eidem ecclesiæ reformaremus, et in æternum inibi deserviendas censeremus. Cujus petitioni utpote rationabili ac piæ clementissime faventes, nostræ celsitudinis apices fieri jussimus (9).

item aliqua privilegia monasterio Barbaræ;

16 *Suam quoque operam posuit* S. Remigius *ut monasterium insulæ Barbaræ prope Lugdunum,*

(1) Bernard, Cartulaire de l'abbaye de Savigny, notice, pag. LXXVIII et seq. — (2) Œuvres complètes, tom. I, pag. 311 et seqq. — (3) Epist. XII, Opera Lupi Ferrariensis, ap. Migne, Patrol. tom. CXIX, col. 456 et seqq. — (4) Glossarium v° *Monasterium*. — (5) Cap. 8, pag. 200 et seqq. — (6) Mabillonius, Annales Benedictini, tom. III, Appendix, pag. 641. — (7) Bouquet, tom. VIII, pag. 396. — (8) Ibid. pag. 399. — (9) Ibid. pag. 399 et seq.

dunum,

AUCTORE R. D. B.

A *dunum, quod a remotissimis temporibus de ecclesia Lugdunensi optime erat meritum, immunitatem et privilegia sibi olim a Carolo Magno concessa recuperaret, atque iis in perpetuum frueretur. Neque surdis cecinit auribus sanctus episcopus; nam Carolus rex monachis, modo* singulis annis quæstoribus proprii antistitis *(Lugdunensis)* libram argenti persolverent, *pristinam suam libertatem vel etiam a* censu et redhibitione *immunitatem reddidit* (1).

atque ecclesiæ Lugdunensi plura donat bona.

17 *Præterea non satis habuit Carolus, quæ bona ecclesiis et monasteriis erant ablata, restituere, sed et plures* colonicas vestitas (2) *seu prædia colonialia cum fructibus,* metaritias (3) *vel* metarias, *seu prædia rustica,* vercarias (4) *vel loca ovibus seu vervecibus alendis idonea, et absas seu terras illaboratas pascuasque, sitas in comitatu Belicensi, quas jure proprio et hæreditario possidebat; ecclesiæ Lugdunensi ob devotissimum* S. Remigii *famulatum in perpetuum anno* 861 *dono dedit.* Universitati notum fore cupimus, *ait Carolus in concessionis diplomate,* quod Remigius, Lug-

B dunensis ecclesiæ reverendus antistes, nostrique palatii capellanus summus, nostram cernue adiens mansuetudinem, enixius postulavit quatenus illi ob cujuslibet necessitatis suæ supplementum res quasdam proprietatis nostræ jure hereditario concederemus. Cujus precibus utpote affabilibus assensum præbentes,.... eidem præsuli gratanter concedimus, quæ sunt sitæ in comitatu Belicensi in diversis dumtaxat locis, quorum ista sunt nomina : in Coronæ-villa colonica vestita una, una et altera apsa cum vercaria; simili modo in Aureliano vercaria una; in Rostonnaco metaritia una ; in Mutiano colonica vestita una, una et altera absa cum vercaria absque censu; in Blodennaco metaritiæ duæ, in Curte metaritia una; in Cussano metaritia una; in Lutiaco vercaria, una absa; in Anderno vercaria, absa una. Hæc igitur omnia... præfato episcopo ob ejusdem devotissimum famulatum libentissime impendimus, ac de nostro jure in ejus tradimus potestatem (5).

Subdit Saxiacense monasterium S. Aurelianus S. Remigio, * Ceissieu

18 *Anno* 859 *S. Aurelianus, qui* S. Remigio *in sede Lugdunensi successit, cum adhuc abbas monasterio Athenacensi præesset, cœnobium Saxiacense* ex propriis suorumque parentum facultatibus condidit atque illud cum suis prædiis* Deo Salvatori omnium devote obtulit, et in vice Christi Remigio venerabili et religiosissimo archiepiscopo obtulit, ita dumtaxat ut idem venerabilis archiepiscopus jam coeptum monasterium perficeret in honore Dei et sancti Benedicti et BB. martyrum Florentini et Hilarii et per eum perficeretur, et ipse pius pater et provisor esse deberet. *Cujus monasterii institutionis Samuel Guichenon* (6) *summarium antiquissimum, Mabillonius* (7) *vero diploma juris publici fecerunt. Porro Aureliani donationem ratam habuit* S. Remigius; *qui et Saxiacense monasterium ex propriis fundis multum ditavit et ampliavit: idque hisce refertur verbis a scriptore, qui acta donationis aliaque hujusmodi in compendium redegit.*

qui ejus auget bona.

19 Consequenter, *ait,* antefatus Remigius divino numine sanctæ ecclesiæ Lugdunensis episcopus, pia et fideli devotione monasterium et habitaculum servorum Dei inceptum, et pro maxima parte fundatum in honorem Domini nostri Jesu Christi, et super veneratione beatissimi Benedicti, prout super, et in dicto loco de Saxiaco, et in agro supra memorato et diffuse declarato, et designato, cupiens perfici testamentum, res, facultates et possessiones, quas jam dictus Aurelianus abbas in jus ipsius Remigii episcopi transfudit testamentario et donationis jure, et quidquid habere visus fuit in dictis rebus, et in villulis Neriaci, Vexiaci, Anguiliaci, cum ecclesia sanctæ Theclæ, Monthullii, Lollios, Agabrii, Balasiaci, sive Liorgo, Cameraci, sive etiam Milliaci, et Villicio Crepti, Marcaniaci, et Cationeci; in pago Bellicensi, Castagniaci, et Domassiani; in pagoque Viennensi Casdum; in pago Diensi Carpoboli....Villia, cum ecclesia sancti Marcelli in pago etiam Maurianensi * in diversis locis omnia,... hilari mente promptaque voluntate Deo Salvatori omnipotenti devote obtulit et fratri Badiloni, qui loco abbatis præesse et prodesse debet, et aliis fratribus, qui inibi sub regula pii patris Benedicti E Dei servitiis insistebant; ita necnon plene idem abbas et fratres jam dictum monasterium perficerent juxta mentem dicti testamenti præfati Aureliani abbatis, et ipsius testamentariam voluntatem insequendo ipsius testamentariæ voluntatis vigore, et testamento suo inserendo, ut ab illo die, nec suo, nec parentum suorum, nec fascibus regiæ magnitudinis, nec cujuslibet terrenæ potestatis jugo subjacerent, jam dicti servi Dei inibi congregati, sed quemcumque vellent prædicti monachi, ex semetipsis abbatem pastorem suique rectorem secundum placitum Dei, et regulam sancti Benedicti liberam in omnibus eligendi absque ullius potestatis inquietudine haberent suo arbitrio, pro infestatione vero pessimorum iniquorumque hominum jussit, ut pro voto et arbitrio suo, quem tutorem defensoremque habere vellent, absque ullius refragatione liberam eis attribuendo facultatem eligendi cum cæteris similibus, clausulis et verbis in testamento Aureliani abbatis contentis et descriptis. *Dein addit quo pacto* Carolus, *rex Provinciæ,* monachis concesserit, et statuerit in eo videlicet ut possessiones, quas prædictus F abbas Aurelianus pro rei firmitate S. Remigio archiepiscopo, idem venerandus archiepiscopus omnipotenti Deo et beatissimo Benedicto obtulerit.... vel quas in eodem loco ex donis fidelium divina pietate augeri voluit, nullius terrenæ potestatis umquam jugo subjaceant, sed ad solius Dei servitium memoratus Aurelianus abbas vel monachi sui et successores eorum in venturis generationibus... teneantur : *et quum* S. Remigius *Badilonem Saxiacensis monasterii primum constituisset abbatem, decem episcopi in conventu congregati, rogante Carolo rege, hanc renunciationem atque ipsam Aureliani donationem et* S. Remigii *acceptionem ratas habuerunt* (8).

* S. Jean de Maurienne

(1) Bouquet, tom. VIII, pag. 400. — (2) Guérard, Polyptique d'Irminon, tom. I, ch. VI, pag. 238; Du Cange, Glossarium, v^is *Colonicas* et *Vestitus*. — (3) Ibid. v° *Metaritia*. — (4) Ibid. v° *Vercaria*. — (5) Bouquet, tom. VIII, pag. 398. — (6) Histoire de Bresse et de Bugey, Preuves, pag. 225 et seqq. — (7) Acta SS. Ordinis S. Benedicti, sæc. IV, part. II, pag. 498. — (8) Mabillonius, SS. Ordinis S. Benedicti, sæc. IV, part. II, pag. 500; Guichenon, Hist. de Bresse et de Bugey, Preuv. pag. 225 et seqq.

§ IV.

AUCTORE R. D. B.

§ IV. Lotharii, regis Lotharingiæ, restitutiones et donationes ecclesiæ Lugdunensi.

Lotharius rex restituit ecclesiæ Lugdunensi

Quum Carolus, rex Provinciæ, nullis relictis posteris, anno 863 *vitam posuisset, ejus regnum fratres Ludovicus imperator et Lotharius rex Lotharingiæ, repugnante patruo Carolo Calvo, inter se diviserunt: et quamvis incertum sit quænam ditiones alterutri fratri jure hæreditario obvenerint, nemo tamen negat Lugdunum pagumque Lugdunensem, post Caroli excessum, Lothario regi Lotharingiæ paruisse, donec tandem et hic Placentiæ anno* 869 *miserabilem obierit mortem. Jam vero Lotharius, qui pessimis squallebat moribus, aliquando etiam manum iniquam bonis ecclesiæ Lugdunensis intulit et villas Caduliacum in comitatu Salmoricensi, et Liviam in*
B *pago Viennensi, antea* regali auctoritate fratris sui Caroli reformatas, *in beneficium, seu reservato sibi jure revocandi ad nutum, viro laico contulerat. Verumtamen Lotharius, auditis* S. Remigii *hortamentis, suam culpam agnoscere, atque ecclesiæ Lugdunensi utramque villam refundere non dubitavit. Superest quidem hujus satisfactionis instrumentum: ast quo anno illud diploma vel alia, de quibus modo dicturi sumus, fuerint edita, chronologi determinare non audent. Accipe lector hujus diplomatis excerpta.*

villas Caduliacum, Liviam,

21 Quocirca, *verba sunt Lotharii,* omnium fidelium sanctæ Dei ecclesiæ nostrorumque, præsentium scilicet et futurorum, noverit solertia quia utilitatis emolumento, seu etiam propter devotissimam famulationem Remigii, Lugdunensis ecclesiæ reverentissimi archiepiscopi, restituimus per nostræ auctoritatis præceptum ecclesiæ sancti Stephani Lugdunensis villas has, Caduliacum videlicet in comitatu Salmoricensi, et Liviam in pago Viennensi, quas pridem bonæ memoriæ Karolus, gloriosus rex, germanus noster, præfatæ ecclesiæ juxta ratione seu regali
C auctoritate reformaverat, sed nos postmodum pro quadam necessitate illas in beneficium contuleramus, quod omnino non recte factum fore cognoscentes, hos nostræ auctoritatis apices fieri censuimus, per quos memoratas villas præfatæ casæ Dei reformamus, quatenus nostris futurisque temporibus absque cujuslibet subtractione in potestate pontificum ejusdem ecclesiæ permaneant, ut Deo largiente præsides ac clerus ejusdem casæ Dei pro anima genitoris nostri, ac genetricis, seu fratris nostri Karoli gloriosi regis, necnon et nostra Domino attentius preces assiduas fundere studeant (1).

Turnonem et Curtenacum, ablata partim a se, partim a fidelibus;

22 *Dein cum villas Turnonem et Curtenacum, antea a patre et Carolo fratre ecclesiæ Lugdunensi redditas, novisset, referente* S. Remigio, *iterum* curriculis annorum ablatas sæcularium incursione, *præceptum hujusmodi dedit:* Notum sit omnibus fidelibus regni nostri et sub jure et potestate nostra consistentibus, quia venerabilis Remigius, Lugdunensis ecclesiæ archiepiscopus, accessit ad clementiam nostræ magnitudinis et indicavit nobis quia augustæ D memoriæ Hlotharius imperator pro remedio animæ suæ, et sanctæ memoriæ uxoris ejus Ermengardæ, ac nobilissimæ prolis ipsorum, multa promiserit, et ubi opportunum fuit contulerit ecclesiæ Lugdunensi, uti idem archiepiscopus munere ipsius et favore constituerat, ac idcirco fiducialius accederet, et quodammodo familiarius ad mansuetudinem nostram, ut memores benevolentiæ et largitionis pii patris nostri quædam ipsius ecclesiæ, licet quibusdam curriculis annorum ablata sæcularium incursione, deprecatus est ut, pro amore pii genitoris nostri, ac genitricis, seu et nostro atque fratris nostri Karoli, villas, quas idem germanus noster, Turnonem videlicet et Curtenacum, sancto Stephano protomartyri in ecclesia Lugdunensi per suæ auctoritatis præceptum restituit, sub præcepti nostri firmissima roboratione reconsignaremus, et eidem ecclesiæ perpetuo manere concederemus. Quod nos tam pro honore patris nostri memoriæ, sed et sanctæ recordationis matris nostræ, nec non pro fratris nostri anima Karoli, et pro indulgentia nostrorum maleactorum, quamque pro fidelissimo obsequio ipsius prædicti E archiepiscopi libenter indulsimus, precibusque ipsius assensum præbuimus, immo nostro munere libentissime roboravimus beato Stephano et sacræ sedi Lugdunensis ecclesiæ Turnonem et Curtenacum cum ecclesiis, villulis, ac rebus et mancipiis, quæ genitoris nostri ac fratris nostri Karoli auctoritate eidem ecclesiæ reformata sunt, nostra perpetua firmatione volumus ut servis Dei profutura ibi maneant (2).

inter quos Witgarium:

23 *Tandem superest dicendum de dominio, in regno Lotharingiæ sito, quod Lotharius antequam Lugdunensi civitati imperaret,* S. Remigio *restitui jussit. Sanctus enim archiepiscopus quum compertum haberet quemdam Witgarium* res quasdam *Lugdunensis* ecclesiæ quam plurimum per inlicitam atque omnimodo inrationabilem commutationem accepisse, *petiit atque obtinuit a Lothario ut eum ad restituendum cogeret. Ille, semel, bis, ter, hanc ob causam a rege frustra accersitus, ad restituendos quos abstulerat mansos et villam fuit coactus* (3). *Cujus rei diploma ante annum* 863, *quo Carolus rex Provinciæ vivere desiit, editum fuisse certum est: nam ibi de eo tam-* F *quam tunc vivente agitur.*

eosque cogit ad similiter restituendum.

24 *Præterea Lotharius præcepit ut omnes ecclesiæ Lugdunensis possessiones, ab aliis injuste occupatas, etiamsi scriptis libris ostenderetur hanc esse a multis annis earum conditionem, legitimo domino eas repetenti restituerentur.* Totius igitur regni nostri *edixit Lotharius,* unanimis cognoscat assensio, quia Remigius, venerabilis Lugdunensis ecclesiæ archiepiscopus, et Gerardus, illustris comes, nostram adeuntes mansuetudinem, humiliter suggesserunt quod res quaslibet episcopatus comitatusque illorum, quas unius conditionis et causæ esse declaratur, (unde veteres testes et certa indicia), quorumdam hominum olim usurpasset improbitas, inque sui juris ac natorum suorum ditionem cupida convertisset iniquitas. Hujusmodi igitur fidelium nostrorum audientes affamina, illorumque precibus libenter faventes, hos præceptionis nostræ apices fieri jussimus, per quos omnimodis significamus, atque ex au-

(1) Bouquet, tom. VIII, pag. 409. — (2) Ibid. pag. 410. — (3) Ibid. pag. 411.

ctoritatis

A ctoritatis nostræ injungimus privilegio, ne quis se per annorum curricula dierumque muniat volumina, ubi veracium testium certa præfert indicia : sed, hujusce rei diligenter investigato negocio, ac per idoneos testes sacramentis ob confirmationem causæ exhibitis, licenter studeat recipere, quod sanctuarii Domini constat ante fuisse, ne quislibet retinere queat hæreditario jure, etiam sibi a parentibus relictum, quod liquido apparet sanctuario Christi prius fore collatum; quoniam omnem cavillationis illius versutiam nostræ auctoritatis subvertit institutio (1).

§ V. Restitutiones Caroli Calvi. An sæculo IX ecclesia Lugdunensis esset tam dives quam prima specie appareat.

Carolus Calvus ecclesiæ Lugdunensi

Quum Lotharius in revertendo in Galliam Roma, post simulatam ad Deum conversionem, Placentiæ anno 869 *e vivis excessisset, toto ejus regno patruus Carolus Calvus potitus est. Ast, anno sequenti, unam partem Ludovico Germanico, alteri Lotharii patruo, cedens, reliquam, in qua jacebat Lugdunum, sibi retinuit. Porro, etsi bene multas possessiones, quas antea inique occupabant laici, ecclesia Lugdunensis, curante* S. Remigio, *recuperasset, nihilominus et alias plures sibi fraudulenter esse ablatas conquerebatur. Ideo iterum ad preces* S. Remigii *Carolus Calvus, suorum decessorum vestigiis insistens, præcepit, incerto anno, ut villa Pisiniacum cum suis appendiciis in comitatu Tricassino, atque villula Lupiniacum et Esnaicum in comitatu Cabilonensi *jacentes, ecclesiæ Lugdunensi redderentur.*

* Le Chalonnais.

villas Pisiacum

26 Quia ad deprecationem, *ait*, et salubrem admonitionem carissimi satisque amantissimi Remigii Lugdunensis ecclesiæ venerabilis archiepiscopi, libuit celsitudini nostræ quasdam res, in comitatu Tricassino sitas, id est villam Pisiniacum cum omnibus suis appendicibus, et in comitatu Cavellonensi Villarem cum villula
C Lupiniaco et villula Esnaico,... cunctisque ad præfatas villas pertinentibus rebus et mancipiis, præfatæ matri ecclesiæ Lugdunensi, in honorem beatissimi Stephani dedicatæ, cujus juris olim fuisse dignoscuntur, pro nostrorum absolutione peccaminum restituere, et restituendo perpetuo habendas et canonice ordinandas delegare ac confirmare. Unde hoc altitudinis nostræ præceptum fieri, ipsique sanctæ matri ecclesiæ dari jussimus, per quod præfatas villas cum ecclesiis, domibus, ..., plenaque integritate ipsi sanctæ matri ecclesiæ pleniter restituimus, et restituendo confirmamus; ita ut præfatus Remigius, ejusdem ecclesiæ reverendus archiepiscopus, easdem res pleniter recipiat.... quatenus ipse suique successores cum omni clero sibi commisso pro nobis, conjuge et prole, totiusque regni nostri statu continuis precibus Dei misericordiam implorent (2).

Cagiacum, Scopellam,

27 *Item et alio diplomate restituit Carolus Calvus ecclesiæ Lugdunensi villam Cagiacum in pago Augustodunensi et Scopellam in pago Cabilonensi sitas. En hujus diplomatis verba :* Quoniam Remigius, venerabilis Lugdunensis ecclesiæ archiepiscopus, ad nostræ sublimitatis accedens excellentiam, variarum perturbationum ecclesiæ nobis commissæ inlata retulit detrimenta, et quasdam res pravorum invasioni a regibus esse concessas. Cui vera referenti Oddo illustris comes et nostræ fidelitatis strenuus executor, ob non celandæ veritatis amorem, testimonium perhibens, deprecatus est ut quasdam in suis aliisque honoribus consistentes, quæ sanctæ matris ecclesiæ esse sciebantur, ob Dei amorem et suam deprecationem potentiæ nostræ magnitudinis redderemus, ac reddentes imprævaricabili præcepto nostræ munificentiæ confirmaremus, id est in pago Augustodunensi Cangiacum, et in pago Cavilonensi Scopellam. Cujus precibus tanto libentius cessimus, quanto id nobis profuturum prospeximus amplius. Unde et hoc altitudinis nostræ præceptum etiam dicto episcopo dari jussimus, per quod præcipientes decernimus, atque decernentes confirmamus, ut supradictæ villæ cum omni sua integritate, sicut et reliquæ illius ecclesiæ villæ, E
tam Remigio quam suis successoribus a Deo eligendis sint subditæ et subjectæ (3)....

AUCTORE R. D. B.

et Montem Aureum restituit;

28 *Et aliam villam, Montem scilicet Aureum, in pago quoque Cabilonensi sitam, eidem ecclesiæ Lugdunensi, ut* S. Remigii *votis fieret satis, restitutam esse voluit; idque hisce verbis notum fecit :* Quoniam Remigius, Lugdunensis ecclesiæ venerabilis et carissimus nobis archiepiscopus,... patefecit nobis... qualiter a prænominata ecclesia sua, videlicet... sancti Stephani, dudum per incuriam suorum prædecessorum quædam villa, nomine Mons Aureus, in pago Cabilonensi sita, quamque et presentialiter Lambertus dilectus nobis ministerialis jure beneficiario obtinuerat, injuste sublata fuerit : ac sic humiliter deprecatus est ut eamdem villam jam dictæ ecclesiæ S. Stephani per præceptum nostræ auctoritatis restituentes redderemus, et reddentes restitueremus. Cujus precibus ob amorem cælestis patriæ, et ipsius benemeritum famulatum præbentes assensum, hoc præceptum auctoritatis nostræ fieri, et illi ac suis successoribus dari jussimus, per quod præcipimus atque jubemus ut eamdem F
villam, cum omnibus suis appendiciis, eadem ecclesia ac rector ipsius, præsens scilicet atque futurus, sicut alias res proprietatis ejusdem ecclesiæ, jure proprio et more ecclesiastico perpetim teneat atque possideat : eo videlicet modo et tenore, ut Lambertus, fidelis noster, diebus vitæ suæ jam dictæ ecclesiæ sancti Stephani propter vestituram singulis annis nonam et decimam ex ea persolvens, ipsam jure beneficiario et usufructuario interim teneat, donec aut nos illi commutemus, aut si ipse mortuus fuerit, mox eamdem villam Montem-Aureum absque ullius repetitionis contradictione sive tardationis mora sæpe dictus rector ecclesiæ sancti Stephani sibi æternaliter possidendam recipiat. Eo etiam pacto, ut in anniversario domni et patris nostri excellentissimi imperatoris Hludovici, et gloriosæ dominæ matris nostræ imperatricis Judith, et valde nobis amabilis conjugis Irmintrudis IV (*alias* III) nonas octobris, et in

(1) Bouquet, tom. VIII, pag. 410. — (2) Ibid. pag. 623. — (3) Ibid. pag. 622 et seq.

die

AUCTORE R. D. B.

die nativitatis nostræ idus junii, et unctionis similiter, et in die nativitatis Richildis dulcissimæ nobis conjugis et augustæ, saltem etiam et in conjunctionis nostræ IV idus octobris, præsens rector atque futurus fratribus ejusdem ecclesiæ refectionem ipsis placabilem pro hoc præsenti dono, vel cæteris beneficiis quæ eidem ecclesiæ contulimus, amabiliter exhibeat; quatenus ipsi in prædictis diebus officium divinum ob salutem nostrorum prædictorum clementiam Dei exorantes devotius celebrent : post discessum vero nostrum refectiones,quas in die unctionis nostræ et conjunctionis fratribus rectores ejusdem ecclesiæ exhibuerint, in diebus depositionum nostrarum nihilominus exhibere placabiliter procurent (1).

et Anselmum manumittit.

29 *Nec dubitandum est quin Carolus Calvus, quum erga episcopos esset maxime benevolus, plura alia beneficia, ut* S. Remigio *gratum faceret, ecclesiis aliisque locis piis contulerit, vel etiam quin bene multa monumenta historica, quæ ejus voluntatis fidem faciebant,per temporum acerbitatem perierint. Ad nos tamen pervenit diploma, quo ad de-*
B *precationem* S. Remigii *servum Anselmum, servatis legis salicæ ritibus, manumisit* (2).

Ecclesia Lugdunensis sæc. IX non fuit dives.

30 *Qui vero ecclesiæ Lugdunensis polyptychon seu rationem villarum, mansorum aliarumque possessionum leviter attigerit, eam fuisse ditissimam forsan sibi persuasum habebit. Sed, simili difficultati unus ex collegis occurrens in Actis S. Ursulæ, ubi de monasterio Coloniensi,huic sanctæ virgini sacro, hæc nixus monumentis, priscisque titulis, a Ducange* (3), *Guerard* (4), *Lacomblet* (5), *Leber* (6) *aliisque allatis, scribebat* : Re quidem vera, præter ecclesias, curtes aliquot aliasque terras, ab imperatore Conrado et Hermanno archiepiscopo quadraginta quatuor mansos acceperant, quorum singuli ad minimum duodecim bunnaria seu jugera cepisse censendi sunt, universim vero hectara 673, aut potius (quum sæculo X singulis mansis bunnaria viginti aut hectara viginti quinque cum dimidio assignare liceat), hectara 1122. Verum quum maxima tunc esset in his administrandis difficultas, passim magnis oneribus essent gravata bona dominicalia et exigua essent locatio-
C nis pretia aut census, ita ut longe minor redituum pars in manus possessorum veniret,... quum, inquam, ex tanta mansorum copia non magna emolumenta haberent Colonienses moniales, tanta premebantur penuria ut propter stipendii inopiam vagarentur et divinum officium remisse peragerent. Quod si id mirum videatur, oculos conjiciamus in diploma, uno sæculo posterius. Hermannus II, Coloniensis archiepiscopus, anno 1043 dedit S. Severini monasterio quasdam res proprietatis suæ : « Hoc « est, inquit, III mansa, in villa Ohtenethinc « dicta jacentia, libram unam persolventia; « atque in Saxonia, in villa Berenberg dicta VI « mansa, quæ emi erga militem Frethericum, « Cobbonis filium, nonaginta libris, iterum li- « bram unam persolventia; insuper cum com- « muni consilio meorum fidelium, tam laicorum D « quam clericorum de ecclesiæ rebus mansum « unum addere curavi, in villa Kestenich dicta « jacens, libram dimidiam aut vini carratam « persolvens. » Ex quo loco patet nonaginta librarum fœnus vix unam fuisse libram, et undecim mansorum reditus libras fuisse duas cum dimidia. Atqui singulæ libræ pendebant francis 87, et duæ cum dimidia francis 217, 50; et si eodem valore æstimes 44 mansos, hæc dederint annuatim libras 10 seu francos 870. Ast sæculo decimo pecuniæ potentia octies circiter major erat quam quæ nunc est, ita ut, quo pondo nunc unus tritici saccus emitur, tunc eodem octo emisses, adeoque quadraginta quatuor mansorum aut 880 hectarorum terræ arabilis reditibus non plus facere poterant Colonienses moniales quam quæ nunc præstare possumus annuo censu francorum 6960 : quæ pecunia fere impendenda est sartis tectis templi publici et solemniter agendis divinis officiis. *Quæ argumenta auctor ex canone* 122 *concilii Aquisgranensis anni* 816 *mirum in modum confirmat* (7). *Profecto alia tum non erat rerum conditio in diœcesi Lugdunensi.* E

§ VI. Disceptationes de prædestinatione renovatæ. Concilia Moguntinum II, Carisiacense I, Valentinum III, et Lingonensia I et II. Quam partem in his rebus habuerit S. Remigius.

Gothescalcus, prædestinatianismum renovans,

Quam industrius fuerit S. Remigius *in recuperandis ecclesiæ bonis hactenus vidimus. Sed is non erat, qui, totus in rerum temporalium procuratione, hebeti ad difficiles quæstiones theologicas esset ingenio aut earum fugeret examinationem. In his primas suas positas esse partes audiverat ab apostolo, dicente :* « Depositum custodi. « *Neque disciplinares leges negligebat, quippe qui nosset in his robur ecclesiæ consistere et vallum* F *unitatis ecclesiasticæ. Ejus autem temporibus gravissima orta sunt negotia, synodi aliique conventus ecclesiastici congregati complures, et scripta proposita non minus ardua quam varia. Quorum omnium, et quoniam mentis alacritate valebat, et quoniam primam Galliarum cathedram occupabat summusque capellanus erat regis Provinciæ et dein regis Francorum, pars maxima fuit, licet non semper in omnibus æque felix. Verumtamen animus nequaquam mihi est per omnes quæstionum salebras ire. Vitarunt decessores nostri, vitabimus et nos historiam dogmatum christianorum scribere: quod ad aliud librorum genus prorsus pertinet. Capita itaque rerum theologicarum attingemus dumtaxat,*

(1) Bouquet, tom. VIII, pag. 622. — (2) Ibid. pag. 624. — (3) Ducange,Glossarium,v° *Mansus;* Carpentier,Supplementum v° *Mansus*. — (4) Guérard,Cartulaire de Saint-Père à Chartres, tom. I, proleg. num. 22; Essai sur le système des divisions territoriales de la Gaule, pag. 186 et seqq. — (5) Lacomblet, Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins,tom.I, pag.111. — (6) Leber, Mémoire sur l'appréciation de la fortune privée au moyen âge, in Mémoires présentés par divers savants à l'académie royale des inscriptions et belles-lettres, première série, tom. I, pag. 250 et seqq. — (7) Acta SS. tom. IX Octob. pag. 217 et seq.

contenti

AUCTORE R. D. B.

A *contenti fere res actas recensere. Porro inter placita dogmatica, de quibus* S. Remigii *ævo disceptatum est, præcipuum locum occupavit doctrina de prædestinatione; de qua securius fere tacetur (quamquam omnino tacere non liceat) quam disseritur. Jam, quum viveret S. Augustinus, nonnulli, hujus sanctissimi scriptoris verba de hoc christiano dogmate perperam interpretati, alii in errorem deciderant, alii in exprobrationem ea converterant; adeo ut ille ipsemet coactus fuerit ostendere neque prædestinationem officere libero arbitrio, neque liberum arbitrium obstare quin sit prædestinatio. Verumtamen repullulavit postmodum non semel prædestinatianorum error; qui et renovatus est sæculo* IX *a Gothescalco. Erat autem hic domo Germanus vel Alemannus, et a teneris in Augiensi apud Alemannos monasterio traditur educatus fuisse. Inde adolescens ad Orbacense monasterium in agro Suessionensi translatus, quum ingenio ad studia theologica aptissimus videretur, auctore Bavone abbate, iisdem strenuam operam navavit et diu no-*

B *ctuque sanctorum Patrum et præsertim S. Augustini scripta manibus versavit, quemadmodum Sirmundus,* (1) *Mabillonius* (2), *cardinalis de Noris* (3), *Dumesnil* (4) *aliique perhibent.*

in concilio Moguntino et Carisiacensi damnatur;

31 *Interea temporis Italiam vel peregrinationis vel doctrinæ christianæ annuntiandæ causa perlustravit. Ex quo itinere anno* 848 *jam ad monasterium revertebatur, quum ab Eberardo comite, Lotharii imperatoris fideli, hospitio receptus, ibi multa minus recta publice et privatim de prædestinatione docere visus est. Quibus auditis, Rabanus, præclarus archiepiscopus Moguntinus, ad Eberardum scripsit* : De cætero quoque, quia divulgatum in istis partibus constat, quemdam sciolum, nomine Gothescalcum, apud vos manere, qui dogmatizat, quod prædestinatio Dei omnem hominem ita constringat, ut, etiam si quis velit salvus fieri, et pro hoc fide recta atque bonis operibus certet, ut ad vitam æternam per Dei gratiam veniat; frustra et incassum laboret, si non est prædestinatus ad vitam: quasi Deus prædestinatione sua cogat

C hominem interire, qui auctor est salutis nostræ, non perditionis. Et jam hinc multos in desperationem suimet hæc secta perduxit, ita ut dicant: "Quid mihi necesse est pro salute mea et vita æterna laborare? quia si bonum fecero, et prædestinatus ad vitam non sum, nihil mihi prodest : si autem malum egero, nihil mihi obest : quia prædestinatio Dei me facit ad vitam æternam pervenire (5). " *Dein quam vehementer cum doctrina catholica hujusmodi deliramenta pugnent ex libris S. Augustini luculente ostendit Rabanus. Neque diutius in Eberardi ædibus commorari licuit Gothescalco; qui, peragratis pluribus Germaniæ provinciis, tandem venit Moguntiam. Verum non quievit Rabanus, nisi prius hoc monstrum in sua diœcesi opprimeret. Statim itaque (anno* 848) *synodum coegit, a quo Gothescalcus,* libellum sui erroris porrigens, *ait Hincmarus Rhemensis,* damnatus, cum litteris synodalibus ad Remorum metropolim est remissus (6). *Res cum ita sese haberent, Hincmarus et Prudentius Trecensis Joanni Scoto, alias Erigenæ, ut Gothescalci placita docto opere refellerent auctores fuere* (7). *Ast minus prospere Scoto suum tentamen successit, atque ipse, quum, auctoritate SS. Scripturæ et SS. Patrum neglecta, nimis propriis cogitatis indulgeret, in errores non paucos eosque horrendos incidit; quorum præcipuos Florus, ecclesiæ Lugdunensis diaconus* (8), *simul ac Prudentius Trecensis* (9) *refutandos susceperunt. Sed in dies magis fervebat controversia, neque pauci in Gothescalci ibant sententiam. Cui malo ut mederetur, Hincmarus, cum aliis pluribus episcopis dogmata Gothescalci, utpote catholicæ doctrinæ minus consentanea, duobus synodis Carisiacensibus annorum* 849 *et* 853 *rejicienda esse decreverunt* (10).

sed his oppositi fuere canones concilii Valentini III,

32 *Quæ castigatio pluribus Galliarum episcopis, iis præsertim quibus Hincmarus minus erat acceptus, vel qui ad prædestinationis dogma enucleandum aliam loquendi rationem adhibebant, non parum displicuit. Præterea, quamvis Gothescalcus omnibus episcopis, utpote vir audax et imprudens, minus esset gratus, non ita tamen ejus doctrina. Etenim episcopi Galli unanimi voce doctrinam Gothescalci, prout a Rabano erat exposita, rejiciebant; sed non pauci opinabantur eam in perversum sensum a Rabano, Hincmaro aliisque torqueri : atque hanc sententiam sectabantur præter* S. Remigium *Wenilo Senonensis, Ebbo Gratianopolitánus, Prudentius Trecensis aliique complures : quibus sese adjunxerunt temporibus recentioribus cardinalis de Noris* (11), *Roncaglia et Mansi* (12). *Hinc factum est ut in concilio Valentino anni* 855, *quod, præsidibus* S. Remigio *Lugdunensi, Agilmaro Viennensi et Rotlando Arelatensi, ad causam episcopi hujus urbis examinandam coactum fuerat, ediderint Patres nonnullos canones, quibus præcipuos Scoti et Gothescalci errores percuterent; simul vim decretorum Carisiacensium anni* 853 *minuentes. Quod ut perspectum sit lectori, satis erit inter se conferre canonem* I *Carisiacensem et Valentinum II, Carisiacensem II et Valentinum III, Carisiacensem III et Valentinos IV et V, et demum Carisiacensem IV et Valentinum VI.* F

qui potius Ebboni Gratianopolitano quam S. Remigio *tribuendi sunt.*

33 *Præter hos dogmaticos canones Patres Valentini alios septemdecim disciplinares ediderunt, quibus cautum fuit ut episcopi et presbyteri munere suo fungerentur, laici vero a perjurio, duello et bonis ecclesiæ auferendis abstinerent. Quis horum omnium fuerit auctor, multum disputatur : alii* S. Remigium, *alii Ebbonem Gratianopolitanum dixerunt. Verum cum pauca, eaque minus liquida de hac re nobis reliquerint scriptores veteres,*

(1) Opp. Omnia, tom. I, pag. 1292. — (2) Acta SS. Ordinis S. Benedicti, sæc. IV, part. II, præf. num. 139. — (3) Historiæ Gothescalcanæ synopsis, apud Ziegelbauer, Historia Litter. Ordinis S. Bened. tom. III, pag. 105. — (4) Doctrina et disciplina ecclesiæ, tom. III, lib. XXXVII, ad an. 847, pag. 714 et seqq. — (5) Rabanus Maurus, Opp. Omnia, tom. VI, col. 1554, edit. Migne. — (6) Ibid. col. 84. — (7) Ecclesia Lugdunensis, de Tribus epistolis, cap. CXXI, col. 1054. — (8) Ap. Migne, Patrologia, tom. CXIX, col. 102. — (9) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. VIII, col. 56 et seqq. — (10) Hincmarus, op. cit. col. 84. — (11) Histor. Gothescalciana, apud Ziegelbauer, tom. III, pag. 105. — (12) Hist. eccles. Natalis Alexandri cum animadver. et notis Roncaglia et Mansi, tom. VI, pag. 376 et seqq. Edit. Venet. 1778.

lis

AUCTORE R. D. B.

lis obscura est. Qui S. Remigium *proponunt, hoc præsertim nituntur, quod ipse primus Acta concilii subscripsit, primam inter metropolitanos sedem tenens. Qui Ebbonem auctorem canonum fuisse autumant, eum ab Hincmaro in prima ad Carolum Calv unregem epistola non obscure indicari contendunt. Hincmari verba sunt hæc :* Et idcirco discredimus ista capitula ab eo confecta, quia, prætermissis aliorum consacerdotum nominibus, solius Ebbonis nomen cum archiepiscopis est ibidem jactanter, ut quibusdam videtur, expressum. Et quod quam maxime in hoc ipse collaboraverit, quasi e regione sit sensum, ut etiam cum archiepiscopis, major cæteris, et doctior in sententia fuerit (1). *Quæ cum scriberet Hincmarus, præ oculis habebat præfationem Actorum concilii Valentini III; ubi, prætermissis aliis epicopis, unus Ebbo fertur ad canones condendos, præsidibus tribus archiepiscopis,* quam maxime collaborasse (2).

Hi tamen fere ex integro approbati fuere in synodo Lingonensi.

34 *Erant itaque res taliter compositæ, quando episcopi regnorum Neustriæ, Lotharingiæ et Provinciæ* (*anno* 859) *ad concilium apud Saponarias, quæ villa quarto a Tullo Leucorum milliario distabat, coacti fuere. Huc* S. Remigius *cum Agilmaro Viennensi, Ebbone Gratianopolitano et aliis episcopis regni Caroli, regis Provinciæ, sese contulerunt. Sed in itinere, nondum finibus provinciæ Lugdunensis egressi, concilium in suburbio Lingonensi in monasterio SS. Tergimenorum Speusippi, Eleusippi et Meleusippi, die* XIII *kalendas junii anni* 859, *id est, paucis diebus antequam synodus apud Saponarias incoharetur, inter se celebrarunt, atque canones sedecim condiderunt. Horum sex priores non nisi renovatio fuerunt sex priorum canonum Valentinorum; ita tamen ut ex canone* IV *deleta fuerint verba, Patres Carisiacenses culpantia, et ut finis verba, non tamen sensus, mutata fuerint. Dein statutum fuit a regibus petendum* esse ut concilia episcoporum per singulas quasque provincias saltem semel per annos singulos celebrarentur, et ut in eorum quoque palatiis semel intra biennium generalis episcoporum conventus ageretur. *Præterea præceptum* ut hi, qui vel episcopi vel
C sacerdotes ordinandi essent, secundum ordinem ecclesiasticum et institutionem sanctorum Patrum ordinarentur, et ut congregationes canonicorum, et monachorum, ac sanctimonialium, secundum canonicam institutionem a propriis episcopis visitarentur, *ibique omnia rite disponerentur : vel etiam* ut scholæ Sanctarum Scripturarum et humanæ quoque litteraturæ undique constituerentur : *item ut* ecclesiæ sarcirentur et restaurarentur. *Commendatum quoque episcopis et regibus* ut unicuique congregationi Deo vacantium suæ professionis liceret habere prælatos : *et* ut de rebus Deo sacratis saltem nonæ et decimæ ecclesiis, quibus jure debebantur, fideliter ab iis a quibus retinebantur ministrarentur : *post hæc* ut hospitalia, ab omni usu et libitu humanæ temeritatis absoluta, in eos usus quibus sunt constituta restaurarentur, *et* ut justitiæ miserorum absque personarum D
acceptione perficerentur : *tandem ut* raptores, et adulteri, vel rapaces coercerentur (3).

præside S. Remigio, *celebrata;*

35 S. Remigium *concilio Lingonensi præfuis se nemo jure merito negabit. Solus enim ex episcopis, ibi congregatis, erat metropolitanus : dein primus in inscriptione synodicorum decretorum nominatur, atque donationi, a Jona Æduensi ecclesiæ suæ factæ, omnes alii patres post eum subscripserunt* (4). *Adde quod in regno Caroli, regis Provinciæ, cujus erat summus capellanus, de jure ubique primas tenebat. Tandem ipse canones Lingonenses biduo, postquam eos legisset in concilio apud Saponarias, Carolo Calvo obtulit* (5). *Atque hæc sunt ex quibus nobis abunde constat* S. Remigium *patribus Lingonensibus præfuisse præsidem. Neque confundendum est hoc concilium Lingonense cum alio, quod in eadem civitate, in eodem monasterio, eodemque anno, sed kalendis maji celebratum fuit, quodque dumtaxat ex diplomate donationis, a Jona, Æduensi* (6) *episcopo, suæ ecclesiæ factæ, nobis notum est. Ad hoc convenerunt, quinque episcopi, unus chorepiscopus, et unus abbas ex regno Provinciæ; quibus etiam præfuit* S. Remigius (7). E

nec contrarii sunt Carisiacensibus

36 *Prima itaque specie videntur in his multa acta fuisse contra patrum Carisiacensium sententiam. Verum tamen, si res penitius inspiciantur, canones Carisiacenses* I, II, III *et* IV, *canonibus Lingonensibus, a Nicolao I (ut ajunt) probatis* (8), *nullatenus esse contrarios optime ostendit Petavius : qui tamen jure merito annotat* S. Remigium *ejusque asseclas aliquid humani esse passos, quando canones Carisiacenses erroneos dixerunt. Quin etiam non defuere qui eos in hoc negotio ab ecclesiæ doctrina decessisse contenderint, quod (negantes* nullum fuisse vel futurum esse, *uti in canone* IV *Carisiacensi habetur,* pro quo passus non fuerit *Christus Dominus,* licet non omnes passionis ejus mysterio redimantur), *dixerunt canone* IV *Valentino eos in errore versari qui* etiam pro illis impiis, qui a mundi exordio usque ad passionem Domini in sua impietate mortui æterna damnatione puniti sunt, effusum *sanguinem Christi* definiant. *Quem nodum solvens Petavius ait :* Verum, ut ex iis F
colligitur, quæ hucusque de Augustini sententia deque discipulorum ejus ac doctrinæ fautorum interpretatione diximus, egregie inter se illa congruunt, ut et Deus antecedenti voluntate, non tamen absoluta, velit omnes fieri salvos : et pro omnibus, quantum in se est, hoc est ad omnium utilitatem et redemptionem, mortis et cruciatus sui merita Christus impenderit : ceterum absoluto decreto nonnullos ad salutem destinaverit, ex gratuito beneficio vindicatos a massæ corruptione : ceteros vitio suo et malæ voluntatis merito, qui quidem uti illa potuerunt, sempiternis suppliciis adjudicarit (9). *Petavio consonat, quamvis alio utatur argumento Natalis Alexander, dicens :* Id voluerunt unum *Valentinæ* synodi patres Christum non pro illis mortuum esse, qui a mundi exordio usque ad

(1) Flodoardus, Hist. eccl. Remensis, lib. III, col. 185, ed. Migne. — (2) Sirmondus, Concilia Galliæ, tom. III, pag. 96. — (3) Labbe, tom. VIII, col. 675 et seqq. 690 et seqq. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) Opera Hincmari, epist. ad Carolum regem, tom. I, col. 65 et 66, edit. Migne. — (6) Gallia Christiana, tom. IV, col. 364. — (7) Labbe, tom. VIII, col. 674. — (8) Epistola IX ad Egilonem Senonensem, opp. tom. II, col. 70; Annales Bertiniani, ap. D. Bouquet, tom. VII, pag. 75. — (9) Petavius, de Theologicis dogmatibus, de Incarnatione, lib. XIII, cap. 9.

passionem

A passionem Domini in sua impietate mortui, æterna damnatione puniti sunt, ut scilicet eos ex inferno eriperet, sicut patres ex limbo (1). *Atque ex his satis constat ecclesiam Lugdunensem orthodoxe de prædestinatione sensisse. Neque minus erraret qui diceret ecclesiam Lugdunensem Gothescalci circa liberum arbitrium erroribus suffragatam fuisse; nam adeo ab his abhorrebat ut animum ad credendum inducere non potuerit Gothescalcum tam infanda dogmata unquam propugnasse :* Additur, *inquit,* in illa epistola, dixisse illum miserabilem monachum, quod, postquam primus homo libero arbitrio cecidit, nemo nostrum ad bene agendum, sed tantum ad male agendum libero potest uti arbitrio ; quod est utique non solum mirabile et inauditum, sed quantum nobis videtur etiam incredibile, ut homo, inter fideles et a fidelibus nutritus et eruditus, et in ecclesiasticorum patrum scriptis non parum exercitatus, hoc dicere vel sentire potuerit, quod post primi hominis lapsum, nemo etiam fidelium ad bene agendum libero possit uti arbitrio, sed
B tantum ad male agendum : tamquam in nobis non sit liberum arbitrium nisi ad malum; ad bonum autem sola in nobis Dei gratia absque libero arbitrio operetur. Si enim dixisset generaliter : « Nemo hominum, » et addidisset : « Sine Dei gratia, » et ita subjungeret : « Libero bene uti potest arbitrio, » esset catholicus sensus, et catholica omnino assertio. Cum autem dixisse arguatur, quod nemo nostrum, id est fidelium, nisi tantummodo ad male agendum libero uti possit arbitrio, quid aliud tali dicto, et tali novitatis præsumptione asseritur, nisi quod humanæ mentis arbitrium, quod ante peccatum ad verum bonum amandum, et desiderandum, et fruendum erat liberum : ita, primo homine peccante, vitiatum sit et perierit, ut deinceps tantummodo ad malum remanserit in homine liberum arbitrium, ad bonum vero agendum sive habendum, nullum sit hominis liberum arbitrium, sed tantum divinæ gratiæ bonum. Quod genus erroris, nec apud hæreticos, nec apud quemquam catholicum nos cognovisse vel audisse meminimus : ita ut etiam de isto hoc nobis, ut jam diximus, incredibile videatur (2).

§ VII. Concilium Tullense I apud Saponarias. Nova disputatio de prædestinatione. Causæ Wenilonis Senonensis et episcoporum Armoricæ.

C

In concilio ad Saponarias controversia de prædestinatione,

Anni 859 *mense junio, Carolus Calvus, rex Franciæ, ejusque nepotes, Lotharius et Carolus, reges Lotharingiæ et Provinciæ, cum archiepiscopis octo et episcopis triginta duobus suarum ditionum ad Saponarias villam convenerunt* (3). *In hac synodo, cui* S. Remigius *Lugdunensis (uti inferius ostendetur) præfuit, patres, doctrinas de prædestinatione, quæ tunc temporis per Galliam spargebantur, pro munere suo perpendentes, in diversas abiisse sententias legimus. Canones Lingonenses proposuit ibidem approbandos* S. Remigius; *sed nonnulli ex episcopis, qui partes Hincmari sequebantur, motus suscitarunt; qui motus* ab eodem venerabili archiepiscopo Remigio Lugdunensium, *ait Hincmarus,* sunt modeste compositi : eo venerabiliter perorante, ut, si quorumcumque nostrorum sensus ab eisdem prolatis capitulis in aliquo dissentiendo se commoveret, ad proxime futuram synodum catholicorum libros doctorum quique deferre curemus, et sicut melius secundum catholicam et apostolicam doctrinam in commune inveniremus, de cætero omnes unanimiter teneamus (4).

AUCTORE R. D. B.

39 *Ast unanimi ore auctores fuere iidem patres ut concordia fratres Ludovicum Germaniæ inter et Carolum Franciæ reges reformaretur : ut episcopi mutuo consilio et auxilio se adjuvarent et synodos frequentarent : ut ad bonum ecclesiæ et regni uterque Carolus et Lotharius inter se semper essent conjuncti : ut non diutius Tortoldus Bajocensem et Ascarius Lingonensem sedem episcopalem, posthabitis sacris canonibus, occupare sinerentur. Dein, num ad normam sacrorum canonum creatus esset Atto Virdunensis episcopus, in futura synodo examen dilatum fuit. Præterea rogaverunt Rodulfum, Bituricensem archiepiscopum,* per crucem et Christi sanguinem, ut privilegium monasterii sancti Benedicti *ad Ligerim,* quod annuente rege *(Carolo Calvo)* firmaverant, quodque idem Rodulfus subscripserat, qui præfatam abbatiam irregulariter retinebat, ratum et inconvulsum servare studerent. *At etiam statutum fuit ut pro episcopis concilio præsentibus per eorum vitam et post mortem preces et missæ sacrificia Deo offerrentur. Tandem, præter alia nonnulla minoris ponderis, quæ ad nos non pervenerunt, agitatæ fuere causæ Wenilonis, Senonensis archiepiscopi, et episcoporum Britonum* (5).

uti et plures aliæ, agitatur:

E

40 *Etenim multum et non immerito Carolus Calvus, oblato criminum libello, conquerebatur de Wenilone; qui, quum Ludovicus, Germaniæ rex, ad Neustriam anno* 858 *in potestatem suam redigendam, intra fines fratris sui Caroli Calvi tulisset bellum, solus inter omnes episcopos regni Caroli, cui* fidelitatem sacramento promiserat, *partes Ludovici secutus erat. Atque eo magis erat reprehendendus, quod divisionem Franciæ inter filios Ludovici Pii nuper factam,* sicut et alii qui ibi adfuerant episcopi, Carolo fratribusque ejus proprio manu juraverat : pacem etiam et mutuum adjutorium inter Carolum et præfatum Ludovicum Wenilo sacramento firmaverat : *adde quod ille idem plaudentibus clero et populo, Carolum in regem unxerat* (6). *Quapropter ut contra Wenilonem pronuntiaretur sententia, causam ad concilium detulit Carolus* et elegit *hujus* terminandæ querelæ judices Remigium et Wenilonem Rotomagensium et Herardum Turonum, et Rodulfum Biturigum episcopos, cæteris eorum judicium suo consensu approbaturis. *Verum* S. Remigius *et alii archiepiscopi et episcopi concilii Tullensis I, ne*

audiuntur quoque Caroli Calvi de Wenilone querelæ

F

(1) Hist. eccles. tom. VI, sæc. IX, diss. V, § II, pag. 374. — (2) Lib. de tribus epistolis, cap. XXI, apud Migne, Patrol. tom. CXXII, col. 1022. — (3) Ann. Bertin. ad an. 859, ap. Bouquet, tom. VII, pag. 75; Labbe, tom. VIII, col. 675 et seqq. — (4) Hincmarus, de Prædestinatione epist. ad regem, col. 66. — (5) Labbe, tom. VIII, col. 675 et seqq. — (6) Labbe, tom. VIII, col. 679 et seq.

AUCTORE R. D. B.

quid in tanto negotio præter sacros canones fieret, ad Wenilonem literas dederunt, ei mandantes ut, a tempore quo literas has acceperit, post diem xxx, quocumque evocatus fuerit, ita canonice instructus occurrat, ut defensionis tempore ac loco accepto, si conscientiæ confidit, suffragante veritate, probabiliter objecta dissolvat : sin autem in defensione defecerit, sententias a majoribus institutas excipiat (1). *Præterea Herardus Turonensis, legatione a patribus Tullensibus accepta, eum per Robertum, episcopum Cenomanensem, suum procuratorem,* quo regiam dignationem sibi acceptab.lem, sicut ei et omni ejus expedit gregi, satisfaciendo, humiliterque ipsius hilaritatis clementiam impetrando acquirere procuraret obnixe flagitavit (2). *Quibus consiliis annuens Wenilo* absque audientia episcoporum Karlo regi reconciliatur (3).

et declarantur episcopi Armoricæ Turonensi metropolitano subjecti :

41 *Neque* S. Remigium *aliosque patres concilii Tullensis I miser Armoricæ status fugit. Ibi enim Salomon, occiso rege Erispoo, fratris Nomenoji filio, summam rerum contra fidem Carolo Calvo datam occupaverat : atque Armoricæ ecclesias non Turonensi archiepiscopo, sed Dolensi episcopo, ad Nomenoji institutum* (4), *subjectas esse decreverat, quamvis per Honorii papæ decretum Armoricani ad Turonensem metropolim spectarent* (5), *et a patribus concilii Turonensis anni* 568, *(cui plures Armoricæ episcopi interfuerant), fuisset prohibitum,* ne quis Britannum aut Romanum in Armorica, sine metropolitani aut comprovincialium voluntate vel literis, episcopum ordinare præsumeret (6). *Quod postremum decretum partim propositum adversus consuetudinem Britannorum et Scotorum seu Hibernorum ordinandi episcopos absque titulo, partim adversus obtrectatores sedis Turonensis. Quod jurgium in hoc consistebat quod Britanni, qui non singuli, sed catervatim cum suis episcopis in Armoricam devenerant et numero majores erant quam pristini incolæ, contendebant suorum episcoporum auctoritatem suaque instituta prævalere; contra archiepiscopus Turonensis aliique Galli episcopi suam potestatem mansisse integram et nihil esse passam ab exterorum adventu : ita ut fere quæreretur utra potior esset jurisdictio, personalis an territorialis. Quam litem post conversionem Anglo-Saxonum adversus episcopos Britannos et post Bulgarorum conversionem adversus episcopos Byzantinos diversimode diremerat Romana sedes. Porro, cum Armorica intra Caroli Calvi ditionem jaceret ac proin in eam per illius temporis disciplinam concilium Tullense, utpote nationale, jurisdictione polleret,* S. Remigius, *simul ac alii archiepiscopi et episcopi, in synodo coacti, episcopis Fastcario seu Festiniano Dolensi, Wernario Redonensi, Garurbrio, quem aliqui Briocensem dicunt, Felici Corisopitensi vel Cornubiensi, epistola synodica data, in memoriam revocant quam reverentiam archiepiscopo Turonensi Herardo debeant, eis, nisi resipiscant, canonicam sententiam minitantes : dein episcopos Armoricæ rogabant* S. Remigius *ejusque socii ut Salomonem ad meliora consilia sectanda hortarentur* (7). *Verum Tullensibus patribus res non successit, neque liti ipsi pontifices nisi post longum tempus finem imponere potuere.*

quæ omnia præside S. Remigio *facta sunt.*

42 *Atque hæc fuere præcipua concilii Tullensis* I *capita. Restat ut ostendamus* S. Remigium Lugdunensem *Tullensi* I *præfuisse synodo. Id quidem, quamvis a nullo, quem novi, auctore coævo apertis dicatur verbis, tamen ex ipsius concilii Actis et ex Hincmari verbis abunde colligitur. In Actis enim concilii altera epistola ad Wenilonem inscriptionem hanc habet :* Dilecto et venerabili Weniloni, Senonum metropolitano, REMIGIUS, LUGDUNENSIUM metropolitanus episcopus, Guntharius, Agrippinensium metropolitanus episcopus, Hincmarus, Rhemorum metropolitanus episcopus, *etc., etc.* (8). *Altera vero ad episcopos Britones :* Synodus universalis ex Gallia et Germania in suburbio Tullensi, villa Saponarias, REMIGIUS LUGDUNENSIUM, Wenilo Rothomagensium, Herardus Turonum, Rodolfus Biturigum, *etc., etc.* (9). *Præterea in epistola ad Wenilonem legitur :* Elegit autem *(Carolus rex)* terminandæ querelæ judices ME REMIGIUM, et Wenilonem Rotomagensium, et Herardum Turonum et Rodulfum Biturigum episcopos, cæteris nostrum judicium suo consensu approbaturis (10). *Huc quoque non parum faciunt verba Hincmari; qui, ad Carolum scribens quomodo multi episcopi capitula Lingonensia in concilio ad Saponarias susurrationibus et sibilis explodissent, addit :* Unde nostrorum quidam, fidei christianæ zelo succensi, aliqua synodo voluere suggerere : sed motus nostri ab eodem venerabili archiepiscopo Remigio Lugdunensium sunt modeste compositi : eo venerabiliter perorante, ut, si quorumcumque nostrorum sensus ab eisdem prolatis capitulis *etc. Adde quod* S. Remigius, *utpote Caroli, regis Provinciæ, sacri palatii summus capellanus, in omnibus gentilibus episcoporum cœtibus primas tenebat. Quæ omnia, si forsan non seorsim, certe in universum, sane indicant concilio Tullensi I ad Saponarias præfuisse* S. Remigium Lugdunensem (11).

§ VIII. Concilium Tullense II apud Tusiacum. Finis litis de prædestinatione. Non propugnavit S. Remigius pravas doctrinas.

Etsi dubii sint nonnulli canones Tusiacenses,

Concilium, quod in synodo ad Saponarias celebrandum indixerat, S. Remigius, *in territorii Tullensis villa, nomine Tusiaco, die* 23 *novembris anno* 860 *coactum fuit. Huc convenerunt archiepiscopi et episcopi bene*

(1) Labbe, tom. VIII, col. 682 et seq. — (2) Ibid. col. 694 et seq. — (3) Annales Bertiniani ad annum 859. — (4) Morice, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire de Bretagne, tom. I, pag. 288. — (5) Notitia provinciarum et civitatum Galliæ, ap. Guérard, Essai sur le système des divisions territoriales de la Gaule, pag. 15. — (6) Labbe, tom. V, col. 654. — (7) Labbe, tom. VIII, col. 695 et seq. — (8) Ibid. col. 681. — (9) Ibid. col. 685. — (10) Ibid. col. 682. — (11) Hincmarus, de Prædestinatione Dei et libero arbitrio, posterior dissertatio, cap. 1, ap. Migne, Patrologia, tom. CXXV, col. 66.

multi

A *multi* quatuordecim provintiarum, Lugdunensium videlicet, Rothomagensium, Turonensium, Senonum, Viennensium, Arelatensium, Vesontionum, Moguntinensium, Agrippinensium, Trevirorum, Rhemorum, Bituricensium, Burdigalensium et Narbonensium (1), *atque adversus rerum sacrarum pervasores, necnon adversus virgines aut viduas Deo sacratas, quæ adulteratæ fuerant, earumque corruptores, vel etiam adversus perjuros, falsos testes, aliosque malefactores pœnas canonicas decreverunt. Dein clericos et monachos non paucos qui, Normannis omnia susdeque vertentibus, a statu suo defecerant, ad pristinam conditionem reverti concilii patres jusserunt. Quibus ordinationibus subscripserunt præter* S. Remigium *Lugdunensem, archiepiscopi undecim et episcopi quadraginta quinque* (2). *Verumtamen hos canones ab Hincmaro Laudunensi, qui eos multum extollit* (3), *fuisse confictos non spernendis argumentis ostendere conatur Hincmarus Rhemensis.*

certum tamen est ibi præter plura alia fuisse finitam litem de prædestinatione.

44 *Ast citra dubium est patres Tusiacenses, antequam ad suas ecclesias reverterentur, non tantum antiqua monasterii S. Martini Turonensis privilegia, quorum tabulæ publicæ per temporum iniquitatem erant deperditæ, renovasse* (4), *sed etiam synodicam epistolam, ab Hincmaro Rhemensi exaratam,* omnibus Dei fidelibus, et sanctæ ecclesiæ filiis, ad quos hæc divinæ constitutionis notitia potuerit pervenire, *dedisse: in cujus priore parte docent a Deo omnia, quæ in cælo et in terra sunt, fuisse creata, omnemque hominem ad Dei imaginem factum libero frui arbitrio, atque pro eo Christum, ne ullus a salute æterna esset exclusus, fudisse suum sanguinem: in secunda vero parte pro omnium oculis ponitur quantum sit peccatum injusta bonorum ecclesiæ vel pauperum occupatio* (5). *Atque concilium apud Tusiacum maxime fuisse Gallicanæ ecclesiæ utile evidens est: nam ibi episcopi, qui cum Hincmaro Rhemensi capitulis Carisiacensibus, non secus ac ii qui cum* S. Remigio *Lugdunensi et Ebbone Gratianopolitano Valentinis vel Lingonensibus capitulis subscripserant, in unam eamdemque sententiam iverunt, neque postea de prædestinatione disceptatum fuit. Sed forsan aliquis quæret quomodo* C *viri doctrina et virtute vere præstantes, cum tanta acrimonia, per plures annos, et nonnumquam cum dispendio caritatis, inter se hujusmodi litem moverint. In simile negotium quoque incidit Mabillonius, disputans num reapse minus catholice locuti essent Paschasius Ratbertus* (6), *Amalarius* (7), *Heribaldus Antissiodorensis* (8), *Rabanus Maurus* (9) *aliique; qui, quamvis optime de re catholica meruissent, nihilominus ob scripta de Eucharistia, quasi de hoc SS. Sacramento errores admisissent, multas easque magnas molestias passi sunt. Accipe, lector, Mabillonii* (10), *quæ et nostra est, explicationem:* Sæpe contingit, *ait,* in re litteraria, ut, nova et inusitata quæstione exorta, commoveantur studiosorum animi et in varias factiones scindantur, non tam scientiarum varietate distincti, quam discrimine vocum, quæ litis materiam ferventioribus subministrant. Id vero advertere licet in negotio religionis, ubi suspecta sunt, et merito quidem, ipsa etiam nova et inaudita vocabula, quæ contentiones in ecclesia generare solent.

AUCTORE R. D. B.

§ IX. Opuscula S. Remigio Lugdunensi perperam tributa.

Non sunt S. Remigii *libri adversus Scotum aut Commentarii in S. Paulum.*

P*ostquam autem de* S. Remigii *gestis in causa prædestinatiana diximus, veniendum videtur ad examen opusculorum, quorum auctor fuisse perhibetur et quæ pleraque ad hoc negotium pertinent. Primo loco veniunt libri, qui olim quidem adscripti fuerunt* S. Remigio, *sed nunc ei passim abjudicantur. Haud defuere itaque qui Librum adversus Joannis Scoti Erigenæ erroneas definitiones* S. Remigio *adscripserint. Ast hoc placitum vix cuiquam adhuc arridet: tum quoniam mss. codices Corbejensis* (11) *et Carlusianus* (12) *Flori, diaconi Lugdunensis, nomen præferunt, tum quia Matthæus Westmonasteriensis dixit:* Scripsit contra eum *(Joannem Scotum)* Florus quidam,... qui et ejus opera depravanda damnavit (13). *Haud scio an hæc confirmentur, quod mss. codices, magis probati editoribus Bibliothecæ Maximæ* (14), *Riveto* (15), *Ceillier* (16), *Coloniæ* 17) *aliisque, incipiunt ab his verbis:* Venerunt ad nos, ID EST AD ECCLESIAM LUGDUNENSEM, cujusdam vaniloqui et garruli hominis scripta *etc.* (18). *Sane nemo aptior ad scribendum Lugdunensis ecclesiæ nomine quam Florus. Quocirca tanto minus inanis illa conjectura est, quod ille sæpius aut aliorum nomine aut pro aliorum defensione stylum strinxit et exercuit. Verumtamen nihil definire licet, quoniam illa verba:* Id est, ad ecclesiam Lugdunensem *soli editores aut nescio qui librarii ex proprio delectu primum inseruisse videntur. Et sane hæc interjecta dictio aspera est et, quamquam aliis libris, de quibus mox dicemus, etiam inserta est, insolens dicenda est potius quam simplex et in promptu posita. Sed hoc certum, librum adversus Erigenam numquam a* S. Remigio *fuisse scriptum. Non minori errore Usserius et Maldonatus* (19) *attribuerunt eidem* S. Remigio *Lugdunensi commentarios in epistolas S. Pauli. Horum quoque genuinus auctor jam pridem innotuit. Remigius aliquis fuit, sed monachus Antissiodorensis, non Lugdunensis episcopus.* E F

(1) Labbe, tom. VIII, col. 702 et 707. — (2) Hincmari Laudunensis opera, Epistola ad Hincmarum Rhemensem VIII, ap. Migne, Patrologia, tom. CXXIV, col. 1040. — (3) Labbe, tom. VIII. col. 1573 et seq. — (4) De la Lande, Supplementum ad concilia Galliæ, pag. 164 et seq.; Labbe, tom. VIII, col. 705 et seq. — (5) Ibid. col. 707. — (6) Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti, sæc. IV, præfat. num. 55. — (7) Ibid. num. 70. — (8) Ibid. num 72. — (9) Ibid. num 77. — (10) Præf. ad sæc. IV, num. 51; cfr Analecta Pontificia, Dissertatio, cui titulus: Hincmar et le Concile de Valence dans l'affaire de Godescale, année 1863, col. 541. — (11) Ceillier, Hist. des auteurs ecclés. tom. IX, pag. 241. — (12) Opera S. Aviti, Notæ Sirmondi, apud Migne, tom. LIX, col. 299 et seq. — (13) Opera Flori, ap. Migne, Patrol. tom. CXIX. col. 101. — — (14) Annales Benedictini, tom. III, pag. 23. — (15) Hist. littéraire de France, tom. V, pag. 229. — (16) Hist. des auteurs etc. tom. IX pag. 239. — (17) Commentarii in Evangelia, Comment. in Joannem, cap. XII, num. 32, edit. Mogunt. 1624. — (18) Liber adversus Joannem Scotum, Opp. Flori, col. 102 et seq. — (19) Commentarii in Evangelia, Comment. in Joannem, cap. XII, num. 32.

Nam

AUCTORE R. D. B.

Nam, quamvis plures mss. codices, a Montfauconio recensiti (1), *indicent, non addita patria, Remigium qualemcumque, duo tamen, Casinensis scilicet et Sangermanensis, habent eum fuisse Antissiodorensem monachum* (2).

Ejus item non sunt de Tribus epistolis liber.

46 *Minus manifesta est controversia, quæ inter eruditos exstitit, an* S. Remigius *fuerit auctor trium aliorum operum. Quorum primo titulus est :* De tribus epistolis liber; *secundo :* Libellus de tenenda immobiliter Scripturæ veritate et sanctorum orthodoxorum patrum auctoritate fideliter sectanda ; *tertio demum :* Absolutio cujusdam quæstionis de generali per Adam damnatione omnium et speciali per Christum ex eadem ereptione electorum. *Usserius quidem, Mabillonius* (3), *Rivetus* (4), *Ceillier* (5) *aliique* (6) *affirmant duo priora opuscula* S. Remigio *esse adscribenda. De priore enim opusculo loquentes, dicunt in exordio libri ad tres epistolas legi :* Quorumdam venerabilium virorum trium videlicet episcoporum ad «ECCLESIAM NOSTRAM, ID EST LUGDUNENSEM», epistolæ perlatæ sunt ; ex quibus duæ priores simpliciter et
B sinceriter de quadam profunda et perplexa quæstione, quæ jam per aliquot annos inter plures multa et varia disceptatione vel etiam contentione versatur, « de veritate scilicet divinæ præscientiæ et prædestinationis; » et quid ipsis videretur aperuisse et exposuisse videntur; et quid præfata ecclesia nostra, Deo inspirante atque auxiliante, de eadem re sentiat, ut eis vere et fideliter respondeatur, attentius flagitare et exigere noscuntur (7). *Quin quum una ex tribus epistolis ad B. Amulonem, Hincmari Rhemensis acerrimum propugnatorem et* S. Remigii *decessorem, brevi ante ejus obitum fuerit missa, et responsio Hincmaro valde esset injuriosa, existimarunt non pauci eam post obitum B. Amulonis, fuisse exaratam, ac proin* S. Remigium *in ea magnam habuisse partem. Quod argumentorum genus a Riveto aliisque, ubi de Floro agebatur, rejectum fuit; et Longuevallio* (8), *Cellotio* (9) *aliisque item non placuit. Etenim nullus scriptor sæculo* XVI *antiquior* S. Remigium *responsionis ad tres epistolas auctorem fuisse innuit : Hincmarus contra, quamvis* S. Remigium *canonibus*
C *Valentinis adhæsisse eosque Carolo regi porrexisse indubium haberet, nihilominus archiepiscopo Lugdunensi ejusque comprovincialibus abjudicavit hanc scriptiunculam.* Nos pro certo, *dicebat,* in veritate sciat sancta fraternitas, pro nostra speciali injuria ista non dicimus, quia a fratribus nostris Remigio scilicet, venerabili archiepiscopo, et consacerdotibus provinciæ Lugdunensis, illud conscriptum nequaquam fuisse certissime scimus et credimus, qui omnes illi penes nos omnes ab ipsis annis juvenilibus cognoverunt, et scientiolam nostram ac conversationem sicut familiares familiariter didicerunt, et...qualiter ad summum sacerdotium simus... assumpti, sicut de domesticis ignorare non potuerunt : qualiter in regimine et vita et conversatione et scientia atque doctrina de- D
gamus, illis occultare nec volumus nec valemus. In quibus sicut in spiritalibus viris maximam de vobis habemus fiduciam, quorum et vitam religiosam, et doctrinam catholicam et ordinationem canonicam non ignoramus.... Quis vero sit istorum capitulorum compositor, cui cogimur respondere, ipse se prodet..... Operator tenebrosorum operum odit lucem, et non venit ad lucem ut non arguantur opera ejus. *Et rursus :* Sine nomine auctoris, quicumque fuerit, quidam delirus..... capitula a nobis excerpta reprehendit et damnat (10). *Quam sententiam alte Hincmari menti fuisse impressam ex eo liquet quod, qui in sibi adversarios esset quam maxime acerbus, tamen cum* S. Remigio *commercium literarum habuit atque ejus sollicitudini commisit res maximi momenti. Audi Flodoardum :* Scripsit.... Remigio archipræsuli pro rebus sancti Remigii, in provincia Cisalpina conjacentibus, quas eidem committens, petit ut easdem in sua tuitione suscipiat; item de constitutione *(ms. consuetudine)* synodica propter ecclesiasticarum rerum pervasores et alia ; item de causa E
præfati Lotharii regis, et de prædictis rebus eidem nonnulla scripta direxit ; item, ad eumdem Remigium, et cæteros episcopos, domni papæ Nicolaï auctoritate in synodum apud Suessionem (*anno* 863) venire jussos, pro causa Vulsadi et collegarum ejus (11) : *de qua causa inferius dicemus. Profecto occurrit illic denuo, singularis dictio :* Ad ecclesiam nostram, ID EST LUGDUNENSEM; *sed quod eam non in codicibus mss. repererunt editores, eam aliis typis impressam voluerunt : quæ profecto temporibus Hincmari inserta nondum erat, quippe qui secus non ignorasset illorum librorum originem* (12). *Dein ille idem Hincmarus in Libro de Prædestinatione, quem exeunte anno* 859 *scripsit et Carolo Calvo dicavit, affirmavit unum eumdemque virum et canones Valentinos et responsionem ad tres epistolas scripsisse.* Sed et in præfata synodo, *ajebat,* capitulis, quæ nobis dedistis, in quaternunculis unius consacerdotis nostri septem subjunctas invenimus, non veritate, sed nomine regulas : quia non fidei, sicut ibidem scriptum reperimus, regulæ, sed ad infidelitatem simplicibus pro- F
tensa sunt retiacula : quæ verborum et sensuum consonantia ejusdem auctoris, cujus et capitula nostræ humilitati a vestra data sublimitate, fore creduntur. Quarum initium est : «Primo loco ponendum *etc.* (13).» *Jam vero vidimus (num.* 54*) auctorem canonum Valentinorum fuisse Ebbonem Gratianopolitanum ; cujus metropolitanus non erat archiepiscopus Lugdunensis, sed Viennensis.*

Libellus de veritate tenendu

47 *Adscribunt deinde* S. Remigio *Mabillonius, Rivetus, Ceillier, aliique secundum opus, id est Libellum de veritate tenenda, quia capite* II *istius libri occurrunt sequentia verba :* Hæc idcirco dicimus quia pervenit ad nos, id est, « ecclesiam Lugdunensem », quædam schedula stu-

(1) Bibliotheca Mss. tom. I, pag. 218, 228 et 443; tom II, pag. 744; Diarium Italicum, pag. 572. — (2) Bibl. Mss. tom. I, pag. 217, tom. II, pag. 1187. — (3) Annales Benedictini, tom. III, pag. 36. — (4) Histoire littéraire de France, tom. V, pag. 451 et seqq. — (5) Histoire des auteurs ecclésiastiques, tom. IX, pag. 258 et seqq. — (6) Cfr Migne, Patrol. tom. CXXV, col. 985. — (7) De tribus epistolis liber, Præfatio, col. 985 et seq. edit. Migne. — (8) Histoire de l'Eglise Gallicane, tom. VIII, pag. 212, edit. Paris, 1826. — (9) Historia Gotheschalci, lib. III, cap. 16, pag. 204. — (10) De prædestinatione, Dissertatio, cap. XXV, col. 385 et seqq. edit. Migne. — (11) Historia ecclesiæ Remensis, col. 202, edit. Migne. — (12) Cfr Montagne, Tractatus de Gratia, cap. X, apud Migne, Cursus theol. tom. X, col. 192. — (13) De prædestinatione dissertatio posterior, cap. XXXI, col. 297.

dio

A dio fidelium, et bonorum virorum, qui et suæ et aliorum salutis devote ac laudabiliter sollicitudinem gerunt, in nostram notitiam perlata, atque ut ad eam sedulo respondere deberemus attentius commendata (1); *dein quia certum est hunc tractatum post Responsionem ad tres epistolas fuisse scriptum; nam capite* XII *legitur*: Cum ergo hæ duæ opiniones in præfato *(in parte quæ deest)* libello *(de tribus epistolis)* de hac re propositæ et expositæ fuissent, subjunctum est valde utiliter et dictum : « Quolibet quis acquiescat modo, non est hæreticum, nisi contentione hæreticum fiat(2). » *Hoc utique opusculum* S. Remigii *episcopatu, id est post Carisiacense concilium anni* 853 *et ante Valentinum anni* 855, *fuit scriptum : nam in eo refelluntur prioris synodi canones, et silentio premuntur canones contra eos in posteriore lati. Verumtamen hoc quoque opusculum* S. Remigio *abjudicandum esse censemus : nam præter argumentum, quo ostendimus* S. Remigium *in Libro de tribus epistolis exarando non habuisse partem : accedit quod Hincmarus sese ipsum libellum* de scrinio

B bonæ memoriæ Lotharii sine nomine auctoris suscepisse *asserit* (3) : *unde videtur deducendum libellum de veritate tenenda in regno Lotharii, cujus Lugdunum non erat pars, fuisse concinnatum, ac proin nec ecclesiæ Lugdunensi, nec* S. Remigio *esse tribuendum.*

et Liber de absolutione etc.

48 *Opusculum tandem de absolutione cujusdam quæstionis de generali per Adam damnatione etc., cur a Riveto* (4) *et Ceilliero* (5) S. Remigio *tribuatur non video : nam per totum ejus decursum de ecclesia Lugdunensi, vel de* S. Remigio, *ne verbum quidem occurrit : neque ullus antiquus scriptor refert hoc ab eo fuisse scriptum. Ad gesta* S. Remigii *redimus.*

§X. Negotium Ebbonis Rhemensis; S. Remigii opera in restitutione presbyterorum depositorum. Concilium Suessionense III.

C *Ebbo Rhemensis a sede sua semel et item dejicitur*

Anno 866 *celebrata fuit synodus Suessionensis III : in qua non exiguam habuit partem* S. Remigius. *Gravissima autem ibidem tractata fuerunt negotia, quorum exordia quasi jam senuerant. Anno scilicet* 817 *Ludovicus Pius, regno suo inter tres filios diviso, Aquitaniæ Pippinum, Bavariæ Ludovicum, Italiæ Lotharium reges constituerat : hunc etiam, utpote majorem natu, consortem imperii fecerat. Verum cum postea alterum matrimonium cum Juditha iniisset, atque ex ea filium nomine Carolum procreasset, ei* terram Allamanicam et Rhætiam et partem aliquam Burgundiæ coram filiis suis Lothario et æquivoco suo Lodovico tradidit (6) : *quæ nova partitio incredibilium calamitatum fuit origo et initium. Tres enim fratres Lotharius, Ludovicus et Pippinus Carolum fratrem suum quoque regem esse creatum adeo ægre tulere, ut a consilio patris sui e solio imperatorio deturbandi non abhorruerint. Tam nefandum facinus, ut justitiæ specie esset cohonestatum, bene multi Galliæ episcopi et optimates, per occultas Ebbonis Rhemensis archiepiscopi artes ad Lotharii partes tracti, statuerant in conventu Compendiensi ut imperatori Ludovico,* quia ministerium sibi commissum negligenter tractaverat, et multa, quæ Deo et hominibus displicebant, fecerat et facere compulerat, vel fieri permiserat, et in multis nefandis consiliis Deum irritaverat, et sanctam ecclesiam scandalizaverat et novissime omnem populum sibi subjectum ad generalem interitum contraxerat, imperialem esse subtractam potestatem (7). *Qua sententia lata, Ludovicus in monasterio Suessionensi S. Medardi ad perpetuo pœnitentiam agendam fuit relegatus* (8). *Hæc contigerunt anno* 833. *Verum, anno sequenti, fortuna magis fausta usus est Ludovicus ; atque approbantibus clero, optimatibus, populo ipsisque regibus Ludovico et Pippino, coronam imperatoriam in abbatia S. Dionysii prope Parisios iterum cinxit* (9). *Quin episcopi, ne Ebbo* E *sceleribus inultis abiret, eum in concilio apud Theodonisvillam anno* 835 *a sede Rhemensi dejicientes, decreverunt* ut a ministerio recederet pontificali, et aliis orationum officiis et excubiis Domino serviendo eum sibi propitium faceret. *Interea temporis, anno scilicet* 840, imperatore Ludovico defuncto, Lotharius ab Italia in Franciam venit : *cui Ebbo, qui tantas ob ejus causam perpessus erat contumelias,* ad Wormaciam civitatem occurrit, eique Lotharius post aliquot dies sedem et diœcesim Rhemensem, *(cujus nullus post depositionem Ejus sacratus fuerat episcopus)*, per edictum imperiale, *approbantibus episcopis provinciæ aliisque,* restituit. *Ab hocce tempore usque ad annum* 844, *quo iterum deturbatus est nonnullos ad sacerdotium promovit Ebbo.*

AUCTORE R. D. B.

50 *Verum hos ejus successor Hincmarus, utpote inter presbyteros spretis ecclesiæ legibus cooptatos, ex albo clericorum Rhemensium expunctos voluit. Ast, ne nimis propriis placitis adhærere videretur, coegit anno* 853 *concilium Suessionense* II; *ubi decretum fuit* ut, quidquid in ordinationibus ecclesiasticis F idem Ebbo post damnationem suam egerat, secundum traditionem apostolicæ sedis, ut in gestis pontificum legitur, præter sacrum baptisma, quod in nomine sanctæ Trinitatis perfectum est, irritum et vacuum haberetur : et ordinati ab eo in quamcumque terrarum partem profugi evagarentur vel vagati essent,... ecclesiasticis gradibus privati perpetuo haberentur (10).

et, quos secundo archiepiscopus ordinavit sacerdotes, gradu suo privantur.

51 *Sed cum Wulfadus aliique sacerdotes dejecti ad Romanum pontificem de sententia lata semel atque iterum appellassent, Nicolaus papa ad Hincmarum Rhemensem scripsit :* Fraternitatem tuam hortamur uti Wulfadum collegasque ipsius clementi animo et tranquilla studeat ad se magnanimitate vocare, depositaque omni funditus animositate, de restitutione ipsorum secum fraterne tractare, atque misericorditer consummare contendat. Laudabilius

Hos Nicolaus I papa præsertim per S. Remigium *restitui curat.*

(1) Libellus de tenenda immobiliter scripturæ veritate etc. col. 1083. — (2) Ibid. col. 1116. — (3) Epist. ad Carolum Calvum, Hincmari Opp. col. 51. — (4) Hist. littér. de France, tom. V, pag. 454. — (5) Hist. génér. des auteurs ecclés. tom. IX, pag. 238. — (6) Theganus, Vita Ludovici imperatoris, cap. XXXV, ap. Migne, Patrol. tom. CVI, col. 418. — (7) Sirmondus, Concilia Galliæ, tom. II, pag. 561. — (8) Ibid. loc. cit. — (9) Ibid. pag. 566. — (10) Ibid. tom. III, pag. 85.

quippe

AUCTORE R. D. B.

quippe judicavimus, ac coram Deo acceptius esse credidimus, si respectu divinitatis interrogata conscientia solus illorum restaurationem sine quavis ipse refragatione admiseris, quam si prius renitens, detecta tamen justitia, cum multis hanc postea fueris amplexatus. Jam vero si flecti ad hoc te munda conscientia non permittit, præcipimus fratres nostros Remigium Lugdunensem, Adonem Viennensem, Wenilomen Rothomagensem, una cum ceteris archiepiscopis et episcopis Galliarum et Neustriæ, quibus tamen possibilitas est, in idipsum cum beatitudine tua et suffraganeorum tuorum apud Suessionem urbem diœceseos tuæ convenire. *Dein inferius :* Porro scito nos fratri et coepiscopo nostro Remigio Lugdunensi antistiti præcepisse, ut te prius adiens nostras dilectioni tuæ litteras porrigat : et sic demum, si restitutioni præfatorum consentire solius tuæ auctoritatis ausu vereris, ad convocandum statutum sententia nostra jam designatum concilium epistolas nostras sibi delatas, quibus a nobis destinatæ sunt, mittere satagat. *Neque dissimilia de* S. Remigio *scripsit idem Nicolaus*
B *papa ad Herardum, Turonensem episcopum* (1). *Verum Hincmarus existimavit a se non esse, inauditis episcopis, reintegrandos clericos, qui a sacerdotio exercendo in perpetuum fuerant prohibiti a patribus concilii Suessionensis* II; *quam sententiam approbarant concilium Bituricense et Romanus pontifex Benedictus. Quapropter Nicolaus coegit concilium Suessionense* III; *cui interfuere septem archiepiscopi, quos inter* S. Remigius Lugdunensis, *et viginti octo episcopi. Accipe, lector, eorum judicium, quod, quin irritet sententiam anno* 866 *latam, indulgentiam in reos redolet :* Manentibus statutis prioribus, *ajunt patres Suessionenses,* quæ secundum auctoritatem constituta sunt per justitiæ severitatem, licitum est nobis per easdem supereminentes auctoritates, quæ impendunt misericordiam, immutare duriores sententias correctione facta per eminentiorem viam, scilicet caritatem. Et sicut de prioribus statutis sedem apostolicam consuluimus : ita et ex hac diffinitione nostra ejusdem matris omnium ecclesiarum responsionem expectamus (2). *Mox negotio multo*
C *graviori implicitus est* S. Remigius.

§. XI. Lotharii, regis Lotharingiæ, divortium. Gontharius Coloniensis et Teugaudus Trevirensis. Concilia Vermeriense, Attiniacense et Duziacense, quibus interest S. Remigius.

Lotharius, qui uxorem Theutbergam dimiserat,

Lotharius, *Lotharii imperatoris filius, et post mortem patris Lotharingiæ rex, Theutbergam uxorem acceperat; sed, ejus pertæsus, ad matrimonium legitime cum ea initum di-* D
mittendum, et ad nuptias cum Waldrada contrahendas nihil non molitus est (3). *Quam causam, ut par erat, ad suum tribunal vocaverunt episcopi, et Lotharii cum Theutberga matrimonium in conciliis Aquisgranensibus annorum* 860 *et* 862 *invalidum pronuntiarunt* (4). *Hinc factum est ut rex, rejecta Theutberga, uxorem Waldradam duxerit. Verum Theutberga de injuria sibi illata ad Nicolaum I papam appellavit, qui episcopis regni Lotharingiæ, in concilio Metas congregandis, causam examinandam coram legatis apostolicis commisit* (5). *Ast apostolici legati, muneribus magnis acceptis, mandatorum Romani pontificis incurii, simul cum episcopis Lotharii cum Theutberga matrimonium irritum, atque regis cum Waldrada connubium innocuum declararunt* (6) : *et quo facilius Nicolaus hoc judicium suo calculo confirmaret, ad eum Gontharium Coloniensem et Teugaudum Trevirensem archiepiscopos, Lothario ultra modum propitios, legarunt* (7). *Sed Nicolaus, cui etiam ante Gontharii et Teugaudi*
in urbem adventum totum negotium perspec- E
tum erat, gesta Metensia, concilio in Laterano collecto, rejecit et Gontharium cum Teugando ecclesiæ consortio privavit : quin et Lotharium ad Theutbergam in uxorem recipiendam coegit (8). *Atque hæc anno* 863.

promittit cum juramento, præsente S. Remigio, *se eam iterum accepturum.*

53 *Verum anno* 865 *Nicolaus in Galliam Arsenium legatum, qui Lotharium ad meliorem frugem vocaret, misit. Parere visus est rex monitis legati; qui, præsentibus undecim archiepiscopis et episcopis, quos inter erat* S. Remigius, *Theutbergam Lothario* in matrimonium reddidit. *Rex vero, ne quis de animi sui sinceritate dubium moveret, per duodecim homines hoc sacramentum emisit :* Jurans promitto ego talis per hæc quatuor sancta Christi Evangelia, quæ manibus meis tango, atque istas sanctorum reliquias, quia senior meus Hlotharius rex, amodo et deinceps accipiet Theodbergam uxorem suam pro legitima matrona, et eam sic habebit in omnibus, sicut decet regem habere reginam uxorem (9). *Ast Lotharius, ut omnibus notum est, promissis suis non stetit, et Nicolai I successorem,*
Hadrianum, ad suas partes, adhibita etiam F
Eucharistiæ susceptione, trahere studuit, atque tandem mortem miserrimam Placentiæ VII *idus augusti anni* 869 *oppetiit* 10). *Quo circiter tempore Teugaudus e vivis excessit* (11). *Guntharius vero, qui simul cum Lothario ab Hadriano papa ad laicam communionem fuerat admissus, circa annum* 870 *ex hac terra migravit* (12); *quin iis vel Coloniensis vel Trevirensis ecclesia iterum fuerit concredita, quamvis* S. Remigius *familiari suo* Adoni, Viennensi episcopo, Romanæ ecclesiæ *in Galliis* vicario, et Nicolao papæ, episcopis depositis, litteras miserit... Sed, cum a multis perlaboraretur diverso modo tum timore regis, tum amore illorum, nullatenus persuaderi papa potuit ut restaurarentur (13).

(1) Sirmondus, Concilia Galliæ, tom. III, pag. 284 et seq. — (2) Ibid. col. 292. — (3) Hincmari, Opp. tom. I, col. 630 et seq. edit. Migne. — (4) Ibid. col. 636 et seqq. — (5) Chronicon Mariani Scoti, apud Bouquet, tom. VII, pag. 242. — (6) Labbe, tom. VIII, col. 764 et seqq. — (7) Ap. Bouquet, tom. VIII, Annales Bertiniani, pag. 81 et seq.; Annales Fuldenses, ibid. pag. 170 et seq. — (8) Ibid. locc. cit. — (9) Annales Bertiniani ad annum 865, pag. 90. — (10) Annales Bertin. pag. 104 et seq. Chronicon Leodiense, ap. Labbe, Bibliotheca Mss. tom. I, pag. 336; Chron. Mettens. S. Vincentii, ibid. pag. 345; Chronic. Lobiense, ap. Martene, Anec. tom. III, col. 1414. — (11) Vita S. Glodesindis, ap. Labbe, Bibl. Mss. tom. I, pag. 736. — (12) Chronicon Leodiense, pag. 336. — (13) Chronicon Virdunense, ap. Bouquet, tom. VII, pag. 247.

AUCTORE R. D. B.

Hincmarus Laudunensis Carolum Calvum offendit.

54 *Eodem circiter tempore alia lis, cui etiam aliquatenus immixtus fuit* S. Remigius *Lugdunensis, mota est. Hincmarus enim junior, in agro Bononiensi, parentibus non divitibus, sed nobilibus natus, ab avunculo Hincmaro Rhemensi archiepiscopo, cum puerulus matre sua esset orbatus, nutritus et in omnibus bonis artibus institutus fuerat* (1). *Neque eum, natura arrogantem, inquietum, contumacem, gloriosum, archiepiscopus Rhemensis, quidquid faceret, ad meliora revocare potuerat* (1). *Interea temporis Hincmarus junior, Pardulo episcopo Laudunensi e vivis excedente, in hujus ecclesiæ episcopum cooptatus fuit. Ejus initia fuere valde felicia : populo enim et regi mirum in modum erat gratus, atque avunculo suo in pluribus conciliis operam utilissimam præstabat; quum cujusdam Luidonis filius apud Carolum Calvum conquestus est quod, postquam munere prius accepto, beneficium, a patre suo antea possessum, sibi contulisset, eo postea, quin restitueret munus, privarat* (2). *Avaritiam an perfidiam dixeris? His auditis, rex episcopo*
B *diem dixit. Ast ille, reputans id per sacros canones esse vetitum coram judice sæculari aut per se aut per alium sese sistere, renuit* (3). *Quod ægre ferens Carolus Calvus ecclesiam Laudunensem omnibus suis bonis spoliavit; et, nisi Hincmarus senior aliique episcopi plures in conventu apud Pistas strenue suam operam impendissent, aut prædia ablata restituere, aut Laudunensem antistitem in amicitiam suam deinceps recipere detrectavisset* (4).

Re composita, iterum regem aliosque offendit et a patribus Vermeriensibus in custodiam mittitur.

55 *Re composita, Hincmarus junior Pauliacum villam, quæ in feudum comiti Normanno cederetur, regi dono dedit* (5). *Atque hæc origo fuit novi dissidii. Etenim istius donationis pœnitens Hincmarus Normannum, a quo villam Pauliacum frustra repetebat, simul ac regem de bonis ecclesiæ ablatis apud Hadrianum II Romanum pontificem, inconsultis avunculo aliisque episcopis, accusavit* (6) : *quibus falsis dictis deceptus Hadrianus II Hincmaro seniori, ut Normannum e gremio ecclesiæ expelleret, mandavit* (7). *Quam sententiam ferre distulit Rhemensis*
C *archiepiscopus, ratus, quod, si de negotio rite certior fuisset factus Romanus pontifex, numquam jussa tam dura dedisset efficienda. Neque ad meliorem frugem revertebatur Hincmarus Laudunensis; quin cum armata manu Pauliacum villam oppugnavit, atque ex domo direpta uxorem nobilis comitis, de nupero partu languentem, ejecit* (8) : *haud mitius in Amalbertum Rhemensem agens* (9). *Præterea* isdem episcopus, etiam per alios episcopos evocatus ut ad regem veniret, jussionem illius implere detrectavit; scaram ex quam plurimis comitibus regni sui confectam Laudunum misit, ut ipsum episcopum ad eum violenter perducerent. Isdem autem episcopus cum clericis suis juxta altare resedit, et quibusdam episcopis satagentibus, actum est ut ipsi, qui missi fuerant, de ecclesia eum non extrahe-
rent : sed sine illo ad Carolum redierunt, omnesque homines ipsius episcopi liberos sibi sacramenta fieri fecit. Carolus autem valde commotus synodum omnium episcoporum regni sui VIII kalend. maji secundæ indictionis (24 *aprilis* 869) apud Vermeriam condixit, qua eumdem Hincmarum episcopum vocari præcepit. *Huc convenere archiepiscopi octo, quos inter* S. Remigius Lugdunensis, *et episcopi viginti et unus* (10). *Hincmarus quoque junior post multas tergiversationes ad Vermeriense palatium sese contulit, ibique coram patribus in judicium ivit. Verumtamen* cum de suis insolentiis increpabatur, timens regulare judicium, vel regis castigationem, licentiam eundi Romam petiit (11). *Qua non obtenta, in custodiam apud Silviacum in pago Laudunensi a rege missus est. Tunc Hincmarus junior, (quod jam ante Vermeriense concilium sese facturum, si in carcerem detruderetur, declararat,) per Clarentium et Teutlandum, Laudunenses presbyterum et diaconum, prohibuit, quominus per totam diœcesim Laudunensem aliquis ullo sacerdotali munere fungeretur : quam prohibitionem, cum esset contra sacros canones,* E *Hincmarus Rhemensis, usus jure metropolitico, ad preces cleri Laudunensis post quinque dies cessare jussit* (12).

Ejus causam examinant concilii Attiniacensis patres,

56 *Anno sequenti apud Attiniacum palatium, petente rege, iterum synodum celebrarunt* S. Remigius *Lugdunensis, Hincmarus Rhemensis, atque quatuor alii archiepiscopi, simul et viginti duo episcopi; atque in eo, post absoluta alius generis negotia, Hincmarum Laudunensem præsentem rex Carolus de rebellione, archiepiscopus Rhemensis de contumacia, comes Normannus de vi injuste illata, clerici Laudunenses de imprudenti interdictu, aliique de aliis criminibus accusabant : sed appellans denuo ad Romanum Pontificem coram patribus diutius sese sistere pertinaciter recusavit* (13). *Huic synodo interfuisse dicuntur a Baronio* (14) *et Binio* S. Remigius Lugdunensis, *Ardovicus Vesuntionensis et Bertulfus Trevirensis, archiepiscopi, præsides, una cum subjectis sibi episcopis et aliis Rhemensis provinciæ. Ibi autem ab Hincmaro Laudunensi et regi et avunculo, non vero Normanno aliisque, aliquatenus satisfactum* F *fuit.*

qui durius a Baronio habentur,

57 *Coactam hanc apud Attiniacum synodum vocant Baronius et Binius* latrocinalem, *quia, ut ait Binius,* cum Hincmarus Laudunensis, prout mandatum erat a pontifice, itineri accinctus esset, ut Romam pergeret, ab hostibus captus et spoliatus, introductus est in hanc pseudosynodum. *Ast duriora sunt verba : nam* S. Remigius *aliique patres Attiniacenses Hincmaro Laudunensi competere jus appellationis nulla ratione negabant, sed indubitatum habebant nulli episcopo, antequam a provinciæ episcopis judicibus lata esset sententia, per canones licere appellare ad sedem apostolicam* (15); *dein Hincmarus senior in concilio Duziacensi anni* 871 *affirmabat neque se, neque alios episcopos* reminisci *nepotem suum* Romam

(1) Concilium Duziacense I, ap. Labbe, Collectio Concil. tom. VIII, col. 1659. — (2) Delalande, Supplementum Conciliorum Galliæ, pag. 186. — (3) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. VIII, col 1760 et seqq. — (4) Annales Bertiniani ad annum 869, ap. Bouquet, tom. VIII, pag. 102. — (5) Labbe, Conc. tom. VIII, col. 1569, 1623 et 1660. — (6) Ibid. locis citt. — (7) Ibid. col. 914. — (8) Ibid. col. 1680. — (9) Ibid. loc. cit. — (10) Annales Bertiniani ad annum 869, pag. 102; Labbe, tom. VIII, col. 1528. — (11) Hincmarus Rhemensis, Opera, tom. II, col. 506. — (12) Ibid. col. 1559 et seqq.; 1791 et seqq.; 1807 et seq. — (13) Ibid. col. 1841 et seq. — (14) Ad annum 870, num. 33. — (15) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. VIII, col. 1615 et 1656.

appellasse

AUCTORE R. D. B.

appellasse pro quacumque causa : *atque ipse Laudunensis episcopus proponens causam cur Attiniacensium patrum sententiam nollet exspectare dicebat :* Vos scitis quia ab universali sanctæ Romanæ ecclesiæ papa, patre quoque nostro et magistro Adriano, bis vocatus existo. Et vos ipsi in quaternionibus, mihi a vobis in Attiniaco palatio coram archiepiscopis et episcopis qui affuerunt datis, quod ad eamdem sedem venire totidem vocatus detractem, me reprehendistis : *appellationis a se ad Romanum Pontificem tunc temporis factæ nuspiam meminit* (1), *aut aliquid hujusmodi ex epistola, ab Hadriano II post Attiniacensem synodum ad Hincmarum juniorem data et in synodo Duziacensi anni* 871 *lecta, colligere licet* (2). *Adde quod in Duziacenci synodo dicebat metropolitanus Rhemensis :* Numquam vel nusquam apostolicam sedem eum adire prohibui. Insuper etiam illum, sicut et ipse scripsit, cur jussionem domni apostolici prosecutus non fuerit, reprehendi (3). *Quod confirmabat Hincmarus junior, qui tamen postea perperam contendit, uti refert Hincmarus Rhemensis, sibi*
B *fuisse datos judices* S. Remigium *Lugdunensem et Harduicum Vesuntionensem archiepiscopos* (4).

et Duziacensis, ubideponitur,

58 *Verum cum per concilium Attiniacense liti episcopi Laudunensis nondum esset finis impositus, tertio eamdem rem in laudata Duziacensi synodo episcopi recognoverunt. Ad eam Hincmarus junior, post monitionem triplicem a rege et archiepiscopo Rhemensi acceptam veniens, duos suorum criminum libellos, unum regis, alterum avunculi sui, sibi prælegi audivit* (5). *Sed cum sese purgandi copiam non haberet, ad Romanum pontificem appellans, patres concilii tamquam judices agnoscere constanter renuit* (6). *Tandem patres, qui frustra Hincmarum juniorem ad culpas suas agnoscendas hortati erant, hanc tulerunt sententiam :* Hincmarum, hactenus ecclesiæ Laudunensis episcopum,.... episcopali honore ac dignitate privatum judico, et omni sacerdotali officio spoliatum decerno : reservato per omnia juris privilegio domni et patris nostri Hadriani, apostolicæ ac primæ sedis papæ : sicut sacri Sardicenses canones de-
C creverunt, et ejusdem apostolicæ sedis pontifices Innocentius, Bonifacius, Leo, ex eisdem sacris canonibus promulgaverunt (7).

probante S. Remigio.

59 *Quod judicium probavit* S. Remigius *hisce verbis :* Remigius Lugdunensis episcopus relegi, consensi et subscripsi : *contra alii archiepiscopi septem et episcopi tredecim nomen suum apposuere cum additamento :* judicans subscripsi. *Jam si quæritur cur* S. Remigius *non eadem ac alii patres usus sit formula, respondebimus cum Cellotio* (8) *et Longuevallio* (9) *illum ab ea synodi sessione abfuisse, qua judicium in Hincmarum juniorem latum est : eo magis quod ipse suam sen-*
tiendi rationem de pronuntiando judicio, D *quod alii patres fecere, non aperuit. Archiepiscopis vero et episcopis, unus chorepiscopus et sedecim presbyteri aut archidiaconi, quorum octo nomine sui episcopi, adhæserunt unica voce :* Subscripsi; *atque hanc sententiam, ab Hadriano II prius rescissam, dein toleratam* (10), *calculo suo comprobavit in epistola ad Hincmarum Rhemensem anno* 876 *Joannes papa VIII* (11). *Non minus grave fuit sequens negotium.*

§ XII. Sententia, adversus Carolomannum, Caroli Calvi filium, ejusque satellites lata. Concilia Cabilonensia annorum 873 et 875.

Carolomannus perduellionis in patrem Carolum Calvum pœnas dat.

Carolomannus, Caroli Calvi filius, cui invito ad preces regis præsentis ordinem diaconatus contulerat episcopus Meldensis Hildegarius (12), *quem et pater, quo majore splendore claresceret, monasteriis Centulensi sive S. Richardi* (13), *Lobiensi* (14), *S. Medardi* (15), *Elnonensi* (16) *et Reomanensi* (17) *auxerat, vitæ clericalis pertæsus, collecta armatorum manu,* ecclesias Dei cœpit devastare et cuncta diripere et inaudita mala perpetrare (18). *Ast tandem captus et a* S. Remigio Lugdunensi *et aliis patribus concilii Attiniacensis* abbatiis privatus, in civitatem Silvanectensem est custodiæ mancipatus (19). *Verum Hadrianus II papa a Carolo rege ut Carolomannus, qui de judicio contra se lato ad Romanum pontificem appellarat, libertati redderetur, petiit et obtinuit; sed ea junior princeps perperam usus, iterum arma adversus patrem sumens, in Belgio* tantam crudelitatem et devastationem secundum operationem satanæ exercuit, ut credi non possit nisi ab ipsis qui eamdem depopulationem viderunt atque sustinuerunt (20); *quin et Hadrianum per legatos adiens, eum in suas partes adeo traxit ut hic, epistola durissima data, Carolum regem, qui Carolomannum ad pristinos honores* F *et dignitates eveheret, enixe rogarit. Quid? et proceribus atque episcopis severissime prohibuit quominus rebellem aut armis aut excommunicatione coercerent, antequam ipse certior factus statuisset* (21). *His mandatis non esse obtemperandum existimavit Carolus rex, atque adversus filium suum exercitum misit. Neque alia fuit sententia Hincmari senioris aliorumque episcoporum, qui anno* 875 *in episcoporum provinciæ Rhemensis synodo Compendiensi Carolomanni fautores ab ecclesiæ gremio separarunt, ita tamen ut ipsum Carolomannum, reveriti ejus ortum regalem et vo-*

(1) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. VIII, col. 1570, 1615, 1656. — (2) Labbe, tom. cit. col. 1634 et seq. — (3) Ibid. col. 1571 et 1844. — (4) Ibid. col. 1571 et 1844. — (5) Ibid. col. 1549 et seqq. et 1636. — (6) Ibid. 1640. — (7) Ibid. col. 1652. — (8) Ibid. col. 1723. — (9) Histoire de l'Eglise Gallicane, tom. VIII, pag. 78. — (10) Labbe, tom. VIII, col. 933, 935 et 957. — (11) Ap. Migne, Patr. tom. CXXVI, col. 662. — (12) Annales Metenses ad annum 870, ap. Bouquet, tom. VII, pag. 198; Epist. Hincmari ad. S. Remigium, ap. Delalande, Conciliorum Galliæ supplementum, pag. 204. — (13) Chronicon Centulense, cap. 19, ad annum 876, ap. Bouquet, tom. VII, pag. 245. — (14) Gesta abbatum Lobiensium, cap. XIV, ap. Duchesne, Hist. Franc. scriptt. tom. III, pag. 735. — (15) Annales Bertiniani ad annum 866, ap. Bouquet, tom. VII, pag. 95. — (16) Diplomata Caroli Calvi pro monasterio Elnonensi, ibid. tom. VIII, pag. 603. — (17) Roverius, Reomans seu historia monasterii S. Joannis Reomanensis, Catalogus Abbatum, pag. 438. — (18) Annales Metenses ad annum 870. — (19) Labbe, Collectio Concil. tom. VIII, col. 1537. — (20) Annales Bertiniani ad annum 870. — (21) Labbe, Collectio Concil. tom. VIII, col. 929 et seq.

luntatem

luntatem Romani pontificis, intactum relinqueret. Cui judicio omnes episcopi et imprimis S. Remigius *Lugdunensis ejusque suffraganei adhæsisse feruntur* (1). *Carolomannus vero, semel, iterum atque ter in patrem et ecclesiam perduellis, primo ab episcopis provinciarum Senonensis et Rhemensis ad laicalem ordinem redactus et in carcerem trusus est : dein, rursus rebellis mortisque damnatus a proceribus, oculis orbatus fuit; sed brevi post finem ejus malis attulit mors* (2).

S. Remigius *concilio Cabillonensi anni* 873 *præst;*

61 *Anno* 873 *celebratum fuit concilium Cabillonense; cui interfuere, præside* S. Remigio *Lugdunensi, Ado Viennensis archiepiscopus, atque Lindo Augustodunensis, Girboldus Cabillonensis, Bernardus Matisconensis episcopi, Leubonius chorepiscopus Lugdunensis, necnon et plures canonici, archidiaconi, abbates et monachi. De illius Actis nihil superest nisi charta, qua ecclesia S. Laurentii Cabillonensis restituitur hujus urbis canonicis S. Marcelli. Quum enim patres de rebus ad ecclesiam pertinentibus inter se dissererent, coram eis sese stitit* quidam presbyter nomine
B Leuterius, præpositus et advocatus canonicorum sancti Marcelli martyris, qui stans in medio synodi monstravit *patribus* per privilegia ejusdem loci ipsam ecclesiam, *in qua celebrabant synodum,* a regibus ipsius loci constructoribus et consensu episcoporum Cabilonensis civitatis fuisse tributam, eamque injuste et per incuriam et negligentiam perditam haberi. *Quibus auditis, patres a Girboldo, episcopo Cabillonensi præsente, sententiam hac de re exquisiere. Ille vero quum esset vir secundum cor Dei atque nihil præter justitiam et divinam gloriam in votis haberet, haud cunctanter respondit : Si ecclesia S. Laurentii* a nostris antecessoribus *canonicis sancti Marcelli esset* donata, ut superna nobis patescerent limina, hæc ipsa ex nostra parte dare debuissemus ei donaria. *Dein obtulit Girboldus* S. Remigio *chartas, quibus autumabat liquidum esse, ecclesiam S. Laurentii non ad canonicos S. Marcelli, sed ad suam ecclesiam proprio jure spectare : cæteroquin sese hoc unum petere,* ut quid conveniat agere, *a patribus* decernatur. *Neque alia fuit canonicorum S. Marcelli postulatio. Verum,*
C *quum patribus, post litem rite perpensam, constaret tabellas ecclesiæ Cabillonensis vel non esse sinceras, vel nihil evincere contra privilegia, et jura S. Marcelli canonicorum esse aperta, ecclesiam S. Laurentii iis in perpetuum esse reddendam unanimi voce archiepiscopi, episcopi, ipseque Girboldus aliique adstantes judicarunt. Quod diploma Perry* (3), *et ex eo Labbæus, Harduinus, scriptores Galliæ Christianæ novæ aliique ediderunt.*

item concilio Cabillonensi anni 875.

62 *Tandem* S. Remigius, *brevi tempore antequam e vivis recederet, cum Isaaco Lingonensi, Girboldo Cabillonensi episcopis, et Fulcualdo, vicem gerente Lamberti, Matisconensis episcopi, Cabillonem in ecclesia S. Marcelli convenit, ubi post ordinationem episcopalem, Adalgerio Æduensi collatam, synodicis litteris, petente Carolo Calvo,* monasterium Tornutium..... in comitatu Cabillonensi, super fluvium Sagonnam, cum omnibus appendiciis suis, et in pago Matisconensi cellam S. Romani, cum omnibus appendiciis suis : in comitatu Arvernico, cellam S. Portiani, cum omnibus appendiciis suis,..... sive quæ ipse per alia loca, id est, Asinarias quæ est in pago Sanctonico, cum omni sua integritate ; et in Pictaviensi territorio cellam S. Prudentii, cum omni sua integritate ; et in pago Cenomanico Bussiolum, cum omni sua integritate; et in pago Valagio *, cellam quæ vocatur Godet... *Huic* * le Vely
decreto subscripserunt non tantum S. Remigius, *Isaacus, Girboldus, episcopi, sed et plures alii etiam absentes; quin et nonnulli alii, qui nonnisi postea ad episcopatum vocati sunt. Sæpe enim olim circumferebantur diplomata, ut ab episcopis, qui eorum confectioni non interfuerant, confirmarentur. Atque hactenus — quod nequaquam me latet — chronologiam potius præcipuorum conventuum, quibus præfuit aut saltem interfuit* S. Remigius, *texui, quam Vitam ejus enarravi. Quid aliud agerem? De beatissimo præsule nihil traditum est quod connexum sit et inter se cohæreat, sed res dumtaxat dispersæ*
et diversæ, quas inter vinculum nullum ap- E
pareat. Supererat itaque ut has chronologorum fere more referrem; curans tamen negotia satis explicare ut etiam minus eruditi lectores intelligere possint quanta essent pleraque jurgia, quibus dirimendis operam suam commodavit S. Remigius.

§ XIII. Obitus, sepultura, translatio et reliquiæ S. Remigii.

Obiit S. Remigius die 28 *octobris anni* 875

Ad cælum migrasse S. Remigium *anno* 875 *facile evincitur, quoniam ipse anno* 875 *concilio Cabillonensi præfuit* (4), *atque ejus successor Aurelianus mense februario anni* 876 *Actis concilii Pontigonensis primus post legatos apostolicos et Hincmarum Rhemensem subscripsit* (5). *Re quidem vera me non præterit Aurelianum Actis concilii Cabillonensis anni* 875 *nomen suum apposuisse : sed id præ*
oculis habendum est huic synodo quatuor F
tantum episcopos interfuisse, alios vero, ut in ipsis concilii actis apertis dicitur verbis, quum essent absentes, postea adhæsisse. Cave vero ne dicas beatissimum archiepiscopum mense januario anni 876 *extinctum esse. Pugnaret hæc opinio cum perpetua ecclesiæ Lugdunensis traditione, in ejus necrologio et breviariis consignata. Etenim in necrologio legitur :* v kalendas novembres obiit Remigius, episcopus ecclesiæ Lugdunensis (6). *Secundum hoc itaque vetustissimum testimonium* S. Remigii *natalis in ejusdem ecclesiæ breviariis, sæculis* XVIII *et* XIX *editis, constitutus est ad diem* 28 *octobris. His consonant Saussayus in Martyrologio Gallicano* (7), *Baillet in Vitis Sanctorum, aliique non pauci. Neque ab his multum recedit assertio Joannis Mariæ De la Mure, referentis (quin demonstret)* S. Remi-

(1) Labbe, Collectio Concil. tom. VIII, col. 1578 et 1582; De Lalande, Conc. Galliæ suppl. pag. 204. — (2) Annales Bertiniani ad annum 873, pag. 116 et seq.; Annales Metenses, loc. cit. — (3) Histoire de la ville de Châlons sur Saône, Preuves, pag. 51 et seq. — (4) Labbe, tom. IX, col. 275. — (5) Ibid. col. 289. — (6) Pertz, Archiv. der Gesellschaft fur ältere deutsche Geschichtskunde, tom. VII, pag. 213. — (7) Ad diem 16 decembris.

AUCTORE R. D. B.

gium *die* 29 *octobris animam efflasse. Verum quum aliqui in obituario, a Severtio* (1) *allato, legissent obiisse* XVII *kal. januarii Remigium archiepiscopum Lugdunensem*, existimantes *non nisi unum Remigium Lugdunensem exstitisse, opinati sunt hac die* S. Remigii *memoriam secundo fieri, neque constare utrum die* 28 *octobris, an* 16 *decembris e vivis abierit. Sed ruit hæc eorum argumentatio, quoniam, quum indubium sit duos episcopos, nomine Remigios, Lugdunensem gubernasse ecclesiam, probabile est alterum die* 16 *decembris decessisse, alterum die* 28 *octobris.*

et sepelitur in ecclesia S. Justi; ubi ejus reliquiæ anno 1287 *elevantur*

64 *Defunctum suum archiepiscopum sepelierunt Lugdunenses in S. Justi monasterii ecclesia, hunc deligentes locum, ut ejus votis fieret satis : quod eruisse videntur monachi Maurini ex mss. illius ecclesiæ* (2). *Verum tamen negligentiores videntur fuisse Lugdunenses memoriæ sancti sui archiepiscopi; quæ memoria videtur paulatim apud eos fuisse oblivione obliterata, usquedum anno* 1287 *ejus exuviæ, simul ac exuviæ duodecim aliorum sanctorum, Constantini scilicet martyris, Peregrini presbyteri, Eusebii confessoris, necnon sanctorum episcoporum Lugdunensium Viatoris, Alpini, Antiochi, Elpidii, Patientis, Lupicini, Arigii et Stephani, a Guillelmo, episcopo Viennensi, petente ecclesia Lugdunensi, fuerint elevatæ atque iterum in capsis honorifice reconditæ. Hujus elevationis monumenta historica a nostro Chifflet*io collecta decessor noster Daniel Papebrochius ad finem Vitæ S. Irenæi in Actis Sanctorum edidit (3).

et dein transferuntur in ecclesiam S. Joannis Baptistæ die 27 aprilis, ignoto anno.

65 *Quænam deinceps lipsanorum* S. Remigii *fuerint fata, frustra eruditi investigarunt. Certum quidem est ea postea ad ecclesiam cathedralem S. Joannis Baptistæ fuisse translata, atque ibi, usquedum anno* 1562 *ab Huguenotis fuit destructa, quievisse, ut refertur a Severtio, Stephano Verney et uti legitur in Breviario Lugdunensi anni* 1692. *Quo anno in templum cathedrale advenerint, nescitur. Dies videtur esse* 27 *aprilis, quandoquidem in Calendario et Proprio ecclesiæ collegiatæ divi Justi Lugdunensis, quæ reliquit idem Stephanus Verney, hacce die occurrit* : Inventio corporis S. Remigii, Lugdunensis episcopi confessoris. *Verumtamen Saussayus translationem ad ecclesiam cathedralem die* 16 *decembris factam esse affirmat : in quem quoque sensum propendit Stephanus Verney. Hic enim, inventione anni* 1285 *relata, sic pergit* : Atqui facta est hujusmodi relevatio seu inventio quarto calendas septembris (ut loquuntur ipsi relevantes) annis post ejus transitum quadringentis et supra : nisi forte intelligatur hæc inventio de translatione corporis ejus relevati, ut sic ad novam cathedralem ecclesiam, divo Joanni Baptistæ sacram. Sed hæc quoque facta videtur etiam alio die, quem ipse liber obituum pro quodam decessu (cum tamen duo non fuerint ejus nominis episcopi Lugdunenses) ponit ad decimum septimum calendas januarii, anno quidem incerto. Quo die gravissimi auctores hanc reponunt translationem, a nullo tamen notatam nomine inventionis. *Ast horum virorum conjectura corruere videtur, quum ejus firmamentum, nempe non duos, sed unum tantum Remigium Lugduni sedisse, prorsus vanum sit.*

Nunc vero nihil nisi palla, S. Remigio *data, superest.*

66 *Diximus Huguenotos anno* 1562 *omnia sancta susdeque vertisse, ac tanta in* S. Remigii *exuvias rabie sæviisse, ut prorsus nihil de iis supersit. Unum tamen idque perantiquum pignus* S. Remigii *penes Lugdunenses est, pulcherrima scilicet altaris palla, quam dono dedisse* S. Remigio *Bertham comitissam testantur scrinia ecclesiæ S. Stephani Lugdunensis, ut affirmat Joannes De la Mure* (4), *atque ex ipsa palla, quemadmodum inferius videbimus, evidenter colligitur. Constat quoque ex B. Lupo Ferrariensi* (5) *et Flodoardo* (6) *Berthæ fuisse maritum Gerardum; quos conjuges ob suam munificentiam pulcherrimis encomiis celebrat Mabillonius* (7). *Addunt monumenta S. Stephani Bertham, sub Carolo, Lotharii imperatoris filio, rege Provinciæ, ac proin post annum* 855, *donum suum* S. Remigio *contulisse. Illud quidem Lugdunenses omni tempore in maximo pretio habuere : sed cum ecclesia S. Stephani extremo sæculo* XVIII *a perturbatoribus fuerit eversa, præstans ejus palla ad ecclesiam S. Irenæi transiit; ubi et hodie religiosissime asservatur. Cujus pallæ descriptionem satis accuratam nobis exhibet Joannes De la Mure* (8) : in medio, *ait,* depictus est agnus cum duabus litteris α et ω, additis his duobus in orbem versibus :

Agne Dei, mundi qui crimina dira tulisti,
Tu nostri, miserans, cunctos absolve reatus.

Tum a dextra parte circuli :

Hic panis vivus cælestisque esca paratur;

In sinistra :

Et cruor ille sacer, qui Christi ex carne cucurrit.

Per longum :

Sumat perpetuam pro facto Berta coronam,
Hæc cujus studio palla hoc effulgurat auro.

In extremitatibus superioribus :

Remigius præsul Christo per sæcula vivat,
Exutus vitiis, culparum et tabe piatus,
Hostia viva Deo sanctaque in corpore factus.

In extremitatibus dextrorsum :

Cui Deus omnipotens, quotiens hæc liba sacrabit,
Concedat veniam, tantoque in munere partem.

In extremitatibus inferioribus :

Atque suis sanctis societ post funera mortis.
Qui cupit hoc epulum sanctumque haurire cruorem,
Se prius inspiciat, cordisque secreta revolvat.

In extremitatibus sinistrorsum :

Et quidquid tetrum conspexerit et maculosum,
Diluat offensus omnesque relaxet et iras.

(1) Chronol. archiep. Lugdun. pag. 184. — (2) Gallia Christiana, tom. IV, col. 214. — (3) Acta SS. tom. V Junii, pag. 346 et seq. — (4) Hist. ecclés. de Lyon, pag. 292 et seq. — (5) Lupi Ferrariensis epistola 122, ap. Migne, Patrol. tom. CXIX, col. 594. — (6) Historia ecclesiæ Rhemensis, lib. III, cap. XXVII, col. 254. — (7) Annales Benedictini, tom. III, pag. 133. — (8) Hist. ecclés. de Lyon, pag. 292 et seq.

SUMMARIUM

A

SUMMARIUM

VITÆ S. REMIGII

EPISCOPI LUGDUNENSIS

Ex Officiis propriis sanctorum ad usum Ecclesiæ Lugdunensis, a Stephano Verney propositis.

S. Remigius, archiepiscopus Lugdunensis et archicapellanus, concordiam liberi arbitrii cum gratia suo modo defendit et multis conciliis præsidet, libertatis et disciplinæ ecclesiasticæ vindex;

Remigius, Amuli successor, Lugdunensem rexit ecclesiam, metropolitanus episcopus tempore Lotharii imperatoris, filii Ludovici Pii; cujus etiam regiæ capellæ præses ac magister, necnon et sequentium Ludovici imperatoris, Caroli Burgundiæ, et Lotharii, Austrasiæ regis, filiorum ejus *a*. Hic ab ipso imperatore maxime venerabilis *b* nominatur in rescripto dato ad eum in gratiam suæ ecclesiæ; vir alioqui doctissimus et pius, ecclesiæ suo tempore multa gratiæ utriusque lumina præbuit, et liberi arbitrii concordiam cum gratia, et prædestinationis veram seriem, cum doctis lucubrationibus ecclesiæ suæ nomine vulgatis, quæ refossa fuisse ab episcopo Meldensi *c* anno quingentesimo septuagesimo supra millesimum, vel circiter, ait Paradinus, tum editis in tertia synodo Valentina, cui præsedit, orthodoxis definitionibus, declaravit ac defendit adversus errores neotericos illorum temporum. Quin et decoris religionis amans, atque assertor sacræ disciplinæ, auctor fuit ut ederentur inibi necessariæ sanctiones pro tutela dignitatis et libertatis ecclesiasticæ. Pari studio consuluit eidem disciplinæ in Tullensi concilio apud Saponarias, cui etiam ipse præfuit, sicut et Lingonensi, Suessionensi tertio, atque Cabillonensi trans Ararim, et cæteris.

post vitam sanctam pie mortuus sepelitur in S. Justi templo, dein in S. Joannis Baptistæ.

2 Neque vero legibus tantum et scriptis, sed etiam moribus et exemplis, assiduisque precationibus, obeundo pastorali munere incubuit: donec, servato sedis apostolicæ illibato honore, et multiplicata mystici gregis sobole, bonus pastor evocatus est ad uberem fidelis dispensationis mercedem, quinto calendas novembres, aut etiam decimo septimo calendas januarias, anno Domini octingentesimo sexagesimo nono *d*. Tumulum habuit primum in ecclesia S. Justi, cum decem et septem sanctissimis prædecessoribus. Unde post quadringentos annos, dum investigarentur archiepiscopali jussu tradita illic sanctorum corpora, levatum est ejus sarcophagum marmoreum, epigrapho sanctitatis honorifica notatum, positumque in renovata S. Joannis ecclesia cathedralica, hoc ipso die, vel etiam ad decimum septimum calendas januarias *e*.

Plura monasteria aut collegia vel ordinat, vel accipit.

3 Fundatum est ab hoc divo, saltem ex parte, monasterium Saxiaci in territorio Lugdunensi, anno octingentesimo sexagesimo octavo *f*, quo canonicos ecclesiæ S. Justi fecerat sæculares, sive congregationem servorum Dei collocaverat (verba sunt ipsius chartæ) apud beatissimum martyrem Irenæum et socios ejus, atque apud sanctissimos episcopos et confessores Christi Justum et alios, qui in facie ipsius basilicæ requiescebant *g*. Quæ quidem congregatio, devota veneratione, sanctis iis locis negligentia quorumdam pæne ad ruinam deductis, et quorum res in ditione et potestate manebant aliorum, perpetuo deserviret, ad laudem omnipotentis Dei assidue ibi permanent. Sub hoc etiam pontifice, vel potius meritorum ejus intuitu *h*, Lotharius imperator, de quo supra, donavit ecclesiæ Lugdunensi, cœnobium in honorem Domini nostri Jesu Christi, sub invocatione S. Martini confessoris et episcopi constructum, Saviniacum appellatum. Rex etiam Burgundiæ Carolus supra nominatus, ad ejusdem venerabilis archiepiscopi deprecationem, servum sui juris nomine Anselium *i*, manu propria ab illius manu excutiens denarium, secundum legem salicam liberum, cum omnibus quæ habebat vel acquisierat, fecit ab omni jugo servitutis.

EX MSS.

h

ANNOTATA.

a *In Gallia christiana Maurinorum et alibi legitur* S. Remigius *non tantum apud Carolum regem Burgundiæ, sed etiam apud ejus patrem Lotharium imperatorem munere archicapellani esse functum: vel etiam apud* E
Ludovicum imperatorem et Lotharium Lotharingiæ regem addit Stephanus Verney. Sed neque in diplomatibus, aut in historicis libris uspiam inveni S. Remigium *apud aliquem imperatorem vel regem, modo Carolum Burgundiæ regem excipias, archicapellanum aut capellanum fuisse.*

b Venerabiles *sæculo nono vocantur plerumque episcopi, uti etiam presbyteri. Quam ob causam minus recte inde deducitur* S. Remigium *apud imperatorem, qui eum appellabat* maxime venerabilem, *multa gratia valuisse. Sed aliunde constat eum in summa fuisse existimatione.*

c *Ille episcopus Meldensis, Joannes Tillius, obiit mense decembri anni* 1570.

d *Ostendimus in Commentario prævio ad num.* 63 S. Remigium *obiisse* v *kalendas novembris anni* 875.

e *Translationem reliquiarum* S. Remigii *ad ecclesiæ S. Joannis die* 27 *aprilis verosimiliter fuisse peractam declaratam fuit in Commentario prævio, num.* 65.

f *De monasterii Saxiacensis fundatione in* F
Commentario prævio, num. 18, *egimus.*

g *Quo ordine in ecclesia S. Justi quiescerent exuviæ SS. Irenæi aliorumque plurium episcoporum Lugdunensium describitur in historia eorum translationis, quam olim ex exemplari nostri Chiffetii edidit Papebrochius et nos in Commentario prævio, num.* 65, *breviter attigimus.*

h *De hac Lotharii donatione egimus in Commentario prævio, num.* 11.

i *Anselium, alias Anselmum, servum non dimisit Carolus, rex Burgundiæ seu Provinciæ, sed ejus patruus Carolus Calvus. De hac re vide Commentarium prævium, num.* 29.

APPENDIX

AUCTORE R. D. B.

D

APPENDIX

De SS. Zacharia, Helio, Martino, Amolone et Gebuino, episcopis Lugdunensibus.

Decessores nostri, licet in sanctorum episcoporum Lugdunensium illustrandis gestis non impigram impenderint operam, sanctos tamen Zachariam, Helium, Martinum, Amolonem et Gebuinum, itidem episcopos Lugdunenses, ob defectum præsertim documentorum historicorum prætermiserunt. Quamquam et nobis nulla sit abundantia, ne tamen ab Actis nostris desit brevis eorum commemoratio, visum est, præsenti oblata occasione, præcipua quæ de eis innotuerunt colligere. Hunc itaque qualemcumque laborem indulgenter
B *excipere velit lector.*

S. ZACHARIAS

S. Zacharias *ineunte sæculo III videtur fuisse episcopus Lugdunensis.*

Quem primo loco producimus S. Zachariam, *is a Saussayo* (1), *De la Mure* (2), *Severtio* (3), *aliisque* (4) *inter sanctos ecclesiæ Lugdunensis episcopos recensetur : et si Adoni* (5) *fides adhibenda est, eum successorem nactus est S. Irenæus. Occurrit quoque ejus nomen in supplicationibus publicis, quæ sæculo* XV *fiebant Lugduni, in* Litaniis *scilicet* secundis Adventus et Quadragesimæ, *vel etiam in* Litaniis de quacumque tribulatione (6). *Verum de* S. Zachariæ *episcopatu vehementer dubitavit noster Papebrochius* (7), *quia de eo non fit mentio apud antiquos, nisi in S. Benigni Divionensis Actis, et in quadam veteri ecclesiæ Lugdunensis homilia eaque fabulis aspersa, vel apud Adonem, qui refert S. Irenæum a* Zacharia in crypta basilicæ B. Joannis Baptistæ sub altari fuisse sepultum, *quamvis hæc basi-*
C *lica non nisi tempore Constantini Magni fuerit constructa; quod est integro circiter sæculo post S. Irenæi agonem. Sed nonne Papebrochii sententia severior est ? Licet enim apocrypha sint quæ de* S. Zacharia *narrantur, auctoritate tamen non caret traditio perpetua ecclesiæ Lugdunensis, eum inter sanctos suos episcopos numerantis. Si vero statim post S. Irenæi felicem obitum ecclesiæ Lugdunensis habenas tenere cœpit, initium ejus episcopatus ad annum* 202 *vel* 207 *referendum erit* (8). *Sed hæc non satis firma hypothesi nituntur.*

—

S. HELIUS

S. Helii, *qui S. Zachariæ successit, sepulcrum visitavit S. Gregorius Turonensis.*

Post S. Zachariam in antiquis episcoporum Lugdunensium catalogis inscribitur S. Helius. *Sed quum annus, quo S. Zacharias e vivis excessit, non innotescat, neque aliquod monumentum historicum nobis suppetat, difficile dictu est quo anno episcopatum auspicatus sit* S. Helius. *Attamen certum est, quum de ejus successore Faustino S. Cyprianus* (9) *in epistola ad S. Stephanum papam circa annum* 255 *egerit,* S. Helium *circa medium sæculum* III *Lugdunensi præfuisse ecclesiæ. Et quidem hic animadvertendum est Theophilum Raynaudum* (10), *qui* S. Helium *et Faustinum unum eumdemque virum, nomine Helium Faustinum esse existimavit, minus felicem fuisse : nam episcoporum Lugdunensium catalogus antiquissimus monasterii insulæ Barbaræ hanc exhibet seriem :* Pothinus, etc., Irenæus, etc., Zacharias, etc. Helias aut Ælius episcopus, E
Faustinus, Verus, episcopi (11). *Quocum conveniunt Robertus* (12), *fratres Sammarthani* (13), *scriptores Galliæ Christianæ novæ* (14), *De la Mure* (15), *Severtius* (16) *aliique* (17). *Qui omnes in hoc quoque consentiunt ut* Helium *unanimi voce* sanctum *nuncupent : quam appellationem ei quoque tribuit S. Gregorius Turonensis, narrans quomodo ad* S. Helii *cryptam orationes fuderit, quæque ibi vel audierit, vel viderit.* Dum quadam vice, *ait,* loca sancta Lugdunensis oppidi circuirem, vir ille, qui nos præcedebat, ad cryptam B. Helii invitat ad orationem, dicens quia magnus sacerdos in hoc loco quiescit. Cumque, oratione facta, sancti tumulum admirarer, et tacitus de meritis ejus aliquid interrogare cogitarem, aspicio in ostio esse scriptum qualiter sepulchri violator cadaver spoliarit exanime. Inquirens vero causam si hæc vera essent, quæ in ostio picta cernebam, vir mihi talia retulit : « Sanctus Helius tempore paganorum in hac urbe fuit episcopus; qui defunctus sepultus est a fidelibus. Nocte autem sequenti veniens quidam paganus, lapidem qui sarcophagum tegebat revolvit, erectumque contra se corpus sancti conatur spoliare : at ille, F
extensis lacertis, constrictum ad se hominem fortiter amplexatur, et usque mane, populis spectantibus, tanquam constipatum loris, ita miserum brachiis detinebat. Igitur judex loci violatorem sepulcri jubet abstrahi, ac legali pœnæ sententia condemnari; sed non laxabatur a sancto. Tunc intelligens voluntatem defuncti, facta judex de vita promissione, laxatur, et sic incolumis redditur. » O vere sanctam ultionem pietate permistam ! Retinuit hominem ut argueret; sed tradi non permisit supplicio, quem jam reddiderat emendatum (18). *Ob hoc miraculum Paradinus et alii* festum mirabilium, *quod ad annum* 1312 *usque Lugduni quotannis agebatur, institutum fuisse putant : verum Se-*

(1) Martyrologium Gallicanum, pag. 395. — (2) Histoire ecclésiast. du diocèse de Lyon, pag. 20. — (3) Chronologia Lugdunensis archiepiscopatus, pag. 20. — (4) Raynaudus, Hagiologium Lugdunense, pag. 87. — (5) Martyrologium Adonis, die 28 junii, pag. 382, edit. Georgii. — (6) Breviarium Lugdunense anni 1498. — (7) Acta SS. Junii, tom. V, pag. 340. — (8) Ibid. pag. 336 ; Notice sur les reliques des saints de l'église de Lyon, pag. 32. — (9) Coustant, Epistolæ Romanorum pontificum, pag. 211. — (10) Hagiologium Lugdunense, pag. 62. — (11) Gallia Christiana nova, tom. IV, col. 13. — (12) Gallia Christiana, pag. 78. — (13) Gallia Christiana nova, tom. I, pag. 292. — (14) Tom. IV, col. 13. — (15) Hist. eccles. de Lyon, pag. 20. — (16) Chronol. archiep. Lugdun. pag. 20. — (17) Poullin de Lumina, Histoire de l'Eglise de Lyon, pag. 46. — (18) S. Gregerii Turon. Opera, Liber de gloria confessorum, cap. 62, col. 873, edit. Migne.

vertii

A *vertii* (1), *Theophili Raynaudi* (2) *aliorumque sententia est illud a revelatis sanctorum martyrum Athenacensium reliquiis originem suam traxisse.*

S. MARTINUS

S. Martinus *ad sæculi V finem fuit archiepiscopus Lugdunensis.*

S. Martinus *primo vitam monasticam sub S. Martini Turonensis disciplina sectatus est. Atque hinc ad Insulæ Barbaræ, in medio Arari fluvio sitæ, monasterium migrans, monachorum abbas creatus fuit. Legit enim Le Laboureur, auctor operis* les Mazures de l'Isle-Barbe-lez-Lyon, *in veteri Barbarensium abbatum catalogo :* Martinus, episcopus, discipulus B. Martini Turonensis (3). *Atque hinc etiam sequitur* S. Martinum, *qui in antiquissimis episcoporum Lugdunensium indicibus* (4) *post S. Alpinum seu Albinum* (5) *recensetur, et successorem habuit S. Antiochum* (6), *Lugdunensi ecclesiæ sæculo* IV *extremo vel ineunte* V *præfuisse. Eum titulo* sancti *Theo-*
B *philus Raynaudus* (7), *Saussayus* (8), *Sammarthani* (9) *aliique plures rerum Lugdunensium scriptores* (10) *jure merito cohonestant, quum in sacris hujus ecclesiæ libris a pluribus sæculis sit inscriptus, in Litaniis scilicet secundis Adventus et Quadragesimæ, necnon in Litaniis de quacumque necessitate, Breviario Lugdunensi anni* 1498 *insertis.*

B. AMULO

B. Amulo *scripsit plura opuscula valde docta;*

S. *Agobardo, episcopo Lugdunensi, die* 6 *junii anni* 840 *extincto, successit* 16 *januarii anni sequentis ejus diaconus* Amulo(11), *qui et* Amulus, Hamulus, Emulons. *Plerique abstinent in eo nuncupando a* beati *titulo; qui tamen titulus ei competit, quum cultus initium habuerit. Etenim, testibus Severtio* (12), *Sirmondo* (13), *De la Mure* (14) *aliisque* (15), sanctus *in Homiliario et Martyrologio basi-*
C *licæ S. Irenæi Lugduni appellatur : item in officio S. Remigii Breviarii Lugdunensis anni* 1692. Amulonis *scientiam præsertim in lingua hebraica multum extollit Trithemius* (16). *Quanti et ejus solertia fieret, testati sunt coævi Joannes VIII papa* (17), *Lupus Ferrariensis* (18) *et Wenilo Senonensis* (19), *uti et Flodoardus* (20). *Plura quoque scripsit opuscula; quorum nonnulla supersunt : duæ scilicet epistolæ, altera, quam primus edidit Nicolaus Camuzatius, ad Theobaldum, episcopum Lingonensem, anno* 844 *data. Eum nempe literis rogarat Theobaldus quodnam consilium caperet, quum a duobus ignotis monachis incertæ sanctorum reliquiæ in Divionensem S. Benigni basilicam essent latæ, atque prodigia non pauca, dubiæ tamen fidei, ibidem patrarentur. Respondit* S. Amulo reliquias hujusmodi nequaquam intra ecclesiam, sed foris in atrio, aut certe sub pariete, vel circa ipsum, secreto, in loco apto et mundo, sub paucorum conscientia sepeliendas esse : ut, quoniam et sancta esse dicebantur, aliquid eis reverentiæ deferretur; et quia esse penitus nesciebantur, nequaquam rudibus populis occasio erroris et superstitionis existerent (21). *Altera epistola est ad Gothescalci literas vel genuinas* (22) *vel supposititicias* (23) *responsio : fuitque primo a Sirmondo* (24) *in lucem data. In ea multos de Prædestinatione errores diserte docteque, judice Petavio* (25), *refellit : a quibus tamen abhorruisse contendit Rivetus* (26) *Gothescalcum, quem, ut episcoporum sententiam revereatur, vehementer hortatur. Præ-* E *terea in singulari opusculo B. Augustini sententias de prædestinatione et gratia Dei; et de libero hominis arbitrio collegit, easque sensu catholico intelligendas esse luculento sermone ostendit. Scripsit quoque Amulo libellum contra Judæos, ne in perniciem gentis ultra limites ab ecclesia et gubernio civili præscriptos discurrere permitterentur. Quæ quatuor opuscula, licet de eorum genuitate aliquando fuerit dubitatum, a recentioribus eruditis uno calculo* B. Amuloni *adjudicata fuerunt. Est et alius liber, Responsio scilicet ad interrogationem cujusdam de præscientia vel prædestinatione divina et de libero arbitrio, quem Sirmondus* (27), *pluribus eruditis negantibus* (28), *a* B. Amulone *conscriptum fuisse autumavit. Qui libriomnes editi fuere a Sirmondo, Mauguino, Baluzio, a collectoribus Magnæ Bibliothecæ Patrum ac nuper a ven. viro Migne.*

AUCTORE R. D. B.

2 *Operam quoque suam posuit Amulo apud Lotharium I, ut* quod ex rebus ecclesiæ B. Ste-
auxit ecclesiæ sua bona, et anno 846 interfuit Sparnacensi concilio.
phani... pars esset ablata non modica, et in sæcularium hominum ditionem redacta, *restitueretur;* per hoc *enim* frequentem eos pati necessitatem qui illic jugiter cultibus famulabantur divinis. *Jubente itaque imperatore, redditæ sunt anno* 846 *in comitatu Lugdunensi villæ Aulanius et Morgas : et, quum postea ob dissidia hæ villæ iterum essent injuste occupatæ, eas simul ac alia bona eidem S. Stephani ecclesiæ recuperavit* (29). *Sed et ejus* auctoritas,

(1) Chronol. Lugdun. arch. pag. 20. — (2) Hagiol. Lugdun. pag. 87. — (3) Gallia Christiana nova, tom. IV, col. 17. — (4) Robertus, Gallia Christiana, col. 78; Sammarthani, Gallia Christiana, tom. I, pag. 293; De la Mure, Hist. ecclés. de Lyon, pag. 30 et seq.; Severtius, Chron. Lugd. arch. pag. 36. — (5) Acta SS. tom. V Sept. pag. 44. — (6) Ibid. tom. VII Oct. pag. 17. — (7) Hagiol. Lugd. pag. 74. — (8) Martyrologium Gallicanum, pag. 1227. — (9) Gallia Christ. tom. I, pag. 81. — (10) De la Mure, Hist. ecclés. de Lyon, pag. 20. — (11) Excerpta ex Chronico S. Benigni, ap. Labbe, Bibliotheca Mss. tom. I, pag. 293; Chronicon Adonis, ap. Bouquet, tom. VII, pag. 53; Chronique de S. Denis, ibid. pag. 128. — (12) Chronologia Lugdunensis Archiepiscopatus, pag. 179. — (13) Opp. omnia, tom. II, col. 1136. — (14) Histoire ecclésiastique de Lyon, pag. 123. — (15) Gallia Christiana nova, tom. IV, col. 60; Rivet, Histoire littér. de la France, tom. V, pag. 103. — (16) De scriptoribus ecclesiasticis, ap. Fabricium, Bibl. ecclesiast. tom. II, pag. 73. — (17) Labbe, Collectio Conciliorum, tom. IX, col. 107. — (18) Opera omnia, epist. LXXX, ap. Migne, Patrol. tom. CXIX, col. 541. — (19) Ibid. epist. LXXXI, col. 541. — (20) Historia Rhem. lib. III, cap. 21, ap. Migne, Patrol. tom. CXXXV, col. 200. — (21) Opera Amulonis, ap. Migne, tom. CXVI, col. 77 et seq. — (22) Sirmondus, Opp. omnia, tom. II, col. 1136; Ceillier, Histoire des Auteurs sacrés etc. tom. XVIII, pag. 706. — (23) Rivet, Hist. litt. de la France, tom. V, pag. 107. — (24) Opp. Omnia, tom. II, col. 1139 et seq. — (25) Petavius, Opus de Theologicis dogmatibus, tom. V, lib. XIII, cap. 9, pag. 180, edit. Antv. — (26) Rivet, Hist. litt. tom. V, pag. 107. — (27) Opp. Omnia, tom. II, col. 1135, 1136 et 1155. — (28) Rivet, Hist. litt. tom. V, pag. 105; Ceillier, Hist. des Auteurs sacrés, tom. XVIII, pag. 706. — (29) Bouquet, tom. VIII, pag. 383 et 390.

ait

AUCTORE R. D. B.

ait Hugo Flaviniacensis (1), amor Caroli *(Calvi)* erga eum multum valuit sancto papæ Leoni *(IV)*, ut ipse hoc testatur in epistola ad eum missa. *Adde quod Carolus Calvus palatii sui capellanum a* B. Amulone *Cabillonensis ecclesiæ episcopum consecrari voluit* (2). *Dein cum suis suffraganeis interfuit* B. Amulo *concilio, quod anno* 846 *celebratum fuit Sparnaci; quæ villa, ad Matronam fluvium sita, jam a S. Remigii temporibus Rhemensis ecclesiæ erat possessio. Huc etiam convenerunt singuli cum suis suffraganeis Wenilo Senonensis, Ursmarus Turonensis, Hincmarus Rhemensis et Guntboldus Rothomagensis: in quo concilio multos præsertim concilii Meldensis anni* 845 *canones renovarunt* (3). *Tandem* pridie kalendas aprilis *(seu* 2 *aprilis)* obiit (4), *verosimiliter anno* 852, *ut supra, in Commentario prævio, num.* 6, *Vitæ S. Remigii Lugdunensis ostensum fuit.*

B. GEBUINUS

B § unicus. S. Gebuini cultus, episcopatus, mors sepultura, translatio, miracula, Vitæ breviarium.

S. Gebuinus, *qui Lugduni colitur.*

Quum Henschenius Acta Sanctorum diei 19 *maji illustraret, neque monumenta historica ei suppeterent, quorum ope* S. Gebuini *cultum legitimum esse ostenderet, ei inter prætermissos locum assignavit* (5). *Nos vero, nostro decessore feliciores, multa instrumenta historica, quibus de* S. Gebuini *cultu constat, præ manibus habemus*: *Breviarium scilicet Lugdunense anno* 1844 *jussu cardinalis de Bonald, archiepiscopi Lugdunensis, editum, et plures ejusdem ecclesiæ Divini officii ordines, in quibus* S. Gebuini *festum ritu duplici minore ad diem* 18 *aprilis celebrandum præcipitur. Adde quod tum in Breviariis et Missalibus sæculi* XVII, *uti refert Joannes*
C *De la Mure, tum in Breviario ms., quod Stephanus Verney pro singulis Lugdunensibus ecclesiis ante medium sæculum* XVIII *concinnavit, idem occurrit. Præterea in Molani auctario Usuardino anni* 1573 *ad diem* 18 *aprilis legitur*: Sancti Jubini, episcopi et confessoris, cujus corpus requiescit Lugduni supra Rhodanum: *quin etiam in Matisconensi ecclesia collegiata S. Petri, quam pluribus prædiis ditarat, peculiari cultu fuit cohonestatus* (6). *Similia perhibent Castellanus in Martyrologio Universali, Saussayus in Martyrologio Gallicano et Simon de Peyronnet in Catalogo Sanctorum; ita tamen ut duo posteriores mortis ejus diem ad diem* 18 *junii indicent. Tandem invocatur* S. Gebuinus *in* Litaniis *Breviarii anni* 1498. *Atque hæc de* S. Gebuini *cultu.*

et cujus cultus initia sunt incerta,

2 S. Gebuini *gesta ante episcopatum, uti plurium aliorum SS. episcoporum illius ævi quorum Vita a coævis non fuit scripta, nobis non innotescunt. Jacobus tamen Vignerius in Chronico Lingonensi* (7) *et post eum Mabillonius* (8) *et auctores Galliæ Christianæ* S. Gebuinum *fuisse Hugonis III Divionensis comitis filium dixerunt; sed manifestus est error, cum Vignerius ac proin ejus sequaces pro nostro* S. Gibuino *Gibuinum, anno* 946 *Catalaunensium episcopum creatum, acceperint. Neque ex* S. Gebuini *nomine, (quod varias induit formas,* Gibuini *scilicet,* Geboini, *vel etiam* Jubini, *et quod ex duobus juxta positis vocabulis,* geba *donum et* win *amicus* (9), *constat,) definiri certo poterit domone Francus esset an Gallo-Romanus: nam antiqua consuetudo vocabula suæ genti propria assumendi, jam sæculo* XI, *nisi forsan apud nobiliores familias, fere ubique per Galliam obsoleverat. Quidam suspicati sunt* S. Gebuinum, *cum esset junior, vitam monasticam amplexum esse in monasterio Saviniacensi aut Athenacensi* (Ainay), *propterea quod, archiepiscopus Lugdunensis factus, priori monasterio ecclesiam S. Mariæ de Io, et posteriori ecclesiam S. Cirici de Sivriaco dono dedit* (10). *Quod argumentum valde infirmum est, quandoquidem plerique sancti episcopi omni ævo erga monasteria fuere valde benevoli, et ut vita religiosa a multis usurparetur operam suam*
E *posuerunt.*

ex archidiacono Lingonensi factus est archiepiscopus Lugdunensis.

3 *Certius itaque est* S. Gebuinum *archidiaconum fuisse Lingonensem. Legimus enim in libro* II *Chronici Virdunensis, ab Hugone Flaviniacensi conscripti, eum die* 10 *septembris anni* 1076 *ad concilium Æduense, ab Hugone, episcopo Diensi, sedis apostolicæ tunc temporis in Gallia legato, coactum, cum Raïnardo, episcopo Lingonensi, cujus erat archidiaconus, accepisse; ibique Lugdunensium fuisse creatum archiepiscopum.* Quinta autem die, *seu* 14 *septembris*, quia Lugdunensis sedes, Humberto simoniaco expulso et in locis Jurensibus monacho facto, vacabat antistite, a latere domni Linguonensis electus est Gebuinus archidiaconus, vir morum probitate venustus, ut præficeretur Lugdunensi æcclesiæ. Hoc totius concilii acclamavit assensus, hoc
F etiam Lugdunensis ecclesiæ clericorum et laicorum qui aderant expetiit bonæ voluntatis effectus. Raptus igitur ab altari quo confugerat, diligentius servatur, ut in die dominico more solemni benediceretur. Doluit super hoc Linguonensis episcopus, clerusque qui aderat Linguonicus; quia amisisse videbantur virum, in æcclesiasticis et sæcularibus negotiis pernecessarium, cui plurimum innitebantur. Sed prævaluit concors sententia concilii, quia sic erat præfinitum et placitum in oculis Domini. *Altero autem die Rainardus coram concilii patribus conquestus est* de dampno ecclesiæ sibi commissæ illato, quod quasi cruissent ei oculum, cui suum tulissent archidiaconum, in quo spes omnis, in quo refrigerium, in cujus sibi erat caritate solatium: *dein in tantæ calami-*

(1) Chronicon Virdunense, ap. Labbe, Bibliotheca Mss. tom. I, pag. 118. — (2) Lupi Ferrariensis Opera, epist. LXXXI, col. 545. — (3) Baluzius, Capitularia regum Francorum, tom. II, col. 29 et seq. edit. Paris. 1677. — (4) Severtius, Chronol. Lugd. archiep. pag. 180. — (5) Acta SS. tom. II Aprilis, pag. 521; ibid. tom. IV Maji, pag. 295. — (6) De la Mure, Hist. ecclésiast. de Lyon, pag. 152; Severtius, Chronologia Lugdun. archiep. pag. 213. — (7) Ad annum 1068, pag. 91. — (8) Annales Benedictini, tom. V, pag. 14. — (9) Schilterus, Glossarium vetus, v° *Geba, Win.* — (10) Bernard, Cartulaire de Savigny et d'Ainay tom. I, pag. 431, tom. II, pag. 701.

tatis

AUCTORE R. D. B.

A *tatis remedium petiit ut abbati Divionensi demortuo Guilielmum sufficerent. Quibus votis cum annuissent patres*, uno die, id est die dominico 15 kalendas octobres, *seu* 17 *septembris*, consecrati sunt apud Eduam summa omnium exultatione et tripudio domnus Gebuinus in Lugdunensem archiepiscopum ab ipso Romanæ sedis legato, et præfatus electus in abbatem Divionensem a prædicto Linguonensi episcopo (1).

Ei contulit pallium et dignitatem primatis S. Gregorius VII.

4 *Brevi post Hugo, Romanæ ecclesiæ legatus, cui* S. Gebuini *merita omnino erant perspecta, pro eo a S. Gregorio VII pallium hisce verbis postulavit* : Summopere poscimus ut per dominum Valentinum episcopum pallium nobis mittatis ad confirmandam ordinationem religiosissimi Lugdunensis ecclesiæ archiepiscopi, contra oblatrantes hæreticos, et de regis indignatione adversus ordinationem Dei carnaliter gloriantes. Ipse enim, postpositis omnibus incommodis et periculis penuriæ atque itineris, sanctitatis vestræ conspectui devotissime se præsentaret, si ecclesia illi commissa, tandiu languida et pastoris solatio destituta, B quoquomodo absentiam ejus sine magno detrimento pati potuisset (2). *Annuit Romanus pontifex : quin et anno* 1079 *decessorum suorum vestigiis insistens, et* S. Gebuini *votis faciens satis, eum super ecclesiasticas provincias Lugdunensem, Rothomagensem, Senonensem et Turonensem primatem constituit* (3) : *qua dignitate abhinc pluribus sæculis episcopos Lugdunenses a Romanis pontificibus ornatos fuisse probarunt adversus Natalem Alexandrum* (4) *Theophilus Raynaudus* (5), *Petrus de Marca* (6) *et præsertim scriptores Galliæ Christianæ novæ. Porro solus archiepiscopus Turonensis, uti ex* S. Gebuini *epistolis patet, S. Gregorii VII decreto statim acquievit : contra archiepiscopi Senonensis et Rothomagensis, licet Urbanus II, patres concilii Claromontani et S. Ivo Carnotensis eorum pertinaciam frangere studuerint, primatum ecclesiæ Lugdunensis, utpote rem novam, ad mortem usque agnoscere recusarunt. Verum successores eorum agnoverunt Lugdunensis ecclesiæ auctoritatem : quam episcopi concilii Parisiensis anni* C 1811, *proponente cardinali Fesch archiepiscopo Lugdunensi, etiam post concordatum anni* 1801 *nequaquam exstinctam esse pronuntiarunt* (7), *opportunitatis curiosi forte magis quam novi juris.*

Post multa præclara gesta

5 *Referunt De la Mure* (8) *et Severtius* (9) *post Paradinum ecclesiam Bellijocensem a* S. Gebuino, *præsente Hugone legato, fuisse consecratam, quum id ab eo petiissent Bellijocenses domini, qui eam suis sumptibus in B. Mariæ virginis honorem anno* 1079 *ædificaverant. Anno sequenti* S. Gebuinus *comiti Arelatensi auctor fuit ut, consentiente S. Gregorio VII, Bermundum, monasterii Montismajoris abbatem, (hominem* tanti flagitii et tantæ impudicitiæ quod pudebat comitem Arelatensem alicui honesto viro dicere, *qui præterea* abbatiam ab archiepiscopo Arelatensi, *postea a S. Gregorio VII* anathemate percusso, simoniace acceperat,) *expelleret, eique Guilielmum sufficeret* (10). *Eodem item anno* S. Gebuinus, *præside Hugone legato, cum pluribus aliis Galliarum episcopis ad simoniacorum episcoporum Manassis Rhemensis et Frotgerii Cabillonensis* (11) *causam cognoscendam Lugduni concilium celebravit : ubi Manasses* synodali judicio fuit depositus, tum quia se purgare noluit, tum quia audientiam Eduensis, Pictaviensis et ipsius Lugdunensis subterfugit (12) : *et brevi post Walterus, vir undequaque spectabilis, quem multum commendaverat* S. Gebuinus, *cum omnium bonorum plausu Cabillonensium episcopus, dejecto simoniaco Frotgerio, electus fuit. Qua in re eo majorem posuerat operam* S. Gebuinus, *quod S. Gregorius VII, de concilio congregando agens, ad Hugonem Diensem scripserat :* Admonemus etiam, ut viscera pietatis tuæ dolor et calamitas Linguonensis æcclesiæ penetret, et una cum fratre nostro Lugdunensi E archiepiscopo, modis quibus valetis tantis ejus periculis consulatis, illud principaliter perficientes, ut in decanum, qui fere omnia illius æcclesiæ officia pessimis studiis arripuit, justam sententiam detis, et officia illa per religiosos viros pure deinceps administrentur. *Hac in epistola quoque meminit S. Gregorius VII de contentione,* S. Gebuinum *inter et S. Hugonem Cluniacensem exorta, ajens :* De discordia vero, quam inter Lugdunensem archiepiscopum et abbatem Cluniacensem significasti, noverit dilectio tua nos parum gravari (13). *Neque nova videtur fuisse hæc discordia ; nam cardinalis Petrus Albanensis, legatus S. Gregorii VII in partibus Burgundiæ, jam* 8 *idus februarii seu* 22 *februarii anni* 1078, *indictione* II, *sententiam pronuntiarat*, qua confirmabat monasterium Cluniace infra terminos suos, et inhibebat dominis de Branciduno, Berziaco, Buxeria, Seduno, Sagiaco et Oscella, ne aliquid in damnum ecclesiæ Cluniacensis agerent, et episcopo Matisconensi Landrico, et Gebuino archiepiscopo Lugdunensi intimabat se F ex parte domini papæ eos excommunicaturum, nisi a molestiis, quas Cluniacensibus monachis inferebant, abstinerent (14). *Cui sententiæ statim morem gesserat* S. Gebuinus. *Eodem circiter tempore idem sanctissimus vir canonicos regulares S. Rufi in ecclesia B. Mariæ constituisse fertur* (15).

obiit S. Gebuinus 18 *aprilis anni* 1082

6 *Atque hæc sunt præcipua* S. Gebuini *gesta, quæ colligere licuit. Die* 18 *aprilis notatur ejus obitus in duobus Lugdunensis ecclesiæ, et in tertio cathedralis ecclesiæ Matisconensis martyrologiis* (16), *necnon et in necrologio S. Benigni Divionensis* (17), *sed et*

(1) Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. VIII, pag. 415 et seq. — (2) Ep. VII ad S. Gregorium VII, ap. Migne, tom. CIIL, col. 744. — (3) Epistolæ S. Gregorii VII, lib. VI, epist. 34, 35, 36, col. 538, 539 et 540. — (4) Historia ecclesiastica, tom. VI, sæc. XI et XII, cap. VI, pag. 126, edit. Veneta, 1778. — (5) Hagiologium Lugdun. in proœmio. — (6) Dissertatio de primatu, pag. 230 et seq. pag. 343. — (7) Natalis Alexander, loc. cit.; Pagius, Critice. ad. an. 1079, num. VIII; Gallia Christiana nova, tom. IV, col. 92; De Smet, Coup d'œil sur l'histoire ecclésiastique du dix-neuvième siècle, pag. 219. — (8) Hist. ecclés. de Lyon, pag. 152. — (9) Chronologia archiep. Lugdunensis, pag. 215. — (10) Mabillonius, Annales Benedictini, tom. V, pag. 154. — (11) Gallia Christ. nova, tom. IV, col. 887. — (12) Chronicon Virdunense, lib. II, pag. 206. — (13) Ibid. pag. 205. — (14) Bibliotheca Cluniacensis, col. 511; Guichenon, Bibliotheca Sebusiana, cent. II, pag. 436. — (15) De la Mure, pag. 155; Hèlyot, Dictionnaire des Ordres religieux, tom. III, col. 408. — (16) Severtius, Chronologia Lugdun. archiep. pag. 215. — (17) Gallia Christiana nova, tom. IV, col. 90.

in

AUCTORE R. D. B.

in alio ecclesiæ Lugdunensis martyrologio dicitur primo die maji e vivis recessisse (1). *Verum anteponenda videtur dies* 18 *aprilis, quum hanc diem communior ecclesiæ Lugdunensis traditio indicet. Quodsi Hugoni Flaviniacensi, Hugonis Diensis familiari, fides est adhibenda, anno* 1082 *vita functus est. Hæc enim sunt Hugonis Flaviniacensis verba :* Defuncto per id temporis Lugdunensi archiepiscopo Gibuino, quum varia quorumdam esset electio, domnus Hugo, Diensis episcopus, electione cleri et populi, auctoritate et præcepto Romani pontificis in archiepiscopum Lugdunensem promotus est, anno incarnationis Domini 1082 (2). *Opinati tamen sunt Joannes De la Mure* (3) *aliique* S. Gebuinum *ad annum* 1083 *usque vitam protraxisse, tum quia legitur in Chronico S. Petri Vivi Senonensis :* Anno 1082, XIV kalendas novembris, obiit Walterus, Meldensis episcopus; et in sequenti septimana Hugo, Diensis episcopus, Romanæ ecclesiæ legatus, congregavit concilium in eadem urbe, et ordinavit episcopum in eadem urbe Robertum, abbatem ecclesiæ Resbacensis (4), *tum*

B *quia Severtius, agens de Hugone legato, qui certo certius* nonis octobris (5), seu *die 7 octobris anni* 1106 (6) *obiit, tradit sese in hæc verba antiquissimi ms. ecclesiæ Lugdunensis incidisse : Hugo* rexit hanc... ecclesiam Lugdunensem annis XXIII, mensibus octo, diebus septem. *Verum qui præ oculis habuerit Hugonem Flaviniacensem cum aliis Lotharingis annum a die* 25 *martii, vel potius a paschate incohare* (7), *dein sedem Lugdunensem per aliquod tempus vacasse, uti ex epistola Gregorii VII,* IX kalendas novembris *anni* 1082 *data, certum est, facile intelliget Hugonem Flaviniacensem, Clarum et auctorem ms. libri, de quo Severtius, nulla ratione inter se esse discordes, quum dies* 1 *martii anni* 1083 *referenda sit in Hugonis Flaviniacensis supputatione ad annum* 1082. *Quod si quis ob nonnulla diplomata, quorum scriptioni interfuit* S. Gebuinus, *eum post annum* 1083 *vel etiam* 1086 *e terra migrasse autumat, ille sciat hæc diplomata, utpote incerti anni, nulla ratione nostram infringere sententiam* (8).

et sepultus est in basilica S. Irenæi.

7 *Post felicem suum ex hac vita exitum sepulturæ datus fuit* S. Gebuinus *in basilica S. Irenæi. Ita Martyrologium Lugdunensis ecclesiæ antiquum, a Severtio citatum* (9). *Tempore intermisso supra ejus sepulcrum constructa fuerunt sacellum et altare a populo Christiano, lingua vernacula appellata* l'autel et sépulture de saint Jubin (S. Gebuini *altare et sepultura); quæ, quum S. Pothini aliorumque sanctorum corpora in S. Irenæi basilica quiescentia a Calvinianis igni ferroque vastarentur, ope divina integra servata fuere* (10). *Narrat enim auctor coævus, quemdam ex Calvinianis, corpora sancta pede calcantibus, super altare, in quo* S. Gebuini *corpus reconditum erat, sacrilege saltasse,* D *subitoque paralysi tactum humi cecidisse, neque se attollere potuisse, nisi prius a* S. Gebuino *sanitatem petiisset, et Deo catholicæ religionis professionem, simul ac morum correctionem promisisset* (11). *Iterum, quando viri impii anno* 1793 *omnia sacra in S. Irenæi basilica susdeque verterunt, ab omni injuria* S. Gebuini *sepulcrum mansit immune* (12).

Anno 1824 apertum fuit ejus sepulcrum et biennio post facta est reliquiarum elevatio.

8 *Ast quum anno* 1824, *accedente episcopi mandato, sacrum sepulcrum apertum fuit, invenerunt* S. Gebuini *caput, brachiorum, crurium aliorumque majorum membrorum ossa, uti etiam corporis cineres, simul cum vestium reliquiis* (13). *Post biennium, die scilicet* 25 *aprilis anni* 1826, *secundo sepulcrum fuit reclusum, et præter sacra pignora, de quibus supra, repererunt corallium, cui aliquatenus forma crucis erat, et auri purissimi annulum sapphirinum* trifaciatum. *Ex* S. Gebuini *ossibus unum ecclesiæ primatiali, et aliqua fragmenta ecclesiæ parœciali concessa fuere : reliqua vero reposita sunt in nova capsa quercea, circumducta tela serica flavi coloris formæ quadratæ, quatuor pedibus longa, novem pol-* E *licibus alta et decem itidem pollicibus larga* (14). *Die vero* 9 *maji Joannes Paulus du Pins, archiepiscopus Amasiensis et administrator apostolicus ecclesiæ Lugdunensis, gerens super pectus* S. Gebuini *crucem et in digito annulum, (quæ crux et annulus in ipsius* S. Gebuini *sepulcro inventa fuerant, et in posterum ad episcoporum Lugdunensium usum erunt,) ejusque simul vicarii generales, item ecclesiæ primatialis canonici, aliique bene multi Lugdunenses clerici magna cum solemnitate per oppidi plateas portarunt* S. Gebuini *capsam, cum hac inscriptione :*

SANCTI GEBUINI ARCH. LUGD.
CORPUS A DD. DU PINS AMASIENSI
ARCH. ET LUGD. ECCLESIÆ ADMINISTRATORE
APOST. RECOGNITUM, ANNO GRATIÆ MILLESIMO
OCTINGENTESIMO VIGESIMO SEXTO, MENSIS
MAJI DIE NONA (15).

Qua supplicatione peracta, S. Gebuini *exuvias sub novo* S. Gebuini *marmoreo altari deposuerunt. Dein, ut in dies sancti memoria* F *magis recolatur, in altaris fronte scriptum est :* Sancti Gebuini corpus et tumulus (16).

Nunc ut olim S. Gebuinus est patronus debilium.

9 *A remotissimis temporibus homines membris capti aut debiles aut podagra laborantes ad* S. Gebuinum *confugerunt : neque raro debiles et præsertim arthriticos ad* S. Gebuini *sepulcrum sanatos fuisse colligitur tum ex Severtio* (17), *Joanne De la Mure* (18) *et Stephano Verney, tum ex oratione quæ in* S. Gebuini *honorem per longum tempus recitata fuit. Porro, uti referunt, multis aliis miraculis omissis, Guérin et Nivon, canonici basilicæ S. Irenæi, anno* 1641 *in* S. Gebuini *festo, tres viri omnibus membris capti, post orationes*

(1) Severtius, Chronol. Lugdun. arch. pag. 215. — (2) Chronicon Virdunense, lib. II, pag. 460. — (3) Hist. ecclés. de l'Eglise de Lyon, pag. 153. — (4) Dacherius, Spicilegium, tom. II, pag. 477. — (5) Necrologium ecclesiæ Lugdunensis, ap. Pertz, Archiv der Gesellschaft fur ältere Geschichtskunde, tom. VII, pag. 215. — (6) Gallia Christiana nova, tom. IV, col. 108; Mabillonius, Annales Benedictini, tom. V, pag. 464 et seq. — (7) Pertz, Proœmium Chronici Virdunensis, pag. 283. — (8) Bernard, Cartulaire de Savigny et d'Ainay, tom. I, pag. 456 et 459. — (9) Severtius, pag. 215. — (10) Ibid. loc. cit. Notice sur les reliques de l'Eglise de Lyon, par D. M. pag. 17; Durand, Notice sur S. Jubin, pag. 25. — (11) Notice sur les reliques, etc. pag. 17 et seq.: Durand, Notice sur S. Jubin, pag. 25. — (12) Ibid. pag. 17; Durand, Notice sur S. Jubin, pag. 222. — (13) Ibid. pag. 223. — (14) Ibid. pag. 227. — (15) Ibid. pag. 228. — (16) Ibid. pag. 229 et seqq.; Notice sur les reliques etc. pag. 38. — (17) Severtius, pag. 216. — (18) De la Mure, pag. 153.

ad

A *ad eum factas, subito curati fuerunt, et in perpetui grati animi signum in ipso sacello suos suspenderunt baculos. Eodem tempore virgo ætate provecta, in parochia quatuor leucis Lugduno distante degens, similiter membris capta, cum sese ad* S. Gebuini *sepulcrum, quod miraculis noverat clarum, transferri jussisset, ibi post dies novem in oratione transactos sanitatem omnimodam recuperavit, et domum pedes petiit. Origo hujus ad* S. Gebuinum *perfugii videtur esse, quod ipse sanctus, dum inter homines viveret, fertur multum podagra laborasse. Neque periit vetus illa pietas; et quidem diebus translationis anni* 1826 *continentibus plures ægroti, invocato* S. Gebuino, *a morbis suis convaluerunt. Quos inter Adelaidis Merle. Hæc videlicet a quinque annis aneurismate, hydropisi et per totum corpus tumore, quæ insanabilia dicebant medici, laborabat. Ast die* 9 *maji anni* 1826 *ad S. Irenæi ecclesiam sese ferri jussit, ubi exuviarum* S. Gebuini *translationi ab hora sexta matutina ad primam pomeridianam vel stans vel sedens interfuit. Finita solemnitate, pedes*

B *domicilium repetiit: dein, postquam, omnibus medicorum remediis sepositis, per novem dies continuos pedes et jejuna ad sacrosanctum Missæ sacrificium in* S. Gebuini *honorem venisset, sanitatem omnimodam recuperavit* (1).

quemadmodum miraculis, 10 *Die* 14 *junii ejusdem anni, Veronica Lacroix, Lugdunensis, annos viginti tres nata, adeo stomachi inflammatione, nervorum dolore, et febri vehementi affligebatur ut moribunda, morientium sacramentis fuerit munita. Quum itaque tam gravis ejus esset conditio, ad* S. Gebuini *sepulcrum vecta fuit; ubi in sede sedens subito omnibus suis doloribus liberata fuit.*

anno 1826 11 *Maria Giraud Viennensis a tredecim mensibus omnibus sine intermissione tremebat membris, et in pectore æstu violento ardebat. Postquam omnia medicorum frustra adhibuisset remedia, ad* S. Gebuini *sepulcrum die* 13 *junii anni* 1826 *lata fuit: ubi post duodecimam horæ partem omnino sana facta est* (2).

factis 12 *Gabriella Bruyas, monialis et janitrix monasterii Nostræ Dominæ a Caritate Lug-*

C *duni, ab undecim annis cordis hydropisi multisque aliis languebat infirmitatibus, adeo ut nullatenus sese movere posset, et a multo tempore diu noctuque in sede sederet, quin quiescere aut cibum sumere valeret. Neque recuperandæ sanitatis, quemadmodum declarabant medici, ulla spes affulgebat, quando die* 28 *magna cum fiducia intra Missæ sacrificium, cui intererat, a* S. Gebuino *corporis firmitatem petiit. Peracto Missæ sacrificio, tam perfecta ei sanitas fuit reddita, ut ne vestigium quidem morbi maneret* (3).

in ægrorum 13 *Catharina Roux, Lugdunensis, a duodecim annis rhumatismo interno cruciabatur brachio dextero, quod in dies macie et debilitate extabescebat. Verum quum nulla ratione dolores suos lenire posset, venit die* 10 *julii anni* 1826 *ad* S. Gebuini *sepulcrum, animo petendi ibi per novem dies brachii sanitatem. Altero vero die in ejusdem sancti oratorio repente omni dolore liberata est, ipsique brachio accrevit caro, viresque redierunt* (4). AUCTORE R. D. B.

14 *Joanna Maria Brasier, uxor Josephi* *curatione,* *Aquetant, ex parochia Loyasse, ab undecim annis ex partu incredibiles patiebatur dolores, neque pedibus ire aut stare valebat, adeo ut a primis mensis martii diebus anni* 1826, *quamvis ad expellendum morbum omnia adhibuissent remedia medici, e lecto sese movere non posset. Die vero* 23 *junii, ut ægrotantis votis fieret satis, eam in feretro jacentem ad* S. Gebuini *sepulcrum portarunt; verum intra Missæ sacrificium, nullius adjutorio, ad Sacræ Hostiæ elevationem genua flexit, et ad communionem mensæ eucharisticæ accubuit. A qua die prorsus sanata fuit* (5).

15 *Mariæ Theresiæ Voiturier a viginti* *manifestum est.* *tribus annis pectus cancro occupatum erat: unde quotannis innumeræ emergebant vermes. Quum nosocomiorum Lugdunensis et Fori Segusiani medici tantis doloribus vix ullum possent afferre levamen, tutelæ* S. Gebuini *sese commisit ac in ejus honorem die* 24 *julii anni* 1826 *novendiales incohavit preces.* E *Die vero* 29 *ejusdem mensis vulneri medicamina adhibere volens reperit cicatricem expletam* (6).

16 *Hæc demum claudimus, addito summa-* S. Gebuini *rio Vitæ* S. Gebuini, *quod pro lectionibus se-* *præcipuæ laudes.* *cundi Nocturni ad usum clericorum Lugdunensium olim conscripsit Stephanus Verney, sed quod numquam ab iisdem usurpatum fuit. Accipe hanc scriptiunculam :* Gebuinus vel, ut antiqua scripta ferunt, Giboinus, alias Guibuinus, nunc vero Jubinus, Lugdunensium rexit ecclesiam tempore S. Gregorii papæ septimi hujus nominis, a quo accepit inditi jamdudum patriarchatus et primatiæ super Lugdunensem et Rothomagensem, Senonensem et Turonensem provincias, anno millesimo septuagesimo nono *a*. Unde mira notatur *a*
hujus præsulis humilitas et modestia; qui cum talis esset patriarcha, tamen presbyterum se tantum ecclesiæ Lugdunensis nominabat in suis epistolis *b*. Nec minor in eo contemptus divitia- *b*
rum, quas in religiosa opera sollicitus impendebat: nimirum instaurationi simul et decori sacrarum ædium; quas, etiam a se ædificatas, F
censu juribusque collatis fulsit (hujusmodi est S. Petri Matisconensis), egenorum adeo prodigus, ut ipse sibi conflaret inopiam: nihil interim remittens de studio circa vindicandos propagandosque cleri mores, ecclesiasticos honores, divinum cultum et populi salutem. Quibus in exercitiis evolavit tandem ad præparatam sibi lauream decimo sexto kalendas maji sive julii, sepultus in ecclesia S. Irenæi antecessoris; ubi divinis mox emicuit signis, maxime vero curatione podagrorum. Quæ sine dubio causa fuit exstructi super ejus tumulum sacelli et altaris: ad quod etiam nunc podagra laborantes, aliique plures infirmi confluunt, ejus opem imploraturi, beneficium simul cum laude reportantes ex vacuato priore sæculo sancti sepulcro ab hagiomachis *c*. *c*

—

(1) Durand, pag. 31 et 234 et seq. — (2) Ibid. pag. 32 et seq. 238 et seq. — (3) Ibid. pag. 35 et seq. 238 et seq. — (4) Ibid. pag. 37 et seq. 263 et seqq. — (5) Ibid. pag. 256. — (6) Ibid. pag. 264.

A

ANNOTATA.

a *Solus archiepiscopus Turonensis, vivente* S. Gebuino, *ecclesiam Lugdunensem ut patriarchalem agnovit. Cfr Comment. prævius, num.* 4.

b S. Gebuini *una superest epistola ad archiepiscopum Turonensem, quæ hisce incipit verbis :* G. Lugdunensis ecclesiæ presbyter indignus, *etc.* (1). D

c *Quando Stephanus Verney inter vivos degebat, opinabantur Lugdunenses* S. Gebuini *corpus a Calvinistis fuisse combustum.*

(1) Apud Migne, Patrol. tom. CXVII, col. 1209 et seq.

DE SS. SIGOLINO, GODWINO, ANGLINO

ALBERICO ET ODILONE

ABBATIBUS STABULENSIBUS IN BELGIO

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

E

§ I. Stabulensia et Malmundariensia initia. Viri sancti, quos inter recensiti SS. Sigolinus, Godwinus, Anglinus, Albericus et Odilo. Pauca S. Sigolini abbatis gesta cognita.

SÆCULIS VII, VIII ET X. S. Anglinus, *qui monasteriis Stabulensi et Malmundariensi præfuit, hodie cum sancti titulo laudatur a Schindelio.*

S. *Remaclus, cujus Acta in opere nostro diligentissime illustrata fuerunt ad diem* 3 *septembris, natione Aquitanus erat; sed Dei gratia factus est Arduennæ apostolus et duorum celebrium monasteriorum, Malmundarii in diœcesi Coloniensi et Stabulai, in diœcesi Trajectensi seu Leodiensi circa medium sæculum* VII *conditor. E successoribus, quos in regimine harum ecclesiarum habuit, complures accensentur sanctis; quorum unum,* S. Anglinum, *Robertus Schindelius hodie laudat in Menologii Benedictini Bucelini supplemento. Dubius animi aliquandiu fui utrum de eo in sanctis an in prætermissis dicendum esset. Hinc enim complures stabant scriptores, eum* sanctum *appellantes, illinc Breviarium Stabulense, cujus ms. exemplar in Musæo nostro asservatur, plane de eo*
C *tacebat. Hoc profecto certum firmumque videtur, in ejus honorem numquam actam fuisse festivitatem ecclesiasticam. Sed non ii tantum inter cælites recensendi sunt, quorum memoria quotannis in officio divino recolitur; sed ii quoque omnes, qui centum annis ante Urbani VIII decreta qualemcumque cultum publicum obtinuerunt; cujus cultus indicium est appellatio* sancti *publice usurpata. Quo honoris genere ab antiquis temporibus non caruit* S. Anglinus; *neque quatuor alii Stabulenses abbates, quos initio designavi et quorum omnium eadem est ratio. Etenim in iisdem fere monumentis dicuntur* sancti; *non magno temporis intervallo floruerunt; plerorumque mortis dies hactenus non innotuit; officium liturgicum in nullius memoriam celebratum fuit; paucissima de singulis colligi potuerunt: quæ totidem argumenta sunt ut de omnibus simul fiat sermo. Et quidem conjunxit hos quoque Franciscus Laurentii, prior Malmundariensis, in brevi commentario, quem olim ad Fisenium destinavit, in appendice Florum Leodiensium excudendum.*

Floruerunt in illis cœnobiis multi sancti viri;

2 *Verum, quum Malmundariensis et Stabulensis monasteriorum origines et præcipua fata in Actis S. Remacli jam pridem declarata fuerint, ab his abstinere licet. Hoc unum notabimus ambo monasteria ab uno recta fuisse abbate; quem multis regalibus usum fuisse juribus : ita ut paulatim in principatum excreverint; qui principatus simul cum monasteriis stetit, donec anno* 1796, *Gallis Belgium occupantibus, ruerunt instituta, quæ* 1146 *annos duraverant* (1). *Tanto temporis spatio claustris suis continuerunt ambo monasteria viros præclaros multos. Invenit Stabulai Martenius* in antiquo, *ut ipse loquitur* (2), codice manuscripto, *catalogum* virorum illu- F
strium qui ex monasterio Stabulensi prodierunt; *qui catalogus desinit in Petro Lysio, qui et Coelen, abbate B. Mariæ Monasteriensi prope Lucemburgum, qui anno* 1573 *vita functus est* (3). *Neque hoc anno ille catalogus multo posterior est, quippe qui dictus fuerit* antiquus *a viro ætatis librorum mss. peritissimo. Quindecim prima nomina, quæ sanctorum sunt, hic recitanda visa fuerunt* (4) :

S. Remaclus, episcopus Tungrensis, abbas I.
S. Theodardus, episcopus Tungrensis et martyr.
S. Lambertus, episcopus Tungrensis et martyr.
S. Floribertus, episcopus Tungrensis.
S. Babolenus, episcopus regionarius, abbas II.
S. Sigolenus, abbas III.
S. Goduinus, abbas IV.

(1) De Noue, Etudes historiques sur l'ancien pays de Stavelot et Malmédy, pag. 460. — (2) Voyage littéraire de deux religieux Bénédictins, tom. II, pag. 158. — (3) Gallia Christ, nova, tom. XIII, col. 604. — (4) Voyage littéraire etc. tom. II, pag. 159.

Anglinus

A S. Anglinus, abbas X.
S. Agilolfus, archiepiscopus Coloniensis et martyr.
S. Albriacus, abbas XII.
S. Richarius, episcopus Leodiensis.
S. Odilo, abbas XXXI.
S. Poppo, abbas XXXV.
S. Theodericus, abbas S. Huberti.
S. Wolbodo, episcopus Leodicensis.

de quorum plerisque in opere nostro jam dictum fuit, de reliquis nunc dicetur.

3 *Quæ series breviter lustranda est. Imprimis, ut jam monui, S. Remacli Acta in opere nostro explicata sunt ad diem* 3 *septembris; S. Theodardi ad* 10 *ejusdem mensis; S. Floriberti ad* 25 *aprilis; S. Papoleni ad* 26 *junii; S. Agilolfi ad* 9 *julii; S. Richarius præteritus est ad* 23 *ejusdem mensis; S. Poppo illustratus fuit ad* 25 *januarii; S. Theodericus ad* 24 *augusti; et demum S. Wolbodo ad* 21 *aprilis. Quemadmodum autem illic quini reliqui abbates* Sigolenus, Godwinus, Anglinus, Albericus *et* Odilo SANCTI *dicuntur, sic eodem titulo honestantur a Fisenio* (1), *a Francisco Laurentii, laudato Malmundariensi priore* (2), *a Bertholeto* (3), *a Dionysio Sammarthano* (4),
B *ab Arsenio de Noue* (5), *et partim a Martenio* (6), *a decessoribus nostris* (7) *et a V. V. A. Courtejoie* (8). *Eos fere ingenio suo Schindelius ad certos retulit dies.* S. Sigolenum *scilicet ad* 23 *augusti*, S. Godwinum *ad* 5 *novembris*, S. Anglinum *ad diem præsentem*, S. Albericum *ad* 1 *julii et* S. Odilonem *ad* 2 *octobris. Sed, quod præcipuum est, in Catalogo abbatum Stabulensium, sæculo* XIII *conscripto,* sancti *dicuntur* Anglinus, Albricus *et* Odilo (9). S. Odilonis *effigiem, adscriptis verbis:* Sanctus Odilo, *vidit Henschenius* (10) *inter sanctorum imagines, quibus latera ornantur feretri S. Remacli; quod feretrum sibi factum visum est sæculo* XII *aut sequenti; et* SS. Goduini *et* Sigolini *Vitam scripsit Joannes Herbeto in altero tomo Vitæ S. Remacli; quem tamen tomum frustra inquisivi* (11).

S. Sigolinus, *S. Remacli judicio comprobatus, tertius fit abbas et dicitur villas Ocquier et Tohogne condidisse.*
* Cougnon.

4 *Ut autem ad singulos deveniam, inquirendum imprimis videtur quo vixerint tempore. Solemniacense secundum Regulam S. Columbani a S. Eligio conditum monasterium regere cœperat S. Remaclus anno Dagoberti* 10, *Christi* 632; *atque inde in Austrasiam accitus, fundarat sub annum* 644 *Casam Congidunensem*. Sed anno (ut videtur)* 648 *episcopus sine titulo creatus, biennio post S. Amando, Trajectenses infulas deponenti, successit, et sub annum* 655 *Malmundarium et Stabulaum excitavit; utriusque abbas simul et episcopus Trajectensis, nisi quod sibi absenti in cœnobiorum regimine vicarium substituerit S. Theodardum. Quem sibi in Trajectensi sede succedere voluit, quum ad annum* 660 *sæcularis tumultus horrore abdicavit episcopales curas et dilectam Arduennensem solitudinem repetiit; ubi inter annum* 667 *et* 671 *in Domino obdormivit. Hæc Veldii chronologia in Actis sanctorum* (12), *probata Josepho Ghesquiero* (13). *Demortuo successit S. Papolenus seu Babolenus; sed modico tempore, quippe qui circa annum* 671 *mortuus esse videatur* (14). *In ejus locum suffectus est* S. Sigolinus, beati patris *Remacli* æque judicio approbatus, *ut loquitur Notgerus* (15) *et post eum Herigerus* (16). *Traditur* S. Sigolinus *condidisse villas seu pagos rusticos de* Ocquier *et* Johogne. *Prior distat ab Hojo** leucas quinque *ad ortum brumalem* (17) *et recensetur in Catalogo vicariatuum seu parœciarum, quas conferebat monasterium Stabulense* (18); *sed nuspiam reperio* Johogne, *quamquam copia librorum et mapparum topographicarum non desit: adeo ut nomen corruptum esse videatur, forte ex* Tohogne, *qui vicus est ab Ocquier non longe dissitum.*

AUCTORE V. D. B.

* Huy.

§ II. S. Godwini abbatis tempora. Diplomata obtenta a Dagoberto II et Theodorico III. Quando S. Lambertus Stabulai vivere coactus fuerit. Pœna imposita ob ruptum silentium nocturnum. Regula S. Columbani illic observata. Episcopi more Hibernorum. An S. Godwinus episcopus fuerit. Perfectio et consecratio templi Stabulensis. Reliquiarum S. Remacli exaltatio.

E

Successit S. Godwinus, *qui anno* 677 *a Dagoberto II celeberrimum in causa trium Dagobertorum diploma obtinuit,*

Addunt autem, *quos modo testes adducebam, Notgerus et Herigerus: Successit* subinde Goduinus, annis et morum maturitate grandævus. *Factum hoc est ante initium mensis augusti anni* 677, *uti constat ex diplomate Dagoberti II, regis Francorum, quo villam Germiniacum, a patre suo Sigiberto concessam, monasteriis Stabulensi et Malmundariensi confirmavit. Est autem hoc celeberrimum Dagoberti II diploma, quo maxime Henschenius demonstravit hunc Sigiberti II, regis Austrasiorum, filium, post patris mortem in Scotiam seu Hiberniam relegatum, ex eadem rediisse et in regno fuisse restitutum. Edidit hoc primus Henschenius* (19); *et post*

(1) Flores ecclesiæ Leodiensis, pag. 400. — (2) Ibid. pag. 605 et ap. Bucclinum, Germania sacra, tom. II, part. I, pag. 276 et seqq. — (3) Hist. de Luxembourg, tom. II, pr. pag. v et seqq. — (4) Gallia Christ. nova, tom. III, col. 940 et 941. — (5) Etudes sur le pays de Stavelot etc. pag. 497 et 498. — (6) Voyage littéraire, tom. II, pag. 153, et Ampliss. collect. tom. II, præf. pag. II et seqq. — (7) In Commentario de S. Remaclo ad diem 3 sept. num. 69 et 70. — (8) Les illustrations de Stavelot, pag. 82, 104, 152 etc. — (9) Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. XI, pag. 292. — (10) Acta SS. tom. III Februarii, pag. 701. — (11) Ecce titulus prioris tomi : Explication historique et morale sur la vie, la mort, la gloire et le triomphe de saint Remacle, de S. Sulpice, S. Eloy et S. Martin, ses maîtres, de S. Théodard, S. Lambert, S. Hubert, S. Floribert, S. Trond, S. Adelin, S. Babolin, S. Sigolin etc. ses disciples. Tome premier, contenant la vie et la mort de S. Remacle. Liége, 1705. — (12) Tom. I Septembris, pag. 673 et seqq. — (13) Acta SS. Belgii, tom. III, pag. 417 et seqq. — (14) Ibid. pag. 683 et seqq. — (15) In ms. nostro 37. — (16) Gesta episc. Leodiensium, ap. Pertz, Monumenta, tom. VII, pag. 189. — (17) Meisser, Dictionnaire géogr. de la province de Liége, pag. 164. — (18) Ap. de Noue, Etudes hist. de Stavelot et Malmédy, pag. 495. — (19) De tribus Dagobertis, pag. 97.

eum

AUCTORE V. D. B.

eum Cointius (1), *Foppens* (2), *Martenius* (3), *Bertholetus* (4), *D. Bouquet* (5) *et Bréquigny* (6). Vir venerabilis Goduinus, abba de monasterio Stabulau et Malmundario, clementiæ regni *ejus* suggesserat, eo quod domnus et genitor *ejus* Sigibertus rex S. Remaclo ex villa cognominante Germiniaco, in pago Rhemensi, ad supradicta monasteria, quæ erant in Arduenna, quæ ipse princeps suo opere construxerat, ipsa villa Germiniacum cum omni integritate *etc.* ad ipsa monasteria, quæ sunt in honore patroni..... S. Petri et Pauli, et S. Martini, vel sanctorum ceterorum, qui ibidem ad ipsa loca venerari noscuntur, per suam præceptionem concessisse. Unde et ipsam præceptionem memoratus vir venerabilis Goduinus abbas, suis etiam manibus *seu signo* roboratam, *Dagoberto* protulit relegendam *et facile obtinuit ut hæc donatio in perpetuum confirmaretur. Ad finem adjectæ nullæ notæ temporis; sed annus, quo, factis exemplaribus, exhibitum est diploma Sigiberti Dagoberto regi ad impetrandam confirmationem, his verbis indicabatur in membranis Bambergensibus et Stabulensibus, teste*
B *Henschenio* (7) : Facta exemplaria sub die kal. aug. mense, IV regni domni nostri Dagoberti regis, *quod est anno Christi* 677, *die augusti prima* (8).

et alterum a Theodorico III circa annum 681.

6 *Obtinuit* S. Goduinus *alterum diploma a Theodorico III, rege Francorum, quo dona, a Sigiberto*, avunculo *suo, et a Childerico*, germano *suo*, seu cæteris christianis hominibus *monasteriis Stabulensi et Malmundariensi collata, confirmavit. A multis etiam editum fuit hoc diploma, nempe ab Henschenio* (9), *a Cointio* (10), *a Martenio* (11), *a D. Bouquet* (12) *et a Bréquigny* (13). *Denuo desunt notæ chronicæ; nec convenit inter criticos de scripti diplomatis anno, aliis* (14) *suggerentibus annum* 673, *aliis* (15) 674, *aliis* (16) *demum* 681 *circiter. De qua re egregie disputavit Bréquigny.* Si rem, *inquit* (17), liceat expendere, ante omnia advertendum est, monasteria Stabulense et Malmundariense paruisse Austrasiæ regibus. Anno autem 673, occiso Childerico (II, *rege Austrasiæ,)* Austrasii sibi Ebroinum ducem constituerunt contra Theodoricum, Neustriæ et Burgundiæ regem, cui
C erant infensissimi; et anno sequenti Dagobertum II regem agnoverunt : a quo monasteria, de quibus agitur, diploma impetraverunt *anno* 677, *ut paulo supra dictum est.* Dagobertus interemptus est anno 678 *(potius die* 23 *decembris anni* 679); nec ideo statim Theodoricus potitus est Austrasia, quam Martinus et Pipinus duces occupaverant; sed, iis prælio victis anno 680, totius Franciæ monarcha effectus est Theodoricus, et ei subjecta sunt monasteria Stabulense et Malmundariense; unde conjicere pronum est circa annum 681 ipsa possessionum suarum confirmationem ab eo postulasse. *Quæ singula accurate demonstravit Ludovicus de Longuerue* (18). *Petitioni* venerabilis viri Goduini, abbatis de monasterio Stabulaus et Mal- D
mundario, quæ erant in honore S. Mariæ et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et S. Martini et ceterorum sanctorum ab avunculo *suo* Sigiberto, quondam rege, constructa, *annuit* pro reverentia ipsorum monasteriorum, seu considerantes SACERDOTIUM ipsius Godoini, VEL FIDEI SUÆ RESPECTUM, QUO ERGA REGNUM NOSTRUM, *inquit Theodoricus*, FIDELITER VIDETUR FAMULARI; *et omnia pristina dona confirmavit.*

Transfert et honestissimo loco ponit reliquias S. Remacli in novo templo a se perfecto.

7 *Nequaquam itaque neglexit* S. Goduinus *monasterii sui negotia temporalia, et regem legitimum, quam primum ejus hostes victi erant, agnovit eique fidem suam comprobavit. Interea non negligebat res sacras, quippe qui, testibus Notgero et Herigero supra productis,* etiam sancti viri *Remacli* corpus transtulit et in ecclesia sancti Petri locavit, lectumque illius auro et argento decoravit. *Eadem res paulo explicatius declaratur in commentario anonymo de dedicatione Stabulensis S. Remacli templi, anno* 1040 *curis S. Popponis abbatis facta :* Sicut a patribus nostris, *inquit Stabulensis monachus* (19), veridica relatione est relatum scriptoque proditum, Goduinus, qui quartus in regimine loci beato confessori *Remaclo* abba successit, ab oratorio S. Martini, ubi prius *S. Remacli corpus* humatum continebatur, in monasterium *seu templum* principale sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ab ipso sagaci industria constructum ac consecratum, officiosa devotione VII kalendas julii transtulit, quæque etiam in tam magnifico negotio expediebant, congruo honore efficaciter adimplevit. Siquidem lecticam, auro argentoque suis expensis digna decoris prærogativa fabricatam, præparavit; in quam jam arida ossa, a corrupta ejus carne sequestrata, locavit, retroque altare præscriptorum apostolorum in sublime, ut esset omnibus evidens, condigno apparatu statuit; sinceritatem etiam ejusdem benignæ devotionis in tumulo ejus impendit, quia subtus eam in inferiori parte terræ commendavit, pavimentoque firmo ad tutelam fidelibus posteris non ignava fide munivit. E

S. Lambertus non degit Stabulai ab anno 674 ad 681, ut plerique volunt,

8 *Ex his, quæ hactenus attulimus, constat quidem* S. Godwinum *annis* 677 *et* 681 *cœnobiis Stabulensi et Malmundariensi præfuisse; sed nequaquam hinc colligi potest quando* S. Sigolinus *mortuus sit aut quando ei successerit* S. Goduinus. *Hinc fit ut dubitetur, utro abbate, S. Lambertus, Trajectensis episcopus, qui aliquanto post mortem Childerici regis, ineunte mense septembri anni* 673 *occisi, Stabulaum confugere coactus fuit, eo se contulerit. Sed meo judicio hoc argumentum multo difficilius est. Præstantissimi scriptores, tum Galli, tum Belgæ, consentire videntur S. Lambertum machinationibus Ebroini Stabulaum recessisse uno aut altero tantum anno post Childerici necem, plerique anno* 674; *ubi quum septem annos degisset, auctoritate Pippini Heristalii ad cathedram suam rediisse anno*

(1) Annales ecclesiastici Francorum, ad an. 677, num. 9, tom. III, pag. 778. — (2) Supplem. ad opp. dipl. Miræi, tom. III, pag. 282. — (3) Ampliss. Collect. tom. II, col. 13. — (4) Hist. du Luxembourg, tom. II, pag 210. — (5) Recueil etc. tom. IV, pag. 657. — (6) Diplomata etc. ad res Francicas spectantia, tom. I, pag. 281. — (7) Ibid. pag. 282. — (8) Cfr Longuerue, Annales Francorum, ap. D. Bouquet, tom. III, pag. 693. — (9) De tribus Dagobertis, lib. II, cap. 17. — (10) Annal. eccles. Franc. ad an. 681, num. 66, tom. IV, pag. 28. — (11) Ampl. Coll. tom. II, col. 12. — (12) Recueil, tom. IV, pag. 653. — (13) Diplomata etc. tom. I, pag. 294. — (14) Martene, loc. cit. — (15) D. Bouquet, loc. cit.; De Foy, Notice des diplômes etc. tom. I, pag. 84. — (16) Cointius, loc. cit.; Mabillonius, Annales Bened. ad an. 681, num. 32, tom. I, pag. 525; Veldius in Comment. de S. Remaclo, num. 69. — (17) Diplomata etc. tom. I, pag. 294. — (18) Ap. D. Bouquet, Recueil, tom. III, pag. 694 et seqq. — (19) Ap. Martene, Amplissima collectio, tom. II, col. 64.

681,

A 681, *quo Ebroinus ipsemet occisus est. Sed quid, si S. Lambertus sede sua expulsus est anno* 680, *nempe post pugnam in Lucofao*, qua Pippinus et Martinus, partem Austrasiæ potiti, a Theodorico et Ebroino victi fuerunt, et si ille idem restitutus fuit anno* 687 *a Pippino, postquam scilicet regem Theodoricum apud Textricium* devicisset et paulo post omni exuisset auctoritate, ipsemet titulo majoris domus monarcha Galliarum factus? Quod si ita sit, potuit S. Lambertus Stabulai degere sub* S. Godwini *successore, Papoleno seu Baboleno II. De qua re nolim commentarium scribere, ne occasione abbatum Stabulensium in S. Lamberti gesta inquirere videar; sed præcipua dumtaxat documenta indicare conabor.*

* Lafau

* Testry.

sed, ut ex ejus biographo liquet,

9 *Ante omnia considerandus est locus Godeschalci, diaconi Leodiensis et S. Lamberti biographi* : Igitur, *inquit* (1), cum interfectus fuisset ab impiis gloriosus rex Childericus, tunc invidus omnium bonorum diabolus festinus insurrexit contra beatum virum cum adversariis sævissimis, iniqua et falsa consilia machinan-
B tibus, ut eum de sede pontificali dejicerent. Ita autem prævaluit iniquitas eorum, ut deponerent eum de sede sua sine causa; et privatus est honore suo absque culpa. Post hæc Faramundum in cathedram illius constituerunt. Electus autem Dei Landebertus pontifex perrexit ad monasterium, quod vocatur Stabulaus, nec amplius in obsequium ejus remanserunt quam duo pueri. Qui unus ex ipsis nomine Theodoënus, qui multum nobis de vita et opere ejus solitus est narrare, qualiter per annos septem, ibidem vitam sanctam et angelicam conversationem duxit.... Igitur post septem annis expletis depositus est Faramundus de sede pontificali et et ejectus est de provincia Trajectinse. Tunc agmina clericorum et vulgus populorum una pariter voce ingenti postulabant Dominum ut pastorem eorum domnum Landebertum reciperent. In illo tempore erat princeps Pippinus super plurimas regiones et civitates sitas in Europa. Auditis operibus beati viri, sub unius diei articulo jussit eum cum magno honore ad propriam sedem revocare.

exsul ibidem vixit, non quum Dagobertus II in Austrasia regnaret, sed dum Theodoricus III et Ebroinus ibidem dominarentur, id est ab anno 680 *aut sequenti,*

10 *Convenit inter omnes, ut monui, tam antiquos quam recentiores, S. Lambertum sede sua pulsum fuisse machinationibus Ebroini; neque ea dere ambigendum. Sed utro anno* 674 *an* 680 *aut sequenti hoc quæri potest. Re quidem vera, ut supra num.* 6 *docui, Austrasii annis* 673 *et* 674 *Ebroinum secuti sunt adversus Theodoricum III : quo utique tempore potuisset Ebroinus S. Lambertum, perversis suis consiliis adversantem, in fugam agere; sed ante mensem augusti ejusdem anni* 674 *multi ex Austrasiis ab Ebroino desciverunt et Dagobertum II agnoverunt regem : quos inter Trajectenses, ut ex illo ipso Dagoberti Stabulensi diplomate, quod supra indicavi, apparet. Quis autem credat Dagoberti principatu magnates sanctosque viros, ab Ebroino in exilium aut in claustra monastica actos, ad sedes suas non rediisse? Neque enim amicitia tum erat inter Ebroinum et Austrasios. Anno scilicet* 675 *Ebroinus ad partes Theodorici III transiverat, palatio denuo præfectus; neque multo post bellum exarserat in finibus Lingonum inter Dagobertum et Theodoricum; et post Dagoberti mortem, quem die* 23 *decembris anni* 679 *cæsum tradi diximus, et ducis Vulfoaldi, qui anno sequenti obiit, denuo bellum ortum est inter duces Martinum et Pippinum Heristalium, Austrasiorum principes, et Theodoricum et Ebroinum, monarchiam Francorum affectantes. Victi illi fuerunt anno* 680 *in Lucofao, et Martinus paulo post insidiis Ebroini occisus; Pippini vero fracta omnino in Austrasia auctoritas. Prævalebant itaque Theodoricus adeoque Ebroinus ubique, singulariter autem in dicœcesi Trajectensi, ut ex memorata Theodorici Stabulensi diplomate constat. Nihil itaque obstabat quin Ebroinus anno* 680 *aut sequenti S. Lambertum, qui Pippini partibus adhæsisse videtur, loco cedere coegerit et vitam agere apud* S. Godwinum, *qui* fidei suæ respectum, quo erga regnum *Theodorici* fideliter famulabatur, *ipsi regi comprobaverat. Nam, ut ex his, quæ in Actis de S. Childemara, Fiscannensi abbatissa, in superiori tomo disserui, liquet, volebat Ebroinus hostes suos custodiri in monasteriis, de* E *quorum abbatum fide confidebat; quamquam hi passim eos summa habebant misericordia. Neque huic officio defuit erga S. Lambertum qui eum Stabulai excepit abbas.*

AUCTORE V. D. B.

usque ad 687, *quo Pippinus Heristalius de omnibus suis hostibus victor exstitit.*

11 *Verum illo anno* 681, *Ebroinus ipsemet truculentas expertus est manus, ejusque loco Franci Warattonem constituerunt majorem domus. Sed propterea Pippinus pristinam domus suæ potentiam non recuperavit, neque S. Lambertum sedi suæ reddere potuit; sed hoc unum per illas mutationes assecutus est ut, quemadmodum Continuator Fredegarii loquitur,* Warado, obsides a Pippino duce accipiens, pacem invicem patraverint. *Quo Warattone anno* 686 *occiso, Bertharius, ejus gener, creatus est major domus, sed non minus Pippino offensus quam suus socer. Ast* Franci, *ut loquitur Sigebertus in Chronico,* Bertario aversi, affectant per obsides amicitiam Pippini eumque instigant contra principatum Bertarii. *Cujus consilio Theodoricus superbe excepit quos ad eum legatos misit Pippinus. Anno itaque sequenti* (687) *denuo erupit bellum, quo Theodoricus pugna Testriciana, au-* F *tumnali tempore pugnata, fusus est, brevi post a Pippino captus omnique potestate exauctoratus. Inde Pippinus universi Francorum regni dominus factus est, regis nomine Theodorico relicto; atque tunc primum fuit* princeps Pippinus super plurimas regiones et civitates sitas in Europa; *quæ S. Lamberti biographi verba antiqui omnes intellexerunt de anno* 687, *quo Pippinus, ut loquuntur,* solus sub Theodorico rege principatum totius Franciæ obtinuit. *Neque ego capio quomodo viri eruditissimi hæc referre potuerint ad annum* 681; *quo anno licet Pippinus partis Austrasiæ, non major-domus, sed dux esset,* princeps *tamen non erat* super plurimas regiones et civitates sitas in Europa, *sed profugus ab Ebroino, et mox, obsidibus datis, subditus Warattoni majori domus et Theodorico regi* (2). *Adversus hæc id unum affertur biographum Stephanum ita loqui quasi Ebroini*

(1) Acta SS. tom. ad 17 septembris, num. 5, 6 et 10. — (2) De universa hac rerum serie videantur Annales Francorum Ludovici du Four de Longuerue, ap. D. Bouquet, Reueil, tom. III, pag. 691 et seqq.

adversus

AUCTORE V. D. B.

adversus S. Lambertum machinationes incepissent paulo post Childerici necem. Sed prius animadvertendum est Stephanum scripsisse minimum quadraginta annis post S. Lamberti depositionem, et quæ tanto intervallo post narrantur facile contrahi, quemadmodum quæ a longinquo aspiciuntur, brevi spatio consistere videntur; deinde facile fieri potuisse ut jam anno 673 *Ebroini adversus S. Lambertum simultates ortæ sint, atque anno tantum* 680, *post Martini et Pippini cladem, eo usque progressæ sint ut in sede Leodiensi sanctus præsul non ulterius ferendus videretur; interea temporis Dagoberti principatu impeditæ. Neque indicat Stephanus S. Lambertum continuo post Childerici necem sede sua pulsum fuisse, sed tum initium factum esse pessimis machinationibus.*

S. Godwinus *excepit itaque S. Lambertum, quem ob violatum silentium nocturnum jussit ad crucem stare :*

12 *Manifestum itaque mihi videtur Ebroinum, postquam anno* 680 *vicisset Martinum et Pippinum duces, consilium cepisse deponendi S. Lamberti aliusque episcopi ejus loco substituendi. Quod quum sine concilio provinciæ Coloniensis episcoporum fieri non posset, verisimiliter factum non est nisi anno* 681 B *ineunte. Quo tempore* S. Godwinus *præsidebat Stabulensi asceterio. Hic itaque excepit sanctissimum exulem; quem et videtur ad professionem monasticam admisisse* (1). *Dormiebat igitur sanctus non in hospitio, sed in communi dormitorio. Antiquissima autem et severissima lex de nocturno post Completorium silentio* (2), *quam Suaresius aliique* (3) *censent neque nunc sine peccato mortali violari posse, jure merito vigebat in Columbanianis asceteriis; adeo ut, qui eam infringerent, juberentur gravissimam pœnam standi ad crucem subire : (quamquam hoc pœnitentiæ genus neque in capite de diversitate culparum S. Columbani* (4), *neque in libro de pœnitentiarum mensura* (5) *reperiatur, sed hoc unum,* crucem *non procul ab ostio fuisse positam; quam si quis egrediens monasterio non adiisset, graviter plectebatur* (6).*) Qui vero stabant ad crucem, extensis brachiis cantabant psalmos, ni fallor, duodecim : hæc communis, etiam apud Columbanianos, psalmorum partitio* (7); *eumque numerum psalmorum sæculo* XI *quater concinebant,* erectis in modum C crucis manibus, *qui* pro uno anno pœnitentiæ regulariter compensare *vellent* (8). Dum *itaque* esset vir venerabilis Landebertus episcopus in præfato monasterio, contigit eum mediante nocte pro consueto ordine expergefieri, ut ad solitariam orationem pergeret devotus; porrectaque manu arreptisque sandalibus, de quibus unus elapsus, corruens de manu ejus, cecidit in pavimentum, sonusque ejus quiescentium aures inquietavit. Hæc audiens pater monasterii, nesciens quis hoc egisset, ait : « Qui istum sonum fecit, statim ambulet ad crucem. » *Jussa fecit S. Lambertus et, quamvis hieme niveque algens, excalceatus et solo cilicio tectus, stetit ad crucem inflexis brachiis, psalmos cantans usque ad gallicinium, nisi quod* in nocturno tempore citius gallorum cantus adfuit, *seu potius quod prius gallicinium, quod aliquando* D *non multo post mediam noctem auditur, pro gallicinio matutino acceptum fuit.*

non sine prodigio aut admiratione hanc pœnitentiam fecit S. Lambertus.

13 Nec mora transacta, fratres monasterii, pulsato signo, ingrediuntur ad vigilias. Officio peracto *seu cantato uno nocturno, quod hieme apud Columbanianos quinque psalmos continebat* (9), exierunt de sanctuario festinanter, præ nimio frigore introgressi utique domum sibi ad calefaciendum. Interim sanctus Domini fortius certando semper stabat invictus ad crucem. Tunc pater monasterii requirens ait : « Et si habemus omnes fratres nostros ? » E quibus unus dixit : « Ego te audivi hac nocte indicare crucem, sed nescio quis fuisset. » Adhuc illo loquente, alius de fratribus intravit, dicens : « Vere domnus Landebertus hac nocte diutius ad crucem discalciatus perseverat. » At ipse abbas, pavefactus et in timore conversus, dixit ad fratres : « Ite velociter et postulate eum humiliter ut veniat ad nos. » At illi procurrentes invenerunt eum stantem ad crucem. Erat autem caput ejus et humerus coopertus nive per totum. Ipse vero domnus apostolicus tunc ore promebat : « Cor contritum et humiliatum Deus E « non spernit, » et reliqua. Illi vero, qui missi fuerant, postulantes, dixerunt : « Domine, pater « noster precatur et fratres suggerunt, ut am- « bules jam in hospitium ad illos. » At ille abiit cum eis : et ubi intus venit, statim pater monasterii una simul cum monachorum agmine ad pedes pontificis provolutus genibus, veniam postulans, ait : « Ignosce mihi pater, ignosce, « quia nesciens peccavi, quod sic insipienter « egi : da indulgentiam tuis devotis famulis. »

At ille : « Data sit vobis a Deo indulgentia, « quia tu non insipienter egisti, sed prudenter « fecisti, ut Paulus dixit : « In frigore et nudi- « tate subjicio corpus meum. » Et continuo fratres balneum paraverunt ei, et mutaverunt illi vestimenta aliis ; et osculantes manus et pedes, ad invicem mutuo dicebant : « Noluit Dominus « nobis in hac nocte notum facere, sed pro au- « genda ejus gloria et lucri promerenda pœni- « tentia absconditum fuit a nobis. » *Res similis narratur de S. Austreberta, quæ in Pauliacensi cœnobio sequebatur etiam S. Columbani instituta* (10). *Ubi animadvertit Bollandus neminem plus horæ quadrante brachiis extensis* F *posse perdurare; quod temporis spatium ad semihoram extendit Ghesquierus in annotatis ad Vitam S. Lamberti* (11). *Certe stare poterant, dum duodecim psalmos cantassent; neque videtur S. Lambertus diutius hoc habitu perdurasse. Verum hæc minus ad* S. Godwinum *pertinent; de quo hoc unum animadvertendum est inde apparere eum acrem disciplinæ regularis exactorem fuisse : quæ severitas Columbanianis institutis propria erat.*

Stabulai servabantur regula S. Columbani et instituta Hibernica, secundum quæ episcopi creabantur sine titulo, sicuti nunc

14 *Semel iterumque dixi S. Columbani regulam Stabulai fuisse usurpatam. De qua re paulo plura dicenda videntur. In diplomate, quo S. Sigebertus rex circa annum* 651 *initia monasteriorum Malmundarii et Stabulai confirmavit, his utitur verbis* (12) : Concessimus eis ut ibi monasteria juxta regulam cœno-

(1) Acta SS. ad 17 sept. Comm. præv. de S. Lamberto, num. 65. — (2) Cfr Haeftenus, Disquit. monasticæ, lib. VI, tract. III, pag. 584; Martenius, Commentarius in Regulam S. Benedicti, pag. 573 et seqq. — (3) Cfr Martene, Voyage litt. de deux religieux Bénédictins, tom. II, pag. 172. — (4) Ap. Migne, Patrologia, tom. LXXX, col. 216 et seqq. — (5) Ibid. col. 225. — (6) Ibid. col. 217. — (7) Ibid. col. 212 et 213. — (8) S. Petrus Damiani, lib. I, epist. 19. — (9) Regula S. Columbani, cap. VII, ap. Migne, Patrologia, tom. LXXX, col. 212 et 213. — (10) Acta SS. tom. II Februarii, pag. 423. — (11) Acta SS. Belgii, tom. VI, pag. 135. — (12) Martene, Amplissima collectio, tom. II, col. 7.

biorum

presbyteri in monasteriis.

biorum vel traditionem patrum, cognominata Stabelaco seu Malmundarium, construerentur. *Quæ quidem verba, si seorsim sumantur, neque regulam S. Columbani, neque regulam S. Benedicti, neque aliam quamcumque specialiter designant, quum nullæ regulæ, in Galliis receptæ, haberentur novæ, sed collectæ ex scriptis et usibus patrum orientalium, atque varietas non a rerum novitate, sed a delectus diversitate proficisceretur : adeoque omnes aliquando dictæ sunt* regulæ patrum. *Nihil itaque inde elici potest. Sed considerandum est S. Remaclum prius monachum fuisse in Solemniacensi asceterio, ubi sine controversia S. Columbani regula usitata erat ; deinde illo tempore monachos Columbanianos institutorum suorum fuisse tenacissimos. Sed neque regulam tantum suam ex Hibernia in Gallias intulit S. Columbanus, verum alias multas consuetudines; quarum hæc singularis fuit ut, quemadmodum nunc monachi aliique regulares presbyteri ordinantur sine beneficii titulo aut non incardinati, sic in monasteriis Hibernorum seu Scotorum consecrarentur episcopi ; quos plurimi vocant regionarios, sed qui potius dicendi sunt episcopi sine titulo* (1) *: qui episcopi regulares subdebantur abbati, etiamsi hic nonnisi presbyter esset* (2), *sicuti nunc presbyteri regulares suo superiori, quem nil cogit esse presbyterum ; quin et in ipsis monasteriis Benedictinis sæpius antiquis temporibus episcopi sine titulo consecrati sunt* (3). *Sed et ipsos abbates aliquando episcopos fuisse (exemplum promptum est in S. Remaclo) certum est. Voluit itaque Martenius* (4) *omnes abbates Stabulenses episcopali charactere fuisse insignitos, donec sæculo* X *ineunte laici magnates se in eorum intruserunt locum. Surrexit adversus hæc Ignatius Roderique in duabus prioribus suis Disceptationibus, quibus ostendere conatus est Malmundariensibus et Stabulensibus æqua esse jura, licet abbatis sedes esset Stabulai ; in quibus negavit ullum præter S. Remaclum inter Stabulenses abbates episcopum fuisse, aut episcopos fuisse alio titulo quam sui monasterii. His opposuit Martenius Imperialis Stabulensis monasterii jura propugnata ; in quibus denuo sententiam suam de quasi-episcopatu Stabulensi defendere nisus est. Sed in tertia Disceptatione Rodericius novis viribus hanc thesim aggressus est. Equidem nolim hanc crambem utrinque male coctam recoquere. Plurium enim abbatum nomina vix nota sunt ; et ex septem aliis, quos episcopos fuisse Stabulenses contendit Martenius, unus* S. Godwinus *inter eos venit, quorum declarare nitimur gesta. De hoc itaque uno dicendum nobis est.*

An **S. Godwinus** *episcopus fuerit.*

15 *Duabus de causis contendit Martenius eum fuisse episcopum ; quarum prior est Theodoricum in diplomate, supra num.* 6 *indicato, dixisse :* Considerantes sacerdotium ipsius Goduini ; *vocabulo autem* sacerdotio *illo ævo episcopatum designari. Sed Rodericius, bene multis adductis locis, quorum numerum facile augere poterat, demonstravit sæpe hoc vocabulum etiam de presbyteratu dictum fuisse ; quod nemo inficias ibit. Altera est quod in Commentario de dedicatione templi Stabulensis* S. Godwinus *dicitur* ab oratorio S. Martini, ubi prius *S. Remacli corpus* humatum continebatur, in monasterium principale sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ab ipso sagaci industria constructum ac consecratum,... transtulisse ; *episcoporum autem officium esse templa* consecrare. *His opposuit Rodericius templum neque a* S. Godwino *constructum fuisse, neque consecratum, sed a S. Remaclo ; secus si esset, dicendum fuisse non* ab ipso, *sed* a se. *Sed hæc ingeniosa cavillatio est. Nemo, a partium studio alienus et aliquantisper in scriptis sæculi* XI *versatus, in hæc incidens verba, ea non intelliget de* S. Godwino. *Et quidem ex primo S. Remacli biographo constat Stabulensem S. Petri basilicam post illius mortem fuisse extructam et consecratam. Veniens enim ad ejus miracula postuma, sic infit* (5) : Eo namque tempore, quo fabrica altaris ecclesiæ nostræ agebatur, contigit adesse ibi quemdam Joseph nomine, qui ita curvus erat, *etc. Ad quæ nihil sani opponere potuit Rodericius. Credibile itaque prorsus est* S. Godwinum *fuisse episcopum ; sed hoc advertendum ex hoc titulo secundum Hibernorum instituta nullam singularem natam esse jurisdictionem ; quam Martenius et Rodericius potissime cogitabant in suis controversiis.*

AUCTORE V. D. B.

§ III. Tempora S. Anglini, abbatis Stabulensis, et S. Agilolfi, episcopi Coloniensis. Illius diplomata ; hujus Passio.

Post alios quatuor abbates

Successit S. Godwino vir apostolicus et pater noster Papolinus [II], *qui et Bobolenus et perperam Abolinus*, episcopus, *qui* mense junio XXV, anno secundo regni *Clodovei III, quod est die* 25 *junii anni* 692, *in* monasteriis Stabulacho et Malmundario custos esse videbatur, *quemadmodum certum est ex diplomate illius Clodovei, commutationem, olim a Childerico II et S. Remaclo factam, confirmantis* (6). *Sextus abbas die* 2 *decembris anni* 719 *venit ad placitum coram Carolo Martello* apostolicus vir Rabangarius episcopus *et causam* monasteriorum *suorum* sancti Petri Stabulensis et Malmundariensis *vicit* (7). *Pone venit Crodmarus* (8), *et deinde Amolgerus seu Amingerus. Hic enim unus videtur fuisse abbas, quem a nominis varietate medium diffiderint et duos fecerint abbates : nonnumquam enim in nominibus polyglossis seu diglossis germanicis aut francicis alterutri vocabulo substituitur alterum ; sic* Ebroinus *seu* Eber-winus *etiam* Eber-merus *dictus est.*

(1) Cfr Todd, St. Patrick, apostle of Ireland, pag. 4 et 5. — (2) Beda, Hist. eccles. Anglorum, lib. III, cap. 4. Cfr Todd, St. Patrick, pag. 10 et seqq. — (3) Cfr Martene, Imper. Stabulensis monasterii jura, pag. 25 et seqq.; Roderique, De abbatibus monast. Malmund. et Stabul. disceptatio tertia, pag. 42 et seqq. — (4) Amplissima collectio, tom. II, præf. pag. II et seq. — (5) Acta SS. Belgii, tom. III, pag. 474. — (6) Bréquigny, Diplomata etc. tom. I, pag. 330 et 331. — (7) Ibid. pag. 419 et 420. — (8) Antiquus catalogus abbatum, ap. Pertz, Monumenta, tom. XI, pag. 292.

venit S. Anglinus, *quem Brequigny expunctum vult propter S. Agilolfi, archiepiscopi Coloniensis, tempora.*

17 *Sequitur* S. Anglinus, *qui in laudato catalogo* (1) 44 *annis abbas fuisse traditur; quem Brequigny* (2) *expunctum vult quasi numquam exstitisset, quoniam ejus ætas componi non possit cum temporibus S. Agilolfi, archiepiscopi Coloniensis, et quoniam ejus nomen notum non sit nisi ex diplomatibus, editis a Martenio, sed a viro ignaro descriptis, qui ejus nomen loco Agilolfi posuerit. Re quidem vera palpabiles quasi tenebras hic crearunt historici; sed omnino discuti possunt, ut veritas luceat. Imprimis plane falsum est* S. Anglini *nomen fuisse incognitum, priusquam Martenius ea diplomata edidisset. Legitur enim in abbatum Stabulensium, quem modo indicabam, sæculi* XIII *catalogo; legitur item in libro Miraculorum S. Quirini, extremo sæculo* XI *a monacho Malmundariensi scripto; legitur item in scriptis Fisenii, Laurentii aliorumque complurium; adeo ut id assertum Brequinio patientiam rumpenti exciderit. Deinde non solus amanuensis Martenii tractavit tria illa diplomata; sed Franciscus Laurentii quoque, eru-*
B *ditus prior Malmundariensis* (3), *atque in controversia, quæ inter Martenium et Rodericium ferbuit, utrinque invocata fuerunt, et* S. Anglini *nomen utrinque propositum. Adeoque omnes historiæ leges evertendæ sunt, ut in dubium vocari possit* S. Anglinum *Stabulai functum esse abbatiali munere.*

Res ecclesiæ Coloniensis ab anno 745 ad 748. Medio tempore episcopus creatur S. Agilolfus, S. Anglini *discipulus, qui ejus successor esse non potuit,*

18 *Ecce autem paucis quas angustias creet episcoporum Coloniensium series. Ad finem aprilis anni* 743 *Coloniæ episcopus adhuc sedebat Reginfredus, qui tum concilio Germanico I interfuit* (4). *Sed extremo mense octobri anni* 745 *vacabat jam menses aliquot Coloniensis cathedra, ad quam quippe occupandam juxta petitionem Francorum designavit S. Bonifacium S. Zacharias papa* (5); *quod, mutata Francorum voluntate, fieri non potuit, ut constat ex altera epistola, quam initio mensis maji anni* 748 *dedit idem S. Zacharias* (6) *ad S. Bonifacium, ipso anno* 745, *aut potius* 746 *episcopali Moguntina sede potitum* (7). *Illæ autem infulæ collatæ fuerunt* Agilulfo, Coloniensi episcopo, *ad quem, uti et ad alios plures episcopos Francos, misit ille idem*
C *S. Zacharias epistolam suam* XII, *eodem (ut videtur) anno* 748 *scriptam* (8). *Sed in laudato libro miraculorum S. Quirini hæc de S. Agilulfo, martyre et episcopo Coloniensi, scripsit Malmundariensis monachus* (9): De præscripto beatæ memoriæ viro multa suppeterent, quæ dici laudabiliter possent; sed quia nobis allatus, alias est translatus, reticere exinde melius putavimus. Tamen, ne reputetur ignaviæ... quis quantusque is vir fuerit perpaucis libuit explicare. Nobili stirpe editus, Anglino, loci hujus *(Malmundarii uti et Stabulai)* abbati, a parentibus est traditus sub institutione monachi regulariter informandus. Qui patris spiritualis mores et vitam spiritualiter imitatus, D ejusdem ex voluntate Dei successor est factus, dein sedi Coloniensium antistes datus, abbatis etiam non deposuit onus, donec utrumque strenuissime gubernando, propter fidem regni apud Amblavam coronatus est martyrio, atque apud nos, ubi abbatis nomine præfuerat et opere, usque dum Deus voluit, locum habuit sepulturæ. *His accedit quod in Catalogo sæpius memorato abbatum Stabulensium Agilolfus nullus venit ante* S. Anglinum, *sed post, hoc ordine*: VIII Amingerus. — X S. Anglinus annis 44. — XI S. Ailulfus annis 5. *Favet ipse catalogus episcoporum Coloniensium, sæculo* XI *aut certe ineunte* XII *conscriptus; in quo ordo quidem turbatus est, sed per regum successionem reparabilis* (10): Faramundus, XIII Ep. — Agilolfus, XIV Ep. sub Hilderico, *(qui rex habitus est ab anno* 742 *usque ad* 752*).* — Reginfridus, XV Ep. sub Theodorico, *(qui Francorum regno præfuit ab anno* 720 *usque ad* 737*).* — Hildiger, XVI Ep. sub Pippino, *(qui rex Francorum agnitus est ab anno* 752 *usque ad* 768*). Sequitur itaque ex S. Zachariæ epistolis Agilolfum episcopum Coloniensem constitutum fuisse anno certe* 748, *sed probabiliter jam anno* 746, *seu etiam anno* 745; *eum insuper, si standum sit libro Miraculorum S. Quirini, tunc jam aliquandiu abbatem fuisse Stabulai; adeoque* S. Anglinum *ante id tempus vita functum esse.*

ut constat ex compluribus diplomatibus, obtentis cura S. Anglini,

19 *Sed nonne tum mortuus erat* S. Anglinus? *Edidit Martenius* (11) *diploma, quod post eum Bertholetus* (12), *D. Bouquet* (13) *et Brequigny* (14) *denuo vulgarunt et quo Childericus III, qui inter diem* 3 *martii anni* 742 (15) *et* 7 *septembris ejusdem anni* (16) *rex Francorum haberi cœpit, rogatu* Anglini abbatis, qui etiam monasteria Stabulaus et Malmundario, quæ ponuntur in foresta Arduenna, promisso *regis* jussus *erat* regere *et qui* privilegia *monasteriorum* protulit recensendum, *ordinarias immunitates confirmavit.* Data quod fecit mensis julius, *anno incerto, sed plerisque viso* 744, *quamquam nihil obstet quominus ad annum* 743 *pertineat. Ad annum* 746 *referunt diploma* Karlemanni, majoris-domus, filii quondam Karoli *Martelli,* factum astipulatione subnixa in villa Wasidio publice, sub die quod fecit mensis junius F dies VI, regnante Hildrico rege; *quod Martenius* (17) *etiam edidit, et post eum D. Bouquet* (18), *Bertholetus* (19) *et Brequigny, et quo B. Carlomannus* Anglino, abbati *suo,* ad monasterio Stabulaus seu Malmundario villas, cujus vocabula sunt Lenione * cum omnibus appenditiis suis, in pago Condustrinse, Caldina*, Mosania, * Warsipio et Barsina*, necnon et Rudis*, Pronote*, Halma et Haist*, in Gnoldo manso*, Solania*; similiter et villa, quæ vocatur Wadolino* cum omnibus appenditiis suis, Rudis, Olisna *, Serario*, Palatiolo * et Brabante* (20). *Verisimile utique est datum fuisse*

* Leignon.
* Conneux?
* Massogne.
* Barcenne.
* Reux.
* Purnode.
* Heid?
* *Guoldo*, Mont Gauthier?
* Solanne.
* Wellin.
* Cfr Rudes-Aleines.
* Forières?
* Paliseul.
* Braibant.

(1) Antiquus catalogus abbatum, ap. Pertz, Monumenta, tom. XI, pag. 292. — (2) Diplomata etc. tom. I, pag. 487. (3) Ap. Fisen, Flores ecclesiæ Leodiensis, pag. 605. — (4) Inter epist. S. Bonifacii, ap. Migne, Patrol. latina, tom. LXXXIX, col. 807. Cfr Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 934 et 937. — (5) Epist. X ad fin. ap. Migne, Patrologia latina, tom. LXXXIX, col. 942. — (6) Epist. XI, ibid. col. 942. — (7) Cfr Seiters, Bonifacius, Apostel der Deutschen, pag. 492 et seqq.; Binterim, Pragmat. Geschichte der deutschen Concilien, pag. 307. — (8) Epist. XII, ap. Migne, tom. cit. col. 948. — (9) Acta SS. tom. V Octobris, pag. 557. — (10) Ap. Roderique, Disceptationes de abbatibus etc. pag. 22. — (11) Ampliss. collect. tom. II, col. 17. — (12) Hist. de Luxembourg, tom. II, pr. pag. 36. — (13) Recueil etc. tom. IV, pag. 711. — (14) Diplomata etc. tom. I, pag. 485. — (15) Longuerue, Annales Francorum, ad an. 742, ap. D. Bouquet, tom. III, pag. 704. — (16) Gebhardus, Reges Francorum Merovingici, pag. 171. — (17) Ampliss. Collect. tom. II, col. 20. — (18) Recueil etc. tom. IV, pag. 713. — (19) Diplomata etc. tom. I, pag. 487. — (20) Cfr Grandgagnage, Mémoire sur les anciens noms de lieux etc. pag. 20 et 21, Acad. Belge, tom. XXVI, Mémoires couronnés.

hoc

hoc diploma anno 746, *quum B. Carlomannus a curis sęcularibus jam liber, statuerat vitam monasticam amplecti; contra æstivo tempore, superioribus annis, continua bella gerebat adversus Saxones aliosque in Germania.*

et placito B. Carlomanni

20 *Venit jam placitum ejusdem B. Carlomanni; qui in Dunavilla seu (ut videtur) Dionavilla, appendice palatii Attiniacensis* * *in pristina diœcesi Rhemensi* (1), *sedens pro tribunali cum quatuor episcopis, uno abbate unoque comite, villam Lethernau** *cum appenditiis suis Brastis**, *Feronio**, *Unalia** *et Aldanias**, *quam Pippinus Heristalius, avus ejus, per testamentum donarat monasteriis Stabulensi et Malmundariensi, adjudicavit et per suum wadium** *et per suam festucam reddidit* Anglino abbati, rectori monasteriorum Stabulaus et Malmundarias, *qui in Dunavillam* veniens, asserebat, ipsum testamentum *Pippini* præ manibus habens et ad relegendum tradens, malo ordine et injuste *ab ipso Carlomanno* retineri. Datum quod fecit mensis augustus dies xv, in anno quinto regnante Hilderico rege. *Ediderunt Martenius* (2), *Bertholetus* (3),
B *D. Bouquet* (4) *et Brequigny* (5). *Quæ initia essent annorum Childerici non novimus, nisi quod hæc (ut supra monuimus) inter dies* 3 *martii et* 7 *novembris collocanda sint; adeo ut ex hoc capite dies* 15 *augusti anni* v *Childerici anno* 746 *et* 747 *constitui possit. Sed animadvertendum est B. Carlomannum Romam perrexisse sub mensem martium anni* 747 (6), *ante expeditionem Pippini adversus Saxones, eodem anno susceptam* (7), *ut spatium non esse videatur quo medio mense augusto ejusdem anni placita celebraverit. Constat itaque* S. Anglinum *tunc adhuc in vivis fuisse.*

* Attigny.

* Lierneux
* Bras
* Fairon
* *l.* Walia, Vaux
* Odeigne
* pignus

et maxime ex chartis extremi anni 748

21 *Sed et in vivis adhuc erat ad finem anni* 748, *ut constat ex sequenti diplomate; quod, quoniam in uno dumtaxat rarissimo Guilielmi Ritz opusculo* (8) *legitur, hoc loco dabimus:* In nomine Divinitatis sanctæ Trinitatis. Ego Albericus, pro mercede anime mee vel requie sempiterna, dono donatumque in perpetuum esse volo ad monasterium Stabulaus, in Ardenne fundo situm, ubi Anglinus abba Christo propitio preesse videtur, in honore sancti Petri et sancti Pauli, sancti Martini vel sancti Remacli,
C qui ibidem requiescere dinoscitur: hoc est in loco nuncupate Linarias*, que est sita in terra fundum Ardenne; hoc est quicquid in ipso loco visus sum habere, hoc est terra, prata, pascua, silva, aquis aquarumve decursibus, cum omnibus adjacentiis, ibidem pertinentibus, ad jam dicto monasterio sive monachis ibidem persistentibus a die presenti dono atque trado ut, quicquid de nominata re agere facereque voluerint, liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem faciendi. Si quis sane, quod fieri minime credo esse venturus, si ego ipse, aut ullus de heredibus vel proheredibus, vel quelibet exposita extranea persona, qui contra hanc donationem venire temptaverit aut fortasse hoc immutare voluerit, inferat partibus supradicte ecclesie auri libras III argenti pondera V; et, ne sic quoque factum meum irrumpere non possit, sed omni tempore Stabilei* permaneat, stipulatione subnixa. Actum monasterio Malmundario publice sub die VI kal. januarii, regnante Hilderico rege anno VI, presente domno Anglino abbate.

* Lignières.

AUCTORE V. D. B.
* stabiliter.

22 *Vivebat adhuc, postquam Pippinus Brevis mense martio anni* 752 *rex Francorum processit, ut constat ex alio diplomate, quod idem ille Ritzius in Chartulario Stabulensi reperit* (9). *Ecce illud:* Anglinus, in Christo nomine abba, tibi Severo presbytero. Omnibus non habetur incognitum, te precante, rem aliquam in Wadlino*, id est ecclesiam sancti Martini, cum mancipiis, domibus, edificiis, casis, terris, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, simili modo et in alio loco, cognominante Machanto*, super fluviolo Vemena*(10), id est mancipiis, casis, terris, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cum omnibus adjacentiis ibidem pertinentibus, quo usque advixeris, usufructuario prestitum fecimus; et ita jubemus ut post tuum quoque dicessum cum omni melioratione, quicquid ibidem laborare, augmentare vel attrahere potueris, ad prefatam ecclesiam sive monasteria Stabulao vel
E Malmundario revertatur. Datum regnante Pipino rege.

atque anni 752.

* Wellin

* Mochamps ?
* Wamme ?

§ IV. Agilolfi et S. Alberici, abbatum Stabulensium tempora et diplomata. Extremo sæculo VIII Regula Benedictina nondum recepta Stabulai. S. Albericus proprietarius.

Agilolfus. S. Anglini *successor, alius est ac S. Agilolfus, Coloniensis episcopus, qui occisus est circa annum* 716

H*inc itaque manifestum est Agilolfum, qui jam anno* 748 *seu etiam* 745 *Coloniensem cathedram occupabat, alium esse ac Agilolfum, qui post* S. Anglinum *Stabulensis factus est abbas; adeoque scriptorem Miraculorum S. Quirini prorsus errare aliosque omnes in errorem deduxisse, quum narravit S. Agilolfum, episcopum Coloniensem et martyrem,* F S. Anglini *discipulum et successorem fuisse, eumque abbatiale pedum et episcopale uno tenuisse tempore. Utique ad medium sæculum* VIII *Coloniæ sedit Agilolfus, itemque Stabulai abbas fuit Agilolfus; sed diversissimi viri, nihil nisi nomen commune habentes. Sed scriptor ille S. Quirini Miraculorum erratum suum correxit ipsemet. Postea enim Vitam edidit S. Agilolfi martyris* (11), *quem cursim in S. Quirini Miraculis laudaverat; atque in hac Vita, in qua multo majori diligentia versatus est, (accuratius enim in rerum tempora inquirimus, quum Vitam scribimus, quam siquando raptim præclarum aliquem virum laudamus,) sed in hac Vita non tantum omisit S. Agilolfum* S. Anglini *discipulum fuisse, sed ejus martyrium anno circiter* 716

(1) Cfr Mabillonius, De re diplomatica, pag. 280 et 249 cum seqq. — (2) Ampl. Collect. tom. II, col. 19. — (3) Hist. du Luxemb. tom. II, pr. pag. 37. — (4) Recueil etc. tom. IV, pag. 712. — (5) Diplomata etc. tom. I, pag. 712. — (6) Mabillonius, Annal. Bened. ad an. 747, lib. XXII, num. 10, tom. II, pag. 121. — (7) Fredegarii continuator, ap. D. Bouquet, tom. II, pag. 439. — (8) Urkunden zur Geschichte des Niederrheins und der Niedermaas, pag. 3 et 4. — (9) Ibid. 5. — (10) Cfr Grandgagnage, Mémoire etc. pag. 35 et 52. — (11) Cfr Acta SS. tom. II Julii, pag. 719 et 720.

AUCTORE V. D. B.

innexuit. Quin etiam in altero tantum exemplari, quod forte interpolatum est, innuitur eum fuisse monachum Malmundariensem, nequaquam abbatem. Quum autem eruditis certum esset S. Agilolfum martyrem prius fuisse S. Anglini *discipulum et successorem, non potuerunt non lacessere hanc S. Agilolfi Vitam, cui omnem denegarunt fidem* (1).

et cujus Vita melior est quam vulgo dicatur. Pippinus Heristalius et B. Carlomannus reges dicti.

24 *Sed hæc severitas non placet. Et quidem nulli in ea occurrunt nævi, quos aliquando in optimis scriptis non inveniamus. Quod enim Pippinus Heristalius et Carolus Martellus dicuntur in ea* reges; *non error solitarius est. Scilicet quoniam a Pippini temporibus Austrasia ditio facta erat, a reliquo Francorum regno divisa, ideo Pippinus ejusque posteri non semel* reges *dicti sunt, eorumque ducatus seu principatus* regnum. *Sic in Vita S. Plechelmi occurrit* Pippinus, Francorum rex incomparandus (2); *sic inter epistolas S. Bonifacii Moguntini una exstat, qua* domino gloriosissimo atque præcellentissimo Ceorlo *(Martello),* REGI FRANCORUM, Eanvulf, humilis abbas, optabilem sospitatem apprecatur, *eum*
B *appellans:* GLORIOSE REX (3). *Similiter in Chronico Moissiacensi* (4) *legitur* Karlomannus, REX Francorum, filius prædicti principis Caroli *Martelli,* frater Pippini. *Sic idem B. Carlomanus in præfatione ad concilium Germanicum his utitur verbis* (5) : Ego Karlomannus, dux et princeps Francorum,... episcopos, qui in REGNO meo sunt, cum presbyteris ad concilium et synodum congregavi. *Alia exempla ut in re manifesta omitto. Quod autem secundo S. Bonifacius a Gregorio papa II episcopus creatus dicitur, priusquam cum S. Agilolfo anno circiter* 715 *Saxonum conversioni dederit operam, hujus generis nævus est quod etiam aliquando in coævis scriptis occurrit. Quod demum in pugna ad Amblevam Carolum Martellum tradit usum esse stratagemate mirabili magis quam credibili, hæc ex populari traditione refert. Utique supererat memoria stratagematis, quemadmodum ex Annalibus Metensibus patet; sed, ut fit, alii alia decursu annorum de hoc stratagemate commenti sunt, certi aliquid miri, ut in omni stratagemate, contigisse. Quod vero præcipuum est, bene*
C *explicatur in Passione quomodo factum sit ut cruentam mortem oppetierit S. Agilolfus, nec quidquam occurrit quod singulare sit, non cohæreat aut fidem superet. Quamobrem satis auctoritatis habere mihi videtur hæc Passio ut S. Agilolfum, episcopum Coloniensem et martyrem, cæsum credam circa annum* 716, *plus triginta sex annis quam* S. Anglinus *diem obiit.*

S. Anglini *aliorumque abbatum tempora.*

25 *Hic enim, qui quadraginta quatuor annos abbas fuit, certissime, ut supra num.* 21 *vidimus, in vivis adhuc erat, postquam anno* 752 *Pippinus Brevis rex Francorum renuntiatus est. Quamdiu deinceps vixerit incompertum. Nam catalogus, circa annum* 1200 *scriptus et a Pertzio editus, non multum lucis affert, ubi hanc exhibet seriem :* Sanctus Anglinus annis 44. — Ailolfus annis 5. — Sanctus Albricus annis 9. — Sichardus annis 16. — Wirundus annis 23, mensibus 10. — — Absalon [*anno* 1 *mensibus* 6.] — Audo annis 33; *ita ut inter funera* S. Anglini *et Audonis seu Odonis anni effluxisse perhibeantur* 88. *Sed licet passim* (6) *Audo diem obiisse tradatur anno* 836, *quo* S. Anglini *mors ad annum* 747, *manifesto errore, reduceretur, nullo antiquo testimonio nititur illa traditio; ita ut Mabillonio* (7) *visum sit scribere Audonem* circa *annum* 836 *vita functum esse. Restat itaque ut dicamus* S. Anglinum *e vivis recessisse sub annum* 752.

Agilolfus fit abbas, dein S. Albericus; *qui, quum Stabulai nondum observarentur Benedictina instituta, proprietarius erat :*

26 *Successit et quinque annos abbatiale pedum tenuit Agilolfus seu Ailolfus, quem (ut supra demonstravi) immani errore eumdem fuisse voluerunt ac S. Agilolfum, martyrem et episcopum Coloniensem. Venit deinde* S. Albericus *seu* Albricus; *de quo duo supersunt diplomata, sed sine temporis indiciis. Prius, quod edidit Martenius* (8), *ipsius* S. Alberici *atque hac singularitate conspicuum est, quod inde appareat adulto sæculo* VIII *S. Benedicti Regulam, qua monachi vetantur omnino proprium habere, Stabulai nondum* E *in usu fuisse, adeoque illic monachos secundum vetera instituta* (9) *et codicem Theodosianum* (10) *bonorum suorum retinuisse dominium. Initium dumtaxat recitabimus :* Ab antiquis inclytis patribus atque senioribus scimus esse datam licentiam, ut unusquisque de rebus, quas possidet, in suo consistat arbitrio faciendi proprio. Igitur ego in Dei nomine Albricus, indignus clericus et abba, trado ad sancti Petri et sancti Remacli limina in Stabulaus mansum unum, qui vocatur Wandeliacus * mansus, * Wanlin ? quod dedit mihi senior meus Pippinus atque rex *(inter annum* 752 *et* 768) in pago Ardenna, interjacens de uno latere fisci ipsius, qui vocatur Palatiolus * atque Beveris *, unde est abs- * Paliseul. tractus, et de altero latere Aldemega, muldio- * Bièvre. nibus meis ex villa Graida * sub tributo annali, * Groide. nullo alio servitio nisi ex denariis x. sol. pro remedio animæ domini mei supradicti regis, atque unaquaque dominicæ nativitatis.

idem monasterio accipit villam Lineras.

27 *Alterum, quod lucem tantum vidit in Ritzii libello* (11), *integrum dabimus :* In nomine sancte Trinitatis. Ego Angelramnus, pro mole peccaminum meorum parva pro magnis, F caduca pro celestibus, omnipotenti Deo offero, ut ab ipso sublevari merear. Iccirco dono ad monasterium Stabulao in honore sancti Petri, sancti Pauli, sancti Martini vel ceterorum martyrum, quorum pignora ibidem venerantur, ubi Albericus abba, Christo auspice, preesse videtur, hoc quod habere visus sum in villa, que vocatur Lineras *, sitam in pago Condu- * Lignières. strense super fluvium Chandregia *, inter con- * Hédrée. fines sancti Mauritii, et de alia parte Adechelmi, et de tercia parte Wiredi, et de quarta parte Anglini; ut servi Dei ipsius monasterii hanc teneant atque possideant, vel quicquid exinde facere voluerint, liberam atque firmissimam habeant potestatem faciendi. Si quis vero hoc immutare voluerit, primitus iram Dei incurrat, et a liminibus sancte Dei ecclesie excommuni-

(1) Cfr Acta SS. tom. II Julii, pag. 719. — (2) Acta SS. Belgii, tom. VI, pag. 181, 216, 217, 224. — (3) Epist. S. Bonifacii, edit. Würdtwein, pag. 331. — (4) Ap. D. Bouquet, Recueil, tom. II, pag. 656. — (5) Inter epist. S. Bonifacii, ap. Migne, Patrologia, tom. cit. col. 807. — (6) Fisen, Flores Leodienses, pag. 401; Gallia Christ. nova, tom. III, 942; de Noue, Etudes historiques etc. pag. 116; Bouillevaux, les Moines du Der, pag. 80. — (7) Annales Bened. ad an. 856, num. 56, tom. II, pag. 545. — (8) Ampl. Collectio, tom. II, col. 21. — (9) Cfr Epist. mea de solemnitate votorum; King, Primer of eccl. hist. of Ireland, pag. 125. — (10) Lib. V, tit. 3, *de bonis cleric. et monach.* — (11) Urkunden zur Gesch. des Niederrhe.. 3, pag. 6.

cetur

A cetur et extraneus artetur. Insuper maledictio, que in centesimo VIII psalmo continetur, superveniat et insuper conferat fisco auri libras II, et argenti pondo quinque multo vel coactus exsolvat; et presens donatio ista a me facta firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnixa. Actum in monasterio Stabulao sub die quod fecit mensis aprilis die XVI. Signum Angelramni, qui hanc donationem fieri rogavit.

§ V. Stabulai constituuntur abbates beneficiarii; hinc duplex quasi series abbatum. Otto Magnus electionem restituit monachis.

Introducuntur a Lothario I Stabulaum abbates sæculares beneficiarii seu ad natum revocabiles;

Ex *Pertziano Catalogo supra jam retuli successorum nomina, Sichardi, Wirundi, Absalonis et Audonis. Post quos in eodem Catalogo veniunt* Ratholdus annis 3, mensibus 8, — Harnidus annis 4, diebus 8, — Ebo *(archiepiscopus Remensis)* anno 1, — Ebo junior mensibus 2, diebus 10, — Hartgarius *(episcopus Leodiensis)* annis 10, — Adelardus *(comes et vir sæcularis)* annis 12, — Hildebaldus annis 13, — Leutbertus, episcopus *(Moguntinus)* annis 13, — Lintfridus comes annis 9, — Raginerus comes, — Everardus comes, — Gislebertus comes, — Gundradus comes, — Richarius episcopus *(Leodiensis)*, sanctus Odilo annis 17. *A medio itaque sæculo* IX *cœperunt Stabulai institui abbates extranei, alii episcopi, alii magnates laici, non commendatarii, sed beneficiarii, qui usque ad medium sæculum sequens Stabulense occuparunt cœnobium, præposito et aliquando abbate monacho disciplinam regularem qualitercumque procurante. Intrudi jam cœperant sub annum* 840 *abbates sæculares; sed initio temporaria calamitas hæc videri potuit. Verum aliquot annis post, quum magnates potestate et dominiis visi essent augendi et jure beneficiario magis obligandi regiæ auctoritati, — quamquam brevi*
C *intellectum est hoc potestatis augmento fidelitatem non crescere, sed resistendi (si libuerit) audaciam, — magnus labor, magnaque industria posita ut, paulatim eliminatis abbatibus regularibus, abbatiæ opulentiores converterentur in castra, in quibus qui reliqui esse sinebantur monachi quasi clerici essent seu capelldni. Hujus instituti seu perpetuæ intrusionis exterorum auctor fuit Lotharius, Lotharii I imperatoris filius, qui die* 20 *junii anno* 855 *primus Lotharingiæ rex processerat, quemadmodum constat ex diplomate dato* idus aprilis, anno Christo propitio regni domini Lotharii gloriosi regis VII, indictione XI, *id est die* 13 *aprilis anni* 862. Cum nos, *inquit ibidem* (1), beneficia regni nostri inter fideles nostros dignum distribuere judicavissemus, contigit ut, necessitate compulsi, propter parvitatem ipsius regni, quamdam partem rerum ex monasterio Stabulaus.... beneficiario munere quibusdam fidelibus nostris concederemus, quamdam vero partem ad usus et supplementum inibi Deo militantium relinqueremus. *Reliquit itaque monachis undecim villas cum appendicibus, plerasque integras parochias, et* 268 *mansos, singulos circiter* 10 *hectarorum; ita ut Stabulao et Malmundario facile superfuerint* 5,000 *hectara terræ arabilis. Sed, quantæcumque hæ divitiæ appareant, monachi exinde* rebus terrenis egentes erant, *ut modo ex ore Druthmari audiemus. Quomodo hæc fierent, ut tanta agrorum copia non sufficeret ad sublevandam illis temporibus egestatem, docuimus olim in Commentario de S. Ursula et sociabus* (2).

AUCTORE V. D. B.

quo instituto disciplina regularis, ante Stabulai florentissima, non potuit non plurimum pati.

29 *Sed hoc præcipuum detrimentum non erat. Quum abbatiale beneficium penes exteros magnates, ecclesiasticos aut laicos, esset, naturali capite orbata erant monasteria; quo fiebat ut non posset non paulatim perire domestica disciplina. Hæc autem ante, atque etiam initio intrusionis sæcularium florebat Stabulai et Malmundarii plurimum, uti constat ex testimonio Christiani Druthmari, monachi Corbejensis, quem modo laudabam et qui literas sacras Stabulai medio sæculo* IX *docebat, adeoque experientia noverat quam sancte illic viveretur; nam Sigeberti Gemblacensis* (3) *et Trithemii* (4) *auctoritate atque etiam ex his, quæ ipse Druthmarus refert de incohata Bulgarorum conversione, constat* (5), *ab eo, non temporibus S. Gregorii papæ VII, ut credidit Fabricius* (6), *ab anonymo Mellicensi* (7) *deceptus, sed non multo post annum* 850 (8) *in publicum dedisse Expositionem suam in Matthæum evangelistam, cujus hæc est inscriptio* (9) : Venerabilibus in Christo patribus in cœnobiis S. Petri principis apostolorum cognominibus, sedula devotione Deo militantibus et ad feliciora tendentibus, vester fidelis famulus Christianus indignus sacerdos præsentis ævi pacem ac prosperitatem, futuræque æternæ beatitudinis in splendoribus sanctorum cum rege regum, arbitro sæculorum, optat societatem. *In prologo itaque illius Expositionis, explicans quid se omnium maxime ad scribendum in posterum impel-* F
lat, affirmat nihil apud se magis valere quam Stabulensium et Malmundariensium fratrum adhortationem : Supra enim omnes homines, *inquit* (10), vestra mihi est gratior societas; quia est sincera et absque dolo, et quam Deus docuit sanctique ejus apostoli tenuere ac posteris tenendam tradiderunt. Non enim est fel amaritudinis in vobis, neque zelus iniquitatis : sed fides firma, charitas inviolabilis erga Deum ac proximos. Et licet rebus terrenis egentes sitis, virtutibus tamen repleti estis, ita ut, qui vos perfecte agnoverit, ulterius dilectione a vobis non possit separari. Sed, si modico tempore vobiscum quis moratus fuerit, pro certo intelliget quia Deus cohabitator vestri sit et Spiritus sanctus regat opera vestra. Neque enim habitabit diu malus inter vos, neque per-

(1) Amplissima collectio, tom. II, col. 26. — (2) Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 217 et 218. — (3) De scriptoribus ecclesiasticis, cap. 72, ap. Fabricium, Bibl. eccles. part. II, pag. 101. — (4) De Scriptt. eccles. cap. 280, ibid. part. III, pag. 75. — (5) Christ. Druchtmari Exp. in Matt. cap. 56, ap. Migne, Patrologia, tom. CVI, col. 1456. — (6) Biblioth. latina, v° *Christianus ab Aquitania*. — (7) De Scriptt. eccles. cap. 102, ap. Fabricium, Bibl. eccl. part. II, pag. 156. — (8) D. Rivet, Hist. litt. de France, tom. V, pag. 86. — (9) Ap. Migne, Patrologia, tom. CVI, col. 1261. — (10) Ibid. col. 1265.

manebit

AUCTORE V. D. B.

manebit in consortio vestro, qui sicut aurum et argentum in camino probationis sordes abjiciunt, ita et qui inter vos venerit, aut desinet a malo opere, aut certe alienus efficietur a consortiis vestris. Qui namque inter vos conversantur, non multum mirentur si plurimi sancti in his monasteriis probabiles fuerunt; sed pro certo experientur quia, qui apud vos non est bonus, sine dubio nusquam alicubi erit, quoniam vos estis qui veraciter audistis vocem Domini dicentis : « Estote prudentes ut serpentes et simplices sicut columbæ. » Et si reges et principes atque vulgaris populus vos veraciter agnovissent, ut veros Christi discipulos amarent, supra omnes homines venerarentur ac diligerent.

S. Odilo, *hujus aliarumque calamitatum restaurator,*

30 *Sed egregia hæc monasteriorum compositio absque verorum abbatum diligentia diu persistere non potuit. Quorum absentiæ et sæcularium virorum intrusioni accesserat anno* 881 *alia clades, videlicet utriusque monasterii incendium, injectum a Normannis, universam regionem inter Mosam et Rhenum vastantibus* (1). *Sed datus est tandem* S. Odilo, *qui tot* B *malis remedium afferret.* Is nobili genere natus, *verba sunt Martenii* (2), cum Virdunensis ecclesiæ ab episcopo primus curam gereret, cunctis illis mordacibus curis ac sæculi facultatibus rejectis, sanctæ paupertati cum multis aliis Dei servis in Gorziensi monasterio devovit sese, terrenis eam opibus longe pretiosiorem ducens. Cum vero regulari jam adolevisset in observantia, ad restaurandam apud Stabulenses monasticam disciplinam cooptatus, novam monasterio formam brevi reddidit. Id anno 938 contigisse discimus ex vetere codice ms. Stabulensi, in quo ad cyclos paschales Dionysii eum ad annum consignatur ejus electio. Primo vigilantissimi abbatis cura fuit, ut sæcularibus abbatibus ad monasticas dignitates omnis via præcluderetur. Quapropter facultatem eligendi deinceps abbatis secundum Regulam S. Benedicti confirmationemque primariæ monasterii dotationis cum decimis quibusdam ab Ottone Magno impetravit. Deinde prava quæ reperit omnia ad sanctioris disciplinæ lineam correxit, evocato ad suos erudiendos Notkero S. Galli monacho; qui factus est postea Leodiensis epi- C scopus. Ædificia etiam, quæ conflagraverant, reparavit. Laudatur autem in libro Miraculorum S. Remacli et apud Flodoardum, libro IV Historiæ Remensis, capite 33; ubi concilio Virdunensi anno 947 interfuisse dicitur. Eum SANCTUM appellat Bartholomæus Fisen, ejusque obitum ad annum 954 refert; et eo certe anno jam successorem habebat. *Verum hæc si sigillatim expendantur, multo apertius apparebit quantæ sint beati illius viri laudes.*

prius fuit archidiaconus, non vero primicerius Virdunensis; sub annum 933 *fit monachus Gorziensis.*

31 *Nullus autem plura nobis de* S. Odilone *reliquit quam Joannes, S. Arnulfi Metensis abbas, in Vita B. Joannis Gorziensis, quam Labbeus in tomo* I *Bibliothecæ manuscriptorum, decessores nostri in tomo* III *Februarii, Mabillonius in Sæculo* V *Benedictino et demum Pertzius novis curis in tomo* VI *Monumentorum Germaniæ ediderunt. Narrans scilicet quot egregii viri ad B. Joannem, postquam anno* 933 *incohasset Gorziense cœnobium, ac-* D *cesserint :* Simili modo, *inquit* (3), Virdunensis æcclesiæ primus ab episcopo curam gerens Odilo, vir natalibus clarus, facultate sufficiens, in rebus agendis admodum strenuus, et, si clericum forte non impediret, nullo que mundi fert ambitus loci sui cuiquam impar, cunctis illis mordacibus curis rejectis, huic sancte paupertati pauper spiritu factus se contulit, exiguumque ac vile cunctis sæculi opibus gloriosius et sufficentius estimavit. Is quoque, post bene adultum sanctæ conversationis robur, petitus reformationi monasterii, quod dicitur Stabulacum, ibidem promotus, ad rectitudinis lineas, quæ prava forte invenerat, Christo auxiliante, correxit : ubi etiam cursum naturæ absolvit. *Quod autem ibi initio dicitur primus ab episcopo diœcesim Virdunensem gubernasse, auctoritatem aliunde habet. Fuit enim unus ex archidiaconis, uti ex scriptiuncula Sarovardi, cancellarii Virdunensis* (4), *constat. Quum scilicet episcopatu Dadonis incendio deleta essent simul cum integra pæne civitate instrumenta ecclesiæ cathedralis,* et primo Barnoini, ejus successoris, ordinationis E anno, *Christi* 925, crudelissima gens Hungarorum improvisa ipsum adiisset episcopium, et incensis pene omnibus villis, homines extra oppida repertos aut neci dedisset aut captivitati destinasset, his gravibus duabus pressa calamitatibus, congregati simul ejus venerabiles et majores natu canonici, scilicet Ewenardus prepositus, Bertarius decanus, cum archidiaconis Leutfredo et Odilone, et cum paucis villanis, qui in fratrum villis de predicta vastatione remanserant, ne institutio antiqua et redditus villarum atque census earum prorsus ignorando aboleretur, ad communem utilitatem presentium et futurorum solerti indagatione pulegium *seu polyptychum* super res canonicorum condere opere pretium duxerunt. *Initio itaque episcopatus Barnoini, qui anno* 925 *sedem Virdunensem invasit potius quam occupavit, archidiaconus jam erat* S. Odilo; *ut aliquanto ante sæculi* X *exordia natus sit; et quidem quum medio sæculo* X *senio jam fractus esset, facile natus est anno circiter* 870 *aut* 880. *Sed quod* primus ab episcopo Virdunensis ecclesiæ curam gessisse *dicitur, verisimiliter* F *non archidiaconus tantum fuisse, sed et* primicerius *aliquibus visus est* (5). *(Quæ dignitas in Metensi, Virdunensi aliisque Lotharingiæ diœcesibus summa erat, vulgari vocabulo* dignité de princier *appellata; tanta enim erat ut, qui eam haberet, præsideret capitulo, unius archidiaconatus instituere et regeret parochos, clericorum synodis præesset aliisque frueretur juribus non sine detrimento auctoritatis episcopalis* (6).*) Verum ab anno* 921 *ad* 939 *primicerius erat Ewenardus* (7); *ita ut* S. Odilo *excludatur.*

Creatur abbas Stabulensis anno 938.

32 *Quasi spiritu Domini agitabatur tum universa Lotharingia; ita ut passim clerici cathedralium ecclesiarum ad meliorem frugem redirent, monasteria ad antiquas leges reformarentur multique homines, omnia saluti animæ postponentes, nonnisi Deum quæ-*

(1) Chronographi fere omnes ad an. 881. — (2) Ampl. Coll. tom. II, pag. IV. — (3) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. IV, pag. 352 et 353. — (4) Ap. Wassebourg, Antiquités de la Gaule Belgicque, et Pertz, lib. III, fol. CLXXXII, Monum. Germ. tom. IV, pag. 38. — (5) Tabouillot et François, Hist. de l'Eglise de Metz, tom. II, pag. 24. — (6) Dictionnaire de Trévoux, v° *Princier*. — (7) Gallia Christ. nova, tom. XIII, col. 1258. —

rerent

A *rerent* (1). *Stimulum divinæ gratiæ sensit quoque* S. Odilo; *quippe qui se aliquanto post annum* 933 *contulerit ad Gorziense cœnobium; ubi* census vel substantia primo admodum tenuis fuit; quam tamen interioris animi tesaurus facile tolerabilem faciebat (2). *Quum autem vir esset naturæ egregiæ, rerum humanarum usu doctus earumdemque dispositu peritus, paucis annis is factus est qui alieni monasterii negotia ad meliorem conditionem reduceret. Abbatem Stabulensem electum aut postulatum fuisse anno* 938 *repererunt Martenius, Franciscus Laurentii et Rodericius Dionysiano Cyclo adscriptum. Sed vidit quoque hunc Cyclum cum appositis notis chronologicis Alexander Wiltheim easque descripsit; cujus apographum nunc servatur in bibliotheca Bruxellensi, num.* 2104, *atque titulo Annalium Stabulensium editum fuit a Reiffenbergio ter* (3), *non novo studio aut labore, sed nescio qua edendi libidine. Atqui Wiltheimius omnibus locis, quæ examinavi, uno anno in describendo aberravit tum a vera chronologia, tum ab hoc ipso legendi modo, quem observarunt alii. Quæ res inde orta sit oportet: Annales scripti non fuerunt consueto ordine, sed ad marginem Cycli Dionysiani expansi. Quod explicare placuit, quoniam inferius etiam eos Annales adhibibemus. Legit itaque Wiltheimius:* Anno Domini 937 Odilo abbas efficitur. — Anno Domini 938 Gislebertus et Everardus ultra Rhenum perrexerunt, et nutu Dei interfecti sunt. *Sed alii recte viderunt annos* 938 *et* 939; *et quidem Gislebertus et Everardus anno* 939 *omnium testimonio perierunt.*

AUCTORE V. D. B.

33 *Quomodo autem factum sit ut, postquam magnates laici tamdiu abbatum occupassent locum, monachi denuo abbatiali pedo potiti sint, non apparet. Si quid tamen ego video, res multo aliter Stabulai compositæ fuerunt quam hactenus visum est. Deprehendere enim mihi videor duas abbatum sibi succedentium series, quarum unam dixerim sæcularem, alteram monasticam, utramque tamen aliquando plures annos interruptam aut impeditam.*

Abbatum series ab anno 842 *ad* 938.

B

E

SERIES SÆCULARIS

In monasterio Stabulaus v. kal. julii, anno III regnante domno Karolo rege *(Christi* 842) domnus et venerabilis in Christo HARTUINUS, abbas Stabulaus et Malmundarii, *elocavit duas villas; quem contractum confirmavit* IIII kal. decembris, anno III regnante Lothario glorioso rege juniore *(Christi* 843) ADELARDUS, comes et abbas; *qui Adelardus, abbas simul Epternacensis et verisimiliter Sithivensis, locum cedere debuit Ebboni Rhemensi, postquam unum alterumque annum Stabulaum rexerat. Valde difficile est definire quo anno (nam unum tantum annum abbas fuit)* EBBO, *olim Rhemensis episcopus, Stabulensi monasterio præfectus fuerit. Exauctoratus fuisse videtur ipso anno* 845 (4); *cui unum alterumve mensem successit* EBBO II. *Decem deinde annos (annos cavos intellige) abbatiale pedum tenuit* HARCHARIUS, *episcopus Leodiensis, vita functus die* 30 *julii anni* 854 (5).

C *Post Harcharii mortem recuperavit abbatiale suum beneficium* ADELARDUS *et alios decem annos hoc tenuit, vita functus anno* 864, *ut tradit Mabillonius.*

SERIES MONASTICA

F

Diploma, concessum die 26 *maji anni* 877, *non impedivit quin eodem anno* LEUTBERTUS, *ex abbate Elvangensi archiepiscopus Moguntinus, abbas Stabulensis a rege factus sit; quam dignitatem servavit, donec die* 7 *septembris anni* 889 *extinctus est,* 13 *administrationis anno.*

HILDEBALDUS, *qui a Ludovico, rege Franciæ Orientalis,* 10 *junii, anno* 874, *diplomata obtinuit, quo bona, a Lothario I monachis Stabulensibus et Malmundariensibus relicta, eisdem denuo asserta sunt, videtur fuisse monachus et abbas, vivens cum monachis. Die* 26 *maji anni* 877 *obtinuit et alterum diploma, quo reliquæ terræ Stabulensibus restitutæ fuerunt. Utrumque edidit Martenius. Ritzio debemus tertium, quo idem Hildebaldus anno* 880 *dono accepit aliquot agros, usufructu reservato donatoribus. Mortuus est die* 29 *septembris. Quum tredecim annos præfuisse legatur, non videtur accepisse abbatiale pedum ante annum* 867; *ita ut interregnum aliquod fuerit.*

(1) Cfr Wattenbach, Deutschslands Geschichtsquellen, pag. 228 et seqq. — (2) Vita B. Joannis Gorz. cap. 44, ap. Pertz, tom. VI, pag. 349. — (3) Annales Stabulenses in margine Cycli Dionysiani, in Documents p. s. à l'h. de Namur etc. tom. VII, pag. 202; Bulletins de l'académie de Bruxelles, 1843, tom. X, part. II, pag. 247 et seqq.; Compte-rendu de la Commission d'histoire, 1843, tom. VII, pag. 243 et seqq. — (4) Cfr Epist. Hincmari ap. D. Bouquet. tom. VII, pag. 528; Epist. cleri. Rhem. ibid. pag. 280; Lüntzel, Gesch. der Diöcese Hildesheim, tom. I, pag. 15. — (5) Annales Leodienses, ap. Pertz, tom. IV, pag. 14; Fr. Laurentii ap. Bucelinum, Germania, tom. II, pag. 277; Ægidius ap. Chapeavillam, tom. I, pag. 155.

Anno

SERIES MONASTICA.

Anno 882, *die* 13 *novembris*, ANTONIUS, venerabilis episcopus, *cui* commissi *erant* fratres ex monasterio, quod vocatur Stabulaus, per precatum Liutberti, Moguntiacensis sedis archiepiscopi *et abbatis Stabulensis, obtinuit a Carolo Crasso fisculum, nomine Blandonium, addita jussione* ut nullus fidelium *regis*, qui supradictam abbatiam in beneficium habuerit,... in alios usus convertat.

Antonio episcopo successit GUTMARUS *seu* GUNTMARUS abbas, ad *cujus* vicem Wilulfus, vilissimus cancellarius, *subscripsit die* 24 *octobris in castro Hogio* diplomati de venditione villæ. Ejusdem Guntmari abbatis vice, die* 11 *aprilis anni* 895, *subscripsit instrumento venditionis duorum agrorum ille idem Wilulfus cancellarius. Utrumque diploma edidit Ritzius.*

RICHARIUS *abbas fuisse Prumiensis et Stabulensis, quum anno* 921 *episcopus Leodiensis ordinatus est, traditur ab Ægidio in accessionibus ad Anselmi Gesta episcoporum Leodiensium; atque ejus nomen recensetur in antiquissimo abbatum catalogo, quem superius produxi: ita ut ambigendum non sit* B *eum vere abbatem fuisse, sed quo anno latet; neque ulla supersunt de ejus administratione documenta. Verumtamen in Gallia christiana nova anno* 898 *ex monacho Stabulensi abbas creatus dicitur; sed numquam pacifice beneficio suo potitus. Certe Gislebertum Lothariensem ubique adversarium expertus est: nam quum episcopus Leodiensis electus fuit, curavit Gislebertus ejus loco consecrari Hillinum. Vivendi finem fecit Richarius anno* 945.

C

SERIES SÆCULARIS. D

Leutberto successit LIUTFRIDUS *comes, qui die* 30 *octobris anni* 890 *a rege Arnulfo diploma accepit, quo commutatio quædam prædiorum confirmata est. Idem Liutfridus comes a Zuentiboldo rege, die* 30 *maji anni* 895, *obtinuit Stabulensibus monachis locum Bilsanch. Utrumque diploma edidit Martenius. Præfuit Liutfridus annos* 9, *mortuus anno* 898.

Anno 902, *die* 10 *septembris*, REGINARIUS comes et sui monachi ex monasterio S. Remacli *commutarunt aliquot villas, probante Ludovico, rege Austrasiorum.*

Anno 905, *die* 21 *julii*, GISLEBERTUS, venerabilis dux, necnon gloriosus abbas Stabulensis monasterii Raginerus, *dux Lotharingiæ, et Everardus advocatus procurarunt, reservato* E *Raginero et filio Gisleberto usufructu, restitutionem quarumdam rerum a viro nobili.*

Anno 907, 6 *aprilis, in actu præstariæ dicitur* comes Rainerus Stabulensem ecclesiam regere.

Anno 911, *die* 1 *junii*, Raginarius, comes ac missus dominicus et abba Stabulensis atque Malmundariensis monasteriorum, consensione omnium fratrum Stabulensium *permutavit nonnulla cum Harduino, fideli suo.*

Anno 912, *die* 12 *aprilis, Carolus Simplex, petentibus* Reginario atque Berengario, venerandis comitibus, *dedit* duas curtes dominicas cuidam sacerdoti ac cœnobitæ Fulrado, *ea lege ut post ejus mortem cederent* in emolumentum mensæ fratrum Stabulensium.

EVERARDUS, *Ragineri nepos, in Catalogis abbatum legitur; sed qua advocatus subscripsit diplomatibus.*

GISLEBERTUS, *qui patri successit in ducatu Lotharingiæ, (quem ducatum, donec anno* 939 F *periit, varia fortuna conservavit,) in multis diplomatibus, editis a Ritzio, abbatis titulo occurrit. In charta de die* 14 *aprilis anni* 915 *dicitur* venerabilis et inlustris Gislebertus abbas; *in secunda de die* 3 *junii anni* 922 venerabilis vir illustris Gislebertus comes et abbas ex monasterio Stabulaus; *item in tertia proximi* 25 *augusti; in quarta de* 2 *octobris* comes Gislebertus et abbas; *in quinta de eadem die* Gisalbertus, gratia Dei comes, marchio et abba SS. Petri apostoli, Remacli confessoris, serviens ipsorum pietate indigena sanctæ Dei ecclesiæ; *in sexta anni* 924, *edita a Martenio,* senior noster dux Gislebertus; *in septima de die* 3 *decembris anni* 930 Gislebertus, dux regni Lotharii; *et in octava anni* 932 regens abbatiam Gislebertus, dux inclitus.

Anno 935, *die* 8 *junii, familiam in Jupilla* congregationi Stabulaucensis cœnobii *dedit Henricus, rex Germanorum,* interveniente fideli suo duce ADELBERTO; *qui interventus fieri solebat ab abbatibus. Sed quum Henricus I, rex Germaniæ, anno* 936 *vita functus, Lotharingiam reliquisset filio suo Ottoni I, moleste hoc*

A

SERIES SÆCULARIS.

hoc tulit hujus frater Tancmarus ; cujus consiliis Eberhardus, dux Francorum et comes Palatii, Gislebertus et Wigmannus anno 938 *in apertam rebellionem prorupisse dicuntur, et mox compressi. Qua occasione Gislebertus abbatia Stabulensi privatus videri posset. Sed hæc conclusio non recta. Anno sequenti, expertus bellum adversum Ottonem, miserabili demum morte occidit. De his pluribus infra.*

Gundradus comes *scriptus est in antiquissimo abbatum Catalogo ; sed legendus est* Conradus *seu* Cuno, *dux Franconiæ, Ottonis I gener, atque anno* 944, *post mortem Henrici, Giselberti filii, dux creatus Lothariensis ; quo ducatu spoliatus est ab Ottone anno* 953, *quod Ludolfo principi rebellanti faverat. Quocirca legendus est annus Ottonis* XII, *non* XX, *Christi* 948, *in diplomate, quod inferius suo loco indicabimus. Atque in hoc diplomate, condito Stabulai, absente Conrado, leguntur :* Adii celsitudinem ducis nostri Cuonradi, qui tunc temporis abbatiam Stabulensem jussu Dni regis Ottonis regebat, deprecans quod concederet mihi de terra S. Petri et S. Remacli, quæ de

B beneficio erat, quandam precariam facere in monasterio Stabulaus, cum consensu abbatis Odilonis, qui illi monasterio preesse dinoscitur. *Verum abbas non fuisse videtur dux Conradus, sed comes provincialis, imperatoris nomine supremam in his partibus exercens auctoritatem; atque in hoc ipso diplomate non abbatis, sed comitis provincialis munere fungitur.*

Alibi quoque tum fuerunt duo abbates. S. Odilo *abbas non factus est*

34 *Atque ex hac recensione manifestum est duos aliquando illis temporibus S. Remacli monasteriis præpositos fuisse abbates, alterum regis aut imperatoris fidelem, sive principem laicum, sive ecclesiasticum, a rege aut imperatore designatum et monasteria tenentem jure beneficiario, id est ad arbitrium conferentis, alterum electum forte a monachis aut a priore constitutum, ut, dum ille militaribus et civilibus officiis fungeretur, hic disciplinam domesticam et partem bonorum, monachis relictam, procuraret. Atque alibi quoque, v. g. Cluniaci in Burgundia et Belliloci in Lemovicibus duos abbates illo ævo offendimus* (1); *quorum quæ alterutrius es-*

C *sent partes nemo facile definiverit. Quocirca, si in monasteriis regularibus biceps auctoritas deprehenditur, mirandum profecto non est hoc monstrum apparere in asceteriis, quorum abbatum electio per fundationis leges principumque confirmationem penes monachos erat, sed quibus per apertam tyrannidem omnisque juris eversionem præficiebantur exteri, non monachorum et ecclesiarum bono, sed opum magnatum incremento. Verumtamen stabile non fuit hoc duorum abbatum institutum; ut ex illa eadem recensione patet ; neque alter abbas adesse poterat, si potentior eum non ferret.*

anno 938, *quo niam tum rebellavit Gislebertus,*

35 *Neque alterum tulerunt Lotharingiæ duces beneficiarii, qui initio sæculi* X *Stabulensem et Malmundariensem abbatias obtinuerunt; tanto minus quod Richarium, qui*

D

SERIES MONASTICA.

Anno 938 S. Odilo *efficitur abbas Stabulensis ; ita Annales Stabulenses pæne coævi. Dicitur in Catalogo antiquissimo monasteria rexisse annos* 17 ; *intellige cavos, nam anno* 954 *diem obiit. An habuerit adjutores disputabitur infra.*

Abbas monasticus deinde fuit Werenfridus *usque ad annum* 980 ; *quo anno* Ravingerus *quoque titulo abbatis Stabulensis in diplomatibus legitur ; qui et in aliis deinceps occurrit.*

E

dein episcopus Leodiensis factus est, hostis loco haberent. Verumtamen anno 938 S. Odilo *abbas creatus est, quemadmodum supra certo documento ostendimus. Nolit autem quispiam arbitrari hoc factum esse, quoniam hoc anno Gislebertus, adversus Ottonem I seu Magnum, regem Germaniæ electum et coronatum, rebellans, beneficia sua amisit. Re quidem vera in Chronico Saxonico* (2) *et a Sigiberto Gemblacensi* (3) anno 938 Eberhardus, dux Francorum, Giselbertus, dux Lotharingiæ, Wigmannus et improbus Tancmarus conspirasse contre regem [Ottonem] *traduntur ; sed* illa iniqua conspiratio compressa; *atque aliquanto post* Eberhardus et Giselbertus cum Henrico, regis fratre, contra regem iterato F conjurasse. *Verum, quamquam Maurini Artis chronologicæ scriptores, D. Bouquet aliique Galli hæc recipiant, falsum tamen omnino est Gislebertum jam anno* 938 *adversus Ottonem infidelem fuisse; atque ad hæc tempora Chronicum Saxonicum et Sigebertus continuo in annis errant aut res diversas miscent. Profecto Gislebertus erga neminem fideli animo umquam fuit; sed, ut ex aliis chronographis propioribus, abundantioribus adeoque melioribus et maxime ex rerum serie apparet, nonnisi anno* 939 *Ottonis auctoritatem aperte violavit, brevi in Rheni aquis miserabili morte perfidiam suam expians. Accurate hæc narravit Struvius* (4), *Calmetus* (5), *accuratius Leibnitzius* (6).

36 *Alia itaque causa sit oportet electionis* *sed quod Otto*

(1) Deloche, Chartulaire de l'abbaye de Beaulieu, pag. CCLXXXIX ; Mabillon, Annal. Bened. ad an. 967, num. 12, tom. III, pag. 544. — (2) Ap. D. Bouquet, Recueil, tom. IX, pag. 38. — (3) Ibid. tom. VIII, pag. 513. — (4) Corpus, hist. Germanicæ, pag. 234 et seqq. — (5) Histoire de Lorraine, tom. I, col. 846. — (6) Annales imperii Occidentis Brunswicenses, tom. II, pag. 466 et seqq.

I seu Magnus statuerat ecclesiasticos viros augere, et magnates laicos minuere.

S. Odilonis; *quam, silentibus antiquis historicis, quis divinabit? Hoc unum affirmare licet Stabulenses debuisse hanc gratiam regi Ottoni I seu Magno; qui passim, non res civiles dumtaxat, sed etiam ecclesiasticas et monasticas restituit; qui quidem jam anno* 940 *S. Maximi Trevirensibus monachis jus eligendi sui abbatis reddiderat* (1) *et secum reipublicæ bono constituerat ecclesiasticorum virorum auctoritatem amplificare, quo magnatum laicorum potentiam minueret: neque enim absque ejus interventu illa mutatio fieri poterat. Certe probavit postea Otto ut Stabulai nonnisi abbates regulares essent, quemadmodum ex ejus præcepto seu edicto, quod Martenius* (2) *edidit, abunde constat. Partem excerpemus:* Abbas nomine Odilo ex monasteriis Stabulaus scilicet et Malmundaria,... adiens celsitudinem mansuetudinis nostræ, postulavit nos quatenus concederemus suis monachis, inibi militantibus, electionem regularem... Cujus petitioni justæ rectæque pie annuentes, libenti animo assensum præbuimus... Decrevimus modisque omnibus sancimus, ut monachi qui in prædictis cœnobiis nunc et deinceps divinis famulaverint officiis, habeant ex semetipsis secundum institutionem sancti Benedicti electionem abbatis, qui secundum sanctæ religionis formam ambobus præsit monasteriis, quia olim, antequam præfatus abba ibi ordinatus fuisset, audivimus ea per pecuniæ falsitatem * ... Aliquam introducere in eisdem audent personam, se djuxta antiquorum patrum instituta, regulariter eligant sibi abbatem, quatenus in divinis cultibus indesinenter permanentes, pro salute regni nostri misericordiam Dei implorare valeant.

B

* *adest lacuna.*

§ VI. S: Odilonis curæ in templo restaurando et in conservandis bonis. Synodus Virdunensis anni 947 et conventus Aquisgranensis mensis septembris anni 953. Mors S. Odilonis anno 954.

C

S. Odilo *restaurat templum, eversum a Normannis;*

Quum itaque S. Odilo *gubernaculo Stabulensi admotus est, ultimæ ejus curæ positæ non fuerunt in reficiendo monasterio seu templo, quod a Danis anno* 881 *vastatum et combustum fuerat. Supra ex Brevi narratione de dedicatione ecclesiæ Stabulensis retulimus quæ* B. Goduinus *fecit tum ut hoc templum consummaret, tum ut S. Remacli ossa communi venerationi continuo exposita essent; sed audi scriptorem illius narrationis his prosequentem verbis* (3): Sed, invalescente persecutione paganorum atque Lotharingiam provinciam cæterasque frequenter hostili immanitate atque incursione vastante, postquam prædictum monasterium ab invisa gente Danorum est combustum, et ideo casum minans*, ab abbate Odilone propensiori opere atque eminentiori in ipsis fundamentis est restauratum. Nullum sepulturis irrogatum est impedimentum, quia latitudo eadem totius detrimenti tulit occasionem. *Reparavit itaque* S. Odilo *vetus templum quasi a fundamentis, nequaquam novum designavit. Novum postea exstructum est eaque occasione S. Remacli reliquiæ aliquandiu deperditæ. Sed hæc huc non pertinent.*

D

* Minante *re edit.*

rem temporalem, ut constat ex reliquis

38 *Rem temporalem non minori diligentia procurasse videtur* S. Odilo, *si judicium ferendum sit ex reliquis diplomatibus. Quorum primum scriptum est* in monasterio Stabulaus publice sub die XVIII kal. maji, anno VII regnante glorioso rege Ottoni, *Christi* 942 *aut* 943: *nam licet Ottonis anni post* VI *nonas julii anni* 936, *quo pater Henricus Auceps mortuus est, computandi sint, sæpe in diplomatibus incohati reperiuntur initio annorum incarnationis* (4). *Illic autem hæc legimus* (5): Ego Odilardus et uxor mea Judith pariter traditores res nostras proprias, videlicet mansos IIII, id est ad Rouz* mansos II, et cambra una; ad Rohum* autem mansos II, silva ad porcos saginandos; waida bona et ampla inter duos confines Paulegia* et Isna*; familia vero VI his nominibus: Thietherus, *etc.* Hec tradidimus partibus ecclesie S. Petri et S. Remagli in Stabulaus monasterii, ubi ipse dominus in corpore quiescit; unde venerabilis Odilo abba una cum agmina monachorum rector et custos esse videtur. Quapropter econtra accepimus ex ipsis monasterio rebus in precaria cum consensu predicti abbatis et omnium fratrum scilicet mansos VIII, qui in his locis conjacent, in villa videlicet Caventonia* mansus I, ad Faid* mansus I, ad Colnidum* mansus I, ad Carbium* mansi V; in comitatu Hojo, de potestate Lenion *, familia XII, quorum sunt hæc nomina Witgerus *etc.*; ea scilicet ratione ut, quamdiu advixerimus ego videlicet Odelardus, et uxor mea Juditha ac filius meus equivocus Odilardus, omni anno ad festum B. Remagli persolvere studeamus XII d..... Post nostrum discessum predicte res cum omni inmelioratione et omnia supraposita partibus jam fate ecclesiæ revertantur.

* Reux-Famenne?
* Reux-Leau? Bohon?
* Palange?
* Aisne?
* Chevelogne.
* N. D. de Foy.
* Conneux.
* Corbion.
* Leignon.

diplomatibus, procurat;

39 *Eodem anno contractum de alia precaria iniit* S. Odilo (6). Vir quidam nobilis, nomine Engo, adiens celsitudinem Odilonis venerandi abbatis, deprecaturus quandam sibi fieri precariam ex terra S. Petri et S. Remagli in monasterio Stabulaus, quo preesse abbas dignoscitur. .....Tradidit itaque prefatus Engo de terra sua propria ad altare supradictorum sanctorum in monasterio jam nominato coram testibus idoneis, scilicet villam, que vocatur Tanton*, in qua sunt duo mansa, ecclesia, molendinum, camba, silva, prata, inter confines aquarum Wembria et Cenelia* in comitatu Hojo, cum familia VIII, his nominibus: Diardus *etc.* Econtra accepit ab eodem abbate in propriis rebus monasterii cum consensu totius congregationis, presente advocato nomine Erenfrido, videlicet villam, que nuncupatur Ceneils, in qua consistunt tria mansa, et quartum in loco qui dicitur Joherina,

* Tanton, dép. de Vonêche.
* La Wimbe.

(1) Bertholet, Hist. de Luxembourg, tom. II, pr. pag. LXX. — (2) Ampl. Collect. tom. II, col. 42. — (3) Martene, Ampl. Collect. tom. II, col. 62. — (4) Beselius, Chronicum Gotwicense, prodromus, tom. I, pag. 188. — (5) Ritz, Urkunden des Niederrheins, pag. 34 et seqq. — (6) Ibid. pag. 36 et seqq.

cum

A cum silva, prata, que conjacent inter confines supradictos; et in ipso comitatu cum familia XVI;... ea scilicet ratione ut predictas ambas res in usus teneat proprios, ipse, et uxor mea Duoda, et filius meus..... quamdiu advixerint.

interest anno 947 synodo Virdunensi; confirmationem bonorum obtinet;

40 *Triennio post, id est anno* 945 *aut* 946, *præsente* venerabili abbate Odilone, qui in monasterio Stabulaus preesse dinoscebatur, Remgeldis conjux quondam Johannis tradidit aliquam partem ex hereditate juris sui, videlicet monasterio, in villa contigua monasterio supradicto nomine Boldau, *nunc* Bodeux, *prope Stabulaum*, cum familia. *Ad finem diplomatis hæc leguntur* (1) : Acta in monasterio Stabulaus, sub die VIII kal. aprilis, regnante Dno rege Ottone anno X. Signum Odilonis abbatis, qui hanc firmavit *(chartulam)*..... Ego Werenfridus peccator, jubente domno abbate Odilone, scripsi. *Anno* 947 *exeunte interfuit* S. Odilo *synodo Virdunensi, celebratæ propter causam Arioldi, archiepiscopi designati Remensis. Et verba Flodoardi lib.* IV, *cap.* 34 *Historiæ ecclesiasticæ Remensis* (2) : Synodus postea Virduni habetur, præ-
B sidente Rotberto, Trevirensi præsule, cum Artoldo Remensi, Odalrico Aquensi, Adalberone Metensi, Gozlino Tullensi, Hildeboldo Transrhenensi, *qui et Mimigardewordensis et Monasteriensis*, Israele Britone, præsente quoque Brunone abbate, regis Othonis fratre, Agenoldo etiam et Odilone abbatibus, cum aliis nonnullis. *Ille idem eadem fere repetiit in Chronico ad annum* 947 (3) ; *similiter Hugo Flaviniacensis in Chronico Virdunensi* (4). *Anonymus* (5) *substituit* Odonem, Cluniacensem abbatem. *Triennio post, id est* kalendis februarii, anno Domini 950, indictione VIII, regnante pio rege Ottone, *in* Basen villare, *dein S. Wendelini appellato, ab ipso Ottone diploma obtinuit* Odilo abba ex monasterio Stabulaus et Malmundario ; *quo diplomate confirmata est et definita Childerici regis donatio simul cum* decimis et capellis, ab antecessoribus concessis ex quibusdam fiscis *regiis*, id est Duira, Clodonna, Barnia, Sinciaco, Andernaico, Bodobrio, Wasitico, et Avinianno, Astanmo, de Tumbias vero, Glaniaco, Carango, Tectis et Wiria (6).

commutationem facit;

41 *Ut autem ad ultima gesta et ad vexatissimam quæstionem de* S. Odilonis *mortis tempore aliquando deveniam, in vivis adhuc erat die* 6 *augusti anni* 953. Etenim VIII idus augusti, regnante domno Ottone rege anno XVIII, *Christi* 953, convenit inter abbatem Odilonem et quendam virum,... nomine Adelelmum, et inter se, quandam facerent commutationem..... Dedit igitur predictus Adelelmus et frater suus Leutboldus Odiloni, prefato venerabili abbati, ad opus ecclesie..... mansum I ingenuilis in pago Condustrinse in villa Wasipia..... in comitatu etiam Hojo..... Econtra acceperunt..... Adelelmus *et Leutboldus ab* abbate de rebus monasterii in concambium... mansa due inguenilis inter duas villas Fals *(Faulx)* et Olhais *(Ohey)*; quæ terra jacet inter confines Arx *(Haute et Basse Arche)*, Suva *et* Mozenc *(Mozet)* et Ma[*taigne?*] in comitatu Hojo (7).

ad conventum

42 *In vivis similiter erat sub diem* 21 *septembris ejusdem anni. Licet enim ab Ottone rege duo diplomata obtinuisset sanctus abbas, alterum quo electionis sinceritas firmaretur, alterum quo bonorum possessio in tuto esset, non tamen sufficiebant hæ chartæ ad nobilium quorumdam cohibendam audaciam et contentionem. Quare non semel adierat beatus vir optimum regem, maxime ut liber esset a molestiis* Emmonis de Longia, qui erat miles Hugonis ducis *seu Capetii; qui Emmo anno* 976 *inter pugnandum mortali ictu vulneratus est* (8). *Sed sententia dilata fuerat. Quum vero Wicfredus, Coloniensis archiepiscopus, initio julii ejusdem anni* 953 *diem obiisset, subrogatus ei est continuo post S. Bruno Ottonis regis frater* (9). *Qui et factus est nulla fere interposita mora Lotharingiæ dux loco Conradi, qui nuper rebellarat et Metas ceperat* (10) : Moxque ad Aquas Grani palatii properavit, *ait Ruotgerus, coævus S. Brunonis biographus* (11). Ibi principes regni, quorum id intererat, convenit *seu congregavit*, eos variis multisque modis instruxit, atque hoc cum eis potissimum egit, ne seductoribus aut vanis eorum promissis crederent, ne minas E timerent, regiæ majestati et suæ ipsorum fidei pollicitationes nullas præponerent; spondens se ante tempus et in tempore semper paratum fore, ut pacem æcclesiæ violatam, si sic necesse esset, vitæ etiam suæ periculo reformaret. *(Luitolfus enim, Ottonis filius, timens ne pater regni partem juniori fratri adscriberet* (12), *arma sumpserat et quotquot posset sibi adsciscebat.)* Hoc facto, Coloniam lætus adiit; exspectabatur ordinationis tempus et unctionis lætitia salutaris. *Atqui die* 21 *septembris anni* 953 *Aquisgrani et die* 25 *ejusdem mensis Coloniæ versatum esse S. Brunonem intelligimus ex gestis Ratherii, qui, iterum ex sede Veronensi pulsus, in Germaniam venerat atque, prius inter S. Brunonis, ejus discipuli, domesticos receptus, dein ejus interventu ad sedem Leodiensem promotus erat. Bis enim tum electus fuit Ratherius, semel Aquisgrani a metropolita et proceribus, maxime episcopis, semel Coloniæ a populo, intermixtis utrobique Leodiensibus; quo electio canonica videretur. Audi ipsum Ratherium in proœmio suæ Phreneseos* (13) : Pulsus episcopio Vero- F nensi Italiæ,... interventu fratris *regis Ottonis*, Brunonis archipræsulis, atque patratu, postquam electus coram eodem ad Aquas, quod dicitur, Grani palatium, non solum ab his, quorum intererat specialius, *(Leodiensibus,)* sed et ab episcopis, abbatibus, comitibus, totiusque regni primoribus, quarta solemnis jejunii septimi mensis feria, *quæ anno* 953 *concurrebat cum* 21 *septembris, S. Matthæi natali,* fuerat expetitus; rursum sequenti dominica, *seu* 25 *septembris*, ab eodem, hoc est, Leodicensis ecclesiæ populo electus, septem a coepiscopis (duo quorum fuerant archipræsules, cæteri præsules), prælibato scilicet Brunone *(Coloniensi)*, Rodberto *(Trevirensi)*, Baldrico *(Ultrajectino)*, Hildibaldo *(Transrhenensi)*, Druogone *(Osnabrugensi)*, Berengario *(Virdunensi)* atque Folberto *(Cameracensi)*,... summo totius, quæ ade-

conventum Aquisgranensem, quem S. Bruno Coloniensis extremo mense septembri anni 953 *celebravit, ut ex Ratherii Veronensis gestis liquet, de summis regni negotiis,*

(1) Ibid. pag. 58 et 59. — (2) Ap. D. Bouquet, tom. VIII, pag. 169. — (3) Ibid. pag. 201. — (4) Ibid. pag. 293. — (5) Ibid. pag. 305. — (6) Martene, Ampl. Collectio, tom. II, col. 43 et 44. (7) Ritz, Urkunden, pag. 31 et 32 — (8) Chronicum Frodoardi ad an. 976, ad an. 976, ap. D. Bouquet, tom. VIII, pag. 214. — (9) Acta SS. tom. V Octobris, pag. 709 et seqq. — (10) Ibid. loc. cit. — (11) Ibid. pag. 773. — (12) Cfr Leibnitzius, Annales imperii, tom. II, pag. 624 et seqq. — (13) Opp. pag. 217 et seqq.

AUCTORE V. D. B.

rat, [multitudinis] favore destinatus eidem atque solemniter inthronizatus ecclesiæ.

adivit S. Odilo, *ibique causam suam vicit contra Emmonem de Longia.*

43 *Ad splendidissimum itaque et gravissimum Aquisgranensem conventum accitus quoque est beatissimus Stabulensis et Malmundariensis abbas, qui propter monasterii recuperatas auctasque opes non infimum inter regni proceres locum occupabat. Quam occasionem omittere noluit ut tandem aliquando sententiam adversum Emmonem de Longia obtineret. Accipe alterius S. Brunonis biographi verba :* Deinde, *inquit* (1), rege (*Ottone*) pro diversis necessitatum causis Ytaliam *(immo Bajoariam)* profecto, sanctus archiepiscopus Bruno Aquisgrani palatium venit cum *Adalberone* Metense episcopo, quem dux Kuono, civitate dolo capta, propulerat ab episcopio. Illic occurrit ei domnus abbas Odilo, jam senio fessus et egritudine continua, seque in manibus ejus commendavit et sua omnia, iterans proclamationem, preteritis annis coram rege *(Ottone)* dilatam. Unde commotus Emmo, non jam in occulto, sed hostis publicus factus est abbatiæ, collectaque latronum manu, absque misericor-
B dia et discretione bona diripiebat ecclesiæ. Non tulit ulterius hanc injuriam sanctus Bruno piissimus; sed missa copia militari reum, diffugii latibula captantem, cepit, captumque custodiæ gravissimæ mancipavit; donec, accepta fide Leodicensis episcopi, cujus erat propinquus, et sacramento ipsius, quod nichil tale presumeret ulterius, juberet cum absolvi a publicis compedibus.

Mortuus est S. Odilo *die* 3 *octobris anni* 954, *non vero anni* 964.

44 *Quum itaque tum* jam senio fessus et egritudine continua *laboraret sanctus vir, non poterat multum a fine vitæ abesse. Et quidem in Annalibus Stabulensibus, editis ex Wilthemii perscriptura, ad annum* 953 *legitur* (2) : Obiit Odilo. Eodem anno Weringfridus subrogatur. *Sed, ut supra num.* 32 *jam monui, uno anno in hac editione aberratur; atque ibidem Franciscus Laurentii* (3) *et Rodericius* (4) *legerunt annum* 954, *qui certissime scriptus fuit. Proculdubio ex Necrologio, quod nunc est penes Pertzium, innotuit Francisco Laurentii* (5) *atque inde Dionysio Sammarthano* (6) *mortis dies,* v nonas octobres *seu* 3 *octobris. Præfuit itaque* S. Odilo *Sta-*
C *bulao annos* 17, *sed cavos. Quocirca nullus dubito præpostere* Odilonem Stabulensem *insertum esse inter laudatores et testes diplomatis, quo S. Bruno die* 22 *maji anni* 964 *fundationem et immunitatem Coloniensis S. Panthaleonis cœnobii confirmavit* (7); *quamquam Bertholetus* (8) *consentiat* S. Odilonem *vita functum esse anno* 964. *Neque exemplari, quod secutus est editor Lacombletius, ulla inest auctoritas; quum et anni Ottonis mirum in modum ibidem immutati sint. Ne vero existimetur scriptum fuisse annum incarnationis* 964 *loco* 954, *obstant episcoporum nomina, quorum plerique non anno* 954 *sedebant, sed anno* 964.

§ VII. An S. Odilo adjutores abbates habuerit; an ex S. Galli evocaverit Notgerum, aliquando episcopum Leodiensem.

Neque Albericum, neque Werinfridum abbates adjutores habuisse videtur S. Odilo;

Sed *nonne* S. Odilo *prius coadjutorem habuit Albericum, postea vero Werinfridum? Affirmare non ausim. Re quidem vera in fine diplomatis de precaria* (9), *quo Stabulense monasterium acquisivit* in villa Restania *(Resteigne)* mansos VI cum oblationibus... molendinum, silvam, cum familia XXV, *et quod confectum est* in monasterio Stabulaus publice sub die VI non. mart. regnante dno glorioso rege Ottone anno XX (XII?), Cuonrado duce anno IIII, *Christi* 948, *hæc leguntur :* Signum Odilonis abbatis, qui hanc precariam auctoritate regis et ducis firmavit. Signum Alberici abbatis. S. Erenfridi advocati, *etc. Sed Albericus ille ab-* E
bas peregrinus esse potuit, qui solemnitatis causa signum suum apposuerit; neque aliis S. Odilonis *chartis subscriptus reperitur. Neque certiora de Werinfrido habemus. Sane exstat diploma, subscriptum a Werinfrido abbate, quod ad annum* 946 *referunt; sed meo judico confectum est anno* 959. *In eo dicitur* nobilis vir, nomine Rambertus, adiisse celsitudinem doni * Brunonis, archiepiscopi et ducis, cum adjutorio Erenfridi advocati et comitis (10), *petens confirmationem precariæ concessæ* ab abbate loci ipsius *(Stabulai),* nomine Werenfrido, et advocato Erenfrido... Acta sunt hec publice monasterio Stabulau VIIII idus maji, regnante Ottone rege anno X, Brunone duce anno VI. Signum Werinfridi abbatis sub die VIII idus maji, *etc. Sed S. Bruno nonnisi post medium annum* 953 *archiepiscopus et dux Lotharingiæ creatus est : adeo ut legendus sit annus Ottonis* XXIV, *non* X; *Christi* 959.

* domni.

sed Werinfridus ei successit anno 954 *ante finem mensis octobris.*

46 *Sed exstat diploma S. Brunonis, archiepiscopi Coloniensis* (11), *datum, ut in fine legitur*, publice Aquis palatio, die II kal. novembris, regnante rege Ottone, fratre nostro, anno XVIII, Godefrido duce; *in quo diplomate dicitur* quidam religiosus abba ex monasterio Stabulaus et Malmundaria, Werinfridus nomine, adiisse clementiam *S. Brunonis. Atqui ad finem octobris anni* 953 *currebat annus* XVIII *Ottonis, ita ut necesse sit tunc* S. Odilonem *amplius in vivis non fuisse aut Werinfridum ejus fuisse adjutorem. Verum neutrum dicendum videtur, sed diploma scriptum fuisse die* 31 *octobris anni* 954. *Etenim imprimis animadvertendum est errare Meyerum* (12), *qui crediderit hoc diploma confectum fuisse, dum illic celebraretur procerum conventus, de quo Ruotgerum biographum dicentum audivimus. Habitus est enim ille conventus non mense octobri, sed septembri.*

(1) Ap. Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. IV, pag. 276 et 277. — (2) Monuments p. s. à l'h. d. l. p. de Namur, tom. VIII, pag. 203. — (3) Ap. Fisen. Flores Leodienses, pag. 606; et ap. Bucelinum, Germania sacra, tom. II, part. I, pag. 279. — (4) Disceptationes de abbatiis etc. pag. 39. — (5) Syllabus chronologicus abbatum, ap. Bucelinum, Germania sacra, tom. II, part. I, pag. 279. — (6) Gallia Christ. nova, tom. III, col. 943. — (7) Lacomblet, Urkundenbuch f. d. Geschichte des Niederrheins, tom. I, pag. 62. — (8) Hist. de Luxembourg, tom. II, pr. pag. VI. — (9) Ritz, Urkunden, pag. 33 et 34. — (10) Ibid. pag. 39. — (11) Martene, Ampl. coll. tom. II, col. 46. — (12) Aachensche Geschichte, tom. I, pag. 206.

Inde

AUCTORE V. D. B.

A *Inde redivit S. Bruno Coloniam, neque traditur a Ruotgero, primos ejus annos accuratissime prosecuto, denuo Aquisgranum ivisse, sed Coloniæ consedisse commonstrat; neque credibile est S. Brunonem, vix Aquisgrano reducem, eo reversum esse, qui propter summam duplicemque dignitatem sine ingenti comitatu movere non posset. Contra valde verisimile est sequenti anno denuo convenisse proceres, qui Conrado, Hungarorum accitu infami, resisterent. Demum anno* XVIII *Ottonis, etiam post mensem julium, annus* 954 *æque designatur ac annus* 953; *quoniam, ut primus animadvertit Papebrochius* (1) *et alii* (2) *post eum confirmarunt, in ipsius Ottonis diplomatibus sex primi ejus regni menses aliquando non computati fuerunt : quem stylum curiæ Ottonianæ a S. Brunone interdum observatum esse quis miretur? Quocirca stat* S. Odilonem *mortuum esse die* 3 *octobris anni* 954; *eum non videri habuisse adjutores, abbates dictos; eique successisse Werinfridum, (qui a Martenio* (3) *recte dicitur antea cancellarius fuisse;) et quidem ante diem* 31
B *octobris anni* 954, *qua in palatio Aquisgranensi versatus fuerit.*

S. Odilo non accivit ex S. Galli monasterio Stabulaum Notgerum, postea episcopum Leodiensem.

47 *Quod supra, num.* 30, *Martenium dicentem audivimus de* S. Odilone, *passim* (4) *traditum reperio : ab eo nempe literas ad pristinum honorem Stabulai reductas fuisse, Notgero e monasterio S. Galli ad se evocato, juvene magnæ eruditionis; qui deinde Leodiensem ecclesiam ab anno* 971 *usque ad* 1008 *rexit. Hinc appellatur Notgerus* scholasticus Stabulensis, magister Stabulensis, caput scholæ Stabulensis; *quin etiam inquiritur in ejus discipulos, summos deinde factos viros; atque tantæ hujus gloriæ auctor statuitur* S. Odilo. *Quum autem ego hujus famæ originem investigare volui, nihil nisi fumum manibus prehendi. Fisenius, omnium antesignanus, in Floribus suis testes nullos produxit, sed in Historia ecclesiæ Leodiensis Trithemium citavit in Viris illustribus et Chronico Hirsaugiensi, et Bruschium. Sed Trithemius, qui bis Notgeri meminit in Viris illustribus* (5), *semel in Scriptoribus* (6) *et semel in Chronico Hirsaugiensi* (7), *(aliquando eum vixisse statuens medio sæculo* IX, *aliquando medio sæculo* X *aut recentius, sed ubique B. Notkerum Balbulum seu Hymnographum et Notkerum abbatem confundens cum Notkero seu Notgero Leodiensi,) nuspiam ait eum scholasticum Stabulensem fuisse, contra abbatem S. Galli. Bruschius vero in Chronologia monasteriorum meminit quidem et Stabulai et S. Galli cœnobii; sed tacet Notkeri nomen. Quid, quod Franciscus Laurentii, qui prius consenserat Fiseno, dein in Syllabo chronologico abbatum et principum imperialis monasterii Stabulensis, quem ad Gabrielem Bucelinum paulo ante annum* 1669 *misit, omisit Notgerum, satis habens laudasse* S. Odilonem, *quod disciplinam regularem et literarum studia excitavit* (8)? *Præterea inter monachos, qui diplomatibus Stabulensibus administratione* S. Odilonis *et Werinfridi inter testes subscripserunt, numquam occurrit Notgeri nomen. Demum in Annalibus Hildeshemiensibus* (9) *atque inde in Chro-* E
nico saxonico (10) *traditur Notgerus præpositus fuisse S. Galli, nequaquam scholasticus Stabulensis. En verba :* Regni autem Heinrici VII, ind. VI, 1008... Nohtgerus, prepositus monasterii beati Galli, Leodiensis presul ad Christum migravit. *Neque credibile est absque testimonio irrefragabili eum juvenem accitum fuisse Stabulaum, dein revocatum ad S. Galli, ubi præpositus esset, et postea rediisse Leodium, episcopum futurum; multoque minus credibile est præpositum, secundum ab abbate superiorem in potentissimo monasterio, ad scholas regendas venisse in aliam provinciam. Quod autem ab abbate Stabulensi se exorari passus est ut scriberet S. Remacli Vitam, nihil est; neque in prologo profitetur se sanctum episcopum veneratum esse Stabulai, sed ejus successorem esse Leodii.*

(1) Propylæum antiquarium, part. I, num. 46, in Actis SS. tom. II Aprilis, pag. XI. — (2) Cfr Besselius, Chronicum Gotwicense, tom. I, pag. 188. — (3) Ampliss. coll. tom. II, præf.
C pag. V. — (4) Fisen, Flores eccl. Leod. pag. 402 et Hist. eccl. Leod. tom. I, pag. 147; Fr. Laurentii, ap. Fisen, Flores, pag. 605; Mabillonius, Annales Bened. lib. XLIII, num. 46, tom. III, pag. 385; Rivet, Hist. litt. de France, tom. VI, pag. 41, et tom. VII, pag. 208; de Noue, Etudes hist. sur Stavelot, pag. 141; Courtejoie, Illustrations de Stavelot, pag. 125 et seqq.; de Gerlache, Hist. de Liége, Œuvres complètes, tom. IV, pag. 49 etc. — (5) Lib. I, cap. 69, et lib. IV, cap. 216, opp. edit. Busæi, pag. 43 et 143. — (6) Num. 279, pag. 74. edit. Fabricii. — (7) Edit. S. Galli, tom. I, pag. 22. — (8) Germania sacra, tom. F
II, pag. 279. — (9) Ap. Pertz, Monum. Germaniæ, tom. III, pag. 93. — (10) Ibid. tom. VI, pag. 658.

DE

A D

DE B. JOANNE CHISIO

LAICO ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI

SENIS IN THUSCIA

V. D. B.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. Origo et beati viri congregationis Ilicetanæ. Qui Joannem Chisium *beatum* appellarint. An cultus legitimus, quia centum annis Urbanianis decretis antiquior; an quia permissus ab Alexandro papa VII.

ANNO MCCCLXIII. *Origo duorum conventuum Ilicetanorum, quos incoluerunt superiores congregationis Ilicetanæ: hujus congregationis initia; sancti qui ei adscribuntur plerique his initiis antiquiores.* * Monte-Maggio

Ad tertium a Senis lapidem, in clivo orientali montis Maji *, *in media ilicum silva et non procul a lacu villam suam nunc habet archiepiscopale Senense seminarium. Huic loco vulgare nomen* Leccto, *latinum Ilicetum, olim Fullignanum, et Silva Lacus. Memoriæ nullæ antiquiores anno* 1123, *quo S. Leonardi templum, in Silva Lacus positum, agris, vitibus nemoribusque a comite Uguicione de domo Ardengesca donatum est* (1); *nisi quod B. Jacobus Piccolomineus illic jam anno* 1074 *diem obiisse tradatur* (2). *Hinc non longe ædem sacram, initio sæculi* XIII *exstructam, anno* 1202 *SS. Salvatori, B. Mariæ et S. Benedicto dedicavit Bonus, Senensis episcopus* (3); *quam alteram ædem, dictam* ecclesiam eremiticam in Silva Lacus, *jussu Gregorii IX denuo solemniter consecravit Bonfilius, ipse quoque Senensis antistes* (4). *Anno* 1233 *nondum penes eremitas erat antiquius S. Leonardi templum; sed in diplomate anni* 1293 *recensentur eremitæ S. Augustini de Fultignano Silvæ Lacus, et S. Leonardi ejusdem Silvæ et Podii S. Agathæ Senensis; quibus unus erat syndicus* (5). *Distincti manserunt S. Salvatoris et S. Leonardi eremitæ, ambo tamen Ilicetani dicti. Volunt sacram Eremum seu S. Salvatoris conventum caput provinciæ Thusciæ fuisse, donec anno* 1259
C *Senensis S. Augustini cœnobii fundamenta ab Ilicetanis posita sint atque eo provinciale regimen translatum; tum fœcundam Ilicetanam arborem novas per provincias Senensem et Florentinam emisisse propagines; atque inde ortam congregationem Ilicetanam* (6). *Sed hæc nequaquam sunt accurate dicta. Quum scilicet anno* 1387 *Bartholomæus Venetus, prior generalis Eremitarum Augustinianorum, Nicolaum Cerretanum Ilicetano monasterio præposuit, boni consuluit eum a provincialis jurisdictione eximere et generalium priorum auctoritati proxime subjicere: qua ordinatione principium quasi novæ congregationis positum est. Aliquot paulatim conventus Ilicetanorum instituta admiserunt; atque stabili lege anno* 1449 *congregatio Ilicetana firmata est, quum Julianus de Salemo Siculus, prior generalis, in conventum Montisspecchii Observantes omnes in capitulum generale coegit atque dein in diversas congregationes divisit, singulis præfectis vicariis generalibus* (7). *Caput novæ congregationis Ilicetanæ ipsa Eremus S. Salvatoris; sed maluerunt postea superiores majores residere in S. Leonardi conventu, jam pridem anno* 1330 *partim renovato atque dein exornato magnifice. Auctoritate sæculari cessavit Eremus anno* 1783; *conventus S. Leonardi anno* 1810, *nisi quod in villam seminarii, ut monuimus, conversus sit. Chorographia congregationis Ilicetanæ, quam in orbe Augustiniano anno* 1659 *Lubinus edidit, undecim recenset conventus: Pratensem, Florentinum, S. Miniatis, S. Geminiani, Collensem, S. Martini Senensem, S. Antonii de Lacu, sacram Eremum seu S. Salvatoris et S. Leonardi, ambos Ilicetanos, deinde Montis Specchii et demum Vallis Aspræ; qui singuli unus post alium congregationi Ilicetanæ accesserunt. Atque ad hos, non ad unam sacram Eremum pertinent triginta viri, qui sancti aut beati Ilicetani dicuntur et a Landuccio celebrantur ejusque sequacibus. Non enim hi omnes sacram Silvam incoluerunt, sed alii alias congregationis Ilicetanæ domos; adeoque* B. Joannes Chisius, *cujus causa hæc explicamus, numquam Ilicetum perrexisse legimus, sed Valle Aspra vixit, et quidem multo prius tempore quam congregatio Ilicetana nata est, dein Senis, post Ticini et iterum Senis; qua in postrema civitate diem obiit anno* 1363. E F

Recensentur historici qui Joannem Chisium beatum *dixerunt, antequam Fabius Chisius, postea Alexander papa VII, inclarescere cœpit;*

2 *Verum enim vero sitne hic, uti et reliqui qui* beati *dicuntur* Ilicetani, *legitime sanctis accensitus, dubii fuimus plurimum. Profecto magna sanctitatis opinione recessit e vivis, ut ex Vita, quam medio sæculo post ejus mortem Philippus Leonardi della Agazzaia secundum testimonia confessarii aliorumque fratrum conscripsit, et multo magis ex pia sepulcri apertione manifestum est. Verumtamen neque corporis elevatio aut translatio facta est, neque* beati *titulo Dei servum insignivit Philippus, sed* devotum fratrem *appellavit,* fratrem Joannem, istum fratrem, venerabilem virum *et* benedictum fratrem Joannem. *Semel quidem in ejus scriptione nuncupatur*

(1) Repetti, Dizionario geografico fisico storico della Toscana, tom. II, pag. 665. — (2) Ambrosius Landucci, Sacra Ilicetana silva, pag. 15 et 80. — (3) Repetti, tom. II, pag. 665. — (4) Pecci, Storia del vescovado di Siena, pag. 203. Cfr Landucci, pag. 16. — (5) Repetti, tom. II, pag. 665. — (6) Landucci, pag. 59. — (7) Torelli, Secoli Agostiniani, tom. VI, pag. 249. Cfr Crusenius, Monasticum Augustinianum, pag. 162.

beatus

AUCTORE V. D. B.

A beatus Joannes; *sed loco certissime interpolato, et quidem ita ut ambiguum sit utrum hæc laus personam afficiat an mores. Qui anno* 1543 *hanc Vitam manu sua descripsit F. Bernardus Monaldi, initio codicis, quo Vitæ sanctorum Ilicetanorum continentur, inter beatorum nomina posuit* Beato Giovanni da Vall'aspra converso de Chigi; *quibus verbis eum procul dubio inter probatos cælites referre voluisse dicendus foret, nisi tunc temporis et multo etiam post (ut ex Arturi Martyrologio Franciscano, Gynecæo Arturi et ex aliorum similibus libris constat) titulus* beati *multo latius patuisset quam nunc et idem valuisset quod nunc* pius *et* venerabilis. *Insuper hæc Monaldii scriptio aliquot annis recentior est quam qua demonstretur* beatum *nuncupatum fuisse* Joannem Chisium *centum annis ante Urbani papæ VIII decreta adversus improvidam virorum religiosorum veneration-*
nem. Integrum pæne sæculum post Monaldium silentium factum esse videtur, quum Marcellinus Altesius, domo Senensis, professione Ilicetanus Eremita, anno 1635 *pie vita*
B *functus, operam multam dedit colligendis illustrium virorum et beatorum Ilicetanæ congregationis elogiis, quibus* Pinacothecam Ilicetanam, *vulgo* Galeria Leccetana, *nomen indidit* (1) : *quæ numquam viderunt lucem; sed ex misso ad decessores nostros a Fabio Chisio, postea Alexandro papa VII, loco, novimus ab eo quoque* BEATUM Joannem Chisium *nuncupatum fuisse. Vidit hanc Pinacothecam, (quam et a Philippo, Marcellini fratre, post auctoris mortem dono accepit,) dictus Ambrosius Landuccius, item Senensis ; qui decennis anno* 1610 *Ilicetanæ domui adscriptus, postmodum prior factus, deinde Senis tum in studiorum universitate tum in conventu S. Martini conspicuis fungens officiis, tandem creatus fuit visitator generalis congregationis Ilicetanæ et demum pontificatu Alexandri papæ VII apostolico sacrario præfectus cum solito episcopi Porphyriensis titulo. Hic magnam Vitæ partem describendis et congerendis congregationis suæ monumentis impendit, quæ in quinque volumina distribuit* (2). *Quum autem pius esset, oculos maxime convertit in*
C *memorias virorum, qui virtutum splendore eminuerant; quorum nomina ut nota faceret, anno* 1629 *prelo dedit* Sacram *suam* Ilicetanam Propaginem, *quam ipse et alii sæpe etiam* Arborem *vocarunt, tabulis duabus æneis majoribus incisam et die* 1 *decembris absolutam. In hac Propagine seu Arbore præcipuum locum occupat* beatus Joannes Chisius Vallasprensis; *(hæc enim subscripta sunt verba ;) et inferius legitur ejus elogium seu Vitæ epitome.*

Augustiniani Colonienses dedicant Fabio Chisio, nuntio Coloniensi, Vitam BEATI *gentilis, scriptam ab Hoyero secundum documenta Landuccii;*

3 *Per hanc Propaginem, quaquaversum missam, innotuit procul dubio Augustinianis Belgis* B. Joannis Chisii *nomen; et quidem perquam opportune. Videlicet quum anno* 1639 *Fabius Chisius, quem omnes eodem ortum dicebant genere quo servum Dei, ad partes Rhenanas venit, apostolici nuntii officio et dignitate auctus, incredibile dictu est quantas apud bonos omnes tum meruerit laudes et placendi excitaverit studium. Sanctissimis eminebat moribus; sincero religionis amore excellebat; facilis erat erga omnes et benevolus, non avarus munerumque non extortor; doctrina insuper non vulgari erat conspicuus; et sedulo pacis negotium, quod omnibus post triginta annorum bella cordi erat, promovebat; quæ a cardinali Sforza Pallavicino* (3), *ejus biographo, fuse declarata vide, et quorum memoria inter Belgas nondum periit. Neque inter ejus clientes ultimi esse voluerunt Eremitæ S. Augustini Colonienses; probe memores inter suum ordinem et Chisiorum domum magnum semper exstitisse beneficiorum et amoris venerationisque commercium. Auxilio itaque Ambrosii Landuccii, qui, inventis in cœnobio Ilicetano Philippi seu Monaldi scriptis de Vitis sanctorum eremitarum Ilicetanæ congregationis, gestiebat hunc thesaurum publico communicare, statuerunt in lucem edere* B. Joannis Chisii *Vitam eamque optimo nuntio dedicare, insertis secundum Propaginem Ilicetanam aliorum nobilium virorum ejusdem Congregationis elogiis. Florebat autem tum poesis latinæ laude in*
E *provincia Coloniensi seu Belgica, quæ Rheno, Mosella et Saro concludebatur adeoque universum Belgium et provincias Coloniensem et Trevirensem fere continebat, Michael Hoyerus, natione Hesdinus, filius conventus Iprensis, qui nulli literis humanioribus ævo suo secundus fuisse traditur* (4), *sed reapse judicio plane carebat et in eo tantum excellebat ut res simplicissimas nosset onerare ingenti verborum poeticorum apparatu et ad centenas paginas extendere quæ tribus aut quatuor declaranda erant. Scripsit itaque, Philippi Leonardi scriptionem habens ante oculos,* Vitam B. Joannis Chisii ordinis Eremitarum S. Augustini ad illustrissimum D. Fabium Chisium, nuntium apostolicum ; *cui eam anno* 1641 *typis Antverpiensibus excusam et imaginibus aliquot exornatam conventus Coloniensis dedicavit. F. Joannis Mantelii, provinciæ visitatoris et plurium librorum scriptoris* (5), *partum credidit Fabius Chisius, sed minus probavit :* « Si antequam imprimeretur libellus,
F *sic scripsit ad decessores nostros,* meam manum exspectassent, multa sunt quæ delevissem atque mutassem. Duæ paginæ tantum fuerunt substitutæ ut emendaretur error in cognomine, quod castri fecerat, cum sit viri, et ut adderetur titulo BEATI a populis non a S. Sede frui. Nomina propria scatent mendis. *Hæc Fabius. Passim itaque illic appellatur* B. Joannes Chisius ; *sed ne verbo quidem insinuatur aliquid fieri in ejus honorem. Protestatio, initio et fine hujusmodi librorum ab Urbano VIII fieri jussa, abest ; sed verisimiliter Urbaniana decreta nondum publice in Belgio proposita fuerant. Quidquid id est, non placebat Chisio Dei servum* beatum *nuncupari, nisi adderetur hoc fieri populari voce, non apostolica auctoritate.*

qui alii eodem fere tempore Joannem Chisium BEATI *titulo donarint.*

4 *Monumenta, ut docuimus, subministraverat Ambrosius Landuccius, ex cujus item penu sumpsisse videtur Gregorius Sangeorgius Fulginas, Eremita Augustinianus et plus trecentarum panegyricarum orationum scriptor* (6), *qui in Sacris Horroribus Ilicetanis mss. etiam de beato viro dixisse fertur* (7).

(1) Landucci, Sacra Ilicetana Silva, pag. 146. — (2) Ibid. pag. 4.— (3) Vita di Alessandro VII, sommo pontefice, tom. I, pag. 70 et seqq. — (4) Ossinger, Bibliotheca Augustiniana, pag. 456. — (5) Ibid. pag. 540. — (6) Jacobillus, Bibliotheca Umbriæ, pag. 129. — (7) Landucci, pag. 92.

Arborem

AUCTORE V. D. B.

Arborem Ilicetanam et Philippi Leonardi seu Monaldii scripta norat Herrera, quum anno 1644 *Alphabetum Augustinianum edidit; neque dubitavit alieno exemplo Joannem Chisium* beati *titulo ornare* (1) *: quod et anno* 1647 *fecit Aloysius Torellius in Centuriis suis* (2). *Interea excerpebat Landuccius ex collectaneis suis ea omnia, quibus originem et historiam cœnobii et congregationis Ilicetanæ manifestam faceret. Quod opus anno* 1633 *quatuor foliis lingua vulgari Senis edidit titulo* Sacræ Ilicetanæ Silvæ (3), *et anno* 1653 *viginti foliis lingua latina denuo typis Senensibus eodem titulo* Sacræ Ilicetanæ Silvæ, *licet elogia sanctorum, Arbori seu Propagini Ilicetanæ inscripta, paulisper correcta et copiosis annotationibus illustrata accessissent: quam Silvam, iterum auctam, lingua vernacula denuo edidit nepos ejus Fabricius Landuccius Romæ anno* 1657 (4). *Ita ut tres editiones hujus libri factæ sint. Nos vero utemur latina, quam anno* 1653 *prodiisse monuimus. Hoc tempore expectabatur ut brevi in publicum ederet P. Joannes Baptista Ferrarius, Societatis Jesu non ine-*
B *legans scriptor, elogium* B. Joannis Chisii *simul cum laudationibus aliorum beatorum Senensium* (5); *et similiter quidam Ordinis Prædicatorum alumnus, nomine Isidorus Ugurgiero Azzolini in Cælo Senensi* (6), *(quæ tertia pars Pomparum ejus Senensium, Vitas sanctorum complexa, lucem numquam vidit* (7), *)* B. Joannis Christi *gesta et laudes colligebat.*

Imagines, Vitæ B. Joannis Chisii *aliaque id genus, facta pontificatu Alexandri VII.*

5 *Tum vero jam cardinalitium galerum acceperat Fabius Chisius. Biennio vero post Innocentio papæ X successor datus fuit. Porro si ii, qui nuntii Coloniensis gratiam aucupabantur, nomen* B. Joannis Chisii *sibi celebrandum esse arbitrabantur, quid fieri debuit, quum Fabius Chisius ad S. Petri cathedram anno* 1655 *promotus est, cardinalibus passim declarantibus se virum honestum elegisse, populoque clamante esse papam sanctum* (8)*? Quam famam integrum annum sustinuit, nullo nepote Romam admisso; neque postea omnino perdidit, licet ab inceptis severioribus desciverit auctoritate Pauli Olivæ, præpositi generalis Societatis Jesu* (9), *vel consilio* (10) *aut*
C *certe approbatione* (11) *Pallavicinii, ejus confessarii et biographi. Itaque nullius forte umquam pontificis electio tantam ubique excitavit lætitiam, quantam Alexandri VII; sed omnes vicerunt Senenses, de populari suo merito gloriantes* (12). *Pingendam itaque curavit senatus* BEATI Joannis Chisii *imaginem, in publico civitatis consistorio peregrinis hospitibus ostendendam, cum adjecto præclaro elogio* (13). *Qui hæc refert Camillus seu Raimundus Capisucchius, a collegis suis FF. Prædicatoribus* (14) *laudatus plurimum et sacri palatii magister, eodem anno* 1655, *quo Fabius suum nomen Alexandro commutavit, Hoyeri Vitam in novi pontificis assentationem et obsequium auxit aliquantum et accuratius prelo Romano expressit* (15). *Quo officio aliisque blandimentis animum Alexandri VII sibi omno promeruit, experturus tamen quam sit varius aer cujuscumque aulæ* (16). *Anno sequenti hanc eamdem Vitam distichis et annotatis explicuit F. Nicephorus Sebastus Melissenus, S. Theologiæ M. Ordinis Eremitarum S. Augustini* (17), *et imaginibus Vitæ Coloniensis seu Hoyerianæ repræsentavit. Cui Vitæ eodem anno adjecit* hypomnebata et censuram mss. in ea mdem Vitam cum responsione ejusdem Sebasti. *Porro in omnibus illis libris, quibus Arbor seu Propaga Ilicetana aliaque Landuccii scripta præiverant,* beatus *dicitur* Joannes Chisius. *His accedit Philippus Elssius*
D *Belga, cœnobii Bruxellensis filius, qui anno* 1654 *Encomiasticum Augustinianum ordine alphabetico* (18) *edidit et qui mihi idem videtur ac qui a Melisseno* (19) *Philippus* Elich *dicitur et nomine provinciæ Belgicæ Romam misisse perhibetur imaginem cum elogio* beati Joannis Chisii a Maciarcto, *dicatam Alexandro papæ VII. Quocum conjungas F. Augustinum Lubinum, qui in Orbe Augustiniano anno* 1659 *edidit* Chorographiam congregationis Ilicetanæ ordinis eremitarum S. Augustini, in qua floruit B. Joannes Chisius cum multis aliis: *in qua Chorographia imago servi Dei, nimbo lucido, cælestis gloriæ indicio, ornati, cum apposita calvaria cernitur.*

Perperam asseritur Joannem Chisium *ut beatum cultum fuisse centum annis ante Urbaniana decreta;*

6 *Licet autem scriptores Itali, quos continuo adduximus, protestentur sibi mentem non esse quidquam agere quod Urbani VIII decretis adversetur, re tamen vera hæc omnia iisdem decretis contraria sunt, nisi servi Dei veneratio publica usitata fuerit anno* 1534 *seu centum annis Urbani legibus antiquior sit. Verum, etiamsi detur* beati *appellationem, qua semel Philippus Leonardi eum insignivit, non ad mores, sed ad personam pertinere, sufficitne lucubratio in conventuali tabulario*
F *servata, ad cultum publicum aut ecclesiasticum adstruendum? Profecto scripsit Melissenus* (20) *venerabilem virum* BEATI titulo a TRECENTIS pæne annis, doctis patrum calamis,

(1) Alphabetum Augustinianum, pag. 377. — (2) Ristretto delle vite degli uomini e delle donne illustri in santità ed altri famosi soggetti per rara e singolar bontà insigni e venerabili dell' ordine agostiniano, diviso in sei centurie, cent. III, pag. 246. — (3) Sacra Ilicetana silva, edit. 1653, pag. 33 et 75. — (4) Ossinger, Bibliotheca Augustiniana, pag. 496; Moreni, Bibliographia della Toscana, tom. I, pag. 503. — (5) Cfr Landucci, Sacra Ilicetana silva, pag. 94. Ferrarii operis titulus est : Sagri fiori di Siena. — (6) Cfr Torelli, Secoli Agostiniani, tom. VI, pag. 68. — (7) Cfr Moreni, Bibliografia storico-ragionata della Toscana, tom. II, pag. 454 et 455. — (8) Sforza-Pallavicino, Vita di Alessandro VII, tom. I, pag. 209 et 264. — (9) Ranke, Hist. de la papauté, tom. IV, pag. 107, edit. Bruxell. — (10) Fr. Bruys, Histoire des papes. tom. V, pag. 322. — (11) Sforza-Pallavicino, tom. II, pag. 72 et seqq. — (12) Gigli, Diario Sanese, pag. 69. — (13) Capisucchi, Vita B. Joannis Chisii, pag. 110. — (14) Quétif et Echard, Scriptores ordinis Prædicatorum, tom. II, pag. 730. — (15) Ibid. pag. 731. — (16) Ibid. pag. 730. — (17) Ecce tituli trinarum Vitarum : I Vita B. Joannis Chisii [a Maciaretto], ord. eremit. S. P. Augustini ad Ill. et R. D. Fabium Chisium, Nunt. Apostol. Antverpiæ apud Henricum Aertssens, anno 1641. II. Vita B. Johannis Chisii Senensis ordinis Eremitarum S. Augustini a patribus ejusdem ordinis Coloniæ Agrippinæ primum scripta et typis Plantinianis (immo Aertsenianis) edita anno 1641, nunc denuo Romæ aucta et accuratius prælo expressa. Romæ, Bernabò, 1655. — B. Angelæ (item Chisiæ et tertiariæ Augustinianæ) Vitæ synopsis, et breviarium Vitarum nonnullorum Ord. Eremitarum S. Augustini adjiciuntur. III. Vita B. Joannis Chisii Senensis ordinis Erem. sancti P. Augustini, Alexandri VII Pont. Max. gentilis, per reverendissimum P. Fr. Raimundum Capisuccum S. A. Pal. magistrum, Ord. Præd., Romæ nuper aucta, illustrata ac typis edita et juxta ejus oratorium calamum a F. Nicephoro Sebasto Melisseno, Sac. Theol. magistro, Ord. Eremitarum S. P. Augustini, Acad. Otioso Neapolitano, poetice delineata. Romæ typis Francisci Caballi 1656. Hæc denuo edita fuit Romæ typis Michaelis Herculis anno 1675 cum adjuncta brevi Vita B. Angelæ Chisiæ, neptis B. Joannis. — (18) Pag. 338 et 339. — (19) Vita etc. pag. 12. — (20) Ibid. pag. 21.

populorum

A populorum veneratione et publicis picturis indigitari; *sed præter Philippum Leonardi nihil esse quod tam antiquum sit colliget ex dictis facile lector. Non plus fidei habendum videtur Herreræ, cujus hæc sunt verba :* Paulo post *mortem* a consanguineis ejusdem beati, UT AJUNT, exstructo altari porphyrite et marmore illustri ad latus portæ, supra illud sacra pignora CREDUNTUR requiescere; *aut Landuccio qui, in commentario ad Alexandrum VII, quum adhuc Coloniæ aut Monasterii Westphalorum consisteret, misso et postea ad decessores nostros, delato, postquam Augustinianos Senenses negligentiæ incusasset, dein hæc addidit :* Ab eorumdem tamen nonnullis hujus Dei famuli ossa reliquiasque cæteras supra antiquius altare, a perillustrissima ejusdem sancti hominis familia Deo resurgenti constructum dicatumque, conquiescere asseritur. *Quis enim confidat dictis* ut ajunt, creduntur, a nonnullis asseritur? *Deinde Philippus Leonardi, qui quinquaginta fere annis post viri Dei mortem in illo ipso Senensi cœnobio scripsit, nihil de hac reliquiarum exaltatione*
B *novit aut tradidit. Quid? quod, ut jam pridem animadvertit Torellius* (1), *medio sæculo* XVII *non conveniebat inter Augustinianos de ipso servi Dei sepulcro? Multo itaque tutius est reliquiarum sortem auxilio non adhibere ut de cultus legitima antiquitate constet.*

verumtamen propter tolerantiam Alexandri papæ VII ejus causa dicenda videtur casus exceptus ab illis decretis.

7 *Quid itaque? An ex sanctorum et beatorum catalogo expungemus* Joannis Chisii *nomen? Absit; sed meo judicio minus nitendum est cultus antiquitate quam sanctæ sedis tolerantia, seu potius hæc tolerantia conjungenda est cum eximia veneratione, qua tot sæculis servata est servi Dei memoria. Noverat profecto Alexander papa VII Philippi Leonardi et Altesii scriptiones; quas quippe a Landuccio impetratas ad decessores nostros miserit. Hoyeri Vitam, sibi a Coloniensibus oblatam, ita sibi perspectam habebat ut censoria virgula multis locis eam tetigerit. Quidquid autem ad gentilis gesta aut venerationem pertineret, diligenter examinaverat ipsemet, ut ex ejus ad Bollandum literis plane manifestum est. Profitebatur itaque sanctæ Sedis decreto* beati *nomen viro Dei non competere;*
C *et consentiebant ipsi assentatores, qui, quum publice postulabant ut apostolicæ confirmationis sigillo titulus ille ei assereretur, re aut apertissimis verbis declarabant auctoritate pontificia hanc ei laudem numquam tributam fuisse. Neque eum præteribant Urbani papæ VIII decreta, quæ tunc temporis a plerisque tam severa interpretatione explicabantur ut, quum ille idem Alexander VII S. Thomam de Villanova, archiepiscopum Valentinum, secundum Urbaniana decreta sanctis accensere cogitaret, res vix possibilis tentari diceretur* (2), *et passim supprimeretur beatorum cultus apprime legitimus, quem inter casus exceptos referre non auderent. Verumtamen, licet hæc ita essent, permisit Alexander VII Romæ in lucem edi, debitis approbationibus munitas, Vitas* BEATI Joannis Chisii *easque sibi singulari nuncupatione dedicari; itemque imagines, in quibus* BEATI *titulo honestatus erat ejus gentilis et caput gerebat nimbo aut radiis gloriosis circumdatum. Neque hæc semel aut clanculo facta sunt; sed sæpe ante omnium oculos publica auctoritate. Quin permisit* (3) *in Vita sua a cardinali Pallavicino* (4), *pro summo familiæ suæ decore scribi gentilem suum* Joannem Chisium vitæ sanctimonia et operum admirabilitate a fidelibus meruisse venerationem et titulum beati. *Neque est quod objiciatur nullum decretum, ipsius pontificis manu confirmatum, intervenisse : plane hoc necessarium non esse docet Benedictus papa* XIV (5); *qui et affert exempla plurima venerationis, a Romanis pontificibus permissæ, quæ inter casus Urbanianos exceptos relata sunt* (6) *licet multo minus sint insignia quam quæ fieri sivit Alexander VII in* B. Joannis Chisii *honorem.*

AUCTORE V. D. B.

Quinam post illa tempora Joannem Chisium *nuncuparint* beatum.

8 *Quam ob causam is temerarius videretur qui, quum noverit Alexandrum papam VII permisisse ut episcopi vicesgerentes et magistri sacri palatii probarent Vitas et imagines* BEATI Joannis Chisii *eumque in earumdem sibi nuncupationem consensisse, tollendum* beati *titulum senserint. Hoc non admisit Fabricius Landuccius, qui (ut supra dictum est) anno* 1657 *patrui Sacram Ilicetanam Silvam, italice versam, typis Romanis edidit; neque Aurelius Knippinga, Groningensis, Eremita Augustinianus, qui, præpostere ad diem* 31 *maji* B. Joannis Chisii *laudes epigrammate celebravit* (7); *neque Torellius, qui, anno* 1680 *sextum tomum Sæculorum Augustinianorum prelo subjiciens, præclare de* B. Joanne Chisio *scripsit* (8); *neque Hieronymus Gigli, qui in Diario Senensi, anno* 1722 *in lucem dato, ad diem* 27 *octobris* Iliceti *constituit natalem* B. Joannis Chisii, B. Francisci Nuti et B. Stephani Ciogni Senensium (9); *neque demum Carolus Guido Forti, qui in præclaro Catalogo Hagiologico Hetrusco* (10), *quem anno* 1731 *Romanis typis exprimendum curavit et Clementi papæ XII dedicavit,* B. Joannem Ghigi, nobilem Senensem, *inter reliquos beatos Ilicetanos recensuit; neque demum a* beati *appellatione abstinuit, rerum curiæ Romanæ peritissimus,* F *Josephus Novaes* (11): *similiter sapientissimus Dominicus Moreni, qui in Bibliographia historica Thusciæ, anno præsentis sæculi* V *typis impressa, bis* (12) BEATUM Joannem Chisium *dixit. Neque aliter Cajetanus Moronius, quem alii dilacerent, ego numquam sine laude prætermittam : namque hic quoque nuncupavit* beatum Joannem Chisium, *sed uno sæculo erravit* (13). *Venerintne aliqui postea me latet; sed si venerint, non dubito quin* Joannem Chisium BEATUM *quoque dixerint. Præterea inter laudatores ejus veteres recenset Torellius* (14) *P. Hieronymum Bonsignori, quem Ugurgierius* (15) *de rebus cœnobii Ilicetani anno* 1511 *reapse scripsisse testis est, et*

(1) Secoli Agostiniani, tom. VI, pag. 67 et 68. — (2) Sforza-Pallavicino, Vita di Alessandro VII, tom. II, pag. 333. — (3) Cfr Novaës, Elementi della storia de' sommi pontifici, tom. X, pag. 179, not. *a*, edit. 1822. — (4) Vita di Alessandro VII, tom. I, pag. 5. — (5) De canonizatione SS. lib. II, cap. XX, numm. 5 et 6. — (6) Cfr. ibid. totum caput XX. — (7) Ephemeris Sanctorum Ord. Erem. S. P. Augustini ex authenticis scriptoribus collecta et vario metri cultu exornata, pag. 41. — (8) Secoli Agostiniani, tom. VI, pag. 66 et seqq. — (9) Diario Sanese, pag. 214. — (10) Catalogus etc. pag. 86 et 87. — (11) Elementi della storia de' sommi pontifici, tom. X, pag. 60, edit. 1822. — (12) Bibliografia storica ragionata della Toscana, tom. I, pag. 212, tom. II, pag. 528. — (13) Dizionario di erudizione ecclesiastica, tom. XIII, pag. 79. — (14) Secoli Agostiniani, tom. VI, pag. 68. — (15) Pompe Sanesi, tit. XIX, tom. I, pag. 631.

Honorium

AUCTORE V. D. B.

Honorium Martini, natione Senensi, cœnobii Ilicetani filium et Vitæ B. Christinæ de Cruce anno 1593 *scriptorem. Sed, quum Landuccius eos omittat, et quum, vivente Hieronymo Bonsignorio, res* B. Joannis Chisii *Ilicetum delatæ nondum essent, ævoque Martinii, quem nemo cæterum de rebus congregationis Ilicetanæ scripsisse refert, in tabulario laterent, nullus dubito quin divinando hæc nomina Torellius protulerit in medium. His itaque omissis, alios conveniamus; de quibus hoc unum animadvertendum est eorum dicta quasi ad lapidem Lydium exigenda esse ad scriptionem Philippi Leonardi dell' Agazzaia seu de Agazzariis : hic enim omnium, quæ de Dei servo innotuerunt, unicus fons est.*

§ II. Antiquiores S. Joannis biographi. Qua auctoritate dicatur esse de domo Chisia. Maciaretum, locus nativitatis. Conventus Vallis Aspræ, Senensis S. Augustini et Ticinensis, quos virtutibus illustravit. Mortis tempus.

B

Quis Philippus Leonardi Nicolai de Agazzariis, qui primus scripsit B. Joannis Chisii *gesta;*

Philippus itaque ille, ortus Senis patre Leonardo de Agazzariis, ultimo die anni 1353 *vestem eremiticam induit in Senensi S. Augustini conventu. Scriptoria ars ei mirum in modum placuit, ut quasi omnes conventus et cellæ fratrum plena essent libris ejus manu exaratis. Anno* 1398 *prior Ilicetanus creatus, decennio post Stephano et Jacobo Senensibus, eremitas Ilicetanos in canonicos regulares mutare meditantibus, assensit et die* 28 *junii anni* 1408, *consensu Gregorii papæ XII, vestem mutavit. Proxima die* 2 *julii Iliceti prior novorum canonicorum constitutus; sed mox tot exorta sunt dissidia, ut a pontifice efflagitaverit licentiam redeundi cum collegis ad*
C *pristina instituta : quæ dein servavit usque ad annum* 1422, *quo deposuit officia prioris et societatis Ilicetanæ vicarii, nec multo tempore post obivit die* 30 *octobris. Landuccius eum Ilicetanæ sacræ Propagini seu Arbori cum beati titulo inscripsit et pluribus etiam laudavit in Sacra Ilicetana Silva; unde factum est ut passim ab Augustinianis Eremitis inter cælites congregationis Ilicetanæ referatur* (1). *Vocat eum Paraclitus Binus* de nobili stirpe de la Gazaia, *Ambrosius Landuccius in commentario ms. ad Fabium Chisium* B. Filippo di Leonardo dell' Agazzaia, *sed in Sacra Ilicetana Silva* B. Philippum Agazzarium; *Athanasius Marcuccius* F. Filippo di Leonardo di Cola *(Nicolai)* di casa Agazzari : *quæ nominis forma in Philippi chirographo etiam cernitur* (2). *Atque hæc procul dubio retinenda est, quum Agazzariorum domus* D *Senensis notissima sit.* De la Gazaia *autem seu* dell' Agazzaia *ex omissione literæ* r *venit; quæ, quum accentu caret, facile supprimitur, maxime in terminatione* arius, aria, arium. *Sic, (ut nonnisi antiqua Senensia vocabula indicem,)* Cartoraio *venit a* Chartulario (3), Barlettaio *a* Barlettario (4), Genaio *a* Januario (5), Primaia *a* Primaria (6), *etc. Sed, quod præcipuum est, scriptor pius fuit et diligens, et quæ de* B. Joanne Chisio *posterorum memoriæ servavit, collegit, ut ipse in fine profitetur,* ex ore ejus confessarii; item ex ore spiritualis ejus filii, conventus Senensis fratris; ex multis aliis fratribus, quibuscum Dei servo magna fuit familiaritas; et demum ex quatuor illis, qui corpus ejus ex sepulcro traxerunt et in eo lavando operam suam posuerunt. *Scripsit autem anno* 1411, *annis* 48 *post servi Dei mortem; sed multo ante omnia didicerat ex testibus productis.*

quis Bernardus Monaldius, qui eadem descripsit : interpolatio exemplarium.

10 *Hanc Vitam in conventu Senensi reperit et descripsit ultimo vitæ anno* 1547 *Bernardus Monaldius Senensis, filius conventus Ilicetani, anno* 1540 *prior et definitor constitutus, atque illo anno* 1547 *vicarius universæ congregationis* (7); *quam in librum suum de beatis Ilicetanis intulit et in tabulario Ilicetano reposuit; ubi eamdem die* 26 *decembris anni* 1629 *descripsit Ambrosius Landuccius, sæpe jam memoratus. Quod Landuccii exemplar in Fabii Chisii, nuntii Coloniensis, dein Alexandri papæ VII, manus venit, qui illud idem ad decessores nostros destinavit. Verumtamen fonte non prorsus limpido utimur. Namque Philippus Leonardi nequaquam testimonio niti potuit Josephi Pamphili Veronensis, episcopi Signiensis, qui nonnisi anno* 1581 *Chronica ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, quæ in illo exemplari adducuntur, in lucem edidit. Atque idem interpolatus locus exstabat in exemplaribus, quibus usi sunt Hoyerus, Herrera et Torellius.*

Utrum Chisii nomen loci sit an patris B. Joannis Chisii. *Quæ de ejus genere tradantur*

11 *Alius præterea generis non desunt difficultates; quarum omnium prima est de genere servi Dei. Namque Philippus Leonardi ab his exorditur verbis :* Encomincia la Vita d'un devoto frate dell' ordine di S. Agostino, il quale hebbe nome FRATE GIOVANNI LAICO DI CHIGIO DA MACIARETO; *et dein :* Nel convento de' frati di S. Agostino di Siena fu un frate laico, il quale hebbe nome frate Giovanni, e fu del convento di S. Antonio di Vall'Aspra, NATO DI CHIGIO APPRESSO MACIARETO : *quam ob causam tradidit Hoyerus* (8) *eum* in castro, quod Chisium appellabatur, juxta Maciaretum, primum cæli spiritum hausisse. *Quæ non convenire cum Chisianæ domus traditionibus jam pridem monuit Bollandum Fabius Chisius, nuntius Coloniensis, affirmans Chisium a Maciareto nomen esse patris beati* Joannis; *et quidem Landuccius in Arbore seu Propagine Ilicetana hunc* ex Macereti regulis anno 1300 Chisio ortum parente *dixit et in Sacra Ilicetana Silva* (9) patre Chisio, avo Anselmo, atavo Ranuccio, Maciareti regulo, prope idem
F

(1) Landucci, Sacra Ilicetana silva, pag. 101; Herrera, Alphabetum Augustinianum, pag. 245; Torellius, Secoli Agostiniani, tom. VI, pag. 528 et seqq.; Gigli, Diario Sanese, pag. 214; Forti, Catalogus hagiologicus Hetruscus, pag. 89. — (2) Vide horum omnium dicta ap. Landuccium, Sacra Ilicetana silva, pag. 101. — (3) Ricordi di una famiglia Sanese del secolo decimoterzo, in Archivio storico italiano, append. XX, pag. 68. — (4) Ibid. pag. 34. — (5) Ibid. pag. 35. — (6) Ibid. pag. 65. — (7) Ugurgieri, le Pompe Sanesi, tom. I, pag. 633; Ossinger, Bibliotheca Aug. pag. 595; Landucci, S. Ilicetana silva, pag. 142. — (8) Vita etc. pag. 10. — (9) Pag. 94.

castrum

A castrum ortum; *et consentiunt Herrera, Torellius aliique. Giglius, scriptor Senensis ineuntis sæculi* XVIII, *paulo distinctius explicat traditiones Chisianas, quas partim desumpsit ex Arbore genealogica gentis Chisianæ, partim ex Pallavicini Vita Alexandri VII, tum inedita, nunc typis expressa.* Non cœpit, *inquit* (1), antiquæ hujus domus magnitudo ab acceptis clavibus apostolicis : testis est Arboris genealogicæ princeps Rolandus, qui vixit circa annum 1020 et quo ortus est Ardengus, ad annum 1072 comes Ardengescæ; unde orti sunt comites Orgiæ, comites Formalii * et domini Maciareti; ex quibus recta linea descendunt Chisii; atque anno 1248 Anselmus insigne habebat sex montium aureorum cum stella in campo rubro. Propius ad nostra tempora, id est sæculo ante Alexandri VII pontificatum, penes Chisios erat comitatus della Sughera, emptus a majoribus Julii II, qui comites Ghianderoni dicebantur.

* Fornolii?


Stemma genealogicum Chisiorum

B 12 *Equidem, quum carerem documentis quibus hæc nitantur, satis intellexi me frustra laboraturum ut hæc citramontanis, qui veteribus arboribus genealogicis italicis (quoniam trito sermone illic olim genealogi homines omnium mendacissimi habebantur) parum aut nihil confidunt, persuaderem; quapropter literis conveni Exc. V. Fabium Chisium, nuntium apostolicum Parisiis, rogans eum ut dubiorum aliquot solutionem ad me mittendam curaret. Primum autem oriebatur ex illis ipsis verbis, quæ ex Vita retuli, scilicet* B. Joannem *patrem non habuisse Chisium, sed in vico Chisio prope Maciaretum natum esse; mihi enim notum non esse ullum monumentum, quod illa Vita antiquius sit et in quo dicatur beatus vir non in viculo Chisio natus, sed patre Chisio; Chisium esse nomen virile mihi ignotum; multo facilius intelligi antiquitatem nobilitatis illustrissimæ Chisiosum domus, si dicatur nomen accepisse a feudo, dicto Chisio, quam a viro Chisio nomine; dein tabulam genealogicam, quam ex bonis documentis composuit rerum Thuscarum peritissimus vir Emmanuel Repetti* (2), *non convenire cum Giglianis assertis; tertio eumdem Repettium* (3) *affirmare*

C *fama niti dumtaxat, neutiquam antiquis documentis, persuasionem vulgarem, qua Chisii feruntur Maciareto oriundi esse, adeoque eos aliquid commune habere cum* B. Joanne, *nato Chisii prope Maciaretum. Accepi itaque exemplar mappæ genealogicæ illustrissimæ Chisiæ domus, sæculo superiori æri insculptæ; ex qua mappa ea dumtaxat excerpam nomina, quæ aut ad* B. Joannem Chisium *aut ad Alexandrum VII papam pertineant. Adjecti numeri indicare dicuntur annos, quibus confecta sunt diplomata, unde nomina illa desumpta perhibentur. Sed sequitur jam fragmentum illud genealogicum, septem fere sæcula complexum.*

STEMMA GENEALOGICUM CHISIORUM.

AUCTORE V. D. B.



E

Laterales ramos resecui ubique; sed non possum non adjicere in illa Arbore assignari F B. Joanni *duas sorores, Margaritam, nuptam Michaeli Berti, et Ambrosiam, uxorem Christophori Marsilii, et tres fratres, Laurentium, quem indicavi, Bernardum, abbatem S. Salvatoris, et Augustinum, patrem Angelæ, quæ pontificatu Alexandri VII cœpit etiam* beata *vocari.*

13 *Quam genealogicam arborem ut firmarent Chisianæ domus bibliothecarii Josephus Cugnoni et Scipio Cappello, pauca aliquot addiderunt documenta. Primum est Vita* B. Joannis Chisii; *quam ad finem dabimus, ipsi autem descripserunt ex codice autographo Alexandri VII, cui titulus :* Chigiæ familiæ commentarii, *et qui notatus est :* Cod. Chis. A. I, pag. 150. *Secundum documentum desumptum est ex eodem codice, pag.* 163, *atque his conceptum est verbis :* ABANNIS 1108 ET 1120. Initium familiæ Chisiorum factum est ab Anselmo sive Anselmino Ranuccii de Ma-

et documenta ad nos missa,

(1) Diario Sanese, pag. 69 et 70.— (2) Dizion. della Toscana, tom. VI, app. pag. 68 et seqq. — (3) Ibid. tom. III, pag. 8.

AUCTORE V. D. B.

ciareto equite, qui anno 1248 militavit sub Federico secundo imperatore contra Guelfos ad Parmæ obsidionem. Ab eo tempore, evolutis hospitalis S. Mariæ de Scala archiviis, aliisque antiquis monumentis apparentibus, compertum est et patruum Chisii Chisium nuncupatum, ejusque posteros Chisios et Ranuccium patrem fuisse Bernardum sive Bernardinum, cognomento Melpollonem de Orgia, natum ex Uguccione, comite de Ardenghesca; cui Uguccioni pater fuit Ardengus, Ranerii filius et Rolandi nepos; qui Rolandus vivebat circa annum Christi millesimum : uti videre est in Arbore completa familiæ Chisiæ, ubi unicuique illorum ascendentium adscriptus est annus publici alicujus instrumenti, quo vivebat et seu venditionis seu emptionis actum exercebat : quæ instrumenta autographa extant in archivo familiæ. Hinc etiam solvitur objectum, ceu Chisii filii se subscribant DE CHISIIS adjective, cum hoc non contingeret nisi in tertio gradu, cum in secundo nomen patris substantive apponeretur, ut Federicus Petrucci. Nempe quia frater Anselmi et patruus Chisii præcesserat
B nomine Chisius, cujus filii Augustinus et Johannes anno 1294 de Maciareto vixerant, de quibus in tabulario Fratrum Heremitarum S. Augustini de Senis, et inter novellas seu historiolas fabulosas Strascinæ Campani, et postea Bandelli, quæ impressæ sunt de Pia Ptolomea, Nelli de Petra Ilcii conjuge, de qua Dantes Aligerius in Purgatorio, cantu v. Ubi nota socordiam interpretum, qui eam castitatis ream damnare videntur : cum tamen hoc vitium non ibi, sed in alio loco puniatur a poeta, et ipsa castissima fuerit et innocens, a marito iniquo milite morte sublata, ut nuptias viduæ de Pitiliano sibi conciliaret; quod nequaquam justo Dei judicio contigit. Ipsa vero Pia potuit non remisisse ex toto corde mariti iniquitatem, ita ut ad expurgationem ejusdem culpæ in Purgatorio a Dante collocaretur. Quod alibi seorsim, cum hac de re consideratio haberetur, fusius scriptum est.

quibus illud confirmetur.

14 *Secundum documentum depromptum est ex libro ms. Joannis Baptistæ Cenni, anno* 1677 *dicato cardinali Flavio Chigio. Quem locum, ex italico latinum factum, huc quo-*
C *que transferam* : Anno 1200 et forte ante Ranuccius Chigius dominus fuit Maciareti; quod castelum tribus leucis a Senis distat et olim a balneis suis celebrabatur. Sequitur Anselmus, illuster et fortissimus filius; qui anno 1248 a republica Senensi inter quinquaginta nobiles designatus est, qui pergeret Parmam, a latere imperatoris Federici militaturus. Chigius, ejus filius, ipse quoque Maciareti dominus fuit; a quo ejus posteri suum habuerunt cognomen. *Ad hæc addiderunt bibliothecarii pauca annotata, quæ item latina faciam* : Si componantur, *inquiunt*, historiæ et chronica Senensia, maxime scriptores producti in Notationibus historicis et genealogicis de domo Chigia ejusque origine, scripti manu sua ab Alexandro VII et spisso tomo conservati in bibliotheca Chigiana, evanescet omnis dubitatio, suscitata a Ripettio, qui argumentum proposuit nullum et contradicendi pruritu abripi se passus est. Traditione historica, quam plures referunt, constat D
Maciaretum, priusquam solo æquaretur, castellum et vicum fuisse florentem et aqua balneatoribus salubri celebrem. Certo scitur domum de Ardingesca, a qua descendunt Chigii, inter alia feuda, quæ titulo comitum Fornolii et Orgiæ tenebant, possedisse castellum Maciaretense ibique perpetuo habitasse secundum consuetudinem nobilium illius temporis. Non itaque mirum est dominos feudatarios Maciareti fuisse Ardingescos et dein eorum posteros et hæredes Chigios, quum etiam hodie primogeniti domorum patriciarum soleant titulum alicujus feudi assumere; exempli gratia D. Marius Chigius se principem Campagnani appellat atque ejus proavus in itineribus utebatur nomine marchionis de Formello. Neque mirandum est quod B. Joannes Chigius in Vita sua nuncupatur F. Joannes a Maciareto, quum etiam hodie religiosi mendicantes, posito gentili nomine, appellentur a loco originis. Et quidem Maciareti natus est B. Joannes et in Arbore genealogica dicitur filius Chigii, filii Anselmi, filii Ranuccii Maciaretensis, et frater Augustini, qui pater fuit B. Angelæ, cujus ipse fuit patruus. *Hæc illi.* E

Graviores scriptores, quibus hoc stemma placuit.

15 *Qui severiores esse velint, desiderabunt forte monumenta, quibus manifestior certiorque appareat sanguinis communitas, quæ inter* B. Joannem *et splendidissimam Chisiorum domum intercedere dicitur, maxime quod huic traditioni debeat beatus vir, tot virtutum ornamentis præclarus, quod tuto et secundum Urbaniana decreta sanctis accenseatur. Sed cavendum mihi est ne nobilium familiarum detrectatoribus annumerer; quamobrem, licet historia magis amet veteratestimonia quam recentiores persuasiones, animadvertam potius Pallavicinum, qui vera scribere de Alexandro VII sibi proposuerat, ut etiam viri minus amici consentiunt* (1), *non dubitasse hæc Chisiorum decora indicare; Josephum Novaes, cujus sinceritatem nemo non suspexerit, non dissensisse* (2); *Moronium* (3), *qui sæpe quidem malefidos duces secutus est, sed veritatis jura favori numquam postposuit, hæc etiam enarrasse; et præterea omnium consensu jam pridem Chisianam domum in nobilitate Senensi flo-*
F *ruisse atque aliquos etiam ex eo viros abundasse ingentibus divitiis; quæ tamen sæculo* XVII *ita imminutæ erant ut Fabius Chisius, quum primum Romam venit, Pallavicini aliorumque amicorum subsidiis adjuvandus fuerit, donec auxilio ei venerit patruus et Urbanus papa VIII eum officiis aliquot auxerit* (4). *Quæ ipsemet a biographo memoriæ servari voluit. Adde ipsum Fabium Chisium, qui Arbori domus suæ fidem adhibuerit, falsis parentelis clarescere noluisse, ut mihi constat ex epistola ejus ad Bollandum; qua eum monuit non curandos esse assentatores, qui gentem suam illustratam vellent afficta cognatione cum Chisiis Gratianopolitanis. Verum, siquis iis placitis assentire nolit, neque concedere* B. Joannis *nobilitatem, quam verbis nullis insinuet Philippus Leonardi, demonstratam esse, ego contentiosum funem neque laxabo neque reducam, id permittens Senen-*

(1) Archivio italico, app. XXII, pag. 388 et seqq. — (2) Elementi di storia de' sommi pontifici, tom. X, pag. 63 et seqq. — (3) Dizionario di erudizione ecclesiastica, tom. XIII, pag. 77. — (4) Pallavicini, Vita di Alessandro VII, tom. I, pag. 37; Archivio italico, app. XXII, pag. 390.

sium

A *sium familiarum vindicibus. Animadvertam tamen negligi non posse sequens Ambrosii Landuccii testimonium :* Elapsis diebus, *inquit* (1), habuimus præ manibus publicas tabulas membraneas, per quas D. Angela, Augustini Chisii filia, et vidua relicta a Ghino, nuncupato Paccia, cive Senensi (putamus legendum fore de Peccis), coram patre provinciali in capitulo monasterii S. Augustini *Senensis* offert se et sua bona domui Vallisasperæ, sub fide Guidi Francisci Azzolini, testibus Bartholomæo Fatii et Ambrosio Venturinio, anno 1386 *. Qui Augustinus, pater hujus D. Angelæ erat germanus nostri B. Joannis; cui Angela nepos. *Quam Angelam quadruplici matrimonio implicitam narrat Melissenus* (2) *et alter editor* beatam *fecit, non secus ac Giglius et qui ejus imaginem cum* beatæ *titulo per Thusciam sparserunt* (3). *Sed quidni ipsas tabulas in medium protulit Landuccius? Unde novit Augustinum, italice verisimiliter dictum* Agostino di Chigio, B. Joannis *fratrem fuisse? Ita ut hic quoque non omnia cessent dubia.*

* 1336 Torellius.

Ubi situm sit Maciaretum et quam amplum olim.

16 *Maciaretum autem seu Maceretum, in cujus vicinia* B. Joannes *natus est, distat a Senis chiliometris octodecim ad meridiem, in sinistra ripa Mersæ fluvioli, super viam Grossetum inter et Senas stratam, hoc ipso loco ubi, altissimo ponte anno* 1368 *exstructo atque anno* 1827 *refecto, super aquas ducta est; unde vicus ortus est vulgari nomine* Ponte a Macereto *seu Maciareto. Locus olim multo insignior; namque duo chiliometris supra pontem influit ad lævam in Mersam rivus, cui nomen* Maceretanus fluvius, *intra ambitum pagi utique fluens. Dein sæculo* XIII *parochia illic erat titulo S. Nicolai; sed, templo destructo, jam pridem parœciæ S. Laurentii ad Mersam adjuncta est. Celebria illic adhuc supersunt balnea, de quibus servantur memoriæ ab anno* 1273 *in Senensibus tabulariis. Tunc temporis exstabat illic etiam hospitium S. Jacobi, peregrinis apertum et balneatoribus* (4). *In pago itaque tam insigni et amplo olim plures exstitisse rusticas aut nobiles villas quis dubitet? Quas tamen nuspiam recensitas reperio. Populares itaque inqui-*

C *rant fueritne illic locus Chisium dictum et, si fuerit, ubi exstiterit. Natum sentiunt plerique Dei servum circa annum* 1300; *probabilis conjectura cum reliqua vita et morte, quam anno* 1363 *obiit, conveniens.*

Vallisaspræ, ubi vitam eremiticam professus est B. Joannes, *situs et fata. Vixit dein in Senensi S. Augustini cœnobio, non in S. Martini.*

* Les Marêmes

17 *Vallemaspram, ubi vitam eremiticam ageret, eum anno ætatis* XVIII *petiisse narrat Philippus Leonardi. Jacet hæc vallis, nunc nude* Valle *seu* Valle sopra Follonica *dicta, sexaginta circiter chiliometris a Senarum civitate ad occasum hiemalem, inter Fullonicam et Massam, seu in Maritimis * Massanis, viginti fere chiliometris a Plumbino, orientem versus, in partibus dextris Pecoræ fluvii* (5). *Nomen priscum conventus Vallisaspræ erat* S. Antonii in Ardigneta, *seu* in Ardengesca Silvæ junctæ atque *etiam* supra Balneum Petrioli (6); *non autem* S. Antonii ad lacus *Ambrosianos seu S. Antonii deBosco, ut tradidit Herrera* (7); *quæ posteriora nomina ad aliud cœnobium spectant* (8). *Si fabulis aures accommodare velimus, complures persuadere nobis conabuntur jam sæculo* IV *illic versatos esse eremitas, S. Augustini discipulos. Sed sine controversia exstabat illic eremitarum cœtus anno* 1206, *quo multis bonis auctus est; brevi post transgressus ad instituta S. Guilielmi abbatis* (9), *atque aliquanto ante annum* 1251 *Regulam S. Augustini complexus* (10). *Provinciæ Thusciæ pars fuit, donec anno* 1434, *ut tradidit Herrera* (11), *a priore generali Gerardo Ariminensi unitus est congregationi Ilicetanæ, qua observantiores domus concludebantur. Ad finem superioris sæculi suppressus fuisse videtur : sane nihil de eo commemorat Repetti* (12). *Sanctimoniæ fama in causa fuit cur postularetur* B. Joannes *a Senensibus patribus; quos inter annos vixit decem, in conventu scilicet S. Augustini. Duos enim conventus viriles habuerunt in hac civitate Eremitæ Augustiniani;* E *quos eo facilius est confundere, quod confusionem juvat hoc loco ipsa distinctio Augustinianorum communium et Ilicetanorum. Ab anno* 1258 *S. Augustini conventum occuparunt Eremitæ, primo lapide posito ab Thoma Balzetti, episcopo Senensi. Exigua initia; sed paulatim templum et conventus ita aucta fuerunt, ut jam pridem inter splendidissima referenda sint. Anno* 1810 *suppressi Augustiniani; in quorum ædes, anno* 1815 *coemptas, transtulerunt anno* 1818 *Scholarum Piarum Magistri collegium Ptolemæeum nobilium, ab anno* 1628 *usque ad* 1773 *directum a Patribus Societatis Jesu* (13). *S. Martini templum longinquissimis temporibus parœciale fuit; factum est aliquandiu penes canonicos Lateranenses atque anno tantum* 1439 *auctoritate Eugenii papæ IV datum est fratribus Ilicetanis; quibus suppressis anno* 1783, *schola institutionis mutuæ in ædibus erecta est anno* 1820 (14). *Unde liquet* B. Joannem *in S. Augustini habitasse, Monaldium et Ambrosium Landuccium in S. Martini.*

Ticinum seu Papiam quare mittatur anno 1338. *Senas redux, anno* 1363 *moritur die* 28 *octobris.*

18 *Inde missus est* B. Joannes *Ticinum seu Papiam anno* 1332, *ut placuit Marcellino Altesio; anno autem* 1338, *ut vult ille qui Vitam ejus interpolavit. Cujus rei hæc fuit occasio: Joannes papa XXII cogitarat inter S. R. E. cardinales referre Guilielmum Tocchi Cremonensem, jam ab anno* 1326 *priorem generalem, sæpius in officio confirmatum; sed hic, quum jam pridem aucuparetur occasionem introducendi suos Eremitas in templum Papiense S. Petri in Cœloaureo, ubi corpus S. Augustini asservabatur, loco illius gratiæ anno* 1327 *efflagitavit ut a canonicis regularibus locus fieret suis, qui ibidem cum pristinis inquilinis officia ecclesiastica peragerent* (15). *Anno itaque* 1331 *solemniter in chorum introducti sunt Eremitæ* (16); *sequenti anno in capitulo generali Veneto indicta aliis justis*

(1) Sacra Ilicetana Silva, pag. 94. — (2) Vita B. Joannis Chisii, pag. 37. — (3) Torelli. Secoli Agostiniani, tom VI, pag. 85. — (4) Repetti, tom. III, pag. 7 et 8; Zuccagni-Orlandini, Atlante i Toscana, mappa XIV. — (5) Cfr Zuccagni, Mappa XV. — (6) Torelli, tom. IV, pag. 179, et tom. VI, pag. 655. — (7) Alphabetum, tom. I, pag. 67. — (8) Torelli, Secoli etc. tom. VI, pag. 655. — (9) Ibid. tom. IV, pag. 178 et seqq. pag. 201. — (10) Ibid. pag. 456 et 457. — (11) Alphabetum, tom. I, pag. 67; Cfr Torelli, tom. VI, pag. 655. — (12) Dizionario della Toscana, v° *Valle o Valli sopra Follonica nella Maremma Massetana*, tom. V, pag. 671 et 672. — (13) Ibid tom. V, pag. 367 et 368; Ristretto delle cose più notabili della città di Siena, 1761, pag. 64; Guida della città di Siena, 1832, pag. 78 et seqq. — (14) Repetti, tom. V, pag. 368; Ristretto, pag. 100 et seqq.; Guida, pag. 109 et seqq. — (15) Torelli, Secoli Agostiniani, tom. V, pag. 418. — (16) Ibid. pag. 478 et seqq.

conventibus

AUCTORE V. D. B.

conventibus pecunia, qua novum illic cœnobium exstrueretur(1): *quod quidem paulatim totius ordinis splendidissimum factum est, sed per rerum publicarum hujus sæculi conversionem in alios usus mutatum; anno autem* 1338 *festum institutum temporarium in memoriam ordinis stabiliti juxta corpus sanctissimi patroni aut (ut volebant) fundatoris* (2). *Potuit itaque illuc mitti beatus vir omni illo tempore; ita ut nesciam cujus dictis standum sit, Altesii an anonymi interpolatoris. Re quidem vera de reformatione loquitur biographus, sed hoc ita intelligendum quod Guilielmus Cremonensis magnam disciplinæ severitatem in novo conventu constituere voluit. Neque displicet annus* 1338, *quoniam, quum hoc anno capitulum generale celebratum fuerit in Senensi S. Augustini cœnobio, potuit illic Guilielmus Cremonensis* B. Joannis *cognoscere sanctimoniam. Necesse enim erat illuc viros probatos mittere, quoniam canonici regulares nonnisi inviti in templum suum admiserant eremitas* (3). *Multos deinde annos Papiæ vixit beatus vir; sed ante mortem petiit a priore*
B *generali ut sibi liceret Senas reverti; ubi pie obdormivit in Domino anno* 1363, *die (ut tradidit Marcellinus Altesius)* 28 *octobris.*

VITA

B. JOANNIS CHISII

Auctore Philippo Leonardi de Agazzariis ex ordine Eremitarum S. Augustini, versa ex italico a.

a

B. Joannes Chisius, *virtutibus et intelligentia præclarus, optime fungitur sacristæ officio.*

Incipit Vita devoti *b* fratris ex ordine S. Augustini, cui nomen fuit frater Joannes laicus de Chisio apud Maciaretum *c*. — In conventu fratrum S. Augustini Senensi fuit frater laicus, nomine Joannes, filius conventus Vallisasperæ, natus Chisii apud Maciaretum. Qui frater Joannes fuit vir maximæ humilitatis; et, ubicumque
C habitavit, officium habuit custodiendi templi et satisfaciendi et respondendi iis qui fratres in templum advocarent. Quanta autem velocitate agnosceret homines, quanto judicio et prudentia responderet fratresque accerseret, pluribus dicere nolo, ne cui pudorem injiciam. In oratione autem et contemplatione erat plurimum versatus; et licet in sæculo fuisset simplicissimus *d*, ad tantam tamen venit intelligentiam, ut nullus esset in conventu lector qui melius intelligeret textum quam ipse, neque inter magistros, qui eum cognoscerent, ullus reperiretur quem puderet eum de re aliqua consilium rogare; nam statim, etiamsi sapiens homo esset, quum inter inserviendum sacerdotibus, Missam celebrantibus, defectum ab eis admitti ad altare videret, in sacristiam reducibus secreto indicabat, respondebat et monebat tanta suavitate, amore et caritate ut nullus esset quin pudore confunderetur; adeo ut etiam optimi fratres non sine timore essent, quum eis ad altare inserviret.

b
c

d

Ipse tamen missæ inserviebat tanta reverentia, D
pietate et attentione, ut a sua parte nullus umquam defectus accideret. Nec quisquam in quantalibet tribulatione et tristitia erat quin fabulando aut loquendo cum eo discederet mirabili pace et consolatione refectus; nec quidquam in eo retectum est reprehensione dignum. Quum autem vellent eum clericum facere, numquam consentire voluit. Quicumque autem fratres aut sæculares eum cognoscerent, singulari eum amore et reverentia prosequebantur.

Luxuriam, cui in sæculo deditus fuerat, ardue vincit in cœnobio Vallisasperæ.

2 Frater ille Joannes venit ad ordinem anno ætatis decimo octavo, et fuit receptus in conventu S. Antonii supra Balneum Petrioli *e*. Quanta autem humilitate perficeret omnia mandata et quanta caritate ministraret infirmis et sanis nullius umquam rei fastidio, dici non potest. In sæculo fuerat dissolutus et luxuriosus: quare diabolus instituit eum vexare multis gravibusque tentationibus carnalibus, quibus non posset resistere nisi abiret in silvam. Qua in silva sibi fecerat tuguriolum; quo, si otium esset, sæpe ibat oratum; eoque portabat fasciculum urticarum, quas humi spargebat; deinde detractis vestibus præter feminalia, nudus se E
volutabat super illas urticas iisque corpus fricabat. Atque hac ratione sæpius fecit ut cum gratia Dei vicerit hostem; et fuit liberatus ab omni tentatione carnali.

e

Inde mittitur ad Senensem S. Augustini conventum, ubi excellit patientia, obedientia et paupertate.

3 Ut Deo placuit, factum est; namque opportunum non erat ut tantus thesaurus esset absconditus in illa solitudine. Fratres itaque Senenses, cognita ejus virtute et sanctimonia, accersiverunt eum et invitum Senis retinuerunt. Decem saltem annos illic vixit, propriam cellam non habens: nam ante luem anni 48 *f* multi fratres propter cellularum paucitatem sæpius penuriam patiebantur. Quoniam vero, ut proverbium fert, muscæ semper infestant equos macros atque ipse hujusmodi equus erat, muscæ ei insidebant; quod est, quoniam perfecte obediens erat, omne genus mandatorum ipsi imponebantur; quibus fungebatur bene et hilariter. Adeoque quotidie emittebatur ad emptionem faciendam; et, quum domum rediisset, siquid vile faciendum esset, hoc ei semper injungebatur. Vivebat semper in conventu, et numquam e vita conventuali egrediebatur, neque umquam ab aliquo extero cibum accipere volebat. De aliis rebus necessariis accipiebat, quod suadebat extrema necessitas, a certis bonis hominibus, quibus ejus conditio nota erat. Hæc ei inerat virtus ut a die, qua vestem eremiticam induit, nemo eum audierit de re ulla, quidcumque accideret, conquerentem aut dolentem; dein ut numquam visus sit aliquid fastidire; tertio ut, quidvis ei mandaretur, excusationes numquam obtenderet; quarto ut sibi nihil umquam peteret, licet oblata acciperet, si his indigeret.

f

F

Carens veste, summa humilitate petit a Christo pannos;

4 Erat autem tam pauper ut, quum noctu capitulo uteretur pro cella et dormiret super capituli scamna, nihil haberet quod reconderet in cella nisi corporis vestes; atque cum his dormiebat, licet eas ad dormiendum parum adhiberet, quum majorem noctis partem in oratione consumeret. Sine necessitate numquam extra templum aut cellam videbatur. Accidit ut aliquando domum rediret ab emptione panis, dum

(1) Torelli, secoli Agostiniani, tom. V, pag. 485. — (2) Ibid. pag. 510. — (3) Pennotius, Clericorum canonicorum historia, pag. 209 et seqq.

fratres

A fratres sederent ad mensam; ita ut, pane reddito dispensatori, quum ad secundam mensam manducare deberet, interea iverit ad solita exercitia, id est ad orationem, dum duraret prima mensa. Quum itaque versaretur in oratione, cœpit orare his aut similibus verbis: " Deus, peto a te misericordiam et remissionem peccatorum; et, si a te petam rem quampiam quæ non sit justa in tuo conspectu, precor ut mihi veniam des, aut rem ut non petitam habeas, quoniam certe nihil exopto præter tuam voluntatem. Tu, Domine mi, vides vestem qua indutus sum esse ita laceratam et tritam ut eam amplius gestare non possim. Ego, Domine mi Jesu Christe, non peto a te pannos quibus a frigore defendar; novi enim te fuisse spoliatum, nudatum et alligatum columnæ, atque ibi non tantum passus es crudelissimum frigus, sed et acerbam et duram flagellationem; ita ut justa causa sit ut ego patiar pro meis peccatis. Neque peto a te pannos, quibus pudorem humanum arceam; novi enim te passum esse omnem pudorem, et te maxime in cruce fuisse opprobriis, irrisionibus et vituperiis affectum coram universis, et pro me te passum
B esse tantos cruciatus et tormenta, et te me redemisse pretioso tuo sanguine et mihi præparasse regnum vitæ æternæ; et precor te ut me tantarum gratiarum, donorum et beneficiorum facias memorem et gratum; ita ut propter mea peccata et ingratum animum tantus amor et caritas non mihi cedant in judicium et condemnationem. Precor a te ut habitum S. Augustini, qui mihi in professione benedictus fuit, mihi concedas; quoniam non amplius habeo, neque mihi suppetit unde comparem; ita ut a te hunc habitum petam per merita sanctæ tuæ passionis. " Atque his et similibus verbis rogavit Deum habitum S. Augustini, quem alio modo habere non poterat.

venit ad eum peregrinus, qui ei dat tres denarios aureos, quibus ab alio fratre cappam emit.

5 Et quum hæc verba diceret, vir venerabili aspectu pulsavit ad januam; et licet obstaret antiqua consuetudo atque etiam lex qua vetabantur janitores ne portam aperirent et aliquem intra domum admitterent, dum fratres manducabant, janitor aperuit portam et sivit extraneum intrare, nihil ei dicens et quasi sensibus caruisset. Venerabilis vero ille vir subito ingressus est templum sub scalam, qua itur ad
C templi suggestum, in quo frater Joannes solebat orare. Et quum ad eum pervenisset, dixit ei: " Accipe pro amore Dei; " et posuit in ejus
g manibus tres denarios aureos *g*. Quos quum ille recepisset, bonus vir statim profectus est. Tum frater Joannes subito surrexit et peregrinum secutus est, ut cognosceret quis sibi tam largam eleemosynam fecisset; sed bonus ille vir exivit ex templo, intravit claustrum et subito evanuit. Tunc prandium absolverant fratres et veniebant in templum, gratias Deo acturi; ita ut frater Joannes exspectaverit, donec gratias egissent. Pridie frater Joannes inter transeundum audiverat fratrem aliquem dicentem se velle vendere cappam, quæ sibi constitisset tribus florenis, sine vestificis mercede; seque nolle nisi hanc mercedem perdere. Inter ambos itaque convenit statim de pactione, habuitque frater Joannes cappam tribus denariis aureis *h*.

h

Mittitur Papiam, ubi prodigiose reperit duorum martyrum sepulcrum.

6 Multo tempore post prior generalis ordinis voluit reformare conventum Papiensem *i*, inductis optimis quos reperire posset fratribus propter reverentiam corporis S. Augustini, quod in hoc conventu jacet *k*; atque hos inter missus fuit benedictus ille frater Joannes. [In quo conventu prior generalis erat totius ordinis Augustiniani Reverendus P. M. Guilielmus Cremonensis; qui dein fuit episcopus Novariensis, vir sanctissimæ et miraculosissimæ vitæ; et hæc reformatio facta fuit anno 1338; atque hoc tempore Papiam ivit beatus Joannes Chisius, ut colligi potest ex Chronicis Reverendi P. M. Josephi Pamphili Veronensis, episcopi Signiensis, qui fuit religiosus Augustinianus *l*.] In ecclesia S. Augustini erat inter alios sanctos sepulcrum duorum martyrum; quod omnes quidem in templo S. Augustini adesse nossent, sed nemo ubi locorum. Quum autem pavimentum calce stratum esset et pulcrum, nolebant illud corrumpere, et tamen volebant fratres reperire sepulcrum eorum. Prior itaque conventus, videns id non posse reperiri sine magno detrimento, accersivit benedictum fratrem Joannem et rogavit eum teneris verbis ut devote precaretur Deum ut, si ei placeret, revelaret sepulcrum duorum illorum martyrum. Loco jussionis hanc petitionem habuit benedictus frater Joannes, et plures dies indulsit jejuniis, orationibus et multis lacrimis; et dein, aliquot diebus post, dum conventus ad E mensam esset, ivit in templum aut remansit solus. Neque umquam scire potuit quomodo illud sepulcrum sibi a Deo revelatum fuisset, nisi quod fratres, post comestionem ingressi templum ad reddendas gratias, viderunt ab eo repertum esse sepulcrum; et de pavimento nonnisi superficiem ruperat, quantum necesse erat *m*.

EX MSS.
i
k
l
m

Redit Senas, ubi acceptis sacramentis et indulgentia, Christi legens passionem moritur anno 1365.

7 Aliquanto post hanc gratiam rogavit priorem generalem ut se sineret in patriam redire ad moriendum. Qua accepta gratia, reversus est Senas. Quo quum venisset, antiquum ei datum est officium, custodiendi scilicet templi. Paulo post supervenit mortalitas anni 1363; et morbo correptus est. Postquam autem aliquot dies ægrotasset, accivit ad se confessarium, et indulgentiam sibi dari fecit aliaque sacramenta. Præterea fecit sibi afferri librum missalem, et, emissis ex cella omnibus præsentibus fratribus, solus remansit in cella et induit cappam, quasi omnes valetudine vincceret; dein nixus genibus brachia applicuit feretro, habens coram se librum missalem apertum ad locum Passionis secundum S. Lucam evangelistam, ubi legitur: F " In manus tuas, Domine, [commendo] spiritum meam. " Et fratres, quum redierunt, compererunt eum inter legendam hanc Passionem spiritum Deo reddidisse, quum ad illum locum venisset. Sex mensibus post ejus sepulturam, aliquot fratres, qui eum prosequebantur maxima devotione, voluerunt videre ejus corpus; et effossum repererunt integrum et agile *, non * schietto. secus ac ipsa die qua humatum fuerat; prehensumque manibus et pedibus extraxerunt ex sepulcro, laverunt, purgarunt a terra, novis vestibus induerunt et collocarunt in feretro *; * cassa. quod in fovea, aliquantum repleta, denuo sepelierunt. Omnia supradicta et alia quæ non scripsi didici ab ejus confessario, a caro ejus filio aliquo spirituali hujus conventus, et a multis fratribus quibuscum ei fuit multum commercium, et a quatuor illis qui eum eduxerunt ex sepulcro et adjuverunt ad lavandum ejus corpus. Mortuus est anno 1363 *n*.

n

—

ANNOTATA.

A

ANNOTATA.

a *Diximus de auctore hujus Vitæ et exemplaribus in Commentario prævio, numm.* 2, 9, 10.

b *Quando* Joannes Chisius *cœperit* BEATUS *nuncupari explicuimus num.* 2 *et seqq.*

c *Utrum* Chisii *nomen patris sit an viculi prope Maciaretum sub judice reliquimus in Commentario prævio, numm.* 11 *et* 12. *Ibidem Maciareti situm indicavimus.*

d *Aliqui dixerunt* B. Joannem *literarum fuisse plane rudem; sed ita non est. Voluerunt enim eum facere clericum et ante mortem legit Christi Passionem. Legere noverat et scribere; atque tunc temporis ipsa plebecula latine adhuc intelligebat.*

e *In Commentario prævio, num.* 17, *dedimus varia nomina Vallis asperæ, quorum unum est* supra Balneum Petrioli.

f *Numeri illi pleni non sunt in nostro exemplari; loco* 48 *legendum forte* [1]4[6]8; *quo*
B *anno senatus Senensis* 12000 *libras dedit Augustinianis, quibus partem templi sui reficerent. Hac forte occasione auctus cellarum numerus. Sed si ita sit, necesse est ut verba:* nam ante... patiebantur *interpolata sint; quum Vitæ scriptor prius obiverit.*

g Denarii aurei *et* floreni *eadem celebratissima pecunia est. Non una species; sed florenis Florentinis, hoc loco indicatis, tantum ineral metalli ut octo æquarent unciam auri, singuli vero pondus undecim prope francorum, potestatem vero francorum* 80, *ratione pretii rerum venalium. Cappa itaque tanti tunc constitit quanti nunc vestis francorum* 240.

h *Quod beatus* Joannes *sibi acciperet tantum pecuniæ, ea vestem emeret et alius religiosus venderet, valde mirum videbitur iis qui præteritos usus ex præsente disciplina definiant. Peculium olim inter claustrales, etiam severiores, fuisse omnino licitum Carrattinius incomparabili documentorum copia demonstravit in Vita sua claustrali. Non memini aliquid ab eo referri ex Augustinianorum institutis; sed decretum anni* 1332 *quo statuerunt*
C *Papiense cœnobium construere (hoc ipsum quo Dei servus missus est), testimonio est peculium non minus ab eis fuisse usitatum quam apud Benedictinos, Cluniacenses, Cistercienses, Minores, Prædicatores, Servorum B. M. V., Redemptores captivorum aliosque. Ex Torellii Sæculis Augustinianis ad annum* 1332 *hæc desumimus:* Item cum pro fomento corporali capitis membra singula se exponant, quia facere illud pro spirituali capite peramplius sit consonum rationi, deffinimus et præsenti deffinitione firmamus quatenus quilibet locus nostri ordinis, habens quindecim fratres vel circa, pro ædificiis et territorio loci doctoris eximii et capitis nostri sanctissimi Augustini provisionem, quam taxamus florenum unum, solvere teneantur annuatim usque ad triennium. Conventus vero, habens fratres in ulteriore numero, solvat florenos duos. Et consequenter quilibet frater nostri ordinis possit in vita eidem loco de bonis, sibi ab ordine concessis, concedere, sicut placet. In morte vero dare possit usque ad volumina pro libraria, et de aliis rebus usque ad valorem quinque florenorum. Et volu- D
mus quod priores provinciales debeant suadere pro adjutorio dicti loci suis subditis. " *Ante omnia autem vestes sibi emere debebant inferiores. Omnino videndus Carrattinius.*

i *De conventu Papiensi vide Commentarium prævium, num.* 18.

k *De inventione corporis S. Augustini in templo S. Petri in Cæloaureo anno* 1695 *multum in utramque partem scriptum; sed hoc unum ad nos pertinet inter litigantes convenisse sæculo* XIV *nullum exstitisse dubium quin S. Augustini corpus illic asservaretur. In Commentario prævio, num.* 18, *diximus quomodo illam sedem nacti sint Eremitæ Augustiniani.*

l *Locus, uncinis clausus, manifesto interpolatus est. Nam Philippus Leonardi, Vitæ scriptor, diem obiit anno circiter* 1422; *contra Josephus Pamphilus, qui hic citatur, vita functus est anno* 1581; *quo anno Romæ typis edidit Chronica ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini.*

m *Nicephorus Sebastus Melissenus refert nomina horum martyrum esse Marcum et* E
Robustianum, fratres, qui colantur die 31 *julii; ad quam pauca de iis dixerunt decessores nostri, satis tamen ut planum sit nil certi de eis sciri.*

n *Marcellinus Altesius refert* B. Joannem, *diem obiisse die* 28 *octobris.*

JOANNES CHIGII.

Ex codice autographo Alexandri VII papæ, cui titulus: Chigiæ familiæ commentarii, *nunc servato in bibliotheca Chigia Romæ* a.

a

Johannes, Chigii filius, natus annum* circiter 1300, cum ad XVIII ætatis pervenisset, inter Fratres S. Antonii Vallasprensis nomen dedit, qui sub Ilicetana congregatione in Augustiniana militabant observantia. Nec sacris F
usque initiatus, sed inter laicos adscriptus, quippe qui, litterarum ignarus ac templi præcipue custodiæ præfectus, ea pollebat doctrina, ut Sacras interpretaretur Scripturas, et sacerdotibus sacra facientibus inserviens latentia eorum errata pie detegeret atque emendaret. Hic aliquando, sensuum illecebris illectus, in urticarum fasciculis solemne habuit nudo corpore jacere ac diu versare se, quousque tentationem depelleret. Vestem alias oratione ferventi postulans a Deo, illico pecunia quasi cœlitus missa ab ignoto hospite donatus fuit, qua eamdem potuit sibi comparare. Anno vero 1338, cum præpositus generalis cœnobium Papiense ad severioris vitæ normam redigere tentaret (is erat Frater Gulielmus de Cremona, postea episcopus Novariensis,) unum Senis illuc advocavit Fratrem Johannem Chigium, ut refert in Chronicis suis Pamphilus Veronensis, Signinus episcopus. Atque, cum duo martyrum corpora, in Papiæ templo condita essent, quorum præcipuus locus ignorabatur, cœnobii prior Johannem rogavit, precibus impetraret a Deo, ut sibi sanctorum relliquias

Breviarium Vitæ B. Joannis.
* *l.* anno.

A relliquias ubinam essent revelaret. Paruit Johannes; ac, dum mensis alii epularentur, unus in templo post diuturnam orationem repertus est tantum ligone soli adaperuisse quantum inferiori loco humata corpora sanctorum, postmodum inventa, occuparant. Anno demum 1363, die 28 octobris, impetrato in patria reditu, diu æger, omnibus munitus sacramentis, adventante jam mortis hora, missale petiit, omnibusque e cubiculo egredi jussis, surrexit e lecto, sacras induit vestes, æque ac bene valeret, ac genu flexo, cubitis arcæ innixis, librum in ea parte legens, qua morientibus verba præscripta sunt ad divinam implorandam opem : « In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, » spiritum Deo reddidit. Quod, paulo post eodem habitu commorantem invenientes, socii literis mandarunt. Cujus cadaver sex ab inde mensibus integrum ac purum humo effossum in arcam * reconditum est. Plura qui velit, adeat ea quæ scripta sunt a P. Philippo de Agazzaria anno 1411, a Fr. Bernardino Monaldo anno 1543, a Fr. Ambrosio Landuccio anno 1680; Stemma etiam Ilicetanæ congregationis tipis excusum, necnon Papiensia commentaria, ejusdem Ilicetanæ congregationis tabularium, ac parietum picturas antiquas, in quibus recens adhuc Johannis virtus beati titulo illustris elucet. EX MSS.

* *l.* arca.

ANNOTATUM.

a *Composita videtur hæc brevis Vita ab ipso Alexandro papa VII, neque tantum ejus manu descripta. Animadversiones addendæ videntur nullæ, tum propter auctoris venerationem, tum quoniam repetenda essent quæ vel in Commentario prævio, vel in annotatis ad priorem Vitam disseruimus.*

B

DE B. STEPHANO AGAZZARI E

CANONICO REGULARI

BONONIÆ IN ITALIA

COMMENTARIUS HISTORICUS. J. V. H.

§ I. Beati elogium : Vitæ scriptores; patria et familia.

ANNO MCCCCXXIII. *Beati elogium*

Beatus Stephanus *Agazzari, cujus Acta edere auspicamur, non uni quæstioni satis arduæ ansam præbuit. Controversias eatenus attingemus et evolvemus, quatenus ad institutum pertinent nostrum, omissis iis quæstionibus, quæ ad omnes canonicos regulares spectant, adeoque vel a temporibus S. Augustini repetendæ essent. Constantinus Ghini Senensis, et ipse canonicus regularis, Beatum nostrum in suo opere :* Natales Sanctorum Ca-
C nonicorum, *recenset ad diem* XXVIII *octobris et bene longum texit elogium; verisimiliter quia* B. Stephanum *habebat tamquam congregationis suæ S. Salvatoris primum patrem : quoniam vero accuratam et compendiosam exhibet imaginem Actorum hic loci exscribendam ducimus.* Bononiæ, *inquit laudatus Ghinius,* in monasterio Sancti Salvatoris obitus Beati Stephani prioris generalis, qui Senis in Tuscia Agazariorum familia nobili patre Joanne natus, optimis moribus ac literis non mediocriter eruditus, Dei amore flagrans, institutum Eremitarum Sancti Augustini in monasterio sancti Salvatoris, de Iliceto dicto, tribus fere milliaribus a Senarum civitate distante, suscepit, ibique gradatim presbyter ordinatus, adeo in via vitæ progressus fecit, ut, divulgata ejus fama, Gregorius XII, tunc summus Pontifex, eum arcessierit, ejusque aspectu delectatus et devotione affectus, suis dixisse fertur : Inveni alium Eliam Thesbitem, vultu serenum, moribus gravem, eloquio suavem, prudentia admirabilem, devotione humilem, zona castitatis præcinctum, habitu pœnitentiæ indutum, Deo hominibusque amabilem, zelo justitiæ præditum ac omnibus virtutibus ornatum.

2 Quapropter Lucam civitatem illum venire jubens, auctoritate apostolica, etsi renitentem, habitum canonicorum regularium unaque ejus socium Jacobum induit; ac ad suos remittens, idem monasterium Ilicetanum in canonicorum collegium transtulit, cum auctoritate, ut cæteros alumnos Stephanus eodem canonicali habitu induceret anno Domini 1407, ut ex diplomate apparet. Sed ad suos Stephanus et Jacobus F reversi, non excepti fuere a majori parte. Petrus autem Regolinus, Joannes Andreas Regolinus et Franciscus libenter Stephanum secuti, exierunt de terra sua et de domo sua et habitum canonicorum induti, exsules et peregrini cum eodem Stephano ad Gregorium accedentes ipsumque comitantes, varios itinerum labores sustinuerunt, quoadusque in Sancti Salvatoris coenobium Fabriani introducti fuerunt. Quo loco aeris molestia afflicti, unusque ex illis, Franciscus scilicet, in Christo defunctus est. Quare non multo post a devoto imprimis ac pio Guidobaldo Urbinate, Montis Feltri comite benigne vocati, monasterium et ecclesiam sancti Ambrosii prope Eugubium in Monte petierunt, secumque ejusdem beati Francisci devota pignora detulerunt. Ibidem igitur sedem fixerunt. Quibus Deo devotissime et in magna sanctitate vitam ducentibus, Deus ipse, qui dat escam omni carni, quandoque in necessitate positis panes candidissimos ac suavissimos non semel Angelorum ministerio misit. *apud Ghinium in opere*

3 Hinc eorum optimum nomen quum ubique prædicaretur, *de Natalibus*

sanctorum canonicorum :

prædicaretur, Bononiam advocatus beatus Stephanus a bonæ memoriæ domino Francisco Ghislerio, priori canonicorum Sancti Salvatoris intra et Sanctæ Mariæ de Reno extra eamdem civitatem, ille se suosque in caritatis unione adjunxit, et brevi, Deo dante, Martino Quinto ac aliis summis pontificibus approbantibus, plura cœnobia acquirendo, canonicorum regularium Sancti Salvatoris ac antiquissimæ Sanctæ Mariæ Renanæ congregatio restaurata ac ampliata fuit, et beatus Stephanus per annos fere quindecim, quibus supervixit, de anno in annum ab omnibus, communique voto prior generalis denuntiatus, benigne, prudenter, vigilanter, magis cupiens in Deo amari, quam timeri, secundum Sancti patris Augustini Regulam et constitutiones ab apostolica sede approbatas et in capitulis generalibus receptas, totius congregationis curam gessit : illud imprimis observas, ut omnibus se ipsum bonorum operum præberet exemplum. Fuit autem tantæ humilitatis, ut nec nomen suum quibusdam constitutionibus, sub eo factis, apponi voluerit. Tanta viguit sub eo regularis obedientia, ut miraculis compro-
B bata sit. Nam prope Florentiam dum in monasterio sancti Donati quidam novitius pede lignum vitis aridum percussisset, magister præcepit ei, ut terram fodiens, illud plantaret, ac quotidie aqua irrigaret. Quod dum prompte id præstitisset, revixit aridum lignum, palmites protulit, uvam optimam produxit, in magnam vitem excrevit, quæ fere ad nostra tempora perduravit, durassetque si bellorum injuria una cum monasterio non periisset. Multaque alia mirabiliter gessit beatus Pater. Qui tandem laboribus ac ætate gravatus, diem sum prædixit extremum. Quo adveniente, canonicos suos ad pacem, caritatem, concordiam, obedientiam, regularem observantiam, erga sanctam sedem apostolicam fidem, cæterasque virtutes adhortatus, ac sacrosanctis Ecclesiæ sacramentis devotissime munitus, die veneris, hora fere nona, configuratis in similitudinem crucis manibus, oculis in cœlum intentis, animam in Salvatoris manus commendavit, ad cœlestiaque regna feliciter migravit v kal. novembris, anno salutis 1428. Corpus in eadem ecclesia S. Salvatoris ante sacellum beatissimæ Virginis collocatum
C fuit. Ejusque nomem in tabulis Bononiensis ecclesiæ de sanctis Bononiensibus vel Bononiæ quiescentibus, inter beatos appositum est, una cum præcipuo socio Jacobo. Chronicæ vero Senarum Stephanum et omnes ejus primos socios Beatos dicunt.

nullum videtur habuisse cultum liturgicum,

4 *Præter encomium suprapositum non invenio annuntiationem ullam in aliis sive Martyrologiis sive Menologiis, et disco ex litteris Bononiensibus, nuper datis; nullam de* Stephano *nostro fieri mentionem in Officio liturgico ejus ecclesiæ, in qua sepultus jacet. Quoniam tamen frequentissime titulo Beati nuncupatur, ejusque imagines non raro signa, eximiam sanctitatem indicantia, præ se ferunt; tandem quia insignis Congregationis canonicorum regularium S. Salvatoris fuit primus post Gregorium XII parens, merito ejus nomen in Actis nostris referimus; ac propterea ejus elogium, a Const. Ghini contextum, exhibuimus, ex quo constat, summum fuisse virum, qui magna et multa sæc.* XV
D *contulit Ecclesiæ Dei. Cæterum, quæ de cultu ejus qualicumque habentur documenta, infra dabimus, quum de ejus obitu et sepultura loquemur.*

antiquiora Acta periere

5 *Exstabant ejus Acta, olim in cœnobio Bononiensi S. Salvatoris canonicorum regularium asservata in volumine majoris formæ, ut vulgo dicitur, in folio. Sed ut mihi scripsit die* XXX *augusti* 1866 *R. P. Bonaventura Dumaine Minor Conventualis, vir in nos opusque de Sanctis officiosissimus, se una cum custode bibliothecæ Salvatorianæ percurisse accuratissime Catalogos, nec ullum reperisse indicem talis codicis nec in publicis bibliothecis Bononiensibus : unde existimandum est, Bononiæ non existere, alioque translatum hactenus delitescere. Censet porro Chrysostomus Trombelli in sua Historia canonicæ S. Mariæ Renanæ, cap.* 50 (1), *Vitam hanc, quam existimat antiquissimam notitiam de* B. Stephano, *esse opus sæc.* XV : *ast contra Joan. Bapt. Melloni in opere de Sanctis Bononiensibus* (2), *monstrat, esse fœtum sæc.* XVI;
E *in eo enim mentio fit de canonizatione S. Antonini, archiepiscopi Florentini, celebrata ab Adriano VI, anno* 1523, *de promotione Ægidii Viterbiensis ad cardinalatum per Leonem X, de destructione monasterii S. Donati de Scopeto, quæ accidit anno* 1529 : *quæ omnia, nisi interpolationes suspicatus fueris, ostendunt sæculo primum* XVI *scriptam fuisse. Cæterum licet annis probabiliter centum post B. Stephanum scripta sit, non est quod quidpiam fidei auctori detrahamus. Etenim si scriptor anonymus coram non habuerit Vitam antiquiorem, certe coævus fuit illis, qui* B. Stephano *convixerant, ejusque gesta sæpius narraverant* (3). *Dolemus itaque perditum codicem, quam libentissimi Actis nostris intexeremus : sed felici sorte detrimentum reparavit Joan. Baptista Segni, canonicus regularis, in suo opere : « De Ordine et statu canonico. » Opus Joan. Baptistæ tandem post diuturnam inquisitionem ex Italia arcessere potuimus, eamque prelo parabamus, quum animadvertimus nihil in illo opere recurrere, quod non abunde exposuimus in Commentario historico; dein præcipua pars* F
Vitæ historiam Gregorii XII complectebatur. Hisce momentis persuasi, censuimus omittendam hanc scriptionem; cujus tamen fragmenta in lucubratione nostra pro opportunitate exhibebimus. Hic enim Vitam B. Stephani *ita edidit, ut laudatus Melloni, qui utramque scriptionem coram habuit, dicere potuerit,* quasi ad verbum, quasi parola per parola *anonymam veterem Vitam exhibuisse. Hanc igitur omittimus, ne lectori fastidium causemus.*

Senis natus

6 *Quod ad patriam* B. Stephani *spectat, aliqui illum Bononiensem dixerunt. Hieronymus de Bursellis in Chronico Bononiensi sub anno* 1444 *apud Muratorium* (4) *scribit :* Claruit Beatus Stephanus Bononiensis, instauratoris canonicorum Sancti Salvatoris. *Etiam Tamburinus de Jure Abbatum tom.* I *disput.* II, *quæsit.* 14, *num.* 4 *nominat* Stephanum *nostrum* Bononiensem. *Sed talis auctorita non magni re-

(1) Memorie istoriche concernenti le due canoniche di S. Maria di Rena et di S. Salvatore, pag. 199. — (2) Uomini illustri, tom. II, pag. 190, not. 6. — (3) Melloni, loc. cit. — (4) Scriptt. Rer. Ital. tom. XXIII, col. 881.

fert.

A *fert. Theologi et canonistæ et id genus hominum, aliis controversiis implicati, non magnopere curant, cujus v. g. patriæ sit is, de quo agunt, aut obvium quemcumque scriptorem exscribunt; nihil enim disputationibus elucidandis hujusmodi tricæ conferunt. Ast aliud omnino est de historicis, quorum præcipuum officium est, facta considerare, et æquitatis lance ponderare. Quæ igitur ab Historicis, adeoque a Chronicorum scriptoribus proferuntur, examinanda sunt. Ac imprimis quæ ex Chronico Bononiensi Burselliano depromuntur, non videntur esse Hieronymi de Bursellis, qui sæc.* XV, *adeoque* Stephano *nostro coævus floruit* (1); *sed potius Vincentii Spargiati, qui medio sæc.* XVI *scripsit* (2).

non vero Bononiæ,

7 *Verum nihilominus etiam est, a variis, quos recenset J. Bapt. Melloni* (3) *Beatum nostrum Bononiæ assignari. Quapropter aliqui inquirunt, quid causæ sit, ut* B. Stephanus *Bononiensis dicatur: non enim talis error facile propagatur. Certe Beatus noster Bononiensem civitatem diu incoluit, in ea caput suæ Con-*

B *gregationis constituit, ac tandem morte sua nobilitavit. Quæ omnia abunde sufficiunt, ut nomen quis suum ab hujusmodi mora sumat. Sic S. Antonius, licet Ulyssipone natus et vix uno anno, ut docet Breviarium Romanum ad* XIII *junii, Patavii moratus, quia tamen ea in civitate diem suum obiit, passim ab omnibus Antonius Patavinus salutatur. Eodem modo S. Nicolaus, Ordinis Eremitarum S. Augustini,* a diuturno, *ait idem Breviarum,* civitatis Tolentinæ domicilio, Tolentinas appellatur, *licet in oppido S. Angeli in Piceno natus. Probabilis itaque est ratio, cur* Stephanus *noster Bononiensis vocari potuerit. Sed conjicit Joan. Bapt. Melloni, et aliam dari posse causam appellationis: nempe, Beatum nostrum jus civitatis Bononiensis consecutum fuisse. Nam Bartholomæus Agazzari, judex Tudertinus, anno* 1416 *numeratur inter equites Ordinis Mariæ Gloriosæ, Bononiæ instituti, qui etiam Fratres Gaudentes vocantur; et pari modo Thomas Agazzari judex Bononiensis anno* 1417 *nominatur. Utcumque hæc sint, firmum stare debet,* B. Stephanum *solum na-*

C *tale habuisse Senarum civitatem* (4).

patre Joanne Cionio:

8 *Senensis patria* B. Stephanus, *natus est patre Joanne: unde frequenter nominabatur* Stephanus Joannis, Stephano di Giovanni, *et ipse Beatus tali nomine constanter usus est* (5). *Joannis autem patris gentilitium nomen videtur esse Cioni, ut liquet ex Ambrosio Landucci, eremita Augustiniano* (6), *aliisque ejusdem instituti. Sed Senis etiam legimus floruisse Familiam Ciogni, quam quidam volunt, unam esse cum Cioniis: neque mihi sufficientes adsunt notitiæ, ut quæstionem solvam: Diarium Senense anni* 1722 *sub die* XXVIII *octobris hæc habet, latine ex italico reddita:* Stephani Agazzari Senensis, propagatoris canonicorum regularium S. Salvatoris. Iliceti B. Joannis Chisii, B. Francisci Nutii et B. Stephani Chiogni Senenses. *Duos itaque allegatum Diarium habet Senenses Stephanos, unum Agazzarium, qui et Cionius appellatur, alterum Ciognium, qui Iliceti memoratur. Et quidem* Stephanum *nostrum Cionium fuisse, aperte constat ex inscriptione posita in capite Necrologii Renani* (7). Copia antiquissimi Kalendarii Sanctæ Mariæ de Rheno facta de Ordine Rev. patris fratris Stephani Cioni de Senis, quia illud jam lacerum et antiquitate corrosum, de facili amitti posset. *Mihi certum videtur inscriptionem compositam fuisse jussu ejusdem* Stephani, *adeoque esse coævam. Unde, ut taceamus alia testimonia, quæ ex traditione perpetua depromi possunt, quæque laudatus Joan. Baptista refert* (8) *certum mihi est, Beatum nostrum ex Cionia familia originem traxisse suam.*

AUCTORE J. V. H.

qui consanguinitate familiam Agazzariorum attingebat.

9 *Restat nunc inquirendum, quomodo eidem* B. Stephano *etiam Agazzari nomen obtigerit gentilitium. Erant autem Agazzarii imprimis nobiles inter Senenses. Thomas Agazzarius per propriam et privatam auctoritatem in quodam tumultu Senis a nece liberavit adversæ factionis virum, ut narrat Franciscus Thomasius* (9), *et Memmus Agazzarius a civi-*

E *tate Senensi Orator deputatus fuit Mediolanum ad Sigismundum imperatorem* (10). *Tandem ejusdem familiæ, Thomas ut supra num.* 7 *diximus, judex seu, ut tunc dicebatur, potestas fuit Bononiæ anno* 1417 (11). *Ex hactenus allatis satis liquet summum fuisse Agazzarianæ familiæ splendorem, cujus* prosapia, *ut dicit Ambrosius Landucci* (12), in Senensi patria usque sub anno 1300 publicis honoribus fruebatur. Stephanum *autem nostrum ex hac suam traxisse originem, recentiores passim affirmant; verumtamen unum, quantum novi, hujus asserti documentum, sæc.* XVII *antiquius exstat: scilicet Vita, præfixa constitutionibus Congregationis S. Salvatoris, dicit Beatum esse de* Agariis Senis, *corrupte nempe pro Agazzariis. Hanc Vitam habet Chrysost. Tombelli* antiquiorem anno 1500. *Sed supra num.* 5 *monstravimus lucubrationem vix ante annum* 1530 *conscriptam fuisse. Quo igitur ex fonte derivari debeat traditio, prorsus ignoro. Quia tamen nunc passim apud recentiores scriptores appellatur* Stephanus Agazzari, *ab illa illum gente nullatenus eliminare volo, imo libenter eo nomine* F *insignio* (13). *Sed apud antiquos, id est sæculi* XV *scriptores, fere semper Cionius est: videndum igitur est, quæ sit Cioniorum cum Agazzariis necessitudo, quam monstrare nulla ope valeo. Neque id gloriæ seu potius merito Beati nostri detrahendum est, illum scilicet sanguinis proximitate attigisse S. Bernardinum Senensem, Ordinis Minorum splendorem: quapropter festum Sancti apud canonicos regulares ex Statuto Capituli generalis, anno* 1451 *celebrati, ut fertur, obiri* (14).

(1) Fantuzzi, Notizie degli scritori Bolognesi, tom. I, pag. 156. — (2) Ibid. tom. VIII, pag. 8. — (3) Memorie, tom. II, pag. 189, not. 3. — (4) Ibid, tom. II, pag. 190. — (5) Ibid. pag. 191. — (6) Sacra Ilicetana Sylva, pag. 102. — (7) Trombelli, Memorie Storiche, pag. 329, not. *a*. — (8) Memorie, tom. II, pag. 192. — (9) Muratori, Scriptt. tom. XX, col. 7. — (10) Ibid. col. 36, — (11) Ibid. Annali di Siena, tom. XIX, col. 426. — (12) Sacr. Ilicet. Sylva, pag. 102. — (13) Melloni, tom. II, pag. 193, not. 7. — (14) Ibid. tom. II, pag. 194, not. 10.

AUCTORE J. V. H.

§ II. Iliceti eremiticam vitam profitetur Beatus; litteris dat operam; Ilicetana eremus subtrahitur jurisdictioni Ordinis; et tandem transit Beatus cum sociis ad canonicos regulares.

Iliceti non longe a Senensi civitate,

B. Stephanus *natus dicitur anno vulgari* 1354, *parentibus, ut jam diximus, nobilibus, optimis moribus diligenter enutritus fuit. Annorum quatuordecim factus, adeoque anno fere* 1363, *spreto commodiori et celebriori religioso instituto, Ilicetanam eremum adiit, ibique solemnibus Religionis votis se mancipavit. Est autem Ilicetum (italice* Lecceto) *villa campestris, sex fere chiliometris Senis distans, vocatur etiam Sylva Lacus* (Selva del
B Lago), *celebris maxime est locus monasterio Ordinis Eremitarum S. Augustini, quod caput fuit alicujus Congregationis ejusdem Ordinis. Ejus porro initia usque ad annum Christi* 1123 *certis documentis indagari possunt* (1). *Ipse Ambrosius Landucci, qui specialem Historiam de suo monasterio scribens, nihil profecto detractum voluit ejus antiquitati, incipit* seriem patrum priorum Ilicceti, quorum certa est memoria ab anno 1222, quum antea perierint scripturæ (2). *Procedente autem tempore duo fuere in ista solitudine monasteria, S. Salvatoris et S. Leonardi: et quidam Leonardinum magnificum fuit, utpote quod hospitium commodum offerre potuerit; variis Pontificibus eorumque curiæ, nempe Gregorio XII, Martino V, Eugenio IV et Pio II. Eremus S. Salvatoris suppressa fuit anno* 1783, *et conventus S. Leonardi anno* 1810, *qui tandem datus fuit seminario Senensi in usum rusticationis pro alumnis.*

vitam eremiticam amplectitur;

11 *Professus vitam eremiticam secundum Regulam S. Augustini in cœnobio Ilicetano, verisimiliter, ait Aloysius Torelli in Sæculis*
C *Augustinianis sub anno* 1432 § 79 (3), *ut mos est, ad studia incubuit; quanto autem profectu id præstiterit, nemo est, qui scripserit: credendum vero est,* Stephanum *fuisse in litteris mediocrem, utpote qui nullum gradum litterarium umquam obtinuerit. Hæc quidem Torellius, cui contradicit Mellonius* (4): *nam Ambrosius Landucci, qui nobis Catalogum texit Ilicetanorum, laurea donatorum, nullum indigitat, qui Iliceti educatus gradum, litterarium obtinuerit ante medium sæculum* XV, *adeoque eo tempore, quo* B. Stephanus *litteris operam dedit* (5). *Quos autem enumerat magisterio insignes, ii sunt, qui ante ingressum in eremum Ilicetanum, jam lauream consecuti fuerant. Amabant videlicet humiles eremitæ scientiam, sed refugiebant ejus pompam. Dein quo tempore Beatus noster in dicto cœnobio juvenis agebat, aderant ibidem duo viri insignes; Gulielmus Flete, ex ultimis, ait Lan-* D
ducci (6), Angliæ finibus *Illicetum perfectioris vitæ studio occurrit, jam baccalaureus nec altiorem gradum conscendere voluit, et totus fuit in conscribendis ad suos aliosque epistolis ac S. Catharinæ Senensis confessarius fuisse dicitur: obiit anno* 1380. *Alter erat Joannes Tantucci, qui licet patria Senensis, Cantabrigæ in Anglia lauream doctoralem obtinuerat, variisque in epistolis ejusdem S. Catharinæ laudatur: obiit anno* 1391.

quin tamen litteras,

12 *Non est porro dubitandum, quin* B. Stephanus *tantorum virorum familiaritate usus etiam in scientiis egregie profecerit. Erat enim optima indole dotatus, quippe* cui, *ut loquitur Vita* (7), inerat quædam desuper infusa spiritualis, affabilis, jucunda, et erudita facundia, ut quotquot eum audissent, in sui delectionem facile converteret, ut nullus umquam ad eum accesserit, quin mellifluis ejus verbis delectatus, et incredibili quadam sermonis dulcedine captus, et quasi divino repletus ab eo discesserit. *Eo etiam Gregorius XII, vir doctus et, ait Leonardus Arretinnus coævus in suo Chronico* (8), prisca severitate et sancti- E
monia reverendus, *utebatur, imo, ut habet Vita* (9), cum P. Stephano sæpius longos et secretos sermones habebat, et coram eo cum maxima devotione sacramentaliter confiteri semper volebat. *Verisimile autem non est, Gregorium Papam, summum theologum et intricatissimæ controversiæ de abolendo schismate famoso implicitum, familiarem habuisse virum, ut dicit Torelli,* mediocriter doctum, *neglectis egregiis doctoribus, qui illi circumstabant. Hisce itaque eliditur Torellii conjectura, quam ex defectu gradus academici extundere conatus fuit.*

et scientias neglexerit.

13 *Quamvis igitur dubium non sit, Ilicetum litterarum, saltem quantum pro ministerio sacro opus esset, sedem fuisse, præcipua tamen cura colendo spiritui in divinis rebus impendebatur. Sæpissime solitarii vivebant in cavernis, quarum una, quum Joan. Bapt. Melloni anno* 1789 *scriberet, exstabat. In hoc igitur monasterio integra et incorrupta disciplina regularis, nec dubito quin propterea præsertim hoc præ aliis monasterium selegerit sibi Beatus noster. Vigebat claustralis* F
observantia, nec quidquam imminutum volebant fratres circa austeritatis suæ modum, unde B. Nicolaus Marescottus, Ilicetanus prior, mortuus anno 1387 (10), *multiplices tribulationes passus fuit, quia nullo pacto in suo cœnobio admittere volebat illos, qui non erant apti ad conservandum in suo vigore modum vivendi, qui illic tenebatur* (11). *Ex altera vero parte Eremitarum S. Augustini præpositi sive generales, sive provinciales, postquam variæ congregationes Eremitarum per bullam Alexandri IV anno* 1256 (12) *in unum corpus coagmentatæ fuerunt, aut oblique spectantes austeritatem Ilicetanam, aut cupientes ad alios etiam conventus derivare observantiæ zelum et exemplum, ex sæpe laudata eremo assumebant monasteriorum præsides et vicissim alios illuc submittebant. Unde fre-*

(1) Repetti, Dizionnario geografico-della Toscana, v° *Licceto*. — (2) Ilicitana Sylva, pag. 16. — (3) Secoli Augustiani, tom. VI, pag. 60. — (4) Memorie. tom. II, pag. 202. — (5) Ilicet. Sylva, pag. 149. — (6) Ibid. pag. 95. — (7) Melloni p. 205 — (8) Muratori Scriptt. tom. XIX, col. 925. — (9) Cfr Trombelli Memorie, pag. 57, not. — (10) Landucci, Ilicet. Sylva, pag. 97. — (11) Melloni, tom. II, pag. 197. — (12) Cfr Torelli Annal. tom. IV, pag. 518.

quentibus

A *quentibus hujusmodi migrationibus timendum erat, ne, disciplina intepescente, paulatim monasterium collaberetur.*

Ilicetana eremus jurisdictioni ordinarii

14 *Jam anno* 1387 *Bartholomæus Venetus, prior generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini Ilicetanam eremum subtraxerat jurisdictioni provincialis Tusciæ et sibi soli suisque successoribus subjecerat* (1). *Ast piis Eremitis parum profuit hujuscemodi mutatio, quum et ipsi generales, bona mente vellent alia monasteria participes virtutum, quas sedulo exercebant Ilicetani, ac proin ex illis frequenter assumebant, qui magistratum regularem in aliis cœnobiis gererent, ac vicissim illuc mittebant, qui severiori disciplinæ minime assueti, paulatim alios ad laxiorem vitam illiciebant. Hanc causam mutationis allegat Gabriel Pennottus ex Augustino Ticinensi in Dilucidario* (2) : Ordo, *inquit*, canonicorum regularium, qui vulgariter Scopetini nuncupantur, in Senensi agro S. Salvatoris a venerabili viro Stephano fuit institutus, cui adjutor fuit fr. Jacobus Andreas, natione Senensis, Ordinis Eremitarum. Nam quum diuturna altercatione

B cum Generali suo concertasset, ob id maxime, quod quum in monasterio suo aliquem juvenem bonis moribus et litteratura educasset, e vestigio ipsum sibi auferebat. Ipse vero sanctus vir, zelo permotus, cernens id non cedere in profectum ipsis juvenibus, post longam habitam secum concertationem compulsus est, annuente Pontifice, habitum mutare, ut vel sic abdicaretur a suo generali. *Scopetini appellantur canonici regulares, quia Scopeti, in suburbio Florentino, celebre habebant monasterium.*

subtracta

15 *Hanc causam, tamquam fabulam, rejicit Torellius* (3), *tum quia nullo verbo eamdem attingit Gregorius XII in sua bulla mox danda, tum quia generalis juvenes alio mittebat studiorum causa, quæ res in utilitatem et honorem Ilicetanorum cedebat. Ac imprimis Gregorius nihil quidquam speciale habet circa regimen prioris generalis, sed bullæ exordium satis indicat, aliquid deesse splendori Ilicetanorum : nam dicit,* domum prioratus S.Salvatoris de Sylva Lacus *dilectione se fuisse* prosecutum; *quapropter, inquit,* paterno prosequi studio non cessamus, ut circa

C statum ejus attentæ considerationis intuitum dirigentes, opem impendimus et operam, ut illa ad Dei laudem et gloriam non solum in suis bonis et juribus conservetur, sed etiam prosperis jugiter gratuletur eventibus, et votivis, favente Domino, in spiritualibus et temporalibus successibus augeatur (4). *Hæc ostendunt, Pontificem plurimum favere Ilicetanos, nec allegare debebat discordias gliscentes inter priorem generalem et Ilicetanos, quod vergebat in vituperium totius Ordinis. Istam etiam discordiam, et subindicat Ambros. Landucci, quando dicit in sua Chronotaxi* ædificata turri *in propugnaculum monasterii* fit dispersio linguarum. *Dein superiores generales studiorum causa alumnos Ilicetanos ideo in alia monasteria misisse, adeoque* Stephanum *male conquestum, non satis liquet : nam, ut supra diximus, ex Augustino Ticinensi, juvenes Iliceti* bonis moribus et litteratura educabantur, *et in eremo plerumque versantes, magna scientia non indigebant, quique meliori ingenio dotati erant, facile ad majorem eruditionem eluctari poterant. Unde, ut dicam, quod sentiam, satis mihi verisimile fit, dispersionem juvenum in causa etiam fuisse, ut* B. Stephanus *ejusque socii in separationem ab Eremitis consentirent.*

AUCTORE J. V. H.

auctoritate Gregorii XII;

16 *Quum itaque fratres Ilicetani ruinam, quam conventui timebant, per ordinarios superiores avertere non potuissent, ad communem fidelium patrem, Romanum pontificem, recursum habuerunt. Gregorius papa XII opportune Senas venit die* IV *septembris* 1407 *cum duodecim cardinalibus* (5) : *et verisimiliter Eremitæ Ilicetani, qui partibus Gregorii adhærebant, eum salutaturi adierunt, et tamquam Papam verum et legitimum professi sunt. Si enim hujusmodi visitationem procrastinassent, merito suspecti habebantur, quasi alii Papæ (erant tunc tres) obedientiam obtulissent. Quam occasionem nactus* B. Stephanus, *tunc Iliceti supprior et procurator Papam adire constituit. Monasterium* E *in summo pretio habebat Pontifex, quia illius strictissimam observantiam, quo tempore cardinalatus solum dignitatem obtinebat. optime perspectam habebat. Accessit primum ad illum Philippus Agazzarius, Ilicetanus prior, et, ut videtur,* Stephani *nostri consanguineus* (6), *qui confirmationem omnium privilegiorum obtinuit, et insuper, ait Landucci* (7), ut sine assensu majoris partis fratrum, ibi degentium pro tempore, inde nullus queat removeri, vel ad eos aliquem mittere, nisi per summum Pontificem. *Concessionem datam dicit Landucci* XXI *martii sub anno* 1407. *Sed vehementer dubito, an ad hunc annum pertineat : etenim die* XXI *martii* 1407 *Romæ agebat Gregorius, ibique remansit usque ad* IX *augusti* (8); *nec verisimile est, Philippum Agazzari Romam profectum fuisse. Quæ igitur fuit concessio, ad alium mensem referenda est : enimvero idem Landucci narrat, die* XXIII *septembris* (9), *hoc privilegium extensum fuisse* ad omnes Philippi successores. *Satis vanum cæterum fuisset, si intra unius hominis vitam conclusum fuisset privile-* F *gium. Sed quum brevi post idem Pontifex, nempe* III *non. aprilis anni* 1408 *constitutionem apostolicam dederit, qua eremitas hactenus Augustinianos in canonicos regulares transformavit, operæ pretium non fuisset, hujuscemodi gratias profundere. Censeo igitur, hoc privilegium obtinuisse Philippum priorem tempore commorationis Gregorii Papæ Senis, adeoque ab initio septembris* 1407 *ad finem januarii sequentis* 1408, *quando, relictis Senis, Lucam migravit Pontifex.*

et quia acquiescere exemptioni recusabant eremitæ Augustiniani,

17 *Substractionem a juridictione prioris generalis non placuisse Eremitis Augustinianis, satis pronum est judicare. Atque hinc novæ querelæ, quas nomine fratrum suorum ad Pontificem detulerunt* B. Stephanus *noster, supprior et procurator monasterii ac Jacobus Andreæ Senensis nomine omnium fratrum*

(1) Cfr Torelli Annal. tom. VI, pag. 249. — (2) Generalis totius sacri Ordinis Chricorum Canonicorum, Historia Tripartita, pag. 475. — (3) Annali, tom. VI, pag. 414. — (4) Bullarium Canonicorum Regularium, pag. 66. — (5) Muratori Scriptt. tom. XIX, pag. 421. — (6) Melloni, Memorie, tom. II, pag. 195. not. 9. — (7) Ilicet. Sylv. pag. 23. — (8) Novaes, Sommi Pontefici, tom. V, pag. 16. — (9) Ilicet. Sylv. pag. 23.

suorum

AUCTORE J. V. H.

suorum. Pontifex benignis illos verbis consolatus, bono, animo esse jubet, et diem assignat, qua se solio pontificio sisterent. Illa porro tempestate, præsertim propter magnum schisma omnes, *ait S. Antoninus in suo Chronico tit.* XVI *cap.* 23 § 2 (1), *si Carthusienses excipias,* religiones monachales et regulares, quæ cum magno fervore et vitæ sanctimonia initium habuerunt, minima negligentes traditionum paternarum in processu temporis paulatim defluxerunt.....Canonici regulares, qui dicuntur principium habuisse a gemma Doctorum, divo Augustino, a Regula sua relaxati erant et deformati. *Itaque Gregorius papa, qui in juventute sua professus fuerat institutum canonicorum regularium Venetiis in monasterio S. Georgii in Alga* (2), *consilium cepit, ope Eremitarum Ilicetanorum instituere congregationem canonicorum regularium. Initio quidem mentem suam dissimulavit, sed quum Lucam venissent initio aprilis* B. Stephanus *ejusque socius, manifestavit illis voluntatem suam, ut mutato nomine et habitu, deinceps*
B *canonici regulares et nominarentur et vestirentur. Obstupuit* Stephanus *tali nuntio, et modeste Pontifici exposuit, se a fratribus non obtinuisse in mandatis, ut mutaretur institutum; quapropter petebat, ut sibi redire Ilicetum liceret, ut, novo mandato accepto, securius procedere posset* (3).

Stephanum ejusque socios

18 *Annuit Pontifex: et Iliceti convocato capitulo, voluntatem ejus exposuit, cui omnes, excepto Francisco seu Cecco Berti Fogianensi assenserunt: numero erant tredecim, scilicet, novem chorales et duo conversi: præter* B. Stephanum, *Philippus Leonardi de Agazzariis Senensis, Jacobus Andreas, pariter Senensis, Dominicus Cionis seu Uguccionis Senensis, Joannes Francisci Astagiensis, Joannes Christophori Salimbeni Senensis, Regulinus Angelini Philippi Senensis, consanguineus S. Bernardini Senensis, Andreas Angelini, qui passim fertur frater præcedentis, Joannes Antonii Guidi, Franciscus Nannii, conversi duo Bartholomæus Salvii et Christophorus Joannis. Unus autem conversus Ilicetanus fr. Franciscus de Fojano consilio mutandi habitus non consensit, in*
C *habitu eremitico deinceps constans. Ex quo dissensu magnæ postea calamitates creatæ sunt. Nam non solum Eremitis Senensibus patefaciebat quidquid Iliceti tractabatur, sed pro modulo suo omnem intendebat artem, ut monasterium Eremitis restitueretur* (4). *Reversi itaque Luccam* B. Stephanus *et socius ejus Jacobus, gratissimus fuit Pontifici capitularis consensus et suis ipse manibus canonicalem habitum imposuit, videlicet vestem talarem albam, breviorem vestem lineam, vulgo rochettam dictam, et scapulare etiam album cum cappa grisei coloris* (5). *Dein eidem* Stephano *potestatem fecit simili modo vestiendi et inter canonicos regulares aggregandi omnes Eremitas Ilicetanos, ac tandem, assistentibus tribus Papæ nepotibus Antonio Cornelio electo episcopo Bononiensi, Gabriele Condulmario, Thesaurario Ecclesiæ Romanæ electo episcopo Senensi et Joanne electo episcopo Ragusino, eidem* Stephano *demandavit curam condendorum statutorum, quæ novo instituto convenirent.* D

ad Canonicos regulares,

19 *Hæc postrema indicantur in Bulla, quam Gregorius dedit anno secundo pontificatus,* III *nonas aprilis, id est die* III *aprilis* 1408. *Post procœmium, in quo significat, se magnopere velle, ut in domo S. Salvatoris Iliceti seu in Sylva Lacus omnia bene prosperentur, propterea, inquit,* nos motu proprio, non dilectorum filiorum domus, quæ hactenus Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini exstitit, vel alicujus alterius pro ipsis nobis super hoc oblatam petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia eamdem domum in prioratum conventualem auctoritate apostolica erigimus. *Hæc verba manifestum faciunt, neque* Stephanum *nostrum neque alium quemdam e sociis mutationem instituti sui petiisse, atque adeo vere ex* motu proprio *pontificio processisse erectionem canonicorum regularium; quod etiam ostendit agendi ratio* B. Stephani, *qui de mente Pontificis, aperte professus est, se nihil habere in mandatis, quo illi aut socio potestas fiebat admittendi istiusmodi mutationem, quapropter voluit, antequam negotium ultra* E *procederet, consilium fratrum suorum exquirere et consensum obtinere. Quando igitur Ambrosius Landucci dicit* (6), *errare canonicos regulares quando* negant Stephanum fuisse fundatorem, vocantes eum propagatorem seu restauratorem, quod expressæ veritati repugnat, quum in diplomatibus constituatur omnino novus habitus, novæ constitutiones et etiam titulus sub Regula S. Augustini. *Novum institutum ex diplomatibus pontificiis ortum fuisse, non est quod disputemus, certe Ilicetani ex statu eremitico ad statum canonicalem traducti fuere. Sed negabant canonici,* B. Stephanum *esse* fundatorem *novæ congregationis; ille enim proprie et vere fundator dicendus, qui aliquod institutam religionem et mente concipit et opere exsequitur, quo sensu habemus fundatores proprie dictos v. g. SS. Benedictum, Brunonem, Dominicum, Franciscum, Ignatium et alios: quæ in* B. Stephano *nullatenus, bene autem in papa Gregorio occurrunt. Dicamus ergo, si lubet, Beatum nostrum fuisse congregationis primum parentem, quippe qui voluntatem Papæ, in bulla expressam et opere completam exsecutus fuerit.* F

concessis privilegiis

20 *Constitutionem novorum canonicorum quibusdam conditionibus vestivit Gregorius papa:* Sub conditione, *inquit,* et modo infrascriptis gubernandum *instituimus,* volentes et eadem auctoritate statuentes, quod ipsi fratres, actu in eadem domo residentes eorumque successores, qui erunt pro tempore, canonici regulares et secundum regularia instituta hujusmodi canonicorum regularium deinceps vivere et fratres S. Salvatoris nuncupari debeant. Et quorum quilibet sub scapulari rochettum, superius autem cappam grisei coloris laneæ mordentis, instar capparum conversorum Carthusiensis Ordinis gestent, qua quidem cappa et ipsi fratres utantur, quum eos exire contigerit septa prioratus seu domus hujusmodi ad populum sive turbam. Nec non prioratus sive domus hujusmodi cum eisdem fratribus et conversis ac personis in ea degentibus, præsentibus et posteris

(1) Ilicet. Sylva, tom. II, pag. 362. — (2) Cfr Flamin. Cornelius. Ecclesiæ Venetæ, tom. VI, pag. 57. — (3) Trombelli, Memorie, pag. 34. — (4) Ibid. pag. 36. — (5) Ibid. pag. 35. — (6) Ilicet. Sylva, pag. 102.

nec

A nec non bonis mobilibus et immobilibus..... ab omni superioritate, dominio et potestate prioris generalis dicti Ordinis fratrum Eremitarum, necnon episcopi exsistentis pro tempore ac dilectorum filiorum capituli Senensis ac quorumlibet aliorum superiorum sæcularium et regularium auctoritate prædicta prorsus eximimus et liberamus, ita quod prior generalis, episcopus et capitulum et alii superiores prædicti nullam possint in eos visitationem, correctionem vel aliam juridictionem exercere, sed nobis et apostolicæ sedi immediati sint subjecti.

et gratiis, 21 Et insuper præsentibus adjicimus, quod ipsi canonici seu fratres qui regularem vitam eorumdem canonicorum regularium pro tempore professi fuerint, et sub eadem observantia regulari dictorum canonicorum regularium pro tempore in domo hujuscemodi residebunt, possint quoties opportunum fuerit, tamen juxta regularia instituta canonicorum regularium, idoneum fratrem, etiam ejusdem Ordinis professorem, in priorem illorum et ejusdem domus eligere. Qui tamen postquam electioni, de se factæ, præstiterit consensum, diœcesano loci vel
B ejus vicario in spiritualibus generali, qui erit pro tempore, per electores hujusmodi dumtaxat debeat reverenter et humiliter præsentari: quique postquam taliter præsentatus exstiterit, censeatur eo ipso a sede præfata confirmatus et ex tunc dictum prioratum in eisdem spiritualibus et temporalibus libere et licite valeat gubernare. Qui quidem prior semper uno anno completo intelligatur absolutus, nisi tunc per majorem partem eorumdem fratrum domus præfatæ, in electione dicti prioris vocem habentium, determinatum fuerit, ipsum priorem in dicto debere prioratus officio domus ejusdem ulterius permanere: quodque dicta domo, ejus prioris solatio destituta per mortem prioris ejusdem vel alio aliquo qui casu eadem vacatione contingente, quod durante vacatione hujusmodi prædictum officium per antiquiorem fratrem dictæ domus, in sacerdotio constitutum, exerceatur; quousque nova electio alterius prioris juxta præfatum modum fiat et ad effectum debitum perducatur.

novo quoque indulto habitu, transtulit. 22 *Iisdem etiam institutis canonicis indulget Pontifex, omnia privilegia, gratias, exemptiones olim tum eremitis Augustinianis tum canonicis regularibus concessa, ac dein pergit:* Et insuper volumus et ordinamus, quod venerabilis frater noster Antonius, episcopus Bononienses camerarius ac dilecti filii Gabriel electus Senensis thesaurarius noster, necnon Joannes electus Ragusinus eisdem priori et fratribus sive canonicis, conversis et personis de convenientibus constitutionibus et norma vivendi pro conservatione prioris et fratrum sive canonicorum, conversorum et personarum prædictarum provideant et omnia alia et singula faciant, ordinent et disponant in præmissis et circa ea, prout eis visum fuerit expedire. Decernentes ex nunc irritos et inanes omnes processus, et excommunicationis, suspensionis et interdicti sententias, si quas forsan contra hæc quacumque auctoritate contigerit promulgari, et ex nunc ratum et firmum motu simili habemus quidquid per eosdem camerarium, thesaurarium et electum Ragusinum in præmissis et circa ea dispositum fuerit; seu quomodolibet ordinatum. Nulli ergo etc. Datum Lucæ III nonas aprilis anno Dominicæ Incarnationis 1408, *etc.* pontificatus nostri anno II (1). *Juverit breviter indicare, quæ gesta fuerint munia ab iis, quos in laudata bulla Gregorius XII commissarios elegit. Antonius Corarius seu Corrarus, Gregorii XII ex fratre nepos, canonicus regularis S. Georgii in Alga episcopus Bononiensis, mense majo aut junio anni* 1408 *factus est cardinalis et anno* 1445 *vita functus est* (2). *Gabriel Condulmerius, dicti Gregorii ex sorore nepos canonicus primum regularis S. Georgii in Alga, dein episcopus Senensis, quamvis adhuc in legitima ætate constitutus non esset, anno* 1408 *una cum supradicto Antonio patruele galerum rubrum accepit et anno* 1447 *pontifex obiit, nomine Eugenii IV* (3). *Joannes autem, qui electus Ragusinus dicitur infimo loco natus, Ordinis S. Dominici professus, cardinalatus dignitatem consecutus est anno* 1408, *una cum duobus antecedentibus; vitam sanctissimam egit, ita ut inter Beatos recenseatur, e vita excessit die* E x *junii* 1419 (4).

AUCTORE J. V. H.

§ III. Constitutio congregationis canonicorum regularium; bullis pontificiis contradicunt Eremitæ Augustiniani; prudenti consilio malis imminentibus occurrit Papa.

Novæ erectionis bullam I*licetum cum socio Jacobo reversus* B. Stephanus *præfatam bullam tribus commissariis, a Pontifice designatis, exhibuit, eamque, ut ipsi declarant in instrumento exsecutionis,* sanam et integram, non cancellatam, non corruptam, sed omni prorsus vitio et suspicione carentem invenerunt. *Sed occurrit hic Ambrosius Landucci, qui loquens de habitus mutatione, alios commissarios nominat* (5): In quatuor, *ait,* diplomatibus, ad hanc mutationem pertinentibus, non solum assignatur forma prædicti habitus tradendi, una cum legibus et constitutionibus ab episcopis Florentina *(Jacobo Palladino* (6), Grossetano seu Crassetano *(Francisco Bellantes* (7), et Massano *(Bartholomæo Ghinio* (8), sed etiam et Titulus, qui est: Fratres Sancti Salvatoris, ut videre est apud archivium Ilicetanum, ubi prima exemplaria exsistunt. *Non est quod Landuccii bonam et sinceram fidam suspicemur; quapropter J. B. Melloni dicit, plures editas fuisse bullos, et forsitan commissarios fuisse mutatos; enimvero Jacobus Palladinus, anno sequenti seu* 1409 *interfuit concilio Pisano* (9), *in quo, depositis duobus Papis, Gregorio XII et Benedicto XIII, electus fuit Alexander V; atque ita novum quasi lignum vasto jam incendio contulerunt patres Pisani. Hæc Mel-* F

(1) Bullarium canonicorum Regularium, part. I, pag. 66. — (2) Ciacconius Vitæ Rom. Pontt. et Cardd. tom. II, col. 765. — (3) Ibid. loc. cit. et col. 876. — (4) Ibid. col. 765, Cfr Acta SS. tom. II Junii, pag. 544. — (5) Pag. 25. — (6) Ughelli, Ital. Sacr. tom. III, col. 165. — (7) Ibid. col. 670. — (8) Ibid. col. 721. — (9) Melloni, Memorie, tom. II, pag. 217, not. 5.

lonii

AUCTORE J. V. H.

lonii sive conjectura sive divinatio, subsistere non potest. Etenim si jam plures fuissent designati commissarii ad exsequendum pontificiam voluntatem, B. Stephanus, *accedens Lucæ ad Gregorium XII, non potuisset ignorare ejus mentem; saltem ex rumore intellexisset, agi de mutatione instituti et habitus, adeoque cum mandatis suorum fratrum Lucam fuisset profectus, neque opus erat, ut novum sodalium consensum exquireret. Si hæc autem vera sint, non capio, quomodo locus esse possit nominandis aliis commissariis. Ordinatio Gregorii improvisa fuit, ipsis etiam, quos tangebat, insciis. Itaque quin ut dixi, Landuccii sinceritatem in dubium vocem, existimo, citata diplomata aut speciales quasdam controversias respicere, aut etiam spectare ad dissensum, qui inter priorem generalem Augustinianum et Ilicetanos incolas gliscebat. Dein nullo verbo indicat Landuccius, quo tempore data fuerint laudata a se diplomata.*

promulgat B. Stephanus *Fesulis.*

24 *Ut autem voluntati pontificiæ obsequeretur* B. Stephanus *Fesulas convocavit sodales, ut novum habitum reciperent. Cur autem Fesulis ritus peractus fuerit potius quam Iliceti, non facile dixerim. Eremitis Augustinianis displicebat, ut deinceps videbimus, mutatio instituti, et si novi canonici regulares Ilicetum non rediissent, ideo recte augurari posset, alium fuisse electum locum, ut ritus perficeretur : sed quoniam aliquandiu Ilicetum tamquam canonici incoluerunt, non videtur ratio efficax, ut alio se transferrent. Id forsitan in causa, quod Joannes Dominici, electus episcopus Ragusinus, unus ex tribus commissariis a Papa designatus, solus interfuerit vestitioni; ipse enim Ragusam numquam adiit* (1), *eodem anno* 1408 *purpura Romana donatus, et in conventu FF. Prædicatorum, ab ipso fundato, plerumque vixit : ac propterea Ilicetanos Fesulas convocavit; quo omnes, præterquam, ut supra diximus, ex conversis unum fratrem Franciscum Berti, convenerunt. Præsentibus itaque PP. Prædicatoribus, inter quos probabilius fuit S. Antoninus, post peractum Cortonæ tyrocinium, monasterii Fesulani incola, Joannes Domi-*
C *nici, jam cardinalis, novum habitum dedit eremitis Ilicetanis die verisimiliter* XXVIII *junii* 1408 (2). *Landuccius ponit diem* XXV *junii* (3); *sed tum Torellius* (4) *tum Pennottus* (5) *et Segnius, mensis diem* XXVIII *vestitioni assignant. Cum habitu canonicali tradidit etiam constitutiones, novo vitæ generi coaptatas, quas tres commissarii apostolici communi consilio condiderant. Quæ omnia celebrata fuere coram magistro Marco Petri de Mugello, publico ad hæc rogato notario. Tandem novi canonici ad suum redierunt Ilicetanum monasterium.*

et prior Congregationis eligitur;

25 *Verum, ut loquitur Pennottus* (6), *inimicus homo illorum quieti ac profectui invidens, in agro novellæ illius canonicæ institutionis zizania superseminavit : nam nonnulli procerum, civitatis præsidio fulti, adversus priorem canonicorum et venerabilem fratrem* Stephanum *armati insurgentes,* D *multis eos injuriis et persecutionibus affecerunt, ac demum, facto impetu, magistratus Senensis, retentis omnibus illorum privilegiis, scripturis et bonis eos violenter e monasterio pepulit. Ante tamen quam expellerentur Iliceto*, B. Stephanus virtute, *inquit Landuccius* (7), prædicti diplomatis *effectus commissarius apostolicus novi instituti congregat capitulum canonicorum, die* II *julii, et facta electione, prior constitutus fuit Philippus Leonardi Agazzarii. Quod secundum constitutionem Gregorianam, num.* 21 *allegatam, episcopo Senensi probatum fuit. Ast mitius hæc exponit Torellius* (8), *cujus verba italica latine reddo :* Dum, *inquit*, novi canonici regulares in eo ipsi sunt, ut initia novæ suæ institutionis rite componerentur, eremitæ nostri Senenses et ipse generalis cum universo Ordine reclamant restitutionem conventus Ilicetani, quem nuper amiserant. Senatus etiam reipublicæ Senensis sua etiam auctoritate illos fulciebat, exponebant scilicet, si auferretur Ordini Augustiniano conventus Ilicetanus, auferri simul pretiosissimam Ordini gemmam, E quoniam fama erat, illum exsistere a tempore fundatoris sui, S. Augustini : proinde petebant restitutionem. Dure excepti fuere a Pontifice istiusmodi reclamationes, quia nolebat destruere, quod paulo ante publice et solemniter constituerat.

sed tumultuan tibus Eremitis.

26 *Nihilominus institerunt tum Eremitæ, tum Senatus reclamare, ac tandem Pontifex, eorum precibus commotus annuit, ut canonici nuper vitam canonicalem professi ad normam et habitum eremiticum redirent. Dedit itaque die* XX *novembris* 1408 *Arimini, quo, quasi minus securus Lucæ, confugerat, novas litteras apostolicas, sequentis tenoris* (9) : Gregorius *etc.* dilectis filiis canonicis sive fratribus S. Salvatoris de Sylva Lacus, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Augustini Senensis diœcesis, salutem et apostolicam benedictionem. Sacræ religionis honestas, sub qua devotum ac sedulum exhibetis Domino famulatum, merito nos inducit, ut ad ea, quæ mentis vestræ quietem respiciunt, totis desideriis intendamus. Proinde ex certis justis et rationali-
bus causis, animum nostrum legitime induceni- F
tibus, pro animarum vestrarum majori quiete, vobis omnibus et singulis redeundi ad Regulam fratrum Eremitarum dicti Ordinis ad locum de Iliceto Senensis diœcesis et eorum habitum reassumendi, gaudendi quoque ac utendi omnibus et singulis exemptionibus, immunitatibus et privilegiis, quibus ante dicti habitus mutationem gaudebatis, sive in dicto Eremitarum Ordine utebamini : Constitutionibus et litteris apostolicis seu dictorum Ordinum vel aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, ex certa scientia, motu proprio, auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus. Datum Arimini, XII kal. decembris. Pontificatus nostri anno secundo. *Importunis precibus obtentam constitutionem apostolicam, quam aliquousque necessariam fecerat tum incerta atque adeo, divisa in ternas partes supremo Eccle-*

(1) Farlati. Illyricum Sacrum. tom. VI, pag. 155. — (2) Melloni, Memorie, tom. II, pag. 218, not. — (3) Ilicet. Sylv. pag. 23. — (4) Annal. tom. VI, pag. 413. — (5) Canonicor. regularium Historia, pag. 477. — (6) Ibid. loc. cit. Cfr Mozzagrugno. Narratio rerum gestarum canonicorum regularium, lib. V, pag. 19. — (7) Ilicet. Sylv. pag. 23. — (8) Tom. VI, pag. 415 et 416. — (9) Torelli, Annal. tom. VI, pag. 417 Empoli, Bullarium Erem, S. Augustini, pag. 150.

siæ

A *siæ magistratu, tum etiam continuata fastidia, quæ ab Eremitis novelli canonici experti erant.*

Papa concedit, 27 *Hisce calamitatibus fracti ad antiquum statum et habitum redierunt imprimis ipse præpositus recenter electus Philippus Leonardi Agazzari, Joannes Francisci Astagiensis, Joannes Christophori Salimbeni, Joannes Antonii Guidi, Andreas Regulinus, Andreas Angelini, Bartholomæus Salvii et Christophorus Joannis, hi duo conversi. Sex igitur relicto habitu canonicali ad Eremitanos reversi sunt. Landuccius* (1) *dicit septem denuo statum mutasse : sed error obrepit, nam sex religiosos chorales et duos conversos ipse recenset; adeoque octo fuisse canonicos, qui ad pristinum redierunt scribere debuisset. Hic autem reduces,* capitulatim, *ait laudatus Landucci* (2), congregati, per suffragium suum iterum in priorem elegerunt B. Philippum de Agazzariis Senensem. *Interea novo instituto cum* B. Stephano *fideles remanserunt Jacobus Andreæ (qui tamen postmodum pertæsus persecutionum, juvante S. Bernardino Senensi,*

B *Ordini Minorum de Observantia adscriptus fuit ac in eo sanctissime vixit* (3),) *Joannes Antonii Vanni, Dominicus Cionius, Regulinus Angelini et Franciscus Nanni. Hi vero, ut satis pronum est judicare, inter medios hostes domesticos et externos constituti, magnas molestias passi sunt; quum, ait Mozzagrugnus* (4), facto impetu magistratus Senensis, retentis eorum privilegiis, constitutionibus et omnibus scripturis, atque ablatis omnibus bonis, violenter et injuriose ab eodem Ilicetano monasterio omnes fugere compulerunt, præter Franciscum de Fojano conversum, *de quo supra num.* 18 *locuti fuimus,* quem in pristino eremitano habitu perseverantem, solum ibidem pro loci custodia reliquerunt. Miseri vero canonici, taliter ignominiose a propriis sedibus expulsi, in quemdam locellum, ab eodem monasterio non procul distantem se transtulerunt. Ubi quæstuantes ostiatim laboriosam vitam per aliquot dies miserrime duxerunt.

ut ad antiquum habitum redire possint : 28 *Atque hæc in causa fuerunt, ut pontifex Gregorius XII supra dictas litteras Arimini dedit, quo novis canonicis potestas fiebat resu-*

C *mendi habitus eremitici. Quum autem qui statui canonicali, atque adeo* B. Stephano *constantes adhærebant, nullam certam sedem haberent, voluit imprimis Gregorius papa duos ad latus suum habere, quos consiliorum suorum participes et conscientiæ propriæ arbitros assumebat, nempe* B. Stephanum *nostrum et Jacobum Andreæ. Dicitur in Procemio constitutionum, anno* 1548 : B. Stephanus Pontificem secutus est sedandæ seditionis causa, qua non mediocriter ea tempestate christiana res et Religio distrahebatur, huc illuc discurrentem. *Alios vero commendatos jussit nepoti suo, Antonio Cornelio, Cardinali episcopo Bononiensi, qui exsules parum juvare potuit, quoniam civitatem tunc occupabat Balthasar Cossa, qui, defuncto Alexandro V anno* 1410 *summum pontificatum tertius adeptus : unde erant inimicitiæ inter Gregorium et Balthasarem Cossam, ac proin parum favoris exsulibus impendere potuit. Nihilominus quale-*

AUCTORE J. V. H.

cumque refugium nacti sunt in quodam sacellulo prope portam Bononiensem S. Mammoli; sed post breves menses non solum Bononiam, sed universam provinciam reliquerunt (5). *In hisce angustiis constituti nihil fere adjutorii a quoquam sperare poterant. Gregorius papa, et ipse propter diversas in christianitate factiones, indigens, alias illos consolari non valebat, quam quibusdam privilegiis. Ac inter alia illis concessit litteris apostolicis datis in diœcesi Aquilejensi kal. septembris* 1409, *ut quocumque vellent loco consistere et prioratum regularem constituere possent : sunt autem sequentis tenoris* (6).

ita tamen, ut fideles vocationi suæ

29 Dudum siquidem per nostras litteras, datas Lucæ III non. aprilis, pontificatus nostri anno secundo, excitante nostræ mentis arcanum speciali et affectuosa dilectione, qua domum et conventum prioratus S. Salvatoris de Sylva Lacus ad Romanam nullo medio pertinentes, Ordinis S. Augustini, Senensis diœcesis, sumus hactenus prosecuti et, paterno prosequi studia intendimus incessanter. Nos motu proprio, non ad dilectorum filiorum fratrum dictæ domus, quæ hactenus Ordinis Eremitarum dicti S. Au- E
gustini exstitit, vel alicujus alterius pro ipsis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed nostra mera liberalitate, et ex certa scientia, eamdem domum in prioratum conventualem auctoritate apostolica creximus, per priorem sub novis conditionibus et modis, in ipsis litteris insertis perpetuo gubernandam, prout in eisdem nostris litteris seorsius continetur. Quum igitur, super excrescente malitia temporis, perversorum debacchante protervia, nonnulli fratres conventus supradicti, sub nostra devotione et fidei integritate degentes, de præsenti nequeant in domo et conventu hujusmodi habitare; nos eisdem pio compatientes affectu, ac volentes paternæ protectionis suffragio subvenire, tenore præsentium, eadem auctoritate concedimus, quod ubicumque fratres ipsi locum invenerint congruum, licitum et honestum, qui eis debite et canonice pro eorum residentia conferatur, acceptare et suscipere, ipsumque in prioratum conventualem hujusmodi habere et recipere ad Omnipotentis Dei gloriam et honorem libere et licite valeant retinere, eadem auctoritate in prioratum hujusmodi F
locum ipsum, per eos habendum, ut præmittitur, erigentes ac statuentes auctoritate præfata, quod fratres ipsi in eo valeant habitare secundum institutiones et regulas per ipsas nostras litteras sibi datas : Quodque locus ipse, per ipsos fratres habendus, in prioratum, ut præmittitur erigendus, et fratres ipsi, sub dictis modis et regulis in aliis nostris litteris, ut præmittitur, expressatis degentes, uti et gaudere valeant exemptionibus, concessionibus et indultis, in hujusmodi litteris, quarum tenores et formas hic habere volumus, pro sufficienter expressis, contentis et annotatis : constitutionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino liceat etc. Datum in civitate Austriæ, Aquilejensis diœcesis, kal. septembris, pontificatus nostri anno tertio, Incarnationis 1409.

30 Civitas Austriæ *ex qua præcedentes lit-* *quocumque vel-*

(1) Ilicet. Sylv. pag. 14. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Trombelli, Memorie, pag. 37. — (4) Narratio rerum, lib. V, fol. v° 19. — (5) Melloni, Memorie, tom. II, pag. 227. — (6) Bullar. Canonic. regul. part. I, pag. 70.

teras

lint loco cœnobium constituere possent

teras mittit Gregorius papa, vulgo dicitur Cividale di Friuli, *in tractu nempe Forojuliensi posita. Sed ut erat labilis et ambigua jurisdictio, tribus Papis singulas et legitimas electiones obtendentibus, facilis erat regibus, civitatibus et populis, secundum rationes politicas, transitus ab una obedientia ad aliam, adeoque et ipsis pontificibus nuspiam fixa sedes et commoratio. Hinc Gregorius, qui patriarcham Aquilejensem deposuerat, illumque infensissimum experiebatur, Aquileja excedere coactus, ad Ladislaum, tunc Neapolitanorum regem, confugit, et portum temporariæ tranquillitatis Cajetam invenit. Cajeta igitur die id. septembris novas dedit litteras apostolicas, quibus confirmabat litteras supra citatas. Sed parum juvabant istiusmodi concessiones, quando illi qui, eos dabant, rebus ubicumque in ancipiti positis, nulla inerat potestas externa, qua mandata urgeri possunt. Ex eodem Cajetano refugio alias etiam gratias indulsit, consolationem miseris exsulibus: sic litteris datis* 20 *septembris* 1410 *concedit Priori et successoribus ejus facultatem eligendi sibi confessarium, qui illos absolvere valet ab omnibus peccatis, etiam Ordinario reservatis* (1) ; *ante etiam aliis litteris datis* 18 *septembris ejusdem anni parem facultatem dederat omnibus canonicis regularibus Ilicetanis, ea tamen lege, ut præter jejunia ab Ecclesia præscripta, sex alia, diebus quos elegerint, observent* (2). *Ac tandem præter alias gratias, Indulgentiam plenariam in die professionis solemnis, facultatem absolvendi a censuris et irregularitatibus, concedit Pontifex, litteris* VIII *kal. februarii* 1412 (3), *ut etiam possint sibi aggregare canonicos decem ex quacumque Religione personas.*

§ IV. Fabriani primum constituti Beatus et socii, dein monasterium S. Ambrosii prope Eugubium acquirunt et adunantur cum Congregatione S. Mariæ ad Renum in agro Bononiensi.

Fabriani primum constituitur domicilium

Tandem B. Stephanus *et ejus socii temporariam quidem, sed tranquillam sedem invenerunt Fabriani apud Picenos. Sequebantur fortunam Gregorii XII, qui, ut constat ex Bullis, vario loco datis, errabundus adibat civitates, prout suis illæ partibus adhærebant. Atque hinc est, quod* B. Stephanus *sodalibus suis præscripsit, ut Bononiam relinquerent, quatenus ista civitas sequebatur Alexandri V obedientiam, cui mortuo in ipsa civitate Bononiensi successit* XVII *maji* 1410 *Joannes XXIII, antea cardinalis Balthasar Cossa dictus* (4). *Hinc transmigrationem Fabrianensem ponit Trombellius in decursu anni* 1410 (5). *Erat tunc Fabrianum civitas tranquilla et opulenta; sperabatque* B. Stephanus, *istic sociis invenisse stationem quietam, in qua ex civium divitiis, fabrica cartæ bombycinæ, ibidem primum, ut dicitur, inventæ, adauctis, largas conjiciebat futuras eleemosynas* (6). *Non satis constat, quamdiu moram fecerit. Id certum Fabriani diem obiisse Franciscum Nannium, cujus ossa dein ad cœnobium S. Ambrosii juxta Eugubium translata fuere. Dicit Constantinus Ghinius in suo Menologio, Sanctorum canonicorum Natales, ad diem* XXVIII *octob.*, aeris molestiam *in causa fuisse, ut locum relinquere debuerint. Si igitur annus emortuatis dicti Francisci nobis innotesceret, aliquantulum metiri possemus diuturnitatem stationis Fabrianensis. Hoc tantum scimus, Franciscum Nannium die* XII *augusti* 1412 *subscripsisse cartæ, a* B. Stephano *nostro exhibitæ fratribus suis* (7) ; *et circa finem septembris* 1414 *translata fuisse ejus ossa ad S. Ambrosii Eugubini, ut constat ex Inventario rerum Fabriano illuc translatarum. Proin Francisci obitus inter duos terminos concludendus est, et Fabrianensis mora, ut infra videbimus, ad annum* 1414 *constringendus est. Quapropter sequi possumus sententiam illorum, qui obitum Francisci ad annum* 1413 *referunt. Lauduccius evidenti errore mortem Francisci illigat anno vulgari* 1451, *et addit* (8) : A Stephano novo canonicorum indutus habitu expertus est tandem, molliter vestitum non posse se facile per arctam cœli viam incedere, unde ad strictiorem eremiticam viam reversus, sanctissimi e vivis discessit. *Non facile credendum est, tantum vitæ usuram superfuisse dicto Francisco, qui etiam Beati titulo honoratur ; quia certe gravissimas perpessus ærumnas, annis dein quadraginta superstes non fuit.*

ubi obit B. Franciscus Nannius,

32 *Ex verbis Landuccii satis liquet, aliquantisper sinistre loqui de novo habitu canonicorum, quem molliorem appellat, opponit strictiori vitæ Eremitarum ; in hoc certo probandus, quod vitæ suæ institutum magni faciat ; sed in detrimentum veritatis hæc dicenda non sunt. Ipse certe Landuccius fatetur, canonicos regulares vindicare sibi Franciscum Nannium, ad mortem usque in statu canonico perseverantem, allegat Mozzagrugnium, Segnium, Ghinium : Sed reponit :* Hæc non respondent his, quæ reperiuntur in nostris Ilicetanis monimentis ex quibus habemus Franciscum regressum fuisse ad pristinum statum (9) : *paulo tamen altius dixerat :* nos sequimur Herrera Alphabetum p. 226 et Torellium p. 294. *Sed tum Herrera, tum Torellius omni fere modo Landuccio contradicunt. Ille quidem loco citato* (10) *docet,* Eremitarum institutum in sacra Ilicetana domo professum, ad novam canonicorum regularium... cum aliis ejusdem conventus eremitis convolasse, novellam illam plantationem virtutum suarum odoriferis floribus amœniorem reddidisse, donec ad cœleste viridarium anno 1413 Eugubii apud Ambrosianos translatus fuerit. *Satis hisce monstrat Herrera, Franciscum non eremitam, sed canonicum decessisse ; unum est, in quo fallitur scriptor, venerabilem virum Eugubii vitam clausisse suam. Torellius sub an-*

(1) Bullar. Canonic. regul. part. I, pag. 75. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Ibid. pag. 75. — (4) Novaes, Sommi Pontefici, tom. V, pag. 41. — (5) Memorie, pag. 58. — (6) Moroni Dizionario di Erud. v° *Fabriano*. — (7) Melloni, Uomini Sancti, tom. II, pag. 232. — (8) Ilicet. Sylv. pag. 110. — (9) Ibid. pag. 110. — (10) Alphabetum Augustinianum, pag. 216.

no

A *no* 1424 (1) *dicit, Franciscum Nannium*, non ita pridem *(scilicet quando Fabriano Eugubium transmigrabant canonici S. Salvatoris)* ad meliorem vitam transiisse Fabriani, *ejusque corpus ad S. Ambrosii cœnobium translatum fuisse. Quibus verbis aperte ostenditur, inter canonicos regulares constanter vixisse, et obiisse sancte.*

translato dein ejus corpore ad S. Ambrosium prope Eugubium

33 *Sed instar omnium argumentorum est instrumentum, a publicis notariis confectum, quod exhibet Inventarium* (2) : Placuit hic addere exemplum Inventarii, per infrascriptorum notariorum manus confecti, in Eugubino archivio reperti, omnium rerum, quas secum a Fabriano apud eumdem S. Ambrosium attulerunt, quod his verbis legere est : « In nomine Domini. « Infrascriptæ sunt res, quas asportavit ad lo- « cum S. Ambrosii de Monte S. Jacobi de Eugubio « fr. Stephanus Joannis de Senis, canonicus « regularis, prior dicti loci : quæ res sunt ipsius « et sociorum præsentium et futurorum, assi- « gnatæ per dictum fr. Stephanum priorem, « præsentibus Matthæo Gratiæ et me Salinguerra « Ser Nutii et etiam Francisco Andreæ de Flo- B « rentia testibus. Res sunt istæ, videlicet impri- « mis unus calix, cujus cuppa et patena sunt de « argento et smaltato, in pede est scriptum Ave « Maria et plura alia utensilia modici valoris et « quantitatis, quæ cum B. Francisci canonici « ossibus non integre duas salmas asinarias per- « ficiebant... » Et prædicta consignata fuerunt per dominum fr. Stephanum et ostensa mihi Salinguerra notario infrascripto, præsentibus Matthæo Gratiæ de Eugubio, Baptista Pucci de Angure testibus. Et ego Salinguerra, civis Eugubii, notarius vocatus a prædicto fr. Stephano prædicta vidi et ad fidem scripsi et me subscripsi, præsentibus testibus supradictis. *Ex his omnibus manifestum est, Landuccium aliquid humani passum esse, dum fidentissime scribit, ex monumentis Ilicetanis aliud omnino constare. Fuerit forsan alius Franciscus, etiam filius Joannis seu Nannius, qui eremita fuerit redux a canonicis ; sed certum est, Franciscum Nannium, de quo frequens est mentio, apud canonicos regulares, et sancte perseverasse et sancte Fabriani vitam finiisse.*

quod tandem, agentibus Gregorio XII

34 *Anno igitur* 1414, *quantum conjicere licet, canonici regulares, duce* B. Stephano, *Fabrianum aeris molestiam experti derelinquerunt. Opportune tunc accidit, ut locum tandem stabilem et fixum obtinendi facultatem nanciscerentur. Erat juxta Eugubium, ut narrat Jacobillus in elogio* B. Stephani *nostri* (3), *ecclesia, S. Ambrosio Mediolanensi anno* 1331 *dicata, juxta quam secundum Regulam S. Augustini sancte vivebant, quidam viri, a venerabili viro Ceccarello Leonardi ad formam quamdam monasticam redacti, et quos in collegiatam coadunavit Petrus Gabriellius, episcopus, ita tamen ut fratres, non vero canonici, dicerentur. Mortuo Ceccarello anno* 1345 *varii priores successerunt : sed initio sæculi* XV *Joannes de Revolo cum uno converso solus remansit ; unde sollicitudo eum occupabat, ut monasterium suum communitati vivaciori traderet. In hoc rerum statu ducatum Urbinatem ingressus est Gregorius XII, magnifice a Guidone Antonio Feltriensi, Urbini duce et Eugubii domino exceptus. Illuc accesserunt canonici nostri, conquesturi de molestiis, sibi ab eremitis illatis : in suas etiam partes attrahere sategerunt ipsum Urbinatem ducem, sed frustra ; donec in somno illi apparuit S. Ambrosius et admonuit, nihil esse timendum : institutum canonicorum esse sanctum et brevi late propagandum. Hisce monitis obsecutus Guido Antonius, cum Gregorio papa egit, ut donatio confirmaretur. Jacobillus transactionem anno* 1414 *illigat, sed Muratorius magis ad annum* 1412 *revocat, cui assentit Joan. Bapt. Melloni* (4). *Ut verum fatear, arridet sententia Jacobilli : non enim Gregorius solidum biennium posuisset inter petitionem, a Guidone Antonio factam, et confirmationem, datam Arimini* XXIV *septembris* 1414. *Nemini incertius erat tempus et facultas agendi quam Gregorio, profugo de civitate in civitatem, a quo dissidebant et cui adhærebant pro libitu suo politico principes et civitates. Nisi itaque monstretur, quod facile monstrandum non erit,* Stephanus *integrum fere biennium* E *impendisse, ut principis Guidonis Antonii gratiam sibi conciliaret, ab anno* 1414 *distrahi non poterunt et principis petitio et Gregorii concessio. Cæterum bullam concessionis, dabimus infra in Actis B. Archangeli Canetoli, die proxima dandis.*

et Guidone Urbinate, canonicis datum fuit :

35 *Post acceptum, instauratum et bonis auctum munificentia imprimis Guidonis Antonii, Urbinatis ducis, cœnobium S. Ambrosii Eugubini, stabilem tandem canonici regulares sedem invenerunt, ut patet ex bulla Gregorii XII, data* IX *kal. octobris* 1414. *Post breve tempus e vita discessit Joannes de Revolo : convenerunt igitur canonici, ut novum sibi eligerent priorem, qui secundum constitutionem pontificiam, supra num* 21 *ex parte allegatam, annuus erat. Unanimi voce electus fuit* Stephanus *noster et usque ad annum* 1419 *confirmatus. Paulo post accrevit congregatio novellis canonicis, fr. Petro Dominicano Senensi et Bartholomæo Andreæ de Cassia, qui vigore indulti, quo recipi proterant decem, ut supra num.* 30 *diximus, religiosi ex aliis Ordinibus et canonicis regularibus aggregari.* F *In Vita manu scripta, cujus aliqua fragmenta servavit Joan. Bapt. Melloni* (5), *hæc leguntur : Petrus ex Ordine Prædicatorum* fuit adscriptus a præfato rev. protoparente nostro, tum primum in Ambrosianum priorem vigore novi privilegii electo, per ante dicti fr. Joannis Revoli nuper defuncti decessum, atque in singulis sequentibus annis usque ad annum 1419 canonice confirmato. *Hoc lucellum, licet exiguum, pro rerum conditione ingens erat viris, ab omnibus quodammodo derelictis, et præsagiebat majora incrementa : quando scilicet Congregatio canonicorum regularium S. Mariæ de Reno unita fuit Congregationi S. Salvatoris.*

Cœnobium S. Mariæ ad Renum,

36 *Cœnobii S. Mariæ ad Renum, tribus milliaribus Bononiæ distantis, historiam erudite concinnavit Chrysostomus Trombelli sub titulo :* Monumenta historica de duobus cœno-

(1) Secoli Augustiniani, tom. VI, pag. 462. — (2) Melloni, Uomini Sancti. tom. II, pag. 233, not. — (3) Vita dei Santi dell'Umbria, part. I, pag. 363. — (4) Uomini Santi, tom. II, pag. 235, not. — (5) Ibid. pag. 240, not.

AUCTORE J. V. H.

biis Mariæ ad Renum et S. Salvatoris (1). *Dicit imprimis a S. Gregorio VII aut saltem sub ejus pontificatu fundatum : in quam sententiam concurrunt, qui de rebus Bononiensibus scripserunt. Ughelli quidem tradit fundatum sub Bernardo, episcopo Bononiensi ab anno* 1083 *ad* 1104 : Hujus, *inquit* (2), episcopi tempore canonicam S. Mariæ ad Rhenum ædificarunt regulares canonici S. Augustini, unde postea insignes docti viri prodiere. *Idem refert Cherubinus Ghirardatius, Ordinis Eremitarum, in Historia Bononiensi, italice conscripta* (3) : Sub ejus *(Bernardi)* episcopatu canonici regulares S. Augustini ædificarunt juxta Renum canonicam S. Mariæ. *In quam etiam sententiam venit Carolus Sigonius Mutinensis scribens* (4) : Eodem Bernardo sedente aut certe sub hos annos, canonici regulares S. Augustini canonicam ad Rhenum, sub nomine S. Mariæ constituerunt. *Hæc quidem historici, quibus contradicit Gabriel Pennottus, et ipse regularis canonicus in sua Generali Historia Canonicorum* (5), *quem refellit laudatus Trombelli, in suo opere* (6). *Præter institutum*
B *nostrum esset, de istiusmodi controversiis incidentibus longiorem sermonem miscere. Cæterum antiquissimum, quod novimus, instrumentum est diploma Gualterii, archiepiscopi Ravenatis, datum* x *kal. februarii* 1136, *in quo absolvit priorem et fratres S. Mariæ ab omnibus oneribus et decimis, vetat, ne canonicam vitam professus sine licentiæ prioris vel Congregationis discedat, permittit vestiri clericos et sæculares, sepulturas in sua ecclesia concedit, clericorum ordinationes a quocumque catholico antistite*, cum episcopum non habet Bononiensis Ecclesia, vel quem habuerit, constet non esse catholicum, *suscipere. Eadem fere habet brevi secuta bulla Innocentii II data* VI *kal. septembris ejusdem anni, si tamen libertas ordinationum excipias* (7). *Hæc satis sunto de initiis cœnobii S. Mariæ ad Renum.*

tunc propter discordiam intestinam,

37 *Centum et quinquaginta fere annis stetit Renanum institutum, auctum multis divitiis et ecclesiis, quæ ejus sectabantur disciplinam; sed mortuo anno* 1270 *Guezone* (8), *secuta electio novi prioris discordiarum se-*
C *minarium fuit. Septeni canonici, fulti potentia Galluzziorum familiæ monasterium tenuerunt, dum octo aufugientes Bononiam et tamquam pars major et, ut dicebant, senior capituli, electionem indixerunt habendam Bononiæ in æde cathedrali et unius dies spatium, tamquam terminum peremptorium statuerunt. Itaque reliquis apud S. Mariam ad Renum manentibus, profugi priorem dixerunt Joannem Gulielmi. Renani opposuerunt Joanni sic electo alterum Joannem, qui dicebatur, Ubertini. Ex istiusmodi discordia profluxit relaxatio, ut semper fit, disciplinæ claustralis, aliis inter sæculares Bononiæ viventibus, aliis vero, ut electionem a se factam, probatam et validem monstrarent, hinc inde discurrentibus, ita ut paucissimi essent, qui in æde S. Mariæ assidue morarentur. Sed vix composita pace per novam electionem Joannis Ubertini, nova tempestas* D *ejus obitu exorta est. Isto siquidem mortuo anno* 1311, *nova fuit electio, nova calamitas, dum capitulum in duas scissum est partes. Ex relaxatione porro disciplinæ regularis etiam res temporalis magnum detrimentum passa est; nam diuturnæ lites in variis et longinquis tribunalibus, dispersiones fratrum, extra claustra alendorum, negligentia eorum, qui rem domesticam curabant, absorbuerunt maximam pecuniæ vim, ita ut divendi et alienari debuerint varia prædia et pecuniam calamitoso fœnore conquirere* (9).

frequentia bellа

38 *Causæ labascentis disciplinæ, quam internam vocare possumus, accessit externa; nempe continuata bella, seditiones et factiones sæculo* XIV *et* XV *in agro Bononiensi debacchantia. Calamitatem etiam cumulavit datum cœnobium, ut vulgo dicitur, in commendam : unde canonicis regularibus imminebant homines ignoti, longe positi, non raro aversi, qui per ministros et procuratores suos, non tam quæ Christi, quam quæ sua sunt, quærentes, pecuniis corradendis inhiabant, rem sacram flocci pendebant. Mala ista,* E *per se gravissima, augebat in immensum schisma magnum, quod Occidentale vulgo appellatur. Tunc unusquisque Pontifex, ut numerum sequacium augeret, excitaret et zelum, larga manu distribuebat privilegia, dispensationes, legum vulnera, concedebat, atque ita paulatim disciplinam ecclesiasticam, sive sæculares sive regulares, spectes, enervabat. Certe omnes sanioris consilii viri intelligebant, Ecclesiam reformatione indigere atque hinc jam sæculo* XV *clamor ille, quadammodo universalis, ut concilium œcumenicum convocaretur et ingruentibus abusibus repagulum objiceretur. Nihilominus jam sæculo* XV *incepit variorum Ordinum vera et efficax reformatio. Etenim præter Ordinem canonicum, cujus auctor fuit Gregorius XII et adjutor* B. Stephanus *noster, Eremitarum etiam S. Augustini reformatio, præsertim in Italia, incepit circa medium sæculum quintum decimum* (10). *FF. Minorum sub SS. Bernardino Senensi et Joanne De Capistrano reditus ad primævam S. Francisci Regulam mirifice propagatus fuit. Eodem fere tempore collapsa* F *apud quosdam FF. Prædicatores disciplina instaurata fuit per Congregationem sub titulo B. Jacobi Salomonii, ut videre est in Historia ejusdem Congregationes, a fr. Joann. Francisco de Rubeis composita* (11). *Et apud Carmelitas quoque sæculo* XV *antiquus revixit spiritus in Congregatione dicta Mantuana* (12). *Omnia igitur, exstincto schismate, universalem præsagiebant reformationem ac emendationem morum, quando initio sæculi* XVI *inconsutilem Christi tunicam disciderunt istius sæculi notæ hæreses.*

et sævissimam pestilentiam delapsum,

39 *Ex causis hactenus allegatis, quibus et suum contulit gravissima pestilentia, paulatim decrevit Renanorum numerus, ita ut, quemadmodum legitur in codicibus Renanis coævis, deserta videretur Bononiensis urbs, adacti essent cives ex Germania arcer-*

(1) Memorie istoriche concernenti le due canoniche di Santa Maria di Reno et di Santo Salvatori. — (2) Ital. Sacra, tom. II, col. 17. — (3) Historia di Bologna, tom. I, pag. 56. — (4) Oper. tom. III, col. 410. — (5) Pag. 310 (*b*) Memorie, pag. 3. — (6) Bullar. Canonic. Reg. pag. 1. — (7) Ibid. pag. 3. — (8) Trombelli, Memorie, pag. 13. — (9) Ibid. pag. 15 et seqq. — (10) Torelli, Annal. tom. VI, pag. 781. — (11) Migne, Dictionnaire des Ordres Religieux, v° *Lombardie*. — (12) Lezana, Annales Carmelitarum, tom. IV, pag. 804.

sire

A *sire famulos domesticos et conjugiorum ope novellum creare populum. Aperte in laudatis codicibus dicitur*, Franciscus, *(Ghisleri)*, prior præfatus, SOLUS propter pestem, quæ diu viguisse dicitur (1). *Porro laudatus Ghislerius, qui maximum incrementum Congregationi S. Salvatoris dedit, ut mox indicabimus, natus dicitur Bononiæ anno Christi* 1360, legitimo, *ut instrumenta referunt*, matrimonio et nobili genere... Ejus parentes sunt divites et potentes omnes et est major domus personarum hujus civitatis : semper fuerunt et sunt fidelissimi Ecclesiæ (2). *De eodem ex Mozzagrugno scribit Jacobillus* (3) : Franciscus Ghislerius Bononiensis, vir non minus nobilitate quam pietate præstabilis, zelator prudens, prior perpetuus monasterii S. Mariæ de Rheno et S. Salvatoris Bononiensis, quibus anno 1418 monasterium S. Ambrosii Eugubii univit : fuit vir eruditissimus, impressit tractatum de Judice Regularium, et Expositiones constitutionum apostolicarum canonicorum Regularium dictæ congregationis S. Salvatoris ; in quibus fortasse non habet nostra Congregatio alium hujus rei
B tractatorem majorem, vel ei non est alius æqualis. Condidit etiam statuta pro reformatione dictæ congregationis. Interfuit pluribus capitulis celebratis in dicto monasterio Ambrosiano et S. Salvatoris Bononiensis et numquam voluit esse abbas generalis ; et sancte obiit in suo monasterio S. Salvatoris die XXVII junii 1429 et apud B. Stephanum Senensem sepultus. *Confusio orta est ex duobus homonymis ejusdem Congregationes : uterque etiam prior fuit S. Mariæ de Reno, sed duobus solidis sæculis distans. Teste Joanne Fantuzzi in Notitiis scriptorum Bononiensium* (4), *auctor judicis criminalis est Franciscus Ghislerius, qui habitum canonici regularis induit die* IX *aprilis* 1574 *et post minora officia eximie gesta, creatus fuit prior S. Agathæ Urbini anno* 1601, *dein bis prior S. Mariæ de Reno, annis scilicet* 1616 *et* 1621; *cui muneri immortuus est cum fama probitatis et scientiæ. Hunc existimo auctorem celebrati libri : nimis accurate citat distincta variorum officiorum tempora, quamvis et ipse utrumque Ghislerium confundat, dum in calce citat Mozzagrugnium.*

C *Francisc. Ghislerius*

40 *Quamvis autem doctoralem lauream Ghislerio detondeamus, ejus tamen in instauranda canonica disciplina ardorem nequaquam imminutum volumus. Ejus enim opera imprimis facta est consociatio canonicorum regularium Ambrosianorum et Renanorum; qua novellæ institutioni Ambrosianæ plurimum incrementum accessit tam opum quam locorum. Etenim ad Renanam Congregationem pertinebant ecclesiæ S. Andreæ in Torricella, S. Domnini juxta Balnea, S. Mariæ de Raticosa, S. Jacobi de Casadio, S. Præxedis et S. Pudentianæ Romæ* (5); *quibus omnibus addenda est ecclesia S. Salvatoris Bononiæ. Variæ ecclesiæ lapsu temporis aut periere aut a canonicis fuere derelictæ. Cujus calamitatis causa fuit paucitas canonicorum, etiam postquam in unam coaluere societatem. Et profecto de Ghislerio legitur* (6) : Franciscus prior præfatus, jam senio confectus et solus jam multis annis relictus in monasterio suo, multis, quos ipse receperat et habitu sui dicti monasterii initiaverat, canonicis de medio sublatis. *Et paulo infra :* Refert dicens, monasterium suum a multis annis propter bella et pestes circa annuos reditus conditionem in dies deteriorem accipere canonicis destitutum, ubi ipse solus jam annis multis remansisset, quum tamen semper avide et anxie perquisierit, ut aliqui profiterentur, in quos et habitus et observantia monasterii ac ipsius administratio post ipsum deveniret; quibus nullis inventis ab annis multis, etc.

AUCTORE J. V. H.

41 *In hac orbitate constituto Ghislerio, Bononiam advenit Dominicus Cionius,* Stephani *nostri socius, sive ut quemdam novellæ Congregationi locum commodum quæreret, sive a Ghislerio evocatus : statimque agi coeptum de tradendo Ambrosianis monasterio Bononiensi S. Salvatoris. Varia certe existebant causæ, ut utrumque monasterium conjungeretur : utrique erant cononici regulares, ambobus erat eadem Regula S. Augustini et quamvis non erat per omnia vestis in utrisque* E *similis, in neutra aliquid erat, quod a norma canonica abludebat ; nec tanta erat in Statutis peculiaribus diversitas, ut non possent facili negotio componi. Enimvero summo consensu res transacta est, et, ut habet Vita manuscripta apud Mellonium* (7), Ghislerius constituit suos agentes *FF.* Stephanum et Dominicum, et hujusmodi procuræ mandatum constat confectum Bononiæ coram reverendissimo episcopo inter partes, manu ser Marci Rainaldi de Formaglinis et ser Rainaldi, quondam Comacini de Formaglinis stipulatum publice coram testibus anno 1418, indictione XI, die XXII aprilis. *Jam anno præcedenti* 1417, mense octobri, in festo S. Lucæ, dominus Angelus, *ut loquitur Chronico Foroliviense* (8) olim dictus papa Gregorius XII, mortuus est in Recanato, qui renuntiaverat papatum.

canonicis regularibus adjungere vult,

42 *Interea electus summus Pontifex die* XI *novembris* 1417 *Martinus V Columna auctoritate sua perficere debuit, quæ Gregorius inceperat : etenim istiusmodi coadunationes et societates sine conscientia summi Pontificis firmæ esse non possunt. Igitur quum inter* Stephanum *nostrum et Ghislerium convenisset de unienda utraque Congregatione, et, ut dicitur,* procuræ mandatum *accepisset* Stephanus *cum socio suo : petitionis suæ sequestre, Guidone Antonio Feltriensi, Pontificem per litteras, ut videtur, convenerunt.* Curante, *habet Vita manuscripta* B. Stephani (9), Guidone Antonio, comite Urbinate, qui eidem novo Pontifici arctissima vinctus erat affinitate. *Vidimus supra, num.* 34 *comitem Urbinatem amicissimum fuisse* Stephano *nostro, ejusque præsertim patrocinio Ambrosianum monasterium obtinuisse : errat tamen citata Vita in eo, quod, illum faciat affinem Papæ tunc, quando litteræ apostolicæ dandæ fuerunt : id enim primum accidit, quum mortua Ringarda Malatesta, lectissima fœmina, uxorem duxit Catharinam Columnam, Martini V neptem, quod circa annum* 1424 *accidit. Nam*

qua adunatio, approbante Martino Pp. V.

F

(1) Trombelli, Memorie, pag. 20. — (2) Ibid. pag. 194. — (3) Santi dell' Umbria, tom. II, pag. 577. — (4) Notizie degli Scrittori Bolognesi, tom. IV, pag. 144. — (5) Trombelli, Memorie, pag. 105 et seqq. — (6) Ibid. pag. 21. — (7) Uomini Santi, tom. II, pag. 246, not. — (8) Muratori Scriptt. tom. XIX, col. 887. — (9) Melloni. Uomini Santi, tom. II, pag. 247.

Fredericus

AUCTORE J. V. H.

Fredericus, nothus Guidonis Antonii, nascitur anno 1422, *et duobus post annis obit diem suum Ringarda, quam excepit uxor legitima Catharina Columna. Litteræ autem apostolicæ, confirmantes societatem utriusque Congregationis canonicorum regularium, datæ sunt* nonis junii 1418 *: proinde multo ante quam affinitatis necessitudinem Guido Antonius contraheret per Catharinam neptem cum Martino Papa* (1) *dictæ litteræ datæ dicuntur* Friburgi Lavanensis diœcesis : *varia sunt in Germania hujus nominis oppida : sed dubium aliquatenus circumscribitur appositione diœcœsis, quæ tamen male exprimitur ; legi enim debet* Lausannensis diœcesis : *constat enim Martinum papam Friburgum Helvetiorum advenisse die* III *junii* 1418 *ibique triduo moratum fuisse* (2).

per B. Nicolaum Albergatum

43 *Laudatæ litteræ Martini papæ directæ sunt ad B. Nicolaum Albergatum ex Ordine Carthusiano, episcopum Bononiensem, et postmodum S. R. E. cardinalem, cujus Acta dederunt nostri ad diem* IX *maji* (3). Anno Domini 1417, *ait Matthæus de Griffonibus in*
B *Memoriali Historico* (4), die dominica IV julii Rev. pater dominus frater Nicolaus de Albergatis de Bononia, de Ordine fratrum de Cartaxos fuit consecratus et factus episcopus Bononiensis, qui est homo sanctæ vitæ et de quo totus populus Bononiensis fuit valde contentus. *Propter famam sanctitatis Nicolai et ejusque in negotiis tractandis dexteritatem, quam ostendunt etiam frequentes legationes, in variis provinciis et sub variis Pontificibus obitæ, maluerunt* B. Stephanus *et Ghislerius sub ejusdem auspiciis utramque congregationem in unum coalescere : propterea ad Nicolaum episcopum dirigi petierunt litteras apostolicas, et ut dicitur in Actis Ghislerii :* Et super omnimoda dispositione super his tribuenda Reverendo domino Nicolao, episcopo Bononiensi, et non alteri. *Referimus igitur summarium constitutionis apostolicæ, quæ est quasi fundamentum novellæ congregationis, qui autem easdem integras legere voluerit, adeat Bullarium Canonicorum Regularium* (5). *Exponit imprimis Pontifex miserum statum monasteriorum S. Mariæ de Reno et S. Salvatoris Bo-*
C *noniensis :* Licet, *inquit,* retroactis temporibus in prædictis monasteriis plerique dicti canonici Ordinis conventum facientes residere et sub regularium habitu et observantia Domino famulari consueverint, divini cultus inibi ferentes incrementum ; passim tamen propter guerrarum turbines aliasque calamitates, quibus partes illæ afflictæ fuerunt, monasteria ipsa, eorum dispersis atque distractis facultatibus atque redditibus, tantæ destitutionis atque desolationis subjacent opprobrio, quod ex canonicis dictorum ordinis et observantiæ nullus ad præsens residet, paucique reperiri valent residere acceptantes quomodolibet in eisdem.

per litteras executoriales,

44 Et sicut eadem petitio subjungebat : dilecti filii Stephanus Joannis et Dominicus Cioni de Senis ac nonnulli alii Canonici monasterii S. Ambrosii Eugubini dicti Ordinis, aliorum tamen habitus et observantiæ in ipsis unitis monasteriis conventualiter regulari castimoniæ subdi, divinis quoque inservire et intendere desiderant. *Committit igitur Pontifex B. Nicolao, ut diligenter inquirat, an utriusque partis, scilicet Ghislerii et* Stephani *preces, veritate nitantur. Itaque B. Nicolaus, postquam omnia vera et recta comperisset, decretum emisit die* IV *martii* 1419, *quo unit utramque congregationem.* Attendens, *ait in decreto executionis, sibi demandatæ* (6), bonam voluntatem et affectionem, quam idem gerit D. Franciscus prior circa reformationem dictorum suorum monasteriorum et augmentum divini cultus in eisdem : attendens etiam affectionem dictorum canonicorum *(S. Ambrosii),* qui offerunt se et eorum successores in ipsis monasteriis locare, ipsaque reformare et in eisdem sub bona observantia regularem vitam ducere : attendens etiam divinum cultum multipliciter augeri deberi : volens tam ipsius d. prioris quam canonicorum prædictorum puris et sinceris votis animi confovere, eisdem canonicis transeundi ad dicta monasteria, retento habitu et observantia dicti monasterii S. Ambrosii et in illis etiam juxta consuetudines et instituta ipsis et dicto monasterio S. Ambrosii per sedem apostolicam concessa, confirmata et approbata vivendo et incedendo, auctoritate apostolica, et omni modo, jure et forma, quibus magis et melius potuit, licentiam fuit elargitus, etiam in vita dicti d. prioris, si et prout ei placuerit et alias vel alio modo non. Statuens et decernens idem d. episcopus, auctoritate apostolica antedicta, ut omnis libera administratio monasteriorum prædictorum nihilominus ad dictum d. Franciscum priorem et quamdiu ipse vixerit, in spiritualibus et temporalibus libere spectare debeat ac etiam pertinere, ita quod in ejus vita nullo modo de et super prædictis aliquam habeant vel habere possint potestatem ipsi transeuntes in vita dicti d. prioris.

hic relatas

45 Et subsequenter præfatus d. episcopus monasterium S. Ambrosii prædictum, cujus et dictorum unitorum monasteriorum fructus redditus et proventus sexcentorum florenorum auri, secundum communem existimationem, valorem annuum non excedunt, cum omnibus juribus et pertinentiis suis eisdem monasteriis S. Mariæ de Rheno et S. Salvatoris Bononiensis, auctoritate apostolica antedicta, univit, annexit
F et perpetuo incorporavit, et ipse in perpetuum, auctoritate prædicta ex nunc ad invicem et de cætero unita, annexa et incorporata esse decrevit. *Statuit dein* unionem hujusmodi *solum per mortem Ghislerii aut per ejus declarationem effectum sortituram. Ex hactenus dictis omnino liquet, ex tali societate nihil mutari in statu canonicorum Renanorum, et per reformationem, de qua agitur, nihil juris perire monasteriis S. Mariæ et S. Salvatoris : per mortem autem aut declarationem dicti Ghislerii, omnia spiritualia et temporalia dictorum monasteriorum ad canonicos S. Ambrosii devolvenda erant. Quo casu canonici in dictis monasteriis residentes pro tempore,* quotiescumque fuerit opportunum, priorem dictorum monasteriorum eligant secundum formam, modum et conditionem eorum... videlicet, quod prior eligatur a majori parte conventus

(1) Baldi, Vita e Fatti di Federico di Montefeltro, tom. I, pag. 8. — (2) Schmitt. Histoire du diocèse de Lausanne, tom. II, pag. 155. — (3) Acta SS. tom. II Maji, pag. 467. — (4) Muratori Scriptt. tom. XVIII, col. 225. — (5) Pag. 88. Edit. Rom. 1733. — (6) Ibid. pag. 9.

canonicorum

A canonicorum dicti monasterii, vocem habentium in capitulo : et quod per electores prædictos dicta electio præsentetur diœcesano vel ejus vices gerenti. Qua præsentatione facta, intelligatur ipse prior sic electus, auctoritate apostolica confirmatus : cujus officium semper intelligatur finito anno exspirare, nisi per majorem partem fratrum, seu capitali prædicti vocem habentium in capitulo, fuerit determinatum, ipsum in dicto prioratus officio permanere, ut plenius in eorum privilegiis continetur.

peracta fuit. 46 *Post litteras apostolicas, Friburgi Helvetiorum datas die* v *junii* 1418, *quæri potest, qui fit, ut eorum executio usque ad diem* IV *martii* 1419, *id est per menses novem, dilata fuerit. Causam explicat Segnius* (1) Ghislerius, *inquit,* nullam amplius de præfata unione sollicitudinem nec mentionem habebat, immo potius recusare videbatur, quod jam desperare non posset sui monasterii propagationem : maxime vero quia male sentiebat, quod in litteris apostolicis de habitu Ambrosianorum inibi conservando cautius decernebatur : quo scilicet contrarium sua petitio sortiretur effectum,
B longeque a sua intentione alienum... Stephanus mordicus tenebat, nec dimittere habitum suum ullo pacto in animum inducere poterat. Verum transacta tandem aliquando res est pro episcopi reverentia. *Summa et eximia erat, ut jam animadvertimus, B. Nicolai Albergati in rebus agendis solertia : ut autem Ghislerium ad concordiam alliceret, concessit imprimis, ut Ghislerio permaneret tota ejus vita durante, omnimoda administratio rerum tam spiritualium quam temporalium ; et dein, ut canonici deferrent,* tunicam et rochettum albos cum scapulari albo de super et exeuntes extra monasterium ad populum super rochetto cappam nigram, cum caputio nigro, appenso cappæ. *Eatenus igitur controversia de habitu canonicorum composita fuit, quatenus Ambrosiani tunicam et scapulare album induerunt. Atque tali ratione uniti fuere Ambrosiani et Renani* (2). *Sunt tamen qui negant, Ghislerium obicem injecisse aliquem, ne conjunctio crearetur : nullum inquiunt est testimonium talis renitentiæ, silet Vita manuscripta coæva, silent reliqua documenta,*
C *immo ipse Segnius, cujus textum supra citavimus, dicitur ex fama hæc adjecisse : Vita manuscripta deperdita est, documenta coæva, coram non habemus. Verumtamen quantum capere possum ex allato Segnii textu, non videtur hic scriptor ex rumore aliquo dubio loqui, sed ex certa, quam ex documentis haurire potuit, scientia.*

§ V. Varia privilegia obtinet Congregatio canonicorum ; multiplicantur cœnobia ; Beatus miraculis inopiam suorum levat.

Obtinet Congregatio canonicorum Rebus Congregationis S. Salvatoris per B. Nicolaum Albergati recte constitutis, Martinus papa V hactenus facta auctoritate sua *confirmat bulla data Mantuæ* XII *kal. januarii seu die* XIX *decembris* 1419, *quæ vulgo Mare Magnum Ordinis nuncupatur. Enarrat Pontifex imprimis satis prolixe, quæ ad illum usque diem gesta fuerant, omniaque et singula approbat* (3). Nos, *inquit,* canonicorum et fratrum S. Salvatoris, quos in caritatis conclusimus visceribus, in hac parte supplicationibus inclinati, litteras prædictas ac in ipsis contenta (illis dumtaxat, in quibus eamdem domum de Sylva Lacus comprehendere judicantur, exceptis) et alia quæcumque inde secuta, rata habentes et grata illa auctoritate præfata, ex certa scientia confirmamus ac præsentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Statuentes ac etiam decernentes, quod ipsi omnes et singuli, qui de hujusmodi Statu et Religione fuerint, præsentes et futuri canonici sive fratres S. Salvatoris perpetuo nuncupenter. *Idem nomen S. Salvatoris canonicis Ambrosianis dederat Gregorius XII litteris datis Arimini* VIII *kal. februariis* 1415 (4) : *ac insuper* ordinaverat, quod ipsi de cætero Fratres Constan- E
tes S. Salvatoris in perpetuum nuncupentur, intitulentur et etiam appellentur. *Ex Segnio docet nos Joan. Bapt. Melloni* (5). Dicti sunt Constantes Fratres ex constantia in Deum summa, quum fuerint extorres multo tempore, et ex constantia contra Eremitas, quorum injurias et verbera toleraverunt patientissime ; et a constantia erga Pontificem, quum esset schisma, et tamdiu vagi fuerint, sedem ab eo aliquam sperantes.

exemptionem ab jurisdictione ordinaria; 48 *Tandem litteras apostolicas claudit Martinus papa solita formula exemptionis.* Ut canonici, *ait,* sive fratres S. Salvatoris, ab exteris erepti laqueis, et a jugo redditi cujusvis suppressionis illæsi, eo liberius quo quietius pacis famulentur auctori, ipsos et eorum Ordinem et personas, necnon monasteria, prioratus, domus, conventus, loca, res, bona cum prædictis membris, juribus et pertinentiis, præsentia et futura aut omnibus jurisdictione, dominio et potestate patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, patriarchalium, cathedralium et metropolitanorum et aliorum ecclesiarum capitulorum et aliorum judicum ordinario- F
rum ipsorumque officialium quorumlibet, auctoritate apostolica prædicta tenore præsentium perpetuo prorsus et omnino eximimus, absolvimus et totaliter liberamus : ac sub B. Petri et sedis apostolicæ protectione suscipimus atque nostra, sedi præfatæ ea volentes immediate subjacere. *Permanserunt porro canonici regulares sub regimine et obedientia Francisci Ghislerii usque ad ejus obitum, nempe ad mensem maji* 1429 (6). *Ejus elogium texuit Trombellius* (7), *dicitque, illum fuisse semper moribus castigatissimis et fidelem rerum administrum : cujus præcipue voluntate contigit, ut monasteriis suis jam dilabentibus, fulcrum fortissimum subjecit, canonicos regulares S. Ambrosii, qui congregationem regularem ad nostra tempora servant, ornant et propagant.*

acquirit omnem substan- 49 *Vi litterarum apostolicarum, quarum fragmentum allegavimus supra num.* 45, *mor-*

(1) Melloni. Uomini Santi. tom. II pag. 249 not. — (2) Torelli, Annali Agostiniani. tom. VI, pag. 488. — (3) Bullar. Can. reg. pag. 82. — (4) Ibid. pag. 79. — (5) Uomini Santi, tom. II, pag. 230, not. — (6) Trombelli, Memorie, pag. 48. — (7) Ibid. pag. 194.

tuo

Jam S. Maria ad Renum,

tuo Francisco laudato, ad manus B. Stephani *et sociorum ejus devolvebatur tota substantia monasteriorum S. Mariæ et S. Salvatoris Bononiensis. Sed magistratus seu, ut tunc dicebatur, commune Bononiense devolutionibus minime acquieverunt, sed bona utriusque monasterii sibi vindicarunt, pari jure devolutionis. Erat scilicet prior S. Mariæ de Reno primarius capellanus civitatis* (1) *et dicta ecclesia S. Mariæ* Camera, *ut loquitur instrumentum anni* 1268 (2), spiritualis communis et populi Bononiensis, *et* præcipuum *ejusdem* membrum. *Hinc exstincto Ghislerio, adeoque deleto, ut Bononienses existimabant, toto monasterio, omnia bona tum S. Mariæ tum S. Salvatoris Bononiensis ad fiscum civicum redibant : itaque canonicis Ambrosianis, ad quos secundum litteras apostolicas pertinebant utrumque monasterium et bona, incerta erant domicilia, incertæ possessiones, et denuo novæ sedes erant quærendæ. Sed quoniam ad principem sæcularem spectare non poterant spolia ecclesiarum, non ita longo post tempore Bononienses, melius edocti,*

B *res Ecclesiæ permiserunt. Interea substantia Renanorum jam ex parte divendita erat : ex supellectili liturgica jam ad valorem duorum millium librarum Bononiensium dispersum erat; et quam futuris temporibus numeratam pecuniam collegerat Ghislerius, illa alienis manibus rapta, numquam nisi parce et post diulurnas lites, restituta fuit. Ut tamen detrimentum utcumque resarciretur, statuit Martinus papa, ut bona, quæ in allatis litteris sexcentorum florenorum auri æstimabantur, ad quadringintos florenos reducerentur, ac proin minor esset taxatio solvenda* (3).

monasterium S. Donati de Scopeto.

50 *Prosperior dein fortuna obtigit canonicis nostri regularibus, quando obtinuerunt locum S. Donati de Scopeto, unde nomen vulgare Scopetinorum apud quosdam illis obvenit. Neque id mirum : non raro nomen suum vulgare obtinent a loco ubi sunt siti in aliqua urbe celebriori. Sic PP. Prædicatores in Gallia vocabantur passim* Jacobini, *quia præcipuum eorum Parisiis domicilium ad S. Jacobum Apostolum erat. Ita quoque Florentia, præcipua post Romam in Italia civitas, nomen*

C *Scopetinorum canonicis regularibus indidit. Scopetum nomen est sat commune variis villis in Etruria, ut videre est in lexicis topographicis v. g. Emmanuelis Repetti, et deducitur ab ericibus, quibus plerumque* Scopæ *componuntur* (4). *Centum fere passibus Florentia extra portam Romanam distat. Varia a sæculo* XI *loci fortuna. Initio erat juris patronatus gentis Philastriæ Florentinæ : dein sæc.* XIV *idem jus ad monachos et monasterium S. Salvatoris Septimi, Ordinis Cisterciensis. Verum instante Guidone Antonio, duce Urbinate et Florentinæ militiæ principe,* B. Stephanus *aliquot socios Florentiam traduxit, obtenta Ecclesia S. Donati Scopeti tunc vacantis et a dominio abbatis et conventus Septimi exemptæ* (5). *Historiam istiusmodi donationis optime exponitur litteris apostolicis Martini papæ V datis Florentiæ* V *kal. julii* (XXVII *junii*) 1420, *quas damus ex Bullario Canonicorum Regularium* (6) :

Martinus episcopus, servus servorum Dei, di- D lectis universis canonicis regularibus, fratribus S. Salvatoris nuncupatis S. Augustini, ubilibet constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Sacræ religionis, sub qua de voluntate sedulum exhibetis Domino famulatum, promeretur honestas, ut vos apostolicis favoribus et gratiis prosequamur. Dudum siquidem ad vestræ supplicationis instantiam, certis per vos tum expressis, animum nostrum ad hoc moventibus, causis per alias nostras litteras parochialem ecclesiam S. Donati de Scopeto prope Florentiam, quæ monasterio de Septimo Cisterciensis Ordinis Florentinæ diœcesis, immediate subjecta tunc exsistebat, et per monachos ejusdem monasterii, ad solum nutum abbatis existentis pro tempore amovendos, antea regi et gubernari consueverat; quæ sicut acceperamus, diu vacaverat et tunc vacabat : si causæ hujusmodi verificarentur et ad id dicti abbatis accederet assensus, ac alias sub certis modo et forma a subjectione monasterii et Ordinis, necnon ab omni jurisdictione, dominio et potestate abbatis prædictorum eximi et totaliter separari, ipsamque ecclesiam cum omnibus juri- E bus, jurisdictionibus et pertinentiis suis, vobis et Ordini vestro concedi et assignari; necnon in ecclesia ipsa dictum Cisterciensem Ordinem, ac illius habitum et observantiam, si qui in ea essent, extingui et supprimi, ac eamdem ecclesiam in prioratum conventualem dicti Ordinis vestri per priorem, per canonicos sive fratres ex eis, qui inibi essent pro tempore erigendum et archiepiscopo Florentino pro tempore existente seu ejus in spiritualibus vicario generali præsentandum, quoties prioratum ipsum vacare contingeret, juxta certos modos, formas, conditiones, limitationes tunc expressos, in spiritualibus et temporalibus perpetuo regendum et gubernandum, erigi, necnon qui in prioratu hujusmodi postquam erectus foret, pro tempore degerent, quod ipsi et prioratus idem cum omnibus suis jurisdictionibus, pertinentiis, juribus et bonis mobilibus et immobilibus, quæ ad ipsum justis titulis pertinerent.

assentiente abbate Cisterciensi Septimiani.

51 *Sed præter assensum abbatis Septimiani, requirebatur etiam consensus tum abbatis Generalis Cisterciensis tum monachorum Septimi, quod quidem in priori bulla omissum erat, atque hinc litteræ apostolicæ, prius datæ, subreptitiæ reputabantur. Ast in bulla, cujus fragmentum dedimus, hunc defectum supplet Pontifex.* Nos, *inquit,* pro meritis hujusmodi honestatis intuitu, favoribus prosequi volentes, gratiose vestris in hac parte supplicationibus inclinati, volumus et ex certa scientia, apostolica vobis auctoritate concedimus, quod litteræ præfatæ ac processus habiti per easdem, ab illarum data et quæcumque inde secuta perinde valeant plenamque obtineant roboris firmitatem, ac si in eisdem cautum, quoad præmissa, etiam abbatis et conventus prædictorum accederet assensus antedictus... Necnon assensus abbatis et conventus hujusmodi ad exsecutionem præfatam, si accedere debuerat, solemniter accessisset. *In allato supra textu, sermo fuit de* Archiepiscopo Florentino. *Scilicet Americus Corsinius anno* 1511 *episcopus factus, a Martino papa V die* II *ma-* F

(1) Trombelli, Memorie, pag. 48. — (2) Ibid. pag. 390. — (3) Ibid. pag. 49. — (4) Joan. Lamius, Ecclesiæ Florentinæ Monumenta, tom. II, pag. 1300. — (5) Ibid. pag. 1301. — (6) Bullar. Can. Reg. pag. 95.

A *ji* 1429 *archiepiscopalem dignitatem sedi suæ Florentinæ consecutus est* (1); *adeoque vix a bimestri hoc nomen adeptus fuerat. Quamvis porro monasterium S. Donati de Scopeto inter primaria Congregationis recensitum fuerit, utpote in quo* B. Stephanus *præcipuum instituti sui tyrocinium posuerit* (2), *non tamen vix solido sæculo perstitit, destructum anno* 1529 *a militibus, qui Florentiam obsidebant* (3).

Ipse vero B. Stephanus

52 *Ex variis litteris apostolicis, supra citatis, quando egimus de uniendis Ambrosianis cum Renanis, vidimus penes Ghislerium mansisse administrationem monasteriorum S. Mariæ et S. Salvatoris Bononiensis, quam retinuit usque ad obitum suum anno* 1429. *Nihilominus, inita societate utriusque Congregationis canonicorum, prior seu præpositus generalis unitæ Congregationis eligendus venit. Omnes quidem electores ad hunc magistratum optabant sibi Ghislerium tum propter ætatem tum propter ingentia erga Ordinem merita* (4). *Sed honorem summum declinavit vir vere humilis, annorum gravi-*
B *tatem et multiplices infirmitates causatus. Proinde omnium suffragia in* B. Stephanum *confluxerunt.* Anno 1419, *ait Vita ms.* (5), die XXIII maji primum generale capitulum in conventu Ambrosiano prope Eugubium congregatum fuit. *Exinde secundum Bullas pontificias sæpius laudatas, quæ annuum solum concedebant prioratum, qui dein in* B. Stephano *usque ad ejus obitum continuatus fuit. Præcipua ejus cura fuit in juvenibus, capessendæ religionis cupidis, bene informandis : ex bene enim instituto tyrocinio, prosperitas congregationis pendebat. Proin vix obtinuerat a Martino papa V monasterium S. Donati de Scopeto, quum illuc convenire voluit instituti sui candidatos.*

electus fuit præpositus generalis

53 *Ipse magnam temporis partem impendebat in exercendis ad omne virtutum religiosarum genus tyronibus; qua occasione refertur a scriptoribus prodigium quoddam, forsan non tam miraculo quam naturæ adscribendum. Inter tyrones erat juvenis debitæ obedientiæ deditissimus. Vespere quodam æstivo quum omnes coram* B. Stephano *de*
C *cælestibus sermones miscerent, juvenis iste pedem racemo sicco et putrido impingens, eum impatienter rejecit. Quod animadvertens* B. Stephanus *graviter illum coram adstantibus reprehendit, et jussit, ut deinceps recitata ter Salutatione Angelica racemum in terram figeret et bis diebus singulis irrigaret. Obedivit tyro accuratissime : et ecce ! racemus radices misit, foliis se vestivit ac anno sequenti uvas dedit, et quamdiu stetit monasterium, id est usque ad mensem novembris anni* 1529 *fructus protulit, cruce signatos : tunc enim per milites, ut supra diximus, cœnobium terræ æquatum fuit. Segnius dicit, id accedisse, quando* B. Stephanus *quarta vice supremum excercebat in sua Congregatione magistratum, seu anno* 1422 (6).

et variis prodigiis illustratur maxime

54 *Aliud etiam prodigium de Beato narratur. Anno* 1426 *in octavo, ut dicit Segnius, ejus generalatu, fratres monasterii S. Ambrosii Eugubii, in vigilia alicujus festi multum laboraverant in agro : ast hora refectionis fessis vix modicum panis et herbæ crudæ apponi poterat. Sed tantæ inopiæ nullatenus pertæsus vir beatus, fratres suos consolatus, jussit illis more solito mensæ accumbere : pulsatur ad januam monasterii et accurrenti janitori obvius fit juvenis pulcherrimus domum, januis clausis, ingressus. Canistrum, panibus candissimis ac inusitatæ formæ plenum janitori offert et in tanta quidem quantitate, ut alendis fratribus per dies plures sufficerent. Plenus gaudio et cupiens fratres famelicos quam primum saturare, donatoris nomine minime inquisito, accurrit ad* B. Stephanum : *sed ille jussit ex templo benefactorem adducere, ut vel sic donatoris nomen cognosceret. Festinat janitor ad portam, ast juvenis disparuerat. Fratres rei novitate perculsi et de collato beneficio læti, gratiis Deo actis, in jubilo cordis appositum panem manducaverunt : et in memoriam acceptæ gratiæ diu in monasterio servaverunt canistrum et panniculum quo operiebatur. De illo canistro portentoso scribit anonymus Vitæ ms. deperditæ* (7) : E Gausape autem et canistrum pluribus annis in eo conventu fuere servata usque ad tempora Ven. P. Francisci Caravigini, quem hæc sæpius haud siccis oculis mihi et consociis meis Ordinis initia referentem et se ea vidisse et pluries devotissime deosculatum fuisse, testantem audivi.

AUCTORE J. V. H.

ad sublevandam fratrum inopiam,

55 *Sparsa portenti fama, quæ etiam magnam fratrum inopiam significabat, crevit etiam hominum in canonicos veneratio et animus propensior. Præcipuus illorum fautor, Guido Antonius Feltriensis, dux Urbinas a Martino V oblinuit bullam, qua, ut augerentur eorum redditus, illis concedit duo monasteria. Bullam, quæ in Bullario canonicorum regularium non occurrit, quam Segnius nobis servavit, data est Romæ, die* 1 *junii* 1428. Sicut, *inquit papa Martinus,* exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii, nobilis viri, Guidantonii, comitis Montis Feltri petitio continebat, prioratus S. Ambrosii.., adeo redditibus, proventibus et facultatibus pro prioris et canonicorum, inibi Altissimo famulantium, sustentatione necessariis penitus caret; F et nisi comes præfatus, ob singularem, quam ad eosdem priorem et canonicos gerit devotionem, eis de victu et vestitu aliisque vitæ necessariis provideret, prior et canonici prædicti pro petendis Christi fidelium eleemosynis ostiatim mendicare cogerentur et regulari observantiæ intendere non possent... Quare pro parte dicti comitis fuit nobis humiliter supplicatum *ut aliquod subsidium Ambrosianis concederetur. Igitur Pontifex unit monasterio Eugubino ecclesias S. Donati de Pulpiano et S. Bartholomæi de Pretorio, quarum redditus annuus erat sexaginta florenorum auri* (8). *Illo ipso tempore videtur exorta aliqua controversia, cujus indolem ignoramus, inter episcopum Eugubinum, qui tunc erat Franciscus Bilius* (9), *et canonicos Ambrosianos : nam Segnius dicit* (10) : Hæc exsecutio *(bullæ allatæ)* mandata fuit priori ecclesiæ majoris et non epi-

(1) Ughelli, Ital. Sacr. tom. III, col. 166. — (2) Trombelli, Memorie, pag. 42. — (3) Muratori, Annali d'Italia, tom. X, pag. 208. — (4) Trombelli, Memorie, pag. 198. — (5) Melloni, Uomini Santi, tom. II, pag. 251. — (6) Ibid. pag. 252. — (7) Ibid. pag. 256, not. — (8) Ibid. pag. 256, not. — (9) Sarti, Episc. Eugubini, pag. 245. — (10) Melloni, Uomini Santi, tom. II, pag. 297

A scopo, quia nos tunc eramus in lite cum eo.

quam nullo subsidio

56 *Dum hæc agerentur, in vivis adhuc erat Franciscus Ghislerius, qui, ut diximus supra, solum anno* 1429 *diem suum obiit. Sed quoniam ad illum pertinebat omnis administratio spiritualis et temporalis utriusque monasterii Renani, nihil subsidii conferebat Ambrosianis. Id enim erat consilii, ut quam poterat seponere pecuniam, in monasterio S. Mariæ instaurando expenderet. Proinde ultra octo canonicos, qui sufficerent ad divinum officium celebrandum, alere recusabat* (1). *Tamen, ut docet antiqua scriptura,* in dicto monasterio steterunt et vixerunt quandoque sexdecim, quandoque decem et octo, quandoque viginti et quandoque viginti quatuor et ultra (2): *Sed qui octonos superabant canonici, sumptibus* B. Stephani *et Ambrosianorum alendi erant; adeoque præter angustias domesticas in statione Eugubina, corradendæ erant fidelium eleemosynæ, ut fratres suos apud Ghislerium sustentarent. Etenim non pauci, allecti fama sanctimoniæ, qua Canonici nostri gaudebant, ad illorum cœnobia accurre-*
B *bant, quos repellere nequaquam volebant. Recurrendum itaque, ubi ordinariæ eleemosynæ parciores erant, ad magnatum liberalitatem, quæ eis non defuit. Inter pios autem benefactores occurrit Galeottus Canelulus, legum doctor et ex præcipua nobilitate Bononiensi, qui canonicis nostris concessit ecclesias SS. Jacobi et Philippi ac S. Elisabethæ, quæ habebant reddilum annuum quatuor florenorum Bononiensium sub onere unius libræ piperis, dandæ ecclesiæ cathedrali. De familia Canetula prolixius agemus infra in Actis B. Archangeli Canetuli proxima die dandis.*

Tenebat monasterium S. Mariæ ad Renum.

57 *Vidimus supra, Ghislerium prioratum omnino liberum tota vita sua perpetuum retinuisse, atque in hoc totum fuisse, ut propriis monasteriis omnia bene starent. Ast ejus morte, qua utrumque monasterium S. Mariæ et S. Salvatoris intime cum monasterio Eugubino S. Ambrosii uniendum erat, cui rei maxime obstabat civitas Bononiensis, quæ suas volebat ædes S. Mariæ et S. Salvatoris cum omnibus bonis mobilibus ac immobilibus. Quam primum fieri potuit, elegerunt sibi*
C *priorem, Adeodatum Jacobi Martini Bononiensem, et paucis post mensibus quinque capitulares, qui solum capitulum constituebant; eumdem constituerunt syndicum et procuratorem communitatis suæ.* B. Stephanus, *quatenus prior generalis, electionem confirmavit. Sed ante omnia, ut liberam haberent possessionem utriusque monasterii, expediendi erant tricis civitatis Bononiensis. Proinde recurrerunt ad pontificem Martinum, a quo duo præcipue petebant, imprimis, ut restitueretur illis ecclesia S. Salvatoris cum redditibus suis; deinde ut relaxaretur illis æs Romæ pendendum. Martinus Papa commisit inquisitionem facti priori ecclesiæ S. Bartholomæi, et quum comperisset, dictas preces veritate niti, utramque petitionem ratam habuit, et, ut dictum jam, reduxit æstimationem bonorum a florenis sexcentis ad quadringentos* (3). *Quæ omnia firmata sunt bulla ejusdem pontificis, data die* IX *februarii,* D *anni* 1430 (4).

Institutio confraternitatis S. Hieronymi.

58 *Nec in sua solum congregatione canonicorum circumscribebat se* B. Stephanus, *sed externis quoque operam porrigebat. Anno* 1420 *erecta fuerat Bononiæ Sodalitas laica sub titulo S. Hieronymi, cui B. Albergatus, cardinalis et episcopus ejusdem urbis, statuta dedit. In iis præcipue commendantur custodia præceptorum Dei et Ecclesiæ, ac mutuam inter se servare caritatem: jejunium feriæ sextæ et sabbati, confessio menstrua, terna infra annum communio: dein singulis feriis sextis et sabbatis conveniebant sub vesperam ad domum sodalitatis, ac istic recitato Ps. « Miserere, » presbyter rector dicebat cum illis « Confiteor, » dein septem psalmos pœnitentiæ cum aliis precibus, quibus absolutis propria quisque repetebat, dicendo Ps. « De profundis. » Nocturno tempore conveniebant denuo ad Matutinum, quo recitato, luminibus exstinctis, unusquisque flagellabat se, et tandem sub novis precibus domum revertebatur. Isti sodalitati operam suam impendit noster* B. Stephanus (5). *Nam in Narratione* E *de origine Confraternitatis laicæ S. Hieronymi, quam ex Mellonio allego, Joannes Vittori dicit:* Monstravit B. Nicolaus Albergatus affectum suum erga dictam confraternitatem, quum dedit illi patrem spiritualem plenum gratiæ cœlestis, intelligentiæ et sanctitatis. Fuit ille B. Stephanus, canonicus regularis congregationis Renanæ, nuper unitæ per reformationem concordem Congregationi Eugubinæ: sub ejus directione confraternitas incrementum cepit in virtute, spiritu et merito (6).

§ VI. Beati supremus morbus; obitus locus, annus et dies; signa cultus: enumeratio monasteriorum.

Bononiæ infirmatur B. Stephanus

Post *obitum Ghislerii* B. Stephanus *longiores moras Bononiæ trahere cœpit. Sed ætate jam in senium inclinante, ardentius incubuit, ut a se formatam canonicorum regularium Congregationem optime constitutam post se relinqueret, ac imprimis monasterium Bononiense S. Salvatoris viris numero, scientia atque sanctitate insigne effecit. Tandem septuaginta octo annorum factus, in gravem febrim incidit, quam sibi mortiferam prævidit.* Octobris, *ait,* die XX gravis febris ægritudine correptus, lecto decubuit; qua ingravescente septimo die, morti se appropinquare cognoscens, cœpit devotissimis orationibus insistere (7). *Petrus Helyot, in Historia Ordinum Regularium et militarium* (8), *dicit, B. Stephanum* obiisse die XXX octobris anno Domini 1432 post triduanam ægritudinem... *Quod ad diem et annum spectat infra examinabimus. Sed septem octove diebus morbo supremo laborasse, docent omnes antiquiores,*

(1) Melloni, Uomini Santi, tom. II, pag. 253. — (2) Ibid. loc. cit. not. — (3) Trombelli, Memorie, pag. 49. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) Melloni, Uomini Santi, tom. III, pag. 174, not. — (6) Ibid. tom. II, pag. 259, not. — (7) Melloni, Uomini Santi, tom. II, pag. 260. — (8) Histoire des Ordres Religieux et Militaires, tom. II, pag. 382.

inter

A *inter alios auctor Vitæ paulo supra citatus. Hæc porro de Beato nostro refert Ghinius in Sanctorum Canonicorum Natalibus ad diem* XXVIII *octobris* : Tandem laboribus ac ætate gravatus, diem suum prædixit extremum. Quo adveniente, canonicos suos ad pacem, caritatem, concordiam, obedientiam, regularem observantiam, ergo sanctam sedem apostolicam fidem, cæterasque virtutes adhortatus, ac sacrosanctis Ecclesiæ sacramentis devotissime munitus, die veneris, hora fere nona, configuratis in similitudinem crucis manibus, oculis in cœlum intentis, animam in Salvatoris manus commendavit, ad cœlestiaque regna feliciter migravit, v kal. novembris, anno salutis 1428. *Hæc quidem in initio hujus Commentarii jam recitavimus, sed quoniam præcipuæ circumstantiæ obitus narrantur, non ambigimus hæc denuo afferre.*

sancte se ad mortem præparat,

60 B. Stephanus, *patrem suum imitatus S. Augustinum, qui, ut legitur in ejus Vita, a S. Possidio conscripta* (1), ultima qua defunctus est ægritudine, sibi jusserat psalmos davidicos, qui sunt paucissimi de pœnitentia,
B scribi, ipsosque quaterniones jacens in lecto contra parietem positos, diebus suæ infirmitatis intuebatur, et legebat et jugiter et ubertim flebat; *voluit et ipse, psalmos, ut habet Vita ms.* (2), quos de Pœnitentia dicunt et Passionem Domini secundum Joannem coram se recitari. *Et tandem psalmum* XXX, *qui incipit,* In te Domine speravi *inchoavit, ut loquitur Vita ms.* (3) quum Ps. XXX, decantare cœpisset, quum versiculum sextum *(In manus tuas)* perfecisset, substitit parumper. Postea signo crucis se muniens, junctis manibus et elevatis oculis, inter manus collacrymantium filiorum... innocentissimam animam suo Salvatori reddidit. *Exteriorem hominem ad vivum depinxit auctor Vitæ ms.* (4) : Erat Rev. P. Stephanus pulcher aspectu, læta facie et robusto corpore... cui inerat quædam desuper infusa spiritualis, affabilis, humana, jucunda et erudita facundia, ut quotquot eum audissent, in sui delectionem facile converteret : ut nullus umquam ad eum accesserit, qui mellifluis ejus verbis delectatus et incredibili quadam sermonis dulcedine captus et quasi divino repletus
C spiritu ab eo recesserit. *Id, ut eadem Vita testatum facit, expertus est Guido Antonius, sæpius jam a nobis laudatus* : Hic quum aspectum venerabilem, venustam et religiosam faciem R. P. Stephani... diligenter fuisset contemplatus, moresque gravissimos intueretur,... ad eumdem patrem comes conversus, jussit bono esse animo. *Agebatur videlicet de obtinendo opera Guidonis comitis favore pontificum Gregorii XII et Martini V : ast de his satis egimus in decursu Commentarii.*

quam obiit Bononiæ anno 1433,

61 *Ex dictis liquet, scriptores inter se non convenire circa diem, mensem et annum, quo* B. Stephanus *obiit. Immo Leander Alberti, licet ipse Bononiensis, scribit, Beatum vitam clausisse in monasterio S. Donati de Scopeto. Sed manifestus est error; nam alios, quos novimus, omnes locum emortualem ponunt S. Salvatorem Bononiæ, quod cæterum monstrat ejus in dicta ecclesia sepultura. Quod ad mensem spectat, nulla occurrit difficultas, quoniam omnes assignant octobrem. Sic Vita ms. dicit :* Sequenti vero feria quarta, quæ ejus mensis *(octobris)* die XXVIII, peracta hora sexta *obiit* anno 1433. *Varii tamen scriptores alium annum assignant. Leander Alberti in Descriptione totius Italiæ* (5), *et qui eum secuti sunt Hieron. Bursellus* (6) *etc. Sed quod mireris, etiam Joan. Baptista Segni, ubi scribit de Sanctis et Beatis Ordinis sui, annum* 1444 *signat, quamvis aliis in locis cum Vita ms. concors est in ponendo anno emortuali* 1433. *In quem annum conveniunt, (si Ghinium forsan excipias, vitio typothetæ) quæ leguntur in antiquis scripturis : nam in libro ms. De Generalibus Capitulis et prioribus generalibus, annus mortis ordinatur* (7) *sub generalatu quinto decimo, qui, ut aliunde scimus, annuus erat, et Beato nostro continuatus, ab anno* 1419, *qua via devenimus ad annum* 1433. *Idem habet, ut notavimus, Vita ms : adeoque documentis omnium, quæ habemus, antiquissimis, nisi validum opponeretur testimonium, retinendum est, annum emortualem esse* 1433.

AUCTORE J. V .H.

E

die XXVIII octobris,

62 *Ast gravior est dissensio inter scriptores circa diem octobris, qua Beatus noster obiit. Imprimis Trombellius citans fragmentum Vitæ ms. quam paulo supra allegavimus, dicit :* feria QUINTA quæ fuit ejusdem mensis XXVIII; *dum Mellonius idem fragmentum citans* feria, *inquit,* QUARTA ejus mensis die XXVIII. *Hinc necesse est, ut alteruter male exscripserit. Anno autem vulgari* 1433 *littera dominicalis erat* D, *quo feria* quarta *incidebat in* XXVIII *octobris. Et Trombellium excusat Mellonius, quasi errore oculorum* quintam *pro* quarta *scripserit, et extollendo ejus in scribendo accurationem, multiplici illum laude cumulat* (8). *Jacobillus indicat diem emortualem* XXX *in die Veneris, hora nona,* hora, *ait,* et dies in quo mortuus est Christus Dominus (9). *Similiter Torellius in Annalibus sui Ordinis obitum Beati eidem dici* XXX *octobris illigat* (10). *Sed illa sententiarum diversitas facile componi potest. Enimvero quotquot scripserunt de hora obitus conveniunt,* hora sexta, *nulla facta mentione de matutino aut vespertino tempore, illum accidisse, quia videlicet*
F *horologium Italicum istiusmodi distinctionem non admittit, utpote quod viginti quatuor horis continuatis cursum diei metiatur, atque ab occasu solis horam primam auspicatur.* Hora itaque sexta *in mediam fere noctem occurrit* (11) *Obiit itaque* B. Stephanus *desinente die* XXVIII *octobris et incipiente* XXIX. *Quod spectat ad diem* XXX *et ille admitti potest, si depositionem intelligamus, videlicet diem quo corpus terræ mandatur. Ex his omnibus consequitur,* B. Stephanum *obiisse anno* 1433, *die* XXVIII *octobris.*

et sepultus fuit in ecclesia S. Salvatoris :

63 *Depositus porro fuit* B. Stephanus *in sepulcro* priorum, *separato a tumulis reliquorum : sed insuper a sepulturis aliorum priorum, si qui fuerint præter Ghislerium, ut deinceps nullo negotio inveniri posset. Ejus autem tumulus in veteri æde S. Salvatoris positus erat in sacello B. M. V. quod vulgo de*

(1) Migne, Patrol. tom. XXXII, col. 63. — (2) Melloni, Uomini Santi, tom. II, pag. 261. — (3) Ibid. loc. cit. not. — (4) Ibid. pag. 262, not. — (5) Descrittione di tutta Italia. fol. 334. — (6) Muratori, Scriptt. tom. XXIII, col. 881. — (7) Trombelli Memorie, pag. 201. — (8) Melloni Uomini Santi, tom. II, pag. 271, not. — (9) Santi dell'Umbria, tom. II, pag. 566. — (10) Annali Agost. tom. VI, pag. 632. — (11) Melloni, Uomini Santi, tom. II, pag. 271.

AUCTORE J. V. H.

Præsepio vocabatur (1). *Quum dein circa initium sæculi* XVII *canonici regulares meditabantur novam magnificentius construere ecclesiam, corpus Beati nostri in novam ædem translatum fuit, et quidem teste Masinio, quem citat Mellonius* (2), *anno* 1605; *in quo anno assignando aliquem errorem irrepsisse existimo. Nam Salvator Muzzi in Annalibus Bononiensibus, italice anno* 1844 *editis* (3), *anno primum* 1611 *Joannem Magenta Barnabitam dedisse iconographiam novæ ædis et anno* 1616 *completam fuisse dicit. Universa ædificii moles canonicis constitit scuta romana octoginta quinque millia, quæ francis hodiernis quadringentis quinquaginta millibus æquivalent, quique propter depressionem hodiernæ monetæ ad decies centena millia francorum ascendunt. Porro in nova æde deposita fuere* B. Stephani *ossa sub altari majori, sed quia propter soli humiditatem situm inducbant, translata fuere sub altare sacrarii, in quo SS. Missæ sacrificium celebratur, ubi hactenus, ait Mellonius* (4), *asservantur : quid vero deinceps in postrema vicissitudine acciderit,* B *dicendo non sum.*

signa cultus Beato impensi.

64 *Jam supra in capite hujus Commentarii num.* 4, *de cultu qualicumque* B. Stephano *exhibito locuti sumus : sed nunc particulatim de variis sanctitatis signis agendum est. Ambrosius Landucci, eremita Augustinianus, dicit sub anno* 1433 : B. Stephanum Cionium suorum laborum præmium habuisse Bononiæ, ubi conditur ejus venerabile corpus, miraculis illustre. *Et infra :* Æterna canonicorum regularium..... jecit fundamenta, cujus firmitudinem fundatoris felix exitus, illustribus decoratus miraculis, et celsitas religionis satis aperte cunctis declarat (5). *Torellius in Annalibus* (6), Cursum, *inquit,* felicem vitæ sanctæ in monasterio S. Salvatoris Bononiensis complevit... et ut scribunt Segnius et Mozzagrugnus, ejus meritis Deus operatus est miracula, quæ conjuncta cum vitæ sanctimonia titulum Beati illi contulerunt tum a nostris tum ab externis. *Enimvero Beati titulo ornarunt* Stephanum *nostrum, qui de illo scripserunt, ut mox ostendemus. Propterea quoque ejus imagines aureola aut radiis insignes sunt. Testatur id Chrysostomus Trombellius* (7) : Imaginem, *ait,* Beati, C ubicumque mihi occurrerit, semper vidi splendore aliquo, etiam radiis circumfusam. Sic exhibetur in sacristia S. Petri ad Vincula Romæ, in ecclesia nostra S. Salvatoris Nicosiæ..... et ut taceam multiplicia alia loca, in sacello majori celebris et antiquæ cathedralis Senensis inter alios Sanctos et Beatos Senenses. Atque hoc non dico solum de imaginibus pictis, sed de ære incisis, quarum duæ ad millia dispersæ fuerunt. Una quidem est formæ minoris cum radiis altera grandior cum copioso splendore : posterior incisa fuit Romæ anno 1635 superiorum permissu, ac sub illa legitur inscriptio : « B. Stephanus Agazarius Senensis, vetustissimæ canonicorum regularium Congregationis propagator, qui obiit Bononiæ 1433. »

tum Romæ tum alibi.

65 *Sed alia sunt et gravissima cultus documenta. Nempe quotquot de* Stephano *nostro scripserunt, illum summis extollunt laudibus.* D *Sic S. Antoninus, Beato coævus, Historiar. part.* II, *tit.* 15, *cap.* 23, § 2, *agens de inchoata reformatione Ordinum regularium, dicit :* Quidam alii religiosi Ordinis Eremitarum, segregantes se ab ipso Ordine, ut restrictius viverent, sumpserunt statum et habitum canonicorum regularium Regulæ B. Augustini, addentes certas constitutiones, approbatas a Gregorio XII, et exemptati ab eo a diœcesanis exsistunt. Initium autem habuerunt circa annos Domini 1410 sub quodam venerabili viro, Stephano nomine Senensi. *Leander Alberti in Descriptione totius Italiæ* (8) : Inter Beatos, *ait,* annumerantur infrascripti : et primo B. Stephanus instaurator religionis S. Salvatoris de Scopeto, qui ascendit ad cœlum in monasterio S. Donati de Scopeto juxta Florentiam anno 1444. *Jam supra notavimus, Leandrum errasse in loco et anno mortis. In Annalibus Bononiensibus Burselli sub anno* 1444 *legitur* (9) : Claruit Beatus Stephanus Bononiensis, instaurator Religionis canonicorum S. Salvatoris. *Card. Paleottus, archiepiscopus Bononiensis in libro, qui Archiepiscopale Bononiense dicitur, in* E *Catalogo Sanctorum et Beatorum, scribit :* 1444 Beatus Stephanus instaurator Religionis Canonicorum S. Salvatoris (10). *In Diario Senensi anni* 1722 *sub die* XXVIII *octobris, post SS. Simonem et Judam Apostolos, legitur :* Beati Stephani Agazzari Senensis, propagatoris canonicorum regularium S. Salvatoris *Raymundus Capisucchi, magister sacri palatii ac dein cardinalis in Vita B. Joannis Chigii :* Beatus, *ait,* Stephanus Cionius Senensis, singularis vir prudentiæ, auctor fuit Congregationis canonicorum regularium S. Salvatoris. *Tandem Academia Senensis, quæ Intronatorum dicitur, in Fastis suis sub die* XXVIII *octobris post longum* Stephani *nostri elogium :* A Bononiensibus, *ait,* sacrum Beati Stephani cadaver eximio cultu ad hæc usque tempora cohonestatur in templo S. Salvatoris.

Enumerantur monasteria congregationis

66 *Congregatio S. Salvatoris Bononiæ germinavit primum in Ilicetana Sylva, succrevit quando monasterium S. Ambrosii Eugubini accepit, fructus uberrimos dedit postquam unita Canonicis Renanis per magnam Italiæ partem ramos extendit. Quoniam vero* F *hæc incrementa* B. Stephano *debentur, operæ pretium est hic coronidis loco apponere quæ sunt monasteria sub congregatione S. Salvatoris constituta, saltem prout illa Gabriel Pennottus, canonicus regularis anno* 1645 (11) *enumeravit.* 1° *Monasterium S. Donati de Scopeto, de quo egimus.* 2° *S. Secundi prope Eugubium, quod jam fuerat canonicorum regularium Reformationis S. Ubaldi, sed tunc incolis destitutum concessum fuit a Calisto papa III congregationi S. Salvatoris anno* 1455. 3° *Ecclesia S. Joannis Apostoli Ravennæ, abbatia olim Ordinis S. Benedicti, a Pio II anno* 1459 *unita Congregationi S. Salvatoris.* 4° *S. Danielis prope Aponum, Patavio sex milliaribus meridiem versus distans, ante cœnobium abbatiale Ordinis S. Benedicti, quod canonicis S. Salvatoris dedit idem Pius II anno* 1460.

(1) Melloni Uomini Santi, tom. II, pag. 373. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Annali Bolognesi, tom. VII, pog. 392 et 396. — (4) Uomini santi, tom. II, pag. 274. — (5) Ilicet. Sylva, pag. 25 et 102. — (6) Annal. Agost. tom. VI, pag. 652. — (7) Memorie, pag. 203. — (8) Descrittione di tutta Ital. fol. 354. — (9) Muratori, Scriptt. tom. XXIII, cel. 881. — (10) pag. 375. — (11) Canonicor. regul. Gener. Historia, pag. 480.

5° *S. Mariæ*

AUCTORE J. V. H.

A 5° *S. Mariæ Insularum in agro Vicentino, prius parochia ruralis, sed populorum visitatione frequens, quam Paulus II anno* 1465 *canonicis regularibus dedit.* 6° *S. Mariæ Majoris Tarvisii, celebris ob miracula, quæ ex parvo sacello in ædem amplissimam excrevit, quam canonicis regularibus administrandam commisit Pius II* 1462.

canonicorum regularium,

67 7° *S. Michaelis loci Candiani, quindecim milliaribus Patavio orientem versus distans: concessit canonicis Nicolaus V anno* 1449. 8° *S. Mariæ Angelorum apud Perusium, prius monialium S. Claræ, quibus amotis, suffecti sunt canonici regulares, probante Paulo II anno* 1468. 9° *S. Antonii Venetiarum, ante unita monasterio S. Salvatoris in prioratum conventualem erecta fuit a Sixto IV anno* 1475. 10° *S. Mariæ de Gratiis in pago Furnonio in agro Foroliviensi, sed diœcesis Bononiensis, quam concessit Sixtus IV anno* 1475. 11° *S. Mariæ de Vado Ferrariæ, quæ deserta a suis canonicis, data fuit Congregationi S. Salvatoris.* 12° *S. Joannis Baptistæ apud Castrum S. Archangeli in agro Ariminensi, prius prioratus*

B *canonicorum Lateranensium, quæ ab hisce derelicta, cessit, Sixto IV probante, anno* 1478, *canonicis S. Salvatoris.* 13° *S. Paterniani civitatis Fani, quæ a Clemente papa II dedicata fertur, instante civitate, congregationi S. Salvatoris a Sixto IV anno* 1482 *concessa fuit.* 14° *S. Agathæ civitatis Urbini, prius virginum canonicarum, dein ab eodem Sixto IV anno* 1481 *ad canonicos translata fuit.* 15° *S. Petri ad Vincula de Urbe, Congregationi S. Salvatoris anno* 1489 *unita ab Inocentio VIII, qui etiam monasterio dedit ecclesiam S. Agnetis, via Nomentana.* 16° *S. Joannis Evangelistæ juxta Brixiam, quam Joannes Dominici, ultimus præpositus, quum nullum haberet canonici instituti asseclam, congregationi, probante Innocentio VIII, anno* 1485 *resignavit.* 17° *S. Sebastiani Mantuæ, antea xenodochium, donata ab eodem Innocentio anno* 1488. 18° *Eodem anno laudatus Innocentius dedit ecclesiam S. Mariæ Gratiarum Cortonæ.* 19° *S. Petri prope Callium in Umbria, olim monialium, Sixtus IV anno* 1483 *in prioratum canonicorum erexit.* 20° *S. Euphemiæ, Placentiæ, a canonicis sæcularibus ad regulares ab Innocentio VIII anno* 1491 *translata est.* 21° *S. Maria Magdalena, prope Castrum Mirandulam circa annum* 1495.

quæ B. Stephano *debentur.*

68 22° *S. Marci, Regii Lepidi, a congregatione S. Marci Mantuæ ad congregationem S. Salvatoris ab eodem Innocentio anno* 1497 *traducta est.* 23° *S. Joannis Baptistæ Urbis Veteris, quæ canonicis destituta, per Alexandrum VI anno* 1498 *ad S. Salvatorem devenit.* 24° *S. Hieronymi, Mutinæ, antea secularis, anno* 1498 *regularis facta est.* 25° *S. Augustini, in agro Pisano, post multas et diuturnas controversias, a Julio II anno* 1504 *Congregationi S. Salvatoris unita fuit* (1). 26° *S. Mariæ de Gualdo, in diœcesi Beneventana, a Julio II anno* 1507 *a Benedictinis ad canonicos regulares traducta.* 27° *S. Laurentii* E *in agro Verano, una ex patriarchalibus Urbis, quam idem Julius anno* 1511 *canonicis regularibus dedit.* 28° *S. Mariæ extra portam civitatis Lucensis, ab eodem Julio anno* 1512 *concessa.* 29° *S. Agnellii Neapoli, anno* 1517 *a Leone X data.* 30° *S. Antonii de Vienna, Pa-*
tavii a Pio IV anno 1563 *in prioratum conventualem erecta.* 31° *S. Celsi, Mediolani, olim Ordinis S. Benedicti, Paulus III anno* 1518 *concessit.* 32° *S. Mariæ de Capellis, Neapoli, olim Ordinis S. Benedicti, quam idem Paulus anno* 1549 *transtulit.* 33° *S. Sophiæ, Beneventi, ibidem Ordinis S. Benedicti concessa a Clemente VIII anno* 1595. 34° *Sancti Spiritus, in oppido Censi, diœcesis Ferrariensis, in abbatiam erecta a Paulo V anno* 1609.

(1) Pennottus. pag. 500.

C

DE B. ANTONIO RUBEO, CONF. NON PONT.

F

EX ORDINE FRATRUM MINORUM

SULMONE IN PRISTINO REGNO NEAPOLITANO

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

V. D. B.

§ Unicus. Patria B. Antonii et conventus S. Nicolai. B. Philippus Aquilanus. Tempus mortis B. Antonii. Sepulcrum et cultus.

ANTE INITIUM SÆCULI XVI. *In Sulmonensi S. Nicolai conventu, quem paulo ante virtutem suarum odore repleve-*

rat B. Philippus Aquilanus,

*Sulmo in Pelignis, nunc in Aprutio Citeriori, Regni Neapolitani provincia, quod Ovidii patria fuit, etiam scholaribus est nota. Sedet super viam, qua Neapoli itur Aquilam et Teaten *, a prima civitate distans milliaria* 69, *a secunda* 26, *a tertia* 26. *Ejus antiquitatem et laudes nolim prosequi; quæ quippe dabunt Ferdinandus Ughellus* (1), *Laurentius Justinianus* (2), *Franciscus Saccus* (3) *et Cajetanus Moronius* (4). *Hoc unum monebo incolas esse octies circiter mille, et in civitate præter templum cathedrale octo*

* Chieti

(1) Italia sacra, tom. I, col. 1358 et seqq. edit. Coleti. — (2) Dizionario geografico-ragionato del Regno di Napoli, tom. IX, pag. 64 et seqq. — (3) Dizionario geografico-istorico del Regno di Napoli, tom. III, pag. 427 et seqq. — (4) Dizionario di erudizione, tom. LXXI, pag. 35 et seqq.

exsistere

AUCTORE V. D. B.

exsistere ædes parochiales, et tres conventus viriles cum duobus parthenonibus monialium; quæ scripsimus, priusquam ferali lege hæc pietatis perfugia clausa et deleta fuerint. Extra civitatem anno 1443 *ædificatus est conventus FF. Minorum sub titulo S. Nicolai; quem conventum mox virtutibus suis illustravit B. Philippus Aquilanus, acerrimus vitiorum insectator et meliorum charismatum diligentissimus æmulator, diu magister novitiorum et guardianus præclarus, et continuo a morte, quam die* 4 *maji anni* 1456 *obiit, miraculis illustris* (1). *Sed hujus vide Vitam ad diem natalem ejus,* 5 *maji* (2).

vitam religiosam professus est B. Antonius Rubeus, *mortuus, non anno* 1530,

2 *Quandonam illic vestem religiosam induerit* B. Antonius Rubeus *nonnihil ambiguum mihi fuit, quoniam non conveniunt testimonia quando e vivis excesserit. Marcus Ulyssiponensis* (3), *qui omnium primus ejus meminisse videtur, et quem Arturus a Monasterio* (4), *Fortunatus Hueberus* (5) *et Benedictus Mazzara seu Petrus Antonius Venetus* (6) *proxime sequuntur, narrat ad annum* 1530 *eum fuisse provinciæ S. Bernardini alumnum;* B *virum insignem humilitate ac religione; novitiorum magistri officio summa diligentia multum tempus functum; orationi instanter vacasse et S. Franciscum maximo ejus solatio sæpius ad eum accessisse; paulo ante mortem surrexisse e lecto et humi prostratum Deumque orantem exspirasse. Adeoque Mazzara, immo potius Petrus Antonius Venetus* (7) *et secundum eum anonymus quidam* (8), *qui Catalogum Sanctorum Italiæ Ferrarii auctum anno* 1773 *edidit, tradiderunt eum obiisse anno* 1530 : *quod autem Hueberus annum* 1550 *habet, sphalma typographicum est.*

sed ante exordia sæculi XVI.

3 *Verum mortuus sit oportet ante exordia sæculi* XVI. *Nomen enim ejus legitur in Serie et numero provinciarum et locorum regularis observantiæ, collectis a F. Minore Observante Italo et a vicario generali Observantum capitulo generali Romano anno* 1506 *oblatis* (9). *De qua scriptione hæc ad finem monet auctor*(10) : Inserui catalogis conventuum nomina et memoriam brevem Fratrum, pietate et vitæ sanctimonia illustrium, qui in conventibus hu- C jus familiæ requiescunt. *Adeoque, recensens conventus provinciæ S. Bernardini, num.* 18, *hæc tradit* (11) : S. Nicolai apud Sulmonam; ubi Philippus de Aquila, Ambrosius olim in sæculo, archipresbyter Aquilanus, necnon Antonius Sulmonensis, vir profundæ humilitatis, qui parum ante mortem e lecto prosilivit, et in terra genuflexus spiritum exhalavit. *Necesse est itaque ut anno* 1506 *jam pridem vita functus esset* B. Antonius *et ut Marcus Ulyssiponensis, cui aperte hæc præfulserunt verba, ad annum circiter* 1530 *imprudenti conjectura retulerit, quæ sine temporis indicio repererat.*

Mortuus est die 28 *octobris, atque ejus corpus sub altari semel et iterum ita compositum*

4 *Certum itaque sit Dei servum non circa annum* 1530, *sed ante iniens sæculum* XVI *ad meliorem abivisse vitam; quamvis fieri non possit ut accuratius designetur tempus, nisi quod post B. Philippum Aquilanum obiit quocum verisimiliter aliquandiu vixerit. De die meliora habemus. Arturus, Mazzara et Hueberus, diem emortualem non assecuti, commemorarant B. Antonium Sulmonensem ad diem* 15 *octobris; sed Petrus Antonius Venetus, qui tertiam Mazzaræ editionem curavit, a Sulmonensibus memorias accepit, quibus didicit sanctissimi viri natalem diem esse* 28 *octobris. Hæc quoque, quibus ejus cultus manifestus fit, tradere potuit :* B. Antonii Sulmonensis corpus honorifice repositum est sub altari, anteposita fenestella et clathris ferreis in medio ut lipsanotheca videri possit ab antica altaris parte, et duobus angelis, ad fenestellæ latera pictis, tenentibus clypeum, cui hæc inscripta erant verba : B. P. F. ANTONIO RVBEO SVLMONENSI ORDINIS MINORVM OBSERVANTIÆ REGVLARIS. Atque hoc corpus ad hanc usque diem cum veneratione per ducentos circiter annos *(nunc plus trecentos sexaginta)* conservatum est. Quum autem ecclesia *circa annum* 1680(12) renovata est, repositum fuit ordinatione episcopi sub altari in capella S. Francisci eadem forma, qua usque ad illud tempus sub altero altari servatum fuerat cum demortuorum præsulum toleran- E tia. *Quum itaque multo pluribus quam centum annis ante* 1634 *publicæ venerationi expositæ fuerint* B. Antonii *exuviæ, non dubitavit Hagiologii Italici auctor sancto viro locum dare in suo opere; quo tamen nullum severius aut diligentius est in observatione Urbani papæ VIII decretorum. Brevis autem ab eo edita Vita synopsis est encomii, quod Mazzaræ Legendario inseruit Petrus Antonius Venetus; quod encomium optime scriptum est, nisi quod pro recentiori gentis ingenio verbosius sit. Præplacet hagiologi brevitas.*

ut populi venerationi pateat.

BREVIS VITA

B. ANTONII RUBEI

ORDINIS FF. MINORUM

desumpta ex Hagiologio Italico.

Vita severa humilisque, magisterium novitiorum præclarum et sancta mors B. Antonii.

Sulmonæ *a* ex nobili familia de Rubeis *b* ortus est B. Antonius; qui, relictis sæculi pompis, in sua juventute habitum sumpsit seraphici instituti inter Fratres Minores, quos Observantes vocant, miro tunc disciplinæ fervore florentes. Virtutes omnes, sed præcipue humilitatem, studiose coluit; cumque in perfectum evasisset religiosi hominis exemplar, institutus fuit tyronum magister *c*; quod munus per annos multos egregie exercens, juvenes suæ curæ commissos in regulæ observantia et in virtutum cultu optime instruxit. Quidquid autem temporis a suo officio supererat, id omne in assidua contemplatione insumebat; in qua sæpius S. Franciscum sibi apparentem vidit ejusque colloquio frui meruit. Austeritate demum vitæ et laboribus consumptus, in gravem incidit morbum; cumque jam se extremo momento proximum agnosceret,

a
b
c

(1) Gonzaga, De origine seraphicæ religionis, pag. 415, et Waddingus, Annales Minorum ad an. 1443, num. 14. — (2) Acta SS. tom. I Maji, pag. 548 et seqq. - (3) Chronicum Minorum, part. III, lib. IX, cap. 47. — (4) Martyrologium Franciscanum, ad 15 oct. — (5) Menologium Franciscanum, ad 15 oct. — (6) Leggendario Francescano, tom. X, pag. 358, edit. Antonii Veneti. — (7) Loc. cit. — (8) Hagiologium italicum, tom. II, pag. 261. — (9) Ap. Waddingum, Annales Minorum, ad an. 1506, num. 10, tom. XV, pag. 317. — (10) Ibid. pag. 341. — (11) Ibid. pag. 333. — (12) Cfr Acta SS. tom. I Maji, pag. 548.

e lectulo

A e lectulo infirmis quamvis viribus surgens, in
d genua procubuit *d*, seque Deo ferventer commendans animam tradidit die 28 octobris, an-
e no 1530 *e*. Cujus corpus sub altari collocatum fuit cum hac inscriptione : B. P. F. ANTONIO RVBEO SVLMONENSI ORDINIS MINORVM OBSERVAN-
f TIÆ REGVLARIS *f*.

ANNOTATA.

a 8ulmo *genuina est nominis forma; sed omnia fere nomina locorum, desinentia in* o, *assumpserunt finalitatem* na. *Sic* Narbo *facta est* Narbona, Tarraco Tarracona, *etc.*

b *Quod gente de Rubeis ortus est, constat ex epitaphio. Nobilissimam et antiquissimam* D *hanc domum vocat Petrus Antonius Venetus, eamque suo tempore (scribebat circa annum* 1730) *Sulmone esse extinctam tradit.*

c *Ante ibidem magister novitiorum fuerat B. Philippus Aquilanus, ipse institutus a Savino de Campellis, sanctissimo viro. Facile fieri potuit ut* B. Antonius *fuerit inter tirones, quibus B. Philippus (ut in ejus Vita* (1) *legitur)* cum fœnore instillavit optimam disciplinam, *quam a magistro suo acceperat.*

d *Idem fecisse legitur B. Philippus* (2).

e *Mortuus est* B. Antonius *ante initia sæculi* XVI.

f *De his vide Commentarium prævium, num.* 4.

(1) Acta SS. tom. I Maji, pag. 550. — (2) Ibid. pag. cit.

APPENDIX E

DE ABRAMIO, EPISCOPO EPHESINO

DISQUISITIO CRITICA.

H. M.

§ I. Abramii in kalendariis annuntiatio. Monasteria S. Abramii et Abramitarum.

SÆCULO VI. *Hujus disquisitionis indicata ratione,*

Hanc sibi ab initio legem præstituerunt Bollandiani, ut nemini locum in suo opere concederent, cujus cultus inter catholicos legitime aliquando receptus certis monumentis non probaretur. Quam quidem et nos, ut par est, secuti, de beato viro, Abrahamo *aut* Abramio, *episcopo Ephesino, agere noluimus, ubi, pro ætatis qua vixit ratione, de ipso fuisset dicendum. Quamquam enim sat probabilis videbatur conjectura quam, attente inspectis et perpensis kalendariorum annuntiationibus, eramus assecuti, non ea*
C *evidentia erat ornata, quæ dubium omne solveret. Attamen, quum ex illustratis illis fastorum Græcorum locis, quibus* Abramium *laudari arbitramur, Cpolis christianæ notitia non parum augeatur, atque insuper monumentum quoddam præclarum Græcæ pietatis hucusque nimis neglectum pleniore luce collustrari possit, visum est non inter prætermissos, sed ad finem Commentariorum hujus diei, appendicis instar, disquisitionem nostram de* Abramio *reponere eique, perinde ac in sanctorum Vita facere solemus, ea subjicere documenta in quibus beati viri gesta partim enarrari suspicamur.*

refertur annuntiatio Abramii *et Abramitarum in sacris fastis,*

2 *Porro notandum est ea omnia quæ in hoc Commentario examinabimus, ad sanctos, quorum cultus certus est, persona autem et gesta ignota, aut certe ad beatos viros, quibus ecclesiasticos honores, pro Græcorum more, aliquando delatos fuisse omnino assumi potest. Atque ita fit ut ab instituto nostro non aberremus. Sufficiet autem ut antiqua Cpolitanæ urbis kalendaria denuo reperiantur, ad nostras conjecturas aut stabiliendas aut evertendas. Sed cum attente certa ab incertis separare nobis in animo sit, facili negotio tunc emendabuntur aut supplebuntur eæ notitiæ, quas nunc lectori proponimus. Via enim sternitur veritati melius agnoscendæ, quum perspicue implicitæ cujusdam quæstionis partes enucleantur. Incipiamus igitur ab his fastis, qui totius nostræ disceptationis causæ sunt. Ad diem* 28 *octobris, sequentia legimus in Kalendario Ostromirano :* Memoria venerabilis Abramii et sociorum ejus, confessorum sanctorum LXXIII (1). *Hæc autem referenda putamus tum ad monachos illos Abramitas, quorum cultum ex Cedreni libris sibi notum probavit Baronius, quum fortissimorum athletarum certamina in Martyrologio romano laudavit, tum etiam ad monasterii Abramitarum fundatorem,* Abramium, *episcopum Ephesinum, de quo mox disputaturi sumus.* F

quorum quidem cultus ex Theophanis continuatore probatur,

3 *Antequam vero quæstionem ingrediamur, in iis quæ decessores nostri brevius justo dixerunt* (2) *liceat duo emendare. Illud primum quod, quum Baronius, ad cultum Abramitarum stabiliendum, auctoritate tantum Cedreni usus esset, nihil aliud egerunt, allegatis scriptoris Byzantini verbis, nisi notarunt verbatim consonare continuatorem Constantini Porphyrogeniti, nec monuerunt Cedreno hunc auctorem præivisse librique materiam subministrasse. Quem enim ipsi Constantini, nos autem Theophanis continuatorem dicimus, norunt omnes, operam moderante Con-*

(1) Kopitar, Glagolita Clozianus, pag. LXIII; Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 262. — (2) Acta SS. tom. II Julii, pag. 659.

stantino

AUCTORE H. M.

stantino, sæculo decimo scripsisse. Res non nihil interest ad probandum martyrum cultum, cujus testis oculatus fuit auctor ille anonymus: quod quidem de Cedreno asserere non ausim. Non potuerunt ante annum 842, *quo Theophilus imperator iconomachus mortuus est, publice coli Abramitæ, sacrarum imaginum defensores. Sæculo post, quando jussu Constantini Porphyrogeniti, Theophanis Chronographiæ quatuor additi sunt libri, nondum defecerat cultus, ut ex verbis illis constat:* Horum sacra corpora, diu multumque in solo temere jactata ac projecta, nec sepulturæ honorem consecuta, integra illæsaque servata sunt, donec tandem fidelibus agnita atque elata, honore eorum qui pro Christo passi sunt proprio donata sunt (1). *Hinc kalendarii Ostromirani prototypon, quo ecclesia Cpolitana sæculi decimi nobis repræsentatur, Abramitas non omisit. Verisimilius paulatim desiit cultus, ita ut Cedrenus sub finem sæculi* XI *minime de eo testari, sed potius anonymum auctorem exscripsisse censendus sit* (2).

monasterium autem a monasterio S. Abramii diversum fuit;

4 *Aller nobis castigandus error in hoc continetur quod monasterium S. Abramii* τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀβραμίου, *idem esse ac monasterium Abramitarum* τῶν Ἀβραμιτῶν *arbitratus est Joannes Pinius. Quod quam falsum sit demonstrant Joannes Moschus, Constantini Porphyrogeniti liber de cærimoniis, Byzantinus anonymus, qui sæculo* XIII *de antiquitatibus Cpolitanis scripsit, et Georgius Codinus, sæculi* XV *scriptor, a quibus invicem collatis discimus in urbe Abramitarum monasterium, extra mœnia autem civitatis, prope portam auream, S. Abramii asceterium exstitisse, prius ab* Abramio *quodam post annum* 500, *posterius a Constantino conditum fuisse. Loca unde hæc omnia deducimus recitabo, remisso loco ex libro Constantini ad finem hujus paragraphi:* Per idem tempus, abbas Abramius, qui postmodum factus est episcopus Ephesi, et nuper monasterium construxit Constantinopoli dictum Abramitarum (3). *Non facile est annum determinare ad quem istud* per idem tempus *referatur. Etenim Joannes Moschus hic enarrat quæ circa annum* 600 *audivit ab abbate Joanne Rutilo, qui ipse*
C *dicta Stephani Moabitæ tradit* (4). *Quis divinare potest quot anni post historiam a Stephano enarratam effluxerint? Ponamus vel sexaginta annos: vix ultra hoc spatium hæc memoria ascenderit. Circa annum forsan* 520 *in urbe regia surrexisset monasterium Abramitarum, quod certe, etiamsi nihil de origine monasterii S. Abramii sciretur, obstaret quominus alterum cum altero confunderemus. Jam enim anno* 518 *libello monachorum ad synodum Cpolitanam subscribebat Antonius,* ἀρχιμανδρίτης τῆς μονῆς τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀβραμίου (5). *Viro autem adhuc in vivis aut non pridem defuncto ultima hæc nequaquam conveniunt. Indicant sanctum notissimum, quales tunc temporis Cpoli fuerunt tantum sanctus Hebræorum patriarcha, et Abramius asceta, Mariæ avunculus, quem cum Ephremio, vitæ auctore, in antiquissimo Neapoli-*

tano kalendario ad diem 22 *decembris commemorari putamus, quamquam aliter sentit Martinovius. Contra appellatio* Abramitarum *significat potius discipulos sive alumnos viri alicujus præclari, nondum cultu publico aucti, perinde ac a Studio patricio Studitæ nomen suum traxerunt.* D

quod ex fatis prioris ædificii,

5 *Ut continuo absolvantur quæ ad monasterium illud spectant, cætera testimonia apud Byzantinos obvia, ordinem temporum sequendo nunc proferam. Dubium est quod apud Theophanem legimus de imaginibus Nicetæ patriarchæ jussu, anno* 759, ἐν τῷ Ἀβραμιαίῳ *deletis aut abrasis* (6). *Utri enim ædificio, vel potius num omnino alterutri ædificio, de quo agimus, tribuendum sit hoc nomen, quo domus hospitalis signari videtur* (7), *definire non audemus. Quocumque modo id explicetur, circa hæc tempora Abramitas ab impiis imperatoribus, monachorum æque ac imaginum acerrimis osoribus, vexatos eorumque domum dirutam fuisse suspicamur ex loco quodam synaxarii S. Annæ Euphemiani, de qua ad sequentem diem agemus. Ibi enim traditur locum quemdam ruinis* E *obsitum, nunc Abramitarum monasterium dictum,* τόπον ἐρείπιον, τὸν νῦν ἡ μονὴ τῶν Ἀβραμιτῶν λεγόμενον *a patriarcha Tarasio dono oblatum fuisse ut domus sat ampla exstrueretur, qua confluentes ad sanctam thaumaturgam homines contineri valerent. Anno autem* 787, *in concilio Nicæno secundo, subscribit Symeon* ἡγούμενος τῶν Ἀβραμιτῶν (8). *Sequenti sæculo, imperatori Theophilo strenue resistunt monachi Abramitæ, suæque virtutis præmium reportant palmam martyrii. Ex urbe ejectis, injustaque nece sublatis sanctissimis incolis, ipsum crederem monasterium dirutum, aut certe profanis usibus deditum, quod quidem Theophilo imperatori moris fuit.* Cum enim, *ait anonymus auctor ejus Vitæ,* sanxisset ne monachis in urbes liber esset ingressus, et ut velut mundi piacula omnino arcerentur, ac ne ruri quidem tuto videri sinerentur, effecit ut eorum monasteria ac loca solitudini dedita in sepulchra communia et sæcularium hospitia palam mutarentur (9). *Inde etiam factum puto, ut deinceps apud auctores et in vulgi sermone monasterium S. Abramii et illud* F *quod possederant Abramitæ non amplius distinguerentur, ut ex sequenti paragrapho apparebit.*

cum alterius historia collatis ostenditur.

6 *Monasterii S. Abramii primam mentionem in concilio Cpolitano sub Menna invenimus, in quo recitatus est libellus monachorum, anno* 518 *scriptus, quem numero quarto protulimus. Ipsius autem concilii anno* 536 *habiti, Actis pluries subscripsit Alexander archimandrita monasterii ejusdem* (10). *Conditum autem a Constantino fuisse tradit anonymus auctor, qui de antiquitatibus Cpolitanis quatuor libris egit. Postquam enim templa et monasteria urbis recensuit, ad ea quæ extra urbem sita erant, progrediens, hæc habet:* Monasterium Ἀχειροποίητος *(seu cui nomen Imago non manu facta)* a Constantino magno exstructum fuit, ut Abramium monachum istic

(1) Theoph. Contin. lib. III, num. 11, pag. 63, ed. P. — (2) Vid. infra, num. 9 et 18. — (3) Joannes Moschus, Pratum Spirituale, cap. 97. — (4) Cfr Fabricius, Bibl. Græca, ed. Harles, tom. X, pag. 124 et 125. — (5) Labbe, tom. V, col. 174. — (6) Theophanis Chronographia, pag. 375, ed. P. — (7) Cfr Nicephorus Chumnus, ap. Boissonade, Anecdota, tom. II, pag. 146. — (8) Labbe, tom. VII, col. 155. — (9) Theoph. Contin. lib. III, num. 10, pag. 62 et 63, ed. P. — (10) Labbe, tom. V, pag. 34, 63, 108 et 134.

collocaret,

A collocaret, unde dictum est Abramii (1). *Primam hujus asserti partem exscripsit Georgius Codinus* (2), *omissa mentione Abramii, quam perperam hic ab anonymo factam arbitror, quod monasterium Abramitarum ab* Abramio *monacho ædificatum ab illo S. Abramii non discreverit. Quod quidem eo facilius accidit, quod dirutæ jam fuerint Abramitarum ædes, et nomen ad monachos S. Abramii vicinitate appellationis transierit. Hanc mihi suspicionem injiciunt loca quædam Leonis diaconi, scriptoris sæculi* x, *et ejus qui Constantini Porphyrogeniti librum de Cærimoniis auxit. Prior enim refert Nicephorum Phocam, a littore Asiæ profectum* ad monasterium Abramitarum, quod et Ἀχειροποίητον vocant, *appulisse* (3). *Posterior autem evidentissime demonstrat hic fieri sermonem de monasterio illo S. Abramii extra urbem sito. Describit enim Nicephorum transeuntem per suburbanum pomœrium, indeque per viam stratam in monasterium Abramitarum dictum* Ἀχειροποίητον *intrantem, hora autem tertia equo ad portam auream civitatis pergen-*
B *tem* (4). *Memoria igitur ædificii ab* Abramio *constructi adhæsit illis ædibus quas condiderat Constantinus magnus. Hactenus de utroque monasterio vera, ni fallor, aut saltem verisimilia tradidimus. Quæ sequentur hujus generis sunt, ut potius quæ fieri potuerint, quam quæ certo facta sint, opinando indicemus.*

§ II. Varii Abramii a Græcis agniti. Abramius Ephesinus idem ac Abramius judæus.

Abramitarum fundatoris memoria servata est in kalendariis,

Quemadmodum Studitæ fundatoris sui Studii quotannis memoriam agebant ad diem 20 *junii, ut discimus ex codice Praxapostoli, in bibliotheca Naniorum repositio* (5), *ita et credere est Abramitas sui etiam* Abramii *nomen in suis fastis descripsisse. Poterant enim de illo eadem prædicare*
C *quæ de Studio patricio Studitæ;* Μνήμη τοῦ ἐν μακαρίᾳ μνήμῃ γεγονότος [Στουδίου τοῦ πατρικίου] τοῦ συστησαμένου τὴν μονὴν [τῶν Στουδίου]. *Adjiciendum etiam fuisset elogium a Joanne Moscho relatum:* Ὁ καλὸς καὶ πρᾶος ποιμήν bonus ac mitis pastor. *Inde autem, quum arcto nexu conjungatur honos viris de ecclesia benemeritis exhibitus ecclesiastico cultui proprie dicto, ad quem a priore sensim, ni obstent, prout jam pridem in Ecclesia Latina, leges expressæ, devenitur, ad alias haud dubio ecclesias aut monasteria transierit beati viri in sacris memoria. Sed si hoc unquam factum est, forsan hujus cultus, licet non ubique recepti, in aliquot saltem codicibus latere vestigia, suspicari pronum est. Quod quidem animo recogitans, omnia quæ in Græcorum hucusque editis kalendariis, de Abramiorum quorumcumque cultu dicuntur, accurate et (nisi inveniendi cupiditate nimium decipior) non frustra contuli. Hac de re certius feretur sententia, recensitis prius omnibus Abramiis, qui apud Græcos coluntur.*

AUCTORE H. M.

quod collatis omnium Abramiorum annuntiationibus

8 *Præter veterem illum patriarcham Abramium seu potius Abraam, ut generatim effertur ejus nomen, qui* 9 *octobris in kalendariis Neapolitano, Ostromirano, Cryptoferratensi et in Menæis tum excusis tum manuscriptis, et dominica ante Nativitatem Christi fere ubique commemoratur, celebrant Græci nomen Abramii, episcopi Arbelensis, ad diem* 4 *februarii, et Abramii, episcopi Carrensis, ad* 14 *ejusdem mensis. Atqui quæ ad illos pertinent facile secerni possunt. Propius autem ad rem nostram faciunt annuntiationes, quibus Abramii ascetæ aut martyres laudantur. Abramium quidem anachoretam,* 16 *martii colunt Latini,* 22 *autem decembris vetera kalendaria Neapolitanum et Cryptoferratense, nunc die* 29 *octobris, ut mox inter prætermissos notabitur, Græci omnes et Slavi commemorant. Præterea* Abramium *ascetam ad diem* 1 *octobris Synaxario Sirmundiano, Eclogadio Cryptoferratensi, ac Menæorum Mediolanensium et Mazarinæorum fastis in-* E
scriptum invenimus. Abramii *martyris nomen legitur in Eclogadio sæpius allato etiam ad* 1 *octobris, in duobus autem codicibus græcis apud Nevostrujev, quem ex Martinovii tantum verbis novimus* (6), *et ad* 28 *ejusdem mensis in kalendario Ostromirano, quod huic disquisitioni ortum dedit. Tandem* 26 *martii in Sirmundi codicis excerptis hæc leginus:* Μνήμη τοῦ ὁσίου Ἀβραὰμ τοῦ εἰς τὸ λάτρος, *quæ quum diligentiam Martinovii effugissent latinaque verba, obscura omnino scriptura invenisset, ita ut* Abraam in latro *aut* Abraam m latro *perinde legeres, non recte in Anno Græco-Slavico indicata sunt. Singularia præterimus, ut Abramium monachum* 25 *octobris in Ephemeridibus Papebrochianis, eumdem* 29 *septembris, errore unius mensis, in fastis Saxogothanis.*

ad dies 1 *et* 28 *octobris factum fuisse conamur evincere.*

9 *Quamnam igitur ex his annuntiationibus Abramitarum fundatori assignabimus? Existimo ad ipsum perlinere illam diei* 1 *octobris memoriam, quam Abramio anachoretæ Hellespontino, jam* 29 *octobris aut* 22 *decembris laudato, tribuere non possum, quamvis id* F
senserint decessores nostri (7). *Plus dicam: audax enim conjectura in re tam obscura culpa non est, sed potius veritatis investigatio. Aliquo modo ipsius propriam esse tum hujus diei annuntiationem in Ostromirano codice:* Memoria venerabilis Abramii et sociorum ejus LXXIII sanctorum confessorum *seu martyrum, quum etiam* Abramii *martyris in cæteris kalendariis mentionem. Puto enim prius conjuncta fuisse nomina patris, non martyris, et filiorum, qui pro Christo passi sunt, prout ea legimus in veteri illo kalendario slavico, quod ecclesiæ cujusdam Cpolitanæ fastos sæculo* x *repræsentat. Postea deleta tanti viri memoria, ob erasas aut ad profana deputatas Abramitarum ædes,* Abramii *martyris et* Abramii *ascetæ seorsim laudem in aliquot kalendariis fuisse servatam, quum tamen* Abramius *martyr non fuisset nec*

(1) Ap. Bandurium, Imp. orient. tom. I, part. III, pag. 56.— (2) De ædificiis, pag. 55, ed. P. — (3) Leo diaconus, ed. Hase, pag. 47, ap. Migne, tom. CXVII, col. 729. — (4) De cærimon. lib. I, cap. 96, pag. 438, 499 et 501, ed. Bonn. – (5) Græci codd. apud Nanios, Bononiæ 1784, cod. CLXX, pag. 381. — (6) Ad dies 28 et 31 octobris. — (7) Acta SS. tom. I Octobris, pag. 2.

ab

AUCTORE H. M.

ab Abramio *asceta esset distinguendus. Objiciet aliquis omnino fieri potuisse, ut Abramius quidam Abramitarum hegumenus tunc temporis fuerit. Assentior profecto, melius tamen res videntur componi, admissa quam protulimus conjectura. Quod si, erutis demum novis kalendariis, quæstio aliter solvenda est, inutilem tamen operam non præstiterimus, multa ejusdem generis documenta simul conferendo et pro viribus illustrando. Hic autem monebo nihil suppetere quod explicet verba Sirmundiani Synaxarii ad diem* 26 *martii.* Τὸ λάτρος *vox est, ut puto, lexicis et antiquitatum indagatoribus ignota, quippe cujus similis semel extra locum allatum obvia, nimirum apud Georgium Pachymerem ubi de æde S. Pauli in Latro, at secunda declinatione* (1).

Abramius *Ephesinus ille est judæus cujus historiam habet Combefisius.*

10 *Sed non hic opinando standum putamus. Percurrendo enim variorum Abramiorum vitas, in illum incidi hujus nominis Judæum, qui stupendo quodam prodigio ad fidem christianam conversus, presbyter factus est oratoriumque ad Tetrastylum construxit, magna prius vi pecuniæ ad ornandam ecclesiam*
B *S. Sophiæ impensa, prout fuse enarrat anonymus quidam auctor apud Combefisium* (2). *Quem cum tam egregia virtute præditum fuisse intelligerem, non poteram, nisi negata prorsus monumento ipsi fide, non mirari virum hunc Græcorum fastis ignotum manere. Erravit sane Cangius cum dixit de hoc* Abramio *die* 29 *octobris apud Græcos fieri sermonem, attamen nobiscum censuit tanto viro cultus ecclesiastici honores aliquando tributos fuisse* (3). *Ætatem vero ex adjunctis scrutatus inveni tempore Justiniani verisimilius vixisse* Abramium *illum ac suspicatus sum unum eumdemque esse* Abramium, *Ephesinum postea archiepiscopum, qui Cpoli Abramitarum ædes, Hierosolymis vero Byzantiorum monasterium condidit, et Judæum illum qui eodem ferme tempore tam generose sua bona divino cultui mancipavit. Quam profecto opinionem si debitis probationibus munire potuissem,* Abramio *suus dandus erat locus inter sanctos. Verum, probationis defectu, extra sanctorum ordinem de eo disputare placuit. Posito igitur utrumque* Abramium
C *unum esse virum, pergemus in excutiendis quæ de judæi ad fidem conversione enarrantur, rati ea omnia ad monasterii Abramitarum fundatorem etiam pertinere.*

§ III. Abramii Judæi historia. Quo ex fonte deducitur et qua fide narratur.

Abramius *judæus, in Theodorum christianum beneficus, ad christum convertitur,*

Imperante Heraclio, Cpoli vivebat Theodorus quidam mercator ditissimus, qui cum in instruenda navi ad orientales plagas profectura, rem suam universam profudisset, bonorum suorum propter vehementem tempestatem facta jactura, in extremam inopiam delapsus est atque ad summam desperationem redactus. Tunc modo mundo nuntium remit- D *tere, monasticam vitam amplecti, modo amicorum domos circumcursare, opem ad novam parandam profectionem petere. Nullum in re desperata adjutorem invenit, donec amici prudentioris quam ditioris consilio,* Abramium *Judæum adiit, qui tandem, Theodori precibus victus hominisque firmissima fide permotus, quinquaginta libras auri christiano commodavit. Nam, quod mirum est, a Theodoro datus et ab* Abramio *in sponsorem acceptus est Christus, coram cujus ærea imagine, in Tetrastylo posita, de mutuo paciscentes steterunt. Proficiscitur Theodorus, variis mercibus onerata navi, prospere rem agit, patriam repetit, at non longe ab urbe bona primum ob ingruentem procellam in mare invitus projicit, atque ipsa navi vix fluctibus erepta revertitur. Cpolim ergo redux, infelicior et magis quam antea destitutus, iterum a Judæo recreatur, juvatur, atque ad novum iter instruitur atque incitatur. Tum profecto spe sua frustratus non est: felicissimum illi cessit iter. Quare motus* Abramius, *Christo nomen dedit, presbyter* E *factus est atque oratorio suis opibus constructo addictus. Paucis hic habes totius narrationis summam, causamque appellationis* τοῦ Ἀντιφωνητοῦ, *seu* sponsoris, *quæ imagini Christi facta est.*

ut narratur in concione habita Cpoli initio quadragesimæ,

12 *Verumenim qua fide traduntur hæc omnia, quibus nimis multa miscentur prodigia, ut in narratione post hanc Disquisitionem edenda legere est? Utique verisimile est ex vulgi sermonibus et ex monachorum memoria, non ex scriptis documentis haustam fuisse totam narrationem. Nam aliqua saltem apud Byzantinos superfuisset horum gestorum recordatio, si reapse tam publice gesta essent omnia et tantopere ab imperatore ipso et a patriarcha Cpolitano celebrata* Abramii *conversio. Exspectandæ ergo hic sunt maculæ omnes, quæ tradita a vulgo, et ore vel a doctis viris transmissa, solent fœdare, ut sunt temporum perturbatio ac prodigiorum coacervatio. At nisi pateat scriptoris fraus, non temere spernenda quæ scripsit. Videamus ergo quasnam habeat hoc documentum ætatis notas, et quonam fine compositum fuerit. In* F *primis ab initio apparet illud esse orationem die qua* miraculorum Domini memoria recolebatur *dictam, quod significare videtur dominicam primam quadragesimæ* τῆς ὀρθοδοξίας *nomine insignitam, aut forsan secundam cui appellatio eadem antiquitus obtigisse suspicor. Similis enim argumenti oratio apud Lanbecium* (4), *iisdem fere incipiens verbis:* Δεσποτικῶν καὶ παραδόξων θαυμάτων ἀνάμνησιν, *hunc præ se fert titulum :* Κυριακῇ β'. Τῆς ὀρθοδοξίας β'. *Unde puto Restitutionem imaginum duabus olim consequentibus dominicis commemoratam fuisse, et una aut altera orationem, de qua agimus, coram populo recitatam fuisse* (5).

in templo S. Sophiæ, diu quidem post eventum,

13 *Quod si quis, translatione Combefisii in errorem actus, opponeret hæc verba, quæ potius narrationem sapiant quam orationem:* Unius itaque e multis illis maximisque mira-

(1) De Andronico Palæologo, lib. II, cap. 6, pag. 82, ed. P. Cfr Cangius, Cpolis christiana, lib. IV, pag. 114, ed. P. — (2) Auctarium, pars posterior, col. 711 et seqq. — (3) Cpolis christiana, lib. III, pag. 117, ed. P. Cfr additamenta ad hunc locum. — (4) Comment. lib. VIII, col. 740, ed. Kollar. — (5) Cfr annot. *b*, post § I.

culis,

A culis, ad eorum qui lecturi sunt utilitatem..... hic loci contexturus sum narrationem, *ad græca recurrat velim* : Διήγησιν ποιήσομαι θαυμάτων, πρὸς ὠφέλειαν ἐντυγχανόντων, *ubi vox* ἐντυγχάνοντες, *pro recentiorum more, potius* legentes *quam* præsentes *significat* (1). *Sed non tantum qualis sit oratio, et quando pronuntiata fuerit diligenter perscrutando invenimus, sed et ecclesiam in qua sit habita. Sub finem enim, postquam narravit orator argentum, e plumbo et stanno divinitus factum, ornando sanctuario et amboni ecclesiæ Sophiæ dicatum fuisse, addit* : Quemadmodum videtis et conspicuum est usque adhuc. *Quibus in verbis videor mihi videre pium hujus narrationis auctorem manu adytum demonstrantem, laminis argenteis undequaque instructum. Verum, ut locum concionis hic proditur, sic denuntiatur etiam error temporum initio orationis admissus. Heraclio enim imperante feruntur contigisse hæc miracula : at res componi non potest cum certa quam habemus notitia de ecclesia divinæ Sapientiæ. Tempore Justiniani perfectus est ille splendidissimus*
B *sanctuarii ornatus, quem* Abramii *et Theodori expensis factum fuisse, modo horum virorum ætas non ad oratoris byzantini asserta determinetur, libentissime admittimus.*

nempe circa initium sæculi decimi.

14 *Errat igitur auctor in assignando tempore, quod indicio est eum sat diu post* Abramium *et templi Cpolitani restitutionem a Justiniano vixisse. Atque idem deducimus ex ipsa occasione qua recitata fuit hæc oratio : solemnitatem enim* τῆς ὀρθοδοξίας *seu festum Restitutionis imaginum novimus, Theodora pro filio suo Michaele imperium tenente, anno* 842 *institutam fuisse* (2). *En jam terminum ponimus quo definiatur ætas hujus narrationis. Quum autem nihil in ea dicatur, quod in tempora iconomachorum insaniæ vicina cadat, atque ad horum hæreticorum historiam nihil referatur, sæculo decimo ineunte narrationem conscriptam fuisse putem. Recentiorem ætatem excogitare fas non est, siquidem in codice sæculi decimi reperiatur. Hæc enim legimus in Catalogo codicum manuscriptorum bibliothecæ regiæ Bavariæ* : Codex CXLI. Membranaceus, membrana veteri
C atramento flavescenti, titulis et initialibus rubris, charactere majusculo, eleganti et antiquo.... columna duplici. Sæculo x possessus a Maria Palæologa, *etc.* (3). *Quæ sane sæculum decimum demonstrant. Solemne erat oratoribus sacris die, qua Restitutio imaginum celebrabatur, aliquid de imaginum cultu disserere, ut videre est in homiliis Macarii Philadelphii* (4), *Germani II patriarchæ Cpolitani* (5), *Theophanis, Tauromeniani archiepiscopi* (6), *aut de miraculis per imagines factis, ut liquet ex narratione anonymi cujusdam apud Combefisium* (7).

Abramius *argentum ornando templo tradit, circa* 537;

15 *Ut sane nimis inclementer censoriam notam inureret qui ne ullam veri quidem particulam in hac oratione contineri opinaretur, ita et remissius ageret qui omnia promiscue acciperet. Prædicatoribus enim semper potestas fuit, facilius quæ ore vulgi tradita sunt admittendi eaque suis concionibus miscendi. Medio igitur tutiores ibimus : castigatis quæ historiæ adversantur, summam narrationis ut veram agnoscemus. Jam ergo locus est ut gesta beati viri breviter contrahamus, omnia componendo quæ ad ipsum pertinere opinamur, omissa tamen conversionis historia, quæ in annotatis breviter illustrabitur. Postquam Christo nomen dedit, factus est presbyter ejusque oratorii, quod ad Tetrastylum erexerat, curam egit. Hæc contigerunt circa annum* 537, *nam hoc tempore facta est divinæ Sophiæ templi dedicatio* (8), *ad cujus sanctuarium adornandum argenti magnum pondus contulit. Porro, sin minus ante dedicationem, saltem non longo tempore post jam perfectum fuisse illud opus, testis est Procopius Gazæus, rhetor chistianus, qui in hunc modum scripsit* : Jam vero quam pretiosam suppellectilem ex auro, argento et gemmis huic ædi donaverit Justinianus imperator commemorare non valeo : permitto lectoribus ex uno conjecturam facere. Locus templi sacer cuivis, præterquam sacerdotibus, inaccessus, E θυσιαστήριον vocant, argenti pondo habet quadraginta millia. *Porro notandum est Procopium sub Justino, anno* 520, *clarum, eorum quæ hic narrat testem esse coævum. Si igitur* Abramius *adjumento fuit ut magna urbis regiæ ecclesia decoraretur, sequitur eum a Judaismo recessisse circa annum* 537.

AUCTORE H. M.

Cpoli monasterium Abramitarum condit, in quo postea cultum habuit;

16 *Postea Cpoli condidit monasterium Abramitarum, quorum egregiam in tuendo imaginum cultu virtutem quum valde suspicio, non possum non ad ipsum* Abramium, *erga Christi imaginem tanti debiti reum oculos convertere, memoriamque in filiorum animis vivacem admirari. Etenim apud illos monachos verisimilius dies* 1 *octobris quotannis* Abramio *sacra fuit. Quum autem sub Theophilo Abramitæ pro sacrarum imaginum defensione vitam posuissent, cultu et ipsi ecclesiastico ornati, simul cum fundatore suo ad diem* 28 *octobris fastis ecclesiarum aliquot inscripti sunt. Festum autem* Abramio *proprium, destructo monasterio, paulatim evanuit ex libris liturgicis, ita ut tandem* Abramius, *falso ut martyr prædicatus, et ab* Abra- F
mio *asceta discretus, per mensem octobrem quasi vagaretur, ad* 1, *ad* 28, *et ad* 31 *in kalendariis commemoratus. Quod si quis nostræ conjecturæ obesse credit, omissionem tituli archiepiscopi aut episcopi, recordetur exemplum S. Joannis Chozebitæ, episcopi Cæsariensis, de quo in præsenti volumine agitur. Ibi enim, ut et in* Abramio *factum est, episcopatum prorsus prætermiserunt plerique Græcorum libri, sanctumque monachum dumtaxat laudarunt. Eodem modo diutius Cpoli permansit memoria* Abramii *monachi, famæque episcopatus supervixit.*

prope Hierosolymas aliud asceterium exstruit,

17 *Verum redeamus ad ea, quæ de beato viro a Joanne Moscho tradita aliunde nullo pacto illustrari magnopere dolemus. Condito suo monasterio, in Palæstinam profectus est*

(1) Cfr Stephanus, ed. ult. sub hac voce, col. 1186. — (2) Theoph. Contin. lib. IV, num. 6, pag. 96, ed. P.; Triodion, pag. 144, ed. 1839; Combefis, Auct. pars post. col. 716 et seqq.; Baronius, ad an. 842. — (3) Hardt, Catalogus etc. Monachii 1806, tom. II, pag. 110 et 119, cfr pag. 114. — (4) Bibl. Coislin. pag 181, num. 4. — (5) Ap. Gretserum, Opera, tom. II, pag. 457 et seqq. Ed. Ratisbonensis 1734. — (6) Ibid. pag. 456 et seq. — (7) Auct. pars post. pag. 716 et seqq.; Cfr Lambecius, Comm. lib. VIII, col. 739 et seqq. ed. Kollar. — (8) Cpolis christiana, lib. II, pag. 9, ed. P.

AUCTORE H. M.

Abramius, *ubi prope Hierosolymas novas ædes, quæ Byzantiorum appellationem sortitæ sunt, exstruxit. Dum huic operi incumbebat, ab artificibus accepit hominem adesse inter operarios mire omnino agentem ; cum nemine eum colloqui, perpetuumque servare jejunium ajebant.* Retulerunt de illo, *ait Moschus,* et de conversatione ejus sancto abbati Abramio τῷ ἐν ἁγίοις ἀββᾷ Ἀβραμίῳ. Tunc divinus ille Abramius ὁ θεῖος Ἀβράμιος accersivit operarium in cellam suam, et interrogavit eum. *Narravit iste se cum suo fratre in cœnobio Theodosii vixisse, atque a monasterio abiisse, ut fratrem suum vitæ religiosæ pertæsum, et turpibus voluptatibus inhiantem, comitaretur. Quod quidem fecisset non ut peccatorum fratris particeps fieret, sed ut eum tandem orationis et jejunii virtute ad meliorem frugem retraheret. Ideoque se nunc cum misero illo apostata quotidie laborare, severe tamen servata lege jejunii et silentii monastici.* His auditis magnus Abramius ὁ μέγας Ἀβράμιος dixit fratri: Et Dominus tibi donavit animam fratris tui. *Quam quidem prædictionem rei eventus statim comprobavit, ut videre est apud Joannem Moschum, cujus ideo quædam verba retulimus ut appareat quanta sanctitatis fama insigniretur* Abramius, *dignus omnino qui publice coleretur.*

B

et tandem cum laude episcopatum Ephesinum regit.

18 *De* Abramio *episcopo Ephesino nihil omnino nobis inter legendum occurrit, et licet longo tædiique pleno labore illius temporis libros pervolverimus, qui nobis in promptu sunt, ne minimum quidem vestigium invenimus præter ea quæ jam notissima erant. Quoniam ergo sat longo temporis spatio post annum* 537, Abramius *ad episcopatum Ephesinum electus est, Michaeli Lequien, qui eum ante Rufinum, sæculo* VI *exeunte ex epistola S. Gregorii ponendum, trigesimo quinto loco inter episcopos Ephesinos collocavit, necesse est assentiri.* Abramii *episcopatus, verisimilius nec diu duravit, nec rerum gestarum pondere aut difficultate satis enituit, ut ejus memoria scriptores Græcos non fugeret. Quæcumque de ipso scimus, veteris cujusdam monachi, qui inter fabulandum, exempla virtutum quæ junior aut contemplatus est aut*

C

fando audivit, ad fratrum animos confirmandos refert, sermonibus continentur. Pauca hæc tamen præstantissimam sancto episcopo laudem tribuunt : fuit pastor optimus et mitis, καλὸς καὶ πρᾶος ποιμήν. *Nec Fabricius, neque Harles alicujus libri aut homiliæ ab* Abramio *scriptæ meminit. In bibliothecæ tamen regiæ Parisiensis veteri catalogo homiliam in præsentationem Domini nostri in templo invenimus notatam numeris* 1174 *et* 1190 (1). *Hujus autem orationis initium refertur in Catalogo bibliothecæ Taurinensis, codice* 148 ; *titulum et prima verba inde hic exscribimus.* Ἀβραμίου ἐπισκόπου Ἐφέσου λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Σωτῆρος καὶ εἰς τὴν Θεοτόκον καὶ εἰς Συμεῶνα. Ἐπειδὴ ἔλεγξις τῆς συμπληρώσεως τοῦ τρίτου ψαλμοῦ αἱ λέγουσαι κ. τ. λ. (2).

(1) Catalogue des Mss. Paris 1740, tom. II, pag. 231 et 245. —
(2) Codicum manuscriptorum bibl. Taurinensis, Taurini 1749, pag. 239.

D

HISTORIA CONVERSIONIS

ABRAMII JUDÆI

ex auctario novo combefisii a [a]

§ I. Oratoris procœmium. Tetrastyli ædificatio. Theodori mercatoris iter, naufragium et anxietas.

Miram quamdam vim in animos habet recordatio prodigiorum per Christi imaginem factorum. [b]

Miraculorum Domini memoria hodie recolitur *b*, ideoque oportet ut benevola concio, congruum magnitudini dicendorum præstet auditum. Siquidem enim Regum scita ac placita in medium prolata ac promulgata, quadam omnes necessitate, ad attentam cordatamque auditionem, ut ita custodiantur ac observentur, trahunt: quanto magis, ubi superni Regis insignia miracula contemplanda proponuntur, alacri omnes animo debeamus concurrere ad spectaculum, ac ingentem inde voluptatem percipere? Illa quidem, quippe temporalia, commodum aliquod afferunt sæculari vitæ ; hæc, divinitate plena, animæ ipsi non parum utilitatis præbent. Porro miraculorum narrationem ac spectaculum dico, non utique miraculorum, quæ perscripta sint sacris Evangeliis, nec vero quæ Dominus ipse Christus Deus homo verbum, cum adhuc in carne in mundo versaretur, operatus sit; sed quæ annis multis a gloriosa ejus in cælum Ascensione, majori gloria fuerint consummata : miraculorum, inquam, non quæ per divinos apostolos, aut inclytos martyres, aliosve sanctos ullos electos, sint patrata ; sed quæ per Deivirilem Christi imaginem, mirabiliter fuerint edita : denique miraculorum, quibus nedum viri fideles ac Ecclesiæ alumni, adstruxerint fidem, sed et ipsi hostes miranda novitate testimonium tulerint. Sane quidem admirationem habet, ac incredibile videtur, Deum in carne cum hominibus conversari, ac divina virtute præclara illa miracula edere ; at certe longe mirabilius, ac incredibilius per Deivirilem ejus figuram, hæcce patrari prodigia. Quemadmodum enim plena res miraculo est, ut qui credidissent in eum, in Deum, inquam, hominem verbum, majora, quam ipse, opera facerent ; uti promissio *, ac longe amplius rerum ipsa experientia ostendit : sic omnino majus ad stuporem, ut per suam ipse depictam imaginem *c*, præstantiora ac potiora prodigia operetur, quam quæ sit operatus per carnalem terrenæ conversationis dispensationem. Rem vero nunc oratio declarabit.

E

F

* Joan. XIV, 12.

[c]

Religionis christianæ per orbem triumphus, converso tandem Constantino, confirmatur,

2 Post gloriosum enim Domini in cælos per nubem ascensum, ac Paracleti Spiritus in terram ignis figura descensum, emissis apostolis in universam terram, ac per eos salutari pietatis sermone ubique disseminato, universus dæmonum error e terra profligatus est, omnisque cognitionis divinæ fides in mundo plantata, tametsi idolorum cultus obtineret, ac impii tyranni per id tempus imperium administrarent. Dei siquidem per orbem universum diffusæ Ecclesiæ,

EX AUCTARIO COMBEFISII.

A clesiæ, persecutionibus appetitæ, ac conflato in eas bello, majori robore confirmabantur; victricesque, magis effulgebant. At ubi Deo placuit, quæ ejus clementia ac benignitas est, ut christiano populo, piissimum ac christianissimum ungeret imperatorem; maximum, inquam, ac apostolis æqualem Constantinum; liberum pietatis lumen, terrarum universum orbem circumfulsit. Non enim ex cælo, aut per cælum ejus fuit unctio ac vocatio; sed e cælo per Christum revelationem accipit. Cum enim pretiosam crucis figuram, sole splendidius collucentem vidisset in cælis, atque expressis mirabiliter stellarum complexione literis, legisset, in hoc vince; scientiæ Dei lumen mox animo suscepit, seque fide Christi uti thorace muniens, vivificam illam figuram, quæ apparuerat, ex auri argentique materia effinxit *d*, jubens præire in bellis; ejusque munimine, gentes omnes barbaras in fugam agens, præclarus victor ac triumphator, adversus hostes omnes ac inimicos effectus est.

d

qui, Byzantii in Tetrastylo imaginem Christi erexit, cujus miraculum unum e multis jam proferetur e

3 Cæterum divino illi prosperante Numine, ac vivificæ crucis roboratus auxilio, imperium transtulit, a seniori Roma, ad hanc a Deo munitam novam Romam, eamque, cum prius appellaretur Byzantium, ex suo dictam nomine, Deo adjutore condidit. Porro magna hac urbe media *e*, columnis quatuor suffultum atrium fornice in orbem fastigiata exstruxit, contegens æreis tegulis, eoque signum victricis crucis deponi jussit, ad cujus partem orientalem figuræ dominicæ venerandam imaginem effingens, a fidelibus universis spectandam ac adorandam erexit. Ex tunc vero, hactenusque *f*, sacratissima ejusmodi figura, clara ac celebris fuit, gloriam habens a miraculis ac sanitatibus, universisque veneratione colentibus. Unius itaque e multis illis maximisque miraculis, ad eorum, qui adsunt, utilitatem, atque ad certam eis faciendam fidem, hic loci contexturus sum narrationem; quo ex limbo, quod dici solet, tela manifestetur.

f

Theodorus, mercator, naufragio facto, in desperationem incidit,

4 Fuit vir quidam imperante Heraclio *g*, pietate ac modestia notus, Theodorus nomine, divitiis multis affluens. Hic, maximam prorsus navim habens, mercaturam faciebat, ea adornans marinas profectiones ab urbe Constantinopoli ad orientales plagas *h*: cumque eo aliquando venisset, ac bene negotiatus, in urbem suam ac patriam rediret, venit in quemdam dithalassum locum *i*, ventisque validis exceptus, uti præsentissimum discrimen veritus, totius vecturæ jacturam fecit; ac vix tandem incolumis a tanto periculo, navi vacua, solus ipse cum nautis Constantinopolim appulsus est. Cum itaque in magna anxietate ac afflictione ex eo casu ageret, deliberavit vendita navi, monachi vitam inire. Ac vero, id apud se consilii agitans Theodorus, rem totam uxori defert. Illa, ut erat honestis moribus ac sobria, viri illud consilium optimum libens suscepit, sollicitaque urgebat ad implendum, ita inquiens : Festina, Domine mi, rem ejusmodi Deo acceptam implere, ac noli bonum tuum propositum in longiores moras differre *l*. Quippe solet non raro temporis mora, consilium mutare, ac obscurare bona.

g

h

C

i

l

at ab amico monitus recreatur,

5 Profectus autem ut navim venderet, viro cuidam noto ac perquam amico obviam factus est. Videns ille cum magna tristitia incedentem, ac mæsto vultu, ait ad eum : Heus tu amice Theodore, quamobrem ita concidit vultus tuus, ac tristitia cor tuum implevit propter naufragii casum? Confide itaque, ac noli esse mæstus, spem totam conferens in universorum curatorem, ac provisorem Christum, vitæ illum præbitorem, ac omnium largitorem bonorum : in illum inquam, cui facile est, ut novissimis tuis benedicat magis quam principio, ac reddat tibi plura prioribus. Ad hæc Theodorus : Equidem, amantissime frater, probo omnia quæ dixisti, ac ita habere credo. Enimvero existimo, quinimo certus sum, hæc mihi accidisse per providentiam Dei, ut inde commodum referam, ac saluti animæ consulam. Id ego intelligens ac animo reputans quod maxime saluti conducat, mecum ipse decrevi, ut venderem navim; atque a mundi tumultibus ac curis absolvens meipsum, Deo quiete seorsim servirem. At ille, nequaquam frater, per adversum casum hoc præstare velis : potius vero abi ad necessarios ac notos amicos, tantamque ab eis argenti ac auri summam mutuo accipe, quanta sufficit ad negotiationem; tumque juxta tuam peritiam, ac consuetudinem negotiare. Quippe potens est Deus, lucro te multiplici augere, ut et accepta sub usuris restituas, ac amissa recipias.

fusaque ad B. Virginem prece, amicorum opem implorare certus,

6 His ergo ac hujusmodi sermonibus persuasus Theodorus, a suo illo desiderio ac consilio motus est, nihil tamen pristinæ pietatis oblitus ac prudentiæ. Rursum vero, ad Deum, ejusque intemeratissimam matrem confugiendum ratus, concito cursu ad mundi asylum ac celebratissimum pergit templum Blachernarum *m*, seque in solum jactans coram sacra ac intemerata imagine, vere ac proprie Dei Genitricis ac Christi Dei nostri ex ea nati sine semine, in lacrymas effusus efflagitat, quod sibi bonum ac conducens foret. Post hæc inde surgens, vadit ad uxorem, nuncians ei quæ amicus exposuisset. Illa vero, plena prudentia, nolensque viro ac capiti contradicere, ejus acquiescens proposito ac voluntati, ita ad eum : Quicquid, Domine mi, placitum est in oculis tuis, hoc et facito, modo Dei semper timorem præ oculis habeas.

m

omnes adit necessarios, a quibus repellitur.

7 Abit itaque Theodorus ad necessarios, ac sinceriores amicos, quibuscum sæpius versatus esset, ac communem cibum sumpsisset, variosque contractus pro mercatura fecisset, a quibus gratiam se pro gratia suo illo afflicto casu ac necessitate, inventurum speraret. Obsecrans vero rogabat, ut sub usuris aurum ab eis acciperet, ad instruendam navim, ac merce onerandam. At illi, haudquaquam sustinuerunt eum audire, dixeruntque : Equidem lubentes, escas necessarias, ac modicum aliquod præsentis indigentiæ, tamquam amici amico, miseranter conferemus solatium; aurum vero negotiationis causa, ac præsertim nauticæ, dare non possumus. Eo ab eis responso Theodorus consilii inops, domum revertitur valde tristis, pro duritia cordis, ac animo immisericordi eorum, qui amici videbantur; aitque ad conjugem : Age! mulier, impleamus quam Deo vovimus promissionem, ac monachi vitam capessamus : nam ut video, præsentis temporis homines, majori in mensam ac ingluviem, quam in dilectionem ac fidem affectu habent. Illa ad eum : Quod placet in oculis tuis, dulcissime vir, hoc faciamus : seu magis, Domini in nobis fiat voluntas.

F

—

ANNOTATA

A

ANNOTATA.

a *Hanc narrationem eruit Combefisius ex ms. regio, membraneo, vetusto, in quo etiam descriptæ erant duæ illæ epistolæ Gregorii II ad Leonem Isaurum missæ, quas primum publici juris fecit Fronto Ducæus* (1). *Codicem qui hisce notis respondeat, non invenio in veteri catalogo. Codex* 773, *qui habet epistolas Gregorii et narrationem de* Abramio *est chartaceus ac sæculo* XV *rudi manu exaratus* (2). *Sed parum refert ad propositum nostrum, codicis sedem accurate cognoscere, quum ex Hardtii catalogo Monacensi ætatem homiliæ hujus sufficienter determinare possimus. Cfr Disquisitionem prævium, num.* 12. *Translationem Combefisii, fere ubique retinere oportuit : quia satis otii nactus non sum ad eam penitus mutandam aut ad novam substituendam. Subinde tamen eam, sin latiniorem, saltem clariorem reddere sategimus. Titulum hunc præ se fert :* Salutaris narratio

B de Domini imagine in Chalcopratiis; quamobrem dicta sit Antiphonetes, deque Theodoro nauclero et Ambramio *(sic)* Hebræo.

b *De solennitate cujus occasione pronuntiata fuerit hæc oratio diximus num.* 12 *et* 14. *Notanda sunt quæ, in codice bibliothecæ Viennensis obvia, duas dominicas continuas nomine* τῆς ὀρθοδοξίας *insignitas fuisse innuunt. Singularis est ni fallor ille titulus. Hodie jejuniorum secunda dominica, famosi Gregorii Palamæ memoriam agunt Græci.*

c *Verbum hoc* εἰκονιγραφή imago picta *ostenderet, nisi jam res aliunde pateret, hanc orationem Irenes reginæ temporibus antiquiorem non esse. Nam pro statua Christi antea in Tetrastylo fixa, quam confringi jussit Leo Isaurus, imaginem musivo opere* διὰ ψηφιδίων *confectam, post concilium Nicænum II reposuit Irene Leonis Chazari vidua* (3). *Posteriori utique, non priori imagini respondet græca vox.*

d Labarum *significat, de cujus descriptione ab Eusebio in Vita Constantini* (4) *tradita, mirum quantum disseruerint eruditissimi*

C *viri. Monogramma Christi præcipue ortum dedit plerisque controversiis, quæ tamen nunc circa usum hujus symboli ante Constantini ætatem et ejus post eumdem imperatorem vices potissimum versantur. Nondum enim plane monumentis certis probatum est, quod merito ex Eusebii verbis conjicitur, monogramma Christi ab imperatore non inventum, sed a christianorum usu assumptum fuisse. De tota hac quæstione adeas, si lubet opera Martignii* (5), *et Joannis B. de Rossi, qui cæteris omnibus hac in re præstat* (6).

e *Cæteri omnes scriptores, ut videre est apud Cangium, imaginem Salvatoris in Chalce seu triclinio palatii magni positam fuisse asserunt, ita ut non aliud atque aliud Chalcem et Tetrastylum existimare debea-*

mus. Porro ut primum ædificium hujusmodi D *a Constantino constructum fuisse minime negamus, ita et ipsum tempore Justiniani, aut multo minus anonymi nostri adhuc stetisse non admittimus. Ab Anastasio enim restauratum jam fuerat. Statuæ autem Christi, Leonis Isaurici jussu confractæ* (7), *suffecta est ab Irene uxore Leonis Chazari, imago musivo opere depicta, quæ rursus, Leone Armeno regnante, dejecta, post mortem Theophili suo loco restituta fuit. Prima tamen imago, quam annos* 415 *stetisse perperam tradit Codinus, quum eam erexisset Constantinus anno jam* 312, *quo nondum Byzantium, relicta Roma, concesserat, tempore* Abramii *adhuc exstabat. Ad eam ut et ad imaginem ab Irene positam multa esse perpetrata miracula ex Codino et Anonymo de Antiquitatibus auctore discimus. De his omnibus vide Cangium* (8) *et Bandurium* (9), *et Acta nostra ad diem* 9 *augusti* (10).

f *Vide notam præcedentem et* c. *Imago hæc erat Christi ad crucem affixi : at prior statua absque cruce verisimilius fuit.*

g *Heraclii tempora non recte hic notari* E *monuimus in Disquisitione prævia, numm.* 13, 14 *et* 17.

h *Haud dubio ad illas partes collatum est illud iter, quæ infra evidentius demonstrantur. Vide igitur notam* c, *ad paragraphum sequentem.*

i Dithalassum locum. Bithalassa loca *dixit Rufinus, in spuriæ epistolæ Clementis ad Jacobum translatione* (11). *Vox illa notat aut locum, duobus maribus interjacens, aut certe in quo duplici impetu aguntur fluctus : ita ut duo maria inter se pugnare videantur* (12). *Talia loca non pauca fuisse in mari quod alluit Asiam minorem, docet conspectus littoris promontoriis et sinubus abundantis. Quod quidem navibus a terra vix discedentibus valde periculosum erat.*

l *Sermones isti qui hinc inde miscentur in hac narratione, oratoris sunt, qui personas loquentes inducit quo diligentius animum advertant auditores. Proinde fidei narrationis non obsunt.*

m Templum Blachernarum. *Notissima Cpolis veteris ædes, de qua vide Cangium* (13). F

(1) Auctarium novum, pars post. col. 644. — (2) Catalogue des Manuscrits, Paris 1740. tom. II, pag. 148, num. 23 et 24. — (3) Cangius, Cpolis christiana, lib. II, pag. 116, ed. P. — (4) Lib. I, cap. XXXI. — (5) Martigny, Dict. des antiquités chrétiennes. Paris 1865. — (6) Vercellone, Dissertazione sulla bibbia greca vaticana, appendice; de Rossi, Bulletino di Archeologia crist. anno primo, pag. 62 et seqq.; Spicil. Solesm. tom. IV. pag. 529 et seqq. — (7) Cpolis christiana, lib. II, pag. 116, ed. P. — (8) Ibid. pag. 114, 115 et 116, ed. P. — (9) Imperium Orient. tom. I, part. III, pag. 9, num. 22. et tom. II, pag. 475, ed. P. — (10) Acta SS. tom. II Augusti, pag. 428 et seqq. — (11) Decretales Pseudo-isid. pag. 54, ed. Hinschii. — (12) Stephani Lexicon, ed. Didot, sub hac voce. — (13) Cpolis Christiana, lib. IV, pag. 83, ed. P.

A

§ II. Christum vadem judæus Abramius accipit semel atque iterum. Theodori prosperum iter.

Abramium postremo judæum convenit, qui vadem rogat, a b

Dum hos interim, ac iis similes sermones miscent, venit in mentem Theodoro Hebræus quidam Abramius nomine *a*, qui res ejus jam olim nosset *b* ; is, cum prioribus temporibus pingui eum fortuna videret, ac felici successu mercaturam sciret facere, rogarat, ut aurum ab ipso acciperet, cupiens in eorum societatis partem venire, quæ ex lucro ei accederent. At Theodorus quem non haberet fidei socium, in mercaturæ socium renuebat assumere. Cogitavit ergo, ut præfatum Abramium domi conveniret. Cum autem eundo ad dictum transiret Tetrastylum, quo sacræ ac dominicæ figuræ, divina quadam B specie similitudo expressa erat, intentis in eam oculis, ac manibus in cælum expansis, intente precans, Dominum Christum orabat, ut suum illuc iter dirigeret ac prosperaret. Inde abiens ad præfatum Abramium, obsecrabat præbere aurum, quo navi necessarius ad mercaturam commeatus suppeteret. At Abramius, memor priorum supplicationum, utque sæpius olim rogans, minime fuisset exauditus, subsannans pariter exprobransque, ita respondet: Domine Theodore, cum dives esses, rogante me, ut auri summam ex me reciperes, quanta sufficeret, non sustinuisti, nolens in partem lucri socium admittere; nunc vero cum sis redactus ad angustias maximas, ac extremam paupertatem, quomodo venisti ut ex me fœnus mercaturæ causa, idque nauticæ quæreres? Siquidem enim mari periculum accidat, ac aurum pereat quod ex me petis, a quo mea recepturus sum, te paupere ut non sis solvendo? verum si vis voti compos fieri, præbe vadem, qui sit solvendo ac tutus, tumque accipies quotquot pecunias necessarias habes.

quod quum præstare tentaret Theodorus, spe frustratus est,

9 Inde ergo exiens Theodorus, vadit ad amicum, qui prius exeunti domo obvius fuerat, ipsumque ad aurum mutuo accipiendum induxerat. Narrat ei universa quæ deinceps contigerant, ut ii, qui amici videbantur, eum repulissent, utque Hebræus promisisset daturum fœnus, sponsorem tantum requirens. At ille : Ipse scis, amantissime amice, ut argento ac auro destitutus sim, quibus huic tuæ afflictioni solatium aliquod possim afferre : sed rursus nec Hebræus ille me vadem volet, qui et ipse sciat meam paupertatem. Cæterum non recuso præstare, quod meæ est facultatis, in tui opem. En ibo tecum, ac una rogabimus mercatores nobis notos ac amicos ; fors reveriti, cedent supplicationi nostræ, ac pro te, Hebræo sponsores fient. Abeunt ergo ambo ad illustrem quemdam ac valde divitem, olim Theodori amicum, eique rem exponunt, narrantes, quæ Hebræus promisisset, ac fuisset locutus; rogantque ut velit cum eis ire, ac spondere. At ille Theodorum repulit dicens : Abi a me, homo : tantum enim abest, ut ire velim ad scelestum judæum ac infidelem, ut neque cum eo sermonem miscere, aut ei ave dicere possim. Cumque familiares alios ac amicos eodem modo adiisset, nec apud ullum gratiam invenisset, inanis in domum suam reversus est.

EX AUCTARIO COMBEFISII.

Christumque ut sponsorem invocare constituit,

10 Porro autem sic afflictionem moleste tulit, tantaque eum tenuit vis doloris, ut nihil interim gustaverit, eoque vespere incænatus manserit. Ubi vero illuxisset, vadit precaturus ad celebratissimum præsanctæ Dei genitricis templum, quod est in Blachernis : postque absolutas preces, constituit ad Hebræum reverti. Vadens itaque, ut propius ad prænominatum Tetrastylum accessit, jactans se in pavimentum coram sacra Domini figura, gemens ac lugens ex imo pectore, precatur dicens : Domine Jesu Christe, omnium spes finium terræ ; adjutorium ac refugium omnium ad te confugientium, provisor ac curator omnium in te sperantium : tu, Domine, nunc quoque adjutor meus ac sponsor esse digneris, quamquam indignus sum ; ac inclina cor Abramii Hebræi ut exaudiat meam petitionem, ac aurum ad mercaturam præbeat ; dum id tibi placitum sit, ac mihi utile : siquidem es solus Deus, qui omnia nosti priusquam fiant, ac unicuique distribuis quod cuique utile sit, teque decet gloria in sæcula.

ad cujus imaginem in Tetrastylo affixam judæum adducit.

11 Hæc vero precatus Theodorus, cœpit assumere animos, ac exultare spiritu, velut invento jam sponsore quæsito, ac voti compos. Vadit itaque ad Abramium, aitque illi : En feci juxta quod promittens dixeras, invenique sponsorem, terribilem illum ac valde magnum, qui per omnia possit tutum præstare. Abramius ad eum : Veniat ergo homo ille, ac fidei jussionnis cautionem faciat, tumque accipies auri pondo quantum volueris. Theodorus vero ad illum : Nequit fieri, o frater, ut is nunc veniendo vexetur, ac ad te accedat ; tu magis ad eum me itineris socio venire velis : quippe hoc expeditius sit. Ille ceu divino quodam nutu ad bonitatem inflexus ac compunctus corde, surgens statim Theodorum secutus est : atque ut ambo proprius accessissent ad præfatum Tetrastylum atrium, rogat Theodorus Abramium modicum sedeat : eumque e regione sacræ Domini imaginis sedisset, multa fiducia digito imaginem indicans : Velim scias, amice, cum multo ubique studio quæsierim, ac sim scrutatus, nullum ditiorem aut majorem potuisse me invenire sponsorem. Scito igitur hunc mihi esse fidejussorem Dominumque : ac rogo acceptes, pro mea exilitate ac F paupertate vadem constitutum, ac respondentem.

Hominis fidem miratus Abramius *vadem Christum accipit :*

12 Verum Abramius ad eum stupens sermonem, sed viri fidem admirans ad eum ait : Non prorsus nescis, o amice, Hebræos inter ac Christianos fidei discrimen quantum sit, quod maxime spectat, ad nuncupatum illum Christum, cujus nunc mihi characterem ostendis, ac quem velut sponsorem proponis. Nonne dicitis vos, fuisse affixum cruci a patribus nostris, ac morte damnatum? Qui ergo tantum hostem, nec meum modo, sed et universæ gentis Hebræorum, in fidejussorem accipere possim? Verum enimvero, quamquam forte res ejusmodi non mihi vacat periculo, videturque omnimo incommoda, atque absona, propter nihilominus tuam illam pietatem ac fidem in religionem tuam haud vacuum abire patiar : quin tuum illum vadem accepto ac aurum præbeo quantum cupis. Hisque dictis, confestim domum reversus, ac auri quinquaginta libras *c* effundens (tot enim Theodorus mutuo se accepturum dicebat) numeravit, appenditque ; eamque auri summam per famulos gestans, venit

EX AUCTARIO COMBEFISII.

venit iterum ad Tetrastylum, ac coram sacro Domini charactere, aurum quod inferebat deponens, ad Theodorum ait : En, coram Deo tuoque illo sponsore, trado fœnus : tu modo illud accipe.

pecunia mutuo sumpta, proficiscitur Theodorus iterumque naufragus, d

13 Accipiens autem Theodorus quinquaginta libras auri, iis, suæ navi congruam vecturam coemit; implensque rerum ad usum diversis speciebus, ac conductis in ea nautis ad partes Syriæ navigavit *d*. Cum vero Tyrum ac Sidonem venisset, multo pretio advectas merces vendidit : multasque ex ea venditione lucratus pecunias, merces in Oriente venales pretio comparans, pretiosis aromatum odoramentis, aliisque optimis mercibus, navim denuo oneravit. Solvens itaque, navigare cœpit Constantinopolim. Vento autem violento flante, mari terribiliter inflato, fluctibusque vehementer insurgentibus, gravi navis tempestate ac periculo tenebatur. Porro nautæ præsentem ejusmodi necessitatem videntes, jacturam faciebant vasorum, quæ erant in navi, conantes alleviare, si quo modo possent suæ saluti consulere. Ut autem omnino se in angustias coactos viderunt, relicta omnes navi, scapham ascenderunt : ac navis quidem mox
B subversa, naufragio periit; ipsi vero, protegente Dei providentia, salvi omnes evasere una cum Theodoro non enim erant longe a terra : ac Christo gratias egerunt pro salute inexspectata.

vix salva navi Constantinopolim revertitur.

14 Porro Theodorus in tali angustia constitutus, adeoque gravi afflictione, lamentis lugubribus deplorans, aiebat : Heu me miserum, qui in tantam calamitatem ac angustias tantas incidi! Væ infelici, in peccatis pariter concepto ac nato! heu tristi fortuna hominem, qui et alienas pecunias cum meis perdiderim! quid de me fiet, quidve agam, nescio. Dubius sum quo vadam, aut quam viam tenere habeam. En factus sum mundo mala fabula : amicis spectaculum; gaudium inimicis, vicinis probrum. Quibus oculis visurus sum beneficum illum virum? aut quomodo me ipsum producam, vacuis manibus reversus? Qua vero etiam fiducia oculos intendam in sponsorem meum ac Dominum, qui confusus, atque in summas redactus angustias, omnino fastidio sim habendus? Hæc, atque his similia deplorans Theodorus, indigenas omnes occurrentes ad miserationem movebat. Ac vero, cum multum universi laborem ac operam
C juvando posuissent, vix tandam vacuam navim ex aquis potuerunt extrahere. Qua itaque licuit diligentia componentes, solvunt inde atque ad Constantini urbem veniunt.

Clementer habet Theodorum Abramius,

15 Cæterum ubi Abramio innotuit Theodori adventus; atque adeo ubi omnia didicisset, quæ in mari illi acciderant, venit cito ad eum. Inveniens autem in solo prostratum, ac lacrymis humum perfundentem, omnesque circumstantes eo casu tristes, ac verbis consolantes, etiam ipse pro mali gravitate miseratione affectus, ac calamitatem solans, in hæc verba affatur : Surge, frater, nec lamenteris, aut animo dejecto sis : quinimo, gemitus sistens ac lamenta, da gloriam Deo, ac veni ad me domum, Deusque res nostras curabit, ut fuerit visum. Post dies vero aliquot surgens Theodorus, sese ad Abramium confert. Ut itaque propinquavit Tetrastylo atrio, procidens coram sacra Domini figura, adoravit cum lacrymis stratus humi, multis gratias agens, pro Dei in ipsum providentia. Tumque veniens in Abramii domum, ingressus est vultu in terram demisso, abjectus, confusus.

novamque auri

16 Videns vero Abramius sic dejecto, ac compositio ad tristitiam habitu, iterum verbis lenibus consolari cœpit, aitque ad eum : Ne concidat in te cor tuum, amantissime, nec sis mœstus animo; quin omnia quæ acciderunt longanimiter ac virili constantia sustine; atque a me iterum quinquaginta auri libras accipiens, rursus utere tua nundinariæ rei peritia ac scientia. Quippe potest Deus per eas subministrare, nedum amissas pecunias, sed et multo plures, ac majori præ illis cumulo. Tumque aurum extrahens, dansque portandum famulis, una se cum Theodoro confert ad illud quatuor columnis subnixum atrium, aitque ad eum : Accipe domne Theodore, has quoque quinquaginta libras auri, coram sponsore tuo, ac vade in pace : Dominusque Deus faciet prosperum iter, ac dirigit viam tuam ante te : hoc sciens teneri te omnino obstrictum cum tuo sponsore, ut centum librarum auri *e* summam reddas. His ita dictis gestisque, reversus est Abramius in domum suam. Sic porro rem dispensari fecit, universorum curator ac provisor Deus, ad amborum salutem, qui nimirum vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, quemadmodum dicetur in sequentibus.

summam ipsi commodat.

e

E

Tertio vela solvens, Theodorus huc illuc ventis jactatur,

17 Coemptis autem Theodorus diversis mercium speciebus, uti etiam prius, ac onusta navi, conductisque nautis, in procinctu jam ut portu vela solveret, vadit primum ad universorum Salvatorem, ac suum sponsorem; procidensque coram sacra Dei hominis imagine, cum lacrymis ac gemitibus, obsecrabat misericordiæ visceribus affluentissimum Dominum, ut sibi comes esse dignaretur, suumque illud iter dirigeret ac prosperum faceret; salvumque a periculis maris ac malis omnigenis præstaret. Tum abit ad Abramium, ut ei vale dicat. Ait vero ille ad eum : Serva te ipsum tuto, o frater, et cave mari te committas hyberno tempore, qui scias ut mare fallax sit, ac multa pericula habeat. Quod si adjuvante Deo, facilis tibi mercium distractio contingat, satque auri ex illis percipias, mitte nobis aliquam partem summæ sub usuris acceptæ, si modo occurrant, sive mari sive terra, qui ad nos opportune perferre possint. Erit siquidem nonnihil hoc ad solatium, si quid sinistri ac infortunium aliquod circa navim contingat. Theodorus ad eum : Domini voluntas fiat, ipse enim, quæcunque voluit fecit, facitque, F in cælo et terra; in mari, et in omnibus abyssis. Vale igitur dicto, ac conscensa nave, aspirante secundo vento, paucis diebus ad sinum quem vocant Atlanticum devectus est : contrariis vero vehementibus ventis excipientibus, eorum flatu ac impetu, imo Dei præscio futurorum consilio, ad dies multos inviti jactabantur. Se igitur in loca penitus ignota devectos invenerunt, ne quicquam scientes ubi versarentur.

donec tandem in insulam ignotam delatus felicissime negotiatur.

f

18 Cum sic autem incerto ferrentur cursu, ac anxii essent, en apparet coram e regione quædam insula *f*, habitoque mutuo consilio, visum est Dei nutu, navem ad eam appellere, ac qua mundi plaga versarentur, discere. Ut ergo descendissent, tunc noverunt, occiduas se partes, id est maris extrema circa Oceanum, legisse. Congressu itaque cum incolis habito, ac de mercibus collocuti, ac commutatione, pactum ineunt, ut totam vecturam illis tradant : recipiant vero, quod illis stannum ac plumbum repositum erat; ut nummo uno, centum stanni libræ venirent, plumbi vero ducentæ, reliqua vero mercium hujusmodi pro auri ratione acciperent.

Impleverunt

A Impleverunt ergo bonis præfatis navim suam, tumque supputantes ac numerantes, invenerunt ad justum navis onus, auri libras quinquaginta superare; ut tota vectura lucro accessisset.

EX AUCTARIO COMBEFISII.

§ III. Miracula quæ Theodori fidem subsecuta sunt. Abramius baptizatur; fit presbyter.

Theodorus summam quam acceperat per fluctus maris remittit,

Porro Theodorus per se cogitans quod acciderat, dubius hærebat : verum intelligens totum hoc providentiæ divinæ esse prodigium, ac certissime ita credens, spemque omnem in universorum Domino Jesu Christo sponsore suo omnino ponens, atque humanam omnem dubietatis ac infidelitatis cogitationem a se depellens, arculam ex lignorum aptat materia, intusque ac foris fide magis quam pice muniens obliniensque, quinquaginta libras auri in ea ponit; scribens quoque in hæc verba epistolam : In nomine heri ac Dei, Salvatorisque ac Domini omnium Jesu Christi sponsoris mei : nunc velut viventem atque præsentem amplector atque alloquor ac saluto, humilis ego Theodorus, meum cum Deo benefactorem ac creditorem, domnum Abra- E
mium. Scias velim, domne Abrami, omnes nos, sospitante Deo, bene valere. Quia vero Dei in nos providentia, recte nobis ac prospere cessit mercatio, en misi ad te per meum sponsorem, quinquaginta libras auri. Eas ergo a me accipe, ac memor nostri vale. Obsignatam itaque epistolam, super aurum posuit intus arcam, omnique ex parte accurate obducens, stetit ad littus maris, intendensque in cælum, Deum invocavit, ac dixit : Domine here Jesu Christe, Dei ac hominum mediator; qui habitas in excelsis, ac humilia respicis; qui omnia ad hominum salutem agis, exaudi vocem orationis famuli tui hodie; quique mihi fueris idoneus sponsor, ipse tu, divina tua virtute ac providentia, hoc quoque aurum redde meo benefactori ac creditori Abramio. In te quippe confisus, clemens Domine, ac tua fretus virtute, indubia fide, arculam hanc mari committo *a*.

a divino fretus auxilio, quo per somnium simul ipsi et Abramio demonstratur.

20 Ubi hæc gemitu ac lacrymis ex toto corde, nihil dubitans fuisset precatus, arcam in mare projecit; reversusque ad hospitium, rem totam ac facinus secreto narravit, fidelissimo suo protonauclero. Ille supra modum admirans viri indubiam fidem, ad multas horas mansit mutus, stupens pariter ac glorificans Deum. Cum itaque vespera advenisset, se ad somnum convertunt : jam autem die illucescente, advocans Theodorus seorsim præfatum fidelissimum virum, ei narravit visionem, quam illa nocte aspexisset, ita loquens : Putabam, inquit, stare me Constantinopoli, in Tetrastylo, coram sacra Christi Domini imagine, qui pro me spopondit : videbarque videre stantem prope benefactorem meum ac creditorem Abramium. Interim vero aspicio arculam, quam projeci in mare, velut in aere suspensam ; quo cognito, versus sum in stuporem : moxque vox ex imagine erumpens, ait : Accipe Abrami meam sponsionem. At ille expansis ulnis, capsam suscepit : confestimque evigilans, me trementem sensi : Ecce vero Dei gratia certius omnino persuasus sum, evasisse aurum incolume, ac fuisse redditum in

ANNOTATA.

a Abramius *seu* Ἀβράμιος *ubique, præterquam in titulo diei* 28, *scripsimus, quoniam hoc potissimum modo et scripsisse et dixisse videntur Græci. Nomen* Ἀβραάμ *versione* τῶν ὁ *pervulgatum, patriarchæ Hebræorum plerumque reservabant.*

b *Judæis olim in urbe synagogam fuisse loco, quo postea ædes Chalcopratiana Deiparæ erecta est, ibique eorum domos jacuisse tradit Codinus* (1). *A Theodosio juniore, juxta eumdem auctorem, inde sunt expulsi, quod haud dubio errori Joannis Zonaræ causæ fuit, qui ait, Theodosio I regnante synagogam Judæis ereptam fuisse, ipsisque dein ab imperatore tale ædificium in urbe habere vetitum* (2). *Sæculo* XII, *quando scribebat Zonaras,*
B *in Peræa, hodie* Pera, *ultra Galatam, urbis suburbio, ubi eos omnes habitare testatur ejusdem ætatis viator Benjaminus Tudelitanus, jam sedem fixerant. Sed tempore* Abramii, *de quo hic agitur, forsan ex urbe nondum omnes excesserant* (3). *Nuspiam aliquid legi, quo Judæos Cpoli vi expulsos fuisse probaretur : ideoque potius eos, prohibita in urbe synagoga, in suburbium, quo liberius et tranquillius agere possent, sponte concessisse.*

c *Quinquaginta libræ auri valent* 16, 4 *fere gallica chiliogrammata, et, si pondus spectetur, paulo infra sexagies mille francorum summam conficiunt* (60,000) (4).

d *Verisimilius ad easdem partes rediit, ad quas jam semel accesserat, ut aromatibus præsertim seu arabicis et æthiopicis mercibus, quarum Alexandria Ægypti præcipuum erat emporium, navem suam oneraret. Illinc autem Tyrum præsertim et forte etiam Sidonem hæ merces asportabantur* (5). *Posset ergo fieri ut Tyrum aut Sidonem appulisset Theodorus. Sed quid juvat anonymi verba serio interpretari, qui evidenter Sido-*
C *nem et Tyrum, Scripturæ sacræ exempla secutus, jungit. Quum tamen accurate notet, quo habita sint duo itinera Theodori, qualesve merces sit negotiatus, verisimile est saltem populi memoria aliquid certi hac de re servatum esse.*

e *Circiter centum quindecim millia francorum, pondere utique tantum spectato.*

f *Hæc haud dubio demonstrant insulas Britannicas : sed non facile admitterem mercatorem Byzantinum eo usque progressum esse. Res miraculo non careret, quod auctoritate homiliæ alicujus accipere prudentia vetat. Plumbum ergo et stannum in portubus Galliæ aut Hispaniæ coemerit Theodorus. Argentum potuerit etiam in Hispania acquirere. Sufficit hoc ad historiæ veritatem. Cætera verisimilius deputanda vulgari opinioni, et oratoris eruditioni, qui vulgares narrationes suo modo explicat.*

(1) De ædificiis, pag. 43, ed. P. — (2) Zonaræ annales, lib. XIII, cap. XVIII, pag. 33, ed. P. — (3) Cangius, Cpolis christ. lib. II, pag. 163, et lib. IV, pag. 83 et 167, ed. P. — (4) Hultsch, Griechische und Römische Metrologie. pag. 119 et 239, cfr pag. 249 et 252. (5) Ritter, Erdkunde, Th. 17. Abth. 1, pag. 344, 390 et 391.

EX AUCTARIO COMBEFISII.

manus Abramii mei creditoris. Similiter etiam Abramius, eadem ipse nocte, somnium videt perquam mirabile, totusque stupore correptus est. Diluculo igitur fidelissimum famulum accersens, cœpit enarrare in hunc modum quod in somnis vidisset : Videbam, inquit, me nocte hac venisse ad Tetrastylum, ac stare prope expressam illic imaginem. Videbam vero Theodorum, christianum illum mercatorem, cui etiam fœnus præbui, una mecum stantem, ac mihi dantem aurum, atque dicentem : Hanc a me summam accipe, sub præsentia sponsoris mei : putabamque me illud accipere, ac manibus tenere : ac ecce tibi dico, fili mi, fuisse revera ab eo missum aurum, quod hodie debeo recipere. Sed veni, eamus ad littus, si quam forte navim alicunde videamus venire.

Aurum recipit Abramius *stupens,*

21 Euntes itaque ambo ad oram maris, steterunt ad longum satis tempus circumspicientes : ac navim quidem nullam redeuntem viderunt : intenti vero fluctus ea die tumentiores contemplabantur. Porro accessit Abramius, ut pedes aquis lavaret, videtque obscurum quid in fluctibus enatans, quod ad ipsum delabitur. Accersito ergo famulo comite, ostendit quod vidisset, ac jussit accipere. Ille nonnihil in aquas progressus, rem prehendit, ac manibus levans, vidit quidem capsam esse, sensit vero etiam pondus vecturæ, aitque ad eum : Quam nunc bonum somnium evenit Domino nostro! Quippe arbitror hanc capsam esse plenam pecuniis. Abramius autem undequaque lustrans, ac omni ex parte bitumine ac pice oblitam videns, diligenterque obsignatam, putavit esse mercatoris, qui mari in discrimen venisset. Tollentes igitur capsulam, festine domum reducunt; ac aperientes, vident supra sacculum obsignatam epistolam triplici notatam cruce, loco inscriptionis. Numerantes vero aurum, invenerunt summam solidorum trium millium sexcentorum *b*. Tum demum explicans Abramius epistolam, eamque legens, mansit per tempus haud modicum totus hians, præpedita voce præ multa admiratione ac stupore, in se itaque reversus, ac miraculi magnitudinem intelligens, procidit in faciem, clamans ac dicens : Magnus est revera christianorum Deus; qui facit mirabilia magna solus; magnaque est fides ejus fidelium. Stupentibus autem domesticis omnibus ad eum clamorem, ac subitam adeo tantam mutationem, aperuit Abramius rem ut haberet, legens epistolam sub omnium adspectu. Universi vero unanimes glorificaverunt Deum.

b

at redeuntem Theodorum,

22 Deposito igitur Abramius in capsa auro una cum litteris, vigenti semper memoria grande illud miraculum habebat; stupens omnipotentem Christi virtutem, ac exspectans adventum Theodori. Post itaque vernum solstitium, solvens Theodorus ab ea insula aspirante vento commodo, dierum paucorum spatio Byzantium venit. Ut vero Abramius audivit venisse, festine gaudens ad eum se contulit : mutuamque ambo impertiti salutem, sederunt alacres. Cœpit vero Theodorus referre omnia quæ accidissent in navigatione; ut vel inviti projecti fuissent in memoratam insulam, utque in ea plumbi ac stanni negotiationem fecisset, accepta insuper quinquaginta librarum summa : ut item conficiens capsulam, in ea posuisset dictam auri summam, adjecta quoque epistola, eamque diligenter obducens in mari deposuisset, ac ad eum misisset: inter hæc verba, hoc quoque percunctans ac quærens, quanam is die ejusmodi depositum accepisset.

ut tentet, negat se aliquid accepisse, atque ideo ad Tetrastylum adductus,

23 At Abramius tentare volens, omnimodam prætexens ignorantiam, fingebat nihil se omnino illorum scire, nec quicquam prorsus accepisse. Theodorus autem indubia præditus fide, spemque firmam retinens in Christum Jesum, qui pro ipso spopondisset, multa fiducia ad eum ait: Equidem, frater, credo utique, ac omnino certus sum, recepisse te, quod in arca ad te aurum mari destinavi, curante ac providente Salvatore Christo, qui se indigno mihi vadem præbuit; sin tamen asserens dicis te nihil recepisse, veni eamus simul ad sacrum Domini characterem, qui spopondit pro me, dicque coram eo, nullum te aurum recepisse, ac tum sermoni quem ais fidem habebo. Abramius autem hoc se prompto animo facturum promisit, non velut omnino negaturus, sed ut accuratius clariusque rem cognosceret. Ut autem venerunt ambo ad sacrum Tetrastylum, projecit se Theodorus in faciem, coram sacra Domini figura, gratias agens Christo, qui salvum fecisset, ac prosperasset; quique sic bene, adeoque utili dispensatione res ejus gubernasset.

divinique luminis radio percussus, Christum profitetur et baptizatur;

24 Tunc vero surgens, ac manus in sacram Dei hominis figuram expandens, exclamavit voce magna : Sponsor meus, ac meus Salvator, num meo creditori Abramio dedisti aurum quod tibi consignavi? Dum hoc Theodorus loquitur, videt statim Abramius, virtutem quamdam, instar fulguris, e divina illa ac intemerata imagine emicantem, ac ipsum circum fulgentem; procidensque humi velut mortuus factus est. Theodorus vero accipiens aquam, ei in faciem aspersit, ac excitavit clamantem ac dicentem : Magnus est Deus christianorum : tu Domine Christe, solus Deus es, qui facis mirabilia magna valde. Aitque Abramius : Vivit Dominus, et benedictus Deus : non intrabo in domum meam, donec effectus sim christianus. Interim res vulgata est, in omnes qui novam Romam, magnam illam civitatem, incolebant : quin etiam ad ipsas usque imperatoris aures, Heraclii scilicet, imperii sceptra tunc moderantis, fama ejusmodi pervasit. Is ergo accersens viros, atque ab eis diligenter prodigia divina, quæ contigissent, addiscens, glorificavit et ipse miraculorum effectorem Deum, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire : moxque accersens Sergium, qui id temporis pontificem agebat, jussit baptizare Abramium cum tota domo. Ubi itaque universos ejus domesticos fidei rudimenta docuisset, numero septuaginta quinque animas, eos baptizavit, in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti.

solennis deinde fit ad Tetrastylum supplicatio.

25 Post septem autem dies, præcepit imperator, ut civitas tota uno loco congregaretur, fieretque processio ad Tetrastylum. Porro ipse etiam Heraclius imperator, una cum archiepiscopo Constantinopolitano Sergio, totaque cleri ac populi multitudine comitante processit : intentaque prece fusa, jubente imperatore, allata est capsa cum auro, ac epistola, quam etiam universo populo audiente legi præcepit. Ubi allata ac lecta fuisset, mirabilia Dei clarius universis innotuerunt, magnaque Theodori fides in communem omnium Salvatorem Christum. Sed et hoc præcepit Heraclius; ut nimirum arca, coram sacra Domini imagine, ad perpetuam in futuras

A futuras generationes, ac numquam abolendam memoriam, deposita servaretur. Enimvero miraculorum Deus, qui facit omnia, transmutatque sola voluntate, nunc quoque, velut semper, excellentem suam potentiam ostendens, prioribus maximis ac insolitis miraculis, novum aliud prodigium cumulo adjecit. Post enim divinum ex aqua et Spiritu, Dei amantissimi Abramii cum tota domo regenerationem, assumens eum vere pro nominis ratione Theodorus ille, venit ad navim, eam mercibus advectis exoneraturus.

Postea argentum, ex stanno et plumbo divinitus factum, Deo consecrant

26 Considerantes autem, ac circumquaque diligenter aspicientes, magni Dei opera mirabilia viderunt. Quippe stannum inventum est mutatum in primum ac præstantissimum argentum, quod quintuplum signatum ac purgatum vocant: plumbum vero in argentum deterius: probatum tamen; ut et ipsum mutatum nihilominus fuerit in argentum secundum. Admirantes ergo, vehementiusque ambo stupentes pro Dei magnaliis, prudenti consilio, ac pia concordia, statuerunt mirabilia Dei dona, Deo rependere, ac sacræ ædi, magnæ clementis Dei Sapientiæ, donarium offerre *c*. Una vero cum consilio ejus- *c*
B modi ac proposito, etiam opus secutum est: totam siquidem navis vecturam, ex stanno ac plumbo in argentum arcana quadam ratione mutatam, divino ac maximo templo obtulerunt, quod Dei Verbi Sapientiæ titulo nuncupatur. Conflantes ergo, ac malleis ducentes, aurificum ac argentariorum metallicæ peritorum opera, sacratissimum universum sanctuarium, una *d*
cum ambone, argento obduxerunt *d*, quemadmodum videtis, et conspicuum est usque adhuc; quia vero, nihil tantis tamque magnificis Dei donis ac muneribus, dignius aliud rependendum ac majoris pretii putaverunt, totos se universorum Domino Christo obtulerunt.

Theodorus et Abramius, *quorum ille monachi, hic presbyteri vitam amplectitur.*

27 Ac Theodorus quidem abrenuntians sæculo, ac rebus sæculi, una cum uxore, monasticum vitæ institutum iniit, amboque, bene ac honeste conversati, vitam consummarunt *e*. Abramius autem divino impulsus zelo, in ipso Tetrastylo semisphærico, ubi sacra Domini figura expressa erat, oratoriam domum Deo construxit *f*. Ea vero re cognita, Sergius archiepiscopus, eo se conferens, recens exstructum illud *e*
f
C oratorium dedicavit, ac altare cum reliquiis posuit, ordinans ad sacrum in illo ministerium, ac divinam liturgiam, Abramium quidem, presbyterum; duos autem ejus filios, non tantum jam in fide sed et in operibus consummatos, diaconos. Magnifice ergo ac splendido illo die facto convivio ac lætitia, quotquot confluxerant, omni gloria præstantem Dominum glorificaverunt, qui facit mirabilia magna et gloriosa, ac stupenda, quorum non est numerus: cum quibus nos quoque universi spiritaliter hodie, dilectissimi, collætantes, submittamus gloriam Patri et Filio et Spiritui sancto: quippe illi est gloria ac potestas, in sæcula sæculorum. Amen.

EX AUCTARIO COMBEFISII

ANNOTATA.

a *Pluries jam sufficienter exposuimus quæ de his miraculis prudentes sentire possunt. Magno sane beneficio Theodorus et* Abramius *tam feliciter rem suam gesserunt, idque Deo acceptum referre debebant, etiamsi nullum aliud prodigium intercessisset. Vid. Disq. prævium, num.* 12.

b Nomismata *quæ græce nominantur, sunt* solidi, *quorum* 72 *continebat libra. Proinde* 50 *libræ auri ter millia sexcentos solidos valebant.*

c *Vid. annot.* a.

d Bema *seu sanctuarium et* ambonem *fuse describit Cangius* (1). 40,000 *libras argenti in eorum ornatum a Justiniano collatas fuisse monuimus Disq. prævia, num.* 15. Abramius *verisimilius hujus argenti partem aliquam dedit; quam tamen non definit anonymus noster.*

e *En bonam utique ad meliorem statum conversionem, cujus causa fuit animus erga Deum gratus, non desperatio, prout initio accidit. Cfr num.* 4 *et seqq.*

f *Hæc verba de altari quod erexisset* Abramius *interpretatur Combefisius* (2), *ut mihi videtur perperam. Oratorium ædificavit* Abramius, *quod forsan initium fuit monasterii Abramitarum, cujus situs in urbe nos latet.*

(1) Cpolis christiana, lib. III, pag. 41 et seqq. ed, P.; cfr Suicerus, sub his vocibus, et Cangius, Lexicon infimæ græcitatis.

— (2) Auct. novum, pars post. col. 644 et 645, not. 5 et 6.

ACTA SANCTORUM

OCTOBRIS

DIES VIGESIMA NONA

SANCTI QUI IV KALENDAS OCTOBRIS COLUNTUR

S. Narcissus, episc. Hierosolymitanus.

S. Genitus, conf. non pont. Biturigibus.

S. Hyacinthus,
S. Quintus seu
S. Quintinus,
S. Felicianus et
S. Lucinius seu
S. Lucius,
martyres in Lucania.

S. Zenobius, presbyter et martyr Antiochiæ.

S. Basilius, episc. Lunensis.

S. Terentius, episc. Metensis.

S. Appianus, episc. Afer, Papiæ in Italia.

S. Eusebia, V. et M. Bergomi in Italia.

S. Jacobus, episc. Sarugensis.

S. Theodorus, abbas, Viennæ in Gallia.

S. Ermelindis, V. Meldradii in Brabantia.

S. Baldus, pœnitens apud Senones in Gallia.

S. Colmanus mac Duach, episc. in Hibernia.

S. Sigebertus, rex Anglorum Orientalium et martyr.

S. Kennera, V. in Galwedia, pago Scotiæ.

S. Majorianus, conf. non pont. in Arvernia Gallica.

S. Laudoveva, culta ut regina Silvanectibus in Gallia.

S. Anna Euphemianus, monialis Constantinopoli.

S. Merwinna et Elfledis seu Ethelfledis, abbatissæ Rumesejæ in Anglia.

S. Stephanus, episc. Calatinus.

S. Eadsius seu Eadsinus, archiepiscopus Cantuariensis.

B. Ricwera, monialis ordinis Præmonstratensis.

B. Abramius, abbas Rostoviensis.

BB. Berengerus, Wirundus et Theodoricus, abbates Formbacenses in Bavaria.

B. Petrus Monoculus, qui et Igniacensis, abbas Claræ-vallis in Gallia.

BB. Margarita et Ida, priorissa et monialis Bingii in Germania.

B. Ida de Leewis, monialis Cisterciensis, Ramejæ in Brabantia.

B. Henricus de Bottis, episc. Gebennensis.

B. Benevenuta Bojana, V. ex ordine FF. PP. Forojulii in Italia.

B. Angelus Canetulus, canonicus regularis S. Salvatoris, Bononiæ.

B. Lucia Bartolini Rucellai, ex ordine FF. PP. Florentiæ.

APPENDIX

De tribus Turibiis Hispanis, Asturicensi, Palentino et Libanensi.

PRÆTERMISSI

A D

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI

Parisius translatio S. Genovefæ virginis; quæ translatio facta est die præcedenti, sed hic recolitur, *utique propter impedimentum festi SS. Simonis et Judæ. Hæc ad præsentem diem leguntur in editione Usuardi Hagenoyensi. Vide itaque quæ diximus ad præcedentem diem in Prætermissis, et beatæ virginis Acta ad diem* III januarii.

S. Salvius, *episcopus Ambianensis, commemoratur hodie in supplemento Martyrologii Gallicani Saussayi atque inde in Martyrologio Universali de Saint-Allais; uno die erratur. Nam, ut hesterna die in S. Salvio Bragensi monuimus, genuinus natalis S. Salvii Ambianensis est* 28 *octobris; quamquam de eo, secundum Martyrologium Romanum, in hoc opere nostro*
B *actum est ad diem* XI januarii.

S. Paulus Thebæus, *eremitarum princeps, laudatur hodie in codice Sirmundiano et in duobus aliis Mediolanensibus. Ejus autem Acta illustrata sunt ad diem, qua pariter a Græcis et Latinis colitur, nimirum* XV januarii.

S. Ceolulfi, regis Northumbrianorum, *memoriam recolit hodie Challoner in Martyrologio suo Britannico seu Antiquæ pietatis Britannicæ monumentis. Ad proxime præcedentem diem diximus jam de hac commemoratione in Prætermissis; ubi et monuimus ejus Acta jam data esse in opere nostro ad diem* XV januarii.

Commemoratio reformationis S. Romualdi *a B. Alexandro II papa anno* 1072 *confirmatæ fit hodie a Menologo Donaverdensi et a Lechlero in Martyrologio suo Benedictino. Plura ea de re omittimus, quum Acta S. Romualdi jam pridem edita fuerint ad diem* VII februarii.

S. Abramius *asceta annuntiatur hodie in om-*
C *nibus Græcorum et Slavorum kalendariis, exceptis Cpolitano Morcellii, fastis Lindebrogii* (1), *veteri Neapolitano, et Eclogadio Cryptoferratensi : quorum duo ultima ad diem* 22 *decembris de ipso meminerunt. Armeni autem die præcedenti eum colunt, quod suo loco notare omisimus. Ipsi plerumque jungitur* Maria neptis ejus, *cujus historia intime connectitur cum avunculi gestis. Uterque Latinis ignotus hac die, nisi quod Abramium Molanus in Auctario, Abramium et Mariam Pœnitentem cardinalis de Noaliis in Martyrologio Parisiensi, Mariam Pœnitentem Arturus in Gynecæo, Mariam Pœnitentem, Novam, Hellespontinam, Castellanus laudavit. At Maria Nova certe expungenda est; nam iste titulus errori debetur, in quem post decessores nostros plures alii lapsi sunt, quum crederent Abramium, ducem S. Mariæ Novæ apud Joannem Moschum* (2), *illum esse anachoretam, ducem spiritualem Mariæ neptis suæ. Sed* Ἀβράμιος ὁ ἡγούμενος τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς Νέας *significat præsulem alicujus monasterii aut ecclesiæ Deiparæ. Unde etiam patet hinc non posse definiri ætatem qua vixerit Abramius. Quoniam autem de illo celeberrimo anachoreta iterum conceditur verba facere, liceat paucis contra Assemanium nostrorum decessorum opinioni sua jura vindicare. Demonstrasse enim rati sunt Abramium in Hellesponto, prope Lampsacum, sæculo* VI, *vitam solitariam egisse, non in Syria, tempore magni Ephræmii, atque illum Ephræmium ejus discipulum, qui Vitam conscripsit magistri sui* (3), *a celeberrimo Syro diacono omnino esse distinguendum. Suæ sententiæ patronum*
E *producebant Simeonem Metaphrasten, qui Vitam ab Ephræmio conscriptam retractavit et auxit, eique Lampsaci urbis mentionem inseruit* (4). *At hæc non placuerunt Assemanio qui, quum in manuscriptis codicibus Ephræmio Syro Vitam Abramii assignari videret, contendit quarto sæculo vixisse Abramium, quando adhuc multi idololatræ erant in Syria; Metaphrastæ fidem non esse habendam; attulitque locum Chronici Edesseni, syriace conscripti, in quo signabatur mors Abramii cujusdam Chidunensis ad Edessam reclusi ad annum* 356 (5). *Quum vero eadem argumenta, ultimo excepto, jam proposuisset diu ante Tillemontius* (6), *Metaphrastæ, ut norunt omnes, justo iniquior, Abramium Syrum fuisse Ephræmii æqualem et magistrum aut certe amicum, Chidunæ ad Edessam urbem anachoretam, uno ore dixerunt quotquot postea de Abramio egerunt. At cur quæso tam parvi fil auctoritas Simeonis? Donec appareant nova documenta, ob*
F *oculos habemus ex altera parte testimonium alicujus Ephræmii, quem nemo probaverit Syrum illum fuisse, qui nihil de patria dicit, ex altera autem Simeonis, viri certe eruditi, cui visum est, nescimus qua de causa, addere quædam opusculo Ephræmii. Quis stabit judex? Errarunt certe decessores nostri in interpretandis Joannis Moschi verbis, quæ latine tantum legerunt, ac proin in determinanda ætate Abramii : at cætera quæ habent nondum serio confutata sunt. Quoniam nihil omnino affertur ad labefactanda Simeonis dicta, manet ejus verbis, quibus nullo pacto contradicit Ephræmius, sua auctoritas. His notatis, cætera quæ ad vitam Abramii pertinent vide ad diem* XVI martii.

S. Narcissi, *episcopi sui, natalem adscripserunt præsenti die, qua S. Narcissi, episcopi Hierosolymitani, festum agitur, Gerun-*

(1) Acta SS. tom. II Martii, pag. 434, num. 6; cfr Annus Græco-Slavicus, pag. 3, num. 12. — (2) Pratum spirituale, cap. 68. — (3) Acta SS. tom. II Martii, pag. 436 et seqq.; græce in Ephræmii operibus, ed. Roman. tom. II (græce), pag. 1 et seqq. — (4) Latine ap. Surium, ad diem 16 martii; græce ap. Migne, Patrol. Græca, tom. CXV, col. 43 et seqq. — (5) Bibl. Orient. tom. I, pag. 36 et 396; Kalendaria eccl. univ. tom. V, pag. 524. — (6) Mémoires etc. tom. VI, pag. 586 et 785.

denses

A *denses eorumque exemplo Augustani in Suevia* (1). *Ut ex Officiis propriis patet, agunt et ipsi clerici insulæ Sardiniæ hodie festum S. Narcissi, episcopi Gerundensis. Hinc in Clavi Hispaniæ sacræ annuntiavit hodie, secundum kalendaria liturgica Gerundensia, Petrus Sainz de Baranda festum* S. Narcissi, episcopi Gerundensis et martyris; *sed et in editionibus Usuardi Hagenoyensi, Lubeco-Coloniensi et Greveni legitur ad præsentem diem :* In Augusta Sueviæ natalis S. Narcissi, episcopi et martyris, qui convertit S. Afram; *nisi quod typothetæ Hagenoyenses loco* Augusta Sueviæ *impresserint* Gundahyzaviæ: *alias varietates omitto. Quamquam hæc disjuncta non sunt, junxit tamen ea magis Walasser in Martyrologio germanico Canisiano, aperte perhibens S. Narcissum, Gerundensem episcopum, venisse cum Felice diacono ex Hispania Augustam; ibi convertisse S. Afram meretricem, S. Hilariam matrem et tres ancillas, paulo mox martyres futuras; postea rediisse Gerundam ibique fecisse martyrium. Obscura quæstio an S. Narcissus,* B *episcopus Gerundensis, et S. Narcissus, episcopus Augustanus, sit unus idemque vir. In Actis sinceris S. Afræ, martyris Augustanæ, Narcissus episcopus apparet, sed sine sedis titulo, qui S. Afram ejusque domum baptizavit* (2). *B. Notkerus Balbulus, monachus Sangallensis, qui ab anno* 843 *ad* 896 *manum Martyrologio suo aliquando apposuit* (3), *ubi S. Afram ad diem* 7 *augusti laudat, aperte dixit Narcissum* episcopum Gerundensem *fuisse* (4). *Quæ ille hausit proculdubio ex Historia conversionis S. Afræ, ejus Passioni assuta. In hac enim historia legimus* (5) : Ipse autem episcopus Narcissus, perfectis ordine rebus, post menses novem ad Hispaniam profectus est, ad civitatem Gerundam. In qua multum populum Deo acquisivit per tres annos. Et ita demum martyrii palmam cum diacono suo Felice attigit. *Unde consequitur ab antiquis temporibus fuisse traditum S. Narcissum, patrem spiritualem S. Afræ, episcopum fuisse Gerundensem. Verumtamen illius* C *Historiæ auctoritas summa non est, quandoquidem S. Narcissus anno* 307, *seu triennio post S. Afram, quum jam nulla amplius in Hispania fierent martyria,* martyrii palmam cum diacono suo Felice attingere *non potuit. Complures itaque, quos inter Tillemontius, Historiæ conversionis S. Afræ confidere non ausi, maluerunt dubitare an Narcissus Augustanus et Narcissus Gerundensis unus esset vir. Affirmarunt decessores nostri ad dies* 18 *martii* (6) *et ad* 5 *augusti* (7), *et post eos Franciscus Dorca* (8), *Antoninus Merino* (9) *et Jacobus Villanueva* (10). *Sed nuperius Bonifacius Gams* (11), *nixus silentio liturgiæ Mozarabicæ et Prudentii poetæ, eum prætereundum esse duxit; promptius quam cautius. Inter decessorum reliquias exemplar reperi Legendæ, quam ex Passionali ms. Herbipolensi de-* D *scripsit olim Gamansius; similiter lectiones, anno* 1509 *forma solemni Gerunda Augustam missas; præterea Sermonem Olivæ, episcopi Vicensis, qui circa medium sæculum* XI *claruit* (12); *et demum hymnos aliquot, in festo translationis S. Narcissi cantandos. Sed in his nihil occurrit quo suscitata dubia reprimantur; adeoque lectiones Gerundenses, initio sæculi* XVI *usitatæ, apertissimis fabulis auctæ sunt. Ex his itaque manifestum est non multum lucis hinc affulgere. In tanta autem caligine nihil cautius fieri posse videtur quam ea sequi quæ ad diem* 5 *augusti in Actis S. Afræ in opere nostro disputata sunt, aut quæ in iisdem tradita fuerunt de S. Narcisso Gerundensi, qui et Augustanus, ad diem, qua nomen ejus Martyrologio Romano inscriptum est,* XVIII martii.

S. Vincentii Ferrerii translatio *hodie annotata erat in Usuardo aucto Carthusiæ Bruxellensis; qui codex in opere nostro passim laudatus est a decessoribus. Sed S. Vincentius Ferrerius videtur substitutus esse S.* E *Vincentio Madalgario seu Sonegiensi; cujus translatio (ut paulo inferius liquebit) reapse præsenti die recolitur. Cæterum S. Vincentii Ferrerii Acta illustrata fuerunt ad diem* V aprilis.

S. Sabas in Gothia *commemoratur ad diem* 29 *in Eclogadio Cryptoferratensi; quem quidem, licet annuntiationem S. Sabæ Gothi in aliis Græcorum libris hodie legamus, additis his verbis* in Gothia *facile a suo homonymo et cive distinguimus, duce militum, qui Romæ passus est. Vide igitur quæ de eo scripserunt nostri ad diem* XII aprilis.

S. Wolbodonis, *episcopi Leodiensis, translatio, anno* 1656 *a Sanfelicio, Alexandri papæ VII nuntio per Belgium, peracta, recolitur hodie in Kalendario Benedictino Donawerdensi et in Lechleri Menologio Benedictino. De hac translatione dictum est ad diem, qua beatissimus vir olim colebatur,* XXI aprilis.

S. Sabæ ducis militum *Menæa excusa et unus codex Mediolanensis hodie memoriam agunt, synaxarium vero ejus habent* F *ad diem, qua a Latinis et a Græcis præcipue colitur et a nostris laudatus est sanctus martyr; quæ est* XXIV aprilis.

Cassiope in insula Corcyræ, S. Donati, de quo scribit beatus Gregorius papa. *Hæc in Martyrologio Romano Baronius, qui non agnovit eumdem Donatum quem fastis suis inseruerat ad diem* 30 *aprilis. De sancto illo bis jam egerunt decessores nostri, ad diem genuinam, et ad diem qua recolitur ejus reliquiarum translatio, inter Prætermissos diei* 7 *augusti. Sed non adeo plene, ut quædam addenda non supersint. Notum est ex iis, quæ locis supra laudatis scripta sunt, S. Donati sepulcrum ornatissimum in urbe ejus episcopali Eurœa seu potius, ut ad recentiorem Græcorum prolationem scriptu-*

(1) Acta SS. tom. II Martii, pag. 621. — (2) Ibid. tom. II Augusti, pag. 58. — (3) Cfr Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 270. — (4) Martyrol. ad 7 aug. ap. Canisium et Basnagium, Monum. antiq. tom. II, part. III, pag. 163. — (5) Acta SS. tom. II Augusti, pag. 56. — (6) Ibid. tom. II Martii, pag. 621. — (7) Ibid. tom. II Augusti, pag. 45. — (8) Colleccion de noticias para la historia de los santos martires de Gerona, pag. 185 et seqq. — (9) España sagrada, tom. XLIII, pag. 298 et seqq. — (10) Viaje literario, tom. XIII, pag. 1 et 114. — (11) Die Kirchengeschichte von Spanien, tom. I, pag. 302. — (12) Editus est a Florez, España sagrada, tom. XXVIII, pag. 265.

ram

A *ram ipsam conformemus, Euria. Ibi etiam exstitisse urbem sancti cognominem refert Nicephorus Callistus, qui id ab aliis fando audivit,* ἐπυθόμην (1). *De hac urbe scripsisse videtur Procopius, juxta quem Justinianus imperator duo castella* S. Donati *in agro Justinianopolitano ac Photicensi reparavit* (2). *Non adeo ab urbe Photice dissitam fuisse Euriam discimus ex eodem auctore, ubi de urbibus in Epiro ab eodem imperatore munitis agit, et Euriæ ipsius, antiquæ urbis, incolas in insulam vicinam facilius defendendam trajectos fuisse tradit* (3). *Verisimilius alterutrum ex castellis duobus, de quibus supra, novæ urbi adjectum fuerit, ipsumque est quod postea* Castel Saint-Donat *a Normannis nuncupabatur, et in regione ipsa hoc nomen diu retinuit, ut intelligimus ex fragmentis epiroticis a Bekkero editis* (4). *Urbs Paramythia nunc temporis huic castello successit, si fides habetur viatori gallo Pouqueville* (5); *quem mira hallucinatione, licet virum eruditum, deceptum fuisse deprehendimus, quum* Aidoni
B *recens nomen pagi, Paramythiæ subditi, ab antiquis fabulis et mythis plutonicis derivavit* (6). *Quod si historiam S. Donati, quam minoris facit et ad fabulas amandat, melius nosset, vidisset vir linguæ græcæ recentioris peritus,* Aidoni *nihil aliud esse ac S. Donatum,* Ἅγιος *in* Ἄϊ *sensim correpto. Verum hæc non sufficiunt ad determinandam quæstionem utrum veteri an novæ Euriæ nomen antiquum adhæserit, post Justinianum, et alterutri respondeat Castellum S. Donati seu Paramythia. Recentior sane Paramythiæ origo indicat illam novæ Euriæ successisse. Tempore S. Gregorii magni, ut docemur ejus epistolis, permanebat adhuc Euriæ appellatio, quum episcopus et clerus urbem suam, verisimilius ob Avarum infestationes, reliquerunt et cum corpore S. Donati in insulam Corcyræ migrarunt. Unde nata lis de jurisdictione, quam videas in epistolis S. Gregorii ipsius* (7). *Videntur postea in urbem Euriam relatæ fuisse reliquiæ; nam quum Veneti Cephaleniæ insulæ,*
C *quæ Epiri oræ adjacet, potiti fuissent, edocti locum in quo jacebat sacer ille thesaurus, clam eo se insinuarunt, illumque in suam patriam asportarunt* (8). *Plerisque tamen placet verba Andreæ Danduli, Veneti chronologi, ita interpretari, ut censeatur corpus tunc Cephaleniæ conditum fuisse, quo fuisset a Corcyra delatum. At non vacat hic de his longius disserere : sufficiat opinionem indicasse, cujus legenti Chronicon rationes patebunt. Hæc autem anno* 1125 *gesta sunt. Ab hoc tempore corpus S. Donati quievit in ecclesia S. Mariæ Assumptæ in insula Muriano, prope Venetias, quæ pertinebat ad diœcesim Torcellanam. Qua de causa hujus ecclesiæ titulo additum est nomen S. Donati et facta est* ecclesia S. Mariæ assumptæ et S. Donati episcopi et conf. (9). *Novissima translatio corporis ad sacellum proprium in eadem ecclesia, facta 7 augusti* 1656, *enarratur in nostro opere ad diem 7 augusti* (10) *et apud Flaminium Cornelium* (11). *Harum translationum memoria agitur in antiqua diœcesi Torcellana ad diem 7 augusti, ut videre est in Tabulis ecclesiæ Venetæ* (12). *Cætera quæ ad S. Donatum pertinent quæras ad diem* xxx aprilis. D

Discipulorum Cyriaci et sociorum ejus *meminit Evangeliarium Melchitarum Antiochenæ ecclesiæ apud Angelum Mai* (13). *Quod quid significet, viderint quibus codicis inspiciendi copia est. Certe latet in his verbis aliquis error aut scribæ, aut translatoris, aut demum editoris. Quum mentio* sociorum *martyres indicet, forsan Cyriacus hic laudatur episcopus, de quo fabulantur Græci ad præcedentem diem. Quod si verum est, vide quæ notantur in opere nostro ad diem* iv maji.

Augustoduni S. Joannis, episcopi et confessoris. *Hæc hodie leguntur non in editione omnium prima, sed in sequentibus editionibus Martyrologii Romani Baronii; qui in annotatis addidit :* De eodem tabulæ *seu kalendarium liturgicum* ecclesiæ Augustodunensis. Ejus Vita scripta fertur a Walfrido ejus successore. *Accepit hanc annuntiationem atque etiam notationem præclarus vir ex Martyrologio Galesinii. Hinc Saussayus ad præsentem diem scripsit in Martyrologio Gallicano :* Augustodini Æduorum, S. Joannis, episcopi et confessoris, quem etsi ipsa Augustodunensis ecclesia nec colit, nec recolit, Romana tamen, omnium mater et magistra, suis diptychis, bene meritorum ejus conscia, annua commemoratione venerandum adscripsit. *Quid itaque beatum virum inter Prætermissos referimus ? Vidit scilicet Castellanus hic errorem cubare et propterea adscripsit ad marginem loco* Augustoduni *scribendum potius esse* Hagustaldii in Anglia, ubi hic Joannes episcopus fuit. *Idem suggerit Franciscus Maria de Aste, archiepiscopus Hydruntinus, in Observationibus super Martyrologium Romanum, affirmans tradi a Pagio in Critice Annalium Baronii* F *ad annum* 687, *num.* 7, *et ad annum* 721, *num.* 6, *hunc Joannem unum eumdemque esse ac Joannem episcopum Eboracensem seu Hagustaldiensem. Verum neutro loco ea de re disputat Pagius, sed explicat dumtaxat tempora S. Joannis Eboracensis. Nihilominus certissime expungendum est* Augustoduni. *Habuit quidem hæc ecclesia tres episcopos, nomine Joannes : quorum primus, Joannes de Arceis, anno* 1343 *ad sedem Lingonensem translatus est; secundus, Joannes Rolinus, vita functus est anno* 1483; *tertius, alter Joannes Rolinus, exstinctus est anno* 1501: *sed ex his nullus ab aliquo umquam fastis sacris inscriptus fuit. Neque alius quispiam Joannes apparet in Vitis sanctorum patronorum, martyrum et* E

(1) Niceph. Call. lib. XII, cap. 45, pag. 348, ed. græco-lat.— (2) De ædificiis, lib. IV, num. 4, pag. 75, ed. P. — (3) Ibid. lib. IV, num. 1, pag 68, ed. P. — (4) Corp. Scriptt. hist. Byz. Epirotica, pag. 217 et 228. — (5) Voyage de la Grèce, tom. II, pag. 152. — (6) Ibid. pag. 132 et 138. — (7) Epistt. lib. XIV, ep. 7, 8 et 15. — (8) Andreæ Danduli Chronicon, lib. IV, cap. 14, et lib. IX, cap. 12, ap. Muratori, tom. XII, col. 61, 62 et 273. — (9) Moroni, Dizionario di erudizione, tom. XCI, pag. 558 et 559; Stato personale del clero di Venezia, 1855. — (10) Acta SS. tom. II Augusti, pag. 181. — (11) Eccles æ Torcellanæ, part. II, pag. 59. — (12) Officia propria, Venetiis, 1845, pag. 285. — (13) Scriptt. vett. tom. IV, part. II, pag. 49.

episcoporum

A *episcoporum Augustodunensium, quæ anno* 1713 *venerunt in lucem; neque in breviariis aut calendariis liturgicis Augustodunensibus de ullo Joanne fit mentio, qui in universa ecclesia non celebretur. Sed an* Hagustaldium *substituendum est? Substituatur aut potius omnino tollatur annuntiatio. Ex notationibus enim Galesinii et Baronii patet designari* S. Joannem, *episcopum Hagustaldiensem et Eboracensem, qui communiter Beverlacensis dicitur. Baronii verba dedimus. Galesinii sunt hæc :* E tabulis ecclesiæ Augustodunensis. Illius sane Vitam scripsit Walfridus episcopus, qui in illius locum successit. *Inter Augustodunenses præsules nullus fuit Walfridus aut cujus nomen ad hanc formam accesserit. Sed S. Joannes qui, relicta sede Hagustaldiensi, Eboracensem conscenderat, quum hanc quoque relinquendam duxisset, ut reliquam vitam Beverlaci viveret, substituit sibi sacerdotem suum Wilfridum; qui S. Wilfridus Secundus seu Junior dicitur et cujus Acta declarata fuerunt in opere nostro*

B *ad diem* 29 *aprilis : nam alter S. Wilfridus, nempe Primus seu Senior, præcessit S. Joannem in sede Eboracensi et in opere nostro illustratus fuit ad diem* 24 *aprilis. Porro, ut in Prætermissis ad diem* 12 *octobris videre est, in fastis sacris et imprimis in Martyrologio Romano* Wilfridi *nomen sæpius in* Walfridum *facili mutatione convertitur. Quæ vero a S. Wilfrido Juniore Vita scripta fuit, hactenus nondum typis impressa est; sed ea dumtaxat, quæ sub medium sæculum* XI, *plus tribus sæculis post* S. Joannis *mortem, composita fuit a Folcardo, monacho Cantuariensi. Quæ omnia aliunde confirmantur. Galesinius enim erroris auctor non est, sed Maurolycus, qui in suo Martyrologio ad præsentem diem scripsit :* Eodem die B. Joannis, episcopi Augustodunensis, de quo Beda scribit. *Sed Beda non scripsit de episcopis Augustodunensibus, sed lib.* V *cap.* 2 *Historiæ ecclesiasticæ Anglorum atque alibi laudavit S. Joannem, episcopum Hagustaldiensem, seu Eboracensem et Beverlacensem. Multis*

C *diebus atque etiam* 25 *octobris olim colebatur hic S. Joannes Beverlacensis; verumtamen in antiquis libris nuspiam reperi diem* 29 *octobris. Sed hæc sufficiunt, quum jam pridem in his Actis de S. Joanne Eboracensi seu Beverlacensi dictum fuerit ad diem, qua in Martyrologio Romano etiam inscriptus est,* VII maji.

Natalis S. Euphrosynæ *annuntiatur hodie in auctariis Bedæ S. Cyriaci Romanis. Quæ solitaria annuntiatio proculdubio pertinet ad translationem quamdam reliquiarum alterutrius S. Euphrosynæ; scilicet aut S. Euphrosynæ, virginis Alexandrinæ, cujus reliquiæ in Gallias pervenerunt, aut S. Euphrosynæ, martyris Terracinensis principatu Trajani. De illa dictum est in opere nostro ad diem* XI februarii; *de Terracinensi ad* XII maji.

S. Rictrudis, *olim Marcianis in agro Atrebatensi celebris, annuntiatur hodie in Usuardo Molani, in Martyrologio Germanico Canisii seu Walasseri, in Supplemento Gallicani* D *Saussayi, in Catalogo generali sanctorum Ferrarii et in Gynecæo Arturi. Non fugit hæc memoria Papebrochium in Commentario, quem præmisit S. Rictrudis Actis ad diem* XII maji.

Translatio S. Yvonis *annuntiatur hodie in kalendariis veterum Breviariorum Briocensis, Leonensis, Rhedonensis et abbatiæ S. Melanii Rhedonensis, quæ Lobineau et Tresvaux initio Vitarum sanctorum Britanniæ Armoricanæ ediderunt. Jam supra in prætermissis ad diem* 27 *hujus mensis docuimus de hoc sancto ejusque corporis translationibus fuisse actum in opere nostro ad diem* XIX maji.

B. Andream Pescariensem, *præstantem ordinis FF. Prædicatorum in Valle Tellina operarium, laudat hodie in Hagiologio Dominicano Emmanuel a Lima. Ejus Acta in opere nostro exstant ad diem* XIX maji.

Ven. Bedæ presbyteri *natalem hodie observant Angli, ut ex officiis propriis Angliæ recentioribus apparet. Anno* 1855 *Nicolaus cardinalis Wiseman, archiepiscopus Westmonasteriensis, ejusque suffraganei, qui ad* E *Immaculati B. M. V. Conceptus definitionem dogmaticam Romam se contulerant, et complures alii cardinales et episcopi petierunt a SS. D. Pio papa IX ut eruditissimo viro* ecclesiæ doctoris *titulum concedere vellet, ejusque festivitatem die* 29 *octobris (ut jam pridem fit in Anglia) in universa ecclesia peragi juberet; rati virum in universa ecclesia tam celebrem non minus hoc honore esse dignum, quam complures recentiores. Sed ne kalendarium Romanum, tot onustum nominibus, plane reformandum sit, negandum visum est posterius postulatum; contra* doctoris *titulus concessus. Episcoporum Angliæ petitio edita est in Analectis juris pontificii* (1); *ipsa autem venerabilis viri Acta in opere nostro, ad diem, qua Martyrologio Romano inscriptus est,* XXVII maji.

Mediolani S. Quintini confessoris *natalis hodie annuntiatur a Galesinio in suo Martyrologio; in quod eum intulit, secutus, ut in notationibus perhibet,* calendarium anti- F quum ecclesiæ Mediolanensis et librum scriptum. *Hac auctoritate idem nomen ad præsentem diem inseruit Ferrarius Catalogo suo generali sanctorum, fassus tamen in tabulis, id est in kalendariis liturgicis ejusdem ecclesiæ Quintinum nullum adnotatum esse; inseruit et Bosca in Martyrologio Mediolanensi, monens tamen ejus Acta omnino excidisse, quippe quæ nuspiam appareant. Sed in kalendariis locus cultus addi non solet; quamobrem credibile est* Mediolanum *hoc tantum de causa fuisse additum, quod kalendarium origine Mediolanense erat. Quod si hæc genuina causa est, quidni Quintinus sit ex turma S. Hyacynthi, de qua infra? Sin autem merito vocabulum* Mediolani *scriptum est, nonne intelligendus est Quirinus, episcopus Scissianus, olim Mediolani in templo S. Vincentii cultus? (In kalendariis enim* Quirinus *et* Quintinus *sæpe sibi invicem substituti fuerunt.)*

(1) Tom. I, col. 1218 et seqq.

A *fuerunt.) Qui Quirinus Sciscianus jam nobis obvius fuit in Prætermissis ad diem 27 octobris; ubi monuimus genuinum ejus natalem diem esse, ad quem ejus Acta in opere nostro declarata sunt,* IV junii.

S. Barnabas *laudatur hodie in Kalendario veteri Neapolitano. Ejus Acta jam illustrata sunt ad diem* XI junii.

S. Vincentii, confessoris, secunda translatio in cœnobio Sonegiensi *in Hannonia memoratur hodie in additamentis Usuardinis Molani. De hac translatione, quæ etiam his temporibus in universa diœcesi Tornacensi quotannis præsenti die celebratur, dictum est in his ipsis Actis ad diem, qua præcipua celeberrimi hujus ascetæ festivitas agitur,* XIV julii.

S. Kenelmi, *regis Merciorum filii, anno* 819 *proditione occisi,* translationem *in Indice sanctorum octobris ms. a decessoribus annotatam reperio secundum Usuardum auctum Carthusiæ Bruxellensis. Alii martyrologi eum celebrant die obitus,* 3 *novembris, alii longe plures ad diem* 17 *julii. Translationis ejus mentio fit in Actis, sed dies non additur; quemadmodum videre licet in opere nostro ad prædictam diem, qua ejus passionem illustrarunt decessores nostri,* XVII julii.

S. Guinifortem *seu* Gunifortem, martyrem Ticini in Italia, *quod Scotia oriundus dicatur, (Hibernica an Caledonica), adscripserunt suis fastis martyrologi tum Hiberni, tum Scoti. Hos inter Camerarius hodie laudat sanctum martyrem; alii ad alios dies; sed de eo dixerunt decessores nostri ad diem, qua præcipue colitur,* XXII augusti.

SS. Claudii, Asterii, Neonis et Neonillæ, *quorum ultimam rectius Theonillam cum Actis proconsularibus dixeris, hodie elogium recitatur in Menologio Basiliano ultimæ editionis; cui consonant Slavi recentiores. Diebus etiam* 26 *et* 27 *januarii in græcis kalendariis occurrunt. Eorum autem Acta illustrarunt decessores nostri ad diem* XXIII augusti.

S. Melitinæ *martyris elogium, ad diem* 16 *septembris jam obvium, contrahunt hodie*
C *Menæa Græcorum excusa, tum vetera tum recentiora. De iis autem, quæ de sancta martyre resciri potuerunt, commentati sunt decessores nostri ad diem* XV septembris.

S. Eldetrudis virgo *memoratur hodie in Usuardo Greveni. Videtur mihi esse S. Hildetrudis seu Hiltrudis, quæ olim in Lætiensi Hannoniæ cœnobio colebatur ad diem, qua inscripta erat Romano Martyrologio et in his Actis nostris celebrata est,* XXVII septembris.

S. Piati *seu* Piatonis, *qui fidem Tornaci in Belgio prædicavit, memoriam hodie renovat in suo Martyrologio Universali eques de Saint-Allais: qua auctoritate prorsus nescio. Antiquos enim novosque Officiorum propriorum codices, etiam ecclesiarum particularium Tornacensium, habemus: in nullis hodie fit mentio de S. Piatone. Cæterum ejus Acta illustrata vide ad diem* I octobris.

In Monasterio, adventus capitum sanctorum duorum Ewaldorum, presbyterorum et mar- D
tyrum, *annuntiatur hodie in Usuardo Greveni et in editione Lubeco-Coloniensi. De hac translatione, qua anno (ut videtur)* 1074 *Colonia Monasterium, vulgo* Munster, *hæc duo capita devecta sunt, dictum est in opere nostro ad diem, qua eorumdem martyrum Acta examinata fuerunt,* III octobris.

S. Victoris, ducis ex legione Thebæorum, translatio apud Sanctos *seu Xanten memoratur hodie in Greveni editione Usuardi atque inde in Canisiano Martyrologio Walasseri. De hac translatione, de tempore quo peracta est, deque oppidi nominibus dictum est in opere nostro et in auctario ad tomum* V *octobris, ad diem, quo celeberrima illa legio Martyrologio Romano inscripta est,* X octobris.

Eodem die sanctorum episcoporum Maximiliani martyris et Valentini confessoris. *Hæc totidem verbis hodie legimus in Martyrologio Romano; in quod ea illata sunt ex auctariis Molani ad Usuardum, ubi hæc occurrunt:* In civitate Pataviensi, triumphus S. Maximiliani martyris et S. Valentini con- E
fessoris. *Detorserunt hos sanctos fabulatores Hispani (ut ad præsentem diem in Tamayi Martyrologio Hispanico) ad* Vianam in Gallæcia prope Tudem; *sed adversus hoc fabularum genus toties disputavimus, ut in re manifesta eas præterire possimus. Valentinus enim episcopus Passaviensis est, singulariter Martyrologio Romano inscriptus ad diem* 7 *januarii; et Maximilianus, episcopus Laureacensis, iisdem inscriptus fastis ad diem* 12 *octobris. Quamobrem de illius laudibus dictum est in opere nostro ad* VII januarii, *et de S. Maximiliano ad* XII octobris.

SS. Martii, Polycarpi, Valerii, Stephani, Honorati, Terentiæ, Margaritæ, Baldinæ, Sambariæ et Margariæ, S. Ursulæ sodalium, translatio in abbatiam Præmonstratensem Belgicam Bonæ-Spei *recolebatur illic olim. De his dictum est in Gloria postuma S. Ursulæ ad diem* XXI octobris.

S. Maximini, episcopi et martyris ex comitatu S. Ursulæ, apparitio *memoratur hodie a Gelenio. Ea res narrata est in Gloria po-* F
stuma S. Ursulæ ad diem XXI octobris.

SS. Arethas et socii *quoniam iterum hodie in Cryptoferratensi Eclogadio recurrunt, non abs re putavi de impedita illa quæstione, utrum duo Arethæ martyres exstiterint, Romanus alter, alter Homerita, an unus, aliquid conjiciendo proponere. Ut notum est, Usuardus omnium latinorum martyrologorum primus suis fastis Aretham inscripsit, Romæ passum, cum ingenti turma sociorum. Hunc exscripsit Baronius, qui præterea duobus aliis diebus de Aretha cum sociis in Arabia, et de martyribus Negranensibus, suppresso Arethæ nomine, sermonem fecit* (1). *Quum autem nuspiam illius Arethæ Romani vestigium reperiri queat, merito ancipites hæserunt Sollerius in Usuardum* (2), *Joannes Stiltingus ad diem* 1 *octobris* (3), *et Martinovius in Anno Græco-Slavico. At profecto, quamquam de turma sociorum et loco passionis Arethæ,*

(1) Cfr Acta Sanctorum, tom. X Octobris, pag. 714 et seqq. — (2) Observ. ad diem 1 Oct. — (3) Acta SS. tom. I Oct. pag. 29.

ad

A *ad* 1 *octobris laudati, omnino dubitari debet, nomen ipsum et distinctio a martyre Homerita omnino videntur asserenda. Adest enim ille martyr* absque sociis *in Kalendario Cpolitano sæculi* VIII, *in Neapolitano sæculi* IX, *in Ostromirano et Cryptoferratensi sæculi* XI. *Omitto quæ errore, ut puto, hic affert Martinovius, Hierosolymitanum et Caliopolitanum (nisi duæ editiones Scholzii discrepent; N. T. enim non habeo), perinde ac Florentinum. Mosquense non vidi. Solus inter antiquiores fastos Assemanianus codex glagoliticus sæculi* XI *socios hic adjungit : sed, quasi demonstrare vellet hujus codicis scriptor se ita egisse, quoniam unum Aretham exstitisse crederet, diem* 24 *vacuam reliquit. Alii autem codices antiqui, ad diem* 24 *octobris, Aretham et socios commemorant : sunt autem Cpolitanus jam allatus, Caliopolitanus sæculi* X, *Bandinianus in Bibliotheca Medicea sæculi* XI *et alii multi. Ut ergo ingenue fatear quod sentio, puto ab Usuardo additos socios Arethæ illi, quem suo ævo adhuc colebant Græci*

B *ad diem* 1 *octobris, ex quadam confusa notitia quam de turma Negranensium martyrum acceperant. Nudum proin nomen Arethæ ad* 1 *octobris ut certum habeatur. Nunc vero ut eo redeam, unde digressus sum, ad fastos Cryptoferratenses explicandos, puto hodie iterum de Negranensibus, utpote notioribus, agi festum, ita ut forsan, ad diem* 24, *qua nominatur Arethas solus, ducis, ad* 29 *autem, qua mentio fit sociorum, horum præcipue memoria celebretur. Quæ autem ad beatos martyres pertinent, fuse declarata invenies ad diem* XXIV octobris.

S. Albuini, *immo* Albini, episcopi Fritislariensis, *seu potius* Buriburgensis, translatio *annuntiatur hodie a Camerario. Ejus Acta dedimus ad diem* XXVI octobris.

S. Ferrutius martyr *annuntiatur hodie in editione Usuardi Hagenoyensi, ad hanc diem verisimiliter dilatus, quod propter festum SS. Simonis et Judæ ejus olim natalis agebatur Herbipoli die* 29 *octobris; quemadmodum supra docuimus ad diem, qua ejus dedimus Acta,* XXVIII octobris.

C S. Honorati, episcopi et confessoris Vercellensis in Italia, *natalis annuntiatur hodie in Greveni et Molani editionibus Usuardi, in Canisiano Walasseri Martyrologio, in Hagiologio Italico et in Catalogo generali sanctorum Ferrarii; qui natalis justus est. Sed pro more secuti sumus Martyrologium Romanum et de S. Honorato diximus ad proximum diem,* XXVIII octobris.

S. Faro, *episcopus Meldensis, annuntiatur hodie in editione Usuardi Hagenoyensi, verisimiliter quod alicubi hac die ejus celebrabatur festivitas, die præcedenti impedita per concurrentem SS. Simonis et Judæ natalem. Vide ejus Acta ad diem* XXVIII octobris.

S. Dodonis, confessoris et abbatis Waslerensis, *natalis genuinus hodie est atque præsenti die inscriptus Usuardo Molani atque inde Canisiano Martyrologio et fastis Benedictinis. Quare uno die anteverterimus explicuimus ad proximam diem* XXVIII octobris. D

SS. Anastasiæ et Cyrilli, *quorum hodie virtutem Græci meritis laudibus cumulant, nos, Martyrologium Romanum secuti, Acta illustravimus ad diem præcedentem,* XXVIII octobris.

S. Quirinus martyr *annuntiatur hodie in Kalendario Verdinensi, quod edidit Martenius* (1). *Verum quum hoc Kalendarium breviarium quoddam sit Martyrologii Hieronymiani, subit dubitatio an* Quirinus *scriptus non sit loco Quintini, socii S. Hyacinthi; de cujus turma dicetur infra. Vide tamen quæ paulo supra diximus de S. Quintino Mediolanensi.*

S. Feliciana *martyr loco S. Feliciani legitur hodie in aliquot fastis, quemadmodum in Sylloge de S. Hyacintho et sociis docuimus.*

S. Sancinthus, Sacinotus, Sachietus, *etc., qui hodie in aliquot fastis legitur, est S. Hyacinthus Lucanus; de quo infra erit sermo.*

S. Lucanus et S. Lucania *occurrunt hodie in aliquot fastis Hieronymianis, quemadmodum infra in S. Hyacintho monebimus. Conficta sunt hæc nomina ex* Lucania, *re-* E *gione Regni Neapolitani, ubi S. Hyacinthus et socii martyrium fecerunt.*

S. Aquilina, virgo et martyr, *palæstræ loco omisso, annuntiatur hodie in Usuardo Greveni. Suspicor eam esse ex comitatu S. Ursulæ; sed quum mera suspicio sit, hoc loco consignanda visa est.*

S. Abundium martyrem *colunt hodie Prænestini officio communi. Huic celebritati proculdubio ortum dederunt reliquiæ, ex cœmeteriis Romanis erutæ. Sed quotidie fere monemus hoc martyrum genus non nisi in Prætermissis a nobis memorari.*

Ven. Francisci Pallu, *episcopi Heliopolitani et missionarii Sinensis, memoria hodie recolitur in Martyrologio Universali de Saint-Allais et in aliis libris; sed nondum inter sanctos, ab ecclesia vindicatos, locum adeptus est.*

Franciscum a S. Joanne *Lucensem, qui vita functus est anno* 1659, *addito* beati *titulo, et* Bonaventuram Gasparinum, *domo quoque Luca, auctorem congregationis angelorum custodum in patria civitate, cujus Vitam* F *edidit Martinus Manfredi, laudant hodie in Diario sacro Lucensi Gabriel Gramatica et Dominicus Mansi. Neuter cultum ecclesiasticum obtinuit.*

S. Luranus *seu* Lauranus, episcopus de Daire seu Doire Lurain, *annuntiatur hodie in martyrologiis Tamlactensi et Dungallensi.* Doire, Daire, *nunc* Derry, *est* quercetum; *ita ut S. Luranus nomen suum communicaverit præsenti parœciæ* Derryloran, *in comitatu de Tyrone, in Ultonia; in qua parœcia conditum est novum oppidum, nomine* Cookstown. *Pugnam de Mona-doire-Lothair commemorant Quatuor Magistri ad annum* 557; *cujus rei causa animadvertit Colganus* (2) Moin-mor de Dore-lothuir situm *esse* in finibus aquilonaris Hiberniæ, *et Guilielmus Reeves* (3) *partem nominis perstare in vocabulo oppidi* Money-more, *partem in vocabulo parœciæ* Derryloran. *Iidem Annalium*

(1) Ampliss. Collectio, tom. VI, col. 683. — (2) Trias Thaum. pag. 574. — (3) Ecclesiastical antiquities of Down, Connor etc. pag. 339 et 340.

A *nalium scriptores ad annos* 1123 *et* 1136 *meminerunt* airchinneachi *Derriæ Lurani; quo apparet tum illic exstitisse institutum ecclesiasticum magni momenti et locuples, utpote quod indigeret « capite, præposito vel supremo præfecto territorii ecclesiastici et familiæ inhabitantis; » hoc enim erat munus* airchinneachi, *simile* senescallorum. *An autem hoc institutum S. Luranus incohaverit, quo tempore ipse vixerit, quibus præcipue laudibus effulserit, hæc aliaque definient aliquando archæologi Hiberni. Interea addam id unum dumtaxat, nempe eumdem eum videri ac* S. Lurachum, a Poematibus, filium Cuanæ *seu* Cuanachi, de Derria Lurani in Ultonia: *qui memoratur in Martyrologio Tamlactensi ad diem* 17 *februarii; ad quam diem celebratur etiam in aliis fastis Hibernis, potissime Dungallensibus, ubi hæc adduntur :* Fuit de genere Colla Uais, monarchæ Hiberniæ. Darerca, soror S. Patricii, fuit ejus soror. Ipse vero episcopus fuit. *Convenit nomem, locus, conditio.* Lurach *enim et* Luran *ejusdem nominis di-*

B *versæ formæ sunt; utrobique eadem designatur sedes; accedit quod ambo dicuntur episcopi. Colganus ad diem* 17 *februarii* (1) *refert secundum caput* XII *Sanctilogii genealogici eum fuisse* filium Cuanachi, filii Carii, filii Fethlemidii, filii Ehini, filii Fiachrii Tort, filii Cellæ Huasii. *Hic idem dicitur in Martyrologio Tamlactensi cum septemdecim aliis sociis* in Ath Truim requiescere. *Trim vero monasterium erat a S. Patricio conditum, religionis præclarum, nunc parœcia in comitatu Midensi, provincia Lagenia.*

Fonere de Domnaigh *in Martyrologio Tamlactensi seu* Faoinir de Domnach Faoinir *in Martyrologio Dungallensi annuntiatur hac die. An* Domnach Faoinir *seu* Facinir *idem est locus, qui in Vita S. Patricii Tripartita* (2) *dicitur* Domnach-Fainre, *in Regestis antiquioribus Armacanis* (3) Domnaghfenra *et* Domnachfionnray, *nunc autem* Donaghenry *seu* Donoghenry, *in comitatu Tyronensi, provincia Ultonia? Si ita est, nihil nisi ejus nomen, parœciæ communicatum, superesse*

C *videtur.*

S. Cuani de Inis-liacc *memoria hodie celebratur in Martyrologiis Hibernicis Tamlactensi et Dungallensi.* Cu, *latine* canis, Cuan, *item latine* catulus, *vulgare apud veteres Hibernos nomen ; ex quibus Colganus* (4) *decem sanctis accenset, quos inter præsentem. Sed quæ insula* Inis-liacc? *Neque Colganus, neque O'Donovan, neque Reeves, qui omnium maxime contulerunt ad investigationem veteris typographiæ Hiberniæ, eam detexisse videntur. Veniet tamen aliquando lux qua et S. Cuanus et ejus sedes cognoscantur.*

S. Caelani de Tigh-na-manach, *id est de Domo monachorum, memoria hodie recolitur in Martyrologiis Tamlactensi et Dungallensi. Quum in Vita S. Columbæ, abbatis Hiensis, integrum caput sit, cui titulus :* De Cailtano, ejus monacho, sancti prophetatio D viri, *conjecit Colganus eumdem forte esse ac qui hodie celebratur, quamquam alii complures homonymi sint inter sanctos Hibernos. Vox enim* Coel, Cail *seu* Caol, *qua* exesus, macilentus, gracilis *significatur, in nomen proprium transiit, adjectis diminutionis signis; ita ut* Cail, Cael, Caol, Caolan, Cailan, Coelan, Cuilan, Cailten, Coelten, *etc. sint variæ formæ ejusdem nominis* (5). *Sed tanto difficilius est invenire quis S. Caelanus hodie nuntietur. Quapropter merito censet Reevius* (6) *Colganum operam suam perdidisse in investigando quis Caeltanus sit, S. Columbæ discipulus. Neque ego felicius definivero quis Caelanus hodie colatur. Vide inter Prætermissos ad diem* 25 *februarii quid Camerarius et Dempsterus de Caeltano, S. Columbæ discipulo, proposuerint.*

Aedh Glas *in Martyrologio Tamlactensi seu* Aedh Glastuir *in Martyrologio Dungallensi memoratur hodie.* Aedh, *latine* Aidus, *nomen communissimum est apud Hibernos, tum simpliciter, tum cum adjectis diminu-* E *tionis et venerationis signis.* Glas, *substantivum, est* mare ; *sed* Glas *seu* Glais, *adjectivum,* viridem, pallidum *et* pauperem *significat et pro nomine proprio adhibetur. Sic Glas, poeta, memoratur* (7), *et Glas Mac Dremain, egregius nauta* (8), *et S. Glasan diminutiva forma* (9). Toir *vero est* septum circum ecclesiam ; Tuir, columna, dux ; *et* Tor, turris, apex. *Quid itaque* Glastuir? *Colganus* (10), *occasione S. Maidoci (nam Aidus, Aidinus, Moedoc et Maidoc unum nomen sunt) recensens viginti duos SS. Aidos, his interserit* Aidum de Glastor ; *quo significat* Glastor *sibi visum esse nomen loci, unde cognomen* (de Turreviridi) *S. Aido inditum fuerit. Verum in Dungallensi Martyrologio contra morem omittitur particula* o, *latine* de. *Non ausim tamen propterea tanti viri auctoritati contraire, maxime quoniam in aliis martyrologiis negligi solet illa particulæ interpositio. Sed quis dixerit quisnam sit Aidus de Turreviridi?*

Findcani *natalis in Martyrologio Tamlactensi seu* Fionnchan *in Martyrologio Dungal-* F *lensi recolitur præsenti die. Nomen hoc idem est ac Finchanus, Finnichanus, Finthanus* (11). *Sed quo latius patet hoc nomen, tanto difficilius est definire quinam singuli sancti in fastis sacris indicentur.*

S. Aidus, filius Aidi, *et* S. Aidanus de Cluain Eocuille *memorati fuerunt in Prætermissis, ille ad diem* 31 *augusti, hic ad diem* 9 *octobris, et remissi ad diem* 27 *octobris, atque inde ad præsentem diem, ut (si videretur) illustrarentur simul cum S. Colmano mac Duach. Verum, si de eis in Commentario de S. Colmano egissemus, debebamus eodem titulo inquirere in omnes sanctos ejusdem domus. Infinitum opus.*

Taimthianna virgo *celebratur hodie in Martyrologio Dungallensi. Estne hæc eadem ac S. Tartinna, de Cill-aird, in Ui-Garr-*

(1) Acta SS. Hiberniæ, pag. 367. Cfr Kelly, Calendar of irish saints, pag. 76. — (2) Ap. Colganum, Trias Thaum. pag. 148. — (3) Ap. G. Reeves, Eccl. ant. of Down, pag. 294. — (4) Acta SS. Hiberniæ, pag. 251. — (5) Cfr Colganus, Trias Thaum. pag. 379 et 597. — (6) Vita S. Columbæ, pag. 60. — (7) Martyrologium Dungallense, pag. 241. — (8) O'Curry, Lectures on the mss. materials of ancient irish history, pag. 315. — (9) Mart. Dung. pag. 265. — (10) Acta SS. Hib. pag. 221. — (11) Cfr Colganus, Acta SS. Hib. pag. 383 et 384.

A *chon, provincia Lagenia, quæ laudatur ad diem* 3 *julii in Martyrologiis Tamlactensi et Dungallensi? Quod hæc conjectura in mentem venit causa est Colganus, qui, S. Tartinnam memorans, eam vocavit* Tamthinnam (1) *et* Tamthennam (2); *qua auctoritate Archdallius S. Tamthinnam quoque abbatissam fecit in Killaird, comitatu Wicklow. Sed, nisi* Killaird *sit* Killery *in comitatu Sligo, baronia Tirerrill, provincia Conactia, aut* Killare *in Midia occidentali, baronia Rathconrath, provincia Lagenia, illa sedes hactenus incognita est.*

Gualaferum seu Walaferum archiepiscopum aliis Duffelensem, aliis Dunelmiensem, aliis Dublinensem, aliis Dumblanensem in Scotia, *denuo hodie producit Camerarius. Sæculo* XVI *primum apparuisse videtur in Domynsii Vita S. Rumoldi, ut animadvertimus in Prætermissis ad diem* 20 *octobris; ubi et docuimus aut saltem innuimus quare ex Actis nostris excludendus videatur.*

S. Brabantium confessorem *a Camerario hodie laudari intelligo ex decessorum annotatis.*

B *Subit dubitare an sit ex genere eorum sanctorum, quos finxit Camerarius.*

Robertum, *prius canonicum Præmonstratensem in monasterio S. Martini Laudunensi, dein primum cœnobii Insulæ B. Mariæ (vulgo* Mariaweerd) *in Geldria abbatem, hodie cum* beati patris *titulo laudat præclarus Chrysostomus Vandersterre in Natalibus sanctorum ordinis Præmonstratensis eumdemque ad diem* 9 *octobris* beatum *appellat Georgius Lienhart, abbas Roggenburgensis, in Ephemeridibus hagiologicis ordinis Præmonstratensis. Perpetui cultus ecclesiastici desunt indicia; adeoque Hugo, abbas Stivagiensis, a* beati *titulo abstinet* (3). *Vitam, ex pluribus documentis collectam, dabit curiosis Pagius* (4), *qui eum liberaliter* beatum *appellat.*

Ven. Joannes VI, *pontifex maximus, memoratur hodie in Bucelini Nomenclatore Benedictino. Sed neque Benedictinus fuit ille papa, utpote Græcus, neque hodie recolendus, quippe qui mortuus est die* 9 *januarii anni* 705, *neque fastis sacris inscribendus, qui sanctimoniæ fama non effulsit.*

C Ven. Rhutardum, *prius abbatem S. Petri Erfurtensem, dein archiepiscopum Moguntinum, et demum anno* 1109 *post fortunam variam cum pietatis laude ex hac vita egressum, celebrat hac die Schindelius in Bucelini Menologii Benedictini Supplemento; sed neque hac die obiit Ruthardus, neque umquam sanctis accensitus fuit, ut videre est in libris Gudeni de rebus Erfurtensibus, et Masenii Joannisque de rebus Moguntinis.*

Smaragdi, abbatis in Lotharingia, *natalem, adjecto sancti titulo, celebrat hodie Ferrarius in Catalogo generali sanctorum, secutus (ut ipse perhibet)* monumenta cœnobii S. Michaelis, cujus abbas fuit. *Sed nulli martyrologi aut menologi Benedictini, non Mabillonius in Actis sanctorum et Annalibus Benedictinis, non Calmetus in Historia Lotharingia, non Rivetus in Historia literaria Galliæ, non editores ejus operum et bibliographi, verbo nullus omnino, quem viderim, Smaragdum* sanctum *aut* beatum *appellat; multo minus eum cultu ecclesiastico honoratum fuisse significat. Quot temeris conjecturis scateant notæ Ferrarii, tabulas seu ordines divini officii aliaque monumenta a se numquam visa passim laudantis, ad singulos fere dies aut indicamus in Prætermissis aut experimur; adeo ut facile ejus dicta negligere possimus. Verum hoc loco convenit aliquatenus cum Mabillonio, testante* (5) in recentiori necrologio *Smaragdi* obitum notari die 29 octobris. *Sed quum ad hanc usque diem editum non fuerit illud necrologium, ex alio fonte biberit Ferrarius necesse est. Colebant olim Anianenses die* 7 *martii S. Ardonem, cognomento Smaragdum* (6), *qui sæpe cum Smaragdo, abbate S. Michaelis, a bibliographis confusus fuit: an itaque, ut libri, sic quoque sanctimoniæ laus ab uno ad alterum translata fuit? Hoc certum: in innumeris quos volutavi de Smaragdo Lotharingo libris hunc quidem passim laudari a pietate sua et diligentia, sed nulla uspiam a me deprehensa fuisse cultus ecclesiastici vestigia.* D E

Regimbaldi, *abbatis Balmensis, memoria recolitur hodie in Bucelini Nomenclatore. Verum Balmæ, quod erat diœcesis Vesontionensis cœnobium, nullus Regimbaldus fuit abbas, sed anno* 1100 *Reginaldus I et ad finem sæculi* XIII *Reginaldus II; neuter cultu ecclesiastico honestatus* (7).

Asseri, *monachi Bertiniani seu Silhivensis, memoria cum titulo* beati *recolitur hodie in Nomenclatore Benedictino, præmisso Bucelini Menologio. Intelligitur Asserus, qui in aula Alfredi Magni versatus est atque hujus principis scripsit Vitam. Et quidem quod hodie in aliquot fastis sacris Alfredi nomen scriptum est, propterea et Asseri quoque inductum fuit. Immerito: neque in Anglia, neque in S. Bertini monasterio (ubi cæterum Asserus numquam monachus fuit) centum annis ante Urbani papæ VIII decreta inter sanctos recensitus fuit, quemadmodum in Prætermissis ad diem* 26 *octobris* (8) *jam monui.* F

Gregoria *virgo, monialis Romana, in Bucelini Nomenclatore hodie occurrit, atque etiam in Cherlii Menologu Benedictini indice. Sed alii Benedictini menologi et martyrologi malunt eam ignorare. Certe, si exstitit, cultum ecclesiasticum assecuta est numquam.*

Petrum Catalaunensem, *Clarævallis monachum, cum* beati *titulo laudat hodie Henriquezius in Menologio Cisterciensi, secutus auctorem Exordii magni ordinis Cisterciensis, Conradum (ut videtur) abbatem Eberbacensem; qui enarrans quanta morum gravitate, religionis integritate, prudentia et simplicitate præstarent S. Bernardi discipuli, recenset inter eos, quos ipse in Claravalle viderit,* D. Petrum Catalanensem (9). *Memorant etiam eum Herrera, Cherlius et Lechlerus in suis Menologiis*

(1) Cfr Colganus, Acta SS. Hib. pag. 422. — (2) Ibid. pag. 858. — (3) Annal. Præmonst. tom. I, pag. 877. — (4) Bibl. Præmonst. pag. 476. — (5) Annal. Bened. ad an. 819, num. 91. — (6) Acta SS. Ord. S. Bened. sæc. IV, part. I, pag. 589 et 590. — (7) Cfr Gallia Christiana nova, tom. XV, col. 177 et seqq. — (8) Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 795. — (9) Tissier, Bibl. patrum Cister. tom. I, pag. 244.

aut

A *aut Martyrologiis benedictinis : ex quibus postremus eum adscripsit Catalauniæ Hispanicæ; sed potius natione fuit Catalaunensis in Galliis, vulgo* Châlons.

Ven. F. Paulus Spannochi, *qui magna virtutis opinione inter Servos B. Mariæ Virginis Senenses floruit, commemoratur hodie in Diario Senensi anni* 1722. *Ad cultum ecclesiasticum numquam pervenit.*

Anonymam Carmelitanam Florentinam, *cujus animam ad cælum ferri B. Maria Magdalena de Pazzis vidisse traditur, cum* beatæ *titulo refert hodie Arturus in Gynecæo : sed ipse hunc titulum dedit innumeris feminis, nihil per eum significans quam pietatis famam.*

P. Rainerius, *cui tironi protectionem suam promisit B. M. Virgo et qui ad annum* 1270 *Gandavi in Flandria pie obiit;*

Ardicius Solarius, *immo* Amizis de Solar, *ante curiæ Romanæ adscriptus et Mediolani juris canonici doctor, dein præclarus S. Dominici discipulus, et qui non anno* 1288, *sed sub medium sæculum* XIII *vita functus*

B *est* (1);

Catharina a S. Michaele, *monialis Dominicana in monasterio Coronatæ Ubedensi, quæ, vitæ austeritate insignis et centenaria major, circa annum* 1600 *ad Deum migravit;*

Petrus Bastida, *qui sacramenta ministrando pestiferis Avenionensibus luem contraxit et die* 29 *octobris anni* 1629 *caritatis victima occubuit; et demum*

Silvester Lucensis, *ab innocentia et officii divini chorique observantia laudatus plurimum, qui circa annum* 1650 *extinctus est, commemorantur hodie in Hagiologio Dominicano Emmanuelis a Lima ; sed legitimi cultus ecclesiastici indicia exsistunt nulla.*

Laurentiam a Præsentatione, *monialem et priorissam monasterii ordinis Prædicatorum Vallisoletani in Hispania, hac die post primas vesperas anno* 1607 *vita functam, a patientia, orationis studio et humilitate plurimum laudant insuper Dominicus Marchesius et Emmanuel a Lima in suis menologiis Dominicanis ; sed numquam cœpit publice coli.*

C Michael Lazzari de Pancrudo Aragonensis, *qui anno* 1602 *diem obiit, perpetuo silentio, oratione continua, colloquiis spiritualibus multisque donis extraordinariis præclarus, celebratur hodie in Diario sacro Dominicano. Cultu legitimo caret.*

F. Petrum a Macerata, *qui ad finem sæculi* XIII *cum aliis Fratribus Minoribus rixas de paupertate habuit,* beati *titulo honestat Arturus a Monasterio in Martyrologio Franciscano. Nulla exstant cultus ecclesiastici argumenta.*

F. Seraphinum Lucam a Francofonte, *ex latrone eremitam et ex eremita F. Minorem Reformatum factum, commemorant hodie Benedictus Mazzara in Legendario Franciscano italico et Benignus Fremaut in Palma spirituali theotisca. Obiit Seraphinus in Messanensi conventu die* 29 *octobris anni* 1616, *ætate annorum* 70 *circiter. Sed anno* 1661 *Ferdinandus Franciscus Gravina, marchio de Francofonte, cum licentia superiorum humo ejus reliquias extulit,* D *capsæque inclusas muro inserendas curavit, inscriptione marmorea apposita. Sed hæc cultus ecclesiastici rationem non habent; quapropter cogimur insigne hoc divinæ misericordiæ et dirissimæ pœnitentiæ prodigium præterire.*

F. Josephum Albis, *qui in Madritensi S. Bernardini conventu circa annum* 1580 *obiit, beatis hodie adjungit Arturus in Menologio Franciscano; item* F. Angelum a Calassio, *qui anno* 1606 *Romæ in conventu S. Francisci Transtiberino cum laude observantissimi viri recessit. Hunc hac quoque die celebrat Hueberus, illum alia; sed utrobique absque* beati *titulo : recte. Mazzara F. Angelum nonnisi* venerandum *appellat.*

F. Angelum, *qui post procuratam aliquandiu Hierapoli seu On rem christianam, deinde in itinere Tartarico anno* 1307 *a Bulgaris occisus traditur;*

F. Joannem de Monçon, *ex primis duodecim regni Peruani missionariis, circa annum* 1540 *in Æthiopia vita functum;*

Sex anonymos *Fratres Minores, anno* 1579 E *Monaghi in Hibernia ab Anglis propter fidem occisos;*

F. Franciscum de Sanctis, *qui inter Discalceatos Minores sanctimonia et officiorum procuratione enituit et circa annum* 1600 *Legione in Hispania Tarraconensi feliciter obiit;*

F. Vincentium de Nicotera, *qui cum miraculorum fama anno circiter* 1602 *Panormi in Sicilia hanc vitam reliquit; et*

S. Annam Mariam de Placentia in Hispania, *S. Petri de Alcantara discipulam, quæ annis et asperrimæ vitæ meritis gravis, inter Placentinas Clarissas octogenaria mortua est; laudat hodie Hueberus in Menologio Franciscano, a beatitudinis et sanctitatis titulis abstinens.*

Jacobum a Dania, *Danorum regum sanguine, linguarum sacrarum scientia et patriæ in hæresim labentis fuga clarum, celebrat hodie beatumque appellat Arturus a Monasterio, memorans eum, in Americam transgressum, primum Indis Mechioacanis S. Eucharistiæ sacramenta ministrasse.* F *Sed obiit post medium sæculum* XVI, *neque umquam ab ecclesia beatis adscriptus est. Quapropter Hueberus et Mazzara, eumdem hac die laudantes in Menologio et Legendario Franciscanis, eum neque sanctum, neque beatum appellant.*

B. Dulcelinæ, *tertii ordinis S. Francisci sodalis, meminit ad hanc diem in Gynecæo Arturus. Hueberus in Menologio Ordinis S. Francisci aliique ejus natalem die* 26 *octobris recolunt. Quapropter in hujus diei Prætermissis de ea egimus : ubi diximus eam circa annum* 1282 *cum sanctitatis fama e vivis excessisse, quin videatur alio quam domestico cultu cohonestata fuisse.*

Catharinam, *ducissam Mediolanensem, tertii ordinis Minorum alumnam, Modoetiæ in Insubria anno* 1404 *veneno enectam, commemorat hodie Hueberus, nulla adjiciens cultus ecclesiastici indicia. Quod enim Arturus eamdem* beatæ *titulo ornat in Mar-*

(1) Cfr Touron, Vie de S. Dominique et de ses premiers disciples, pag. 578 et 579.

tyrologio

A *tyrologio Franciscano et in Gynecæo, non nisi scriptoris facilitatis signum est.*

Franciscus Lopez, *domo Lusitanus, Societatis Jesu presbyter, cum Joanne Nunnez Baretto, Æthiopiæ patriarcha, anno* 1556 *Goam appulit. Postquam in hac urbe per plures annos ad animarum salutem gnaviter laborasset, anno* 1568 *cum tribus aliis Societatis Jesu alumnis, Antonio Dionysio, Jacobo Carvalio et Emmanuele Lobo Coccinum navim ascendit. Ast in itinere captus a Mahumetanis, et impulsus ut Mahumeti religioni nomen daret, ni vellet crudelem obire mortem, respondit :* Christianus sum, mortem pro Christo libenter oppetam. *Quibus dictis, alius Mahumetanus hasta medias costas transegit, alius capiti vulnera intulit, alii in mare immergunt. Carvallius et Lobus quoque crudelem obiere mortem hac die* 29 *octobris. Dionysius vero multos post casus incolumis evasit* (1).

Isaaci Jogues, *Societatis Jesu presbyteri, Aureliis in Gallia nati, memoria in Societatis Jesu menologio ad diem* 29 *octobris, licet*
B *alio die obierit, recolitur. Anno* 1636 *in Canadiam venit; ubi, cum a sex annis incredibili diligentia Hurones excoleret, captus est ab Ieroquiis, qui eum, postquam evulsos ungues, præcisos articulos, aliaque multa pro Christo tolerasset supplicia, libertate donarunt. Reversus in Galliam multis precibus a moderatoribus obtinuit ut iterum Huronibus et Ieroquiis Christum prædicare sibi liceret. Quo vix pervenerat, cum die* 28 *octobris anni* 1646 *capite plexus fuit* (2).

Abdias, *ut par est, ab apostolis Simone et Juda non secedens, hodie memoratur in Usuardo Greveni et apud Canisium. De eo pauca notavimus die præcedenti inter Prætermissos.*

Ecclesiæ cathedralis consecrationem *hodie recolunt Massæ et Populoniæ clerici, ut præcipitur in Ordine divini officii. Hæc vix in Prætermissis attingimus.*

Requies sancti patris nostri Petri, Alexandriæ patriarchæ vicesimi septimi. *Hæc, e Coptorum fastis apud Stephanum Evodium Assemanium* (3) *et Angelum Mai* (4), *ad* 2
C *mensis hathur, quæ est* 29 *octobris. Hominis concilio Chalcedonensi infensissimi sufficiat nomen hic retulisse. Qui plura cupit, adeat commentarium Sollerii, Actorum Junii tomo* v *præfixum, pag.* 60.

Timotheus Esphigmenius *seu monasterii Esphigmeni in monte Atho alumnus, martyr, anno* 1820 *a Turcis necatus, laudatur hodie a suis. De eo si lubet aliquid nosse, adeas Martinovium in Anno Græco-Slavico.*

S. Marcellum, martyrem Legione in Hispania, *errore unius diei celebrat hodie Ferrarius in Catalogo generali sanctorum. De eo dicemus ad genuinum ejus natalem,*

xxx octobris.

Sancti Feliciani et Vagensium *memoriam totidem his verbis signatam hodie reperio in Kalendario Carthaginensi antiquo, quod Mabillonius in codicis Cluniacensis operculo repertum primus edidit in Veteribus Analectis* (5). *Adjecit passim eruditissimus* D *editor in annotatis conjecturas optimas, quibus veritas non pandatur, sed studium excitetur. Quod conjecturarum genus hodie maxime in S. Feliciano et martyribus Vagensibus deprehenditur. Suspicatus est itaque Felicianum aut acolythum esse, in S. Cypriani epistola ad Cornelium de Fortunato memoratum, aut episcopum Mustitanum partis Donatistarum; Vagenses autem a Donatistis tumultuantibus occisos. Ruinartius* (6) *in his quoque se exercuit, et sibi reperisse visus est Vagenses martyres esse S. Mammarium Lambesitanum et cives ejus Felicem diaconum, Albinum, Vivum, Donatum, Victorianum item diaconum, et Libosum e primoribus civitatis; tum Laurentium, Faustinianum, Ziddinum, Crispinum, Leucium Tamugadenses; Faustinam Tigisitanam; Faustam et Faustinam Vagenses. Quos omnes, per Numidiam jussu Anulini proconsulis conquisitos, Alexander comes Vagæ in carcerem conjecerat. Sed ut auditum est proconsulem in proximum oppidum Bosam venisse, eo per-* E *ducti sunt, ibique acerbissimum et diuturnum martyrium consummarunt die* 10 *junii anni* 305. *In quam sententiam quoque ivit Morcellius* (7), *quippe qui S. Mammarium ejusque socios in indice operis vocavit* Vagenses martyres. *Meo judicio, recte. Nam eodem modo B. Nicolaus et socii dicuntur martyres Gorcomienses, non quod Gorcomii passi sint (martyrium fecerunt Brielæ), neque quod omnes Gorcomii nati sint aut habitaverint (ne eo quidem adducti fuerunt omnes), sed quod inde martyrium eorum sumpsit vocabulum unde duxit initium. S. Felicianus, cujus nomen in Kalendario Carthaginensi Vagenses martyres antecedit, visus est equiti de Saint-Allais (aut qui ejus nomine Martyrologium universale Castellani auxit) martyribus Vagensibus accensendus, quasi unus dumtaxat esset manipulus. Alia est sententia Mabillonii; et certe obstat copulationis interposita particula* et, *obstat et absentia Feliciani inter martyres Vagenses, quorum* F *paulo mox dedi nomina. Neque lubet episcopum Mustitanum admittere, quippe qui bis hæreticis seu schismaticis Donatistis adhæsit. Neque multum placet S. Cypriani acolythus, quem non constet fuisse martyrem. Sed in martyrologiis Felicianus, martyr in Africa, occurrit ad* 30 *januarii et alter Felicianus, martyr in Mauritania, ad* 18 *martii. Præterea Kalendario Carthaginensi non omnes inscripti martyres Afri sunt; eos inter sibi aliquot vindicat Hispania, aliquot Italia; quidni itaque Felicianus ille idem est ac Lucanus, S. Hyacinthi socius et in omnibus fere martyrologiis hodie laudatus? Verumtamen multo verisimilius est eumdem esse ac S. Felicianum, qui proxima die in Hieronymianis aliisque fastis agmen ducit aliorum martyrum. Porro, hæc ut concludam, pro martyribus Vagensibus vide in opere nostro Acta S.*

(1) Tanner, Societas Jesu ad sanguinem militans, pag. 229 et seqq. — (2) Ibid. pag. 229. — (3) Bibl. Medic. codicum mss. orientalium catalogus, pag. 168. — (4) Scriptt. vett. tom. IV, part. II, pag. 99. — (5) Pag. 165 et seqq. edit. 1725. — (6) Historia Persecut. Vandalicæ, pag. 257. — (7) Africa Christiana, tom. III, pag. 428.

Mammarii

A *Mammarii et sociorum ad diem* x junii; *pro S. Feliciano, exspecta donec venerimus ad diem* xxx octobris.

S. Germani, episcopi Capuani, *festum hodie annuntiatur in codice Usuardi Vaticano, præventu unius diei. Ejus enim genuinus natalis agitur die, ad quem de eo dicemus,* xxx octobris.

Stephanus Urosius, *rex Serbiæ in typico Chilandariensi hodie laudatur, a recentioribus Serbis, ad diem sequentem vulgo celebratus. Proinde, lectore in præsentiarum ad Annum Græco-Slavicum remisso, statuimus in hujus regis legitimum cultum inquirere, ad diem* xxx octobris.

SS. Nunen et Manen, *nescio qua oscitantia, dum Assemanii kalendaria armena excerperem, ad diem* 28, *pro* 29, *retuli et vicissim Abramium ad* 29 (1). *Hic ergo notanda censeantur, quæ supra diximus de duabus sanctis virginibus, prolixius laudandis post diem* xxxi octobris.

S. Vulgani, episcopi et confessoris, *natalis* in castro, quod Lensis appellatur, *celebratur*
B *hodie a Molano in additamentis ad Usuardum; atque inde in Martyrologio Canisiano Walasseri, in Supplemento Gallicani Saussayi et in Catalogo generali sanctorum Ferrarii; sed genuinus natalis est dies, ad quam de eo dicemus,* ii novembris.

SS. Menam et Menæum *commemorari invenimus in excerptis quibusdam Synaxarii Sirmundiani, seorsim repositis, et quæ ideo in Anno Græco-Slavico desiderantur. Nomina eadem profert etiam Menæorum codex a decessoribus nostris in bibliotheca fratrum Prædicatorum Florentiæ inspectus. Additur priore loco synaxim martyrum agi in Hebdomo, in quo hujus tituli ecclesiam a Justiniano erectam fuisse docet Procopius* (2). *Perperam autem et confusione proximæ annuntiationis idem festum in vico* τῶν Βιγλεντίας *seu* ἐν τῷ Βιγλεντίῳ *puto indicari in Menæis excusis ad diem* 1 *augusti. Sed quinam sint illi* SS. Menas et Menæus *non facili negotio definiveris. Menæum enim nuspiam reperimus, nisi in hac ipsa annuntiatione, quæ bis occurrit,* 1 *augu*
C *sti, ut mox notatum fuit, et hodie in quibusdam codicibus. Scio apud Sirletum et inde in Martyrologio Romano* 24 *julii laudari SS. Meneum et Capitonem. Sed pro Meneo legendus Hymeneus, quæ nominis abbreviatio non potest hic admitti, quum jam apud Procopium Menæum legamus. Menæ autem duo sunt apud Græcos celeberrimi: Menas megalomartyr, cujus ecclesia, sita in Acropoli, encæniа sua celebrabat die* 21 *septembris* (3), *et festum sui tituli* 11 *novembris; ac dein Menas Calliceladus, cujus reliquiarum translatio commemoratur ad diem* 17 *februarii, festum autem præcipuum ad* 10 *decembris. Quoniam ancipites hæremus, nihilque certi occurrit, conjecturam proponemus. Alexandriæ passus dicitur S. Menas Calliceladus; Meneus autem quidam presbyter Alexandrinus et martyr occurrit die* 13 *julii in* D *Hieronymianis. Licet inter Hieronymiana et græca kalendaria vix aliquod societatis vinculum reperiatur, nonne fieri potuit ut reliquiæ horum duorum martyrum simul Alexandria Cpolim allatæ fuerint? Notabo hic duos occurrere Meneos in Syriaco Wrightii martyrologio ad dies* 12 *et* 23 *junii, hunc Laodiceæ, illum loco cujus nomen deletum est* (4). *At ista omnia plenius, ut spero, explicari poterunt, si de Mena megalomartyre agitur, ad diem* xi novembris; *sin autem de Mena Callicelado, ad diem* x decembris.

In Hibernia, S. Motiferi monachi *natalis annuntiatur hodie a Ferrario in Catalogo generali sanctorum. Ex annotatis liquet eumdem intelligi, cujus memoriam pridie celebrat Challoner et quem in Prætermissis ad diem* 28 *octobris ostendimus esse S. Tochannu, qui et Dochanna seu Mochanna Mocufircetea, latine dictum Mauricium seu Macharium, inscriptum kalendariis Scoticis ad diem, quo de eo agemus,* xii novembris. E

Eodem die natale S. Pontiani, papæ et martyris; qui, ab Alexandro imperatore sub consulibus Severo et Quintiano cum Hypolito presbytero exilio in insula Sardiniæ Bucina deportatus, martyrium consummavit. Scriptum in libro episcoporum. *Totidem hæc verba repererunt decessores nostri in codicibus Bedæ Flori*
que Atrebatensi, Tornacensi S. Martini et Lætiensi, eaque a Floro profecta esse existimaverunt. Episcoporum liber est ipse Liber pontificalis, dictus Anastasii Bibliothecarii, sed plurium succiduo labore confectus; in quo libro legitur S. Pontianus defunctus iii calendas novembris (5). *Sed illius commemorationis auctor legit proculdubio in suo exemplari* iv kal. novembris; *quod mendum tanto facilius recipi potuit quod in Liberii Catalogo* (6) *S. Pontianus* discinctus *dicitur* iv kal. octobris. *Sed, quidquid id est, (quantum fieri licet) Martyrologii Romani ordinem in opere nostro sequimur: qua auctoritate de S. Pontiano, episcopo Romano, et de S. Hippolyto presbytero, (quem aliqui suspicantur eumdem* F *esse ac S. Hippolytum episcopum Portuensem), dicemus ad diem* xix novembris.

S. Erasmi et aliorum martyrum translationem Eugubii *hodie commemorat Ferrarius in Catalogo generali sanctorum, secutus, ut ipsemet in notis addit, Tabulas seu Ordinem divini officii ecclesiæ Eugubinæ. Ast hujusmodi nihil reperitur in Ordine divini officii, quem in annum* 1847 *edidit Josephus Peccius, episcopus; nec quidquam occurrit in vetusto kalendario Eugubino, quod edidit Sartius* (7). *Qui Sartius in opere suo de episcopis Eugubinis hanc translationem omnino præteriisse videtur. Verumtamen non omnis periit hujus translationis memoria, de qua quippe hæc tradiderit Jacobillus* (8): In ecclesia S. Secundi extra muros Eugubii habentur caput et brachium S. Erasmi mar-

(1) Supra, pag. 419. — (2) De ædificiis, lib. I, num. 9. — (3) Annus Græco-Slavicus, ad hanc diem. — (4) Journal of Sacred Literature, Oct. 1865, pag. 6 post pag. 45, et Jan. 1866, pag. 42 et 428. — (5) Anastasii Bibliothecarii part. II, tom. II, pag. 181. — (6) Ibid. loc. cit. — (7) De episcopis Eugubinis, pag. cxxxix. — (8) Vite de' santi dell' Umbria, post tom. II, Catal. delle reliquie dell' Umbria, pag. v.

tyris,

A tyris, illuc allata anno 1620 a parochia S. Erasmi, quæ sesquimilliari distat a civitate. Eo in oppido a multis jam sæculis servabatur corpus ipsius sancti, et usque in hodiernum diem monstratur sepulcrum, Longobardicis inscriptum characteribus. *Sed quis ille sit nemo dixerit. Putant inquilini eumdem esse ac S. Erasmum, martyrem Antiochenum, qui die* 13 *novembris colitur. Verumtamen occasione S. Erasmi, episcopi et martyris Formiani in Campania, eum in his Actis nostris leviter attigit Henschenius ad diem* II junii.

Poterit (si lubet) denuo attingi ad XIII novembris.

S. Joannem Pan-y-agua, conversum Cistercensem in Sacris Mœnibus, regno Castellæ, *celebrat hodie Calendarium Cisterciense Divionense, ut in schedis decessorum annotatum reperio. Sed quum in plerisque fastis Cisterciensibus ejus natalis constitutus sit die* 14 *decembris, et nos quoque de beato viro dicemus ad diem* XIV decembris.

Memoria Petri et Pauli, Joannis Præcursoris,
B Stephani protomartyris, Barnabæ apostoli, Josephi patriarchæ et Cleopæ, Trophimi, Dorymedontis, Cosmæ, Damiani, Bassæ et sociorum eorum. Fit autem eorum synaxis in venerando apostolio sancti et illustrissimi Pauli in Orphanotrophio; et simul encænia ejusdem templi. *Hæc hodie codex Sirmundianus, cui, quantum ex schedis decessorum nostrorum conjicere licet, concordant Menæorum Mediolanensia exemplaria duo, omissis tamen solemnitatis loco et encæniis. Ostromiranum autem Kalendarium septem tantum habet nomina, Petrum, Paulum, Joannem, Josephum, Cosmam, Damianum et Trophimum. De S. Pauli æde fuse disseruerunt Cangius* (1) *et Bandurius* (2), *quos adeant lectores. Omnium vero sanctorum, qui hic commemorantur, gesta illustrata sunt aut illustrabuntur in opere nostro ad dies infra notatos. De SS. Petro et Paulo egerunt decessores nostri ad diem* XXIX junii;
de S. Joanne Præcursore ad XXIV junii;
de S. Barnaba ad XI junii;
de S. Cleopa ad XXV septembris;
de SS. Trophimo et Dorymedonte ad XIX septembris;
de SS. Cosma et Damiano ad XXVII septembris.
de S. Bassa et sociis ad XXI augusti.
De S. Josepho patriarcha, filio Jacob (nam de eo, non de Josepho patriarcha Cpolitano, sæculo XIII, *in Sirmundiano et Ostromirano fieri potest sermo), diximus die præcedenti inter Prætermissos* (3). *Quum autem de ejus cultu apud Græcos generatim recepto nos dubitare ostendimus, nos fugit commemoratio omnium veterum patriarcharum quæ fit dominica ante Nativitatem, et in qua elogium suum sortitur cum aliis se minus dignis patriarcha Joseph. Videtur quidem* E *eorum memoria aliquando celebrata fuisse dominica secunda ante Nativitatem. Ita enim ad diem* 6 *decembris habet Kalendarium Ostromiranum. Verisimilius propter Græcorum sibi cognitum morem, Grevenus sedem fixam in fastis ecclesiasticis S. Josepho assignavit. Quamvis profecto de illo hodie agere possemus, quum tamen in dies magis magisque innotescat Ægypti veteris conditio et historia, satius ducimus hoc labore supersedere et illum remittere ad diem* XI decembris.
De S. Stephano protomartyre agetur ad XXVI decembris.

(1) Cpolis Christ. lib. IV, pag. 114, ed. P. — (2) Imperium Orient. tom. II, pag. 620 et 621. — (3) Supra, pag. 421.

C

DE SANCTO NARCISSO

F

EPISCOPO HIEROSOLYMITANO

J. V. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ Unicus. Homonymorum confusio; ordo successionis episcoporum Hierosolymitanorum; quæstio paschalis; senectus et obitus.

CIRCA ANNUM CCXXII. *Distinguendus præsertim ab homonymo Gerundensi*

Varii sunt hujus nominis Sancti, in fastis sacris laudati: Narcissus quidam nominatur ad diem 1 *januarii martyr in Africa una cum SS. Victore, Felice, Argyro et sociis* (1). *Alius ad diem* II *januarii Tomis in Ponto cum sociis Martyribus Argeo et Marcellino* (2). *Est quoque Narcissus, qui cum Crescentio Romæ martyrium fecit die* XVII *septembris, sub Valeriano imperatore* (3). *Itidem Romæ die* XXXI *octobris martyr cum Ampliato et Urbano, quos Apostolus, epistola ad Romanos* XVI, 8, 9 *et* 11, *salutat amicos, adjutores et hospites. Est etiam Cordubæ in Hispania, qui solo nomine videtur cognitus, ut docet nos Barthòlomæus de Feria in sua Palæstra Sacra* (4). *Certe nullo modo confundi possunt hi Martyres cum antistite nostro Hierosolymitano. Verum cum alio Narcisso Hiero-*

(1) Acta SS. tom. I Jan. pag. 19. — (2) Ibid. pag. 82. — (3) Ibid. tom. IV Sept. pag. 476. — (4) Palestra Sag. tom. IV, pag. 8.

A *solymitanus noster aliquando confusus fuit, nempe cum Gerundensi, qui propter persecutionem Diocletiani Augustam Vindelicorum profugus S. Afram baptizavit; ejus Acta dederunt nostri ad diem* XVIII *martii* (1). *De utriusque Narcissi confusione loquitur Marcus Velserus in Notis ad Historiam Conversionis S. Afræ* (2): *ac suam facit Achilles Gassarus acatholicus in suis Annalibus Augsburgensibus* (3) *dum docet, Afram Augustæ Vindelicorum non fuisse combustam, sed in insula Creta,* posteaquam a Narcisso Hierosolymorum episcopo *una cum sociis* ad fidem christianam conversa fuisset. *Sed confusio stare non potest: nam* Narcissus *Hierosolymitanus solido sæculo antiquior est Gerundensi, hoc sub Diocletiano ineunte sæculo* IV *florente, dum illius episcopatus sub Commodo imperatore, qui ab anno Christi* 180 *ad* 192, *initium habuit. Sed de hac distinctione satis dictum est. Ad nostrum* Narcissum *Hierosolymitanum gradum facimus.*

S. Narcissi *elogia in sacris*

2 *Martyrologium Romanum hac die annuntiat memoriam* S. Narcissi *hisce verbis:* Jerosolymis natalis Beati Narcissi episcopi, sanctitate, patientia ac fide laudabilis, qui centum et sexdecim annorum migravit ad Dominum. *Eadem habet Usuardus, omittens ætatem* CXVI *annorum et addens ejus sanctitatem, fidem ac patientiam enarrata in Historia ecclesiastica. Sed omnium copiosissime Sanctum celebrat Ado.* Natalis, *scribit,* Beati Narcissi, Jerosolymorum episcopi, viri sanctitate et patientia ac fide laudabilis. Accidit aliquando in die solemni Vigiliarum Paschæ, oleum deesse luminaribus: cumque id per ministros innotuisset, mœror populi maximus fuit: sed Narcissus, in fide confidens, ministris imperat haurire aquam, sibique deferre: cumque tulissent, oravit et benedixit aquam et infundi luminaribus præcepit. Tunc repente miro et sæculis inaudito genere virtutis, natura aquæ in pinguedinam olei versa, splendorem luminum etiam solito reddidit clariorem. Ad fidem autem rei, a plurimis religiosorum fratrum ex eodem oleo, quod versum de aqua fuerat, reservatum est. Is namque cum inter cætera virtutum suarum bona esset valde constantis animi et justi rectique indeclinabiliter tenax, quidam homunculi ne-
C quam, male sibi conscii, metuentes, ne criminum suorum si arguerentur, non possent effugere vindictam, præveniunt factionibus et circumvenire parant eum, cujus judicium verebantur.

Fastis.

3 Concinnant igitur adversus eum infame satis et noxium crimen. Conveniunt auditores, testes ex semetipsis producunt, qui sub sacramenti juramento, quæ objiciebantur, confirmarent. Quorum unus testis ita, ne igni consumeretur, vera se dicere testabatur. Alius ita, ne regio morbo corrumperetur. Tertius ita, ne luminaribus orbaretur. Et quamvis nec juramentis quidem istis quisquam fidelium et Dominum timentium crederet, eo quod vita Narcissi et institutio ac pudicitia ab omnibus nosceretur, ipse tamen eorum, quæ mota sunt, indignitatem ac molestiam non ferens, simul et secretam ac philosophicam vitam semper habere desiderans, subterfugit Ecclesiæ multitudinem, et in desertis locis atque agellis secretioribus delitescit annis quam plurimis. At non ille magnus divinæ providentiæ oculus quiescit in longum, sed in impios ultionem per ea ipsa, quæ sibi in perjuriis statuerant, maledicta molitur. Primus namque ille testis parva ignis scintilla noctis tempore domo sua succensa, cum omni genere et omni familia flammis ultricibus conflagratur. Alius repente ab imis pedibus usque ad summum capitis verticem morbo regio, quo fuerat imprecatus, repletur atque consumitur. Tertius autem priorum exitium videns et oculum divinum non latuisse perspiciens, prorupit in medium, et audientibus cunctis, sera pœnitentia, universum concinnati sceleris ordinem pandit. Tantis autem lacrymis immanis commissi facinus deflet, et in tantum die noctuque perdurat in fletibus, usque quo luminibus orbaretur. Hi igitur figmenti sui hujusmodi pœnas dederunt. Narcissus vero cum ita desertum petiisset, ac locis secretioribus se abdidisset, ut ubi jam degeret, nullus agnosceret, necessarium visum est episcopis, ut alium pro ipso ordinarent; cujus nomen erat Dius: cuique, cum parvo tempore præfuisset Ecclesiæ, succedit E Germanio et Germanioni Cordius. Cum ecce subito, velut redivivus cœloque redditus, ex improviso apparuit Narcissus, et rursus a fratribus ad præsidendum rogatur Ecclesiæ. Verum cum ipse jam senio fessus, pontificatus ministerio sufficere non posset, Alexandrum, qui jam episcopus esset alterius loci, divina dispensatio in adjutorium senis evidentissimis revelationibus vocavit. Expletis autem centum et sedecim annis, relicta sede ipsi Alexandro, fructum laborum suorum a Domino recepit.

AUCTORE J. V. H.

Trigesimus episcopus Hierosolymitanus fuit,

4 S. Narcissus *in Historia chronologica episcoporum Hierosolymitanorum, a nostro Daniele Papebrochio concinnata et tomo tertio maji præmissa, dicitur* trigesimus patriarcha. *Nec immerito: nam Eusebius in suo Chronico sub Commodo imperatore, qui ab anno Christi* 181 *ad* 193 *orbi Romano præfuit, docet nos* (4), Hierosolymis vicesimum sextum ordinatum episcopum Maximum. Post quem, *ait,* vicesimus septimus Antoninus: vicesimus octavus Valens: vicesimus nonus Dulichianus: tricesimus Narcissus. *Hunc episcoporum ordinem non bene confirmat Eusebius in sua Historia ec-* F *clesiastica lib.* V *cap.* 12 (5): Eadem, *inquit,* tempestate, *qua Clemens Alexandrinus docebat,* Narcissus, Hierosolymorum episcopus, floruit, vir multorum sermonibus nostra quoque ætate celebratus. Hic quintum decimum successionis locum obtinuit post obsessionem illam judæorum, quæ Hadriano regnante facta est. Ex quo quidem tempore Ecclesiam illius loci primum ex gentibus coaluisse post eos qui ex circumcisione fuerunt, primumque ex gentibus Marcum illis præfuisse retulimus. *De sancto illo Marco Acta edita fuerunt sub die* XXII *octobris* (6). *Quoniam autem S. Marcus, omnibus consentientibus,* decimus sextus *dicitur Hierosolymorum episcopus, si, ut habet Eusebius,* S. Narcissus decimum quintum locum *obtinuerit post S. Marcum, jam* trigesimus primus *dicendus est Hierosolymorum episcopus. Enimvero secundum Nicephorum, C. P.*

(1) Acta SS. tom. II Martii, pag. 621. — (2) Velseri opera, pag. 447. Et Notæ Baronii ad Mart. Rom. — (3) Mencken. Script. rer. Germ. tom. I, col. 1396. — (4) Mai. Veterum Script. nova collectio, pag, 589. — (5) Migne, Patrol. græc. tom. XX, col. 458. — (6) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 477.

archiepiscopum

AUCTORE J. V. H.

archiepiscopum, qui sæculo nono floruit, in sua Chronographia compendiaria, quæ ad calcem Chronographiæ Georgii Syncelli in Byzantinorum editionibus Parisina et Veneta edita est (1), *inter Julianum, quem appellavero secundum, et Capitonem intercalandus est Elias; qua ratione* S. Narcissus *vere quinto decimo loco ponendus, atque adeo trigesimus primus est Hierosolymorum episcopus.*

eliminato Elia, verisimiliter Hebræo,

5 *Verum si ipsum Eusebium adeamus, quocum consentit etiam S. Epiphanius Adversus Hæreses lib.* II, *Hæresi* LXVI (2), *abest Elias iste a Catalogo episcoporum: ita ut Julianus II proxime, nullo intermedio, successorem habeat Capitonem. Hæc enim habet Eusebius in suo Chronico, quod ex accurata editione Card. Angeli Mai cito* (3) : Hierosolymæ episcopatum post Marcum septimus decimus suscipit Cassianus: post quem octavus decimus Publius: cui succedit nonus decimus Maximus : vicesimus Julianus: vicesimus primus Gajanus: vicesimus secundus Symmachus: vicesimus tertius Gajus : vicesimus quartus Julianus: vicesimus quintus Capito. *Eodem modo in*
B *Historia ecclesiastica lib.* v. *cap.* 12 (4) : Post quem *(Marcum)* episcopatu functum esse Cassianum, deinde Publium, postea Maximum, ac deinceps Julianum episcoporum series, quæ in archivis illius Ecclesiæ servantur, ostendunt. Juliano successit Cajus, Cajo Symmachus, Symmacho vero alter Cajus : post quem rursus alter Julianus, quem excepit Capito, ac dein Valens, *etc. Abest itaque Elias ab utroque Catalogo et eliminatur ab Eusebio, qui quasi testis domesticus, Cæsareæ Palæstinæ episcopus, archiva Ecclesiæ Hierosolymitanæ perspecta habebat. Nec mirum : a Marco deinceps omnia episcoporum nomina sunt græcæ aut latinæ originis. Hic solus Elias se prodit hebraicæ stirpis, et in Catalogum intruditur a scriptore noni sæculi. Præferendus itaque Catalogus Eusebianus; sed corrigendum, quod in Historia dicitur,* Narcissus quintum decimum successionis locum obtinuisse. *Quod si ex ipsa serie Eusebiana locum quæramus, dicemus, illum a Marco* quarto decimo *loco distare. Qua ratione* Narcissus *vere erit Hierosolymorum* tricesimus.

et luxato aliquousque Catalogo.

6 *Neque fucum nobis facere debet, quod in Chronico Eusebii emendatiori Alexander, Sancti nostri sive successor sive coadjutor, scribatur* tricesimus Hierosolymorum episcopus (5), *qua ratione Sanctus noster* nonus et vicesimus *dicendus esset. Quia certe vitiosa est lectio; quoniam paulo supra* (6) *tamquam Hierosolymitanum episcopum* tricesimum quintum *numerat* S. Narcissum. *Dein in loco superiori, post Capitonem seu Valentem (nam inter utrumque alius est ordo in Eusebii Chronico et ejus Historia) videmus, eumdem* Narcissum *numerari* tricesimum, *sed simul propter ejus quasi interruptum pontificium, habetur etiam* tricesimus quartus rursum Narcissus (7). *Hæc omnia sane sufficiunt, ut ordo episcoporum Hierosolymis luxatus sit. Imo ipse chronologus, quasi mirabundus loquitur :* Tantis apud Hierosolymam episcopis constitutis non potuimus discernere tempora singulorum, eo quod usque in præsentem diem D episcopatus eorum anni minime inveniuntur. *Et reipsa, quum Hierosolymæ jam* trigesimus tertius *numerabatur episcopus, eodem tempore sedebat Romæ Victor* tertius decimus; *Alexandriæ Demetrius* undecimus; *Serapion* Octavus *Antiochiæ* (8).

In quæstione paschatis S. Narcissus

7 *Præter ea, quæ ex Eusebio infra referimus, quæque secundum opportunitatem illustrabuntur, unum est, quod speciali commentariolo explicari debet, videlicet quæstio de die, quo Pascha celebrandum est. Non agitur de variis cyclis, secundum quos luna martii seu æquinoctialis invenienda est. Ex qua varietate non raro diversitates in celebrando paschate enascebantur. Sic Britones diversum a Romano cyclum sequebantur. Augustinus autem cum sociis, a S. Gregorio Magno in Angliam missus, illos ad computum Romanum adducere conatus est. Sed per sæculum solidum duravit controversia cum Scotis, moris sui veteris tenacibus. Hanc cyclorum paschalium diversitatem nitide exponit Joannes Smith Anglus in suis Notis ad Historiam ecclesiasticam Ven. Bedæ, not.* IX (9). E *Sed, inquam, quam tractandam habebat* S. Narcissus *quæstionem ad cyclos paschales referenda non est, sed simpliciter an paschalis festivitas celebranda esset more judæorum ipsa luna* XIV, *in quemcunque diem hebdomadis incidisset, an vero in sequentem diem dominicum proroganda esset. Ex qua quæstione nascebatur altera, quo nempe die inchoandum et solvendum esset jejunium antepaschale.* S. Narcissus *quidem, ut docet Eusebius num.* 2. *Vitæ infra dandæ, dominica die Pascha celebrandum esse omnino tenuit.* Exstat, *ait,* etiamnum epistola sacerdotum, qui tunc in Palæstina congregati sunt, quibus præsidebant Theophilus Cæsareæ Palæstinæ episcopus et Narcissus Hierosolymorum. *Hac autem epistola declararunt, ut paulo supra loquitur Eusebius,* nullo alio quam dominico die mysterium Resurrectionis Domini umquam esse celebrandum.

contra quosdam Asianos cum Romana Ecclesia sentit.

8 *Quia tamen aliqui episcopi, præsertim Asiæ Minoris, decreto Victoris Papæ, qui idem, ut habet Eusebius, sanciverat, obedire recusabant, illos Victor a sua communione* F *aut separavit aut separare intentaverat. Quæ agendi ratio quibusdam episcopis, inter quos S. Irenæus, eodem Eusebio teste, infra num.*5, non placebat. Proinde Victorem ex adverso hortati sunt, ut eos potius sentire vellet, quæ paci, unitati, caritatique erga proximum congruebant. *Scilicet S. Irenæus et qui cum ipso idem sentiebant, existimabant, quæstionem de die paschatis celebrandi unice ad disciplinam spectare, adeoque propter quæstionem, ex indole sua mutabilem et moribus Ecclesiarum probatam, non esse turbandam pacem universæ Ecclesiæ. Sed altius repetiisse videtur controversiam S. Victor papa, utpote qui in Asianorum pertinacia fermentum judaicum perspiceret. Et profecto eo tempore Blastus quidam* latenter judaismum *moliebatur* introducere, *ut legimus in fine libri de Præscriptionibus Tertulliani* (10). *Sunt ta-*

(1) Georg. Sync. pag. 326. — (2) Migne, Patrol. Græc. tom. XLII, col. 39. — (3) Scriptt. Veterum Nova Collectio, tom. VIII, pag. 387. — (4) Migne, Patrol. Græc. tom. XX, col. 438. — (5) Mai, Vett. Scriptt. nov. coll. tom. VIII, pag. 391. — (6) Ibid. pag. 390. — (7) Ibid. pag. 389. — (8) Ibid. loc. cit. — (9) Migne, Patrol. tom. XCV, col. 317. Cfr Lanigan. Eccles. History of Ireland, tom. II, pag. 369 et seqq. — (10) Migne, Patrol. tom. II, col. 72.

men

A *men qui Catalogum hæreticorum a fine libri abscindunt, illumque habent, ut alterum librum sive ipsius Tertulliani sive alius auctoris* (1). *Quidquid sit, certe antiquissimum est libri fragmentum, quod jam S. Hieronymo notum erat* (2). *De Blasto tamquam hæretico et schismatico etiam agit Eusebius lib.* v, *cap.* xv *et* xx (3). *Porro quæstio ista paschalis duplicem habebat relationem: ad disciplinam ecclesiasticam, quæ ex se mutabilis est, et ad fidem, quæ semper immota et immutabilis perstat. S. Irenæus itaque, quum ad pacem et caritatem hortatur S. Victorem papam, oculos in disciplinam intendebat; contra vero S. Victor, qui in paschate celebrando hæresim subolebat* (4). *Unde nata est deinceps secta* Quatuordecimanorum Τεσσερακαιδεκατιτων, *quam ut* hæresin *traducunt SS. Epiphanius Adversus Hæreses lib.* II, *hær.* 50 (5) *et Augustinus lib. de Hæresib,* § 29 (6); *præsertim postquam, ut legitur in Synodo Romana sub S. Sylvestro* (7), *statutum fuerit; ut* paschæ observantia custodiatur a luna 14 ad 21, ita ut dominicus dies coruscet.

Singularis opinio Fr. Molkenbuhr Minoritæ

9 *Quoniam de errore quartodecimanorum agitur, non existimo silentio premendam singularem opinionem Marcellini Molkenbuhr Minoritæ, qua contendit speciali dissertationi* duas famosas epistolas SS. Polycratis et Irenæi adversus S. Victorem papam in causa paschatis esse supposititias. *Habet igitur interpolata* libri quinti capita xxiv, xxv *et* xxvi (8). *Sed imprimis sæpius excusa fuit Historia Eusebii cum multiplici exemplari manuscripto collata, ut videre est apud Henric. Valesium in præfatione, quam suæ editioni præmisit* (9), *nec ullus umquam interpolationem subodoratus est, aut Historiam hisce capitibus truncatam invenit. Dein Rufinus, Eusebii interpres latinus ac Eusebio subæqualis, utpote qui solum 72 annis ætate differt, eadem capita refert; ita ut interpolatio, si quæ fuerit, ipsum fere ævum Eusebii attingat, et faciat scriptori coævam: unde et Rufini interpretatio eodem vitio infecta dicenda erit. Quin et Eusebii Chronicum pari macula notandum veniet: nam sub anno Christi* 244 *legimus:* Quæstione orta in Asia inter episcopos, an secundum legem
C Moysi quarto decimo die mensis pascha observandum esset, Victor, Romanæ Urbis episcopus, et Narcissus Hierosolymorum, Polycrates quoque Ephesiorum et Irenæus Lugdunensis et Bacchylus Corinthiorum, plurimique Ecclesiarum pastores, quid eis probabile visum fuerit, litteris ediderunt, quarum memoria ad nos usque perdurat. *Nisi itaque dicatur et Chronicum fuisse interpolatum, capita* xxiv, xxv *et* xxvi, *non sunt supposititia, utpote quæ hactenus conservant tum quæ in quæstione paschali egit* S. Narcissus *tum litteras Polycratis, Irenæi et Bacchili,* quarum memoria ad nos usque perdurat.

quasi epistolæ Polycratis et Irenæ interpolatæ essent,

10 *Pari modo supposititium oportebit dicere, quod refert Socrates in sua Historia libro* v, *cap.* xxii (10). *Habet quidem auctor, quæstionem paschalem unice ad disciplinam spectare, et propteæa acribus verbis Victorem papam esse insectatur: nihilominus ipsum factum ex sensu Eusebii omnino exponit. Ait enim:* In Asia minori plurimi antiquitus quartum decimum diem, neglecto die sabbati (*seu dominico*) observarunt. Quod dum facerent, numquam tamen ab aliis, qui alio modo pascha celebrabant, sese abjunxerunt; donec Victor, Romanæ Ecclesiæ episcopus, immodico iracundiæ succensus æstu, Quartodecimanis, qui in Asia erant, excommunicationis libellum misit. Quo facto, Irenæus, Lugduni Galliarum urbis episcopus, Victorem per epistolam graviter perstrinxit: acriorem ejus impetum reprehendens, simulque ostendens, vetustiores, qui diverso inter se more festum paschæ celebrabant, a mutua communione nequaquam separatos fuisse. Et Polycarpum, episcopum Smyrnæ, qui postea Gordiano imperium obtinente, martyrium perpessus est, cum Aniceto, episcopo Romano, communicasse, nullatenus ab eo dissidentem hujus festivitatis causa, quamvis ipse, juxta patrium morem Smyrensis Ecclesiæ quartodecimo die pascha celebraret, ut in quinto ecclesiasticæ Historiæ libro tradit Eusebius. *Et hoc itaque erit fragmentum, teste Molkenbuhrio, spu-* E
rium. Quodsi talis passim adhibeatur crisis, jum nulla erit historia sana et in sceptiscismum incidemus.

AUCTORE J. V. H.

refutantur.

11 *Hæc ita firma mihi videntur, ut nulla ex parte convelli possint. Nihilominus videamus breviter, quæ pro interpolatione stabilienda proponit laudatus Marcellinus Molkenbuhr.* 1° *Polycrates defendit hæresim, quatenus pascha* debeat secundum Evangelium *luna decima quarta celebrari. Utrum hic sit Polycratis sensus, non facile quis dicet. Certe Evangelium ita interpretatus est scriptor, aliosque in suam sententiam detorquere conatus est, quin tamen hæreseos arguerit adversarios contrariæ opinionis. Dein nixus more suæ provinciæ, potuit docere necessitatem propriæ consuetudinis retinendæ. Cæterum arrogantiorem esse totam epistolam et in proprias laudes effusiorem nemo diffitebitur. Atque hinc* 2° *superbit de sua canitie, de sua in Christo conversatione, de concordia et consilio habito cum aliis episcopis, de assidua lectione Sacræ Scripturæ, de traditione a majoribus accepta, de sua cum aliis septem epi-* F
scopis parentela: hæc omnia arroganter certe exaggerateque scripta sunt, et stylum hominis irati et opinionis suæ justo tenacioris exhibent. Sed istiusmodi nævos etiam apud scriptores alios reperire est, quin propterea eorum scripta interpolata habeamus. 3° *Interpolationem etiam subolet Molkenbuhrius, quia Philippum Apostolum non vocat Martyrem, dicens illum* Hierapoli obdormiisse, *quia refert, S. Joannem Evangelistam laminam auream gestasse. Sed Philippum Hierapoli obdormiisse, in utrumque sensum sive mortis naturalis sive violentæ interpretari licet; et Joannem laminam gestasse non magis mirum est, quam quod S. Epiphanius docet de S. Jacobo Minori, Hær.* xxix (11), *illum bracteam auream in capite habuisse, in cujus testimonium auctoritatem affert Clementis et Euse-*

(1) Migne, Patrol, tom. II, col. 61, not. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Migne, Patrol. græc. tom. XX, col. 465 et 485. — (4) Cfr Orsi, Istor. Eccles. lib. V. § 12, tom. II, pag. 461, edit. Rom. 1749. — (5) Migne, Patrol. Græc. tom. XLI, col. 882. — (6) Patrol. latin. tom. XLII, col. 31. — (7) Labbe, tom. II Conc. col. 411. — (8) Dissertat. pag. 33. — (9) Migne, Patrol. Græc. tom. XX. col. 55. — (10) Ibid. tom. LXVII, col. 627. — (11) Ibid. tom. XLI, col. 395.

AUCTORE J. V. H.

bii. Hæc fere sunt, quibus fidem dictorum Eusebii impugnat Molkenbuhrius : unde oportet nos interpolationes interpolationibus cumulare, et omnem historiæ traditionem abrogare.

Sanctus, senectute fractus,

12 *Longævam* S. Narcissum *ætatem duxisse, testatur Eusebius lib.* VI *cap.* 11 (1); *allegans epistolam, ab Alexandro, Sancti successore scriptam :* Salutat vos, *inquit,* Narcissus, qui ante me episcopalem hujus Ecclesiæ sedem tenuit, et qui nunc mihi conjunctus est in orationibus annos natus sexdecim supra centum. *Habemus igitur ex Eusebio,* S. Narcissum, *annos* 116 *natum, Alexandrum saltem precibus juvisse. Dominicus Georgius in Notis ad Martyrologium Adonis dicit Sanctum rexisse Ecclesiam Hierosolymitanam ab anno Christi* 185 *ad* 212. *Vehementer dubito,* S. Narcissum, *nisi ordinationi successoris sui diuturno tempore superstes vixerit, anno primum* 185 *episcopatum occepisse, aut anno* 212 *mortem obiisse. Nam circa annum Christi* 212 *vita functus, episcopalem sedem primum conscendisset factus annorum* 89, *nec facile admitti potest, decrepitum senem, qui alioqui, ait Eusebius*
B *Hist. eccl. lib.* VI *cap.* 9 (2), philosophicæ, *id est solitariæ,* vitæ jamdudum amore tenebatur, *tam grave onus subiisse : proin aliquot annis aut ordinationem ejus antevertendum divino, quia, ut supra diximus, singulorum episcoporum anni apud Eusebium minime, ut ipse fatetur, inveniuntur; aut ejus vita aliquot annis proroganda est.*

Alexandrum assumit coadjutorem.

13 *Vix autem sancti antistitis ordinatio anteverti potest. Nam illum Eusebius ad Commodum imperatorem refert, qui ab anno Christi* 180 *ad* 192 *regnavit* (3). *Si autem Catalogum Nicephori CP consulamus, qui annorum numerum singulis episcopis affigit, manifestum est, ordinationem* S. Narcissi *imperium Commodi attigisse. Nam supputando annorum seriem a S. Jacobo, primo Hierosolymorum episcopo ad* S. Narcissum *annos habemus omnino* 140, *quibus si adduntur anni* 33 *æræ christianæ devenimus ad annos* 173 : *unde computatis interpontificiis viginti, novem episcoporum, tempus imperii Commodi seu annum Christi* 180 *facile attingimus. Satis igitur inter se utraque Chronologia Eusebiana et Nicephoriana concordat,*
C *præsertim si attendamus, Nicephorum tempus Dulichiani, proximi antecessoris* S. Narcissi, ad Commodum usque *deducere* (4). *Quoniam igitur ordinationem Sancti nostri ante imperium Commodi ponere non licet, videndum nunc est, an sancti obitus ultra annum* 212 *differendus non sit. Laudatus Nicephorus imperio Alexandri Severi, quod ab anno Christi* 223 *incepit et in annum* 235 *desinit, obitum illigat; dicit enim* (5) : Narcissus iterum usque ad Alexandrum, Mammeæ filium, non Macedonem, sed alterum quemdam. *Quod si accipiamus (nec alium, quem sequamur, ducem habemus) ad annum saltem* 222 *vitam produxit suam* S. Narcissus, *imo ad aliquot annos eadem extendi forsan potest. Ex his deducitur Sanctum non ante annum* 106 *natum fuisse : adeoque anno ætatis* LXXIX *cathedram Hierosolymitanam conscendisse, ætate scilicet gravi, non tamen decrepita. Propterea in* D *capite hujus Commentarii scripsi mortem subiisse* probabiliter circa annum 222. *Cur porro fides omnimoda habenda non est Nicephoro, ratio est, quod Alexandrum episcopum pontificatu defunctum dicat,* usque ad eumdem Alexandrum *imperatorem. Qua in re certe errat, quum constet ex Eusebii Chronico episcopum Alexandrum martyrium fecisse sub Decio, qui imperium adeptus est anno* 249 (6); *quod quoque affirmat S. Hieronymus in libro de Viris illustribus cap.* 62 (7). *Nihilominus Eusebius cum Nicephoro satis consentit, aut saltem consentire potest, quum Alexandrum ordinatum dicit sub imperatore Caracalla, qui ab anno* 211 *ad* 217 *regnavit.* Vivente, *ait Eusebius in Chronico* (8), Narcisso et cum eo pariter Ecclesiam regit. *Per aliquot igitur annos* Narcissus *cum Alexandro convivere et imperium Severi Alexandri seu annum* 222 *æræ vulgaris attingere potuit. Hæc sunt, quæ commentatione prævia dicenda habui. Reliqua in Vita, quam ex fragmentis Historiæ ecclesiasticæ Eusebii componimus, exponemus.* E

VITA S. NARCISSI

EPISCOPI HIEROSOLYMORUM

ex lib. V *capp.* 12, 22, 23 *et* 24, *et lib.* VI *capp.* 8, 9, 10 *et* 11. *Eusebii Historiæ Ecclesiasticæ.*

S. Narcissus, a

LIB. V CAP. 12. Eadem tempestate *a* Narcissus, Hierosolymorum episcopus, floruit, vir multorum sermonibus nostra quoque ætate celebratus. Hic quintum decimum successionis locum obtinuit post obsessionem illam Judæorum, quæ Adriano regnante facta est *b*. Ex quo quidem tempore Ecclesiam illius loci primum ex gentibus coaluisse post eos, qui ex circumcisione fuerunt, primumque ex gentibus Marcum illis præfuisse retulimus *c*. Post quem episcopatu functum esse Cassianum. *Enumerat dein reliquos episcopos Hierosolymitanos usque ad* S. Narcissum. *Dein cap.* 22 : Per idem, *ait,* tempus, *id est,* Commodo decimum annum F imperii agente *seu anno Christi* 189, Narcissus, cujus supra meminimus, Hierosolymitanæ Ecclesiæ sacerdotio fungebatur. *Exponit deinceps Eusebius quæstionem de celebratione paschatis, quæ, quoniam in ea partes suas egit* S. Narcissus, *ex eodem Eusebii libro cap.* 23, *hic referemus.*

b

c

de quæstione paschati d

2 Iisdem temporibus *d*, gravi controversia exorta, eo quod omnes per Asiam Ecclesiæ vetusta quadam traditione nixæ, quarta decima luna salutaris Paschæ festum diem celebrandum esse censebant, quo die præscriptum erat Judæis, ut agnum immolarent : eaque omnino luna in quemcumque demum diem septimanæ incidisset, finem jejuniis imponendum esse statuebant; quum tamen reliquæ totius orbis Ecclesiæ alio more uterentur, qui ex Apostolorum traditione profectus, etiamnum servatur; ut scilicet non alio quam Resurrectionis Domi-

(1) Migne, Patrol. Græc. tom. XX, col. 543. — (2) Ibid. tom. XX, col. 559. — (3) Mai. Vet. Scriptt. tom. VIII, pag. 389. — (4) Georg. Syncell. pag. 326. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Mai. Vet. Scriptt. coll. tom. VIII, pag. 393. — (7) Migne, Patrol. tom. XXIII, col. 673. — (8) Mai. Vet. Scriptt. Collect. tom. VIII, pag. 391.

nicæ

nicæ die jejunia solvi liceat *e*. Synodi ob id cætusque episcoporum convenere. Atque omnes uno consensu ecclesiasticam regulam universis fidelibus per epistolas tradiderunt: ne videlicet ullo alio quam dominico die mysterium Resurrectionis Domini umquam celebretur: utque eo duntaxat die paschalium jejuniorum terminum observemus. Exstat etiamnum epistola sacerdotum, qui tunc in Palæstina congregati sunt: quibus præsidebant Theophilus Cæsareæ Palæstinæ episcopus *f* et Narcissus Hierosolymorum, Alia item exstat epistola synodi Romanæ cui Victoris episcopi nomen præfixum est *g*. Habentur præterea litteræ episcoporum Ponti, quibus Palmas, utpote antiquissimus præfuit. Epistola quoque Ecclesiarum Galliæ exstat, quibus præerat Irenæus *i*. Ecclesiarum quoque in Osrœnæ provincia *k* et in urbibus regionis illius constitutarum litteræ visuntur. Seorsum verum Bachylli Corinthiorum episcopi *l* aliorumque complurium epistolæ exstant. Qui omnes unam fidem eamdemque doctrinam proferentes, unam edidère sententiam. Et hæc quidem fuit, ut dixi, illorum definitio.

frustra reclamante

3 CAPUT 24. Episcopis vero Asiæ, qui morem sibi a majoribus traditum, retinendum esse, acriter contendebant, Polycrates præerat. Qui quidem in ea epistola, quam ad Victorem et ad Romanæ urbis Ecclesiam scripsit, traditionem, ad sua usque tempora propagatam, exponit his verbis *m*: « Nos igitur verum ac genuinum agimus diem, nec addentes quidquam nec detrahentes. Etenim in Asia magna quædam lumina extincta sunt, quæ illo adventus dominici die resurrectura sunt, quum Dominus e cœlo veniet plenus majestate et gloria, Sanctosque omnes suscitabit. Philippus scilicet unus e duodecim Apostolis, qui mortuus est Hierapoli et duæ ejus filiæ, quæ virgines consenuerunt *n*: alia quoque ejusdem filia, quæ Spiritu Sancto afflata, vixit et Ephesi requiescit. Præterea Joannes, qui in sinu Domini recubuit, qui etiam sacerdos factus, laminam gestavit, Martyr denique et Doctor exstitit. Hic, inquam, Joannes apud Ephesum extremum diem obiit. Polycarpus quoque, qui apud Smyrnam episcopus et Martyr fuit *o*, itemque Thraseas Eumeniæ episcopus et Martyr *p*, qui Smyrnæ requiescit. Quid Sagarim episcopum eumdemque Martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ est mortuus *q*? Quid beatum Papyrium *r*, quid Melitonem eunuchum, qui Spiritu Sancto afflatus cuncta gessit, qui et Sardibus situs est, adventum Domini de cœlis, in quo resurrecturus est, expectans *s*.

Polycrate Ephesino,

4 Hi omnes diem Paschæ quarta decima luna juxta Euangelium observarunt, nihil omnino variantes, sed regulam fidei constanter sequentes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates ex traditione cognatorum meorum, quorum etiam nonnullos assectatus sum: fuerunt enim septem omnino ex cognatis meis episcopi, quibus ego octavus accessi *t*. Qui quidem omnes semper Paschæ diem tunc celebrarunt, quum Judæorum populus fermentum abjiceret. Ego, inquam, fratres, quinque et sexaginta annos natus in Domino, qui cum fratribus toto orbe dispersis, sermones sæpe contuli, qui Scripturam Sacram omnem perlegi, nihil moveor iis, quæ nobis ad formidinem intentantur. Etenim ab illis, qui me longe majores erant, dictum scio: « Obedire oportet Deo magis quam hominibus. » Post hæc de episcopis, qui simul aderant, quum hæc scriberet et eadem cum ipso sentiebant, sic loquitur: « Possem etiam episcoporum, qui mecum sunt, facere mentionem, quos petiistis, ut convocarem, sicut et feci. Quorum nomina, si adscripsero, ingens numerus videbitur. Hi, quum me pusillum hominem invisissent, epistolam nostram assensu suo comprobarunt, gnari, me canos istos non frustra gestare, sed vitam ex præceptis institutisque Jesu Christi semper egisse » *v*.

EX EUSEBIO.

5 His ita gestis, Victor quidem, Romanæ urbis episcopus, illico omnes Asiæ vicinarumque provinciarum Ecclesias, tamquam contraria rectæ fidei sentientes, a communione abscindere conatur; datisque litteris universos, qui illic erant fratres proscribit, et ab unitate prorsus alienos esse pronuntiat *u*. Verum hæc non omnibus placebant episcopis. Proinde Victorem ex adverso hortati sunt, ut ea potius sentire vellet, quæ paci, unitati, caritatique erga proximum congruebant. Exstant etiamnum eorum litteræ, quibus Victorem acerbius perstringunt. Ex quorum numero Irenæus in epistola, quam scripsit nomine fratrum, quibus præerat in Gallia, illud quidem defendit, solo die dominico Resurrectionis Domini mysterium esse celebrandum: Victorem tamen decenter admonet, ne integras Dei Ecclesias, morem, sibi a majoribus traditum, custodientes, a communione abscindat. Et post alia multa in eam sententiam dicta, his etiam utitur verbis: « Neque enim de die solum controversia est, sed etiam de forma ipsa jejunii. Quidam enim existimant, unico die sibi esse jejunandum, alii duobus, alii pluribus: nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem suum metiuntur *w*. Atque hæc in observando jejunio varietas non nostra primum ætate nata est, sed longe antea apud majores nostros cœpit: qui negligentius, ut verisimile est, præsidentes, ex simplicitate et imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt. Nihilominus et omnes isti pacem inter se retinuerunt, et nos invicem retinemus. Ita jejuniorum diversitas consensionem fidei commendat.

v

stat cum S. Victore Pp.

u

w

quem mitigare nititur S. Irenæus.

6 Narrationem deinde subjungit, quam hic opportune inseram. Est autem hujusmodi. « Sed et presbyteri illi, qui ante Soterem Ecclesiam, cui nunc præes, gubernarunt; Anicetum dico et Pium et Hyginum cum Telesphoro et Xysto *x*; neque ipsi umquam observarunt; neque his, qui cum ipsis erant, ut id observarent, permiserunt. Ipsi tamen, quum hoc minime observarent, pacem nihilominus colebant cum iis, qui ad se venissent ex Ecclesiis, in quibus id observabatur. Atqui observantia inter eos, qui minime observabant, tanto magis contraria videbatur. Nec ulli umquam ob hujusmodi consuetudinem rejecti sunt. Verum illi ipsi, qui te præcesserunt, presbyteri, quamvis id minime observarent, Ecclesiarum presbyteris, qui id observabant, Eucharistiam transmiserunt. Et quum beatissimus Polycarpus Aniceti temporibus Romam venisset, atque inter illos de quibusdam aliis rebus modica esset controversia, statim mutuo pacis osculo se complexi sunt, de hoc capite non magnopere inter se contendentes. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere umquam poterat, ut observare desineret, quippe qui cum Joanne, Domini nostri discipulo, et cum reliquis Apostolis, quibus cum familiariter

x

EX EUSEBIO.

liariter vixerat, eum morem perpetuo observasset. Neque item Polycarpus Aniceto persuadere conatus est, ut observaret, quum Anicetus eorum, qui ante se fuerant, presbyterorum morem sibi retinendum esse diceret. Quæ quum ita se haberent, communicarunt sibi invicem : et Anicetus in ecclesia consecrandi munus Polycarpo honoris causa concessit, tandemque cum pace a se invicem discesserunt, tam iis, qui observabant, quam iis, qui minime observabant, pacem communionemque totius Ecclesiæ retinentibus. " Ac Irenæus quidem nomini suo vere respondens, nec solum nomine, sed etiam vitæ instituto ac proposito pacificus, pro Ecclesiarum pace hæc monuit et allegavit. Nec vero ad Victorem solum, sed ad multos alios Ecclesiarum antistites de quæstione proposita litteras in eamdem sententiam misit *y*.

y

et sententiam fert cum aliis episcopis Palæstinæ :

7 CAP. 24. Episcopi vero Palestinæ, quos paulo supra memoravimus, Narcissus scilicet et Theophilus et cum illis Cassius Tyri et Clarus Ptolomaidis episcopi et qui simul cum ipsis convenerant *z*, postquam de traditione diei Paschatis, quæ jam inde ab Apostolis ad ipsos

z

B continua successione manaverat, multa in suis litteris disseruerunt, tandem ad finem epistolæ his utuntur verbis : " Date operam, ut epistolæ nostræ exemplaria per omnes Ecclesias mittantur, ne nobis crimen imputent, qui animas suas a recto veritatis tramite facile abducunt. Illud etiam vobis significamus, eodem quo apud nos die Pascha Alexandriæ celebrari. A nobis enim ad illos et vicissim ab illis ad nos litteræ proferuntur : ita ut uno consensu et simul sacrosanctum peragamus diem. "

aquam in oleum convertit;

8 LIB. VI CAP. 8. Qua tempestate Alexander, unus ex eorum numero, qui in persecutione fortiter certaverant, et qui post gloriosa confessionis certamina divina providentia fuerunt reservati, quem nos Hierosolymorum episcopum fuisse, brevi supra retulimus *aa*, ob insignem fidei confessionem ad supra dictum episcopatum promotus est, Narcisso, qui ibi fuerat episcopus, adhuc superstite. CAP. 9. De hoc Narcisso multa quidem et varia stupenda commemorant civitatis illius incolæ, a fidelibus continua successione, velut per manus, sibi tradita. Forte in magna Paschæ vigilia oleum ministris de-

aa

C erat : Qua de causa quum universus populus gravissimo dolore perculsus esset, Narcissum ferunt mandasse iis, quibus cura erat lucernas accendere, ut aquam ex quodam propinquo haustam puteo ad se deferrent. Quod ubi dicto citius impletum est, oratione super aquam facta, jussisse dicitur sincera in Christum fide, ut eam lucernis infunderent. Quo itidem peracto, ajunt aquam contra morem naturæ suæ mirabili quadam ac divina virtute in olei pinguedinem esse conversam. Et ex eo oleo apud plurimos fratres exiguum quoddam specimen ad memoriam tanti miraculi diutissime ad nostra usque tempora servatum fuisse *bb*.

bb

oppressus a calumniatoribus, solitudinem

9 Plurima quoque alia de vita et conversatione ejus viri perhibent, memoria imprimis digna ; inter quæ est illud : Mali quidam homunciones, qui vigorem et constantiam vitæ illius ferre non poterant, veriti ne tandem deprehensi pœnas darent, utpote multorum sibi scelerum conscii, prævenire eum decreverunt, structisque insidiis gravissimam ei calumniam asperserunt : atque ut audientibus persuaderent, sacramenti religione accusationem firmabant. Unus inter jurandum imprecabatur sibi, ut in- D cendio periret, si sciens falleret ; alter ut sævo ac pestilenti morbo corpus absumeretur ; tertius ut luminibus orbaretur. Sed quamtumvis jurantibus nemo ex fidelium numero, fidem adhibebat ; quippe quum Narcissi continentia et sanctitas vitæ, omnibus virtutum numeris absolutæ, cunctis semper spectata compertaque esset. At ille quum dictorum infamiam sustinere non posset et alioqui philosophicæ vitæ jamdudum amore teneretur, relicta Ecclesiæ plebe, in solitudine ac deviis agris plurimos annos delituit. Verum magnus ille justitiæ oculus, his peractis, minime quiescendum putavit : sed confestim impios illos iis ipsis ultus est diris, quibus semetipsos pejerantes sese devoverant. Primus igitur, quum modica quædam scintilla in domo in qua manebat, citra ullam causam subito exstitisset, noctu incensis ædibus cum universa familia conflagravit. Alteri corpus ab imis pedibus ad summun usque capitis verticem eo morbi genere, quo se ipse mulctaverat, correptum est. Tertius, priorum casum contuitus, omniumque inspectoris Dei inevitabilem veritus vindictam, concinnatæ ab ipsis ex compacto ca- E lumniæ ordinem est confessus. Tantis porro lamentis ob pœnitentiam facti sese confecit et in tantum lacrymas effundere perseveravit, ut ex eo oculorum lumen amitteret. Et hi quidem calumniæ suæ ejusmodi pœnas dederunt.

emersus,

10 CAP. 10. Cæterum post Narcissi fugam, *petit, unde* ignaris omnibus, ubinam gentium ageret, visum est finitimarum Ecclesiarum episcopis alium in ejus loco episcopum ordinare, Dium nomine. Qui quum modico tempore præfuisset, successor ei datus est Germanio quem dein Gordius excepit *cc*. Hujus temporibus Narcissus quum subito quasi redivivus emersisset, a fratribus ut Ecclesiæ administrationem denuo susciperet, rogatus est. Quippe universi multo magis tunc eum mirabantur, tum ob secessum tum ob philosophicam vivendi rationem ; maxime vero ob præsentem vindictam, qua Deus calumniatores illius afficere dignatus fuerat. CAP. 11. Verum quum propter extremam senectutem ministerium suum obire amplius non posset, supradictum Alexandrum, alterius Ecclesiæ episcopum, divina dispensatio per revelationem quamdam, quæ illi in somno apparuerat, ad F participandum cum Narcisso sacerdotis officium evocavit. Hac igitur visione, tamquam divino admonitus oraculo, Alexander, quum ex Cappadocia, in qua primum episcopus fuerat ordinatus, Hierosolymam profectus fuisset tum orandi, tum locorum visendorum gratia ; fratres illius Ecclesiæ, humanissime eum excipientes, reverti post hæc in patriam non siverunt. Alia quippe revelatio etiam ipsis per somnum visa fuerat, et vox quædam evidentissima ab iis, qui sanctitate inter ipsos eminebant, audita. Significabat enim ipsis, ut extra portas civitatis egressi, destinatum sibi a Deo episcopum susciperent. Quod quum illi, consentientibus vicinarum Ecclesiarum episcopis fecissent, manere deinceps eum apud se coegerunt *dd*.

cc

dd

Alexandrum jam senex 116 annorum coadjutorem assumit.

11 Sane idem Alexander in suis ad Antinoitas epistolis, quæ etiamnum exstant, episcopatus, quem cum Narcisso collega gessit, meminit his verbis : " Salutat vos Narcissus, qui ante me episcopalem hic sedem tenuit, et qui nunc mihi conjunctus est in orationibus, annos natus sexdecim supra centum, hortaturque vos mecum,

mecum, ut idem omnes sentiatis *ee.* » Et hæc quidem sic gesta sunt.

ANNOTATA.

a *Capite præcedenti, seu undecimo egerat Eusebius de Clemente Alexandrino, qui, teste S. Hieronymo lib. de Viris illustribus cap.* 38 (1), floruit Severi et Antonini filii ejus temporibus. *Utriusque autem imperium ab anno Christi* 197 *ad* 217 *currit. Non tamen in illa tempora inciderunt initia episcopatus* S. Narcissi : *si quidem paulo infra cap.* 22 *recenset Sanctum nostrum inter illos episcopos, qui circa decimum annum Commodi ordinati fuerunt.*

b *De successione episcoporum Hierosolymitanorum egimus supra Commentarii prævii numm.* 4 *et seq.*

c *De S. Marco, Hierosolymitano episcopo, actum fuit, die quo celebratur in Martyrologio Romano,* XXII *octobris* (2).

d *Capite præcedenti* 22 *enumerat varios episcopos circa* decimum annum, *Commodi imperatoris ordinatos, inter quos est etiam* S. Narcissus *noster.*

e *De quæstione paschatis, qualis sæculo secundo agitabatur, egimus Commentarii prævii numm.* 7 *et seqq.*

f *De S. Theophilo, Cæsareensi episcopo, breviter scripserunt nostri ad diem* V *martii* (3).

g *Acta S. Victoris papæ edita sunt sub die, quo colitur* XXVIII *julii* (4).

h *Palmas seu Palma episcopus Amastridis in Ponto, de quo S. Dionysius, Corinthiorum episcopus, teste Eusebio Hist. eccl. lib.* IV *cap.* 23 (5), *loquitur in epistola ad Amastridenses.*

i *S. Irenæi Lugdunensis res gestas exposuerunt nostri ad diem, quo colitur,* XXVIII *junii* (6).

k *Osroena seu Osdroena provincia in Mesopotamia ad sinistram ripam Euphratis, cujus urbs primaria est Nisibis.*

l *Bacchylus, qui inter episcopos circa decimum annum Commodi ordinatos, recensetur ab Eusebio lib.* V *cap.* 22, *laudatur a S. Hieronymo de Viris illustr. cap.* 44 (7) : Bacchylus, *inquit,* Corinthi episcopus, sub eodem Severo principe clarus habitus, de paschâ ex omnium, qui in Achaja erunt episcoporum persona elegantem librum scripsit. *Inter Prætermissos laudatur a nostris ad diem* IX *aprilis* (8).

m *S. Hieronymus de Viris illustribus scribit* (9) : Polycrates, Ephesiorum episcopus cum cæteris episcopis Asiæ, qui juxta quamdam veterem consuetudinem cum Judæis decima quarta luna pascha celebrabant, scripsit adversum Victorem episcopum Romanum, epistolam synodicam, in qua docet, se Apostoli Joannis et veterum auctoritatem sequi. *Recitat dein partem epistolæ, quam, inquit,* propterea posui, ut ingenium et auctoritatem viri ex parvo opusculo demonstrarem. Floruit temporibus Severi eadem ætate, qua Narcissus Hierosolymæ. *Hanc epistolam interpolatam dicit Marcelli Molkenbuhr, de quo egimus Commentarii prævii numm.* 7 *et seqq.*

n *Acta S. Philippi Apostoli illustrata fuerunt die* I *maji* (10).

o *S. Polycarpi Acta sunt exposita ad diem* XXVI *januarii* (11).

p *De S. Thrasea actum fuit ad diem* V *octobris* (12).

q *Sagaris celebratur a nostris die* VI *octobris* (13).

r *Memoria Papyrii beati in Martyrologiis non occurrit; sed secundus a S. Polycarpo Smyrnæ episcopus dicitur* (14).

s *De Melitone, Sardium episcopo, mentionem facit S. Hieronymus in libro de Viris illustr. cap.* 24, *et dicit, Tertullianum Montanistam cavillasse, quasi Melitonem haberent tamquam prophetam. Obiter de eo agunt nostri ad diem* I *aprilis* (15).

t *Interpretari nos non oportet hunc locum, quasi Polycrates Ephesi septem ordine parentes seu cognatos episcopos habuisset. Non enim dicit illos Ephesi sedisse, ac proinde in diversis Asiæ urbibus sacerdotium obtinere potuerunt, quod certe abunde sufficit, ut ita loqui potuerit Polycrates.*

v *Gloriose hæc omnia de se profert Polycrates : quia vero caret modestia, quæ virum ecclesiasticum decet, non est, cur ex ea arrogantia tamquam interpolata dicatur epistola. Certe si in mentem revocamus litteras S. Cypriani ad Stephanum papam circa rebaptizationem hæreticorum, et illæ satis sunt superciliosæ. Et has interpolatas habet Marc. Molkenbuhr* (16). *Sed acerbam controversiam exarsisse non negabit quisquis opera S. Augustini legerit. In opere de Baptismo contra Donatistas lib.* I *num.* 28 (17) : Exstant, *inquit,* Beati Martyris Cypriani in ejus litteris magna documenta, de cujus sibi auctoritate isti (*Donatistæ*) carnaliter blandiuntur, quum ejus caritate spiritualiter perimantur. *Excusat dein S. Doctor errorem Cypriani, quia illam quæstionem necdum solvisset* totius Ecclesiæ consensio. Quod ergo ille vir sanctus, de baptismo aliter sentiens, quam res se habebat, quæ postea pertractata et diligentissima consideratione firmata est, in catholica unitate permansit, et caritatis ubertate compensatum est et passionis falce purgatum.

u *Utrum S. Victor Asianos episcopos excommunicaverit, an solum excommunicationem minitatus fuerit, disputant inter se eruditi. Valesius quidem in Notis ad hunc locum Eusebii tenet, S. Victorem ultra minas non processisse : sed Pagius Crit. Baron. ad annum* 198 § II *contrarium docet. Id certum manet, neminem papæ Victori oblocutum fuisse, quasi limites potestatis suæ excessisset.*

w *Satis claret, mutato die solemnis paschatis, mutari etiam diem inchoandi jejunii : nam observationem quadragesimalem ab Apostolis descendere, adeoque omnibus Ecclesiis esse communem, antiqui patres uno ore*

(1) Migne, Patrol. tom. XXIII, col. 55. — (2) Acta SS. tom. IX Octob. pag. 477. — (3) Ibid. tom. I Mart. pag. 362. — (4) Ibid. tom. VI Jul. pag. 554. — (5) Migne, Patrol. Græc. tom. XX, col. 586. — (6) Acta SS. tom. V Junii, pag. 337. — (7) Migne, Patrol. tom. XXIII, col. 657. — (8) Acta SS. tom. II Apr. pag. 199. — (9) Migne, Patrol. tom. XXIII, col. 657. — (10) Acta SS. tom. I Maji, pag. 324. — (11) Ibid. tom. II Jan. pag. 691. — (12) Ibid. tom. III Octob. pag. 7. — (13) Ibid. pag. 261. — (14) Ibid. tom. II Jan. pag. 700. — (15) Ibid. tom. I Apr. pag. 11. — (16) Migne, Patrol. tom. III, col. 1338. — (17) Ibid. tom. XLIII, col. 124.

docent;

A *docent; conferantur, si lubet, quæ a Baronio dicta sunt sub anno Christi* 57 §§ CXCVII *et seqq. Neque in hoc dissidebant Ecclesiæ: sed triplex erat apud antiquos jejunii species, ut exponit Valesius in Notis ad Eusebium* (1). *Primum jejunium feriæ quartæ et sextæ, quod hora nona, peracta synaxi, solvebatur. Secunda species jejunii est quadragesimale, quod sub vesperam relaxabatur. Tertia tandem species est omnium strictissima, utpote quæ ad galli cantum aut ad lucis exortum producebatur, quæ idcirco* ὑπερθεσις, superpositio *dicebatur. Triplicem istam jejunii speciem clare explicat S. Epiphanius in Expositione fidei catholicæ, quæ legitur ad calcem librorum contra Hæreses* § XXII (2).

x *De istis pontificibus Romanis actum fuit: de Sotere quidem ad diem* XXII *aprilis* (3); *de Aniceto ad* XVII *aprilis* (4); *de Pio ad* XI *julii* (5); *de Hygino ad diem* XV *januarii* (6); *de Telesphoro ad diem* V *januarii* (7); *de Xysto I tandem ad diem* V *aprilis* (8).

y *De diversa ratione agendi Aniceti et Victoris egimus Commentarii prævii num.* 8.

B z *Cassius Tyri et Clarus Ptolemaidis episcopi in Catalogis Sanctorum non reperiuntur. Tyrus ante erectum Hierosolymitanum patriarchatum, quod primum accidit sub Juvenale, ab anno* 418 *aut* 424 *ad* 458 *episcopo* (9), *ad patriarchatum Antiochenum, cujus erat* Πρωτοθρονος, *pertinebat* (10). *Ptolomais, olim Acon* (*hodie* Saint-Jean d'Acre) *pertinebat ad* D *Phœniciam Primam sub Tyro metropoli* (11).

aa *De S. Alexandro agunt nostri ad diem* XVIII *martii* (12). *Primum, quod novimus, exemplum est coadjutoris dati episcopo seni aut infirmo.*

bb *Sunt, qui ex hoc miraculo deducunt ritum Græcorum, in templo S. Sepulcri Ierosolymis usitatum, quo ignis sabbatho sancto e cœlo dilabi dicitur* (13). *Refertur esse spectaculum summæ fraudulentiæ et scandali.*

cc *De istis tribus episcopis præter eorum nomina et successionis ordinem, nihil scimus.*

dd *Alexander episcopus* adnitente, *inquit S. Hieronymus de Viris illustr. cap.* 62 (14), ipso vel maxime Narcisso, *coadjutor creatus fuit, quia invito episcopo adjutor dari non potest. Porro in hac electione duo contra regulam ecclesiasticam, tunc vigentem admissa sunt. Primum quod ab uno episcopatu Alexander ad alium translatus est, alterum, quod superstiti episcopo adjutor et coepiscopus datus. Et* hoc, *ait Valesius in Notis ad Eusebium*, primum exemplum occurrit coadjutorum episcoporum. E

ee *Recitat dein Eusebius fragmentum epistolæ, ad Antiochenses datæ, quæ quum nihil contineat, quod Acta* S. Narcissi *illustrare potest, supervacaneum ducimus hic exhibere.*

(1) Migne. Patrol. Græc. tom. XX. col. 499. — (2) Ibid. tom. XLII, col. 826. — (3) Acta SS. tom. III Apr. pag. 5. — (4) Ibid. tom. II Apr. pag. 477. — (5) Ibid. tom. III Jul. pag. 178. — (6) Ibid. tom. I Januar. pag. 665. — (7) Ibid. pag. 156 et 1095. —(8) Ibid. tom. I Apr. pag. 525 et 906. — (9) Le Quien. Oriens Christ. tom. II, col. 110. — (10) Ibid. tom. III, col. 802. — (11) Ibid. col. 814. — (12) Acta SS. tom. II Mart. pag. 614. — (13) Madden. Shrines and Sepulchres, tom. II, pag. 136. — (14) Migne, Patrol. tom. XXIII, col. 675.

DE S. GENITO CONFESSORE

IN AQUITANIA

R. D. B.

COMMENTARIUS CRITICUS. F

§ Unicus. S. Geniti cultus et biographi. Pater dictus S. Gendulfi et cum eo prædicasse Christum in Gallia. Ejus mors et sepultura.

CIRCA ANNUM CCL S. Geniti, *olim sacris fastis inscripti,*

Castellanus Martyrologio suo universali ad diem 30 *octobris inscripsit* S. Genitum, *qui eo die (ut infra videbimus) e vivis migrasse fertur; sed Saussayus in Martyrologio Gallicano diem* 29 *octobris exorsus est hisce verbis:* Bituricis, utriusque Aquitaniæ metropoli, sancti Geniti confessoris, *subjungens, post longum encomium, ejus diem natalem* 29 *octobris in antiquis Bituricensibus tabulis assignari. Saussayum præiverat Ferrarius ad diem* 29 *octobris in Catalogo generali Sanctorum, dicens:* Cadurci, S. Geniti confessoris. *Quod si Saussayus eum apud Bituricenses, Ferrarius apud Cadurcenses e vivis recessisse refert, ratio videtur esse, quod in utraque civitate christianam religionem simul cum filio suo Gendulfo, incertæ vel nullius sedis episcopo, propagasse perhibebatur. Idem Saussayus opinatur diem* 29 *octobris ad* S. Geniti *memoriam recolendam a Bituricensibus fuisse selectam, quod existimarent non fas esse beati viri festum die* 28 *octobris (quo perperam dicebatur obiisse) agere, cum esset dies SS. Judæ et Simoni sacer. Nos vero vestigiis insistentes decessorum nostrorum, qui (quantum fieri potest) sanctos ad genuinum eorum cultus diem in opere suo referebant, de* S. Genito *ad diem* 29 *octobris dicendum esse duximus. Porro* S. Geniti *cultus est valde antiquus: fuit enim ejus corpus, ut infra num.* 9 *videbimus, longinquissimis temporibus simul cum S. Gendulfi corpore e terra honorifice levatum: et in tribus Vitis valde antiquis, quarum unam ante sæculum* IX *fuisse scriptam ostendemus, nuncupatur* sanctus. *Nostro vero ævo* S. Geniti *nulla in Bituricensibus*

AUCTORE R. D. B.

A *sibus et Cadurcensibus libris liturgicis fit memoria : quæ omissio non adeo est recens; nam quo tempore scribebat Saussayus, anno scilicet* 1637, *ut ex recitatis ejus verbis facile colligitur,* S. Genitus *in sacris ecclesiæ Biturícensis tabulis non amplius erat consignatus : et reapse neque in ordine divini officii anni* 1625, *neque in Kalendario aut Officiis sanctorum propriis, isto ævo apud Biturícenses usurpatis, (quæ omnia manu decessorum descripta in nostro musæo asservantur,) nuspiam* S. Geniti *fit mentio. S. Gendulfi vero, qui ejus dicitur filius, commemoratio vel festum apud Cadurcenses die* 17 *januarii, et apud Biturícenses die* 20 *junii a remotissimis temporibus actum est et adhuc agitur.*

Vita tribus S. Gendulfi Vitis est inserta;

2 *Tres viri, alter alterum more ovino secuti, posteris tradiderunt S. Genulfi seu Gendulfi Vitas, quæ adhuc supersint. Harum duas Bollandus tomo* II *Januarii ad diem* 17 *edidit : alteram, post annum* 900 *concinnatam, ex ms. codice Ripatorii, collatam cum libro ms. Normannico : alteram ex Bibliotheca Floriacensi Joannis Boscii* (1). *Tertia Vita,*

B *quam hucusque nuspiam typis expressam existimo, olim a Combefisio ex duobus codicibus descripta et post excusos Januarii tomos ad Bollandum missa, in nostro asservatur musæo. Puto eam medio sæculo* IX *antiquiorem, quia in ea de S. Gendulfi translatione, tempore Caroli Calvi peracta, prorsus siletur; quæ translatio in altera Vita et in Miraculis, ab anonymo Benedictino collectis, narrata est* (2). *Ex his vero Vitis non pauca, siquidem in iis quæcumque de* S. Genito *novimus narrantur, excerpenda erunt. Combefisiana tamen cum sit aliis vetustior et quasi fons aut exemplar, præsertim nobis erit usui : sed ex aliis plura, quæ ei desunt, subjungemus. Nec prætereundum est ad trium Vitarum finem legi B. Sebastem, S. Gendulfi discipulum, magistri sui conscripsisse Vitam : quæ Vita tribus S. Gendulfi biographis, si fides eis dari posset, præbuisset scriptionis suæ argumentum.*

quæ Vitæ sea-tent mendis.

3 *Verum in tribus jam sæpius memoratis Vitis multæ sunt mendæ. Mitto quidem in iis referri S. Gendulfum quinquennem a S. Sixto*

C *papa fuisse institutum, dein creatum episcopum, licet S. Sixtus II tantum ab anno* 257 *ad* 258 *universæ præfuerit ecclesiæ : nam nihil impedit quominus S. Sixtus, ut bene animadvertit Bollandus* (3), *nondum pontifex, S. Gendulfum quinquennem susceperit in sacris disciplinis erudiendum, et postea pontifex factus, constituerit episcopum. Majorem quidem difficultatem parit, quod S. Sixtus, referentibus tribus biographis,* SS. Genitum *et Gendulfum tempore Decii persecutionis in Galliam ad Christi religionem prædicandam misit : nam hinc Decius ab anno* 249 *ad* 251 *imperii Romani tenuit habenas : illinc S. Sixtus totius ecclesiæ fuit pontifex ab anno* 257 *ad* 258. *Quapropter, si standum esset illis Actis, necesse foret dicere* SS. Genitum *et Gendulfum, imperatoribus Valeriano ejusque filio et collega Gallieno, ecclesiæ quoque persecutoribus, (quorum prior ab anno* 253 *ad* 263, *posterior ab anno* 253 *ad* 268 *tenuere imperium,) Roma petiisse Gallias. In eumdem errorem incidit auctor Passionis S. Marcelli ejusque socii S. Anastasii, dicens S. Marcellum, Decianæ persecutionis tempore B. Sixti papæ discipulum, auctore S. Laurentio ejusdem B. Sixti diacono, petiisse Galliam, ibique pro Christo fudisse sanguinem* (4). *Sanctus vero Gendulfus a suo biographo fertur in S. Marcelli honorem ædificasse oratorium. Quæ adjuncta non parum suadent S. Marcelli Passionem et S. Gendulfi Vitam ab eodem scriptore fuisse primitus exaratas, vel saltem auctorem unius alteram præ oculis habuisse.*

Quæ earum videatur nobi fuisse origo;

4 *Sed et alia multa nos vexant in S. Gendulfi Vita. Quorum primum est quod in ea mirabilia multa continentur quæ fidem superent, non quoniam mirabilia sunt, sed quoniam testimoniorum idoneorum auctoritate carent. Res ordinariæ natura sua verisimiles sunt et eatenus credibiles; qua verisimilitudine quum careant prodigia, necesse est ut hic internæ credibilitatis defectus suppleatur copia et pondere auctoritatis externæ. Sed* E *hæc auctoritas plane ab illis Actis abest. Quod enim biographi dicunt se secutos esse narrationem S. Sebastæ, discipuli S. Gendulfi, hæc manifesta larva est et figmentum, quo fidem sibi aliquam acquirant, et quod in aliis quoque Vitis et Passionibus deprehenditur, quin et in historiis recentioribus. Præterea* S. Geniti *et S. Genulfi seu Gendulfi vocabula non sunt nomina ejusdem temporis.* Genitus *enim latinum est et virum gente Romanum aut Galloromanum designat :* Genul fus *vero seu* Gendulfus *nomen omnino germanicum aut francicum est, constans ex duobus appositis vocabulis :* Kun, Chun, Hun, Gun, Ken, Gen, Cyn, *latine* fortis (5), *et* Ulf, Wulf, Olf, Helf, *latine* auxilium (6); Genulfus *autem idem ac* Gonulfus *est, quemadmodum* Gendradus (7) *pro* Gondrado *seu* Gunderado (8) *dicitur; neque* Genulfus *a* Gendulfo *differt, ut* Cundprecht *cum* Cuniberto *convenit* (9), *quamquam* Cund *seu* Cundo *videatur esse alia radix,* notum *significans* (10); *sed* d *facile post* n *assumitur, uti in ipso idiomate latino, v. g. in* induere. *Re quidem vera nominum lex* F *neque perpetua est, neque semper certa; quoniam barbari aliquando latina aut græca nomina assumebant : ita est; verum inauditum pene est filium viri Romani* (S. Geniti) *barbaro nomine appellatum fuisse. Quid ergo? Si sententiam meam mihi libere proponere liceat, sic apud me statuo :* S. Genitum *medio sæculo* III *Roma in Gallias venisse: S. Gendulfum virum natione barbarum esse, sæculo* IV *aut* V *in Galliis ad fidem conversum atque inter clericos assumptum, quin etiam factum episcopum; amborum corpora in eodem sepulta fuisse aut servata monumento, atque inde factum esse ut alter alterius diceretur pater et filius; aliquando enim multo minoribus de causis parentelam inter sanctos excogitatam fuisse et constitutam, v. g. inter duodecim martyres Adrumetinos; Vitam itaque*

(1) Acta SS. tom. II Januarii, pag. 82 et seq. — (2) Ibid. pag. 99 et 102. — (3) Ibid. pag. 83. — (4) Ibid. tom. V Junii, pag. 477 et seq. — (5) Cfr Wiarda, Ueber deutsche Vornamen, pag. 43. — (6) Ibid. pag. 49. — (7) Beyer, Urkundenbuch Z. G. der mittelrheinischen Territorien, tom. I, pag. 744. — (8) Ibid. pag. 761. — (9) Goldast, Rer. Alamannicarum scriptores, edit. III, tom. II, part. I, pag. 97. — (10) Cfr Schilter, Glossarium teutonicum, v° *Chund.*

aut

AUCTORE R. D. B.

aut Passionem S. Gendulfi conflatam esse partim ex traditionibus popularibus de S. Genito, *partim ex traditionibus de S. Gendulfo.*

S. Genitus *filium suum S. Gendulfum*

5 *Has nonnisi conjecturas esse et video et fateor. Sed in mediis illis tenebris quid præter conjecturas et divinationes superest? Quodsi cui suspiciones nostræ non placeant, accipiat jam quæ de* S. Genito *leguntur in S. Gendulfi Vita, quam olim ad Musæum Bollandianum misit Combefisius. Hinc omnes discere poterunt, quæ plus mille abhinc annis de* S. Genito *traderentur Biturigibus in Aquitania.* Temporibus Decii imperatoris, *quod est ab anno* 249 *ad* 251, persecutio christianorum acriter in urbe grassabatur Romana : adeo ut pene omnes qui Christum confitebantur per imperium jam suprafati Augusti, aut idolis sacrificare compellerentur aut variis perimerentur tormentis. In illis diebus fuit quidam homo christianissimus Genitus nomine, nobili genere, inclytaque ortus prosapia, occulte christianitatis servans habitum, multas pauperibus, viduis et orphanis devotissime præbendo eleemosynas, observans illud : « Date eleemosynas et omnia
B munda sunt vobis. » Qui non ob amorem illicitæ voluptatis, sed propter filiorum procreationem accepit uxorem secundum suam nobilitatem, excellentissimis ortam natalibus, nomine Adiam, valde Deo dilectam, et per diuturnum tempus juxta morem simul commorantes, filium gignere nequiverunt. Ambo autem erant justi incedentes in mandatis et justificationibus Domini : et eorum uterque preces ad Dominum fudit, ut illorum viscera sacro semine dignaretur perfundere, quatenus filium procreare potuissent. Qui exaudivit preces illorum, et dedit beatissimæ Adiæ conceptum. Quod cernens beatus Genitus, innumerabiles Deo reddidit gratias; sciens Deo sibi esse propitio fœcundam prolem generandam. Postmodum vero, præclarissimo partu edito a matre, in ejus nativitate valde gavisi sunt parentes, in ablutione sacri baptismatis in unum convenientes, puerum Deo dilectum vocaverunt Gendulfum.

eruditendum tradit S. Sixto, qui eum de morte uxoris consolatur

6 Quum autem crevisset, cuncti mirabantur
C elegantem illius formam egregiamque pulchritudinem. Nam quum lustri haberet curricula transacta, tradiderunt illum beato Sixto, papæ Romano, poscentes eum ut puerum sacris imbueret disciplinis, qualiter Domini vestigia juxta humanum posse sequi valeret. Vir denique sanctissimus cum gaudio illum suscepit, et infra breve spatium vetus ac novum testamentum ei tradidit. Ipse autem puer divina fultus clementia, quamvis ætate esset puer, moribus tamen senex erat. Nam, si quis ex illius sodalibus atque juvenibus eum convitiaretur atque verberaret, cum gaudio magno propter nomen Domini patienter sufferebat. Videns quoque beatus Sixtus illius sanctitatem, necnon et patientiam, per ordinem omnes ecclesiasticos gradus ei committens ad ultimum ordinavit episcopum. Cum autem ipse in scholaribus moraretur disciplinis, beatissima mater ejus migravit a sæculo. Pater namque ejus, dolens multum de morte uxoris, noluit ullam recipere consolationem. Sed tamen veniens ad beatissimum Sixtum, cui suum tradiderat filium, narravit illi dolorem, quem ex amissa contraxerat conjuge. Beatus itaque Sixtus multis verbis eum consolatus est. Et jam consolatione percepta, abiit in domum suam, magnas Deo referens gratias pro conjuge, quam jam Dominus in regnum asciverat suum. D

et postea simul cum filio ad Evangelium Gallis prædicandum mittit.

7 Contigit namque eo in tempore Decium imperatorem Romam devenisse cum furore magno et iracundia adversus christianos : ita ut, si quos invenire potuisset, qui Christi nomen confiteri perhiberentur, aut faceret illos vanis idolis sacrificare, aut diversis cruciatibus interire, mandans omnibus suis comitibus, et vicariis atque militibus, ut omnes quos invenire potuissent christianos, variis perimerent cruciatibus. Igitur beatus Syxtus, audiens Decium cum tali furore tam truculentum jam advenisse, jussit beatum Genitum ad se venire, et dixit illi : « O frater Genite, num vides quomodo iste malitiosus omnes perdere vult christianos ? Memor esto illius dicti : « Qui diligit patrem aut matrem, aut filios, aut agros, sive pompam hujus sæculi plus quam me, non est me dignus. Et si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. » Ita et tu, frater, imple et da pauperibus, et fuge in partes Galliæ, una cum filio tuo Gendulfo, quia jam Gallici verbum Domini receperunt. »

Hi primo in civitate Geturnicensi viduam cum sua familia baptizant.

8 Et continuo fecit sanctissimum virum Gendulfum Missarum solemnia cum ingenti honore celebrare. Missarumque solemniis celebratis, valefecit beatissimus Sixtus, et dedit potestatem venerabili viro Gendulfo prædicandi atque docendi per universas regiones, per quæ ituri essent. Statimque ab urbe Roma abeuntes, vendiderunt omnes possessiones suas, et dederunt omne pretium pauperibus, orphanis et viduis : cœperuntque in Galliæ partes properare. In qualemcumque domum intrarent, continuo dicebat beatus Gendulfus : « Pax huic domni : pax ingredientibus, et regredientibus. » Sicque incipiebat remissionem peccatorum prædicare... Cum autem pervenissent ad civitatem, quæ dicitur Gedurnicensis, intraverunt in domum cujusdam viduæ, quæ habebat unicum filium, quem valde diligebat. Eratque ipse puer a dæmonio obsessus, et tenebat illum fortiter vinctum, quia omnes quos aggredi poterat, morsibus laniabat, multisque modis perdebat. Ingredientes nempe viri sancti, ubi ipse puer erat vinctus, dixit beatus Gendulfus : « Pax huic domui. » Et statim cœpit per os pueri dæmon clamare, ac dicere : « Quid me persequeris, sancte Gendulfe, quid me per- F
sequeris. » Audiens mater et famuli puerum scilicet clamantem, cœperunt mirari intra se et dicere : « Quis indicavit illi nomen hominis istius : » Tunc beatus Gendulfus conversus ad puerum dixit : « Adjuro te in nomine Dei mei, quem ego prædico et adoro, ut exeas ab isto puero, nequissime dæmon. » Tunc exclamans voce magna, a dæmonio liberatus est, et cecidit in terra velut mortuus. Beatus autem Gendulfus, apprehendens manum ejus, levavit illum e terra sanum atque incolumem. Videns autem mater filium sanum atque incolumem juxta virum stare, perterrita cecidit ad pedes ejus, dicens : « Domine meus, video in te quasi vultum angelicum : obsecro ergo te ut baptizes me in nomine Dei tui, et doceas me viam veritatis, quia usque nunc vanis idolis servivimus. Nunc autem cognovimus quia Dominus Jesus misit vos in civitatem hanc, ut eruatis eam de errore, quo detinetur. » Videns autem sanctus Gendulfus fidem mulieris, dixit ad sanctum Genitum : « Vere ego nunc cognosco quod Dominus Jesus perduxit nos huc. Stemus autem, si necesse fuerit

A fuerit propter nomenDomini usque ad mortem. « Et conversus ad mulierem cujus filium a dæmonio liberaverat, dixit ad illam : « Credis ex toto corde, quod ore polliceris? « At illa respondit : « Si non credidissem, non tibi peccata mea confiterer. « Tunc indixit illi beatissimus vir Gendulfus triduanum jejunium, et die tertio baptizavit eam simul cum filio, quem a dæmonio liberaverat, et cum omni familia sua. Fuit numerus eorum qui baptizati sunt viginti octo. . . .

. . . . . .

Dioscorus vero civitatis comes eos tormentis cruciari jussit;

9 Interea cum hæc agerentur, quidam homo abiit, et nuntiavit Dioscoro comiti, quod duo magi ibi advenissent a partibus Romæ, qui dicerent templa destrui, cæremonias respui, et omnia priscæ legis decreta convelli. Unum enim Deum prædicant coli, cujus etiam se famulos protestantur. Hoc audiens comes, misit milites qui eos in conspectum suum exhibeant; et cum fuissent ante illum adducti, interrogavit eos, dicens : « Nonne vos estis illi magi, qui subvertitis nostram civitatem? « Ad hæc beatus Gendulfus respondit : « Nos non sumus magi, sed servi Domini Jesu Christi. « Tunc comes dixit : « Nisi sacri-
B ficaveritis diis, et revocaveritis omnes quos in errorem induxistis, per multa tormenta vos interficiam. « Tunc sanctus Gendulfus respondit : « Neque te timemus, neque tormenta tua, quia non vales nobis amplius nocere, nisi quantum Dominus noster tibi permiserit. « Tunc comes, ira commotus, jussit illos fustibus cædi; et illi cum cæderentur, benedicebant Deum qui illos confortabat. Videns autem quod nihil illis nocere potuisset, jussit in clibanum ardentem mitti. In quem cum missi fuissent, descendit angelus Domini de cælo confortans eos. Et refrigerato igne, factus est statim clibanus velut ros. Populus autem cœpit clamare et dicere : « Non est Deus in universa terra, nisi Deus christianorum, quem servi sui Gendulfus et Genitus prædicant. « Præfatus autem comes tanta insania erat invasus, ut nec sic erubesceret. Jussitque sanctos viros de clibano extrahi : cernensque quod nihil eis nocere posset, præcepit in ipsorum brachia circulos mitti ferreos, atque in carcerem usque in crastinum retrudi.

sed, filio suo defuncto

10 Cum autem ducerentur ad carcerem, facta est vox ad illos de cælo, dicens : « Estote
C fortes, o viri sancti, et confortamini in Domino, quia crastina die omnes habitatores civitatis hujus per vestram prædicationem crediturі erunt in Dominum Jesum Christum. « Populus vero rogabat sanctissimum virum Gendulfum ut baptizaretur ab eo. Beatus autem Gendulfus accepta aqua, consecravit eam, et baptizavit illo die plus quam trecentos viros, exceptis parvulis et mulieribus, et prædicabat illis ut pacem inter se haberent. Nocte autem eadem correptus filius Dioscori a dæmonio, spiritum exhalavit. Videnque Dioscorus filium suum mortuum cœpit fiere nimio dolore, eo quod unicus illi esset. Uxor autem dixit illi : « Propter viros quos jussisti in carcerem trudi, evenit nobis hoc malum. Mitte itaque festinanter, et præcipe illos educi ex carcere; et pete ab eis ut tibi dent omnia mala, quæ in eos exercuisti, et promitte te in illum quem ipsi prædicant crediturum, si filium tuum in nomine Dei sui suscitaverint. Credo enim quod hoc apud illos impetrare possis. « Ille autem ad carcerem misit festinanter, et præcepit sanctos viros in conspectum suum adduci. Cum venissent autem ante illum, dixit ad beatum Gendulfum : « Tu dicis quod Deus tuus unus est Deus, et qui illum crediderint, corde perfecto impetrabunt. « Tunc beatus Gendulfus respondit : « Deus meus Deus unus est, qui creavit cælum et terram, et plasmavit hominem ad imaginem et similitudinem suam. Misitque Filium suum unigenitum in hunc mundum, ut genus humanum de potestate diaboli liberaret. Qui etiam propter nos et propter nostram salutem se a Judæis comprehendi permisit, ligari, crucifigi; et ad ultimum mortem subire non est dedignatus. Tertia vero die resurrexit, ut nobis aditum daret resurgendi de morte ad vitam. « AUCTORE R. D. B.

in nomine Jesu resuscitato, ipse et tota civitas baptizatur;

11 Ad hæc comes dixit : « Si verum quod dicis, resuscita hunc puerum, et credam in Deum tuum cum omni populo meo. « Beatus Gendulfus respondit : « Si credis ex toto corde, vade, apprehende manum ejus, et dic : « In nomine Domini Jesu Christi, quem servi sui Gendulfus et Genitus prædicant, surge et sta super pedes tuos sanus. « Illo autem faciente ita, revixit puer aperiensque oculos surrexit, et factus est sanus. Tunc comes videns filium suum resuscitatum, procidit ad pedes sanctorum Gendulfi E
et Geniti, dicens : « Domini mei, dimittite mihi injuriam quam in vos exercui, quia ignoranter peccavi : et baptizate me cum uxore, et filio, omnique populo qui est in hac civitate. Nunc enim cognosco, quod non est Deus in universa terra, nisi Deus christianorum. « Beatus autem Gendulfus indixit illi jejunium triduanum; et jam die tertio transacto, baptizavit eum cum omni populo suo : et ædificavit illis ecclesias, consecrans eas in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, necnon et omnium apostolorum; et erudivit illos per tres menses verbo Domini. *Atque hæc fuisse traduntur* SS. Geniti *et Gendulfi in civitate Giturnicensi gesta.*

quæ civitas non videtur esse Cadurcensis.

12 *Verum ubinam hujus civitatis fuerit sedes non omnibus æque liquidum est. Guillelmus quidem Lacroix, Saussayus, Claudius Robert pluresque alii, quos enumerat Bollandus, Giturnicensem (alias Geturniensem) civitatem pro Cadurcensi acceperunt. Sed jure merito dubitavit Bollandus num civitas Geturnicensis sit eadem ac Cadurcensis, vel etiam sitne in Aquitania aut Gallia, annon potius citra montes posita. Legitur enim in priore S. Gendulfi Vita a Bollando edita :* Confirmatis itaque *(in civitate Giturnicensi)* cunctis in Domini servitio, inde (SS. Genitus *et Gendulfus)* recesserunt ambo; et post aliquantula laboriosæ viæ spatia, ad Gallias pervenerunt, in prædiolo, quod dicebatur Cella dæmoniorum, super fluviolum Naonis situm, et in territorio Bituricensi positum (1). *Item in altera :* Post hæc autem sancti viri cunctis ecclesiæ illius *(Giturnicensis)* valedicentes fratribus, inde recesserunt, et Galliam Aquitanicam petierunt (2). *Neque parum crescere potuit ejus dubium, quum aliquot annis post in hæc Combefisianæ Vitæ ceciderit verba :* Postea recedentes inde *(civitate Giturnicensi)* pervenerunt in Galliam, in vicum, qui vocatur Catralus super flumen Ogra. *Ego quidem cum Bollando omnino sentio, eo magis quod cl. vir* F

(1) Acta SS. tom. II Januarii, pag. 87. — (2) Ibid. pag. 96.

AUCTORE R. D. B.

Maximinus Deloche(1),*magna cum diligentia colligens varia eaque antiquissima Cadurcensis civitatis vocabula, Giturnici nomen non recenset, licet Guillelmi Lacroix, qui Giturnicum ac Cadurcum unius ejusdemque civitatis appellationem fuisse putavit, opus de Cadurcensium episcoporum serie multum manibus volverit. Nec propterea negabo a* SS. Genito *et Gendulfo, diversis tamen temporibus, in Cadurcensi pago christianam fuisse propagatam veritatem; quum non nisi ob validissimas rationes ecclesiarum hujusmodi traditiones vir prudens rejiciat.*

Inde venit uterque Sanctus Catralum, ubi S. Genitus moritur.

* *forsan* La Châtre

* *forsan* Angerem (Indre)

13 *Pergit Combefisianæ Vitæ auctor:* Postea recedentes inde *(Giturnicensi civitate)* pervenerunt in Galliam, in vicum qui vocatur Catralus* super flumen Ogræ *. Beatus vero Gendulfus ædificavit ibi oratorium in honore beatissimi Marcelli martyris, et laborabat die ac nocte ut omnes discipuli post suum decessum ibi servire Deo potuissent. *Dein biographus aliquot S. Gendulfi gesta sat mira, quæ minus ad* S. Genitum *perlinent, refert. Verum de hujus sancti viri* B *morte ne verbum quidem facit : quæ mors in priore S. Gendulfi Vita a Bollando edita sic narratur :* Hoc in tempore, *quando scilicet multos in pago Bituricensi ad Christum convertebat,* ejus carissimus pater Genitus, post multa virtutum insignia, post bellicosa mundanæ desudationis certamina, quæ cum vitiis et concupiscentiis resistendo quotidie bellabat, in pace migravit ad Dominum sub die tertio kalendarum novembrium. Beatus autem Genulfus ad horam quidem valde doluit, totusque resolutus est in lacrymas, ploratu multo ejulans, quod orphanus jam remaneret, et tam dulcem patrem, tam suavem, tam benignum perderet. Surgensque post lacrymas, suis sanctis manibus corpus lavit, vestes composuit, linteaminibus quoque nitidis decenter circumsepsit; et cum fidelium virorum plurimo comitatu et honore congruo sepelivit eum non longe ab oratorio S. Petri, quod ipse tam stabili fundatione decenter, prout possibilitas suppeditavit, perfecerat, eratque super Naonis rivum (2). *Hic vero locus videtur esse is qui in Biturigum Chorographia* Celle-sur-Nahon *appellatur* (3).

SS. Genitus *et Gendulfus sepulti in eodem tumulo.*

15 *Mittimus ex Combefisiana Vita plura miracula, post* S. Geniti *mortem a S. Gendulfo patrata : sed præterire non licet quomodo hic sanctus episcopus, vita functus, in sepulcro juxta* S. Genitum *a suis discipulis positus fuisse ibidem tradatur.* Tunc accipientes discipuli, *ait biographus,* illud sanctissimum corpus, juxta ejus præceptum sacco cilicino involutum, sepelierunt eum ad latus beati Geniti prope oratorium sancti Petri, quod est constructum super fluvium Naonis. Locus autem ille, qui antea vocabatur Cella dæmonum, post adventum sanctissimorum virorum ab illo die et deinceps appellatur vulgariter Cella sancti Gendulfi, confessoris Domini nostri Jesu Christi. Evolutis igitur tribus annis postquam beatus Gendulfus ex hac luce migraverat, venit unus ex ejus discipulis nomine Leontius ad beatum Sebastum et narravit illi obitum sanctissimi viri Gendulfi, quamque arctam ipse propter nomen Domini duxerat vitam. Audiens autem omnia beatus Sebastus quæ venerabilis vir Gendulfus propter nomen Domini in hac vita gesserat, venit illuc cum cereis et luminaribus, ingentique apparatu, et cum magno honore levavit corpora sanctorum Gendulfi et Geniti, et asportavit illa in oratorium sancti Petri, quod ipsi suis manibus ædificaverant, posuitque corpus sancti Gendulfi, ingredientibus parte dextera, egredientibus vero sinistra. Ædificavit quoque super utrumque corpus cryptas, et postea reversus est ad propria. Scripsit quoque gesta sanctissimorum virorum, quæ a Leontio et cæteris beati Gendulfi discipulis relegenda probaverat. Quanti autem cæci, vel quanti dæmoniaci vel aliis infirmitatibus detenti, per intercessionem sanctorum ibidem sani facti sunt, longius est dicere. *Hactenus ineditus biographus. Sacræ vero utriusque exuviæ simul mansere, usquedum Caroli Calvi regis licentia S. Gendulfi corpus, ne per bellorum iniquitatem injuriam pateretur, ad monasterium* E *Stradense in pago Bituricensi (sex videlicet millibus a S. Petri oratorio distans) fuerit translatum.* Beati vero patris illius Geniti glebam remanere siverunt (4). *Atque hæc sunt quæ de* S. Genito *colligere potuimus.*

De distinguendis SS. Gendulfis quæstio remissa ad diem 13 *novembris.*

16 *Sed in fine hoc monitum volumus nos occasione* S. Geniti, *cujus gesta tam obscura sunt, noluisse inquirere in res S. Gendulfi, quæ non minoribus involvuntur tenebris et de quibus (ut initio diximus) scripsit Bollandus ad diem* 17 *januarii et in appendice ad eamdem diem. In qua appendice docuit Biturigibus coli die* 17 *junii S. Gundulfum, aliquando (ut traditur) archiepiscopum Mediolanensem, dein eremitam in agro Bituricensi et post mortem* translatum Nobiliacum, ubi in medio chori B. Mariæ jacebat honorifice sepultum. *Sed Saxius aliique, qui diligenter antistitum Mediolanensium catalogum texere studuerunt, negant aliquem S. Gundulfum umquam ecclesiæ Mediolanensi præfuisse. In Vita S. Radegundis, quæ ad diem* 13 *augusti illustrata fuit, occurrit* S. Gundulfus, post factus Mettis episcopus; *sed ante sæculum* IX *nullus hoc nomine Mettis sedisse legi-* F *tur; ita ut alii vocabulum* Gundulfus *corruptum esse dicant, alii vocabulum* Mettis; *qui posteriores censent eumdem Gundulfum designari ac qui alibi Mediolanensis dicitur. Potuisset itaque in opere nostro quæri quot sancti Genulfi, Gendulfi seu Gundulfi distinguendi sint ad dies* 17 *januarii,* 17 *junii atque etiam* 7 *septembris, ad quam S. Gundulfi, sæculo* IX *Mettis episcopi, Acta data sunt; sed hactenus omissum fuit. Redibit hujus rei occasio ad diem* 13 *novembris, qua olim Parisienses agebant S. Gundulfi, a Bituricensibus culti, festivitatem.*

(1) Cartulaire de Beaulieu, pag. CLXXXIV et seqq. — (2) Acta SS. tom. II Jan., pag. 87. — (3) Ibid. pag. 102. — (4) Ibidem.

A D

DE SS. HYACINTHO

QUINTO SEU QUINTINO, FELICIANO, LUCINIO SEU LUCIO

MARTYRIBUS IN LUCANIA

SYLLOGE CRITICA

V. D. B.

§ Unicus. Memoria ex martyrologiis. Passine sint ii martyres in civitate Luca, in diœcesi Compsana, an ignoto Lucaniæ loco.

TEMPORE INCERTO. *Nominibus mirum in modum corruptis annuntiantur hodie in Hieronymianis latercu-lis*

Quum toti essemus in recolligendis memoriis, quæ de his supersunt sanctis, non potuimus non mirari quam fideles sint plerique martyrologi, æque veteres ac recentes, in retinendis eorum nominibus, quamquam res eorum lateant et reliquiæ. Hieronymiani itaque fasti, quibus solemne est solis ire, reliquos fere omnes hodie sequaces habent. Ordine jam prodeant. Martyrologium Hieronymianum, quod vulgo Corbejense majus vocant et quod edidit Dacherius, præsenti die hæc sola habet verba (1) : IV kal. nov. In Lucania, Sacincti... Quinti, Felicianæ et Lucaniæ martyrum. *In Lucensibus codicibus et in Blumiano reperit Florentinius* : In Lucania sancti Sanecinti *(in Blumiano* Sacinti), Quinti, Feliciani et Lucini. *Richenoviense, editum a Sollerio in his Actis ad finem Junii, ubertate nimia peccat, hæc tradens :* In Lucania, Quinti martyris, Jacinthi, Feliciani et Lucii, Sacinoti et Lucini. *Augustanum, quod idem Sollerius dedit in lucem, peccata aliquantisper mutat, hoc modo* : Lucani, Iliacinthi, Saci, Noti, Quinti, Feliciani, Lucini. *Labbeanum, cujus editionem similiter debemus Sollerii curis, paulo melius est; habet enim* : In Lucania, Jacinti, Sacinati, Quinti, Felicianæ, Lucini. *Gellonense, quod cum Sancti Galli codice et Baluziano collatum typis expressit Dacherius* (2), *hæc continet :* In Lucania, Sachieti C *(cod. Baluzii :* Jacinti; *S. Galli :* Sachinei), Sacinoti, Quinti, Felicianæ, Lucini *(S. Galli :* Luciani). *Ottobonianum, quod edidit Georgius* (3), *quamquam eamdem videatur habere originem ac Augustanum, Labbeanum et Gellonense, multo purius est; quippe quod habet :* In Lucania, natale sanctorum Jacinthi, Quinti, et Feliciani, et Lucii. *Autissiodorense Martenii* (4) *defectu peccat et ubertate; in eo legitur :* In Lucrenia, Sacinoti, Sacinto, Quinti, Feliciani. *Corbejense brevius Sollerii et ejusdem Martenii* (5) *defectu unius nominis; his quippe conceptum est verbis* : In Lucania S. Sancincti, Quinti, Felicianæ. *In ejusdem Hieronymiani Martyrologii Breviario, quod titulo Libelli annalis domini Bedæ presbyteri edidit Martenius* (6), *hæc occurrunt :* Natale SS. Quinti, Feliciani et Ferentii *(immo Terentii, episcopi Metensis)*, confessoris; *in Kalendario Morbacensi* (7) : Lucani, Rachinti, Quinti; *in Fragmento pervetusti Martyrologii Turonensis* (8) : In Lucana, Sacincti, Quinti. *In additamentis ad Wandelberti Martyrologium metricum* (9) : In Luciana, natale S. Quintini et Feliciani. *In vetustiori canonicorum Lucensium, quod vidit Florentinius* : E Quinti, Lucini.

2 *Beda Florusque vulgati, Romanum Parvum Rosweydi, Autissiodorense Martenii et Fuldense Georgii omittunt illam turmam. Ut accurate in Præfatione Usuardi sui demonstravit Sollerius, Rabanus circa annum* 845 *et Ado tredecim annis post passim auxerunt Bedæ Florique laterculos nominibus ex codicibus Hieronymianis acceptis. Ado, utcumque recentior, abstinuit a Lucanis martyribus; sed Rabanus eos protulit his verbis* (10) : In Lucania, S. Jacinthi, Quintini, Felicianæ, Lucini. *Usuardus, qui Rabanum non vidit, sed qui Adonem, (quem* secundum librum Flori *credidit et appellavit), secutus est, ex Hieronymianis fontibus, quos alibi passim negligit, manipulum Lucanum hodie accepit :* In Lucania provincia, *inquit,* sanctorum Jacincti, Quinti, Feliciani et Lucii. *Hinc transiit in codices et editiones Usuardi omnes, paucis mutatis; similiter in Catalogum sanctorum Petri de Natalibus* (11), *et in Martyrologium Maurolyci, quod cæterum Usuardum prope sequi solet : atque etiam in Galesinii, nisi quod* Lucinium *habet. In auctariis Bedæ, quorum ætas diversa est, servata eorumdem martyrum memoria. In codicibus scilicet Barberiniano, Vaticano et S. Cyriaci legitur* (12) : In Lucania, S. Sacincti, Quinti *(Barb.* Quintini), Feliciani et Lucii; *et in Atrebatensi, Tornacensi et Lætiensi* (13) : In Lucania, SS. Luciani, Quinti et Feliciani martyris. *Quæ additamenta credidit perperam Baronius Bedæ esse; sed secundum hæc, Usuardum et alios recentiores hanc ad præsentem diem Martyrologio Romano inseruit memoriam :* In Lucania sanctorum martyrum Hyacinthi, Quincti, Feliciani et Lucii. F

et in recentioribus martyrologiis

3 *Quamcumque autem hæc confusa, disparata, hiulca, distorta, redundantia videan-*

SS. Hyacinthus, Quintu

(1) Spicilegium, tom. II, pag. 20, edit. 1723. — (2) Ibid. pag. 33. — (3) Martyrologium Adonis, pag. 686. — (4) Thesaurus anecdotorum, tom. III, col. 1561. — (5) Ibid. pag. 1585. — (6) Ampliss. collectio, tom. VI, col. 647. — (7) Thesaurus anecd. tom. III, col. 1570. — (8) Ibid. col. 1590. — (9) Spicilegium Dacherii, tom. II, pag. 54. — (10) Canisius, Thesaurus monumentorum, tom. II, part. II, pag. 345, edit. Basnagii. — (11) Lib. XII, num. 303. — (12) Acta SS. tom. II Martii, pag. XXXVI. — (13) Ibid. pag. cit.

tur,

seu Quintinus, Felicianus *et* Lucinius *seu* Lucius,

tur, ad veritatis tamen leges et ad sinceritatem originis partim certo, partim dubie referri possunt. Imprimis Hiacinthus, Jacinthus, Rachintus, Iacintus, Sachietus, Sachineus, Iacinctus, Sancinctus, Sacinctus, Sacinatus, Sacinotus, Saci-Notus, Sanecintus, *totidem formæ unius nominis sunt* Hyachinti. *Quod communi lege amisit prius aspirationem. Hinc quum anno* 1845 *P. Marchius reperit S. Hyacinthi Romani corpus, quod jam pridem alio translatum dicebatur, offendit hunc lapidem* (1) :

DP. III IDVS SEPTEBR
YACINTHVS
MARTYR

Sed Y *passim in* I *mutatur, ut* lacrymæ *dicantur* lacrimæ; stylus, stilus; Hippolytus, Ippolitus, *etc. Secundum has itaque leges, non solum* S. Hyacinthus *Lucanus, sed et alii omnes in veteribus martyrologiis* Iacinthi *seu* Jacinthi *constanter appellantur; unde italice* Giacinto. Sacinthus *autem et derivata proveniunt ab* Iacintho, *litera* I *conversa a librariis in* S, *propter formæ similitudinem.* Quin-
B tus *seu* Quinctus *certo retinendus esset, nisi productum nomen* Quintinus *aliquot in codicibus occurreret. Qui quidem pauciores sunt numero; sed hæc non certa lex.* Felicianus *fere ubique sequitur; verumtamen* Feliciana *quoque occurrit, hinc orta quod genitivus casus* Feliciani *facile confundilur cum* Felicianc. *Qui quarto demum venit loco* Lucius, *dictus quoque est a pluribus* Lucinus *seu* Lucinius *ab aliquibus* Lucianus *et* Lucania. Lucinus *seu* Lucinius *rara forma, non tamen insolita. Placet magis quam* Lucius *et* Lucianus. *Pugnat nempe pro ea quod rariora plerumque a librariis commutantur in communiora.* Lucania *mera corruptela est.*

qui passi sunt non in civitate Luca, sed in Lucania.

4 In Lucania *seu* in Lucania provincia *eos martyres passos esse manifestum videtur. In ms. tamen codice Bavarico (ni fallor) Adonis, quem sub nomine Bedæ adducere solet Franciscus de Aste, Hydruntinus archiepiscopus* (2), *hæc ad diem* 12 *julii occasione S. Paulini episcopi occurrunt:* Luca, Hetruriæ civitas, alios habuit episcopos, doctrina sanctitatisque laude claros, tum martyres, nempe Hyacinthum, Quinctum,
C Lucium et Felicianum. *Sed hæc neque Bedæ, neque Adonis sunt, sed interpolatoris. In Topographia autem sanctorum Christi martyrum per Primum, Cabilonensem episcopum ac theologum, anno salutis* 1450 *olim composita, et nunc demum (ut præfert titulus) recognita a Maurolyco, qui ejus editionem anno* 1564 *procuravit, hæc leguntur* (3) : Luca, civitas Tusciæ in Italia. Hic Hyacinthus, Quintus, Lucius et Felicianus, martyres. *Hinc invenire est qui hæc approbent, suggerentes Lucam stylo ecclesiastico dici potuisse* civitatem Lucanam *et similia; quæ tanto minus confutatione indigent quod Lucenses nequaquam contendunt hos suos cives esse aut eorum agunt festivitatem* (4). *Nihil luculentius* D *autem et in media illa codicum diversitate nihil stabilius quam Lucaniam designari pro palæstra, in qua sancti martyres certaverint. De hujus regionis situ, finibus et laudibus dixerunt complures. Satis mihi sit indicasse eam fere repræsentari Basilicata, Regni Neapolitani provincia : ejusque fines fuisse a septentrione Silarum flumen, quo a Picentinis, et Brandanum amnem, quo ab Apulis; a meridie vero Laum flumen, quo a Brutiis separabatur; ab ortu sinum Tarentinum; ab occasu mare Tyrrhenum. Præcipuæ ejus civitates et oppida Pæstum seu Posidonia, Palinurus, Velia et Buxentum; intus vero Volsci seu Volceium, Compsa, Potentia, Blanda, Grumentum et, Lucaniæ caput, Petelia* (5).

De eis nulla memoria exstat in diœcesi Compsana, neque in literis S. Gregorii Magni.

5 *In quo autem Lucaniæ oppido mortem oppetierint beati martyres, jam pridem quæsitum est; frustra.* Putamus tamen, *inquit Ferrarius* (6), eos haud longe a Cangiano urbe, in Picentorum et Lucanorum confinio, ad Compsanam metropolim spectante, martyrium subiisse : in ea enim urbe S. Feliciani E celebris est memoria. *Quam sententiam, nullo instituto examine, laudat et approbat Franciscus de Aste* (7). *Verum qui edidit Hagiologium Italicum, quæ Ferrarii Catalogi nova impressio est, is resecuit illa Ferrarii verba. Et Orlendius* (8) *hæc loquitur :* Quo autem in Lucaniæ oppido, quove tempore Hyacinthus et socii agonem suum consummaverint, prorsus latet. *Et quidem, ut ex Justiniani et Sacci lexicis topographicis Regni Neapolitani mihi constat, in universo hoc regno nullum oppidum aut plebs exstat, cui nomen sit* Cangianum *seu* Cancianum; *imprimis nullum diœcesis Compsana* * (9) *continet locum, cujus* * Conza. *nomen ad* Cangianum *seu* Cancianum *aliquantisper accedat. Neque etiam in Ordine divini officii Compsano pro anno* 1836 S. Feliciani *vocabulum legitur. De reliquiis* S. Hyacinthi *meminisse S. Gregorium Magnum in Registro, lib.* VII *(immo* IX), *ind.* II, *epist.* XII *(immo* XV), *perhibet Baronius in annotatis ad Martyrologium Romanum et secundum eum Ughellius* (10); *sed, quemadmodum jam pridem animadvertit Ferrarius* (11) *et post* F *eum de Aste* (12) *et Orlendius* (13), *ibidem non videtur memorari* S. Hyacinthus *Lucanus, sed potius S. Hyacinthus Sabinus, qui ad diem* 9 *septembris cum sociis, SS. Alexandro et Tiburtio, fastis sacris atque ipsi Martyrologio Romano adscriptus est, et in opere nostro illustratus* (14). *Agitur enim in illa epistola de recondendis in basilica baptismali B. Mariæ virginis intra civitatem Reatinam* reliquiis BB. MM. Hermetis, et Hyacinthi, et Maximi; *Reate autem, quamquam oppidum Umbriæ dicatur, in Sabinis jacet. Solus itaque Deus novit tempus, locum et modum martyrii sacrorum pugilum atque etiam eorumdem reliquiarum fata.*

(1) Monumenti delle arti primitive, pag. 238 et seqq. — (2) In Martyrologium Romanum disceptationes, pag. 438. — (3) Ap. Maurolycum, Martyrologium, fol. 98. — (4) Cfr Franciotti, Historie delle mir. imag. et delle vite de' santi nella città di Lucca; Gabr. Gramatica et Dom. Mansi, Diario sacro delle chiese di Lucca etc. 1733; Barsocchini, Diario sacro delle chiese di Lucca, 1836. — (5) Orlendius, Orbis sacer et profanus, part. II, tom. III, pag. 1952 et seqq. — (6) Catalogus SS. Italiæ, pag. 679. — (7) In Martyr. Rom. discept. pag. 489. — (8) Orbis etc. part. II, tom. III, pag. 1958. — (9) Cfr Giustiniani, Dizionario geografico, tom. IV, pag. 121. — (10) Italia sacra, tom. VII, col. 4. — (11) Catalogus SS. Italiæ, pag. 679. — (12) In Mlgm Rom. disc. pag. 489. — (13) Orbis, part. II, tom. III, pag. 1958. — (14) Acta SS. tom. III Septembris, pag. 364.

A D

DE SANCTO ZENOBIO

PRESBYTERO MEDICO ET MARTYRE

ANTIOCHIÆ IN SYRIA

SYLLOGE HISTORICA.

H. M

§ Unicus. S. Zenobii martyrium, laus in Latinis fastis, tempus mortis et medicinæ usus.

CIRCA ANNUM CCCIV

Initio persecutionis Diocletiani passus est S. Zenobius *presbyter,*

B *Quum anno* 303 *christianæ religioni bellum indixit Diocletianus, ædificia primum, ut notum est, et libros destrui decrevit, dein ecclesiarum præsides in vincula conjici et severissimis suppliciis ad sacrificandum idolis compelli jussit; quod tandem anno* 304 *et de omnibus christianis edixit* (1). *Multi ergo episcopi et presbyteri anno* 304 *ob fidem Christi interempti sunt, et tanto quidem numero ut de iis trita illa veteris latini martyrologi sententia* quorum numerum sola Dei scientia colligit *merito prædicari possit. Inter hos non infimum locum tenuit* S. Zenobius, *ecclesiæ Sidonensis presbyter, ac simul medicus præstantissimus, quem cum Tyrannione, Tyri episcopo, et Silvano, Emiseno antistite, Phœnices nobilissimos martyres appellat Eusebius. Verumtamen illius gesta, præter insignes laudes quibus ejus virtutem inter supplicia constantissimam cumulat ecclesiasticæ historiæ scriptor, omnino ignoramus; sed ex Eusebii verbis inferimus* S. Zenobii *non mortem tantum fuisse præclaram, nam temporibus illis fortitudo in summis cruciatibus res insolita non habebatur, sed et vitam virtutibus omnibus, quæ christianum presbyterum deceant, fuisse ornatam. Ideo martyrium ejus omnibus exemplo fuit, suique memoriam apud christianos reliquit perpetuam.*

ut breviter ab Eusebio, et brevius ac negligentius

2 *Sed, quod plerisque in illa communi rerum omnium perturbatione accidit, hoc quoque sanctum martyrem, quamvis illustrissimum, mansit: defuit nempe pius scriptor, qui ejus Acta componeret; ita ut Eusebii paucis versibus contineantur quæcunque de rebus a* S. Zenobio *gestis novimus. Juverit itaque eos recitare :* Jam vero, *inquit,* omnium in Phœnice martyrum nobilissimi fuerunt Deo accepti christiani gregis pastores, Tyrannio, ecclesiæ Tyriorum episcopus, et Zenobius, presbyter apud Sidonem : Silvanus quoque, Emisenæ antistes ecclesiæ. Sed hic quidem, cum aliis quibusdam in ipsa urbe Emesa feris objectus, martyrum choris additus est. Illi vero Antiochiæ, doctrinam veræ fidei constantissima in perferendis usque ad mortem tormentis patientia ambo illustrarunt : Tyrannio quidem in profundum mare demersus; Zenobius vero medicorum præstantissimus, dum latera ipsi ungulis sulcarentur, in mediis cruciatibus forti animo immortuus (2). *Hactenus Eusebius, quem a Rufino latinitate donatum, secuti sunt quotquot in martyrologiis* S. Zenobii *mentionem fecere. At quum minime verbum de verbo expressisset Aquilejensis presbyter, medicæ artis laus martyri Sidonensi delata, locus et* E *genus passionis Latinos latuerunt. Inde nata confusio, quam martyrologiorum verba afferentes, præmisso Rufini loco, excutiemus.*

a Rufino narratur, quem secuti non satis accurate martyrologi latine scripserunt.

3 Apud Tyrum vero, *ait itaque Rufinus,* nobilissimus in martyribus, et a prima ætate in Christi institutionibus enutritus Tyrannio ejusdem urbis episcopus, Zenobius a Sidone presbyter, et Silvanus Emesenorum ecclesiæ episcopus, qui in sua civitate bestiarum morsibus absumptus, martyrum sociatus est choris (3). *Patet quam infideliter Eusebium hic habeat Rufinus. Porro auctor Martyrologii Romani Parvi, sobrie pro more suo Rufiniana Eusebii translatione utens, ad* 20 *februarii martyres Tyrios, de quibus alibi Rufinus* (4), *annuntiavit, addito ex conjectura nomine Veturii, magistri militum, a quo persecutionem incepisse docet Eusebii vel S. Hieronymi Chronicon* (5). *Dein ad* 29 *octobris scripsit :* Sidonæ, Zenobii, presbyteri et martyris. *Ast Ado, cui curæ fuit prolixius martyrum certamina describere, non tantum ad diem* 20 *februarii Tyriorum martyrum seu potius Ægyptiorum Tyri passorum historiam attu-* F *lit, sed et eis adjunxit Tyrannionem et* Zenobium, *quos ex Rufini parum accurata versione Tyri passos intelligebat* (6). *Hinc fluxit Usuardina annuntiatio utroque die* (7), *et demum Baroniana in Martyrologio Romano ad diem præsentem :* Sidone in Phœnicia sancti Zenobii presbyteri, qui sub novissimæ persecutionis acerbitate, alios ad martyrium exhortans, martyrio et ipse dignatus est. *Ubi animadvertas, quæso, referri martyrii adhortationem, quam Ado et Usuardus ad diem* 20 *februarii tantum enarrabant. Porro non absque ratione Viennensis episcopus, cui persuasum erat* S. Zenobium *et Tyrannionem ad Tyriorum turmam pertinere, cæteros martyres proponit, a suis ducibus, episcopis et presbyteris, ad fortiter agendum incitatos. Quum autem hæc persuasio nitatur mendoso Eusebii latini sermone, concidit et evanescit illius ad-*

(1) Euseb. Hist. eccl. lib. VIII, cap. 2 et 6; de Martyribus Palæst. cap. 1 et 3. — (2) Hist. eccl. lib. VIII, cap. 13. — (3) Ruf. Hist. eccl. Eusebii, lib. VIII, cap. 14, pag. 491 ed. Cacciari. — (4) Lib. VIII, cap. 7. — (5) S. Hieronymus, Chronicon ad an. 16 Diocl.; Euseb. ed. Aucher. — (6) Cfr Ado ad 20 febr. — (7) Cfr Usuardus Sollerii, cum notis.

hortationis

AUCTORE H. M.

hortationis laus. Qua deleta, potuisset sane Baronius, si ob oculos Græcæ historiæ fidelem translationem habuisset, medicam artem S. Zenobii *commemorare, aut virtutem ejus inter supplicia genuinis Eusebii verbis illustrare. Vix autem operæ pretium est notare frustra a Bollando excogitari Acta, quæ fuissent interpolata, ad explicandum Adonis elogium. Omnia ex notis fontibus apertissime hausta sunt.*

De S. Zenobio *tacent Græci, ante Adonem locutus est Wandelbertus.*

4 *Græci, qui ex historia Eusebii, a Nicephoro Callisto* (1) *magnam etiam partem exscripta,* S. Zenobium *noverant, non videntur tamen eum suis fastis unquam inscripsisse. Mirum quoque est a Theophane* Zenobium Sidonis episcopum *vocari* (2). *Sed hæc Græcorum agendi ratio, deficientibus Actis propriis, facilius intelligitur. Duobus enim præsertim modis martyrum memoria ab oblivione vindicata est, aut gestorum scriptione aut publico reliquiarum cultu. Quorum nomina tantum circumferebantur, eorum citius tempore deleta est recordatio. Testes sunt libri illi antiquissimi, martyrologia* Hieronymiana *et* B *Syriacus codex a Wrightio editus* (3), *quæ tam multos confessores ignotos nobis exhibent, inter quos sperabam nomen* S. Zenobii *offendere. Nec me fefellit omnino spes : nam in Hieronymianis ad diem* 24 *augusti, signatum reperi :* In Antiochia natale Sanctorum Zenobii, *etc. Convenit nomen, non adeo frequens in sanctorum historia : idem est passionis locus. Non igitur inepte quis autumet illum* Zenobium *hic laudari, de quo agimus* (4). *Ut autem plena habeatur notitia cultus* S. Zenobii *apud Latinos, auctoribus supra allatis adjiciam Petrum de Natalibus, Maurolycum et Galesinium, qui tam ad* 20 *februarii, quam ad* 29 *octobris Adonem subsequuntur. Wandelbertum his accensere suaderet ejus cum Adone concordia : at prioris oculis subjectus non fuit posterioris opus, sed contra* (5). *Quid ergo dicemus? Wandelberto ut et Adoni Romanum parvum præluxisse? At hoc fere incredibile est, nisi ponamus inter martyrologium metricum et vetus illud a Rosweydo editum aliquem intercessisse codicem Hieronymianum aut Florianum e Ro-* C *mano parvo interpolatum. Aut hoc concedendum est omnino, aut, quod paucis placebit, ipsissimum Romanum vetus Wandelberto usui fuisse. Hæsit in re simili Sollerius, utramque opinionem indicavit, in eam evidenter propensus, quæ nobis minus facile admittenda videretur* (6).

Annum 304 *quo passus sit* Zenobius *non nisi dubitanter signamus.*

5 *Initio quidem hujus scriptionis, notavimus* circa annum 304 *passum esse* S. Zenobium, *reapse non quod documenta suppetant quibus id probemus, sed quia nihil nos cogit ad moram aliquam supponendam inter initium persecutionis et ejus martyrium. Quum insuper cæteri omnes martyres, de quibus loquitur* D *Eusebius uno eodemque capite, præter Anthimum Nicomediensem, Tyrannionem et* Zenobium, *post persecutionem Diocletiani, sanguinem fuderint ab anno* 307 *ad* 312, *non pauci scriptores* S. Zenobii *martyrium anno* 310 *illigarunt. Inter cæteros appellabo Theophanem* (7), *Castellanum* (8) *et Adalbertum Müller* (9), *viros sane eruditos et sagaces; cautius annum incertum notavit Tillemontius* (10). *Sed an non potius innuitur persecutionis initium in Eusebio, quum de reliquis iterum redeat sermo postea, tribus illis exceptis, quorum primus certo certius primo persecutionis impetu occidit? Hoc tantum habeo, quod speciem aliquam probationis præ se ferat. Cur demum Tyriensis episcopus et Sidonensis presbyter a provincia sua Antiochiam venerint, divinare non possum. Juxta Eusebium,* S. Zenobius *mortuus est, dum ipsi ferreis pectinibus latera sulcarentur. Ado autem Viennensis, eum gladio cæsum ait, quia, omissis a Rufino tormentis* S. Zenobio *inflictis, communem Tyriis martyribus exitum assignavit.*

E

S. Zenobius, *medicus fuit, quod lege ecclesiastica non fuit vetitum sacerdotibus ante annum* 1200.

6 S. Zenobius, *qui ab Eusebio martyr nobilissimus prædicatur, in arte etiam medica præstantissimus dicitur* Ἰατρῶν ἄριστος. *Nulla lege tunc ab hujus artis usu clerici prohibebantur. Acta a Metaphraste conscripta, eamdem conferunt laudem S. Zenobio episcopo Ægiensi, de quo ad sequentem diem agitur. Verum ibi examinandum erit, an forsan* gratia curationum *sancto episcopo concessa, non dederit ortum Græcorum persuasioni, quæ non satis cum Menologio Basiliano concordet. Certiora sunt quæ de S. Theodoto episcopo Laodiceno, sæculo tertio, expressis verbis docet Eusebius* (11). *Theodoretus etiam, sæculo quinto, Petrum sacerdotem simul et professione medicum commendat, quem arti medicinæ vacasse, imo ad hoc potissimum Cyrum cum Theodoreto migrasse, ex epistolis hujus episcopi evidenter patet* (12). *Hæc satis sint exempla ut appareat arti medicæ sacerdotium primis sæculis potuisse conjungi, absque ulla reprehensione. Equidem nullum invenio afferri monumentum, sæculo duodecimo antiquius, quo sive in Oriente, sive in Occidente,* F *a medicis studiis monachi aut clerici arceantur. Lucas patriarcha Cpolitanus, teste Balsamone, primus videtur in Oriente anno* 1158 *medicina interdixisse diaconis et sacerdotibus* (13). *Similia de monachis et canonicis regularibus concilium Remense anni* 1131 *edixit decreto quod disciplinæ hodiedum vigentis initium fuit. Porro de his omnibus, si lubet, adeas Thomassinum* (14) *et Benedictum XIV* (15), *qui ecclesiasticæ disciplinæ circa medendi artem a clericis usurpatam vices erudite evolvunt.*

(1) Lib. VII, cap. 16, pag. 461, ed. græco-lat. — (2) Chronogr. pag. 9, ed. P. — (3) Journal of Sacred Literature, Octob. 1865 et Jan. 1866. — (4) Cfr Acta SS. tom. IV Aug. pag. 767. — (5) Sollerius, Præfatio in Usuardum, num. 60 et seqq., 150 et 151. — (6) Ibid. num. 65. — (7) Chronogr. pag. 9, ed. P. — (8) Martyrologe universel, pag. 90 et 547. — (9) Allgem. Martyrologium, Regensburg 1860, pag. 546. — (10) Mémoires ecclésiastiques, tom. V, chronologie, in fine, pag. 816, ed. alt. — (11) Lib. VII, cap. 32. — (12) Ep. 114 et 115. — (13) Beveridge, Pandectæ, tom. I, pag. 535 et 536. — (14) Discipline ecclésiastique, part. II, liv. I, cap. 91, num. 15 et 16, part. III, liv. III, cap. 19, num. 8, 10, cap. 21, num. 3, cap. 22, num. 2. — (15) De Synodo, lib. XIII, cap. 10, num. V.

A D

DE S. BASILIO, EPISCOPO CONFESSORE

LUNÆ IN ITALIA

COMMENTARIUS HISTORICUS B. B.

§ I. Series episcoporum Lunensium hactenus admissa, in multis mendosa demonstratur; cujus loco altera proponitur.

INEUNTE SÆC. V. FORTASSIS SÆC. VII. *Series epporum Lunensium*

Antiqui catalogi, ex tabulis seu traditione ecclesiæ, ut aiunt, Lunensis compositi, signant S. Basilium *ordine* Septimum *in serie episcoporum. Nec hactenus quod sciam, alius illi locus fuerat datus. Attamen jam ab annis nævi haud pauci in præfatis reperti sunt catalogis, ita ut ipse Bollandus noster dubius hæserit quid statuendum esset de præsule, qui ordine primus venit, scilicet S. Habetdeus* (1); B *deinde Papebrochius* (2) *S. Cechardum, qui ad annum refertur* DC, *censuit removendum ad exitum sæculi* IX; *postea Sollerius* (3), *de S. Terentio agens,* incertum *comperit* an Italus an Gallus; *denique ipse ego in actis S. Salarii* (4) *plures rursus signavi difficultates, quamvis, cum Orlendio standum duxerim antiqua traditione. Hodie redit quæstio multo magis sive implexa sive explicata. Scilicet circa tempus editi tomi nostri* IX *Octobris, publici juris factum est, duobus voluminibus in* 4°, *opus Joannis Semeriæ sub titulo :* Sæcula Christiana Liguriæ (5), *in quo primorum antistitum Lunensium series plane subvertitur. Necesse itaque nobis est sententiam auctoris istius expendere, præsertim quod in hac* S. Basilius, *cujus acta illustramus, non ordine* septimus, *ut antea, sed omnino* primus *sedem Lunensem tenuerit; cui S. Salarius (ordine apud Ughellum octavus) successit.*

ab Ughello adhibita,

2 *Ut clarior expeditiorque sit disputatio, Ughelli subjicimus catalogum* (6), *singulis nominibus addentes solum illa, quæ ad quæstionem nostram pertinent.* 1 S. Habetdeus. C *Vixit tempore Vandalicæ persecutionis, sub qua ab Arianis* capite truncatus fuit.— 2 S. Terentius, quem nonnulli Gallum episcopum fuisse affirmant, *a latronibus occisus.* —3 Victor *interfuit concilio Romano sub Symmacho an.* 504. — 4 Verecundus *an.* 553 *cum Vigilio papa relegatus.* — 5 S. Cechardus *interemptus ab* efferatis viris *circa an.* 600. — 6 S. Venantius, de quo S. Gregorius ad Constantium Mediolanensem ep... quem nonnulli Laudensem præsulem faciunt. Ferrarius 13 *Oct.* meminit ejusdem Venantii abbatis apud Sarjanum.—7. S. Basilius. — 8 S. Salarius *martyrio coronatus.* — 9 Lucius, de eo mentio in actis S. Venerii apud Regium, cui ecclesiam in insula Cirni (*Corsica*) dedicavit. — 10 Lazarus vixit anno 640. *(Inserit Coletus* Thomam, *qui adfuit concilio Rom. an.* 649). — 11 Severus interfuit concilio sub Agathone pont. an. 680. *Post hos sequuntur :* Lenthecorius, Apolonius (Petroaldus *an.* 826 *additus a Coleto),* Theudolasius *an.* 867, Gualcherius *tempore Caroli Crassi,* Adelbertus, Anselmus, Gotofredus. *Itaque numerat Ughellus usque ad Severum episcopos decem ; hi autem omnes præter* Cechardum, *ut censet Papebrochius,* nominibus latinis aut græcis; *post quos* veniunt nominibus longobardicis *Lentechorius..... Gotofredus; quare ex priore classe expunxit et posteriori inseruit S. Cechardum.* E *Priores novem iisdem nominibus eodemque ordine recensentur a Moronio* (7), *ex reliquis illustriores solum quidam laudantur. Teste Semeria* (8), *Sarzanæ in palatio episcopali cernitur* hierarchia ecclesiastica; *id est depicti præsules ordine (non dubitem Ughelliano), quo sibi successerunt, addita sub imagine de singulis brevi notitia. Denique Orlendius* (9), *quamvis præclariores nonnullos solum memoret, nuspiam improbat Ughellianam seriem, sicut nec ipse Semeria in* Historia ecclesiastica, *quam anno currentis sæculi trigesimo octavo typis subjecit* (10); *ut appareat ad illud usque tempus eruditis fidem veteris catalogi satis firmam perstitisse. Idem vero Semeria, ut monui supra, in altero opere, paucis post annis excuso, re penitius inspecta, successionem ab Ughello redditam, ad antiquiores episcopos quod attinet, minime admittendam censuit, novamque stabilire suscepit; quo autem successu a nobis hic inquirendum. Quare videamus quo pacto fides veteris catalogi labefactari vel infringi possit; dein examinemus quatenus adhærere fas sit placitis Semeriæ.* F

in multis peccat; et primum quidem S. Harbetdeus non in Italia,

3 *Catalogi veteres, ut diximus, ordiuntur a S. Habetdeo; hic autem episcopus Tamallumensis in provincia Africæ Byzacena fuit, nec umquam in Italiam venisse videtur. Atque hic princeps est nævus in serie Ughelliana. Erroris primum vestigium habetur in Catalogo Equilini alias Petri de Natalibus, qui ad diem* XIII *kal. Martii* (17 *Feb.) scribit* (11) : Habetdeum episcopus Lunensis et martyr, tempore Vandalice persecutionis in Italia martyrium passus est. Qui dum Arriane professioni resisteret, primo in exilium relegatus est. Deinde ipsum Vandali revocantes, obturato eidem ore, ipsum aqua more Arrianorum rebaptizarunt, putantes ex hoc ejus conscientiam violare. Sed dum adhuc illis fortius resisteret ab eisdem capite cesus est. *Ferrarius* (12)

(1) Acta SS. tom. III Februarii die XVII. — (2) Tom. III Junii die XVI. — (3) Tom. III Julii die XV. — (4) Tom. IX Oct. die XXII. — (5) Secoli cristiani della Liguria. Torino 1843. — (6) Italia sacra, tom. I, col. 834 et seqq. — (7) Dizionario *voce* Luni. — (8) Secoli, tom. II, pag. 3. — (9) Orbis sacer et profanus part. II, lib. III, cap. 30; tom. III, pag. 1020. — (10) Storia ecclesiastica di Genova e della Liguria dai tempi apostolici sino all' anno 1838. — (11) Lib. XI, cap. LIX, fol. CCLXI verso. Ed. Lugdini 1534. — (12) Catalogus SS. Italiæ XVII Feb.

eadem,

AUCTORE B. B.

eadem, verbis paululum immutatis, recitat, ex officio ecclesiæ Sarzanensis, ubi unica lectione prædicta narrantur a Petro in Catal. lib. II cap. 59 accepta; *et subdit* annotationem *sequentem :* In Tabulis ecclesiæ Sarzanensis S. Habetdeus episcopus Lunensis inscribitur, quemadmodum et apud Petrum... Vereor tamen ne, cum ea persecutio in Africa vigeret, Africanus episcopus fuerit, ut nomen ipsum, quod aliis Africanis impositum legitur, indicare videtur; quod tamen haud affirmans dico. *Ex his duobus, Petro et Ferrario, Bollandus itidem die* XVII *Februarii, de eodem sancto præsule egit, sed valde breviter* (1). *Summa margini adscripta hæc est :* S. Habetdeus episcopus — ab Arianis relegatus — dein occisus. — Lunensis episcopus an Africanus? — Colitur 17 Februar. Sarzanæ. *Ubi autem de sede :* Dubitat tamen, *ait*, Ferrarius an non potius Africanus episcopus fuerit, tum quia nomen illud Afris christianis familiare, ut « Quotvultdeus, Deogratias, » etc.; tum quia licet sæpius maritimam Italiæ oram incursaverint Wandali, numquam tamen firmas in Italia sedes habuere,
B ut in exilium relegasse episcopos, dein revocasse videri possint. *Tum addit Bollandus :* Quid si ab iis vexatus variis injuriis in Africa, demum proscriptus, ut alii plurimi, in Italiam venit, atque ibi a Gothis itidem Arianis, postea occisus? Sed nihil affirmamus, præsertim repugnante Lunensis ecclesiæ traditione. *Igitur affirmat Petrus S. Habetdeum Lunæ sedisse; rem in medio relinquit Ferrarius; hæret quoque Bollandus, inclinans tamen in partem* Lunensis ecclesiæ traditioni *convenientem.*

sed in Africa sedem habuit,

4 *At Ruinartius nullus dubitat illum Lunensibus non adscribendum :* Petrus Equilinus, *inquit* (2), vitæ compendium refert sancti Habetdeum martyris, quem Lunensem episcopum fuisse asseverat. Inde Ughellus primum inter ejusdem ecclesiæ antistites Habetdeum recenset, cujus festivitatem eo nomine ecclesia Sarzanensis, in quam Lunensis episcopalis sedes translata est, celebrat singulis annis die 17 Februarii, qua item die pariter istius sancti memoriam Ferrarius in Catalogo generali sanctorum Italiæ, et Bollandiani recolunt, hæc de ipso, Petro auctore, referentes:
C « Habetdeum *etc., ut supra, nec tamen sive Ferrarius sive præsertim Bollandiani iisdem verbis. Post hæc prosequitur Ruinartius :* Frustra autem sese torquent Ferrarius et Bollandiani in adinveniendo hoc Habetdeo, quem divinant unum fuisse ex iis episcopis, qui tempore Vandalicæ persecutionis ex Africa profugi aut pulsi in Italiam confugerunt, quemque ab Arianis in Italia ob catholicæ fidei defensionem occisum suspicantur. Hic enim, ut mihi quidem certum videtur, alius non est ab Habetdeo episcopo, qui referente Victore Vitensi lib. v n. 12, in Tamallumensem urbem relegatus, ibi ab Antonio rebaptizatus eademque passus est, quæ Petrus Equilinus de suo Lunensi martyre narrat. Hinc proculdubio Habetdeus Lunensis nullum in Romano martyrologio locum invenit.

ut constat ex Victore Vitensi,

5 *Et sane qui Victorem loc. cit. contulerit cum Equilino, non poterit non consentire Ruinartio.* Alium autem *(verba sunt Victoris Vitensis* (3) nostrum episcopum similiter relegatum Tamallumensi civitate, in qua Antonius *(episcopus Arianus)*, quantum potuit infestare res ipsa demonstrat: nam cum diversis eum persecutionibus affligeret, nec posset eum Arianum facere... pedibus manibusque ligatis, vinculis ingentibus arctat episcopum, oreque obturato ne lingua clamaret, aquam corpori, ut putabat rebaptizationis, spargit. Quasi valeret conscientiam ligare cum corpore. *Tum solvitur episcopus vinculis, declarans se in* prætorio cordis, subscribentibus angelis, *contra vim sibi illatam protestatum esse. Atque hæc Victor capite* XII, *addit paulo post* (4), *sanctum virum Carthaginem profectum ad Hunnericum regem, cui obtulit libellum; rex eum remissit ad Arianos episcopos;* Habetdeum vero episcopus gaudens bono conscientiæ suæ ad locum exsilii maluit remeare. *Cæterum sedes S. Habetdei designatur in* Notitia provinciarum et civitatum Africæ, *ubi recensentur* nomina episcoporum catholicorum diversarum provinciarum, qui Carthagine ex præcepto regali venerunt pro reddenda
E ratione fidei, die calend. Februarias, anno sexto regis Hunerici *Christi*, 583 (5), *et inter episcopos Byzacenæ provinciæ venit* Habetdeus Tamallumensis, *de qua civitate plura dicam infra. Atque hæc sunt quæ de sancto episcopo certis ex documentis ad nos pervenerunt. Nec putem superesse dubium, quin de eodem loquatur Petrus et alii post eum, quorum supra meminimus. Confer Tillemontium* (6).

in urbe Tamallumensi, provincia Byzacena,

6 *Vidimus, num. 4 S. Habetdeum, post multas tolleratas vexationes in urbe Tamallumensi, cujus episcopus erat,* ad locum exsilii remeasse. *Quis autem* locus *ille sit, non convenit inter omnes.* Habetdeus, *ait Ruinartius* (7), in Africæ notitia Tamallumensis in Byzacena episcopus dicitur, qui proinde ex urbe Tamalluma in Byzacena, Tamullumam Mauritaniæ relegatus fuit, *quod tamen a Victoris sensu videtur alienum, ut ipse habet Ruinartius* (8); *nam de* Tamalluma loquitur *Victor*, quæ vicina erat Tripolitanæ provinciæ; at Tripolitanam inter et Mauritaniam Sitifensem interjacebant Byzacena et Numidia. Has difficultates sagacioribus solvendas relinquo. *Scilicet quæstio est an una tantum in Byzacena fuerit urbs Tamalluma nomine, an plures vel saltem duæ. Hæsit Tillemontius incertus :* Habetdeus, *inquit* (9), in Notitia dicitur episcopus Tamallumæ in Byzacena; idem autem refertur relegatus Tamallumam, vicinam deserto, versus Tripolitanam, quod non nisi provinciæ Byzacenæ convenire potest, minime vero Mauritaniæ Sitifensi; sive ergo error sit in his nominibus, sive binæ fuerint urbes sic dictæ, *etc. Rem postea elucidavit Morcellus, in egregio opere, quod* Africa christiana *inscripsit. Ubi primum in* Elencho *ecclesiarum, quæ sæculo quarto et quinto in Africa certis ex monumentis exstitisse probantur* (10), *recenset in Byzacena provincia :* Tamallensem, Tamallumensem *et* Turretamallumensem, quæ et Turrium Tamulus (11); *et in*
F

(1) Tom. III Febr. pag. 15 et 16. — (2) In historiam persecutionis Vandalicæ commentarius, num. 20. Migne, tom. LVIII, col. 388 et seq. — (3) Migne, ibidem col. 250. — (4) Cap. XVI, ubi supra col. 253. — (5) Ibid. col. 269 et seqq. — (6) Mémoires, tom. XVI, pag. 569 et seqq. — (7) In historiam Victoris. Migne ubi supra, col. 250. — (8) Annotationes in Notitiam Africæ, col. 524. — (9) Mémoires, tom. XVI, pag. 567 et seq. — (10) Africa Christ. tom. I, pag. 34-43. Brixiæ 1816. — (11) Ibid. pag. 40.

provincia

A *provincia Mauritaniæ Sitifensis :* Tamallumensem (1). *Itaque* una *urbs hujus nominis in Mauritania*; tres, *variantibus paulisper litteris, in Byzacena. Eodem modo signantur in altera præfati Elenchi editione, et quidem emendatiori ut putat auctor, quæ reperitur in opusculo gallico Joannis Yanoscii* (2).

et exulavit Tamallene, altera ejusdem provinciæ civitate.

7 *Tum alibi laudatus Morcellus de singulis civitatibus illis seu oppidis Byzacenæ distincte tractat. Et primum quidem de* Tamalluma, *cujus* situm, *inquit* (3), describit Victor Vitensis, ubi Antonii, episcopi Ariani, ibidem commorantis crudelitatem perstringit (4) : « fuit iste, » *inquit,* in quadam civitate » (quam paulo post (5) » Tamallumensem » appellat) » proxima eremo, quæ Tripolitanæ provinciæ vicinatur. » *Addit hujus oppidi S. Habetdeum fuisse episcopum; in quo postquam multa ab Antonio passus esset, exulavit* Tamallene; *quod oppidum* in provincia Byzacena situm erat, ubi regio deserta maxime fuit, meridiem versus. *Atque* eo relegatus *ab Hunerico* est sanctissimus episcopus Carthaginiensium Eugenius, qui in Notitia agmen ducit : sic enim incipit : « Eugenius Carthaginiensis Tamalleni, » sexto casu, B nam et » Carthagini » scribebant pro » Carthagine. » In eodem tractu, sed citra deserta erat » Tamalluma, » ubi Arianus episcopus Antonius diversabatur, » qui, » Victore Vitensi teste, » ut bestia insatiabilis... huc illucque ad rapiendum rugiens excurrebat. » Idcirco, inquit idem Victor, impius Hunericus sciens Antonii ferocitatem, in ipsis eremi partibus voluit sanctum Eugenium relegari. *Et postquam hæc Victor dixisset, subdit* (6) : Alium autem nostrum episcopum Habetdeum similiter relegatum Tamallumensi civitate, in qua Antonius fuerat, quantum potuit infestare res ipsa demonstrat. *Observat in hunc locum Morcellus* (7) : Certe in oppido ipso Tamalluma exsulare jussus non videtur, qui regem sic adloquutus dicitur : » Quid quæso jam cum projectis habetis? Quid cum eis, quos exsilio relegastis, quotidie dimicatis (8). » *Ex quibus efficitur,* S. Habetdeum, *Tamallumæ episcopum fuisse, ubi multa passus ab Antonio, exul rediit Tamallenem, qua in urbepariter S. Eugenius, Carthagine expulsus degebat. Atque hæc sunt* C *quæ ad nos de sancto illo viro certis ex documentis pervenerunt. Nec putem dubium superesse quin de eodem loquatur Equilinus et alii post eum, quorum supra meminimus* (9). *Perperam itaque Lunensibus episcopis annumeratur.*

S. Verecundus perperam quoque Lunæ sedisse scribitur; Juncensis episcopus fuit in Africa;

8 *Similiter expungendus* S. Verecundus, *qui ordine quartus recenseturab Ughello, et scribitur anno* 551 *Constantinopolim petiisse, ubi cum multis aliis episcopis subscripsit sententiæ a Vigilio papa contra Theodorum latæ* (10). *Et re quidem vera in præfata sententia apud Baronium* (11) *legimus* : Ideoque ex persona et auctoritate beati Petri apostoli, cujus licet exigui nos locum gerimus, cum Dacio Mediolanensi... Verecundo Lunensi... Theodorum Cæsareæ Cappadociæ civitatis quondam episcopum. omni officio episcopali seu potestate spoliatum esse decernimus *etc. Confer Labbeum* (12) *qui eodem modo legit in* Fragmento damnationis Theodori episcopi... a beato Vigilio papa factæ. *Est nihilominus mendosa lectio. Audiatur Pagius* (13) : Decimus, *qui subscripsit,* fuit » Verecundus Lunensis » alii legunt » Lucensis, » sed omnes errare demonstrat card. Norisius... nam » Verecundus » iste fuit Nicensis *(lege Juncensis)* episcopus in provincia Byzacena *(ad quam etiam vidimus supra referendum* S. *Habetdeum*) et a Justiniano ad synodum cum collega Primasio vocatus, Vigilio adhæsit teste Victore Tununensi post consulatum Basilii an. XI. » Reparatus archiepiscopus Carthaginensis ecclesiæ, Firmus Numidarum episcoporum primates, et Primasius et Verecundus concilii Byzaceni *(mendose legebatur* Benzanteni (14)) episcopi pro fidei causa ad urbem regiam ejusdem præcepto principis evocantur. » Hinc colligit card. Norisius, falsum esse solum Primasium ex Africanis Vigilio adhæsisse, quod putavit Baronius num. XIII, qui existimat » Verecundum Italiæ episcopum fuisse. » *Quæ vix non* E *ad verbum descripta sunt ex laudato Norisio* (15). *Verum utrique, Pagius cum Norisio, falluntur, quod* Nicensem *episcopum dicant Verecundum, decepti scilicet corrupto Tununensis textu; in sincero ad annum post Basilii consulatum* XII (*Christi* 552) *legitur* (16) : Verecundus ecclesiæ Juncensis episcopus in defensione *etc. Notat autem Morcellus* (17) : Editio Scaligeri habet » ecclesiæ Nicensis, » quæ in Africa nulla fuit, nedum in Byzacena. *Textum Tununensis emendavit idem Morcellus; nam et in Patrologia Migniana l. c. legitur* Nicensis, *sine asterisco. Putem omnino standum Morcello, ac proinde S. Verecundum non secus ac S. Habetdeum ex albo Lunensium præsulum delendum.*

AUCTORE B. B.

addendus videtur Lunensibus eppis S. Felix ab Ughello Lucensibus adscriptus;

9 *Ast hisce duobus expunctis alterum unum inserit Semeria, nempe S. Felicem, quem perperam asserit Lucensibus adscriptum, cum ad Lunenses pertineat.* Concilio, *inquit* (18), Romano sub Hilaro pontifice, legitur subscriptus Felix » episcopus Lucensis. » *Unde* Ughellus hunc istius ecclesiæ præsulibus annumerat; ast lectio magis correcta habet » Lunensis. » F *Labbeus* (19), *ubi in* præfatione *concilii, nominantur episcopi præsentes, legit : (cum)* Felice Lucensi; *observat autem Mansi* (20) : Concilii Romani sub Hilaro papa passim in editis et mss. codicibus eadem paucis variatis occurrunt. Sed eorum qui concilio interfuerunt episcoporum catalogus non ubique idem, nec alicubi integer saltem in editis, legitur. *Et nonnullis interpositis, addit :* Gratum proinde fore eruditis censui, si ipse pariter quem nactus sum in ms. codice Lucensi sæculi, ut arbitror, XI catalogum deprompserim, quem in multis ab editis discrepantem reperi, *etc. Hic vero habet :* Felice Lunensi. *Subdit dein Mansi :* Christiani Lupi catalogum alterum ex codicibus vaticanis

(1) Africa Christ. tom. I, pag. 42. — (2) L'Univers, Histoire et description de tous les peuples. L'Afrique chrétienne par J. Yanoski, pag. 46. Paris, Didot, 1844. — (3) Africa Christ. tom. I, pag. 303. — (4) De persecutione Vandalica l. V. c. XI. Migne, tom. LVIII, col. 249. — (5) Cap. XII, col. 250. — (6) Lib. V. c. XI. — (7) Morcellus, ubi supra. — (8) Victor Vit. c. XII. — (9) Conf. Tillemont, Mémoires, tom. XVI, pag. 567 et seqq. — (10) Semeria, tom. I, pag. 14. — (11) Ad an. 551, num. XI, tom. X, pag 68, Lucæ 1741. — (12) Concilia, tom. V, col. 234 et seqq. — (13) Ad an. 551, num. XII, ubi supra. — (14) Victoris eppi Tununensis Chronicon, Migne; tom. LXVIII, col. 939. — (15) Dissertatio historica de synodo quinta œcumenica, pag. 30. Lovanii 1702. — (16) Ibidem. — (17) Africa Christiana, tom. I, pag. 195. — (18) Secoli cristiani, tom. II, pag. 14. — (19) Concilia. tom. IV, col. 1060. — (20) Supplementum, tom. I, col. 337 et seqq.

AUCTORE B. B.

erutum (1) in mea hac editione integrum appono. *Lupus porro recenset* (2) : Felice Cumiensi. *Trina itaque lectio : Mansi* : Lunensi ; *editi catalogi* : Lucensi; *Vaticanus Lupi* : Cumiensi. *Quænam præferenda ? Nolim definire. Certe Mansius primas suæ tribuit. Consentit Semeria* (3), *addens Harduinum tom.* II *pag.*799 *in margine.Lupus sine scholio edidit catalogum Vaticanum; nulla quoque Hefeli in* præsentes *episcopos observatio* (4).

removendus S. Cechardus ad exitum sæc.IX;

10 *Insuper loco movendus S.Cechardus,qui ordine* quintus *signatur in catalogo Ughelliano et quidem ante S. Venantium, ad quem exstant litteræ* S.*Gregorii Magni papæ. Ut monui num.* 1, *Papebrochius (cui adhæret P.M. Renaldi, de quo infra) S. Cechardum duxit removendum ad finem sæculi noni, annum nempe* 892. *Consentit, partim saltem, Repetti* (5), *id inquiens certum, S. Cechardum* post, *minime vero* ante *S. Venantium, cathedram Lunensem conscendisse : tum quod nomen ejus absque dubio longobardicum sit habendum, tum quod anno* 600 *(quem Ughellus Cerchardo adscribit, deceptus inscri-*
B *ptione, quæ recentiori ætate apposita fuit) inveniatur S. Venantius cum S. Gregorio litterarum commercium habuisse. Et revera constat ex litteris illis S. Venantium promotum ad infulas an.* 594, *quas etiamnum tenebat ineunte sæculo sequenti* (6). *Quæ hoc loco notasse sufficit, quia de sancto præsule Lunensi, inter pontifices illius ecclesiæ præclarissimo, agendum erit ad diem* XXV *Novembris.*

S. Terentius Lunensibus assertus.

11 *Dubius hæsit Sollerius* (7) *utrum S. Terentius Gallus fuerit an Italus, adeoque a latronibus interemptus forte Lunæ, cum Roma, ad quam urbem se contulerat* voti solvendi causa, *in patriam remearet* (8). *At P. magister Renaldi, vir doctissimus de familia Minorum conventualium opinatur S. Terentium Lunæ certo sedisse circa medium sæculum sextum, quod nomen ejus reperiatur inter septem illos episcopos* Tusciæ annonariæ, *quibus scripsit Pelagius II papa, electus anno* 555. *Scilicet præsules isti recesserant a communione Romani pontificis, quod is probaret synodum æcumenicam* V *(de tribus Capitulis)*
C *non sine injuria concilii Chalcedonensis, ut ipsi opinabantur, idque ut videtur, bona fide, cum Pelagius, ut eos ab errore revocaret longam atque benevolentiæ plenam, miserit epistolam, cujus hæc inscriptio :* Dilectissimis fratribus Gaudentio, Maximiliano, Gerontio, Justo, Terentio, Vitali et Laurentio per Tusciam annonariam. *Sedes nominatorum episcoporum non signantur, at, judice præfato P. Renaldi,* Tuscia annonaria *sita erat intra Arnum et Macram fluvios; unde necesse ut episcopi, de quibus agitur, sederint* Lunæ, Lucæ, Pistorii, Fesulis, Pisæ, Florentiæ et Aretii, *quæ totidem cathedræ sunt illius tractus. Cum autem incertum habeant communiter eruditi, quo tempore floruerit Terentius, et in laudata Pelagii epistola ejus nomen occurrat et denique sedes Lunensis certo ex testimonio probetur spectasse ad Tusciam annonariam,* D *credere fas est S. Terentium, perpetuo agnitum et cultum in Lunensi diœcesi, reipsa ibidem sedisse et quidem circa medium sæculum* VI. *Hæc ita Semeria* (9).

Series primorum epporum Lunensium a recentioribus stabilita.

12 *Hisce expositis veniamus ad successionem, quam proponit laudatus scriptor. Est autem hujusmodi :*

1 S. BASILIUS.
2 S. SALARIUS.
3 S. FELIX *anno* 465, *perperam ab Ughello* Lucensibus *adscriptus.*
4 VICTOR, *sub Symmacho papa, anno* 501.
5 S. TERENTIUS, *circa medium sæculi* VI.
6 S. VENANTIUS, *exeunte sæculo* VI *et ineunte sequenti. Denique, multis interpositis aliis.*
S. CECHARDUS *circa finem sæculi* IX.

§ II. Num recte S. Basilius ordine primus inter Lunenses antistites recenseatur. Ejus ætas E probabilis. Res gestæ prorsus ignotæ. An Lunæ templum cathedrale ab ejus nomine fuerit olim nuncupatum. Reliquiæ. Memoria in fastis sacris. Sedis Luni-Sarzanensis vicissitudines præcipuæ.

An S. Basilius *ordine primus signandus*

Quibus autem nitatur fundamentis, tum ut S. Basilium *ordine primum signet, tum ut sequentibus suum cuique det locum, ipse Semeria declarat.* Basilium, *inquit* (10), ante alios omnes posui, secutus Bonaventuram De-Rossi et Emmanuelem Gerini. *Hic non ita pridem scripsit de* Viris illustribus *Lunensis regionis* (11). *Et alibi Semeria, ubi in genere de fontibus historicis; præter ms.* codicem Pelavicinum, *quem magnifice extollit* (12), *et in quo* F *collecta asserit documenta sæculi* XII *et sequentium, recenset pariter opus ms. Bonaventuræ De-Rossi, cujus viri præclarum habet Muratorius encomium. Scriptio fert titulum :* La Lunigiana descritta, dedicata al marchese abate Giuseppe Malaspina di S. Margarita (13); *item alium codicem ms., cujus titulus est* (14) : P. M. Joannis Hyacinthi Sbaraleæ ordinis Minorum conventualium notæ et additiones ad Italiam sacram : opus posthumum. Disposuit P. Magister Franciscus Antonius Contarenus; partem amissam ex autographo restituit, totumque recensuit, correxit, auxit frat. Stephanus Renaldi, S. Theolog. magister ejusdem ordinis. *P. Stephanus, quem præ cæteris ornat Semeria, obiit in urbe* 12 *sept.* 1837, *sæviente epidemia (cholera-morbus)* (15). Ducibus, *subdit*

(1) Vide Lupi opera, tom. VII, *in titulo*. Venetiis 1726. — (2) Ibid. pag. 386. — (3) Secoli, tom. II, pag. 14. — (4) Conciliengeschichte tom. II, pag. 702 et seqq. — (5) Dizionario geografico della Toscana, *voce* Luni, tom. II, pag. 247. Firenza 1833. — (6) Semeria, tom. II, pag. 17-20. — (7) Acta SS. tom. IV Julii, die 15. — (8) Semeria, tom. II, pag. 15. — (9) Ubi supra, pag. 16. — (10) Ibid. pag. 10. — (11) Memorie storiche d'illustri scrittori e d'Uomini insigni dell' antica e moderna Lunigiana, per l'abate Emanuele Gerini di Fivizzano. Massa 1829, tom. I, pag. 18. — (12) Semeria ibid., pag. 1 et seq. — (13) Ibid. pag. 2. — (14) Ibid. pag. 3. — (15) Ibidem.

Semeria

A *Semeria*, diligentissimis illis scriptoribus, veritus haud sum recedere ab " Hierarchia ecclesiastica " depicta in episcopio Sarzanensi, quæ tamen, teste P. Bonaventura De-Rossi " Non bene digesta est. " Nec mirum, cum cœpta fuerit temporibus, quibus critica historica vix orta erat (1). *Conf. supra num.* 2. *Ex his apparet auctorem in suo texendo catalogo usum præcipue opere ms. P. Stephani Renaldi; nec tamen hunc diserte laudat, dum seriem auspicatur a* S. Basilio, *nominans solos Bonaventuram De-Rossi et Emmanuelem Gerini. Confer. num. seq.*

et quo tempore floruerit.

14 Nescitur quo tempore vixerit S. Basilius; *sic in Hierarchica ecclesiastica, de qua supra et n.* 2. *Nec Semeria hujusque* duces *quidquam se reperisse memorant, quo lux oriatur. Hoc solum liquet floruisse sanctum Præsulem ante medium sæculum* V *(si tamen revera ordine primus inter episcopos Lunenses reipsa signandus sit); cum S. Felix, tertius in Semeriano catalogo, sederit anno* 465 *(confer n.* 12*); cujus decessor S. Salarius exceperat* S. Basilium; *ut absurdum non sit hunc saltem*
B *exeunti vel forte etiam labenti sæculo* IV *adscribere. Res utique pendet ab annis, quibus præfuerant dicti tres episcopi. Nec sane repugnat Felicem haud parvo tempore ante præfatum annum* 465 *infulas Lunenses adeptum; nec similiter impedimur quominus episcopatui S. Salarii sat longum tribuamus tempus; quod si idem assumamus pro* S. Basilio, *et insuper ratio habeatur vacationum, quæ forte post obitum unius ad electionem alterius intercesserunt; nihil utique obstat, ut initia* S. Basilii *circa medium sæculum* IV *figamus, mortem circa initium sequentis. Conjecturæ sunt; fateor lubens: ast deficientibus certis documentis, fas sit levioribus paulisper indulgere indiciis. Quod si objeceris dubium superesse, an Felix non Lucensem potius quam Lunensem rexerit ecclesiam (conf. n.* 9*), ac primum de quo certum habeamus annum, esse Victorem, quem constat anno* 501 *concilio Romano* III, *Sirmondo* IV *(in quo actum de electione Symmachi papæ tempore Genserici) subscripsisse; reponam mihi præferendam videri Mansii sententiam, asserentis Felicem*
C *Lunæ sedisse. Cæterum, hac etiam improbata,* Basilii *nihilominus initia labente sæculo* IV *haud improbabititer ponerentur. Stando antiquis catalogis, ubi* S. Basilius *ordine septimus venit, floruisse dicendus foret sæculo* VII *inchoato, ut videbitur numeris seqq.*

De S. Salario qui a recentioribus ordine secundus inter Lunenses eppos censetur;

15 *Paulo latius hic dicendum de S. Salario, qui apud omnes, sive veteres sive recentiores, successor habetur* S. Basilio, *hoc cum discrimine quod hic ab illis septimus, alter octavus numeretur; a Semeria vero* Basilius, *ut vidimus, primo loco recenseatur, Salarius secundo. Equidem ad diem* XXII *Octobris* (2), *inhærendo veteri catalogo et nonnullis ex conjecturis, servatoque ordine successionis Ughellianæ, S. Salarium retuli ad sæculum* VII *inchoatum.* Posito, *inquiebam consentiens Orlendio contra Papebrochium,* S. Cechardum fuisse interemptum anno 600; cum huic successerint alter post alterum SS. Venantius et Basilius atque post hos Salarius noster, jam exinde patet, sæculum VII saltem ab aliquot annis inchoatum, cum iste Lunensem ascenderit cathedram: nam verisimile est, SS. Venantium et Basilium aliquali temporis spatio præfuisse, idque eo magis, quod S. Basilius " Lunensis ecclesiæ sit tutelaris. " Notandum insuper est, S. Salarium inter et Thomam, qui adfuit concilio Romano 649, alios duos recenseri ab Ughello præsules Lunenses, scilicet Lucium et Lazarum. Quæ quidem omnia simul collata indicant S. Salarium Lunæ floruisse, ut dixi, sæculo VII haud multum provecto; attamen inchoato ab aliquot annis, puta decennio vel vicennio. *Verum re maturius perpensa, existimo Cechardum loco movendum, unde et ex hac parte concidit sententia quam olim tenui. Cum tamen ex dictis num.* 10 *constet S. Venantium exeunte sæculo* VI *et ineunte* VII *Lunensi insedisse solio, si illi successit post* S. Basilium *Salarius, consequens est, ut hic eodem fere, quo dixi, tempore floruerit.*

AUCTORE B. B.

cujus sententiæ rationes expenduntur.

16 *Nec tamen firmas affert Semeria rationes, cur S. Salarium secundo loco posuerit. Monet ipse, ita se statuisse* (3) non quod suppetat documentum, quo securus innitar, sed E
quod remota jam ætate, Schiaffinus in suis " Annalibus Januensibus mss. " scripserit, finem pontificatus S. Salarii incidere circa annum 383, nec solidum habeam argumentum, ut ab illius asserto discedam. *Tum addit ibidem Semeria*, rationi sibi consentaneum videri, episcopos, quorum vetustate et temporum iniquitate obliterata memoria est, referre ad ætatam remotiorem. *Nec hæc, fateor, me moverent; tum quod Schiaffini auctoritas tanta utique non sit, tum quod ratio ex obscurata seu obliterata memoria, sit mere conjecturalis et negativa, imo parum vel nihil probet; ut usu veniat, quod notat Orlendius in Cechardo* (4) : Cum debilis sit conjecturæ causa, a vetere catalogo, quam Lunensis ecclesia custodit, non recesserim. *Aliunde vero cum catalogus iste in multis probetur seu mendosus seu vitiosus, et, ut mihi quidem videtur, certo expungendi sint SS. Habetdeus et Verecundus, atque probabiliter inserendus S. Felix, et loco movendus S. Cechardus, ac ita catalogi fides vehementer labefactetur; insuper SS.* Basilii *et Salarii pontificatus ex* F
eodem catalogo nulla temporis nota definiatur, atque viri illi, quos duces adhibet Semeria, diligentius res Lunenses perscrutatos esse noscantur; has ob causas nolim recentiorum seu placitis seu conjecturis plane contradicere, quamvis certa solidaque desiderentur ex vetustate testimonia et documenta.

Ætas S. Basilii *incerta manet.*

17 *Itaque Semeriæ aliorumque opinione, ætas* S. Basilii *sæculo* V *antiquior est, imo facile ad medium sæculi* IV *ascendet, forte paulo etiam altius, habita ratione vacationum et præsulum, quorum nomina intercideriut; sin veteres sequamur catalogos, probabilius ineunte sæculo* VII *floruit, et paulo tardius S. Salarius. Margini ego adscripsi* ineunte sæculo V, *quod judicem ex allegatis conjecturis mortem sancti Viri non multum inde removendam. Atque de his satis. Optandum ut clarior lux orta sit, dum ad diem*

(1) Semeria, pag. 10. — (2) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 618. — (3) Secoli etc. pag. 15. — (4) Orbis sacer et profanus. part. II, vol. II, pag. 1020.

AUCTORE B. B.

XXV *Novembris tractandum erit de S. Venantio, ubi, ut confido, series antistitum Lunensium poterit abundantioribus liquidioribusque ex fontibus illustrari a successore collega; quod ut contingat, totis viribus exopto, jam nunc illi congratulans et orans ut defuncti socii memor sit ad altare.*

Res S. Basilii gestæ fere prorsus ignotæ.

18 *Post illa, quæ hactenus retulimus et disputavimus, nemini mirum videbitur, pauca de* S. Basilio *innotuisse. Præter ejus præsulatum et cultum, nihil est quod vel probabiliter asseri possit. Colligam hoc loco quæ apud Italos scriptores (quoniam alii silent) reperiuntur. Ferrarius in catalogo generali :* Lunæ in Tuscia, *ait,* S. Basilii episcopi, ex tabulis Sarzanensis ecclesiæ hac die (29 *Oct.*), licet natalis illius dies in præcedentem incidat. *Et paulo explicatius in catalogo Sanctorum Italiæ :* Basilius episcopus Lunensis sanctitate floruit ita, ut cum diem suum 4 kal. Novembris obiisset, eos honores qui Sanctis debentur, ab ecclesia Lunensi promeruerit. Corpus ejus in templo cathedrali (quod olim de suo nomine S. Basilii dictum fuit, instauratum vero S. Mariæ
B appellatum *(vide infra)* asservatur. Agitur autem dies illius festus hac die (29 *Oct.)* Sergianæ, quæ Lunæ urbi excisæ successit. « Ex tabulis ecclesiæ Sergianensis seu Sarzanensis. » *Additur annotatio :* Acta hujus S. Eppi interiere, ut neque patria neque tempus, quo claruerit sciri potuerit. *Consonat Hagiologium Italicum, ubi eadem sed paulo contractius recitantur. Similiter Ughellus* (1) : S. Basilius Lunensis ecclesiæ episcopus et tutelaris, ea sanctitate floruit, ut cum diem suum in pace obiisset 4 kal. Novembris, eos honores, qui sanctis deferuntur, ab ecclesia Lunensi promeruerit. Corpus ejus in cathedrali templo (quod olim ob ejus memoriam S. Basilii dictum) asservatur. Cujus acta periere. De quo hæc pauca retinet Lunensis ecclesia. *Accedit Lucentius* (2) : S. Basilius hujus *(Lunensis)* ecclesiæ præsul et tutelaris. In pace obiit 4 kal. Novemb. regiminis et vitæ cursu sanctissime consummato. Corpus in Lunensi cathedrali asservatur, et quæ Dei genitrici virgini Mariæ, ab eo etiam S. Basilii conclamata fuit. *Denique Semeria pariter asserit* (3), *nihil prorsus innotuisse*
C *de* S. Basilio, *præter nonnulla spectantia ad cultum et reliquias. Ut nihil omittam, adscribo quæ habet Emmanuel Gerini, quorum penes eum sit fides :* Secundo, *inquit* (4), ecclesiæ sæculo S. Basilius episcopus Lunensis floruit præclara virtute et vitæ integritate; vir erat pietate insignis, cujus opera Deus plura fieri voluit miracula. Ast barbara caligo atque perturbationes rudis illius sæculi memoriam tantorum ejus operum sustulerunt. Id solum ex traditione obscura ecclesiæ Lunensis novimus, Basilium vitæ sanctitate insignem, primum illius civitatis fuisse episcopum, quidquid dicat Ughellus in « Italia sacra, » et probabiliter centum sexaginta annis post Lunæ promulgatum Evangelium. *Addit Gerinius, Sergium, S. Pauli discipulum, anno* XXX *a resurrectione Domini, cum Gallias peteret, Lunæ prædicasse; atque a Sapritio proconsule con-*
jectum in carcerem; sed a populo liberatum D
non sine prodigiis. Sementis vero evangelica a SS. Paulino Lucensi et Calimaro Mediolanensi fuit exculta, ut celeriter Lunigiana universa in Christum crediderit. Quæ sane non sufficiunt, ut vel probabiliter ætas S. Basilii *definiatur. Unde etiam Semeria, nec imprudens sane, hunc Gerinii locum prætermisit, hoc solum ex eo tradens, nempe* S. Basilium *ordine primum inter illius ecclesiæ præsules ponendum. Conf. num.* 13.

Qua ratione dici possit tutelaris ecclesiæ Lunensis;

19 *Unanimiter asserunt scriptores* S. Basilium *quondam cathedralis ecclesiæ tutelarem exstitisse. Confer. num. præced. Quomodo autem et quando ita obtinuerit, non perspicue constat. Ferrarius innuit, primum a* S. Basilio *postea vero a S. Maria nuncupatam, et consentire videtur Ughellus. Ast hunc Lucentius emendavit :* Lunensem, *ait,* cathedralem, quam legimus S. Basilio Lunensi intitulatam, ex diplomate regis Berengarii, elargito Odelberto Lunensi episcopo an. 890, S. Dei genitricis semperque virginis Mariæ dictam comperimus. Eugenius papa tertius, dum sub immediata S. Petri ecclesiam excipit *(anno* 1149), E
ejus titularem agnovit beatam Dei genitricem semperque virginem Mariam; idipsum asserit Innocentius tertius, confirmans, *anno* 1202, omnia bona et jura Lunensis ecclesiæ. Fortasse potiori primævoque titulo adhæsit illud S. Basilii, devotione gregis acclamante sanctum hunc suum pastorem, ibidem post depositam mortalitatem reconditum, et in præcipuum patronum a Deo imploratum. *Hactenus Lucentius, Cisterciensis ordinis, sicut Ughellus, abbatis, in Italia sacra* aucta *etc.* (5), *quod* opus singulare, *ut est in ipso titulo,* provinciis XX et tribus tomis novissime distinctum, subsequente quarto; *ast solus prodiit primus,* Romæ MDCCIV ex typographia Barnabò. *Volumen istud in musæo nostro hagiographo reperitur, estque rarissimum et bibliographis fere ignotum. Ex illo Coletus suam Ughelli editionem (Venetiis an.* 1717*) plurimum auxit. Igitur ex mente Lucentii, ab omni retro antiquitate, ecclesia cathedralis Lunensis nuncupata reperitur a sancta Dei genitrice semperque virgine Maria, nec postmodum a* S. Basilio, *nisi secundarie, ut aiunt, dicta est, idque ex* F
gregis acclamantis devotione. *Et vero in tribus, a Lucentio laudatis diplomatis, nulla prorsus Basilii mentio. Sic Berengarius anno* 900 *conceptis verbis apud Ughellum* (6) : Odelbertus S. Lunensis ecclesiæ episcopus, quæ est in honore S. Dei genitricis semperque virginis Mariæ dicta. *Præfuit Odelbertus* ab anno 890 ad annum 941 (7). *Eugenius autem papa III, anno* 1129 : B. Dei genitricis semperque virginis Mariæ ecclesiam de Luna... sub B. Petri nostraque protectione suscipimus (8). *Denique Innocentius papa III in suo diplomate anni* 1202 *eadem plane recitat verba, mentionem faciens de præfata Eugenii charta* (9). *Hisce ex monumentis certo efficitur, sæculo* IX *et* X *atque deinceps usque ad sæculum* XIII, *quo ineunte translatio cathedræ facta ab Innocentio III Luna Sarzanam est, titulum ec-*

(1) Italia Sacra, tom. I, col. 834. — (2) Italia S. restricta, aucta, veritati magis commendata, tom. I, col. 1270. — (3) Tom. II, pag. 9 et seq. — (4) Memorie storiche d'illustri scrittori e di Uomini insigni dell'antica e moderna Lunigiana, tom. I, pag. 18. Massa 1829. — (5) Tom. I, col. 1269. — (6) Italia S. tom. I, col. 835. — (7) Ibid. col. 836. — (8) Ibid. col. 845. — (9) Ibid. col. 851.

clesiæ

A *clesiæ a S. Maria nuncupatum; nec in his aliisque ejusdem ætatis diplomatis ullam* S. Basilii *reperiri mentionem.*

perperam præsumit Ughellus ortum id ex eo quod corpus S. Præsulis Lunæ in templo cathedrali quieverit.

20 *An ergo, ut suspicatur Lucentius, ejus superaddita invocatio ex* gregis acclamantis devotione? *Equidem non puto.* Cathedralem ecclesiam S. Basilii, *asserit Ughellus* (1), ob aeris intemperiem e ruinis Lunensis Sarzanam transtulit ad ecclesiam S. Andreæ Innocentius III anno 1204 *(potius an.* 1202)... Hæc autem cathedralis, amplæ et antiquæ structuræ, Deiparam virginem patronam habet. *Et iterum* (2) : *Gualterus (episcopus)...* concessit ecclesias S. Andreæ et Basilii cum pertinentiis suis capitulo Lunensi, cathedralemque antiquam ab eadem ecclesia S. Basilii ad S. Andream transtulit, auctoritate Innocentii III anno 1204, ut habetur in regesto Vaticano. *Instrumentum non recitat Ughellus, nec ego illud uspiam reperi. Ughello itaque Lunæ cathedralis dicebatur a* S. Basilio; *Sarzanæ vero, post translationem, suppresso titulo S. Andreæ, a S. Maria fuit appellata. Prius mihi omnino falsum videtur, ut dixi numero præcedenti.*

B *Posterius partim saltem pariter falsum puto, ut ex sequentibus patefiet. Scilicet ante sæculum* XIII *duæ erant in civitate Sarzana parochiæ seu* plebes (3) ; *altera a* S. Basilio, *altera a S. Andrea nuncupata. Ad illam, non ad hanc translata fuit Luna cathedralis, servato tamen titulo S. Dei genitricis semperque virginis Mariæ; atque hoc modo vere dicitur quondam* S. Basilium *habuisse tutelarem, nempe Sarzanæ, non autem Lunæ. Unde Semeria* (4) : In ejus *(S. Basilii)* honorem dicata erat parochia S. Basilii *(la pieve di S. Basilio),* cujus ecclesia post an. 1200 facta est cathedralis Sarzanensis, cum titulo S. Mariæ. *Et alibi* (5) : Denique die 15 Junii anni 1202 *(Ughellus habet* 25 *Aprilis* 1204) facta translatio sedis est, quando collegialiter canonici se contulerunt Luna Sarzanam, in ecclesiam S. Basilii (non vero S. Andreæ, ut scribit Ughellus), cui deinceps patrona fuit S. Dei genitrix semperque virgo Maria. *Similiter Emmanuel Gerinius* (6) : Plebs Sarzanensis inferioribus sæculis dicavit beato Præsuli parochiam a « S. Basilio » dictam, quæ ecclesia post annum 1200 facta ca-

C thedralis Lunigianæ est sub titulo B. V. Mariæ, post desertam Lunam. *Concordat* Hierarchia ecclesiastica *in palatio Sarzanensi (de quan.* 2 *et* 13*)*: S. Basilyus episcopus Lunensis et confessor ; nescitur quo tempore vixerit. Cathedralis ecclesia Sarzanæ olim dicta est plebs S. Basilyi, cujus corpus in ea sepultum jacet (7). *Labitur itaque Ughellus, ubi asserit Lunæ cathedralem* S. Basilio *consecratam; nec etiam valet Lucentii conjectura de superaddito titulo; multo minus admittenda Ferrarii sententia, qui asserit, templum cathedrale* olim S. Basilii dictum, instauratum vero S. Mariæ fuisse appellatum, *nisi hæc intelligenda velimus non de antiquo Lunensi templo, verum de Sarzanensi : quo posteriori sensu, assertio Ferrarii recta est. Vide n.* 18. *Insuper errat idem Ughellus (quem secutus Moronius est* (8) *et nos quoque in actis S. Salarii ad diem* XXII *Octobris* (9)*) tradens cathedralem translatam ad plebem S. Andreæ.*

AUCTORE B. B.

21 *Ut de titulo ecclesiæ, ita confusa sunt quæ apud varios leguntur de Reliquiis* S. Basilii. *Ferrarius in catalogo SS. Italiæ :* Corpus ejus, *ait,* in templo cathedrali asservatur. *Et Ughellus iisdem fere verbis :* Corpus ejus in cathedrali (templo), quod olim ob ejus memoriam S. Basilii dictum, asservatur. *Quæ si, ut quidem videtur, spectant ad antiquum Lunense templum, minime admittenda sunt, sicut ex prædictis declaratur. Quare Gerinius* (10) : Ecclesia S. Basilii Sarzanæ post annum 1200 facta cathedralis est, assumpto titulo S. Mariæ. Corpus autem S. Præsulis reconditum jacuit per mille annos in S. Venantii de Ceperana subtus altare majus ; quo ex loco postmodum fuit ad præfatam cathedralem Sarzanensem delatum, ut colligitur ex synodo episcopi Benedicti Lomellini, pag. 63. *Putem acta synodi hujus extare mss ; certe nuspiam edita comperi. Idem habet Semeria* (11). *Præfuit autem Sarzanæ Lomellinus ab anno* 1565 *ad annum* 1572, *quo transiit ad sedem Anagninam; vir præclarissimus atque Paulo papæ V imprimis carus, a quo* E *legatus a latere in Flandriam missus, atque paulo antequam Sarzanensem cathedram ascenderet, S. R. E. cardinalium collegio adscriptus. Obiit Anagniæ anno* 1579 (12). *Testibus ergo Gerinio et Semeria (si qui alii, me hactenus latent) corpus* S. Basilii *nullo umquam tempore quievit Lunæ, nec etiam Sarzanæ in propria ecclesia ; ad hanc autem, cum jam cathedralis titulo insignita erat et a S. Maria vocabulum habebat, delatum fuit. Nec alia mihi suppetunt, quæ de Reliquiis dicam.*

De reliquiis S. Basilii

et abbatia S. Venantii in Ceperana, ubi corpus S. Basilii fertur quievisse.

22 *Quoniam mentio incidit de S. Venantii ecclesia sicut et de oppido Ceperana, juverit nonnulla subdidisse ex Dictionnario Ripettii. Erat Cepperana seu Ceperana, ubi quondam spectabatur abbatia S. Venantii ordinis S. Benedicti, ad confluentem Varæ et Magræ fluviorum. Ceperanæ forum seu* mercatum cum tota curte et districtu *legitur episcopis Lunensibus concessum ab Ottone imperatore I anno* 963, *atque confirmatum anno* 1185 *a Frederico item imperatore I. Et Revera efficitur ex codice Pelavicino (conf. num.* 13), *præsuli Lunensi ibidem jam sæculo* X *fuisse procuratorem : nam memoratur colonus illa tempestate se obligasse ad solvendum annuum censum* in curte vestra Ceperana. *Abbatiæ S. Venantii nulla habetur mentio, sæculo* XII *antiquior. Cæterum sæculo* XV *plurimum deciderat; paulo post in manus venit Olivetanorum ; denique nunc vetus monasterium S. Venantii domus rustica seu, ut dici solet, villa est familiæ Justinianorum, nobilium Januensium* (13). F

Memoria.

23 *Memoria* S. Basilii *in fastis sacris fere desideratur. Nihil de illo sive in Romano, sive in classicis, ut aiunt, martyrologiis; nec excipiuntur auctaria Usuardi apud Sollerium, in quibus nomen S. Præsulis nuspiam signatur. Reperitur solum in utroque Ferrarii catalogo ; item in hagiologio Italico et denique in*

(1) Tom. I, col. 833. — (2) Ibid. col. 850. — (3) Conf. Cangii glossarium hac voce. — (4) Secoli etc. tom. II, pag. 9 et 10. — (5) Ibid. pag. 49. — (6) Memorie Storiche di Lunigrana, tom. I, pag. 19. — (7) Conf. ibid. — (8) Dizion, *voce* Luni. — (9) Acta SS. tom. IX Oct. pag. 619. — (10) Memorie etc. ubi supra. — (11) Secoli etc. tom. I, pag. 10. — (12) Ibid. pag. 95. — (13) Ripetti, Dizionario geografico fisico storico della Toscana, *voce* Cepperana. Florentiæ 1833.

martyrologio

AUCTORE B. B.

martyrologio universali Castellani ubi ad XXIX *Octobris* : Sergiani in Italia, sancti Basilii Lunensis episcopi, a quo cathedralis quondam nomen sortita est.

Ecclesiæ Lunensis præcipuæ vicissitudines.

24 *Opinione Lunensium scriptorum, sedis hujus origo ad prima æræ nostræ tempora ascendit, quamvis, ut demonstravimus, nulla ex documentis certis occurrat mentio, sæculo* V *antiquior, cathedralis. Ineunte sæculo* XIII *Luna, ob aeris inclementiam, translata sub Innocentio papa III fuit Sarzanam, propinquam civitatem; atque exinde episcopus* D *Luni-Sarzanensis est dictus. Denique Pius papa VII die* VIII *mensis Decembris an.* 1820 *per bullam* Sollicita quam pro muneris apostolici *univit ecclesiam Brugnatensem cum Sarzanensi; quare titularis, Sarzanæ residens, hodie nomine episcopi* Luni-Sarzanensis et Brugnatensis *venit, manetque vi ejusdem constitutionis immediate sanctæ sedi subjectus, prout jam ab antiquo obtinuisse legitur. Confer acta S. Salarii* (1).

(1) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 619.

DE S. TERENTIO, EPISCOPO ET CONFESSORE

METIS IN GALLIA

R. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

B E

§ I. Cultus S. Terentii. Ejus Acta.

ANNO CIRCITER CDXL.

S. Terentius, *fastis sacris Metensibus inscriptus, narratur in lectionibus sacris,*

In antiquis ecclesiæ Metensis Kalendariis, quemadmodum præsenti Operis nostri tomo pag. 668 *diximus, inscriptus est ad diem* 29 *octobris* S. Terentius episcopus et confessor; *item in vetusto ejusdem ecclesiæ martyrologio:* Quarto kalendas novembres, Metis depositio sancti Terentii, episcopi et confessoris. *Et quidem recitarunt ibi olim clerici in ejus honorem officium novem psalmorum cum lectionibus de communi confessorum pontificum. Cæremoniali, quod anno* 1694 *ad suum usum ecclesiæ Metensis capitulum novis typis mandari jussit, præfixæ fuere ejusdem ecclesiæ officia propria, et inter ea* S. Terentii *officium; ex quo lectiones* II *et* III *excerpimus.*

facto ante sanctitatis tirocinio,

2 LECTIO II. Terentius, decimus septimus a divo Clemente, Metensem gubernavit ecclesiam. Is patria Aquitanus fuit, inclyta ex prosapia præfecti provinciæ sub Romanis principibus, unica ideoque perchara soboles. A C pueritia in Christi lege, parentum cura edoctus, sub auspiciis Viennensis metropolitani tyrocinium pietatis orsus est. A quo amanter habitus, et sollicite excultus, ad tantam vitæ sanctimoniam evasit, ut miraculum abstinentiæ fieret, castitatis speculum et vivum omnis sanctitatis simulacrum. Ex ea enim die, qua ad honorem presbyteri quamquam invitus provectus est, ea fuit victus tenuitate, ut numquam in feria secunda, quarta et sexta panem ex frumento, vinum, oleum aut legumen in escam aut usum acceperit. Fuit illi assidua oratio, jugis meditatio, hujus in ore semper Evangelium, in pectore martyrium.

sedem Metensem virtutibus illustrasse.

3 LECTIO III. Qui mores, certe admirandi, cum ipsum in omnium venerationem inducerent, vir Dei, cui vita abscondita et humilis cordi insita erat, declinandi honoris ergo, in Belgium transiit, Metisque resedit, ubi diu latere non potuit. Quare, Bonolus episcopus quum esset vita functus, omnium ardenti desiderio cathedram hanc sublimem ascendere compulsus est, quam omni decore episcopali exornavit. Opere enim simul ac sermone potens, initam sic complevit, ut oves omni gratia pinguescerent vellere justitiæ, dominicusque grex cura tanti pastoris in dies augeretur. Quibus obsequiis strenuus Christi servus lauream fidelis dispensatoris emeritus, placido demum excessu migravit ad gloriam.

Laudatur similiter in aliquot auctariis Usuardinis.

4 *Quas lectiones ven. vir Germain benevolo impulsu illustrissimi ac reverendissimi DD. Dupont des Loges, episcopi Metensis, cujus est eleemosynarius, humanissime mecum communicavit, iis alterum addens donum, scilicet Breviarium Metense anni* 1778 *et officia propria, quæ circa annum* 1827 *episcopus Metensis Claudius Besson, ejusque successor ill. ac rev. DD. Dupont des Loges anno* 1859 *edenda mandaverunt. Verum in pluribus aliis ecclesiasticis fastis ad diem* 28 *octobris nomen suum inscriptum habet* S. Terentius : *in Usuardi scilicet auctariis Danico, Haguenoyensi, Albergensi, quæ omnes eamdem originem habent et quorum primum, judice Sollerio nostro, sæculo* XIV *recentius est, secundum ad finem* XIV *vel ad initium sæculi* XV *spectat, tertium sæculo* XV *fuit scriptum. Item in codice Ursini a Rosemberg, quod sæculo* XV *medio posterior est, et in Usuardi editionibus tum Greveni, tum Molani sæculi* XV *et* XVI, *in Hieronymiano codice Martenii, de quo supra, pag.* 795, *et in nonnullis aliis martyrologiis et sanctorum catalogis, de quibus postea agemus.* F

Verumtamen veteres de eo valde pauca novisse videntur.

5 *Verum licet* S. Terentii *cultus videatur olim fuisse sat celeber, tamen in antiquis iisque minus corruptis monumentis non nisi ejus nudum nomen memoratur. Etenim in catalogo poetico episcoporum Metensium, scripto sub annum* 770 *in Missali Metensi, nihil præter hæc pauca legimus :*

Post Bonulus bonitatis opus de more peregit.
Trivisti assidue post limina sancta, Terenti.
Octavus decimus Lamgunsolonis * habetur.

* Nunc *vulgo* Gonsolinus

Quin et brevior est Paulus Diaconus, qui sæculo VIII *antiquorum Metensium episcoporum seriem*

A *seriem texuit : ipse enim nonnisi ejus nomen servavit :* Septimus decimus, *inquiens,* Terentius (1). *Paulisper longiores sunt auctores veteris codicis S. Symphoriani Metensis, et Chronici ejusdem urbis ; nam prior scripsit :* Terentius episcopus sedit annis XX; obiit IV kalendas novembres (2) : *posterior vero :* Terentius successit huic *(Bonolo)* XVII; sedit annis viginti. Obiit quarto novembris, sub Cælestino et Sixto papis; regnantibus Honorio et Theodosio Juniore (3).

Acta ejus, quæ hactenus reperta sunt, non sunt sincera

6 *Supersunt quidem Acta* S. Terentii ; *sed, præterquam quod parum latina sunt, vix aliquam merentur fidem. Incredibiliter enim in iis peccatur adversus certissimam temporum rationem. Videlicet ex indicatis catalogis episcoporum Metensium antiquissimis apertissime constat* S. Terentium *sæculo* V *vixisse; nihilominus in illis Actis legitur secum gestasse reliquias S. Gregorii papæ, atque ab Eugenio Viennensium episcopo ad presbyterium fuisse promotus, quamvis S. Gregorius sæculo sequenti ecclesiam rexerit; neque inter episcopos Viennenses notos prio-*

B *rum hujus ecclesiæ sæculorum ullus nomine Eugenius occurrat. Adde quod in iisdem fertur* S. Terentius *episcopus Metensium creatus ab Arnulpho imperatore, quem sæculo* IX *Germaniæ et Lotharingiæ imperasse novimus, atque episcopus ordinatus a S. Mamerto, qui* S. Terentio *etiam junior sæculo* V *floruit. Quæ sane sufficiunt ut ea, si non supposititia, saltem valde corrupta et valde interpolata existimemus; nisi potius sint alterius sancti viri Acta, paucis mutatis, ad* S. Terentium *translata et applicita.*

et verisimiliter sæculo X aut XI non antiquiora.

7 *Auctor vero eorum videtur vixisse sæculo* X *vel* XI, *quoniam* S. Terentius *ibi dicitur sepultus* in basilica SS. Clementis et Felicis. *Hæc enim basilica ab ineunte sæculo* V, *utpote a S. Urbicio, Metensi episcopo, S. Felici Nolano* (4) *dicata, etiam in duobus diplomatibus annorum* 952 *et* 991 (5), *non habebat nisi nomen S. Felicis. Sed postea, cum crebra miracula ad sepulcrum S. Clementis, primi Metensium episcopi, ibidem quiescentis, Deus patraret,* ecclesia SS. Clementis et Felicis *aliquando vocata fuit* (6) : *quin tamen titulus solius*

C *S. Felicis prorsus obsoleverit. Eo enim utitur Hugo Flaviniacensis in Chronico Virdunensi, qui ad annum* 1102 *desinit, ubi S. Clementis translationem, ab Herimanno Metensium episcopo anno* 1092 *factam, describit* (7). *Ast post hanc translationem, maximo cum populi concursu celebratam* (8), *ecclesia S. Felicis, non nisi* ecclesia S. Clementis *in diplomatibus annorum* 1130, 1139, 1142, 1147 *nuncupatur* (9): *adeo ut appellationis mutatio sensim peracta fuerit. Quod est prorsus humanæ agendi rationi congruum : cum monasteriorum et ecclesiarum vetera vocabula nonnisi longo annorum spatio novis locum faciant. Quibus intellectis, quis nobiscum non censebit* S. Terentii *Vitam sæculo* X *vel* XI *fuisse exaratam? Quamobrem, quoniam postulatur a nobis ut non solum Acta sincera edamus, verum etiam fabulosa, si antiqua sint, (ut inde veteres traditiones intelligi possint,) noluimus illam Vitam hoc loco prorsus suppressam ; ita tamen editionem temperantes, (ne grandius spatium occupetur,) ut exclamationes resecuerimus, repetitiones et alia id genus. Sed silentio omnino prememus Acta ejusdem* S. Terentii *multo breviora, quæ decessores nostri ab Ultrajectinis acceperunt, atque nunc num.* 8974 *in Bibliotheca regia Bruxellensi servantur, quæque cum codice ms.* 858 *ejusdem bibliothecæ plane concordant. Sunt enim desumpta ex Actis, de quibus modo disputabamus, nisi quod in iis legimus* S. Terentium *in ecclesiæ Viennensis episcopum fuisse assumptum, atque ibi e vivis decessisse. Nec magis nobis placet Actis nostris laudationem* S. Terentii, *a Saussayo exaratam, inserere : quoniam, demptis anachronismis, miraculis et revelationibus, nil nisi synopsis est illius Vitæ, quam supposititiam, aut valde corruptam et interpolatam modo diximus.*

§ II. S. Terentius creatus episcopus Metensis sæculo V. Ejus mors, sepultura et translatio. E

S. Terentius initio sæculi V creatur episcopus,

Si fides prolixioribus S. Terentii *Actis adhibenda esset, affirmaremus* S. Terentium *sæculo* IX *natum et eodem vel ineunte sequenti sæculo mortuum esse; nam ibi narratur eum ab Arnulpho imperatore, qui ab anno* 887 *ad annnm* 899 *imperii Germaniæ habenas tenuit, episcopum Metensem fuisse electum. Sed qui oculos ad Chronicon Metensem converterit, facile deprehendet* S. Terentium *sub initia sæculi* V *Metensem gubernasse ecclesiam. In hoc enim Chronico fertur Metensibus præfuisse, Cælestino et Sixto pontificibus, Honorio vero et Theodosio Juniore imperatoribus. Ast in S. Petri cathedra sederunt Cælestinus a mense septembri anni* 422 *ad annum* 432; *Sixtus ab anno* 432 *ad annum* 440; *Honorius autem regnavit ab anno* 395 *ad annum* 423; *Theodosius Junior ab anno* 408 *ad annum* 450. *Unde fuit* S. Terentium *epi-* F *scopatum ante annum* 423 *auspicatum fuisse, eumque (nam viginti annis duravit) saltem ad annum* 432, *et forsan ad annum* 443 *protraxisse. Quæ computatio cum S. Symphoriani codice omnino concordat; ubi quippe legitur* (10) :

XVII Terentius episc. sedit ann. XX, ob. IV kal. novembris.

XVIII Consolinus episc. sedit an. XIX, ob. prid. kal. augusti.

XIX Romanus episc. sedit ann. XXXVI, ob. id. aprilis.

XX Fronimus episc. sedit ann. VIII, ob. VI kal. augusti.

XXI Grammatius episc. sedit ann. XV, ob. VII kal. maji.

(1) Ap. Pertz, Monumenta historica Germaniæ, tom. II, pag. 264. — (2) Dominicy, Ansberti familia rediviva, ad finem, pag. 24. — (3) D'Achery, Spicilegium, tom. II, pag. 224, edit. Paris, 1733. — (4) François et Tabouillot, Histoire de Metz, tom. I, pag. 239. — (5) Ibid. tom. III, preuves, pag. 69 et 84. — (6) Ibid. pag. 91. — (7) Labbe, Bibliotheca Mss., tom. I, pag. 238. — (8) Calmet, Histoire de Lorraine, tom. II, preuv. pag. CCXLIII. — (9) François et Tabouillot, Hist. de Metz, tom. I, pag. 109, 113 et 118; Calmet, Hist. de Lorr. tom. VI, preuves, pag. XXI. — (10) Ansberti familia rediviva, pag. 24; Pertz, Monumenta Germaniæ, tom. II, pag. 269.

AUCTORE R. D. B.

XXII Agatimber episc. sedit ann. XII, et mens. VI, ob. 14 idus maji.

XXIII Sperus episc. sedit ann. XVII, ob. X kal. septembris, *qui concilio Arvernensi anni* 535 *interfuit* (1).

moritur et prope suos decessores sepelitur.

9 *Jam vero quis negabit, quum* S. Terentius *nonaginta annis antequam Sperus seu Hesperius Metensem cathedram ascenderit, ejusdem civitatis obierit episcopus, atque ipse Sperus inter patres concilii Arvernensis anni* 535 *sederit, non inde liquere (modo admittatur Sperum septimo vel octavo anno sui episcopatus cum aliis Galliæ episcopis Arvernum convenisse,)* S. Terentium *ante annum* 423 *creatum fuisse Metensem episcopum, atque inter annos* 432 *ad* 443 *decessisse? Dies vero obitus* S. Terentii IV *kalendas novembris seu* 29 *octobris assignatur in codice S. Symphoriani et Martyrologii Metensis, quamvis ejus festum Usuardus auctus, Ferrarius, Saussayus, Castellanus, Cardinalis de Noaliis aliique in suis catalogis et martyrologiis ad diem* 28 *octobris indicent.*

Ejus corpus postea transfertur in Novummonasterium.

10 *Sepultus fuit* S. Terentius, *ut ait ejus biographus, in basilica SS. Clementis et Felicis, seu ad* Basilicas, *prope suos decessores, SS. Clementem, Cœlestinum, Felicem, Victorem I, Victorem II, Simeonem, Sambatium, Legontium, Auctorem et Expletium* (2). *Requieverunt ibidem ejus exuviæ, usquedum (ut legitur in Vita S. Adalberonis, Metensis episcopi,) ab Adventio, qui ab anno* 855 *ad annum* 875 *Metensem tenuit episcopatum* (3), *ad Novummonasterium, alias Neumünster, in pago Blisacensi (ubi hodie est oppidulum Ottweiller prope Saarburgum in diœcesi Trevirensi), fuerint translatæ.* Domnus Adventius, *ait anonymus*, sanctæ Mettis [ecclesiæ] venerabilis præsul, in Blisacensi pago loculum quemdam in sanctæ Trinitatis et individuæ honore cœperat, quem domnus Robertus, [*ab anno* 883 *ad annum* 916 (4)] ejusdem sedis pontifex, prout erat parvus cœptus, parvum perfecit. Hunc dominus noster Adalbero, cernens sanctæ religionis cultibus aptissimum, quia et silvarum vastis sinibus eremum prætendebat, et aquarum gratia amœnitatem circummanentibus conferebat; quod autem maxime sanctum virum
C permulcebat, quia et consecratus in honore summæ et individuæ Trinitatis, ut diximus, et corpore S. Terentii, confessoris et pontificis ejusdem Mettensis sedis, erat insignis, multum delectatus : item, feminas Deo dicatas coadunans, inibi collocavit, et sumptus amplissimos ad vivendum condonavit (5). *Hujus translationis jam ante meminerat anno* 871 *Ludovicus, rex Germaniæ* (6), *ubi in diplomate confirmationis* notum facit omnibus qualiter Adventius sanctæ Mediomatricensis ecclesiæ venerabilis episcopus..... quod in comitatum Blesinse, in suam parochiam veniens..... claustrum..... cum religiosis canonicis illic ordinavit, et omnia ornamenta ecclesiæ studiosissime fabricavit; et, ut creditur, divino nutu, corpus sanctissimi Therentii, Metensis pontificis et almiflui confessoris, in eadem ecclesia collocavit, qui et in cælis cum Christo regnat, et in terris innumeris virtutibus pollere cernitur. *In eodem diplomate sæpius repetiit Ludovicus rex monasterium* D *Blinsence ab Adventio canonicis fuisse concreditum : postea tamen, nescitur quo anno, canonicis suffectæ fuere moniales ordinis S. Benedicti. Ast infausta ibi manserunt fata* S. Terentii *reliquias. Etenim Lutherani, medio sæculo* XVI *susdeque omnia sancta vertentes, impias quoque manus Novomonasterio injecerunt, illudque igne vastarunt. Quamobrem abbatissa Elisabeth de Lichtenberg, quæ non secus ac pleræque ejus moniales pravis Lutheri dogmatibus aures præbebat, decimas monasterii sui, in Dalheim, Ensweiller et Erweiller sitas, magnati comitatus Nassaviæ-Ottweiller, Joanni Arnau, die* 1 *decembris anni* 1576 *pretio* 185,000 *florenorum vendidit. Cui pacto omnes moniales simul ac abbas cœnobii S. Naboris, Novimonasterii visitator, hac conditione assenserunt ut pretium acceptum ad monasterium denuo ædificandum impenderetur. Verum suis promissis non stetit abbatissa : quin potius omnes moniales, præter tres, adduxit, ut, pecunia inter se divisa, ad Lutheranorum transirent partes* (7). *Hinc factum est, ut pleræque memoriæ* E *aliaque de sanctorum corporibus ibi quiescentibus perierint documenta, et vix aliquid de* S. Terentii *reliquiarum translatione ad nos pervenerit; licet olim de ea peculiare festum Metis celebraretur, uti fidem facit istius ecclesiæ Martyrologium* (8) *hisce verbis :* Decimo septimo kalendas junii : Metis, translatio corporis beati Terentii; *et similiter kalendarium sæculi* XIII, *de quo egimus præsenti tomo pag.* 668, *in quo ad eumdem diem legitur :* Translatio Therentii, Metensis episcopi. *Sequuntur jam sanctissimi viri qualiacumque Acta.*

ACTA INCERTA

S. TERENTII

EPISCOPI METENSIS

ex apographo Bollandiano. F

CAPUT PRIMUM.

S. Terentii genus, educatio, sacerdotium. Mors socii ejus Floriaci.

S. Terentius, *nobili familia ortus optime educatur; a b*

Fuit vir vitæ venerabilis Terentius nomine; parentibus inclytis *a*, ex patre sanguine regali *b* contiguus, oriundus extitit; et ex matre de nobili familia Aquitanorum ortus, illustris erat hoc sæculo. Quem parentes unicum pignus viscerum suorum dulcem susceperant sobolem. Qui divina revelatione commoniti quod dignum Deo antistitem funderent prolem, mox editum parvulum lactis pabulo enutritum, expleto cunarum solito, tradiderunt cuidam sancto episcopo sacras lit-

(1) Concilia Galliæ, tom. I, col. 984, edit. Maurinorum. — (2) D'Achery, Spicilegium, loc. cit.; Calmet, Histoire de Lorraine, tom. VI, preuves, pag. XV et seq. — (3) Gallia Christiana, tom. XIII, col. 715 et seq. — (4) Ibid. col. 720. — (5) Labbe, Bibliotheca Mss., tom. I, pag. 672 et seq. — (6) François et Tabouillot, Hist. de Metz, tom. III, preuves, pag. 35 et seq. — (7) Calmet, tom. I, col. 760; François et Tabouillot, tom. I, pag. 624. — (8) Ibid., pag. 241.

teras

A teras edocendas; quem suscipiens omni doctrina sapientum ita imbuere eum fecit, ut non dialectum, non rhetoricum fugerit eum ingenium, omniumque auctorum mundi sapientiam, ac si bonus athleta Christi, in thesauro cordis sui captivam habebat : sic denique utebatur hoc mundo quasi non uteretur. Legerat enim apostolum dicentem: « Præterit enim figura hujus mundi; » et ne cum ipso mundo immundus periret, sic se charum exhibebat Christo, ut sapientiam mundi stultitiam reputaret.

relicta domo paterna, venit ad Ligerim apud Floriacum presbyterum;

2 Hunc parentes cum viderent tanta animi intentione christianæ religionis cultoribus adhærentem, cogitaverunt, quomodo eum de monasterio ad laicalem vestem iterum exciperent. His denique verbis hortantur eum, dicentes : « Dulcissimum et venerabile nobis pignus, audi parentum tuorum consilium salubre, egredere et fruere delitiis et omnibus bonis tui patris. Illum novimus potenter Burgundiorum terminos gubernare jussu imperatoris sui parentis, quia sibi est charus et fidus. » Hoc B. Terentius suadentibus dedit responsum : « Nec promittendi mihi est facultas, nec negandi potestas, hoc
B quod hortamini in potestate Domini mei committo; pro qua dierum septem inducias peto, ut secundum quod ipse dignatus fuerit inspirare, a me responsum accipiatis. » Septimo autem die adest Dominus; eum aloquitur, dicens: « Exurge, ne timeas, nec voluntatem parentum agas. » Mane autem parentes ad puerum venientes, cum pater, ut de monasterio egrederetur, eum rogaret, respondit dicens, jam se ulterius patris domum non esse visurum. Tunc Elodinus pater ei et mater Benigna cœperunt plura argumenta perquirere, ut ad propria rediret. Tunc omnes clerici, una cum consensu episcopi, consentientes precibus genitoris, cœperunt beatum puerum perurgere ut ad parentes suos reverteretur, et quando vellet, ad septa monasterii iterum repedaret. Sed ille in toto consilio perduravit. Tunc episcopus consolari cœpit juvenem, dicens : « Confortare in Domino Jesu Christo, et dabit tibi petitiones cordis tui. » Tunc Terentius, episcopo
c nesciente et omnibus clericis, nihil mundiale *c* secum portans nisi paucissimum et viliorem cibum, et humilem simplicemque vestem, et signaculum sanctæ crucis, in quo erant reliquiæ
d S. Gregorii *d* papæ, et S. Stephani protomarthy-
e ris *e*, pervenit usque ad Ligeris fluvium, et invenit quemdam clericum, nomine Floriacum, ex
f provincia Aquitaniæ, pago Arvernico *f*, ortum. Ut cognovit B. Terentius Floriacum esse ex eodem pago Arvernico, in quo ipse natus fuit et ejus mater, amplexatus est eum.

ubi Eugenius Viennensis eum ordinat presbyterum.

3 Tunc, præcurrente fama, audierunt de beatissimi Eugenii Viennæ *g* urbis præsulis sanctitate, et ad ejus sunt conati properare cœnobium. Quorum cum beatissimus episcopus sapientiam inspexisset, exhortabatur eos ut presbyterii dignitatem susciperent. At Floriacus respondit : « Presbyterii ordine sum suffultus. » B. Terentius dixit : « Domine, si adest Dei voluntas, adsit et tua, ut me ad exorcistæ officium
h benedicas. » Ut cognovit vir Dei *h* ejus animum,
i et in ordine lectorum *i* conversationis ejus incitavit studium; quem cum videret ad meliora
k pertendere, subdiaconum constituit *k*. Sed ibi
l aliquanto temporis spatio *l* manens, competentibus annis in levitæ gradu *m* sancto junctus est
m altario. Ubi, tam in vita quam moribus omni gravitate resplendens, in anno tricesimo presby-

ter *n* ordinatur. Ex ea die, qua sacerdotii sumpsit exordium B. Terentius a B. Eugenio, usque ad terminum vitæ, tanta obstinatione tabe corporis animam suam pavit, ut in feria secunda, et quarta, et in sexta nunquam panem frumenti, non vinum, non acetum, non oleum, non legumen, nunquam vel salem ad usum condiendi saporis accepit. Erat illi assidua oratio, erat continua meditatio. EX MSS. *n*

Ei revelatur Floriacum post tres dies moriturum; qui mortuus ei apparet.

4 Denique apud Deum tantum illud jejunium potuit, quantum in purificatione illa Christi in se præsentiam provocavit, ut revelatione cælesti mortem socii ante præsciret. Nam ubi, majore noctis spatio exacto, simul et vicinum luci tempus advenit, sanctus ad celebranda sacramenta sacerdos exurgens somno expergefactus est. Qui ad orandum Deum tristitia recentis visionis incensus, priusquam ad ipsa mysteria veniret, quid ei divinitus esset ostensum, in præsentia episcopi et omnium fratrum fideli sermone patefecit. « Videbam, inquit, Floriacum vestitum veste sacerdotali, et stare ante altare ut missam celebraret, uti consueverat, et venit ei vox dicens : « Floriace, oportet te candidum * hujus sæculi deserere, et æternum * *forte* caducum accipere. In tertio vero die possidebis locum a Deo traditum. » Et hæc dicens, apparuit super eum quasi splendor, ascendit verticem altissimi montis, et postquam mihi nusquam apparuit. Intellexit itaque episcopus, quia esset ille de hac vita transiturus : hortatus est eum ut acci-
o peret vestem monachalem *o*. Floriacus, obaudiens verbis episcopi, fecit fieri se monachum. Media itaque nocte febre correptus, et aliis infirmitatibus detentus, vocavit ad se B. Terentium, dicens : « Ora pro me frater, et deprecare domnum apostolicum, ut me ungat oleo. » Statimque ut nuntiavit domino apostolico, unxit eum oleo. Et post expletionem officii dixit coram omnibus : « Suscipe, misericordissime Deus, animam meam; in manus tuas commendo spiritum meum; » et hæc dicens reddidit Deo animam. Tunc collecto corpore per manus sacerdotum, cum summo honore sepelierunt. Etenim Terentius valde mœstus et tristis de morte socii lamentabatur. Adveniente nocte, adstitit subito Floriacus, et dixit ei : « Noli esse tristis propter me, sed gaude; in sinu Abrahæ requiesco. Tu enim post septem menses episcopatum ecclesiæ
F Metensis accipies jussu et petitionibus imperatoris Arnulfi *p*, et per te in ea magnas virtutes
p operabitur Deus. »

ANNOTATA.

a S. Terentius, *cujus pater Elodinus et mater Benigna vocabantur, in Arvernico pago provinciæ Aquitaniæ erat natus, uti infra dicetur.*

b Sanguis regalis *seu* illustris, *medio ævo non raro erant vocabula synonyma. Tempore vero* S. Terentii *neque reges, neque familia regalis erat in Gallia. Non enim cogitandum est de barbaris regibus qui fidem catholicam suscepissent.*

c Mundiale, *scilicet id omne quod ad victum, vestitum, domicilium aliaque hujus generis confert.*

d *S. Gregorius papa, uti diximus in Commentario prævio, num.* 4, S. Terentio *ætate multo est posterior, ac proin errat biogra-*

A *phus, ubi a* S. Terentio *S. Gregorii reliquias fuisse gestas refert. Non mirarer quidem biographum pro reliquiis S. Gregorii papæ, utpote sancti omnino eximii, accepisse reliquias alterius S. Gregorii. Neque tunc temporis adeo difficile erat Gallis sibi comparare reliquias alicujus S. Gregorii, cum duo Gregorii Romæ martyrium subierint : de altero ad diem* 2 *februarii* (1), *de altero ad diem* 5 *junii* (2) *egerunt nostri decessores. Quænam hæ fuerint reliquiæ referre prætermittit biographus. Sed, quum non nisi fere septimo sæculo in Occidente transvehi corpora cœperint* (3), *neque de sanctorum exuviis aliquid sæculo quinto præter pulverem vel vestium partes daretur, autumandum videtur hujus fuisse generis reliquias, quas penes se habuisse traditur* S. Terentius.

e *Quam propagatus fuerit per Galliam cultus S. Stephani descripsimus hocce tomo in Annotationibus ad Acta S. Justi Lemovicensis, pag.* 252.

f *Pagus Arvernicus capiebat tractum, quem hodie vocamus* Auvergne (4).

B g *Neque Annales, neque catalogi ecclesiæ Viennensis aut sæculo* v, *aut sæculis sequentibus mentionem faciunt de Eugenio, Viennensium episcopo. Anno vero* 451 *epistolæ synodicæ ad Leonem papam cum multis aliis Galliæ episcopis subscripsit quidam Eugenius, quem Maurini ex codice Savaronis putant fuisse Nemausensem* (5).

h *In Commentario prævio, num.* 11, *S. Justi Lemovicensis Actis, ostendimus quo pacto fieri posset ut, salva lege ecclesiastica, lectoratus et ordines sacri ab alieno episcopo conferrentur clerico.*

i *Sæculo* v *lectores, etiam in puerili ætate, ordinabantur* (6). *Postea tamen vetuit Justinianus* (7) *quominus ullus inter lectores ante vigesimum ætatis annum cooptaretur. Ast in Gallia Justiniani codex numquam viguit, uti in Commentario prævio ad Acta S. Desiderii Autissiodorensis ostensum est.*

k *Quamvis apud Occidentales, etiam sæculo* v *et sequentibus, invaluerit mos, ut qui ad altiores ecclesiæ ordines ascenderet, priores successive susciperet omnes, tamen hæc*
C *lex vel consuetudo non semper servabatur, præsertim si ordinandi virtute erant spectabiles* (8). *Idem colligitur ex puriore Ordine Romano de ordinatione sacrorum ministrorum* (9). *Hinc intelligitur quomodo* S. Terentius, *antequam ad subdiaconatum promoveretur, non fuerit nisi lectoris ordine auctus.*

l *Quo ævo vivebat* S. Terentius *et usque ad sæculum* XIII *non nisi qui annum vigesimum agerent, videntur ad subdiaconatum fuisse admissi. Idque eruitur ex conciliis Toletano anni* 531 *can.* I, *et ex Trullano can.* XV (10). D

m S. Terentius *diaconus seu levita* competentibus annis *ordinatus fuit, quod est, ætate viginti quinque annorum, prout a concilio Carthaginensi* III, *seu anni* 397, *cap.* IV *fuerat præscriptum* (11) *et fere ubique quam religiosissime servatum* (12).

n *In Occidente per concilia Galliæ, Germaniæ, Italiæ et Hispaniæ statutum erat ut nullus, nisi aliud necessitas exposceret, ante trigesimum suæ ætatis annum ad presbyteratum eveheretur* (13). *Quæ disciplina, jam sæculo* V *et* VI *nonnunquam violata, in desuetudinem ire cœpit sæculo* XIV. *Certe concilium Coloniense anni* 1310 *non nisi vigesimum quintum ætatis annum requirit* (14). *In Oriente sæpius lex ecclesiastica mutata fuit. Sed abhinc sæculo* XIV *ineunte, non secus ac in Occidente, nemo legitime ante ætatis annum vigesimum quintum presbyter ordinatur* (15).

o *Non raro christiani, etiam principes, reges et imperatores, quum viderent sibi mortem proximam esse, accepta pœnitentia, vestem pullam induebant, similem monasticæ; quumque pœnitentibus omni usu rerum* E *civilium interdiceretur non secus ac monachis, amborum hominum genus eodem loco habebatur, nisi quod monachi rerum sacrarum usu fruerentur. Hinc factum est, ut paulatim moribundis pœnitentibus loco vestis pœnitentialis data sit vestis monastica, et ut a multis res, origine saltem diversæ, confundantur. Initio illi moribundi, veste pœnitentiali induti, dicti sunt* confessores (16); *postea, quum vestem monasticam assumpserunt, (quod et episcopi fecerunt et presbyteri, qui, quoniam a pœnitentia publica exclusi erant, vestem pœnitentialem olim induere non potuerant,) appellati sunt* monachi ad succurrendum. *Quod si postea sanitati restituti ad sæcularia negotia revertebantur*, apostatæ *habebantur* (17). *Hic ritus qui, a pœnitentia publica exortus, etiam ante S. Mauri missionem in Gallia aliquatenus usurpabatur, uti apud S. Gregorium Turonensem* (18) *videre est, et postea, simul ac ordo S. Benedicti, per Italiam, Galliam, Germaniam aliasque regiones valde fuit propagatus, sæculo* XIII *nondum exoleverat* (19). *Sed, si quæ auctoritas* F *inesset huic* S. Terentii *Vitæ loco, pro ratione temporum intelligenda esset vestis pœnitentialis.*

p *Imperator Arnulfus, uti in Commentario prævio, num.* 6, *diximus, plura sæcula post* S. Terentii *ævum imperii Germanici tenuit habenas. Quo vero tempore* S. Terentius *ecclesiæ Metensis fuit creatus episcopus, eamque gubernavit, nullus imperator sedem imperii Treviris vel etiam in Galliis habebat, nisi forsan Constantium, cui ob eximia merita et*

(1) Acta SS. tom. I Februarii, pag. 285. — (2) Ibid. tom. I Junii, pag. 422. — (3) Ibid. tom. VII Octobris, pag. 824. — (4) Adr. Valesius, Notitia Galliarum, pag. 47. — (5) Conciliorum Galliæ collectio, tom. I, col. 541, edit. Maurinorum. — (6) Martene, de Antiquis ecclesiæ ritibus, lib. I, tom. I, pag. 274 et seq. edit. 1700. — (7) Novella 123, cap. 13. — (8) Thomassin, Ancienne et nouvelle Discipline, tom. I, part. I, liv. I, ch. 55. — (9) Mabillonius, Musæum Italicum, tom. II, pag. 85 et seqq. — (10) Labbe, Concilia, tom. IV, col. 1733. — (11) Ibid. tom. VI, col. 1149; Binterim, Denkwürdigkeiten der Christkatolischen Kirche, tom, I, part. I, pag. 327. — (12) Labbe, Concilia, tom. II, col. 1167. — (13) Martene, de Antiquis ecclesiæ ritibus, tom. I, lib. I, pag. 274; Pelliccia, Christianæ ecclesiæ politia, tom. I, cap. II, sect. II, pag. 69. — (14) Hartzheim, Concilia Germaniæ, tom. IV, fol. 122. — (15) Pellicia, Christianæ ecclesiæ politia, tom. I, pag. 69; Binterim, Denkwürdigkeiten etc. tom. I, part. I, pag. 331. — (16) Mabillonius Annales ordinis S. Benedicti, lib. IV, num. 51, et lib. XVII, num. 12. — (17) Ibid. Præfat. in Acta SS. Ord. S. Benedicti, Præf. sæc. I, num. 105, pag. 42; Præf. sæc. III, num. 20, pag. 100; Præf. sæc. IV, num. 91, pag. 574 et seq; Præf. I sæc. VI, pag. 479; Præf. II, sæc. VI, num. 98, pag. 541, edit. Tridentina anni 1724. — (18) Historia Francorum, lib. VI, cap. 28, col. 395. — (19) Mabillonius, Præfat. II in sæc. VI Ordinis S. Benedicti, num. 98, pag. 541.

hostes

A *hostes in Gallia devictos, Honorius imperator coronam imperatoriam simul cum Augusti nomine concessit.*

CAPUT SECUNDUM.

Eligitur episcopus Viennensis S. Terentius. Ejus fuga ad Treviros. Sanat imperatorem Arnulfum. Creatur episcopus Metensis.

Defuncti Eugenii eligitur successor; sed sese abscondit prope Treviros; ubi detegitur a

Itaque, providente divina gratia, Eugenius episcopus dormivit in Domino. Tunc unicæ et probatæ electionis assensu, clericorum et civium voto, ad summum pontificii locum sanctus est electus Terentius *a*. Quod ille respuens, Vienna recessit, nihil secum portans, nisi signaculum sanctæ crucis, quod illuc secum attulit, et pervenit ad partes, ubi Augusta *b* civitas est sita, ibique haud longe a civitate, duodecim milliariis, invenit antiquissimum locum, veprium frutetis plenum. Ubi Terentii tegi non potuit sanctitas. Quo ergo ordine ad hominum notitiam pervenerit, ejus merita exequamur. Erant enim tunc duo latrones perosi, soliti rapinas suas quas ubique rapiebant in eadem solitudine abscondere. Quadam vero die, dum secundum morem rapinas acciperent, et illuc ire vellent ubi absconderent, secundum Dei voluntatem errando per quæque devia pervenerunt ad tugurium viri Dei. Quos ut vidit vir Dei, nimium obstupuit. Postquam vero intellexit eorum facinus, nimium timens ne jugularetur ab eis, oratione sua ita eos vinxit, ut foribus ejus affixi movere penitus se non possent, tenentes in collo sarcinulas suas. Insecuti sunt eos maxima multitudo, tenentes ejusdem itineris vestigia, usquedum venirent post illos. Cumque pervenirent ad tugurium viri Dei, et viderent ad januas ejus stantes latrones, nimium obstupefacti volebant omnes tres condemnare ad mortem, nescientes quia Dei servus esset, sed credentes C quod partem cum illis acquireret. At vir Dei, necessitate compulsus, unum eis solum verbum locutus est, dicens : « Sinite, inquit, istos abire illæsos, et me pro Dei amore ad mortem condemnate. » Populus vero ut audivit hæc verba, videntes vultum ejus ut vultum angeli apparere inter illos; corruerunt ante pedes ejus, adorantes eum, dicentes : « Pater sancte, nobis ignosce quod insipienter erga te conabamur agere ; » et obaudivit precibus B. Terentii, et dimisit latrones revertentes ad propria, magnificans et laudans Deum, et beatum virum Dei. Latrones vero videntes quod secum actum est, abjecta scelerum voluntate, præteritorum malorum pœnitentiam agentes, ad monasteria vicina confugiunt, atque ibi emendatioris vitæ formam suscipiunt.

b

et a febri liberat Arnulfum imperatorem, c

6 Per idem tempus imperator Arnulfus cum robustissima manu, augustali *c* more, ad partes Augustæ urbis venit, ibique aliquantum temporis demoratus. Cui nuntiatum est de sanctitate viri Dei, et quod solus in illa solitudine maneret. Quod imperator audiens jussit, ut summa cum cautela eum sibi præsentarent. EX MS. Abierunt et invenerunt famulum Dei orantem et juxta eum virum valde decorum stantem. Qui timore perculsi non sunt ausi prope accedere, sed protinus ad imperatorem revertentes, quæ viderant, magno pavore nuntiaverunt. Quod imperator audiens, versus in furorem, præcepit illis, ut sine mora illum ante ejus conspectum perducerent. Ubi cum reversi fuissent, et iterum pervenissent ad tugurium viri Dei, dixerunt : « Egredere vir Dei, et nobiscum perge ad palatium imperatoris. » Qui continuo surgens ab oratione sequebatur illos. At illi ducentes virum Dei ante conspectum imperatoris, qui indignatus dixit ad illum : « Quis es tu, aut huc unde venisti, vel cujus hic auctoritate moraris in hac potestate ? » Tunc sacerdos Dei, præceptorum Dei non immemor, fiducialiter ait: « In patientia vestra acquiritis animas vestras. » Et cum humilitate properans dixit : « Ego, Domine imperator, ex Aquitaniæ partibus huc veni, ut cælestis patriæ indigena fieri merear. » Hæc imperator audiens cum magna indignatione comminatus est, ei dicens: « Cum omni celeritate hinc recede, ne deinceps a nostris hic reperiri E possis hominibus, et sævissimis rumparis verberibus baculorum. » Cui B. Terentius constanter respondit: « Non est mihi necesse de hac re tibi respondere, clementissime imperator ; sed summus rex, cui ego sum servus, dabit mihi locum ad manendum. » Cujus imperator verba despiciens cum ira ait: « Hoc fac quod præcepi tibi ; mihi meisque indignum est verba tuæ rusticitatis amplius animadvertere. » Statimque B. Terentius obediens exivit de palatio. Sed subito imperatorem invasit tam immanissima ardens febris, ut nec anhelitum vix trahere posset. Tunc unus ex comitibus dixit ad imperatorem : « Superni regis fuit et est servus ille, cui comminatus es, præcellentissime imperator. Ille (ut reor) sanabit te, si vult. » Cui imperator respondens dixit : « Vade, inquit, citius ad hominem Dei, si fortasse deprecari poteris, ut vel ad sua nos vestigia repedare permittat. » Tunc perrexit ad virum et quæ contigerant imperatori indicavit. Cumque simul pergerent, et imperator Dei famulum a longe vidisset, ad sanctum Dei virum cucurrit, ejusque prostratus pedibus transgressorem et impium confitebatur se esse, F quod sancto Dei contradicere præsumpsisset, cum lacrymis clamitabat. Quem Terentius amplexus erexit a tellure, atque deosculans monuit dicens : « Rusticitatis meæ verba, invictissime princeps, intellige, et quæ a me diriguntur, ad cordis tui penetralia destinentur. Deum qui in cælis est regem habere memento, cui multum necesse est considerare quid placeat. Non te hujus regiminis loco inflata potestas extollat, nec reddat turgidum rerum transeuntium amor. Hujus altitudo honoris temperetur sancta humilitate. Recordari te convenit, quia cum omnibus hominibus unius te mulieris partus effudit in mundo, uno es cum cunctis seculis mediatoris Dei et hominum redemptus cruore, æquali etiam regeneratus baptismate, uno Christi corpore et sanguine satiaris cum pauperibus. Hoc tibi per prophetam dicitur. Non aliud exquiro a te nisi facere judicium et diligere misericordiam, et paratus esto ire post Dominum Deum tuum. Scriptum quippe est : « Misericordia et veritas custodiunt regem. » Tu ergo concessa tibi a Domino regia potestate erga tibi

ex mss. tibi subjectos homines culpantes impensa pietate restitue, quia exigua est apud Dominum nostrum misericordia, si eos læsio sequatur qui reatu carent : cæleste est peccata dimittere, et terrenum ulcisci. Tu sic instar potestatis æthereæ hoc possidebis regnum, si imperium tuum pietate sublimas. »

qui eum creat episcopum Metensem.

7 His admonitionibus rex stabat attonitus. Pollicebatur se tam sacratissima præconia adjutus precibus impleturum. Post hæc deosculabatur manus sacerdotis, et prostravit se sancti viri pedibus, ac subnixe deprecabatur eum, dicens : » Video quia homo Dei es, et ipsius huc missus es voluntate; deprecor te ut digneris nostræ supplicationis munus suscipere. Civitas Metensis orbata pastore jam octo mensibus; efflagito te obnixe, ut aurem meis precibus accommodes, et sedem pontificatus illius ob amorem mei suscipias. » Qui cum non renueret, præcepit rex sancto Mamerto Viennensi episcopo, qui triduanam Litaniam constituit, ut honorifice eum conduceret, et poneret in sedem, et sibi subjugaret omnem potestatem illius civitatis. S. Mamertus episcopus, implens imperium imperatoris, B fecit B. Terentium in sede episcopali cathedra sedere, jussu imperatoris quinto decimo kalendas junii.

ANNOTATA.

a *Prima parte sæculi* v *obtinebat mos in Gallia ut* nullus, *quemadmodum ait S. Cælestinus, ad provinciæ Viennensis episcopus scribens,* invitis *(populo et clero)* daretur episcopus; *qui et addit :* Cleri, plebis et ordinis *(decurionum seu magistratus oppidani)* consensus requiratur (1). *Quocum convenit S. Leo I in epistola ad ejusdem provinciæ episcopos:* Teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus et plebis : qui præfuturus est omnibus, ab omnibus eligatur (2). *Narrat quidem biographus* S. Terentium *per Arnulphi imperatoris interventum Metensium fuisse creatum episcopum. Verum imperatores Occidentis sæculo* v *semet episcoporum electioni non immiscuerunt. Eorum vestigiis institere Odoacer, Herulorum rex,* C *et Theodoricus, rex Ostrogothorum; qui, licet neminem, nisi sibi acceptum, in Romanum pontificem assumi paterentur, tamen voluere ut episcoporum electiones et consecrationes ab omni impedimento essent immunes* (3). *Qua libertate ecclesiam reges Francorum, ac postea Germaniæ imperatores privarunt. Si vero* S. Terentius *fertur jussu imperatoris regimen ecclesiæ Metensis suscepisse, id tribuendum est quod ejus biographus sæculo* v *disciplinam sæculi* x *aut* xi *accommodaverit.*

b Urbs Augusta *non est alia ac Augusta Trevirorum seu Colonia Trevirorum, postea* Treviri, *quæ erat colonia Romana ab Augusto imperatore vel ejus jussu deducta. Pomponius Mella* (4) *eam jam antea ab ejus auctore vocaverat, omisso alio nomine,* Augustam (5).

c *Cum S. Mamertus, Viennensis episcopus, diem obierit circa annum* 470, *parum verisimile est eum* S. Terentio *cathedram Metensem* D *ascendenti adfuisse.*

CAPUT TERTIUM.

S. Terentii iter in Burgundiam et Romam. Ejus reditus Metas, miracula, mors et sepultura.

Obtinet pluviam Burgundiæ

Exinde processit in partibus Burgundiæ, ubi Dominus per eum operatus est grande miraculum. Jam septem ferme terminabantur anni, in quibus regio ipsa laborabat siccitate : sterilitas, et fames *a,* et pestilentiæ morbus, undique minabatur interitum. Tandem Deus, videns afflictionem populi sui, in introitu Terentii statim pluviam concessit. Sicque vir Domini, valde ex hoc confortatus miraculo, charitatis fervore crevit, strenue mundialem fœcem horrescens, vitam contemplativam enixius appetiit. Sicque constat, ut ejus discipuli visibiliter sæpius contem- E plantes maximam lucem deprehenderunt circa ejus grabatum radiare. Sanctorum autem fruens colloquio, servus Dei exultavit in Domino, Dominum meruit videre. Merito omnipotens Deus famulum suum in gentes plurimas manifestando glorificavit, et apostolicis virtutibus decoravit.

a

et peregrinatur Romam; unde revertens sanat surdum mutum;

9 Cum semper ejus mens ob amorem sanctæ Trinitatis in cælestibus anhelaret, ardebat desiderio ut ad sanctorum Apostolorum limina *b* adoranda Romam properare deberet. Quod et ita fecit. Vota complens, desiderio satisfaciens, monumenta sanctorum visitans et eorum loca, pavimento corpore prostratus, oscula figens, quod jam dudum optaverat devotus implevit. Sicque vir Dei sanctorum suffragiis suffultus, sanctorum loca perlustrans, eorum monumenta requirens, reliquias sanctorum multorum deferens, atque, angelo Domini comitante, ad ejus civitatem revertens orationis ejus obtentu, salutem animarum et corporum ministravit. Cum autem pervenisset ad fines diœcesis suæ, suburbani cives et vulgus populus exultans præ gaudio, simulque mœrentes, catervatim provolvuntur in occursu ejus, una cum crucibus et lampadibus obviam F pio pastori gradiuntur, gratias Deo agentes, qui eis incolumem reddidit eorum pastorem atque pontificem. Quid dicam de sacerdotibus et de agminibus monachorum monacharumve multarum, qui canebant Domino laudes? Interdum pauperes exultabant clamantes, quod eis Dominus miserat fœneratorem eorum. Hora autem eadem, operante divina clementia, quicunque tetigerunt eum infirmi, confestim integerrimæ saluti sunt restituti. Egressus autem B. Terentius quodam tempore ex urbe, dum vicos aut villas circumquaque peragraret, et prædicationis suæ sanctæ verbo ignorantium corda imbueret, vir quidam pedibus ejus prosternitur, qui mutum, surdumque se habere filium clamitabat, eumque sanctæ ejus præsentiæ cogitabat offerre, si dignaretur forsitan loquendi ei audiendique gratiam condonare. Cujus jussu ejus præsentiæ puer oblatus cunctis audientibus oratio-

b

(1) Coustant, Epistolæ Romanorum pontificum, tom. I, col. 1070. — (2) Concilia Galliæ, tom. I, col. 497, edit. Maurin. — (3) Christ. Lupus, Opp. Omnia, Dissert. de regia antistitum nominatione, tom. IV, pag. 122 et seqq. — (4) De situ orbis, lib. III, cap. II, pag. 256, edit. Lugd. Batav. 1782. — (5) Adr. Valesius, Notitia Galliarum, pag. 58.

nem

A nem fudit ad Dominum, dicens : « Domine Jesu Christe, qui humanam formam cum Patre et Spiritu sancto sine vitio ad tuam similitudinem plasmare dignatus es, et dedisti ei libertatis arbitrium, qui mutis loquelam, cæcis visum, surdis auditum, mortuis vitam reddidisti, respice super hunc puerum, et os atque aures ejus obturatas adaperi, quia tibi plasmatori hæc pertinet reformatio, cujus digito compacta sunt universa congruentia corporum membra humanæ substantiæ. » Completa autem oratione, mox in auribus ejus signum crucis digito suo fecit, statimque apertæ sunt aures ejus et lingua illius absoluta est, ita ut voce clara confiteretur puer et benediceret Deum.

atque Judæum sacrilegum aliosque ejusdem gentis convertit.

10 Una autem dierum, dum missarum solemnia beatus pontifex ibidem celebraret, et copia filiorum sanctis mysteriis interesset, audenter Judæus *c* ingressus, maligno instigante spiritu, Corpus dominicum suscipere, idque in sterquilinium projicere molitus est. Qui, inter turbas fidelium ad manus viri Dei perveniens, ausu nefario immundo ore Corpus suscepit dominicum. Quod ut rejiciendi causa os asperuit, digna ul-

c

B tione perculsus, sine effectu verborum cunctis audientibus et videntibus clamare cœpit. Volebat labia jungere, nec valebat; conabatur verba edere, sed lingua rigida loquendi officium non præbebat. Et, quasi ignitum jaculum in ore portans, immensis doloribus torquebatur. Resonabat omnis illa ecclesia ineptæ vocis clamoribus, et de tam inauditi virtute miraculi Christi fidelium lætabatur conventus. Tunc Judæum pontifex præsentari fecit, atque advenienti dixit : « Incredula et perfidiæ mens plena, quare tam iniqui hostis implesti consilium? Existimasti Corpus Christi vilissimum? Ecce, quod clandestinus persuasor te miserum illexit ut faceres cunctis fidelibus suis divina virtute ostendit. » Judæus autem, nimio dolore superatus, voces emittere absque sermonibus non cessabat, habens in gutture suo malitiæ cruciatum. Quia secundum sanctissimi vaticinium Simeonis, ut incredulis est pernicies ac ruina, ita fidelibus suis vita et exultatio est verbum Dei. Nam subtilius expectantibus mirabili liberatione Corpus dominicum in ore videbatur Judæi dependere, ut nec linguæ sub-

C ter compagi insideret, nec super immundo adhæreret palato. Sed, poscentibus fidelibus pro ejus miseria, B. Terentius manum tetendit et S. Eucharistiæ mysterium a sacrilego ore abstraxit dicens : « Ecce nunc liberatus es; de cætero cave hujusmodi simile ne facias, et ne ulterius repetere hoc præsumas. » Judæus autem pedibus ejus advolutus clamabat se Christo Domino crediturum, si sacri eum baptismatis unda perfunderet, ac pio ejus conventui copularet. « Tibi, inquit vir Dei, omnipotenti refero gratias, qui judaicam perfidiam non dedignaris corrigere, sed ad tui Unigeniti fidem ampla pietate convertis. » Baptizato autem illo, multi Judæi credentes, cum eo sacro baptismate renati, Christi fidelibus ac spirituali cœtui sunt uniti.

Alium mutum sanat et mortuum ad vitam revocat;

11 Igitur dum multa per hunc patrem nostrum laudanda ostenderet, et quia jam spiritu prophetiæ illuminatus enitebat, quemdam ad se superbo spiritu sub figura pietatis advenientem intuens : « Silere te magis oportet quam loqui, inquit, quippe quæ magis cogitas, manifeste clarescunt. » Obmutescens vero ille, nec aliquid profari valuit; sed pedibus sancti viri advolutus ac lacrymis iniquæ cogitationis pandebat arcanum. Vir autem Domini, lacrymis ac gemitibus ipsius inclinatus, loquendi ei officium restituit, atque divini muneris fecit esse ministrum. Diffundebatur autem Dei gratia in civitate Metensi, et divulgata sancti viri fama ex diversis partibus multorum ad eum frequentia concurrebat populorum. Nam quædam nobilissima femina summa ad eum cum festinatione cucurrit, orbatam se unico filio deplorans, pedibus sanctissimi prosternitur Terentii, promittens se suosque Christianæ religionis participes fieri, si orationibus ejus sobolem sibi cerneret restitutam. Cujus votis protinus vir Dei respondit : « Si ex toto corde credideris, omnia possibilia sunt credenti. » Illa autem in hac permanente constantia, vir Dei ad domum ejus protinus perrexit, ibique super jacentis corporis funus orationem ad Dominum fudit, atque vitæ et saluti pristinæ defunctum restituit. Cœpit itaque adolescens glorificare Dominum, quod per orationes famuli ejus a tenebrosa fuisset ereptus custodia. Ad quod vero miraculum concurrebant dicentes : « Verus est Deus christianorum, quem prædicat hic famulus ejus; ipsum enim adorare debemus. » E Illa autem nobilissima vidua, videns sibi filium restitutum, quod pollicita fuerat, festinanter implevit. Statimque baptizata cum filio, et utriusque familia relinquens sacrilegium idololatriæ, Christi se collegio sociavit.

EX MSS

dein cæco restituit visum.

12 Dum quodam die causa orationis per monasteria iret, obviam ei cæcus a nativitate occurrit, subnixe postulans ejus precibus se adjuvari. Cui vir Dei : « Credis, inquit, in Dominum Jesum Christum Filium Dei? » Cæcus respondit : « Credo, Domine, et credidi; oro ut tamtummodo tuis precibus illuminentur oculi mei. » B. Terentius dixit : « Ille in quem credis ipse aperiat oculos tuos; » statimque oculorum suorum percepto lumine, cæcus cœpit glorificare Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum ac verum Filium Dei. »

Morti proximus alloquitur discipulos;

13 Circa finem vero vitæ, quem sanctus sacerdos prævidebat, præventus febre, accitis ad se cunctis fratribus, his eos sermonibus exorsus est, dicens : « Ecce, charissimi filii, jam me ad transitum ætas compellit; jam me ad jus suum originariam revocat terra particulam; scribite in tabulis cordis vestri ea, quæ per me vobis F dicuntur a Domino exequenda. Vos alterutrum præcepta mystica observate; pacem, quam suis discipulis autor nostræ salutis repetitis commendavit sermonibus, custodite; et omnem iram et a murmurationibus velut diaboli venena respuite; autori bonorum omnium servate pudicitiam; et cum omnibus hominibus veritatem loquimini; omnis mendacii sermo non procedat ex ore vestro, ne forte sententia prophetica feriamini, quæ ait : « Perdes omnes qui loquuntur mendacium. » Hospitalitatem diligite, quia multi hanc exequendo angelorum consortium meruerunt. Recordamini quia in paupere et peregrino Christus suscipitur. » Hæc et similia his sancto patre prosequente, prostrati omnes sancti cum gemitu cordis intemperanter flere cœperunt. Dicebant ergo : « O Pater, cur rudibus temporibus acquisitum gregem tam cito dimittis? Cui nostri consortii tribuis charitatem? Væ nobis miseris talem amittendo pastorem, cujus fruebamur alloquiis, et intercessionibus tuebamur. » Quos pius pater consolabatur dicens : « Cur, dulcissimi filii, cum tanta afflictione lacrymamini?

ex mss. crymamini? Pastor et aggregator vester qui in cælis est, si ejus monita consecuti fueritis, numquam vos deseret. Ego vero jam dissolvor, quia tempus est ut pergam ad eum quem a cunabulis desideravi. Confortamini ergo et Deum benedicite, quia vado de morte ad vitam, de labore ad requiem, de tribulatione ad gaudium, de mendicitate ad epulas, de tenebris ad lucem, de ignominia ad regnum perpetuum. « Hæc dicens exhortabatur eos ut psalmos Deo decantarent. Ipse autem, in cælum elevatis manibus, hilari facie canebat dicens: « Misericordias tuas, Domine, in æternum cantabo, in generatione et progenie pronuntiabo veritatem tuam in ore meo. « Et illud : « In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. »

dein moritur, sepelitur et clarescit miraculis.

14 Sed Dominus, preces famuli sui audiens, permisit eum sarcinam carnis deponere, et feliciter introire ad gaudia paradisi. Inter hæc flentibus fratribus atque psallentibus, sacerdos, Christi Corpore suscepto, gaudens et exultans emisit spiritum. Ad cujus sancti corporis excubias tantæ populorum turbæ confluxerunt, quantum ad enarrandum lingua non sufficit. B Quæ enim lacrymæ ibi fuerunt,[omitto,] ne post annorum curricula novellum dolorem lectori incutiam. Tum vero conventione episcoporum una cum abbatibus eorum,vel sacerdotum seu clericorum multitudine,vel reliquo populo,cum magno favore beatum corpus humeris deportantes, convenerunt cum laudibus et hymnis Deo canentes, feretrum præstolando per loca et monasteria, beatum corpus in basilica B. Clementis et Felicis *d* cum magno decore sepelierunt. Ubi Dominus Jesus Christus,ejus meritis suffragantibus, signa multa virtutum operari dignatus est, et non solum in eo loco, sed et per plura loca, ubi ipse vir sanctus in corpore requievit, et tanta ad præsens miracula fulgent, ut ibidem cæci illuminentur, leprosi mundentur, claudis gressus restauretur, dæmoniaci curentur, et diversi languores ejus meritis sanentur. Longum est enarrare de tantis miraculis, quæ ibidem Dominus meritis B. Terentii dignatus D est demonstrare. Sufficiat pauca dixisse de pluribus. Qui voluerit hoc certe agnoscere, lustret Galliam et Aquitaniam, Burgundiam et Italiam, et inveniet ita ut narravimus vera dixisse: nusquam comprobet falsa.

d

ANNOTATA.

a *Anno* 887 *Arnulfus creatus fuit imperator. Ad annum vero* 899, *quando nondum Arnulfus e vivis excesserat, in Chronico Saxonico legitur* : Magna fames homines se invicem comedere compulit (1). *An ad hanc famem alludit* S. Terentii *biographus, qui hoc malum tempore imperatoris Arnulfi Galliam vastasse narrat?*

b *Vulgaris locutio* : Apostolorum limina, *qua totum partis vocabulo designatur, orta est ex prisca consuetudine christianorum,pietatem suam in sanctos exhibentium in prima ædis porticu, ubi oscula figebant postibus, aut humi se sternebant; et ex hac altera paulo recentiori, qua eodem fungebantur officio ad* E *portam triumphalem, quæ in ingressu erat absidis, ubi sub altari recondita erant sanctorum corpora* (2).

c *Licet sæculo* IV *in reliquis Galliæ provinciis non multi reperirentur Judæi, tamen in Gallia Orientali videntur fuisse numerosiores : idque eruitur ex Constantini Magni decreto,non pauca Judæis Agrippinensibus auferente privilegia* (3). *Cum vero Theodosius Magnus ejusque filii pluribus constitutionibus Judaicæ genti favere conati sint, nemo mirabitur eos fuisse valde frequentes in diœcesi Metensi* (4).

d *In Commentario prævio, num.* 6, *de originibus monasterii et basilicæ SS. Clementis et Felicis breviter disseruimus : plura dabunt in Historia Metensi François et Tabouillot.*

(1) Bouquet, Recueil des Historiens des Gaules, tom.IX, pag. 57. — (2) Cfr Du Cange, Constantinopolis Christiana, lib. II, pag. 64 et seq. edit. Paris. — (3) Codex Theodosianus, lib. XVI, tit. 8, tom. VI, pag. 242, edit. Gothofredi. — (4) Ibid. pag. 245 et seqq.

C F

DE

A D

DE S. APPIANO, EPISCOPO AFRO

PAPIÆ IN ITALIA

SYLLOGE

V. D. B.

§ Unicus. Distinctio inter S. Appianum episcopum Afrum, cultum Papiæ, et S. Appianum, monachum Papiensem. S. Appiani episcopi magisterium S. Vindemialis, episcopi Afri. Tria olim S. Appiani episcopi festa. Nominis forma. Tempus.

INITIO SÆCULI VI S. Appianus, *fastis sacris ad dies* 4 *et* 18 *martii et* 29 *octobris inscriptus, fuit secundum Papienses episcopus Afer,*

Papiæ seu Ticini laudes celebratæ sæpius in nostro opere; et quidem in ipso præsentis tomi initio: adeo ut ab iis hoc loco abstinere liceat. In celeberrimo autem ejus templo, quod Luitprandus monachis Benedictinis titulo S. Petri in Cæloaureo de novo construxit et S. Augustini corpore, e Sardinia delato, ditavit, conservatur sub altari, quod S. Appiani *dicitur, hujus beati viri corpus; unde sacellum, quod olim SS. Basilii et Florentii appellabatur, vocari cœpit* S. Appiani (1). *At quis ille* Appianus? *Si Papienses priores interrogandi videantur, ante omnes audiendus est Philippus Ferrarius, ordinis Servorum B. M. V. præclarus vir et mathematices in gymnasio publico Papiensi magister:* S. Appiani episcopi, *ait* (2), hac die *(scilicet* 4 *martii)* depositio Papiæ in basilica S. Petri, in Cæloaureo dicta, (in qua corpus illius asservatur,) colitur. Cujus urbis episcopus fuerit, haud sciri potuit. Africanum fuisse conjectura est non levis, quod ejus corpus ex Sardinia una cum corpore S. Augustini, episcopi et ecclesiæ doctoris, Ticinum translatum est, uti antiqua prædictæ basilicæ monumenta et marmoreæ inscriptiones testantur. Cum autem S. Fulgentius, episcopus Ruspensis, una cum plurimis Africanis episcopis a Wandalis ejectus ex Africa, corpus sancti doctoris una cum aliorum sanctorum reliquiis
C in Sardiniam detulerit, fieri potuit ut inter alia sanctorum corpora corpus etiam S. Appiani deferret. Cujus etiam festivitas in eadem ecclesia III[I] kalendas novembris celebratur. *Quæ se accepisse addit ex monumentis ecclesiæ S. Petri in Cæloaureo Papiæ, et unum diem videri esse natalem seu emortualem, alterum translationis. Similia tradit Romualdus a S. Maria, et ipse civis Ticinensis, ad diem* 4 *martii* (3). *(Tertium festum inferius occurret).*

et secundum Henschenium monachus Papiensis, qui eremita Comacli obiit die 6 *novembris.*

2 *Sed in aliam omnino ivit sententiam Henschenius noster. Quum enim in pervetusto codice cardinalis Barberinii reperisset Vitam S. Appiani, qui prius monachus fuerat in asceterio S. Petri in Cæloaureo Papiensi, dein, Comaclum missus, ibidem cellulæ inclusus pientissime vixerat, ibique tandem prope ecclesiam S. Gervasii sepultus fuerat et demum in templum, ejus nomini dicatum, solemniter fuerat translatus, arbitratus est in Cæloaureo non episcopum, sed hunc suum monachum celebrari. Re quidem vera hic in Actis suis mortuus esse traditur* octavo idus *seu die* 6 novembris, *quo die ejus nomen nullis martyrologiis inscriptum invenit ille decessor: neque in his Actis traditur ejus corpus Papiam translatum esse, contra Comacli servatum; verum dicuntur ibidem Papienses aliquando tentasse ejus exuvias furari, (qua occasione in S. Mauri Comaclensi templo deposita sunt), et quod tunc non potuerunt, censet ille idem decessor noster peractum fuisse sub annum* 808, *postquam scilicet Comaclum a Venetis attritum fuisset in ultionem cædis Marini, a fratre duce Romam missi; tum vero officium liturgicum factum esse in honorem S. Appiani tamquam confessoris non pontificis; postmodum, cum translatione monasterii S. Petri in Cæloaureo a Benedictinis ad canonicos Mortarienses, (quæ translatio anno* 1221 *facta est,) deperditis antiquis monumentis, ut de confessore pontifice cœptum officium recitari; quem creditum episcopum Africanum fuisse, cujus reliquiæ simul cum S. Augustini corpore illuc devectæ fuerint, quamquam in memoriis de S. Augustini translatione* S. Appiani *nomen non compareat* (4).

Sed hic olim cultus fuit non illis diebus, sed 6 *novembris, et verisimiliter nondum erat in vivis,*

3 *Verumtamen hæ meræ conjecturæ sunt, non alio nixæ fundamento, nisi quod Papienses aliquando frustra conati sunt recuperare suum Appianum, Comacli sepultum, et quod in historia translationis reliquiarum S. Augustini de* Appiani *episcopi reliquiis nulla fit mentio. Vidit hæc Henschenius et propterea significavit ipsemet sibi dubiam esse illam suam sententiam,* S. Appianum *nempe, qui fastis sacris inscriptus est ad dies* 4 *martii et* 29 *octobris, eumdem esse ac eremitam Comaclensem* (5). *Recte dubitavit eruditus vir, rectiusque negasset omnino: sed in ejus notitiam non venerant documenta, quæ postea emerserunt. Imprimis in hoc erravit decessor noster, quod credidit S. Appiani Comaclensis nomen nullis fastis insertum esse ad diem* 6 *novembris. In codice Florentino Martyrologii Usuardi hæc ad illam diem reperta sunt* (6): S. Appiani confessoris, qui natione Ligur, in Cæloaureo monachus fuit. *Similiter in kalendario, quod origine Thuscum est et verisimiliter usitatum fuit in monasterio Papiensi*

(1) Acta SS. tom. I Martii, pag. 320. — (2) Catalogus SS. Italiæ, pag. 132 et 133. — (3) Flavia Papia sacra, tom. I, pag. 80, et tom. II, pag. 42. — (4) Acta SS. tom. I Martii, pag. 320 et seqq. — (5) Ibid. pag. 321, num. 3. — (6) Ap. Sollerium, Martyrologium Usuardi, pag. 656.

AUCTORE V. D. B

piensi S. Bartholomæi monachorum Olivetanorum (hi nempe orti sunt prope Senas in Thuscia) legitur ad eamdem diem (1): S. Appiani et Leonardi conf. *Neque mirandum est in Thuscis fastis sanctum Comaclensem, adeoque ex provincia Ravennatensi, memorari; calendaria enim antiqua Flaminiæ, Thusciæ, Æmiliæ et Liguriæ sæpe eadem nomina habent: sed amplius hoc argumentum est quam ut hoc loco tractetur. Hoc unum nunc sufficit sextam novembris propriam diem esse S. Appiani Liguris, non autem* 4 *martii. Nihil de eo jam pridem norunt Comaclenses, nisi quæ ex Actis sanctorum didicerint* (2).

quum S. Appianus, *magister S. Vindemialis, episcopi Afri, jam celeber erat; qui dein coli perrexit die* 29 *octobris.*

4 *Dein prius forte quam S. Appianus Comaclensis in vivis fuit, notus erat in Italia superiori* S. Appianus, *episcopus Afer. In Vita enim seu Historia translationis corporum SS. Florentii et Vindemialis, (quam translationem ex insula Corsica Tarvisium fecit et literis tradidit Titianus, episcopus Tarvisinus, ante Caroli Magni tempora), hæc de S. Vindemiali, episcopo Afro, cum multis aliis ab Hunerico in insulam Corsicam misso*
B *in exsilium, leguntur* (3) : Igitur beatissimus Vindemialis Africano solo ortus atque nutritus est; sed a beato confessore Christi Appiano episcopi edoctus, et cælesti conversatione, fide ac religione imbutus, presbyterii dignitatem adeptus est; in quo digne Deo militans ad episcopatus onus usque pervenit. *Celebre itaque olim erat* S. Appiani, *episcopi Afri, nomen. Unde non mirum, si in antiquo kalendario Perusino, id est in kalendario facto aut refecto ad usum Eremi Avellanensis S. Salvatoris de Montemalbo in comitatu Perusino, sæpiusque deinde aucto, ad præsentem diem legitur* (4) : S. Apiani m[artyris] : *quæ martyrii laus multis aliis quoque episcopis, et imprimis Romanis pontificibus, qui multas turbationes, non tamen violentam mortem, subierunt, in libris liturgicis datur. Nihilominus præplacent quæ in kalendario Bibliothecæ Leopoldinæ sæculi* XIV, *cujus originem ignoravit Bandinius, sed quod manifeste et Papiæ scriptum fuit, et Papiæ usitatum, ad præsentem diem hæc occurrunt* (5) : Appiani episcopi; *similiter in kalendario Brixiano*
C *sæculi* XIII, *quod in Anecdotis suis medii ævi edidit Zaccaria. Citra montes quoque venit* S. Apiani, episcopi et confessoris, *nomen; quippe quod hodie cum apposita illa laude occurrit in auctariis Usuardinis Greveni et Molani, atque inde in Martyrologio Canisiano Wallasseri.*

Probabiliter a Luitprando initio sæculi VIII cum aliis sanctis ex insula Sardinia Papiam transatus fuit. Festum in hujus

5 *Quamquam autem Ferrarius et Romualdus a S. Maria tam dubie de origine reliquiarum* S. Appiani *Papiensium loquantur, nequaquam tamen recens est traditio. Anonymus enim Ticinensis, quem Romualdus a S. Maria* (6) *Sigibertum appellat, in Commentario de laudibus Papiæ, quem anno* 1330 *Avenione cum publico communicavit, hæc memoriæ tradidit*(7): Ecclesia S. Petri in Cæloaureo, quam amplificavit Liutprandus, rex Longobardorum, atque dotavit. In qua jacet corpus beatissimi Augustini, episcopi Hipponensis, doctoris eximii, qui multas ibi virtutes ostendit; et corpora BB. MM. Luxorii, Ciselli, Camerini, Robustiani et Marci, necnon B. Apiani, episcopi et confessoris : quæ omnia translata sunt de Sardinia illuc cum corpore B. Augustini per dictum regem. *Atque hæc, ut reliqua quæ primis capitibus leguntur, desumpta esse videntur ex Chronico seu Catalogo reliquiarum sanctorum Papiensium; quem Catalogum B. Rodobaldus, episcopus Ticinensis, anno* 1237 *scripsit, postquam in sanctorum corpora, Papiæ quiescentia, diligenter inquisivisset: sed alibi ea de re jam dixi* (8). *Verumtamen nolim ego præfracte affirmare* S. Appiani *reliquias simul cum corpore S. Augustini ex Sardinia insula Papiam translatas fuisse. Potuerunt alio tempore asportari, atque etiam aliunde : quamquam prudentius sit vetera scripta (quantum licet) sequi adeoque tenere* S. Appianum *simul cum aliis episcopis venisse in Sardiniam atque illinc initio sæculi* VIII *ejus*
E *exuvias devectas fuisse Papiam, quum reges Longobardi toti in hoc essent ut regiam suam urbem templis decorarent et sanctorum munirent patrociniis, undique sacra corpora asportantes. Præter festa diei* 4 *martii et* 29 *octobris, tertium celebratur ad diem* 18 *martii in Greveni et Molani auctariis Usuardinis his verbis:* Ipso die reconditio S. Apiani, episcopi et confessoris. *Jam pridie periit de hoc natali Papiæ omnis memoria. Sed quum ibidem legatur :* Item passio SS. Luxorii, Ciselli et Camerini martyrum, *qui sub Diocletiano in Sardinia die* 21 *augusti passi sunt et quorum corpora (ut paulo supra vidimus) volunt Papienses ad se delata fuisse simul cum corpore S. Augustini; quamquam id negent Sardi, aliique Itali se ea possidere glorientur; patet adventum illarum reliquiarum celebrari. Sed de hac re dictum est in opere nostro ad diem* 21 *augusti* (9). *Hoc unum inde liquet, Papienses olim die* 18 *martii commemorasse omnium horum sanctorum apud se depositionem. Nunc, ut mihi constat ex Ordine divini officii anni* 1847, *non agunt*
F *Papienses* S. Appiani, *episcopi et confessoris, festum nisi* 29 *octobris, ritu duplici, sed omnibus desumptis ex officio communi confessorum pontificum. Quæ ut demum claudam, monebo lectorem in libris a me repertum esse* Appianum *et* Apianum; *scripsi ipse* Appianum, *quoniam derivatum est ab* Appio: *in quo, postquam fere prævaluit ut consonantes post vocales longas duplicentur, fere nemo non scribat duas* p. — *Pro tempore mortis adscripsi* INITIO SÆCULI VI, *quoniam, rege Thrasamundo, episcopi Afri exsules in Sardiniam profecti sunt* (10).

rei memoriam die 18 *martii. Nominis forma et mortis tempus.*

(1) Bandinius, Biblioth. Leopoldina Laurentiana, tom. I, col. 225. — (2) Cfr Ferro, Istoria dell' antica città di Comacchio, pag. 365 et seqq. — (3) Acta SS. tom. I Maji, pag. 272. — (4) Sarti, De episcopis Eugubinis, pag. CXXIV et CXXXIV. — (5) Bandinius, Biblioth. Leopold. tom. I, pag. 142. — (6) Flavia Papia sacra, tom. II, pag. 31. — (7) Ap. Muratori, Scriptores rerum Italic. tom. XI, col. 13. — (8) Acta SS. Auctarium ad tom. VI Octobris, pag. 22 et seqq. — (9) Acta SS. tom. IV Augusti, pag. 414 et 415. — (10) Chronicum vetus ap. Ruinart, Hist. persecutionis Vandalicæ, pag. 115. Cfr Morcelli, Africa christiana, tom. III, pag. 240 et 241; Martini, Storia ecclesiastica di Sardegna, tom. I, pag. 100 et seqq.; Fontanini, De corpore S. Augustini Ticini reperto, pag. 4 et seqq.

A D

DE S. EUSEBIA VIRGINE

CULTA UT MARTYRE BERGOMI IN ITALIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS. V. D. B.

§ Unicus. Basilica cœmeterialis S. Andreæ; inventio corporum SS. Domnionis, Domnonis et Eusebiæ; quare videantur floruisse post mortem persecutorum; quare dicantur martyres; memoria in fastis; electi patroni Bergomi; novi templi consecratio et translatio solemnis; familia Claudia, quæ et Zoppi, dicta de genere trium sanctorum.

SÆCULO FORTE VII. *In basilica suburbana Bergomensi sancti Andreæ, ab hostibus dudum servata,*

Olim in more non fuisse positum ut cadavera intra civitatum mœnia conderentur, tum quod antiquæ leges Romanæ obstabant, tum quod Theodosius nova lege gliscentem consuetudinem contrariam sustulerat, monuimus sæpius in hoc opere atque etiam in hoc ipso tomo, pag. 359. *Quamobrem, quoniam fideles amabant requiescere aut prope martyrum tumulos aut non procul ab altaribus eucharisticis, quam primum licuit, exstructæ fuerunt circum oppida ædes sacræ, communiter basilicæ dictæ, quæ omnes aut pæne omnes erant cœmeteriales. Non poterat hoc ædificiorum genere carere Bergomum, angusto utique ut omnia fere castra conclusum murorum ambitu, sed antiquissimum Venetiæ,* a Pannoniæ finibus, *ut loquitur Paulus Diaconus* (1), usque ad Abduam fluvium protelatæ, *municipium* (2). *Et quidem in diplomate Aistulfi* (3), *dato anno* 755, *reperio* basilicam beatissimi levitæ et martiris Christi Laurentii, sitam foris muros castri Bergomatis; *et, quod propius ad rem nostram pertinet, in monumento de solutione pretii vineæ* (4), *confecto* regnantes dominis nostris Carolo et Pepino, veris excell. reges Langobardorum in Italia, anno duodecimo, *Christi* 785, et quinto die
C quinto intrante mense magio, indictione octaba,..... Gaidoaldum, commanentem foras prope cives Bergome, prope basilica S. Andreæ. *Ad quem locum animadvertit Lupus :* Vides jam ecclesiam S. Andreæ extra urbem sitam fuisse, ac prope eamdem ecclesiam domos ædificatas, in quarum una, qui in hac charta recensetur, habitabat. Apparent itaque primordia illius suburbii, quod postea S. Andreæ appellatum fuit longiusque protrahebatur. *Facile illic stare hæc ædes potuit difficillimis temporibus. Nam, licet superior Italiæ pars ab omnibus fere barbaris conculcata fuerit et licet Bergomates sibi ab historicis suis* (5) *persuaderi siverint civitatem suam ab Attila vastatam fuisse, a Genserico deletam, ab Igore eversam, ab Odoacre violatam, a Totila et a Gothis direptam et a Longobardis crudeliter habitam, ita tamen incolumis stetit, ut sæculo* VIII *singulare hoc haberetur Dei beneficium, concessum propter fidei puritatem. Quapropter in carmine homœoteleuto, quod anno* 707 *Magis* E *ter Moyses ad Justinianum II, imperatorem Byzantinum, de laudibus Bergomi scripsit, rogat Deum ut huic civitati prospicere pergat, hac usus ratione* (6) :

Nam gens ista tuas leges et jura colendo
Non te deseruit, peregrinum dogma sequendo.
Hinc equidem magnam mercedem sæpe secuta,
Hostibus in mediis fuit a discrimine tuta.
Namque peregrino vicinia diruta marte
Sæpe fuit, stetit hæc ulla non territa parte.

2 *Verumtamen fata hujus basilicæ, de qua inferius recurret sermo, hoc loco enarranda non sunt. Qualescumque itaque vices temporum fuerint, quantavis pericula subiverit hæc ædes, stabat adhuc anno* 1401; *quo anno nova ei accessit celebritas. Audi testem oculatum, Castellum de Castello, notarium Bergomatem* (7) : [Anno MCCCCI], die dominico, 24 julii, in mane apertum fuit unum lavellum, existens in ecclesia S. Andreæ, sub altari magno dictæ ecclesiæ, per totum clerum Bergomi : in quo lavello reperta fuerunt tria corpora martyrum, scilicet Dominonis, et Domnoni, et Eusebiæ, amborum nepotum dicti Domnonis de Bergomo, ut apparebat per scripturam super uno lapide quadrato, reperto in dicto lavello : et quæ corpora ego Castellus vidi, et legi dictam scripturam; et quod lavellum fuit apertum ut plueret, eo quia tunc erat maximum siccum, ita quod arbores, vites et fructus siccabant; et post paucos dies pluit. Et die primo augusti dicti anni clausum fuit dictum lavellum. Et die 27 dicti mensis julii duo lavella fuerunt inventa sub duobus altaribus, existentibus in corporibus sanctis divi Alexandri; sub uno dictorum altarium inventum fuit corpus domini sancti Narni episcopi, et de crapa ipsius S. Orcebati * de aqua clarissima; et quasi omnes Bergomenses faciebant accipere aliquantulum de ipsa aqua

anno 1401 *SS. Domnionis, Domnonis et Eusebiæ, nec non SS. Alexandri, Narni et Viatoris reliquiæ reperiæ fuisse visæ sunt.*

F

* scaturiebat ?

(1) De gestis Longobardorum, lib. II, cap. 14. — (2) Cato apud Plinium, Hist. nat. lib. III, cap. 17, Zanchus, de Cenoman. situ ac Bergomi rebus antiquis, lib. III, ap. Grævium, Thesaurus Italiæ, tom. III, col. 834 et seq.; Fr. Bellafinus, de Urbis Bergomi origine et temporibus, ap. Grævium, Thes. Ital. tom. IX, part. VII; Barth. Farina, de Bergomi origine et fatis ibid. — (3) Ap. Marium Lupum, Codex diplom. civitatis et ecclesiæ Bergomatis, tom. I, col. 437 et 438. — (4) Ibid. col. 599 et 600. — (5) Barth. Farina, de Bergomi origine et fatis, pag. 5 et seqq. edit. Grævii. — (6) Ap. Muratori, Scriptt. Italiæ, tom. V, pag. 529. — (7) Ibid. tom. XVI, col. 925.

AUCTORE V. D. B.

cum summa solemnitate; quod altare est a mane parte dictæ ecclesiæ, et sub alio altare inventum est corpus S. Viatoris episcopi, et quod est a sero parte dictæ ecclesiæ in corporibus sanctis. Et facta fuit maxima solemnitas per totum clerum Bergomi, et per maximam partem populi Bergomi. Et die dominico ultimo julii celebrata fuit una solemnis missa juxta portam S. Alexandri intus sub Ulmo, et prædicatum fuit de inventione dictorum corporum; et terminatum fuit, quod dicta lavella, quæ tunc rupta fuerunt faciendo unum foramen in dictis lavellis tam magnum, ut unus homo potuisset ponere duo pugna cum brachiis, deberent bene claudi dicta duo foramina, quod nullus deberet dimittere aliquid de dictis corporibus. Et hoc fuit factum propter maximam siccitatem aquarum, et ut Dominus Deus faceret pluere. Et die sequenti post dictam inventionem pluit in civitate et alibi in districtu ejusdem; et modicum tempestavit; et die ultimo dicti mensis pluit et tempestavit.

Titulus super priorum sepulcrum repertus; ad eos non pertinet alter titulus.

3 Apparuit *itaque* per scripturam super uno lapide quadrato, reperto in lavello *seu arca sepulcrali lapidea*, reperta esse tria corpora martyrum, scilicet Dominonis, *immo Domnionis*, et Domnonis, et Eusebiæ, amborum nepotum dicti Domnionis de Bergamo. *Superest adhuc hic lapis, cujus epigraphen secundum accuratum (ut asseritur) exemplar* (1) *hoc loco producimus :*

HIC REQVIESCVNT
IN PA' B' M' DOMNIO
CVM NEPOTIBVS SVIS
EVSEBIA ET DOMNONE
DEP' DOMNO AVVS XVII
K' AVGVS' EVSEBIA IIII
NOVENB' DOMNIO
NON' IAN'

Sed, quamquam hæc non indiligenter descripta dicantur, non dubito quin perperam
C *typis expressa sint, adeoque corrigenda secundum alia exemplaria et juxta plura de his corporibus scripta, in hunc modum :*

HIC REQVIESCVNT
IN PA' B' M' DOMNIO
CVM NEPOTIBVS SVIS
EVSEBIA ET DOMNONE
DEP' DOMNIO AVVS XVII
K' AVGVS' EVSEBIA IIII
NOVENB' DOMNIO
K' NON' IAN'

Volunt Mutius (2) *et Cælestinus* (3) *tum etiam repertum fuisse in loculo alium lapidem,* D *his inscriptum charactere gothico verbis :*

Anno dn̄i mcc
lxxxxv. die
kalendarū iunii.
tūc lapsa nona fu
it hic inventa coro
na coclear et si
phus que sūt arg
entea dōa

Sed sine auctoritate illa traduntur. Hoc unum constat anno 1295 *reperta fuisse in templo coronam, cochlear et scyphum argentea, quæ ministerii sacri partes esse solebant, atque in* E *hujus rei memoriam positum fuisse illum lapidem.*

Alii contendunt non martyrum corpora reperta esse, primo quia martyres illi ante non essent cogniti;

4 *Prius itaque monumentum nos unice detinere debet. Sed, ut ex scriptione Finactii, qui omnium ultimus de SS. Domnionis, Domnonis et* Eusebiæ *rebus commentarium edidit, intelligitur, videntur inter Bergomates plures dubitare an initio sæculi* XV *recte patres sui statuerint martyrum corpora a se inventa fuisse. Quorum argumenta nuspiam proposita vidi; sed facile divinari possunt. Hæc igitur brevibus conabor declarare. Primum est ante illam inventionem plane ignotos fuisse illos sanctos martyres; eorum nomina non venire in Martyrologio Hieronymiano, neque in Romano Parvo, Adonis, Rabani, Wandelberti, Notkeri et Usuardi aut in ullis eorumdem auctariis; similiter eorum nomina non legi in kalendariis Bergomensibus sæculi* XI *et* XII, *olim a Lupo descriptis* (4); *nullam eorumdem Passionem, quæ inventione illa antiquior sit, umquam Bergomi repertam esse aut alibi* (5). *Ad hæc respondent alii similiter in antiquis documentis et kalendariis mentionem non fieri de SS. Joanne, episcopo et martyre, de S. Jacobo martyre, de S. Projectitio martyre et de S. Estheria, virgine et martyre. An hæc* F *itaque quoque nomina delenda ex martyrum albo? An similiter decepti Bergomates, quum anno* 1291 *in medio templo S. Alexandri quatuor eorum retexerunt cadavera?* Non enim, *ut in antiquo codice membranaceo* (6) *legitur,* a populo sciebatur ubi laterent, vel quod apud nos essent, vel qui essent, nec quanta nobis beneficia contulissent. *Tum deceptos fuisse Bergomates affirmat Muratorius in Annalibus Italiæ ad annum* 659 (7); *quin et Zanettio* (8) *visa est* una pretta impostura. *Copiose et erudite respondit Muratorio et Zanettio Marius Lupus* (9); *sed desiderantur in ejus disputatione documenta, anno* 1291 *antiquiora, et argumentorum adversariorum confutatio.*

secundo quia nomina, maxime Domnonis, non sapiunt

5 *Secundum argumentum est Domnonis et Domnionis nomina vix aut ne vix quidem usitata fuisse initio sæculi* IV. *In his autem*

(1) Finazzi, Cenni sulla dedicazione del nuovo tempio di S. Andrea, pag. 26. — (2) Sacra istoria di Bergamo, pag. 139. — (3) Ap. Finazzi, pag. 28. — (4) Ibid. pag. 38. — (5) Ibid. pag. 43 et seqq. — (6) Ibid. pag. 54. — (7) Annales Italiæ, tom. IV, pag. 117. Cfr Ronchetti, Memorie storiche di Bergamo, tom. I, pag. 63 et seqq. — (8) Del regno de' Longobardi, lib. IV, pag. 469. — (9) Codex diplomaticus Bergomas, tom. I, prodr. col. 335 et seqq.

nominibus

AUCTORE V. D. B.

ineus sæculum IV, sed potius tempora posteriora;

nominibus plura consideranda sunt. Libera republica odiosa erat domini *appellatio : sed imperatorum principatu paulatim invaluit, atque etiam ad vitam communem traducta est, ita ut obvii amici se invicem inter salutandum* domini *vocabulo appellarent, ut maritus uxorem, uxor maritum, frater fratrem, filii parentes atque etiam parentes filios* dominos *venerationis aut amoris causa dicerent : cujus consuetudinis in lapidibus supersunt vestigia* (1). *Interea crescente accentus potestate* (2), *prima vocabuli syllaba quasi longa facta est, et proxime sequens tanto brevior, atque mox suppressa : unde* domnus *ortus est. Initio hæc appellatio communis, ut quæ gallica nunc in usu est,* monsieur; *sed paulatim nomen proprium inter christianos factum est : adeo ut ad finem sæculi* III *et initio sequentis inter martyres et patres Nicænos, potissime Orientales, pauci aliquot reperiantur proprio nomine dicti* Domni, *et mulier nuncupata* Domna. *Proximum erat ut hinc* Domnio *efformaretur; etenim, florentibus latinis literis, jam ad imitationem Græ*B *corum irrepserat diminutiva seu potius* ὑποκοριστικα *forma* io, *non solum in nominibus communibus, puta* pusio, homuncio, senecio, *sed et in nominibus propriis, v. g.* Tyrannio, Dorio, Olympio, Acanthio, Glabrio, Turpio, Asellio, Ephestio, Felicio, Publio, Rufio, Secundio, Communio, Ofellio, Ursio, Quartio, Chrestio, Porphyrio, Lupio, Malcio, Primio, Helenio, Sextio, Agathio, Peccio, Athenio, *etc.* (3). *Verumtamen* Domnio *rarum nomen; quippe quo dictus est episcopus nullus qui conciliis adfuisse legatur; quod frustra quæras in classe* XX *Syntagmatis Reinesii, continente monumenta christiana; quod et absit a titulis christianis, quos in Novo thesauro inscriptionum edidit Muratorius, et ab aliis quos collegit Marinius, Majus vero edidit in tomo* V *Veterum scriptorum, aut quos ipse Marinius inseruit Actis suis fratrum Arvalium. Verumtamen Domnio quidam episcopus et alter cubicularius inter martyres coluntur die* 11 *aprilis Salonæ in Dalmatia; sed quum Passio eorum a fabulositate vacua non sit, constitui nequit eorum ætas* (4). *Unde fit ut illud mihi*
C *nomen certo non occurrat ante annum* 363; *ad quem annum pertinet sequens titulus Veronensis* (5) :

DOMNIONI. BENEMERENTI
QVI VIXIT. ANN. XL. MEN. VIII
V. IDVS. OCT. IVLIANO. IIII. ET. SALLVSTIO
COSS

Sed in Domnone *certius novitatis indicium. Hoc enim nomen idem est ac* Domnus; *et, ut in Commentario de S. Fulco in hoc ipso tomo vidimus, eumdem indiscriminatim* Fulcum *et* Fulconem *dictum esse, sic* Domnum *in* Domnone *deprehendimus. Verumtamen hæ formæ valde diversæ sunt; neque* Domno *induci potuit, nisi quum latina lingua plurimum esset corrupta. Re quidem vera priscis Romanis* pavus *notus erat et* pavo *et pauca aliquot alia hujusmodi vocabula, quorum duplex finalitas ad ipsam linguæ originem pertingat. Sed* Domno *aliam causam habet. Quum lingua latina cœpit omnino corrumpi, casuum differentia neglecta fuit et paulatim prævaluerunt casus indirecti, potissime accusativus. Hinc loco* meus *dictum est* meum *seu* meon, *unde* mon; cardus *factus est* cardum, cardon, chardon; sulcus, sulcum, sulcon, sillon; limus, limum, limon; radius, radium, rayon (6). *Quæ mutatio non solum Gallias, sed et Italiam et Hispaniam pervasit; nisi quod in Italia nomina non desinerent in* on, *sed in* o *aut* one. Domno *itaque venit ab accusativo* Domnum *aut (si præplacet) ab ablativo* Domno. *Quæ forma quum usu in linguam latinam vulgarem recepta est, initio indeclinabilis fuit, adeoque omnibus casibus cum invariata finalitate* o *occurrunt in titulis Gallicanis sæculi* VI *et* VII *Ursiniano, Gallo, Fidencio, Miro et Servilio* (7). *Sed fecit paulatim declinandorum nominum in lingua latina necessitas, ut in gignendi casu fieret* Domnonis, Ursinianonis, E Gallonis, *etc., accentu (qui tamen nonnisi ægre loco movetur) a prima ad secundam syllabam transluto* (8). *Jam quis credat sæculo* VI *et* VII *nomina in* o *in Galliis adhuc tam recentia fuisse ut tum illic nullum reperiatur declinatum, et initio sæculi* IV *linguam latinam ita Bergomi corruptam fuisse ut per casuum abolitionem novi orti essent nominativi, iique nova ratione declinandi, et ut hæc corruptio appareret in titulis, cæterum diligenter et accurate confectis? Nemo profecto, qui aliquam linguisticæ operam dederit. Quodsi placeat vocabulum* Domnonis *explicare per communem legem, secundum quam in linguis neoromanis verba, protracta finalitate diminutiva* ion *seu* ione *aut augmentativa* on *seu* one, *substitula fuerunt innumeris vocibus simplicibus, quin significatio mutata fuerit; eadem erit conclusio, quoniam ineunte sæculo* IV *nulla fere occurrunt hujus depravationis vestigia, quæ ante sæculum* VI *nonnisi rarissime in nominibus propriis apparent.*

tertio quia titulus formam habet titulorum sæculi VI et VII;

6 *Tertium argumentum petitur ex his epitaphii verbis :* HIC REQUIESCIT IN PA. B. M. *etc.; quæ sine controversia ita interpretanda sunt :* Hic requiescit in pace bonæ memoriæ, *etc. Quam integram formulam Edmundus Leblant* (9) *in Galliis non reperit lapidibus sepulcralibus inscriptam ante annum* 488; *sed dein sæculo* VI *multo fuit in usu. Singulæ partes aliquanto antiquiores, non multo tamen. Antiquissimus titulus Romanus, cui initium est* Hic requiescit, *scriptus est anno* 396; *quæ formula non recepta fuit in Galliis ante sæculi* V *exordia* (10). Bonæ memoriæ *in Romanis titulis non reperi ante annum* 342 (11); *in Galliis eadem formula ab anno* 473 *ad* 689 *apparet* (12). In pace *dictio antiquissima est; sed :* Hic

(1) Cfr de Phialis rubricatis, pag. 28 et 29; Edm. Le Blant, Inscriptions chrétiennes des Gaules, num. 202, tom. I, pag. 279 et seqq. — (2) Weil et Benloew, Théorie générale de l'accentuation latine, pag. 176 et seqq. —(3) Marini, Gli atti e monumenti de' fratelli Arvali, pag. 249 et seqq. — (4) Acta SS. tom. II Aprilis, pag. 5 et seqq. — (5) Maffei, Museum Veronense, pag. cccx, num. 5. — (6) De Chevallet, Origine et formation de la langue française, part. II, tom. II, pag. 17. — (7) Cfr Edm. Le Blant, Inscriptions, num. 295, tom. I, pag. 396; num. 378, tom. II. pag. 14; num. 609, § 52. pag. 442; num 650, B, pag. 529. — (8) Cfr Diez, Grammatik der romanischen Sprachen, tom. II, pag. 220 et seqq.; Weil et Benloew, Théorie générale de l'accentuation latine, pag. 272 et seqq. — (9) Inscriptions chrétiennes des Gaules, préf. pag. IX. — (10) Ibid. pag. VIII. — (11) De Rossi, Inscriptiones christianæ, pag. 51. — (12) Cfr Le Blant, pag. X.

AUCTORE V. D. B.

requiescit in pace *in Galliis non cernitur ante annum* 469 (1), *neque Romæ ante annum* 401 (2). *Quibusnam autem persuadebunt archæologis Bergomates apud se primum exstitisse qui* Domno *dictus fuerit; primum Bergomi titulo inscriptum fuisse :* Hic requiescit; *primum :* Hic requiescit in pace; *primum :* Bonæ memoriæ, *et quidem siglis* B. M., *quasi indiciis ab omnibus intellectis ; et demum hæc omnia primum collecta fuisse Bergomi in uno titulo ? Magna utique moles. Sed exemplum superest tituli Bergomatis, in quo et certus adscriptus est annus et qui incipit ab his solemnibus verbis :* HIC REQUIESCIT IN PACE B. M. *Est enim ipsissimus titulus S. Joannis episcopi, ex quo Bergomates martyrem effinxerunt et qui floruit Pauli diaconi aliorumque testimonio ad finem sæculi* VII (3). *Accipe hunc titulum, cujus forma proxime accedit ad SS. Domnionis, Domnonis et* Eusebiæ *epitaphium* (4):

HIC REQVIESCIT IN PACE B. M. IOANNES
EPS. QVI VIXIT ANN. I. M. XXII.
DP. SV * K. D. IND. IIII IMPER.
IVSTINIANO.

* *al XII.*

B

Imperante autem Justiniano II, indictio IV *Constantinopolitana mense novembri aut decembri concurrebat cum anno* 690 ; *adeo ut omnia eo vergant ut SS. Domnio, Domno et* Eusebia *non videantur sub Maximiano Herculeo martyrium fecisse, sed vixisse multo post, sæculo forte* VII.

quarto quia Sardi et Nolani se similiter decipi siverunt.

7 *Quartum denique argumentum est alios simili errore illusos fuisse. Ineunte sæculo* XVII, *quum Sardiniæ incolæ inciderunt in titulos, quorum magna pars siglas* B. M., *id est* BONÆ *aut* BEATÆ MEMORIÆ *habebat, sibi in animum induxerunt penes se esse* beatorum martyrum *cœmeterium ; trecenta corpora extulerunt; viginti dederunt Placentinis cum nonaginta aliis reliquiis; et, edito Bonfanti Triumpho* (5), *cum universo orbe lætitiam suam communicarunt. Sed jam pridem ab omnibus agnitus Sardorum error* (6). *Similiter Nolani, quum ducentis abhinc annis detexerunt hunc titulum* (7) :

C

† DPS. SANC. M. DMN
AVRELIANI EPISC. IN PACE
QVI BIXIT. ANNS
PL. M. LXXX
SEDIT. ANN. XXXVIII
DP. ES OCTABV KAL AVG

et hunc alterum, anno 553 *positum* (8) :

DEP. SANCTE. M. REPARATI
DIAC. DPS. D. XIIII. KAL. NOVEMB.
XII. P. C. BASILI V. C.

Nolani, inquam, male lectis titulis, et nescii sanctæ et beatæ memoriæ *appellationem honorificam esse, qua defuncti episcopi, presbyteri et diaconi olim nuncupabantur* (9), *nil dubitarunt* D *quin duorum* sanctorum martyrum *sepulcra detexissent ; et posteriorem titulum, sequenti descripto modo, miserunt ad Ughellium* (10), *a quo et alii* (11) *eum acceperunt :*

DEP. SANCTI MARTYRIS
REPARATI DIACONI
AN. DXII KAL. NOV. XII IN
PACE. RAS. NIVI *seu* NIVC

Hæc (ni fallor) proponere possunt adversarii.

Alii contendunt esse martyres, allegantes scriptionem Benalii de eorum inventione,

8 *Sed qui aliter sentiunt se victos non arbitrantur. Afferunt imprimis locum Castelli, testis oculati, quem supra recitavi. Cui subjungunt hunc alium Michaelis A. Carariensis, qui quasi coævus fuit inventioni et qui non plus dubitavit quam Castellus. Hæc sunt ejus verba* (12): Anno redemptionis nostræ 1401 inventa fuerunt corpora sanctorum nostrorum Donneonis, Domnonis et Eusebiæ virginis, Bergomi civium, in æde divi Andreæ. *His subjiciunt et hunc locum Marci Antonii Benalii* (13): Historia inventionis corporum sanctorum martyrum, Domneonis, Domnonis et Eusebiæ, civium Bergomensium. Anno Christi nativitatis MCCCCI, die 24 julii, qui erat dominicus dies, cum præcessisset perseveraretque maxima aeris siccitas,... animi angustia premebantur Bergomates : namque non solum terræ fructus, cibo aptos, arescere cernebatur, sed etiam arbores et vites. Cum igitur divinum invocandum esse auxilium arbitrare[n]tur, itum est ad urbis Bergomi episcopum, Franciscum nomine, noviter electum ; a quo supplicationis modo postulantes, respondit ipse, legisse se in quadam antiqua schedula sepulta esse antiquitus tria martyrum corpora in æde sacra divi Andreæ. Rati vero, si hæc invenirentur, futurum esse ut plueret, statuerunt congesseruntque processionis seriem, quibus se ducem præbuit episcopus ; et cum Rev. Dom. Joanne, XVIII abbate Astini, cum monacis suis et cum clero universo, cum illic devotissime applicuissent, aperierunt monumentum quoddam, sub altari magno existens prædictæ ecclesiæ, ibique reperta sunt tria illa beatorum martyrum corpora. Paucis post diebus pluvia abundanter e cælo cecidit ; et primo die augusti anni ejusdem clausere F dictum monumentum... Hæc habuimus ex memoriali codice Castelli Bergomatis et ex CL et ultimo libro Annalium Italiæ Michaelis Carariensis.

E

erroribus scatentem.

9 *Verum, ut de his feratur judicium, sciendum primo est Marcum Antonium Benalium floruisse circa annum* 1530 *et eumdem esse cujus scripta de sanctis Bergomatibus contraxit Antonius Guarnerius et anno* 1583 *Bergomi edidit. Recitatus itaque locus desumptus est ex Benalii libro ms., qui præluxit editori Guarnerio. Deinde animadvertatur necesse est neque Castellum, neque Carariensem de episcopo Francisco et de lecta ab eo antiqua schedula verba facere ; adeo ut ex eorum scriptis*

(1) Cfr Le Blant, pag. IX. — (2) Ibid. pag. 215, num. 501. — (3) Cfr Muratori, Annales Italiæ, tom. IV, pag. 117; Ronchetti, Memorie, tom. I, pag. 65 et seqq. — (4) Ap. Muratori, loc. cit. ap. Ughelli, Italia sacra, tom. IV, col. 415, edit. Veneta. — (5) Triumpho de los santos del regno de Cerdena. — (6) Cfr Acta S. Luciferi Calaritani, Acta SS. tom. V Maji, pag. 219*; Muratori, Antiq. Italiæ, tom. V, col. 17. — (7) Remondinius, della Nolana eccl. storia, tom. I, pag. 510. — (8) Ibid. tom. I, pag. 510, et tom. III, pag. 74. — (9) Cfr Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 303. — (10) Italia sacra, tom. VI, col. 233, edit. Veneta. — (11) Hagiologium Ital. tom. II, pag. 269. — (12) Annales Italiæ, lib. CL et ultimo, ap. Finazzi, pag. 23. — (13) De antiquitate et gestis divorum Bergomatum, lib. VI, cap. 6, ap. Finazzi, pag. 36.

haurire

AUCTORE V. D. B.

A *haurire non potuerit Benalius, quæ a Francisco episcopo facta esse perhibuit. Et quidem videtur hæc omnia divinando dixisse; sed pessime divinavit. Etenim ne tunc quidem episcopus Bergomas erat Franciscus de Lantis. Ludovicus nempe Bonettus institutus fuerat in sede Bergomensi anno* 1399; *sed, vir curialis quum esset, Bergomum numquam venisse videtur, atque anno* 1401 *hanc cathedram dimisit, archiepiscopus Pisanus creatus* (1). *Vacabat adhuc sedes duobus mensibus post reliquiarum inventionem; nam die* 24 *septembris anni* 1401 *Mordinus de Bottanuco,* electus vicarius capitularis, *concessit Blaxio de Cluxiano, episcopo Berytensi, pontificalium exercitium* (2). *Quin etiam nonnisi* die dominico, 26 *mensis novembris ejusdem anni* 1401, *ut Castellus, testis oculatus, tradit* (3), reverendus pater dominus Franciscus de Landis de Pisis, *episcopus designatus per literas apostolicas de die* 4 *augusti ejusdem anni* (4), honorifice intravit Bergomum pro episcopo, scilicet cum vestimentis ornatis et debitis ad faciendam intratam... Et die jovis 19 novembris 1406 re-
B cessit de Bergomo præfatus dominus episcopus, et retornavit Cremonam pro episcopo, prout ante adventum erat. *Clerici itaque, non episcopus, universum hoc perfecerunt negotium. Neque ipsi a Castello dicuntur quæsivisse exuvias SS. Domnionis, Domnonis et* Eusebiæ, *de quibus quippe nemo sciebat quidquam, neque ulla documenta supererant; sed novisse videntur in S. Andreæ æde jacuisse sanctorum martyrum reliquias; et reapse reperierunt ibi corpora SS. Alexandri, Narni et Viatoris: nam qui* S. Orcebatus *dicitur, videtur effictus ex vocabulo* scaturicbat *a typographis.*

Quantum valeat argumentum quod beati martyres sub altaribus sepeliebantur.

10 *Sed reperta sunt SS. Domnionis, Domnonis et* Eusebiæ *corpora sub altari, quæ martyrum sedes fuit a primis temporibus. Sic S. Joannes ante finem primi sæculi* (5): Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei; *sic in Libro pontificali* (6) *traditur S. Felix papa I, qui anno* 284 *martyrium fecit, constituisse supra sepulcra martyrum missas celebrari; sic S. Optatus Milevitanus* (7) *appellavit altaria, structa super mar-*
C *tyrum sepulcra, sedem corporis et sanguinis Christi; sic S. Prudentius in Peristephano* (8) *de altari sepulcrali S. Hippolyti*:

Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter ubi apposita est ara dicata Deo.
Illa sacramenti donatrix mensa, eademque
Custos fida sui martyris adposita.
Servat ad æterni spem judicis ossa sepulcro,
Pascit item sanctis Tibricolas dapibus.

Alios multos locos, qui passim recitantur ab archæologis, omitto. Et certe extra controversiam est super martyrum corpora, si haberentur, posita fuisse altaria; sed si non haberentur, propterea non omittebatur altarium constructio. Verum hæc fuit omni tempore christianorum cura, ut sanctissimis locis conderentur eorum post mortem corpora; adeoque ut sociarentur sanctorum martyrum sepulcris (9) *aut ut in oratoriis et basilicis eorum componerentur* (10). *Ut his modus imponeretur, imperatores, concilia, episcopi, multas tulerunt leges; sed vicit semper popularis ardor. Ratio tamen semper singularis habita est de ecclesiarum fundatoribus; quibus permissum quod denegatum aliis. Hinc in lapide fracto, olim Arelate eruto, legitur* (11):

. . . . . .
EXTRVCTOR TEM
PLI. QVO. CORPORIS. ARTOS
ORNA. SEPVLCHRALIS
RETINET. CVM PACE
PERENNI. QVIQUE. . . . .
. . . . . .

Propterea S. Ambrosius, quum basilicam Ambrosianam exstruxisset, locum sibi sub altari elegit; quem postea cessit SS. Gervasio et Protasio. Sed, ut loquitur S. Ambrosius ipsemet (12), hunc locum prædestinaverat sibi, E
quia dignum est ut ibi requiescat sacerdos, ubi offerre consuevit. *Ita est; verum, quum ei placuit illic condere sanctos martyres, ratione non caruit*: Succedant, *inquiens,* victimæ triumphales in locum, ubi Christus hostia est. *Neque soli episcopi aut martyres sepeliebantur sub altaribus; nam in testamento S. Ephræmi diacono* (13) *hæc legimus*: Si quis fallacibus rationibus ausus fuerit sub altari me collocare, supernum ac cæleste altare talis numquam videat. Non enim decet vermem, putredine scatentem, in templo et sanctuario Domini reponi; sed neque alio in loco templi permittatis me poni. *Verum non omnium hæc sensa; ita ut continuo luctandum fuerit episcopis, ne templa omnesque partes sepulcris implerentur. Non itaque omnibus facile persuadebitur omnia corpora, quæ in antiquis basilicis reperiantur sepulta sub altaribus, esse martyrum. Attamen temere factum non est ut tam insignem honorem consecuti sint SS. Domnio, Domno et* Eusebia; *neque absurda est conjectura Marii Mutii* (14), *iisdem adscribentis S. Andreæ basilicæ ædificationem.*

F
Quoniam illi sancti inscripti sunt Martyrologio Romano, permittitur hoc negotium sacræ rituum congregationi.

11 *Atque hæc sunt quæ ab utraque parte aut proponuntur aut proponi possunt; sed de quibus plane nolo sententiam meam declarare. Post factam scilicet inventionem singulorum natalem agere instituerunt Bergomates, confectis novem lectionibus in honorem S. Domneonis (immo Domnionis) et totidem in honorem S. Domnionis (immo Domnonis); quas nuper edidit Finactius* (15). *Neque dubito quin idem honos factus sit* S. Eusebiæ, *quamquam non reperiantur de ea lectiones in eodem Lectionario, unde illæ depromptæ* (16). *Recepta itaque sunt trium sanctorum nomina in kalendaria Bergomensia. In Diurnali anni* 1505 *hic ordo indictus* (17): NONIS JANUARII: Domnionis martyris Bergomatis, dup. min. —

(1) Cfr Ughelli, Italia sacra, tom. IV, col. 481. — (2) Ibid. not. 2. — (3) Chronicum Bergomense, ap. Muratori, tom. V, col. 927. — (4) Vinc. Coronelli, Rer. et temp. ecclesiæ Bergomensis synopsis, pag. 24, edit. Grævii; Ronchetti, Memorie della città e Chiesa di Bergamo, tom. VI, pag. 10. — (5) Apoc. VI, 9. — (6) Edit. Bianchini, tom. I, pag. 27. — (7) Adversus Parmen. Opp. edit. Migne, col. 1065. — (8) Hymnus XI, v. 171 et seqq. edit. Migne, col. 549. — (9) Cfr Edm. Le Blant, Inscriptions, tom. I, pag. 471 et seqq. — (10) Ibid. tom. II, pag. 219 et seqq. — (11) Ibid. pag. 273. — (12) Epist. XXII, num. 13, Opp. tom. III, col. 1023. — (13) Acta SS. tom. I Februarii, pag. 61. — (14) Sacra istoria di Bergamo, part. III, pag. 23. — (15) Cenni, pag. 44 et seqq. — (16) Ibid. loc. cit. — (17) Ibid. pag. 38.

* Domnonis

XVII KAL. AUGUSTI : Domnionis* martyris dup.— IIII KAL. NOVEMBRIS: S. Eusebiæ, virginis et martyris, dup. *Peregrinus vero in kalendario, inserto secundæ parti suæ Vineæ, quam anno* 1532 *capitulo cathedrali obtulit et probavit, hæc scripsit* (1) : Nonis januarii (5 januarii) vigilia Epiphaniæ, et Domnionis martyris, civis Bergomi, cujus corpus requiescit in ecclesia parochiali S. Andreæ sub altari majori; et ex ejus reliquiis adsunt in ecclesia S. Vincentii sub altari subterraneo. — XVII kal. augusti (die 16 julii) Domnonis martyris, civis Bergomi; cujus corpus requiescit in ecclesia S. Andreæ sub majori altari. — IIII kal. novembris (die 29 octobris) Eusebiæ, virginis et martyris, civis Bergomi; cujus corpus requiescit in ecclesia S. Andreæ. *Galesinius in Sanctuario Bergomi ms., quod anno* 1552 (?) *jussu S. Caroli Borromæi confecisse traditur, meminit SS. Domnionis, Domnonis et* Eusebiæ *martyrum, secundum Guarnerium, a quo Benalii scripta contracta fuisse diximus et anno* 1584 *edita; sed et idem ille Galesinius, in Martyrologio, S. Romanæ ecclesiæ usui accommodato atque*
B *anno* 1578 *edito, ad dies* 5 *januarii,* 16 *julii et* 29 *octobris eorumdem sanctorum memoriam facit, secutus (ut in annotatis profitetur)* tabulas *seu kalendarium liturgicum* ecclesiæ Bergomensis. *Quas annuntiationes et annotata immutata transtulit Baronius in Martyrologium suum Romanum; ubi hactenus eadem conservata sunt. Equidem novi decessores nostros aliosque eruditos viros non semel a Benedicto XIV laudatos fuisse, quod modeste suggessissent alia nomina e Martyrologio Romano delenda esse, alia eodem inferenda, quædam loca mutanda esse, quædam declaranda. Verum hanc ego laudem captare non audeo; et idcirco paulo supra dixi me de inventione, de martyrio et de vindicatione SS. Domnionis, Domnonis et* Eusebiæ *sententiam meam declarare nolle, propterea quod malim negotium hoc integrum permittere sacræ rituum congregationi, siquando Martyrologium Romanum, innumeris locis correctum pontificatu Gregorii XIII, dein Urbani VIII et Clementis X auctoritate recognitum et demum ab ipso Benedicto XIV novis curis castigatum*
C *, videatur denuo censorum virgulæ subjiciendum esse.*

Vita et officia de SS. Domnione, Domnone et Eusebia.

12 *Perseveravit ad hanc usque diem et crevit Bergomi trium sanctorum cultus. Officia, conscripta a canonico Guarnerio, approbata fuerunt a Sixto papa V anno* 1587 *et paucis verbis differunt a brevissima Passione, quam Commentariis de vita et rebus gestis sanctorum Bergomatum, anno* 1584 *editis, inseruit ille idem Guarnerius, et quam decessores nostri partim ad diem* 5 *januarii, partim ad* 16 *julii denuo excudenda curarunt. Superesset hoc loco imprimenda pars, quæ de* S. Eusebia *est; sed quum hæc eadem exstet in Ferrarii Catalogo sanctorum Italiæ et in Hagiologio italico, libris non raris, præstat eam omittere, aliamque paulo antiquiorem, numquam typis expressam et ad nos a Ven. V. Joanne Finactio, canonico theologo Bergomate, missam, ad finem hujus Commentarii prelo submittere. Hactenus, ut nobis constat ex Officiis propriis et kalendariis Bergoma-*
D *tibus, annis* 1614, 1707, 1817 *et* 1854 *in lucem datis, celebratus est* S. Eusebiæ *natalis præsenti die, olim ritu semiduplici, nunc duplici. Sed anno* 1849 *prodierunt Bergomi sumptibus episcopi* Officia, quæ sancta Bergomensis ecclesia suis Officiis propriis vel substituet vel addet, si annuerit sanctissimus dominus Pius papa IX. *In his indictum in diem* 18 *julii festum SS. Domneonis,* Eusebiæ *et Domnonis, lectione desumpta ex Benalii loco, quem num.* 8 *recitavimus; sed, quum passim multo nimis natales sanctorum mutati essent et dissidia orirentur in clero, rescripsit die* 10 *julii anni* 1851 *cardinalis Lambruschini, sacræ rituum congregationi præfectus, hoc tentamen sanctæ sedi probari non posse. Quamobrem servata sunt pristina instituta.*

Anno 1725 *eliguntur in patronos Bergomi.*

13 *Ad finem anni* 1725 S. Eusebia *et ambo socii civitatis patronis decreto publico allecti fuerunt certis conditionibus. Decreti forma hæc fuit* (2) : Die 29 decembris 1725. In aula consiliorum. — Omissis. — Item lecta fuit scriptura dominorum deputatorum viciniæ sancti Andreæ hujus civitatis tenoris ut in ea; super
E qua bene perpensa per magnificos dominos deputatos et antianos posita fuit pars tenoris sequentis : « Lecta modesta scriptione, oblata a dominis deputatis viciniæ S. Andreæ hujus civitatis, qua significant sibi in votis esse maximo decore celebrare festivitatem gloriosorum cælitum, Domnonis, Domneonis et Eusebiæ, celebrium civium hujus oppidi, propterea implorantes benevolam senatus operam ut albo patronorum inscribantur, servatis (prout senatui melius videbitur) consuetis formulis; magnifici domini deputati et antiani, quibus perspectum est populi præsidium et felicitatem a Deo per intercessionem sanctorum patronorum obtinenda esse, volentes demonstrare omnem possibilem venerationem erga sanctos suos populares, a celebribus miraculis illustres, deliberarunt placeretne eligi in hujus civitatis patronos gloriosos sanctos Domnonem, Domneonem et Eusebiam, qui dignentur huic suæ patriæ in negotiis et necessitatibus ejus potenter et continuo auxiliari; ita ut pro more campanæ pulsandæ sint et ut officium magnificorum dominorum deputatorum et antianorum sit in una
F e tribus festivitate constituenda se conferre ad ædem S. Andreæ, ubi conservantur pretiosæ gloriosorum illorum cælitum reliquiæ, et audire et facere cantare missam solemnem cum modis musicis ad eorumdem sanctorum honorem, sed primo dumtaxat anno; » quæ pars abbalottata, servatis de more servandis, exegit vota favorabilia octuaginta octo, et unum contrarium; et sic capta et publicata. *Partem mediam, virgulis initio et fine notatam, ex italico latinam fecimus.*

Ædes S. Andreæ bis refecta; ejus recens dedicatio et solemnis reliquiarum translatio.

14 *Iisdem sanctis publicus honor adhibitus est, quum anno* 1848 *S. Andreæ templum refectum solemnibus ritibus dedicatum est. Sed præstat hujus templi fata paulo altius repetere. Vidimus initio hoc templum exstitisse sæculo* VIII; *et ex his, quæ passim disputavimus, colligi posse videtur hoc fuisse conditum circa annum* 600, *si ad hæc tempora vixerint SS. Domnio, Domno et* Eusebia. *Quorum quum corpora inventa sunt initio sæculi* XV, *nondum videtur loco mutata fuisse*

(1) Cenni, pag. 39. — (2) Ibid. pag 9.

hæc

A *hæc ædes. Stetisse videtur usque ad finem sæculi* XVI. *Quum enim tum civitatis ambitus mutatus est, tot detrimenta vetustæ S. Andreæ basilicæ illata sunt, ut corruerit* (1). *Miraculi loco habitum est quod nihil a ruderibus passus est sanctorum loculus. Splendide reædificatum est templum anno* 1592. *Altare maximum Deo consecratum in honorem sanctorum tutelarium. In medio posita sub annum* 1600 *(perperam indicat Mairone annum* 1630) *pulcherrima tabula, picta ab Alexandro Bonovicino, qui et Moretto Bresciano; in qua apparet B. Maria, puerum Jesum ulnis gerens, habensque a dextris S. Andream et* S. Eusebiam, *a sinistris SS. Domnionem et Domnonem. Anno* 1610 *hæc tabula, fulgure tacta, non in cinerem combusta est, sed vix fumigata : quod denuo quasi prodigium habitum fuit. Anno* 1612 *ex antiqua urna translata fuerunt trium sanctorum ossa in novum loculum, circumdatum pulcherrimis cratibus deauratis, cura rectoris Josephis Arigone. Paulo plus viginti abhinc annis templum refectum est et absolutum anno* 1847. *Die itaque*
B *27 novembris, quæ sabbatum erat, Carolus Gritti Morlacchi, episcopus Bergomas, initium fecit solemni dedicationis officio; quod postridie peractum est. Feria* II *reliquiæ trium sanctorum ex ecclesia Puteialbi in novam ædem translatæ sunt incredibili celebritate : aderat episcopus et universus clerus, quum sæcularis, tum regularis; aderat magistratus civilis et militaris; aderat præcipua confraternitas aliaque collegia; et sacra pignora humeris suis ferebant quatuor canonici et alii quatuor presbyteri. Qua occasione ostensio reliquiarum facta est in templo cathedrali; et postridie, in festo S. Andreæ, altera in templo hujus sancti apostoli* (2).

Domus Zoppi, quæ et Claudia, dicta de genere SS. Domnionis Domnonis et Eusebiæ.

15 *Non semel jam animadvertimus in Italia, maxime in Longobardia, usu esse receptum ut sancti a genealogis ad certas referantur familias. Habentur itaque SS. Domnio, Domno et* Eusebia *de nobilissima domo de Zoppi, quæ et eadem ac Claudiorum esse dicitur. Hinc Achilles Muzio in secunda Theatri sui parte* (3) *hæc cecinit :*

C Et soboles Zoppi, cognomen vulgus ineptum
Cui dedit, est claras inter habenda domos.
Ipsa suos equites numerat longo ordine, sacris
Qui bene deque piis promeruere locis.
Domneique refert, et Domni nomina divum
Eusebiæque suos virginis inter avos.
Et in libro I *hæc alia carmina :*
Claudia Domneum misit prosapia divum,
Qui palmam meruit martyriique decus.
Eusebia et Domnus, sanguis suus, irrita signis
Thura adolere Deum non potuere trahi.
Hinc sibi purpureus manat cruor, aurea cælo
Mens petitur, fidi dona laboris habent.
Domnus et hic longo abscissum caput inter-
[vallo
Ad tumulum propria detulit usque manu.
Fecerat hoc pridem toto Dionysius orbe
Clarus, quique pagi Martis alumnus erat.
Horum reliquiæ servantur in æde sacrata
Andreæ, votis nec caret ara piis.

—

(1) Mutio, Sacra istoria di Bergamo, part. I, pag. 140; part. III, pag. 22; Maironi, Dizionario odeporico della provincia Bergamesca, tom. I, pag. 83. — (2) Cenni etc. pag. 5 et seqq. — (3) Ibid. pag. 49.

D

VITA ET PASSIO FICTA

BEATÆ EUSEBIÆ

CIVIS BERGOMATIS

ex Bartholomæo de Peregrinis a. [a]

Percurramus succincti sermonis compendio venerabilis virginis et martyris Eusebiæ sacræ vitæ primordia, processum et martyrium. Præclaris igitur et nobilibus orta parentibus, post acceptam supremæ gratiæ claritatem, non solum Bergomi claruit, verum etiam in tota passim refulsit Italia. Dum puella esset, domo parentum clam se subtrahens *, ad ecclesiam S. Andreæ, extra Bergomi muros ad lapidis jactum positam, summo mane confugiebat; et, in angulo secretiori abdita, orationes a matre edoctas ad Christum fundebat. In toto suæ pueritiæ decursu numquam se colludentibus aliis puellis E immiscuit. Nocte * sæpe intempesta surgens, orabat ad Dominum. Carni minime parcens, nec debitas quicti horas tribuens, spiritui se macerans dabat. Divitias, a parentibus jam vita functis relictas, pauperibus Dei amore erogabat. Benigne hospites recipiebat, infirmos quotidie visebat, eorumque inopiæ (ut * puella poterat *) opem ferebat. Illorum etiam pedes lavans, manum pietatis repletam libenter pauperibus extendebat; utque sacrificium suum gratius * deferret, proprio corpusculo cibaria subtrahens ac per internuncios mittens, reficiebat pupillorum ac viduarum membra, fame squallentia. Sub vestibus quoque mollibus ac preciosis rude cilicium gerebat absconditum. Eo * tempore nobilis altera virgo Hesteria *b*, exterius flores, Christum interius induens, dissimulato in posterum maritali conjugio, virginitatem suam Domino commendabat.

S. Eusebia, *post vitam christiane actam,*

* subentrahens *in ms.*

* Non *in ms.*

* et *in ms.*

* poterant *in ms.*

* gratias *in ms.*

* Et *in ms.*

b

2 Cum autem Maximiani imperatoris vicarius, qui Bergomum regebat, hanc christianam esse intellexisset, eam mandavit coram se ducere. Interrogata respondit se Christi ancillam fore. Ei vero iratus judex seu vicarius minatus * est non levia * sibi esse sustinenda tormenta. Cui Eusebia : « Non timeo, quia dabitur mihi pro illorum * præmio corona æterna. » Magis vero ira permotus jussit eam duci ante Apollinis simulacrum, ut sacrificaret. At ipsa exclamavit : « Christiana sum, nec dæmoniis sacrifico. Non surdos istos Deos pariter et mutos adoro. » Ducta postmodum fuit ad carcerem; et, inde non multo post educta, scelesti vicarii imperio decollata fuit. Cujus beatum corpus piissimi quidam Christi fideles clam noctu condiderunt juxta avi fratrisque cadavera. Passa est die 29 octobris, anno Domini 307 *c*.

traditur martyrium fecisse sub Maximiano Herculeo.

* rinatus *in ms.*

* særia *in ms.*

* illos *in ms.*

c

ANNOTATA.

a *Bartholomæus de Peregrinis floruit circa medium sæculum* XVI. *Anno* 1553 *Brixiæ latine edidit Vineam sacram Bergomensem. Benalii scriptis librum* VII *adjecit; cui inse-*

ruit

A *ruit lectiones antiquiores de SS. Domnione et Domnone, non multo post initium sæculi* XV *factas aut potius fictas, et lectiones de* S. Eusebia, *nonnihilo recentiores* (1); *adeo ut, quum ad finem harum lectionum seu Vitæ profitetur se* ista collegisse ex libro quodam antiquo manuscripto, *hæc verba intelligenda sint de codice qui sæculum non tulerit. Quum itaque ante reliquiarum inventionem nihil scirent Bergomates de SS. Domnione, Domno et* Eusebia, periti *(ut verbis fere utar Sollerii in Actis S. Domnonis ad diem* 16 *julii) sed periti* facile intelligunt quanti faciendum sit elogium, post tot sæcula collectum. *Marius Mutius multo adhuc in fingendo copiosior fuit; ad octo paginas implevit narratibus de S. Eusebia.*

b *Data sunt in opere nostro S. Hesteriæ Acta ad diem* 12 *augusti. Sed vide quæ retulimus in Commentario prævio, num.* 4. — *Omisit Peregrinus quæ in antiquioribus lectionibus de S. Domnone traduntur :* Venit ergo nocte sequenti *(post mortem S. Domnonis)* Eusebia ejus, soror, cum multis christicolis corpus ejus auferens, et in æde S. Andreæ in avi sui Domneonis monumento illud reposuit. D

c *In antiquioribus lectionibus S. Domnio seu avus martyrium fecisse et sepultus esse traditur* XVII kal. augusti circa annum Domini 306; *S. Domno* anno salutis nostræ 307, die vero quinta januarii; *S. Hesteria* anno nativitatis dominicæ 307 die vero decima augusti; *atque hoc loco* S. Eusebia die 29 octobris anno Domini 307. *Fatendum est hæc cum secundo Maximiani Herculei imperio convenire. Qui enim anno* 305 *imperio cesserat, denuo illud arripuit, postquam Romani filium ejus Maxentium die* 28 *octobris anni* 306 *augustum creassent, idque retinuit usque ad annum* 308; *sæpe interea in Italia septentrionali versatus.*

(1) Finazzi, Cenni etc. pag. 43 et 44.

B E

DE S. JACOBO, EPISCOPO SARUGENSI

IN MESOPOTAMIA

II. M. **COMMENTARIUS PRÆVIUS.**

§ I. S. Jacobi cultus. Ejus historiæ fontes. Georgii Arabum episcopi non fuit magister. Ab episcopis examinatur ejus doctrina.

ANNO DXXI S. Jacobi *Sarugensis, diu Latinis fere incogniti,*

De S. Jacobo *Sarugensi ad diem* 27 *januarii aut ad* 5 *aprilis, quibus in Maronitarum kalendariis occurrit ejus nomen, decessoribus nostris agendum fuisset, si quidem illo tempore aliquid de ipsius cultu ac gestis rescire potuissent* (1). *At vix nomen doctoris apud Syros notissimi anno* 1675, *quando Aprilis Bollandianus editus est, latinis auribus insonuerat, ex translatione operis Mosis Bar Cepha de Paradiso, quam, ab Andrea*
C *Masio primum confectam et editam* (2), *omnes Patrum Bibliothecæ post Margarinum de la Bigne repræsentarunt* (3). *Ibi enim pluries affertur auctoritas Domini* Jacobi *Sarugensis* (4), *quem etiam Botnanensis* (5) *aut de Botnan* (6) *nominat Syrus auctor, quæ nomina non recte interpretatus est Masius, licet a Syris unum hominem his duabus appellationibus insigniri didicisset* (7). *Unde incuriæ damnandus ille qui præfationem Masii in Bibliotheca Patrum contraxit, in duas dirempta una eademque persona episcopi Sarugensis* (8). *Postea certiorem, non tamen accuratam, de Syro doctore notitiam acceperunt Bollandiani ex operibus Fausti Naironi Maronitæ, aut saltem ex Historia Litteraria Guillelmi Cave* (9); *sed quum in unico kalendario Syriaco quod ipsis in promptu erat nomen* S. Jacobi *Sarugensis inscriptum non inveniebant, ne in mentem quidem venit de ipso ad diem* 29 *junii, qua celebratur a Jacobitis, aliquid scribere.*

2 *Sed tandem, edito primo Bibliothecæ Orientalis tomo, forsan et cultum et vitam* S. Jacobi *a se illustranda ad* 29 *julii duxissent, si quæ disputat Assemanius legissent; nisi tacere maluerunt, quia de legitimo ipsius cultu non satis constare putabant. At facile, quæ in grandi volumine latent, nec in aliquo occurrunt kalendario aut menologio, oculos vel diligentis indagatoris effu-*F *giunt. Omissus ergo prorsus est sanctissimus episcopus Sarugensis, nobisque relictus, absque ullo historicæ doctrinæ emolumento, quoniam, sesquisæculo ab opere Assemanii elapso, nihil nobis de sancto illo viro occurrit, quod e Bibliotheca Orientali jamdiu hauriri non potuerit. Nostrum utique erit clarius et brevius exponere, quæ fuse et aliquando obscure edisserit Assemanius, eaque subinde nostris animadversionibus illustrare. Quod quum ita sit, lectores patiantur ut auctorem quem præcipue sequimur non semper nomine appellemus. Paucis enim locis reperiuntur omnia documenta quibus utimur. Nunc vero antequam ad enarranda* Jacobi *gesta gressum faciamus, ea pauca, quæ de ejus cultu novimus, breviter exponemus.* *cultum et gesta primus accurate patefecit Assemanius, quem fere unice sequimur.*

3 *A Maronitis hodie memoratur ad diem* 5 *aprilis,* *Aliis diebus*

(1) De Paradiso Commentarius, Antverpiæ, Plantin. 1569. — (2) Vide infra, num. 3. — (3) Bibl. Patrum Paris ed. 1575, tom. VI, col. 275 et seqq.; Bibl. Patrum Lugd. ed. 1677, tom. XVII, pag. 457 et seqq. (4) Moses, part. I, cap. XX, XXVII, XXVIII, part. III, pag. 55, 71. 139, 166 et seqq. ed. Antv. pag. 217. — (5) part. I, cap. XXII, pag. 63. — (6) Cap. XXV, pag. 69. — (7) Ibid. præf. pag. 10. — (8) Bibl. Patrum Lugd. loc. cit. — (9) Sæc. VI, Genevæ 1720, pag. 340.

apud Maronitas, aliis apud Jacobitas et Armenos colitur Sarugensis,

aprilis, a Jacobitis, qui immerito orthodoxum doctorem sibi vindicant, diebus 29 *junii,* 29 *julii et* 29 *octobris colitur. Armeni vero ad diem* 25 *septembris sanctum episcopum Sarugensem recolunt, ut videre est apud Assemanium* (1) *et Aucherium* (2). *Satius utique fuisset Maronitas catholicos sequi, quam Jacobitas heterodoxos; sed, ut notum est, in nostro opere historiam sanctorum narrare primum intendimus, et, quamvis ut plurimum orthodoxorum et præcipue Romani Martyrologii ordinem sequamur, Commentariorum tamen seriem historiæ utilitati inservire jubemus, et omnem libenter captamus occasionem, ut defectus operis aliquando resarciantur. Demum notandum est in kalendarii Romæ anno* 1624 *editi latina translatione, quam Romæ accepit Papebrochius,* S. Jacobum *non nominari ad* 5 *aprilis, quod quidem primum valde mirabar, at brevi intellexi, postquam manibus versavi Faustini Naironi Maronitæ* Euopliam fidei. *Hinc enim vidi anno* 1624 *ipsis Maronitis non plane perspectam fuisse* Jacobi *Sarugensis historiam,*

B *quum in ejus ætate definienda, et laudandis operibus, non satis distinguat quæ ad Jacobum Edessenum et ad Sarugensem pertinent, vir doctus, qui anno* 1694 *Romæ suum opus edidit* (3). *In kalendario autem anni* 1624, *laudatur ad diem* 27 *januarii cum Ephræmo Jacobus Edessenus, quod omnino congruit iis, quæ ex Maronitarum kalendario affert Naironus* (4). *At puto ex ignorantia Edessenum illic nominatum fuisse, et pro Edesseno Sarugensem reponi oportere. Recentioris ergo institutionis esset festum diei* 5 *aprilis, et post Naironi admissum tempora.*

cujus historiæ fontes indicantur, qui sunt, Vitæ epitome decimi sæculi;

4 *Triplici potissimum monumentorum genere pauca de rebus a* S. Jacobo *gestis tradita sunt. Primum illud est Vitæ breviarium, quod ab Assemanio in codice suo* 15 *repertum et Bibliothecæ Orientali insertum, nos post hunc Commentarium denuo latine edemus. Codicem illum decimi sæculi, ni fallor, indicat Assemanius quem primo tomo Bibliothecæ Orientalis, numero* 15 *inter codices a se ex Oriente advectos notatum describit* (5). *Vita tamen* S. Jacobi *Sarugensis, quæ initio*

C *codicis exstat, in Assemanii descriptione non reperitur, quapropter dubius hærebam, quum in altero Bibliothecæ tomo codicem certe eumdem his verbis* codicem nostrum 15 *appellatum vidi* (6). *Nisi ergo addita fuerit recentiore manu historia, de qua agimus, sæculo undecimo est antiquior, Mahumetanorum plane temporibus scripta* (7), *et quidem sæculo eodem decimo exeunte, propter mentionem æræ christianæ, antea Syris non usitatæ* (8). *Sed hæc omnia opinando proponimus, ab Assemanio certiora et clariora non edocti.*

dein carmen, quod a Georgio Jacobi *discipulo scriptum credidit Assemanius,*

5 *Secundum monumentum est Carmen Panegyricum quod, juxta titulum in Codice Nitriensi* 5 *ei impositum, in laudem sui magistri metro dodecasyllabo composuerit Georgius Sarugensis,* S. Jacobi *discipulus. Utinam Assemanio placuisset illud edere integrum, nec dumtaxat asserere Anonymo Compendii auctori* plane consonare *Georgium* (9). *Ut ingenue fatear quod sentio, a Sarugensis doctoris discipulo ægre crederem illud opus concinnatum fuisse, et hoc quidem non unam ob causam. Jejunus enim valde est: quod in discipulo admiratione non caret. Dein, anno* 22 S. Jacobi *expugnationem Amidæ jungit: quod absonum est* (10); *ac tandem non loquitur ut testis qui viderit ea quæ narrat: sed in omnibus, quæ profert Assemanius, se ex libris et aliorum narrationibus fatetur vitam sui qui dicitur magistri haurire. Hæc enim habet:* Si autem scire cupis, quisquis doctrinæ studio flagras quandonam docere inceperit, audi et dicam tibi vere quæ accepi *(litt:* audivi) ex historia de ipso scripta et a præceptore; *et infra:* Atque etiam de ipso dicitur *etc.* (11). *Imo, quantumvis contrarium urgeat Assemanius* (12), *unum eumdemque esse Georgium illum ac Georgium Arabum episcopum Jacobo Edesseno æqualem arbitror. Quid enim de Georgio, qui* Jacobi *Sarugensis discipulus fertur, omnino novimus? Ex titulo carminis Assemanio primum innotuit:* In nomine Do- E
mini scribimus sermonem de Mar Jacobo, doctore, Batnarum Sarugi episcopo, quem edidit Mar Georgius, ejus discipulus. *Postea in Gregorii Abulpharagii seu Barhebræi Chronico sequentia invenit:* Habet etiam (Jacobus *Sarugensis)* expositionem centuriarum sex Evagrii, quam a Mar Georgio, Gentium episcopo suoque discipulo, rogatus conscripsit (13). *Hic dignitatem Georgii, quam se ignorare tomo primo confessus erat doctus Maronita, tandem revelari putavit, monuitque ideo lectorem ne confunderet hunc Georgium, Gentium seu Arabum episcopum, seniorem, cum altero Georgio, Arabum item episcopo, duobus ferme sæculis juniore.*

AUCTORE H. M.

nos autem a Georgio Arabum episcopo, sæculi VII auctore;

6 *At, quantum video, hic potius quæstionis satis impeditæ solutionem invenimus. Quæ Barhebræus enim de Georgio seniore dicit, apprime coævo et forsan discipulo Jacobi Edesseni, ita conveniunt, ut de alio vix possint asseri. Nam ultimus hic Georgius, cujus persona, ætas, conditio extra omnem controversiam sunt posita, Arabum christianorum episcopus fuit et Jacobo Edesseno paulo ju-* F
nior. Rursus in Jacobum Edessenum potius cadit ista expositio centuriarum sex Evagrii Pontici seu τῶν προγνοστικῶν προβλημάτων (14), *quum inter Græcorum librorum syros interpretes præclarus habeatur. Huic forsan argumento addere aliquid posset, cui in promptu foret perrarus Catalogus codicum orientalium Bibliothecæ Vaticanæ, cujus altero tomo, de Evagrii Pontici operibus in syriacam aut arabicam linguam versis disserit Assemanius, ut disco ex supplemento hujus catalogi apud Angelum Mai* (15). *Opinioni sane quam proponimus favent verba ipsius antiquioris qui dicitur Georgii, qui se* S. Jacobo *Sarugensi multo recentiorem prodit, et quæcumque de Georgio Arabum episcopo congessit passim Assemanius. Circa annum igitur* 700

(1) Bibl. Orient, tom. III, part. I, pag. 648 — (2) Vitæ Sanctorum, tom. XII, pag. 277 et 278. — (3) Euoplia fidei, pag. 48, 50, 112. — (4) Ibid. pag. 48. — (5) Bibl. Orient. tom. I, pag. 613 et 614. — (6) Ibid. pag. 285; tom. II, pag. 47. — (7) Vide infra, pag. 831. — (8) Bibl. Orient. tom. I, pag. 289, not. 1. — (9) Ibid. pag. 285. — (10) Num. 9, 10 et 16. — (11) Bibl. Orient, tom. I, pag. 287. — (12) Ibid. pag. 540. — (13) Ibid. tom. II, pag. 322. — (14) Socrates, Hist. eccl. lib. IV, cap. 23; cfr Fabricius, ed. Harles, tom. IX, pag. 284 et 285. — (15) Scriptt. veterum, tom. IV, pag. 200.

AUCTORE H. M

scriptum fuisset carmen encomiasticum Georgii, quod proinde, si ejus copia facta fuisset, præ Vitæ compendio infra edendo, Actorum loco, exhibuissemus. Quocirca partes ab Assemanio allatas, ubi opportunum fuerit, lectorum oculis subjiciemus.

ac tandem historica Syrorum opera.

7 *Restat denique tertium genus documentorum, quæ historicis Syrorum operibus ab Assemanio excerptis, continentur, quæ inter præcipuum obtinent locum Josue stylita* (1), S. Jacobo *æqualis, et Gregorius Barhebræus Monophysita* (2), *qui pauca enarrant in Vitæ breviario aut apud Georgium non obvia. Quibusnam autem præluxerit Vita antiquior a Georgio laudata nescimus. Forsan etiamnum alicubi latet, fidem tegens multarum rerum verisimilius quæ ad Monophysitarum et Orthodoxorum in Syria disceptationes pertinent.* Jacobus *enim, doctor eloquentia et scientia præclarus, non potuit pro virili parte non pugnare, aut conatus omnes adhibere ad restaurandam pacem. Nemo hucusque in hanc Vitam inquisivisse videtur. Nam quod Assemanius, his in Angliæ Mss. catalogo lectis verbis :* Narratio de Mar Jacobo (3),
B *Vitam* S. Jacobi *Sarugensis sibi visus est deprehendisse* (4), *comprobari vix potest. Nobis si periit hæc historia, sui saltem reliquias huc illuc in Syrorum auctorum paginis dispersas legavit, quas in nostro Commentario studiose colligemus.*

Jacobus *triennis in ecclesia, die Epiphaniæ, sponte ad altare currens,*

8 *Natus est* Jacobus *anno* 452 *in pago Curtam ad fluvium Euphratem, christianis parentibus, et quidem, si Georgio creditur, patre sacerdote, qui eum, voto ad sterilitatem abolendam nuncupato, tandem susceperunt. Quum autem triennis esset, res contigit mirabilis, quæ postea futuræ sanctitatis et doctrinæ prænuntia fuisse credita est. Die sancto Epiphaniæ, in templum a matre ductus, eo temporis momento, quo peragebatur consecratio ab episcopo, e matris sinu prorumpens ad altare cucurrit tribusque vicibus aquam benedictam, juxta Assemanium, vinum consecratum, meo judicio, manu hausit atque bibit. Verba Georgii qui hanc historiam cæteris fusius enarrat exscribimus :* Quum tertium annum puer attigisset, mater ejus in
C festo apparitionis Unigeniti *(Epiphaniæ)*, eum deferens ivit in ecclesiam, quo ingens populus confluxerat. Aderat summus sacerdos in medio sancto sanctorum et coram mensa, ubi Filius Dei immolatur, inclinatus, Deum gemens rogabat, ut Spiritus oblationi illabens sacramentum perficeret... Tum puer divina gratia excitus e sinu matris suæ dilapsus, turbam perrumpit, cunctis stupentibus, et Sanctum Sanctorum lætus ingreditur. Mox accedens ad mensam vitæ ter inclinat caput et adorat velut in mysterio *(velut mysterium intelligens)*, et quemadmodum, si quis sitiens aquas invenerit, gaudet, ita et puer innocens manus coram mensa porrigit, et tribus pugillis, tribusque vicibus bibit etiam ipse,.... Tunc incepit Spiritus ei revelare et interpretari omnia quæ in Scripturis divinis continentur.

vinum consecratum hausit,

8 *Quomodo hinc aut ex Vita abbreviata, in qua hæc verba leguntur :* Spiritum sanctum hausit, *exsculpserit Assemanius de aqua benedicta hic agi, profecto non intelligo. Deterreret me certe auctoritas viri linguam syriacam et ritus orientales apprime callentis, atque inopia librorum syriacorum, qua adhuc laboramus, nisi luce clarior videretur tota narratio. Tempus quo res perficitur, locus, auctorum verba, omnia ad sacrificium eucharisticum pertinent. Spiritus sancti illapsum in oblationem, pro liturgiæ syriacæ more, precibus a Deo rogat sacerdos : evidenter rem sacram, quæ in altari adest, quæ Spiritum quasi continet haurit puer.* Aqua *in translatione Assemanii, non in syriaco textu reperitur. Sed quid de facto ipso dicemus? Nihil est sane quod nos a narratione illa accipienda removeat ; certior quidem foret, si ab auctore coævo, qualis, meo judicio, non fuit Georgius, proponeretur. Sed optime omnes intelligunt, rem vere mirabilem populorum memoriæ alte insedisse, et postea, quum inter omnes clareret* Jacobus, *non absque jure ut divinæ in puerum providentiæ indicium fuisse habitam. Non obscure autem illud innuitur his Gregorii Barhebræi verbis :* Hic scientiæ E
donum non humana industria, sed Sancti Spiritus munere adeptus est. *Anonymus enim et Georgius ab hoc prodigio miram scientiam et eloquentiam* Jacobi *repetunt. De iis vero, quæ postea usque ad annum ætatis vigesimum secundum egit, nihil memoriæ proditum est. Conjici potest eum monachum fuisse in uno ex quampluribus cœnobiis, quæ tum Edessæ, tum in vicinia exstabant, quoniam monachi præcipue studiis et scriptis claruerunt, probare tamen non est. Quod autem Amrus Mathæi Nestorianus de* Jacobo *Sarugensi, Nestorianæ Persarum scholæ, quæ Edessæ floruit, alumno fabulatur nimis evidenter a vero abhorret quam ut hoc loco excutiatur* (5).

non aquam benedictam, ut Assemanius scripsit.

Postquam in ecclesia orationes proferre cœpit, coram episcopis ex tempore dicere jussus,

9 *Quum autem* 22 *annos natus esset sermones, homilias in ecclesia proferre cœpit, non tamen scripto tradere.* Doctrinæ ejus fama ad quatuor mundi plagas vulgata est, *ait Georgius,* et complures ad eum ventitare cœperunt, ut collati ei a Spiritu Sancto thesauri participes fierent, *et postquam narravit idem auctor doctrinam* Jacobi *ab episcopis exploratam fuisse, ita pergit :* Nam ante prædictum F
episcoporum conventum orationes quidem ille habere consueverat, eas vero scripto vulgare præ summa animi demissione haudquaquam ausus fuerat. *At episcoporum judicium jungitur cuidam prodigio, quod, nisi perturbata temporum serie, admitti nequit, saltem prout a Georgio narratur. Hac occasione, quo episcopi Sarugensis gesta clarius deinceps disquirantur, secundum et tertium locum ex Georgii sermone post Assemanium recitabo :* Si autem scire cupis, *ait ille,* quisquis doctrinæ studio flagras, quando ille docere cœperit, ex ejus Historia et ex præceptore veritatem tibi, prout audivi, exponam. Quum annum vigesimum secundum ageret, doctrinæ ejus fama ad quatuor mundi plagas vulgata est, et complures undique ad eum ventitare cœperunt, ut collati a Spiritu Sancto eidem thesauri partici-

(1) Bibl. Orient, tom. I, pag. 275. — (2) Ibid. tom. II, pag. 321 et 322. — (3) Catalogi librorum Mss. Angliæ et Hiberniæ, vol. II, pars altera, num. 1018. — (4) Op. cit. tom. III, part. I, pag. 285, cfr pag. 684. — (5) Bibl. Orient. tom. III, part. I, pag. 385 et seqq.; cfr infra, num. 16.

pes

A pes fierent... Hoc etiam de ipso memoriæ proditum est. Quinque episcopi eum aliquando convenere, de ipsius doctrina cognituri : putabant enim illum non in Spiritu proferre sermones, sed ex sæculari sapientia, perinde ac ipsi. Postularunt itaque, ut extemporaneum ad eos sermonem haberet, ejus doctrin æsinceritatem exploraturi. Sic enim illis deliberatum fuerat, ut si quid orthodoxæ fidei, a Patribus traditæ, contrarium Jacobus effutiisset, non concederent ipsi, ut homilias aut cantus componeret in Ecclesia Dei, sed reprobarent et damnarent eum, ita ut nulla ratione doctrina ejus reciperetur. At Spiritus Sanctus, qui Jacobum ad doctoris officium selegerat, orthodoxam fidei regulam eumdem prædocuerat. Quamobrem etsi in eo consessu modestus vir pro sua modestia loqui nollet, coegerunt tamen eum episcopi, populusque frequentissimus, qui in templo Batnæ Sarug convenerat ut surgeret et proferret quod ab ipso petebant, timens etiam ne condemnarent ipsum hanc rem indignati. Dictis obsecuturum se respondit : Homiliam, quam petitis a me ego dicam. Et respexerunt omB nes ad portam altaris, et viderunt ibi depictum currum quem contemplatus est admirabilis Ezechiel propheta, et petierunt ab eo ut de hoc, quæ posset, edissereret...

egregie et prophetice disserens, si Georgio creditur, ab ipsis laudatur et probatur.

10 Tum benedictione accepta a venerando episcoporum ordine, aperuit os suum in virtute Spiritus vir ille simplex, et clamavit et edixit doctrinam suam voce magna, coram hoc populo qui audire gestiebat ejus verba : Altissime qui currui insides inscrutabili, mihi pangatur verbum mirabile de magnitudine tua. *Sed mox interrupto exegetico carmine, in hæc erupit, quibus Amidæ expugnationem divinitus sibi notam deplorabat* : Terribiles nuncii et amari rumores perturbavere mentem meam : tu, Domine, redde illi pacem verbis tuis... At eum interpellarunt episcopi et dixerunt : Quid nunc res rebus implicas? quæ non sunt consequentia et ad rem nihil faciunt, neque enim de Amida nunc tibi loquendum. Verumtamen ille electus non cessavit, et prosecutus est tanquam contristatus ob vastationes quæ Amidæ a Persis acciderant : Lugeant Amidam regiones et incolæ earum, propter cædes et profusum in ea sanC guinem. Et reliquit illud argumentum et rediit ad ea quæ jusserant episcopi, et absolvit sermonem de curru. Et ecce illico nuntiatum est episcopis excidium Amidæ, ac deinceps crediderunt Jacobo. Tunc crevit in omnium oculis vir præclarus, et multum de eo lætati sunt episcopi et de doctrina ejus... Et mandarunt ipsi ne collatum sibi a Deo donum in opus bonum negligeret, sed scripto traderet doctrinam, ut Ecclesiæ et omnibus filiis ejus prodessent ejus dicta. Nam donec ad explorandum ipsum convenerunt episcopi, non tradebat scripto doctrinam, sed componebat nec unquam conscribebat quæ dicebat, propter eximiam animi demissionem et pietatem. *En omnia fere quæ ex Georgio excerpsit Assemanius, interpretatione nonnihil immutata, legenti obtulimus, quia illud carmen antiquius putamus documentum quo* S. Jacobi *vita laudetur. Eadem brevius habent Anonymus et Gregorius Barhebræus.*

Sed his omnibus obstat recta temporum ratio ; verisimile

11 *At certe in his omnibus duo omnino sunt distinguenda : primitias nimirum, ut ita dicam, mirandæ illius facultatis, qua in carminibus componendis præditus fuit* S. Jacobus *Sarugensis, et pars quam habuit in consolandis iis, quibus Amidæ excidium summo fuit dolori. Quæ posterior res triginta annis post accidit. Prior vero magis est dubia, quamquam aliquid veri ea narratione contineri videatur. Verisimile est* Jacobi *ingenium vimque poeticam a primis adolescentiæ annis innotuisse, multa ab eo in argumenta sacra prolata fuisse ; quæ, quum ad episcoporum aures pervenissent, hi sui muneris esse duxerunt in junioris poetæ doctrinam inquirere. Tempora enim periculosissima erant : et si reapse* Jacobus *annos natus erat viginti duos, quum episcopis suæ doctrinæ rationem reddidit, hæc sub* Jacobi *metropolita, aut forsan episcopo, Cyro Edesseno, verisimilius acta sunt, qui tanto in Nestorianos odio ardebat, ut in hæresim Eutychianam corruisse videatur. Exploratus ergo fuit : a Nestoriana hæresi, quæ tunc præsertim, post mortem Ibæ, de Nestorianismo diu insimulati, offendebat Edesseni populi magnam partem, omnino immunis inventus est, ac populum libere docere permissus. Hæc omnia eo etiam libentius admitterem, quod ab ipso Georgio satis* E *clare innuitur propheticum illud prodigium non ab omnibus, non a vitæ ipsius auctore, sed ab aliis quibusdam enarrari, forsan a Præceptore illo seu Doctore quem laudat.*

tamen est episcoporum judicium.

§ II. De S. Jacobi orthodoxia, gestis, episcopatu et operibus disseritur.

In orthodoxiam S. Jacobi *inquiritur, quæ primis juventutis temporibus certa non est,*

H*ujus vero loci est ut in* S. Jacobi *orthodoxiam inquiramus, rem sane difficultatibus obsitam, si de ejus per totum vitæ decursum agendi ratione disserere constitueremus, quum opera, quibus potissimum ad judicium ferendum uti necesse est, tantum non omnia sint inedita. Paucis datum est litis documenta pervolvere, ideoque multa incerta sunt. In opinionibus enim auctorum æstimandis, in indagando libri alicujus sensu, norunt omnes quantopere vulgo dissentiant eruditi. At si* F *ultimos tantum* S. Jacobi *Sarugensis annos consideremus, recta ejus fides in dubium sine temeritate non revocaretur, atque adeo indicium est ejus quoque juventutem ab hæresi fuisse puram. Fieri certe potuit ut* Jacobus *primis temporibus eodem quo Cyrus Edessenus fervore abreptus, et a Nestorianismo quam longissime secedens contrario errori aliquid concesserit. Quod quidem nonnemo suspicaretur, ex illa exploratione doctrinæ, Cyro forsan præside peracta, atque ex approbatione eam subsecuta, cujus fama explicandis Jacobitarum et Nestorianorum de* Jacobo *Sarugensi opinionibus sufficeret. Jacobitis persuasum est doctorem illum concilio Chalcedonensi adversatum fuisse, atque idcirco quatuor diversis diebus in officio ecclesiastico ejus memoriam recolunt, ut num.* 1 *hujus Commentarii vidimus.*

quem tamen, si a Jacobitis eum non satis feliciter vindicat Assemanius

13 *Sæpius quidem ab his auctoritas ejus affertur : distincte a Severo, Antiocheno patriarcha, Monophysitarum primipilo, approbatus et receptus dicitur apud Gregorium Barhebræum*

AUCTORE H. M.

Barhebræum (1). *Dionysius I Telmahrensis, patriarcha Jacobitarum, circa annum* 800, *refert a Paulo patriarcha Antiocheno accersitum fuisse* S. Jacobum, *qui ire primum renuerit quoniam eum* duarum naturarum insania teneri *audierat* (2). *Quum autem hæc inter se non satis cohæreant, neque temporum recto ordini consonent quæ Dionysius scripsit, censet Assemanius eum* ista suæ Chronologiæ imprudenter inseruisse. *Eadem fere responsio fit anonymo extremi septimi sæculi, qui de rebus Armeniæ disserit apud Combefisium.* Jacobum *enim* Pitnanensem, *(Botnanensem), quem hæreticum vocat, cum Jacobo Zanzalo, vero Jacobitarum patre, confundit* (3). *Scio auctoribus Monophysitis validam opponi exceptionem, quia, cæteros in hac re hæreticos secuti, suo dogmati ubicumque patronos quærunt nec a suspicione falsatorum codicum facile liberantur* (4). *At doctores ut plurimum antiquiores suis partibus adsciscere conantur, non recentiores, qui novæ opinionis ortum viderunt, nisi quos vel hærentes fuisse vel non recte omnino sensisse*
B *conjicitur. Miror sane quod ex operibus* S. Jacobi; *qui tot homilias scripsit, tam pauca quæ Eutychianismo plane contradicant, eaque (mea est opinio) ambigua Assemanius excitat* (5). *Hæc indicant virum qui, Zenonis imperatoris, Henotici auctoris, temporibus, inter bonas pravasque doctrinas fluctuarit, aut pacis nimio studio veram doctrinam palam asserere timuerit. Ambiguas utique sententias epistolæ ad Samuelem abbatem, quæ Jacobiticam sententiam excipiunt* (6), *nisi codices sint vitiati, nemo facile in sensum catholicum detorquebit, nec ipse Assemanius.*

sua aliquando scripta, cum edita fuerint, integrum semper fuisse forsan ostendent.

14 *Diligenter pervolvendi essent codices ut nebulæ quæ famam* S. Jacobi *circumfundunt dispellerentur. Donec opera ejus edantur, et curiose examinentur, dubium de ejus primis annis manebit. Facile fuit ei homiliam integram supponere adversus Concilium Chalcedonense, cujus Assemanius titulum profert* (7); *fieri autem non potest ut auctoris, qui multa scripsit, adeo corruptela codicum obscuretur genuinus sensus, ut minime deprehendatur. Parum curare licet in dijudi-*
C *candis* Jacobi *Sarugensis opinionibus Nestorianorum auctoritatem, quippe qui scriptores etiam catholicos confusionis naturarum in Christo accusare solent. Sed in causa, de qua agimus, hoc peculiare habent, quod* Jacobum *a Nestorianismo, qua in schola Persarum (quod in homine Mesopotameno mirum est) Edessena imbutus fuerit, ad Severi placita deflexisse narrant. Ita Amrus Matthæi, sæculi* XV *scriptor, quem omni probatione destitutum ne refellere quidem oportet* (8). *Non facile orthodoxiam Syrorum dijudicari posse demonstrant quæ in Jacobi Edesseni causa acciderunt. Eum enim, quem acriter tuetur Josephus Assemanius, coactus est Stephanus hujus cognatus, monophysitis omnino relinquere* (9).

At pluribus annis ante mor-

15 *At quæcumque de doctoris Syri juventute sentiantur, conjiciantur aut potius timean-*
tur, absque ulla controversia orthodoxus fuit pluribus annis ante episcopatum. Cujus rei testis est coævus Josue Stylites, quem catholicum fuisse ex locis ab Assemanio allatis constat (10), *et qui* Jacobum *iis laudibus ornat, quæ hæretico homini non concessisset. Provocat etiam doctus Maronita ad testimonium Isaaci Ninivitæ, cujus apud ipsum sit fides, quum verba Isaaci non recitet. Adde Joannem Maronem et Maronitas, de quibus consule Assemanium* (11). *Præclarius est quod in libro Græco, septimi verisimilius sæculi,* De differentia eorum qui accedunt ad purissimam fidem, *invenimus, ab auctore assertum qui Chalcedonense Concilium recipit. Timothei autem presbyteri Cpolitani et Scevophylacis ad Deiparæ templum in Chalcopratiis nomen præ se fert. Quamobrem hoc opusculum Timotheo illi Scevophylaci, qui anno* 511 *Macedonio orthodoxo, patriarchæ Cpolitano, vi et injuste suffectus est, assignat Assemanius, animum non advertens ad temporum notas quas ipse suppeditat. Quomodo enim* S. Jacobo *Batnarum episcopo, ante annum* 511, *nempe*
E *amplius octo annis antequam Batnarum sedem occuparet, sermonem fecisset Timotheus, qui insuper ante electionem* Jacobi *mortuus est? Difficilis opera est, ætatem libri definire, qui, pro librorum ritualium sorte, a variis ad temporum necessitates auctus est. Omnia illa capita quæ uno titulo edidit Cotelerius sæculo septimo recentiora probabilius non sunt. Ideoque optimum inde pro* S. Jacobi *Sarugensis orthodoxia deducitur argumentum. His autem verbis continetur*: Qui anathemate feriunt suam hæresim *(id est, qui abjurata tantum hæresi in ecclesiam recipiuntur)* sunt hi..... Eutychianistæ eorumque sodalis Dioscorus, ac deinde Severus et Jacobus, NON ILLE BATNARUM ORTHODOXUS, sed alius hæreticus *etc.* (12). *Verum, præ omnibus testimoniis, ad comprobandam Sarugensis fidei puritatem, id mihi placet, quod regnante Justino imperatore, quando Monophysitæ e sedibus suis expellebantur, ad episcopalem dignitatem evectus est. Tempore quo Paulus episcopus Edessenus, totius Osrhoenæ ac proin civitatis Batnarum metropolita, in exilium*
F *actus est* (13), *profecto haud procul ab Edessa novus episcopus, a scriptis libris notissimus, hæresique favens, non fuisset constitutus. Vel hac unica ratione Sarugensem episcopum pluribus jam annis ante episcopatum, nihil a catholica fide alienum scripsisse patet. Accedit quod, ut numero sequenti exponetur, a viginti minimum annis eadem in diœcesi jam tunc fuerat muniis ecclesiasticis functus. Homiliarum ejus editionem exspectemus, ut, quod summopere cupio, tota ejus vita ab erroris crimine vindicari possit.*

tem catholice sensisse Jacobum *patet.*

In regione Sarugensi, functus est primum Jacobus *officio periodeuta,*

16 *Ab anno* 22 *ætatis ad quinquagesimum quid egerit* Jacobus, *ab auctoribus Syris, quos sequitur Assemanius, nihil prorsus traditur. Circa annum vero* 503 *eum videmus dignitate quadam præcipua in ecclesia, ut videtur, Sarugensi ornatum. Ita enim ad eum annum,*

(1) Bibl. Orient. tom. II, pag. 321; cfr Renaudot, tom. II, pag. 567 et 568. — (2) Ibid. pag. 298 et 299. — (3) Combefis, Auct. pars post. col 275. — (4) Evagrius schol. Hist. eccl. lib. III, cap. 31; cfr Labbe, tom. IV, col. 1766; Bibl. Orient. tom. III, pag. 285, num. 34. — (5) Bibl. Orient. tom. I, pag. 290, 291, 307, 311, 322, 325, 326. — (6) Ibid. pag. 293 et 297. — (7) Ibid. pag. 294. — (8) Ibid. tom. III, pag. 584 et seqq.; cfr pag. 585. — (9) Bibl. Mediceæ mss. orientalium catalogus, pag. L et 109. — (10) Op cit. tom. I, pag. 282 et 283. — (11) Ibid. pag. 290, 291, 592; cfr pag. 517. — (12) Cotelerii, Monumenta, tom. III, pag. 396; cfr nota, col. 626; Fabricius, ed. Harles, tom. VIII, pag. 558 et seqq. — (13) Bibl. Orient. tom. I, pag. 409 et 410.

enarrata

A *enarrata Amidæ clade, incolarumque fuga in partes occidentales Syriæ, prosequitur in suo Chronico auctor coævus, Josue Stylites:* At venerabilis Jacobus periodeutes, qui sermones multos composuit in scripturarum capita, et cantica et hymnos conscripsit de locustis *(quæ anno* 500 *regionem vastarant)* (1), non avertit manum ab iis quæ ipsum decebant, sed dedit epistolam paræneticam ad omnes civitates, confidere jubens illas in salutare Dei, exhortansque ne fugam incolæ caperent. *Periodeutam illum eumdem esse ac* Jacobum *nostrum, probant libri, qui ab ipso dicuntur scripti et Gregorii Abulpharagii Barhebræi auctoritas, qui, teste Assemanio, carmina illa de locustis, in Assemaniano operum Sarugensis catalogo non obvia, frequenter laudat* (2). *Sed et regionem in qua periodeutæ officio functus est* Jacobus, *ab eodem Abulpharagio discimus:* Erat autem, *ait ille in Chronico,* periodeutes Hauræ in Sarug (3). Haura *ubinam sita fuerit, nescivit Assemanius, ideoque in indice secundi tomi scripsit* vicum regionis Sarugensis. *Plura non novimus.*

cujus ratio hic breviter exponitur,

17 *Porro de periodeutarum et ipsius affinium chorepiscoporum officiis nimis jam disputatum est, quam ut totam quæstionem ad examen revocemus. Quæ certa videntur, paucis complectemur. A chorepiscopis, quos frustra tolli jussit Laodicenum concilium, canone* 57, *distinguendi sunt periodeutæ, quorum tamen institutio ad hujus concilii præscriptum videtur exacta. Chorepiscoporum potestas pro locorum et temporum diversitate non semper eadem fuit; sed sensim imminuta, tandem aut cum nomine ipso, ut apud Græcos et Latinos, omnino evanuit, aut nomine tantum remansit, ut apud Syros Melchitas et Nestorianos. Apud Græcos* exarchi *et* protopapæ, *apud Latinos autem* archipresbyteri *et* decani *illis successerunt. Abolita autem potestatis distinctione inter periodeutas et chorepiscopos, cecidit prior appellatio. Excipiendi tamen Jacobitæ et Maronitæ qui nominis et dignitatis distinctionem servarunt, ut ex Assemanio intelligo* (4). *Periodeutarum vero, ut ad nostrum propositum revertamur, officium aptissime exhibet Balsamon*

C *in Commentario ad illum canonem :* Sunt autem periodeutæ præpositi (ἔξαρχοι) quidam ab episcopo promoti. Circumcursant enim (περιοδεύουσι), delicta spiritualia observant et fideles absolvunt (5). *Cæterum de his omnibus consule Binterim* (6), *Augusti* (7), *Hefele et alios scriptores ab eis recensitos* (8).

creatus est autem anno 519 *episcopus Batnarum civitatis, quæ nunc Sarug vocatur.*

18 *Postquam longo tempore ecclesiam Sarugensem voce et scripto docuit, ad hanc tandem regendam vocatus est anno ætatis sexagesimo octavo. Porro urbs Batnæ, provincia Osrhoena, itinere unius diei ab Edessa distans, millibus passuum* X, *juxta Antonini itinerarium, tempore jam Trajani nota* (9), *et cujus primus qui noscitur episcopus Abramius concilio Cpolitano I interfuit* (10). *Castrum et mœnia quæ eam ab hostibus tegebant, paulatim labefactata, post annum præsertim* 505, *quo expugnata fuit a Persarum rege Cavade, tempore tandem Justiniani pristinam firmitatem recuperarunt* (11). *Quum Batnas episcopali auctoritate rexit* S. Jacobus, *urbs erat vel, ut Procopii verbis ipsis utar,* urbecula parva et nullius momenti, πόλισμα ὃραχὺ καὶ λόγου οὐδενὸς (12). *Hodie ex usu communi evanuit nomen Batnarum, eique regionis ipsius, cui præsidet urbs Batnæ, successit appellatio. Sarug enim certo certius apud antiquos regio erat, non civitas : ideo Batnarum in Sarug mentionem syriace multi auctores fecerunt; Hauram in Sarug supra memoratam audivimus; Arabas in Sarug invasisse narrat Josue Stylites* (13). *Turcice et arabice* Serudj *urbem nunc vocant* (14).

AUCTORE H. M.

Ad Paulum Antiochenum ire renuit, ut refert Dionysius Jacobita,

19 *De episcopatu* S. Jacobi *in historicorum libris id unum reperire est, quod Dionysius Telmahrensis refert apud Assemanium, qui totus in hæreseos jacobiticæ repellendo crimine, non advertit omnino hujus temporis historiæ confirmari* S. Jacobi *et Pauli Antiocheni dissidia. Quid enim tradit Dionysius,* E *auctor bonus et accuratus, ut testatur Assemanius ipse* (15)*?* A Paulo, antequam decederet Antiochia, accersitum fuisse Mar Jacobum doctorem et episcopum Batnarum Sarugi : qui eo proficisci recusabat, quod Paulum cerneret sanæ fidei non esse. *Demas hæc ultima verba, quæ opinando scripsit Dionysius Jacobita, persuasus a suis partibus stare* Jacobum *Sarugensem: manebit mentio venerationis quam erga* Jacobum *demonstrabat Paulus, vir sana in speciem fide, sed moribus episcopo parum dignis. Quum in eo esset ut Antiochiam relinqueret Paulus, vir bonis æque ac malis exosus, nonne anceps hærere potuit* Jacobus? *Conferantur quæ de Paulo scripsit Petrus Boschius in Historia chronologica patriarcharum Antiochenorum* (16), *et probabitur* S. Jacobi *prudentia.*

non tantopere ab Assemanio hac de re culpandus.

20 Quum enim, *ita pergit Dionysius,* Paulus Jacobum nihilominus urgeret, ut ad ipsum accederet, hic ante altare procumbens, cum gemitu et lacrymis sic orabat : Domine Deus qui abscondita cordis nosti, et renes atque cor scrutaris : si nosti Paulum duarum naturarum F insania teneri, ne me permittas in ejus conspectum venire. Quum itaque abire coactus esset, ex urbe Batnis egressus in monasterium quoddam, quod Persarum nuncupatur, distatque Edessa passus sexies mille, divertit. Ibi pernoctans, revelationem de suo exitu accepit, jussusque fuit in propriam civitatem reverti. Qui sine mora eos qui secum erant, jumentum celeriter aptare, atque in urbem regredi jussit, secuturam duobus post diebus mortem prænuncians, cunctis mirantibus : urbemque suam illico repetiit. Quo quum pervenisset, de ecclesia deque universa doctrina *(scripta)* sua testamento disposuit, et duobus post diebus ex hac luce migravit. *Errat certe Dionysius, qui*

(1) Bibl. Orient. tom. I, pag. 21, 270 et 271. — (2) Ibid. pag. 273, nota 1, et 270, not. 4; cfr Abulpharagii Dynastiæ, ed. Oxon, pag. 93 (latine) et 148 (arabice). — (3) Bibl. Orient. tom. II, pag. 322. — (4) Ibid. tom. III, part. II, pag. 830 et 831. — (5) Beveridge, Pandectæ, tom. I, pag. 479 et 480. — (6) Denkwürdigkeiten, vol. I, part. II, pag. 386 et seqq. — (7) Christliche Archäologie, tom. XI, pag. 139 et seqq. — (8) Conciliengeschichte, ad conc. Laod. can. 57, tom. I, pag. 901, ed. Arnheim. — (9) Ritter, Erdkunde, tom. X, pag. 119. — (10) Lequien, Oriens Christ. tom. II, col. 971. — (11) Ritter, op. cit. tom. XI, pag. 288; Bibl. Orient. tom. I, pag. 278 et 284. — (12) Procopius, de Bello Persico, lib. II, cap. 12, pag. 119, ed. P. — (13) Bibl. Orient. tom. I, pag. 277. — (14) Ritter, tom. XI, pag. 290 et 291; Bayer, Historia Osrhoena, pag. 305 et 314. — (15) Op. cit. tom. I, pag. 299. — (16) Acta SS. tom. IV Julii, pag. 93 et 94; Oriens Christ. tom. II, col. 731 et 732.

mortem

AUCTORE H. M.

mortem Jacobi *paulo post Pauli discessum contigisse narrat. Quæ vulgus fabulabatur hac in re secutus est. Non idcirco tamen omnes hujus narrationes partes rejiciendæ sunt. Fac Paulum, qui ineunte anno* 521 *sede sua cessit, a* Jacobo *rogasse ut ad se veniret, ratus ita fore ut apud omnes magis gratia et auctoritate valeret, concordia cum celeberrimo doctore facta. Eodem anno ex hac vita migravit* Jacobus, *cujus mors quum populi memoria cum discessu et forsan etiam morte Pauli conjuncta esset, opinionibus, quas ad nos detulit Dionysii Chronicon, initium aliquod fecit.*

Pauca tandem de operibus S. Jacobi *notantur,*

21 *Restat denique ut paucis de* S. Jacobi *operibus disseramus. Quis enim de ineditis adhuc operibus, quorum codices longe absunt, dicere potis est? Omnium hujus auctoris scriptorum quæ invenit Assemanius seriem texuit, notitiæque de* S. Jacobo *in Bibliotheca Orientali annexuit. Sed nemini dubium est, quin et multa in codicibus delitescant, iis omissis quæ temporum injuria sunt deperdita. Nec catalogum illum repræ*
B *sentabimus, neque etiam carminis Georgii, hic pluries laudati, fragmenta quæ ad beati viri opera perlinent repetemus. Omnia enim manca et imperfecta essent, doctis proin inutilia, aliis, quibus de scrutandis codicibus cura non est, tædio plena. Tria tantum hic notabimus : primo, fieri posse ut, inter opera* S. Jacobo *Sarugensi altributa, syriacum exemplar alicujus sermonis S. Jacobi Nisibeni occurrat. Hoc aliquando Assemanio in mentem venit, quum de Nisibeno egit, fere omnia opera a Gennadio enumerata, inter* Jacobi *Sarugensis, eorum legitimum auctorem, scripta forte reperiri* (1). *Quod quam falsum esset ipse candide agnovit, oblata Armenæ translationis cum Gennadii elencho mira concordia* (2). *Fides operum S. Jacobi Nisibeni vix imminui posse videtur. At non idem de* S. Jacobo *Sarugensi absque diligenti codicum excussione dicendum est. Secundo monebimus maximam partem operum sancti episcopi, ligata oratione metro dodecasyllabo conscriptam fuisse, singulis versibus triplici tetrasyllabo constantibus. Quod carminis ge-*
C *nus apud Syros proprie Jacobiticum vocari testes sunt Naironus* (3), *Assemanius* (4), *et Augustus Hahn* (5). *At P. Pius Zingerle, qui de Syrorum poesi eruditas scriptiones cum Soc. Orient. Germanica communicavit, ex opusculo Stephani Edenensis, metrum Jacobiticum vocat tetrasyllabum quod a priore opinione non multum abludit, quoniam, duabus cæsuris divisum dodecasyllabum tribus tetrasyllabis semper constat* (6). *Rectius tamen puto loqui, qui dodecasyllabum* Jacobi *metrum dicit, cujus exempla sint duæ orationes a Curetono editæ et fragmenta Georgii apud Assemanium. Tertio tandem loco, notabimus integra* S. Jacobi *opuscula quæ extra libros liturgicos scimus fuisse edita. Partes enim et fragmenta colligere non possum, quum multi paucis abhinc annis libri conscripti fuerint, quibus Syrorum sententiæ, auctoritates afferuntur,* D *et quos nomine tantum novi. Præter liturgiam autem, quæ latine a Renaudotio publici juris facta est* (7), *ritus baptismi et confirmationis in codice liturgico Assemaniano* (8), *orationes metricas de Habibo martyre* (9), *de Guria et Shamuna* (10) *a Curetono, et de Simeone Stylita a Stephano Assemanio* (11) *Syriace et latine editas, nullum* Jacobi *integrum opusculum editum fuit.*

et de ejus fama, qua vix ipsi Ephræmio cedit.

22 *Tam multis orationibus dictione non magis quam sententiarum sublimitate præclaris, doctor mox in Syrorum æstimatione magno tantum Ephræmio inferior visus est. Ejus homiliæ per anni decursum in ecclesiis leguntur, atque hinc plerumque in codicibus illæ inveniuntur quæ intra festorum circulum concluduntur. Quod quidem causa fuisse videtur, cur non paucæ, a scribis semper omissæ, perierint. Sanctus Doctor in officio ecclesiastico verisimilius non diu post mortem coli cœpit, ac S. Ephræmii, doctoris quoque et poetæ memoriæ, memoria ejus adhæsit. Quotidie duo hæc nomina in Maronitarum et Jacobitarum officio conjuncta celebrantur. In* E *Missa quidem his verbis utrique liturgiæ communibus :* Commemoremus S. Jacobum et S. Ephrem, ora eloquentissima et columnas sanctæ ecclesiæ nostræ (12). *Ad Vesperas Dominicæ et omnium festorum solennium, metro ipso* Jacobi, *canunt Maronitæ :* Memoria recolatur S. Jacobi et S. Ephrem, qui fuit sancti Spiritus cithara (13). *Magnificentius etiam Jacobitæ in officio diurno, feria tertia, quorum verbis hunc Commentarium claudemus :* Duo luminaria gloriosa sanctam ecclesiam Christi sponsam intrarunt, et in ea habitarunt S. Ephrem, venerabilis senex, et S. Jacobus doctor Batnarum Sarugi, pelagus scientiarum. Horum doctrina terra repleta est, et confirmata fides in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, mysterium trinum (14).

BREVIARIUM

VITÆ S. JACOBI

F

auctore anonymo syro a.

a

Jacobi *ortus, mira infantia, doctrina episcopatus et opera.*

Sanctus Mar Jacobus Doctor, fistula Spiritus Sancti, et cithara Ecclesiæ fidelis, fuit ex Curtam pago ad Euphratem fluvium, filius votorum parentum fidelium et sterilium *b*. Quum autem tres annos esset natus, in uno ex festis dominicis *c*, adivit mater ejus ecclesiam. Tempore vero quo fit oblatio, Sanctusque Spiritus mysteriis illabitur *d*, prorupit Jacobus e sinu matris, et, turbam perrumpens, ivit ad mensam vitæ et accepit Spiritum Sanctum tribus pugillis. Inde cœpit fœcundus esse eloquentia et doctrina. Mox audierunt de ipso episcopi et surgentes venerunt ad eum ut eum explorarent *e*. Jusserunt autem ipsum sermonem facere de curru quem vidit Ezechiel *f*

b
c
d
e
f

(1) Bibl. Orient. tom. I, pag. 21. — (2) Ibid. pag. 557 et 558. — (3) Naironi, Euoplia fidei, pag. 50 et 51. — (4) Bibl. Orient. tom. I, pag 299 et passim. — (5) Bardesanes gnosticus, pag. 48. — (6) Zeitschrift der D. M. G. tom. XVIII, pag. 751. — (7) Liturgiæ, tom. II, pag. 556. — (8) Cod. lit. tom. II, pag. 509, et tom. III, pag. 184. — (9) Ancient Syriac Documents, London 1864, pag. 86. — (10) Ibid. pag. 96. — (11) Acta martyrum occidentalium, pag. 230. — (12) Bibl. Orient. tom. I, pag. 55. — (13) Ibid. et Operum S. Ephrem, tomo I (syriace), post præfat. — (14) S. Ephrem, opera loc. cit. ex edit. Rom. officii, pag. 98.

et

A et ipse dixit : Altissime qui sedes super curru
g cælestium mentium *g*. Tunc præceperunt ei ut doctrinam suam scripto Ecclesiæ traderet. Incepit autem componere sermones et homilias in ecclesia, annos natus viginti duos. Postea factus est episcopus Sarugensis, annos natus sexaginta septem et dimidium, anno 830 Græcorum seu 519 post adventum Messiæ. Postquam vero Ecclesiam replevisset doctrina vitæ et totum orbem inundasset homiliis et interpretationibus eximiis, migravit ad Dominum et egregio funere sepultus est in urbe sua Sarug, anno 832,
h die 29 Teschrin secundi *h*. Vixit annos septuaginta : sexaginta septem et dimidium ante episcopatum, et duos et dimidium in hac dignitate. Invenimus autem totam ejus doctrinam prophetas quinquaginta mole æquare *i* : homilias quidem septingentas sexaginta tres. Prima homilia illa est quam de curru scripsit, et ultima, quam
k non perfecit, de Maria et Golgotha *k*.

ANNOTATA.

B a *Titulum sermonis, qui metro* Jacobi, *dodecasyllabo nempe, aut tetrasyllabo ter repetito scriptus est, numero* 5 *dedimus. Codex in quo eum reperit Assemanius, est* exaratus circa annum Christi 1100, in Scetensi S. Pisois Syrorum cœnobio ex antiquis ejusdem loci manuscriptis (1). *In nullo autem alio catalogo hujus carminis mentionem vidi.* Legitur, *ut post titulum dicitur,* in commemoratione ejusdem Mar Jacobi (2). *His incipit :*

Jesu lux cujus ortus lætificat omnes fines
Oriri facias lucem gratiæ tuæ super cogitatio- [nes meas.

Hanc vitam syriace denuo edidit in sua Schola Syriaca *P. Joannes B. Wenig, qui alia etiam fragmenta* S. Jacobi *suo libro intulit* (3).

b *Pater erat sacerdos, juxta Georgium.*

c *Nescio prorsus cur in hoc loco de aqua benedicta a puero hausta cogitaverit Assemanius, quo certe nemo melius auctoris sensum intelligere potuit. An forsan timuit ne non satis reverenter egisse videretur infans sanctitatis*
C *laude aliquando illustrandus? Profecto aquam non nominat Georgius, nec supponi potest in syriaco textu typographico errore omissum fuisse verbum, cum versus Georgii perfectus sit triplici suo tetrasyllabo :*

Wathloth khouphnen — bathloth zabhnin — [eschti oph hou.

Frustra ergo doctus Maronita erudite de benedictione aquarum in die Epiphaniæ disserit, de qua hic prorsus tacendum duximus.

d *Quum de Spiritu Sancto, qui oratur ut in oblata descendat, loquitur auctor Syrus, tempus quod consecrationem sequitur, apertissime ostendit. In omnibus enim fere* (4) *orientalibus liturgiis, post consecrationem proprie dictam, occurrit invocatio Spiritus* D *Sancti, a quo elementorum transmutatio petitur, non quasi jam facta non esset, sed quia totius canonis preces in modum unius enuntiantur* (5). *Hæc invocatio res adeo sancta semper visa est Syris et Græcis, ut recentiores doctores non pauci eam,* ad sacramenti essentiam *pertinere contenderint. Non posse autem ea sacramentorum dumtaxat effectum exprimi, optime probatur ex sensu vocum, quibus antiquæ orientalium liturgiæ utuntur: notio enim* perficiendi, consecrandi, *ubique reperitur, non excepta voce* ἀναδεῖζαι, *sensu ecclesiastico usurpata. Vano autem conatu non pauci auctores conati sunt demonstrare hunc sensum his vocibus non subesse, aut de sacramentorum effectu hic agi. Elementorum mutatio, sensu quem supra indicavi, his ostenditur verbis, ut erudite demonstravit Eusebius Renaudot* (6), *quem nimis acriter carpsit Petrus Benedetti, Societatis Jesu, Maronita, cujus tamen animadversiones non in uno loco ad scriptoris galli emendandas assertiones omnino consulendæ sunt. De hac quæstione peculiari libello disputavit Orsi : breviter autem, dilucide et docte locutus est in Dissertatione* E *doctorali Ven. Vir Theodorus Lamy, in Univ. Lovan. professor* (7).

e *Vide quæ de hoc episcoporum judicio diximus num.* 11 *Comm. prævii. Forsan indicatur hic exploratio doctrinæ ab episcopis Osrhoenis, Nestorianismo infensissimis, post mortem Nonni peracta.*

f *Ezechielis caput primum, argumentum sane difficillimum et obscurissimum.*

g *Ter reperitur initium hujus carminis in Assemanii Bibliotheca : in ipso nimirum breviario vitæ, in excerptis Georgii, et in catalogo operum metricorum, numero primo. Prima verba ubique eadem sunt, secundus versus variatur, ut conferenti patebit. En duos primos versus ex catalogo :*

Altissime qui insides currui inscrutabili
Da mihi verbum tuum ut annuntiem in terra, te [sine fine esse.

In cod. Nitriensi 5, *quem hic laudat Assemanius, notatur etiam :* Est autem hic sermo primus omnium sermonum Sancti Mar Jacobi. *Exstat etiam arabice* (8).

h Teschrin *primus est mensis october, secundus, november* (9) : *Romanorum autem mensibus omnino pares sunt, ita ut* 29 *Teschrin posterioris diei* 29 *novembris juliani respondeat.* F

i *Librum* XII *prophetarum intelligit.*

k 231 *tantum numeros habet Assemanius. Ultima homilia dicitur ea quam imperfectam reliquit de Maria et Golgotha : forsan ille sermo una est ex homiliis de Beata Virgine aut de Passione quæ numeris* 21, 22, 163, 164 *laudantur. P. P. Zingerle specimina carminum* S. Jacobi *edidit syriace et germanice* (10).

Impresso jam hoc commentario, audio in Univ. Lovaniensi parari Dissertationem, qua de S. Jacobo *plura innotescant. De ea in fine hujus tomi, si fieri potest, loquemur.*

(1) Bibl. Orient. tom. I, pag. 565. — (2) Ibid. pag. 540. — (3) Schola Syriaca, Œniponte 1866, pag. 43, 155 seqq. — (4) P. Benedetti, Antirrheticum secundum, pag. 30, col. 1, ad calcem Ephræmii Syriaci, tom. II. — (5) Renaudot, Liturgiæ, tom. I, pag. 250 et 251; Benedetti, loc. cit. pag. 29, col. 2; pag. 37 et seq.; Bibl. Orient. tom. II, pag. 201. — (6) Loc. cit. pag. 258 et seqq., et passim. — (7) Diss. de Syrorum fide, Lovanii 1859, pag. 9 et seqq. — (8) Bibl. Orient. tom. I, pag. 304. — (9) Vid. Ideler, Handbuch der Math. und techn. Chronologie, tom. I, pag. 430. — (10) Zeitschrift d. D. M. G. tom. XII, XIII, XIV et XV; Wenig, pag. 155.

DE

A D

DE SANCTO THEODORO

ABBATE ET CONFESSORE

VIENNÆ IN GALLIA

J. V. H.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sancti elogia in Martyrologiis; natales illustres; discipulatus et monachatus sub S. Cæsario Arelatensi; reditus in patriam et fundatio monasteriorum : solitudo operosa; obitus; sepultura.

CIRCA DLXXV. *S. Theodori nomen, varie scriptum, a Martyrologis celebratur;*

Sancti nostri nomen ad formam Martyrologii Romani Theodorum *scribimus. Passim tamen* Theuderius, *aut etiam* Theodarius, Theudericus *profertur* (1). *Certe Ado, Viennensis episcopus et Sancti biographus, constanter eum* Theuderium *appellat; quod quoque facit historiographus Ecclesiæ Viennensis, C. Charvet, ejusdem Ecclesiæ archidiaconus, qui anno* 1761 *hujus Ecclesiæ Historiam publici juris fecit* (2). *Itaque Martyrologium Romanum hac die Sanctum annuntiat his verbis* : Viennæ depositio Beati Theodori abbatis. *Eadem fere habet Ado, nisi quod addat memoriam ejus translationis :* In Gallia, Vienna civitate, depositio sancti ac beatissimi Theodarii abbatis et confessoris. Et translatio ipsius in loco, ubi dicitur Vallis Rupiana IV kalend. novembris. *Animadvertit Dominicus Giorgi in sua Adoniani Martyrologii editione, nomen hujus Sancti, omissum in Usuardo puro, in solo Adone reperiri, qui merito* S. Theodorum *abbatem Fastis Sanctorum adscribit, quem ipse lucubratione celebrarat. Hugo Menardus in Martyrologio suo Benedictino Adonem ad verbum exscribit, nisi quod dicat :* In loco Vallias Rupianæ. *Saussayus in Martyrologio Gallicano pro more suo ad* XXIX *octobris compendiose vitam enarrat. Idem*
C *tamen in supplemento* (3) *Sanctum ponit ad diem* XIX *octobris :* Viennæ S. Theuderi abbatis, qui monachus Lerinensis sub sancto Cæsario abbate, postea Arelatensi episcopo, sic disciplinæ cœlestis theoremata didicit, ut in normam vivam perfectæ pietatis et exemplar totius religionis tam opere quam sermone transierit : demumque plurimorum discipulorum informator, ad conspectum Domini evectus est peroptatum.

Lirinum Sanctus verisimiliter numquam incoluit;

2 *A pueritia, ut habet Vita edenda num.* 2, ad amorem vitæ æternæ anhelare piis studiis cœpit; *et adultior, relictis omnibus,* Lirinense cœnobium expetere cogitavit. *Utrum autem quod cogitavit, perfecerit, mihi valde dubium est. Nam Lerinum petens, Arelatem appulit, et ibidem a S. Cæsario exceptus, moram fecisse videtur tantum, ut Ordines, vulgo majores dictos, ab isto antistite receperit. Dein in* provinciam suæ nativitatis *remigraturus,* voluntatem suam sancto episcopo *(Cæsario)* aperuit, ab ipsoque benedictionem eundi et redeundi expostulans, grandi mœrore primo eum affecit. *Quod si* S. Theodorus *Lerinensis monachus fuisset, sive ante sive post susceptos sacros Ordines, voluntatem suam aperire debuisset Forojuliensi episcopo, utpote cui competebat jurisdictio in clericos Lerinenses. Etenim circa annum* 450 *(nam de vero tempore coactæ synodi disserere hic loci non vacat* (4)*) episcopi, præside Ravennio Arelatensi, statuerunt, quod sub Leontio Forojuliensi* (Frejus) *jam statutum fuerat,* ut clerici atque altaris ministri, a nullo, nisi ab ipso vel cui ipse injunxerit, ordinentur : chrisma nisi ab ipso speretur : neophyti si fuerint, ab eodem confirmentur : peregrini absque ipsius præcepto in communionem vel ad ministerium non admittantur. Monasterii vero omnis laica multitudo ad curam abbatis pertineat (5). *Episcopo itaque Forojuliensi aut saltem abbati Lerinensi aperienda erat* S. Theodoro *voluntas remeandi in patriam. Sed neuter in consilium vocatur : res tota inter SS. Cæsarium et* Theodorum *transigitur; quatenus Cæsarius fuerit vere magister fuerit* S. Theodori. *Nolim tamen dissimulare aliquas voces indicare, brevem fuisse Sancti nostri moram Arelate. Initio enim sanctus antistes consilium dedit num.* 3, F *ut* aliquantulum *iter* retardaret, *ut* maneret tantisper cum illo. *Sed credo, juvenem, contracta cum episcopo familiaritate, deinceps a Sancti consuetudine non potuisse divelli.*

sed S. Cæsarii discipulus,

3 *Nostram porro sententiam confirmant Acta S. Cæsarii ipsius. Nam quum jam monachus valetudinis causa Lerino Arelatem traductus fuisset, ibique etiam ad litteras addiscendas incumberet, innotuit S. Cæsarius S. Eonio episcopo, qui quum, ut narrat Cyprianus in Vita S. Cæsarii, lib.* I, *num.* 10 (6), cœpisset juvenem, non ut peregrinum sive extraneum, sed respectu attentiori intimis cordis oculis contemplari; mox ab abbate suo S. Porcario eum expetiit : rogante ergo beato viro Eonio episcopo, licet ab invito concessus fuit. *Itaque Eonius, episcopus Arelatensis, sibi liberum non reputabat, monachum Lirinensem a suo monasterio avellere, nisi quatenus Porcarius,*

(1) Cfr Sollerius, Martyrol. Usuardi ad diem XXIX Octobris. — (2) Hist. de la Sainte Eglise de Vienne, pag. 108. — (3) Pag. 1183. — (4) Diction. des Ordres Religieux, v° *Lerins,* tom. II, pag. 771. — (5) Labbe, tom. IV, Conc. col. 1024. — (6) Acta SS. tom. VI Aug. pag. 65.

abbas

A *abbas Lirinensis, consensum, licet invitus concessisset. Pari modo, si* S. Theodorus, *Lirinensis fuisset monachus, etiam suo abbati voluntatem remigrandi ad provinciam suæ nativitatis aperire debuisset. Cæterum non diffitebor monachatum* S. Theodori : *erat enim Arelate monasterium virorum in suburbano, quod et S. Cæsarius administravit abbas : et ita quidem* suscepit, *ait Cyprianus num.* 11 (1), vitam in suburbano cœnobio libens, quam etiam intra urbem quotidianis semper excolebat actibus. *Potuit igitur* S. Theodorus *in hoc monasterio (cujus hodie, ait Mabillonius,* nullum amplius exstat vestigium) *vitam monasticam profiteri et tamen adesse, etiam quotidie, S. Cæsario. Expungendum est igitur* S. Theodori *nomen ex Albo monachorum Lirinensium. Quod quidem jam præstitit Vincentius Barrali in sua Chronologia Sanctorum Insulæ Lerinensis, anno* 1613 *Lugduni edita.*

monasticam vitam professus,

4 *Cæterum verisimillimus nobis est monachatus* S. Theodori, *dummodo Arelate aut in ejus suburbano ponatur. Nam S. Cæsarius dum* Theodorum *ad Lirinense monasterium*
B *anhelantem, quodammodo intercepit, et ut aliquantisper apud se subsisteret petiit, id, crediderim, salvo ejus monasticæ vitæ consilio, præstare sategisse. Quum itaque in suburbio Arelatensi esset monasterium virorum, cujus ipse Cæsarius regimen ante episcopatum tenuerat, vix dubitari potest, quin sancto juveni* Theodoro *id genus vitæ proposuerit. Hac ratione scilicet monasticæ vitæ otium actuositate clericalis officii temperabatur. Dein Sanctus noster eo videtur consilio provinciam nativitatis suæ repetiisse, ut ibidem monasticos mores aut institueret aut propagaret. Quod certe vix sperare illi licebat, nisi ipse hujuscemodi vitam jam ante expertus fuisset. Quapropter omnimode censeo,* S. Theodorum *monachum induisse antequam in patriam remigravit suam. Nec dubitaverim, quin ad Lirinensem formam institutus fuerit a S. Cæsario; qui, ut habet ejus Vita lib* I, *num.* 11 (2), *licet clericus,* numquam tamen canonicam modulationem monachi, numquam instituta Lirinensium vel modicum subreliquit. *Juxta Lirinensem igitur normam*
C *institutus* S. Theodorus, *eamdem in monasteriis a se ædificatis servatam voluit, donec Benedictina lex introducta fuit.*

ad sacros Ordines promotus fuit,

5 *In ipso primo congressu* S. Theodori *cum S. Cæsario episcopo, actum fuit inter illos de clericali militia assumenda. Propterea episcopus dum num.* 3 *Vitæ dicit beato juveni* consilium cordis ejus, *id est ingrediendi monasterium, esse* corroborandum, *voluit tamen ut* maneret tantisper cum illo ecclesiastico ordini subditus ; *voluit itaque Sanctum clero adscribere. Quantam autem moram Arelate traxerit, definire non valemus ; sed diuturnam fuisse ex duobus existimo. Imprimis narratur eodem numero,* S. Theodorum substitisse secundum voluntatem B. Cæsarii, et die nocteque jejuniis, vigiliis et orationibus vocem animi sui Deo commisisse : *qua ex agendi ratione* non parvam lætitiam tam pontifici quam Deo contulit. *Ut autem antistiti Cæsario probaretur, mora certe diuturna fuit necessaria. Nam, ut legimus in Vila S. Cæsarii lib.* I, *num.* 43 (3), *ad Ordines non admittebat,* nisi *illos, qui* quatuor vicibus in ordine libros Veteris Testamenti legerit ante, quatuor Novi. *Certe qui tam severus erat exactor literaturæ sacræ clericorum suorum, non minus eorum mores ad omnes apices disciplinæ ecclesiasticæ exigebat. Quæ indagatio sat longum tempus requirit. Dein, quod præcipuum est, S. Cæsarius, ut habet Vita lib.* I, *num.* 43 (4), numquam in Ecclesia sua diaconem ordinavit ante trigesimum ætatis suæ annum. *Ex hoc aliquousque divinare licet ætatem* S. Theodori.

AUCTORE J. V. H.

ex quibus circumstantiis Chronotaxis aliquantulum ordinatur :

6 *Nam verisimilius patriam Viennensem non reliquit ante annum ætatis vigesimum quintum ; quia tunc primum ordinare secundum legem Romanam de bonis propriis potuit, ut habet Justinianus Instit. de Curatoribus* (I, 23) *dicens infra annos* 25 *constitutos* licet puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis esse, ut sua negotia tueri non possint, *quam dispositionem jam ante confirmaverat Ulpianus, ut videre est D. l.* 3 *de Tutelis* (XXVI, 1). *Verum quidem est legibus Burgundionum, sub quibus agebant Viennenses, tit.* LXXXVII (5) *sanciri, ne minor* ante XV ætatis annum nec libertare, E nec vendere nec donare liceat. *Sed* Theodorum *nostrum, annis jam viginti quinque factum, usu romano abiisse credimus ; alioquin non tam subito illum clero suo adscribere ambivisset, nec ipse, ut dicitur num.* 2 *Vitæ,* pecuniam non parvam, *ex censu patrimonii acquisitam, pauperibus distribuere potuisset. Quamvis porro* S. Theodorus post non longum tempus, *ut dicitur num.* 4 *Vitæ,* presbyteri dignitatem *assecutus fuerit, intervallum tamen unius saltem anni interponendum existimo ; quia, ut diximus supra, inter singulos ordines quater omnes libri Veteris et Novi Testamenti relegendi erant. Dein presbyter factus decennium facile impenderit. Nihilominus certum est, Sanctum nostrum Viennam commigrasse ante obitum S. Cæsarii, cujus voluntatem exquisivit, et cujus cum benedictione, ut habet Vita num.* 4, *ad patriam rediit : adeoque ante annum* 542, *S. Cæsario emortualem, Viennensis provinciæ incola fuit. Quod si ab hoc anno* 542 *usque ad annum* 575, *qui vulgo* S. Theodoro *emortualis assignatur, computamus, habemus annos omnino* 33, *a* F *quibus demetendi sunt anni duodecim, quibus in solitudine Viennensi, ut dicit Ado num.* 9, *vixit. Habemus igitur annos circiter viginti, quibus fundavit monasteria in provincia Viennensi. Itaque omnia recte procedunt, si dicamus,* S. Theodorum *septuagenarium obiisse ; ac proin initio sæculi* VI *aut exeunte sæculo* V *primam lucem aspexisse.*

Fundat in provincia Viennensi cellas

7 Veniens, *inquit biographus Ado num.* 5, S. Theuderius non longe ab urbe Viennensi, perquirere instanter coepit, ubinam cellulam habitationis suæ perficeret. *Dum* cellulam *audimus, non existimemus, sanctum voluisse solitariam vitam sectari. Varia est enim cellæ, adeoque et cellulæ significatio apud antiquos, ut erudite monstrat Edmundus Martene in Commentario in Regulam S. Benedicti* (6) : *ubi dicit, præter ordinariam significationem cubiculi monachorum, quod sin-*

(1) Acta SS. tom. VI, pag. 66. — (2) Ibid. pag. 65. — (3) Ibid. pag. 74. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) Lindenbrog, Codex legum antiquarum, pag. 300. — (6) Pag. 53.

AUCTORE J. V. H.

gulis assignatur, cellam etiam monasterium indicare ex verbis S. Benedicti, a S. Gregorio lib. II *cap.* 33 *relatis liquet* (1) : Manere extra cellam nullatenus possum : *et idem S. Gregorius lib.* I *epist.* 56 (2) : Oratorium B. Mariæ, quod nuper in cella fratrum ædificatum est, ubi Marinianus abbas præesse cognoscitur. *Non tacebot amen, cellam aliquando sumi pro minori monasterio, majori subjectum, ut constat ex can.* 44 *concilii Aquisgranensis anni* 817 (3) *quo* abbatibus licet habere cellas, in quibus aut monachi sint aut canonici, et abbas provideat, ne minus de monachis habitare permittat quam sex. *Enimvero cellas, a* S. Theodoro *fundatas, esse veri nominis monasteria, patet ex contextu Vitæ. Etenim num.* 5 *legimus Sanctum* domunculam *in honore S. Eusebii, Vercellensis episcopi,* Reliquiisque Sanctorum altari impositis, *justum monasterium construxisse. Eodem modo* S. Symphoriani basilicam *erexit, et* exornato loco monachos ibi servire Deo delegit. *Quæ igitur in Vita* S. Theodori *referuntur constructæ cellulæ, veris monasteriis sunt accensendæ.*

fit publicus pro populo ad Deum orator,

8 *Viginti et amplius annos fundandis monasteriis in patria Viennensi impenderat* S. Theodorus, *quando Viennam evocatus fuit ab urbis episcopo, ut orationibus suis universam quasi civitatem fulciret. Erat scilicet mos in Ecclesia Viennensi, ut aliquis presbyter intemeratæ virtutis constitueretur orator ad Deum pro universo populo, ut dicitur num.* 7 *Vitæ. Hanc legationem ante* S. Theodorum, *obierant S. Anianus, postmodum episcopus Aurelianensis* (4), *cujus Acta ad diem* XVII *novembris illustrabuntur, et S. Lannianus abbas, qui die* XIII *ejusdem mensis colitur. Quamvis omnes clerici, in sacris constituti, dum sacrificant aut preces liturgicas quotidianas fundunt, pro universo populo fideli misericordiam Dei implorant, semper in Ecclesia Dei fuerunt aliqui specialiter deputati, qui austeriori vita et continuatis precibus hac ad Deum legatione funguntur. Quamvis porro biographus dicat, Sanctum* contemplativæ vitæ solum deserviisse; *addit tamen,* populum, quod ad salutem pertinet, secreta sua *sancto viro* committere *potuisse. Quæ verba referre mihi videntur imaginem* presbyteri pœnitentiarii, *quamvis expressam ejus mentionem vix ante sæculum* XI *reperias* (5).

C

et presbyter pœnitentiarius,

9 *Nihilominus officium in latina Ecclesia erat institutum et perseveravit. Nam Sozomenus, lib.* VII *Hist. Eccl., cap.* 16, (6) *agens de abolitione presbyteri pœnitentiarii in Ecclesia Cpolitana, addit :* In occidentalibus Ecclesiis, ac præcipue in Romana studiose observatur, *nempe ut* ex presbyteris aliquis, qui vitæ integritate spectatissimus esset, et taciturnitate ac prudentia polleret, huic officio præficeretur. Nusquam, *ait Valesius in suis Annotationibus ad hunc locum,* quod quidem *sciam, hujus presbyteri fit mentio, nec in conciliis nec in canonibus,* nec in libris aut epistolis ecclesiasticorum scriptorum, qui in Occidente olim vixerunt, nec in Vitis episcoporum, aliisve antiquitatis monumentis. *Negat itaque Valesius officium presbyteri pœnitentiarii, qui de* D *eo nihil legit in antiquitatis monumentis : scilicet opponit argumentum negativum positivo ; quæ ratiocinatio, etiam vera, omnino imbellis est. Dicit enim, in Ecclesia Romana* episcopum solum pœnitentium curam gessisse. *Sed retorqueri potest quam optime : si quidem nusquam legitur in antiquitatis monumentis, presbyteros, saltem aliquos, delegatos fuisse ad excipiendas pœnitentium confessiones, eosque absolvendos a peccatis. Certe satis clare, meo judicio, istiusmodi delegatio commissa fuit* S. Theodoro ; cui populus, quod ad salutem pertinet, sua secreta committebat : *quod omnino pertinet ad confessionem secretam. Dein num.* 8 *sequenti legimus, Sanctum consuetum,* fenestram permodicam aperuisse, advenientibus monita dedisse. *Unde fiebat, ut qui* vulnere diaboli percussus *(quod est peccatum)* continuo medicatus sanusque recederet *et* mœstus de pondere peccatorum suorum, statim de misericordia Dei consolatus, securior et lætior rediret. *Quæ quidem sunt fructus ex sola fere confessione sacramentali decerpendi. Atque hinc existimo, in Ecclesia Viennensi* E consuetudinis fuisse, *ut presbyter pœnitentiarius constitueretur : inter quos recensendus est* S. Theodorus *noster.*

et tandem post duodennium obit :

10 Mansit, *ait biographus num.* 9, isdem sanctus vir duodennio in loco præelecto et sibi dulcissimo, *in quo et diem suum obiit. Signavimus supra num.* 6 *diem sancti emortualem ad annum Christi* 575 *ex auctoritate magis eruditorum, quam ex argumento aliquo, a chronologia desumpto. Certum est, S. Philippo, Viennensem sedem occupante, floruisse* S. Theodorum *et institutum fuisse publicum populi deprecatorem. Philippus autem, ut habent nostri ad diem* III *februarii* (7), *anno circiter* 578 *obiit, licet paulo infra dicant :* Quando decesserit Philippus nusquam legimus. *Scimus, ejus pontificatum inter annum* 567, *quo concilio Lugdunensi primus subscripsit* (8) *usque ad concilium Matisconense anni* 581, *quod, novembri mense coactum, Evantius, Philippi successor, ratum habuit* (9), *esse includendum. Propterea anceps omnino pendet annus emortualis Philippi episcopi; unde factum quoque est, ut aliqui* F *dixerint* S. Theodorum *nostrum superstitem vixisse episcopo suo Philippo* (10) : *dum alii eumdem præmortuum volunt ; nam quod num.* 10 *Vitæ, legimus,* sanctum pontificem definivisse, *ut* S. Theodori *corpus* ad monasterium suum deportaretur. *Quoniam vero Ado biographus de nullo alio episcopo loquitur, quam de Philippo, rectæ interpretationis regula præscribit, ut Philippum intelligamus latorem decreti.*

et in monasterio S. Mariæ sepelitur.

11 *Licet igitur dicatur vita functus S. Philippus anno* 580, *nihil est, quo eruditorum mutemus sententiam, opinantium* S. Theodori *annum emortualem esse* 575. *Sed alia quæstio est breviter indicanda : videlicet quo loco sanctus vir decesserit. Dominicus Giorgi in accurata editione Martyrologii Adonis hæc habet sub die* 29 *octobris :* In eodem S. Mariæ

(1) Migne, Patrol. tom. LXVI, col. 294. — (2) Ibid. tom. LXXVII, col. 517. — (3) Labbe, tom. VII, conc. col. 1510. — (4) Charvet, Hist. de l'Egl. de Vienne, pag. 55 et 108. — (5) Thomassin. De antiq. et nov. Eccl. Discipl. part. I, lib. II, cap. 10. — (6) Migne, Patrol. Græc. tom. LXVII, col. 1459. — (7) Acta SS. tom. I Febr. pag. 365. — (8) Labbe, tom. V Conc. col. 847. — (9) Ibid. col. 971. — (10) Charvet. Hist. de l'Egl. de Vienne, pag. 109.

monasterio

A monasterio c. A. D. 575 die XXIX octobris decessit, ibique sepultus est, ac monasterium illud, ex ejus nomine, vernacule Saint-Chef dictum fuit. Hæc Mabillonius Annal. Bened., lib IV § XLIV. *Idem fere dicit Alban. Butler ad* XXIX *octobris, nempe Sanctum primo in basilica S. Laurentii nactum sepulcrum, dein ad suum delatum fuisse monasterium. Sed accuratius loquitur Mabillonius loc. cit. Nam dicit, Sanctum exegisse* reliquum vitæ *ad basilicam S. Laurentii,* et post mortem ejus corpus sepultum fuisse in prædicto S. Mariæ monasterio, *de quo paulo supra egerat. Translationem autem* S. Theodori *conjunxisse credo Adonem, quia utraque celebritas una eademque die peracta fuit, ut satis monstrat ejus Vita num.* 10 *et seq. Scribit itaque Ado in suo Martyrologio sub die* XXIX *octobris:* In Gallia, Vienna civitate, depositio sancti ac beatissimi Theodarii, abbatis et confessoris, et translatio ipsius in loco, ubi dicitur Vallis Rupiana IV kal. novembris.

B

§ II. Sancti sepultura in suo oratorio, memoria ejus sepulcri paulatim obliteratur; brevis historia monasterii Theuderiani et S. Theobaldi, archiepiscopi Viennensis.

Sanctus in oratorio, a se constructo, sepelitur:

C *Dum hæc scripta essent, opportuno tempore et benevolentia R. D. Auvergne canonici et secretarii diœcesis Gratianopolitanæ, sub qua hodie civitas et ager Viennensis continentur, opusculum de rebus gestis* S. Theodori, *parvum quidem mole, sed accurata eruditione pretiosum, a R. D. Varnet parocho conscriptum accepimus; in quo varia nobis obscura et ambigua dilucidantur* (1). *Habemus imprimis, Sanctum sepulturam nactum fuisse in ipso oratorio, a se constructo, quod usque ad finem sæculi proxime præterlapsi perstitit. Absidem suam habebat pro more versus Orientem; nam majoris ecclesiæ axis a meridie ad septemtrionem directa est, unde* S. Theodori *oratorium ad dexteram ecclesiæ situm erat* (2). *Majorem hanc ecclesiam ædificare cœpit S. Theobaldus, Viennensis archiepiscopus eamdem perfecit Leodegarius, ejus post Burchardum successor* (3). *De S. Theobaldo ad* XXI *maji* (4) *egit Henschenius noster; sed contra morem suum admodum jejune, nec satis observatis notis chronologicis: qui defectus magna ex parte proveniunt ex eo, quod non alios, dum syllogen suam texuit, habuerit duces quam scriptores recentiores et, ut ipse fatetur,* neotericos. *Accuratius gesta S. Theobaldi, licet et ipse dicat haurienda ex diplomatibus* (5), *enumeravit archidiaconus Charvet et inter annum fere* 970 *et* 1000 *episcopatum concludit* (6). *Sanctus antistes ultimus fuit inter archiepiscopos Viennenses, qui publicum in Ecclesia cultum obtinuit* (7). *Quamvis igitur Leodegario tribuatur Sancti titulus* (8), *nullo tamen ritu liturgico celebratus fuit: imo laudatus archidiaconus Charvet expresse dicit, Leodegario tantam non adfuisse gratiam ut Sanctus in Ecclesia haberetur, eumdem tamen habuisse omnes virtutes necessarias, ut splendorem Ecclesiæ suæ conservaret* (9).

AUCTORE J. V. H.

13 *Quievit autem corpus* S. Theodori *in oratorio a se constructo; nec alio translatum videtur: nam translatio, de qua Ado in suo Martyrologio loquitur, alia non est, ut jam diximus, quam deportatio ex urbe Viennensi ad monasterium S. Mariæ. Ad ejus autem tumulum, teste Adone in Vita num.* 11, *etiam nono sæculo, varia fiebant miracula: ac posteriori tempore memoratur Sancti caput: sed lapsu annorum omnino evanuere Sancti Reliquiæ, quin reperta hactenus documenta nobis indicent quando et qua occasione thesaurus iste disparuerit* (10). *Scriptor Notitiæ de* S. Theuderio *seu* Theodoro *fatetur, non omnem omnino spem esse ablatam inventionis sacri corporis, quin et prudentiam simul et sagacitatem in perscrutando ruinas commendat quam maxime. Interea tamen neutiquam violationis sacri corporis arguendi sunt sectarii sæculi* XVI, *qui dicuntur quidem spoliasse tum ecclesiam tum monasterium, imo et voluisse utrumque incendere; sed altum est silentium de destructione sacrarum Reliquiarum, non omittenda certe ab iis, qui de populatione sacræ ædis scripserunt. Verisimile itaque est paulatim deferbuisse pietatem, ac tandem obliteratam fuisse memoriam loci, ubi* S. Theodorus *jacuit, imo et hactenus jacet.*

sed lapsu temporis memoria ejus sepulcri obliteratur,

14 *Neque mirandum, memoriam sepulturæ aliquando intercidere: frequenter id accidit sive ex vecordia hominum sive ex repetitis bellorum, invasionum et quorumcumque tumultuum motibus. Ideo apud hagiologos legimus festa instituta ob inventionem corporis alicujus Sancti. Enimvero ut inter multa pauca seligam, S. Eutropius, qui primus Santonensem* (Saintes) *Ecclesiam rexit, per aliquot sæcula in hypogeo suæ ecclesiæ delituit ab omnibus ignoratus, donec die* XIX *maji* 1843, *dum instauraretur dictum hypogeum, repertus fuit in meditullio tumulus cum sola inscriptione:* EUTROPIUS: *et inventione accurate severeque indagata, tandem* VI *septembris* 1845 *Clemens Villecourt, tunc Rupellensis episcopus, post eminentissimus S. R. E. cardinalis (qui omnium bonorum luctu mense januario currentis anni diem suum obiit), declaravit,* sepulcrum inventum in ecclesia inferiori Sancti Eutropii Xantonensis... esse reipsa tumulum primi episcopi et Martyris Xantoniæ et ossa adulti, quæ continebat, esse certissime ossa ejusdem Sancti Eutropii (11). *Scimus etiam, quanta celebritate et pietate colatur per orbem universum, sed præsertim in Umbria memoria S. Francisci, Assisiatis FF. Minorum fundatoris: in ejus honorem erecta fuit Assisii magnificentissima basilica, absolutissimis omnium artium operibus adornata: licet autem extra dubium positum sit, Sancti corpus*

quod etiam cum aliis sanctis

E

F

(1) Saint Theudère, fondateur et patron de Saint-Chef. — (2) Ibid. pag. 39. — (3) Ibid. pag. 57. — (4) Acta SS. tom. V Maji, pag. 47. — (5) Charvet, Hist. de l'Egl. de Vienne, pag. 260. — (6) Ibid. loc. cit. et pag. 271. — (7) Ibid. pag. 271. — (8) Saint Theudère, pag. 57. — (9) Hist. de l'Egl. de Vienne, pag. 296. — (10) Saint Theudère, pag. 48. — (11) Recueil des procédures faites pour la reconnaissance des Reliques de Saint Eutrope, pag. 73.

intra

AUCTORE J. V. H.

intra basilicam conditum fuisse; tamen incertus erat sepulcri locus, quando anno 1768 *Acta S. Francisci scribebant nostri majores. Etenim paginis* 64 *examinarunt accuratissime statum corporis sancti patriarchæ, quod aliqui incorruptum et erectum defendebant, dum alii in sepulcro jacentem, suis carnibus spoliatum exhibebant : ex quæ controversia sponte sua nascebatur, quod incertus esset locus sepulturæ* (1). *Tandem anno* 1818, *annuente Pio papa VII, post labores nocturnos quinquaginta duorum dierum inventum fuit cadaver S. Francisci* (2). *Quam inventionem probavit Pontifex per breve datum* v *septembris* 1820 *declarando* constare de identitate corporis, nuper sub ara maxima inferioris basilicæ Assisiensis inventi ; illudque revera corpus esse S. Francisci, Ordinis Minorum fundatoris.

etiam celebrioribus contigit.

15 *Celeber quoque est ab antiquo cultus S. Huberti, Leodiensis episcopi, cujus corpus anno* 825 *in Andaginense monasterium, quod deinceps a S. Huberto nuncupatum fuit, per Walcandum, Leodiensem episcopum, fuit translatum* (3), *ut refertur in Antiquitate Ec-*
B *clesiæ Andaginensi. Deinceps magnus fuit concursus, ut ibidem narratur, quia* circumquaque desæviebat furor divinæ animadversionis et ejusque furoris pondus maxime incumbebat viciniæ B. Huberti (4). *Deinceps concurrentis populi frequentia intermissa non videtur. Ast anno* 1568 *Remaclus a Marchia, loci abbas, prænonitus, monasterium suum jamjam exurendum et monachos diris suppliciis torquendos, sub medio octobri, intempesta nocte, seu, ut narratur,* inter officii nocturni synaxim primum sacra lipsana B. Huberti, ante chori fores in navi basilicæ exposita, una cum SS. Beregisi Confessoris, Hostiæ, Gratæ et Areapitæ Virginum corporibus, loco secretiori recondit (5). *Videntur plerique monachi ignorasse locum, ubi sacræ Reliquiæ occultatæ fuerunt; nam officio nocturno persoluto, abbas illis solum indicavit* imminens periculum, *fugamque citissimam imperavit. Exinde vero usque ad hodiernum diem delitescunt S. Huberti pignora. Quid igitur miri,* S. Theuderii *corpus ex simili causa disparuisse; quin propterea ambigendum non sit, inter ædem sa-*
C *cram hactenus servatum fuisse.*

Historia monasterii

16 *Cæterum operæ pretium fuerit, paucis recensere, quæ fuerit variis sæculis fortuna monasterii, in quo sepulturam suam adeptus fuit* S. Theodorus. *Quæ enim vicissitudine temporum interciderunt instituta, utiliter litteris consignantur. In Vita infra edenda, num.* 6, *legimus :* Annuente Viennensi episcopo, constructa est basilica celeri opere in veneratione Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, atque de facultatibus tam parentum quam propinquorum suorum monasteriolum dotatum et monachi juxta Regulam Sanctorum Patrum sunt instituti. *Monasterium istud S. Mariæ dein a* S. Theodoro *seu* Theuderio *nomen suum derivavit : vulgo autem* Saint-Chef (Sanctum-Caput) *appellatur. Aliqui volunt, vocabulum* Saint-Chef, *a* Theodoro *seu* Theuderio *deductum; quatenus initio nomen* Thiers, *ad* Cher *et tandem ad* Chef *fuerit devolutum. Sed mea sentententia est violenta istiusmodi deductio; raro enim consonantes litteræ, nisi cum affinibus, commutantur : hic forma* T *in* C *initio*, R *in* F *in fine, quamvis nulla inter has consonantes sit affinitas, traducitur. Probatiorem hujus nominis rationem dat P. Antonius Touron, Ordinis Prædicatorum in sua Historia Virorum illustrium Ordinis Dominicani* (6); *in qua docet, Hugonem, primum Cardinalem sui Ordinis et auctorem Concordantiæ Bibliorum* (7), *vocatum fuisse Hugonem a S. Theodoro aut S. Charo, quia ibidem primam lucem adspexerat, quod etiam a Ciaconio confirmatum habetur* (8). *Addit laudatus Touron nomen* Saint-Chef *provenire ex eo quod caput* S. Theodori *servaretur ac in honore haberetur in ecclesia monasterii* (9). *Hanc etiam opinionem recens scriptor Notitiæ de* S. Theodoro *tuetur, qui dat rationem hujus nominis, quod fideles soliti essent recurrere ad* SS. Theodorum *et Theobaldum, quorum capita pretiosis hermis inclusa, publicæ venerationi prostabant; dicebant igitur vulgari sermone : Adeamus Sanctum Caput :* Allons au Saint-Chef (10). *Ac hoc modo utrumque nomen confusum fuit, quin propterea alterum ab altero derivandum sit.* D E

summatim adumbratur;

17 *Sæculo nono, S. Adone scribente, videntur monachi Theuderiani adhucdum disciplinæ regulari aliquatenus adhæsisse; quandoquidem in Prologo Vitæ* S. Theodori *profitetur, ideo se illam scripsisse, ut eos* ejus exemplis ad amorem vitæ æternæ amplius invitaret; *ac in fine vero eosdem hortatur, ut si* patronum *ipsum apud Deum* habere desiderant, vitam ejus *imitentur. Nisi enim monachos ad omnem perfectionem vitæ christianæ incensurum se sperasset, profecto tali hortatione non fuisset usus. Nihilominus monachi Theuderiani ita a regulari norma brevi deflexerant, ut intra paucos annos ad omnimodam desolationem devenerint. Hæc enim scribit Barnoinus, Viennensis archiepiscopus, qui circa annum* 890 *pontificatum tenuit :* Quoddam cœnobiolum Ecclesiæ nostræ, sub honore Sanctæ Dei Genitricis Sanctique Tenderii confessoris Deo dicatum, videntes ob hujus sæculi varios fluctus ad vastitatem usque F deduci : *quapropter* ob amorem Dei sanctæque Dei Ecclesiæ nobis commissæ honorem, animæque nostræ emolumentum, monachos ibidem ex Dervensi monasterio ad Deo serviendum et sub S. Benedicti Patris Regulæ norma militandum, ac eumdem locum reædificandum et restaurandum ponere et collocare delegimus. *Proinde dat Dervensibus monachis quidquid olim pertinebat ad monasterium Theuderianum, simulque iisdem concedit et confirmat quod aliquando in futuro fideles donabunt.*

in quod monachi Dervenses saeculo IX

18 *Diploma Barnoini signatum fuit* VI non. decembris, anno IV vocato atque electo Ludovico rege a principibus et magnatibus terræ (11). *Iste Ludovicus, dictus Cæcus, post patrem suum Bosonem, anno verisimiliter* 887 *defunctum, rex fuit Provinciæ, quæ etiam Viennensem provinciam complectebatur : an-*

(1) Acta SS. tom. II Octob. pag. 919-985. Et de Invento corpore divi Francisci, pag. 35, Romæ 1819. — (2) De Invent. Corp. pag. 32. — (3) Reiffenberg, Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur, de Hainaut et Luxembourg, tom. VIII, pag. 17. — (4) Ibid. pag. 19. — (5) Ibid. pag. 26. — (6) Touron, Hist. des hommes illust. de l'Ord. de S. Dominique, tom. I, pag. 201. — (7) Ibid. pag. 222. — (8) Vitæ Pontif. tom. I, col. 696. — (9) Hist. des hommes illustres, tom. I, pag. 201. — (10) Saint Theudère, pag. 50. — (11) D'Achery, Spicil. tom. III, pag. 361 et seq. Edit. Paris 1723.

nus

A *nus autem ejus vocationis et electionis cum anno Christi* 890 *concurrit* (1). *Constitutionem Barnoini confirmavit Formosus papa, qui ab anno* 891 *ad* 896 *sedem apostolicam tenuit. Iste itaque datis litteris* VII kal. decembris... imperante Domno piissimo PP. Augusto Vidone, a Deo coronato magno imperatore, *seu anno vulgari* 891 (2). *Ad hunc igitur annum referendæ sunt litteræ apostolicæ, quibus Papa scribit* : Audientes vos *(monachos Dervenses)* de Trecassino comitatu ex monasterio Dervo a facie paganorum elapsos, et quod ab eodem venerabili archiepiscopo misericorditer suscepti estis, inclinati vestris precibus, per hujus apostolicæ nostræ auctoritatis privilegium vos inibi firmiter et quiete Deo militare confirmamus, *etc. Confirmat dein, quæ archiepiscopus jam decrevit, adjicitque liberam futuram electionem abbatum, quin* præfatus episcopus, nec quisquam successorum

* typho illius aliquo typo * et fastu superbiæ, aut avaritiæ et cupiditatis et iracundiæ alium abbatem aliquo tempore et aliquo modo ipsi congregationi imponere præsumat, nisi quem ipsi mo-

B nachi libera electione et devotione secundum Regulam S. Benedicti sibi elegerint.

consentiente Barnoino archiepiscopo, introducuntur :

19 *Quod vero Dervenses monachi in provinciam Viennensem appulerint, et ex concessione Barnoini monasterium Theuderianum occuparint, in causa fuere frequentes incursiones et vastationes Normannorum qui* VIII *et* IX *sæculo maximam partem Galliæ ingenti strage affecerunt. Partem tamen Galliæ, quæ ad orientem versus meridiem jacet, immunem reliquerunt, ac eo frequentes confugerunt monachi expulsi et spoliati. Mabillonius tomo* III, *suorum Annalium in Indice indigitat*, v° Nortmanni, *quamvis non omnia, multa monasteria destructa fuisse : verum nullum indicat in sinistra ripa Rhodani, ad quam tractus Viennensis reperitur. Huc igitur Dervenses monachi, quemadmodum alii aliorum monasteriorum inferioris Galliæ, confugerant. In Actis S. Bercharii ad diem* XVI *octobris varii casus cœnobii Dervensis descripti fuerunt* (3); *ac etiam iter Burgundicum, quod Dervenses,* sumptis secum ossibus Beati Bercharii *susceperunt, et verisimiliter*

C *in ruinoso monasterio Theuderiano hospitati sunt. Postquam autem majoris tranquillitatis spes affulsisset in Gallia, abbas Dervensis eum suis ad propria rediit, relicta tamen colonia monachorum, quæ Theuderianum monasterium, ut supra dictum est, instauraret et ad Regulam S. Benedicti reformaret.*

circa annum 950 ecclesiam ædificare cœpit S. Theobuldus,

20 *Sæculo dein decimo jam medio S. Theobaldus, archiepiscopus Viennensis, qui suam quoque ecclesiam cathedralem instaurare cœperat, ædem etiam sacram monasterii Theuderiani, qualis hodie exstat, reædificare cœpit et perficiendam reliquit successori suo, post Burcardum, Leodegario. Censetur basilica Theuderiana inter monumenta sacra, quæ publici ærarii sumptibus reparantur* (4). *De S. Theobaldo jam aliqua attigimus supra num.* 12, *ac diximus, Godefridum Hensche-*

nium nostrum paucula, quæ habet, ex Neotericis hausisse (5). *Ideo hic loci aliqua supplebimus, quæ res gestas sancti antistitis, ex fontibus antiquis et sinceris desumptas, illustriores reddunt. Imprimis Henschenius recte corrigit Saussayum, in Supplemento ad Martyrologium Gallicanum sub die* I *julii dicentem, S. Theobaldum floruisse* sub S. Leone papa IX et Henrico Primo, Francorum rege. *Utrumque enim medio sæculo undecimo gubernacula Ecclesiæ et regni tenuisse constat. E contrario S. Theobaldus medio sæculo decimo Viennensem sedem occupavit. Nam habetur carta anni* 970, *qua Sarilio quidam cum ejus uxore Irmengarde et filio Girberto* sacrosanctæ Dei Ecclesiæ, quæ est constructa infra mœnia, dicata in nomine Domini Salvatoris, sub patrocinio S. Mauritii Martyris Christi, ubi domnus Theutbaldus una cum clero sibi submisso præesse dinoscitur, *dant prædia* in agro Casiacensi *(Chessieu)* in villa, quæ nuncupatur Ambalenis *(Ambalans) : ita tamen ut penes donatores remaneat ususfructus sub onere duorum cadorum vini : volunt nihilominus, ut Otmarus, præpositus statim habeat par-* E *tem vineæ, ab Andrea excultæ, quæ, mortuo præposito, ad Ecclesiam Viennensem pertinebit* (6).

AUCTORE J. V. H.

archiepiscopus Viennensis, cujus gesta

21 *Anno* 972 *Conradus rex, qui Viennæ imperabat, dedit S. Theobaldo litteras, quibus confirmat donationes, olim a regibus Lothario, Carolo et Ludovico factas Adoni, Regemfrido et Alexandro episcopis. Eodem fere anno Archericus, diaconus Ecclesiæ Viennensis,* quæ, *ait,* est insignita capite Beati Mauritii et innumerabilium Martyrum et Confessorum pignoribus, *dat varia prædia ea lege,* ut ad victum fratrum sub pollice S. Mauritii Christo militantium (7) *inserviant. Isto igitur sæculo, quod vulgo Ferreum vocatur, fiebant fundationes, sed imperitia eorum, qui cartas donationis scribebant et malitia quoque posteroorum, sæpissime evacuabantur. Qua de re conqueritur Gerbertus, tunc quidem abbas Bobiensis, postmodum archiepiscopus Ravennatensis et Rhemensis ac tandem summus pontifex sub nomine Sylvestri II : etenim in epistola* II *ad Ottonem imperatorem dicit* (8), monachos suos attenuari fame, premi nuditate, nec spem me- F liorem affulgere, quia quibusdam codicibus, quos libellos vocant, totum sanctuarium Domini venundatum est. *Gerbertus, vita functus anno* 1003 *magnam partem sæculi decimi occupavit, et miserarium istius temporis plane conscius fuit, præsertim quum per multiplices gradus ad apicem apostolatus ascendit.*

breviter enarrantur : ædificat cathedralem;

22 *Wolferius archiepiscopus sæc.* IX, *quem Viennenses in suis Tabulis Sanctum dicunt* (9); *nostri autem ad diem* XVI *martii inter prætermissos relegant* (10), *ecclesiam cathedralem, bellorum incommodis et ærumnis longo tempore prostratam, instauraverat* (11); *sed notis dein calamitatibus ingruentibus, denuo desolata jacebat. Igitur S. Theobaldus consilium novi ædificii molitus est. Quamvis autem tantis abundaret divitiis, ut ingens opus et incipere et perficere valeret ipse solus, vo-*

(1) L'art de vérifier les dates, pag. 661. — (2) Ibid. pag. 434. — (3) Acta SS. tom. VII Octob. pag. 1020. Cfr Bouillevaux, Les Moines du Der. pag. 91 et seqq. — (4) Saint Theudère, pag. 73. — (5) Acta SS. tom. V Maji, pag. 47. — (6) Charvet, Hist. de l'Egl. de Vienne, pag. 260. — (7) Charvet, pag. 263. — (8) Migne, Patrol. tom. CXXXIX, col. 201. — (9) Charvet, pag. 155. — (10) Acta SS. tom. II, mart. pag. 436. — (11) Ibid. loc. cit.

luit

AUCTORE J. V. H.

luit tamen fideles suos magnifico consilio associare. Quapropter indulgentiam peccatorum concessit omnibus, qui aliquid ædificationi ecclesiæ conferrent; eamdem quoque indulgentiam pro suis diœcesanis publicarunt, archiepiscopus Lugdunensis et episcopus Valentinus. P. Daniel in sua Historia Franciæ ad regnum Philippi I sub anno 1095 (1), *existimat concilium Claromontanum dedisse primum exemplum commutationis operum piorum, adeoque iter Hierosolymitanum supplevisse pœnitentias, cæterum debitas. Ast hic jam occurrit indulgentia toto sæculo antiquior* (2). *Jam diximus supra, S. Theobaldum opus quidem incepisse et magna ex parte continuasse; ast ejus post Burchardum successor Leodegarius istud perfecit* (3) : *ita tamen ut sex deinde sæculis allaboratum fuerit, donec ædes sacra, qualis hodie conspicitur, omnibus suis ornamentis fulgeret* (4).

capitulum regulare instituit in oppido Romanensi

23 *S. Theobaldus instituit quoque capitulum regulare in monasterio Romanensi, oppido scilicet hodiernæ diœcesis Valentinæ* (départ. de la Drôme). *Institutio ista facta est in concilio* B *Ansano circa annum* 994; *cujus synodi acta servarunt nobis Edm. Martene et Ursin. Durand in suo Thesauro Anecdotorum. Tunc quidem mullorum animos occupabat timor advenientis extremi judicii, quasi anno* 1000 *mundus acciperet finem. Theobaldus, qui ibidem vocatur Theutbaldus*, (residentibus, *inquit*, me et coepiscopis nostris quodam loco in episcopio Lugdunensi, in synodali conventu anno dominicæ Incarnationis DCCCCXCIIII,) *concessit ut in ecclesiæ Romanensis sede canonici locarentur : quapropter* ferulam more prædecessorum suorum illis contulit. *Initio autem hujus privilegii dixit*, mundi appropinquare terminum, Ecclesiam jamjamque quasi confectam senio : *nihilominus addit, ecclesiam* a status *sui rectitudine paulatim non omnino in se, sed quorumdam improbis filiorum suorum moribus deflexisse* (5). *Hærebat scilicet timor in omnium mentibus finis hujus mundi. Privilegio subscripserunt præter plures abbates et canonicos, episcopi Theobaldus Viennensis et dein Burchardus Lugdunensis, Amiso Tarentasiensis, Gualterius Augustodunensis, Lam-* C *bertus Cabilonensis, Leutbaldus Matiscensis, Humbertus Gratianopolitanus, Guigo Valentinensis, Ebrardus Maurianensis, Anselmus Augustensis et Aribaldus Uticensis* (6).

multa a fidelibus recipit;

24 *Institutionibus sancti antistites concurrebant fideles, qui sua largitate damna Ecclesiarum resarciebant. Berillo et uxor ejus Erdegardis donant Ecclesiæ Viennensi ejusque archiepiscopo Theobaldo hortos, pomaria, vineas et terras, sita in loco Toisi, in agro Cassiacensi* (Chessieu) (7). *Adhemarus et Ermengardis mansum cum servo agricola contulerunt. Hic loci videtur Mansus significare ædificia et terras necessaria pro una familia servilis conditionis* (8). *Nobilis quoque, nomine Siebodus cum uxore sua Anna præter mansum in agro Matisclacensi, obtulerunt Sancto omnem supellectilem et annonam domesticam ac agrestem, insuper optimum equum, gladium, loricam, thoracem et ga-* D *leam* (9). *Pari modo S. Theobaldus anno* 998 *a Wigone et Fredeburge accepit pro Ecclesia sua, in qua* cœtus canonicorum die ac nocte horis competentibus in conspectu Omnipotentis Dei sacra fungunt officia *bona eorum sita* in agro Cassiacensi, in villa quæ nominatur Vernio (Vernie) (10). *Idem Sanctus commutationem fecit cum episcopo Valentino Humberto, anno* 998, *ita ut locus Basaicæ* (Besayes) *in comitatu Valentino cederetur Humberto, qui vicissim Ecclesiæ Viennensi relinquit quidquid possidebat* in agro Salmoracensi, in villa, quæ vocatur Faramanis (comté de Salmorenc à Famarants) (11).

quæ tamen sæpe diripiebantur;

25 *Sed dum hæc donabantur Ecclesiis, erant non pauci, qui nacti opportunitatem incerti principatus ac bellorum, bona Ecclesiarum diripiebant et dilapidabant. Gerbertus, Rhemensis archiepiscopus, postmodum summus pontifex Sylvester II cum episcopis suis provincialibus scribit ep.* 201 (12) ad Girbertum et pervasores, carnifices et tyrannos, *ut abstineant deinceps a cædibus et rapinis clericorum, monachorum et pauperum, alioquin* E *tamquam* inutile lignum ab agro Dei gladio Sancti Spiritus excidendi sunt. *Dum vero hujusmodi monitionibus et minis subscriberent episcopi provinciæ Rhemensis, erat inter illos Fulco Ambianensis, hujus nominis Primus, quem idem Gerbertus reprehendit epistola* 208 (13), *quasi et ipse bona Ecclesiæ invasisset : exponit,* illum annorum teneritudine et morum levitate pondus sacerdotale necdum ferre didicisse ; *propterea* monet *illum* errata corrigere..... ut horum recognitio multorum peccatorum possit esse abolitio. *Ex hisce videmus isto sæculo, quamvis multorum Sanctorum virtutibus illustrato, multa tamen fuisse scandala, quæ maxima ex parte proveniebant ex conditione temporum, dum omnia, præsertim res politicæ, incerta erant, nec princeps esset, qui cædes, rapinas, latrocinia et usurpationes compescere aut valeret aut vellet.*

tandem circa annum 1000 *sancte obit.*

26 *Scriptor Historiæ Viennensis tradit S. Theobaldum anno Christi* 1000 *diem suum obiisse, postquam pontificatum tenuisset annis quadraginta octo* (14); *unde consequens fit ut anno Christi* 952 *episcopatum acceperit.* F *Certe anno* 999 *a Rorgone et Theutberga* XVII *kal. octobris* (XV *septembris*) *accepit* villam quæ est in Valle aurea et dicitur Spinosa (Epinose en Valoire) (15). *Quoniam porro obitus ejus habetur* XXI *maji ad annum sequentem* 1000 *prorogandus est. Sepulturam nactus est primam in ecclesia sua cathedrali : nam in tabulis Viennensibus expressis verbis dicitur:* Sepultus est in ecclesia S. Mauritii et Machabæorum. *Sed postmodum ad monasterium Theuderianum avectum fuit corpus, saltem ex parte. Exstat enim ibidem inscriptio, lapidi insculpta, memoriæ Joannis de Sancto Genesio, qui hermam argenteum fieri curavit. Est sequentis tenoris :* ANNO D. M. CCC. LXII FECIT FIERI CAPUD BEATI THEOBALDI IN ECCLESIA PRÆSENTI FRATER JOANNES DE SANCTO GENESIO SACRISTA SANCTI THEUDERI : ITEM MAGNUM CALICEM

(1) Hist. de France, tom. III. pag. 421. Edit. 1735. — (2) Charvet, pag. 264. — (3) Ibid. pag 292. — (4) Charvet, pag. 265. — (5) Thes. Anecd. tom. IV, col. 77. Cfr Charvet, pag. 268. — (6) Ibid. loc. cit. — (7) Charvet, pag. 265. — (8) Ibid. loc. cit. — (9) Ibid. pag. 271. — (10) Ibid. pag. 270. — (11) Ibid. pag. 271. — (12) Migne, Patrol. tom. CXXXIX, col. 260. — (13) Ibid. col. 262. — (14) Charvet, pag. 271. — (15) Charvet, loc. cit.

A PONDERIS QUATUOR MARCIS ARGENTI : ITEM PLANTAVIT VINEAM JUXTA LOREPLAT* AD OPUS SACRISTI ; ITEM DEDIT VINEAM FASTE* CANTUERE* BEATA MARIE VIRGINIS : ITEM..... (1). *Frequentissimi olim fuere et hactenus sunt istiusmodi hermæ, et fidelium venerationi publicæ exponuntur : hinc locutio vulgaris, jam supra num.* 16 *explicata,* adeamus Sanctum-Caput, *quasi diceretur adeamus sacras Reliquias.*

* Replat
* Fayet
* Chantrerie

Monasterium Theuderianum multis privilegiis ditatur

27 *Hactenus dicta de S. Theobaldo sufficiunt, tamquam supplementum eorum, quæ ex neotericis retulit Godefr. Henschenius in ejus Actis ad diem* XXVI *maji. Nunc ad vicissitudines monasterii Theuderiani redimus. A tempore S. Theobaldi et Leodegarii cœnobium istud multum accrevit. Videbatur imprimis quasi ramus aliquis præcipuus Ordinis S. Benedicti, ex quo quasi palmites prodierunt multa cœnobia inferioris notæ : habebat enim plus quam duodecim prioratus sub abbate suo. Insuper multa habebat feuda : quapropter etiam in ordine civili tantam aliquando exercuit auctoritatem, ut tum delphinus Viennensis, tum dux Sabaudiæ, in bellis frequentibus*
B *ejus ambirent societatem et auxilium, et non raro tamquam pacis sequestres prodirent ejus abbates* (2). *Quod in tanta opulentia et auctoritate irrepserint in monasterium aliqui abusus facile concedam, imo dum agitaretur electio alicujus abbatis, etiam quorumdam ambitionem emersisse, vix est dubitandum ; nihilominus persuadere mihi non possum hos abusus in causa fuisse, ut abbatialis dignitas omnisque ejus juridictio in archiepiscopos Viennenses transferretur. Simon nempe d'Archiac, archiepiscopus Viennensis* XII *septembris* 1319 *et anno sequenti feria* IV *quatuor temporum* (XVIII *decembris) cardinalis creatus a Joanne Papa XXII, accepit abbatiam* S. Theodori, *perpetuo ab archiepiscopis Viennensibus possidendam. Quæ causa fuerit, ut locuples monasteriium sedi, cæterum opulentæ, uniretur non plane dicam. Etenim nuspiam aut Joannis papæ bullam aut ejus indicationem inveni. Extabat, ut docent nos Fabri et Berillot in Historia Delphinatus* (3), *ista bulla in Archivo archiepiscopali in Rotulo notato n°* 539. *Historicus Ecclesiæ Viennensis, quin ullam hujus sub-*
C *jectionis causam assignet, docet tamen bullam datam die* VI *septembris* 1320 (4) : *dum auctor Notitiæ de* S. Theodoro *dicit, transactioni locum dedisse* circa annum 1320 *dissensionem in electione abbatis, quæ, ait, radicitus extirpata fuit per conjunctionem perpetuam tituli abbatialis cum sede Viennensi.*

sæculo XVI mutatur in Collegium sæculare;

28 *Sed gravior immutatio accidit sæculo* XVI *dum monachi Theuderiani anno,* 1531 *intercessore Francisco I, Galliæ rege, a summo pontifice petierunt, ut soluti votis monasticis, canonici sæculares deinceps haberentur. Eorum petitionem ratam habuit pontifex et anno* 1536 *eorum ecclesiam erexit in collegiatam sub ea lege, ut canonici eligerentur, qui tam ex stirpe paterna quam materna essent ex antiqua nobilitate* (5). *Singulare est, historicum Viennensis Ecclesiæ omnino hujusmodi transformationem tacuisse. Sed non diu tranquillus fuit status novorum canonicorum. Etenim anno* 1562 *exarsit civile bellum, quo universa Gallia conflagravit. In Delphinatus provincia sub famoso ductore barone des Adrets sacra æque ac profana eversa fuere. Abolita fuit Religio catholica, ecclesiæ et monasteria destructa* (6). *Ecclesiæ Theuderianæ suppellex surrepta, imagines sanctorum contritæ, altaria funditus abrasa. Stabat interea reliquis ædificiis dejectis, ipsa ædes sacra hactenus intacta, quando Calvinianus quidam ecclesiæ verticem conscendit, ut laquear incenderet : sed subito lapsus, omnino collisus, ecclesiam sanguine respersit et lapidem maculis sanguinolentis, nulla ope, ut habent Benedictini in suo Itinere litt erario* (7), *extergendis infecit. Architectus Quenin dicit, lapides colore rubro maculatos effodi in lapidicina S. Hilarii : unde fieri potest ut istiusmodi lapis positus fuerit in memoriam sacrilegii* (8).

AUCTORE J. V. H.

ac tandem sæc. XVIII Viennam translatum, perit.

29 *Circa medium sæculum* XVIII *canonici Theuderiani, quibus gravis forsan erat incolatus in agresti oppidulo et qui ambiebant lucem urbis principis, anno* 1749 *incepere consilium agitare de translatione collegii sui in urbem Viennensem, aut etiam Lugdunensem. Causabantur scilicet aeris insalubritatem, inopiam medicorum, ignaviam quasi necessariam, utpote quibus deessent subsidia litteraria ad bonarum artium et scientiarum studia promovenda. Hisce motus Clemens XIV per bullam plumbatam tres monachos Benedictinos superstites Ecclesiæ S. Andreæ inferioris* (Saint-André-le-bas) *univit capitulo sæculari Theuderiano, quod ad S. Andreæ ecclesiam in urbe Viennensi transtulit. Sed, obsistentibus capitulo metropolitano, parochianis S. Andrea cum suo priore et multis nobilibus ac civibus, bulla primum effectum sortita est suum anno* 1774. *Tunc canonici Theuderiani ad novum domicilium asportaverunt omnem pretiosam supellectilem, imo majorem campanam bis mille librarum. Sed vix novam sedem constituerant, quum anno* 1779 *vi novæ bullæ, capitulum quod a S. Andreæ et S. Theuderio nomen assumpserat, unitur collegiatæ ecclesiæ S. Petri in eadem urbe Viennensi : etiam illic fue-* F *rant Benedictini, sed jam* 1612 *sæculo redditi. Sed duodennio vix transacto, cataclysmus ingruit, et omnia periere* (9). *Hodie superest ecclesia Theuderiana, quæ pecunia publica instauratur, et usui parochianorum inservit. Atque hæc sunt fata monasterii Theuderiani, quod auctor Notitiæ de* S. Theodoro *ampliori historia adornatum vellet* (10) : *et nos idem optamus, nec aptiorem chronographum novimus, quum qui eruditam Notitiam, qua plurimum usi sumus, conscripsit. Procedimus ad edendam Vitam* S. Theodori, *quam nobis S. Ado reliquit.*

(1) Saint Theudère, pag. 49. — (2) Ibid. pag. 57 et seq. — (3) Hist. de Dauphiné, tom. I, pag. 258. — (4) Charvet, pag. 454. — (5) Fabri. Hist. du Dauph. tom. I, pag. 258; Cfr Voyage litt. de deux Bénédictins, tom. I, pag. 252, male notata pag. 522. — (6) Charvet, pag. 557. — (7) Voyage littér. tom. I, pag. 522. — (8) Saint Theudère, pag. 61. — (9) Ibid. pag. 65 et seqq. — (10) Ibid. pag. 94.

EX MSS.

VITA

S. THEUDERII

ABBATIS VIENNÆ IN GALLIA

auctore Adone ejusdem urbis episcopo, ex editione Joannis Mabillon in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, sæc. I *collata cum ms.*
a *Bruxellensi sub num.* 8925 a.

CAPUT UNICUM.

Puer vitam monasticam cogitat, fit monachus et presbyter sub
B S. Cæsario ; redux in patriam, fundat monasteria varia ; in operosa reclusione vitam finit et sepelitur in monasterio a se fundato.

S. Theodorus, *b*

Adonis Viennensis episcopus *b*, fratribus, in cœnobio * S. Theuderii consistentibus, in domino Jesu Christo æternam salutem. Patris vestri * Vitam, id est, Beati Theuderii, idcirco vestræ sanctitati scriptis meis commendare disposui, ut vos suis exemplis ad amorem vitæ æternæ amplius invitarem. Cupio enim ejus imitatores et æmulatores vos existere ; cujus patrocinium Dei munere acquisivisse plurimum gaudeo. Hujus igitur viri primus ortus et vitæ processus taliter se habet.

adhuc puer vitam monasticam ambiens *c*

2 Hic beatus vir, provincia Viennensi ortus *c* parentibus secundum sæculi dignitatem clarus, facultatibus mundi honorabilis exstitit. Qui quum adhuc puer esset, ad amorem vitæ æternæ
C anhelare piis studiis cœpit : et quia parentibus claris ortus, pecuniam * non parvam *d* ex censu patrimonii acquisierat, ut perfectus Christi discipulus exsisteret, eam dare pauperibus, ut centuplum reciperet, et in futuro vitam æternam possideret, non distulit. Sarcina igitur temporali exoneratus ac sæculi veste ad plenum nudatus, ut perfectius Domino Deo serviret, Liirinense * cœnobium expetere cogitavit. Parentibus itaque derelictis, ac Deo se totum committens, sub hoc desiderio Arelatensem civitatem expetiit, ubi tunc sanctus Cæsarius pontifex habebatur, ut solatio pontificis jutus, per ipsum facilius iter ad Insulam monachorum capesseret. Sed summi Dei omnipotentis dispositione actum est, ut consiliis sanctis sancti pontificis aliquantulum ibi retardaretur*. Ferunt namque, quia primo quum se prospexissent, propriis vocabulis se salutaverunt*, atque omnipotentis Dei virtus pariter utrumque dono gratiæ ita inspiraverit, ut qui ante notitiam sui non habuerant, mox corpore se videntes, quod vere servi Dei essent, compellatione mutua foris ne-

* *B* cœnobiolo
* *B* nostri
* *B* speluncam
* *B* Viennense
* *B* retardaret
* *B* salutaverint

scientibus manifestarent. Vere * instar illius beatitudinis *e*, ubi erit plena cognitio veritatis, ubi unus integre et veraciter ab alio cognoscetur : quando non per speculum aut in ænigmate, sed facie ad faciem Deus videbitur, qui illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium *.

* *B* veræ
e
* I Cor. IV, 5 et XIII, 12.

3 Rescitis itaque B. Cæsarius desiderii sui ardoribus, congaudens, Deoque omnipotenti gratias referens, sic B. Theuderium alloquitur : O famule Dei, si verbis meis assensum dederis, erit Dominus tecum, et consilium cordis tui corroborabit. Maneto tantisper * nobiscum, ecclesiastico ordini subditus. Quod Dei munere tibi imposuerimus, humiliter sustine, ut, sicut Scriptura docet, cum mansuetudine et humilitate opera tua perfeceris, super omnem gloriam dirigaris. Cui B. Theuderius : Scio, pater beatissime, a Domino suis dictum : « Qui vos odit, me odit * ; et qui vos spernit, me spernit. » Idcirco tuis monitis, ut Domini jussionibus, parere non differam. Substitit itaque ibi B. Theuderius secundum voluntatem B. Cæsarii, et die nocteque jejuniis, vigiliis et orationibus vocem * animi sui Deo committens, non parvam lætitiam proferens sui tam pontifici, quam Deo * contulit.

a S. Cæsario Arelatensi excipitur,
* *B* aliquantisper
* *B* audit, me audit
* *B* votum

4 Convoluto * autem tempore, cogitans B. Cæsarius divinis eum amplius vincire ministeriis, illo diu reluctante et reclamante, diaconi officium * imposuit, ac sic ei non post longum tempus presbyteri dignitatem, cuncto clero et populo acclamante, largitur *f*. Quod officium ita S. Theuderius reverenter amplexus est, ut videret * eum meritis et gratia cæteros præeuntem, officio mirabilem *, humilitate etiam minoribus * se submittentem, cogitans illud Domini dictum : « Qui se humiliat, exaltabitur ; » et Scripturæ dicentis : * Quanto magnus es, humilia te in omnibus » *. Curriculo autem tempore evoluto, cogitavit vir Dei revisere provinciam nativitatis suæ et parentes suos consolari. Itaque voluntatem suam sancto episcopo aperiens, ab ipsoque benedictionem eundi et redeundi * expostulans, grandi mœrore primo eum affecit. Deinde sancti viri animo se non posse contraire * cernens, assensum, licet tristis, dedit : cumque benedictionibus discessit ab urbe Arelatensi *g*, prosecutus clero et populo flente, quod vir Dei ab eis recederet, tandem abire permisit.

* *B* clero
et ab eodem ad sacros Ordines promovetur :
* *B* evoluto
* *B add* ei
f
* *B* videres
* *B* venerabilem
* *B* muneribus
* Luc. XIV, 11
* Eccli. III, 20
* *B* revertendi
* *B* commutari
g

5 Veniens itaque S. Theuderius non longe ab urbe Viennensium, perquirere instanter cœpit, ubinam cellulam habitationis suæ perficeret. Ut igitur paululum articulum scribentis ad Viennensem urbem deflectam, Vienna urbs est Galliarum nobilissima, ad Occidentem et propter aquilonarem partem castris præeminentibus * munita, ut non facilis sit accessus ad mœnia civitatis. Castrum primum, ad meridiem vergens, Cappro * : cui vicinum est Eumenius, proxime Quiriacus : cui muro, per vallem protenso jungitur Propiciacus et Pompeiacus, centum diis apud cultores dæmonum quondam celebris *. Non longe quintum castrum adnectitur, cui nomen vetustas Suspoli dedit : ipsaque tota civitas a fluvio usque ad ipsum fluvium Rodanum protenso per colles usque ad planum muro cingitur, metropolis illustrissima et inter Galliarum urbes insignissima *h*. Quum igitur vir Dei locum sessionis suæ requireret, pervenit tandem ad locum, suæ solitudini aptum, non minus * procul ab urbe : ibique in honorem

in patriam redux, varia
* *B* prominentibus
* *B* Crappo
* *B* insignis
h
* *B* nimis

rem * Domini nostri Jesu Christi sub veneratione S. Eusebii, Vercellensis episcopi et Martyris, domunculam ædificare cœpit. Contigit autem *, fundamentis jactis, ut collis propter eminens grandi prærupto scinderetur, ac ruinam loco prætenderet. Sed oratione viri Dei ab illo, qui suis dixit : « Si haberetis fidem tamquam granum sinapis, diceretis monti huic : Transi hinc in mare et transiret *, mirabile dictu! in parte alia nihil ædificationi nociturus subsedit. Exin ædificata domo, Reliquiisque sanctorum altari impositis *h*, iterum vir Dei circum ambulans juxta Jairam fluvium, ubi cellulam servorum Dei fundaret, secum in cordis secreto volvebat *. Arripitur propterea somno, moneturque per visum, ut super ipsam aquam B. Martyris Symphoriani basilicam construeret. Factumque est: ac exornato loco, monachos ibi servire Deo *i* elegit. Crescebat autem fama viri Dei, ac longe lateque spargebatur. Nec enim patiebatur Christus Deus noster lucernam sub modio celari.

6 Accurrentibus ergo plurimis ad notitiam viri Dei, frater ejus Arvus *, sed et propinqui alii visendi gratia inter cæteros quadam die advenerunt. Quos ille blande et paterne amplexatus, de spe vitæ æternæ et remuneratione Sanctorum eos* pie monebat. Inflammatus vero nimium et ardore Spiritus Sancti accensus, venit ad castrum nuncupatum. * Alarona *k* ibique monasterium monachorum instituere cupiens, oratorium B. Petri, Apostolorum principis construxit, ibique orationibus et vigiliis * Deo vacans per aliquod tempus resedit. Postmodum veniens ad vicum et villam parentum suorum, cui vocabulum Assicia *l*, ibi oratorium in honore * B. Mauritii Martyris parentes ejus construxerant, prosternens se in oratione, continuis diebus et noctibus rogabat Dei omnipotentis misericordiam, ut condignum locum servorum Dei habitationi ei demonstrare dignetur. * Quum autem * se sopori dedisset, visus est et Angelus Dei, qui et locum secretum in colle Rupiano * signavit, et ut ibi monasterium, quod ardebat, construere, * præmonuit. Erat tunc temporis hic locus, utpote silvestris, feris ac serpentibus plenus. * Evigilans vir Dei venit ad locum, sibi divinitus monstratum, ibique aliquantulum * Deo orationem fudit. Sed invidus omnis boni diabolus, ut sanctum virum Dei ab intentione cœpti operis retraheret, sicut per serpentem primis parentibus * venena suæ perfidiæ propinavit, iterum serpentem ingressus et ferarum iras movens, appetere retinuit *. Cujus versutias vir Dei prænoscens, armis orationum se muniens, intrepidus stetit, ac fraus diaboli victa evanescendo succubuit. Annuente itaque Viennensium episcopo, constructa est basilica celeri opere in veneratione sanctæ Dei genitricis Mariæ, atque de facultatibus tam parentum quam propinquorum suorum monasteriolum dotatum et monachi juxta Regulam Sanctorum Patrum sunt instituti.

7 Eodem tempore Philippus, venerabilis episcopus Viennensis *m* vicesimus primus habebatur. Consuetudinis erat in eadem urbe, unum, de pluribus electum, sanctioris vitæ in remoto infra urbem ponere, qui vota populi, contemplativæ vitæ solum deserviens, Deo familiarius allegaret. Pontifex itaque, quum ex diœcesi virum plenum virtutis requireret, cui et populus imperio ipsius quod ad salutem pertinet, secreta sua committeret, B. Theuderium, jam monachorum patrem exsistentem, se habere tantopere * gavisus est. Itaque eum accersiri jussit. Sciens vero beatus vir, quo tenore a pontifice quæreretur, gratiæ Deo se totum committens, præposito suo, Severiano nomine, curam monasterii sui superposuit, et exhortans atque valedicens fratribus, commendans illos Domino, cui spem suam commiserat, ad pontificem * perrexit. Quem isdem pontifex venerabiliter suscipiens, congregato clero omnique plebe, sanctum virum fratribus * de misericordia Dei Ecclesiæ filiis assignavit, ut oratione beati viri ipse lucrum de grege sibi commisso ad Dominum reportaret. Elegit itaque sibi vir beatus in monte Quirinali locum et basilicam B. Martyris Laurentii, ubi die noctuque orationi Deo vacaret *n*.

8 Quantæ autem districtionis, quantæque humilitatis hic vir fuerit, non facile quavis * lingua explicabitur. Lacrymis profusus, oratione cautus, corde totus in Domino fixus; de paucitate vero cibi et potus ac vilitate habitus, quod dignum exprimere possim, non video. Quando in cilicio recumbens*, noctes diesque sine cibo et potu continuaverit. Quia ergo populi undique ad eum confluebant, ipse sub secreto, quantum poterat, se occultans, fenestram permodicam aperiens, advenientibus monita dabat. Contulerat autem ei Christi gratia cordis sapientiam et oris gratiosam facundiam, ut sciret, quod singulis salubriter panderet *. Quis vulnere diaboli percussus ad eum venit, et non continuo medicatus sanusque recessit? Quis mœstus de pondere peccatorum suorum, non statim de misericordia Dei * consolatus, securior et lætior rediit? Quem sæculi pressura tristiorem reddiderat, ejus hortatu ad spem gaudii sempiterni animum illico erexit. Ut dictis Apostoli concludam totum: « Omnia omnibus factus est, ut faceret omnes salvos. » * Miraculis etiam Dominus servum suum, familiarius adhærentem, clarificavit, ita ut plures a malignis spiritibus vexati et variis languoribus detenti, ejus orationibus sanarentur.

9 Mansit autem isdem sanctus vir duodennio in loco præelecto et sibi dulcissimo: Deo semper ardentissima * contritione spiritus ac corporis totum se mactavit. Quum autem tempus suæ resolutionis instare cerneret, ferventius in alta mentis contemplationis perdurans, quasi vicinior januis cœlestis vitæ, oculum mentis ad alia deflectere ægre * ferebat. Intererat amore conditoris sui visioni, aderant desideriis ejus agmina cœlestium spirituum chori, Apostolorum multiplicia trophæa, Martyrum sanctorum in cœlis inenarrabilis * lætitia. Non sonus, * non cibus ullus præter Christum suavis. Inter tam felices et beatos labores, quum * aliquantulum vir Dei corpore languesceret, * plenus et consummatus piis operibus, migravit ad Dominum *. O virum beatum post tot labores gaudiis sanctorum spirituum in societate Sanctorum annumeratum, et * visione Domini sui, quem semper amavit æterne consolatum et feliciter lætificatum! Postquam obitus sancti viri civitati est nuntiatus, ivit* tota civitas in obsequium funeris; sacerdotes reliquusque clerus et populi innumera multitudo. Compositum ex more corpus in feretro cooperitur; quumque a circumstantibus presbyteris post officia reddita, ut ad sepulcrum ferretur sanctum feretrum fuisset apprehensum, moveri a loco non potuit, mirantibus et stupentibus omnibus, qui aderant, et sollicito quid facto opus sit, quærentibus.

AUCTORE S. ADONE.

* *B* honore

* *B add.* jam

* *B add.* necessarium

* Luc. XVII, 6

* *B add.* ire

h

* *B* fisus

* *B* volvit

n *reclusus tamquam Orator pro populo ad Deum*

i

* *B* cujusquam

monasteria fundat :

* *B* recubavit

* *B* Arvius

E

* *B* ejus

* *B* salubre responderet

* *B* nuncupante

k

* *B* jejuniis

* *B* Domini

l

* *B* veneration-nem

* I Cor. IX, 22

* *B* dignaretur

* *B* igitur

* *B* Rupiniano

et meritis plenus obit

* *B* ardentissimis suspiriis et

* *B* construeret

* *B* amicus

* *B* aliquantisper

* *B add.* ac dure

* *B* hominibus

F

* *B* non timuit

* *B* somnus

* *B omitt.* quum

* *B* languescens

* *B* Christum

a S. *Philippo episcopo constituitur*

* *B add.* de

* *B omitt.* Viennensis

m

* *B* ruit

jussu episcopi defertur ad suum monasterium

10 Ut sancti pontificis decreto definitum est, quamvis populus contrairet, quatenus ad monasterium suum portaretur; quod est mirabile, illico tanta facilitate est motum, ut nullius ponderis esse putaretur. Pervenitur in suburbio civitatis ad basilicam S.Romani Martyris in vico Brenniaco *o*, ibique paululum repausatur : quod supererat noctis, pervigilem * duxerunt. Quid autem miraculi contigerit, non prætereundum puto. Sanctimonialium fœminarum, Deo in in monasteriis Viennæ * servientium, caritate et obsequio * curatum est, ut fatigatio præcedentium et subsequentium fratrum aliquantulum relevaretur. Hæc * ancilla Dei, quæ congregationi præerat in superiori monasterio, tria vascula, vino plena, post sanctum funus misit, unde sitientes refocillari potuissent, et hi, qui vigilias agerent, recrearentur. Bibitum est quousque vascula exhausta fuerint *. Aderat * tunc ibi * Severianus, olim viri Dei præpositus cum fratribus, qui Sancto obviam venerant. Quidam*ex eis unde biberent, quum quæsissent, non invenerunt. Sed quid divina virtus per Sanctos suos non operatur *? Ancillæ Dei, quæ vascula, plena vino, detulerant, quum diliculo ad monasterium reverti vellent, sua vascula repetentes, quasi nihil hauserint, plena repererunt. Vere tunc isdem operatus est, ut servum suum magnificaret in vasculis, qui in Cana Galilea saporem aquæ convertit in vinum. Suffecit bibentibus liquor divinæ virtutis, ut etiam ad monasteria urbis satis inde referretur, et ad laudem Domini Nostri Jesu Christi publicum miraculum fieret*.

o

* *B* pervigiles

* *B add.* fundatis

* *B* obsequiis

* *B* Nam

B

* *B* sunt

* *B add.* jam

* *B omitt.* ibi

* *B* Qui

* *B* operetur

* *B* fuerit

in cujus translatione multa fiunt miracula

11 Ferebatur autem corpus sanctum humeris procerum *, qui vicissim sibi desiderio pio succedebant. Et quum esset cœlum nubilum et aer sudus, omnesque timerent * tempestatem adventuram esse, subito serenitas beati viri meritis reddita est. Delatum est sanctum corpus in locum, Duodecimum *p* nuncupatum *, ubi tale miraculum divina virtus præstitit. Cæcus quidam, ita natus, per triduum sanctas turbas cum funere beati viri venturas sustinuit. Ut potuit, tetigit velamen feretri, et continuo ab oculis ejus sanguis profluxit, ac statim inexpertum lumen recepit. Ut autem ad locum sepulturæ perventum est, quidam homines, pleni fide, detulerunt ibi debilem, membris contractum, ita ut natibus ipsius plantæ inhærerent. Affuit Sancti viri meritum : sanus enim pedibus a sepulcro sancto * rediit. Quod * ne alicui commentitium et non vere actum videretur, ipsi ambo, sive qui cæcus fuerat, sive qui gressum negatum receperat *, in monasterio viri Dei usque ad mortem devoti perstiterunt, atque viva voce divina in se facta miracula promulgaverunt. Ad tenebras noctis fugandas cera defuisse putabatur. Tristati fratres, quo se verterent, non habebant : sed timorem illorum depulit ille, qui dentibus manducantium quinque panes in solitudine accrescere * dedit. Nam cera inter manus eorum ita creverat *, ut de parva quantitate plurima luminaria accreverint. Curatum est ergo sanctum * corpus digna veneratione, et in sepultura, quam olim sibi ipse præviderat, venerabiliter celatum, ubi se cum Deo vivere crebris miraculis ad laudem Domini Jesu Christi manifestat. Quem si patronum apud ipsum, filii et fratres mei, habere desideratis, vitam ejus imitari plenam * amore concupiscite. Desiderabat enim hic sanctus vir lucra semper Domini sui, et de vestra corona et ipse in Christo gratulari. Numquam a vobis aberit, si vos de conversatione ejus vitæ animam * et vitam non elongaveritis. Dominus autem, qui illi meritum gratis * et præmium æternum contulit, vobis et desiderium omnis boni augeat, et obedientiam sibi gratam et perfectionem plenam justitiæ donet.

C

* *B* fuerit

* *B* piorum

* *B* ne forte tempestate gravarentur.

p

* *B* in loco duodecimo nuncupante

* *B* Sancti

* *B omitt.* Quod

* *B* recepit

* *B* crescere

* *B* crevit

* *B* sanctissimum

D

* *B* pleno

* *B* animum

* *B* gratiæ

ANNOTATA.

a *Codex ms. Bibliothecæ regiæ Bruxellensi sub num.* 8925 *sat multas habet lectiones variantes, quas in margine signatas littera* B *appingimus. Cæterum Mabillonii textus plerumque correctior est.*

b *Colitur S. Adonis memoria die* XVI *decembris, quo ejus Acta illustrabuntur. Obiit anno Domini* 875. *Præter vitam* S. Theodori *varia scripsit, quæ apud illos qui de scriptoribus ecclesiasticis agunt, enumerantur.*

E

c *Provinciam Viennensem, in qua natus est* S. Theodorus, *ipsum ambitum metropolis interpretor. Et* Assisia, (Arcisse), *in qua, ut habetur num.* 6, *Sancti parentes construxerant* oratorium in honore B. Mauritii martyris, *in diœcesi sita adhuc hodie est villula sub parochia* S.Theodori *seu* Theuderii (Saint-Chef) (1) *Etiam nunc est sacellum S. Mauritii, cujus festum quotannis solemniter ibidem celebratur* (2). *Natus est igitur Sanctus noster juxta locum, in quo de facultatibus tam parentum quam propinquorum olim fundandum erat monasterium Theuderianum. Cæterum quid nomine provinciæ hic veniat, non facile dictu est. Metropoles ecclesiasticæ, ac proinde divisiones ecclesiasticæ tum vivente* S. Theodoro, *tum scribente S. Adone, erant adhuc immutatæ. Sub metropoli seu provincia Viennensi erant tunc quidem episcopatus Genevensis* (Genève), *Gratianopolitanus* (Grenoble), *Albensis (hodie* Viviers), *Deensis* (Die), *Valentinus* (Valence), *Tricastinus* (Saint-Paul-trois-Châteaux), *Vasiensis* (Vaison), *Arausicanus* (Orange), *Cabellicensis* (Cavaillon), *Avennicensis* (Avanches, F *dein* Lausanne), *Arelatensis* (Arles), *Massiliensis* (Marseille) (3). *An autem sive tempore Adonis scribentis sub Carolovingis, sive tempore* Theodori, *Burgundionibus hanc Galliarum partem occupantibus, tantas regiones caperet provincia Viennensis, dicendo non sum : neque operæ pretium existimo id altius indagare. Id satis dictum esto, anno* 517 *sub S. Avito, Viennensi metropolitano, cujus Acta adornarunt nostri ad diem* V *februarii* (4), *omnes istarum ecclesiarum antistites, si Arelatensem et Massiliensem excipias, adfuisse concilio Epaonensi* (5).

d *Pro* pecuniam non parvam ex censu patrimonii *etc. legit* B. speluncam parvam ex censu, *etc.*

e *Alio modo interpungit codex* B. *Post vocem* manifestarent, *habetur in nostra editione punctum firmum : ast in* B *verba :* veræ instar beatitudinis *conjunguntur cum anterioribus,*

(1) Saint Theudère, pag. 85. — (2) Ibid. pag. 25. — (3) D. Bouquet, Rec. tom. I, pag. 123. — (4) Acta SS. tom. I Febr. pag. 660. — (5) Labbe, tom. IV, Conc. col. 1582.

ita

A *ita ut mutua ista manifestatio sit quasi privilegium æternæ beatitudinis.*

Commentarii prævii num. 5 *monstravimus ex Vita S. Cæsarii Arelatensis, quantæ severitatis esset in promovendis clericis ad sacros Ordines.*

g *Non modica hic loci est discrepantia in codice Bruxellensi, qui sic habet :* Deinde sancti viri animum se non posse commutari percernens, assensum, licet tristis, dedit, eumque benedictionibus extra urbem Arelatensem prosecutus, clero et populo *etc.*

h *Nullam penes me habeo mappam topographicam urbis Viennensis, neque apud quemquam scriptorem quidpiam reperi, quo verba Adonis explicare aut etiam nominibus hodiernis illustrare possim. Jam supra annotato* c *dictum fuit, Viennam fuisse metropolim provinciæ cognominis et ex Notitia imperii latam habuisse jurisdictionem.*

i *Altari etiam antiquissimis temporibus sacras Reliquias impositas fuisse, notissimum est. Est autem altare tabula lapidea quadrata ab episcopo consecrata oleo et chrismate. Est* B *fixum, quando lapis stipitibus est cæmento conjunctum ; est mobile, quando stipitibus illæsis, alio transferri potest. Porro in utroque, sive fixo sive mobili, habetur apertura quæ sepulcrum vocatur, et in qua Reliquiæ SS. Martyrum reconduntur. Olim tamen constans non erat usus SS. Reliquiarum in altari ; nam antiqui libri Missales, teste CajetanoMoroni* (1) *præscribunt omissionem verborum :* quorum Reliquiæ hic sunt, *si in sepulcro non adsunt. Imo antiqua Ordinaria Leodiensia, quæ coram habeo, generaliter omittunt. Quamvis hodie juris necessarii sit, ut altaria conficiantur ex lapide ; non tamen præceptum istud referendum est ad S. Silvestrum papam, dicente Breviario Romano ad diem* IX *novembris : illum* decrevisse, ut deinceps nisi ex lapide altaria non ædificarentur. *Nam Edm. Martene in opere de Antiquis Ecclesiæ Ritibus lib.* I *cap.* III *art.* VI *bene multis exemplis monstrat usum altarium ligneorum abolitum* D *omnino non fuisse post S. Silvestrum. Et certe Concilium Epaonense, anno, ut diximus supra,* 517, *in diœcesi Viennensi celebratum, can.* XXVI *sancit* (2) : Altaria, nisi lapidea, chrismatis unctione non sacrentur. *Erat igitur frequens usus altarium ligneorum, alioquin canon editus non fuisset : Ecclesia enim nihil inutile scribit.*

k *Qui scripsit Notitiam de* S. Theuderio *implicite fatetur, se, quamvis natum in diœcesi, olim Viennensi, ignorare, qui fuerit situs castri* Alaronæ *: nam ex idiomate quodam orientali deducere nomen, justo periculosius videtur, quum gens Maurorum, qui parvo tempore sub Pipino Brevi Viennensem tractum occupavit* (3) *et omnia destruxit, loco alicui nomen relinquere non potuit.*

l *Diximus supra annotato* c *Assiciam, hodie Arcisse, esse locum natalem* S. Theodori.

m *S. Philippus, archiepiscopus Viennensis, cujus Acta ediderunt nostri, sub die* III *februarii* (4), *sedit ab anno* 567 *ad* 573.

n *Nuspiam in hodiernis Catalogis ecclesiarum Viennensium reperi memoriam basilicæ* E *S. Laurentii, imo eamdem in aliquo suburbio sitam fuisse, existimo, quia incolæ villæ* Seyssuel, *quæ quatuor chiliometris a civitate distat, in traditione habent, montem Quirinalem esse locum, hodie appellatum* Notre-Dame-de-Couet, *in quo* S. Theodorus *solitudinem coluit* (5).

o *Vicus Brenniacus, ubi erat basilica S. Romani,* in suburbio civitatis, *hodie, credo, difficile reperietur. Auctor Notitiæ de* S. Theuderio *seu* Theodoro *dicit simpliciter :* Le Bourg de Brennus.

p *Duodecimum* (Dième) *est locus intermedius inter Viennam et monasterium. Videtur funus secutum fuisse viam Romanam, in qua habemus etiam* Septimum (Septème) : *in mappa topographica Provinciæ Delphinatus pro* Duodecimo *habemus* Decimum, *a quo facilius nomen* Dieme *derivamus.*

(1) Dizionnar. di Erudizione storico-eccles. vo *altare,* § VI.— (2) Labbe, tom. IV, Conc. col 1581. — (3) Chorier, Hist. du Dauphiné, pag. 628. — (4) Acta SS. tom, I Febr. pag. 365. — (5) Saint Theudère, pag. 29.

C F

DE S. ERMELINDE VIRGINE

IN BRABANTIA BELGICA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

R. D. B.

§ I. Meldradii origines. Biographi S. Ermelindis, ætas, natales.

AD FINEM SÆCULI VI
Meldradium in Brabantia Belgica,
* Tirlemont

Meldradium, mansione et cultu S. Ermelindis *insigne, non exigua prope Thenas* in Brabantia Belgica parochia ruralis est, ab ultima antiquitate habitata ; nisi nomen, quod celticum adeoque vetustissimum est, fallat.* Meldi *enim vocabulum apud Celtas rarum non fuit. Eo appellata est civitas Gallicana notissima, et plura exstant in Belgio quoque loca,* Melden *nuncupata.* Rad *autem seu potius* rath *adhuc hodie Hibernis est* castrum, mansio, colonia, curia, tumulus manu congestus. *Olim sub ditione regum Austrasiæ fuit, dein Lotharingiæ ducum. Comprehensa est finibus comitatus de Brunengeruz ; quocum sæculo* X *sub episcoporum Leodiensium, et tandem sæculo* XII *sub ducum Brabantiæ potestatem*

AUCTORE R. D. B.

potestatem facta fuit (1). *Verumtamen sæculo* XIV *Meldradii non paucas habebat dux Brabantiæ terras feudales* (2); *et, quum ejus dominium anno circiter* 1588 *tenebat nobilissima familia d'Oyenbrugge, baronia vocari cœpit* (3). *Jacebat et olim Meldradium intra diœcesis Leodiensis limites, atque locum inter archipresbyteratus Thenensis parochias capiebat; quemadmodum constat ex testimonio abbatum Averbodiensis et Heilissemiensis, anno* 1236 *dato, necnon ex tribus polyptychis mss. Leodiensis diœceseos : quorum primum, anno* 1441 *confectum, in archivio regio Bruxellensi asservatur; secundum, viginti annis posterius, exstat in Præmonstratensi abbatia Parcensi prope Lovanium; tertium demum, quod clauditur in archivio regio Leodiensi atque anno* 1558 *scriptum fuit, nuper editum est ab erudito viro Carolo De Ridder, presbytero Bruxellensi. Ast, quando anno* 1560 *numerus episcopatuum in Belgio a Paulo IV auctus fuit, Meldradium novæ diœcesi Mechliniensi adscriptum fuit; itemque, quando omnium Galliarum diœceseon anno* 1801 *a*

B *Pio VII nova facta est circumscriptio, iterum parochia Meldradium Mechliniensi archiepiscopo perpetuo subjecta fuit.*

cujus loci vocabula aliquantum varia fuerunt, mansione et cultu S. Ermelindis *insigne fuit.*

2 *Neque omni tempore idem vocabulum habuit hæc parochia.* Meldradium *occurrit in monumento historico sæculi* IX, *in translatione scilicet SS. Marcellini et Petri conscripta ab Eginhardo* (4), *qui temporibus Caroli Magni, cujus res postea prosecutus est, floruit. Quam nominis formam utpote longe antiquissimam et nos retinebimus. In epistola, quam ad Otgivam, conjugem Balduini Barbati, Flandriæ comitis, dedit circa annum* 1050 *Othelboldus, abbas monasterii S. Bavonis Gandavensis,* Meldrada *dicitur. Præterea vocatur* Meldrices *(quasi* Meld-rice, indicta regio), *tum in testimonio quod de* S. Ermelindis *recognitis reliquiis dederunt abbates Averbodiensis et Heilissemiensis, tum in* S. Ermelindis *Vita, Trajecti ad Rhenum sæculo* XV *exarata. In antiquissima autem Vita* S. Ermelindis *et in Martyrologio S. Jacobi, quod Molanus in Usuardo aucto dixit fuisse scriptum anno* 1364, *aliisque recentio-*

C *ribus monumentis nuncupatur* villa Meldricis; *cujus villæ celebritas non potuit non crescere post inventum sanctissimæ virginis corpus et extructum oratorium, in cujus vicinia brevi post surrexit in ejusdem cælicolæ honorem major ædes sacra, quæ et parochialis esset.* Insula Meldricis *aliud est nomen, quod occurrit in Molani Natalibus sanctorum Belgii et in Indiculo sanctorum Belgii; quod nomen inde ortum fuit quod villa sita est inter duos rivos, quorum alter idem vocabulum habet ac vallis* Geyendelle, *alter a mola aquaria dictus est* Molenbeek, *et qui proxime in unum coeunt : quod in hac insula sedem suam fixerat* S. Ermelindis, *accessit ei aliqua venerabilitas. Ghesquiere in tomo* II *Actorum SS. Belgii producit quoque* Meldrishem; *quod, quum quasi idem sit ac* Villa Meldrices (Meldrices-heim), *damnare non ausim, quamquam* D *antiquam auctoritatem desiderem. Sed sæculo* XVI *theotisce nuncupabatur* Meldaert, *(unde Molanus in Natalibus sanctorum Belgii* (5), *Sanderus in Chorographia Brabantiæ* (6) *et Wastelain finxerunt* Meldariam,) *quemadmodum testantur Surius in notis ad* S. Ermelindis *Vitam, et Rotarius, archipresbyter Thenensis, in reliquiarum* S. Ermelindis *recognitione : nunc autem vernaculum ejus nomen est, accentus vi crescente cum detrimento sequentis syllabæ,* Meldert, *in diplomate anni* 1333 (8) *obvium. Quæ nominis forma quoque apparet in Libro feudorum Joannis III; qui liber circa annum* 1312 *fuit confectus ac nuper a diligenti viro Galesloot editus* (7); *item in tribus polyptychis diœcesis Leodiensis, quæ supra citavimus; quamquam multi adhuc incolæ, omnes Theutones, adhuc pristino more* Mellaert *pronuncient. Gallice jam pridem dicitur* Maillard; *in diplomate anni* 1287 *scriptum* Mayard (9). Mehan, *quod quasi nomen gallicum profert Ghesquiere* (10), *videtur omni carere auctoritate.*

codices Vitæ S. Ermelindis *in duas classes dividi possunt, in Trajectenses et Belgicos,*

3 *Præ oculis habemus tres* S. Ermelindis *antiquas Vitas mss.: quarum alia olim fuit libraria S. Hieronymi in Trajecto; alia cœnobii Corsendoncani in tractu Antverpiensi, vix a priori diversa, et tertia monasterii Bethleem prope Lovanium. Quibus addenda sunt apographa codicis ms. S. Salvatoris Ultrajectini, et alterius Corsendoncani, atque etiam legenda* S. Ermelindis, *olim a clericis Meldradiensibus usurpari solita. Dein in alio apographo testatur Gerardus Dycstratius Antverpiensis se illud scripsisse* anno Domini 1602, 28 octobris in conventu Thenensi Ordinis Carmelitarum; *quinimmo addit illud* haberi in antiquissimo ms. codice ecclesiæ Trajectensis, anno 636. *Quæ monumenta historica omnia præter mss. exemplaria Corsendoncanum et Lovaniense olim erant decessorum nostrorum, nunc autem servantur in Bibliotheca regia Bruxellensi. De apographis vix in posterum erit dicendum, tum quia Ultrajectense S. Salvatoris et Dycstratianum cum Ultrajectensi S. Hieronymi, et Corsendoncanum cum Lovaniensi omnino conveniunt, tum quia legenda Meldradiensis fere tota ex ms. Lovaniensi* F *desumpta est. Codex S. Hieronymi Ultrajectensis anno* 1474 *recentior est, quum hæc domus, quæ anno* 1586 *transiit ad Calvinianos* (11), *nonnisi illo anno erecta fuit : adde quod scriptura ipsa indicat extremum sæculum* XV. *Neque antiquior est Corsendoncanus codex, ut literarum forma testimonium est. Codex Lovaniensis similiter sæculo* XV *exeunte scriptus videtur, verisimiliter ex Corsendoncano. Conveniunt enim inter se; et dein singulare quoddam commercium exsistebat inter cœnobium Lovaniense Bethleemeticum canonicorum regularium et Corsendoncanum, ex quo prius illud initio sæculi* XV *prodiverat.*


illos puriores, hos additamentis vulgaribus

4 *Hæc autem exemplaria omnia in duas dividi possunt classes; quarum priorem Trajectensem dixerim, posteriorem Belgicam.*


(1) Moulaert, Essai sur le comté de Brunengeruz, Commission royale d'histoire, Bulletins. IIe serie, tom. X, pag. 166 et seqq. — (2) Galesloot, Le livre des Feudataires de Jean III, duc de Brabant, pag. 25, 55 etc. — (3) Suite du Supplément au Nobilaire des Pays-Bas, an. 1650-1661, pag. 161. — (4) Acta SS. tom. I Junii, pag. 203. -- (5) Pag. 233. — (6) Averbodium, tom. I, pag. 297. — (7) Le livre des feudataires de Jean III, pag. 25, 33, 87 et seq. — (8) Chotin, Etudes étymologiques sur les noms des villes etc. du Brabant. pag 153. — (9) Ibid. pag. cit. — (10) Acta SS. Belgii, tom. II, pag. 217. — (11) Hist. episcop. Fœderati Belgii. tom. I, pag. 99; Historie van het Utrehtsche bisdom, tom. I, pag. 723.

Prior

MELDRADIUM ET VICINA LOCA.



PARS MELDRADII S. ERMELINDI SACRA.



auctos; quos tamen posteriores secuti sunt fere omnes recentiores biographi.

Prior, continens codices S. Hieronymi et S. Salvatoris cum apographo Dycstratiano, longe purior est; et proxime accedit ad exemplar, quod edidit Surius, quodque se desumpsisse testatur ex antiquissimo *codice Trajectensi: vix enim ullum inter ea deprehenditur discrimen. Classis Belgica, cui reliqua ecgrapha attribuenda sunt, eamdem quidem habet originem, (dictiones enim et plura loca sunt eadem ac in classe Ultrajectensi); sed inserta ei sunt additamenta nonnulla, quæ plus admirabilitatis quam verisimilitudinis habent. Verumtamen plerique omnes recentiores biographi (excipiendi enim dumtaxat sunt auctor veteris Chronici Brabantini* (1) *et ven. vir Petrus Franciscus De Ram* (2), *qui Ghesquierii in Actis sanctorum Belgii vestigia pressit,) narrationes classis Belgicæ admiserunt. Et quoniam aliçubi scriptores illi recensendi sunt, placet eos hoc loco appellare. Sunt autem Lippeloo* (3), *Molanus* (4), *Gazet* (5), *Rosweydus* (6), *Compaignon* (7), *Fisen* (8), *Van Loo* (9), *Lahier* (10), *Baillet* (11), *Saelmaekers* (12), *Giry* (13), *Gonon* (14), *Ranbeck* (15), *Herredia* (16), *Testi* (17), *hagiographus Venetus anonymus* (18), *etc.*

B

Auctor anonymus hujus Vitæ videtur vixisse sæculo vel XI vel XII, partim secutus traditiones vulgares, partim documenta deperdita.

5 *Ut fere in hoc scriptionum genere usuvenit, latet prorsus quo ævo et a quo auctore primum scripta fuerit* S. Ermelindis *Vita. Vix dubitandum est quin antiquæ exstiterint de beatissima virgine memoriæ, quæ jam pridem perierint: nonnulla enim accuratius traduntur quam ut solo populi sermone servari potuerint. Sed his, quæ nonnisi conjecturis prosequi possumus, inhærendum non est; transeundumque potius ad Vitam, quæ adhuc exstat. Atque hujus quoque auctorem et ætatem nemo facile definiverit. Re quidem vera literis mandavit Dycstratius a se fuisse descriptam sanctissimæ virginis Vitam, prout* habebatur in antiquissimo ms. codice ecclesiæ Trajectensis anno 636. *Sed animadvertendum est, ut optime loquitur decessor noster Ghesquiere,* præterquam quod eo tempore necdum in usu erat computus annorum ab incarnatione Christi, nedum Arabicæ, ut vocant, zyfræ seu numerales notæ; ipsummet illius Vitæ auctorem satis indicare, se tam vicinum non fuisse

C

temporibus Pippini Landensis; cum, de prosapia S. Ermelindis loquens, hisce utatur verbis: « De nobili enim ejus prosapia descendisse DICITUR Pippinus pater S. Gertrudis (19). »

6 *Ex quibus verbis colligi apprime potest* S. Ermelindis *biographum neque sæculo* VII, *neque initio sequentis floruisse; quia hocce ævo de* S. Ermelindis *et B. Pippini consanguineitate non adeo dubitanter locutus esset: quippe cui B. Pippini Landensis domus, utpote longe prima post regiam Merovingicam, non potuisset tunc temporis non innotescere. Neque eundum videtur in sententiam Bailleti* (20), *statuentis eum tempore Caroli Magni vixisse: hoc enim etiam minus verisimile est, quia de monasterio Meldradiensi, quod tum nondum deletum fuerat, in* S. Ermelindis *Vita verbum nullum dicitur. Quapropter hoc unum affirmari posse videtur post destructum sæculo circiter* X *Meldradiense monasterium et ante spoliatam anno* 1236 S. Ermelindis *capsam reliquiariam hanc Vitam fuisse concinnatam, quoniam, ut de monasterio, sic quoque de illa spoliatione altum servat silentium. Præterea non omittendum est auctorem Vitæ* S. Ermelindis *ad eam conscribendam non semper optimis documentis usum esse, ac proin aliquando narrare res, quas ex populi ore proculdubio acceperit. En specimen:* Ad cujus, *inquit, scilicet* S. Ermelindis, exequias non hominum turba, sed ymnidici chori Christo cecinerunt gloriam. Et quia Christo fuit dilecta, ab ipsis est officiosissime sepulta. Hæc interea virgo beata quadraginta octo annis latuit aliena a cultu sæculi, solis venerata civibus cæli. *In quibus prior pars ex populi, nihil nisi magnifica in sanctis amantis, venerabunda phantasia videtur esse orta; posterior, quæ numerum definitum* quadraginta octo annorum *continet, certis niti iisque antiquis documentis. Atque passim eadem certarum et incertarum rerum mixtura apparet.*

AUCTORE R. D. B.

E

Ex hac Vita colligitur S. Ermelindem *vixisse sæculo VI: et ex nomine, corporis forma et parentela concluditur eam fuisse Francam.*

7 *Ex hoc quadraginta octo annorum numero erui potest quo fere ævo* S. Ermelindis *inter vivos degerit. Quum enim super ejus tumulum quadraginta et octo annis, postquam ad superos transiisset, Pippinus ædificaverit ecclesiam, necesse est ut ante sæculi* VI *finem ex hac vita discesserit; quandoquidem Pippinus, uti demonstrare conatus est Bollandus* (21), *circa annum* 580 *natus, et Dagoberti regis Austrasiæ (in qua jacebat Meldradium) majordomus constitutus ante annum* 623, *ad æternam vitam anno* 646 *migravit. Quam quidem mortem alii critici paucis annis ante, alii paucis annis post collocant; sed hæc controversia occasione* S. Ermelindis *agitanda non est. Filia dicitur* S. Ermelindis *Ermenoldi et Ermesindis, et consanguinea B. Pippini Landensis. Ejus utique nomen et nomina parentum originem Francicam indicant; quamquam sæculo* VI *jam multi Galli aut Galloromani inciperent nomina barbara assumere: ita ut* F *ab unis nominibus non tuto gentium discrimina institui possint* (22). *Pippinum Francum fuisse communis persuasio est. Verumtamen Bollandus in Actis B. Pippini Landensis dubium solvere non potuit; adeo ut hæc scripserit verba* (23): Pippinus Francus fuerit an Romanus, an Belgicæ originis, puta Aduaticæ aut Tungrensis, ingenue fatemur nos ignorare. *Quare in hanc dubitationem devenerit non significat; sed verosimiliter hæ causæ sunt. Imprimis* Pippini *et* Beggæ *nomina (illud in*

(1) Die alderexcellenste cronycke van Brabant, cap. VIII. — (2) Vies des saints de Butler et Godescard, in edit. Lovaniensi et Bruxellensi, ad 29 oct. — (3) Vitæ SS. tom. IV, pag. 337. — (4) Natales SS. Belgii, pag. 235; Indiculus SS. Belgii, post Martyrologium Usuardi. — (5) Histoire de la vie, mort, etc. des Saints, par Viel, Tigeon, Gazet, Hist. eccl. des Pays-Bas, pag. 328. — (6) Leven der Maegden, pag. 469. — (7) Vie de S. Ermelinde, Brux. 1651. — (8) Flores ecclesiæ Leodiensis, pag. 469. — (9) Levens der Heylige van Nederlandt, tom. II, pag. 324. — (10) Le grand Ménologe des Vierges, tom. II, pag. 367, — (11) Baillet, Vies des Saints, tom. VII, pag. 428. — (12) Abrégé de la vie de S. Ermelinde, edit. Tirlemont 1849; idem opusculum flandrice. — (13) Vies des Saints, tom. II, col. 155 et seq. edit. 1729. — (14) Vitæ Patrum Occidentis, lib. II, pag. 91. — (15) Annus Benedictinus, ad 29 oct. — (16) Vidas de los santos de la religion de S. Benito, ad 29 oct. — (17) Vite delle più illustri sante, tom. IV, pag. 127. — (18) Il sacro Leggendario, tom. VIII, pag. 177, edit. III. — (19) Acta SS. Belgii, tom. II, pag. 215 et seq. — (20) Vie des Saints, tom. VII, pag. XXXI. — (21) Acta SS. tom. III Februarii, pag. 259. — (22) Guérard, Polyptique d'Irminon, prolég. cap. VI, § 214, tom. I, pag. 420. — (23) Acta SS. tom. III Februarii, pag. 250.

AUCTORE R. D. B.

hac domo commune, hoc filiæ B. Pippini) celtica esse videntur. Dein non soli Franci creabantur majores domus, sed et Romani aut pristinæ Galliarum incolæ, ut Florus, Theodeberti I major domus, itemque Protadius et Claudius, Theodorici II majores domus, testimonio sunt (1). *Verumtamen, quum ab B. Pippino per S. Beggam, aliquando Ansgisili, filii S. Arnulfi, uxorem (quem S. Arnulfum aliqui etiam voluerunt non fuisse Francum, sed Galloromanum), genus ducat Carolus Magnus, (quem nemo inter coævos dubitaverit Francum fuisse, atque ipse origine sua Francica gloriaretur, ita ut, neglecto habitu splendidiore aulæ Constantinopolitanæ,* vestitu patrio, *ut loquitur Eginhardus* (2), hoc est Francico, uteretur, *quumque Carolus Martellus in antiquis monumentis* Karlus Saxo *dicatur, Pippinus Landensis* Pepinus Saxo, *S. Aldricus, episcopus Cenomanensis et Caroli Magni consanguineus,* natione patris Francus sive Saxo, *et Ansgisilus* nobilis Francus (3),) *haud scio an temera sit illa parentis nostri dubitatio; quamquam operæ pretium esset Francicam*
B *aut Saxonicam Pippinorum domus originem luculentius demonstrare quam hactenus factum est* (4); *nam et video virum rerum Belgicarum plane eruditum eo inclinare ut Pippinorum domum nolit omnino alienam esse a Scotis seu Hibernis aut saltem a Flandriæ incolis* (5). *Verum nimis his inhæsimus : nam quum anno* 1849 *eminentissimus cardinalis archiepiscopus Engelbertus Sterckx beatissimæ virginis reliquias recognovit, admirati sunt adstantes magnitudinem et firmitatem ossium, quæ vel una Germanicam seu Francicam originem proderent.*

Perperam dicitur S. Ermelindis *filia S. Amelbergæ, soror SS. Gudulæ, Pharaildis et Reinildis,*

8 *Sed nolunt omnes* S. Ermelindem *Ermenoldi et Ermesendis filiam esse, quoniam in Actis suis, quamquam sæculo* x *recentioribus, S. Amelberga vidua legitur* a fratre suo Pippino, patre S. Gertrudis, Vuitgero, totius Lotharingiæ ducatus officium gerenti, marito fuisse tradita, Deusque eis dedisse sobolem sanctissimam : Aldebertum, sanctæ Cameracensis ecclesiæ pastorem beatissimum;... quatuorque dicatas Deo sorores, quarum una Reynildis, altera Pharaildis, tertia Ermelindis,
C quarta Gudila fuit (6). *Similia occurrunt in Balderici Chronico Atrebatensi et Cameracensi* : Beatus Ablebertus, *inquit hic chronographus* (7), patre Witgero comite, sancto viro, atque Amalberga matre editus est. Cujus etiam quatuor sanctæ sorores fuerunt hæ : Reinildis,
* Pharachildis Sarachildis*, Ermelindis, beatissima quoque Guodila, junior ætate, sed non minus præstantior sanctitate. *Hinc itaque non pauci dixerunt* S. Ermelindem *filiam fuisse Witgeri et S. Amelbergæ, sororem SS. Emeberti, Reinildis, Pharaildis et Gudulæ, beatique Pippini Landensis neptem. Quin et alii, intelligentes duas fuisse SS. Amelbergas, alteram Lobiis cultam, alteram Gandavi et Tamisiæ, (quibus et tertia addenda est Susterensis,) easque ita distinguentes ut alteram dicant matrem seu seniorem beatique Pippini soro-*
rem, alteram filiam seu juniorem Witgerique D
uxorem, auxerunt una generatione beatissimæ puellæ stemma genealogicum; quod ad Clodoveum usque deduxerunt.

quin et neptis

9 *Loco plurium audiatur Edmundus Dynterus* (8) : Clodoveus autem, *ait,* genuit Lotharium regem;... Lotharius genuit ex Ingunde Chilpericum regem ; Chilpericus rex genuit ex uxore sua Fredegunde... Lotharium Magnum regem ; Lotharius Magnus rex genuit ex Bertrude Dagobertum regem et Blithildem;... Blithildem duxit Ansbertus princeps illustris præscriptus, qui genuit ex ea Arnoldum principem et sanctum Ferreolum, sanctum Modericum, et sanctam Cartisiam virginem; Arnoldus genuit ex sancta Oda sanctum Arnulphum principem, tandem episcopum Metensem. Sanctus Arnulphus genuit ex sancta Doda sanctum Clodulphum, et Waitisium, patrem sancti Wandregisili, et gloriosum principem Ansigisum... Ansigisus autem duxit in uxorem S. Beggam... filiam sancti Pippini. Cujus Pippini pater fuit Karlomannus... Hic Karlomannus etiam genuit Amelbergam, sororem dicti Pippini, quæ fuit nuptui tradita comiti Hannoniæ, cui peperit E
filium nomine Walbertum et filiam nomine suo Amelbergam.... Filia autem Amelberga junior nupsit Witgero, comiti cujusdam comitatus in Brabantia, quæ mansit apud Ham juxta Sanctas in Brabantia. Hæc genuit ex eodem Witgero sanctum Emebertum, Cameracensem episcopum,... sanctam Reinildem virginem, quæ apud Sanctas martirisata quiescit,... et sanctam Pharaildem, quæ Gandavi, et sanctam Ermelindam, quæ in Meldert quiescit, et sanctam Gudulam de Bruxella. *Sed, qui verba tum auctoris Vitæ S. Amelbergæ viduæ, tum Balderici bene examinaverit, vel fatebitur cum Molano* (9), *S. Ermelindem, quæ illic soror S. Gudulæ dicitur, aliam esse ac* S. Ermelindem *Meldradiensem; vel si ipsi eamdem cogitaverint (neque nunc duæ sanctæ Ermelindes cognoscuntur aut in veteribus fastis sacris reperiuntur inscriptæ) eos erroris manifesti arguendos esse; nam biographus* S. Ermelindis *Meldradiensis, cujus utique auctoritas potior est, affirmat non solum eam Ermenoldo et Ermesinde prognatam esse, sed (quod forte*
plus momenti habet) eamdem quadraginta F
octo annis post suum obitum a B. Pippino e terra fuisse elevatam. Adde S. Ermelindem *ante sæculum septimum incohatum ex hac vita migrasse, et contra S. Amelbergam Juniorem, quæ S. Amelbergæ Senioris nequaquam filia fuit neque per ætatem esse potuit, anno* 772 *e vivis recessisse* (10) : *unde consequitur* S. Ermelindem *perperam fuisse dictam filiam alterutrius S. Amelbergæ et sororem sanctarum Reinildis et Gudulæ, in quarum Vitis (quod omitti nequit) nulla de illa cum* S. Ermelinde *sanguinis communitate fit mentio. Cæterum hoc commune populi vitium est ut parentelas inter sanctos constituat quam proximas : hoc in S. Amelberga Seniore, quæ plurium sanctorum gloriosa mater fuisse traditur, sed nonnisi SS. Emeber-*

(1) Pertz, die Geschichte der Merovingischen Hausmeier, pag. 16 et seqq. — (2) Vita Caroli M. cap. 25. — (3) Cfr Kervyn de Lettenhove, Rapport sur l'origine belge des Carlovingiens, Bulletins de l'Academie de Bruxelles, serie II, tom. XIII, pag. 524. — (4) Cfr Warnkönig et Gérard, Hist. des Carolingiens, tom. I, pag. 97 et seqq. — (5) Kervyn, op. cit. pag. 525. — (6) Acta SS. Belgii, tom. IV, pag. 639. — (7) Chronicon Cameracense et Atrebatense, cap. XVI, pag. 33. — (8) Chronica Lotharingiæ et Brabantiæ ac Regum Francorum, auctore Edmundo De Dynter, tom. I, part. II, pag. 57 et 123. — (9) Natales SS. Belgii, pag. 233. — (10) Cfr Acta SS. tom. III Julii, pag. 72 et seqq.

tum,

A *tum, Reinildem et Gudulam in lucem edidit* (1), *videre est; sed et multo lucentius in duodecim martyribus Adrumetinis, quos (quum immerito duodecim fratres appellentur) non semel in re simili produximus.*

aut soror Pippini Landensis. 10 *Neque minus rejicienda est alia genealogia, quam inter scripta archivii Meldradiensis reperire est, et in qua fertur Pippinus Landensis non secus ac* S. Ermelindis *ab Ermenoldo et Ermesinde genitus esse, quamvis B. Pippinus in suis Actis narretur patrem habuisse Carolomannum; quod quoque testatur miraculorum S. Genulphi auctor, qui ante mille circiter annos floruit* (2), *addens B. Pippini matrem fuisse Ermegardem. Verum natalibus* S. Ermelindis, *ne ultra modum conjecturis indulgeamus, diutius inhærere non placet. Ad ejus vitæ instituta transimus.*

§ II. Initia vitæ monasticæ in Belgio. Discrimen inter instituta monastica Orientalia et Occidentalia. Quænam sectata sit S. Ermelindis Cur sibi absciderit crines. Non fuit monialis Benedictina.

Apud Turonenses, Rothomagenses et Morinos erant sæculo IV monasteria et cœnobia;

C *Scribebat S. Hieronymus ad virginem Eustochium* (3): Tria sunt in Ægypto genera monachorum. Unum, Cœnobitæ, quod illi Sauses gentili lingua vocant, nos " in Commune viventes " possumus appellare. Secundum, Anachoretæ, qui soli habitant per deserta : et ab eo quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur. Tertium genus est, quod Remoboth dicunt... Hi bini vel terni, nec multo plures simul habitant, suo arbitrio ac ditione viventes : et de eo quod laboraverint in medium partes conferunt, ut habeant alimenta communia..... *Eadem instituta in Ægypto sectatatas esse non paucas feminas colligimus ex SS. Hieronymo et Athanasio. Ast non nisi medio sæculo* IV *vitam monasticam usurpare cœperunt Occidentales; et, quum adhuc eam haberent probrosam Romani* (4), *et per reliquam Galliam, (ubi nonnisi per Vitam S. Antonii, scriptam a S. Athanasio, nova philosophia innotuerat,) rarissima essent monasteria, hæc in partibus occidentalibus, scilicet apud Turones, Rothomagenses et Morinos, opera S. Martini Turonensis et S. Victricii Rothomagensis episcopi, erant frequentia et* plebe numerosa *virorum et feminarum, quemadmodum testantur Sulpitius Severus* (5), *S. Paulinus Nolanus* (6) *et auctor Vitæ S. Treviri* (7). *Atque in his omnis varietas, quæ in Oriente cernebatur, facile deprehenditur; nam per itus et commeatus Orientalium in Gallias et Gallorum in Orientem instituta utrobique erant eadem.*

AUCTORE R. D. B.

12 *Verum num et ubi in Belgio hodierno sæculis* IV, V *et* VI *exstiterint cœnobia seu monasteria communia posteris non tradiderunt scriptores : sed manifestum est ex S. Gertrudis Vita, a coævo conscripta, ignota fuisse medio sæculo* VII *in Belgio cœnobia monialium, qualia fuere monasteria Benedictina : nam* adveniens vir Dei Amandus episcopus ad domum *B. Ittæ, matris S. Gertrudis,* verbum Dei prædicans ex Domini jussione, rogabat, ut monasterium sibi suæque filiæ Dei famulæ Gertrudi et Christi familiæ construeret : quæ statim ut intellexit IGNOTÆ REI notitiam ad salutem animarum pertinentem, sacrum velamen accepit, et semetipsam Deo tradidit, et omnia quæ habebat (8). *Ast apud Belgas fuisse ante istud tempus monachos sectantes seorsim vel plures simul Orientalium vitam eremiticam, certum est ex eo quod SS. Cunibertus et Helerius* (9) *in pago Tungrensi, non secus ac S. Monon* (10) *et Wulfilaicus* (11) *in tractu Luxemburgensi, sæculis* VI *exeunte et* VII *nascente vitam eremiticam professi sunt.*

non vero in Belgio medio sæculo VII : ibi tamen nonnulli imitabantur eremitas Orientales. Quod et fecit S. Ermelindis;

E

13 *Hos imitata est* S. Ermelindis, *quæ, ut ait biographus,* relicta domo, rebusque parentum postpositis, solitaria incedebat, solicite exquirens locum ubi soli Deo vacare posset. *Neque legitur* S. Ermelindis *dominium villulæ Oduncæ, a parentibus sibi concessum, umquam abdicasse, licet* parsimonia miræ abstinentiæ vixerit, *sese nutriens* herbis agrestibus, non inferior summis eremi cultoribus. *Et similem paupertatem colebant in Oriente feminæ eremitæ, uti ex Vitis S. Paulæ, viduæ Romanæ* (12), *S. Eustochii, ejus filiæ* (13), *S. Euphrasiæ* (14) *aliarumque colligimus. Præterea, statim postquam parentibus aperuisset* se Christo virginitatem suam devovisse, arrepto ferro capillos per lacteam cervicem dependentes præscidit, relictoque sæculo et omnibus pompis ejus, Christum, quem sibi sponsum elegerat, per arctam et angustam viam secuta est : *quo etiam ritu feminæ eremitæ in Oriente castimoniam Deo promittebant : quemadmodum retulerunt Pseudo-Athanasius* (15), *S. Hieronymus* (16) *et Palladius* (17). *Per decalvationem enim omni ævo via ad matrimonium puellis, utpote dedecoratis, præclusa est. Nam Apulejus, pulcritudinem muliebris comæ explicans, postquam dixit feminas capillos tamquam pretiosissimum sui capitis ornamentum gestare, concludit :* Tantaque denique est capillamenti dignitas, ut quamvis auro, veste, gemmis, omnique cætero mundo exornata mulier incedat, tamen, nisi capillum distrinxerit, ornata non possit audire (18). *Quin adeo erat turpe feminis græcis deponere suam comam, ut in pœnam sui sceleris decalvarentur adulteræ : et idcirco ad Corinthios* (I, *cap.* XI, V. 6) *scripsit S. Paulus :* Turpe est mulieri tonderi et decalvari. *Hac etiam de causa anno* 390 *inhibuit imperator Theodo-*

F

quæ coluit paupertatem seu modestam parsimoniam, non tamen abdicans dominium, castimoniam, sibi abscindens capillos

(1) Cfr Acta SS. tom. III Julii, pag. 65. — (2) Acta SS. Belgii, tom. IV, pag. 338. — (3) Opera S. Hieronymi, tom. I, epist. XXII, col. 419, edit. Migne. — (4) S. Hieronymus, Epist. XVI, ad Princip. de Marcellæ epitaph. — (5) Vita S. Martini, apud Migne, Patrologia, tom. XX, col. 164 et seqq. — (6) Opera S. Paulini, epist. ad S. Victricium, col. 250, edit. Migne. — (7) Acta SS. Belgii, tom. II, pag. 200 et seq. — (8) Ibid. tom. III, pag. 191. — (9) Ibid. tom. II, pag. 208. — (10) Ibid. pag. 418. — (11) Ibid. pag. 186. — (12) Acta SS. tom. I Januarii, pag. 719. — (13) Ibid. tom. VII Septembris, pag. 641. — (14) Ibid. tom. II Martii, pag. 268. — (15) Lib. de virginitate, cap. XI, Opp. omnia, tom. IV, col. 263, edit. Migne. — (16) Epist. ad Sabinianum, Opp. omnia, tom. I, col. 1199. — (17) Hist. Lausiaca, cap. XLI, apud Rosweydum, Vitæ Patrum, pag. 567. — (18) Metamorphoseon lib. II, pag. 280, edit. Nisard.

sius,

AUCTORE R. D. B.

sius, quominus virgines capillos sibi abscinderent : quod tamen decretum anno sequenti abrogavit.

præter consuetudinem Occidentalium et præsertim Francorum.

14 *Jam vero, si* S. Ermelindis *virgines Occidentales æmulata esset, capillos nequaquam abscidisset : nam ex Actis tum SS. Saturnini et sociorum* (1), *tum S. Theodoti et septem virginum* (2), *vel etiam ex SS. Ambrosii* (3), *Augustini* (4), *Optati Milevitani* (5), *et Cæsarii Arelatensis* (6) *libris liquet virgines Deo sacratas in Occidente servasse suam cæsariem. Nec dicatur apud Francicam gentem, ex qua oriundam diximus* S. Ermelindem, *moniales vel feminas eremum incolentes, suos abscidisse capillos, quum clerici et monachi Franci, Romanos, Græcos et Britones imitati, sibi totonderint crines ; quamvis tanti facerent Teutonicæ seu Germanicæ stirpis homines intonsam comam, ut soli viri liberi capillos promissos gestarent, et filii regum, ipsique reges, ne regiæ dignitati fierent inhabiles* (7), *suam comam forcipe minui nequaquam paterentur. Nam in ipsis Franciæ monasteriis monialibus non auferebatur coma, uti constat*
B *ex tumultu Pictaviensis cœnobii sanctæ Crucis post S. Radegundis obitum* (8) *et ex pluribus Ordinibus, præsertim sæculis* IX, X *et* XI *ad benedicendas virgines adhibitis* (9). *Sancta itaque* Ermelindis *præscindendo sibi crines perpetuam castitatem professa est. Etenim, si femina aliqua apud Francos sponte vel coacte deponebat capillos, a suis ad matrimonium ineundum inhabilis, utpote omni injuria digna, habebatur. Hinc Fredegundis, quum Chlodoveum, Chilperici et Audoveræ filium, a matrimonio cum puella quadam ineundo avertere vellet,* incidi comam capitis *puellæ* jussit, ac scissæ sudi impositam defigi ante metatum Chlodovechi præcepit (10). *Ita etiam B. Itta, uxor B. Pippini Landensis,* ut violatores animarum filiam suam S. Gertrudem ad illecebras hujus mundi ac voluptates per vim non raperent, ferrum tonsoris arripuit, et capillos sanctæ puellæ ad instar coronæ abscidit..... Cessarunt jurgia, pars diaboli victa est (11).

Neque ullius abbatis auctoritatem agnovisse aut domicilii stabilitatem professa esse videtur.
* Beauvechain

15 *Præterea* S. Ermelindis *nulli certæ regulæ videtur sese subjecisse, nec per votum vel professionem religiosam sese facultate spoliasse transeundi ad aliud domicilium vel eremum : hinc legimus eam primo locum, quem dicunt fuisse Bevecom *, incoluisse, ac postea sese Meldradium contulisse ; ubi ad mortem usque permansit. Quod vitæ genus denuo fuit omnino conforme vivendi rationi monacharum Orientalium. Neque alia via ad perfectam sanctitatem pervenerunt sanctæ virgines Reinildis* (12), *Gudula* (13), *Landrada* (14) *et Berlindis* (15) ; *quæ omnes in Belgio, non nisi partim abdicata hæreditate paterna, in propriis domibus, sub nullius obedientia, modo hic, modo illic, paupertatem, id est modestam quamdam parsimoniam, et castimoniam, accepto sacro velamine, coluerunt. Quæ sane sufficiunt ad evincendum* S. Ermelindem *vi-* D *xisse vitam eremiticam, quæ sæculo* IV *ex Oriente in Gallias traducta fuerat.*

Quapropter perperam dicitur a nonnullis Benedictina; quam Regulam sequi non potuit, utpote monialibus nondum aptatam.

16 *Atque his nihil adderemus, nisi menologi plerique omnes, Wion, Menardus, Bucelinus, Herredia, Ranbeck et Arturus a Monasterio* S. Ermelindem *Ordinis S. Benedicti monialem perperam prædicassent. Si enim in hoc sacro ordine vitam monasticam professa fuit* S. Ermelindis, *oportuit ut cœnobium, quod sæculo* VI *incoluerit, initio sæculi* VII *adeo fuerit destructum et obliteratum, ut B. Itta, quæ non longe a Thenis et Lovanio degit, brevi post conjugis sui B. Pippini Landensis obitum, illud ignoraverit : nam, ut supra jam indicavimus, monasteriorum laudes ex S. Amandi Trajectensis ore audiens, intellexit* ignotæ rei notitiam ad salutem animarum pertinentem : *quæ minus videntur verosimilia. Neque in* S. Ermelindis *Vita uspiam deprehendere est eam ab alterius voluntate dependisse, aut cum aliis monialibus unum idemque vivendi genus in eodem domicilio stabiliter sectatam esse, prout S. Benedicti discipulis prescriptum erat. Dein* E *Mabillonius, qui potius in augendo quam minuendo sanctorum Benedictinorum numero operam suam posuit, fatetur S. Donatum, episcopum Vesuntionensem, primum feminis S. Benedicti regulam partim adaptasse : idque præsertim evincit ex ipso S. Donato, hisce verbis exorso prologum Regulæ, a se monialibus datæ :* Sæpius mihi injungitis, ut explorata S. Cæsarii, Arelatensis episcopi, regula, quæ specialius Christi virginibus dedicata est, una cum beatissimorum Benedicti quoque et Columbani abbatum, ut puta quibusdam (ut ita dixerim) collectis in unum flosculis, ad instar enchiridion excerpere vobis vel coacervare deberem, et quæ specialius femineo sexui custodienda competerent, promulgarem ; dicentes, quod regulæ prædictorum patrum vobis minime convenirent, cum easdem viris potius et nequaquam feminis edidissent, et, licet S. Cæsarius proprie Christi, ut estis, virginibus regulam dedicasset, vobis tamen ob immutationem loci, in nonnullis conditionibus minime conveniret (16). *Jam, vero quum S. Donatus, anno circiter* 594 *natus*, præfatam regulam, *ait noster Ghesquierus in Commentario ad Vitam S. Aureæ* (17), non juvenis episcopus, sed caligans fractusque senex, aut certe quinquagenarius extitisse videatur, prout ipsemet Donatus in Prologo regulæ suæ innuit, ubi se asserit diu multumque antea renisum, tandem monialium postulatis satisfacere, et ex tribus mox memoratis regulis enchiridii ad instar unam conficere regulam enixum fuisse, « in quantum pro assidua corporali infirmitate divina pietas possibilitatem dedit et sensus obtusi caligo permisit; « *sed quum hac esset ætate S. Donatus, manifestum est eum post annum* 644 *Regulam suam concinnasse* (18), *adeoque ante hoc tempus nullas* F

(1) Acta SS. tom. II Febr. pag. 519. — (2) Ibid. tom. IV Maji, pag. 155. — (3) De lapsu Virginis, cap. VIII, Opp. omnia, tom. III, col. 377. — (4) Epist. CCXI, ad monachas, Opp. tom. II, col. 1074 — (5) De schismate Donatistarum, lib VI, col. 1074. — (6) Regula sanctimonialium, Recapitulatio, num. 7 in Bibliotheca Patrum Lugdunensium, tom. VIII, pag. 871. — (7) Thiers, Histoire des Perruques, ch. XIV, pag. 146 et seqq.; Daniel, Hist. de France, tom. II, pag. 153, edit. Griffet. — (8) Gregorius Turon. Hist. Francorum, lib. II, cap. XV, edit. Migne, col. 544. — (9) Martene, de Antiquis ecclesiæ ritibus, lib. II, pag. 131 et 136. — (10) Historia Francorum, lib. V, cap. XL, col. 333, edit. Migne. — (11) Vita S. Gertrudis in Actis SS Belgii, tom. III, pag. 131. — (12) Acta SS. tom. IV, pag. 649 et 930. — (13) Ibid. tom. V, pag. 693; Acta SS. tom. I Januar. pag. 515. — (14) Acta SS. Belgii, tom. V, pag. 212; Acta SS. tom. II Julii, pag. 619. — (15) Ibid. tom. V, pag. 268. — (16) Patrologia Migne. tom. LXXXVII. col. 273. — (17) Ibid. tom. II Octobris, pag. 479 et seqq. — (18) Acta SS. Belgii, tom. III, pag. 181.

fuisse

A *fuisse in Francia moniales Benedictinas; ac proin* S. Ermelindem, *quæ extremo sæculo* VI *obiit, inter eas non esse recensendam.*

S. Ermelindis *verosimiliter fuit sepulta non procul a sua cellula, more eremitarum.*

17 *Jam vero quot annos vitam vixerit eremiticam* S. Ermelindis *difficile esse dictu, explicuimus num.* 6 *hujus Commentarii. Eam vixisse et e vivis excessisse non procul a loco suæ sepulturæ, verosimile est: nam veteres eremitas etiam in cellulis sæpius fuisse sepultos in opere nostro non semel ostensum est. Qua ratione S. Amandus eremita, S. Gallus abbas et S. Vitalis eremita, qui omnes illustrati sunt ad diem* 16 *octobris, in suis cellulis fuerunt humati. Quibus addi potest S. Dodo, cujus Acta præsens tomus continet. Origo autem eremitici hujus ritus explicari videtur in veteribus Camaldulensium Constitutionibus, quas circa annum* 1080 *scripsit B. Rodulphus et in quibus cap.* XXX *præscribitur, ut, si quis Camaldulensis in loco de Fonte-bono obierit, ad eremum sepeliendum deferatur.* Justum est enim, *hæc additur ratio,* ut habeat sepulcrum suæ migrationis, ubi habitaculum habuit solitariæ sanctitatis. *Quæ quidem et occurrunt*
B *in alteris ejusdem ordinis Constitutionibus, a B. Rodulpho anno* 1085 *scriptis* (1). *Damus jam Acta* S. Ermelindis, *quæ subsequetur Gloria postuma.*

VITA

S. ERMELINDIS VIRGINIS

ex duobus codicibus Ultrajectinis, collatis cum editione Surii.

CAPUT UNICUM.

S. Ermelindis parentes; pueritia; vita eremitica; mansio Meldradii; mors; sepultura; miracula.

S. Ermelindis, *a teneris valde pia,*

Beata virgo Ermelindis, ex Ermenoldo patre et Ermesende matre, tam genere quam divitiis spectabilibus, exorta, ab ineunte ætate studuit de virtute in virtutem ascendere, ut Deum deorum *a* in Syon videre mereretur. Quæ cum adhuc parentum in domo puerilis ætatis vinculo teneretur astricta, nichil tamen puerile gerebat in opere, sed quamdam maturitatem morum in gestu intuentibus se præferebat. Declinabat siquidem lasciviam atque consortia coætanearum, in thalamo genetricis suæ residens, psalmosque Davidicos *b* discens. Si quando verbum Dei audisset, memoria sagaci recondebat, sæpiusque ad os reducens, quasi mundum animal, novo semper pietatis affectu ruminabat. Jam tunc suavitatem sponsi prægustabat magno et incomprehensibili modo, desiderioque illius exæstuans, cum sancto David dicebat: „Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei mei? „ et iterum: „Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. „

a

b

2 Cumque pueritia transisset in adolescentiam, parentibus eam nubere filiosque procreare volentibus, nullatenus consensit, dicens se Christo virginitatem suam devovisse. Arrepto denique ferro, capillos per lacteam cervicem dependentes præscidit; relictoque sæculo et omnibus pompis ejus, Christum, quem sibi sponsum elegerat, per arctam et angustam viam secuta est. Nec retraxit pedem, donec ad bravium perveniret: in memoria semper habens, quid pro nobis fecerit, quidque fuerit passus. Parentes autem illius, nec minis, nec blanditiis propositum ejus immutare valentes, redditus cujusdam villulæ Odunca *c* nomine ad famulatus sui usum unanimiter tradiderunt.

abscissis capillis, castitatem profitetur; et, accepta a parentibus in alimoniam villa Odunca,

c

3 At beata virgo Ermelindis, relicta domo, rebusque parentum postpositis, solitaria incedebat, solicite exquirens locum, ubi soli Deo vacare posset. Venit ergo ad quandam villam *d*, cui præerant duo germani fratres, primo juventutis flore vernantes. Isti necdum legitima contraxerant matrimonia, sed vanitatibus sæculi atque illecebris inserviebant. Ibi ergo venerabilis virgo, aliquandiu commorata, hunc locum æstimabat a Deo sibi præparatum. Diebus vero E ac noctibus frequentabat ecclesiam *e*, nudis pedibus incedens, Domino in holocaustum proprium corpus offerens: humiliabat se servituti subjiciens, nichil de generis nobilitate blandiens. De nobili enim ejus prosapia descendisse dicitur Pippinus, pater sanctæ Gertrudis, cujus meritis B. Ermelindis studuit esse coæqualis *f*. Necdum in tempore illo sanctus Amandus *g*, gubernacula Trajectensis ecclesiæ susceperat, cujus doctrina et institutione multi postea de errore suo ad vias justitiæ redire coacti sunt.

pergit ad eremum Bevecum; unde castitatis servandæ causa,

d

e

f

g

4 Fuit igitur hæc virgo suæ generationis singularis lucerna, inter quos enituit candore virtutum, sicut lilium inter spinas. Nec defuit ei temptatio inimici. Antiquus enim hostis, calcaneo illius insidians, moliebatur effundere oleum, quod adhuc in vase fictili conservabat. Siquidem prædicti fratres, introitum illius et egressum sæpius considerantes, exarserunt in concupiscentiam ejus; ignorans alter cogitationem alterius. Uterque tamen observabat tempus et horam, qua eam solam deprehendere potuisset, quatenus decore illius suam libidinem satiaret. Sed cum tempus congruum malitiæ suæ im- F plendæ minime reperirent, interius cæco cruciabantur amore. Quid tamen agerent? Non enim sine gravi scandalo totius oppidi *h* vim inferre poterant tantæ opinionis virgini. Unus *i* autem ex eis, quem flamma libidinis amplius exurebat, expetiit custodem ecclesiæ, dona maxima repromittens, si per eum consensum virginis habere potuisset. Illi enim sæpius atque familiarius loquebatur; per eum singulis noctibus ad ecclesiam habebat accessum; quamvis sub ovina pelle sanctitatem virginis tamdiu latere non potuisset. Ille vero, de consensu virginis omnino desperans, (sciebat enim mentem illius solidatam esse et in Christo fundatam,) rapiendam potius fore sub conticinio noctis juveni suadebat. Hac enim hora, gustato paulisper somno, solita erat venire ad ecclesiam, offerens seipsam hostiam vivam, sanctam, Deo placentem. Et quid agis, o humana malicia? Non est sapiencia, non est prudencia, non est consilium contra Dominum.

cui insidiabantur duo juvenes et templi custos,

h

i

(1) Acta SS. tom. VII Octobris, pag. 847 et seq.

migrat igitur Meldradium; ubi moritur et ab angelis (ut traditur) sepelitur. Corpus latet in sepulcro annos 48.

5 Igitur nocte, qua rapienda erat, meruit angelicam vocem audire se monentem ex nomine : « Recede, inquiens, virgo, recede, et virginitatem, quam Deo consecrasti, inviolatam custodi. » Quæ valde perterrita, obediens jussioni, iter cepit. Cumque Spiritu Sancto duceretur, angelus Domini secundo ei apparuit, et viam, quam ceperat, ne desereret imperavit. « Venies, inquit angelus, in villam, quam Meldricem nuncupabis *k*; ibi namque præparavit tibi Deus locum ad perficiendum desiderii tui votum. » Pervenit igitur venerabilis virgo ad locum, quem prædixerat ei angelus; ibique parsimonia miræ abstinenciæ diu vivens, geminæ dilectionis se continebat mandato. Alebatur autem beata Ermelindis solummodo herbis agrestibus, non inferior summis heremi cultoribus : puellares quoque artus teneros duris cruciabat injuriis. Frequentabant quoque eam quique religiosi *l*; sed quanto Dominus famam ejus dilatabat, tanto humilius se agebat. Tandem vero, post multa certamina evocata a Domino, ad cælestem pervenit gloriam; quam, in terris posita, tota devotione quæsivit. Ad cujus exequias non hominum turba, sed ymnidici chori Christo cecinerunt gloriam. Et quia Christo fuit dilecta, ab ipsis est officiosissime sepulta. Hæc interea beata virgo quadraginta octo annis latuit aliena a cultu sæculi, solis venerata civibus cæli. Sic denique Christus manifestavit eam huic sæculo, ut, quæ erat jam apud eum glorificata in cælis, etiam apud homines honoraretur in terris.

k

l

B

Ad hoc ejus sepulcrum, quod Deus revelat, vir pius construit sacellum;

6 Erat igitur homo quidam *m*, qui præfatam solitudinem, ab angelo simul et beata Ermelinde Meldricem vocatam, cum transiret, contigit, Deo disponente, ut longius ire nequiret. Media autem noctis hora apparuit tumulus virginis, solis claritate lucidior, audivitque angelos psallentes. Apparente autem luce dici, disparuit visio cælestis, sed odor nimiæ suavitatis in eodem loco permansit. Post hæc prædictus vir devotus, peracto negotio, ad prædictum rediit locum, atque ad tumulum sui signi secundo devotissime excubavit; nec frustratus est spe sua. Nam pius Dominus iterum dignatus est illi revelare glorificationem sponsæ suæ. Quam enim apud se glorificaverat in cælis, disponebat et magnificare in terris. At ille, Domini voluntate certior effectus, surgens mane lætus, agensque Deo gratias, inquit : « Vere Dominus est in loco isto, et ego nesciebam *. » Et statim reversus ad propria, omnibus quæ sui juris erant assumptis, super tumulum virginis cappellam fabricavit *n*, ibique cum sobrietate vivens, finem dierum in pace sortitus est.

m

C

*Gen. XXVIII

n

corpus retegitur et multa sequuntur miracula.

7 Audientes igitur populi quod gestum erat, convenerunt ad locum, corde et animo concinentes hanc antiphonam : « Tua sunt hæc, Christe, opera, qui sanctos tuos ita glorificas, et cætera *o*. » Statimque aperientes terram, apparuit sarcophagus, in quo jacebat inviolatæ virginis corpus. De subito tanta sanitatum emanavit copia, ut ei congruenter aptari posset, quod Dominus in Evangelio dicit : « Qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet et majora faciet. » Nam cæcis visus, surdis auditus, claudis gressus, omnibus quoque pulsantibus salus et incolumitas reddebatur. Dæmones etiam ex obsessis corporibus egredientes, expulsione

o

sua meritum virginis inviti prodebant. Denique quicunque sepulcrum ejus fideliter tetigisset, sanus fiebat, a quacumque detinebatur infirmitate. Odore virtutum ejus commoti, ex longinquis regionibus superveniebant viri cum mulieribus, et virgines delicatæ, nudis pedibus misericordiam Domini implorantes. Per meritum autem beatæ virginis Ermelindis gratiam Dei sibi adfuisse sentiebant, læti et alacres remeantes ad propria. Amen.

D

ANNOTATA.

a *Locutio* Deus deorum *in Deuteronomio cap.* X, *v.* 17, *in Psalmo* XL *aliisque sacræ Scripturæ locis usurpata est ad designandum (ut pluribus placet) vel Deum judicum, magnatum, principum, vel Deum angelorum, sanctorum justorumque; sed verisimilius nihil aliud est quam superlativi forma, qua verus solusque Deus significetur.*

b *Psalmos Davidicos videntur fere ante omnia olim docti esse novi christiani; hinc S. Hieronymus in epistola ad Lætam* (1) : Hunni discunt Psalterium; *atque antiquissimum fere linguæ theutonicæ monumentum pars versionis Psalterii est.*

E

c *Villula* Odenca *seu* Odunca, *hodie viculus* Terdonck, *utpote in parochia* Lovenjoul *prope Lovanium situs, olim ad diœcesim Leodiensem spectabat : sed ab anno* 1560 *diœceseos Mechliniensis pars effecta est. Ibi* S. Ermelindem *natam esse affirmat Molanus* (2), *sed nihil hujusmodi in antiquis monumentis quæ supersunt dicitur. Neque verisimile est* S. Ermelindi, *in eremum recedenti, a parentibus fuisse traditam domum quam ipsi habitabant. Dubium tamen non est eam in vicinia lucem aspexisse.*

d *Villa, in qua* S. Ermelindis *vitam eremiticam auspicata est a Molano in Natalibus et in Indiculo sanctorum Belgii dicitur fuisse* Bevecum, *gallice* Beauvechain, *nunc parochia archidiœceseos Mechliniensis prope Geldoniam* (Jodoigne). *De hac villa mentionem facit imperator Fredericus in diplomate anni* 1115 (3), *quo omnia S. Lamberti Leodiensis prædia recenset. Etiam hodie incolarum istius loci traditio est* S. Ermelindem, *quando, monente angelo, castitatis servandæ gratia ex Bevecum Meldradium migravit, non tutam fuisse a persecutione impudici juvenis; eamque, quum in eo esset ut eam assequeretur, sese in medio ovium grege abscondisse, et in terra plantasse baculum, qui statim viruit et floruit. Addunt populares juvenem de puella percontatum esse pastorem; qui responderit eam per agrum transiisse et in eo perpulcram hanc spinam, illic jam florentem, plantasse. Hæc narratio, fabulæ speciem habens, quæ ab aliquot aliis sanctarum Vitis non abest, et a pia populi veneratione proculdubio orta est, neque in codicibus Ultrajectensibus, aut Corsendoncanis, aut Lovaniensi, neque in Legenda Meldradiensi refertur; ut videatur recentior esse. Ostenditur hodie in agro, nuncupato* Champaigne de St-Ermelinde, *Bevecum inter et Meldradium, spina, quam dicunt eamdem esse ac quæ plantata traditur*

F

(1) Epist. CVII, Opp. tom. I, col. 870, edit. Migne. — (2) Natales SS. Belgii, pag. 233; Indiculus SS. Belgii, pag. 29. — (3) Chapeauville, Gesta episcoporum Leodiensium, tom. II, pag. 107.

A *a* S. Ermelinde. *Habet arboris, foliis valde spissæ, formam, et longe ante hominum memoriam appellatur* Spina S. Ermelindis (1).

e *Traditio habet ecclesiam, ad quam frequenter veniret* S. Ermelindis, *fuisse Bevecensem.*

f *Ex dictis in Commentario prævio, num.* 6, *liquet S. Gertrudem sexaginta circiter annis post* S. Ermelindis *mortem natam esse.*

g *S. Amandus in Belgium anno* 628 *circiter venit.*

h *Quomodo* populus, oppidum, civitas, respublica *differant hisce verbis explicat Cicero* (2) : Est populus..., *inquit,* cœtus multitudinis juris consensu et utilitatis communione sociatus... Hi cœtus hac causa instituti sedem primum certo loco domiciliorum causa constituerunt : quam quum locis manuque sepsissent, ejusmodi conjunctionem tectorum oppidum vel urbem appellaverunt, delubris distinctam, spatiisque communibus. Omnis ergo populus, qui est talis cœtus multitudinis, qualem exposui; omnis civitas, quæ est constitutio populi; omB nis respublica, quæ populi res est, consilio quodam regenda est, ut diuturna sit.

i *Minor natu, ut ex codice Lovaniensi et Legenda Meldradiensi colligimus, donis ecclesiæ custodem corrupit. Quod custos, id est vir sæcularis, curam ecclesiæ habuisse traditur, convenit cum antiquissima citra montes consuetudine. Quamquam nullus aderat presbyter, condebantur tamen oratoria et parvæ ecclesiæ, custodum curæ commissa. Hi videntur populum ad preces congregasse, et universæ rei christianæ præfuisse. Quam rationem in constituenda confirmandaque ultra Rhenum religione catholica secutus esse videtur sæculo* VIII *S. Bonifacius martyr.*

k Meldricem nuncupabis. *Ob hanc et aliam similem locutionem, plures arbitrati sunt Meldradium ante* S. Ermelindis *adventum, nullum vel aliud habuisse nomen. Sed perperam. Quod autem hic locus* Meldrice *vocandus dicitur, quoniam ibi Deus præparavit* S. Ermelindi *locum, hoc inde profectum esse videtur, quod biographus credidit* Meldrice *non esse corruptam* Meldrathii, Meldradii *seu* C Meldratii *formam, sed hoc nomen compositum esse ex* melden, nuntiare, *et* ric, regio (3) : *ita ut* Meld-ric *ei idem visum sit ac* regio prænuntiata. *Sed initio Commentarii prævii monuimus celticam esse nominis originem.*

l *Viri religiosi, qui* S. Ermelindem *frequentabant, videntur in isto tractu animarum curam gessisse. Ait enim Cangius per viros religiosos non raro* viros ecclesiasticos *designari.*

m *Vir ille, cui Deus per angelos* S. Ermelindis *sepulcrum patefecit, dicitur in Legendæ Meldradiensis margine* Hugo, œconomus Pippini ducis. *Præterea in codice Lovaniensi et Legenda Meldradiensi legimus eum fuisse* de villa, Warelos * nuncupata; qui, commissis sibi a Domino suo omnibus bonis suis, domino procul absistente, parabat se ad eum pergere.

* prope Antwerpiam.

n *De sacello, super* S. Ermelindis *sepulcro exstructo, dicemus infra in Gloria postuma.*

o *Proculdubio desumpta sunt hæc verba ex carmine ecclesiastico, olim in his provinciis notissimo; sed quodnam sit velim ab aliis discere.* D

GLORIA POSTUMA

S. ERMELINDIS VIRGINIS

§ I. S. Ermelindis cultus Meldradii, Lovanioli, Thenis, in universa diœcesi Mechliniensi, in Moergestel et in Slavica Bohemia. Ejus memoria in martyrologiis.

S. Ermelindis, *cujus veneratio antiquissima est et ad plura loca extensa,*

Piam venerationem beatissimæ virginis Ermelindis *incepisse, quum quadraginta octo annis post mortem corpus ejus ex sepulcro fuit erutum, ex his quæ ad finem Commentarii et Vitæ retulimus nemini non potest esse manifestum. Floruit ante omnia hæc veneratio Meldradii; sed ad pauca aliquot loca se extendit. Atque de his jam sic dicemus ut prius referamus quæ generalia quasi sunt; dein vero ut singularibus paragraphis persequamur historiam reliquiarum, monasterii, beneficiorum, indulgentiarum aliarumque similium rerum, quibus tum Meldradii, tum alibi* S. Ermelindis *honor auctus fuit. In fine vetus Officium veteremque Missam, curabimus typis excudi.*

a. plus duodecim sæculis colitur Meldradii:

2 *Meldradii itaque a remotissimis temporibus sanctorum honores* S. Ermelindi *fuisse delatos extra omnem controversiam est. Vitæ enim auctor et perpetua Meldradiensis ecclesiæ in libris liturgicis et in marmoreis sculpturis consignata traditio indubium faciunt, ibi super pientissimæ virginis sepulcrum, quum miraculis frequentibus inclaresceret, extructum fuisse sacellum. Neque umquam hunc sacrum cultum fuisse interruptum evincunt tum reliquiarum translationes, tum publicæ supplicationes aliaque hujusmodi in honorem beatissimæ patronæ a Meldradiensibus usurpata. Et quidem præ manibus habemus ecclesiæ Meldradiensis de* S. Ermelinde *Missæ et Officii ecclesiastici apographum, quod, ut Heriberto Rosweydo gratum faceret, e pervetusto codice pergameno archivii suæ ecclesiæ descripsit anno* 1621 *Joannes Pinsonius, Meldradiensis parochus. Quod Officium et Missa multo ante concilium Tridentinum usurpata fuere. Ast illorum jam pridem nullum superest Meldradii vestigium et ante annum* 1838 *fiebant illic omnia ad diem* 29 *octobris in honorem* S. Ermelindis *de Communi Virginum. Atque olim quidem tres illic agebantur festivitates in ejus honorem, quemadmodum anno* 1728 *Hermannus Corthout, Meldradiensis paro-* F

(1) Saelmaekers, Vie de S. Ermelinde, pag. 22, Brabantsch Musæum, pag. 247. — (2) De Republica, lib. I, cap. XXV et seq. Cfr Nonium Marcellum, de proprietate sermonum, pag. 456, edit. Antverpiæ anno 1565. — (3) Cfr Schilterus, Glossarium Teutonicum, v° *Melden* et *Ric.*

chus,

AUCTORE G. D. B.

chus, ad decessores nostros scripsit : Quotannis, *inquit*, Meldradii tria celebrantur in honorem S. Ermelindis festa *(theutonice* Heiligdagen, *quo vocabulo festa in choro et foro significantur, id est in quibus missa audienda est et abstinendum ab opere servili)*; ac natalis quidem S. Ermelindis, die 29 octobris; corporis ejus inventio die 21 aprilis festivo ritu recolitur. Denique die tertio Pentecostes solemni supplicantium agmine circumfertur argentea ejus lipsanotheca, tanto peregrinorum accursu, ut hi plerumque sex millium numerum excedant. *Sed per concordatum anni* 1801 *lex illa, nata ex consuetudine, suppressa est; sed mansit popularis pietas.*

Item Lovanioli,

3 *Est et alia parochia in diœcesi Mechliniensi, nomine Lovaniolum, vernacule* Lovenjoul, *aliquot chiliometris Lovanio dissita, in qua ab ultima antiquitate cultu ecclesiastico honorata fuit* S. Ermelindis, *celebrata Missa* Dilexisti *die* 29 *octobris ad annum usque* 1838. *Ut autem in dies Lovaniolensium devotio erga sanctam virginem cresceret, Petrus Vanderlinden, vicarius generalis archiepi-*

B *scopi Mechliniensis et ante decanus districtus Lovaniensis, qui obiit anno* 1842, *ecclesiam Lovaniolensem reliquiis ex* S. Ermelindis *ossibus auxit. Præterea in Odunca, qui Lovanioli est viculus et ubi dicunt natam esse* S. Ermelindem, *fons scaturit, dictus* fons S. Ermelindis; *cujus fontis aquam quotannis die* 29 *octobris benedicebat ven. vir Guilielmus van Ex, qui quadraginta quinque annos parochiam Lovanioli administravit, ubi die* 28 *octobris anni* 1809 *obiit. Nostro quidem ævo pius affectus in* S. Ermelindem *non mediocria cepit incrementa, exstructo in ejus honorem, anno* 1857, *juxta fontem novo sacello opera et expensis Barbaræ Geyssens, viduæ Andreæ Van Schoonbeeck, Mariæ Geyssens, viduæ De Coninck, et Ioannæ De Coninck, heredum Ludovici De Coninck, viri pientissimi, qui de hoc sacello ædificando jam pridem cogitaverat, quin et, lateribus comparatis, locum idoneum designaverat, sed, re infecta, morte præventus fuerat anno* 1855. *Inauguratum itaque fuit hoc novum oratorium anno* 1857, *statuam* S. Ermelindis, *quæ in ecclesia parœciali cole-*

C *batur, magna cum pompa illuc deferente ven. parocho Norberto Willems. Exinde singulis diebus dominicis multi utriusque sexus Christi fideles ad B. Mariæ Virginis rosarium recitandum eo conveniunt.*

cujus occasione dicitur de patrocinio, sanctis attributo propter similitudinem eorum nominis cum morbis et aliis rebus;

4 *Huc quoque sese conferunt quotannis milleni infirmi imploraturi* S. Ermelindis *auxilium vel ex ejus fonte aquam bibituri ad obtinendam præsertim debilium brachiorum et crurium sanationem. Quoniam enim hoc passim obtinet ut populus invocare amet sanctos, quorum nomen accedit ad vocabula rerum, quas sanctis vult commendatas, hinc factum ut, siquidem prima syllaba nominis* Ermelindis *(*Erm, *dialecto vulgari eadem ac* Arm,) brachium *significat, beata virgo perfugium facta sit eorum, qui brachio laborant : quod patrocinium propter similitudinem ad crura extensum est. Sic supra in hoc tomo ostensum est S. Dodonem (quod* Dodo *sonet quasi* dos dos) *patronum factum esse dorso laborantium; alibi S. Mummolinum puerorum mussitantium* (mommelen); *alibi S. Blasium* D *vesicis seu pustulis* (blazen) *aliisque hujusmodi tumoribus afflictorum; alibi S. Clarum martyrem Lectorensem, et S. Clarum martyrem Vulcassinum, oculis caligantium; alibi S. Pharam, virginem Meldensem, cæcutienium et cæcorum; alibi S. Cæsarium Avenionensem capite dolentium; S. Syrenum, martyrem quiescentem in vico Billonensi apud Arvernos, non secus ac S. Serenedum confessorem Cenomanensem,* serenitatis *aeris vel pluviæ; alibi S. Clarum, episcopum Nannetensem, et S. Claram, primam plantam secundi ordinis Minorum,* claritatis *seu serenitatis aeris; alibi S. Cornelium, propter nomen cum* cornu *pictum, animalium* cornutorum; *S. Agnetem* agnorum; *S. Olavam panum* (whole loaf *anglice,* integer panis); *S. Scithewell seu Sidwell messorum* (scythe *anglice,* falx), *seu fontium* (well *anglice,* fons); *et propterea toties apparere sanctos sic pictos aut sculptos ut quasi rebus nomen suum significent et vulgare patrocinium indicent.*

item Thenis, ubi in ejus honorem antiquæ erant fundationes;

5 *Thenis præterea, nobili Brabantiæ oppido, ante hominum memoriam in ecclesia collegiali S. Germani erectum fuit altare in* S. Ermelindis *honorem. Quod constat ex pluribus donationibus, S. Germani chartulario inscriptis, mihique indigitatis a ven. viro Petro Betz, hodierno parocho in Neerlinter prope Thenas, qui Thenarum, patriæ suæ, origines et antiquitates præ reliquis scriptoribus egregie dilucidavit. Harum donationum, qui pristinæ pietatis indicia sint, unam alteramve in medium proferre juverit. Die itaque* 2 *septembris anni* 1423 Otto, dictus Stortbier, de Thenis, Leodiensis diœceseos, fundavit quatuor missas in altari sanctæ Ermelindis, sito in ecclesia sancti Germani Thenensi, septimanatim celebrandas; *ita ut hæ missæ celebrandæ sint* singulis diebus dominicis de tempore, in feriis secundis pro fidelibus defunctis, et in omnibus quarta et sexta feriis similiter de tempore, nisi festum solempne in aliquo dierum occurrerit. *Dein ex pacto, inito die* 18 *junii anni* 1459 *inter capitulum S. Joannis Leodiense et parochum S. Germani, constitutum fuit ut beneficium* S. Ermelindis *a capitulo S. Joannis Evangelistæ in posterum conferretur. Verum,* F *quum duo priora Chartularii excerpta sint ex codice, qui chartas ab anno* 1214 *ad* 1427 *complectitur, absitque ab hoc codice diploma fundationis altaris* S. Ermelindis, *jure merito inde deducit ven. vir Petrus Betz ipsum* S. Ermelindis *altare ante annum* 1214 *fuisse erectum. Quod tamen beneficium, quum nulla de eo in polyptycho anni* 1441 *fiat mentio, tum desiisse videtur. Verum non propterea cultus* S. Ermelindis *in S. Germani ecclesia cessavit : nam scribebat anno* 1622 *Aubertus Miræus* (1) S. Ermelindis *festum illic agi die* 29 *octobris : et in ejusdem ecclesiæ libro ms. anni* 1792, *cui titulus :* Missæ propriæ ecclesiæ Thenensis S. Germani, *legitur :* 29 octobris, Ermelindis virginis. Duplex. Missa DILEXISTI de communi virginum tantum. *Quin etiam, quemadmodum ad me scripsit ven. vir Eduardus Van Doren, parochus hodiernus parochiæ S. Germani Thenis, mecum humanissime omnia instrumenta historica suæ ecclesiæ communicans,*

(1) Fasti Belgici et Burgundici, pag. 658.

inter

A *inter duodecim sanctos et sanctas Thenarum patronos, quarum imagines splendide ornant majorem fenestram, anno* 1866 *constructam et coloribus delineatam, apparet* S. Ermelindis: *ita ut pristina veneratio perseveret.*

et demum per totam diœcesim Mechliniensem.

6 *Olim illis Belgii locis continebatur* S. Ermelindis *cultus; sed nostro ævo multo extensior est, siquidem universæ immensæque diœcesi Mechliniensi communis factus est. Etenim,* quum inter ea, *uti scribebat, die* 13 *novembris anni* 1838, *eminentissimus cardinalis Engelbertus Sterckx, archiepiscopus Mechliniensis* (1), quum inter ea, quæ exeunte sæculo XVIII ex Gallicanis perturbationibus ecclesiæ Dei, etiam in Belgio, acciderunt tristissima, illud non modicam per diœcesim Mechliniensem attulerit doloris causam, quod, extincto episcopatu Antverpiensi, sublatisque multis capitulis et monasteriis, nostratium sanctorum cultus multum cessavit, *et propterea* plurium ex clero ad eum pervenerint vota, quibus vehementer exoptabant, ut huic malo mederi conaretur, *obsolescentem plurium sanctorum cultum vel resuscitare vel*

B *extendere sibi proposuit. Hac de causa adhibitis viris aliquot, rerum sacrarum peritis, ordinavit cum approbatione sacræ congregationis rituum et consensu Romani pontificis* diœcesanum officium, ex antiquis ecclesiæ metropolitanæ Mechliniensis, cathedralis Antverpiensis, et vicinarum diœcesium; necnon ex veterum capitulorum et monasteriorum officiis collegit sanctos, qui, olim, *ut loquitur,* speciali cultu in diœcesi nostra honorati, peculiarem ex parte nostra sibi gratitudinem vindicabant. *Atque hinc factum est ut nostris temporibus per totam Mechliniensem diœcesim quotannis die* 29 *octobris ritu duplici Missa* Dilexisti *in honorem* S. Ermelindis *celebretur, et lectiones* II *nocturni totæ sint in ejus laudibus referendis.*

Sub nomine S. Everlinæ *dicitur coli in Moergestel;*

7 *Verum, non tantum in diœcesi Mechliniensi, sed etiam (si recentiori interpretationi fides sit) in Moergestel, diœceseos Sylvæducensis parochia,* S. Ermelindi *sanctorum tribuitur honor. Exordia hujus cultus adeo sunt obscura, ut Wichmannus, Ordinis Præmonstratensis præclarum decus, et in rebus ecclesiasticis istius tractus versatissimus, origines*

C *parochiæ Moergestel indagans, scripserit sequentia, dubitatione plena :* Colitur hic sancta quædam, cujus neque nomen, neque vitam, neque mortem, post seriam indagationem ullibi in kalendario, martyrologio, vel scriptore, neque ego, neque multi alii mecum hactenus invenire potuerunt. Hoc tantummodo extractum ex Actis visitationis reverendissimi D. Nicolaï Zoesii, episcopi nuper Busco-ducensis (seu Sylvæducensis), de anno 1619, adsistente D. Henrico van Leemputte S. T. L., nancisci potui : « In ecclesia de Moerghestel colitur sancta Everlina, quæ ante turbas dicitur [ibi] requievisse, et adhuc superest aliqua species tumbæ, ad quam fiunt oblationes clavorum impari numero. » Hactenus extractum. Vidi ego sæpius clavos oblatos, dicebanturque tot offerri quot quis laborabat sanguinolentis ulceribus, vulgo BLOETSWEIREN; quibus pellendis potissimum invocatur. Statuam habet supra tumbam, et in manu soleam ferream gestat, vernacule, EEN HOEF-YSER *(gallice* fer à cheval)..... Dicitur autem vernacule Sinte-Everlyn. *Hactenus Wichmannus anno* 1632 (2). *Jam vero quod clavi offerebantur, ratio videtur esse quod ulcera sanguinolenta aliquatenus clavorum induunt formam, unde gallice nuncupantur* clous *(clavi). Numerus quidem clavorum impar explicatur, ex eo quod apud vulgus in non paucis Belgii locis etiam nunc opinio viget, ulcera sanguinolenta semper impari fieri numero. Quod vero sancta virgo exhibetur manu tenens soleam ferream, annon forsan factum est, quod per clavos ejus patrocinium ad fabros ferrarios devenit? Quum illa itaque multum admirabilitatis et difficultatis habeant, Papebrochius noster anno* 1687 *a Philippo Taisne rogatus est* an nihil sciret de S. Everlina, quæ colitur in Moer-Gestel. *Quapropter literas dedit ad Philippum Nutium; qui responsum a Francisco Hovio, canonico regulari Tongerloensi, tunc temporis parocho in Moergestel, sibi datum cum Papebrochio communicavit. Porro rescripsit Hovius :* In Moer-Gestel non colitur S. Everlina, sed S. Ermelindis, ad quam multi, sanguineolentis ulceribus laborantes, valde utiliter recurrunt. *Hæc ex Papebrochii schedulis, quin indicetur quomodo post Wichmannum innotuerit S. Everlinam eamdem esse ac* S. Ermelindem. *Nostro quoque ævo, quemadmodum nuper ad me scripsit ven. vir Lambertus Van Doren, parochus in Moergestel, non pauci quotannis feria* II *Pentecostes (hoc enim tempus ratione veterum processionum bannalium quasi sacrarum peregrinationum solemne est) ad* S. Ermelindem *invocandam confluunt, sanguineolentorum ulcerum aliorumque morborum sanationem vel contra eos tutelam petituri. Addit J. A. Coppens* (3) *ibi non amplius haberi statuam, supra tumbam positam, de qua Wichmannus. Cæterum in Moergestel non celebratur* S. Ermelindis *festum, neque aliquo peculiari colitur honore ecclesiastico.*

AUCTORE R. D. B.

E

quin etiam ejus nomen celebre est in Bohemia Slavica..

8 *In Slavica quoque Bohemia, cujus consuetudines aliquot (quod mireris) cum Belgii consuetudinibus conveniunt, non parum nota est* S. Ermelindis, *uti manifestum est ex opere germanice scripto baronis de Reinsberg-Duringsfeld, cui titulus :* Festkalender aus Bœh-

F men, *seu Kalendarium festorum in Bohemia. Ut autem ex iis apparet, quæ illic ad diem* 30 *octobris traduntur, patrona virginalis castimoniæ habetur* S. Ermelindis *in illis locis. Sicut autem in Brabantia* S. Ermelindi *propter priorem nominis partem brachiorum tutela commendata est, sic in Bohemia posterior pars* linde, *qua apud Germanicæ stirpis populos* tilia *arbor significatur, causa fuit ut inter tilias et* S. Ermelindem *convenientia quædam excogitaretur. Quapropter dicuntur illic tiliæ, in festo* S. Ermelindis *plantatæ, facile radices agere* (4).

Inscriptum quoque est ejus nomen in multis martyrologiis et menologiis;

9 *Præterea* S. Ermelindis *in bene multis inscripta est martyrologiis et menologiis ad diem* 29 *octobris. Ita legitur in Molani Auctario Usuardino :* Villa Meldricis, sanctæ Ermelindis virginis; *et in altero, excerpto ex Matricula Cartusiæ Ultrajectinæ :* Ermelindis virginis, quæ pro castitate patriam reliquit.

(1) Proprium Mechliniense anni 1838, pars hiem., pag. 5 et seq.— (2) Brabantia Mariana, lib. II, pag. 431.— (3) Beschryving van het bisdom van s'Hertogenbosch, tom. IV, pag. 141. — (4) Revue d'Archéologie belge, année 1864, tom. IV, pag. 157 et seq.

Dein

AUCTORE R. D. B.

Dein in Martyrologio Belgico Molani, cui titulus : Natales Sanctorum Belgii : Villa Meldricis, sanctæ Ermelindis virginis ; *quibus verbis subjungitur breviarium Vitæ* S. Ermelindis. *Item in altero Martyrologio belgico, a Balduino Willot conscripto* : In villa Meldaert, prope Thenas, obiit S. Ermelindis virgo, ibique ab angelis fuit sepulta. *Adde quod in Saussayi Martyrologio Gallicano occurrit :* Ipsomet die (29 *octobris*) natalis S. Ermelindis virginis ; quæ, sancti Abliberti Cameracensis episcopi et sanctæ Gudilæ soror, toto desiderio cælestium fragrans, virginitatem suam duodecennis Deo consecravit : atque in monasterio Odencæ villæ apud Lovaniolum æterno sponso consecrata, eidem purum sui holocaustum in omni spiritus et carnis puritate immolavit, morteque felici consummata, ad vitam evolavit, quam diu speraverat, sempiternam. Sacræ virginis hujus exuviæ, quod magnis fulgerent beatitatis coruscationibus, a devotis illius clientibus certatim expetitæ, sic dispertitæ sunt, ut harum pars Meldariæ in Brabantiæ ora, pars altera Thenis in agro Cameracensi, haud procul a col-
B legio canonicorum S. Germani recondita, adservetur. *Quæ dicta in multis erronea esse, tum ex iis, quæ supra in Commentario prævio de beatæ virginis natalibus, tum ex illis, quæ inferius de reliquiis monemus, manifestum est. Celebratur item ejus memoria in Martyrologio Walasseri Canisiano, in Universalibus Castellani et Mulleri, in Catalogo sanctorum tum ms. Vochtii, tum impresso Simonis Peyronnet, in Molani Indice sanctorum Belgii, et in Ferrarii Catalogo sanctorum generali. Tandem recensetur ad diem* 29 *octobris inter sanctos Ordinis Benedictini a Wione in libro* III *Ligni Vitæ, a Menardo in Martyrologio Ordinis S. Benedicti, a Bucelino in Menologio Ordinis S. Benedicti, a Benedicto Cherle in Martyrologio Benedictino, ab Ægidio Ransbeck in Kalendario annali Benedictino, ab Heredia in opere hispanico* Vidas de santos etc. de la religion de san Benito, *et ab Arturo a Monasterio in Gynecæo : sed eam numquam fuisse Benedictinam jam ostendimus.*

pluresque imagines, ære incisæ, exstant.

10 *Quum vero tam late propagatus esset* S. Ermelindis *cultus, plures de ea in ære incisæ fuerunt imagines. Porro Ægidius Ranbeck eam exhibuit forma monialem Benedictinam, et ita imaginem disposuit ut ad latus decem angeli sanctæ virginis funus curare videantur. Thomas de Leu vero totam ejus vitam mortem et funus repræsentavit, prout in Vita ms. Lovaniensi, de qua alibi diximus, descripta sunt. Item in Historia Virginum Rosweydi effingitur beata puella juxta se hominem habens, ex cujus ore fugat dæmonem. Est et initio Vitæ* S. Ermelindis, *a Compaignon conscriptæ, imago exprimens duos angelos sanctæ virginis funus agentes, aliis duobus angelis circum spargentibus rosas aliosque flores et tribus aliis in aere ejus triumphum celebrantibus : juxta delineata est ecclesia parœcialis et infra insignia gentilitia domus Oyenbruggensis. Superest et imago, cupro olim insculpta curis et expensis Philippi Francisci Van der Noot, baronis de Carloo, qui matrimonio acceperat Annam Antoniam Josepham d'Oyenbrugge, comitissam de Duras et baronissam de Meldert. Trian-*
D *gularis hæc imago est, ut prelo excusa exemplaria papyracea, bacillis agglutinata, a piis peregrinis pileo aut pectori quasi insignia aut vexilliola affigi possint. In ea denuo exhibetur* B. Ermelindis *a duobus angelis sepulcro imposita, duobus aliis ex corbe rosas floresque alios circum cadaver spargentibus et quatuor aliis in aere ejus laudes concinentibus. Apparet ibidem priscum parœciale templum, dein oratorium* S. Ermelindis *et demum castellum Meldradiense cum adjectis in fine insignibus gentilitiis Philippi Francisci Van der Noot. Infra imaginem legitur gallice :* S. Ermelindis, ora pro nobis.

§ II. Monasterium virile S. Bavonis et puellare S. Ermelindis in Calvomonte, Meldradii vico.

Traditur monasterium puellare Benedictinum, adjunctos habens clericos, ad S. Ermelindis *sepulcrum in vicino Monte vituliexstructum fuisse a B. Pippino Landensi.*

Quod si complures S. Ermelindem *Ordini Benedictino adscripserunt, hæc verosimiliter fuit causa, quod olim plerique omnes monachi, moniales et eremitæ Occidentales censerentur instituta S. Benedicti servasse. Errandi autem facilitas crevit inde plurimum, quod aliquando omnia vetera monasteria (nisi ad canonicos transierint aut perierint) S. Benedicti Regulam acceperunt, aut quod prope eremitarum sepulcra cœnobia Benedictina erecta sunt ; quorum incolis in tanta antiquitatis sacræ ignorantia prompte persuasum est patronum suum et vestem Benedictinam induisse et Regulam observasse. Valent hæc etiam in* S. Ermelindis *causa. Erectum enim fuit prope sanctissimæ virginis tumulum asceterium, in quo S. Benedicti instituta prævaluerunt. Origo hujus cœnobii declaratur in codice ms. Lovaniensi Vitæ* S. Ermelindis; *ex quo hunc locum recitare placuit :* Eo enim tempore Pippinus dux inter Francigenas post regem principatum tenebat, gloriosus in conspectu populi, gloriosior in conspectu Dei, qui et ipse genuerat filiam, videlicet sanctam Gertrudem, privilegio summæ benedictionis in- F
signitam. Hic præfatus princeps, res gestas comperiens, et novam beati rumoris famam percipiens, ad locum celer ac devotus pervenit, sacrumque corpus, levatum e tumulo, digno cum honore condidit ; prædiorum quoque permaxima multitudine locum ditavit, jaciens fundamentum monasterii, ubi Christum coleret plebs Dei. Ob reverentiam igitur summi Creatoris, meritumque beatissimæ castitatis, idem dux perfecit aulam virgini *(S. Ermelindi)*, faustorum consortio coæquali ; instituens illic sanctarum virginum chorum, quæ indesinenter debitæ laudis persolverent sacrificium. Servorum etiam dedit turbam non minimam, qui totius servitutis constanter impenderent jura. Tandem, perfecto preciosi templi oraculo ac sacris muneribus et ministris redimito, ecclesiasticæ religionis firmavit morem, faustæque regulæ stabilivit auctoritatem. Quam ut devotiori inibi degentes implerent certamine atque conamine, subjecit eis clericorum cohortem, qui alternis vicibus instarent missarum solemniis. Erat enim congregatio vicina monasterio beati Bavonis

A Bavonis confessoris in monte, qui denominatur Mons Vituli. *Hactenus biographus auctior.*

sed in his plura non placent, puta B. Pippini nomen, Regula Benedictina et Vituli mons;

12 *In his alia non placent, alia placent. Imprimis non placet monasterium illud exstructum fuisse a B. Pippino Landensi. In Vitis enim Trajectensibus, quas antiquiores diximus et puriores, nulla ea de re fit mentio. Deinde, hoc si verum esset, S. Gertrudis biographus coævus non scripsisset (quemadmodum jam alibi monuimus) B. Idæ post felicem conjugis sui Pippini obitum, quum esset rogata a S. Amando ut filiæ suæ Gertrudi monasterium construeret, hoc instituti genus visam* ignotam rem (1). *Multo minus placet quod ante medium sæculum* VII *virgines Meldradienses dicuntur* faustam regulam, *id est Regulam S. Benedicti sectatæ esse, quum Regula S. Benedicti, ut supra docuimus, ante annum* 644 *feminis non fuerit aptata. Quæ Regula, quemadmodum ostendit Cornelius Smet, in antiquissimis Belgii monasteriis Nivellensi* (2), *Malbodiensi* (3) *et Montensi nequaquam usurpata fuit; quin etiam ex nullo antiquo documento manifeste ostensum* B *est in hodierno Belgio vel sæculo* VII *aut* VIII *unum fuisse monialium Benedictinarum monasterium. Tertio non placet, quod locus, ubi intra fines Meldradiensis parochiæ monasterium constitisse traditur*, Mons Vituli *appellatur. Hæc enim prava interpretatio est vocabuli* Calmons, *quod in diplomate de divisione Lotharii regis, inter fratres ejus anno* 870 *facta* (4), *jam occurrit. Etenim ager ille a remotissimis temporibus apud populares nomen habet* Blootenberg, *latine* Calvus Mons, *quia, quemadmodum hominum caput capillis nudum dicitur* calvum, *ita quoque non raro montes arboribus vel frugibus destituti, nuncupati fuere* calvi montes : *hinc in Gallia urbes plures, appellatæ* Chaumont, *latine* Calvi Montes *nomen suum deduxisse videntur* (5). *Quapropter* Calmons, *syncope vocum* Calvus mons, *utpote nuncupatio latina, mutanda non erat in aliam latinam* Montem Vituli, *neque, ut ferunt Ghesquierus* (6) *aliique, in aliam flandricam* Calfsberg : *sed servanda erant nomina* Calmons *et* Blootenberg.

sed reapse exstitit ibi monasterium, quod habitarunt usque ad Normannorum incursiones S. Bavonis monachi;

13 *Contra placet quod traditur illic olim exstructas fuisse ædes monasteriales. Ut enim omittam sæculo* XVII *in Calvomonte effossa fuisse lateres et tegulas, magni ædificii reliquias* (7), *testem habemus Eginhardum, Caroli Magni notarium; qui miracula peracta in SS. Marcellini et Petri translatione referens :* Quarta autem feria, *inquit*, id est decimo quinto kalendas julii *anni circiter* 828, puer quidam, nomine Folchardus, de monasterio quod Meldradium vocatur, qui erat cruribus ac pedibus miserabili contractione distortus, eodem in loco coram omni populo, curatus est (8). *Sed in his non definitur intelligendumne sit S. Bavonis monasterium an* S. Ermelindis. *Nam, quod in hujus Vita Lovaniensi legitur* monasterium B. Bavonis confessoris *fuisse* in monte qui denominatur Mons Vituli, *immo Calvusmons, nititur et alio documento : quo simul constat hoc S. Bavonis Calvomontense asceterium cessasse ante annum* 998. *Hoc enim anno obiit Odwinus abbas monasterii S. Bavonis Gandavensis* (9); *qui, ut villas Calvomontensem et Meldradiensem, monasterio suo injuste ablatas, recuperaret, Ottonem imperatorem adiit, quemadmodum constat ex literis Othelboldi, itidem S. Bavonis abbatis, ad Otgivam, Balduini IV, Flandriæ comitis, uxorem, circa anno* 1030 *datis; in quibus literis legitur :* Prædecessor noster Odwinus, adiens piissimum imperatorem Ottonem, quasdam imperio suo contiguas villas impetravit, quibusdam, ut erant ibi injuste direptæ, morte ipsius interveniente, remanentibus : ex quibus duas fiscales detinuit episcopus Leodiensis, Calmund et Meldrada cum eorum appenditiis (10). *Quibus accedit quod S. Bavo, qui in his partibus ante suam ad Deum conversionem possessor multarum villarum habitabat,* omnes suas pro Christo erogavit possessiones (11). *Atque in his quidem agitur de* villa *et* possessionibus; *sed plerisque* E *villis, potissime majoribus, solebant præfici aliquot monachi: unde passim exorta prioratus et præposituræ. Adeoque, si hæc omnia non particulatim considerentur, sed universim, indubium erit illic minorem monachorum S. Bavonis cœtum constitisse. Quam religiosam domum, ante annum* 998 *exlinctam, arbitratus est non sine causa Bollandus* (12), *cui suffragati sunt Van Gestel* (13), *R. P. Moulaert* (14) *aliique, eversam fuisse a Normannis, Belgium et præsertim Hasbaniam ab anno* 881 *ad* 891 *devastantibus* (15).

et juxta moniales, quæ postea migrarunt ad Lovaniense Beghinasium.

14 *Quemadmodum itaque recte traditum esse videtur a biographo virile monasteriolum Meldradii in Calvomonte exstitisse, sic ei fidem abnegare nolim, perhibenti illic puellare quoque exstitisse cœnobium. Denuo enim ejus testimonium solitarium non est; quippe quod conveniat cum pristina traditione Beghinarum Lovaniensium, quas inter semper viguit persuasio institutionem suam initio monasticam fuisse; Meldradii positas fuisse suas cunas; atque inde cœtum suum, mutatis legibus, Lovanium fuisse translatum. Audiatur Josephus a Ryckel,* F *qui anno* 1631 *hæc in publicum edidit* (16): Testantur certe hodieque ætate graviores virgines *(Lovaniensis majoris beghinagii),* quæ a prædecessoribus semper irrefragabili traditione acceperunt, se ex vetusto Brabantiæ dominio de Meldert Lovanium belli tempore compulsas fuisse migrare. Quod pariter ex traditione confirmant ejusdem loci toparchæ. *Cui testimonio tanto major inest auctoritas, quod ab ultima antiquitate usque ad finem sæculi* XVIII *Lovanienses beghinæ Meldradii redditus censusque perceperunt, vel etiam ibidem ecclesiæ parœciali solvendos habuerunt* (17).

AUCTORE R. D. B.

(1) Acta SS. Belgii, tom. III, pag. 151.—(2) Ibid. pag. 182.— (3) Ibid. tom. IV, pag. 308. — (4) Duchesne, Historiæ Francorum Scriptores, tom. II, pag. 455. — (5) Valesius, Notitia Galliarum, pag. 118; Lepage, Diction. géograph. de la Meurthe, pag. 73 et seq. — (6) Acta SS. Belgii, tom. I, pag. 219. — (7) Ibid. loc. cit. — (8) Acta SS. tom. I Junii, pag. 203. — (9) Annales S. Bavonis Gandensis, apud Pertz Monumenta, tom. II, pag. 188. — (10) Miræus Diplom. tom. I, pag. 349 et seq.; Le Glay, Revue des Opp. diplomatica de Miræus, pag. 35. — (11) Acta SS. tom. I Octobris, pag. 252. — (12) Ibid. tom. II Februar. pag. 258. — (13) Hist. archiepiscopatus Mechliniensis, tom. I, pag. 286. — (14) Ibidem. — (15) Reginon, Chronicon ad annum 881 et seqq.; apud Pertz, tom. I, pag. 592 et seqq. — (16) Vita S. Beggæ, Append. notarum, pag. 237. — (17) Archives de l'église de Meldert et du Royaume.

15 *Verumtamen*

Quomodo moniales Meldradienses videantur venisse Lovanium.

15 *Verumtamen Meldradienses monachæ non videntur condidisse magnum Beghinasium Lovaniense, cujus originem his verbis declarat Molanus* : Petrus ab Herenthals, *inquit* (1), prior abbatiæ Floreffiæ in tractu Namurcensi, qui vixit anno 1385, retulit in ms. chronico : « Anno Domini 1207 multæ mulieres, tam senes quam juvenes, contempto sæculo cum suis delectationibus, sponso, qui in cælis est, servire desiderantes, fecerunt sibi congregationes, simul commemorantes et vocabantur Beghinæ; « *licet in lapidibus ecclesiæ sculptum sit* : Anno Domini MCCCV hæc curia incepit. *Sed anno* 1230 *in majus Beghinasium aliæ Beghinæ convenisse leguntur* (2); *quas Meldradienses moniales fuisse nonnemo forte suspicabitur. Equidem nil definio; quum in mediis bellis et tumultibus, quibus per tot sæcula Brabantia agitata fuerit, sæpius fieri potuerit ut monialibus illis, rure constitutis, prudentia suaserit in Lovaniense munitum oppidum confugere: ubi nuspiam facilius repererint opportunam sedem quam in paucis aliquot Beghinarum domunculis, maxime*
B *quum his sua post mortem transcripserint bona.*

Renovati, non autem prioris, cœnobii Meldradiensis dicuntur monachi monialibus fuisse subjecti.

16 *Quod autem, quum eædem moniales Meldradii adhuc consisterent, dicuntur monachi, sacris ibidem operantes, iis fuisse subjecti, id quidem (si res ipsa spectetur) nihil admirabilitatis habet : etenim, ut occasione monialium Nivellensium simile institutum explicuit Cornelius Smet* (3), *in compluribus aliis monasteriis duplicibus viri non abbati, sed abbatissæ suberant; qualia nonnulla nominat Bollandus ad Vitam S. Hadelogæ virginis* (4). *Verumtamen difficile in animum mihi inducere possum S. Bavonis monachos, abbati Gandavensi utique subjectos, simul obnoxios fuisse abbatissæ Meldradiensi. Sed proculdubio biographus ad antiquiora retulit tempora, quæ suo fiebant ævo. Credibile enim est, restituto post Normannorum discessum Meldradiensi parthenone, abbatissam curasse ut clericos quosdam haberet qui in monasterii templo sacra peragerent; hos professos esse vitam religiosam secundum Regulam S. Benedicti in manibus abbatissæ; eosque proinde*
C *ejus auctoritati fuisse obnoxios. Cujus institutionis exemplis historia monastica plena est; sed unum referam ex Belisiensi* parthenone, qui aliquot tantum leucis a Meldradio distabat. In Musæo scilicet nostro Evangeliarium habemus, sæculo* X *scriptum, sed postea dono datum Belisiensibus monialibus. In loco autem vacuo post S. Matthæi Evangelium hæc exarata sunt* : Anno incarnat. Dni. M.C.XXX indict. X regnante rege Luotario, rexit cœnobium beatissimi Amoris confessoris Mathildis, abb. Belisiæ, cum fratribus et sororibus ita nominatis.

*Bilsen

Nomina junctorum per pacis federa fratrum :

Eustachius, Winricus, Wikerus, Arnoldus battaviensis; *et sequuntur dein nomina viginti quatuor monialium. Atque hæc quoque videtur fuisse conditio renovati cœnobii Meldradiensis puellaris. Quid, quod S. Bonifacius, Lau-*
sanensis episcopus, professionem religiosam D
fecit in manibus abbatissæ Cisterciensis parthenonis Cameræ B. M. V. juxta Bruxellas?

§ III. Oratorium, fons et mausoleum S. Ermelindis, aliaque ornamenta debita Jacobo d'Oyenbrugge.

Super S. Ermelindis *sepulcrum constructum fuit oratorium, quod frequentasse dicitur S. Odwinus*

Verum Meldradii non periit S. Ermelindis *cultus, quum parthenon ille cessavit. Remansit enim illic sacrum beatissimæ virginis corpus et oratorium super ejus tumulo exstructum. Egregius enim ille vir, cui Deus, illius sepulcrum revelavit et qui in schedulis Meldradiensibus Hugo appellatur, Pippini Landensis œconomus, id est villæ Meldradiensis præpositus, post tantum sibi a Deo collatum beneficium,* statim reversus ad propria, *uti legitur in mss. Ultrajectensibus,* omnibus quæ
E sui juris erant assumptis, super tumulum virginis capellam fabricavit, ibique cum sobrietate vivens, finem dierum in pace sortitus est. *Quæ hujus oratorii fuerint vices quis dixerit? Stabat sæculo* XI *aut* XIII, *quum in vicinia viveret S. Odwinus, presbyter et martyr, cultus Hugardiæ, et a nostris illustratus ad diem* 25 *junii; dummodo fides sit schedulis, quas inter Papebrochii nostri reliquias reperi. Narratur enim illic sanctissimus vir quotidie ad hoc* S. Ermelindis *oratorium venisse, ubi missæ sacrificium offerret. Certe nihil obstat favetque locorum dispositio. Neque dissentit Molanus, referens* eum ivisse in villam Melceles (aut Meldaert, ut putatur,) celebraturum divina (5).

et quod medio sæculo XVII renovavit Jacobus d'Oyenbrugge;

18 *Tanto temporis spatio sæpius utique renovanda fuit hæc ædes; sed perierunt memoriæ, quæ nonnisi ab initiis sæculi* XVII *abundare incipiunt. Porro anno* 1628 *Jacobus d'Oyenbrugge, pecunia publice collata, a fundamentis reædificavit illam* S. Ermelindis *ædem; idemque propter innumera beneficia, sibi suæque familiæ a Deo interventu* S. Ermelindis *præstita, privato ære interiorem ædis*
F *partem annis* 1649 *et* 1650 *exornavit. In medio scilicet oratorio mausoleum marmoreum colore nigro, tres circiter pedes altum, elevavit : cui desuper jacet* S. Ermelindis *imago ex lapide Virdunensi : ad ejus caput ex eodem lapide duo stant angeli et ad pedes tertius, ipsam in sepulcro deponentes. Leguntur circum ipsum mausoleum certo ordine disposita hæc verba :* HIC CORPUS S. ERMELINDIS VIRGINIS ANGELI CONDIDERUNT ANNO 600. — ERUIT DUX BRABANTIÆ PIPINUS, — ET HONORIFICENTIUS LOCAVIT ANNO 648. *Ad caput* : EIDEM SANCTÆ VIRGINI HOC PIETATIS SUÆ MONUMENTUM POSUERE ANNO 1649 NOBILIS ET ILLUSTRIS BARO JACOBUS D'OYENBRUGHE DE DURAS DNVS DE MELDERT, BOMBROUCK, WROLINGHE ET NOBILIS AC ILLUSTRIS DNA ANNA DE BERLO CONJUX. UTRIQUE BENE APPRECARE.


in quo fons est S. Ermelindis,

19 *Sub ipso mausoleo est fons, qui* S. Ermelindis fons *vocatur, vel quia beata virgo vivens*

(1) Molanus, Hist. Lovaniens. lib. V, pag. 330. — (2) Van Even, Louvain monumental, pag. 272. — (3) Acta SS. Belgii, tom. IV, pag. 431. — (4) Acta SS. tom. I Febr. pag. 308. — (5) Molanus, Natales SS. Belgii, ad diem 25 Junii; Acta SS. tom. V Junii, pag. 149.


ejus

Supra portam oratorium in quo diu servatae S. Ermelindis reliquiae.



MAUSOLEUM S. ERMELINDIS.

Sub mausoleo fons S. Ermelindis.



ab humilibus, sed et a nobilissimis viris religiose celebratus

ejus aquam bibere consuevit, vel quia, ipsa a Deo petente, scaturire cœpit. Quod nomen ineunte sæculo XIV *ei jam tribuebatur, ut constat ex diplomate anni* 1306 *chartularii abbatiæ Parcensis, quod hisce verbis incipit:* Notum sit universis quod Renerus, filius Willelmi, dicti Pronincheel, de Meldert, apud Thenas commorans, supportavit cum debita effestucatione pratum unum et terram adjacentem, sita apud Meldert juxta fontem beatæ Ermelindis, prout *etc.* (1). *Porro ex hoc fonte a remotissimis temporibus ad depellendos morbos, debilitatem præsertim crurium, aquam bibunt, vel ad ægra corporis membra perfricanda adhibent. Perseverat hæc religio, in qua non plus superstitionis est quam in excipienda umbra S. Petri, in adhibendo sudario S. Pauli, in tangenda Christi fimbria; neque humiles tantum eam participant, verum etiam nobilissimi, visique sunt sæpe sæpius prænobilis domina Josepha Ludovica comitissa van der Noot et de Duras, vidua principis de Ligne, ejusque conjux prænobilis dominus comes Carolus Ferdinandus Josephus d'Oultremont,* B *eorumque liberi Eugenius Lamoral princeps de Ligne, senatus Belgici præses, comes Octavus Carolus Ludovicus d'Oultremont de Duras, Hadrianus Eugenius Paulus d'Oultremont de Duras aliique cum pietate ex* S. Ermelindis *fonte aquam haurientes et bibentes, memores prænobilem dominam Annam Mariam d'Oyenbrugge de Duras aviam suam, a qua in linea recta partim quarto, partim quinto gradu distant, bibendo ex* S. Ermelindis *fonte aquam, quum in cunis desperata animam ageret, sanitatem recuperasse, ac proin se quoque vitam* S. Ermelindi *debere.*

Posuit ibidem idem ille Jacobus novum altare

20 *Exstruxit præterea ære suo in eodem renovato oratorio idem Jacobus d'Oyenbrugge pulcherrimum altare marmoreum, septemdecim pedes altum, cui superposita est tabella, in qua sculpta cernitur imago SS. Trinitatis et utrinque duo archangeli eam adorantes; simul et imago* S. Ermelindis. *In miraculi itaque illius memoriam hæc tabellæ incisa voluit:* D. O. M. SANCTÆ HERMELINDI VIRGINI PATRONÆ SUÆ COLENDISSIMÆ — NOBILIS AC ILLUSTRIS C BARO IACOBUS D'OYENBRUGH DE DURAS DNS DE MELDERT — WROLINGE, BOMBROUCK, ETC., HANC ARAM — DICABAT CONSECRABATQUE — ANNO DNI MDCL — STÆ E. *Ad cornu epistolæ:* HERMELINDIS, RECEDE, VIRGINITATEM QUAM VOVISTI DEO INVIOLATAM CUSTODI. *Ad cornu evangelii:* VENIES IN INSULAM, QUAM MELDRICEM NUNCUPABIS; IBI ENIM DEUS PERFICIET DESIDERII TUI VOTUM.

pictasque imagines in memoriam prodigiose servatæ filiæ, ex qua nobilissimæ gentes descendunt.

21 *In ipso oratorio quatuor tabellas pingi curavit idem Jacobus d'Oyenbrugge, et subtus argumentum eorum lingua gallica lapidi albo incidi, scilicet infra primam fenestram ad cornu epistolæ:* HERMELINDIS ÆTATE DUODECIM ANNORUM JAM VOVERAT SUAM CASTITATEM DEO; QUUM ROGARETUR IN UXOREM A PRINCIPE REGII ORTUS, SIBI, NE MATRIMONIUM INIRE COGATUR, ABSCIDIT CAPILLOS. *Sub altera fenestra, item ad cornu epistolæ:* IMPETRAT A PARENTIBUS BONA SUA ET HÆREDITATEM, QUORUM PRETIUM DAT PAUPERIBUS ET MISERIS; DEIN EJUS ANGELUS EAM DUCIT IN DESERTUM HORRIDUM; UBI EJUS VICTUS FUERE HERBÆ IPSIUS LOCI. *Ad cornu evangelii sub prima fenestra hæc verba:* HUGO VIR PIUS ORTO SOLE INVENIT SEPULCRUM, QUEM PIPPINO INDICAT. IBI FUNDAT MONASTERIUM, UT IN EO ADORETUR DEUS, ET MEMORIA SANCTÆ HERMELINDIS RECOLATUR. *Item ad cornu evangelii sub altera fenestra:* BARO DE MELDERT FILIÆ SUÆ, BREVI MORITURÆ, DAT AQUÆ GUTTULAS FLUENTIS SUB HOC SACRO MAUSOLEO; AC STATIM MIRACULO SANITATI RESTITUITUR.

AUCTORE R. D. B.

Una ex eis non ita pridem hoc oratorium renovavit.

22 *Neque Jacobi d'Oyenbrugge posteri ab avi sui pietate degenerare voluerunt. Quocirca, quum* S. Ermelindis *oratorium ruinas ageret, abhinc aliquot annis prænobilis domina Ludovica Josepha comitissa van der Noot, vidua principis de Ligne et conjux prænobilis comitis Caroli Ferdinandi d'Oultremont et Wegimont, illud suo ære ad pristinam dignitatem restauravit.*

§ IV. Reliquiæ S. Ermelindis Meldradii. Earum recognitio anno 1236; earum vices tempore tumultuum belgicorum sæculi XVI. Lis et contentio capituli S. Gudulæ eas propter amissa patronæ suæ pignora sibi vindicantis.

Reliquiæ S. Ermelindis, quæ ab antiquo quievernnt in ecclesia Meldradiensi,

Dubitandum non est, quin multo tempore *quieverint in illo* S. Ermelindis *oratorio beatæ virginis reliquiæ; verumtamen illic non manserunt, sed devenerunt aliquando ad ecclesiam paræcialem Meldradiensem; quam primitus a Pippino Landensi fuisse ædificatam extremo sæculo* XVI *incolarum erat persuasio, uti constat ex libello supplici, quem Guilielmus d'Oyenbrugge adversus S. Gudulæ capitulum Bruxellense regi Hispaniarum obtulit* (2). *Quam tamen sententiam firmis argumentis hucusque nemo, defectu instrumentorum, stabilivit. Ast magis certum est eam* F *longe ante hominum memoriam* S. Ermelindi *fuisse dicatam, atque in ea (ut modo monebamus) licet oratorium super hujus virginis sepulcro exsurgeret, reliquiis ejus continendis destinatum, per plura sæcula sine intermissione, precario tamen potius quam certo jure, quievisse* S. Ermelindis *ossa; uti ex eodem illo Guilielmi d'Oyenbrugge libello supplici colligimus* (3). *Cæterum veteres scriptores tam pauca de* S. Ermelindis *reliquiis tradiderunt, ut dubium sit an præter breve diploma, ex quo constat antiquæ reliquiarum* S. Ermelindis *capsæ novam anno* 1236 *fuisse suffectam, aliquod de eis supersit monumentum historicum. Anno autem* 1236, *quum* S. Ermelindis *capsam, quin tamen ipsis reliquiis injuriam intulissent, spoliassent sacrilegi, Joannes Alpianus, episcopus Leodiensis in mandatis dedit Roberto et Ægidio, abbatibus ordinis*

(1) Raymaekers, Brabandsch Museum, pag. 247 et seq. — (2) Bibl. Reg. Mss. Brux. num. 8925. — (3) Ibid. loc. cit.

AUCTORE R. D. B.

Præmonstratensis monasteriorum Averbodiensis et Heilissemiensis in Brabantia, ut in nova capsa S. Ermelindis *corpus collocarent : cujus rei peractæ sequens dederunt testimonium, quod nos ex apographo ecclesiæ Meldradiensis et decessorum nostrorum schedulis descripsimus.*

anno 1236 ab abbatibus de Everbode et de Heilissem recognitæ fuere;

24 Robertus et Ægidius, divina miseratione de Everbode et Heylisem abbates, omnibus in perpetuum devotis in Christo orationes. Mandatum venerabilis patris nostri domini Leodiensis episcopi recepimus, quod nos reliquias B. Ermelindis virginis apud Meldricem de capsa, a sacrilegis spoliata, in qua a tempore Pipini ducis abscondita fuerat, in novam recollocaremus. Quod a nobis factum esse protestantur litteræ sigillis nostris roboratæ. Actum anno Domini 1236 mense aprili, Frederico Romanorum imperatore regnante, Joanne Leodiensi ecclesiæ præsidente. *Locus sigilli. Hujus capsæ formam, ut infra videbimus, descripsit eminentissimus cardinalis Sterckx, archiepiscopus Mechliniensis, quando anno* 1849 S. Ermelindis *reliquias recognovit.*

omni tempore a Meldradiensibus maxima veneratione habitæ.

25 *Quanta autem veneratione Meldradienses eorumque vicini* S. Ermelindis *reliquias prosecuti sint, ex hoc colligitur quod a temporibus remotissimis ad finem sæculi* XVI *usque singulis trienniis solemnissima supplicatio trium priorum dierum hebdomadis Pentecostes hac ratione instituebatur, ut* S. Ermelindis *reliquiæ magna cum pompa successive ad parochias et ecclesias vicinas deferrentur : cui supplicationi octo vel novem millia hominum intererant. Præterea singulis annis feria secunda Pentecostes* (1), *quæ solemnitas et hodiedum usurpatur, per parochiam Meldradiensem, magno cum hominum concursu, etiam vicinorum,* S. Ermelindis *reliquiæ portantur. Adde quod tot tantaque donaria ad* S. Ermelindem *ferebantur, ut quum ecclesiæ navis, turris culmenque turris a capitulo S. Bartholomæi repararentur, fidelium eleemosynæ ad reliquas ecclesiæ et sacelli impensas abunde suffecerint* (2).

Easdem reliquias Guilielmus d'Oyenbrugge anno 1567,

26 *Verum, quum* S. Ermelindis *reliquiæ, in capsa valde pretiosa essent reconditæ, sæpius, præsertim sæculo* XVI *periculum ab impetu hæreticorum ipsis fuit. Feliciter quidem contigit, ut eas sub suam tutelam susceperit toparcha Meldradiensis, Guilielmus d'Oyenbrugge, atque in diœcesim Leodiensem, vel in suam capellam castralem transtulerit. Hæc enim capella, in curte sua ab Henrico de Opwinde (ut videtur) extremo sæculo* XIV *ædificata, anno* 1845 *refecta fuit a prænobili comite Carolo Ferdinando Josepho d'Oultremont, marito Josephæ Ludovicæ comitissæ van der Noot, dominii Meldradiensis hæredis, dum magnificentia vere regia a fundamentis, si turrim (in qua diu quieverunt* S. Ermelindis *reliquiæ) demas, castellum Meldradiense renovavit. Jam vero anno* 1567 *cum primi Belgici essent exorti tumultus, Guilielmus d'Oyenbrugge ecclesiæ parœcialis paramenta, aliaque decora et* S. Ermelindis *capsam sub tutelam suam in capella sua castrali suscepit, et paulo post, pace reddita, eas in pristina sua sede reposuit* (3).

27 *Verum anno sequenti Guilielmus, princeps Arausicanus, numeroso stipatus exercitu, bellum adversus Hispanos in Brabantia movit. Quapropter idem ille Guilielmus, jure merito timens ne milites exteri injuriam* S. Ermelindis *reliquiis inferrent, eas ipse, cum armata manu, ad castellum Landelys, dominium Jacobi de Corswarem, patris uxoris suæ, in tractu Leodiensi tulit, viris circiter triginta custodiam committens domus suæ : quam cum defensoribus solitis orbatam novissent rebelles, eam igni ferroque vastarunt. Hinc viginti millia florenorum (quorum potestas hodie facile ad centum millia francorum ascenderet) damnum cepit Guilielmus et patienter tulit. Ut autem tumultus sedati sunt, prima ejus cura fuit ut capsam aliasque res sacras ecclesiæ et loci incolis restitueret* (4). *anno* 1568,

28 *Verumtamen diuturna non fuit pax. Anno enim* 1572, *quum princeps Arausicanus iterum bellum Brabantinis inferret, secundo idem Guilielmus* S. Ermelindis *lipsana Leodium in ædes fratris sui Caroli d'Oyenbrugge de Duras, canonici ecclesiæ Leodiensis, detulit. Bello finito, ea denuo quam primum Meldradiensibus reddidit* (5). *anno* 1572 E

29 *Sed anno* 1576 *novis tumultibus in Brabantia excitatis, rursus Guilielmus, labori pro* S. Ermelinde *parcere nescius multisque stipatus armatis viris, ejus reliquias in castellum Landelys portavit* (6). *atque anno* 1576, *sævientibus hæreticis, in tuto locavit.*

Idem Guilielmus adversus Bruxellenses S. Gudulæ canonicos, sibi vindicantes S. Ermelindis *capsam et oratorium,*

30 *Atque in hoc castello servabantur* S. Ermelindis *reliquiæ, quando decanus et capitulum ecclesiæ collegiatæ S. Gudulæ in civitate Bruxellensi, eas a rege Hispaniarum, consilio Bertini Hoyoul, rectoris oratorii* S. Ermelindis, *instanter sibi petierunt; his ad regem datis literis, quas ex gallico latinas fecimus :* Regi decanus et capitulum venerabilis ecclesiæ S. Gudulæ in civitate Bruxellensi. Quoniam ecclesia S. Gudulæ a rebellibus omni decore, ornatu et argenteis ornamentis spoliata fuit, ac proin incredibilia detrimenta est passa, et majestas tua potest disponere de jure patronatus in oratorium S. Ermelindis, consobrinæ et consanguineæ S. Gudulæ, fundatum Meldradii prope Lovanium in Brabantia a decessoribus tuis *(ducibus Brabantiæ),* qui ei octodecim buonaria agri arabilis donaverunt, conditione adjecta, ut sui causa singulis hebdomadibus sexies Missæ sacrificium offerretur; et quoniam possidet hoc oratorium capsam ponderis mille florenorum, in qua S. Ermelindis ossa et reliquiæ deposita sunt, et quam Guilielmus de Duras, toparcha Meldradiensis, nunc in castello de Landelys, tractu Leodiensi, tenet; idcirco decanus et capitulum S. Gudulæ humiliter petunt ut S. Ermelindis oratorium simul cum his, quæ diximus ad illud pertinere, ecclesiæ S. Gudulæ attribuantur, dentur et adjungantur. Cujus rei vi bullæ ad te datæ facultatem habes. Præterea consentientem nobiscum habemus oratorii S. Ermelindis rectorem, Bertinum Hoyoul, qui Guilielmo de Oyenbrugge mandavit ut S. Gudulæ capitulo vel potius tibi, rex, capsam in manus tradat (7). F

31 *Vix credibilis in his precibus apparet audacia ; verumtamen exauditæ fuerunt. Quapropter die* 27 *novembris ejusdem anni* *suis expensis causam egit.*

(1) Bibl. Reg. Mss. Brux. num. 8923. — (2) Archives de l'église de Meldert. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) Ibid. loc. cit. — (5) Ibid. loc. cit. — (6) Ibid. loc. cit. — (7) Ibid. loc. cit.

jussit

A *jussit Philippus II Guilielmo d'Oyenbrugge ut ecclesiæ S. Gudulæ et capsam argenteam, et* S. Ermelindis *reliquias, in castello de Landelys depositas, daret, nisi forsan sibi suppeditarent rationes cur obedientiam differret. Dedit itaque literas gallice scriptas ad regem Guilielmus, quibus declaravit ex parochia Meldradiensi* S. Ermelindis *reliquias non esse auferendas, quoniam beata hæc virgo Meldradii prope fontem, qui ab ejus nomine nuncupatur, Deo per angelum præcipiente, totam fere vitam transegerit, et post felicem exitum suum angelorum manibus in loco inferiore, tribus arcus jactibus longius, sepulturæ fuerit data. Quo in loco Pippinum, post constructam a se ecclesiam parœcialem, super ipsum sacrum sepulcrum oratorium in* S. Ermelindis *honorem ædificari jussisse. Hinc parochiæ et dominii Meldradiensium origines. Huc quoque bene multos ex tota Brabantia confluere. Hic innumeros claudos, cæcos, aliosque ægrotos, vel etiam a dæmone obsessi sanitatem omnimodam recuperaret.* » Præterea, *addit Guilielmus*, ego et Meldradien-
B ses incolæ magno nostro damno S. Ermelindis capsam et reliquias sæpius hisce calamitosis temporibus ab impiorum manibus eripuimus. » *Ex quibus rebus concludit decanum et capitulum S. Gudulæ præter omne jus ut sua vindicare* S. Ermelindis *capsam aliaque ad eam spectantia, vel etiam esse immemores tum præcepti divini :* Non concupisces, *tum plurium juris regularum : nisi dicatur licitum esse aliis ecclesiis, non minus quam S. Gudulæ nuper spoliatis, tamquam res suas postulare S. Gudulæ capsam ac corpus et SS. Sacramentum dictum miraculosum : quæ ambo sacratissima pignora in S. Gudulæ ecclesia diligenter asservantur.*

et obtinuit. 32 *Cui Guilielmi libello opposuere S. Gudulæ decanus et capitulum, præter jam allatas rationes,* S. Ermelindis *oratorium ex perpetuis donis, non ecclesiæ parœciali, sed altari sanctissimæ virginis in ecclesia parœciali olim factis, fuisse ædificatum; neque umquam* S. Ermelindis *capsam ab ecclesia parœciali, sed potius ecclesiam parœcialem ab oratorio* S. Ermelindis *fuisse ditatam. Quapro-*
C *pter, ajebant, rex, utpote oratorii patronus, quin ulla lædat jura, potest ad Bruxellensem S. Gudulæ ecclesiam et capsam* S. Ermelindis, *atque ejus oratorium, et reliqua ad illud pertinentia transferre. Quod si Meldradienses incolæ dicunt sine suo vicinorumque consensu capsam* S. Ermelindis *ecclesiæ S. Gudulæ non esse dandam; inde liquere id, iis approbantibus, fieri posse. Sed si hoc verum sit, multo magis, consentientibus rege ejusque consilio, capsam* S. Ermelindis *ecclesiæ S. Gudulæ tribui posse. Addebant decanus et capitulum primo Meldradiensibus, ut olim, sufficere capsam ligneam, aut solum* S. Ermelindis *sepulcrum, siquidem terra inde desumpta ægrotos sanitati restitueret; deinde, si ex sex Missis, antea singulis hebdomadibus celebrandis, tres celebrentur a parocho, nullum ecclesiæ parœciali illatum iri damnum. Atque has ob rationes ecclesiæ S. Gudulæ negari non posse* S. Ermelindis *capsam et agros contendebant decanus et capitulum* (1). *Quæ postulatio minus placuit consilio regio privato; quod judicavit neque Meldradiensibus esse auferendam* S. Ermelindis *capsam, neque ecclesiæ S. Gudulæ adjungendos esse oratorii Meldradiensis agros. Atque hanc quoque litem (nam ad forum judiciale deveniendum fuit) ære suo suscepit et obtinuit Guilielmus d'Oyenbrugge* (2).

AUCTORE R. D. B.

§ V. S. Ermelindis reliquiarum vices sæculis XVII et XVIII. Pactum de eisdem inter parochum et toparcham Meldradiensem.

Anno 1535, *tempore belli,* S. Ermelindis *reliquias servat Jacobus de Oyenbrugge.*

Patris sui vestigiis insistens, reliquiarum S. Ermelindis *patrocinium similiter suscepit Jacobus d'Oyenbrugge. Quod primo visum est, quando anno* 1635 *Galli et Batavi, fœdere icto, Philippo IV, regi Hispaniarum, ut ei Belgium auferrent, bellum intulerunt. Statim enim ac Brabantiam invaserant, in proxima urbe Thenis monasteria et ecclesias igni ferroque vastantes, ac ne virginibus quidem Deo sacratis parcentes, Jacobus d'Oyenbrugge de Duras, baro Meldradiensis,* S. Ermelindis *reliquiis non immerito timens, eas tempore belli in capella castrali tenuit* (3).

Anno 1669 *parochus Meldradiensis infelici successu contendit reliquias* S. Ermelindis *non in castello, sed in ecclesia esse ponendas.*

34 *Verum anno* 1669 *parochus Meldradiensis, ut in posterum* S. Ermelindis *reliquiæ sine intermissione in ecclesia parœciali servarentur, omnem movit lapidem : contra Anna d'Oyenbrugge Carolo II regi Hispaniarum et duci Brabantiæ libellum supplicem oblulit, ostendens a multis annis eas in capella castrali Meldradiensi fuisse repositas, et a majoribus suis tempore belgicorum tumultuum et bellorum vel in eorum castellum vel in alia loca, ne quid mali paterentur, cum vitæ periculo fuisse translatas. Addebat pia femina eosdem suos majores patrocinium* S. Ermelindis *reliquiarum omni tempore suscepisse, adeo ut adversus S. Gudulæ Bruxellense ca-* F
pitulum, eas sibi vindicans, maximis suis expensis litem feliciter iniverint, a rege Hispaniarum judicium obtinentes, quo statutum fuit ut S. Ermelindis *reliquiæ e baronum Meldradiensium capella castrali non auferentur* (4).

Obtinet tamen a baronibus anno 1681, *ut certis conditionibus ad tempus in ecclesia quiescant.*

35 *Ast quum Engelbertus, baro Meldradiensis, anno* 1681, *et dein ejus uxor, Maria Ernestina de Berlo, anno* 1686 *vita functi essent, eorumque liberi Anna Amata Josepha et Magdalena Francisca, utpote pupillæ, ante multos annos castellum Meldradiense habitaturæ non essent, petiit a pupillorum tutoribus Guilielmus Servais, parochus Meldradiensis, ut sibi* S. Ermelindis *reliquias in ecclesia parœciali servare liceret. Non abnuerunt tutores, sed certis conditionibus, quas admisit parochus, videlicet quod, ad agnoscendum castellum et capellam castralem a remotissi-*

(1) Archives de l'église de Meldert. — (2) Archivium ecclesiæ Meldradiensis; Compaignon, Vie de S. Ermelinde, épître dedic. — (3) Champaigne, Vie de S. Ermelinde, épître dédicat.; Betz, Hist. de Tirlemont, tom. I, pag. 135 et seq. — (4) Archivium ecclesiæ Meldrad.

mis

AUCTORE R. D. B.

mis temporibus solitam esse sedem reliquiarum S. Ermelindis, *parochus singulis annis, tertio die ante feriam* II *Pentecostes eos illuc transferret, ubi ad beneplacitum tutorum vel vicariorum remanerent; non omissa celebratione soliti missarum numeri in capella. Præterea* S. Ermelindis *reliquiæ a parocho ecclesiæ sumptibus includendæ erant cancellis ferreis, quorum clavim servaret Rogerius van der Noot, baro de Carloo, alter tutor, vel ejus vices agens. Injunctum quoque erat parocho, ut,si propter bellum vel tumultus reliquiis periculum immineret, eas in locum tutum transferendas curaret* (1). *Quod pactum quum inter pupillarum tutores et parochum Meldradiensem fuit initum,* S. Ermelindis *capsæ alligata erant crus argenteum, lamina argentea in qua imago mulieris coram* S. Ermelinde *supplicis erat incisa, cor argenteum, pes argenteus, pectus argenteum, rosarium ex coralio rubro cum appenso numismate argenteo deauratum, quatuor alia numismata et parva crux: totidem proculdubio anathemata, in memoriam aut spem beneficiorum* B S. Ermelindi *oblata* (2).

Fertur S. Ermelindis *capsa Lovanium anno* 1705,

36 *Promissis suis steterunt parochi Meldradienses; et, quum ineunte medioque sæculo* XVIII S. Ermelindis *reliquiæ in discrimine essent positæ, omnem suam operam, ne ulla illis injuria inferretur, posuerunt. Primi discriminis accipe, lector, historiam. Anno* 1701, *ut passim norunt omnes, Carolus II, rex Hispaniarum, moriens hæredem suorum regnorum tabulis testamentariis constituerat Philippum Andegavensem, Ludovici XIV regis Franciæ nepotem. Hinc bellum Ludovicum XIV inter et regem Angliæ vel etiam rempublicam Batavicam pluresque Germaniæ principes: qui omnes regi Franciæ infensi uno nomine vocati fuere fœderati. Hi, postquam ab anno* 1701 *ad* 1705 *universo fere potiti essent Belgio, exercitum Francicum, qui Brabantiam occupabat, perrumpunt, capiunt Thenas et Leeuwam, Brabantiæ oppida, et Meldradiensem aliasque circumjacentes ecclesias devastant: dein anno sequenti rursus in pugna Ramilliensi cædunt Francorum exercitum, atque iterum Meldradiensem spo-* C *liant ecclesiam. Ast neutra populatione detrimentum ullum passæ sunt* S. Ermelindis *reliquiæ: nam etiam ante priorem fœderatorum irruptionem Meldradienses eas Lovanium transtulerant, atque in Beghinasii templo supra statuam B. Mariæ a Septem Doloribus posuerant: ubi usque ad pacem, anno* 1713 *Francos inter et Batavos factam, remanserunt* (3).

itemque anno 1744, *ne a bellantibus injuriam patiatur.*

37 *Verum anno* 1744, *quum jam a pluribus annis Belgium ad Germaniæ imperatores transiisset, ferale exarsit bellum inter Mariam Theresiam, Germaniæ imperatricem, et Ludovicum XV, Galliarum regem: qua occasione denuo arma in Belgio mista sunt. Nulla mora Meldradienses* S. Ermelindis *capsam, ut eam ab omni injuria vindicarent, iterum Lovanium transtulerunt. Cujus rei accipe testimonium, ex flandrico in latinum versum:* Hac die 27 maji anni 1744 parochus, major et scabini parochiæ et baroniæ Meldradiensis capsam reliquiarum S. Ermelindis virginis D ad majus Beghinagium Lovaniense transtulerunt, illamque supra statuam B. Mariæ virginis a Septem doloribus locarunt. His præsentibus literis pastor et magistræ dicti Beghinagii agnoscunt sibi fuisse traditam reliquiarum S. Ermelindis capsam cum onere ecclesiæ Meldradiensi restituendi, cum id rogati fuerint. — Actum Lovanii ut supra. — G. De Laure, pastor Beghinagii majoris Lovanii. D. Peeters. A. Verhaeren. M. H. Van Cruyninghen. Isabella Mertens.

Quomodo servatæ ab anno 1792 *ad* 1805.

38 *Anno* 1792, *quum Galli in Belgium irruerunt, et ubique sacras in ædes impias intulerunt manus, incolæ Meldradienses, certi vitæ suæ periculo patronæ suæ reliquias ab omni injuria integras servare, eas sub terra in colle post molam aquariam absconderunt; ex quibus latebris eas non eduxerunt nisi anno* 1803, *in festo Pentecostes. Tum scilicet, pace ecclesiæ reddita, reposita prius hæc sacra pignora in S. Quirini sacello, quod in extrema parochia exstructum est, maxima pompa, innumeris Christi fidelibus undique confluentibus, ad ecclesiam parœcialem triumphantes reduxerunt. Sed ad earumdem reliquiarum recensiones jam venimus.* E

§ VI. Reliquiarum S. Ermelindis recognitio anno 1605 et indiculus.

Anno 1605 *Rotarius, archipresbyter Thenensis, mandante Mathia Hovio, archiepiscopo Mechliniensi,*

Anno 1605 *Belgarum gubernatrix pientissima archiducissa Isabella, Philippi II Hispaniarum regis filia, simulque principissa de Arenberg, ut sibi aliquid ex* S. Ermelindis *reliquiis daretur, rogaverunt. Quibus votis Mathias Hovius, archiepiscopus Mechliniensis, satisfacere volens, Alexandro Rotario, archipresbytero et decano extramurano districtus Thenensis, commisit die* 24 *octobris anni* 1605 *ut* S. Ermelindis *reliquias recognosceret, et ex iis nonnullas extraheret partes. Mathiæ Hovii literarum apographum, in chartulario ecclesiæ Meldradiensis inventum,* F *hoc loco producimus.* Matthias etc. venerabili viro nobis in Christo dilecto domino Alexandro Rothario, decano christianitatis districtus Thenensis, salutem in Domino. Ex causis animum nostrum moventibus tibi committendum duximus et committimus per præsentes, ut, in præsentia testium, debita cum reverentia in ecclesia de Meldert aperias thecam, in qua repositæ et reservatæ sunt reliquiæ sanctæ Ermelindis, ex iis os aliquod ad requisitionem illustrissimarum suarum celsitudinum accipias, ac per inventarium manu tua et domini Guilielmi ab Oyenbrugge de Duras, domini temporalis de Meldert, ac pastoris dicti loci subscribendum, reliqua ossa discribas, ac debite denuo recludas, et de singulis sic peractis testimonium manu tua exhibeas, et quid de eo feceris nobis fideliter rescribas.

S. Ermelindis *recognoscit reliquias*

40 *Quibus acceptis literis, statim obtemperans Rotarius Meldradium sese contulit, et,*

(1) Archivium ecclesiæ Meldrad. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Leven van de H. Ermelindis, pag. 18, edit. Lovan. 1728; Saelmaekers, Vie de S. Ermelinde, pag. 28.

ibi

A *ibi præsentibus Guilielmo d'Oyenbrugge ejusque filio Jacobo, atque etiam majore et scabinis, reliquias* S. Ermelindis *recognovit : cujus actus juridici, prout in apographis nostris et Meldradiensibus legimus, sequens dedit testimonium, ex gallico latinum factum :* Nos Alexander Rotarius, archipresbyter et decanus extra muros districtus Thenensis, Joannes Pinson, curatus et parochus ecclesiæ parœcialis Meldradiensis, affirmamus et testamur hisce literis, nos ex licentia et mandato reverendissimi et illustrissimi domini archiepiscopi Mechliniensis diei 24 octobris anni 1605, præsentibus istius loci domino *(Guilielmo d'Oyenbrugge),* ejusque filio majore natu domino de Bombrouck, item majore et scabinis Meldradiensibus aperuisse capsam corporis et reliquiarum sanctæ Ermelindis virginis, Brabantiæ principissæ, et Meldradiensis ecclesiæ patronæ, atque etiam omnes enumerasse reliquias. Præterea ex iis dimidiam costam extraximus, et domino Guilielmo d'Oyenbrugge commisimus, qui multum rogarat ut principissæ de Arenberch, eam ardenter petenti, dare liceret. In
B cujus rei veritatis testimonium, huic chartæ nomen et sigillum nostrum apposuimus. Anni millesimi sexcentesimi quinti die 27 octobris, Alexander Rotarius, decanus christianitatis districtus Thenensis.

earumque facit indiculum.

41 *Præterea omnium* S. Ermelindis *reliquiarum Rotarius confecit indicem : cujus apographum inter schedulas a Bollando collectas atque inter antiquas ecclesiæ Meldradiensis chartas et hodiedum reperitur : quin et autographum ad nostra usque tempora in archivio Mechliniensi servatum fuit ; quod hoc loco publici juris facimus* : Inventarium reliquiarum sanctæ Ermelindis virginis, quiescentium in ecclesia pagi de Meldaert diœcesis Mechliniensis factum 27 octobris 1605, conscriptum per dominum ac magistrum Alexandrum Rotarium, districtus Thenen. archipresbyterum.— In primis caput integrum cum sua mandibula et 10 dentibus. — Item duæ axillæ vel duo magna ossa scapularum. — Item adhuc una pars capitis. — Item octodecim ossa spinæ dorsi, quia postea adhuc una inventa fuit. — Item XVI costæ simul cum partibus fractarum costarum ; et sunt un-
C decim quasi integræ et 14 tam magnæ quam parvæ partes. — Item quatuor magna ossa, quorum duo sunt femora, et alia duo tibiæ, cum duo minoribus ossibus, quæ sunt anteriores tibiæ. — Item brachia duo cum suis adjunctis longis ossibus numero 6. — Item adhuc breviora ossa, spectantia ad brachia vel pedes. — Item inferior pars spinæ cum octo foraminibus, quorum octavum erat fractum. — Item adhuc una particula spinæ ad longitudinem unius digiti. — Item adhuc duæ partes ad similitudinem schinarum. — Item adhuc duo crassa ossa ad longitudinem unius digiti, quæ videntur esse ossa calcis. — Item octo ossa quæ videntur esse ossa juncturarum poplitum et cubitorum. — Item magnum adhuc os, in quo vertuntur tibiæ vel brachia. — Item duo parva ossa colli supra pectus. — Item unum os, spectans ad collum circa auriculas, sive os auriculare. — Item adhuc unum os triangulare magnitudinis semipalmæ.— Item septem particulæ albæ ad instar calcis, non quidem ossa, sed (uti apparebat) cartilago sive vas.— Item undecim articuli manuum cum uno, quem portat dominus de Meldaert in honorem Dei et D. Virginis Ermelindis pro custodia. — Item adhuc octo parvæ particulæ nodorum manuum sive pedum. — Item adhuc novem particulæ sive fragmenta cerebri.— Item adhuc quatuor particulæ tibiarum minutæ, quarum quarta erat paulo minor. — Item parvus fasciculus, in quo ligatæ erant reliquiæ de sepulcro S. Laurentii. — Item diversæ particulæ vestimentorum. — Item partes velaminis S. Gertrudis. — Pro serenissima infante concisa est una præcipua rota spinæ ad suæ serenissimæ requisitionem. — Et particula costæ pro principe de Arenbergh. — Actum in ecclesia de Meldaert, anno, mense et die suprascriptis. Alexander Rotarius, archipbr. Thenens. — G. d'Oyenbrugge de Duras. — Joannes Pinsonius, pastor, testatur.

AUCTORE R. D. B.

§ VII. Reliquiarum S. Ermelindis novæ recognitiones annis 1848 et 1849. Nova lipsanotheca. Solemnissima translatio. E Miracula.

Antiqua lipsanotheca irreparabiliter quassata et Anglis vendita, nova fit ;

Post *recognitionem reliquiarum* S. Ermelindis, *a Rotario anno* 1605 *factam, observata mansit capsa, donec anno* 1848 *nova ei substituta est. Prior scilicet illa adeo vetustate quassata erat, ut nulla arte refici posset. Quapropter de nova conficienda actum fuit ; sed pecuniæ defectu hærebat res, quum anno* 1847 *Angli quidam obtulerunt pro veteri theca non spernendum pretium. Sed intercesserunt monumentorum publicorum conservatores*, prohibentes quominus capsa, utpote monumentum belgicum sæculi* XIII, *vel immutaretur vel in alienas, præsertim exteras, cederet manus. Quibus responderunt Meldradienses hoc idem sibi esse in votis, seque propterea a ministro regio petere, ut ipse pretio ab Anglis oblato thecam acquirat musæo publico. His non assensit gubernium Belgicum. Supererat itaque ut Meldradiensibus per decretum regium facultatem faceret divendendi* S. Ermelindis *capsam, etiam exteris. Fecit tandem hanc facultatem, adeoque pretio* 3600 *francorum Anglis capsa tradita fuit. Novam confecit aurifaber Mechliniensis, nomine Vanbever pretio* 6000 *francorum ; quorum tertiam partem dono dedit Ludovica Josepha van der Noot, comitissa d'Oultremont.*

* Commission des monuments et des beaux-arts.

F

cujus rei occasione jubet archiepiscopus Mechliniensis anno 1848 S. Ermelindis *reliquias recognosci.*

43 *Interea temporis sacras reliquias ex veteri theca extrahi et in temporariam quamdam ligneam reponi jussit eminentissimus cardinalis Engelbertus Sterckx, archiepiscopus Mechliniensis, cujus rei sequens dedit testimonium, quod ex autographo referimus :* Engelbertus, miseratione divina tituli S. Bartholomæi in Insula S. R. E. presbyter cardinalis Sterckx, archiepiscopus Mechliniensis, primas Belgii, etc. Omnibus has visuris salutem in Domino. Cum reverendus dominus Weckx, pastor in Meldert, nobis exposuerit capsam, qua reliquiæ sanctæ Ermelindis virginis continentur, variis ac antiquis ornamentis argenteis et cupreis deauratis, necnon minoribus statuis duodecim apostolorum, ac duabus aliis paulo majoribus

AUCTORE R. D. B.

majoribus, una scilicet Salvatoris nostri Jesu Christi et altera S. Ermelindis condecoratam, præ vetustate adeo detritam et deformem esse, ut grandi reparatione indigeat, ideoque a nobis licentiam petiverit reliquias sanctæ Ermelindis e præfata capsa ad tempus amovendi, ut reparari vel de novo confici queat; nos pio ac laudabili huic desiderio satisfacere volentes, venerabilem dominum Augustinum Genneré, ecclesiæ nostræ metropolitanæ canonicum et secretarium nostrum, ad hoc specialiter deputavimus; qui die vigesima nona mensis septembris hujusce anni, in ecclesia de Meldert, coram reverendo admodum domino Norberto Andrea Francisco Hamoir, decano districtus Geldoniensis et pastore in Beauvechin, necnon reverendo domino præfato pastore Meldariensi ejusque vicepastore reverendo domino Petro Livino Van de Poel, ac variis parochianis de Meldert, prædictam capsam invenit ab omni parte firmissime clausam et in parte inferiori tribus seris munitam; cum claves non amplius extarent ad dictas seras aperiendas, illarumque pessulis vi deductis, remoto prius et lima desecto
B ferro, supradictas seras firmante, in ipsa capsa, ab anteriori [parte] lignea, invenit reliquias sanctæ Ermelindis, scilicet caput et ossa permulta, variaque fragmenta serica aliaque, quæ indilate reposuit in pyxide lignea, vittis sericis, sigillo nostro in cera hispanica impresso obsignatis, circumligata, eamque in altari ejusdem ecclesiæ collocavit. Quorum omnium ut sit certa et indubitata fides, præsentes litteras expedire fecimus sub nostris signo sigilloque ac secretarii nostri chirographo die sexta mensis octobris anni millesimi octingentesimi quadragesimi octavi.

† LOCUS SIGILLI

Engelbertus, card. arch. Mechl.
De mandato eminentiæ suæ, A. Genneré, secret.

Easdem ipsemet die 22 julii anni 1849 in capsam ligneam et in novam cupream deauratam solemniter deponit.

44 *Porro quum anno* 1849 *in novam capsam reponendæ essent* S. Ermelindis *reliquiæ, Meldradium venit ipse eminentissimus vir, easque rursus recognovit, uti ex sequentibus ejus verbis, quæ denuo ex autographo recitamus liquet :* Engelbertus, miseratione divina tituli
C S. Bartholomæi in Insula S. R. E. presbyter cardinalis Sterckx, archiepiscopus Mechliniensis, primas Belgii, etc. Omnibus has visuris salutem in Domino. Tenore præsentium fidem facimus et attestamur quod sacras beatæ Ermelindis virginis reliquias supra descriptas et ex antiqua capsa, vetustate fere consumpta, desumptas, quarum partem sat notabilem in reliquiario ad usum ecclesiæ de Meldert deponendam reservavimus, in novam cistam ligneam reverenter reposuerimus hac die 22 mensis julii anni 1849 in ecclesia de Meldert, præsentibus pluribus sacerdotibus, viris nobilibus ac innumera fidelium multitudine; quorum præcipui hasce litteras nobiscum subsignarunt. Præfatam cistam ab utraque laterali parte sigillo nostro munivimus, illiusque clavem in charta, sigillo nostro pariter obsignata, inclusimus. In quorum fidem præsentes subsignavimus et sigillo nostro munivimus, earumdemque exemplar unum in præfata cista apud sacras reliquias deposuimus, alterum vero consilio fabricæ tradidimus.

† LOCUS SIGILLI

Engelbertus, card. arch. Mechl.
— De mandato eminentiæ suæ, A. Genneré, secret.


La Comtesse d'Oultremont Comtesse de Duras.
Le Comte Ch. d'Oultremont.
La Comtesse Marie d'Oultremont.
Le Comte Adrien d'Oultremont de Duras. —
F. J. De Boeck, bourguemestre.
Hamoir, pastor in Bauvechin ac decanus districtus Geldoniensis. D
J. Weckx, pastor in Meldert.
J. Th. Lanen, pastor in Cumptich.

Eodem die idem eminentissimus vir, ut ipsemet testatum reliquit, reposuit in nova theca, ab interiori lignea, ab exteriore cuprea, magnifice aurata, multis ornamentis cupreis inauratis et argenteis, plurimisque gemmis ac variis iconibus, necnon minoribus statuis duodecim apostolorum, ac duabus aliis paulo majoribus S. Ermelindis, pariter argenteis, perpulchre et valde artificiose condecorata; *quæ si non pristinæ capsæ formam, certe refert memoriam, hoc tamen discrimine, quod in pristina statuæ duodecim apostolorum sedebant in sedibus, in nova eorumdem statuæ thecam circumstant; quemadmodum in apposita imagine videre est.*


et paucis diebus post instrumentum publicum de universa celebritate conficit.

45 *Solemnitatem, die* 22 *julii anni* 1849 *Meldradii peractam, publico instrumento descriptam voluit eminentissimus cardinalis; cujus hæc est forma :* Engelbertus, miseratione divina tituli S. Bartholomæi in Insula S. R. E. presbyter cardinalis Sterckx, archiepiscopus Mechliniensis, primas Belgii, etc. Omnibus præsentes litteras visuris, lecturis pariter ac audituris salutem in Domino sempiternam. Cunctis ubique pateat quod anno incarnationis dominicæ millesimo octingentesimo quadragesimo nono, die vigesima secunda mensis julii, nos contulerimus ad parochiam de Meldert, ut pro voto reverendi domini pastoris populique istius loci, sanctæ Ermelindis virginis reliquias in nova theca includeremus. Igitur, ornamentis pontificalibus induti, hora secunda pomeridiana, comitantibus clero et fidelibus, processionali modo e domo pastorali ad ecclesiam dicti loci nos contulimus, et cantato ibidem hymno VENI CREATOR, pyxis, de qua in adjunctis litteris de die 6 octobris 1848, sacras gloriosæ Ermelindis virginis reliquias continens, coram nobis in choro ecclesiæ supra mensam allata est. Deinde præsentibus venerabili domino Augustino Genneré, ecclesiæ nostræ metropoli- F
tanæ canonico et secretario nostro, reverendo admodum domino Norberto Andrea Francisco Hamoir, pastore in Beauvechin et districtus Geldoniensis decano; Francisco Weckx, pastore in Meldert, et variis pastoribus aliisque de clero vicinarum parochiarum, necnon prænobili domina Josephina Ludovica comitissa van der Noot de Duras, vidua principis de Ligne, ejusque conjuge prænobili domino Carolo Ferdinando Josepho comite d'Oultremont, eorumque filia Maria Æmilia comitissa d'Oultremont et filio Hadriano Eugenio Paulo comite d'Oultremont de Duras, quin et domino Francisco Josepho De Boeck burgimagistro, aliisque de scabinatu viris, ac fabricæ consiliariis; adstante denique per totam ecclesiam omnis conditionis et status multitudine, aperuimus præfatam pyxidem et invenimus sacras reliquias descriptas in adjuncto inventario facto per reverendum admodum dominum Rotarium, districtus Thenensis decanum, ad hoc ab illustrissimo ac reverendissimo domino Mathia Hovio, in sede archiepiscopali Mechliniensi prædecessore nostro, deputatum,

ARCA RELIQUIARUM S ERMELINDIS



ORATORIUM S. ERMELINDIS.



Graves par P.De Clermaecker.

A putatum, ut voto fieret satis serenissimorum Belgii principum Alberti et Isabellæ, os aliquod sanctæ Ermelindis postulantium, prout constat ex actis archiepiscopatus nostri. Deinde sacras reliquias conspectui et venerationi omnium adstantium exposuimus, illasque cum clero venerati sumus et os longitudinis unius digiti in reliquiario ad usum ecclesiæ de Meldert deposuimus, aliquasque particulas reservavimus, caput vero et principaliora ossa sigillo nostro munivimus, et cantato psalmo LAUDATE DOMINUM IN SANCTIS EJUS factaque incensatione, præfatas sacras reliquias, telis sericis albis involvimus, linteoque serico rubro debite circumligavimus et iterum ab exteriori parte sigillo nostro pariter munivimus. Tandem capsam ligneam ab interiori parte tela serica alba, ab exteriori parte partim deauratam, et hac inscriptione corpus S. ERMELINDIS V. ornatam, juxta formulam in pontificali Romano descriptam, rite benediximus, et præfatas sacras reliquias in eam reverenter deposuimus. Quæ capsa, ab utraque laterali parte sigillo nostro munita et una sera debite clausa, reposita est in nova B theca, ab interiori lignea, ab exteriori cuprea magnifice aurata, multis ornamentis cupreis inauratis et argenteis, plurimisque gemmis ac variis iconibus, necnon minoribus statuis duodecim Apostolorum ac duabus aliis paulo majoribus S. Ermelindis, pariter argenteis, perpulchre et valde artificiose condecorata. His peractis, et per parochiam facta cum sacris hisce reliquiis solemni supplicatione, et per nos recitata oratione de S. Ermelinde, solemniter decantavimus hymnum TE DEUM. In quorum omnium fidem has expediri litteras mandavimus easque consilio fabricæ ecclesiæ de Meldert tradi fecimus. — Datum Mechliniæ sub nostris signo sigilloque ac secretarii nostris chirographo, die vigesima octava mensis julii anni millesimi octingentesimi quadragesimi noni.

† LOCUS SIGILLI

Engelbertus card. arch. Mechl. —De mandato eminentiæ suæ, A. Genneré, secret.

Miracula multa per S. Ermelindis *interventum patrata fuere antiquis*

46 *Quanta lætitia Meldradienses* S. Ermelindis *reliquias rursum recognitas viderint difficile dictu est. Nec mirum: nam, ut ex ipsa* S. Ermelindis *Vita patet, a remotissimis temporibus* cæcis visus, surdis auditus, claudis gressus, omnibus quoque pulsantibus salus et incolumitas redditur; dæmones etiam, ex obsessis corporibus egredientes, expulsione sua virginis meritum inviti produnt: denique quicumque sepulcrum ejus fideliter tetigerit, sanus fit a quacumque detinetur infirmitate; *adeo ut, quemadmodum in Vita Compaignoni legitur, per Brabantiam populare esset axioma:* Ad S. Ermelindis sepulcrum omnia mala cessant. *Sed (ut fit) hæc populi tradebantur ore; singularia beneficia prædicabantur ab omnibus publicamque in* B. Ermelindis *apud Deum interventu fiduciam fovebant sustinebantque; sed nulla literis mandabantur: adeo ut, nisi Guilielmus d'Oyenbrugge aliquot per* S. Ermelindis *interventum suo tempore patrata miracula in libello supplici, de quo* § V *diximus, consignasset, vix unum ex antiquis nobis innotesceret. Porro narrat nobilissimus ille vir a se multisque aliis circa annum* 1680 *visam fuisse domum in viculo Babelom parochiæ Meldert vehementer deflagrantem; in quam cum ejus herus Petrus de Beys jecisset terram de* S. Ermelindis *sepulcro, subito ignem extinctum esse. Quam narrationem idem Guilielmus renovavit in actione, quam cum decano et capitulo S. Gudulæ habuit. In eodem illo libello supplici legimus virum, eodem circiter tempore, obsessum a diabolo, subito omnibus videntibus fuisse liberatum, quum in ecclesia parœciali Meldradiensi audiret* S. Ermelindis *sanctam vitam proponi e sacro pulpito a fratre Bartholomæo, Eremita Augustiniano conventus Lovaniensis. Refert præterea ibidem Guilielmus multos claudos vel etiam aliis morbis insanabilibus laborantes ad* S. Ermelindis *sepulcrum sanitati fuisse redditos: quin etiam non paucos alios, post novendialem pietatem, orationem, aut peregrinationem, in honorem* S. Ermelindis *factam, non mediocre levamentum accepisse. Occasione fontis* S. Ermelindis *jam tetigi prodigium, quod anno* 1606 *patratum est in favorem domus Oyenbruggensis. Paulo explicatius id referendum videtur hoc* E *loco. Anna videlicet d'Oyenbrugge de Duras, filia Jacobi d'Oyenbrugge de Duras domini de Meldert, ætate unius anni, lethali morbo correpta, jam a tribus diebus nullum sumebat cibum, et morti tam propinqua erat ut Cornelius Stas, chirurgus Lovaniensis, artis medicæ apprime peritus, affirmaret eam ante duas horas esse morituram. Quapropter pater, qui mira erga* S. Ermelindem *pietate flagrabat, aquam ex ejus fonte sibi afferri jussit; cujus tres guttulas in nomine SS. Trinitatis, quartam in honorem B. Mariæ Virginis, et quintam invocando* S. Ermelindem *moribundæ filiolæ labiis effudit. Quas quum bibisset, subito sanata fuit. Quam rem, Jacobus d'Oyenbrugge, in* S. Ermelindis *oratorio lapidi incidi, et ejus Vitæ a Compaignomo subjungi voluit.*

AUCTORE R. D. B.

et recentioribus temporibus.

47 *Accepi quoque a ven. viro Francisco Weckx mulierem quamdam cæcam, ex parochia vicina Tourinne-la-Grosse, quum anno* 1803 *capsam* S. Ermelindis, *quæ in eo erat ut ex S. Quirini sacello ad ecclesiam parœcialem deferretur, manu tetigisset, subito visum* F *recuperasse. Eodem die, ut ex ejusdem parochi ore accepi, junior puella quæ, juxta fratrem equo insidens, ex Rillaer (parochia est, inter Archotum jacens et Diesthemium,) Meldradium venerat, per* S. Ermelindis *intercessionem a membrorum debilitate tam perfecte liberata fuit, ut cum cæteris Christi fidelibus* S. Ermelindis *lipsana ad ecclesiam usque comitata sit. Addit idem ven. vir sibi sæpe sæpius a viris, omni fide dignis, tum Meldradii, tum in vicinis parochiis habitantibus, fuisse narratum sese a morbis insanabilibus, præsertim crurium debilitate, fuisse sanatos, quum* S. Ermelindis *postulassent patrocinium. Eadem auctoritate nititur sequens miraculum. Anno* 1845 *Joannes Baptista De Haes, natus et degens in Bael, parochia Arschoto vicina, anno ætatis septimo decimo cæcus factus erat: cui ut visus restitueretur, per biennium frustra nulli operæ parsitum est. Tandem a piis parentibus feria* II *Pentecostes anni* 1847 *Meldradium ductus est, per interventum* S. Ermelindis *visum recuperaturus: quo*

AUCTORE R. D. B.

quo die post multas orationes in locis, S. Ermelindi *dicatis, fusas, domum repetens subito a cæcitate liberatus fuit. Ab hocce tempore Joannes De Haes singulis annis die* II *Pentecostes Meldradium venit ad perpetuas ob beneficium, a* S. Ermelinde *acceptum, gratias agendas. Cujus rei adhuc testes sunt plerique Meldradienses incolæ.*

§ VIII. Beneficia erecta in honorem S. Ermelindis Meldradii. Eorum casus et suppressio.

Meldradii saeculo XIII fuisse beneficium S. Ermelindis *colligimus ex antiquis diplomatibus,*

Postquam de Meldradiensi S. Ermelindis *oratorio, de* S. Ermelindis *parœciali templo et de servatis in eo beatæ virginis reliquiis diximus, transeundum jam est ad beneficia ecclesiastica, quæ ad ejusdem laudem et honorem erexit in eadem parochia grata hominum pietas. Verumtamen de eorum exordiis* B *vix aliquid certi proferre possumus. Duo quidem antiquissima monumenta, in quibus de aliquo* S. Ermelindis *beneficio fit mentio, excerpsit nobis ex chartulario suæ abbatiæ Ven. vir Joannes Dillen, canonicus regularis Præmonstratensis abbatiæ Parcensis prope Lovanium. Prius diploma est,* datum anno Domini 1281, feria secunda ante Ascensionem Domini, *ad fidem faciendam Gilbertum de Bavinchove coram scabinis Lovaniensibus ratam habuisse donationem quatuor et dimidii* bonnariorum terræ et census trium solidorum, *Parcensibus factam a Wilhelmo, quondam capellano altaris* S. Ermelindis. *Alterum est testamentum, quod* Arnoldus de Rotselaer, presbiter et capellanus perpetuus altaris beatæ Ermelindis, siti in ecclesia de Meldert, *condidit,* anno Domini 1285 sexto idus aprilis, *et quo omnes possessiones suas, Meldradii jacentes, canonicis Parcensibus* contulit, donavit seu legavit irrevocabiliter.

et saeculis XV et XVI plura alia ex tribus diœceseos Leodiensis polyptychis.

49 *Præterea ante oculos habemus tria antiquæ diœceseos Leodiensis polyptycha, de quibus anteajam meminimus et in quibus beneficia Meldradiensia recensentur. In primo, quod anno* 1441 *confectum fuit, hæc leguntur:* Curia de Meldert. — Capella sanctæ Hermelindis. — Capella sanctæ Katharinæ. — Capella beatæ Mariæ. *Secundum seu Parcense, quod post annum* 1457 *et ante annum* 1462 *confectum fuit (nam in eo capitulum S. Sulpitii Diesthemiense, non ita pridem erectum, anno scilicet* 1457, *memoratum est, et capitulum Arschotanum, erectum anno* 1462, *omittitur), legimus:* Meldert ecclesia. — Altare sanctæ Katharinæ seu missæ animarum. — Altare B. Ermelindis in capella. — Altare B. Ermelindis in ecclesia. — Altare in curte domini Henrici de Meldert: *quem Henricum puto esse Henricum de Opwinde, de quo infra pauca dicemus. Tertium ejusdem episcopatus polyptychum, anno* 1558 *conscriptum, hæc continet* (1): Meldert, ecclesia. — Altare Katharinæ seu missæ animarum. — A. Hermelindis in capella. — A. Mariæ ibidem. — Altare in curte domini Henrici de Meldert. — Matricularia.

(1) C. De Ridder, Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique, année 1865, pag. 148.

50 *Ex quibus monumentis apertum est in* D *ecclesia parœciali Meldradiensi jam ante annum* 1281 *fundatum fuisse in honorem* S. Ermelindis *beneficium ecclesiasticum, quod in polyptychis annorum* 1441 *et* 1558 *ignotis de causis omissum fuit, contra in polyptycho secundo memoratum. Exstinctum tamen non fuisse videtur, sed potius unitum beneficio ejusdem nominis, quod in oratorio erectum erat; ita ut deinceps idem beneficiarius utrumque beneficium tenuisse videatur: cujus certe rei sæculo* XVIII *vestigia deprehendimus. Quidquid id est, ad annum* 1627 *tria beneficia S. Mariæ, S. Catharinæ et* S. Ermelindis, *in ecclesia parœciali existentia, per miseriam temporum, qua universum Belgium et maxime instituta ecclesiastica laborabant, adeo tenuia erant, ut qui iis ornati erant ad residendum Meldradii non essent adstricti: quamobrem baro Jacobus d'Oyenbrugge de Duras multique alii incolæ, quum sibi consentientes haberent tum Belgii gubernatricem, vices gerentem ducis Brabantiæ, id est Philippi IV, regis Hispaniarum, eoque nomine collatricem beneficii* S. Ermelindis, *tum* E *Joannem Pinsonium, parochum Meldradiensem et beneficiorum S. Mariæ et S. Catharinæ patronum, omnem lapidem moverunt, ut terna illa beneficia in unum coalescerent, et ut, qui illud obtineret, ad nonnulla munera ecclesiastica explenda et ad residendum Meldradii adstringeretur. Itaque curia archiepiscopatus Mechliniensis, omnibus fori formis diligenter servatis, die* 16 *decembris anni* 1627 *ad instantiam Jacobi d'Oyenbrugge cæterorumque Meldradii incolarum sequens tulit decretum; cujus partem ex tabulario Meldradiensi producimus.*

ad instantiam Jacobi d'Oyenbrugge anno 1627 unita fuerunt, rectori seu beneficiario onere residendi imposito et vicariam operam præstandi parocho.

51 Dominus Jacobus d'Oyenbrugge, baro de Meldert, et incolæ ibidem contra omnes et singulos etc. — Die 16 decembris 1627. — In causa unionis et incorporationis capellaniarum et beneficiorum Deiparæ virginis et sanctæ Catharinæ in ecclesia parochiali de Meldert fundatorum, beneficio sanctæ Ermelindis, olim in eadem ecclesia per Brabantiæ duces etiam fundato, necnon affectionis ejusdem beneficii sanctæ Ermelindis ad opus sacerdotis et vicarii, cum onere residentiæ in eodem loco,..... præfatas capellanias, et beneficia B. Mariæ et F sanctæ Catharinæ, illorumque titulos extinguentes, illaque cum juribus, bonis et proventibus in perpetuum incorporantes prædicto beneficio sanctæ Ermelindis, idem beneficium, ita auctum, præsentium virtute et tenore afficimus onere et obligatione residentiæ in loco Meldert, necnon per futuros ejusdem rectores, et possessores, (qui presbyteri idonei qualificati, et ut tales per prædictum illustrissimum dominum archiepiscopum approbati esse debebunt,) obligatione adjuvandi (quando opus erit) pastorem loci, eique vicariam operam præstandi in excipiendis confessionibus, administrandis sacramentis, ac exercendis aliis functionibus pastoralibus. Tenebitur insuper rector prædicti beneficii sanctæ Ermelindis pro adimpletione onerum ejusdem, necnon aliorum duorum beneficiorum incorporatorum, ad celebrationem octo missarum in hebdomada in præfata ecclesia, ad missam matutinalem hora maxime oppor-

tuna

A tuna commoditati parochianorum et incolarum ejusdem loci : et præterea ultra præfatas octo missas tenebitur vero rector diebus festis Deiparæ virginis ad missam unam in eadem ecclesia, diebus vero dominicis et festis obligabitur particulariter ad celebrandam in eadem ecclesia ; omnibus et singulis citatis perpetuum silentium quoad infrascripta imponendo, salvo nihilominus jure modernorum rectorum prædictorum beneficiorum B. Mariæ et S. Catharinæ, donec per cessum, decessum, vel alias quovis modo eadem beneficia dimiserit. Ita pronuntiantes in his. Scriptum erat : J. Le Roy, officialis Mechliniensis. Inferius erat scriptum : Committimus suprascriptæ sententiæ pronuntiationem faciendam in solo Brabantico, in loco dicto de Passebrugge, R. D. assessori vel D. Trompero, graphiario curiæ nostræ, et illorum cuilibet. Erat signatum : J. Le Roy, officialis Mechliniensis.

ex qua ordinatione, utut sapientissima, orta sunt perpetua jurgia, donec Galli extremo sæculo XVIII beneficium sustulerunt et bona vendiderunt.

52 *Sed quantumcumque sapiens hæc esset ordinatio, innumeris tamen querimoniis dedit locum, quoniam, propter communes patriæ calamitates, tum parochialis beneficii, tum aucti beneficii* S. Ermelindis *reditus tam exigui erant ut neque parochus, neque* S. Ermelindis *beneficiarius congruam sustentationem haberent. Quibus querimoniis fatigabatur jam archiepiscopus Mechliniensis, jam Leodiense S. Bartholomæi capitulum; quod posterius accusabatur quod, licet pristini Meldradiensis cœnobii potiora bona et maxime decimas haberet, parœciæ necessitatibus minus providebat. Inter parochum et rectorem* S. Ermelindis *exsistebant quoque perpetuæ lites, maxime quod hic absurdissime contenderet se non nisi in extrema necessitate vicariam operam præstare debere parocho; neque aliud significari verbis :* Quando opus erit. *Anno* 1740 *nova exorta lis; quam major Meldradiensis cum scabinis diremit, jubens ædituo Joanni Cans ut vinum, panem, et quæcumque ad missæ sacrificium in* S. Ermelindis *oratorio peragendum sint necessaria, ejus rectori præstaret. Sed brevi novus creatur magistratus, qui pronunciat ab ecclesia parœciali nihil, ut in* S. Ermelindis *sacello missæ sacrificium offeratur, esse dan-*
C *dum. Qua sententia lata, rector Joannes Baptista Clement supremum adiit judicem, Brabantiæ scilicet consilium. Utrinque suam defendunt causam. Præterea accusat parochus* S. Ermelindis *rectorem quod statuto tempore ad missam celebrandam non accedit, nec etiam præsto est ad confessiones excipiendas. Quibus disputatis, pro votis tum parochi, tum rectoris, die* 9 *martii anni* 1754 *jus dixit Brabantiæ consilium : in posterum missas a rectore celebrandas esse in ecclesia, prout in decreto unionis anni* 1627 *indicatur : diebus dominicis et festis rectorem ad ecclesiam, pulsata campana, matutinæ missæ celebrandæ causa debere sese conferre : ejus officium esse adjuvare parochum* in quantum opus sit, *et idcirco ei petendam esse ab archiepiscopo Mechliniensi approbationem ad confessiones excipiendas; vicissim oratorio* S. Ermelindis *præstanda esse necessaria ad peragendum in eo divinum officium. Extremo sæculo* XVIII *non dissimilia orta jurgia inter parochum Jacobum Colpaert, et rectorem* S. Ermelindis, *Guilielmum Van Muysen. Ea qualicumque modo anno* 1790 *fuere pacata. Sed quum eodem circiter tempore archiepiscopus Henricus cardinalis de Franckenberg mandasset ut per totam archidiœcesim Mechliniensem diebus dominicis et festis in matutina missa vel instructio vel catechesis haberetur ad populum, idem ille Guilielmus, hujus rei impos, consentiente archiepiscopo, ad pleraque sua munera peragenda vicarium, cui ducentos et quadraginta florenos solvere debebat, sibi anno* 1790 *substituit. Tunc* S. Ermelindis *beneficii redditus erant floreni* 638, *solidi* 5 *et denarii* 5 : *onera vero floreni* 20, *solidi et denarii* 2. *Sed mox patriam semel et iterum invaserunt Galli, qui et beneficium sustulerunt et bona vendiderunt sub hasta. Atque ex hac brevissima innumerorum jurgiorum narratione colliget facile lector non plus illa tempora quam præsentia spinis suis caruisse.*

AUCTORE R. D. B.

§ IX. Indulgentiæ olim concessæ ad augendum pium erga S. Ermelindem affectum. Confraternitas erecta anno 1849.

E

In honorem S. Ermelindis *Urbanus VIII concessit plures indulgentias.*

Superest demum ut indulgentias recenseamus aliaque bona spiritualia, quorum concessione Romani pontifices cultum S. Ermelindis *et augere, et honestare studuerunt. Urbanus itaque VIII papa, qui universæ ecclesiæ ab anno* 1623 *ad* 1644 *præfuit, ad postulationem Jacobi d'Oyenbrugge concessit omnibus Christi fidelibus, qui die* 29 *octobris,* S. Ermelindis *festo, ejus oratorium visitarent, indulgentiam plenariam : item die* 24 *septembris, festo Exaltationis Sanctæ Crucis, feria* III *Pentecostes, et die* 25 *julii, festo S. Jacobi majoris apostoli, indulgentiam septem annorum et septem quadragenarum* (1).

Olim exstabat illic confraternitas, quæ anno 1849 *fuit restituta et multis indulgentiis*

54 *Erecta etiam ibidem olim fuit* S. Ermelindis *confraternitas ; sed hæc (quum accidens sequatur principale) per suppressionem omnium parœciarum, quæ concordatum anni* 1801 *consecuta est, interiit, neque restituta fuit nisi medio fere sæculo post. Factum hoc est opera Ven. viri Francisci Weckx; qui, intelligens annum* 1849, *quo* S. Ermelindis *reliquiæ ab eminentissimo viro, archiepiscopo Mechliniensi, essent recognoscendæ, ad id esse valde opportunum, literas dedit ad S. D. Pium papam IX, solitas postulans indulgentias. Annuit his precibus Romanus pontifex; ejusque nomine die* 2 *aprilis illius anni rescripsit in hæc verba pro-præfectus congregationis indulgentiarum :* Utentes facultatibus nobis a SSmo Dno nostro tributis, omnibus confratribus et consororibus piæ sodalitatis sub titulo sanctæ Ermelindis virginis, in supra enunciata ecclesia canonice erectæ vel erigendæ, indulgentias ut infra, fidelibus quoque defunctis applicabiles, in perpetuum concedimus et impertimur : plenariam nempe die prima eorum

(1) Compaignon, Vie de S. Ermelinde, pag. 59.

AUCTORE R. D. B.

receptionis in eamdem piam sodalitatem, si vere pœnitentes, confessi sacraque communione refecti dictam ecclesiam visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem sanctitatis suæ oraverint; et similiter plenariam in mortis articulo acquirendam, dummodo rite, ut supra, sint dispositi, vel saltem sanctissimum Jesu nomen corde, si ore nequiverint, devote invocent; et pariter plenariam, tum die festo S. Ermelindis V. vel uno ex duobus diebus immediate sequentibus, incipiendam ab ipsius festi primis Vesperis usque ad ultimi de iis duobus aliis diebus solis occasum, semel tantum eo intervallo lucrifaciendam; necnon in Omnium Sanctorum solemnitate vel in ejus octiduo, incipiendam ab ipsius solemnitatis primis Vesperis usque ad ultimum diei dicti octidui solis occasum pro unica duntaxat vice ejusmodi intervallo acquirendam; ac insuper in feria secunda, dominicam Pentecostes immediate sequenti, incipiendam a primis Vesperis usque ad illius diei solis occasum; tum in prima Quadragesimæ dominica; et septem annorum et totidem quadragenarum indulgentiam quatuor aliis in-
B fra annum festis diebus ab Ordinario semel tantum designandis, si, ut supra, rite dispositi fuerint, visitaverint et oraverint; ac tandem sexaginta dierum indulgentiam pro quolibet pio opere, quod corde saltem contrito et devote peregerint. Præsentibus valituris, servatis tamen servandis, juxta constitutionem SS. D. Clementis PP. VIII sub datum Romæ apud S. Petrum die 7 decembris 1604, quæ incipit: " Quæcumque a sede apostolica, " non obstantibus quibuscumque aliis in contrarium facientibus. Datum Romæ ex secretaria sacræ congregationis indulgentiarum. D. A.Cardin.Bianchi, Pro-Præf.

† LOCUS SIGILLI

Jacobus Gallo, secretarius.

atque etiam altaris privilegiati favore aucta, accedente ordinarii consensu.

55 *Præterea eodem die* 2 *aprilis, petente iterum Ven. viro Weckx, concessit Romanus pontifex* ut omnes et singulæ missæ, quæ pro quibusvis confratribus et consororibus defunctis piæ sodalitatis, sub titulo sanctæ Ermelindis virginis in ecclesia loci de Meldert canonice erectæ vel erigendæ, ad quodlibet ipsius ecclesiæ al-
C tare perpetuo futuris temporibus celebrabuntur, eadem gaudeant gratia ac si in altari privilegiato celebratæ fuerint. *Secundum hæc itaque diplomata confraternitatem* S. Ermelindis *erexit Em. vir archiepiscopus Mechliniensis die* 23 *junii anni* 1849; *et die* 5 *julii sequentis indulgentias, a Romano pontifice concessas, publicari permisit, pro indulgentiis partialibus lucrandis designans:* 1° *Festum Circumcisionis Domini;* 2° *Dominicam in Palmis;* 3° *Festum Corporis Christi et* 4° *Festum Assumptionis B. Mariæ V.*

Summa in incohanda confraternitate solemnitas.

56 *Ne autem opinionum vento sodalitas quateretur, vel ne sibimetipsis sodales relinquerentur, sapientissimas eis concinnavit leges Ven. vir Franciscus Weckx; quas leges eminentissimus cardinalis die* 27 *octobris anni* 1849 *approbavit, concedens eodem die ad sodalium augendum fervorem ut* in ecclesia de Meldert laudes fierent vespertinæ cum expositione Sanctissimi prima feria secunda cujuslibet mensis, dummodo adorantium adesset sufficiens numerus. *Præterea, quum die* 18 *decembris anni* 1849 *primi sodales in unum con-venirent, accersivit Ven. parochus Clementem* D *van Caille, presbyterum Societatis Jesu, eloquentissimum verbi divini præconem, qui per plures dies bis, ter, aut quater e sacro pulpito incolis Meldradiensibus explicuit tum viri Christiani officia, tum quæ et quanta bona spiritualia novo sodalitio nomen daturi, per* S. Ermelindis *interventum, a Deo essent accepturi. Neque exitus fefellit spem; nam Meldradienses ad unum omnes, (in quantum scitum fuit,) sacra homologesi peccata sua expiarunt, et cibo eucharistico animam refecerunt. Adde quod hisce diebus bene multi utriusque sexus Christi fideles novi sodalitii albo inscripti fuere, quos inter prænobilis domina Josepha Ludovica comitissa van der Noot de Duras, vidua principis de Ligne, ejusque alter conjux comes Carolus Ferdinandus Josephus d'Oultremont, eorumque liberi comes Hadrianus Eugenius Paulus d'Oultremont et comitissa Æmilia d'Oultremont; qui se omnes sodalitii* S. Ermelindis *perpetuos patronos fore declararunt; quibus postea alii de eadem domo accesserunt. Non minor ardor apud Meldradienses et accolas; ita ut* E *anno* 1867 *sodalitii album* 530 *nomina caperet.*

MISSA

DE S. ERMELINDE VIRGINE.

1 — INTROITUS.

Gaudeamus in festo S. Ermelindis,

Gaudeamus in te nos, Domine,
Et psallamus in tuo nomine,
Sub colendis condigno carmine
Hermelendis festis et famine,
Coastantibus cæli civibus,
Nomenque tuum collaudantibus.

Ps. Eructavit. ℣ Gloria. ORATIO. Deus qui beatam Hermelendem etc. EPISTOLA. Confitebor.

2 — GRADUALE.

quæ pro virginitate sua est exaltata in cælo, ubi pro hominibus orat.

Virgo, gradu gradiens
Directo, sedula, fiens
Gratiore grata,
Veneratione venerata.

℣. Cur, quasi regina,
Pro virginitate supina,
Est exaltata,
Cæloque beatificata?
Alleluia. Alleluia.

O vere digna monacha,
O virgo cultrix heremi,
Christum tua prece placa,
Qui ne velit dire premi
Nos sorte dæmoniaca,
Quos curavit semel emi,
Sed det frui vultu sui.
Alleluia. Alleluia.

Quæ per pudoris flosculum
Et per virtutes alias
Ornasti tuum vasculum,
Tu nobis hic et alias
Christum mitigato
Pacisque bona dato.
Alleluia.

TRACTUS

A

5 — TRACTUS.

S. Ermelindis *nos protegat et Christo commendet.*

Tu dives opum gratiæ,
Sponsa regis gloriæ,
Te collaudat hodie,
Plebs ovante facie.

Adsis pia,
Et de via
Lapsos rege
Et protege,
Deo tota
Funde vota
Vique tota
Nos hic et alias
Christum mitigato,
Pacisque bona dato.

4 — SEQUENTIA.

S. Ermelindis *innocentia, vita monastica, superatæ tentationes, mors, sepultura, inventio et miracula.*

Vox amœna,
Mens serena,
Congruendo laude plena,
Dulce dent organicum.

Hermelendis,
Cassæ mendis,
Festum coli vult arcendis
Tristibus magnificum.

Quæ vivente
Casta mente
Florem rexit, et intente
Christo regi jugiter.

Duodennis
Hæc, perennis
Vitæ jubar, citis pennis
Advolavit acriter.

Istam status
Monachatus,
Modus vitæ Deo datus,
Decoravit nobilem.

Pater villam
Dedit; illam
Habitavit; hic pusillam
Se gessit ac humilem.

C

Cujus loci
Duo proci
Raptum parant; ista voci
Subditur angelicæ:

" Virgo clara,
Fugam para."
Ad hæc surgit non ignara,
Sacro ducta indice.

Lux refulsit;
Castam mulsit,
Mittens patrocinium,
Castus sponsus; et indulsit
Virgini solatium.

Sic deserta
Petens certa,
Christi munda dotium,
Laudum plena et referta,
Ejus fit mancipium.

Hic moratur;
Hic domatur
Sibi desiderium
Suæ carnis; effugatur
Procul omne vitium.

Herba victus
Nimis strictus,
Prenderet ut bravium,
Illi fuit, et amictus
Asperum cilicium.

EX MSS.

Sic puella,
Morum cella,
Puellarum dux ac stella,
Multo vixit temporis.

Ad supremum
Diem remum
Mari caute rexit; demum
Claustrum exit corporis.

Ecce chorum
Angelorum
Mittit illuc rex cælorum,
Ut corpus sepeliant;

Et benignam,
Non provignam
Animam, sed Deo dignam,
Eo frui faciant.

Plebs cælestis,
Rei testis,
Hujus tumbam colit festis,
Liris, luce, modulis.

E

Mox, quem beat,
Vir hac meat;
Idque [quod] latere queat
Carnis videt oculis.

Mox diffamat,
Et proclamat,
Virginis, quam decus amat,
Grande fore meritum.

Dux Pippinus,
Vir divinus,
Digne parat capsæ sinus;
Vidit corpus inclitum.

Sistit chorum
Clericorum,
Feminarum et virorum;
Ditat et dat prædia.

Deo digna
Facit signa,
Morbos sanat, et maligna
Effugat dæmonia.

F

Sic expellat
Et avellat
Prece nostri vitium!

Et tu, Christe,
Omen triste
Fuga et da gaudium. Amen.

EVANGELIUM. Simile est regnum cœlorum decem virginibus.

5 — OFFERTORIUM.

S. Ermelindis *offerat nostras preces SS. Trinitati;*
* attende *in ms.*

Offer summæ Trinitati
Vocum preces supplice, *
Virgo pia, ne peccati
Impediamur obice.
Sub peccato venumdati,
Redempti summo apice,
Ne damnemur judicati
A Christo, pio judice.

SECRETA. Sacrifica, quæsumus, hæc munera, clementissime

EX MSS. clementissime Pater, et qui Hermelendem virginem, cujus festa percolimus, a contagiis secularibus illibatam extraxisti : nos a cunctis illæsos extrahe nocumentis, post hujus vitæ curriculum fruitione vultus largiter satiando. Per Dominum.

6 — COMMUNIO.

quæ nos propter ejus interventum salvos faciat. Stat tua per labia distillans gratia dia,
Scandit et in Rhama redolendo tui thymiama.

POSTCOMMUNIO. Adjuvent nos, Domine, sumpta mysteria, et qui Hermelendi virgini, cujus festivitate gaudemus, spurcitias mundi, carnis et dæmonum viriliter calcare fecisti, quique corpus ejus angelica voluisti sepeliri officina, nos ejus meritis precibusque tuere, guberna, ablue criminibus, et fungito pace sempiterna. Per Dominum.

OFFICIUM

B

S. ERMELINDIS VIRGINIS

Ad utrasque Vesperas, Matutinum et Laudes.

1 ANTIPHONÆ AD I VESPERAS.

Ecclesiæ et exlicolarum gaudium de S. Ermelindis *gloria,*

I. Inclita sunt sanctæ, concordi carmine [panctæ,
Hermelendis gesta celebranda per annua [festa.

II. Virginis ergo mere famulos, pie Christe, [tuere;
Daque sibi gratum nostrum fieri famula- [tum.

III. Gaudeat ecclesia, lætentur et agmina [cæli,
Et celebrent palmæ præconia virginis [almæ.

IV. Ore, manu, corde, virgo, minus oblita [sorde,
Ad Christi doxam sprevit committere [noxam.

C

V. Hinc solito rite, gravis est industria vitæ;
Estque tribu[i] forma morum clarissima [norma.

2 CAPITULUM.

quæ virginitatem amplexa est. Virginitas est nomen honorabile, quod amplectens Hermelendis virgo, lætitiam bonorum operum in corde atque conscientia posuit : ipsaque probata in semetipsa tantum, et non in altero gloriam habuit.

3 HYMNUS.

S. Ermelindis *pia adolescentia, pœnitentia, funus, inventio et miracula.*

Ovet jucunda concio ;
Cantus pangat hymnidicos ;
Hermelendis cum obsequio
Laudet actus mirificos.

Cujus adolescentiæ
Nitor ut stella claruit,
Et laurus pudicitiæ
Ad usque mortem viruit.

Deserta loca coluit, D
Mundi vitans contagium,
Nec illi par innotuit
Ullus abstinentium.

Incumbat phalanxcælica :
Defunctam locis heremi
Auditur hic glorifica
Vox non fieri aut ingemi.

Res palam fit mortalibus
Per celebres exequias,
Quæ fiunt a cælitibus :
Plebs elevat reliquias.

Mox fiunt hic prodigia :
Nam salus datur languidis,
Fidis salutis copia,
In detrimentum perfidis.

Sit laus Patri cum Filio,
Una Sancto Spiritui ;
Et virginis oratio
Nos juvet eo perfrui. Amen.

℟. Virgo puellarum decus, observantia cla- [rum
Sidus, sexennis bis calcans sæcla, peren- E [nis
Per carnis domitæ regimen petit ardua [vitæ.
℣. Virgo carens fraude, celebri dignissima [laude.
Per carnis. Gloria Patri. Per carnis.
℣. Ora pro nobis, etc.

4 ANTIPHONA AD MAGNIFICAT.

Omni virtutum genere claret S. Ermelindis

Virgo magnifica, simplex, percauta, pudica,
Pallens et macra, devota, theorica, sacra,
Mentis tunc jubilo jugi, nunc pacis azilo
Perpetuæ fruitur, in quo gaudens stabilitur.

ORATIO.

Deus, qui beatam Hermelendem castitate virginali, obedienta regulari, et mira abstinentia, insuper et heremitica vita sanctificatam reddidisti : quique corpus ejus, angelis sepelientibus, humo collocasti, te petimus meritis ejus dignoque precatu, tu pius et mitis quoque ablue reatum et da gaudium sempiternum. Per Dominum.

F

AD MATUTINUM, INVITATORIUM.

Christum castarum decus, et tutamen earum
Semper adoremus, et mente pia jubilemus.

5 ANTIPHONÆ AD I NOCTURNUM.

I. Prædita virgo bonis, præsens per singula *a pueris.* [donis,
Moribus agmentat eam perfectamque [parentat.
II. Mens in sublimi sua floris tempore primi,
Virtutum plenas vere moderatur habenas.
III. Lubrica pro vili reputat cursu juvenili,
Exemplar clarum, dux, prævia stella [bonarum.
℟. Lætificando locum, reseret chorus organa [vocum;
Decantet gaudens, et cæli curia plaudens
Adsit : ut in plenis laudetur virgo [camænis.
℣. Concinat ac oret vir, femina, quisque [laboret
Ut in plenis, etc.

Crimina

A ℟. Crimina cuncta, pater vult, hoc et sedula [mater,
Ut fugiens, tota Christo spondet sua vota.
℣. Carnis devexum, maris omnis providæ [nexum
Ut fugiens, tota ete.

℟. A patre villa datur, quo pergens virgo [moratur,
Competit esse status ad opus proprii fa- [mulatus :
Seque domumque regens, ibi vivit humil- [lima degens.
℣. Laudibus usque vacans, christumque per [omnia placans,
Seque. Gloria. Seque.

6 ANTIPHONÆ AD II NOCTURNUM.

Duce angelo, insidias improborum juvenum vitat et venit in eremum; ubi post sanctam vitam moritur et ab angelis sepelitur.

I. Contigit ut quidam duo vellent fallere fidam
Ancillam Christi, cui tutor, Christe, fuisti.
II. Angelus accedit: monet; et virguncula [credit,
Et splendorque micat, castam sibi castus [amicat.
III. Advenit hæc heremum fide duce credula. [Demum
Hic locus aptatur sibi gratus, eoque moratur
℟. Hæc heremi cultrix quasi facti vulneris ul- [trix,
In Christi latere constanter cœpit egere.
℣. Herba sibi victus et cilicium fit amictus;
In Christi etc.

℟. Christum mente ferens, Scripturæ semper [inhærens,
Fit proba vas doxæ, totius libera noxæ.
℣. Instudet æternis nemorum latitando caver- [nis;
Fit proba etc.

℟. Cedit ab hac vita post multum sic heremita
Temporis; obsequitur plebs cælica, qua se- [pelitur
Hæc. Fit voce lira cum lampade latria mira.
℣. Se deligans anima superum transfertur ab [ima.
Fit voce. Gloria. Fit voce.

C

7. ANTIPHONÆ AD III NOCTURNUM.

Locus sepulturæ revelatur cuidam viro justo; Pippinus, cognitis miraculis, ædem et duplex monasterium super sepulcrum ædificat.

I. Gesta patent: justo cuidam certeque venusto
Contigit ut sciret, dum dictum per nemus [iret.
II. Cæli nocte chorum videt et jubar; audit [eorum
Dulce melos; sane loca signat; abit quoque [mane.
III. Nocte sequente quidam vir pernoctavit ibi- [dem,
Dignus idem dignum vidit memorabile si- [gnum.
℟. Vir toto nisu divulgat cognita visu;
Parte domum fundat tumbæ: res mira re- [dundat.
℣. Grande rei nomen diffunditur hujus et omen.
Parte domum etc.

℟. Plebs ruit ad nota miracula, dans pia vota,
Vera salus morbis datur hic et luminis [orbis.
℣. Et claudis quîsque surdis, mutis, rabidisque
Vera salus etc.

℟. Mox duce Pipino veniente, genuque reclino, ex mss.
Oscula dante locis, fiunt pia famina vocis.
Capsa, quo teste, sacra membra locantur [honeste;
Qui templum grande struit in laudem ve- [nerandæ,
℣. Remque piam jusque statuens, sexus utri- [usque
Cœlum; pro cura victus dat prædia plura.
Qui templum. Gloria. Qui templum.

8 ANTIPHONÆ AD LAUDES.

Laudetur Deus qui tanta fecit pro serva sua S. Ermelinde.

I. Laudemus Christum, propter quem respuit [istum
Mundum virgo bona, fulgens radiante co- [rona.
II. Christum laudemus, et laudem amplifice- [mus;
A quo donata, sic promicat ista beata.
III. Curet in æternum regem laudare supernum,
Plebs, hanc qui clare curavit mirificare.
IV. Christus laudetur, et in ævum glorificetur,
Qui tam mirifice vitam decoravit amicæ.
V. Laudibus altisonis laudatur vi rationis, E
Rex, cui mente mera servivit virgo severa.

CAPITULUM.

Laudabo nomen tuum assidue et collaudabo Dominum in confessione; et exaudita est oratio mea. Deo gratias.

9 HYMNUS

Christus, qui S. Ermelindi viventi et mortuæ patrocinatus est, propter ejus preces homines liberet a peccato;

Ecce ascendit propere
Aurora, lucis prævia;
Nos Creatori psallere
Creata monent omnia.

Da merum, Christe, gaudium,
Absterge cuncta vitia,
Qui das [sanctæ] Hermelendi
Quaterna pænitentia.

Quæ castitate floruit,
Parens obedientia;
Et quæ desertum coluit
In mira abstinentia.

Sepultam a cæligenis,
Fruentem cæli gloria, F
Laudari a terrigenis
Diversa dant insignia.

Sit laus trinæ unitati
Honor, virtus, victoria,
Omnis cadat fæx peccati
Hermelendis precum gratia. Amen.

℣. ℟. Ora pro nobis, beata virgo Hermelendis etc.

AD BENEDICTUS ANTIPHONA.

O benedicte Pater, o Christe, piissime frater,
O sanctum Pneuma, cantus, palinodia, neuma,
Jure tibi dantur, tibi psallunt, te venerantur,
Hermelendis meritæ qui das pia præmia vitæ.

ORATIO.

Invenias nos, quæsumus, Domine Deus noster, vigiliis et laudibus jugiter insistentes, ne cum terræ peccatoribus in matutino nos confringas, sed Hermelendis oratio, cujus tibi vita complacuit,

AUCTORE R. D. B.

complacuit, ad omnia reddat promptiores. Per Dominum.

10 ANTIPHONÆ AD II VESPERAS.

ipsaque S. Ermelindis *obtineat nobis a Deo ut pie vivamus et sanctorum consortio fruamur.*

I. Inclyta virgo decens, ad Christum vota profunde,
Ut vetus atque recens scelus abluat, urimur unde.

II. Virgo dicata Deo, pro nobis jugiter ora,
Ne sontes ab eo damnemur mortis in hora.

III. Virgo clemens da Christo juge precamen,
Ut nobis demens sit noxia, detque piamen.

IV. Id pete subjectis, ne quos Patris ira molestet,
Virgo; sed abjectis vitiis bene vivere præstet.

℣. Postmodo virgo roga Christi pia numen, et ora
Ut cum luce toga [cæli] potiamur in ora:
(Omnia ut supra).

℟. Hæc morum lima se stravit ab indole prima,
Ad summam vitæ varia probitate politæ
Celsa virago, satrix virtutum, juris amatrix,
Intima, subjecta, patiens, pia, lege referta.

B ℣. Mirus odor gummi cæli replet atria summi
Quod fluit e messe, quam sacco severat esse.
Lege. Gloria. Lege. Ora pro nobis, etc.

ANTIPHONA AD MAGNIFICAT.

O pie Verbigena, fons manans ubere vena,
Virginis Hermelendis precibus nos exue mendis,
Et sua per merita potiamur cælite vita.

Alleluia. ORATIO. Deus, etc.

Appendix seu series toparcharum Meldradiensium.

Quicumque *gloriam postumam* S. Ermelindis, *quam hactenus enarrare conatus sum, versaverit, profecto intellexerit singularem semper communionem quamdam exstitisse*
C *inter beatissimam patronam et toparchas Meldradienses; ut hi ejus cultum et reliquias tuerentur, ut illa patrocinio suo eos circumdaret. Quapropter operæ pretium visum fuit eorumdem dominorum seriem quamdam texere; cui tanto majus momentum insit, quod simul nobilissimæ gentis historia partim ea contineatur. Ad finem sæculi* XIV *exstabat jam nobilis quædam domus de Meldert, ex qua Meldradienses domini orti videntur. Anno enim* 1299, *die sabbati ante festum S. Michaelis Joannes I, dux Brabantiæ, in feudum dedit dilecto suo ministro Arnoldo de Meldert censum annuum, quem habebat in Raedshoven seu Racourt, qui locus jacet prope Landen, provincia Leodiensi. Eumdem censum et advocatiam de Raedshoven,* valentem annuatim XVIII solidos, *habebat Iwanus de Meldert anno* 1350, *quo anno auctus est liber feudatariorum Joannis ducis III; ita ut Iwanus ille filius fuerit Arnoldi de Meldert, aut* D *certe ejus hæres. Sed initio sæculi* XV, *ut paulo infra apparebit, Libertus de Meldert erat advocatus hæreditarius de Raedshoven; ita ut sanguinis vinculum inter Libertum hunc et Arnoldum de Meldert exstiterit. In eodem Libro feudatariorum occurrit* dominus Johannes de Meldert, *tenens* bona et mansionem apud Steene, sita apud Orsmale, tamquam allodialia sive propria, *alia* bona apud Bunsbeke, *alia* inter Orsmale et Dormale, *alia* inter Nederlanden et Dormalen, item villam et dominium de Hoelede; *ita ut vere locuples fuerit. Apparet ibidem* Henricus de Meldert, miles, XX libras terræ annuatim *habens* apud Meldert et Merhout, *quas post eum tenuit Arnoldus de Vivario, qui et Vanden Wiere; a quo Arnoldo dominus Johannes bona inter Orsmale et Dormale emerat, et post quem villam quoque et dominium de Hoelede consecutus erat. Idem ille Henricus de Meldert censum tenebat apud Hildeberghe; quem censum post eum adeptus est Iwanus de Meldert: ita ut Henricus ille improles obiisse videatur* (1). *In eodem libro* E *complures alii leguntur feuda habuisse Meldradii; sed nullus erat dominus præter ducem Brabantiæ. Joannis III utique successores recensendi non sunt, feuda Meldradiensia atque etiam toparchiam certo pretio, aut ad vitam, aut ad arbitrium nobilibus viris concedentes. Attamen quatuor dumtaxat hujusmodi pacta præ oculis habemus. Quorum primum iniit Joannes d'Oyenbrugge, comes de Duras, die* 18 *septembris anni* 1559; *secundum Jacobus d'Oyenbrugge die* 17 *julii anni* 1630; *itemque tertium die* 22 *augusti anni* 1641; *quin et quartum idem ille Jacobus, qui tandem die* 18 *decembris anni* 1648 *pretio* 10,200 *librarum perpetuus Meldradiensis toparcha constitutus est. Non itaque omnes eodem jure Meldradienses domini fuerunt, sed alii beneficiarii seu precario, alii emphytheotæ, alii feudatarii, et postremi demum honorarii. His præmissis, seriem qualemcumque ab extremo sæculo* XIV *ordimur* (2).

I. *Primus occurrit* HENRICUS DE OPWINDE *seu Overwinde, quæ parochia est provinciæ Leodiensis. Dominus erat dimidiæ*
F *partis feudi de Budingen, parochia provinciæ Brabantinæ prope Leeuwam. Posuit cognomen* de Opwinde, *ut dein* Henricus de Meldert *diceretur* (3): *sed utrum reapse toparcha Meldradiensis fuerit, an potius ejus uxor Margareta de Bremsons, quæ a fratre suo terram feudalem in Meldert hæreditario jure acceperat, aliquantisper ambiguum est. Ex una parte in documentis publicis* Henricus de Meldert *appellatur, et in duobus polyptychis, quæ supra indicavimus, castellum vocatur* curtis domini Henrici de Meldert; *neque alius apparet Henricus, ad quem hoc vocabulum referatur: ex altera parte ejus filius Libertus ratione matris Meldradiense dominium accepisse traditur* (4). *Mortuus est circa annum* 1400 (5).

II. LIBERTUS, *filius Henrici et Margaretæ, toparcha in Meldert et Budingen, uxorem duxit Juttam Proest de Melin, dominam in Vrolingen, viculo parochiæ Wellen, provincia*

(1) Galesloot, le Livre des feudatataires de Jean III, pag. 54, 87, 130, 138, 166 et 170. — (2) Cour féodale du Brabant, Registre 269. — (3) Cfr de Herckenrode, Collection de tombes etc. de la Hesbaie, pag. 29 et seqq. — (4) Kempeneers, de Oude vryheid van Montenaken. pag. 28 et seq.; de Herckenrode, Collection etc. pag. 29. — (5) (Archives de Liege) Lefort, Extraits, tom. XV, pag. 237.

Limburgensi,

A *Limburgensi, et in Bombroeck, viculo parochiæ Cortessem, eadem provincia. Mortuus est circa annum* 1428 (1).

III LIBERTUS, *filius Liberti et Juttæ, dominus in Meldert, Budingen, Vrolingen et Bombroeck, advocatus* (2) *fuit hæreditarius de Raedshoven seu Racourt. Mortuus est anno* 1483 *sine filiis legitimis. Ejus titulus sepulcralis exstat in templo Meldradiensi.*

IV. ANTONIUS DE MONTENAKEN, *dominus in Meldert, Budingen, Vrolingen et Bombroeck, filius Godefridi, comitis de Montenaken et domini in Grasen et Wilre, mortui anno* 1448, *(qui erat filius Guilielmi de Montenaken, et Margaretæ de Meldert, Liberti sororis,) et Mariæ de Reves; ita ut Antonius ratione aviæ acceperit hæreditatem proavunculi Liberti. Vivebat adhuc Antonius anno* 1491 *aut* 1496, *uxore ducta Cornelia Van Rommeswalle* (3). *Historiam celeberrimi feudi de Montenaken scripsit Ven. vir Kempeneers. Res feudales parochiæ Grasen, provincia Brabantina, et parochiæ Wilre, provincia Limburgensi, declaravit Wolters* (4).

B V. ISABELLA DE MONTENAKEN, *soror Antonii et uxor Jacobi de Jauche, facta est domina in Meldert, commutans advocatiam de Raedshoven toparchia Meldradiensi* (5). *Decessit improlis* (6).

VI. JOANNES DE MONTENAKEN, *filius Antonii, ex testamento amitæ accepit dominium de Meldert. Mortuus est anno* 1553 (7).

VII. MARIA DE MONTENAKEN, *Joannis soror, commutatione facta, adepta est a fratre dominium Meldradiense* (8) *nupsitque Guilielmo d'Oyenbrugge, toparchæ de Duras. Feudi d'Oyenbrugge, quod jacet in principatu de Grimbergen, origines et vices descripsit cl. vir Alphonsus Wauters* (9). *Stemma genealogicum gentis d'Oyenbrugge plures explicuerunt* (10). *Dominii de Duras historiam breviter dedit baro Leo de Herckenrode* (11).

VIII. JOANNES D'OYENBRUGGHE DE DURAS, *filius Guilielmi et Mariæ, comes de Duras, a Philippo II, rege Hispaniarum, qua duce Brabantiæ, toparchiam Meldradiensem, precario a majoribus possessam, numerata pecunia ad tempus die* 18 *septembris anni* 1559

C *sibi acquisivit* (12). *Mortuus est anno* 1568 *et sepultus in capella castrali de Duras, viduam relinquens Catharinam Van Guydehove, quæ mortua est anno* 1584 *et eodem loco sepulta.*

IX. GUILIELMUS D'OYENBRUGGE DE DURAS, *filius Guilielmi d'Oyenbrugge de Duras, et toparchæ in Budingen, in Bombroeck, Vrolingen, Grasen et Wilre, et Antoniæ van der Gracht, a patruo suo Joanne anno* 1567 *dono accepit toparchiam Meldradiensem* (13), *primus dictus baro de Meldert. Ex priore uxore, Anna de Corswarem, genuit Jacobum. Ex monumentis tabularii oppidi Bulloniensis* (14) *constat eum e vivis recessisse anno* 1626. *Is sæpius vitæ et fortunarum periculo reliquias S. Ermelindis hæreticorum furori subduxit.*

X. JACOBUS D'OYENBRUGGE DE DURAS, *baro de Meldert, dominus in Vrolingen et Bombroeck, uxorem duxit Annam de Berlo, vita functam anno* 1639; *ipse mortuus est anno* 1651. *Restauravit et ornavit oratorium* S. Ermelindis. *Jacet cum uxore sepultus sub ingenti mausoleo, quod in medio templo Meldradiensi parochiali exstructum est.*

XI. ANNA MARIA D'OYENBRUGGE DE DURAS, *baronissa de Meldert, in infantia a morte servata interventu* S. Ermelindis, *nupsit Godefrido d'Oyenbrugge, toparchæ d'Oyenbrugge, qui fertur descendisse ab Henrico II, domino d'Oyenbrugge et de Coelhem (viculo parochiæ Puers prope Mechliniam). Hic scilicet Henricus dicitur duos genuisse filios, qui prolem reliquerunt, alterum Balduinum, alterum Guilielmum. Balduinus, qui vixit sæculo* XIII, *fuit triavus Joannis d'Oyenbrugge, toparchæ Meldradiensis, ejusque fratris Guilielmi d'Oyenbrugge, mariti Mariæ Margaretæ de Montenaken. Guilielmus vero ad posteros suos, ex quibus fuit Godefridus, transmisit feudum d'Oyenbrugge* (15). *Mortuus est Go-* E *defridus anno* 1647; *ejus uxor Anna Maria obiit anno* 1673.

XIII. ENGELBERTUS D'OYENBRUGGE, *filius Godefridi et Annæ Mariæ, baro de Meldert et dominus in Billichout (Billichout viculus est parœciæ Cumptich), Zuerenberg et Oude-Molen, mortuus est anno* 1681; *ejus uxor, Maria Ernestina de Berlo, anno* 1686.

XIII. ANNA AMATA JOSEPHA D'OYENBRUGGE, *filia Engelberti et Mariæ Ernestinæ, baronissa de Meldert et domina in Billichout, nupsit Ernesto Balthazari d'Oyenbrugge, comiti de Duras, domino de Grasen, Wilre, Gorssum, Runckelen et Schelfheide. Ernesti, qui matrimonio suo cum Anna Amata ad domum de Duras reduxit baroniam de Meldert, atavus erat Joannes d'Oyenbrugge, comes de Duras, qui primus inter suos Oyenbrugganis asseruit dominium de Meldert. Gorssum, cujus Schelfheide pars est, et Runckelen parochiæ sunt provinciæ Limburgensis. Mortua est Anna Amata anno* 1692; *maritus anno* 1710.

XIV. ANNA ANTONIA THERESIA ERMELINDIS D'OYENBRUGGE DE DURAS, *filia* F *Annæ et Ernesti, comitissa de Duras, baronissa de Meldert et de Thyne, domina in Grasen, Wilre, Gorssum, Runckelen, etc., nupsit Philippo Francisco van der Noot, baroni de Carloo. Feudum de Carloo, anno* 1668 *baroniam factam, illustravit cl. vir Alphonsus Wauters* (16). *Jacet Thyne in Brabantia* (17). *Mortua est Anna Antonia anno* 1717; *maritus anno* 1759.

XV. JOANNES JOSEPHUS LUDOVICUS PHILIPPUS VAN DER NOOT DE DURAS, *filius Philippi Francisci et Annæ Antoniæ, baro de Meldert, innuptus obiit anno* 1767.

XVI. JOANNES JOSEPHUS PHILIPPUS COMES VAN DER NOOT, *comes de Duras, baro*

(1) Chambre des comptes, régistre 535, pag. CCXXI. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Kempeneers, Vryheid van Montenaken, tom. II, pag. 32; Franchise de Montenaken, pag. 41. — (4) Notice sur la commune de Rummen et les anciens fiefs de Grasen, Wilre, Bindervelt et Weyer, pag. 188 et seqq. — (5) Cfr Kempeneers, opp. citt. tom. II, pag. 30. — (6) Ibid. pag. 32. — (7) Ibid. pag. 30. — (8) Ibid. pag. 31. — (9) Histoire des environs de Bruxelles, tom. II, pag. 253. — (10) De Herckenrode, Collection des tombes etc. pag. 105 et seqq.; Vie de la Comtesse Marie d'Oyenbrugge, dite de Duras, pag. 108 et seqq.; de Vesiano, Suite du Supplément du Nobiliaire des Pays-Bas, tom. III, pag. 151 et seqq. — (11) Vie de la Comtesse Marie etc. pag. 117, not. 4. — (12) Archives du Royaume, Cour féodale du Brabant, régistre 269. — (13) Ibid. rég. 295, pag. 71; rég. 547, pag. 86. — (14) Revue archéologique belge, tom. IV, pag. 43. — (15) de Vesiano, Suite du Suppl. tom. III, pag. 172 et 151. — (16) Histoire des environs de Bruxelles, tom. III, pag. 650. — (17) Tarlier et Wouters, Géogr. et hist. du canton de Nivelles, pag. 1.

de

AUCTORE R. D. B.

de Meldert et de Carloo, filius Philippi Josephi van der Noot, baronis de Carloo et comitis de Duras, mortui anno 1748, *et Honorinæ Franciscæ Antoniæ baronissæ de Hamme et dominæ de Stalle, mortuæ anno* 1793, *hæreditatem accepit patrui sui, Joannis Josephi Ludovici Philippi. Uxorem duxit Florentiam Mariam Josepham Ghislenam de Ruysschen, comitissam de Elissem; quæ mortua est anno* 1801, *maritus anno* 1803.

XVII. JOSEPHA LUDOVICA COMITISSA VAN DER NOOT, *comitissa de Duras, nata anno* 1785, *mortua anno* 1863, *peperit*

priori marito, Ludovico Lamoral principi de Ligne, mortuo anno 1813, *Eugenium Lamoral principem de Ligne et d'Epinoy, natum anno* 1804, *præsidem senatus Belgici;*

et alteri marito, comiti Carolo Ferdinando Josepho d'Oultremont et Wegimont, mortuo anno 1852,

1° *Comitem Octavium Carolum Ludovicum d'Oultremont de Duras, natum anno* 1815; *et eodem partu*

2° *Comitissam Olympiam, quæ obiit anno* 1827;

3° *Comitissam Floram Paulinam, natam anno* 1818, *quæ obiit bimula; et eodem partu*

4° *Comitissam Nataliam Carolinam Ferdinandam d'Oultremont, viduam Caroli Amadei Ghisleni de la Motte-Ango vicecomitis de Flers;*

5° *Comitem Hadrianum Eugenium Paulum d'Oultremont de Duras, natum die* 20 *aprilis anni* 1828;

6° *Comitissam Mariam Æmiliam d'Oultremont, natam anno* 1829, *viduam Caroli Ludovici Alexandri marchionis de Nédonchel.*

XVIII. COMES HADRIANUS EUGENIUS PAULUS D'OULTREMONT DE DURAS, *paulo mox dictus, hæres dominii Meldradiensis, uxorem duxit baronissam Valeriam Franciscam Ludovicam Philippinam de Copis, natam anno* 1833; *quæ ei peperit*

1° *Comitissam Bathildem Ludovicam Carolinam Mariam Franciscam d'Oultremont, natam die* 5 *januarii anni* 1853;

2° *Comitissam Carolinam Mariam Franciscam Eugeniam d'Oultremont, natam die* 9 *novembris anni* 1853.

DE S. BALDO, VULGO S. BOND

PŒNITENTE APUD SENONES IN GALLIA

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§ I. Memoria in tribus diœcesibus superstes et aliquot martyrologiis. Documenta. Pœnitentiæ causa. Ætas.

CIRCA ANNUM DCXX.

S. Baldus, *in diœcesibus Senonensi, Parisiensi et Suessionensi notus*

* Montereau-sur-Yonne.

*Icauna, qui fluvius, in pago Nivernensi scaturiens, ad occasum hibernum ire videtur et ad Monterellum * aquas infundit in Sequanam, medio fere cursu Senones præterlabitur; ad quorum accessu lambit paræciam seu vicum de Paradone seu Paron, in ripa sinistra tribus a civitate chiliometris consurgentem et initio hujus sæculi incolis frequentem vix ducentis et sexaginta octo.*

C *Exstabat autem ibi olim prioratus ordinis S. Benedicti, vulgari nomine* prieuré de Saint-Bond *dictus, prius obnoxius archiepiscopo et thesaurario Senonensibus, postea abbati S. Remigii Senonensi, sed dein datus Presbyteris Missionis: atque hoc loco ante omnem hominum memoriam servatæ sunt* S. Baldi *reliquiæ et veneratio religiosa promota. Verum hic non stetit beati viri cultus. Quum Parisiensis diœcesis pars olim esset provinciæ ecclesiasticæ Senonensis, Parisios quoque aliquantisper olim propagatus est; quin et irrepsit in diœcesim Suessionensem provinciæ Rhemensis, in qua quippe paræcia Pavant eum tamquam patronum secundarium multa sæcula prosecuta est, non tamen hac die, sed die* 15 *septembris. Atque de hoc sancto, quem nemo cum S. Baldo, archiepiscopo Turonensi, confundat, hodie dicendum nobis est, suppetias ferentibus V. V. Gouger, parocho S. Martini de Tumulo *, et V. V. Robin, canonico honorario Senonensi, qui et* S. Baldi *Senonensis Vitam propediem in lucem daturus est.*

* S. Martin du Tertre.

et ab aliquot

2 *Primus ex martyrologis Castellanus, celeberrimus in opere nostro canonicus Parisiensis, intulit ejus nomen in typis excusos laterculos sanctorum, quum eum in Martyrologio suo universali laudavit hac die his verbis:* Apud Senones S. Baldi * pœnitentis; qui in æde, super ejus sepulcrum condita, colitur; *cujus vestigia, omissa dumtaxat posteriori sententia, relegit Martyrologium Parisiense, jussu cardinalis de Noaliis editum. Qui autem anno* 1751 *auctoritate Caroli de Caylus* F *Martyrologium Autissiodorense publicarunt, paulo fusius (Autissiodorum enim tunc pars provinciæ erat, nunc pars diœcesis Senonensis est), laudarunt* S. Baldi *memoriam; quorum hæc sunt verba:* Apud Senonas sancti Baldi, quem publice pœnitentem piis monitis ita informavit beatus Arthemius, Senonensis episcopus, ut ad eximiam postea pervenerit sanctitatem. *In kalendariis quoque diœcesanis Senonensibus jam pridem memoria fit* S. Baldi; *et quidem in Breviariis annorum* 1641, 1702 *et* 1780 *seu* 1825 *una aut altera lectio, ab universo clero recitanda, continetur: quod in Breviario Senonensi, anno* 1625 *a Nicolao cardinali de Pelleve edito, nondum cernere est.*

martyrologis hac die laudatus,

* S. Bond

3 *Omnibus autem illis locis de* S. Baldo *narrantur eadem, licet hic aut illic paulo explicatius. Omnium autem monumentorum antiquissimæ sunt lectiones octo, quas ex codice sæculi* XIV *prioratus S. Eligii Parisiensis descripsit celeberrimus canonicus Lebeuf et ad finem epistolæ ad Carolum Mauritium Fenel, Senonensem canonicum et historiographum,*

ope supersti tum aliquot documentorum illustrandus est.

A *phum, de ecclesia Parisiensi S. Columbæ virginis ante tomum* III *Dissertationum de historia ecclesiastica et civili Parisiensi edidit. Venit deinde Prosa Suessionensis, olim in vico Pavant usitata simul cum parte lectionum Parisiensium : quæ ambo documenta loco suo dabimus denuo in lucem. Sequuntur lectiones trium Breviariorum Senonensium, quæ modo indicabam. Quibus accedit Vita gallica, die* 22 *novembris anni* 1773 *ab ignoto viro, nomine Rolland, descripta ex editione gallica anni* 1685 *Vitarum sanctorum Ribadeneiræ. Quæ vita quamquam in editione Duacena anni* 1630 *nondum reperitur, anno* 1638 *antiquior sit oportet, in qua quippe adhuc dicantur S. Remigii monachi rem divinam agere in* S. Baldi *prioratu ; et demum epistola historica, quam V. V. Bonnaire, parochus de Nogent-l'Artaud et Pavant, die* 17 *martii anni* 1853 *dedit ad V. V. Cassemiche, parochum S. Mauritii in diœcesi Senonensi : quæ epistola et Vita gallica simul cum prosa Suessionensi typis expressæ sunt in primo tomo Studiorum historicorum diœcesium Senonensis*
B *et Autissiodorensis* (1).

Cædis patris et matris reus ad instar S. Juliani dicitur.

4 *Parricidii et matricidii reus fuisse* S. Baldus *traditur ubique. Verum in monumentis latinis ne innuitur quidem quomodo ad hoc facinus devenerit ; contra in scriptis gallicis statuitur eadem id factum esse a sancto nostro ratione qua a S. Juliano Hospitalario* (2) : *quod tamen horum auctores non primi excogitarunt. Ribadeneiræ enim editor aperte invocat codicem ms. prioratus* S. Baldi *et lectiones Breviarii Suessionensis,* quæ quotannis, *inquit,* cantantur die festo S. Baldi, 15 septembris. *Verum hæc mihi plurimum suspecta sunt. Senonibus enim, adeoque in prioratu* S. Baldi *non aliæ notæ fuisse videntur lectiones quam Parisienses S. Eligii ; quibuscum etiam conveniebant Pavantenses : nam in universa diœcesi Suessionensi actam aliquando fuisse* S. Baldi *festivitatem nuspiam reperio. Quidquid id est, ecce paucis ut duplicis parricidii causa traditur. Ab adolescentia monitus fuerat* S. Baldus *a se patrem et matrem occisum iri ; quod flagitium ut averteret, domum paternam deseruit et in regione incog-*
C *nita uxorem duxit. Verum parentes, desiderio filii, itineri se dederunt et filialem detexerunt sedem. Multa caritate eos admisit nurus, marito ad venationem egresso, et lecto fessos composuit. Deinde sine mora ad virum profecta est, lætum nuntium allatura ; sed ille, alia via domum reversus et conjugali thalamo virum videns et mulierem dormientes, uxorem cum adultero deprehendisse sibi visus est, iraque percitus amborum caput securi amputavit. Sed brevi ex uxore domum regressa errorem didicit, statuitque pœnitentiæ causa matrimoniale tectum deserere vitamque agere errabundam. Quo factum est ut Senones aliquando devenerit. In quibus profecto nihil est quod absurdum sit aut fidem superet ; sed desiderantur solummodo documenta, quibus antiquitas auctoritatem potiorem conciliaverit. Reliqua dabunt infra Acta edenda.*

AUCTORE V. D. B.

5 *Ætas vero* S. Baldi *ex ætate S. Artemii, antistitis Senonensis, ejusque spiritualis magistri, innotescit. Qui quum ab anno saltem* 579 *usque ad annum* 609 *Senonensem cathedram occupasse dicatur, eam certe annis* 583 *et* 585, *quibus conciliis Matisconensibus interfuit, et anno* 586, *quando ad Clotarium regem legatus est, tenuit* (3). *A veritate itaque non multum aberrare potuerunt Castellanus et qui eum secuti sunt VV. VV. Pétin* (4) *et Bonnaire, docentes* B. Baldum, *diuturnæ utique pœnitentiæ laboribus functum, anno circiter* 620 *diem obiisse ; neque auctores martyrologiorum Parisiensis et Autissiodorensis, tradentes eum floruisse ad finem sæculi* VI. *Ii tamen, quibus certum est* S. Baldi *reliquias aliquas circa annum* 630 *a S. Eligio Parisios translatas fuisse, caveant ne inter hunc annum et sanctissimi viri obitum spatium constituant justo brevius. Ex Lusitania oriundum fuisse sanctum virum statuit Ribadineiranæ scriptionis auctor ; ex Hispania Acta edenda et Breviarium Senonense anni* E
1641 : *a quibus nil est cur recedatur. Repertus est aliquis a Theodoro Tarbé* (5), *bibliopola et archæologo Senonensi erudito, qui tradiderit* S. Baldum *natum esse in villa Rupiscoopertæ*, quæ Paradone, proxime Senonibus, consistit ; eum penuria coactum secessisse in Hispaniam, ubi uxorem duxisse et agnitum a Gallis, ad S. Jacobi Compostellanam ædem peregrinantibus ; qua re comperta, parentes ad eum ivisse, hospitio receptos ab uxore et in lecto collocatos ; adeoque adulterii opinione occisos a filio. Sed hæc singularia sunt et ignotæ originis ; quamquam occulere nolumus a ven. viro Robin notitias aliquot nobis submissas fuisse, quibus innuatur beatum virum ex Hispania oriundum non fuisse. Quæ admitti possunt, si antiqua traditio prorsus seponatur, ut parum credibilis, et hæc nova introducatur opinio* S. Baldum *pientissimum eremitam fuisse Senonensem ; ad quem, quum ejus ignorarentur Acta, translata fuerint Acta S. Juliani Hospitalarii : quemadmodum centies alias factum est. Reliqua, quæ obscuriora sint, elucidare conabimur in annotatis* F
ad ipsa Acta.

* Rupcouvert

Vixit ad finem sæculi VI et natione Hispanus fuisse traditur.

§ II. Fata prioratus S. Baldi prope Senones ejusque reliquiarum.

Ædicula S. Baldi, *dives agrorum, e nobilium manibus erepta,*

Quod sæpius de aliis jam animadvertimus *eremitis, sepultus est* S. Baldus *hoc ipso loco, ubi vixerat, scilicet in cella seu tuguriolo, quod sibi in summo monte juxta Senones construxerat. Qui locus a morte ejus sacer fieri cœpit, neque multo post æde honestatus est ; quæ et ejus nomen et reliquias ad finem*

(1) Etudes historiques et archives des diocèses de Sens et d'Auxerre, tom. I, pag. 65 et seqq. — (2) Cfr Acta SS. ad 29 januarii. Cfr Lecointre-Dupont, La Légende de S. Julien le Pauvre, d'après un ms. d'Alençon, in collectione Mémoires de la Société des antiquaires de l'Ouest, 1838, pag. 190 et seqq. — (3) Gallia christiana nova, tom. XII, col. 7. — (4) Dictionnaire hagiologique, tom. I, col. 465. — (5) Almanach historique du départ. de l'Yonne et de la ville de Sens, pour l'année 1824.

AUCTORE V. D. B.

sæculi superioris servavit : prius tamen (si Theodoro Tarbé (1) *fides sit) S. Michaelis archangeli dicta et caput parœciæ jam pridem destructæ. Exstabat autem hæc ædes et verisimiliter sæpius jam renovata fuerat sæculo* XI, *quum Richerius, ex archidiacono archiepiscopus Senonensis, vir natura maxime actuosa, excelsi animi et in ecclesias, monachos et pauperes largus, sedisque suæ jurium assertor strenuus, sed adversus Romani pontificis auctoritatem audacior, eam dedit Guilielmo, abbati S. Remigii Senonensi, confecto solemni diplomate, quod prius Maurini* (2) *et deinde accuratius cl. v. Maximilianus Quantin* (3) *ediderunt. Quod licet monumentum reliquas omnes* S. Baldi *memorias antiquitate superet, nolim tertio typis subjicere; sed præcipua dumtaxat, quæ inde noverimus, excerpam. Olim itaque hæc ecclesia, ut tot alia instituta sacra quæ agros abunde haberent, in manus nobilium devenerat; ni fallor, Rainardi, comitis Senonensis nequissimi, connivente Gelduino, qui et ipse anno* 1049 *in concilio Rhemensi propter simoniam a sede*
B *Senonensi depositus est : alias certe* consuetudines pravas, injustas et malas Rainardo comiti *Gelduini* inertia mittere sivit, *ut testis est Clarius, S. Petri Vivi chronographus* (4). *Sed quum* Maynardus, bonæ memoriæ archiepiscopus, *et animi viribus et consanguineorum potentia multum valeret, ecclesiis sua jure strenue vindicavit* (5). *Templum itaque* S. Baldi *et annexa bona* pro sollicitudine a potestate laicorum revocavit; *et quum affatim esset unde cultus divinus præclare fieret, in votis ei erat plures illic presbyteros constituere.* Verum etiam, quibusdam causis postea prædientibus, quas enumerare minus videtur utile et a re longius procedit, *anno* 1081 loci ipsius officio ministrabat presbyter unus.

sæculo XI datur monachis S. Remigii Senonensibus, detrimenta multa passis;

7 *Interea S. Remigii monasterium, quod in suburbiis Senonensibus consistebat, jam pridem penuria premebatur. Anno enim* 1033 *ab exercitu Henrici regis, Senones pro Gelduino archiepiscopo obsidentis, direptum fuerat et incensum* (6); *et circa annum* 1079 villa, quæ Scabias* nuncupatur *et ex præcipuis S. Remigii prædiis erat,* concrematum est:
C *unde tantum passa est abbatia detrimentum ut* Drogo, Berengarii filius, *misericordia motus,* omnes exactiones et injustitias, quas vulgo justitias vocant et quas idem Drogo in eadem villa ibi usurpare solebat, penitus demiserit (7). *Verum alii, qui jura aut bona S. Remigii detinebant, minus pii fuerunt.* Quoniam *itaque, ut illic legitur,* quibusdam in locis deficiente justitia ex parte, malorum incursu Dei vastatur ecclesia, necesse est, et necesse erit ut semper bonorum relevetur solertia. *Quocirca, quum* abbas *ecclesiæ S. Remigii,* Guillelmus nomine, ante *Richerii, Senonensis antistitis,* præsentiam veniens, supplicavit obnixe ut supradictæ ecclesiæ S. Remigii pro remedio animæ suæ, necnon etiam pro antecessorum suorum salute ecclesiam S. Baldi concederet, ultra fluvium sitam in monte, *nedum preces rejecerit Richerius, in cathedralem S. Stephani ecclesiam convocavit* mense octobri, regnante Philippo rege, anno vigesimo tertio, *Christi* 1081, *canonicos duos, thesaurarium et archipresbyteros septem; quorum* communi consensu et voluntate assensum præbuit *et* prædicto loco S. Remigii denominatam ecclesiam cum omnibus, quæ habere videbatur, in perpetuum concessit, ea siquidem ratione ut in ipsa plures semper manerent monachi ad Dei servitium. Et quoniam ipsa ecclesia ex ratione thesauri erat ab antiquis temporibus, laudavit hoc maxime et confirmavit cum cæteris Daguibertus canonicus, qui prius a *Richerio* donum ipsius thesauri susceperat atque ejusdem thesauri partem in Domino tenebat. *Publico diplomati subscripserunt postmodum episcopi Gaufridus Parisiensis, Gaufridus Carnotensis, Philippus Trecensis, Walterus Meldensis et Arnulfus Aurelianensis, et similiter abbates S. Columbæ Senonensis, S. Germani Parisiensis, S. Petri Melodunensis, S. Germani Autissiodorensis, S. Petri Ferrariensis et S. Florentini Bonævallis; neque tamen hujus rei causa Senonibus concilium provinciale celebratum*
E *fuit, ut visum est Galliæ Christianæ novæ scriptoribus* (8), *sed diploma ad singulos circumlatam.*

quorum res et priorātum S. Baldi recte procurat Stephanus abbas medio sæculo XII.

8 *Quodsi hoc dono S. Remigii monachorum egestas aliquantum sublevata est, non diu tamen feliciori fortuna usi sunt.* Cives ipsi Senonenses metu quorumdam regni perturbatorum ecclesiam noviter constructam demoliti sunt anno 1123, polliciti eam se restituturos : quod numquam præstiterunt (9). *Verum qui sub medium sæculum* XII *abbas factus est Stephanus II, vir nobilis, frater Gaufridi Bullen et Milonis, abbatis Melodunensis, plurimum laborasse videtur ut res S. Remigii erigeret aut certe conservaret. Anno itaque* 1159 *ab Hugone, archiepiscopo Senonensi, diploma obtinuit, quo jura et bona omnia S. Remigii, quæ inter* ecclesia S. Baudi (*sic in diplomate nomen scriptum est*), *confirmata sunt* (10), *atque anno* 1176 *aliud simile a Guilielmo archiepiscopo, confirmante inter alia multa ecclesiæ S. Remigii bona* ecclesiam S. Baudi cum pertinentiis suis, quæ sunt in decimis, terris, censu et nemore, homines etiam quosdam, qui sunt in parochia illa
F manentes, et molendinum (11). *Cujus molendini mediam partem aliaque jura assignavit duobus monachis, ecclesiam* S. Baldi *procurantibus. Anno enim* 1183 assensu archiepiscopi Guidonis et totius capituli *S. Remigii de monasterii bonis aliquot ad usum infirmorum, pro anniversario suo et ad prioratus* S. Baldi *sustentationem disposuit diplomate legitimo; in quo hæc legimus :* Donavimus quoque itidem medietatem molendini de Paradone ecclesiæ sancti Baudi, et illam medietatem oblationum, quas ibidem percipiebamus in Pentecostem; ut in præfata ecclesia duo monachi, jugiter Deo militantes, unam missam defunctorum singulis diebus celebrent pro nobis et fratre Gaufrido Bullen (12).

Antiquissima

9 *Quem postremum locum intactum præter-*

(1) Almanach historique du départ. de l'Yonne et de la ville de Sens, pour l'année 1824 vel 1838. — (2) Gallia Christiana, tom. XII, app. num. XIV, col. 14 et 15. — (3) Cartulaire général de l'Yonne, tom. I, pag. 193 et seqq. — (4) Ap. Dacherium, Spicilegium, tom. II, pag. 475, edit. 1723. — (5) Cfr ibid. pag. cit. — (6) Clarius, Chronicum S. Petri Vivi, ap. Dacherium, Spicilegium, tom. II, pag. 475. — (7) Charta Drogonis, ap. Quantin, Cartulaire général de l'Yonne, tom. II, pag. 13 et 14. — (8) Tom. XII, col. 39. — (9) Ibid. col. 119. — (10) Ap. Quantin, Cartulaire de l'Yonne, tom. II, pag. 104. — (11) Gallia Christiana nova, tom. XII, instr. col. 52. — (12) Ap. Quantin, Cartulaire de l'Yonne, tom. II, pag. 343 et 344.

ire

ad S. Baldi *ædem sacra peregrinatio.*

ire non possumus. Copiosæ scilicet tum erant oblationes, quæ in Pentecoste perciperentur; ita ut media pars singulare subsidium esset duorum monachorum. Fiebant itaque illic populares concursus cum cruce bannali Paradonis; et præterea piorum peregrinantium turmæ accedebant: quibus ex antiqua consuetudine, ad exemplar oblationum, quæ lege mosaica de primitiis fieri jubebantur, tempus pentecostale quasi designatum erat (1). *Vicini itaque stata die conveniebant, exteri omni tempore, et quidem aliquando communi civitatum, oppidorum aut parœciarum nomine: ita ut in regestis Autissiodorensibus legatur vir quidam anno* 1475 *ex ærario publico accepisse solidos sex, denarios octo, quod ex parte civitatis ad* S. Baldi *reliquias iverat et cereum obtulerat digitum* (2). *Sed inferius de peregrinantium concursu et introductis mutationibus iterum dicendum erit. Ad* S. Baldi *prioratus historiam revertimur.*

Quomodo S. Baldi *prioratus olim penes presbyteros Missionis*

10 *Mansit hic locus penes monachos S. Remigii usque ad annum* 1674, *quo sub potestatem Presbyterorum Missionis seu S. Lazari transivit. Cujus rei hæc fuit causa. Stabat S. Remigii (prius S. Mauritii) monasterium ad meridionalem civitatis plagam, ita ut muris esset contiguum. Quoties itaque hostes appropinquarent, non solum patebat hoc asceterium eorum vastationi, sed maximum creabat oppido periculum. Dum itaque anno* 1567 *Reginaldus de Bezannes abbatiali auctoritate monachos regeret et Senonensis diœcesis ab Huguenottorum armis quotidiana detrimenta pateretur, visum est civibus monasterium, quinquies jam dirutum, sexto, sed in perpetuum diruendum, ne oppido damno esset. Ex quo tempore monachi dispersi fere vixerunt; alii in aliis Senonensibus templis divinum officium peragere coacti, donec Martinus Meurisse, episcopus Madaurensis, coadjutorque Metensis et S. Remigii Senonensis abbas commendatarius, anno* 1638 *reditus monachorum seu portionem conventualem monachis S. Petri Vivi adjudicari et conjunctam utramque abbatiam a monachis S. Mauri reformari procuravit: quod a rege die* 26 *januarii et a senatu Pari-*
C *siensi die* 4 *martii* 1674 *consummatum est* (3). *Perstabat interea abbatis titulus, cum reditibus* 7000 *librarum in commendam dari solitus* (4). *Sed Henricus de Gondrin, archiepiscopus Senonensis, abbatum ultimus, mensam abbatialem S. Remigii ecclesiæ parœciali de Versaliis, cui Presbyteri Missionis deserviebant, uniri permisit anno* 1662; *verumtamen anno dumtaxat* 1674, *die* 6 *octobris, obtinuerunt Missionarii diploma regium, et nonnisi biennio post, die* 4 *octobris, bullam pontificiam, quibus illa confirmaretur conjunctio* (5). *Secutus est* S. Baldi *prioratus, reditu annuo* 700 *librarum dives, abbatialis tituli fata, quum collationis jus in potestate abbatis S. Remigii esset* (6). *Atque inde videre est sacram ædem procurari a Presbyteris Missionis, Seminarium Seno-*

AUCTORE V. D. B.

nense regentibus; quibus unitus fuit (7), *collegis Versaliensibus proculdubio consentientibus. Erat eis inde Paradone villa de Rupecooperta* *, *quæ ad hanc usque diem nomen* villæ Missionis *retinuit.*

* Rupcouvert

et nuperius ædes sacra penes archiepiscopum Senonensem facta sit.

11 *Oratorium prioratus, quod sæculo circiter* XII *extructum est, cum adjacentibus agris publice veniit funestis rebellionis Gallicanæ temporibus. Exinde per multorum transiit manus, donec venerit in dominium Cl. V. Lorne junioris; qui, turri mutata in apopsim* *, *interiori spatio distributo in cubicula, sed exteriori forma non multum mutata, pristinam ædem sacram in trichilum* * *octagonum convertit. Quo vita functo, penes patrem facta est fabrica; qui eam archiepiscopo Senonensi donavit: a cujus pietate exspectandum est ut locus, tot sæculorum religione celeber, tanta divinorum munerum largitate insignis et durissimæ pœnitentiæ præclaræque sanctimoniæ* S. Baldi *multos annos testis assiduus, denuo sacer fiat ex profano.*

* Belvédère

* Pavillon.

Reliquiæ S. Baldi, *illic servatæ, anno* 1590 *violantur et iterum reverenter colliguntur;*

12 *Hoc itaque loco, cujus vices breviter prosecuti sumus, diligenter multaque religione custoditæ sunt* S. Baldi *reliquiæ, donec anno* 1590 *sacrilegis manibus violatæ et projectæ fuerunt. Quum scilicet populus Senonensis, religioni catholicæ et fœderatorum partibus universim addictus, consentire noluisset in pactionem, quam die* 26 *aprilis Nicolaus de Pellevé archiepiscopus aliique optimates paraverant et postridie Henrico regi IV curaverant afferendam, et die* 29 *Burbonium ejusque exercitum mœnibus exclusisset, milites, in suburbio dispositi, usque ad diem* 3 *maji civitatem cinxerunt obsidione* (8) : *quo quatriduo irruperunt in* S. Baldi *ædem, lipsanothecam fregerunt et sacra ossa disperserunt. Post discessum ven. vir J. B. Macier, vicarius parœciæ de Paradone, assistentibus matriculariis et majore saniore-*
que populi parte, collegit sacras exuvias. Qui omnes, pietate moti, novam thecam reliquiis recipiendis fabricandam curarunt, pretio soluto a Ludovico Léolland et Joanne Salin. Quamobrem die 20 *septembris parochus sibi aut vicario postulavit ab archiepiscopo licentiam honorifice condendi sacras exu-* F
vias. Consensit archiepiscopi vicarius; et die 29 *septembris anni* 1590 *reliquias novæ thecæ inclusit ven. vir J. B. Macier. Documenta manuscripta misit ad me ven. vir Gouyer, alibi laudatus.*

anno 1642, *impensis Carmelitanarum renovatis involucris et anno* 1743 *impensis majoris seminarii Senonensis renovata theca,*

13 *Quiete illic jacuisse videntur usque ad annum* 1642; *quo jussu Octavii de Bellegarde, archiepiscopi Senonensis, particulæ aliquot datæ sunt monialibus Carmelitanis; quæ in grati animi signum (ita enim simoniæ labem effugere confidebant) reddiderunt involucra cerea et ornamenta aliquot altaris et ædis. Sæculo post, die scilicet* 4 *junii anni* 1743, *denuo mutata est capsa et facta solemnis translatio, ut in sequenti diplomate accurate exponitur :* Claudius Drouat de Boussey, presbyter Æduensis, sacræ facultatis Parisiensis a

(1) Cfr Acta SS. tom. X Octobris, pag. 861 et 862. — (2) Tarbé, Almanach historique du départ. de l'Yonne et de la ville de Sens pour l'année 1824. — (3) Gallia Christiana nova, tom. XII, col. 119 et seqq. — (4) Pouillé général de l'archevêché de Sens, pag. 83. — (5) Gallia Christiana nova, tom. XII, col. 123. — (6) Pouillé etc. pag. 91. — (7) Hurtaut, Dictionnaire historique de Paris et de ses environs, tom. I, pag. 633. — (8) Challe, Histoire des guerres du Calvinisme et de la Ligue dans l'Auxerrois, le Sénonois etc. tom. II, pag. 118 et seqq.

regia

AUCTORE V. D. B.

regia facultate licentiatus, theologus insignis, metropolitanæ ac primatialis ecclesiæ Senonensis canonicus, necnon vicarius generalis in spiritualibus et temporalibus illustrissimi ac reverendissimi in Christo patris et domini Joannis Josephi Languet de Gergy, archiepiscopi Senonensis, Galliarum et Germaniæ primatis, domus regiæ Navarræ superioris. Omnibus præsentes litteras inspecturis salutem in eo qui est omnium vera salus. Quum a venerabilibus Francisco Thibault, congregationis Missionis sacerdote, necnon superiore seminarii majoris Senonensis, cæterisque sacerdotibus congregationis Missionis rogati et requisiti fuerimus, ut sancti et beatissimi Baldi, pœnitentis, in monte ejusdem nominis trans Ycaunam, et prope Senonas, ex omnibus fere totius corporis partibus maximam ossium copiam ex capsa, præ nimia vetustate consumpta et diruta, in capsam, de novo constructam ex lignis querneis, desuper sculptilibus et auro nitentibus, ex utraque parte apertam, anteriori nimirum et posteriori, et duobus cristallis apte conclusam, majoris seminarii Senonensis impensis,
B transferremus, nos annuentes, præsentem diem quartum mensis junii anni currentis pro hujusmodi translatione facienda indiximus.

visitantur et recensentur,

14 Die igitur præfato, hora circiter octava matutina, delatis ad majus altare, decentissimo cultu paratum, veteri capsa et nova, pluribus accensis luminaribus, coram percelebris sacerdotum congregationis Missionis et clericorum in seminario majori commorantium cœtu, presbyteris quidem superpelliceo et stola, clericis vero superpelliceo indutis, qui, nobiscum assistente permagna populi utriusque sexus frequentia, fusis coram Deo prescibus, præmissa accrræ fumantis agitatione, veterem capsam reseravimus, in qua invenimus femur unum integrum, partem superiorem et mediam alterius femoris, viginti et quinque vertebras, duas metacarpi phalanges, duo calcanea, duo peronia in sex partes divisa, utramque tibiam in quinque partes divisam, os unum ilium integrum, alterius ossis ilii duas partes, sternum integrum, ambas claviculas, triginta et unum costarum fragmenta, quinque maxillæ inferioris partes, quarum alteri tres dentes adhærent,
C quatuor humeri partes, duo radii fragmenta, quinque cubitorum partes, quatuordecim pedum, novem scapularum partes, et plurimam copiam fragmentorum, quæ quidem ossa et fragmenta, exceptis capitis partibus usque ad maxillam inferiorem, integrum fere corpus dicti sancti Baldi constituunt.

fidem facientibus antiquis documentis,

15 Invenimus quoque duas chartas; quarum prima, data die vigesima octava septembris anni millesimi quingentesimi nonagesimi, exhibet supplicationem domini parochi et parochianorum de Paron, domino archiepiscopo Senonensi seu ejus vicario generali factam, pro recondendis in loco decenti reliquiis dicti sancti Baldi, ab hæreticis hinc et hinc dispersis ex exercitu regis Navarræ, quas pie recollegerat vicarius dictæ ecclesiæ de Paron cum matriculariis, et folio verso scriptam, et testimonium dicti vicarii subsignati. Altera charta narrat concessionem factam quorumdam fragmentorum corporis dicti sancti Baldi dominæ priorissæ monialium Carmelitarum urbis Senonensis anno 1642; quas quidem chartas in nova capsa reposuimus, detractis pannis ceratis et sericeis, vetustate fere consumptis, quas dicta D priorissa donaverat. Has vero reliquias supra dictas ad adstantium devotionem ostendimus et postea in novam capsam supradictam, eleganti labore constructam, transtulimus ac reposuimus.

et pie transferuntur.

16 His rite peractis, facta est solemnis extra ecclesiam per circuitum processio; et in ea præfatæ reliquiæ, sic de novo translatæ, a duobus clericis delatæ sunt, assistentibus ex utraque parte presbyteris. Deinde missam solemnem celebravimus ad dictum majus altare. Acta sunt hæc die quarto mensis junii anni millesimi septingentesimi quadragesimi tertii, assistentibus supra dictis venerabilibus Francisco Thibault, congregationis Missionis sacerdote, necnon seminarii majoris Senonensis superiore, aliisque ejusdem congregationis Missionis presbyteris, ac omnibus in eodem seminario clericis commorantibus : præsentibus etiam domino Joanne Thevard, ecclesiæ metropolitanæ Senonensis canonico necnon seminarii minoris superiore, domino Henrico Ballu, ecclesiæ de Paron parocho, domino Claudio Hilario Jannon, presbytero ejusdem E seminarii minoris directore, magistro Claudio Ludovico Villiero, peritissimo chirurgo, qui omnia ossa supradicta denominavit et attestatus est, magistro Stephano Sulpitio Legris, procuratore in curiis regia et ecclesiastica Senonensibus; qui omnes in his originalibus instrumentis hac de re confectis nobiscum subsignaverunt, quæ per magistrum Sulpitium Legris, notarium regium et apostolicum, Senonis degentem, hac in parte secretarium nostrum, subscribi et sigillo nostro ordinario muniri fecimus. *Subscripserunt* Drouas, vicarius generalis, F. Thibault, Thevard, Ballu, parochus de Paradone, Jannon, Legris. *Quod autem caput usque ad maxillam inferiorem aberat, id religiose asservabatur in templo parœciali S. Columbæ Senonensi : quæ res lectioni Breviarii addita est in editione anni* 1780, *et perperam repetita in editione anni* 1825; *quo tempore nulla amplius Senonibus exstabat S. Columbæ parœcialis ædes.*

Populi ad eas visitandas concursus usque ad finem sæculi XVIII.

17 *Ut ex Vita gallica Ribadeneirana patet, posita erat lipsanotheca* S. Baldi *super altare, quo facilius sanctum virum colerent fideles, plerumque maxime anxii ut aut pax inter domesticos reduceretur, aut dolores dentium seu podagræ sedarentur. Supplicantium ritu sæpius quotannis visitabatur ædes, maxime tamen feria* II *Paschatis (in quam translatus fuerat pristinus pentecostalis concursus) et die* 29 *octobris, quo canonici Senonenses officium ecclesiasticum illic peragebant. Pridie et ipsa die festa ostensio fiebat reliquiarum; et in functionibus sacris S. Remigii monachi et ab anno* 1674 *presbyteri Missionis succedebant canonicis, præsente ex vicinis locis incredibili populi multitudine. Omnibus majoribus festis eo convenire debebant ad missam audiendam parochiani de Paradone, cujus quippe parœciæ patronus esset* S. Baldus; *seu potius ex legitima consuetudine, ex instituto crucium bannalium orta. Ejus ibidem servabatur in crypta lapideus loculus, cui imponi solebant pueri adversus colicos dolores et ex quo scaturiebat balsamum quoddam seu liquor pinguis et unguinosus, judicio medicorum ægrotis salutaris.*

18 *Dum*

Furente impietate, absconduntur; ineunte hoc sæculo, locantur in clauso Paradonis templo; anno 1848, *iterum recensitæ, feruntur ad templum Senonense S. Mauritii,*

18 *Dum ad finem superioris sæculi fureret in Galliis impietas, vir sanctimoniæ præclarus, vitæ neglecto periculo,* S. Baldi *thecam reliquiariam simul cum multis aliis, ex civitatis templis ablatis, loco tuto abscondit; sed quum in templa publice rediit religio, sacer thesaurus non in* S. Baldi *ædem, quæ divendita fuerat, sed in thesaurum ecclesiæ cathedralis et dein parochialem de Paradone translatus est, populari tamen pietati non expositus, quoniam propter loci angustias parochus designandus visus non erat. Verumtamen anno* 1848 *V. V. Fredericus Cassemiche, presbyter decanus S. Mauritii ad Icaunum Senonibus, apprime intelligens quam probrosa esset illa sanctissimi patroni reliquiarum incuria, a Mellono Jolly, Senonensi archiepiscopo, efflagitavit ut reliquias visitaret et in S. Mauritii templum deferri sineret. Die itaque* 12 *decembris illius anni, aperuit antistes capsam, et medicinæ doctor Lambert, præsentibus canonico Carlier, metropolitanæ ædis thesaurario, prædicto Frederico Cassemiche et Danjoux, metropolitanæ*
B *ædis vicario, nomine designavit vertebras quatuordecim, quatuor lumbares, sex dorsales et quatuor cervicales, quas inter axis et atlas; sternum; ambas claviculas; viginti octo fragmenta costarum majorum et tenuiorum; tria fragmenta scapularum; partem superiorem humeri sinistri et duo fragmenta cubitorum; item fragmenta duo radiorum; duas metacarpi phalanges; os iliacum sinistrum fere integrum; fragmenta aliquot ossis iliaci dexteri; duo tibiæ fragmenta; quinque fragmenta peronnei; calcaneum dexterum; duos astragulos; os cuboïdicum sinistrum et quatuor phalanges metatarsi: quæ quidem reliquiæ pauciores videntur numero quam quæ anno* 1743 *recognitæ sunt; sed, præterquam multæ hoc spatio in cineres abiverant, minora fragmenta neglexit medicus Lambert.*

archiepiscopi auctoritate;

19 *Quum autem hæc inspectio absoluta est scriptoque commentario consignata, reliquam partem perfecit archiepiscopus, ut sequens docebit diploma:* Mellonus Jolly, miseratione divina ac sanctæ sedis apostolicæ gratia archiepiscopus Senonensis, episcopus Autissiodorenen-
C sis, Galliarum et Germaniæ primas, universis et singulis, præsentes literas inspecturis, notum facimus ac testamur quod ad majorem Dei omnipotentis gloriam, et annuentes precibus R. D. Frederici Cassemiche, presbyteri decani ecclesiæ S. Mauritii ad Ycaunam in urbe nostra metropolitana, visitavimus capsam veterem oblongæ formæ, ex ligno querneo fabricatam; in qua ossa S. Baldi, olim eremitæ Senonensis, religiose asservantur in capella vulgo dicta Paron, illamque invenimus bene clausam et plurimis originalibus instrumentis munitam. Aperta igitur capsa inde exstraximus et venerati sumus ossa præfati sancti Baldi; et, postquam recognita et nominata fuerint a doctore Lambert, medico perito, ad hoc officium a nobis commisso, ipsa transtulimus in capsam novam, priori decentiorem; quam funiculo serico coloris cærulei colligavimus sigilloque nostro obsignavimus. In quorum fidem has litteras testimoniales, manu nostra subscriptas nostroque sigillo firmatas, per infrascriptum canonicum, sacrarum reliquiarum custodem, mandavimus expediri. Datum Senonis, anno Domini 1848, die vero mensis decembris 12. †Mellonus, archiepiscopus Senonensis. — De mandato illustrissimi ac reverendissimi D. archiepiscopi Senonensis, Carlier, canonicus SS. reliquiarum custos.

AUCTORE V. D. B.

inde referuntur anno 1855 *in restitutam parœciam Paradonis.*

20 *Exinde permansit nova capsa, non in derelicta clausaque Paradonis æde, sed in Senonensi S. Mauritii ad Icaunam templo; donec anno* 1855 *illuc relata est. Priori scilicet anno*, die* 16 *augusti, parœciæ titulus Paradoni restitutus fuerat, et cura commendata V. V. Boullé, parocho de Gron; qui jure merito sacrum thesaurum restauratæ parœciæ reddi postulavit. Hic itaque, quum die* 6 *maji anni* 1855 *viginti adolescentes ad primam eucharistiæ participationem admisisset, post meridiem cum vexillo B. M. Virginis, cruce et pia populi pompa inter cantus sacros ad S. Mauritii templum ivit et solemniter receptus est; ubi et Vesperas decantavit. Redditæ deinde sacræ reliquiæ; quas Paradonem secutus est clerus S. Mauritii, litanias sanctorum omnium decantans, et frequens populus Senonensis. Repositæ Paradone super altare B. M. Virginis, et adducti neomystæ, qui* E *baptismalia vota renovarent. Cantatus dein hymnus* Te Deum *et benedictio sanctissimi Sacramenti celebrata. Quibus omnibus interfuit cl. vir Lefort, Paradonis major, et cl. vir Hally-Perraud, cujus rogatu per villæ hortum atque ipsa atria ivit sacer ordo. Conscriptus fuit de ea solemnitate commentarius, ex quo hæc decerpsimus. In eodem Senonensi diœcesi jacet Villa-Nova-Archiepiscopi; cui parœciæ cum præesset, ven. vir Robin, assecutus* S. Baldi *ossiculum, id in theca supra altare condidit. Qui et monet me in Pontiniacensi sancti Edmundi cœnobio ejusdem sancti viri os conservari.*

* 1854

§ III. Cultus S. Baldi Pavanti in diœcesi Suessionensi et olim Parisiis in pristina æde S. Boniti.

F *Cultus* S. Baldi *Pavanti in diœcesi Suessionensi;*
* Chateau-Thierry.
* Ferté-sous-Jouarre.
* Nogent-l'Artaud.

Hinc si viginti leucas ad septentrionem pergamus, devenimus ad eam Matronæ partem, quæ inter Castellum Theodorici et Firmitatem* jacet; in cujus sinistra ripa sita est parœcia Pavant, quæ simul cum Novigento Artaldi* unum parochum habet; licet singulæ plus mille incolas recenseant. Pavanti prior patrona est S. Barbara; posterior, sed olim multo celebrior,* S. Baldus, *cujus festivitas magno olim populi concursu celebrabatur per octo continuos dies a* 15 *septembris. Epidemiarum et calamitatum publicarum temporibus, magna hic olim religio, accedentibus ex vicinia multis turbis; alias pacis domesticæ causa, et ad dolores coli dentiumque sedandos atque etiam pro animalium sanatione invocabatur plurimum beatus vir; quin non ita pridem afferebatur avena, danda animalibus ægris. Sed quum anno* 1793 *furore (ut volunt) perversissimi hominis, cujus mors horrore plena fuit, perierint sacræ reliquiæ, pristina veneratio, quæ initio hujus sæculi aliquantum revixit, non potuit durare; quin etiam,*

AUCTORE V. D. B.

etiam, quum hic non amplius resideret parochus, ab anno 1830 *festivitas in dominicam post* 15 *septembris translata est. Statua ejus illic adhuc exstat et vexillum, quibus exhibetur baculum revirescentem manu habens et corbem vimineum ad pedes. In fenestris chori universa ejus historia picta est. In prima fenestra prodit ad venationem; in secunda, stricto gladio, adstat lecto, in quo vir jacet cum muliere; in tertia, labascentibus genibus et vultu tristi, loquitur cum matrona; in quarta, poplite flexo, Deum orat et meditatur, nisi potius ad S. Artemii pedes delicti veniam deprecatur: quæ quid significant, facile ex Vita et ex dictis num.* 4 *discetur. Verumtamen, quo pristina pietas paulatim quasi postliminio reducatur, ven. vir Robin, qui senectutem suam cultui* S. Baldi *renovando impendit, interposuit suam operam ut a nepote ven. viri Lequeux costam sanctissimi pœnitentis Pavantensi templo concederet. Quarum reliquiarum translatio præsenti anno* 1867 *solemniter fiet. In novum Proprium sanctorum Suessionense ejus gestorum epitome*
B *recepta non est; sed Pavanti adhuc superest sequens prosa, veteris pietatis insigne vestigium :*

prosa illic olim usitata.

22 Christo laudes attollamus,
Et laudando recolamus
Ejus patrocinia.

Hic non mortem dilinquentis
Vult, sed optat pœnitentis
Fletus et suspiria.

Hoc testatur parricidæ
Baldi, necnon matricidæ,
Vita detestabilis.

Qui mutatus in alterum
Virum, factus in posterum
Pœnitens laudabilis.

Hic prius Romam adiit,
Et Senonas post rediit,
Ejulans pro crimine.

Pontificem consuluit;
Cujus præcepto statuit
In montis cacumine

C

Virgam siccam, quam rigavit,
Quæ frondes, fructus portavit,
Post secutam veniam.

Conservavit a funere
Puerum, ac pro cinere
Dedit farris copiam.

Fons ejus ægros sanavit,
Brutaque multa curavit
Per ejus suffragia.

Nunc cum Christo gloriatur,
Cujus prece tribuatur
Nobis pax et gloria. Amen.

Quæ olim illic recitabantur lectiones, non amplius exstant; sed eædem erant quæ Senonibus et Parisiis usurpabantur, nisi quod ad medium desinerent, ut suo loco notabo: quemadmodum mihi constat ex apographo olim ad decessores nostros missos a P. Jacobo Bernard. Sed Parisios pedem jam feramus. D

An Parisiis via Saint-Bon

23 *Si in veteres Parisiorum mappas oculos conjicias, discedenti ex insula seu civitate* (la Cité) *per pontem S. Mariæ* (pont Notre-Dame) *ad plateam S. Martini* (rue Saint-Martin), *prius obvia est platea Pontis Milbray, dein platea de Arsionibus* (rue des Arcis); *quæ non ita pridem quasi caput erant plateæ S. Martini, nuper autem magnam partem solo æquatæ sunt: ita ut, nomine plateæ de Arsionibus suppresso, platea S. Martini in recentioribus mappis pertingat usque ad viam novam Rivolensem. A dextris itaque pristinæ plateæ de Arsionibus et initio præsentis plateæ S. Martini, non procul a S. Mederici, vicus erat, quem totum fere a* S. Baldo *cognominatum fuisse voluerunt. Videlicet in libro talliæ in annum* 1292 *Parisiensibus impositæ* (1) *occurrunt* le costé devers Saint-Bon, la rue Saint-Bon *et* la ruèle Saint-Bon, *postea* la rue de la lanterne des Arcis; *quas vias Albertus Lenoir in Mappa Parisiorum, rege Philippo Pulcro, diligenter expressit: atque nunc etiam illic* E *superest via, vulgo dicta* la rue Saint-Bon.

olim exstiterit oratorium S. Columbæ,

24 *Primus statuit V. V. Lebeuf* (2) S. Baldum *sub nomine* saint Bon *seu (ut ille scribere amat)* saint Bond *latere. Stat scilicet illic basilica vetustissima cœmeterialis; nam et olim extra mœnia civitatis erat et sepulcris gypseis circumdata* (3); *quam eamdem esse ac S. Columbæ basilicam, quam propter furtum spinis occlusisse legitur S. Eligius* (4), *in cujus fuerit potestate et qui eam, post ornatam lipsanothecam S. Columbæ Senonensem, acceptis reliquiis, ædificaverit; tum simul ab eo introductum fuisse* S. Baldi *cultum, qui non multo ante prope Senones obiverit, et allatas duas phalanges, quæ, quod diu brachio argenteo inclusæ fuerint,* Bras de saint Bon *dictæ sint, postea tamen cistæ ligneæ deauratæ supra altare inclusæ: bello utrasque reliquias ex suburbio in Parisiense S. Eligii monasterium, cui basilica illa obnoxia esset, fuisse translatas; sed solas* S. Baldi *ad locum suum rediisse; unde, posito S. Columbæ vocabulo, ædicula dicta fuerit* S. Baldi; *hujus rei vestigium esse, quod S. Columbæ reliquiæ sæculo* XVIII *servarentur in templo S. Mauri Fossatensi, quo ex S. Eligii seu S. Aureæ primitus puellari monasterio, quod anno* 1107 *Galo, episcopus Parisiensis, consensu regis et papæ in prioratum virilem mutavit et Fossatensi univit* (5), *devenerint. Quæ conjecturæ quam acutæ sint et speciem verisimilem habeant, quis non videat? Sed hoc fere uno nituntur fundamento, quod sæculo* XVIII *in S. Mauri templo essent S. Columbæ reliquiæ, ex ignoto loco advectæ. Quapropter egregius Jaillot* (6) *multus est in eis convellendis; sed hanc controversiam, quantam ad S. Columbam spectat, omittere possumus.* F

quod quidem diu S. Bonito dictum fuerit,

25 *Quod autem* S. Baldus, *non autem S. Bonitus, Claromontanus episcopus, hujus basilicæ patronus est, hac ratione manifestam facere conatur Autissiodorensis canonicus:*

(1) Géraud, Paris sous Philippe-le-Bel, pag. 73 et 74. — (2) Mémoire en forme de lettre à Fénel, chanoine de Sens, sur une église de Paris peu connue, in opere Dissertations sur l'histoire ecclésiastique et civile de Paris, tom. III, pag. XLIV et seqq. Cfr Histoire de la ville de Paris, tom. I, part. II, pag. 515 et seqq. — (3) Ibidem. — (4) Ap. S. Andoenum, Vita S. Eligii, lib. I, cap. 30, in Actis SS. Belgii, tom. III, pag. 221. — (5) Gallia Christiana nova, tom. VII, col. 44. — (6) Recherches critiques sur la ville de Paris, ap. Saint-Edme, Paris et ses environs, tom. I, pag. 413.

re

A *re quidem vera in bulla, qua Inocentius II anno* 1136 *monasterii Fossatensis bona confirmat, recenseri inter ecclesias, ad prioratum S. Eligii pertinentes,* ecclesiam S. Boniti ultra magnum pontem (1); *hinc in actis publicis annorum* 1236 *seu* 1237 (2), 1270 (3) *et postea* (4) *occurrere* feodum *et* domum juxta S. Bonitum, *et quidem* Parisiensem, *quin et* Thomam de S. Bonito; *hinc in aliis annorum* 1255 (5), 1274(6), 1375 (7), 1277 (8), 1320 (9) *et aliorum*(10) *venire* vicum S. Boniti; *quin etiam propter accolentem Judæorum multitudinem in actis anni* 1262 (11) judeariam S. Boniti, *et in aliis anni* 1264 (12) vicum judearium S. Boniti; *sed hunc ubique esse notariorum errorem, qui, nescii sub vulgari vocabulo* Sain-Bon, *quod in actis anni* 1273 (13) *exstat et proculdubio multo antiquius est, latere* S. Baldum, Saint-Bon *in* S. Bonetum *seu* Bonitum *converterint; ab eodem hominum genere S. Priscum, martyrem agri Autissiodorensis, mutatum fuisse in S. Brictium episcopum. Sed opportunius postea accessit exemplum : scilicet qui anno* 1770 *mappam provinciæ ecclesiasticæ Seno-*
B *nensis, tomo* XII *Galliæ christianæ novæ insertam, confecit, hic vulgare nomen prioratus juxta Senones* Saint-Bon *convertit latine in* S. Bonitum O. B.; *ita ut revera facilis sit error, ab abbate Lebeuf propositus.*

sed S. Baldi *dicendum fuisset. Cultus* S. Baldi *in Parisiensi* S. *Eligii prioratu.*

26 *Verum hinc sequitur dumtaxat errorem fieri potuisse; quare aliunde monstrare conatur ille errorem reapse factum esse : scilicet ante sæculum* XVIII *S. Boniti, Claromontensis episcopi, festum in illo oratorio celebratum non fuisse, neque in ullis veteribus prioratus S. Eligii libris liturgicis aut calendariis indicari; sed* S. Baldi *et quidem ritu solemniori, utpote* in albis, *non secus ac SS. Columbæ, Saviniani et Potentiani Senonensium; quin etiam in legendario S. Eligii, ad annum circiter* 1330 *scripto, octo ex ejus Vita legi lectiones, quæ olim Senonibus quoque in usu fuerint. Quod argumentum, (si verum sit S. Boniti festivitatem illic ante annum* 1700 *actam non fuisse,) profecto validissimum est. Accedit quod gallice in antiquis scriptis nuspiam reperitur* saint Bonet, *sed semper* saint
C Bon. *Quominus tamen assentiam obstant sequentia. In primis non in actis dumtaxat notariorum, verum etiam in antiquissimo polyptycho Parisiensi* (14) *scripta est* ecclesia S. Boniti. *Deinde in scriptis latinis constanter S. Boniti nomen apparet, numquam* S. Baldi *seu* Baudi; *per quam formam* saint Bon *(ut Senonibus) transiisse oportet. Tertio, quum sæculo* VII *floreret S. Eligius, nondum mos obtinebat ut sanctorum corpora dividerentur; adeo ut conjecturæ sufficere non videantur ad persuadendum S. Eligium præter temporis sui consuetudinem pauca aliquot ossa Senonibus accepisse ut ea Parisios transferret; tunc enim reliquiarum loco distribuebantur brandea, id est lintea tactu sepulcri aut corporis sacrata, pulvis ex tumulo, oleum ex lampadibus aliaque id genus. Animi itaque hæreo, nescius in quam partem propendeam; verumtamen hoc certum est* S. Baldi *festum olim solemniter actum fuisse in S. Eligii prioratu et forte etiam in oratorio S. Boniti seu (si placet)* S. Baldi *Parisiensi. Anno* 1792 *suppressa fuit hæc ædes, et prius mutata in stationem militarem, dein in domum privatam, anno* 1829 *signatam numero* 8 (15). *In diœcesi Turonensi exsistunt duæ parœciæ* Saint-Bault *et* Saint-Bault-de-Verneuil, *quibus* S. Baldus, *archiepiscopus Turonensis, patronus est; sed et in diœcesi Molinensi exstat parœcia* Saint-Bon; *itemque in Cabilonensi et in Camberiensi; atque olim in diœcesi Lingonensi, parœcia* Champcourt, *prioratus* Saint-Bond. *Quibus quid commune sit cum* S. Baldo *Senonensi an potius cum cognomine archiepiscopo Turonensi, aut alio, videant illic eruditi et parochi. Mihi utique nihil superest nisi ut recitem lectiones, ex S. Eligii codice ab abbate Lebeuf* (16) *primum editas, easque collatas cum Suessionensi seu Pavantensi exemplari.*

AUCTORE V. D. B.

VITA MUTILA

E

S. BALDI PŒNITENTIS

ex codice S. Eligii Parisiensi et Pavantensi.

Fuit itaque vir iste, beatus videlicet Baldus, natione Hispanus; sed in adolescentia gravissimis sceleribus, et, ut fertur, patricidio atque matricidio pollutus *a*. In tanta vero criminum fœditate civium vultus ferre non potuit; sed, relicta omni paterna hereditate, longam peregrinationem arripuit. Fertur quippe ad sancta Ierosolymorum loca venisse, et ante venerabile Christi sepulcrum de culpa veniam postulasse. Deinde, multis peragratis regionibus, ad apostolorum limina Romam iter convertit *b*; ubi modo simili, ut tanto peccati pondere levaretur *, obnixius rogavit. Peragrata quoque Italia atque alpibus superatis, Gallias properanter ingressus, civitatum caput *c* adiit, Senonumque metropolim, de sceleris immanitate consilium suscepturus, intravit. In qua* tunc temporis quidem Arthemius *d* pastor ecclesiæ præsidebat et populo *e*. Quem dum Baldus humilis adhuc peccator intuetur, ante pedes ejus toto corpore prosternitur; tundensque fortiter pectus, iniquitatem profitetur et acturum fideliter sese quod a pontifice audiret pollicetur; tantum magni piaculi * veniam consequeretur.

S. Baldus, *exdis parentum reus, pœnitentiæ causa peregrinatur et demum Senones venit*

a

b

* *Par.* lavaretur

c

* *Par. addit* ita

d

e

2 Sanctissimi itaque præsulis imperio Baldus erigitur; et accepto consilio, in spem veniæ promerendæ totus roboratur. Præsul igitur virgam manu forte gerebat, cortice * nudatam, succo viduam, multis solibus adustam : pœnitenti porrigit et ut eam in demonstrandi montis vertice figeret * præceptum accepit : cujus etiam vestigia tandiu aquis fluminis, quod collis radicem præterfluit, eas humeris attollens, riga-

* *Loco* t. m. p. *Pav.* ut peccati *ad S. Artemium, a quo jubetur virgam siccam rigare;* * *Par.* corio

* *Pav.* infigeretur

(1) Gallia Christ. nova, tom. VII, col. 57. — (2) Guérard, Cartulaire de l'église Notre-Dame de Paris, tom. III, pag. 60. — (3) Ibid. tom. cit. pag. 434. — (4) Ibid. tom. IV, pag. 59.— (5) Ibid. tom. II, pag. 424. — (6) Ibid. tom. III, pag. 398. — (7) Ibid. tom. cit. pag. 393. — (8) Ibid. tom. I, pag. 208 et 209. — (9) Ibid. tom. IV, pag. 48. — (10) Ibid. tom. III, pag. 388. — (11) Ibid. tom. II, pag. 504. — (12) Ibid. tom. II, pag. 510. — (13) Ibid. tom. III, pag. 382. Cfr id. tom. pag. 362. — (14) Ibid. tom. I, pag. 19. — (15) Dulaure, Histoire de Paris, tom. II, pag. 55, edit. 1825; S. Edme, Paris et ses environs, tom. I, pag. 413; Lazare, Dictionnaire des rues de Paris, pag. 81. — (16) Dissertations etc. tom. III, pag. LXII et seqq.

ret,

A ret, donec radices figeret, et recepta cute gemnas emitteret, brachia protenderet, et flores
f educens poma generaret *f*. Vir autem devotissimus, tantum laborem parvipendens, et in Deo omnipotente, apud quem nullum impossibile est verbum, totam animi fiduciam ponens, a sancto digreditur, et quæ præcepta fuerant cum alacritate summa prosequitur.....

fert ad eumdem sanctum puerum agonizantem sanandum;

3 Die quadam, dum viam quæ montis vestigia præterit aquis oneratus transiret, mulierculas quasdam obvias habuit, in urbem ad episcopum morti vicinum puerum deferentes; quarum percunctatus negotium, quia festinantes videbat, cum didicisset, agonizantem puerum ipse suscepit et ad præsulem gressu concitato pertulit, et ut ei manus imponeret impetravit. Quo facto, ad heremum rediit, parvulumque alimentis durissimis nutriens mirum in modum in adolescentiam provexit; qui de mortis faucibus ereptus ad geminam vitam per Baldi me[rita] commigravit.

multo labore quotidie quærit aquam S. Baldus.

4 Cum igitur omnipotens Deus brevi tantum sudorem potuerit terminare, voluit virum justum protenso tempore probare, ut per diuturni tolerantiam laboris corona cresceret justissimæ retributionis. Nam, subjectus quidem duræ legis imperio, aquam propriis humeris quotidie convehebat, quæ ab Ydonea * flumine per unum fere miliarium petebatur. Non recto tamen semper itinere pergebat : sed modo per lateralem montem, qua longior graviorque appare-

* Ycauna

bat via, eligebatur, quæ etiam herbarum viriditate usque ad nostra tempora notabatur *g*; *g*
sed nunc, jam vineis in ea propagatis *h*, ex toto *h*
tegitur; nunc vero per illius dorsum, in cujus vertice virga steterat; nunc quidem per mediam vallem, quæ inter utrumque aperitur latissima.....

D

ANNOTATA.

a *De his videatur Commentarius prævius, num.* 4.

b *Peregrinationes illæ sæculo* VI *erant frequentissimæ.*

c *Senones contenderunt diu cum Lugduno de primatu Galliarum. Arbitratur Theodorus Tarbé potius innui hæc Cæsaris de Senonibus verba :* Civitas imprimis firma et magnæ inter Gallos auctoritatis.

d *In exemplari Pavantensi perperam legitur* Arcenius. *De S. Artemii ætate vide Commentarium prævium, num.* 5.

e Et populo *omittitur in exemplari Pavantensi. Ineunte sæculo* XI *penes archiepiscopum erat adhuc civitas; in quam quum licenter dominari conarentur Frotmundus et maxime filius ejus Rainardus, regi civitas data est; deinde divisa inter regem et archiepiscopum; postea reddita Rainardo, ea lege ut post mortem media pars rediret cum comitatu ad archiepiscopum, media pars ad regem* (1).

f *Simile præceptum legitur in S. Joannis Colobi seu Parvi Vita, ad diem* 17 *octobris in* E
his Actis illustrata.

g *Nunc adhuc, teste Theodoro Tarbé in Calendario historico Senonensi anni* 1824, *indicatur arcta semita, quæ vulgo dicitur* le Pas de Saint-Bond, *quasi per eam venisset ad Icaunam* S. Baldus *atque hinc ad cellam suam rediisset.*

h *Hinc ætatem conscriptæ hujus Vitæ colligi posse recte statuit abbas Lebeuf, dummodo sciatur quando vites illic propagatæ sint; quod jam ante multa sæcula factum esse suspicatur. Sed infirmus plurimum hic ratiocinandi modus.*

(1) Cfr Clarius, Chronicum S. Petri Vivi ad an. 1015, ap. Duru, Bibliothèque historique de l'Yonne, tom. II, pag. 500, 501.

DE S. COLMANO MAC DUACH

C EPISCOPO IN CONNACIA F

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ Unicus. S. Colmanus mac Duach, distinctus a S. Colmano Senbothensi. Utriusque ortus ex gente Fiachriorum. S. Colmani mac Duach festa et recensio inter sanctos tertiæ classis.

ANTE ANNUM DCL. *In antiquioribus fastis Hibernicis annuntiatur ad diem* 3 *februarii* S. Colmanus mac Duach,

Ad latus occidentale Hiberniæ septentrionalis terras incurrit ingens sinus maritimus, comitatum Clarensem a Galwediensi separans, cui a vicina civitate Galway bay *vocabulum impositum est. Porro ad partem, qua illi comitatus contermini sunt, in baronia nempe Kiltartan, in plaga occidentali oppidi Gort, panditur parœcia Kilmachduach, cui nomen cum virtutum memoria communicavit* S. Colmanus, *qui et* Macduach. *Quo loco nunc consistendum est, quoniam hodie illic et in aliis Hiberniæ locis festum agitur beati viri. Verumtamen non semper fuit sic. In veteri Martyrologio Tamlactensi, quod decem abhinc annis primus in lucem dedit desideratus Matthæus Kelly, legitur ad diem* 3 *februarii :* Colman mac Duach, *quod est,* Colmanus, filius Duachi; *similiter in Martyrologio, quod circa annum* 1167 *collegit Marianus Gormanus, abbas Knockensis prope Louth, ad eamdem diem* (1) : Mac-Duach, sive filius Duachi, protector ab adversitatibus, Col-

(1) Ap. Colganum, Acta SS. Hiberniæ, pag. 247, num. 14.

manus

A manus hospitalis et benignus. *Ad eamdem diem sæculo* XV *eum laudavit Cathaldus Maguire, canonicus Armacanus et decanus Clogherensis, aut alius in ante Ængussio aucto* (1). *Ab his non omnino recessit ineunte sæculo* XVII *Michael O'Clery, religionis Minoriticæ alumnus, in Martyrologio Dungallensi, quod paucis abhinc annis in lucem dederunt Jacobus Henthorn Todd et Guilielmus Reeves, passim a nobis laudati; verumtamen Clerius multa addidit, a nobis uncinis* [] *inclusa, quæ Colgano non placuerunt. Sed audiatur ad diem* 3 *februarii Clerius :* Colmanus episcopus, id est Macduach de Cill-mic-Duach in Connacia. [Erat de genere Fiachra, filius Eochaidh Muidhmhedhoin. Magna erant ejus virtutes et miracula. Ua Sechnasaich dicit festum Macduachi agi die 27 octobris; nam erat ejus patronus et consanguineus.] *Quibus subdit Toddius Ua Sechnasaich seu O'Shaugnessy videri esse caput familiæ, qui Clerii temporibus viveret et cujus testimonium maximi momenti ei habitum sit, quoniam* S. Colmanus mac Duach *patronus ejus tribus adeo-*

B *que ejus generis esset.*

et ad diem 27 octobris S. Colmanus Hy Fiachrach, qui et in Senboth : per eorumdem confusionem factum est ut prioris festum dimotum sit in 27 octobris, atque inde in 29.

2 *Et quidem ad diem* 27 *octobris iisdem quaternis martyrologiis* (2) *inscriptus erat S. Colmanus quidam. Tamlactense hæc habet :* Colman h. Fiachrach i Senbotha Folu, *quod est :* Colmanus de gente Fiachrorum in Senbotha Folu. *In Dungallensi pauca adduntur, quibus denuo statuatur eumdem eum esse ac qui in eodem martyrologio memoratus fuit ad diem* 3 *februarii; accipe verba :* Colmanus de gente Fiachrach, de Senbotha in Ui-Ceinnsealaigh. Est de gente Fiachra, filius Eochaidh Muighmhedhoin. *Omitto nunc quærere utrum duo an unus Colmanus designetur; id unum hoc loco animadverto reapse medio sæculo* XVII *summa solemnitate actum fuisse in diœcesi Kilmacduacensi festum* S. Colmani mac Duach *die* 27 *octobris. Audi Colganum* (3) : Dies natalis ejus juxta nostros hagiologos communiter ponitur 3 februarii, quamquam intelligam ejus festum non eo die, sed 27 octobris ex continua traditione celebrari in tota diœcesi de Kill-mhic-Duach... S. Colmanus episcopus in tanto cultu ac honore est per to-

C tam diœcesim Duacensem, et præcipue apud illustrem familiam O'Sechnasaigh, ut non solum ejus festum in choro et foro cum magna veneratione celebretur, sed et profestum vigilia ac jejunio ecclesiastico strictissime observetur; ita ut non solum a carnibus, verum etiam ab ovis, lacticiniis omnibusque cibis in Quadragesima prohibitis abstineant; et qui secus faceret, non modo mortalis maculæ reus, sed insuper præsentissima vindicta a divina justitia puniendus censeretur. *Quæ consuetudo, cui favebat quod vigilia* S. Colmani *simul vigilia erat SS. Simonis et Thaddæi apostolorum, perseveravit usque ad pontificatum Benedicti papæ XIV. Hic autem, non contentus anno* 1741 *plura per universam Hiberniam sanctorum indigetum constituisse festa, sexennio post, id est die* 1 *julii anni* 1747, *ad humillimas preces nomine cleri regni Hiberniæ per suum in Romana curia agentem porrectas et a sanctitate sua ad sacram rituum congregationem remissas, complura alia similiter concessit; quæ inter* S. Colmani mac Duach, *festum jam non amplius agendum in natali apostolorum Simonis et Thaddæi, neque in una diœcesi Kilmacduacensi, sed die* 29 *octobris, et quidem in universa Hibernia* (4). *Et quamquam hæc ad diœcesim Kilmacduacensem non pertinerent, placuit tamen ejus clero communem ordinem divini officii sequi, adeoque* S. Colmani *festum celebrare die* 29 *octobris, hoc discrimine quod clerus universæ Hiberniæ utitur ritu duplici majori, clerus Kilmacduacensis ritu duplici primæ classis cum octava, tamquam de patrono; sed uterque officium de communi adhibet, quoniam, ut de S. Celso, episcopo Armacano, sic de* S. Colmano *Kilmacduacensi nuspiam officia propria inveniri potuerant* (5).

AUCTORE V. D. B.

Ostenditur ambos illos Colmanos diversos esse,

3 *In his itaque censetur* S. Colmanus, *qui fastis sacris adscriptus est ad diem* 3 *februarii, idem esse ac qui olim colebatur die* 27 *octobris, nunc autem die* 29. *Quæ erronea esse contendit rite Colganus, statuens duos* Colmanos *diversos esse, perperam in unum confusos.* Confusio hæc, *inquit* (6), inde fortassis orta, E quod idem fuerit utrique sancto nomen, et ex eadem ambo oriundi familia, sub eodem tempore floruerint, *scilicet sub annum* 620. *Legitur nempe in Vita S. Maidoci* (7), *episcopi Fernensis, qui (ut dicemus alibi) anno* 525 (8) *aut circiter* 632 *obiit* (9) *et die* 31 *januarii colitur,* S. Colmanus, filius Fiacrii, *mortuo equo, obvium habuisse S. Maidocum; a quo alterum equum accepisse et cujus meritis resurrexisse equus extinctus : sed integrum locum supra recitavi ad diem* 27 *octobris* (10). *Atque hunc filium Fiacrii censet Colganus esse S. Colmanum, Hua-Fiachrach seu de stirpe Fiachrii, in Senboth in Lagenia olim cultum; filios enim aliquando dici, qui tantummodo sint de stirpe* (11). *Contra* S. Colmanum mac Duach, *in quem Guarius, qui Connaciam ab anno circiter* 622 *regere cœpit, liberalissimus fuit, alio patre, licet eadem stirpe, esse natum, neque vixisse in Lagenia, sed in Connacia. Hanc eamdem sententiam supra ad diem* 27 *octobris in Sylloge de S. Colmano, confessore in Senboth seu Sean bhothach, prisco diœcesis Fernensis in Hibernia monasterio,* F *secutus sum; sed, ne bis idem argumentum in hoc tomo versarem, omisi illic omnem disputationem de distinguendo S. Colmano Senbothensi ab homonymis. Restat itaque ut hoc loco demonstrem* S. Colmanum mac Duach *plane diversum esse a S. Colmano Hy seu Hua Fiachrach. Porro adstruxit O'Clery impulsu et inductu O'Shaugnessii in Dungallensi Martyrologio Colmanum, cultum tum die* 3 *februarii, tum die* 27 *octobris, fuisse filium Eochaidh Muighmhedhoin; atque hæc persuasio, (quæ quando cœperit incertum,) causa fuit cur Kilmacduacenses crediderint patronum suum eumdem esse ac Senbothensem, a cercellis suis in Hibernia celeberrimum, illiusque proinde festum non agendum die* 3 *februarii, sed die* 27 *octobris. Sed vulgaris ille error numquam eruditorum fuit. Duald mac*

(1) Ap. Colganum, Acta SS. Hiberniæ, pag. 247, num. 14. — (2) Ibid. pag. 246. — (3) Ibid. loc. cit. — (4) De Burgo, Hibernia Dominicana, pag. 23. — (5) Ibid. pag. cit. — (6) Acta SS. Hiberniæ, pag. 246. — (7) Ibid. pag. 214. — (8) Hennessy, Chron. Scot. pag. 79. — (9) Cfr Lanigan, Eccl. hist. of Ireland, tom. III, pag. 339 et 341. — (10) Pag. 383. — (11) Cfr Lanigan, tom. III, pag. 5.

AUCTORE V. D. B.

Firbis, ultima archæologorum Lecanensium fax, omnium dolore anno 1670 *trucidatus, in opere de genealogiis, tribubus et consuetudinibus regionis Fiachriorum seu O'Dowda, in quo opere incredibili diligentia antiquissimas et abstrusissimas res comitatuum Mayo et Sligo in Connacia persecutus est, utriusque Colmani genealogiam et characteres aperuit.*


quamquam pertinentes ad Fiacrios, domum regiam Connaciæ:

4 *Universum locum, latine versum, referam* (1) : Eochaidh Breac, filius Dathi, habuit quatuor filios, puta Laoghaire, Brethe et Eoghan Aidhne. Brethe, filius Eochaidh Breac, habuit liberos, nempe Maolfaithche, a quo est gens O'Maoilaichen; Brodubh, a quo descendit gens O'Brouibh; Breanainn, a quo gens O'Maoilbreanainn, et gens O'Creachain. Inter posteros Breanainn, filii Brethe, fuerunt trini O'Suanaigh, videlicet Fidhmuine, Fiodhairle et Fidhgusa seu Fiodhgus, qui fuerunt tres filii Fiodhbhadach, filii Cuduiligh, filii Coman, filii Suanach, filii Creachan de regione Moy, filii Bruidhe, filii Brenain, filii Brethe, filii Eochaidh Breac, filii Dathi, regis Hiberniæ. Fearamhla, filia Dioma Dubh, filii Diarmaid, filii
B Scanach, filii Laoghaire, filii Eochaidh Breac, filii Dathi, fuit mater trium O'Suanaigh. Erat etiam mater Aodhan de Cluain Eochaille *(Clooghill)* in *(baronia)* Corann, et S. Dichlethe O'Triallaigh, *vulgo dictus Triallach*, cujus habitatio est in regione Ciarraighe Luachra *(seu Kerry)*. Et fuit mater S. Colmani, filii Eochaidh, qui est *seu jacet sepultus* in Sean bhothach, in Hy-Censiolaigh; et hi sunt sancti de Hy-Eathach, de *regione* Moy. De stirpe Eochaidh Breac, filii Dathi, sunt sancti Colmanus et Aodhan. Sequentes sunt sancti de stirpe Eochaidh Breac, videlicet : Colmannus, filius Duach, (a quo Ceall-mhic-Duach,) filii Ainmire, filii Conall, filii Cobhtach, filii Goibhnenn, filii Eoghain Aidhne, filii Eochaidh, filii Dathi. Dein tres O'Suanaigh constiterunt sequentibus locis, D Fidhmuine, *anachoreta mortuus anno* 750, in Rathain, *nunc Rahen*, Fidhairle, *mortuus anno* 763, in Cionn Saile, *nunc Kinsale*, et Fiodhgus in Glas-charraig, *nunc Glascarrick*... Ab Ailghile, filio Eochaid Breac, descendunt Muinter Ailgheanain seu Ailghile, atque inde fuit celebratissimus propheta Cutemen mac Ailghile. Ab Cuboirne, quinto filio Eochaidh, descendunt Muinter Mochain, de Cill Athracht, *(nunc Killaraght,)* id est custodes Crucis S. Athrachtæ, *quæ traditur anno* 470 *velum de manibus S. Patricii accepisse. His addendus locus ex libro de Lecan* (2), *quo maternum* S. Colmani mac Duach *genus explicatur :* Guaire, *hæc illic leguntur,* filius Colmani, filii Cobhtach, filii Goibhnenn, filii Conall, filii Eoghan Aidhne, filii Eochaidh Breac, filii Dathi, habuit tres filios, scilicet Artgal, Ædh et Nar. Hic Ædh habuit filium Fergal, qui habuit duos filios, nempe Cormac et Enda, a quo Cinel Enda. Cormaci propago extincta est, nisi quod ejus filia mater fuit S. Colmani mac Duach, a quo Ceall-mic-Duach. *Sed, ut infra annotato* e *apparebit, ratio* E *temporum non omnino convenit, quum Guarius rex et* S. Colmanus mac Duach *coævi fuerint.*

5 *In his omnia reducuntur ad Dathi; sed Dathi fuit filius Fiachra Follnathach, ex quo Hy-Fiachrach posteri dicti sunt, et Fiachra patrem habuit Eochaidh Muighmhedhoin, item regem Hiberniæ. Hinc itaque oritur sequens schema genealogicum, ex quo lucentissime apparebit* S. Colmanum mac Duach *octavo gradu disjunctum fuisse ab Eochaidh Breac, qui communis stipes fuit et illi* S. Colmano, *et S. Colmano Hy Fiachrach seu Senbothensi.*

schema genealogicum utrius que nomen continens.

C



F

(1) O'Donovan, The genealogies, tribes, and customs of Hy-Fiachrach, pag. 35 et seqq. — (2) Ibid. pag. 62 et 63.

6 *Distinctus*

AUCTORE V. D. B.

S. Colmanus, filius Eochadii de Senboth seu Sean bhothach, diversus est a S. Colmano, filio alterius Eochadii; qui posterior Colmanus in tres diffisus est a Colgano.

6 *Distinctus itaque omnino est* S. Colmanus mac Duach; *distinctus item S. Colmanus Hy Fiachrach, qui filius, immo pronepos, Fiacrii dictus est in Vita S. Maidoci, sed a Firbissio filius Eochadii et a Michaele O'Clery filius Eochadii Muighmhedhoin; olim cultus in Sean bhothach seu Templeshambo, provincia Lagenia, et in Inis-mhureadhaigh seu Innismurray in Connacia, ubi, ut legitur in Martyrologio Casselensi ad diem* 27 *octobris* (1), juxta ejus ecclesiam sunt anates aves, illæsæ semper manentes; *nisi hæc potius pertineant ad Sean bhothach, ut ad diem* 27 *octobris, pag.* 382 *et* 383, *docuimus. Qui posterior Colmanus in Vita Fidhuunii, filii Osuanach* (2), *dicitur filius Eochadii Breck seu Breac, filii Dathii, filii Fiachrii, etc.; sed iterum* filius *pro* pronepote *seu qualicumque* descendente *ponitur. Verum cavendum est ne hic Colmanus, filius Eochadii, confundatur cum alio, de quo sequentia scripsit Colganus* (3) : Alter Colmanus, [*filius Eochadii,*] erat de stirpe increduli illius Loegarii regis, ut Menologium genealogicum testatur cap. III his verbis : « S.
B « Colmanus de Rosglanda, filius Eochadii, filii « Guarii, filii Lugidii, filii Loegarii, filii Nelli. » Hujus autem natalis secundum eosdem celebratur 6 septembris, idque in loco qui olim Rosglanda, hodie Domhnach-mor *seu Donaghmore*, in quadam regiuncula Tyroniæ, quæ Magh-an-chlair appellatur, ut testantur Marianus Gormanus et Ængussius auctus ibidem. Martyrologium vero Tamhlachtense dicit ipsum Columbam Crossaire de Ross et Colmanum Midhisil vocari. Idem Menologium genealogicum, *sic pergit*, eodem cap. III, ponit et tertium Colmanum, secundum cognatum, de quo ejusque simul sorore sic ait : « S. Colmanus ejusque « soror Colmedia patrem habuerunt Eochadium, « filium Guarii, filii Lugadii, filii Loegarii. » Sed non sine fundamento posset quis suspicari hunc non esse diversum a secundo : cum utriusque genealogia per omnia, excepto uno gradu, (qui per errorem vel addi vel omitti poterat,) sit eadem. Si tamen (ut hic auctor vult) hic sit a secundo distinctus, *(quod neutiquam probabile est,)* videtur esse, de quo Marianus Gormanus ad 1 januarii, vocans ipsum filium Eochadii.
C *Disputavit hæc omnia Colganus occasione sequentis loci Vitæ S. Fechini, abbatis Fovarensis* (4) : Perrexit quodam die S. Fechinus ad locum, qui Snamhluthir dicitur, in regione de Carbre gabhra. Et cum ibi offendisset Colmanum, filium Eochadii, a longo tempore oculis captum, aqua, qua suas manus lavit, ad oculos ejus admota et aspersa, eum perfectissime visus beneficio redonavit. *Quem Colmanum, Eochadii filium, existimavit Colganus* (5) *eumdem esse ac Seanbothensem;* cum Snamhluthuir, *inquit,* sit in regione Carbre in Connacia, ubi domus et familia hujus Colmani late olim dominata est. *Non recte. Nam hic S. Colmanus non alius est ac S. Columbanus, de quo S. Adamnanus in lib.* II, *cap.* XXXIII, *Vitæ S. Columbæ, pauca mira tradit, ut ostendit Reevius* (6) *tum ex hac ipsa Vita, tum ex libro de Lecan; qui Columbanus seu Coluim est idem ac S. Colmanus de Rosglanda, et* Snamhhluthuir *repræsentatur agro* Snalore *seu* Slanore, *in comitatu Longfordiensi, provincia Lagenia : adeoque unus tantum est ille Colmanus, quem in duos aut tres diffiderat Colganus. Merito itaque in Vita S. Colmani Seanbothensi illum ex S. Fechini Vita locum neglexímus. Atque hæc sufficiunt tum ut* S. Colmanus mac Duach, *tum ut S. Colmanus Seanbothensis secernantur ab homonymis, quibuscum facilius confundi possint.*

S. Colmanus mac Duach recensetur in tertio ordine sanctorum.

7 *Quum itaque (ut paulo supra vidimus) tanta esset olim* S. Colmani mac Duach *celebritas, censuit Lanigan* (7), *quandoquidem tempora conveniunt et vitæ institutio, eumdem Colmanum episcopum esse qui cum sex aliis episcopis recensetur in tertio ordine sanctorum; qui* tertius ordo sanctorum, *ut in Usseriano* (8) *Catalogo legitur*, erat talis. Erant presbyteri sancti et pauci episcopi, numero centum : qui in locis desertis habitabant, et oleribus, et aqua, et eleemosynis [fidelium] vivebant, propria devitabant, et diversas Regulas et Missas habebant, et diversam tonsuram, E
(alii enim habebant coronam, alii cæsariem,) et diversam solemnitatem paschalem. *Qui tertius ordo florere cœpit a regno Æda Allan seu Uairidhnach, qui secundum Quatuor Magistros* (9) *regnum capessivit anno* 601, *et duravit* usque ad mortalitatem illam magnam, *quæ anno* 665 *sæviit* (10); *et qui secundum alios* (11) *regnavit ab anno* 605 *ad* 612. *Hinc sequitur non designari Colmanum Lindisfarnensem, (ut credidit Usserius* (12),) *quippe qui secundum ipsius Usserii* (13) *computum diem obiit anno* 676. *Colmanus de Doire-mor de genere regio Casseliensi cogitari quoque potest; sed neque hic placet, qui ante annum* 602 *vita functus sit* (14), *adeoque potius ad secundum ordinem sanctorum referendus sit. Restat itaque* S. Colmanus mac Duach, *longe celeberrimus; ut merito dixerit Lanigan omnia indicia convenire, ut hic designatus censeatur.*

Ejus Vita ms. et edenda.

8 *Vita ejus conscripta fuit hibernice et adhuc exstat; quippe quam a Joanne O'Donovan* (15) *designatam reperio siglis* II. 2, 16, *p.* 495, *quibus (ni fallor) indicatur eam scriptam esse in codice bibliothecæ Collegii SS.* F
Trinitatis Dublinensis, notato literis H. 2, 16, *et incipere a pag.* 495. *Cogitaveram prius tentare (si fieri posset) ejus exemplar consequi; sed quum unus ex collegis meis meditetur editionem scriptorum de rebus hagiographicis hibernicis, quæ partim Bruxellis, partim Dublinii asservantur, visum est in aliud tempus sine dispendio differri posse hunc laborem; tanto magis, quod* S. Colmanus mac Duach *a celebritate sua passus est, quod tot aliis sanctis accidit. Videlicet, quum magna est in populo sanctorum fama, neque ulla sincera aut coæva Vita exstat, eorum gestis incipiunt paulatim multa addi tanto mirabiliora, quanto major sit eorum existimatio; quæ si aliquando colligantur et in Vitæ formam conscribantur, non possunt*

(1) Ap. Colganum, Acta SS. Hiberniæ, pag. 141, num. 19. — (2) Ibid. loc cit. — (3) Ibidem. — (4) Ibid. pag. 136. — (5) Ibid. pag. 141. — (6) Life of S. Columba, pag. 172 et seqq. — (7) Eccl. hist. of Ireland, tom. II, pag. 341 et 343. — (8) Britan. eccl. antiquit. pag. 474. — (9) O'Donovan, The four Masters, ad an. 601, tom. I, pag. 229. — (10) Cfr Lanigan, tom. II, pag. 302 et 332. — (11) Chronicum Scotorum Gillachrist. Ua Maeilcoin, ed. Hennenssy, pag. 71 et 73. — (12) Antiquitates, pag. 499. — (13) Ibid. pag. cit. et 450. — (14) Cfr Lanigan, tom. II, pag. 310 et seqq. — (15) The book of rights, pag. 108, not. *t.*

immixtæ

A *immixtæ non esse multæ fabulæ, plerumque tamen magis pertinentes ad externam rerum faciem, quam ad ipsum caput. Certe excerpta et fragmenta, quæ in publicum dedit Colganus, ab hoc vitio pura non sunt. Judicium feret ipse lector : nihil enim a nobis melius fieri posse videtur quam Acta, a Colgano ex diversis confecta, denuo typis excudi. In fine capitum Annotata copiosa adjiciemus.*

VITA

S. COLMANI MAC DUACH

EPISCOPI ET CONFESSORIS

ex Actis Sanctorum Hiberniæ auctore Joanne Colgano.

CAPUT PRIMUM.

B S. Colmani virtutes. Trium animalium ministeria in eremo. Consecratio episcopalis.

S. Colmanus, *totus deditus spiritualibus,*

Ex stirpe Fiachrii... permulti viri sanctitatis laude conspicui prodierunt; inter quos titulo singularis prærogativæ, qua meruit totius suæ familiæ communis haberi patronus ac divus titularis, primum obtinet locum sanctus noster Colmanus. Hic vir mirificus, ab ineunte ætate Christi castra secutus, tandem ad locum solitarium procul ab hominum consortio se contulit, ubi ardentissimo mentis affectu cælestium virtutum exercitationibus cœpit se totum consecrare. Mens ejus nihil nisi cælum, vel quæ ad cælum viam parant, videbatur cogitare : cor velut ardentissimus fornax divini amoris flammis continuo exuberans; labia a divinis laudibus non cessabant, nisi quando mens ejus, Deo plena, extra se rapta, tota ferebatur in cælestia. In oratione fuit continuus, in vigiliis assiduus,

C in jejuniis constans et strenuus.

mirabiliter in eremo juvatur ministerio galli, muris et culicis;

2 Inter cæteras autem virtutes, quibus illum Sancti Spiritus ditaverat gratia, eximius erat paupertatis evangelicæ cultor et custos, rerumque transitoriarum adeo mirificus contemptor, ut nullas admitteret terrenas possessiones, omnia donaria, et quæcumque ultro oblata respueret, nihil prorsus proprium retineret, nisi proprium fortasse dixeris tria, quæ, teste Ketino *a*, traditur familiaria habuisse animalcula, gallum gallinaceum, murem et culicem. Gallo utebatur, ut ejus cantu, velut cymbalo, de nocte ad divinas laudes excitaretur. Muris autem et culicis miranda magis et stupenda erant ministeria : at, quos natura ad molestias et incommoda hominibus inferenda instruxerat, eos contra naturæ pondus ad servorum suorum obsequia inflexerat mira Dei benignitas. Mus enim ita viro Dei famulabatur, ut ultra statas et juxta ipsius pia proposita statutas horas eum non permitteret dormire vel quiescere; sed quando natura, vigiliis, orationibus aliisque austeritatibus fatigata, somnum aut quietem ampliorem, quam viri Dei vota præfixerant, lassis artubus postularet, nunc vestes rodendo, D nunc auriculas mordendo eum ab omni quiete revocaret. Gratum erat viro Dei ejusmodi obsequium, quo videbat et vota sua adimpleri, et se a bruto animante ad Dei servitia provocari. Sed et culicis obsequia vix minus miranda. Quando enim vir Dei piæ lectioni vacabat, culici, super ejus codicem cursitanti, mandabat ut lineam, ad quam ipse alio avocatus vel aliter occupandus sistebat, observaret, usquedum reversus ipse inchoatam denuo continuaret lectionem; quod et culex infallibiter faciebat. Miræ sunt hæ divinæ benevolentiæ dignationes, et Christi cum servis suis quasi collusiones; sed solis illis videri poterunt incredibiles, qui parum considerant quam mirabilis sit Deus in sanctis suis, quam suavis tenerique affectus erga sincere diligentes se, quamque dignum sua ineffabili bonitate existimet, ut, qui animo sibi melius et expeditius inserviendi omnem hominum famulatum et servitium abdicarunt, ipsi a brutis animantibus obsequia et quasi humana quædam ministeria accipiant; et Dominum, cujus tremendæ majestatis altitudinem suspiciunt et adorant, tamquam blandum et indulgentissi- E mum experiantur amicum.

de quorum perditione solatur eum S. Columba Hiensis.

3 Contigit autem (ut refert citatus Ketinus) divinæ sapientiæ dispositione, quæ mirabili quadam vicissitudine servis Dei nunc favores suos subtrahit, nunc immittit; nunc consolatos vult, nunc desolatos vult, nunc desolatos relinquit; ut prædicta tria animalcula morerentur, eorumque obsequia et recreatio viro Dei subtraherentur. Qua de re tristior effectus jacturam istam amico suo spirituali S. Columbæ abbati, in insula Hiensi procul a patria vitam asceticam tunc agenti *b*, per litteras intimavit. Cui S. Columba fertur jocose simul et prudenter rescripsisse, jacturas et damna non esse, nisi ubi subtantiæ et possessiones reperiuntur; quasi ea sententia virum Dei, summæ alias abdicationi et paupertati deditum, argueret, quod cor erga parva apponeret, quo tamen magna et alta spreverat et abdicarat.

b

Creatus episcopus, non procul a palatio cognati sui regis Guarii

c

4 Cæterum, fama virtutum Colmani in dies magis ac magis crescente, tandem ad publicam rapitur curam animarum, et episcopus creatur invitus *c*. Quo munere licet sanctissime functus, et omnium judicio dignus fuerat, ipse tamen se indignum existimabat; et animus abstractioris vitæ ac cælestium contemplationum studiis assuetus, non potuit publici regiminis sollicitudines, aut laudum humanarum, quæ virtutum sunt comites, ventos diu perferre. Volens igitur vulgaris auræ afflatus declinare, et se totum iterato cælestium contemplationi dicare, abdicato episcopali munere, ad solitudinem denuo se contulit, eremumque in Australis Connaciæ finibus cœpit incolere, fixo domicilio juxta amœnum fontem in magno saltu de Boireann, eaque ejus parte quæ Kinn-aille appellatur, quinque circiter millibus passuum a Durlussio, Guarii, regis Connaciæ, palatio *d*. Fuit autem vir sanctus sanguine propinquus, et postea consuetudine religiosa conjunctissimus huic celeberrimo regi Guario *e*, quem nostræ historiæ et vulgi ora, ob profusas in pauperes et egenos largitiones ac incomparabiles liberalitatis pietatisque laudes, æternæ memoriæ reddiderunt; ita ut in vulgare apud Hibernos proverbium abierit, quando ab eximia liberalitate aliquem laudare volunt : „Est Guario liberalior *f*. „

d

e

5 Quæ

cum uno discipulo annos septem desertum incolit.

5 Quæ autem fidelis Christi servus et eximius anachoreticæ vitæ sectator in ea eremo et per ipsum Christi virtus egerit, S. Ængussius in additionibus sui Menologii vel ejus ibidem scholiaste *g* compendiose enarrat. « Tertio, » inquit, « februarii Colmanus, Duachi filius, a « quo ecclesia de Kill-mic-Duach denominatio- « nem accepit. Hic Colmanus ad anachoresin se « contulit, in saltu de Boireann *h* Chonnacht « jacentem, uno comitatus clerico discipulo. Eo « autem profecti sunt tempore Colmani cogno- « mento Aidhne *i* : ibique septem integris annis « manserunt, a nemine interea ullum alimentum « recipientes, nullius admittentes colloquium. « Oratorium ibi sylvis obsitum cum refectorio « exstruxeruut : pellibus cervorum vestieban- « tur : anasturtium aquaticum et olera sylvestria « erant illorum cibus; aqua frigida potus : di- « scipulus ille viri Dei erat asceterii istius co- « quus simul, oeconomus et vicarius. »

g

h

i

ANNOTATA.

a *Intelligit Colganus Gaufridum Keating,* B *qui initio sæculi* XVII *collegit sermone hibernico patriam historiam, in qua ordine temporum retulit quæ in antiquis scriptis hibernicis repererat; ita ut ejus liber collectio documentorum potius sit quam nova scriptio. Superiori sæculo O'Conor bis edidit anglice versa hæc collectanea, antea numquam typis impressa; atque alii præsente sæculo eorumdem versionem et editionem renovarunt. In quibus quum innumera sint, quæ aut fidem superent aut a testibus idoneis non sint relata, maximo olim in contemptu jacebant; sed habent sua fata libelli. Nunc enim, ut Colgani, sic quoque Ketini volumen quasi thesaurus historicus habetur. Ejus vindicias egit multa alacritate desideratus Eugenius O'Curry* (1), *historiæ et archæologiæ Hibernicæ in universitate Dublinensi catholica lector, quem lugent diuque lugebunt literæ Hibernicæ. Monet Colganus illa, quæ hoc loco refert, tradi a Ketino in Historia regum Hiberniæ, ubi agit de rege Aido secundo, Anmirii filio, qui, postquam regnasset annos viginti septem, occubuit in prælio de Belach duin, anno* 594 **.*

* *al.* 598.

C b *Ad insulam Hiam perrexit S. Columba anno* 563 *et vita functus est anno* 597 (2).


c *Ad hunc locum hæc animadvertit Colganus :* In Martyrologio Dungallensi vocatur episcopus; et similiter a S. Ængussio vel alio in additionibus ad ejus Festilogium episcopus vocatur; idque dum adhuc esset in eremo Bornensi et antequam ecclesiam de Kill-mhic-Duach, cujus erat primus episcopus, erexerat. *De ejus episcopatu aliud inferius testimonium ex Vita ejus Hibernica proferemus. Hoc loco id unum annotabimus, (quod cæterum de plerisque episcopis Hibernis seu Scotis observandum est), in illis partibus in usu fuisse positum ut episcopi crearentur sine titulo, non secus ac nunc in monasteriis religiosi ordinantur presbyteri. Frustra conatur Lanigan* (3) *in dubium vocare an* S. Colmanus *episcopus fuerit ante fundatam sedem Kilmacduacensem.*

d Boireann *seu* Boirinn, *id est* pagus saxonus, D *qui olim extendebatur partim in comitatu Clarensi, partim in Galwediensi, nomen suum reliquit montibus et baroniæ de* Burren *in parte septentrionali comitatus Clarensis* (4). Kinn-aille, *nunc* Kinelea, *olim* Cinel-Aedhana-hEchtghe, *regio erat domus seu gentis O'Shaughnessy, in baronia Kiltartan, in comitatu Galwediensi, posita prope oppidum Gort aut parœciam Kill-mhic-Duach* (5). Durlussium, *palatium regis Guarii, in veteribus libris hibernicis, in quibus* Durlais *seu* Durlas *appellari solet, celeberrimum est. In poemate, quod* Mac Firbis de Lecan cecinit, *sic laudatur* (6) :


Castellum de Durlas perennis famæ
Noli postponere planitiei de Cruachan,
Castellum albo tegmine mollium arborum cir-
[cumdatum,
Habitaculum poetarum et episcoporum.

A Guario vocatum est Dun Guaire, *quod est* Castellum Guarii (7), *nunc cum circumjecto agro* Dungorey; *in quo agro, sito in plaga orientali oppidi Kinvarra, supersunt parietinæ, prisci castelli reliquiæ* (8); *immo castel-* E *lum integrum, quod sæculo* XVI, *prisco destructo, ædificatum fuisse traditur* (9).

e *Paterno et materno genere sanguine conjunctum fuisse cum Guario* S. Colmanum *consentiunt omnes. Sed in gradu nequaquam inter se conveniunt. Juxta schema genealogicum, num.* 5 *Commentarii prævii productum, hæc inter eos exsistebat consanguineitas :*



Verumtamen Colganus alia, nonnihil diversa, perhibet. Fuit enim, inquit, Guarius filius Colmani, filii Cobthacii, filii Gobninii, filii Conalli, juxta Catalogum regum Connaciæ; Colmanus autem fuit filius Duachi, filii Anmirii, filii ejusdem Conalli, *juxta Menologium genealogicum, cap.* IX, *atque etiam secundum Genealogiam regum Connaciæ, quæ in Macfirbisii libro* (10) *legitur. Unde consequitur hoc aliud schema :* F



(1) Lectures on the mss. materials of ancient Irish history, pag. 341. — (2) Reeves, Life of S. Columba, pag. LXXV et LXXVIII. — (3) Eccles. hist. of Ireland, tom. II, pag. 343. — (4) Cfr O'Donovan, The book of rights, pag. 49, not. *h*. — (5) Cfr idem, The four Masters, ad an. 531, not. *n*. — (6) Ap. eumdem, The genealogies, tribes, and customs of Hy-Fiachrach, pag. 291. — (7) Ibid. pag. 290, not. *t*. — (8) Idem, The four Masters, ad an. 1598, not. *q*. — (9) Idem, The genealogies, pag. 67 et 68. — (10) Ibid. pag. 313.

Severinus

A *Severinus Ketinus, (sic, ut monuimus designare solet Colganus Gaufridum Keating,) scripsit* S. Colmanum *fratrem fuisse Guarii. Sed hoc fieri non posse contendit Colganus, certus (neque immerito) a Menologio genealogico non discedere : quare statuit aut eos fratres uterinos fuisse, aut* fratris *vocabulum scriptum pro* cognato. *Et reapse Joannes O'Donovan* (1) *ostendit sæculo* XVII *vocabulo* bratair, *quo usus est Keating, in Hibernia meridionali designatum fuisse non fratrem, sed consobrinum* (cousin) *aut qualemcumque consanguineum* (kinsman). *Equidem nullus dubito quin consanguinei sint Guarius rex et* S. Colmanus; *sed quo gradu propter testimoniorum diversitatem definire non ausim. Cum temporum ratione optime convenit Menologium genealogicum.*

f *Reapse Cath-bharr, filius Aedh, filii Maghni O Domhnaill, unus ex immortali illa Hibernorum gente, quæ sæculo* XVII *ineunte speravit contra spem et omnem humanam prudentiam patriam a peregrino jugo liberare, laudatur quod* propter bonitatem animi et

B hospitalitatem alter Guair-mac-Colmain fuit (2).

g *Colganus aliquando attribuit hæc additamenta seu scholia S. Ængussio; aliquando Cathaldo seu Carolo Maguire, vita functo anno* 1470; *aliquando ignoto viro. Describere potuit illa scholia Maguire, non conficere, quum exemplar Bodlejanum sæculo* XIII *scriptum sit* (3). *Recentiora tamen videntur S. Ængussio, ita ut tutius sit ea anonymo scholiastæ tribuere.*

h *Saltus de Boireann, nunc* Burren, *situm designavimus annotato* d. *Quod hic in Connacia positus dicitur, hæc animadvertit Colganus* : Ab annis jam multis hic saltus et regio Tuaomoniæ *seu Thomond*, in qua est, spectat ad jus Momoniæ; sed olim tota illa regio inter Connaciæ regiones numerabatur, juxta nostros communiter antiquarios.

i *Colmanus, cognomento Aidhne, est (ni fallor) filius Cobhthach, filii Goibhenn, filii Conall, filii Eoghan Aidhne, filii Eochaidh Breac* (4), *frater Conalli, proavi* S. Colmani mac Duach. *Abavus enim Eoghan et filius Guaire similiter cognomentum* Aidhne *habue-*

C *runt. Eoghan accepit hoc cognomen, quoniam in regione Aidhne educatus fuit; cujus regionis iidem fuerunt fines qui diœcesis Killmacduacensis* (5), *inferius indicandi. De Colmano, Guarii patre, in antiquo poemate hibernico hæc leguntur* (6) :

Quatuor reges provinciæ Connaciæ
Habitarunt in magna Aidhne, tellure sancto-
[rum,
Muircheartach, vir perfectæ naturæ,
Laighnen, Guaire et Colman Caomh.

Colmani hujus tempora nondum innotuerunt, nisi quod ante filium Guarium regnavit, hoc est initio sæculi VII, *anno* 622 *in pugna de Cenngubha occisus manu Raghallach, filii Uadach* (7).

(1) O'Donovan, The genealogies etc. pag. 315. — (2) Idem, Miscellany of the celtic society, pag. 525. — (3) Todd et Reeves, Martyrologium Dungallense, pag. XIV. — (4) Cfr O'Donovan, The genealogies etc. pag. 315. — (5) Ibid. pag. 52 et 55. — (6) Ibid. pag. 95. — (7) Hennessy, Chronicum Scotorum, auctore Gillachrist Ua Maeileoin, pag. 77.

D

CAPUT SECUNDUM.

Ferculorum in die Paschatis mirabilis a mensa Guarii ad mensam S. Colmani translatio. Fundatio episcopatus Kilmacduacensis pro gente Fiachriorum meridionalium.

In festo Paschatis ferculæ mensæ Guarii regis prodigiose deferuntur ad mensam S. Colmani; *ut narratur in Ængussio aucto, a*

Sanctus autem Colmanus, Quadragesima peracta, in ipsius dominicæ resurrectionis læta solemnitate, post divinum persolutum officium, ad discipulum ex spiritualis gaudii abundantia ait : « Hodie paschalis est magna solemnitas ; nempe ego archennachus *a*, presbyter et episcopus; tu, penes quem tota rerum dispositio, debes esse liberalis in magna hac Jesu Christi, Fili Dei vivi, solemnitate. » Cui respondit discipulus : « Res bene erunt, pater; sed divina prius perage mysteria; quæ cum perfeceris ad refectorium pergito; ibi bona est provisio, quæ divinorum ministris et amicis occultari non potest, avicula scilicet, quam in sylva laqueis cepi, et cum sylvestribus herbis paro, vestræ paternitati in tanto festo proponendam. » Subinde, post divinum officium et sacrosanctum Missæ sacrificium celebratum, ad refectorium pergunt ; et parata illa portio coram servis Christi, in Domino spiritualiter lætantibus, apponitur. Dum hæc in eremo fiunt, paratur et adfertur prandium ad mensam Guarii regis in palatio Durlussensi ; et inter alia, uberioris recreationis causa, aper et cervus super ingentes lances, quas, duobus magnis vectibus per quatuor earum ansas trajectis, ministri advexerunt, apportantur. Rex autem pius, dum advectos cibos conspiceret : « Utinam, inquit, si Christo placeret, ista refectio apud aliquos esset magis indigentes Christi servos, cum nobis similia non deficiant! » Et cum hæc dixisset, extemplo res mira contigit. Nam lances istæ, mox per aera avectæ, omnium conspectui sensim subtrahun- F
tur. Rex autem Guarius, rei novitate attonitus, curat equos illico adduci ; et quo ea cibaria ferri videbantur, insequitur : illa vero angelorum ministerio per aera devehuntur trans campum Aidne usque ad refectorium, in quo S. Colmanus cum suo discipulo versabatur. Quibus visis, ait discipulus : « Ecce, pater sancte, patientiæ et longanimitatis tuæ præmium ! De provisione, a Dei bonitate clementer missa, hilaris comede. » Sed renuit vir sanctus attingere, donec unde perlata erat posset rescire. Quare, lances illas cum admiratione fixe contuens, ait : « O lances, quis trans Luaniam (quod sylvæ circumfusæ nomen erat) vos advexit? » Cui angelica vox respondit : « Vestra oratio et pia Guarii liberalitas. » Dum sic in laudes effusi Colmanus ejusque discipulus hærerent, rex Guarius cum sua aula supervenit, et ad viros Dei ait : « Deprehensi estis. » Cui Colmanus : « Ita, inquit, Deo pla- E
cuit.

A cuit. " Cumque rex quæreret quamdiu in ea solitudine egissent, responderunt septem annis et quadraginta diebus ibidem se perstitisse. " Tempus est, inquit Guarius, ut de prandio Dei gratia misso comedatis. " Sanctus vir interrogat quis ille sit, qui ista jubeat? Respondit rex se Guarium esse, a quo et cibi illi venissent, et qui humiliter rogaret ut servi Dei iisdem reficerentur; insuper offerens spiritualem vitæ suæ curam S. Colmano, et corpus post mortem in ejus ecclesia sepeliendum. Vir sanctus, gratissimam habens eximiam istam regis pietatem: " Tua, ait, devotio mercedem a Deo recipiet. " Statuit tunc piissimus rex viro Dei ecclesiam inibi extruere; quare mane sequentis diei misit ad eum sexaginta vaccas effœtas cum servis et ancillis ad fabricæ opus perficiendum. Postridie igitur ejus diei ecclesia cathedralis de Kill-mhic-Duach cœpta est ædificari; cui exinde procerum regionis Aidhne et stirpis Guarinæ sepultura consecrata est.

et aliquanto aliter

7 Hæc pæne ad verbum ex citato Menologio : quæ tamen paulo aliter in fragmento Vitæ hujus sancti, quod ex codice ms. Dungallensi ad
B meas manus venit, referuntur. " Multa, inquit " fragmentum, mirabilia præstitit Deus per ser- " vum suum humillimum et fidelissimum S. Mac- " duach : cujus cor, uti vivo divini amoris " ardebat incendio, ita rerum a cælestibus " distrahentium tædio odioque afficiebatur con- " tinuo. Unde ne videndis audiendisque mundi " vanitatibus a rerum cælestium contemplatione " Dominique fideliori servitio distraheretur, sta- " tuit locum ab omni humano consortio mundi- " que strepitu remotum petere. Accessit ergo ad " quamdam vastam densissimamque Connaciæ " sylvam; in qua haud procul a monte aspero " saxosoque oratorium cellamque exstruxit ere- " miticam; ibique in cælestis plane vitæ conti- " nuis exercitationibus integrum transegit sep- " tennium; et neminem interea hominum ad " suum consortium vel colloquia admittebat " præter unicum juvenem; cujus cum in divi- " nis mysteriis celebrandis, tum in sylvestribus " oleribus herbisque, quibus tantum vescebatur, " præparandis ministerio utebatur.

in fragmento Vitæ

8 " Septennio autem (ut diximus) in istis au- " steritatibus peracto, divina bonitas, quæ ser- " vorum Christi servitia mira recompensatione " etiam in terris semper remunerat, ingenti " prodigio ostendit quam grata ei fuerant tam " ardua viri Dei cælestium virtutum exercitia. " Transacta enim in prædictis exercitationibus " sancta Quadragesima, in ipsa resurrectionis " dominicæ solemnitate, divinis laudibus et " sacrosanctis mysteriis jam peractis, vir Dei " petiit ab inserviente juvene, quid ad manus " haberet, quo in honorem tanti festi possent se " reficere et festive in Domino recreare. Ille " autem nihil habens quod apponeret, præter " consueta olera et unam aviculam, cœpit tam " arctæ vitæ, quæ nec in magnis festis corpo- " ralem recreationem admittebat, molestias im- " patienter ferre et viro Dei murmurando obji- " cere, quod aliter in aula regis Guarii, cui ante " forte inserviverat, in tanto festo recrearetur. " Vir autem Dei videns patientiam juvenis tanto " rigore et inedia pæne superatam, in cælum " suspirans, ait: " Et potens est Dominus cæli " et terræ, cui nos inservivimus, tam lautis fer- " culis ac reges terreni servos suos reficere; " quin et eisdem, quæ aulicis et proceribus " Guarii hodie parantur, nos (si vellet) recreare, " et tuam infirmitatem firmare. " Dum hæc vir " Dei diceret, cibaria mensæ regiæ in palatio " Durlussensi apponebantur. Quibus visis, fer- " tur rex pius, divino proculdubio instinctu, " dixisse : " O utinam illa fercula essent apud " servum Dei Colmanum, in solitudine agentem, " qui post longa jejunia et corporis afflictiones " melius quam nos promeruit a Domino omnium " datore refici! " Res mira omnes scutellæ et " cibi, qui erant in mensa regis, mox omnium " conspectui subtrahuntur, et inter sanctum " Colmanum et ejus socium divinitus in ictu " oculi sistuntur.

COLLECTORE COLGANO.

S. Colmani

9 " Rem hanc mirabilem et pæne incredibi- " lem aliud confirmavit, et in hunc usque diem " confirmare dicitur miraculum. Rex enim et " proceres præfati, miraculi novitate perculsi, " statuunt experimento ediscere an provisio illa " (uti suspicabantur) ad virum Dei delata sit. " Quare tota aula dirigit extemplo gressus ver- " sus eremum, hi in curribus, illi in equis, alii " alios præpete pedum cursu prævenire conten- " dentes : feminæ, pueri et tota patria turmatim " regem et aulam sequuntur. Dum hæc fiunt, E " vir Dei, conspecta tanta divinæ bonitatis digna- " tione, in Domini laudes se effundit; prædicat " et extollit ejus, cui servire regnare est, in suos " fideles servos miram indulgentiam; et quanta " præmia maneant actus servorum Christi in cæ- " lis, a quo talibus dignationibus præveniuntur " et præmiantur in terris. Mandat subinde socio " ut e cibis, quos divina providentia misit, depo- " sita diffidentia et animi imbecillitate, come- " dat. Quod cum ille annueret facere, videt e " regione in monte vicino accurrentes undique " tot equitum peditumque turmas et subsequen- " tem promiscui populi copiosam multitudinem; " eoque aspectu hæret anxius et turbatus, me- " tuens sibi et sancto patri vim inferendam. Quod " videns servus Christi, in Domino suo confidens, " in virtute Dei mandat, ne propinquius accedant, " aut pedem loco moveant, donec suus discipulus " ex propositis cibis necessitati satisfaciat natu- " ræ, probetque non phantasticos, sed veros esse, " quos Dei benignitas providit; qui non ex indi- " gentia aliqua, sed ex recondito sapientiæ suæ " consilio, vult servos habere egenos et fameli- " cos, eorum famem et inopiam copiosis æternæ " gloriæ et cælestis regni deliciis pariter ac di- F " vitiis recompensaturus. Res stupenda; hærent " equites, hærent pedites, canes et equi sistun- " tur; nec ante, nec retro gressum movere po- " tuerunt, donec pii regis Guarii intercessio apud " Dei famulum promeruerat omnes postea libe- " ros dimitti. In tanti portenti perpetuam me- " moriam et confirmationem exstare dicuntur " usque in hunc diem in diversis istius saxosi " montis partibus expressa formataque vestigia, " quæ hominum canumque plantæ, et ferreæ " equorum soleæ saxis impressa ad contuentium " admirationem reliquerunt; et ipsa insuper via, " a mirabili hoc eventu nomen sortita BOTHAR " LEANTA NA MIAS, id est, via investigandarum " scutellarum, vulgo ad hæc usque tempora ap- " pellatur. "

et ab historico Gaufrido Keating.

10 Hæc ex citato fragmento quoad sensum fideliter desumpta : quæ et eodem pæne modo tradit Ketinus in supra citata regum Hiberniæ historia, nisi quod sileat, quæ de vestigiis equorum ac canum saxis impressis hic referuntur; et addat quod S. Macduach, quem perperam ipse

COLLECTORE COLGANO.

ipse vocat Mochua, fuerit regis Guarii frater; quod neque cum reliquis patriæ historiis consistere potest; nisi, phrasi usus vulgari, per fratrem intelligat cognatum. Ex fragmento autem citato sequentia insuper de viro Dei accipe.

Recusatis superfluis, acceptat S. Colmanus *locum pro ecclesia Kilmacduacensi, cingulo suo designatum:*

11 « Cum pius et benignus rex Guarius videret tanta a viro sancto, sibi et sanguine et amicitia conjunctissimo, patrari miracula, amplissima ei obtulit munera, et quæcumque vellet prædia, in pios usus convertenda. Sed, mundi contemptor eximius, nulla ex liberaliter oblatis acceptare voluit, præter locum extruendo asceterio idoneum; quem et tunc noluit designare, donec scilicet prius Dominum consuleret, ab eoque ediscere, ubi vellet a servo pedem figi, vel oratorium ad divini nominis laudem et honorem exstrui. Postea autem divinitus monetur de cella eo loci extruenda, quo primum ejus zona seu cingulum in terram caderet. Cum vero quadam vice per sylvam deambularet, cingulum cecidit in loco quodam, ibique cellam exstruxit, quæ ex ejus nomine Kill-mic-Duach vulgo appellata est, quæque postea a rege Guario ejusque succes-
B soribus multis prædiis dotata, in sedem episcopalem, quæ hodie per syncopen Duacensis latine nuncupatur, erecta est *b*.

b

quod cingulum circumdat castos, utcumque corpulentos, et non capit impudicos, quamvis graciles.

c

12 « Illud autem viri Dei cingulum, cujus jam fecimus mentionem, in honorem sacri quod succinxerat corporis, in summo postea pretio habitum, auro gemmisque celatum, in hunc usque diem apud illustrem et perantiquæ nobilitatis familiam de Oseachnasaigh *c*, quæ ex prædicti Guarii regis semine descendit, velut sacrum patrimonium et avitæ virtutis symbolum, in summa veneratione asservatur. De quo inter multa, quæ mirifica et vere singulari Dei clementia per illud exhibentur curationum genera, illud insigne et continuo memorabile occurrit, quod frequens experientia comprobavit. Quilibet enim, quantumcumque corpulentus aut obesus, qui virginitatem servavit illibatam, potest illo se præcingere et circumcludere; qui vero virginitatem in aliquo violarit, quantumcumque sit vel tener ætate, vel gracilis, aut strigosus corpore, numquam illud sibi obducere, vel in eo se concludere poterit; ita scilicet ut castissimo-
C rum lumborum beati viri sacrum cinctorium dedignetur alios, quam illæsi pudoris florem redolentes, intra se admittere. » Huc usque citatum fragmentum.

ANNOTATA.

a *Quale officium fuerit* archenachi, *(qui et* Erenach, Herenach, *correctius* Airchinneach *dicitur,) non levis inter antiquarios Hibernos disputatio est. Videntur* (1) *nunc Colgano* (2) *consentire hoc vocabulo* designari personam quamdam in aliqua potestate vel præfectura supra omnes alios, qui certos quosdam agros et prædia, ad ecclesias olim (ut videtur) spectantia, possidebant, constitutam et quasi principatum inter tales tenentem; subjectam tamen episcopo modo subsimili quo comhorbanus, cum hoc inter alia discrimine, quod comhorbani non dicebantur, nisi qui præerant districtui, spectanti olim ad monasterium aliquod celebre vel D vetustum, vel saltem sedem episcopalem; archennachi vero vocabantur quicumque principatum inter alios modo dicto tenebant in agris et prædiis cujuscumque ecclesiæ, sive fuerit monasterium, sive non; et a tempore immemorabili erant meri laici, quin et dubitatur an ab initio ipsorum dignitas vel facultas annexa fuerit statui clericali vel monastico. *Verumtamen episcopi etiam reperiuntur et abbates qui archennachi fuerint. Quod officii genus, alio nomine, alibi quoque partim exstitit. Eo enim accedunt* vicarii in temporalibus, senescalchi, vicedomini, *etc.; quibus pars administrationis temporalis ab episcopis arbitrio aut lege hæreditaria commissa erat. Profecto* S. Colmanus, *quippe qui cum solo discipulo in solitudine viveret, non erat archennachus; sed ludit et jocatur beatus vir, quod, quum superior esset, omnia quasi munia possideret, sibique propterea triplici titulo secundum gentis consuetudinem in Paschate lautum parandum esse convivium. Omittit plane Lanigan* (3) *prodigiosum hoc convivium, quod verisimiliter in hoc fuit positum quod rex* E *Guarius, audito* S. Colmani *voto, jusserit pro sua liberalitate prandium in ejus solitudinem deferri eaque occasione ipse eum adiverit et ad res ecclesiasticas suæ gentis capessendas gubernandasque impulerit.*

b *Ex Vita ms. hibernica, quam Dublinii conservatam esse dixi, pauca quædam excerpsit Joannes O'Donovan* (4), *quibus manifestum sit tum initium datum fuisse diœcesi Kilmacduacensi. Accipe illa verba, latine versa:* Fundata itaque est in hoc loco Kill-mic-Duach, ita ut omnis Aidhne regio et gens Guarii, filii Colmani, in perpetuum ad eum (S. Colmanum mac Duach) pertineant. *Quæ episcopalis sedis fundatio plane diversa est a similibus per reliquum patriarchatum Romanum et per Orientem institutionibus. Quæ res ut congruenter explicaretur, necesse foret integrum conscribere commentarium: quod spatium hoc loco non datur. Brevibus itaque hoc negotium expediemus. Imprimis certum est ministerium ecclesiasticum non esse legitimum nisi fiat ab his qui legitime mittantur; deinde potestatem, quæ per ordines sacros* F *conferatur, radicaliter esse universalem, sed ejus usum ecclesiæ regi legibus; tertio has leges non semper esse easdem, aliasque vigere in ecclesiis constitutis, alias impositas esse episcopis regionariis seu missionariis, qui proficiscantur ad gentes quæ adhuc deforis sint; quarto jurisdictionem, quæ potestatem ordinis non semper sequatur, aliam esse personalem, aliam localem, aliam demum mixtam; et quinto tandem multa pendere ab initiis, a consuetudine et a moribus. Contendunt itaque a S. Patricio constitutas non fuisse diœceses, sed innumeros consecratos fuisse episcopos regionarios, quibus neque certus populus, neque certa sedes assignata esset; (quos ego propterea vocavi episcopos sine titulo seu non incardinatos, quemadmodum et nos plerique presbyteri regulares titulo aut beneficio caremus;) atque hos parti-*

(1) King, Memoir introd. to the early hist. of the primacy of Armagh, pag. 18 et 19; Todd, S. Patrick, apostel of Ireland, pag. 161 et seqq.; Hennessy, Chronicum Scotorum, pag. 331. — (2) Trias thaumaturga, pag. 631. — (3) Eccles. hist. of Ireland, tom. II, pag. 242 et seqq. — (4) The book of rights, pag. 108 et 109.

cipasse

A *cipasse jurisdictionem eorum, qui eis manus imposuissent. Ut autem ab his ordo non omnino abesset, præter populi in gentes tribusque distributionem, tria maximam videntur habuisse vim et robur. Primum est quod tum adhuc plurimum vigebat spiritualis paternitas atque ei connexa filiatio, qua scilicet ii qui alios spiritualiter genuerant, v. g. baptismi collatione, ordinationibus sacris et institutione monastica, in* FILIOS SUOS *maximam usque ad finem vitæ conservabant auctoritatem; cujus rei nondum omne in Oriente deletum est vestigium. Secundum est quod, quum S. Patricius in rebus ecclesiasticis eruditus fuerit in Galliis, ubi tum omnes clerici secundum statuta Vercellensia, a S. Martino, episcopo Turonensi, citra Montes traducta, ordini monastico accensiti erant, hanc ipse institutionem in Hiberniam quoque intulit; atque ex hac institutione, licet stabilitatis lex tum nondum monachos certo cœtui adstringeret, obedientiæ tamen et subjectionis necessitas quædam consequebatur, adeoque abbates complures quasi exarchi ecclesiastici*
B *erant. Tertium momentum in hoc erat positum ut,* quod excommunicatum esset ab una ecclesia omnes excommunicarent. *Sed in Hibernia nihil alienum erat a lege gentili seu a tribuum aut progenierum* (the clanns) *compositione: quemadmodum enim alibi erant municipia, civitates et provinciæ, præfecti civiles, judices et duces militares, illic omnia consistebant in progenie* (the clann) : *cui hoc erat proprium ut vir quidam insignis, jam pridem defunctus, nomen communicaret posteris atque in hos per hæredem, partim ætate, partim arbitrio designatum, auctoritatem suam exercere censeretur; singuli vero sui quisque patris, avi, proavi, abavi, etc., locum occuparent, ut tota gens quasi una domus esset, in qua potestatis patriarchalis hæres dominaretur. Parum itaque aut nihil intelligebant Hiberni, eorumque cognati Britones, Wallenses et Scoti de jurisdictione, territorii finibus circumscripta; jurisdictio seu auctoritas personalis aut gentilis, quam patriarchalem dixeris, hæc una erat eis nota, probe intelli-*
C *gentibus patrem filiorum, avum nepotum et sic deinceps esse dominum, atque hanc dominationem, generatione ortam, intra consanguineos consistere, sed plane non capientibus quare quis alteri obnoxius fiat, quia pedem aut sedem in ejus terras intulerit. Quæ civilis institutio ad ecclesiam quoque traducta est; ita ut in pluribus gentibus seu tribubus* progenies *esset* ecclesiastica *et* progenies sæcularis. *Sed, quum utraque in eadem esset gente et utriusque imperium eadem fere via transmitteretur, sæpe fieri debuit et factum est ut spiritualis auctoritas in laicorum manibus esset. Deinde, quod aliam nullam gentis compositionem quam tribuariam, aliamque nullam jurisdictionem quam personalem cognoscerent, inde quoque profectum est ut in Galliis, Belgio et Germania* episcopi Scoti, *plerumque insignes pietate viri, tot tantasque querelas de turbata episcoporum auctoritate excitaverint; inde quoque secuta sunt dissi-* D *dia, quæ in occidentalibus Galliarum partibus moverunt episcopi Armoricani, archiepiscopi Turonensis auctoritatem abjicientes et, episcoporum diœcesanorum potestate neglecta, gentilem seu tribuariam aut (si præplacet) personalem jurisdictionem substituentes territoritali, quæ ante eorum adventum ibi in usu erat. Sed quamquam omnia in progenie essent posita, singulæ tamen progenies certas occupabant terras: tanto stabilius quanto rarius filii desererent paternum prædium, nepotesque avitum. Quo fiebat ut natura rerum, sive quum nova progenies sæcularis incoharetur, sive quum progenies ecclesiastica aut monastica institueretur, capita utriusque progeniei dominarentur in territorio, ab ipsa gente occupato; unde quasi diœcesis nascebatur. Atque hinc intelligi possunt verba, quæ supra ex Vita hibernica* S. Colmani *adduximus:* Fundata itaque est in hoc loco Kill-mic-Duach, ita ut omnis Aidhne regio et gens Guarii, filii Colmani, in perpetuum ad eum (S. Colmanum) pertineant;
E *id est, fundato templo Kill-mac-Duach cum aliis necessariis ædibus, sedes constituta est capitis novæ progeniei ecclesiasticæ: quæ progenies iisdem constet hominibus (nempe Fiacriis meridionalibus) easdemque terras occupet ac progenies sæcularis, cujus caput est Guarius; ita ut* S. Colmanus *per suos hæredes perpetuo dominetur in progenie ecclesiastica, quemadmodum Guarius per suos hæredes in progenie sæculari Fiacriorum meridionalium. Neque hoc singulare exemplum est: diœceses Enach Duin seu Annadown, Cill-Finnabrach seu Kilfenora, Ossoriensis et Corca-Laidhe ex gentibus seu progeniebus quoque ortæ sunt earumque fininibus circumscriptæ. Plus mirabilitatis hæc non habent quam ecclesiæ in tentoriis et curribus apud populos scenitas et nomades in Oriente. Aidhne itaque regio quasi diœcesis facta est* S. Colmani : *sed hæc perquam exigua erat, complexa dumtaxat hectara* 52,500; *ita ut, si universa Hibernia in tantillas diœceses divisa sit, centum sint et sexaginta* (160) (1). *Secundum protestantes, qui proculdubio pristinam servarunt divisionem, hæ* F *illi adscribuntur parœciæ:* ARDRAHAN, BEAGH, *Bullane, Dromacoo, Duras, Iserkelly,* KILLBEACONTY, KILLCHREEST, *Killcolgan, Killcooly, Killeeney, Killily, Killinane, Killinen, Killogellin,* KILLMACDUAGH, *Killora, Killthomas, Killunavarra,* KINVARRA, *Stratbally* (2). *Quæ ex his in catholicorum catalogo quoque scriptæ sunt characteribus romanis expressæ fuerunt; sed iis ex eodem catholicorum albo adde Ballinderreen, Craughwell, Killcornan, Kiltartan et Peterswell* (3). *In antiquis Provincialibus aliisque hujuscemodi libris designata reperitur hæc diœcesis sub archiepiscopo Tuamensi et dicta* Duacensis, Killmacduogh, Kilmacduach, Killmacough, Kilmacogh, Cell-mun-Duac, Kilmunduach, *atque etiam* Dua (4). *Propter exiguitatem conjunxerunt eam catholici cum diœcesi de Kilfenora, et*

(1) De his, quæ hactenus disputavimus, cfr Motta, de Metropolitico jure, edit II; Reeves, Eccles. antiq. of Down, Connor and Dromore, pag. 123 et seqq.; King, Primer of the eccl. hist. of Ireland, pag. 446 et 983; id. Memoir introd. to the early hist. of the primacy of Armagh *passim;* Todd, St. Patrick, apostle of Ireland, pag. 58 et seqq. — (2) Erck, Eccl. register of Ireland, pag. 239. — (3) Battersby, Catholic directory, 1851, pag. 383. — (4) King, Primer, pag. 995 et seqq.

A *protestantes cum diœcesi Clonfertensi. Sed jam sæculo XIV ineunte Malachias, archiepiscopus Tuamensis, eam cum duabus aliis sedi suæ unire auctoritate apostolica tentaverat* (1). *Ante sæculum* XIII *Warius* (2) *non reperit alios Kilmacduacenses episcopos ac* S. Colmanum, *de quo agimus, Indrecht, qui obiit anno* 814, *et Rugnad O'Ruadan, filium Cellaig, qui decessit anno* 1178. *Tradunt præterea quatuor Magistri* (3) anno 846 e vivis recessisse Colmanum, filium Donncothaigh, successorem [S.] Colmani, *(capitis progeniei ecclesiasticæ,)* de Cill-mic-Duach; anno 1093 (4) *alterum* successorem Colmani de Cill-mic-Duach, *id est, secundum Annales Ultonienses* (5) Ailill O'Niallan, coarbum *seu successorem capitis progeniei ecclesiasticæ* Kiaran, et Cronan, et Mac Duach. *Sæculo* XIII *alios quoque omittit Warius, v. g.* O'Kelly, episcopum Hy Fiachrach *meridionalium, anno* 1213 *mortuum*; Mulmurry O'Conmaic, episcopum Hy Fiachrach et Kinel Aodha, *vita functum anno* 1224; *verum episcoporum elenchum conficere nolumus, sed hoc unum ostendere indicia superesse quibus*

B *appareat* S Colmanum *in progenie sua ecclesiastica successores habuisse, donec ditio ejus ordinariæ diœcesis formam induerit. Abbates quoque illic fuerunt; nam ad annum* 967 Donnchadh, filius Cothlan, abbas de Cill-mic-Duach, obiisse *apud quatuor magistros* (6) *legitur. Sæculo* XIV *aut* XV *refectum est templum; verumtamen partes exsistunt etiamnum templi, quod pro* S. Colmano *rex Guarius exstruendum curavit, opera usus celeberrimi architectonis Goban Saer* (7) : *portæ, magnis lapidibus inæqualibus compositæ, imaginem dedit Georgius Petrie* (8). *Præcipuis templis adjectas olim fuisse in Hibernia turres rotundas, quis ignorat? Hoc quoque decus, (quod ego adhibitum fuisse arbitror ut in parte superiori noctu accenderetur lumen in honorem mortuorum et simul in indicium viatorum,) progeniei præcipuo templo addidit Guarius, denuo (ut tradunt) opera Gobani Saer usus; quæ turris, valde insignis, adhuc superest* (9). *Septem exsistunt insuper ibidem templa, nondum diruta, quamquam tecto nudata* (10) :

C *qui numerus Andennæ quoque et Hohenburgi observatus fuit, impulsu forte Hibernorum; sed et Romæ adhucdum septem basilicarum visitatio perficitur. Illic autem etiam hodie cernitur fons, in honorem* S. Colmani *benedictus, signatus in mappis topographicis* (11) *nomine* Tobarmacduach. *Aliæ alibi ædes ab ipso* S. Colmano *extructæ dicuntur; de quibus infra.*

c *Shaughnessy, qui nomen suum progeniei communicavit* filius *erat* Donnchadh, filii Cumaighne, filii Feargal, filii Maolciarain, filii Caisin, filii Murgal, filii Maoltuile, filii Simil, filii Nobile, filii Cana, filii Nadseudna, filii Garbhan, filii Sogan, filii Branan, filii Bran, filii Murchdach, filii Oadh, [filii Artghal, filii Guaire Aidhne, filii Colmani,] filii Cobhthah (12). *Dixit singulari cura de hac progenie Joannes O'Donovan, arbitratus nomina, uncinis conclusa, inserta fuisse a recentioribus, quo gens illa videretur regem Guarium inter suos patres habuisse* (13); *verum numquam hanc gentem dominatam esse in Aidhne, sed tantum ad ortum brumalem, in Cinel Aodha, nunc* Kinelea (14). *Superiori sæculo summa ejus laus;* cujus *quippe, ut loquitur Joannes de Burgo* (15), nobilitatem, antiquitatem et integritatem qui non novit Hiberniam non novit. *Non tantum cingulum, sed et baculum pastoralem* S. Colmani *a Shagnussiana gente servatum fuisse tradit O'Donovan* (16); *non bene, quippe qui testimonio Colgani nitatur, nihil hujusmodi docentis.*

D

(1) King, Primer, pag. 1180 et seq. — (2) The archbishops and bishops of Ireland, tom. I, pag. 647, edit. Harris. — (3) Ad an. 846, edit. O'Donovan, pag. 475. — (4) Ad an. 1093, ibid. pag. 945. — (5) Ibid. pag. 944, not. *i* et *l*. — (6) Ibid. ad an. 967, pag. 691. — (7) Eccles. archit. of Ireland, pag. 176, 385 et 405. — (8) Ibid. pag. 176. — (9) Ibid. pag. 385 et 405. — (10) Cfr Kelly, Martyrology of Tallagh, pag. 137. — (11) Ordnance survey, sheet 124. — (12) O'Donovan, The genealogies etc. pag. 37 et 39. — (13) Ibid. pag. 38, not. *w*. — (14) Ibid. pag. 372 et seqq. — (15) Hibernia Dominicana, pag. 505. — (16) Ibid. pag. 374.

CAPUT TERTIUM.

Mors S. Colmani. Sanctitas arboris, ecclesiæ Killmacduacensis et festi S. Colmani. Miracula.

Arbor S. Colmani,

Porro, ædificata per Christi famulum ecclesia eo dignitatis ac celebritatis excrevit, ut commune, tutissimumque patriæ asylum haberetur et esset *a*; cujus immunitatem nemo ambigeret a divina majestate per servi sui merita sic protegi, ut vel facinorose tentatam mirabiliter defenderet, vel sacrilege violatam præsenti punitione vindicaret. Auxit etiam loci reverentiam plantata a sancto viro, haud procul ab ipsa ecclesia, quædam arbor, quam vulgo Cuaille Micduach, id est palus Macduachi, appellant; cujus exsectum ramale vel segmentum aliquod qui conjecta in sanctum fiducia devote gestat, aut penes se habet, præsentissima quæque mortis discrimina mirabiliter evadit; ut continua traditio habet.

E

a

qui tempore Guarii obiit,

14 Denique licet certum sit quod hic sanctus vir floruerit tempore Guarii regis, qui juxta nostros passim historicos floruit circa annum 630, incertum tamen quo anno decesserit *b*.

b

et ecclesia Killmacduacensis, ut ex certis testimoniis constat, miraculis inclaruerunt.

15 Ut autem hæc aliaque, quæ supra de ecclesia Killmicduachensi et arbore, manibus sancti viri plantata, retulimus, lectori magis innotescant, et fidem facilius habeant, placuit hic subjicere luculentissima veritatis eorum argumenta; quæ diebus nuperis, quibus sanctorum cultus, et christianæ justitiæ zelus inter Hibernos præter morem intepuerat, contigere; prout ea a viris nobilibus et spectatæ fidei, jurejurando ad veritatem edicendam adstrictis, eorumdem chirographis subsignata accepimus.

Fures non possunt furari vaccas in cœmeterio;

16 Duo non ita pridem abjectæ conscientiæ viri, seu avaritiæ vitio, seu male faventis fortunæ tædio superati, ad ecclesiam de Killmicduach noctu contenderunt, rati se aliqua proximorum bona, ibi fortasse deposita, impune surrepturos. Eadem illa nocte quidam inquilinorum egit armenta sua intra cœmeterium præfatæ ecclesiæ, ut, quæ aliter ipse vix poterat, loci sanctitas et sancti tutelaris merita a nocturnis prædonibus tutarentur. Nec fefellit eum spes sua; nam prædicti fures cum eo tandem pervenissent, et præsentem opportunamque præ-

dam,

A dam, quam nemo custodiebat, intuiti, cœmeterium, ut armentum ex toto vel ex parte abigerent, secumque abducerent, intravissent; divina virtute ita sensibus illorum est impositum, ut quamdiu ipsi intra sepulcreti septa hærerent, boves extra; quamdiu autem et quoties extra ipsi consisterent, boves intra apparerent. Quo miraculo salubriter elusi tandemque fatigati, moliri desierunt, quæ exsequi non poterant.

reus, ter suspensus, non potest occidi, nisi prius ex ore ejecto fragmento arboris S. Colmani;

17 Sed mirabilius est quod in Tuamonia paucis ab hinc retro annis contigit; ibi enim vir quidam, nescio cujus criminis apud judicem accusatus, ac demum morti adjudicatus, paulo antequam patibulum ascenderet, segmentum aliquod quod ex memorata arbore, a S. Colmano plantata, penes se habuit, ori ingessit, sperans [se], eo munitum præsidio, mortem evasurum. Mox in crucem actus per ministros justitiæ, cum tanto tempore, quanto cæteri communiter, e patibulo pependisset, tanquam plane mortuus deponitur. Digressis postea e supplicii loco exsecutoribus justitiæ cæteraque quæ convenerat multitudine, qui defunctus credebatur oculos furtive deducit, circumstantes amicos aspicit, affatur et interro-
B gat, num qui quærebant animam ipsius abivissent. Verum aderat inter amicos quispiam minime amicus; qui, id advertens, abeuntem judicem insequitur et consequitur, serioque monet reum adhuc vivere. Reversus ille, et, re (ut erat) comperta, hominem, secundo in crucem adactum, secundo etiam vivum invenit. Pergit adhuc, iterato miraculo nihilo clementior effectus, indiscreto justitiæ zelo miserum persequi; et tertio suspensum, cum strangulari aliter non posset, perlustrari imperat, repertamque in ejus ore præfati ligni particulam extrahi mandat; eaque extracta, miser ille, cæterorum instar suspendio facile enectus, interiit. Vixit autem memoratus præfectus anno 1629, et adhuc fortasse vivit; cujus nomen tametsi proferre possimus, ex industria subticemus.

caro, in pervigilio festi S. Colmani *errore mensæ apposita, fit sanguinolenta;*

18 Nuperum est illud quoque miraculum, quo sanctus hic Colmanus quendam clientem sui cultus et observantiæ admonuit. Is erat vir nobilis de familia Oseachnassaigh, Gulielmus nomine, comiti Killdariensi ob singularem in re militari peritiam familiaris et carus; qui cum ad ejusdem comitis mensam in aliorum corona nobilium die quodam accubuisset, cœptaque esset hinc inde comestio, ex apposito carnium missu bolum præscidit, sed sanguinem elicuit; totumque, quod exsectum erat, cruentum apparuit. Qua re permotus, tam diu comedendo abstinuit, donec, ab ipso comite animadversus, interrogatus erat quamobrem abstineret. Cumque præ verecundia, aut ne quemquam offenderet, rem dissimulando, aliam prætexeret causam, viciniores, qui veram causam adverterant, comiti significarunt. Ad hæc comes monet appositum sibi ferculum illi admoveri. Quod cum factum esset, et ex illo Gulielmus quidpiam exsecuisset, confestim, videns cruore madere, manum retraxit. Itaque adhuc abstinenti cum jussisset comes ex gustatis probatisque a se carnibus apponi, ne in iis quidem ille quidpiam nisi cruentum offendit. Quare omnes, qui aderant, rei eventum admirari, et imprimis ipse nobilis; qui, causam altius examinans, palam interrogat, quotus ille esset dies mensis, cumque intellexisset eum esse, in quem S. Colmani profestum incidit, continuo subjunxit, agnoscere se sancti tutelaris suavem correptionem; et propriam, quæ miraculo occasionem præbuit, negligentiam voluntario ejus diei jejunio correcturum. COLLECTORE COLGANO.

19 Cognatum est huic miraculo sequens, quod nuperrime etiam contigit. In horreo domini Osechnasaigh, operarii grana triturabant in vigilia S. Colmani; quibus cum pro eis, diœcesis religiosa præscriptaque consuetudine, sub refectionis hora, quadragesimales cibi solum essent appositi, inordinata incessit libido lacticiniis saltem vescendi; eaque demum superati, affirmant nisi ejusmodi apponantur nihil se comesturos. Ejus illorum insolentiæ admonita uxor præfati domini, Elisabetha Linse, jussit miseris, quæ poscebant, adferri. Confestim ergo allata sunt lacticinia, et lac ipsum, jam non lactis, sed sanguinis speciem præferens, appositum. Tritores autem, videntes cruorem sibi pro desiderato lacte suffectum, in ancillam omnesque alios ejus facti authores furiose invehuntur, rati scilicet se vel ludibrio habitos, vel E impietatis redargutos. Mox rei series ad præfatam dominam delata, an ita esset sedula explorat, jubetque vas ipsum, unde haustum fuerat, quod operariis erat præsentatum, pervideri probarique an reliquum, in eo remanens, lac esset, an cruor. Factaque inquisitione, cum merum lac repertum esset in vase, mandat cætera illa, quæ prodigiosum illum cruorem continebant, in illud refundi. Quod et factum fuit; posteraque die re explorata, ne sanguinis vestigium quidem, sed purum in vase lac repertum est, omnibus palam profitentibus miraculum fuisse quod contigit, quo sanctus patronus in devotos clientes ad sui observantiam traducere, devotos in eadem continere satagebat. *in eodem pervigilio lac mutatur in cruorem.*

ANNOTATA.

a *Auget religionem loci præsentia* S. Colmani *sepulcri, constructi magnis sectisque* F *saxis calcariis, decem pedes patentis in longitudinem et quinque in latitudinem. Sed nunc nonnisi rudera cernuntur* (1). *Superest præterea* S. Colmani *memoria in insula Arran maxima; (tres enim hujus nominis insulæ jacent in introitu sinus maritimi Galwediensis.) Illic nempe intra castellum cyclopicum in Kilmurvy consurgit integra ædes sacra, quæ a* S. Colmano mac Duach *constructa dicitur et cui nomen remansit* Teampull mor mhic Duach; *quod est* templum majus Macduachi; *portæ imaginem edidit Georgius Petrie* (2). *In eadem insula, eodemque loco Kilmurvy, altera exsistit prope illud templum ædes* (3), *nomine* Teampull beag mhic Duach; *quod est* templum minus Macduachi. *Muri sex pedes crassi, nullo cæmento, forma ovali, in latitudinem pedes extensi triginta, in longitudinem quinquaginta. Refectorium monasticum fuisse conjecit Petrie* (4). *Hæc si exstruenda non curavit* S. Colmanus, *non tamen ab ejus ætate longe distat eorum ædificatio, eumque certe patronum habent. Quocirca ad hæc loca, uti etiam ad Kill-mac-Duach fieri pergit pere-*

(1) Eccles. architecture of Ireland, pag. 435. — (2) Ibid. pag. 177. — (3) Ibid. pag. 351. — (4) Ibid. pag. 424.

grinantium

A *grinantium concursus; sed et alia esse in illis partibus loca, quæ* S. Colmanum mac Duach *patronum habent et a peregrinantibus frequentari solent, tradit Matthæus Kelly* (1).

b S. Colmani mac Duach *ætas definiri non potest nisi quod temporibus S. Columbani, in insula Hia intra annos* 563 *et* 597 *commorantis, Colmani Aidhne ejusque filii Guarii et S. Maidoci, episcopi Fernensis, vixit. Accipe locum ex Vita S. Maidoci* (2) : Quodam tempore beatissimus Mœdoc, volens adire civitatem Mumoniensium regalem, nomine Cassel,... venit ad eum angelus Domini, dicens ei : « Vult Dominus ut pergas ad aliam regionem. I ad provinciam Connactorum, quia Guarius Aidhne, rex Connactorum, gravissimis doloribus torquetur. In cella, quæ dicitur Keall-mic-Duach prope mortem jam torquetur : tibi vero Dominus concedit ut cures eum..... » Ad hanc vocem plana via per montes, et sylvas, et grunnas sine ullo impedimento usque ad monasterium, quod dicitur Keall-mic-Duach, (ubi erat rex Connachtorum Guarius Aidhne infirmus,) facta est. Et cum a sancto episcopo oratio facta esset

B pro eo, statim sanatus est ab omni infirmitate sua. Et ait vir sanctus regi : « Regnum tuum iterum tenebis triginta annis, et in fine vitæ tuæ tribus annis in dolore eris, et in illa infirmitate morieris, et regnum cælorum possidebis propter eleemosynam et largitatem tuam... Et benedicens regi, et facta oratione et firmitate inter se et sanctissimum virum, in cujus honore est illud monasterium primo et civitas constructum, vir beatissimus Mœdoc recessit. *Sed in his nonnulla difficilia. Quatuor Magistri* (3) *referunt S. Maidoci mortem ad annum* 624, *et Guarii Aidhne, secundum Annales Ultonienses* (4), *ad annum* 662 (5); *Annales vero Dungallenses ex Cluanensibus, Insulensibus et Senatensibus ad annum* 660 (6); *Colganus* (7) *ad annum* 642, *sed absque auctoritate; ita ut significetur Guarium triginta sex aut octo annos post S. Maidoci obitum superstitem fuisse. Quæ quum non conveniant cum S. Maidoci Vita, consignarunt hujus mortem Usserius* (8), *Lanigan* (9), *O'Breen* (10) *aliique ad annum* 632; *quem annum reperit Usserius in Annalibus Buellensibus* (Boyle), *verisimiliter iisdem ac Connacianis* (11), *adeoque præstat retinere. Posuit deinde Colganus* S. Colmanum mac Duach *synchronum fuisse S. Maidoco et propterea scripsit eum* floruisse *circa annum* 620; *bona conjectura, si* floruisse *(ut communiter fit) ad finem vitæ non referatur. Warræo* (12) *contra placuit dicere eum ad finem sæculi* VI *floruisse aut initio sequentis. Carewii* (13) *dicta tam parum inter se cohærent, ut a typothetis corrupta esse videantur. Lanigan* (14) *sic ordinat tempora : Circa annum* 604 *regnare incepit Guarius; Kil-mac-Duach fundatum est circa annum* 610; *mor-* E *tuus est Guarius circa annum* 642. *Sed quum a melioribus chronographis dicatur triginta octo annos [incompletos] regnasse, verisimilius est, ut traditur in Chronico Scotorum, vita functum esse anno* 659, *quum ad thronum accessisset anno* 622, *quo ejus pater occisus est; paulo post incohatum fuisse Kill-mac-Duach; S. Maidocum anno* 632 *ad Guarium et* S. Colmanum *venisse et aliquanto post ad cælum ivisse.*

D

(1) The Martyrology of Tallagt, pag. 137. — (2) Ap. Colganum, Acta SS. Hiberniæ, pag. 215. — (3) O'Donovan, The four Masters, tom. I, pag. 247. — (4) Ibid. pag. 272, not. *e*. — (5) Ibid. pag. 275. — (6) Ap. Colganum, Acta SS. Hib. pag. 247, not. 15. — (7) Ibid. pag. 219, not. 39. — (8) Ant. ecclesiast. pag. 500. — (9) Eccl. of Ireland, tom. II, pag. 339. — (10) The saints of Ireland, pag. 12. — (11) Cfr O'Curry, Lectures, pag. 105. — (12) Archbishops and bishops of Ireland, tom. I, pag. 647, edit. Harris. — (13) Eccl. hist. of Ireland, pag. 422. — (14) Eccl. hist. of Ireland, tom. II, pag. 344.

DE S. SIGEBERTO MARTYRE

REGE ANGLORUM ORIENTALIUM

C F

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Anglorum in Germania et Britannia positio. S. Sigeberti genus, exilium et conversio in Galliis. S. Felicis episcopi accessus ex Cantia. Gentis conversio. Vices sedis episcopalis. Regni fines.

ANNO DCXXXVII. *Anglorum in Germania et in Britannia positio.*

Quum circa medium sæculum V *per Saxones, qui invitatu Vortigerni in Britanniam iverant, per Saxoniam septentrionalem vicinasque regiones sparsa esset fama fertilitatis insulæ, discordiarum inter magnates, populi segnitiei, invasit omnes cupido tantas et tam bonas occupandi terras.* Advenerunt autem, *inquit Beda* (1), de tribus Germaniæ populis fortioribus, id est, Saxonibus, Anglis, Jutis. De Jutarum origine sunt Cantuarii et Victuarii *,... et ea quæ usque hodie in provincia Occidentalium Saxonum Jutarum natio nominatur, posita contra ipsam insulam Vectam. De Saxonibus, id est, ea regione, quæ nunc Antiquorum Saxonum cognominatur, *complectens Holsatiam, Dithmarsiam, Stormariam et Wagriam*, venere Orientales Saxones, Meridiani Saxones, Occidui Saxones. Porro Anglis, (hoc est de illa patria, quæ Angulus dicitur et ab eo tempore usque hodie manere desertus inter provincias Jutarum et Saxonum perhibetur,) Orientales Angli, Mediterranei Angli, Merci, tota Nordanhymbrorum progenies, id est, illarum gentium quæ

* Wight

(1) Hist. eccl. Angl. lib, I, cap. 15.

ad

A ad Boream Humbri fluminis inhabitant, cæterique Anglorum populi sunt orti. *Jacet autem primitiva Anglia inter sinum maritimum Sliam et Flensburgi Vicum, ad orientem terminata mari Baltico, ad occidentem via publica, quæ inter Sleswicum jacet et Flensburgum; cujus regiunculæ, lingua vulgaris ad hanc usque diem proxime accedit ad theotiscam seu veterem saxonicam, quæ nonnisi in Belgio et Neerlandia exculta est* (1). Habebat, *ut loquitur Ethelwerdus* (2), oppidum capitale, quod sermone saxonico Sleswic nuncupatur, secundum vero Danos Haithaby (3).

Angli Orientales convertuntur ad Christum opera Ædwini, regis Nordhumbrorum, S. Felicis episcopi et S. Sigeberti *eorum regis.*


2 *Quamquam S. Gregorius Magnus, qui Romæ nonnisi Anglos venum expositos viderat, S. Augustinum ejusque socios ad Anglorum gentem Christo conciliandam in Britanniam misisset, ii tamen nequaquam primi christianam doctrinam susceperunt. Anno tantum* 627 *hæc felicitas eis obtigit. Audi Ven. Bedam* (4). *Hortatu Bonifacii papæ V et prædicatione S. Paulini, mox futuri episcopi Eboracensis,* acceperat rex *Nordhumbrorum* Ædwini, *quem nullus umquam inter*
B *Anglos potentia et ditionibus æquaverat,* cum cunctis gentis suæ nobilibus ac plebe perplurima fidem et lavacrum regenerationis, anno regni sui undecimo; qui est annus Dominicæ Incarnationis 627, ab adventu vero Anglorum in Britanniam annus circiter 180 (5). Tantum autem devotionis Æduini erga cultum veritatis habuit, ut etiam regi Orientalium Anglorum Eorpualdo, filio Redualdi, persuaderet, relictis idolorum superstitionibus, fidem et sacramenta Christi cum sua provincia suscipere... Verum Eorpuald, non multo postquam fidem accepit tempore, occisus est a viro gentili, nomine Sicbercto; exinde tribus annis provincia in errore versata est, donec accepit regnum frater ejusdem Eorpualdi Sigberct, vir per omnia christianissimus atque doctissimus; qui vivente adhuc fratre cum exularet in Gallia, fide sacramentis imbutus est; quorum participem, mox ubi regnare cœpit, totam suam provinciam facere curavit. Cujus studiis gloriosissime favit Felix episcopus, qui de Burgundionum partibus, ubi ortus et ordinatus est, cum venisset ad Honorium, archiepiscopum *Cantuariensem,* eique indicasset desiderium suum, misit eum ad prædicandum verbum vitæ præfatæ nationi Anglorum. Nec vota ipsius incassum cecidere; quin potius fructum in ea multiplicem credentium populorum pius agri spiritalis cultor invenit. Siquidem totam illam provinciam juxta sui nominis sacramentum a longa iniquitate atque infelicitate liberatam, ad fidem et opera justitiæ, ac perpetuæ felicitatis dona perduxit, accepitque sedem episcopatus in civitate Domnoc: et cum decem ac septem annos eidem provinciæ pontificali regimine præesset, ibidem in pace vitam finivit. *Dederunt decessores S. Felicis Acta ad* 8 *martii; ita ut quæ ad* S. Sigebertum *pertineant, hæc una declaranda sint.* E

AUCTORE V. D. B.

3 *In illis imprimis Ven. Bedæ verbis dicitur* S. Sigebertus frater Eorpualdi, *et inferius (lib.* III, *cap.* XVIII) *hoc idem repetitur. Idem accuratius explicatur a Guilielmo Malmesburiensi* (6), *a quo* S. Sigebertus *traditur* frater *fuisse Eorpwaldi* ex matre. *Sed et hæc mater uti et pater ignotus est. Neque hæc neglexerunt historici Angli, qui sequens confecerunt stemma genealogicum* (7).

S. Sigeberti *genus.*

DOMUS REGIA ANGLORUM ORIENTALIUM.



C F

(1) Firmenich, Germaniens Völkerstimme, pag. 35. Cfr Itinerarium Otheri, ap. Langebek, Scriptt. rer. Danicarum, tom. II, pag. 115 et seqq. — (2) Chronicorum lib. I, ap. Petrie, Monumenta historica Britanniæ, pag. 502. — (3) Acta SS. tom. IX Octobris, pag. 387 et seqq. — (4) Hist. Eccl. Angl. lib. II, cap. 9. — (5) Ibid. lib. II, cap. 14. — (6) Gesta regum Anglorum, lib. I, num. 97, tom. I, pag. 134, edit. Duffus Hardy. — (7) Lappenberg, Geschichte von England, tom. I, ad finem. — (*a*) Beda, lib. II, cap. 15. — (*b*) Ibid. lib. II, cap. 12. — (*c*) Ibid. lib. III, cap. 18. — (*d*) Florentius Wigorn. — (*e*) Beda, lib. III, cap. 24. — (*f*) Ibid. lib. III, cap. 22. — (*g*) A Beda dicitur mater Aldulfi, filii secundum Malmesburiensem Ædilheri; cujus uxor dicitur a Thoma Beverlacensi. Sed Thomas Eliensis facit eam uxorem Annæ. — (*h*) Beda, lib. III, cap. 8; lib. IV, cap. 19. — (*i*) Thomas Eliensis, ap. Wharton, Anglia sacra, tom. I, pag. 593 et seqq. — (*k*) Nennii appendix, unde solum innotuerunt Edric et Elric; ubi et Aldulfus filius Edrici et Elrici pater dicitur. — (*l*) Beda, lib. IV, cap. 17. Cfr Lappenberg, tom. I, pag. XLVI et 237. — (*m*) Calendarium Anglo Saxonicum. — (*n*) Simeon Dunelm. — (*o*) Guilielmus Malmesb. lib. I, cap. 5.

S. Sigebertus, *in Gallias timore Redwaldi regis Estanglorum, profugus,*

4 Dudum in Gallia, inimicitias Redualdi fugiens, exulasse *traditur* S. Sigebertus *a Beda (lib.* III, *cap.* 18); a Redwaldo in exilium actus *dicitur a Malmesburiensi* (1). *Invidia vitrici adversus privignum visa est Smithio* (2) *inimicitias accendisse. Non mala conjectura. Apud Anglos scilicet Saxonesque regia potestas jure publico hæreditaria non erat; sed ita in magnatum arbitrio posita erat electio ut eis vix liceret regem extra domum regiam creare* (3). *Quum itaque per matrem in domum regiam ingressus esset* S. Sigebertus *fratresque uterinos, Redwaldi filios, ætate superaret, facile fieri poterat et revera factum est ut ab optimatibus rex eligeretur. Quod ut averteret, nil supererat Redwaldo nisi ut de medio tolleret* S. Sigebertum *aut eum cogeret in exilium abire. Neutrum enim aberat ab Anglorum Saxonumque moribus : regiarum enim domorum octarchiæ historia plena est cædibus, ambitione factis; exilium vero inter legitimas pœnas habebatur* (4). *Sed hoc loco potius fuga spontanea intelligitur, quam qui alienam inimicitam timere solebant inire,*
B *et quæ tam creba erat apud gentes septentrionales, ut ex præsentia profugorum,* vleming en *seu* vlamingen *dictorum, littus maritimum Belgii* Flandriæ *nomen acceperit* (5). *Conjicit Spedus* (6) *Redwaldum proditionem timuisse a* S. Sigeberto; *atque alii alia; quibus examinandis supersedemus.*

ibidem fidem christianam amplectitur; et, rex in patria factus, ex Cantia accersit S. Felicem episcopum.

5 *De* S. Sigeberti *conversione et S. Felicis ad Anglos Orientales adventu non convenit omnino inter veteres Angliæ historicos. Tradit Florentius Wigorniensis* (7) *et secundum eum Guilielmus Malmesburiensis* (8) *et Ranulphus Higdenus* (9) Fœlicem episcopum, genere Burgundum, Sigeberto, Orientalium Anglorum regi, in Gallia exulanti, familiarem effectum, Angliam cum eodem post mortem Eorpwaldi venisse et East-Anglorum episcopum effectum. *Quosdam referre* S. Sigebertum *cum suo populo in Anglia a S. Felice conversum esse perhibet Bromptonus* (10); *et quidem in libro Hydensi, cujus nuper non nisi versio anglica edita erat, hæc reapse leguntur* (11) Tamen dicitur, *subjicit Bromptonus,* secundum quosdam, quod iste rex Sigebertus, in Gallia exulans
C provincia, tempore dicti regis Redwaldi fuerat baptizatus; *nequaquam addens exemplo Wigorniensis, Malmesburiensis et Ranulphi hanc ei gratiam a S. Felice fuisse collatam. Et recte : nam venerabilis Beda, bis de beatissimo hoc episcopo sermonem faciens, nedum significet aliquam ei cum* S. Sigeberto *in Galliis fuisse familiaritatem, manifeste narrat sponte Cantuariam venisse venerabilem virum, ut se sisteret S. Honorio, universæ Britanniæ primati; ubi dum versaretur,* S. Sigbertum *eodem venisse ex regno suo Anglorum Orientalium, qui eum post Eorpwaldi cædem* D *et trium annorum discordiam rerumque sacrarum eversionem ex Galliis accersiverant; mox enim, ubi regnare cœpit, eum statuisse populum suum fidei sacramentorum facere participem, et propterea a primate Cantuariensi episcopum postulasse aut presbyteros; benigne hæc vota excepisse Honorium, qui miserit S. Felicem; atque ita factum esse ut, quemadmodum loquitur ipse venerabilis Beda,* episcopum Felicem de Cantia acceperit S. Sigebertus.

Sedem episcopalem constituit in Dummoc, ubi videtur fuisse ejus curia. Fines ejus regni. Translationes sedis episcopalis et diœcesis divisiones.

6 Sedem episcopatus in civitate Domnoc *S. Felicem* accepisse *tradit idem Beda. Quæ civitas a Titfrido episcopo in diplomate anni* 803 (12) Dummuca *dicitur,* Domuce *in Chronico Anglo-Saxonico* (13) *et* Dommoc *aut* Dommuc *a Florentio Wigorniensi* (14), *et, ut alias formas omittam,* Dommocceaster, *quod est* Dommocense castrum, *in documento quod vidit Gibsosonus* (15), *(ni fallor) in versione Anglo-Saxonica Historiæ Bedæ; nunc autem* Dunwich *ei nomen est. Posita est ad littus maris, cujus fluctibus partim detrita, partim obruta est* (16), *nunc unum habens templum parœciale, olim* E *quatuor alia et plures domos religiosas; quas enumerat Tannerus in Notitia monasteriorum in Anglia. Hic ut sedes episcopi, sic proculdubio erat aula regis; quod enim regis curiam in Seham, nunc Soham, (de qua villa mox recurret sermo,) positam fuisse tradit Alfordus* (17), *auctoritate videtur carere; neque apparet, quod perhibet Camdenus* (18), *S. Felicem ibidem primam suam sedem habuisse adeoque conversionem gentis exorsum. Regis et episcopi auctoritas iisdem territorii finibus continebatur. De his finibus non omnino convenit. Secundum præclarum virum, comitem Carolum de Montalembert* (19), *complectebatur Anglia Orientalis præsentes comitatus Norfolciensem, et Suffolciensem, partesque comitatuum Cantabrigensis, Huntingdonensis, Berfordensis et Hertfordensis. De iisdem finibus hæc literis mandavit Malmesburiensis monachus, qui sæculo* XIV *Eulogium historiarum* (20) *scripsit :* Quartum regnum fuit Est-anglorum, continens Nortfolke, Southfolke, habens ad orientem et ad aquilonem ad circium Cantebrigeschire, F ad occidentem fossam sancti Edmundi, et ad austrum Hertfortschire, Estsaxoniam. *Sed alter monachus, qui ad hunc locum appendicem aut commentarium subjecit, etiam Cantobrigensem pagum conclusit intra ditiones regum Anglorum Orientalium; qui* dominabantur, *inquit* (21), in pago Grantebrugensi, Nortfolk et Soutfolk. *Et recte. Nam in appendice Chronici Florentii Wigorniensis* de regno Orientalium Anglorum *hæc leguntur* (22) : Reges Orientalium Anglorum dominabantur in

(1) Gesta regum Anglorum, lib. I, § 97, edit. Duffus Hardy, tom. I, pag. 134. — (2) In notis ad lib. III, cap. 18, Historiæ Bedæ. — (3) Cfr Sharon, Turner, the History of the Anglo-Saxons, lib. VIII, cap. 1. — (4) Ibid. lib. VI, app. III, cap. 8. — (5) Kervyn de Lettenhove, Histoire de Flandre, tom. I, pag. 110. (6) The British Empire, pag. 310. — (7) Chronicum, ap. Petrie, Monumenta historica Britanniæ, pag. 529. — (8) De Gestis pontificum Angliæ, lib. II, ap. Migne, Patrol., tom. CLXXIX, col. 1517. — (9) Polychronicon, lib. V, ap. Gale, Hist. Britannicæ, Saxonicæ etc, pag. 252, edit. 1691. — (10 Chronicon, regum Estangliæ, ap. Twysden, Scriptores decem, col. 745. — (11) Church historians of England, vol. II, part. II, pag. 487. — (12) Kemble, Codex diplomaticus ævi Saxonici, tom. V, pag. 66. — (13) Edit. Thorpe, tom. I, pag. 103. — (14) Ap. Petrie, Monumenta, pag. 529. — (15) Explicatio nominum locorum in Chronico Anglo-Saxonico, pag. 25. — (16) Cfr Leland, Collectanea, edit. 1770, tom. IV, pag. 26; Gardner, Historical account of Dunwich, pag. 62; Monasticum Anglicanum novum, tom. III, pag. 404. — (17) Annales eccl. Anglo-Saxon. ad an. 248, num. 9. — (18) Britannia, in Cambridge'shire, pag. 230, edit. Blaeu. — (19) Les Moines d'Occident, tom. III, pag. 428. — (20) Edit. Scott. Haydon, tom. II, pag. 159. — (21) Ibid. pag. cit. — (22) Ap. Petrie, Monumenta, pag. 644. Eadem habet Guilielmus Malmesburiensis, Gesta regum Anglorum, lib. I, num. 102, tom. I, pag. 141, edit. Duffus Hardy.

pago

A pago Grantebrigensi ; et est ibi episcopus, cujus sedes est apud Heli *(insulam Ely)* : et in Norfolcia et Suthfolcia ; et est ibi episcopus, cujus sedes est apud Norwicum : quondam erat apud Helmam, vel Theotfordiam. *Nam diœcesis Anglorum Orientalium ad annum* 673 *primum divisa est inter Dommoc in Suffolcia et North-Elmham in Norfolcia ; sed propter Danorum incursiones Elmhamensis sedes a medio sæculo* IX *et Dommocensis ab anno prope* 870 *viduæ fuerunt usque ad annum* 955 ; *quo anno Athulfus quidam, qui cathedram Elmhamæ posuit, utrique diœcesi, denuo unitæ, præfectus est. Sed sub annum* 1070 *Thetfordiam translata est episcopi sedes et anno* 1094 *Norwicum. Atque ad hanc usque diem retinuerunt Protestantes hanc ordinationem ; ita ut diœceses Norwicensis et Eliensis regnum Angliæ Orientalis repræsentet ; nam in Ely, quæ bellis Danorum Lincolniensis antitistis auctoritatem agnoverat, anno* 1109 *institutus est episcopus, pagum Cantabrigensem pæne omnem jurisdictioni suæ subditum habens.*

B

§ II. De schola, quam S. Sigebertus secundum consuetudines Gallicanas et morem Cantuariorum instituit. An hæc origo academiæ Cantabrigensis.

S. Sigebertus, *qui nequit dici auctor academiæ Cantabrigensis,*

Quum multos annos in Galliis versatus esset S. Sigebertus, *(ibi enim factus erat, ut loquitur Beda, utique non brevi tempore,* vir per omnia christianissimus atque doctissimus), ubi regno potitus est, mox ea quæ in Galliis bene disposita vidit imitari cupiens, instituit scholam in qua pueri literis erudirentur : juvante se episcopo Felice quem de Cantia acceperat, eisque pædagogos ac magistros juxta morem Cantuariorum præbente. *De quibus verC bis magna olim fuit inter academicos Cantabrigenses et Oxonienses controversia, quod priores contenderent scholam, a* S. Sigeberto *institutam, Grantecestriæ, ex cujus ruinis surrexit Cantabriga, fuisse positam, ideoque Cantabrigensem academiam, quæ nonnisi Grantecestriensis hæres et continuatrix sit, antiquitate longe præstare Oxoniensi, quæ glorietur se a B. Alfredo Magno sæculo* IX *conditam esse : adversus quam contentionem objecerunt Oxonienses non constare de situ* S. Sigeberti *scholæ ; eam non fuisse nisi ludum puerilem, in quo traderentur linguæ vulgaris elementa aut ad summum grammatica latina. Smithius itaque, quum suam Ven. Bedæ Historiæ ecclesiasticæ editionem pararet, conscripsit ad hunc locum ingentem appendicem, in qua omnibus viribus pro Cantabrigensibus decertaret ; felicior tamen in demonstrando Oxonienses nonnisi infirmis invalidisque argumentis academiæ suæ originem ad B. Alfredum referre, quam in stabilienda Cantabrigensis scholæ antiquitate.* Est *enim, ut ipse loquitur* (1), objectio validissima, quæ vix (ut arbitror) responsioni cedet. Petrus Blesensis aut alius qualiscumque chronographus, sub hac larva latens, in sua Ingulphi Continuatione tradit « Joffridum, abbatem Croylandensem, Henrici II temporibus, transmisisse ad manerium suum de Cotenham, juxta Cantabrigiam, monachos quosdam suos philosophicis theorematibus et aliis scientiis instructissimos, qui quotidie Cantabrigiam adeuntes, et, conducto horreo publico, suas scientias profitentes, in brevi temporis excursu grandem discipulorum numerum contraxerunt ; qui mox adeo accrevit ut nec horreum, nec ulla ecclesia eorum receptaculo sufficeret. » Ex isto fonte, ut pergit Blesensis, parvo, qui crevit in fluvium jam magnum, videmus nunc lætificatam civitatem Dei, et totam Angliam factam frugiferam per plurimos magistros et doctores, E de Cantabrigia exeuntes, ad similitudinem sanctissimi paradisi. *Qualemcumque responsionem ad hæc molitur Smithius ; sed, victus tanta auctoritate, (quamquam nonnulli* (2) *velint illa interpolata aut apocrypha esse,) cogitur immensum commentarium suum concludere his verbis* (3) : Denique si schola Sigberctina Grantæ non est instituta, verisimillimum est eam positam fuisse vel in civitate Domnoc, in qua Felix sedem episcopatus acceperat ; vel apud Scham, ubi, ecclesia constructa et dedicata, cœtum non minimum monachorum aggregarat (4).

AUCTORE V. D. B.

8 *Neque dubitant Taylor* (5) *et Lappenberg* (6), *quin schola illa erecta fuerit in castro Dummoc seu Dumnoc, episcopi sede ; in eo tamen hic errans quod Grantecestriam, quam cum posteriore Grantabrycge confundit, regni Merciorum oppidum fuisse credidit. Neque mihi negari posse videtur scholam Dummocæ constitutam fuisse. Sive enim S. Felix monachus fuerit, ut legitur in Libro Hydensi* (7), *non secus ac omnes clerici Galli* (8) *propter introductas a S. Martino citra Montes Vercellenses S. Eusebii institutiones* (9), *sive monastico ordini accensitus non fuerit ; sive episcopatus Dummocensis monasticus fuerit (ut certe Norwicensis ab anno circiter* 1100 (10) *et Eliensis ab exordiis suis* (11), *qui ambo Dummocensi successerunt,) sive a regula monastica fuerit liber ; quum tamen sanctus vir ex Cantia vix alios viros doctos adducere potuerit ac monachos, necesse est ut Dummocæ monasterium fuerit ; a quo institutorum genere vix tum in Anglia aberant publicæ scholæ. Quodsi tamen clericos sæculares reperit, non potuit (nisi a consuetudine disciplinari illius ævi* (12) *recesserit) in aula sua episcopali scholam non instituere. Verumtamen absurda non est altera Smithii*

scholam instituit verisimillime Dummocæ, quamquam et alias minores in monasteriis v. g. in Soham S. Felix instituisse videatur.

F

(1) Opp. Ven. Bedæ, tom. VI, col. 335, edit. Migne. — (2) Cfr Duffus Hardy, Descr. cat. of mat. rel. to the hist. of Great Britain, tom. II, pag. 128 et 129. — (3) Dist. cit. col. 336. — (4) Historiæ Ramesejensis, cap. LXXXII, ap. Gale, Scriptores XV, pag. 437. — (5) Index monasticus of the diocese of Norwich, pag. 82. — (6) Geschichte von Engeland, tom. I, pag. 150, not. 2. — (7) Liber de Hyda, editus ab Edwards, pag. 10. — (8) Ruinart, Præf. ad Opp. S. Gregorii Turonensis, num. 35. — (9) Cfr Gervaise, Vie de S. Martin de Tours, pag. 59 et seqq. — (10) Wharton, Anglia sacra, tom. I, pag. 407. — (11) Ibid. pag. 615 et seqq. Cfr Reyner, Apostolatus Benedictinorum in Anglia, pag. 78. — (12) Cfr Thomassin, Discipline de l'Eglise, tom. II, col. 606 et seqq.

conjectura,

AUCTORE V. D. B.

conjectura, nempe scholam positam fuisse in Seham, nunc Soham, in Cantabrigensi pago, sed diœcesi Norwicensi; verum hæc post mortem S. Sigeberti *verisimiliter incepit. Nam reapse, ut historicus Ramesejensis testis est, condidit illic S. Felix ecclesiam et monasterium* non minimum; *de quo Thomas Eliensis, ineuntis sæculi* XII *scriptor, hæc tradidit* (1) : Hic autem locus ad introitum insulæ Ely dicitur esse, ubi monasterium magnum et famosum fuit, in quo non minima congregatio monachorum a quodam venerabili viro Ditone-Lugdingo nomine constructa ordinem sanctæ Regulæ sub abbate Werefredo observavit. In anglico quippe legitur quod sanctus Felix vetus monasterium apud Seham et ecclesiam in Redham primitus condidit; *quod monasterium stetit, donec a Danis funditus eversum est. Historico autem Ramesejensi præluxit Guilielmus Malmesburiensis* (2); *qui quamquam de monasterio taceat, reliqua tamen refert, ex quibus facile concludi possit illic monasterium exstitisse. Sed et ibidem agens Guilielmus de S. Felicis gestis, commemorat non unam scholam, sed*
B scholas literarum opportunis locis *ab eo* institutas *fuisse, quibus* barbaries gentis sensim comitate latina informaretur.

Schola, quæ laudatur a Ven. Beda, non solum complectebatur ludum puerilem, verum etiam altiores disciplinas, prout in Gallis

9 *Nequaquam autem audiendi sunt qui velint a* S. Sigeberto *non nisi ludum puerilem institutum fuisse. Ipse enim beatus rex* doctissimus *erat; quæ* in Galliis bene disposita viderat imitari cupiebat; *non unum pædagogum* præbebat *S. Felix, sed* pædagogos ac magistros; *scholæ finis is erat ut* barbaries gentis sensim comitate latina informaretur, *quod nequàquam fit in grammatico ludo; et demum schola instituenda erat* juxta morem Cantuariorum. *Quis in his nonnisi elementarium institutum videat? Sed perhibet Beda hanc scholam conditam fuisse* in qua PUERI erudirentur. *Profecto; quoniam in scholis monasticis instituebantur pueri a prima ætate, sed ad exactam usque juventutem perficiebatur eruditio. Propterea B. Alfredus Magnus in versione sua Anglo-Saxonica Historiæ Ven. Bedæ* pueros *per* geongemen *reddidit et* pædagogos *per* lareowas (3). *De Gallicana sæculo* VII *disciplina literario quid referam? Attigit eam*
C *Smithius, sed multo luculentius explicuit Rivetus in Historia Galliarum literaria* (4). *Ut enim illi testes sunt, plane non viderat illic* S. Sigebertus *pristinum literarum splendorem, quo facile sæculo* III, IV *et* V *complures Gallicanæ civitates Romam æquabant; sed viderat tamen scholas* bene dispositas *in episcoporum ædibus, in omnibus pæne monasteriis, etiam femininis, in domibus quoque presbyterorum ruralium* (5); *quin et in palatio regum* (6). *Neque res mira tunc visa est, instituta scholastica ex Galliis in Angliam transferri. Monachos et moniales, in Kalensi duplici cœnobio institutos, in Angliam remisit S. Bertilia; et S. Benedictus Biscopus, monasteriorum in Anglia quasi pater, Agilbertus, episcopus Saxonum Occidentalum, Leutherius, ejus nepos et successor, et S. Wilfridus, Ebora-*
D *censis antistes, disciplinam literariam Gallicanam communicarunt cum insulanis. Comprehendebat autem hæc omnes grammaticæ partes; philosophiæ placita; Sacræ Scripturæ exegesim; lectionem, non solum Patrum latinorum, sed et oratorum, poetarum, historicorum; musicam; atque etiam aliquot locis codicis Theodosiani explicationem.*

et Cantuariæ tradebantur.

10 *Juridica studia plane non penetrarunt in Anglicam, (unde ad hanc usque diem libera fere mansit a jure Romano); sed reliqua omnia continebat* mos Cantuariorum. *Quorum scholæ laus omnium facillime ex Oftfori, episcopi Wigorniensis, gestis intelligitur. Institutus hic fuerat prius in duplici monasteria de Kaelcacæstir, dein in altero duplici monasterio de Streaneshalch; in quorum posteriori S. Hilda, doctissima femina,* tantum lectioni divinarum Scripturarum suos vacare subditos, tantum operibus justitiæ se exercere faciebat, ut facillime viderentur ibidem qui ecclesiasticum gradum, hoc est altaris officium, apte subirent, plurimi reperiri; *adeoque, addit Ven. Beda* (7), *cujus illa sunt verba,* quinque ex eodem monasterio postea episcopos vidimus,
E et hos omnes singularis meriti ac sanctitatis viros, quorum hæc sunt nomina, Bosa, Ætla, Oftfor, Johannes et Wilfrid... De medio nunc dicamus, quia cum in utroque Hildæ abbatissæ monasterio lectioni et observationi Scripturarum operam dedisset, TANDEM PERFECTIORA DESIDERANS, VENIT CANTIAM ad archiepiscopum beatæ recordationis Theodorum : ubi postquam aliquandiu lectionibus sacris vacavit, etiam Romam adire curavit : quod eo tempore magnæ virtutis æstimabatur. *Et S. Wilfridus quoque, postquam aliquot annos apud Lindisfarnenses transegerat, discens citissime psalmos et aliquot codices, aliquandiu, Honorio gradum archiepiscopi tenente, apud Cantuarios demoratus, diligenter his quæ inspiciebat discendis operam dabat* (8). *Verumtamen, licet Cantuariæ non vixerit Ven. Beda, ex ejus scriptis, tam doctis tamque variis, multo melius, quam ex quibuscumque testimoniis cognosci potest quam late apud Anglos Saxonesque pateret disciplina literaria; et sane Cantuariensis schola nulli alii erat inferior. Sed his jam nimium inhæsi : qui plura velit,*
F *legat Lingardi Historiam et antiquitates ecclesiæ Anglo-Saxonicæ* (9).

(1) Vita S. Etheldredæ, Acta SS. tom. IV Junii, pag. 500. — (2) De gestis pontif. Angl. lib. II. Opp. edit. Migne, col. 1517. — (3) Cfr Smith, App. XIV ad Hist Ven. Bedæ, Opp. tom. VI, col. 345. — (4) Hist. litt. de la France, tom. III, pag. 417 et seqq. — (5) Ibid. loc. cit. et ap. Thomassinum, Discipline de l'Eglise, tom. II, col. 575 et seqq. — (6) Em. V. J.-B. Pitra, Vie de Saint Léger, pag. 112 et seqq. — (7) Hist. eccl. Angl. lib. IV, cap. 23. — (8) Ibid. lib. V, cap. 19. — (9) The hist. and antiq. of the Anglo-Saxon church, tom. II, pag. 127 et seqq. edit. 1858.

§ III

A

AUCTORE V. D. B.

§ III. Adventus S. Fursei et sociorum. Cœnobium Cnobheresburgense pro eis conditum. Cœnobium Betricheswurdense, postea S. Edmundi, in quo S. Sigebertus, abdicato regno, fit monachus.

S. Sigebertus *in regnum suum excipit SS. Furseum, Foillanum, et Ultanum fratres aliosque plures monachos Hibernos, quibus monasterium Cnobheresburgense exstruit*

Verum, dum adhuc Sigberct regni infulas teneret, *(eas enim illum deposuisse mox videbimus)*, supervenit de Hibernia vir sanctus, nomine Furseus, verbo et actibus clarus, sed et egregiis insignis virtutibus, cupiens pro Domino, ubicumque sibi opportunum inveniret, peregrinam ducere vitam. Qui cum ad provinciam Orientalium pervenisset Anglorum, susceptus est honorifice a rege præfato : et solitum sibi opus evangelizandi exsequens, multos et exemplo virtutis et incitamento sermonis vel incredulos ad Christum convertit, vel jam credentes amplius in fide atque amore Christi confirmavit. Ubi quadam infirmitate corporis arreptus, angelica meruit visione perfrui; in qua admonitus est cœpto verbi ministerio sedulus insistere, vigiliisque consuetis et orationibus indefessus incumbere; eo quod certus sibi exitus, sed incerta ejusdem exitus esset hora futura, dicente Domino : « Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. » Qua visione confirmatus, curavit locum monasterii, quem a præfato rege Sigbercto acceperat, velocissime construere ac regularibus instituere disciplinis. Erat autem monasterium silvarum * et maris vicinitate amœnum, constructum in castro quodam, quod lingua Anglorum Cnobheresburg, id est Urbs Cnobheri vocatur; quod deinde rex provinciæ illius Anna ac nobiles quique augustioribus ædificiis ac donariis adornarunt. *Hæc vero et multa alia ad verbum fere desumpsit Ven. Beda ex Vita S. Fursei,* C *quam decessores ediderunt ad diem* 16 *januarii et Mabillonius in sæculo* II *Benedictino.*

* *al.* silvanum

et qui ibidem sanctissime vivunt.

12 His rebus gestis, *sic deinde utrobique legitur* (1), vir sanctus, ab omni sæculi atque ipsius monasterii cura alienare se cupiens, cum sapientissimis fratribus tractavit. Habuit enim secum reverentissimos et spirituales viros, qui exemplo tanti viri et in monasterii probatione, et in diversis laboribus vitæ et humilitatis et caritatis gratia proficerent. Inter quos etiam germanos proprios habuit Foillanum, sanctum admodum virum, cui etiam sortitam monasterii et animarum dereliquit curam. Alter vero Ultanus, diuturna monasterii probatione dimissa, ad eremitalem vitam, multis jam annis ab eodem electam, derelictis omnibus curis et rebus, nudus ad fratrem suum, qui jam theorica pascebatur vita, solus profectus est. Labori quotidiano et orationibus continuis deservientes per annum integrum ibidem philosophantur. Tunc, quibusdam causis ingruentibus, a populo vel rege, *S. Anna,* S. Sigeberti *successore,* vir altioris ingenii ad consilium vocatus, immo etiam compulsus, desideratum sibi eremi dereliquit locum. Omniaque animo pervigili tractans, ac turbatam esse provinciam gentilium incursione, *verisimiliter Merciorum,* nec ibidem diuturnum monasterialem ordinem perpensans, ad Galliarum litora, dimissis ordinatisque omnibus, navigavit; *scilicet post annum* 640 (2), *triennio saltem post* S. Sigeberti *cædem.*

Perperam a multis dicitur S. Sigebertus *monachus factus in monasterio S. Fursei;*

13 *Sed si fides sit Hillino, monacho Corbejensi, qui ad exordia sæculi* XI *Vitam S. Foillani ligato sermone scripsit et Sigeberto monacho dicavit, (quam Vitam, numquam hactenus editam, in proximo tomo excudendam curabimus,) sociavit se* S. Sigebertus *rex SS. Foillano et Ultano, S. Fursei fratribus et comitibus, eorumque magisterio se subdidit. Audi itaque Hillinum :*

Hinc adeo fratrum viguit ratione duorum
  His culmen sanctæ partibus ecclesiæ,
Ut rex, tonsura monachi supplex sibi sumpta, E
  Militiæ solitum projiceret gladium;
Ac miles Christi factus se subderet ipsi,
  Qui regnum servis dat sine fine suis.
Et quia Foillanus sollertior est ibi visus,
  Publica cessit ei causa tuenda loci.

Philippus de Harvengt, Bonæ spei in Hannonia abbas Præmonstratensis, qui sæculo XII *S. Foillani Hillianam* Vitam, quam versibus descriptam habebant *Fossenses monachi,* alio scribendi genere percurrit et absolutam a metro deduxit in planitiem prosaicæ libertatis (3), *tradidit similiter* S. Sigebertum *monachum factum esse in S. Fursei cœnobio.* S. Sigebertus rex, *inquit* (4), in terra sua monasterium construens, situ loci congruum, ædificiis opportunis, possessionum sufficientia, habitatoribus religiosis diligentius honestavit, et abjecta regia potestate, in eo seipsum ordini mancipavit. *Similiter Bartholomæus de Cotton, monachus Norwicensis, qui ad finem sæculi* XIII *Historiam Anglicanam collegit, narrata Cnobheresburgensis monasterii fundatione, addit* F (5) : Ibidem factus est monachus ipse rex, relicto regno.

vitam monasticam amplexus est in monasterio de Betricheswurde; cui postea successit S. Edmunds-Bury.

14 *Sed neque S. Fursei biographus, neque venerabilis Beda tradunt* S. Sigibertum *vestem monasticam in S. Fursei cœnobio induisse, posterior dicens dumtaxat eum* intrasse monasterium, quod sibi fecerat, atque accepta tonsura pro æterno magis regno militare curasse; *ut videantur conjectura potius quam antiquo testimonio illa narrasse Hillinus, Philippus et Bartholomæus. Certe Camdenus* (6), *Alfordus* (7), *Cressyus* (8) *et Mabillonius* (9) *qui Hillini, Philippi et Bartholomæi lucubrationes non legerant, in Ven. Bedæ dictis sibi visi sunt reperisse* S. Sigebertum *in S. Fursei claustris monachum factum esse;*

(1) Acta SS. Ord. S. Benedicti, sæc. II, pag. 508. — (2) Cfr Pagius, Critice Annalium Baronii ad an. 644, num. 3. — (3) Philippi de Harvengt Opp. col. 1525, edit. Migne. — (4) Ibid. col. 1528. — (5) Ed. Richards Luards, pag. 26 et 55. — (6) Britannia, in Suffolcia, pag. 217, edit. Blaeu. — (7) Annal. eccl. Anglo-Saxonicæ, ad an. 638. num. 4, tom. II, pag. 251. — (8) The Church history of Britanny, lib. XV, cap. VII, num. 2, pag. 353. — (9) Annales Benedictini, ad an. 639, lib. XII, num. 61.

AUCTORE V. D. B.

nec quidquam obstat quin Hillinus aliique sibi visi sint ibidem eadem invenire. Ad quæ, ut hunc locum claudam, nihil aliud subjungam nisi quod Cnobheresburg nunc vocatur Burghcastle, *positum in Suffolcia, ad ostia Garienis fluvii; et quod hoc cœnobium, de quo nulla amplius post hæc tempora memoria fit ab historicis aut in Codice diplomatico Anglo-Saxonico, traditur ab eodem illo Philippo*(1) *spoliatum fuisse a Pendæ, Merciorum regis, prædatorio agmine, fratribus in captivitatem abductis, postea tamen a S. Foillano redemptis. Sed non solum silentium Ven. Bedæ et S. Fursei biographi nos impellit ad fidem denegandam Hillino aliisque; verum, quod præcipuum est, Thomas Eliensis in Vita S. Edeldredæ perhibet* S. Sigebertum *cucullam monasticam assumpsisse in Betricheswurde; cui monasterio successit postea celebre asceterium* Saint-Edmundsbury. *En Thomæ verba* (2): Interea rex idem (Sigebertus) monasterium, quod in Betricheswurde sibi fecerat, intravit; acceptataque tonsura, æterno regi multo tempore servivit. *Ubi imperatorum Ro-*
B *manorum principatu positam fuisse volunt complures Villam Faustini, quæ in Antonini Itinerario annotata est, et ubi certe fuisse stationem Romanam prodiderunt sæpius numismata, tituli, rudera. Re quidam vera Thomas Eliensis, qui initio sæculi* XII *scripsit, Hillino antiquior non est; sed scribebat in regione Anglorum Orientalium, inter medias memorias primi regis christiani et parietinas reliquiasque, quæ Danorum invasionibus supererant. Neque solus inter antiquos tradidit hæc Thomas: sed anonymus S. Edmundi monachus, vivens hoc ipso loco ubi virtutibus præfulsisse habebatur* S. Sigebertus, *eadem perhibuit; ex Chronicis Croylandiæ et Cestriæ multa singularia addens: quæ singularitas veritatis indicium esse solet. Accipe ejus verba* (3): Anno quarto regis Canuti, *Christi* 1020, idem rex Canutus... clericis, qui ad tunc apud Bedricesworth, quæ nunc villa S. Edmundi nuncupatur, vitam actitabant minus regularem, abinde expulsis et ejectis, monachos... ibidem introduxit, per 383 annos postquam Sigebertus, rex East-Anglorum, qui apud Bedricesworth
C prædictum monasterium construxerat, in quo, accepta tonsura monachica, æterno regi Christo per multorum annorum curricula fideliter deservivit, et tandem anno Domini DCXXXVII a rege Merciorum, Pendæ nomine, pagano et sacrilego, fuerat interemptus, per 234 annos ante passionem gloriosi regis et martyris Edmundi, *anno* 870 *occisi*... Præsul *Elmhamensis* magnific us, videlicet Aldwin, anno primo immediate sequente post introductionem monachorum apud S. Edmundum, videlicet anno Domini 1021 construere cœpit ecclesiam S. Edmundi, regis et martyris antedicti, in eodem scilicet loco, in quo per Sigebertum, regem antedictum, primitus constructum erat monasterium, et in quo idem rex devotus, habitu tectus monastico, vitam duxit regularem, tempore Felicis Eastanglorum episcopi, prout ex Chronicis Crolandiæ atque Cestriæ colligitur manifeste.

15 *Ubicumque demum monasticum habitum assumpserit* S. Sigebertus, *patet inde quam sincera esset ejus ad fidem christianam conversio et quam pius et religiosus ejus animus. Sed patuit hoc magis in pugna, cui interesse coactus fuit, sed cui ita interfuit ut et ducis munia impleret, et nihil a professione monastica alienum faceret. Quæ non potuit non commendare ipse Lappenberg*(4), *quamvis rerum ecclesiasticarum minus curiosus. Res profecto præclara omnibus ad discendum primum quærendum esse regnum cælorum; neque vi et efficacia caruit, ut ex gestis S. Ceolvulfi, regis Nordhumbrorum, Ven. Bedæ amicissimi ejusque Historiæ lectoris assidui, abunde patet. Hic enim, ut loquitur Huntingdonensis* (5), exemplum assumens ex Historia beati viri *Bedæ* prædicta, sex reges fortissimos vir vere fortissimus prosecutus est: scilicet Edelredum regem Merce, et Cenredum successorem ejus; necnon Cedwallam regem Westsexe, et Ine successorem ejus; sed et Sigebertum regem Estangle, qui monachus effectus est, quem postea Penda occidit; et Sebbi regem Estsexe, qui monachus effectus diem jucundum mortis suæ prævidit; E
vidit et gavisus est... Complevit ergo Ceolvulfus hebdomadam regum perfectorum. *Ex quibus primus exemplo præivit* S. Sigebertus; *quamquam alicubi* (6) *dicatur nonnisi tertius inter octarchiæ reges tam egregium religionis exhibuisse specimen. Similis recensio reperitur in Libro Hydensi* (7), *eamque refecit Smithius* (8). *Sed et ex schemate genealogico, quod supra num.* 3 *produximus, manifeste patet hoc sanctitatis studium non in uno* S. Sigeberto *constitisse, verum ita universam domum regiam penetrasse, ut quatuor regis Annæ filiæ sanctis accenseantur; a quo albo neque ipse pater abest, calendariis aliquot inscriptus ad diem* 9 *decembris* (9). *Aliæ quoque familiæ regiæ, brevi postquam Christi fidem amplexæ sunt, abundarunt sanctorum copia: speciminis gratia vide nomina inscripta schematibus genealogicis domorum Cantiæ et Merciæ, quæ in Actis SS. Ethelredi et Ethelberti* (10) *edidimus, seu etiam Narrationem de sanctis, requiescentibus in terra Anglorum, quam ibidem*(11) *latine subjunximus secundum veterem scriptiuncu-* F
lam anglo-saxonicam. Apparet tamen ex historia quam vehementibus motibus et affectibus animi Saxonum et Anglorum agerentur, quam duræ et implacabiles essent indoles et quanta eorum ambitio et crudelitas. Sed vicit hæc omnia divina gratia, tanta effusa largitate ut intra unius sæculi spatium ecclesia Anglo-Saxonica certare posset cum optime institutis ecclesiis et animarum zelo, et literarum sacrarum studio, et actuoso Dei amore. Quid populus, qui tanta debet Deo beneficia et qui non diffitetur hæc ad se pervenisse per Romanorum pontificum curam et sollicitudinem, passus est se separari a communione catholica? Hæc Dei judicia. Sed veni, Domine, et noli tardare: relaxa scelera populi tui!

Patet inde quam sincera fuerit S. Sigeberti *conversio et quam abunde Deus suam gratiam contulerit genti Anglorum.*

16 *Quoniam scripsit Ven. Beda* S. Sigeber- *Per tonsuram*

(1) Op. cit. col. 1329. — (2) Acta SS. tom IV Junii, pag. 498. — (3) In Monastico Anglicano novo, tom. III, pag. 136. — (4) Geschichte von England, tom. I, pag. 147. — (5) Ap. Petrie, Monum. hist. Britanniæ, pag. 727. — (6) Liber monasterii de Hyda, pag. 10; The book of Hyde, cap. IV, Church historians of England, tom. II, part. II, pag. 487. — (7) Ibid. cap. IX, pag. 491. — (8) Flores historiarum, pag. 162. — (9) Challoner, Memorial of British piety, pag. 163. — (10) Acta SS. tom. VIII Octobris, pag. 90. — (11) Ibid. pag. 101.

tum,

monasticam cessaverat S. Sigebertus *esse rex.*

tum, *relictis regni negotiis et cognato suo Ecgrice commendatis*, qui et ante partem ejusdem regni tenebat, intrasse monasterium, *complures sibi visi in illis verbis detexisse* S. Sigebertum *non cessasse esse regem, sed dumtaxat regni negotia cognato Ecgrice commendasse. Sed profecto justo acutiores sunt. Non enim illo ævo tam arguti erant homines ut radicalem sibi potestatem retinerent ejusque exercitium alteri committerent. Deinde æquiparabantur illo tempore pœnitentibus monachi et monachis pœnitentes, nisi quod monachis usu rerum sacrarum non interdicebatur; atque utrisque eadem lege vetitum erat in militia esse. Et quum tunc primum imperatorum et regum officium in re militari consisteret, si qui monachatum amplecterentur, (qui natura sua perpetuus est,) aut perpetuæ pœnitentiæ condemnarentur, hoc ipso, non minus ac qualescumque milites, regio honore et dignitate privabantur; quemadmodum exemplo Wambæ, regis Hispaniæ, qui se regno abdicavit* ob venerabilis tonsuræ signaculum, *pœnitentiæ causa acceptum, manifestum est* (1). *Quibus adde sæculo* v *et sequentibus coronam regiam habitam fuisse ita adversam tonsuræ monasticæ, ut historia regum Francorum plena sit copia principum, quorum aliis, etiam invitis, per tonsuram monasticam via ad thronum regium præclusa est, aliis purpura in perpetuum sublata. Re quidem vera sæpius de spe sua deturbati sunt violenti; sed ex ipsis eorum conatibus plane consequitur tum omnibus persuasum fuisse neminem posse simul esse monachum et regem. Recte itaque Ven. Bedam interpretatus est Guilielmus Malmesburiensis, quum de eadem re hæc scripsit* (2) : Sigebertus, seculo renuncians monachicæque tonsuræ compos, Ecgrico cognato thronum reliquit.

§ IV. Cædes S. Sigeberti. Ejus regni et mortis tempora. Cultus. An martyr et Benedictinus recte dicatur. Gesta ei perperam attributa.

Penda, rex Merciorum, plurium sanctorum occisor et pater, ambitione potius et sævitie animi quam odio religionis movet bellum, in quo S. Sigebertus *occumbit, inde dictus* martyr.

Dum autem in Betricheswurdensi cœnobio operam daret S. Sigebertus *contemplationi, psalmorum cantui, jejuniis et labori manuum, Anglorum Orientalium terras invasit Penda, rex Merciorum, sævitiæ potius animi, bellandi libidine, et imperandi ambitione incitatus, quam odio adversus religionem christianam. Invisum utique ejus nomen in Historia Anglicana; quod quum ipse, idolorum cultui adhærens,* multo latius quam aliquis suorum prædecessorum *regnum Merciæ* dilatavit (3) *et* maximam stragem fecit in ecclesia vel gente Nordanhymbrorum (4). *Duos* etenim reges Northimbrorum sanctum Eadwinum ac sanctum Oswaldum, et tres reges East-Anglorum, sanctum Sigebertum, Ecgricum et Annam, *qui etiam sanctorum albo adscriptus est* (5), in bello occidit (6). *Verumtamen sub medium sæculum* VII nec prohibuit Penda rex, quin etiam in sua, hoc est, Merciorum natione, verbum Dei (siqui vellent audire) prædicaretur. Quin potius odio habebat et despiciebat eos, quos, fide Christi imbutos, opera fidei non habere deprehendit; dicens contemnendos esse eos et miseros qui Deo suo in quem crederent obedire contemnerent (7). *Quin et Dei beneficio, qui novit de lapidibus suscitare filios Israel,* parens Domino semper rebellis, *ut loquitur monachus quidam Malmesburiensis* (8), sanctissimos cælo fructus effudit. *Ei enim* regina sua Kineswitha quinque filios, Peadam videlicet, *qui quasi Mediterraneorum Anglorum apostolus fuit,* Wulferum, *qui primus inter Mercios baptisma accepit,* sanctum Æthelredum, sanctum Merewaldum et sanctum Mercelmum* et duas filias, sanctam Kineburgam et sanctam Kineswitham, peperit (9). *Quamobrem violentia quadam animi, a qua nonnisi paucissimi barbari reges immunes sunt, potius quam christianæ religionis invidia bellum adversus Anglos Orientales movisse videtur Penda. Nam quod* S. Sigebertus, *qui in pugna occubuit,* martyr *appellatur, nullam vim habet ad persuadendum religionum diversitatem dissidii causam fuisse. Quod enim in omnibus fere nostris tomis sæpius monemus, multo olim latius patebat* martyris *vocabulum quam nunc. Præsenti enim tempore eos dumtaxat dicimus* martyres, *qui pro pietate sævam mortem sustinent; olim vero eos etiam hoc donabant nomine, qui cum pietate morte injusta aut cruenta occumbebant, maxime si antea virtutis floruissent laude.*

* Mercelmum *al.*

18 *Narravimus hactenus secundum ordinem fere temporum* S. Sigeberti *gesta, nullis tamen assignantes certos annos. Qua in re quum maxima sit apud chronographos quum veteres tum novos, perturbatio, hinc potissime orta quod in Chronico Anglo-Saxonico* (10) *atque inde in libro* II *Historiæ Anglorum Henrici Hungtindonensis* (11) *et in Chronico Florentii Wigorniensis* (12) *S. Felix legitur anno* 636 *Anglis Orientalibus fidem christianam prædicasse, tentanda videtur ordinatio aliqua, quæ præcipua saltem beatissimi regis negotia complectatur. Hujus chronologiæ cardo reapse est S. Felicis, quem secum ex Cantia adduxit* S. Sigebertus, *ad Anglos Orientales accessus; cujus accessus tempus diligenter conatus est definire Whartonus :* Quo primum anno, *inquit* (13), Felix fidem christianam inter Orientales Anglos prædicaverit, parum inter historicos convenit. Factum id anno 636 Chronologia Saxonica et Florentius volunt. Id anno 630 vel sequenti potius contigisse censerem. Author enim est Beda Honorium, archiepiscopum Cantuariensem,

S. Sigebertus *in Angliam venit cum S. Felice anno* 630

(1) Cfr Mabillonius, Annales Benedictini, lib. XVII, num. 12 et 27. — (2) De gestis regum Anglorum, lib. I, num. 97, tom. I, pag. 133, edit. Duffus Hardy. — (3) App. ad Chronicum Florentii Wigorniensis, ap. Petrie, Monumenta Britannica, pag. 637. — (4) Beda, Hist. eccl. lib. II, cap. 20. — (5) Vide supra num. 13. Cfr Acta SS. tom. IV Junii, pag. 501. — (6) App. ad Chron. Florentii, loc. cit. — (7) Beda, Hist. eccl. lib. III, cap. 21. — (8) Eulogium historiarum, tom. II, pag. 162. — (9) App. cit. — (10) Ap. Petrie, Monum. hist. Brit. pag. 310. — (11) Ibid. pag. 716. — (12) Ibid. pag. 529. — (13) Anglia sacra, tom. I, pag. 403.

Thomæ

AUCTORE V. D. B.

Thomæ et Bonifacio, Felicis successoribus, consecrationis munus impendisse. Felix autem sedit annos XVII, Thomas V, et Honorius obiit anno 653. Post annum igitur 631 Felix prædicationem auspicari non potuit. Porro ex ejusdem fide Felix a Sigiberto rege in Orientalem Angliam primum adductus erat. Sigebertus Eorpwaldo post trium annorum interregnum successit. Eorpwaldus, ab Edwino Northanhumbrorum rege ad fidem conversus, brevi post interiit. Ipse autem Edwinus fidem ante annum 627 amplexus non est; *sed hoc ipso anno* 627, *ut testatur Beda* (1). Felix igitur provinciam ante annum 630 intrare non potuit. Sedit annis XVII ex omnium sententia, *testimonio Ven. Bedæ* (2) *nixa; nisi tamen Thomas Eliensis* (3) *annos* octodecim *scripsit, cavos utique intelligens*. Obiit anno 650 juxta Florilegum; anno 649, *immo* XII *regni Annæ regis,* juxta Thomam Eliensem; anno 647 juxta Florentium; qui solus veritatem attigit. *Unde consequitur* S. Sigebertum *ad annum* 630 *Anglorum Orientalium regem factum esse. Nodum magis stringit Pagius* (4), *demon-*
B *strans S. Felicem e vivis recessisse anno* 646. *Continuator enim Ingulphi, qui passim (sed perperam* 5*) Petrus Blesensis dicitur, accuratissimis characteribus designavit S. Felicis obitum in epistola, quam libro suo præfixit:* Migravit, *inquit,* ad Dominum anno Domini DCXLVI, indictione IV, cyclo decennovali per I incipiente, Penda pagano adhuc super Mercios regnante; *quæ notæ inter se conveniunt. Quum itaque Angli annum fere a* 25 *decembris ordirentur* (6), *quumque S. Felix, post episcopatum octodecim annorum, die* 8 *martii mortuus sit, necesse est ut episcopatum inceperit anno* 630. *Censet propterea Pagius* (7) *interregnum post Eorpwaldi necem duos tantum annos paucosque menses durasse et* S. Sigebertum *ad populares suos rediisse anno* 629. *Sed necesse non est statuere* S. Sigebertum *integro anno ante* S. Felicem *venisse ad Anglos Orientales.*

et moritur anno 637.

19 *Quo vero anno mortem obiverit, non minor obscuritas. Florentius Wigorniensis* (8) *ad annum* 636 *universam* S. Sigeberti *vitam persequitur, arbitratus proculdubio eum hoc*
C *anno e vivis recessisse; quo anno alii quoque dixerunt* S. Sigebertum *diem obiisse. Sed Thomas Eliensis in Vita S. Etheldredæ* (9) *eumdem cæsum perhibet* anno sexcentesimo tricesimo septimo; *cui consentit anonymus monachus monasterii S. Edmundi Burgi* (10). *Verumtamen secum non constat Thomas, quippe qui alio ejusdem Vitæ loco statuisse videtur S. Annam, S. Etheldredæ patrem,* S. Sigeberto *et Ecgrice successisse anno* 635. *Ubi enim narrat mortem patris S. Etheldre-* D
dæ: Rex Anna, *inquit* (11), obviare festinans, ab eodem Penda, rege Merciorum, occiditur anno regni ejus nonodecimo, ab Incarnatione vero Domini sexcentesimo quinquagesimo quarto. *Qui annus* 654 *etiam in Chronico Anglosaxonico* (12) *legitur et apud ejus pedissequum Florentium Wigorniensem* (13); *itemque apud Richardum de Cirencestria* (14), *ut alios omittam. Secundum hunc itaque computum interemptus fuisse videtur* S. Sigebertus *anno* 635. *Quum vero alibi* (15) *idem Thomas Eliensis S. Felicem, quem anno* 647 *obiisse paulo supra diximus,* in pace vitam finivisse *perhibeat* anno duodecimo regni Annæ regis, *denuo hujus regni initia referre videtur ad annum* 635 (16). *Inter recentiores neminem præter Pagium reperio qui singulari diligentia inquisiverit in* S. Sigeberti *obitus tempus. Ut omittam eos, qui eum anno* 652 *occisum fuisse tradunt* (17), *Eduardus Maihew* (18) *et Colganus* (19), *Matthæum Westmonasteriensem in suis Floribus secuti, signant annum* 650; *Spedus* 20), *Alfordus* (21), *Cressyus* 22) *et Sharon Turner* (23) *annum* 652; *Mabillonius* (24) E
annum 639; *Churchill* (25) *annum* 638; *Yepes* (26) *annum* 636; *Maurini* (27), *Petrie* (28) *et Lappenberg* (29) *annum* 635; *Lingard* (30) *annum* 634, *et demum Palgrave* (31) *annum* 633. *Qui annum* 635 *proponunt, nituntur Vita S. Etheldredæ, non animadversa Thomæ inconstantia. Quid ergo? Mihi præplacet annus* 637, *quoniam Thomas Eliensis, qui libros anglicos et latinos* (32), *quibus nunc caremus, diligenti manu versavit, et anonymus S. Edmundi, qui in his secutus est* Cronica Crolandiæ et Cestriæ (33), *quæ nondum fuerunt edita, directe, totis literis aut cum aliis temporum notis,* S. Sigebertum *a Penda interemptum fuisse perhibent* anno sexcentesimo trigesimo septimo, 234 *annis incohatis ante martyrium S. Edmundi, anno* 870 XII *kal. decembris interfecti; contra aliis locis Thomas signat dumtaxat quoto S. Annæ regni anno res factæ sint: quæ computanda ratio sæpe perquam incerta est. Credidit Pagius* (34) *in anno* DCXXXVII *mendum esse librarii, et ab ipso Thoma fuisse scriptum* DCXXXV; *sed omnibus literis* (*ut monui*) *scriptum repererunt* F
decessores nostri annum sexcentesimum trigesimum septimum. *Putavit etiam Thomæ Eliensis testimonium solitarium esse; sed anonymi Edmundiani auctoritate confirmatur. Præstat itaque annum* 637 *retinere. Sequitur tamen inde hyperbole uti Henricum Huntingdonensem* (35), *qui* S. Sigebertum multos annos *monachum fuisse perhibet.* Ad ultimum, *eum monasterium ingressum esse*

(1) Hist. eccl. lib. II, cap. 14. — (2) Ibid. cap. 15. — (3) Acta SS. tom. IV Junii, pag. 500. — (4) Critice in Annales Baronii, ad an. 646, num. 5. — (5) Hardy Duffus, Descr. catalogue of mater. rel. to the hist. of Great Britain, tom. II, pag. 128. — (6) Art de vérifier les dates, pag. IX, edit. 1770. — (7) Critice ad an. 627, num. 23. — (8) Ap. Petrie, Monumenta, pag. 529. — (9) Acta SS. tom. IV Junii, pag. 498. — (10) Monast. Anglic. nov. tom. III, pag. 136. Cfr supra, num. 14. — (11) Acta SS. tom. IV Junii, pag. 501. — (12) Ap. Petrie, Monumenta, pag. 312. — (13) Ibid. pag. 531. — (14) Speculum historiale de gestis regum Angliæ, tom. I, pag. 172, edit. Mayor. — (15) Acta SS. tom. IV Junii, pag. 500. — (16) Ibid. pag. 498. — (17) Holingshe, Stous etc ap. Alford, Annales, ad an. 642, num. 5. Challoner, British Martyrology, pag. 136. Sed hic in Britannia sancta, tom. I, pag. 162, scripsit annum 642. — (18) Trophæa Benedictina, tom. II, ad 7 aug. — (19) Acta SS. Hiberniæ, pag. 97. — (20) The British Empire, pag. 310. — (21) Annales, ad an. 642, num. 5. — (22) The Church history of Britany, pag. 558. — (23) Hist. of the Anglo-Saxons, tom. I, pag. 219, Paris, 1840. — (24) Annales Ord. S. Bened. lib XII, num. 62. — (25) Divi Britannici, pag. 123. — (26) Coronica de la orden de S. Benito, tom. II, pag. 100. — (27) Art de vérifier les dates, pag. 771, edit. 1770. — (28) Monumenta hist. Brit. pag. 960. — (29) Geschischte von England, tom. I, pag. 60, Paris, 1840. — (30) Hist. of England, tom. I, pag. 60, Paris, 1840. — (31) The rise and progress of english commonwealth, Anglo-Saxon period, tom. II, pag. 309. — (32) Acta SS. tom. IV Junii, pag. 495, 500 etc. — (33) Monast. Angl. nov. tom. III, pag. 136. — (34) Critice Annalium Baronii ad an. 644, num. 7. — (35) Hist. Angl. lib. I, ap. Petrie, Monumenta, pag. 716.

tradit

A *tradit Ven. Beda; quod interpretari non licet quasi ad finem vitæ hoc fecisset, quum ab eodem ven. viro dicatur* multo tempore fuisse *in monasterio; fac tres annos, ut anno circiter* 634 *regium sceptrum posuerit.*

S. Sigebertus *olim inter sanctos recensitus fuit*

20 *Scriptores bene multos, antiquos et recentiores, catholicos et protestantes, in hoc Commentario adduxi; atque in his reperi nullum qui* S. Sigebertum *a doctrina, zelo, bonitate et sanctimonia non laudet. Ipsi Centuriatores Magdeburgenses, qui S. Felicem, Anglorum Orientalium apostolum, culpant quod* intra paucos annos omnes illas ecclesias in papistarum larvas transformavit (1), *non sine reverentia aliqua* S. Sigebertum *passim commemorant. Nolo tamen ullius verba recitare, quoniam plerique omnes aut Ven. Bedam describunt, aut ejus dicta breviant. Inter antiquos tamen, typis expressos, non reperi nisi unum qui* SANCTUM Sigebertum *dicat, ita ut hæc laus personam, non vitam afficiat, videlicet auctorem appendicis ad Chronicum Florentii Wigorniensis, cujus dicta supra recitavimus, num.* 17. *Verumtamen in ms. codice*

B *sæculi* XIII, *olim Musæi Bollandiani, nunc bibliothecæ publicæ Bruxellensis* (2), *quo continetur liber Henrici Huntingdonensis de Sanctis Angliæ, hæc reperio :* Tempore, quo Oswaldus, et Oswinus, et Aidanus cæli gaudia petierunt, regnabat Erchemburth in Cancia, Sigebertus vero in Estlandia. De quibus utrisque dicendum est. *Et reapse dicitur dein de S. Erchemberto; sed præteritur* S. Sigebertus, *licet in indice veniat hic titulus, antiqua manu scriptus :* De sco Sigeberto rege; *ita ut dubitandum non sit quin in melioribus codicibus inveniatur capitulum de* S. Sigeberto. *Unde patet sæculo* XII, *quo vixit Huntingdonensis, optimum regem in censu sanctorum fuisse habitum.* Capgravius *etiam, qui sæculo* XV *floruit,* inter sanctos reges, martyrio coronatos Sigebertum numerat, *ut mihi testis est Pagius* (3), *qui jure merito hunc ei titulum competere censet. Præterea in Calendario Anglicano, quod Lingardus collegit ex Missalibus et Breviariis impressis Salisburgensibus et Eboracensibus, atque ex scriptis Durhamensi (Bibl. Harl. num.* 5289) *et S.*

C *Pauli (ibid. num.* 2787) (4), *ad diem* 27 *septembris legitur* Sigeberht, rex et martyr (5). *Verumtamen in libris Salisburgensibus, quos habemus, non occurrit; ut in uno ex trinis aliis illa viderit Lingardus. Verum in Martyrologio anglicano secundum usum Sarum, quemadmodum in Syon, monasterio Londinensi, legebatur, anno* 1526 *lingua vernacula cum additionibus a Whitfordo edito, ad diem* 16 *januarii hæc obvia habemus :* Festum S. Sigeberti, qui fuit rex Angliæ, et expulsus ab inimicis in Galliam, ubi accepit fidem Christi et fuit baptizatus; et restitutus fuit in suo regno, ubi erexit scholas Scripturæ sacræ; et dein cognato resignavit suam coronam et factus est monachus magnæ perfectionis; et ad ultimum martyrium subiit pro fide. *Adeo ut duobus diversis diebus olim paucis aliquot locis* S. Sigebertus *cultus fuisse videatur, nisi forte propter S. Furseum, cui monasterium construxit* S. Sigebertus, *hic simul cum beato abbate nuntiatus fuerit die* 16 *januarii. Sed, quidquid id est, genuinus natalis proculdubio fuit dies* 27 *septembris, quum Penda censendus non sit hiemali tempore cum exercitu irrupisse in Angliam Orientalem.*

AUCTORE V. D. B.

atque etiam nunc recensetur, et quidem inter Benedictinos,

21 *Wilsonus in Martyrologio Anglicano posterioris editionis celebrat eumdem sanctissimum regem ad diem* 27 *septembris; quem pro more sequuntur Alfordus* (6) *et Cressyus* (7) *in Annalibus. Challoner uno die aberrat, signans eum ad* 26 *septembris in Martyrologio Anglicano* (8) : *sed in Britannia sancta* (9) *eum laudat simul cum S. Felice episcopo ad diem* 8 *martii. — In Actis nostris dubitatum est quidem aliquando utrum S. Augustinus ejusque socii, qui christianam religionem et vitam monasticam inter Anglo-Saxones induxerunt, S. Benedicti sequerentur regulam; sed postquam Mabillonius in Præfationibus ad Acta sanctorum sui ordinis idem argumentum versavit, declaravit* E *Papebrochius se omnino in ejus ire sententiam. Quapropter, quoniam (ut supra ostendimus)* S. Sigebertus *monachus factus non est in cœnobio S. Fursei, institutiones Hibernicas usurpantis, sed in Betricheswurdensi, quod verisimilius initia sua debebat monachis Cantuariensibus, non temere Benedictini monachi eum suo albo inscripserunt. Arnoldus itaque Wion, qui anno* 1595 *Lignum vitæ edidit, quamquam ejus nomen (nisi mea me fefellit in quærendo diligentia) Martyrologio monastico Benedictino, quæ pars est libri* III, *non inseruerit, catalogum tamen regum, Benedictinam regulam professorum, (qui catalogus in libro* IV *occurrit,) exordiltur a* S. Sigeberto, Anglorum Orientalium rege, *elogium texens ex Ven. Beda, Matthæo Westmonasteriensi et Polydoro Virgilio* (10).

diebus 16 januarii; 7 augusti et 27 septembris, et peroscitantiam scriptorum diebus 17 augusti et 17 septembris;

22 *Pone venit Edoardus Maihew, monachus congregationis Anglicanæ Benedictinæ Westmonasteriensis, qui ab anno* 1619 *ad* 1625 *Remis edidit tribus tomis Congregationis Anglicanæ ordinis S. Benedicti trophæa; quorum tomus seu tabula* II *exhibet natales sanctorum* (11). *Quæ hic liber, frustra in Belgio a me investigatus, de* S. Sigeberto *contineat, non cognovi nisi ex his quæ inde retulerunt Colganus* (12) *et decessores nostri* (13). *Hic itaque constituit (nescio qua auctoritate) natalem* S. Sigeberti *ad diem* 7 *augusti. Qua in re eum secuti sunt reliqui martyrologi et menologi Benedictini, Menardus* (14), *qui in observationibus non male de eo disputat; Bucelinus; Heredia* (15); *Ranbeckius, monachus Schyrensis* (16), *qui et ejus imaginem a Gabriele Ehingero sculptam, edidit; et demum Cherlius* (17). *Monachus Donawerdensis* (18) *ejus meminit ad diem* 14 *februarii, occasione S. Inæ, regis Saxonum Occidentalium, monens eum certo cultu destitui, quo-*

(1) Centuria VII, pag. 554. — (2) Num. 8497. — (3) Critice Annalium Baronii, ad an. 644, num. 8. — (4) Cfr Harris Nicolas, The Chronology of History, pag. 97. — (5) Ibid. pag. 112. — (6) Ann. eccl. Anglo-Sax. ad an. 642, num. 6. — (7) Eccl. hist. of Brit. pag. 538. — (8) A memorial of ancient british piety, pag. 135. — (9) Lives of British Saints, tom. I, pag. 161 et 162. — (10) Lignum Vitæ, pag. 449. — (11) Catalogus lib. impr. bibl. Bodlejanæ, tom. II. pag. 655. — (12) Acta SS. Hiberniæ, pag. 97. — (13) Acta SS. tom. II Augusti, pag. 181. — (14) Martyrol. SS. ord. S. Bened. pag. 67 et 657. — (15) Vidas de santos de la religion de S. Benito, tom. III, pag. 199. — (16) Annus Benedictinus, tom. III, pag. 572. — (17) Martyrologium Bened. pag. 587. — (18) Kirchenkalender aller HH. w. u. d. Regel d. H. Benediktus gelebt haben, pag. 80.

niam

AUCTORE V. D. B.

niam ejus nomen calendario Benedictino non inscripsit Mabillonius ; et Petrus Lechnerus (1), *qui novissimum edidit Martyrologium Benedictinum, eum prorsus silentio præterivit. Saussayus vero, quoniam* S. Sigebertus *in Galliis fidem suscepit, ejus meminit in supplemento Martyrologii Gallicani, et quidem exemplo Benedictinorum ad diem* 7 *augusti. Videtur et aliquis eum ad diem* 17 *augusti nuntiasse. Nam Castellanus* (2), *cui persuasum erat ne umbram quidem cultus* S. Sigebertum *umquam adeptum esse eumque nonnisi a tribus aut quatuor recentioribus commemoratum fuisse in fastis sacris, monet eum ab uno ex eis commemorari ad diem* 17 *augusti ; utique facili errore decem dierum. Et quidem simili, sed inverso errore ipsemet Castellanus antea* (3) *memoriam fecerat* S. Sigeberti *et secundum eum de Saint-Allais* (4) *et Pétin* (5) *die* 17 *septembris loco* 27 *septembris.*

quin etiam 29 *octobris, ad quam de eo diximus, quamquam aliquando decessoribus visus est prætermittendus.*

23 *Ad quam posteriorem diem decessores nostri in Prætermissis, a Castellano persuasi, judicarunt de eo in opere nostro dicendum non esse, quod numquam publice in ecclesia cultus fuisset. Sed antea in Prætermissis ad diem* 7 *augusti, ante oculos habentes, præter Wilsonum et menologos Benedictinos, Martyrologium anglicanum Whitfordi secundum consuetudines monasterii de Syon et Maihewium, qui* testes alios de cultu immemorabili refert, *aliter plane senserant, remittentes tamen sancti regis Acta ad supplementum diei* 16 *januarii. Verumtamen, quamquam hodie numquam cultus fuerit* S. Sigebertus, *quum tamen præsenti die memoretur a Ferrario in Catalogo generali sanctorum, ubi ad* 27 *septembris jam laudatus erat, et ab Adalberto Mullero in Martyrologio universali* (6), *quumque et ipsimet in libello de Prosecutione operis Bollandiani ejus nomen consignaverimus ad hunc diem, visum est opportunius nunc de eo agere, quam denuo ad alium diem ejus Vitam differre.*

Cathedrale S. Pauli templum et Westmonasteriense S. Petri non construxit S. Sigebertus, *rex Estanglorum, sed Sigebertus, rex Estsaxonum, perperam ab aliquibus sanctis annumeratus.*

24 *Superest ut in fine errores aliquot aut assertiones temeras recenseam, quæ de* S. Sigeberto *circumferuntur. Imprimis moneam necesse est* S. Sigebertum, *regem Anglorum Orientalium, distinguendum esse a Sigeberto, rege Saxonum Orientalium. Ab hoc errore cavere nescivit Ailredus, abbas Rievallis, qui in Vita et miraculis S. Edwardi confessoris hæc scripsit* (7) : Tempore, quo rex Ædelbertus, qui regnavit in Cantia, prædicante B. Augustino, fidei sacramenta susceperat, nepos quoque ejus Sebertus, qui Orientalibus Anglis præfuit, fidem, eodem episcopo evangelizante, suscepit. Hic Londiniis, quæ regni suo metropolis habebatur, intra muros ecclesiam in honore Pauli beatissimi construens, episcopali eam sede voluit esse sullimem... Volens autem rex utrique apostolo se gratum præstare, in occidentali parte ejusdem civitatis extra muros, in honore beati Petri monasterium insigne fundavit. *Atque alii alia ab uno ad alterum transferunt, quæ prosequi non vacat. Cæterum Sigebertus, rex Saxonum Orientalium, cognomine Bonus, numquam publice cultus fuit. Laudatur quidem a Ven. Beda* (8) *et ab aliis chronographis consequentibus, quod ad annum* 660 *cæsus sit propter nimiam clementiam ; sed tristis hæc mors ei a S. Ceddo episcopo tamquam pœna cœlestis prædicta fuerat, quod excommunicationis leges violaverat. Quapropter probari nequit Alfordus, qui ejus nomen ad finem tertii tomi Annalium suorum in indice sanctorum Angliæ scripsit, neque Cressyus, qui idem fecit in indice Historiæ suæ. Habet Anglia sat multos cælites genuinos, quorum cultum confirmavit ecclesiæ auctoritas, ut necesse non sit ejus album augere nominibus, temere et præter jus inscriptis.* D

Cum S. Desiderio Cadurcensi commercium literarium non habuit S. Sigebertus, *sed S. Sigebertus, rex Austrasiorum.*

25 *Monendum quoque videtur Smitheum* (9) *a Pitseo in errorem inductum fuisse, ita ut crediderit* S. Sigebertum *Anglum, quum in Gallia versaretur, commercium literarium habuisse cum S. Desiderio, qui ab anno* 629 *ad* 654 *Cadurcensem cathedram occupavit, easque literas illo tempore adhuc servatas fuisse in monasterio S. Galli Helveto. Hunc errorem, quem in Maihewii Trophæis deprehendit, refutavit primus Menardus in observationibus ad Martyrologium Benedictinum ; sed nemo non potest eum facillime redarguere. Literæ enim illæ editæ fuerunt in Henrici Canisii Lectionibus antiquis, atque inde in Thesauro monumentorum Basnagii, et demum in Patrologia Migniі. Quæ enim illic leguntur binæ literæ* Desiderii ad Sigebertum regem, *et binæ* Sigeberti regis ad Desiderium, *manifestissime ad alium Sigebertum regem referendæ sunt. In epistola* IV *libri* I *ait Desiderius* (10) : Domini genitoris vestri circa meam pusillulam exiguamque personam habita est gratia familiaritatis ; *in epistola vero priori rogat eum* (11) ut quos genitor *ejus* pie enutrivit, *ejus* rigor æquanimiter portet. *In epistola demum* XVII *libri* II *hæc scripsit ipse Sigebertus* (12) : Licet nos statuta canonum et ecclesiasticas regulas, sicut parentes nostri in Dei nomen conservaverunt, ita et nos conservare optamus *etc. Agitur dein de synodo, quæ præter regis notitiam in kal. septembris indicta fuerat* (in regno nostro, *inquit scriptor), et ad quam rex significat S. Desiderio eum* penitus accedere non debere. *Quum ita Sigebertus ille rex progenitores christianos habuerit, S. Desiderio familiares, et* regnum *Francorum teneret, non potest esse nisi S. Sigebertus II, filius Dagoberti I, qui post patrem ab anno* 638 *Austrasiæ regnum habuit et die* I *februarii anni* 656 *vita functus est.* E F

Absque auctoritate dicuntur S. Sigebertus *et S. Felix primas ecclesias construxisse in Babingley et in Sharnborn.*

26 *Demum Alfordus, qui parum abfuisse videtur quin in Annalibus tragœdiam de* S. Sigeberto *conscripserit, (tam abundans enim est, tam eloquens et tanto apparatu in scenam ubique mittit sanctum regem !) hæc de condita religione christiana inter Anglos Orientales tradidit :* Templa, *inquit* (13), interim surrexerunt non uno in loco, Felice episcopo procurante, rege ad sumptus omnia suppeditante. Præter ecclesiam sedemque episcopi, Dumvici erectam, sacra ædes ibi struitur, ubi

(1) Ausfürliches Martyrologium des Ben.-Ordens, Augsbourg, 1855. — (2) Martyrologe universel, pag. 895. — (3) Ibid. pag. 470. — (4) Martyrologe universel, pag. 535. — (5) Dictionnaire hagiologique, tom. II, col. 1003 et 1004. — (6) Allgemeines Martyrologium, pag. 546. — (7) Ap. Twysden, Scriptores decem, col. 385. — (8) Hist. eccl. lib. III, cap. 23. — (9) In annot. ad cap. XVIII, lib. III, Hist. eccl. Bedæ, opp. tom. VI, col. 143. — (10) Ap. Migne, Patrologia, tom. LXXXVII, col. 250. — (11) Ibid. col. cit. — (12) Ibid. col. 263. — (13) Annales ad an. 656, num. 9.

Felix

A Felix primum in insulam descenderat, ad oppidum Babingley, ut scribit Camdenus : aliæ in loco Sharnborne dicto; primæque fuerunt in Anglorum provincia. *Primus hæc literis mandavit Spedus* (1), *hoc uno (ni fallor) nixus argumento, quod Babinglejense templum S. Felici dicatum erat et quod Sharnbornensis ecclesia, diu dicta* Stock-Chappell, *in ligneis suis muris quoddam antiquitatis habebat indicium. Ex Spedo hæc accepit Camdenus* (2), *significans tamen illa nonnisi populari traditione circumferri, nequaquam antiquis documentis stabilita esse. Fieri quidem potest ut hæc ita facta sint; neque dubitandum est quin beatissimus rex et S. Felix passim in oppidis et villis ligneas erexerint ædes sacras, in aliis statuentes custodem, qui populum ad preces communes convocaret, in aliis presbyterum, qui omnes sacri ministerii partes faceret, et curantes ante omnia ne populus ad pristinas superstitiones rediret : verum hæc aliaque multa, quæ cogitari possunt, sed antiquitatis testimonio non demonstrari, excludenda sunt ab historia.*

B

DE VITA VEL MORTE

RELIGIOSI REGIS SIGBERCTI

Ex Historia ecclesiastica gentis Anglorum Ven. Bedæ, lib. III, *cap.* XVIII, *secundum editionem Henrici Petrie in Monumentis historicis Britannicis.*

S. Sigeberti *et popularium conversio; scholæ institutio opera S. Felicis;*

His temporibus regno Orientalium Anglorum, post Earpualdum Redualdi successorem *a*, Sigberect frater ejus præfuit, homo bonus ac religiosus : qui dudum in Gallia, dum inimicitias Redualdi fugiens exularet *b*, lavacrum baptismi percepit, et patriam reversus, ubi regno potitus est, mox ea quæ in Galliis C bene disposita vidit imitari cupiens, instituit scholam in qua pueri literis erudirentur : juvante se episcopo Felice quem de Cantia acceperat, eisque pædagogos ac magistros juxta morem Cantuariorum præbente *c*.

a

b

c

S. Sigeberti *monachica vita; imperium militare in bello; cædes.*

2 Tantumque rex ille cælestis regni amator factus est, ut ad ultimum, relictis regni negotiis et cognato suo Ecgrice commendatis *d*, qui et antea partem ejusdem regni tenebat, intraret monasterium quod sibi fecerat *e*, atque accepta tonsura pro æterno magis regno militare curaret. Quod dum multo tempore faceret, contigit gentem Merciorum, duce rege Penda, adversus Orientales Anglos in bellum procedere *f*; qui dum se inferiores in bello hostibus conspicerent, rogaverunt Sigberctum ad confirmandum militem secum venire in prælium. Illo nolente ac contradicente, invitum monasterio eruentes duxerunt in certamen, sperantes minus animos militum trepidare, minus præsente duce quondam strenuissimo et eximio posse fugam meditari. Sed ipse professionis suæ non immemor, dum optimo esset vallatus exercitu, nonnisi virgam tantum habere in manu voluit *g* : occisusque est una cum rege Ecgrice, et cunctus eorum, insistentibus paganis, cæsus sive dispersus exercitus.

d

e

f

AUCTORE VEN. BEDA. *g*

3 Successor autem regni eorum factus est Anna, filius Eni, de regio genere, vir optimus, atque optimæ genitor sobolis; de quibus in sequentibus suo tempore dicendum est : qui et ipse postea ab eodem Merciorum duce, a quo et prædecessor ejus, occisus est.

Ejus successor S. Anna.

ANNOTATA.

a *In Commentario prævio, num.* 2, *conversionem Eorpwaldi opera Ædwini, regis Nordhumbrorum, dedimus secundum Ven. Bedam. Redwaldus etiam aliquando christianus fuerat; sed suasu uxoris et perversorum quorumdam doctorum Christi cultui sociaverat superstitiones saxonicas, easdem fere ac scandinavicas; ut tradit idem Ven. Beda, lib.* II, *cap.* XV. *Genealogiam horum principum ibidem proposuimus num.* 3 *secundum Lappenberg.*

E

b *Hæc explicuimus in Commentario prævio, num.* 4.

c *De his diximus in Commentario prævio, toto* § II.

d *Cessavit* S. Sigebertus *rex esse, ut docuimus num.* 16 *Commentarii prævii. Verumtamen non videtur facta esse novi regis electio; ita ut Ecgrice ex commendatione* S. Sigeberti *regnum administraverit, rex potius imperio quam jure.*

e *Intelligitur monasterium Betricheswurdense, postmodum* St. Edmundsbury, *non autem Cnobheresburgense S. Fursei. De qua re vide Commentarium prævium,* § III.

f *Hæc facta anno* 637, *ut ostensum est in Commentario prævio, num.* 19. *Quo animo hæc Penda suscepisse videatur ibidem docuimus, num.* 17.

g *Natura potius professionis quam certa aliqua lege vetabantur tum monachi militiam sequi; quod et nunc vetantur compluribus canonibus notissimis. Excitata videtur maxime quæstio liceretne monachis annon arma tractare, quum, ut loquitur S. Hieronymus in Chronico*, Valens, lege data ut monachi militarent, nolentes fustibus interfici jussit. *Quod omnino indignum et illicitum visum est, quoniam (ut loquitur Orosius, lib.* VII, *cap.* XXXIII,*)* monachi christiani *sunt* qui ad unum fidei opus, dimissa sæcularium rerum multimoda actione, se redigunt; *et quemadmodum pœnitentes, qui similiter* dimittebant sæcularium rerum multimodam actionem, *prohibebantur ante omnia militaribus vestibus et armis uti, sic quoque monachi : de qua re vide Commentarium prævium, num.* 16. *Sibi visus est* S. Sigebertus *(quemadmodum abbates quoque qui propter bona dominicalia militiam debebant regibus Francorum) et professionis monastices leges sequi non ferendo arma, sed baculum dumtaxat, imperii signum, et popularium suorum saluti consulere eos ducendo in aciem et verbis eorum animos roborando. Qua quidem officiorum compositione sæcularium rerum actionem*

F

(1) The British Empire, Northfolke, pag. 35. — (2) Britannia, Northfolke, pag. 223.

non

A *non vitavit, sed potius peregit minimo professionis suæ detrimento*; longe religiosior Constante illo, Constantini tyranni filio, quem pater ex monacho cæsarem primum, deinde augustum creavit, et bellicis expeditionibus præfecit contra Honorium imperatorem, *ut animadvertit Mabillonius, lib.* XII, *num.* 72; *qui et addit :* Non desunt similia in consequentibus exemplis; et quibusdam monachis regiæ stirpis adeo arma tractare non incongruum visum est, ut etiam ex his nonnulli conjugia inire non dubitaverint. D

DE S. KENNERA VIRGINE

IN GALWEDIA, PAGO SCOTIÆ

V. D. B.

SYLLOGE CRITICA

§ Unicus. Galwediæ situs et incolarum origo. S. Kennera virgo, non martyr, Galwediensis in Scotia, confusa initio sæculi XVI cum S. Cunera, virgine et martyre, Rhenensi in Batavia.

B E

TEMPORE INCERTO.

In Galwedia, quam Britanni, Anglosaxones, Hiberni et Gæli incoluerunt, in Kirkinner culta fuit S. Kennera,

Galwedia, vulgo Galloway, *pagus est Scotiæ, ad occasum brumalem vergens. Sæculo* V *habitabatur a tribubus Britannicis, scilicet Selgovis, Novantibus et Damniis, ut disjunctis sic sine viribus. Facile eos superarunt Anglosaxones eisque sæculis* VI *et* VII *dominati sunt. Sed quum ad finem sæculi* VIII *Northumbrica domus extincta est, auctoritatem amiserunt Saxones, prædia tamen retinentes. Facile itaque sedes aliquot occuparunt advenæ Hiberni; ad quos alii accesserunt sæculis* IX *et* X, *atque etiam Scoti ex peninsula Kintyre. Qui quum Gæli dicerentur atque adhuc dicantur, nomen suum regioni communicarunt* (1). *Exstat illic parochia* Kirkinner, *olim* Kyrkyner, *sinu maritimo divisa ab oppido Wigton. Quod nomen idem est ac* Kirk Kinner, *id est* templum Kenneræ. *Deo enim dicatum erat templum sub patrocinio* S. Kenneræ, *nunc illic vulgo* Kinneir *appellatæ. Monachis de Whithorn dederat hoc templum Eduardus Bruce, Galwediæ dominus; sed illi commutarunt id anno* 1503 *ecclesia S. Andreæ* * *in comitatu de Kircudbright, quo annecti posset capellæ regiæ de Stirling. Sed nunc nonnisi rudera supersunt vetustissimæ illius fabricæ, qua tot annos* S. Kenneræ *memoria conservata est* (2). *Anno* 1863 *accessit huic loco aliqua celebritas quod in littore vicini lacus Dowaltoniensis retecta est series insularum, sublicis seu palis impositarum, quas primævi inhabitarunt incolæ, et præterea castelli celtici vestigia in colle ad ortum brumalem. Sed nuperius et* S. Kenneræ *ejusque templi nomen posteritati commendavit Joannes Stuart, Spaldingensi societati a secretis et inter Scotos eruditos præclarus vir, quum in altero suo tomo de lapidibus sculptis Scotiæ* (3) *(in quo opere splendorne et accuratio imaginum, an reconditarum rerum sagacissima revelatio admiranda sit magis ambigit lector) utriusque mentionem fecit, licet duos tantum intertextis figuris crucibusque ornatos titulos inde produxerit. Nam et nomina perpetuo consecrata sunt, quæ in tam sumptuoso tamque docto libro consignata fuerunt.*

* Kirkandrew

2 *Quum itaque quotannis die* 29 *octobris festive illic ageretur sanctissimæ patronæ natalis, receptum est ejus nomen in kalendaria et martyrologia Scotica. Hinc itaque sequens annuntiatio :* Eodem die, *scilicet* 29 *octobris,* in Scocia apud Kyrkyner in Galwedia sanctæ Kenneræ virginis non martyris. *Hæc totidem verba ad præsentem diem leguntur in Martyrologio Usuardi secundum usum ecclesiæ Aberdonensis, quod sub exordia sæculi* XVI *capitulum cathedrale Moraviense scribendum curavit. Cujus Martyrologii partes Scoticas, prius in priori tomo Registri episcopatus Aberdonensis delibatas* (4), *integras edidit David Laing in commentariis antiquariorum Scotiæ* (5). *Illic itaque* S. Kennera virgo *dicitur,* non martyr. *Alibi non semel monuimus Greveno, qui annis* 1515 *et* 1521 *bis Coloniæ Usuardi Martyrologium cum multis additionibus edidit, kalendarium quoddam Scoticum præluxisse; et quidem ad præsentem diem inde in Martyrologia sua intulit* Kenneriam virginem, *omissa* martyris *laude. Sed aliud in promptu habemus kalendarium Scoticum, quod initio alterius tomi illius Registri Aberdonensis editum est hoc titulo* (6) : Kalendarium insigne Aberdonensis ecclesiæ, jussu Gavini episcopi factum, id est scriptum et pictum, Antverpiæ A.D. 1527. H. — Subtus accedunt cujuscumque mensis anniversaria fundata in ecclesia cathedrali, scripta C.A.D. 1520, continuata ad A.D. 1560. *Atque in hoc ad præsentem diem legitur :* Kennere virginis et martyris. IX lectionum; *ubi eadem virgo* martyr *aperte appellatur.* F

virgo non martyr, sed ab aliis dicta virgo et martyr,

3 *Quid itaque tam exiguo temporis spatio, quæ* non martyr *dicebatur,* martyr *dicitur? Ego sic existimo : olim in Kyrkyner seu Kirkinner actum fuisse* S. Kenneræ *festum officio*

et in Breviario Aberdonensi confusa cum S. Cunera, martyre Batavica,

(1) Wilson, The imperial Gazetteer of Scotland, tom. I, pag. 707. — (2) Ibid. tom. II, pag. 258. — (3) Sculptured stones of Scotland, tom. II, pag. 68, pl. CXXII, 1867. — (4) Spalding Club, Registrum episc. Aberdonensis, tom. I, pag. LXXXV. — (5) Proceedings of the antiquaries of Scotland, pag. 270. — (6) Regist. episc. Aberd. tom. II, pag. 2 et seqq.

de

A *de communi virginum non martyrum ; quod ejus Vita ignoraretur : atque ita ansam datam fuisse ut* S. Kenneræ *virgini, non martyri, substitueretur S. Cunera virgo et martyr. Quod ut manifestius appareat, prius audiendus est Boethius, Guilielmi Elphinstonii, episcopi Aberdonensis, laudes prosequens* (1) : Sanctorum, *inquit*, gesta, quibus plurimum apud nos parochiales ecclesiæ dicantur, multis locis quæsita in unum collegit, opus diutius quam par erat neglectum : quæ et quotannis sanctorum solennibus sacris recitarentur obtinuit. Nam Angli, quo tempore majorem nostræ regionis partem occuparunt, sanctorum gesta (qui apud nos claruere) data memoriæ, libros et historiarum et quorum in sacris erat usus, cremarunt omnes : illorum loco suis ritualibus sacrorumque codicibus adhibitis, ut nihil non Anglicanum inter nos laude dignum inveniretur. *Atque hinc ortum est Breviarium Aberdonense, anno* 1509 *Edimburgi editum annoque* 1854 *Londineni repetitum ; in quo Breviario insertæ sunt lectiones de S. Cunera, virgine et martyre Rhenensi in Batavia, cujus*
B *natalis agitur die* 12 *junii, sed cujus translatio multo majori solemnitate et copiosiori populi concursu celebrabatur die* 28 *octobris, quo (ut ad diem proxime præcedentem diximus) nomen ejus martyrologiis aliquot inscriptum est* (2). *Hoc itaque pacto* S. Kennera *virgo, non martyr, multata fuit in S. Cuneram, virginem et martyrem, quam dixerunt de societate S. Ursulæ fuisse ; sed parum verisimiliter.*

ut constat ex multis capitibus,

4 *Neque his tantum impellimur rationum momentis ut S. Cuneram et* S. Kenneram *diversas dicamus : accedit scilicet quod S. Cunera colebatur diebus* 12 *junii et* 28 *octobris,* S. Kennera *die* 29 *octobris ; deinde quod Grevenus, qui primus Martyrologium Usuardi typis excudi fecit cum SS. Cuneræ et* Kenneræ *nominibus, eas probe distinguit. Ad diem* 28 *octobris utitur his verbis :* Translatio sanctæ Cuneræ, virginis et martyris, ex societate undecim millium virginum ; *ad diem sequentem :* Kenneriæ virginis. *Easdem distinguit, sed et confundit Ferrarius in Catalogo generali sanctorum, quum ad alte-*
C *ram diem Molani Usuardum, ad alteram kalendarium Scoticum Kingii seu Regii secutus, sic loquitur ad diem* 28 *octobris :* Rhenis in Belgio S. Cuneræ virginis et martyris ; *et ad diem* 29 *octobris :* Coloniæ passio S. Keineræ virginis, S. Ursulæ comitis. *Quas ibi ut distinctas referri liquidum est ; confundi tamen vel hinc patet, quod, qui* S. Kenneram *Scoticam sociam faciunt S. Ursulæ, eamdem hanc habent ac S. Cuneram Rhenensem. Omisso itaque Ferrario, considerandum demum est cultum S. Cuneræ celebrem quidem fuisse apud Rhenenses, sed nequaquam extensum aut ad alias regiones propagatum ; hinc non intelligi quomodo unquam ad Scotos transgressus sit. Re quidem vera dicit Ferrarius in annotatis tradi* S. Keineræ reliquias in patriam relatas *fuisse ; sed hæc temera est assertio, quum nemo hoc tradat, sed usque ad sæculum* XVI *S. Cuneræ reliquiæ in Rhenen asservatæ fuerint* (3).

AUCTORE V. D. B.

5 *Quocirca, quum dies festi non conveniant, quum altera olim martyr, altera non martyr diceretur, quum ante Elphinstonium nemo reperiatur qui eas in unam confuderit et quum demum nulla causa appareat translati cultus S. Cuneræ in Scotiam, omnino existimo* S. Kenneram *Gaelam seu Scotam aut Hibernam fuisse. Nam et hoc nomen femininum celticum est, idem quod* Cainer *seu* Cainner ; *quo appellata est mater S. Mochuæ de Cluain Dolcain* (4) *et S. Senchani de Imleach Iubhair, itemque S. Cainder, culta die* 28 *januarii* (5) *atque alia S. Cainder, martyrologiis inscripta ad diem* 5 *novembris* (6).— *Sitne nata* S. Kennera *Galwediensis in Scotia an in Hibernia, quo tempore vixerit, quæ egerit, hæc omnia me latent. Neque ire audeo in sententiam Joannis Stuart* (7), *qui vult eam non Hibernam fuisse genere, sed Britannam. Nam, quamvis summa eruditissimi illius viri sit auctoritas, institutis nostris prohibeor quin in magistri verba jurem, sed jubeor exspectare argumenta, quibus dicta sua confirmet. — Ut autem oculis perspiciatur quod supra affirmavi, scilicet lectiones, quæ in Breviario Aberdonensi de* S. Kennera *leguntur, desumptas esse ex Actis S. Cuneræ Rhenensis, necessarium utique foret lectiones illas atque hæc Acta producere ; sed quum nunc illud Breviarium apud Scotos rarum non sit atque S. Cuneræ Acta jam semel in opere nostro fuerint excusa ad diem* F *12 junii, velint ipsimet Scoti ambo monumenta inter se conferre.*

breviter indicatis.

E

(1) Aberdonensium episcoporum Vitæ, fol. XXXI. — (2) Cfr Acta SS. tom. II Junii, pag. 558. — (3) Ibid. pag. 559 et 560. — (4) Martyrologium Dungallense, pag. 215. — (5) Ibid. pag. 29. — (6) Ibid. pag. 299. — (7) Sculpt. stones, tom II, pag. 34.

A D

DE S. MAJORIANO CONFESSORE

BROCI IN ARVERNIA

V D. B.

MEMORIA

§ Unicus. S. Majorianus, olim patronus prioratus Brocenses in Arvernia, nunc omnino incognitus. Quæ videatur egisse. An scribendus Mazorianus.

S. Majorianus, *nunc Broci in Arvernia prorsus incognitus,*

In universis Gallicis nulla forte provincia tot sanctorum ferax fuit tellus quot saxosa frugumque sterilis Arvernia. Eo enim fere quotidie et aliquando sæpius vocamur ad sanctorum illustranda gesta, plerumque auxilio S. Gregorii Turonensis; qui, quum inde oriundus esset, patriæ decora silere noluit. Verum hodie, ubi S. Majorianus *nobis obvius* B *fit, omni destituimur documentorum copia. Castellanus, qui primus ejus nomen in fastos, prelo expressos, intulit, eum hodie in Martyrologio suo universali his annuntiat verbis:* Broci in Arvernia, S. Mazoriani confessoris; *quæ repetuntur a Saint-Allais in suo Martyrologio, a ven. viro Pelin in Lexico suo hagiographico, Mignianis edito typis, ab auctore Martyrologii seu potius Catalogi SS. Galliæ, qui recentioribus Longuevallii Historiæ ecclesiæ Gallicanæ adjectus est, et demum a Mullero in Martyrologio suo Germanico universali. Quum musæum nostrum excussissemus, investigantes siquid de hoc viro reperiremus, atque incassum cessisset noster labor, literas dedimus ad ven. virum parochum Brocensem. Qui die* 24 *octobris anni* 1866 *nobis respondit se hoc nomen legisse in Martyrologio, quod in editione (qua utitur) Vitarum sanctorum Butleri et Godescardi, initio singulorum dierum, legitur; sed cæterum in sua parochia prorsus esse incognitum; ita ut sibi videatur* S. Majorianus *Broci numquam fuisse cultus: se tamen his stare noluisse, sed virum consu-* C *luisse, rerum ecclesiasticarum Arverniæ peritissimum atque in documentis tabularii provincialis diligenter versatum, atque hunc quoque sibi nihil de* S. Mazoriano *seu* Majoriano *innotuisse professum esse; se tamen his vinci passum non esse, sed in bibliotheca seminarii Claromontani examinasse complures visitationes episcopales parœciæ suæ; in quibus se plura invenisse de pristinis Brocensibus reliquiis, nil tamen de* S. Majoriano. *Adde eum non memorari a S. Gregorio Turonensi, non a Savarone, sanctorum diœcesis Claromontano strenuo scrutatore, non a Branchio, qui anno* 1652 *ingenti volumine Vitas sanctorum Arverniæ complexus est, neque in libris geographicis antiquis et novis de Arvernia aut universis Galliis.*

usque ad extremum sæculum XVIII illic patronus prioratus fuit cultusque die 29 *octo-*

2 *An itaque erravit Castellanus, cujus in inquirendis sanctorum nominibus diligentiam nullus umquam martyrologus æquavit? Credere non potui; et quidem tanto minus, quod, solitarius quum incederet, hoc nomen nonnisi manifesto testimonio admittere potuit admirabilis vir. Neque nimia fuit hæc mea de ejus accuratione fiducia. Etenim in Polyptycho generali provinciæ ecclesiasticæ Bituricensis, quod anno* 1648 *Parisiis editum fuit, reperi inter prioratus diœcesis Claromontanæ* (1) Prieuré de S. Mazeran de Brocq, 800 livres. *Unde apparet* S. Majorianum *patronum fuisse prioratus Brocensis; Castellano* E *itaque, qui in indice Martyrologii sui apertis verbis affirmat* S. Majorianum *seu* Mazeran *patronum Brocensem fuisse, præluxisse aut calendarium aut breviarium, illic usitatum, aut codicem Usuardinum, quo Casæ Dei monachi (eorum enim abbatiæ unitus erat prioratus) uterentur; inde enim didicisse et diem cultus et titulum confessoris (nam secus eum collocasset inter aemeros et ignotos sanctos); adeoque spatio septuaginta annorum post prioratus suppressionem plane deletam esse omnem memoriam pristini patroni. Atque his ab oblivione vindicavimus* S. Majoriani *memoriam, quemadmodum quotidie de martyribus Martyrologii Hieronymiani facimus. Restat utique ut Arverni, quum extra controversiam sit* S. Majorianum *genuinum esse nomen eumque Brocensis prioratus patronum fuisse, ut in ejus Acta (si quæ exstiterint) et cultum inquirant. Si operæ pretium sit suspicionem meam aperire, existimo Vitam non exstitisse, (secus enim major fuisset ejus celebritas), sed officium recitatum fuisse de communi confessoris non pontificis;* S. Majorianum *tem-* F *poribus S. Gregorii Turonensis, a quo præteritus fuerit, recentiorem esse; eum vitam vixisse eremeticam et in eremitorio suo fuisse sepultum; postea ædem, quæ aliquando in prioratum conversa fuit, exstructam fuisse super ejus sepulcro: hanc quippe plurium aliorum sanctorum in illis partibus conditionem fuisse et fortunam.*

bris. Olim autem ibidem verisimiliter eremita fuerat.

3 *Jacet autem Brocum (vulgo* Le Broc) *in diœcesi Claromontana, unam leucam distans ab Icioduro seu* Issoire, *vergens ad meridiem; et mille ducentos incolas initio hujus sæculi capiebat. Prioratus illic erat, (ut monuimus) abbatiæ Casæ Dei obnoxius; qui quo tempore conditus fuerit aut quando Casæ Dei datus non reperio. Quamquam enim Casa Dei, a S. Roberto, cujus Acta in opere nostro edita fuerunt ad diem* 24 *aprilis, anno* 1046 *incohata et fundata* (2), *tam celebris et potens olim fuerit ut quasi caput ordinis seu congregationis monasticæ esset, pauca admodum de*

Pauca hactenus de S. Majoriani *prioratus Brocensis historia innotuerunt.*

(1) Pouillé général de l'archevêché de Bourges, diocèse de Clermont, pag. 56. — (2) Gallia Christ. nova, tom. II, col. 331.

ea

A *ea in lucem data fuerunt. Certe in ultimo (quod mihi innotuerit) diplomate, quo ejus bona anno* 1149 *ab Eugenio papa III* (1) *confirmata fuerunt, nondum legitur* S. Majoriani *de Broco prioratus. Perstitit hic locus, donec anno* 1793 *suppressus fuit: quo tempore omnes chartæ, quæ in tabulario erant, dicuntur fuisse aut laceratæ aut combustæ; ita ut vix spes sit quidquam de* S. Majoriano *repertum iri extra monumenta Casæ Dei, aut Historiam ms. hujus monasterii, quæ, teste Lelong, olim Parisiis servabatur et verisimillime adhuc servatur. Exsistebat præterea Broci capitulum, anno* 1549 *a Jacobo Pardinel, presbytero Brocensi, conditum et constans ex quatuor canonicis et præcentore. Quemadmodum nunc, sic etiam olim hujus capituli ædes simul parochialis erat, decano quem designabat Casæ Dei abbas parochiam regente. Sed hæc ecclesia præter vicinitatem nihil cum* S. Majoriano *commune habebat; quippe qui solius prioratus patronus esset.*

Sitne Majorianus *dicendus an* Mazorianus

B 4 *Quamquam* Mazorianum *scripserit Castellanus et sæculo* XVII *vulgare nomen esset* Mazeran, *ipse malui* Majorianum *dicere, plurimum tamen animi dubius, et jam in unam, jam in alteram partem inclinatus. Pro* Mazoriano *stat quod libri visi a Castellano et Polyptychum diœcesis* Mazorianum *habent seu* Mazeran; *deinde quod illis in partibus locus est* Mazoria *dictus, ubi olim die* 1 *maji S. Florina virgo et martyr colebatur* (2), *a quo* Mazorianus *derivatus fuerit. Quemadmodum enim nunc alius in Galliis (idem intellige de plerisque orbis partibus) dicitur* l'Espagnol, *alius* l'Anglais, *alius* le Tolosain, *alius* le Parisien, *etc., aut quod inde orti sunt, aut quod ibidem olim habitarunt, sic olim vir, Romæ natus et extra patriam versans, dicebatur* Romanus; *natione Gallus,* Gallus *seu* Gallicanus; *ortu Germanus,* Germanus: *quæ cognomina paulatim facta sunt nomina, ut non rari sint viri nomine* Romani, Galli, Gallicani *et* Germani. *Si itaque ponatur Brocensem patronum natum fuisse Mazoriæ, potuit (quum prope Iciodorum vitam eremiticam coleret)* Mazorianus *appellari; potuit quoque hoc nomen in sua domo propter patris aut avorum migrationem ordinarium factum esse. Atque hæc favent* Mazoriani *formæ. Verumtamen nomina, desumpta a patriæ vocabulo, non satis communia sunt ut facile admitti possint; dein* Majorianus, Majorinus, Majoranus, *quæ omnes formæ a* Majore *descendunt, nomen est in Galliis et in reliquo imperio Romano frequentius usurpatum; quod a vulgo facile in* Mazorianum *mutetur. Quapropter, licet librorum scriptorum auctoritas desit, verisimilius tamen videtur* Majorianum *genuinam esse formam.* E

AUCTORE V. D. B.

(1) Annal. ord. S. Benedicti, lib. LXXIX, num. 71, tom. VI, pag. 464; et pag. 698. — (2) Acta SS. tom. I Maji, pag. 47.

DE S. LAUDOVEVA SEU LAUDOVENA

ET DE S. AMANDO EPISCOPO

SILVANECTI IN GALLIIS

COMMENTARIUS CRITICUS

V. D. B.

C

§ I. Cultus S. Laudovevæ Silvanecti. Reliquiarum ostensio quæstuaria et indulgentiæ præclaræ. F

TEMPORE INCERTO.

S. Laudoveva, *cujus gesta latent, olim colebatur Silvanecti in capella sacra S. Frambaldi;*

Super viam, qua Parisiis itur Compendium, medio fere itinere, jacet Silvanectum, decem leucis a Parisiis, totidem a Bellovacis, septem a Meldis. Sæculo III *episcopalis ibi sedes erecta; quæ stetit usque ad annum* 1801, *provinciæ Remensis limitibus comprehensa; sed per concordatum, inter Pium papam VII et Napoleonem initum, suppressa fuit, majori territorii parte addita diœcesi Bellovacensi. Erant illic olim permulta instituta ecclesiastica; quæ extremi sæculi* XVIII *turbo impius et seditiosus sustulit. Hæc inter eximium locum occupabat sacra S. Frambaldi capella, quæ insigne capitulum erat, sæculo* XI *ab Adelaide, Roberti regis matre, fundatum* (1); *exstat adhuc templum, sed horreum factum seu apotheca. Permultæ conservabantur ibi olim sanctorum reliquiæ et natales agebantur; sed post patronum titularem præcipua fere erat* S. Laudoveva, *quam hodie celebrat Castellanus in Martyrologio suo universali:* Silvanecti, *inquiens,* S. Laudovevæ, reginæ Armoricanorum, cujus corpus honoratur in S. Frambaldi. *Quæ fere repetunt de Saint-Allais, et VV. VV. Petin et Muller. Recte. Ejus officium olim recitatum fuisse in universa diœcesi Silvanectensi, sed sublatum ex Breviario anni* 1776 *tradit Tresvaux* (2). *Quibus lectis, spes me incessit exstitisse lectiones, ex quibus notitia aliqua colligi possit de beatæ feminæ gestis. Quamobrem RR. Patres Toulemont et Daniel, Societatis nostræ diligentes eruditique viri, nulli operæ pepercerunt ut exspectationem meam non frustrarer; neque suis disquisitionibus contenti, auxilio advocarunt V. V. Richard,*

(1) Gallia christiana, tom. X, col. 1472. — (2) Vies des saints de Bretagne par D. Lobineau, edit. augm. tom. I, pag. LVII.

presbyterum

AUCTORE V. D. B.

presbyterum Bellovacensem et sacræ theologiæ doctorem, qui, quum totus sit in investigandis originibus christianis et traditionibus historicis præsentis diœcesis Bellovacensis, præ reliquis mihi utilis esse poterat. Atque his quidem omnia fere debeo quæ hac sylloge continentur; sed officium proprium de S. Laudoveva *repererunt nullum. Versarunt tamen Breviarium Silvanectense ms. sæculi* XIII, *in quo annuntiatur festum* S. Laudovenæ reginæ cum tribus lectionibus, *et Breviaria typis impressa annis* 1521, 1689 *et* 1700; *in quibus omnibus officium de communi fieri præcipitur, licet aliquando hoc multa solemnitate peractum fuerit. In Necrologio enim novem lectiones recitari jubentur, et in S. Frambaldi Martyrologio annuntiabatur festivitas his verbis:* IV cal. novembris natalis B. Laudovenæ reginæ, cujus corpus requiescit in hac ecclesia. *Inutile autem fuit Legendarium seu Lectionarium Silvanectense, quod hodie inter codices mss. bibliothecæ Parisiensis S. Genovefæ conservatur, quippe quod ad mensem octobrem desinat.*

quæ capella quum anno 1177 *reficienda visa est, facta est illic, consentiente et præsente rege Ludovico VII, ostensio quæstuaria reliquiarum* S. Laudovevæ *et aliorum sanctorum;*

2 *Antiquiora etiam testimonia habemus de* S. Laudovevæ *cultu. Quum scilicet anno* 1177 *S. Frambaldi basilica vetustate attrita esset, Ebroinus decanus, Hilduinus thesaurarius, Odo cantor et reliqui clerici, approbante rege Ludovico VII, S. Frambaldi capituli patrono, statuerunt reliquiarum suarum ostensionem facere, qua homines undique accerserent et ad manus auxiliatrices porrigendas impellerent. Quod quæstus genus, sæculo* XI *jam celebrati, Guibertus de Novigento acriter improbavit* (1) *et concilium Tridentinum* (2) *sustulit, jubens ut* in reliquiarum veneratione omnis turpis quæstus eliminetur. *Sed tum alia erat Silvanectensium, penuria pressorum, sententia; quæ cæterum aliis compluribus insedebat* (3). *Regiis ergo literis evocati, abbates Caroliloci, Ingelramnus, Longipontis, Hugo, et Fusniacensis, Ansellus, qui fuerat olim S. Frambaldi thesaurarius, statuto die affuerunt, ut interessent lipsanothecarum apertioni. Affuerunt item Henricus Silvanectensis et Simon Meldensis episcopi. In quorum præsentia quum in secretario reclusæ*
C *fuissent capsæ,* inventæ sunt reliquiæ sanctæ, multo plures et digniores, quam sperabant *S. Frambaldi clerici, cum* attestatione chartularum per singula... Visum est ipsas reliquias nominatim debere exprimi: scilicet corpus S. Frambaldi, abbatis et confessoris; corpus Gerbaudi, episcopi et confessoris; brachium B. Ebrulfi, abbatis et confessoris; corpus B. Laudovenæ, reginæ Francorum; corpus B. Berthæ; corpus B. Baumiri, abbatis et confessoris. *Hic nuntius quum ad regem delatus est, non potuit hic non lætari; quippe qui multa pietate in S. Frambaldum ferebatur. Ansello enim II, thesaurario S. Frambaldo, anno* 1169 eunte ad conversionem *in Fusniacensi monasterio,* thesaurus sancti Frambaldi ad manus nostras, *utpote patroni,* devenit, *ait ipse Ludovicus VII* (4); et ea occasione, *sic pergit,* visitavimus ecclesiam, et reliquias contemplati sumus et thesaurum: in qua visitatione didicimus, quia secundum D debitam reverentiam non illuminabatur ecclesia; *quapropter* pro lampade, quæ semper arderet ante reliquias, solidos 20 *assignavit et sexaginta pro cereis reliquoque luminari. Quum ei itaque cordi esset ut in decenti templo tantus thesaurus conservaretur, jussit futuram ostensionem publice denuntiari, statuitque ad eam ipsemet venire die* VII *idus maji.*

qua occasione concessæ sunt a duobus legatis pontificiis præclaræ indulgentiæ:

3 Anno itaque dominicæ incarnationis 1177, die præfixa cum domino rege affuerunt episcopi, dominus Henricus Silvanectensis, dominus Simon Meldensis, et cum his, et magnatibus viris, et populo copioso, dominus rex, reliquias extra civitatem devote et cum magna reverentia deportans usque ad locum eminentem, sequutus est: ubi, divina providentia ordinante, sermonem fecit dominus Petrus S. R. E. Presbyter cardinalis titulo S. Chrysogoni et sedis apostolicæ legatus; qui authoritate BB. apostolorum Petri et Pauli, et S. R. E., atque episcoporum qui aderant, congregato populo et omnibus innovationem ecclesiæ juvantibus indulsit vota transgressa, peccata oblita et pœnitentiarum partem septimam. Sed et postea, *addunt S. Frambaldi clerici,* archiepiscopus Remensis Wilhelmus, sedis apostolicæ legatus, nobiscum indulgentius agens, quintam partem pœnitentiarum dimisit. *Non insolitum illo tempore indulgentiæ genus: Pontius, Arelatensis archiepiscopus, ad annum* 1000 *tertiam pœnitentiarum partem semel in anno indulsit piis adjutoribus fabricæ Montis-majoris, quod monasterium tum exstruebatur; et paulo post eamdem indulgentiam fecit Gaufredus, archiepiscopus Narbonensis, adjutoribus ecclesiæ Magalonensis; adeoque circa annum* 1180 *Romanus pontifex septimam partem pœnitentiarum relaxavit semel in anno iis, qui confessi et contriti venirent ad ecclesiam S. Sepulcri Spirensem* (5). *In qua postrema concessione non indicuntur eleemosynæ; sed in prioribus. Inusitatæ itaque tum non erant indulgentiæ aliquotæ pœnitentiarum partis; multo minus indulgentiæ quæstuariæ. Quibus indulgentiis quamquam plurimi Romani pontifices et concilia tentarunt modum imponere, crevit continuo hoc malum, donec concilium* F *Tridentinum eleemosynarum quæstores sustulit cavitque* ut tandem cælestes ecclesiæ thesauros non ad quæstum, sed ad pietatem exerceri omnes vere intelligant (6); *sed radicitus abolevit labem sanctus Pius papa V, abrogatis anno* 1567 *ipsis indulgentiis quæstuariis* (7). *Verum de his satis.*

tum etiam in S. Laudovevæ *lipsanotheca imposita schedula, reperta postmodum.*

4 *Ipsum Silvanectense diploma non producimus, quippe quod editum est a Labbeo* (8), *a Maurinis* (9), *a D. Bouquet* (10) *et a decessoribus in Actis S. Frambaldi* (11). *Sed de eadem re aliud habemus testimonium, scilicet schedulam, tunc temporis in lipsanotheca impositam. Quæ schedula postea ibidem reperta est, et anno* 1618 *impressa in commentario de visitatione reliquiarum ecclesiæ S. Frambaldi: atque ex hoc commentario cognoscitur* S. Laudovevæ *corpus tum positum fuisse*

(1) De pignoribus SS. lib. I, cap. 4, num. 1, et lib. III, cap. 3, num. 3, Opp. pag. 337 et 338. — (2) Sess. XXV, de Invoc. SS. et vener. reliq. — (3) Moretus, de Ritu ostensionis reliquiarum, pag. 83 et seqq. — (4) Gallia christ. tom. X, col. 1479. — (5) Amort, de Indulgentiis, part. I, sect. IX, pag. 224 et 225. — (6) Sess. XXI, de ref. cap. 9. — (7) Ap. Amort, de Indulg. part. II, sect. II. num. 29, pag. 44. — (8) Bibliotheca nova mss. tom. II, pag. 360. — (9) Gallia christ. tom. X, col. 1474. — (10) Recueil des historiens, tom. XIV, pag. 484. — (11) Acta SS. tom. III Augusti, pag. 301.

quinto

A *quinto loco in cornu epistolæ; qui commentarius rarissimus est. Illic itaque legitur* (1) : Anno ab incarnatione Domini 1170, *(immo* 1177), [VII] idus maji inventum in hac capsa corpus B. Laudovevæ, et spinæ et costa una S. Eusebii confessoris; præsente christiano Ludovico, rege nostro; et Philippo, filio ejus; Simone, Meldensi episcopo; necnon aliis personis tam ecclesiasticis quam sæcularibus; pro restitutione ecclesiæ facienda; Hilduino S. Frambaldi existente thesaurario. *Quod dixi scribendum esse annum* 1177 *loco* 1170, *manifesta ratio est : nam Petrus cardinalis tituli S. Chrysogoni in Gallias ante annum* 1177 *missus non est* (2), *neque Simon conscendit cathedram Meldensem nisi inter annos* 1175 *et* 1177 (3). *Accedit alterius diplomatis auctoritas, in quo utique de eadem regia visitatione agitur. Præterea in exemplari, quod ad me misit V. V. Richard annus* 1177 *legitur; atque hinc quoque* VII idus *accepimus, quæ erat feria* II.

B ## §. II. An genuinum nomen Laudovena, Laudoveva vel Landovenna. Armoricanorumne regina an Francorum. An uxor Eusebii, regis Venetensis, conversi a S. Melanio. An reliquiæ ex Britannia Minori allatæ. Altera translatio. Reliquiarum vices ab anno 1793.

Nomen non fuit celticum Landovena *seu* Landouenna, *sed francicum* Laudoveva *seu* Laudovena. *Fuit regina, id est filia regis Francorum, non autem regina Armoricanorum.*

In excerpto autem Labeani diplomatis, cujus particulas paulo supra retulimus, nomen scriptum est Laudovena; *quod typothetæ in Gallia christiana mutarunt in* Landorevam, *et Carolus Franciscus Afforty, S. Reguli olim decanus, in commentariis suis mss. in* Laudovevam. *Sed in Breviario sæculi* XIII *et in S. Frambaldi Martyrologio* Laudovenam *quoque scriptam reperit V. V. Richard; non facile literarum forma decipiendus, quippe cui probe notum sit sanctam feminam jam pridem dici et scribi* Laudovevam, *vulgo* Louève, *litera dentali* d *inter duas vocales suppressa. Quod autem in scheda, anno* 1618 *impressa, legitur* Laudoveva, *auctoritas inesset contraria, si illo tempore usitata fuisset quæ hodie obtinet in describendis veteribus monumentis accuratio. Plus momenti habet præsens usus formæ* Laudovevæ. *Si enim nunc, et quidem a pluribus sæculis,* Laudoveva *dicitur et a populo et in libris liturgicis, quomodo fieri potest ut olim* Laudovena *dicta fuerit? Non facile popularium et liturgicorum nominum formæ mutantur, quamvis exempla, maxime in nominibus civitatum, non desint. Utrinque itaque non malæ pugnant rationes. Difficultatem modo suo solverunt Armoricani* (4), *qui priorem nominis partem accipientes ex Gallia Christiana* LANDO-revam, *et secundam* Laudo-VENAM *ex Bibliotheca mss. Labbei, hinc (ut sanctæ feminæ esset nomen specie* (5) *celticum) confixerunt* Landouenam *seu* Landouennam *(quasi* lan præcellens *esset, et* wen *seu* guen bona.) *Sed in his, ut in multis aliis, plus patriæ quam veritatis amorem prosecuti esse videntur. Sive enim dicatur* Laudoveva *sive* Laudovena, *nomen francicum est, rarum quidem, sed omnino interpretabile.* Laudoveva *enim constat ex duobus vocabulis juxtapositis* (6), *nempe* Laudo *seu* Lauto, *(quod nomen sancto Constantiensi episcopo fuit,) vel* Lauta, *(quod nomen gessit colona, in testamento S. Remigii commemorata,) et* veva, *quod vocabulum in nomine* GENOVEVÆ *etiam apparet, et quod verisimiliter idem est ac germanicum* Weib, *saxonicum, theutonicum, anglosaxonicum et suecicum* Wief, Wyf, Wife, Vif, *latine* femina (7); *in quo desinunt nomina feminina* Abezwib, Adalwib *et* Adalwif, Gozwib *et* Gezwib, Hiltewib, Iuzwib *et* Thietwib (8). *Sin autem genuinum nomen* Laudovena *fuerit, est et hoc francicum origine. Nam* Vena *idem videtur esse ac* Wino, Wina, *et utroque genere* Wini, amicus, amica; *quod in nominibus aliquando in* Weno, Wena *seu* Weni *mutatur, v. g. in* Wenefrido *pro* Winifrido (9). *Ex hoc itaque capite censenda non est* S. Laudoveva *seu* Laudovena *Britannica seu Armoricana, sed origine Franca fuisse. Sed, ut in Labbeano diplomate legitur, repererunt in lipsanothecis S. Frambaldi clerici* attestationem chartalarum per singula *pignora sanctorum, id est chartas quibus indicaretur cujus sancti singulæ essent reliquiæ; atque ita noverunt se habere* corpus B. Laudovenæ, reginæ FRANCORUM. *Certum itaque est et ex nomine et ex testimonio omnium antiquissimo* S. Laudovevam *seu* Laudovenam *gente Francam fuisse, nequaquam Armoricanam.*

Posterior titulusci datus fuit quoniam in ejus theca repertæ sunt reliquiæ S. Eusebii confessoris, qui temere idem habitus est ac Eusebius, rex Venetensis,

6 *Verumenimvero quomodo factum est ut non soli Armoricani, sed etiam alii, puta diligentissimus Castellanus, dixerint eam reginam Armoricanorum fuisse? Non insolubile videtur ænigma esse. Quum scilicet inter uxores regum Francorum, (quæ omnes fere noscuntur et ex quibus sancta utique ignoratur nulla,)* Laudoveva *nulla veniat, et pauci scirent regum filias olim dictas fuisse* reginas (10), *negarunt omnino eam* reginam Francorum *fuisse. Sed quid eam reginam Armoricanorum dixerunt? Ut ex schedula, quam num.* 4 *recitavi, patet, in capsa reliquiaria* S. Laudovevæ *simul cum hujus corpore repererunt* spinas et costam unam S. Eusebii confessoris; *quem Eusebium crediderunt sæculo* XVII *eumdem esse ac regem Venetensem, de quo in Vita S. Melanii, Rhedonensis episcopi, leguntur sequentia* (11) : Illud quoque inter præcipua

(1) Procès-verbal de la visite des châsses de S. Frambourg, 1618. — (2) Cfr Baronius, Annales ecclesiastici, ad an. 1177, num. 93. — (3) Gallia christ. tom. VIII, col. 1617. — (4) Deric, Hist. ecclés. de Bretagne, tom. I, pag. 283; Tresvaux, Vies des saints de la Bretagne Armorique, tom. I, pag. LVII; Garaby, Vies des bienheureux et des saints de Bretagne, pag. 275. — (5) De nominibus celticis, desinentibus in *en,* vide Zeuss, Grammatica celtica, pag. 792 et 793. — (6) Acta SS. Octobris, tom. X, pag. 823, et tom. XI, pag. 636, 681, 715, 734 et 948. — (7) Cfr Adelung, Wörterbuch, v° *Weib.* — (8) Cfr Nom. fem. in Alam. Teutonica, ap. Goldast, Alamann. antiquit. tom. II, part. I, pag. 120 et seqq. — (9) Beyer, Urkundenbuch z. G. der mittetrhein. Territorien, tom. I, pag. 762. — (10) Cfr Cangius, Glossarium latinum, v° *Regina.* — (11) Acta SS. tom. I Januarii, pag. 331 et 332.

miraculorum

AUCTORE V. D. B.

miraculorum opera, quæ per S. Melanium confessorem suum operatus est Dominus, ponendum puto, quod circa regem Venetensem, Eusebium, et ejus filiam, Aspasiam nomine, factum fuisse fideliter invenitur. Veniens quippe prædictus rex aliquando de Venetensi civitate cum suo exercitu, pervenit ad parochiam, quæ vocatur Cambliciacus, ibique (nobis incertum cur) forte iratus, multorum hominum oculos erui jussit et manus evelli. In ipsa autem nocte, qua hæc operatus est, ægrotare cœpit, et intolerabilibus doloribus urgeri. Metuens autem ibidem vitam finire, medicos qui cum eo venerant adscivit, et ut ei in aliquo adjutorium præberent admonuit. Sed ipsi, omnem industriam suam in vanum expendentes, in nullo poterant eum adjuvare.

quem, immanis crudelitatis reum, convertit et cujus filiam a dæmonio liberavit S. Melanius.

7 Post triduum autem, quo ipse ægrotare cœpit, arrepta est filia ejus, Aspasia nomine, a dæmonio, et cœpit volutari per terram spumans. Cumque geminato languore, proprio videlicet et suæ carissimæ filiæ, quo nihilominus cruciabatur acrius, anxiaretur; sagaci inquisitione scrutabatur, quo vel a quolibet hominum desideratum sperare posset remedium. Audiens autem famamB. Melanii, scilicet qualiter Dominum diligeret, qualiterque Dominus hunc diligentem se virtutibus mundo clarificabat; mittens ad eum suppliciter deprecabatur, ut ad se caritatis gratia venire dignaretur. Quo impetrato, eum summo honore ad se adduci fecit; et in eadem parochia, in qua ipse jacebat, in loco, qui vocatur Primavilla, hospitium ei præparari jussit. Veniens autem B. Melanius de monasterio suo, quod propriis manibus fabricaverat in fundo, qui vocatur Placio, in honorem Dei, cum paucis monachis ad lectulum jam dicti venit infirmi. Quem cum crudelissimus vir fuisset intuitus, ex imo corde compunctus, confessus est delicta sua, et qualiter hæc infirmitas corporalis accidisset et filiæ ejus Aspasiæ, suppliciter enarravit. Addidit quoque, ut pro utrisque eis dignaretur orare. Quod vir Domini benignissime suscipiens, data prius illi digna pœnitentia pro commissis delictis, ait illi: «Infirmitas, frater, hæc non est tibi ad mortem, sed ut salveris per eam et recognoscas Dominum qui te creavit.» Deinde unxit eum de oleo
C benedicto tribus vicibus, cum trina invocatione divinitatis; et, statim surgens sanus, retulit gratias Deo, qui per famulum suum S. Melanium sanitatem illi concessit. Post hæc accessit S. Melanius ad locum, ubi puella a dæmonio vexabatur... Ait illi : Exi ab ea, cruenta bestia... Quo dicto, statim sana facta est puella... Post hæc cum inde recedere volens B. Melanius peteret missionem, accessit ipsa puella ad patrem et deprecabatur eum, ut pro recompensatione utriusque salutis, suæ videlicet atque illius, si non amplius, saltem ipsam Cambliciacum B. Melanio condonaret. Quod audiens Eusebius rex, pater ejusdem puellæ, sermoni libentissime annuens, dedit illi totam parochiam superius nominatam per annulum suum, ad suos monachos alendos. *Qui S. Melanii monachi conservarunt hos agros usque ad extremi sæculi* XVIII *perturbationes*. Accepta ergo jam dicta, beatus, benedicens eis, perrexit inde ad cathedram episcopatus sui, ad civitatem scilicet Rhedonensem.

Sed hic Eusebius, aliunde ignotus, non videtur umquam fuisse cultus. Fuere in Galliis alii Eusebii confessores, quorum reliquiæ sociari potuerunt corpori S. Laudovevæ.

8 *Hujus Eusebii nomen celticum (quod aut sono aliquantisper ad* Eusebium *appropinquabat aut significatione idem fere valebat quod latinum* Pius,) *latet; nec quidquam aliud de eo scitur. Verumtamen Deric* (1) *statuit eum vita functum esse anno* 490; *filiam Aspasiam nupsisse Hoeli I; post cujus mortem ipsam quoque tam sancte vixisse ut meruerit cælitibus annumerari; corpus ejus sepultum esse in choro paræciæ Lancoet seu Langoat, ubi nomine* sainte Copaie *honoretur; quamquam etiam dicta fuerit Alma-Pompeja et Pompeja. Quæ totidem somnia sunt, nullo nixa antiquitatis testimonio. Utut id est, quum ex hoc S. Melanii Vitæ loco innotuisset Eusebius quidam, gravissimi utique criminis reus, sed pœnitens, (nequaquam tamen a S. Melanii monachis, quibus tanta bona reliquerat, officio ecclesiastico cultus* (2),) *visus est ignotus esse ille S. Eusebius confessor, cujus reliquiæ in S. Frambaldi retectæ fuerant; quæ quum inventæ fuissent in eadem theca ac* S. Laudovevæ *corpus, visus est ille maritus, hæc uxor, in matrimonii sui memoriam in eodem feretro compositi; quumque demum* E *ille rex Armoricanorum Venetensium esset, necesse fuit ut* S. Laudoveva regina Armoricanorum *prædicaretur, et amborum corpora metu Normannorum Silvanectum translata fuisse dicerentur. Neque hæc argumenta mea sunt, verum universam hanc hypothesium seriem videre est apud Deric* (3). *Sed in Galliis sancti Eusebii confessores fuerunt complures, (v. g. S. Eusebius, episcopus Tricastrensis, die* 23 *martii cultus; S. Eusebius, presbyter Autissiodorensis, fastis hieronymianis inscriptus ad diem* 3 *maji; S. Eusebius Venciensis; aut quis alius, cujus gesta perierint;) quorum reliquiæ aliquot facile Silvanectum transferri potuerunt; ita ut necesse non sit ex Britannia Minori Eusebium arcessere, quem nulla ratione constat umquam in ecclesia fuisse honoratum.*

Alia corpora, servata in S. Frambaldi, numquam fuerunt in Armorica.

9 *Neque leguntur Normannorum temporibus ullæ reliquiæ ex Britannia Minori Silvanectum asportatæ fuisse, quibuscum* SS. Laudovevæ *et Eusebii exuviæ sociatæ fuerint. Alia autem sanctorum corpora aut reliquiæ,* F *quæ in S. Frambaldi quiescebant, aliunde illuc advenerunt : S. Frambaldi ex agro Cenomanensi; S. Gerbaudi seu Gerebaldi ex diœcesi Bajocensi; S. Ebrulfi ex agro Bellovacensi aut potius ex diœcesi Lexoviensi; S. Berthæ ex diœcesi Remensi aut potius ex agro Hesdinensi; et demum S. Baumiri seu Baudomiri ex Pertico in Normania. Unde manifestum est non Britannos, sed provinciæ Rothomagensis presbyteros et monachos atque Hesdini accolas cum sanctorum suorum pignoribus Silvanectum confugisse, aut in aliam civitatem, unde postmodum hæc ipsana Silvanectum delata fuerint; adeo ut, si* S. Laudovevæ, reginæ Francorum *et* S. Eusebii confessoris *reliquiæ eodem tempore illuc devectæ fuerint, censendæ sint prius in iisdem illis partibus, nequaquam in Britannia Minori fuisse depositæ. Re quidem vera, quemadmodum in historia translationis corporis S. Maglorii legitur, quo tempore Richardus,*

(1) Hist. ecclés. de Bretagne, tom. I, pag. 282 et seqq.; Garaby, Vies des saints etc. pag. 182, 183, 275 et 276. — (2) Cfr Vetus calendarium S. Melanii, ap. Lobineau, Vies des saints de Bretagne, ad fin. pag. 4. — (3) Deric et Garaby, locc. citt.

dux

A *dux Normanniæ, Armoricam vastabat, plura sanctorum corpora partim ex hac provincia, partim ex agro Bajocensi, Parisios delata fuerunt, ubi ab Hugone Capetio reverenter excepta sunt; quæ, pace restituta, non omnia reddita fuerunt pristinis dominis, sed pars Parisiis servata, pars aliis communicata ecclesiis* (1). *Quapropter volunt nonnulli* (2) *in his fuisse reliquias, postmodum Silvanectum translatas; atque hanc translationem factam esse, quum initio sæculi* XI *Adelaides, Hugonis Capetii vidua, S. Frambaldi capitulum fundavit. Facile crediderim tunc primum Silvanectum pervenisse plura sanctorum ossa; sed ea simul cum S. Maglorii exuviis venisse ex Britannia Minori nihil suadet. Nam in illius translationis historia nullum recensetur corpus, quod in S. Frambaldi aliquando honoratum fuerit; ut hujus templi reliquiæ alia occasione videantur in potestatem Adelaidis devenisse, si ab ea reapse donata fuerint S. Frambaldi capellæ. Nihil habeo quo hæc accuratius definiam: quæ documentorum absentia in aliis multis pignoribus, huc illuc*

B *misera Normannorum tempestate translatis, deprehenditur. Latet itaque omnino ubi vixerit* S. Laudoveva *aut ubi vitam finiverit. Nam quod duo viri eruditi ex Picardia, in calendario patrio, quod Annali libro anni* 1852 *inserendum curarunt, sanctam feminam diem obiisse Silvanecti dixerunt, mera conjectura est, hoc uno nixa fundamento, quod in illo oppido quiescerent ejus reliquiæ.*

Ignoto tempore alia translatio Silvanecti facta est, quotannis deinde celebrata.

10 *Quemadmodum scripsit ad me V. V. Richard,* facta fuit et alia S. Laudovevæ reliquiarum translatio; sed ignoto hactenus tempore. Silvanectenses scriptores, *inquit,* monent tum in capsa repertum fuisse plurimum terræ, simul cum ossibus sanctæ feminæ et schedula, superius allata. *Hujus translationis memoria quotannis renovabatur dominica ante festum S. Joannis.* « Quo festo VV. VV. canonici templi cathedralis, *ait Jaulnay* (3), et ecclesiæ collegiatæ S. Reguli, cappis induti, processionali ordine pergunt ad ædem S. Frambaldi, ubi intersint Missæ solemni et festivitatem celebriorem faciant. » *Quoniam autem translatio hæc facta esse dicitur ignoto tempore, (licet schedula,*

C *in capsa* S. Laudovevæ *reperta, sit eadem quam num.* 4 *recitavi quamque dixi editam fuisse anno* 1618 *in commentario de reliquiarum visitatione,) cavendum est ne hæc visitatio confundatur cum illa translatione.*

Tristia fata reliquiarum Silvanectensium extremo sæculo XVIII;

11 *Sed cessavit anno* 1793 *hujus solemnitatis annua commemoratio, quum nempe Silvanecti, ut in reliquis Galliis, libere baccharetur impietas, attonitis et stupore immotis bonis. Quæ tum et deinceps contigerint in misero oppido, his paucis explicuit mihi V. V. Richard:* Dum Bellovacis, *inquit,* atque alibi in medio foro inter cantus populares comburerentur sanctorum patronorum reliquiæ, Silvanecti, placido oppido, non placebant impia tyrannorum decreta, neque vesano impetu sacrilegium istud patratum est. Verumtamen sanctorum corpora, quibus abundabant ædes sacræ, ex ecclesiis B. Mariæ V., S. Reguli, S. Mauritii et S. Frambaldi in cœmeterium delata sunt et in lata fovea juxta murum deposita. Furtivo crucis signo notata pars muri, prope quam sacer thesaurus latebat et jussus a magistratu fossor ne hanc terram moveret. Brevi post imposita columna, aucta cruce, et inscriptus hic titulus : AUCTORE V. D. B.

LOCVS HIC SACER.
ANNO MDCCXCIII
SACRA SANCTORVM OSSA,
QVÆ OLIM IN VARIIS HVIVSCE CIVITATIS TEMPLIS
FIDELIVM VENERATIONI EXPONEBANTVR,
TEMPORIBVS CALAMITOSIS
HIC PERMIXTE CONDITA SVNT
ET QVIESCVNT.

earumdem retectio anno 1854 *et solemnis honoratio anno* 1866.

12 Anno autem 1854, quum, approbante sacra rituum congregatione, nova officia propria in diœcesi Bellovacensi usurpari cœpta sunt, quæ inter plura in honorem sanctorum Silvanectensium, visum est tandem advenisse tempus, quo (ut jam pridem efflagitabatur) e terra elevarentur sanctissima pignora. Ex mandato itaque RR. DD. episcopi Bellovacensis V. V. Decaye, parochus Silvanectensis, collegit certissima testimonia reliquiarum sedem semper notoriam E fuisse, neque umquam motam; et dein diebus 27, 28 et 29 octobris illius anni, adstantibus aliis presbyteris et fabricæ consiliariis, diligentissime sacra ossa retexit, simul cum fragmentis tegumentorum sericorum et auriphrygii aliisque rebus quibus olim circumdata fuerant, quin et cum capsula * S. Frambaldi. *Sed neque* S. Laudovevæ, *neque aliorum sanctorum reliquiæ discerni potuerunt, quod schedulæ deletæ erant. Eæ conclusæ omnes quinque capsis obsignatis, et cum honore in templo B. Mariæ V. collocatæ. Demum, die* 10 *augusti anni* 1866, *magnifico apparatu celebrata est solemnitas, qua et vetus sacrilegium repararetur et initiaretur in templo B. Mariæ V. altare lapideum, in quo tamquam in sepulcro recondita sunt sanctissimæ tot sanctorum exuviæ. Cujus rei partim mentio facta est in Officio ecclesiastico ad diem* 7 *februarii his verbis :* Istorum sacra corpora, sæviente sæculi XVIII persecutione, in Silvanectensi cœmeterio promiscue tumulata, post annos sexaginta cum honore ad ecclesiam olim cathedralem relata sunt. *Omissum est* S. Laudovevæ F *nomen in novo kalendario Bellovacensi; quamquam una ex Silvanectensibus patronis esset, in necessitatibus publicis ejus feretrum per plateas ferretur, et S. Frambaldi canonici bis quotannis ejus festivitatem agerent.*

* Chasuble

§ III. Memoria S. Amandi, episcopi Silvanectensis, omissi ad diem 26 octobris.

Die 26 *octobris, olim festivitate S. Amandi Trajectensis celebri, colebantur plures alii SS. Amandi episcopi,*

Videre poterit lector ad diem 26 *octobris, qua SS. Amandi et Vedasti natalis innumeris inscriptus est calendariis et martyrologiis, quantum laboraverim in illustrandis et distinguendis S. Amando Argentoratensi episcopo, et S. Amando Wormatiensi, cujus*

(1) Acta SS. tom. X Octobris, pag. 791 et seqq. — (2) Cfr Baillet, Vie des saints, tom. VI, pag. 62, edit. 1739. — (3) Annales de l'Eglise de Senlis, pag. 422.

corpus

quos inter Silvanectensis.

corpus Salisburgi servatur, eadem illa die cultis, non quod hæc dies primitivus eorum natalis sit, sed quod, quum hic oblivioni datus esset, (secundum communem, sed fallacem morem, quo sancti minus illustres aut quorum mortis dies ignoratur frequenter celebrantur diebus festis sanctorum cognominum, quorum fama longe major est,) festum eorum constituendum visum est in solemnitate S. Amandi Trajectensis. Verum Argentoratensis et Wormatiensis episcopi non soli in hac erant conditione; participat eam (ut me monuit V. V. Richard) S. Amandus, *Silvanectensis episcopus; de quo pauca præsenti occasione addere placet. In Necrologio itaque B. Mariæ et in Calendario S. Reguli ad illam diem his verbis annuntiatur* (1): VII cal. novembris Amandi, episcopi et confessoris; *et ut appareat non memorari Trajectensem episcopum, in vetusto S. Reguli martyrologio, ut ad me scripsit idem V. V. Richard, hæc occurrunt:* VII kal. novemb. Silvanecti, depositio S. Amandi, hujus civitatis episcopi, cujus corpus requiescit in nostra ecclesia. *Ad quæ hæc subdit idem venerabilis vir:* Festum ejus, *quod in Breviario, anni* 1776 *omissum fuit,* inscriptum est omnibus veteribus breviariis Silvanectensibus; quod multo splendidius agebatur in templo collegiato S. Reguli, ubi ejus corpus asservabatur prope majus altare. In novis Officiis propriis Bellovacensibus memoria fit « S. Amandi, qui, « B. Audobertum in episcopatu secutus, delato « super mœnia S. Reguli corpore, barbaros ter- « ruisse narratur. »

De eo nihil aliud scitur.

14 *Opponunt Maurini* (2) *seu potius dux eorum Joannes Deslyons, decanus olim et theologus Silvanectensis, in altero S. Reguli Calendario legi:* VII cal. novembris sanctorum episcoporum Vedasti et Amandi; *qui Amandus utique Belgii apostolus sit, non episcopus Silvanectensis. Sed non magni momenti est hoc argumentum, quum similis error aliquando invaluerit Argentorati, Wormatiæ et Salisburgi* (3), *tanto facilius quod S. Amandi Silvanectensis gesta latent. Qui error, ut Argentorati, Wormatiæ et Salisburgi tum antiquitatis testimoniis tum per corporum præsentiam corrigitur, sic quoque Silvanecti iisdem tollitur argumentis. Cointius* (4) *Jaulnayum secutus, constituit* S. Amandum *Silvanecti sedisse ab anno* 695 *ad annum* 729; *sed hoc loco, uti et alibi de Jaulnayi fide dubitat Cointius. Et quidem Maurini* (5) *hoc de Jaulnayo tulerunt judicium:* Sibi visus est scribere episcoporum suorum annales, et ea quidem ratione, ut qui forsan legerit, existimaverit sane non potuisse fieri, quin eorum saltem nomina, patriam, ætatem, annos sedis et regiminis, tempus vitæ et mortis unicujusque habuerit in numerato. Sic quippe omnia hæc exacte recenset, ut incredibile videatur eum alicubi non legisse et probasse priusquam scriberet. Attamen certo certius est pene omnia falsa et ficta esse quæ narrat. *Et pergunt deinde declarare quam severe excepti fuerint illi annales, ut primum in lucem venerunt. Fac in his (ut fit) justo acerbiores fuisse homines; hoc tamen certum est a Jaulnayo nihil de antiquis Silvanectensium rebus accipi posse, nisi quod aliquo alio testimonio demonstretur. Quapropter admittendum omnino videtur suum Silvanectensibus fuisse episcopum* Amandum, *ex Martyrologio S. Reguli notum; sed quo tempore vixerit aut quo ordine sederit, divinari dumtaxat potest, non definiri. Nam quod aliqui, quoniam ejus nomen ab antiquioribus Silvanectensibus catalogis abest, eum dixerunt episcopum fuisse regionarium aut sine titulo, qui Silvanecti obiverit, minime placet. Ratio enim illa, utpote solitaria, nullius momenti est; quum omnium fere ecclesiarum, etiam Romanæ, catalogi hiulci sint. Præterea obstat S. Reguli martyrologii auctoritas. Restat ut moneam sanctissimi viri reliquias eadem habuisse fata quæ* S. Laudovevæ.

De aliis sanctis episcopis Silvanectensibus omissis dicetur ad diem 6 *aut* 7 *novembris.*

15 *Omissionem illam, quæ quasi peccatum meum fuit, reparare placuit. Sed, quoniam plerique sancti episcopi Silvanectenses extra hoc oppidum cogniti olim non erant, neque in veteribus Galliis christianis cum sancti titulo prodibant, hinc factum est ut etiam in opere nostro fuerint omissi. Sed poterit hæc lacuna aliquantisper expleri ad diem* 6 *aut* 7 *novembris, ubi de S. Agmaro dicendum erit. Neque dubium est quin ex libro V. V. Richard de originibus sacris præsentis diœcesis Bellovacensis, propediem in publicum venturo, multa lux affulsura sit in mediis tenebris, quibus Silvanectenses antiquitates ecclesiasticæ hactenus circumdantur et (si dicere fas sit) obruuntur.*

(1) Gallia christ. tom. X, col. 1384. — (2) Ibid. loc. cit. — (3) Cfr Acta SS. tom. XI Octobris, pag. 829, 917 et 918. — (4) Annales eccles. Francorum, ad an. 695, num. 24; et ad an. 729, num. 5. — (5) Gallia christ. tom. X, col. 1379.

DE

A D

DE S. ANNA, QUÆ ET EUPHEMIANUS,

MONIALI CONSTANTINOPOLI

COMMENTARIUS PRÆVIUS. H. M.

§ Unicus. S. Annæ natales, matrimonium, vita religiosa sub veste virili in variis monasteriis et pia mors.

INEUNTE SÆCULO IX. S. Annæ *cultus parum vulgatus, vita humilis, et ex historia vix aliquid lucis accipiens.*

In Menæis Græcorum excusis tum antiquis, tum recentioris editionis recolitur ad diem 29 *octobris* S. Anna *dicta* Euphemianus, *monialis Constantinopolitana. Profecto quamvis istud genus librorum, quum veterum codicum aut antiquorum testium subsidio destituitur, non sufficiat ad omnimodam fidem alicui historiæ adstruendam, ubi tamen manifesti erroris indicia præ se non fert, res* B *quæ narrantur, saltem verisimiles efficit. Exstiterunt enim Byzantii innumera monasteria et ædes sacræ, quibus singulis festa sua propria erant, sive in reliquiarum ibidem repositarum honorem, sive in sanctorum qui hæc loca incoluerant memoriam* (1). *Hinc singulares illæ annuntiationes passim in codicibus obviæ, quas, deficientibus licet documentis, prorsus rejicere nefas foret, quum memoria agitur sanctorum qui vixerunt ante schismatis tempora. Cæterum in vita* S. Annæ, *qualis rudi sane calamo exhibetur in Græcorum libris, nihil non pium occurrit, nihil quod indoli sæculi* VIII, *quo vixisse dicitur, repugnare videatur. Quænam autem temporis decursu in hac Vita fuerint corrupta, mutata, addita, conjicere non possumus : tota enim versatur in rebus vulgaribus, humilioribus, quibus proin ex politica temporis conditione lux effundi nequeat.*

Mature nupta, et mox marito et liberis orba, vestem monachorum assumere statuit.

2 *Nata est* Anna *Cpoli ex piis parentibus, circa annum* 760. *Mature enim nupsit, et anno* 780, *quum Constantinus et Irene regnare cœperunt, jam secundo uterum gerebat. Parentibus orba, relicta est curis aviæ suæ et patruorum, quorum alter Olympi monachus erat, idemque coram imperatoribus iconoclastis fidei confessor præclarus* (2). *Quum autem eam adultam videret avia, puellæque parentibus orbæ, ut opinari par est, integritati timeret, festinavit neptem in matrimonio collocare. Quod ubi rescivit patruus, vir religiosissimus, qui* Annam *in res potius divinas propensam noverat, præpropere acta improbavit. Postea quum, iconoclastarum persecutione cessante, coram orthodoxis imperatoribus fidei et virtutis meritam laudem et venerationem accepturus comparuisset, neptem invisit eique mariti proximam mortem divinitus nuntiavit. Tandem, pueris duobus, quos genuerat, orbata fuit* Anna, *secundum novam ejusdem patrui prophetiam, indeque vitam religiosam, quam olim votis quæsierat, amplecti demum constituit. Sed, miro consilio, quo verisimilius ab omnium hominum notitia penitius lateret, sexum celare atque in virorum monasterio degere decrevit. Quod quidem propositum quomodo peractum fuerit, docet synaxarium ex vulgatis Græcorum Menæis infra edendum.*

Maximam fidem non merentur gesta earum sanctarum quæ hoc modo vixerunt.

3 *Quum autem omnia fere in illo Vitæ breviario pateant, pauca in Commentario nostro jam nunc perstringemus, cæteris post synaxarii translationem in annotata transmissis. In primis vero, ut sciamus qua fide enarrentur a Græcis gesta* S. Annæ, *fatendum est præ cæteris incertiores esse, utpote testibus idoneis carentes, illarum sanctarum historias, quæ ficto nomine, et virili habitu, in virorum monasteriis vitam egerunt. Dein nonnulla videri ex loco quodam communi hauriri, qui eis omnino proprius est. Quis enim, quum legat crimen stupri plerisque ex sanctis illis fœminis impactum, non statim suspicetur revera locum hunc esse communem, quem facile in tam insolenti ratione vitæ excogitarunt scriptores, aut forsan a vita S. Marinæ, quæ cæteris credibilior est, plane mutuati sunt. Pronum sane erat illud fingere, quod singulare præbebat certamen humilitatem religiosam inter et famæ bonæ curam numquam temere projiciendam. Conferantur, si libet, Acta S. Apollinaris Syncleticæ* (3), *S. Marinæ* (4), *S. Eugeniæ* (5), *S. Susannæ* (6), *subibit sane, præter alias non paucas dubii causas, etiam hæc cogitatio ad unam alteramve historiam cæteras omnes, quibusdam immutatis, esse conformatas. Ad* E *idem quoque genus pertinere mihi videntur monachi illius sceleratissimi gesta, quæ synaxarium* S. Annæ *nobis exhibet* (7). *Mitto, ne nimium extra limites vager, multa alia quæ contra singularum fere vitarum sinceritatem afferri possent. Nam præter illud quod paulo supra memoravi, nihil est quod fidem historiæ* S. Annæ *elevet, nisi antiquioris auctoritatis desiderium.*

Licet S. Anna *plura monasteria habitarit, demonstratur eam non peccasse adversus rectam rationem,*

4 *Miraretur utique frequentem* S. Annæ *ab una domo ad aliam transgressus, qui Græcorum monachorum antiquiorum præsertim regulas non nosset. Quamvis enim levitatis arguerentur qui absque justa causa monasterium desererent, quoniam tamen nec regula quadam immutabili, nec lege ulla positiva tenebantur monachi, facili negotio ab uno loco ad alium migrabant. Hoc testantur quicumque de antiquorum monachorum institutis*

(1) Cfr supra, pag. 207, num. 4, pag. 759, num. 7 et 761, num. 16. — (2) Vide infra, not. o. — (3) Acta SS. tom. I Jan. pag. 260; ap. Migne, Patrol. Græca, tom. CXIV, col. 527. — (4) Acta SS. tom. IV Julii, pag. 286. — (5) Menæum Decembris die 25; Migne, Patrol. Græca, tom. CXVI, col. 627 et seqq. — (6) Menæum Decembris, die 15. — (7) Vid. infra, num. 6 et 7.

 scripserunt

AUCTORE H. M.

scripserunt (1), *et passim vitæ ipsæ ascetarum et cœnobitarum quos adeo frequenter extra primum monasterium peregrinatos esse leginus, ut minime necessarium sit exempla hic congerere* (2). *Sed ubicumque de sancto viro agitur, apparet plerumque quibusnam causis ad loci mutationem inductus fuerit, quod in Vita* S. Annæ Euphemiani *non ægre ostendetur modo. Aut enim perfectioris et severioris vitæ studio impelluntur, aut fratrum minus recte viventium consortia vitare volunt. Atqui hujusmodi sunt hæ rationes, ut etiam nunc, post restrictam arctiori vinculo religiosorum libertatem, monasterii mutationem monacho permitterent.*

neque adversus leges usu receptas aut publice sanctas,

5 *Ultimam quidem causam tantum admittit S. Basilius in regula fusiore* (3), *at, ut puto, quoniam adeo magna erat in eligendis pœnitentiis et spiritualibus exercitiis veterum monachorum libertas, ut ubique, modo fratrum malitia non obstaret, ad perfectiora contendere quibuslibet viis ac modis foret in promptu. Auctor* Constitutionum monasticarum, *quæ S. Basilio tribuuntur, monet etiam reli-*
B *giosorum præfectos* ne simpliciter et inconsiderate desciscentes fratres mutuo admittant (4). *Apud Græcos insuper recepti canones Africani quorum octogesimus, juxta partitionem Codicis Dionysiani, decernit ut episcopi monachos ex aliis monasteriis receptos non ordinent aut monasterio alicui præficiant* (5). *Confirmavit omnino hanc doctrinam Concilium Œcumenicum* VII, *cujus canone* XXI *edicitur* non oportere ut monachus vel monacha relinquat monasterium et ad aliud se conferat; si hoc autem contigerit, ipsum hospitio recipi posse, non autem admitti absque proprii superioris sententia (6). *At* S. Anna Euphemianus, *si fides Synaxaristæ habetur, numquam commisit ut ageret contra legem jam diu receptam et in Concilio Nicæno* II *approbatam, paucis annis postquam ipsa vitam monasticam amplexa est.*

nam facto experimento in monasterio, in Lauram profecta est,

6 *Primo enim tempore in monasterio quodam montis Olympi, ex adverso urbis Ctinopolis in Mysia conspicui, vitæ illius rudimenta didicit. Postquam autem spirituali certamini jam assuefacta est, in Lauram aliquam ejus-*
C *dem regionis migravit. Quæ quidem agendi ratio patrum præceptis et exemplo omnino consentanea est. Eorum enim vita qui in Laura degebant, minime expers erat periculorum, quum majori libertate in cellis suis fruerentur, et propter aliorum consortium, difficultates utriusque vitæ tum anachoreticæ, tum cœnobiticæ conjungerent. Propterea ut plurimum aliquod tempus in monasterio proprie dicto primum transigebant, quod* novitiatum laurarum *non immerito appellaremus.*

quæ quidem agendi ratio exemplo S. Sabæ comprobatur.

7 *Præclarum hujus disciplinæ specimen exhibet vita S. Sabæ, auctore Cyrillo Scythopolitano, qua sane nullum invenient uberiorem documentorum fontem, qui de monachorum Græcorum moribus aliquid discere velint. Constituit enim S. Sabas monaste-*
rium quoddam non procul a Laura sua, se- D *ptentrionem versus, ibique optimis quibusque collocatis monachis hanc provinciam credidit ut homines sæculo renunciantes vitæ religiosæ præceptis imbuerent. Hos autem tirones strenue exerceri jubebat, quamdiu* Psalterium et psallendi regulam didicissent, ac exactam monachalis disciplinæ eruditionem accepissent, quod diceret monachum celliotam debere esse vi discernendi præditum, studiosum, pugilem, sobrium, vigilantem, temperantem, moderatum, aptum ad docendum, non indigentem doctrina, idoneum cunctis corporis membris refrenandis atque tuto servandæ menti..... Postquam autem abrenunciantes exploraverat, tum psalmodiæ canonem accurate didicisse, tum posse mentem suam custodire, animumque a rerum mundanarum memoria purum facere, atque contra alienas cogitationes decertare, tunc iis cellas in Laura præbebat (7).

Hinc autem justas ob causas migrat, ad aliud monasterium

8 *Porro, ut* S. Annæ *ad Lauram transitus, probe intelligatur, notandum a monasterio proprie dicto verisimilius abhorruisse et in Laura potius habitare decrevisse. Nam in hac facilius latere poterat. Putarem igitur rem totam prius cum monacho illo, qui eam totonderat, compositam fuisse, ut post certum quoddam tempus eam ad Lauram suam duceret. Quæ autem in synaxario narrantur minus cohærere videntur, nec commode explicantur. Sed etsi velit quis illud sequi, non improbandum erit piæ fœminæ consilium, quæ Lauram pro monasterio elegit. Hoc enim vitæ genus eam certe melius decebat. Lauram autem deserere coacta est, propter ingentem numerum hominum, quem fama miraculorum ejus attrahebat ad hunc locum. Tunc a Tarasio, patriarcha Cpolitano, donatus ei locus ruinis obsitus, qui dictus est postea monasterium Abramitarum, ut ibi nova domus a fundamentis erigeretur. Pluribus de monasterio Abramitarum et de eo quod a S. Abramio nomen habet supra disseruimus* (8), *et in priore vixisse* S. Annam *scripsimus. Quod tamen, prælo jam data disquisitione de Abramio, postea animadvertimus verum utique esse, dummodo verba synaxarii* qui nunc dicitur monasterium Abramitarum F *non censeantur eo dicta sensu quo sæculo* X *intelligebantur. Nostra enim opinio est, diruto Abramitarum monasterio, appellationem sæculo* X *ad S. Abramii ædes transiisse. Quod si non ante illud tempus scripta sunt hæc verba, in monasterio S. Abramii vixit* S. Anna. *Quum autem definiri non possit quo tempore illud incisum sit scriptum, nonnisi dubitanter loqui debuissemus, nostraque proin asserta emendari cupimus.*

quod rursus, divulgato sexu, deserit, extra urbem seorsim victura. Cpolim tandem redux pie moritur.

9 *Sed, postea divulgato piæ fœminæ sexu, ab illo monasterio recedere necesse fuit. Profecta est ergo* S. Anna ad partes Steni, *id est ad loca Bosphoro adjacentia* (9), *et nacta ecclesiam, cui hortulus et fons adjacebant, ibi, resumpta ut opinamur veste fœminea, cum duobus monachis, eunuchis verisimi-*

(1) Cfr Examen historicum libri D. Verhoeven, pag. 23 et 93; Regula S. Benedicti, cap. 61. — (2) Cfr Acta S. Simeonis Stylitæ, tom. I Jan. pag. 275; Menæum Novembris, die IV, Synax. S. Joannicii. — (3) Regula fusius tractata, interr. XXXVI, Operum, tom. III, pag. 381, ed. Bened. — (4) Constitutiones monasticæ, cap. XXXIII, ib. pag. 579 et 580. — (5) Dionysii Exigui Codex Canonum, col. 206, ed. Migne, Patrol. Lat. tom. LXVII; Cfr Balsamonem et Zonaram ap. Beveregium, tom. I, pag. 616 et 617. — (6) Cfr Balsam. et Zon. loc. cit. pag. 527 et 528. — (7) Cotelier, Monumenta græca, tom. III, pag. 258 et seq.; Cfr Acta SS. tom. I Febr. pag. 539 et 542, num. 10.— (8) Vide supra, pag. 758 et 759. — (9) Infra annot. *a*.

lius

A *lius* (1), *aliquot annos quiete mansit, donec tandem Byzantium revocata a quibusdam monachis, in aliud monasterium ad partes τοῦ σίγματος, seu prope portum Julianum, hodie* Kum-Kapou, *situm* (2), *vitæ cursum ibi sanctissime perfecit. Annum mortis ejus definire non possumus. Conjicimus tamen eam a loco extra urbem posito, ac proin hostium vastationibus obnoxio ad securitatem urbis confugisse, quando Bulgarorum dux Crumnus, Cpolim obsidione cinxit atque ecclesias et monasteria extra urbem sita diripuit* (3). *Hæc autem gesta sunt anno* 813, *regnante Leone Armeno*. S. Anna *tunc quinquagesimum ætatis annum attigisset, et paucis post annis, ante annum* 820, *ex hæc vita migrasset. Quæ, sin probationibus munita, verisimilia tamen sunt, quippe non adversantur iis quæ ex ejus vita innotescunt.*

VITA

B

S. ANNÆ EUPHEMIANI

ex Menæis Græcorum a.

a

S. Anna *mortuo, juxta patrui prophetiam, marito,*

Sancta mater nostra Anna Byzantii nata est ex pio quodam diacono templi Sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ in Blachernis *b*. Parentibus orbam quæsivit avia piissimo illam viro

b

conjungere, quod et perfecit. Venit autem ex

c

Olympo *c* patruus ejus, vir rebus divinis deditissimus, et magnæ præterea perspicacitatis, cui cum sub Leone Iconoclasta linguam excidissent, expedite tamen et clare loquebatur *d*. Hic ergo cum vidisset eam viro conjunctam : Quid hanc, ait, ad divina prælia divinosque labores intentam viro conjunxistis ? et, impertita Annæ benedictione, abiit. Annis vero aliquot elapsis, impioque illo imperatore in latebras inferni demisso, Irene et Constantinus orthodoxi et fidelissimi imperatores *e* sanctum illum virum arcessiverunt, quumque audivissent quanta a Leone passus esset, ejus benedictionem acceperunt precesque impetrarunt. Qui quidem iis quæ

d

e

C ad Dei voluntatem exsequendam conferunt expositis, viam repetivit. Tunc iterum, quum vidisset beatam illam : Magno sis animo et confortare, filia, inquit : multæ enim tribulationes justorum. Scias autem non prius infantem, quem utero geris, nasciturum esse, quam virum tumulo condideris. Quod re ipsa accidit. Sextum enim post mensem conceptionis, mortuus est vir.

de instanti duorum liberorum morte etiam monetur : bonis se abdicare cœpit.

2 Hæc autem, multo fletu tabescens, ablactatum puerum natu majorem alteri patruo commisit, ac dein ad certamina spiritualia se accinxit *f*. Quot vero et quanta fuerint illa, norunt initiati et qui egregie asceticum stadium decurrerunt. In his ergo dum versatur, ab Olympo advenit vir ille sapientissimus. Ad cujus pedes provoluta mulier, et benedictionem deprecata, his primum compellata est : Corroborare in Domino, filia, ac dein : Ubi est infans ? Anna autem : Alterum, ait, tuo fratri, eidemque meo post Deum præsidio credidi, alter vero mecum est *g*. Atque his et aliis conturbato et amare lugenti animo prolatis, duos pueros venerando

f

g

(1) Infra, annot. *y*. — (2) Infra, annot. *x*. — (3) Symeon magister, inter scriptt. post Theoph. pag. 408, ed. P.

ex menæis.

sistit seni : Ora, sic ait lacrymando, o venerande pater, pro pueris istis. Ille autem : Non egent prece. Quæ quum ægre Anna ferret, ex imo pectore ingemiscens exclamavit : Heu mihi peccatrici ! Quid igitur iterum nos manet ? At senex : Nonne dixi tibi, filia, multas esse justorum tribulationes ? nisi nos patimur, nec unquam justificabimur : Sic enim par est, sic Deo placitum. Tunc dixit Anna : Pater mi, num visum est Domino teneram hanc prolem ex hac vita transferre ? Et respondit mirabilis ille vir : Recte dixisti, filia, brevi enim auferet eos Dominus a te. Quæ quum, uti æquum est, gratias Deo egisset, venerandi senis ad pedes projecta, benedictionem accepit, et bona sua ambabus manibus distribuere cœpit.

Mox, eventu probata prophetia, virili veste et nomine sexum mentita, in virorum monasterium admittitur,

3 Nec multo post, emortuis pueris, pauperum manibus quæ reliqua erant tradidit, atque ecclesias circuivit lumina ferens *h*, et orans, et ultimum vale dicens *i*. Denique monachum quemdam ex Olympo nacta, ab eoque tonsa *l*, clam vestem virilem subter induit, exterius autem fœmineam : et mox, abjecto muliebri pallio, circa Olympum furtim apparuit *m*. Deinde ad aliquod monasterium se contulit *n*, ac janitorem allocuta est, significans se in primis cupere ut in conspectum antistis posset venire. Janitor autem monitum de more antistitem ad eam adducens, exiit. At tunc veneranda illa mulier ad pedes antistitis projecta, benedictioneque impetrata, ab eo sublevata et sic interrogata est : Quid causæ est cur ad nos venias ? et qui vocare ? Hæc autem : Causa quidem, ait, cur ad sanctum hoc monasterium deveni, onus est peccatorum, sancte pater, quod me premit : cupio ut, quod reliquum mihi tempus est, quictus vivam, et, indignus licet, divinam misericordiam in die judicii inveniam. Nomen vero mihi Euphemianus. Cui senex : Si talia, fili, animo cogitas, et salutem desideras, fuge nimiam libertatem : facile enim turpi sermone capitur eunuchorum natura *o*. Post hæc, solita effusa oratione *p*, cæteris fratribus eam annumeravit. Tantum autem ante eos qui jam aderant proficiebat Euphemianus in omni virtute et humilitate, ut exemplar et typus fieret cæteris omnibus monasterii incolis.

h
i
l
m
n
o
p

unde ad aliud transit,

4 Sed procurator domus ejus, quem ad hoc ipsa constituerat, omnibus prout sui officii erat dispensatis, profectus est ut dominam suam quæreret, cumque incidisset monacho, qui eam totonderat, sciscitatus est num cognosceret ubinam foret quæ terrena reliquit, et quærit cælestia. Respondit monachus : Quædam de ipsa me didicisse non negabo, fili mi, ubi vero nunc sit, ignoro. Sed age progrediamur simul illuc ad proximum illud monasterium. Quo quum pervenissent, a janitore acceperunt, adesse intra claustra quod quærebant : eam igitur adduci rogarunt *q*. Egressam autem, manu ostenso procuratore, ita allocutus est monachus : En fidelissimus tuus œconomus, qui multum jam in te quærenda passus est. Si tibi videtur, eamus ad nostram Lauram *r*. His auditis, sancta antistitem monasterii convenit, acceptaque ab eo et a fratribus cæteris benedictione, exivit inde et cum suo œconomo, comitante et monacho, ad alterum monasterium profecta est.

q

r

in quod sanctitate ingentem

5 In eo autem satis diu habitavit, et quam plurima signa visa est perpetrare. Verum sparsa

miraculorum

EX MENÆIS. *hominum numerum attrahit, quare amplior pro ea domus erigitur.*

miraculorum fama, magnus hominum numerus, relicto sæculo, ad monasterium affluit. Sed angustiæ loci impediverunt, advenientium accessionem. Unde monasterii antistes divinitus afflatus, sanctum Tarasium, tunc temporis patriarcham Constantinopolitanum *s*, de miris Euphemiani monachi operibus certiorem fecit, docuitque, vulgatis miraculis, haud parvum virorum numerum , derelicto sæculo, ad monasterium affluere, quibus recipiendis præ locorum angustia et parvitate omnino impar esset. Quibus nuntiatis, animadvertit in suam sententiam concessisse patriarcham. Namque accepit ab ipso locum ruinis obsitum, donationis causa, qui hodie monasterium Abramitarum vocatur *t*, brevique e fundamentis piam domum in multarum animarum salutem erexit, in eaque sanctam illam fœminam reliquum suæ vitæ tempus exigere voluit. Sic re composita, et fama hujus angelicæ vitæ ad omnium aures dilata, quantus hominum numerus ipsam singulis diebus circumdaret, describere fas non est.

s

t

At ab impio monacho vexata,

u

6 Probationem vero deinde passa est Anna a quodam veste quidem monacho, re vero et operibus malevoli dæmonis fautorum antesignano *u*. Hic ergo rem iniquissimam aggressus, acerbas et turpes contumelias adversus sanctam, tamquam esset eunuchus, effundere et proclamare cœpit. Quæ cum illa nihili faceret, at potius maledicta in se congesta beneficii loco haberet, pia quædam mulier, ut audivit turpia et abominanda verba hominis impuri, et postea quidem cædis manifestæ rei : Cave, frater, ait, ne forte non sit, prouti asseris, eunuchus, vel pollutus, ut conjicis, sed fœmina et impolluta : unde tu quidem in mercedem accipias ignis gehennam, quia innocentem vexas, audientium autem aures polluis. Paucos enim ante annos, mulier quædam, bonis omnibus distributis, hinc evanuit : nonne forsan quem dicis eunuchum, illa ipsa est, tu vero animam tuam in perniciem æternam dejicis.

denuntiata et vix non necata illinc aufugit; ad Stenum habitat et Byzantium tandem redux pie moritur.

C

7 At homo sceleratus et astutus, novam inde invenit malitiam, ut, missis contumeliis, rem inter plures spargeret. Statuit etiam sanctam per declivem locum dare præcipitem, ut, sublevatis quibus induebatur vestibus, eam nudam videret, remque exploratam haberet. Quod ubi paulo post fecit, nihil quidem vidit, sed divina virtute dimidia corporis parte aruit : quare surgens domum rediit. Ibi igitur retentus est ut homicidii damnatus, et in ligno, quasi in laqueo quodam, comprehenso ejus capite, quod supplicium furcæ *v* vocant, exitialem et scelestam animam effudit. Sancta autem, utpote quæ hinc celebrior evasit, et scandala effugere voluit, duos monachos tantum secum ducens ad Steni *x* partes se proripuit, et nacta ecclesiam quæ aquam et hortulum possidebat, in ea cum duobus monachis Eustathio et Neophyto *y*, habitavit. Unde iterum, annis aliquot elapsis, profecta, et Byzantium non procul a Sigmate *z* a quibusdam monachis advocata, ibi vitæ suæ cursum pie perfecit, nec paucas in adventantes sanationes aut miracula conferens, migravit ad Dominum.

v

x

y

z

D

ANNOTATA.

a *Hanc vitam, cujus dictio recentiorem omnino ætatem indicat, transtulimus ex Menæo Græcorum pro mense octobri, cujus ob oculos duo exemplaria habemus, alterum anno* 1592, *anno* 1843 *alterum Venetiis impressum. Brevius aliquod synaxarium pro suis opinionibus amplificaverit pius auctor.*

b *Notissimum est illud Deiparæ templum, cujus historiam pluribus illustravit Cangius* (1). *Stetit usque ad Turcarum imperium, nunc autem supersunt tantum ruinæ, juxta Chevalier* (2), *et fons sacer* Ἁγίασμα, *secundum Josephum von Hammer* (3).

c *De monte Olympo actum est in uno ex præcedentibus tomis* (4). *Hic notare sufficiat montem illum altissimum totius Asiæ minoris, in Mysia situm, monasteriis et anachoretarum cellis abundasse. Optime ergo latebram illam elegerat* S. Anna : *facilius enim inter tot homines suorum investigationes fallere poterat.*

E

d *Simile prodigium, quo nihil in tota antiquitate certius perhibetur, Tipasæ in Africa contigit, tempore Vandalicæ persecutionis. Beati martyres quam plurimi lingua truncati sunt, expedite tamen postea loquebantur, tanquam nihil inde detrimenti passi fuissent, prout a testibus oculatis omnino comprobatur. De hoc miraculo speciali libello egit unus e nostris* (5). *De martyribus persecutionis Iconoclasticæ eadem non narrantur : quis tamen hoc fieri potuisse neget?*

e *Anno* 780, *mortuo Leone Chazaro, cum matre sua Irene regnavit Constantinus, novem tunc annos natus. Orthodoxiæ autem laudem eo præsertim titulo consecuti sunt, quod concilium Nicænum II, in quo imaginum cultus ab hæreticorum contumeliis vindicatus est, cogendum curarunt.*

f *Obscurius dicta sunt quæ ad pueros pertinent. Græce legitur.* Ἡ δὲ.... τὸ μὲν παιδίον ἀπογαλακτίσασα δέδωκεν εἰς χεῖρας τοῦ ἑτέρου θείου αὐτῆς, *nulla pueri postumi mentione facta. Ideoque textui inserui verba hæc* natu majorem : *illum enim, non recens natum avunculo evidenter credidit.*

F

g Alter *junior nempe, qui matris cura nondum poterat carere.*

h Τὰς ἐκκλησίας περιήει φωταγωγοῦσα, *hæc recentiore dialecto interpretatur Maximus Margunius :* Ἐπήγενε τριγύρου εἰς ταῖς ἐκκλησίαις φέρνουσα φωταγωγίαν (6). Circuivit ecclesias ferens lumina. *Non aliter intelligenda vox* φωταγωγία *in versione Margunii, ac in Theophanis continuatione, ubi de Romano imperatore hæc leguntur :* Omnes urbis ecclesias sumptuosis aulæis et luminum copia, φωταγωγίαις, præclare exornavit (7). *Nec puto aliud significari voce* φωταγωγοῦσα, *quæ alias* animos illuminandi *semper notionem habet.*

i Καὶ τὸν συντακτήριον ἀσπαζομένη. *Hic a Margunio non juvamur, verba enim tantum exscribit. At ex noto* τοῦ συντακτηρίου λόγου *sensu*

(1) Cpolis christiana, lib. IV, pag. 33 et seqq. ed. P. — (2) Voyage de la Propontide, pag. 101. — (3) Constantinopel und der Bosporos, Pesth 1822, tom. I, pag. 432. — (4) Acta SS. tom. X Octob. pag. 917 et seq. — (5) V. De Buck, Examen critique du miracle de Tipase, Précis historiques, Bruxelles 1853. — (6) Βίοι τῶν ἁγίων, pag. 65, fol. rect. ed. 1656. — (7) Theoph. Contin. lib. VI, num. 27, pag. 259, ed. P.

puto

A *puto rectius scribi latine* : ultimum vale dicens ecclesiis, *quam* fores osculando ad vale dicendum *quod voci* ἀσπάζομαι *seorsim congrueret optime.*

l *Monacharum tonsuram a remotissimis temporibus in usu fuisse notum est. At hic non fit sermo de illa capillorum tonsione, quæ pars est monastici habitus, et ritu quodam peculiari peragitur. Tonderi voluit* Annam *antequam monasterium ingrederetur, quoniam inter viros degere decreverat. Mihi autem videtur cum monacho illud fuisse pactum, ut post certum tempus* Annam *vitæ religiosæ demum assuetam ad Lauram deduceret.*

m *Græce :* λαθοῦσα ἐν τοῖς Ὀλύμπου εὑρέθη μέρεσι, *quibus occulta profectio ex urbe, et furtivus aditus ad Olympi montis monasteria bene signantur.*

n *Verisimilius monasterium proprie dictum, in quo novitia vitæ religiosæ sensim assuefieret. Vide Comm. præv., num.* 6.

o *Eunuchus propter fœmineam faciem habebatur. Similia quædam legimus in Actis S. Euphrosinæ, numm.* 9, 10 *et* 11 (1). *Sa-*
B *pienter edixit S. Sabas ut in monasteria, imberbes, sive ob teneram ætatem, sive virilitatis defectu, non vero in Lauram admitterentur* (2). *Quod non dicimus ad vituperandum sanctæ monialis propositum.* Ex fide *enim egit, et qui* cor et renes scrutatur *eam mercede sua donavit. Recenset sanctas quæ virili veste latuerunt Matthæus Raderus in Viridario* (3), *quem secutus est Bollandus* (4). *At uterque eas promiscue refert, quæ aliquando vel in parvum tempus virilem vestem assumpserunt. Idcirco nomina quæ invenimus hic subjiciemus. Sunt autem præter* S. Annam *ac S. Apollinarem Syncleticam, S. Marinam, S. Susannam et S. Eugeniam, supra num.* 3. *Comm. prævii memoratas, S. Euphrosyne* (5), *S. Anastasia* (6) *et S. Athanasia* (7). *Omnes autem in Ægypto vixere, præter S. Marinam* (8) *et* S. Annam. *Minus recte hanc vitam damnari dictum est Gangrensi canone* XIII : *nam istud decretum ad fœmi-*
nas respicit, quæ, superstitionis causa, mo- D
nachorum vestem induebant, prout scite animadvertit Balsamon, qui, expressis verbis, illas sanctas mulieres excipit quæ pio quodam instinctu ita egerant. Exemplum autem affert S. Melanæ (legendum ne Marinæ?) et S. Eugeniæ (9).

p *Vide in Euchologio Græcorum a Jacobo Goar edito, quænam essent istæ solitæ preces.*

q *Nollem hujus partis synaxarii fidem nimis asserere, non enim sibi constat, nec procuratoris adventus satis explicatur.*

r *Abrupte et nulla omnino apparente causa hæc fiunt. Confer quæ diximus Comment. præv., num.* 3, *et supra annot.* 1.

s *S. Tarasius a Græcis colitur* 25 *februarii, ad quam ipsius vitam illustrarunt decessores nostri* (10). *Ecclesiam Cpolitanam rexit a* 25 *decembris anni* 784 *ad* 25 *februarii* 806 (11).

t *Cfr. Comm. præv., num.* 8, *et supra, pag.* 758 *et* 759.

u *Vid. Comm. præv., num.* 3.

v Furca. *Suspensio in furca supplicii genus apud Romanos usitatum, et cum latino nomine ad Orientale imperium translatum. Furca* E
stringebatur collum rei qui vel ipso suspendio necabatur, vel virgis ad mortem cædebatur. Cfr Pitiscum in Lexico et Lipsium libro III *de Cruce* (12).

y Stenum *est Bosphorus. Vide Cangium* (13).

y *Verisimilius eunuchi erant hi monachi. Alioquin severissima illius temporis disciplina non toleratum fuisset eorum cum monacha consortium.*

z Σῖγμα *porticus erat in formam litteræ C, quam sigma Græcorum, recentiorum præsertim, referebat, ædificata non procul a portu Juliano. Vide Cangium* (14) *et von Hammer* (15). *Crucem primum mihi fixit in hoc loco Menæi textus recentior : habet enim* τοῦ ῥεύματος, *Margunius autem* τοῦ τάγματος, *sed in Menæi editione anno* 1592 *facta recte legitur* τοῦ σίγματος. *Verisimilius vocem sibi obscuram emendare rati sunt Margunius et Bartholomæus monachus, Menæorum recens editor.*

(1) Acta SS. tom. I Febr. pag. 539 et seq. et 542. — (2) Cotelier, Monum. Græcâ, tom. III, pag. 259, 260 et 358. — (3) Pag. 9 et seqq. ed. Lugd. 1627. — (4) Tom. I Jan. pag. 258 et seqq. — (5) Acta SS. tom. I Febr. pag. 535 et seqq. — (6) Tom. II Mart. pag. 40 et seqq. — (7) Tom. IV Oct. pag. 997 et seqq. — (8) Tom. IV Jul. pag. 282 et Migne, Patrol. Græca, tom. CXV, col. 347. — (9) Ap. Beveregium, Pandectæ, tom I, pag. 422. — (10) Acta SS. tom. III Febr. pag. 572 et seqq.; cfr tom. V Sept. pag. 465 et seqq. — (11) Hist. patriarcharum CP. tom. I Aug. pag. 102. — (12) Operum, tom. III, pag. 665 et seqq. — (13) Cpolis christ. lib. IV, pag. 167, ed. P. — (14) Ib. lib. I, pag. 58 et seqq.; lib. II, pag. 112. — (15) Constantinopel und der Bosporos, tom. I, pag. 116 et seqq.

A D

DE SS. MERWINNA ET ELFLEDA

ABBATISSIS RUMESEJENSIBUS IN ANGLIA

V. D. B.

COMMENTARIUS PRÆVIUS

§ Unicus. Fata monasterii Rumesejensis. SS. Merwinnæ et Elfledæ cultus. Hujus genus. Ambarum tempora.

SUB ANNUM DCCCCXCIII ET AD MEDIUM SÆCULUM XI. *Monasterium Rumesejense, in quo vixerunt* SS. Merwinna *et* Elfleda, *ab Eduardo I institutum fuit, puellare factum ab Edgaro et auctum Claræ dominio a patre* S. Elfledæ :

Quum insulam Vectim, vulgo Wight, *circumvectus es, venis in sinum maritimum, cui nomen* Southampton Water; *ad cujus caput rivus* Test *aquas suas mari infundit; quem rivulum si paulo plus quatuor milliaria subiveris, venis ad oppidum nomine olim* Rummæsig (1), Rumesige *seu* Rumesege (2), *nunc* Romsey *seu* Rumsey, *in dextera ripa positum : quod oppidum, quum sæculo* XVI *puellare SS. Mariæ et* Elfledæ *monasterium extinctum est, potissimum suum decus amisit, nunc fere nonnisi sartorum multitudine insigne* (3). *Edgar Pacificus, qui ab anno* 959 *usque ad* 975 *neque sine maxima laude, neque sine summo vituperio Angliæ sceptra tenuit, hujus pientissimi instituti auctor fuisse traditur a Guilielmo Malmesburiensi, cujus hæc sunt verba* (4) : Apud Rumesejam, quod cœnobium præcellentissimus rex Edgarus instituit, novi jacere duarum virginum corpora, Merewinnæ et Elfledæ * : quarum gesta, quod nescio, non tam præterco, quam ad majorem scribendi diligentiam reservo, si forte cognovero. *Item in diplomate regio anni* 1262 (5), *post institutum examen,* abbatissæ de Romeseye *dicuntur* habuisse furcas in manerio suo de Romeseye a temporibus Edgari, quondam regis Angliæ, qui abbatiam de Rumeseye fundavit. *Similiter in edenda* SS. Elfledæ *et* Merwinnæ *priori Vita traditur* Edgarus rex monasterium de Romese construxisse. *Sed Florentius Wigorniensis* (6), *explicatior et antiquior, et qui eum secuti sunt Simeon Dunelmensis* (7), *Rogerus de Hoveden* (8) *et Matthæus Westmonasteriensis* (9) *initia tribuunt Eduardo I, qui ab anno* 900 *ad* 924 *Angliæ præfuit; consummationem vero et monialium introductionem Edgaro. Audiatur Wigorniensis :* Anno DCCCCLXVII rex Anglorum Pacificus Eadgarus in monasterio Rumesyge, quod avus suus rex Anglorum Eadwardus Senior construxerat, sanctimoniales collocavit, sanctamque Mearwinnam super eas abbatissam constituit. *(Sed ante annum* 967 S. Merwinnam *abbatissam fuisse, manifestum erit inferius). In* S. Elfledæ *Vita, quam scripsit Capgravius, perhibetur Ethelwoldus, ejus pater, rogasse ante mortem uxorem* ut in quo degebant municipio Dei genitrici Mariæ Romesejense monasterium fundaret. *Cujus* imperii non oblita *uxor,* Claram mansionem Romesejensi ecclesiæ dedit. *Sed hæc nihil aliud indicare videntur, nisi quod vellet mansionem suam Claram novo Romesejensi monasterio tradi, non autem quod Clara mansio in Romesejense monasterium mutata fuerit.* Romeseja *enim antiquum nomen est,* ingentem insulam *(diffidis Testi rivi aquis olim cinctam) significans* (10). Clara *vero nonne* Kingsclere *est, caput hundredæ cognominis in Hamptonia meridionali? In qua hundreda temporibus Guilielmi Conquæstoris et Henrici VIII Romesejense monasterium habebat villam* Sydemantone *seu* Sydmanton, *nunc* Sidmantone (11). *Non erat itaque cur Tannerus* (12) *scriberet vel Edgarum, vel Ethelwoldum Romesejensis asceterii auctorem fuisse. Leland vero secum parum constat, quippe qui monasterii fundatorem faciat aliquando Eduardum Seniorem, aliquando Ewium, Edgari non avum, sed fratrem* (13).

* *al.* Elfædæ.

C E F

ejus fata; patrona secunda S. Elfleda.

2 *Stetit hoc cœnobium usque ad annum circiter* 1540, *castimoniæ legibus sæpius neglectis* (14). *Ab initio habitum est inter insigniora loca sacra Angliæ; hinc in Chronico Anglo-saxonico* (15) *ad annum* 972 *legitur :* Hoc anno mortuus est Eadmundus Ethelingus et corpus ejus in Rumesige sepultum fuit. *Principatu regum Normannorum curia quoque illic fuit, ubi plura diplomata data fuerunt* (16). *Quum suppressum est, reditus ascendebant, detractis impendiis, ad libras sterlingas prope* 400 (17). *Cœnobii area prius data ab Henrico VIII oppidanis, dein Joanni Bellow et Roberto Bigot* (18). *Initio titulus fuit huic asceterio B. Maria, uti ex diplomatibus* (19) *apparet. S. Mariæ et* S. Elfledæ *dicatum fuisse affirmat Tannerus* (20); *sed quamquam* S. Elfledæ *nomen populari potius consuetudine, quam a consecrante episcopo adjectum videatur, (sæculo enim* XIV *hæc sola verba inscripta erant sigillo* : SIGIL. S. MARIÆ ROMES.) *non tamen omni caret auctoritate. Legendarium enim, quod ex bibliotheca marchionis de Lansdowne transiit in Musæum Britanni-*

(1) Kemble, Codex diplomaticus ævi Saxonici, num. 721, tom. III, pag. 360. — (2) Chronicum Saxonicum, edit. Gibson, pag. 121 et 187. — (3) Cfr Speed, The British Empire, fol. 13; Camden, Britannia, edit. Gough, tom. I, pag. 135. — (4) De pontificibus Anglorum, lib. II, cap. 5. — (5) Monasticum Anglic. novum, tom. II, pag. 509. — (6) Chronicum, ap. Petrie, Monumenta historica Britannica, tom. I, pag. 577. — (7) Ap. Twysden, Scriptt. hist. Angl. decem, col. 158. — (8) Ap. Savile, Rerum Anglic. scriptt. pag. 426, edit. 1601. — (9) Flores histor. ap. Parker, ad an. 967. — (10) Gibson, Chronicum Saxonicum, Nominum locorum explic. pag. 42. Cfr mappa topogr. ap. Speed, The British Empire, fol 13. — (11) Domesday book, in Monast. Ang. tom. II, pag. 508; Computus etc. ibid. pag. 508; Carlisle, Topogr. dict. of England, vs *Kingsclere* et *Sidmantone*. — (12) Cfr Monast. Angl. nov. tom. II, pag. 506. — (13) Collectanea, tom. I, pag. 26 et 323. — (14) Monast. Anglic. tom. II, pag. 507. — (15) Ap. Petrie, Monumenta hist. Brit. tom. I, pag. 594. — (16) Jos. Stevenson, Chronicon Monasterii de Abingdon, tom. II, pag. 118 et 127. — (17) Monast. Angl. nov. tom. II, pag. 510. — (18) Ibid. pag. 507. — (19) Ibid. pag. 509, et ap. Kemble, Codex diplom. ævi Saxonici, num. 721, tom. III, pag. 360. — (20) Monast. Angl. tom. II, pag. 506.

cum,

A *cum, hæc præ se fert :* Iste liber est de libraria ecclesiæ sanctæ Mariæ et sanctæ Ethelfledæ virginis de Romesey. *Quo testimonio conficitur* S. Ethelfledæ *seu* Elfledæ *tantopere illic viguisse cultum ut paulatim patrona secundaria facta sit.*

Hujus sanctæ nomen quare in fastis sacris a die obitus, 23 octobris, translatum sit ad 29 octobris.

3 *Continet autem liber ille Lansdownianus, præter alias sanctorum Vitas, gesta præcipua* SS. Merwinnæ *et* Elfledæ, *a scriptore suppare collecta. In qua scriptione traditur* S. Athelfleda transiisse ab hac luce x kal. novembris ; *quocirca et ad hanc diem* 23 *octobris procul dubio ejus nomen inscriptum olim fuit fastis sacris. Sed aliæ sunt sanctæ Elfledæ seu Athelfledæ, scilicet S. Elfleda virgo, abbatissa monasterii Streneshalæ, cujus Acta dedit Bollandus ad diem* 8 *februarii ; S. Elfleda, vidua Glastoniensis, regio genere et S. Dunstani discipula, cujus res explicatæ fuerunt ad diem* 23 *octobris ; S. Elfleda virgo, Eduardi Senioris regis filia, quæ cum sorore S. Ethelhilde vitam absconditam Wintoniæ duxit et ad diem* 17 *decembris a Challonero commemoratur. Ex his S. Elfledæ Glasto-*
B *niensis natalis quum ignoraretur (ut liquet ex ejus gestis, Vitæ aut rebus S. Dunstani insertis* (1),) *pro more appositum est ejus nomen in calendariis ad diem, quo alia celebrabatur* S. Elfleda, *multo celebrior ; quæ postea vel propter translationem reliquiarum vel aliam ob causam dimota est aliquando ad* 29 *octobris. Cujus mutationis memoria quum oblivione obliterata est, coepta est dici* S. Elfleda *Rumesejensis mortua esse die* 29 *octobris, ut in ejus Vita, a Capgravio seu potius a Joanne Tinmuthensi conscripta, videre licet. Hinc in Wintoniensi seu Altempsiano Usuardi codice et in editione Greveni, qui libris Anglicanis usus est, legitur ad diem* 23 *octobris* Ethelfleda *seu* Ethelfreda regina, *quibus verbis Elfleda, vidua Glastoniensis, indicatur, et ad diem* 29 *octobris laudatur in aliis libris* S. Elfleda *Rumesejensis. Imprimis ad hanc signatus est ejus natalis in Martyrologio anglicano secundum usum ecclesiæ Sarum et quemadmodum in Syon legitur ; cujus Martyrologii vernaculi, anno* 1526 *Londini impressi, quatuor dumtaxat innotuerunt exemplaria* (2). *In eo*
C *itaque hodie hæc leguntur :* In Anglia festum S. Elfledæ, virginis nobili genere, cujus nativitas conspicua fuit cælestibus signis et quæ dein abbatissa fuit in Rumsey, vitæ sanctimonia et miraculis clara. *Recte itaque Hugo Menardus ad præsentem similiter diem Martyrologio suo Benedictino intulit* S. Elfledæ *nomen, his usus verbis :* In Anglia, cœnobio Rumesejensi, sanctæ Elfledæ virginis. *In quibus, ut et in Observationibus profitetur, secutus est auctoritatem Eduardi Maihew, qui in Trophæis Anglicanæ congregationis hac die brevibus dederat* S. Elfledæ *laudes secundum Capgravium. Bucelinus, Heredia aliique menologi Benedictini, antiqui et recentiores, laudarunt item hodie, Menardi exemplo,* S. Elfledam. *Idem fecit Castellanus in Martyrologio universali, Arturus in Gynecæo et Petin in Lexico hagiologico. Challoner ejus Vitæ brevia-*
rium dedit ad hanc diem in Britannia sancta, eamque breviter commemoravit in Martyrologio Britannico ad diem 25 *januarii. Wilsonus in priori editione Martyrologii sui Anglicani annuntiavit* S. Elfledam *ad diem* 20 *januari, ejusque exemplo Ferrarius in Catalogo generali sanctorum, ut jam monitum fuit in opere nostro ad eam diem in Prætermissis. Sed agnovit Wlsonus errorem suum ipsemet, et in altera editione eamdem celebravit ad hodiernum diem. De ea præterea dixerunt Alfordus et Cressyus in Annalibus ecclesiæ Anglicanæ ad annum* 992, *Smithius in Floribus ecclesiæ Anglicanæ, aliique quos sponte prætereo.*

AUCTORE V. D. B.

4 *Minus celebris fuit* S. Merwinna. *Verumtamen* sanctam *eam appellat Willis* (3). *Et quidem recte : nam in Legendario illo Lansdowniano, conscripto sæculo* XIV, *Vitæ* SS. Elfledæ *et* Merwinnæ *hic rubris literis impositus est titulus :* Incipit de sancta Elfleda et sancta Merwinna, virginibus et abbatissis ; *hic autem finis :* Explicit de sanctis virginibus Athelfleda et Merwynna abbatissis. *Præterea in libello ms. anglo-saxonico de sanctis in Anglia sepultis, quem anglice edidit Challoner* (4), *hæc* E *occurrunt :* Rumsejæ quiescit S. Merwinna, prima hujus loci abbatissa ; et S. Bathildis, regina *Francorum, scilicet reliquiæ aliquot ; et* S. Æthelfleda cum copia aliorum sanctorum. *Quibus accedunt Guilielmi Malmesburiensis, Simeonis Dunelmensis et Rogeri de Hoveden testimonia, quæ initio retulimus. Quibus apparet* B. Merwinnam *cælicolarum numero in Rumesejensi cœnobio fuisse habitam. Wilsonus itaque in utraque Martyrologii sui editione, ejusque exemplo Lingardus in Kalendario Romano et Anglicano* (5), *Ferrarius in Catalogo generali sanctorum et Arturus in Gynecæo ad diem* 13 *maji ; Menardus vero aliique menologi Benedictini ad diem* 27 *aprilis ; et Challoner in Martyrologio Britannico ad diem* 30 *martii ejus memoriam fecerunt. Smithius* (6) *recenset eam inter sanctos, qui temporibus regis Edgari claruerunt, et Mabillonius laudavit eam in Actis sanctorum ordinis S. Benedicti* (7) *secundum Malmesburiensem et Dunelmensem. Quoniam vero omissa est ab Eduardo Maihew et ab Hieronymo Portero, maximeque quoniam deces-* F *sores nostri eam non repererunt in Indice sanctorum Angliæ, ad finem tomi* III *Annalium Alfordi edito, retulerunt eam inter Prætermissos ad diem* 23 *maji. Verum quod Alfordus eam in indice* Merewenam *appellavit, inde factum est ut eorum oculos fugerit ; licet plura illic de ea referat, sermonem concludens his verbis :* In tabulis nostris ecclesiasticis locum cum sanctis habet 13 maji. *Hærendum itaque non est quin ei locus dandus sit in opere nostro ; neque uspiam de ea opportunius dici potest, quam simul cum* S. Elfleda, *cujus Acta ei sunt communia.*

S. Merwinna *ibidem etiam culta fuit ;*

5 *Quemadmodum supra patuit, auctoritate Florentii Wigorniensis communis sententia est Rumesejensem parthenonem primo apertum fuisse anno* 967 *eique* B. Merwinnam *fuisse præfectam ab Edgaro rege. Sed anno ante*

quæ abbatissa jam erat et in maxima existimatione anno 966, *quo subscripsit duobus*

(1) Acta SS. tom. X Octobris, pag. 218 et seqq. — (2) Cfr Boardman, Catalogue of books printed before 1551, forming of the library of Stonyhurst College, pag. 35. — (3) Cfr Monasticum Anglicanum, tom. II, pag. 307. — (4) Memorial of British piety, pag. 187. — (5) Ap. Harris Nicolas, Chronology of history, pag. 108. — (6) Flores ecclesiæ Anglicanæ, pag. 210. — (7) Sæculum V, part. I, pag. 641.

abbatissa

diplomatibus regiis,

abbatissa jam erat. Certe quum sancitum est chirographum *Edgari regis, quo Croylandensis monasterii fundationem in gratiam S. Turketuli princeps ille confirmavit* in anno Domini DCCCC.LXVI, præsentibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus et optimatibus regni, *ipsa sola mulier in nobilissimo hoc cœtu signum apposuit his verbis*(1): † Ego Merwenna, abbatissa de Rumsege, signum sanctæ crucis feci. *Et quum paulo post, aut eadem occasione,* apud London in æcclesia S. Pauli cathedrali in octavis Pentecostes anno dominicæ incarnationis DCCCC.LXVI *duodecim episcopi, quatuor abbates, tres abbatissæ et aliquot optimates congregati sunt, denuo in confecto diplomate* (2) *legitur:* † Ego Merwenna, abbatissa [de Rumesega signum sanctæ crucis feci.] *(Uncinis* [ ] *inclusa non adsunt in omnibus codicibus.) Ubi quum prima veniat inter abbatissas* S. Merwinna, *liquet quanta esset in existimatione.* Quod authores Rhumesige vocant, *addit occasione horum diplomatum Alfordus* (3), Hovedenus, errandi ansam præbens, IN MONASTERIO RAMSEI, inquit, *(nisi sit librariorum aut typothetarum error*
B *loco* Rumseie *seu* Romseie,) sanctimoniales collocavit sanctamque Mervinnam super eas abbatissam." Sed distincta sunt loca atque cœnobia, quæ RUMSEIÆ et RAMSEIÆ ponuntur. *Ramsejense enim virorum erat cœnobium, anno* 969 *ab Atlwino, Angliæ aldermanno, in comitatu Huntingdoniensi conditum.* Perfectum forte, *sic pergit Alfordus,* monasterium *Rumsejense* anno sequenti (967), collectisque sacris virginibus, Mervinna præfuit; quam hoc anno (966) Edgarus abbatissam designarat. *(Tolerabilis qualitercumque conjectura.)* Quo in munere cum sancte vixisset, sancte etiam mortua est anno 980; et jure suo in sanctorum catalogo locum meruit.

obiit non anno 780, *sed* 995 *aut* 994, *paulo antequam Swenus, rex Danorum, Suthamtunensem provinciam invasit.*

6 *Sed et infra ad annum* 980 *tradit* ad hunc annum signari in fastis *Anglicanis* obitum Merwinnæ virginis; *verum recentiores intelligit, nixos conjecturis seu potius tempore adventus Danorum, qui, ut in Capgravii* S. Elfledæ *Vita legitur, non multo post* S. Merwinnæ *mortem contigit. Verumtamen ad hæc tempora bis Hamptoniam vastarunt Dani; et quidem primum anno* 980; *ad quem in Chro-*
C *nico Anglo-Saxonico* (4) *et in Florentii Wigorniensis Chronico* (5), *quod ex illo passim latine translatum est, hæc occurrunt:* Eodem anno (980) Suthamtonia a Danicis piratis devastatur, et ejus cives omnes fere vel occisi, vel captivi sunt abducti; *et in Henrici Huntingdoniensis Historiæ Anglorum libro* V (6): Venerunt autem tertio anno regis Edelredi septem puppes Dacorum, quasi prænuntiæ futuræ vastationis, et prædaverunt Hamptune. *Altera invasio facta est anno* 994; *ad quem Chronicum Anglo-Saxonicum* (7), *Florentius Wigorniensis* (8) *et Henricus Huntingdoniensis* (9) *denuo inter se conveniunt. Solius Wigorniensis verba referam:* DCCCC.XCIV Anlafus, rex Norreganorum, et Sunein, rex Danorum, die Nativitatis sanctæ Mariæ, XCIV trieribus Lundonium advehuntur..... Eadem die recesserunt inde, et D primitus in East-Saxonia, Suthamtunensique provincia villas incendunt, agros devastant, et sine respectu sexus quamplures ferro et flamma absumunt, prædamque ingentem agunt. Ad postremum vero equos sibi rapientes, multas que per provincias debacchando discurrentes, ne sexui quidem muliebri, vel innocuæ parvulorum pepercerunt ætati, quin universos atrocitate ferina morti contraderent. Tunc rex Æthelredus procerum suorum consilio ad eos legatos misit, promittens tributum et stipendium ea conventione illis se daturum, ut a suo crudelitate omnino desisterent. Qui, petitioni regis acquiescentes, ad suas regressi sunt naves, et sic ad Suthamptum totus congregatus exercitus, ibidem hiemavit. Quibus de tota West-Saxonia stipendium dabatur; de tota vero Anglia tributum, quod erat XVI millia librarum, dependebatur. Interea, jussu regis Æthelredi, Wintoniensis episcopus Alfeagus, nobilisque dux Æthelwardus regem Anlafum adierunt; obsidibusque datis, illum ad regiam villam Andeafaram*, ubi rex manebat, cum honore de- * Andover.
duxerunt. Quem rex honorifice suscepit, confir- E
mari ab episcopo fecit, sibi in filium adoptavit, regioque munere donavit. Ille vero se non amplius ad Angliam cum exercitu venturum regi Æthelredo promisit, et ad naves postea rediit; æstateque imminente ad patriam devectus, sua promissa bene custodivit. *Porro, quum Capgravius seu Joannes Tinmuthensis tradat paulo post* S. Merwinnæ *obitum sorores Rumesejenses adventu Sweni regis Wintoniam confugisse, sequitur beatam abbatissam vixisse usque ad annum* 993 *aut sequentem; quo tantarum calamitatum testis fuit* S. Elfleda.

S. Elfleda *non fuit filia Eduardi I, neque vidua Glastoniensis, sed filia Æthelwoldi, viri potentis et cari Edgaro regi, et Orichgivæ de genere regio;*

7 *Hæc autem in utraque ejus Vita dicitur filia Ethelwoldi, aulici et militis Edgari regis. Verumtamen Speedus* (10) *et aliquot alii, quos in erroris societatem traxit, filiam eam fuisse perhibent Eduardi Senioris regis. Michael Alfordus* (11) *et Serenus Cressy* (12), *qui se hujus erroris defensores constituerunt, errandi occasionem aperuerunt. Scripserat Guilielmus Malmesburiensis* (13) *Eduardum* tulisse ex *Elfleda, secunda uxore,* sex filias Edfledam, Edgivam, Ethelhildam, Ethildam, Edgitham, Elgifam; primam et tertiam, cœli- F
batum Deo voventes, Elfledam in sacrato, Ethelhildam in laico tegmine terrenarum nuptiarum voluptatem fastidiisse; jacere ambas Wintoniæ, juxta matrem tumulatas. *Sed non conveniunt tempora aut loca. Quum Eduardus Senior post natam filiam suam Elfledam ex legitimis uxoribus genuerit adhuc liberos decem, necesse est ut ejus filia Elfleda nata sit circa annum* 910, *quandoquidem ipse extinctus est anno* 924; *contra* S. Elfleda *Rumesejensis nata non est nisi sub annum* 964, *principatu Edgari regis, qui Angliæ præfuit ab anno* 959 *ad* 975, *immo post Edgari et Alfdridæ nuptias et forte post renovatum anno* 966 *aut sequenti Rumesejense monasterium. Præterea Elfleda, Eduardi*

(1) Kemble, Codex dipl. ævi Sax. num. 520, tom. II, pag. 418. — (2) Ibid. num. 528, tom. III, pag. 3. — (3) Annales eccl. Angl. ad an. 966, num. 10. — (4) Ap. Petrie, Monumenta histor. Brit. tom. I, pag. 599. — (5) Ibid. pag. 579. — (6) Ibid. pag. 749. — (7) Ibid. pag. 402. — (8) Ibid. pag. 581. — (9) Ibid. pag. 749. — (10) The British Empire, pag. 562. — (11) Annales eccles. Anglic. ad an. 915, num. 3, et ad an. 992, num. 7. — (12) The Church hist. of Britany, lib. XXXIII, cap. X, num. 8, pag. 900. — (13) De gestis regum Anglorum, lib. II, cap. V, ap. Savilium, Rerum Anglic. scriptores, pag. 47, edit. 1601.

Senioris

A *Senioris filia, sepulta jacebat Wintoniæ, contra* Elfleda, *filia Athelwoldi, Rumesejæ; et, licet Wintonia et Rumeseja a se invicem distent paucis dumtaxat milliariis, confunduntur tamen numquam. Duffus Hardy* (1) *credidit* S. Elfledam *Rumesejensem eamdem esse ac viduam Glastoniensem, ex S. Dunstani Actis maxime notam; sed dormitavit hoc loco bonus Homerus. Quis cæterum Ethelwoldus ille fuerit difficile definire est, quoniam tunc temporis hoc nomen inter Angliæ proceres infrequens non erat. Verumtamen inter aulicos, qui diplomatibus Edgari regis subscripserunt, tres tantum Æthelwoldi mihi obvii fuerunt, duo* duces *et unus* minister. *Qui omnes simul signum suum apposuerunt diplomati anni* 958 (2). *In compluribus aliis ejusdem fere temporis legitur* Æthelwoldus dux : *sed uter, indicium nullum* (3); *minimo tamen impendio, quoniam* S. Elfledæ *pater neutiquam videtur fuisse dux : qui titulus ei in filiæ Vitis non adscribitur. In pauciori-*
B *bus apparet* Æthelwoldus minister; *sed hoc in eo singulare, quod Edgaro præ cæteris videtur fuisse dilectus. Certe exstat diploma anni* 962, *in quo hæc leguntur* (4) : Qua de re ego Eadgar, per omnipotentis dexteram apice totius Albionis sublimatus, quandam ruris partem meo fideli ac devoto ministro, nomine Æthelwold, satis libenter donare decreveram, id est unam cassam, in loco ubi dicitur æt Geofanstige, juxta rivulum quem solicolæ vocitant Camelar; quatenus illam, cum omnibus ad se rite pertinentibus,... perpetualiter possideat. *Conveniunt hæc cum utraque* S. Elfledæ *Vita : sed quidni plura adsunt signa, quibus manifestum sit Æthelwoldum ministrum eumdem esse ac* S. Elfledæ *patrem? In priori Vita vocatur mater* Orichgiva, *rarum nomen : verumtamen non temnendum, quippe quod constat ex* Orich *seu* Oric, *quo vocabulo appellabatur unus ex Hengisti filiis, qui et Ocga* (5), *et ex* Giva, *quæ multorum nominum finalitas est. Sed in altera Vita dicitur* Brithwina : *quod posterius nomen utique commune; sed vel erroneum est, vel duplex nomen habuit* S. Elfledæ *mater. Progenie regali utrobique hæc exorta traditur; sed in priori Vita*
C Eldridæ reginæ, uxori Edgaris, consanguinitate propinqua *perhibetur. Intelligenda est Alfdrida, quam duxit rex, postquam Ethelfledam, raptam monialem, dimiserat et illius virum occiderat. Hujus genus sic explicat Florentius Wigorniensis* (6) : DCCCC.LXIV. Rex Anglorum Pacificus Eadgarus Ordgari ducis Domnaniæ filiam, Alftrytham nomine, post mortem *(immo cædem)* viri sui, Æthelwoldi, gloriosi ducis Orientalium Anglorum, in matrimonium accepit. *Cujus Ordgari quanta esset potentia, intelligi potest ex his Gaufredi Gaimari carminibus* (7) :

> Orgar aveit nun cele riche home :
> De Excestre desk'a Frume,
> N'aveit nulé burc ne cité
> De ki Orgar ne fust fiefé.

Unde et apparet maternum S. Elfledæ *genus oriundum fuisse ex vicinia Cestriæ* *; *nam et in hac civitate sepultus est Ordgarus* (8) *et municipium, Clara nomine, ubi degebant* S. Elfledæ *parentes et quod nascenti Rumesejensi monasterio dari voluit Ethelwoldus, videtur esse* Kingsclere *in Hamptonia meridionali, ut initio monuimus.*

AUCTORE V. D. B.

* Exeter

8 *Quomodo autem* B. Elfleda *a pueritia collocata fuerit opera regis Edgari ejusque uxoris in Rumesejensi monasterio et* S. Merwinnæ *curis concredita, narrant ambo biographi; Capgravius tamen luculentius. Sed hic minus felix, ubi tradit sanctam virginem ad eorumdem regum aulam revocatam fuisse, quum jam abbatissa esset; nam abbatissa facta non est nisi plus viginti annis post Edgari mortem. Recte itaque in priori Vita hæc ejus in aula mansio revocatur ad ejus adolescentiam. Abbatissæ scilicet officium ei impositum non fuit, nisi anno* 996 *aut sequenti. Quum enim* S. Merwinna, *ut supra ostendimus, mortua sit anno* 993 *aut* 994, *et Elwina, ut tradit Capgravius, triennium ejus locum occupaverit, sequitur ut* S. Elfleda *citius abbatissa esse non potuerit.* Clara E
miraculis, virtutibus plena transiisse ab hac luce *traditur in priori Vita; in posteriori seu Capgravii* annos multos in omni sanctitate vitam duxisse *et* in senectute bona *obiisse. Credibile itaque est eam e vivis abiisse circa medium sæculum* XI, *integro fere sæculo post annum indicatum a Capgravio, qui docet eam* floruisse circa annum 959, *et dimidium sæculum post annum* 992, *quo Alfordus et Cressyus eam obiisse volunt, in hanc sententiam adducti, quod eam Eduardi I regis filiam fecerant.*

abbatissa fuit ab anno circiter 996 *aut sequenti usque ad medium sæculum XI.*

9 *Vix quidquam habeo quod moneam de duabus Vitis, quas paulo mox typis subjiciam. Quamquam exemplar prioris, quod solum superesse videtur, scriptum est sæculo* XIV *ad usum monasterii Rumesejensis, Vita ipsa multo antiquior est, confecta a scriptore coævo aut suppare: nam nihil in ea continetur, quod cum historia illorum temporum non conveniat. Posterior facta est, id est partim aucta, partim breviata a Joanne Capgravio seu potius a Joanne Tinmuthensi : Capgravii enim Nova Legenda Angliæ nihil aliud* F
est quam nova forma seu breviarium Sanctilogii Tinmuthensis; cum hoc discrimine quod hic ordinem calendarii secutus est, Capgravius ordinem alphabeticum, et quod idem Capgravius centum quinquaginta quatuor Tinmuthensis Vitis quatuordecim alias, aliunde acceptas, adjecit. Sub medium sæculum XIV *opus suum perfecit Tinmuthensis; atque integro fere sæculo post operam suam addidit Capgravius, anno* 1393 *natus; cujus tamen liber typis expressus non est nisi anno* 1516 (9). *Capgravii Novæ Legendæ nullum exemplar exstat in Belgio; quæ vero mihi præluxit* S. Elfledæ *Vita, descripta est ex ms. codice Rubeæ Vallis : unde apparet hanc illuc illatam fuisse non ex impresso libro, sed ex volumine ms. Tinmuthensis aut Capgravii. Verum Bollandus, facta procul dubio colla-*

Vitæ edendæ.

(1) Descr. catal. of mater. relat. to the hist. of Great Britain etc. tom. I, pag. 568. — (2) Kemble, Codex dipl. ævi Saxonici, tom. VI, pag. 2. — (3) Ibid. tom. III, pag. 136 et seqq.; tom. VI, pag. 2 et seqq. — (4) Ibid. tom. II, pag. 396. — (5) Prosapia Anglorum, ap. Petrie, Monumenta, tom. I, pag. 627. — (6) Chronicum, ibid. pag. 577. — (7) L'Estorie des Engles, ibid. pag. 809. — (8) Florentii Wigorniensis Chronicum, ibid. pag. 577. — (9) Hingeston, Jo. Capgrave Liber de illustribus Henricis, pag. XIII, 191 et seqq.; Hardy, Introd. to Petrie's Monumenta Britanniæ, tom. I, pag. 5.

AUCTORE V. D. B.

tione, Joannis Capgravii adscripsit nomen : quod quum communius sit, retinere placuit. Et quidem initium et finis, quæ ex duobus Capgravii codicibus recitat Duffus Hardy (1), *conveniunt cum ms. Rubeæ Vallis. Sequuntur illæ Vitæ.*

DE SS. ALFLEDA ET MERWINNA

VIRGINIBUS ET ABBATISSIS

ex cod. Lansdowniano 436 *Musæi Britannici, fol.* 43 b, *sæculi* XIV.

CAPITULUM I. S. Elfleda, *filia Æthelwoldi et Orichgivæ, mortuo patre, a rege Edgaro educanda traditur*

Regnante illustri ac christianissimo Anglorum rege Eadgaro, fuit vir quidam generosus, Ethelwoldus nomine, qui regi præ ceteris militiæ regiæ aulariis* propter ejus probitatem et expertam fidelitatem extitit gratiosus. Concessit ideo illi rex in conjugium Orichgivam *a*, puellam moribus honestam facieque* formosam, Eldridæ reginæ uxoris suæ consanguinitate propinquam, quæ peperit ei utriusque sexus parturitionem non paucam. Ad ultimum vero concepit ex eo filiam, quam paritura in signum prolis luciferæ et Deo dignæ per sompnum vidit splendidissimi solis jubar sibi super caput et verticem emicare. Peperit inde facto intervallo filiam, quam, Spiritu Sancto per baptismum renatam, christiano nomine Athelfledam *b* [vocavit]. Quæ nata et renata Christo semper fuit grata, quia quanto plus annorum ætate et corporis formositate crescebat, tanto amplius omnium vitiorum carnalium ambitione carebat. Quod audiens Edgarus rex, probitatis et fidelitatis Ethelwoldi, (qui jam obierat,) non immemor, ipsam filiam ejus Athelfledam et reginæ suæ parentelam, de ipsius reginæ assensu, abbatissæ monasterii de Romese, quod ipse construxerat *c*, beatæ scilicet Merwynnæ tradidit nutriendam. Quam in processu temporis beata Merwynna experimento videns in sanctitatis et obedientiæ actibus curiosam, cognovit proculdubio eam aliquociens in eadem ecclesia, Deo favente, C profuturam. Quamobrem tanti amoris privilegio diligebat eam ut in ingressu sive regressu die [fol. 44] noctuque secum jugiter vellet habere assiduam.

* aulcariis *Lan.*

* honestamque cie *Lan.*

b

c

CAPITULUM II. S. Merwinnæ, *abbatissæ monasterii Rumesejensis, ubi consecratur ab episcopo Wintoniensi.*

2 Et merito Merwynna abbatissa Ethelflede [comitem] habebat velut mater dulcissima ; Ethelfleda vero Merwynne velut filia karissima. Una enim [per] viam Domini, quam mater prudentissima in veritate docebat; altera autem per cuncta parendo, quasi obsequens filia, quæ docebantur ferventer retinebat. Una per justitiæ semitam quasi luminis campos sine errore procedebat; altera tali gaudens præduce absque offensione succedebat. Una in jejuniis fame corpus castigabat; altera jejunando quidquid ex cibo corpori subtrahebat egentibus in occultis erogabat. Cujus sanctitati rex et regina congaudentes, de assensu beatæ Merwynnæ a bonæ memoriæ Ethelwoldo, Wyntoniensi episcopo *d*, ipsam fecerunt in sanctimonialem consecrari. Et vixit deinde sub Merwynna abbatissa per aliquot temporis spacia, virtutibus plena, et larga in eleemosinis, pernox in vigiliis, in orationibus D jugis, mente humilis, facie hilaris, egentibus parabilis. Et ut sanctitatem suam posset occultare et egenis pro possibilitate subvenire, in mensa inter socias fingebat se bibere, quando non bibebat, et comedere, quando non comedebat, occultans in manicis suis *e* cibos quos pauperibus erogabat. Orationique vacans assidue institutiones ecclesiasticas et regulares in tantum diligebat, ut numquam horas canonicas nisi infra ecclesiam, dum claustralem agebat vitam, una cum sororibus conventualibus audiret vel diceret, nec ullam horam ob aliquam sæcularem occupationem præteriret, nisi maxima corporis invaletudine impediretur.

d

CAPITULUM III. *Extincta lucerna, intra Horas lucent digiti.*

3 In ecclesia vero beata Ethelfleda in cantando et legendo, quæ sibi injuncta fuerant, libenter sua vice sine murmuratione adimplere satagebat. Cujus obsequium quantum fuerit Deo acceptum per gloriosum miraculum ostendere dignatus est. Quadam enim nocte ad legendum lectionem, accepta benedictione, ad pulpitum accessit. Assumpta autem lucerna *f* in manu, quæ sibi lumen ministraret ad legendum, non dico casu, verum etiam Dei providentia, sicut E res sequens declaravit, extincta est. O magna Dei virtus, pietas copiosa! Lucem in tenebris non sinit esse sine luce. Nam tantus splendor de digitis dextræ manus ancillæ Dei Ethelfledæ circumquaque refulsit, ut circumstantibus lumen præstaret limpidissimum et lucernam ministraret ad legendum lucidissimam. Nec splendor divinitus missus prius abscesserat quam lectio a famula Dei finaliter perlecta est, et lucerna materialis allata. O vere digito Dei res ascribenda ut digiti illuminarentur illæsi, qui (ut creditur) omnino fuerant ab illicito tactu immunes.

f

CAPITULUM IV. *Videt trans murum magistram colligentem virgas.*

4 Contigit autem quandoque magistram suam in virgultum ire, quod prope domum erat ; ubi ipsa cum cæteris puellis erudiri consuevit. Quæ cum [fol. 45, *b*] sola sine omni arbitrio clanculo virgulas disciplinales *g* absciderat, beata Ethelfleda per parietem domus lapideæ, velut per speculum virgulas abscissas ad verberandum ipsam vel socias, quibus non minus quam sibi timuit, ligaturis depositas, miraculose vidit infra manus magistræ. Magistra autem adveniente et absconse sub * clamide virgas ferente, limen domus vix transiit, cum ad pedes discipula provoluta, voce magna, non tamen dissoluta, fusis lacrimis, exclamavit : « Noli, magistra, noli nos virgis cædere ; nos enim cantabimus et psallemus ad tuum nutum voluntarie, quantum vel quamdiu volueris vel ipsa jusseris. Cum nos jussa libenter agimus, cur nos cædis? » Magistra secum ultra modum admirans quomodo secreti sui fieret sciola : « Surge, inquit, filia, surge; indica mihi, quod virgas attulerim unde noveris. » At illa : « Vidi te sub arbore unde illas avulsisti, et avulsas adhuc sub clamide tenes. » Cunctis siquidem diligenter perscrutatis, non aliunde sciri a discipula quid ageretur a magistra quam per Spiritum Sanctum, qui in singulis operatur prout vult, inquisitum est ; et quod virtute Dei factum est ut illius acies oculorum densitate[m] muri bituminati *h* penetraret; qui fecit ut cæci nati oculi aperirentur, ut cæcus miraculose videns fieret.

* et *Lan.*

g

h

CAPITULUM V.

5 Habebat autem beata Ethelfleda in consue-

(1) Descr. catal, of mater. relating to the hist. of Great Bri- tain, tom. I, pag. 569.

tudinem

Vocata in aulam, noctu cantat psalmos in aqua;

tudinem singulis noctibus extra dormitorium, ubi competentius vel secretius sibi videbatur, se nudam in aquam frigidam fontis vel in alveum amnis defluentis *i* immittere et intus tamdiu moram facere, donec, quoad licuit, pro temporis opportunitate psalmos Daviticos plures vel pauciores, orationibus non paucis adjectis, cantando finiret. Accidit aliquando quod propter famæ suæ bonitatem regina Athelfledam beatam ad se vocaret, et advocatam in thalamo *k* suo honorifice teneret. Quæ cum ibidem moram aliquantulum faceret, invita tamen semper, timorata ne oblectatio dolosa vanitatum terrenarum, quas circa reginam (ut mos est) in vestitu, in gestu* ceterisque (faceti urbanitatem vocant et sanctæ religioni obviant) sæpius viderat celebrari, animum suum a sancto proposito revocaret, in primo adventu suo, sedens super solarium, circumquaque perspiciens, prope thalamum vidit fontem, aquam vivam scaturientem. Ad hunc singulis noctibus, sicut alibi consueverat, ceteris qui in thalamo fuerant dormientibus, secreto qua competentius viderat, per ostium* vel per fenestram exiens venire non distulit, et in ea, vestibus exuta, quamdiu sibi licuit, psallebat et orationes faciebat. Deinde reversa ad modum ceterorum mane inventa est in lecto, similis dormienti, tamquam ab ea nichil aliud per totam noctem actum fuisset.

i

k

* et *ad. Lan.*

* hostium *Lan.*

CAPITULUM VI. *plectitur regina male de ejus castitate suspicata.*

6 [*fol.* 45.] Quadam autem nocte regina dum sompnum propter aliquos cogitatus non posset accipere, vidit sanctam mulierem solam sine arbitro exire de thalamo. Ipsius secreti nescia, excogitabat ipsam potius ad impudiciam suam implendam tali noctis hora quam ob aliud exisse. Ancilla Dei exivit et regina subsecuta est. Una, facto signo* crucis, in undam prosiliit; et altera, viso forsitan aliquo signo de cælo, præ nimio stupore mente alienata est. Illa autem reversa in introitu thalami, magno prius vocis strepitu ad terram prostrata est. Factus est autem concursus circumstantium, et pro tali casu admirati sunt. Fovebant eam inter brachia sua, sed inter manus suas sensu carens penitus velut amens collidebatur. Sed cum hujus rei causa penitus ceteris ignota fuerit, beatæ virgini soli divinitus revelata est. Dicebat enim assidue inter cetera verba suæ orationis : « Domine, dirigatur oratio mea in conspectu tuo, et
C ne statuas illi istud in peccatum, quia nescit quid fecit. »

* signo *Lan.*

CAPITULUM VII. *Per orationem obtinet* S. Elfleda, *ut pecunia, in pauperes erogata, redeat.*

7 Interea autem dum hujusmodi clareret miraculis beata Athelfleda, Deo amabilis abbatissa sancta Merwynna ab hac luce migravit ad Christum *l*. Cui, licet non immediate *m*, in prælationis officio successit ancilla Christi Athelburga *n*, quæ quanto magis aliis præferebatur*, tanto magis humilitatis et sanctitatis exemplum esse videbatur, opera misericordiæ in pauperes præcipue exercendo; unde contigit quod audire delectat. Præpositus unus præ ceteris, quorum tenementa ecclesiæ custodiæ commissa fuere, sibi familiarior, totum pensum, quem uno anno reddere de sua custodia tenebatur, in loculis positum, abbatissæ servandum commisit. Ancilla vero Dei, cui semper cura erat de pauperibus, totam pecuniam sibi commissam, paulatim a loculis per parculas subtractam, egenis distribuit. Cum autem ad hoc perventum fuerat quod singuli præpositi de receptis redditibus totius anni senescallo *o*, qui illis præerat, rationem redderent, famulus præfatus pecuniam, quam dominæ abbatissæ tradiderat, reperit [exhaustam]. Sed, cum de vastata pecunia nec unus quadrans inventus est, præpositus, in angustia positus, quid ageret ignorabat. Abbatissa non minus est in arto posita; erubescebat enim expensas suas publicari; et, ne versutiæ suæ vel dilapidationi posset imputari, vel potius nimiæ religioni, quam præ omnibus occultari desiderabat. Quid ei erit consilium? Ad quem fiet refugium? Ad illum certe qui adjutor est in tribulationibus et in angustiis positis, in cujus etiam servitio [45, *b*] expensa pecunia tota facta fuerat. Præterea, beata Ethelfleda, summa diligentia intendens famuli innocentiam, adolescentis infamiam defensare, orationem suam dirigebat ad Deum, in quo spem suam totam cum summa fiducia semper posuerat, et ait: « Deus, qui cuncta creasti ex nichilo et universa a te creata mirabiliter tuis fecisti obedire mandatis, multiplica super nos misericordiam tuam qui non des[pi]cias sperantes in te. Ego autem in te speravi, nec fraudasti me a desiderio meo; et nunc fac in hac causa ut non confundar ego! Et, non a te exaudita, præ nimia confusione similis fiam ædificium incipientibus et, non E prius computatis sumptibus, consummare non valentibus, et sic irrideant me inimici mei! Deus, qui super minimum habita multiplicas, et perdita mirabiliter restauras, restaura pecuniam ad honorem nominis tui in egenis erogatam! Tu enim dixisti: « Quod uni ex minimis « meis fecisti, michi fecisti. » Quid plura? Finita oratione, loculi, prius vacui, pleni pecunia* inventi sunt. Et, advocato præposito, cum magna exultatione pecunia integre restituta est. Famulus, prius desperatus, indubitanter currit ad compotum *p*. Beata quidem virgo properanter iter direxit ad ecclesiam, gratias Deo altissimo redditura, qui humilitatem suam respexit et eripuit eam a confusione; et ait: « Deus, tu fundasti lechitum ne deficeret *q*, et quinque panes multiplicasti ut quinque milibus hominum sufficerent, adhuc non oblivisceris mirabilia facere, sed pecuniam michi traditam et consumptam reintegrasti, benedictum nomen tuum et nunc et semper per infinita secula seculorum. Amen. »

ex mss.

* pecuniam *Lan.*

p

q

CAPITULUM VIII. *Miraculis et virtutibus clara, moritur, sepelitur in atrio et dein elevatur.*

8 Post hæc beata Athelfleda, clara miraculis, virtutibus plena, transiit ab hac luce decimo kalendas novembris *r*, de corpore mortis hujus migrans ad vitam, de pœna temporali ad immarcessibilem gloriam. Sanctimonialium autem celebris illa multitudo feminarum virginem sacram, ut ipsa ordinaverat, oratorium extra sepelivit. Non enim in eminentiori loco statuit sibi sepulchrum, quam nichil inanis gloriæ inclinare prævalebat ad lapsum. Sicut in humilitate sub disciplina regulari præelegerat vitam, ita in tempore dissolutionis suæ foris in atrio humilem elegit sepulturam. Quievit itaque aliquo tempore in eodem quo condita est loco Ethelfleda, incorruptibilis et splendida virgo; sed postea, crebrescentibus miraculis, in ecclesia extitit translata digno cum honore; ubi Christus ob sponsæ suæ merita innumera poscentibus præstat beneficia ad laudem et gloriam nominis sui; cui sit honor et imperium per omnia secula seculorum. Amen.

r

o

A

ANNOTATA.

a *In patrem et maternum genus* S. Elfledæ *inquisitum est num.* 7 *Commentarii prævii.*

b *In titulo, qui sæculum* XIV *sapit, dicta est* Elfleda; *hic autem, litera dentali inter duas vocales nondum suppressa,* Athelfleda *nuncupatur : quo apparet ipsam hanc Vitam multo esse antiquiorem. In indice onomastico, v°* Æthelfled, *ad finem tomi primi Monumentorum historicorum Britanniæ, editi a Petrie et Hardy, tredecim ejusdem nominis occurrunt formæ.*

c *Primum construxit Rumsejense monasterium Eduardus I; sed Edgarus Pacificus moniales ibidem constituit. De qua re vide Commentarium prævium, num.* 1.

d *Wintoniensem sedem occupavit Athelwoldus ab anno* 963 *ad diem* 1 *augusti anni* 984. *Sed quum rex Edgarus mortuus sit anno* 975, *necesse est ut* S. Elfleda *ante hoc tempus monacha consecrata fuerit.*

e *Manicarum monasticarum, quæ largæ*
B *erant, multus olim erat usus ad res comportandas, imprimis eleemosynas.*

f *In multis monasteriis monachi novitiatus tempore memoriter discebant psalmos; unde minor luminis necessitas. Sed non facile idem obtineri poterat a puellis, linguæ latinæ ignaris. Quamobrem nihil communius est in Actis sanctorum quam moniales, singulæ suam lucernam seu absconsam habentes. Ab his lucernis monasticis venit quod adhuc aliquot lucernarum genera dicuntur anglice* sconce.

g *Virgarum olim extra modum usus in scholis; ita ut virgæ magistrorum et canonicorum scholasticorum insigne esset. In antiquis monumentis non raro occurrunt istiusmodi flagellationum imagines.*

h *Supra dicitur* domus lapidea, *hic* murus bituminatus. *Hæc inter se non pugnant, quum aut lapides bitumine juncti essent aut exterior murorum facies bitumine tecta. Ab antiquissimis temporibus, puta Babylone, bitumen cæmenti loco adhibitum fuit, neque nunc in pingendis ædificiorum muris omnino omittitur. Romani, qui fidem prædicarunt Anglosaxonibus, videntur eos docuisse structu-*
C *ram ex lapidibus: certe ipsi fere primi cæmentario opere templa condiderunt, quum antea vix nonnisi lignea in Britannia essent. Diligenter ea de re dixit Lingardus in annotato C ad finem tomi* II *Historiæ et antiquitatum ecclesiæ Anglosaxonicæ, editione anni* 1858.

i *Huic amni seu rivo Testus, vulgo* Test, *nomen est. Pœnitentiæ genus, quod hoc loco* S. Elfleda *frequentasse traditur, olim in Hibernia, Wallia et inter Anglosaxones usitatissimum fuit, inventum verisimiliter a sanctis Hibernis; qui reliquos fere omnes vitæ severitate superasse videntur, longævitate tamen nullis aliis inferiores. Non intactam præterivit hanc singularitatem comes Carolus de Montalembert in tertio tomo Historiæ suæ monachorum Occidentalium, pag.* 63 *et* 64.

k *Accipitur hoc loco et in sequentibus vocabulum* thalamus *sensu quo passim usurpatum est ab antiquis scriptoribus latinis, scilicet pro* D *dormitorio herili. Sed non unus rex et regina (nisi hæc pertineant ad tempora, quibus Alfdrida vidua erat), sed alii multi illic dormiebant. Atque nunc etiam apud nobiles aliquot Helvetos et verisimiliter apud alios quoque stirpis germanicæ populos usitantur istiusmodi cubicula communia. Sed ubinam, quæ hic narrantur, acta sunt? Rumesejæ an Wintoniæ? Certe Rumesejæ primi reges Normanni habuerunt villam regiam seu curiam : exstat enim Henrici I diploma, datum* anno dominicæ incarnationis M. CV, indictione XIII, anno vero Henrici regis V, in curia ejusdem regis apud Romesei (1), *et alterum ejusdem regis, datum* apud Romesiam, in anno (1110), quando rex dedit filiam imperatori; *sed quidni similia habemus, centum annis antiquiora? Wintoniæ vero jam pridem multi reges et principes Anglosaxones sepulturam nacti erant; dein Edgarus rex in Veteri et Novo monasteriis, quibus semper singulariter favit, monachos constituit, atque anno* 979 *ante altare S. Vincentii rex elevatus fuit Æthelredus; qui Æthelredus et eam-*
E *dem civitatem anno* 1002 *dono dedit Emmæ reginæ* (2), *quæ ibidem post Cnuti mortem resedit* (3). *Ex quibus satis apparet dominatu Anglosaxonum illic unam ex curiis regiis fuisse. Sed hæc antiquariorum Anglorum definitioni permittenda; licet utraque Vita favere videantur Rumesejæ : quum enim initio sæculo* XII *(nisi multo ante) Wintoniæ et Rumesejæ regia palatia essent, adjectum fuisset Wintoniæ nomen, si non intelligebatur hoc ipsum oppidum, videlicet Rumeseja, ubi Vita scribebatur.*

l *In Commentario prævio, num.* 6, *ostendimus* S. Merwinnam *vita functam esse anno* 993 *aut sequenti.*

m *Triennium Elwina abbatissa fuit post* S. Merwinnam *et priusquam hoc munus concreditum sit* S. Elfledæ.

n Athelburga *hoc loco dicitur* S. Elfleda *seu* Athelfleda. *Non ausim dicere esse mendum. Ebroinus, celeberrimus major domus in Galliis, similiter duo habebat nomina, quorum prior pars erat eadem, nempe* Eber-win *et* Ebermer; *item in Genealogiæ regum Northanhymbrorum conditione, post Florentii Wigornien-*F *sis Chronicum edita, occurrit* Æthel-red, *qui et* Æthel-berht.

o Senescalli *nomen datum omnigenis officiis, potissime rei domesticæ præfectis in ædibus regum atque etiam privatorum. Quæ significatio hoc loco proxime retinetur. Compositum est verbum ex* Sene, Sune, Sine, *quod est* familia servilis, *et* scalc, *quo* servus *seu* præpositus *significatur* (4).

p Ad compotum currere *est festinare ad reddendam acceptæ et expensæ pecuniæ rationem.*

q *Alluditur ad lecythum olei mulieris Sarephtanæ, qui* usque ad diem, in qua Dominus dedit pluviam super faciem terræ, non est imminutus, juxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ. *Vide* 3 REG. XVIII, 8-16.

r *De die obitus et cultus* S. Elfledæ *vide Commentarium prævium, num.* 3.

(1) Stevenson, Hist. monasterii de Abingdon, tom. II, pag. 127. — (2) Gaufredus Gaimar, l'Estorie des Engles, ap. Petrie, Monumenta Britanniæ, tom, I, pag. 814 et 815. — (3) Chronicum Anglo-Saxonicum, ad an. 1035, ibid. pag. 430. — (4) Chevallet, Origine et formation de la langue française, part. I, pag. 608 et 609.

A

VITA S. ELFLEDÆ

ABBATISSÆ ROMESEYENSIS ET VIRGINIS

ex Legenda sanctorum Joannis Capgravii.

Parentes et patria S. Elfledæ, *Rumesejensis monasterii fundatio.*

Regnante nobilissimo Anglorum rege Edgaro, fecit vir quidam, genere Anglus, nomine Ethelwoldus, qui ex Brithwina *a*, uxore sua, progenie regali orta, moribus honesta, facie formosa, in municipio suo, nomine Clara *b*, in Dei timore vivens, genuit filiam, nomine Elfledam. Antequam enim parturiret uxor, Ethelwoldus, debilitate arreptus et ad extrema perveniens, obsecravit uxorem ut pro animæ suæ redemptione, in quo degebant municipio Dei genitrici Mariæ Romesejense monasterium fundaret *c*. Quo mortuo, uxor, ejus imperii non oblita, Claram quam præscripsimus mansionem
B Romesejensi ecclesiæ dedit. Cum autem Brithwina filiam pareret, vidit per somnium quasi fulgoris magni radium super caput ejus insistere, et magnam ibi moram velut solaris lampas facere. Nata itaque filia et Elfleda vocata, quanto annorum maturitate crescebat, tanto amplius omnium vitiorum carnalium ambitione carebat.

a
b
c

Post mortem patris negligitur a matre; creditur S. Merwinæ; *digiti lucent.*

2 Cumque genetrix ejus maritali esset iterum conjuncta connubio, sicut videri solet de orphanis, Elfleda quandoque necessariorum indumentorum opportunitate indigebat. Quo audito, rex Edgarus, probitatis paternæ non immemor, fecit Elfledam in Romesejæ monasterio virginum collegio sociari; ubi Merwenna abbatissa, devota Dei famula, sanctitatis conversatione mansueta, et in præceptis dominicis studiosa, a rege præfato constituta fuerat magistra; cujus disciplinæ virginem Elfledam tradidit imbuendam. Quam tanto diligebat amore, ut die nocteque secum illam haberet. Ut mater dilecta, in omni sanctitate et virtutum exercitio educavit. Una in jejuniis et fame corpus castigabat;
C altera jejunando quidquid ex cibo corpori subtrahebat, peregrinis et pauperibus occulte erogabat. Quadam enim nocte, pulsatis campanis ad matutinas, cum virgo sancta, assumpta lucerna in manu, ad legendum procederet, extincta est. Sed tantus splendor de digitis dexteræ manus illius ancillæ Dei circumquaque refulsit, ut circumstantibus lumen et ad legendum lucernæ vicem ministraret. Inter sorores, hoc viso miraculo, cum in magna veneratione haberetur, illa honores velut stercora contemnens, quanto magis se sensit honoribus extolli, tanto devotior in ministrando et humilior in obediendo persistere satagebat.

Mortuæ S. Merwinæ *abbatissæ succedit Elwina; adventus regis Danorum Sweni.*

3 Defuncta tandem abbatissa Merwenna, in locum ejus Elwina subrogatur; quæ, ante altare in oratione procumbens, audire meruit vocem cælitus illapsam de Danorum adventu ad monasterium Romeseye in futura vespera. Quæ, assumptis reliquiis cæterisque rebus, una cum sororibus usque Wintoniam perfugit. Veniens itaque Danorum rex Swanus ille sævissimus cum filio suo Canuto ad partes illas, cæde et
d incendio cuncta vastavit *d*.

S. Elfleda, *abbatissa facta, vocatur ad aulam, ubi castitas ejus in suspicionem incurrit.*

4 Mortua post tres annos abbatissa Elwina, sancta virgo Elfleda in abbatissam electa, facta est simplex ut columba, et omnium bonorum fructu fœcunda, Christo Jesu dilecta, qui eam ab infantia sibi elegit. Quis enim referre potest quantas egenis distribuerit eleemosynas, quantas orationes Deo fuderit, quantasque pro peccatorum suorum et omnis ecclesiæ catholicæ remissione fuderit lacrymas, et quanta illa bonis in omnibus etiam actibus jugiter institerit curiositas. Fama siquidem virtutum ipsius, circumquaque per regionem diffusa, tandem ad aures regis pervenit, et ad reginam vocata est *e*. Quæ prope thalamum vidit fontem, aquam viventem scaturientem; ad hunc singulis noctibus, sicut alibi consueverat, cæteris quiescentibus, secreta exiit, et nuda intrans fontem, orationes Deo fudit. Deinde reversa mane, inventa est in lecto similis dormienti, tamquam ab ea nihil aliud per totam noctem actum fuisset. Nocte autem quadam regina, dum somnum, cæteris dormientibus, capere non posset, vidit virginem sanctam de thalamo solam exire, et ipsam impudicitiæ gratia exisse existimans subsequitur. Elfleda vero, signo crucis se mu- E
niens, in fontem nuda prosiliit; et regina, viso forsitan aliquo signo, præ nimio stupore mente quasi alienata est : et reversa ad thalamum suum, cum magno vocis strepitu prosternitur; et, velut exanimis effecta et pallida, in terram corruit. Cumque virgini sanctæ divinitus, quod acciderat, esset revelatum, in terram prostrata tam diu orationem cum lacrymis fudit, donec regina perfecte sanata surrexit. Dicebat enim assidue inter cætera verba orationis suæ : « Domine, dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo; » et : « Ne statuas illi hoc peccatum, quia nescit quid fecit. »

e

Pecuniam, in pauperes erogatam, recuperat.

5 Præpositus unus, cui præ cæteris cura monasterii fuerat collata, collectam omnium reddituum Elfledæ abbatissæ servandam commisit; quam ipsa pauperibus statim erogavit. Cum autem pecuniam memoratam ab ipsa deposceret, et super dilapidatione bonorum ecclesiæ redargueret, illa ad Deum conversa sic cœpit : « Deus, qui cuncta creasti ex nihilo, et universa a te creata mirabiliter tuis mandatis obedire fecisti, multiplica super nos misericordiam tuam, et ne deseras sperantem in te. Ego sem- F
per in te speravi, nec fraudasti me de desiderio meo. Et nunc fac in hac causa ne confundar ego. Deus, qui perdita mirabiliter restauras, restaura pecuniam ad honorem nominis tui egenis erogatam. Tu enim dixisti : » Quod ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. « Finita oratione, loculi, prius vacui, pecunia pleni inventi sunt.

Pie moritur.

6 Fuit domus quædam juxta Romeseyam, in qua vicecomes negotia regis tractabat et lites : qui abbatissam Elfledam fictis adinventionibus vexabat. Virgo autem sancta, fusa ad Deum prece, coram vicecomite ad omnia objecta ita respondebat, ut omnes, illius sapientiam mirantes, laudarent eam. Cum autem annis multis in omni sanctitate vitam Deo placitam duxisset, in senectute bona IIII cal. novembris *f* cælestia, terrena relinquens, conscendit. Floruit autem circa annum 959 *g*.

f
g

ANNOTATA

A

ANNOTATA.

a *In altera Vita appellatur* S. Elfledæ *mater Orichgiva. Vide ea de re Commentarium prævium, num.* 7.

b *Videtur esse* Kingsclere, *ut monui in Commentario prævio, num.* 1.

c *Eduardus I fundavit; Edgarus moniales instituit; verisimiliter dotem auxit Ethelwoldus, dato prædio* Sidmantone *in Kingsclere.*

d *Facta hæc sunt anno* 994. *Vide Commentarium prævium, num.* 6.

e *Vocata non est ad aulam* S. Elfleda, *quum esset abbatissa, sed adolescentula.*

f *Ab antiquiori biographo mortua dicitur die* 23 *octobris. Sed vide de hoc discrimine Commentarium prævium, num.* 3.

g *Floruit, id est obiit* S. Elfleda, *integro fere sæculo post annum* 959.

D

SUPPLEMENTUM AD COMMENTARIUM

DE B. HEMELINA VIRGINE

R. D. B. QUI PAG. 290 ET SEQQ. LEGITUR.

B E

§ Unicus. De situ Grangiæ Partæ-Siccæ, B. Hemelinæ commoratione illustratæ.

Monasterium Bullecurtianum

In *Breviario Vitæ* B. Hemelinæ, *quod pagina* 397 *hujus tomi editum est, traditur hæc sanctissima puella in monasterii Bullencurtiani grangia, nomine* Parta-Sicca, *vitam transegisse et diem obiisse : dein in Annotationibus ad eamdem Vitam, pag.* 398 *subjunxi hujus grangiæ nullum superesse vestigium, nisi villam quamdam, vocatam* « des Dames » et sacellum S. Ascelinæ dedicatum, in medio Senis agro (Champ du Vieillard). *Verum ex documentis, a ven. viro Lalore, postquam typis jam excusa esset* B. Hemelinæ *Vita, ad me transmissis, colligere potui hæc non omnino recta esse : nam grangia Parta-Sicca, tres saltem leucas a Bullencurtiano monasterio dissita, in loco erat, quem hodie ob suam altitudinem vel* Haut de Perthe *vel* Haute Perthe *vulgari vocabulo nuncupant.*

pluresgrangias nomine Partas habuit, quarum Parta-Sicca

2 *Nec me latet monasterium Bullencurtianum tres olim habuisse grangias nomine Partas seu Pertas, quas Cisterciensibus dedit Henricus, episcopus Trecensis : nempe Pertam in Rosteria, Pertam Hainonis et Pertam-Siccam, uti ex ejus epistola ad S. Bernardum, anno* 1152 *scripta, constat. De iis quoque agit Hadrianus papa IV in bulla, anno* 1155 *ad monachos Bullencurtianos data, easque verbis magis apertis designat, scilicet* Pertham Edmundi prope Belford,... grangiam quæ dicitur Pertha-Sicca prope Rosniacum *,... grangiam de Pertha in Rosteria. *Perta Hainonis, quæ eadem videtur fuisse ac grangia Edmundi, jacebat in parochia de Montmorency, diœcesi Trecensi, non procul a Brienne-le-Chateau. De ea non pauca occurrunt in chartulario Bullencurtiano gallico. Perta vero in Rosteria a parochia Perthes-en-Rothières diversa non est. Partæ quidem Siccæ nomen adeo obsolevit, ut ne ipsis Franciæ mappis geographicis Cæsaris Cassinii inscripta sit; quin et ejus memoria penitus esset deperdita, nisi ex reliquis diplomatibus certum esset hanc Partam repræsentari (ut monui) agro Haut de Perthe vel Haute Perthe.

* Rosnay

3 *Porro Manasses episcopus Trecensis anno* 1187 *in altero diplomate testatur a Bertrando de Brao * S. Mariæ de Bullencuria fuisse datum magnum agrum nomine Noumoie e regione Partæ-Siccæ, juxta viam quæ Brao Betignicurtim * ducit* (1) ; *in altero vero eidem monasterio fuisse donatos a Bartholomeo equite de Crepiaco * octo agrorum arepennes etiam e Partæ-Siccæ regione prope agrum Noumoie, quem Bullencurtianis Bertrandus de Brao dedit* (2). *Quæ si nulla alia præ manibus haberemus instrumenta, procul dubio sufficerent (siquidem prope Rosnacum, qui locus est Braum inter et Betignicurtim, Parta-Sicca jacebat,) ut hanc grangiam prope finagium Evram * sitam esse affirmaremus. Ast ex tribus aliis diplomatibus ipsum loci statum Evram inter et Rosnacum indigitare licet. Testatur enim anno* 1196 *Garnerius, episcopus Trecensis, Simonem de Caleta * Bullencurtianis monachis contulisse jus ut sua pecora in finagio Caletensi, grangiæ Partæ-Siccæ finitimo, pascant* (3) : *qui locus ob modo dicta non potest esse nisi ad Evræ et Rosnaci fines. Similia legimus in diplomate anni* 1317, *quo Bullencurtiani per emphyteusim in perpetuum Auberto Chapons de Plaisane concesserunt grangiam Partam-Siccam; cujus omnes enumerantes agros, indicant eos in finagio Evra aliisque adjacentibus esse sitos* (4).

inter Evram et Rosniacum sita erat,

* Braux

* Betignicourt

* Crepy

F

* Yevre

* Chalette

in loco vocato hodie Haut de Perthe vel Haute Perthe.

4 *Verum præ reliquis in præsenti negotio consideranda est, utpote omnem tollens dubitationem, sententia quam die* 19 *januarii anni* 1558 *pronuntiavit Martinus Seguier,*

(1) Cartulaire de Boulancourt, traduit en français, num. 110. — (2) Ibid. num. 111. — (3) Ibid. num. 132. — (3) Ibid. num. 446.

decanus

A *decanus ecclesiæ collegiatæ S. Marcelli Parisiensis, et Eudonis Castillionensis, episcopi Bellovacensis, vicarius, adversus Nicolaum Bourguignat, parochum Evrensem, grangiæ Partæ-Siccæ decimas sibi esse debitas contendentem. In qua sententia Martinus illam grangiam definite describit* : Hæc grangia, *inquit*, trecentos circiter numerat arepennes et adjacet, ad orientem seu Evram, viæ publicæ, quæ Brao Rosnacum ducit; ad occidentem, terreo tumulo, finagium Evrense a Rosnacensi et Braensi finagiis disterminanti; ad meridiem finagio Rosnacensi; et demum, ad septentrionem versus, finagio Braensi (1). *Quæ si ad mappam topographicam transferas, patebit manifeste Partam-Siccam eo loco fuisse sitam, ubi nunc Haut de Perthe seu Haute Perthe.*

AUCTORE R. D. B.

5 *Hic addere juvat nos in Commentario de* B. Hemelina *argumenta collegisse, quibus ostendere conati sumus eam verisimiliter fuisse filiam Simonis, domini Brecarum et Belliforti, ac sororem Hugonis, domini Brecarum, et Simonis, domini Belliforti. Quod si semel vel bis lector legat eam forsan habuisse patrem Hugonem Brecensem, velit Hugoni substituere Simonem.*

B. Hemelina *verisimiliter patrem habuit Simonem, non Hugonem, dominum Brecarum.*

(1) Cartulaire de Boulancourt, traduit en français, num. 667.

SUPPLEMENTUM AD COMMENTARIUM

DE S. JACOBO SARUGENSI

B E

QUI PAG. 824 ET SEQQ. LEGITUR. H. M.

§ Unicus. De Georgii Arabum episcopi carmine integre tandem Lovanii edito. Nova historia S. Jacobi examinatur.

Dissertatio V. V. Abbeloos, S. T. L., Lovanii edita de vita et scriptis S. Jacobi Sarugensis

Postquam typis expressus jam erat Commentarius meus de S. Jacobo Sarugensi, *innotuit mihi a V. V. Joanne Baptista Abbeloos, S. T. Licentiato, et Romæ atque in Belgio diu diligenterque in librorum syriacorum lectione versato, dissertationem de* S. Jacobo Sarugensi *parari, qua sibi viam sternat ad supremam S. T. lauream capessendam. Cum eo itaque scripta mea communicavi atque ipse vicissim promptissimo animo mihi obtulit excusas suas plagulas. Atque hoc pacto in manus meas venit quod de Georgii super* S. Jacobum Sarugensem *Oratione reliquum est, et alia loca ipsius* S. Jacobi Sarugensis, *quæ literatissimus ille vir Romæ in bibliotheca Vaticana sua manu descripsit. Cujus beneficentiæ fructibus fraudatum nolo lectorem. Verumtamen priusquam ad ejus dissertationem, qua illa continentur, deveniam, emendata velim pauca quædam Commentarii mei loca. Pag.* 826, *num.* 6, *et pag.* 828, *num.* 14, *allata est auctoritas Amri, filii Matthæi, sæculi* XV *scriptoris. Ponatur ejus loco Mares, filius Salomonis. Sæpius ab Assemanio, quem secuti eramus, propter operum similitudinem illi ambo inter se confunduntur; verumtamen ipse doctissimus Maronita vidit aliquando errorem, eumque tomo* III *Bibliothecæ Orientalis, pag.* 580 *et seqq. et pag.* 633 *corrigi jussit. Deinde pag.* 831, *annot.* a, *quum nimis festinanter ultimas schedas typographo proxime tradendas pararem, omnia perturbavi. Quæ enim in annot.* a *dicuntur, minime pertinent ad Vitæ breviarium, cui adjecta sunt, sed ad Georgii Orationem panegyricam. Quapropter illa hoc ordine erant scribenda* : Breviarium vitæ reperitur in codice syriaco XV Assemanii, ut num. 5 Commentarii prævii notatur. Hanc Vitam denuo edidit etc., *ut in fine annotati. Postea* : Conferenda autem sunt quæ in Oratione panegyrica Georgii de S. Jacobo dicuntur. Titulum sermonis etc., *ut in annotato.*

C

2 *Ab his jam gradum facimus ad V. V. Abbeloosii dissertationem; cui hunc præstituit eruditus auctor finem, ut theologiæ, cujus laurea doctorali ornandus est, et philologiæ, quam singulari cultu prosequitur, simul inserviret. Adeoque ea præsertim affert, quæ ad* S. Jacobi *illustrandas doctrinas conferant. Duabus autem continetur capitibus Dissertatio, quorum priore vita, altero scripta et doctrina expendunturi. Illi præfecit Orationis Georgii textum syriacum, ac translationem latinam. Huic inseruit loca bene multa, maxima parte incognita, aut non satis integre ab Assemanio prolata. De secundo capite, quod non vidi, prorsus tacebo : illud tamen notabo, quod ab ipso auctore didici, orthodoxiam* S. Jacobi, *quam ego, argumentis historicis et conjecturis ductus nonnisi ex parte asserui, a doctissimo candidato omnino propugnari. Vincat sane, catholicæque ecclesiæ vindicet singulos annos Syri doctoris. Gaudebo : vereor tamen ut omnis tollatur dubitatio. Subjicientur illi disquisitioni duæ homiliæ de B. V. Maria, quas ad numeros* 21 *et* 22 *recenset Assemanius : alteram, ex codice syriaco Assemanii* VII *desumptam* (1); *ex cod. Nitriensi* V (2), *quo Georgius etiam continetur, alteram.*

plura nondum in lucem data exhibet,

F

3 *Primum autem caput ad nostrum institutum propius pertinet : ibidem enim inte-*

in primis Georgii carmen integrum, de cu-

(1) Bibl. Orient. tom. I, pag. 563. — (2) Ibid. pag. 611.

gra

jus ætate nobis non consentit auctor : cujus opinio paucis exponitur,

gra exhibetur Oratio panegyrica Georgii, antiquissimum historiæ S. Jacobi *documentum. Ejus vero copiam mihi liberalissime fecit eruditus auctor, foliaque jam typis egressa concessit. Attente igitur inspecto Georgii carmine, tantum abest ut recedendum putem a sententia, quam in Commentario professus sum, ut magis ac magis in ea sim confirmatus. Mihi non assentitur Lovaniensis candidatus, qui breviter et dilucide de mea conjectura sic loquitur :* Argumenta et conjecturæ, quibus Georgium duobus fere sæculis Sarugensi posteriorem fuisse efficeretur, ea non sunt, meo quidem judicio, quæ dilucidum et certum Gregorii Barhebræi testimonium, amanuensis contestationem verosimiliter ex antiquiori codice desumptam, atque, quantum sapio, probabilem ipsius Georgii confessionem certo convellere queant (1). *De Gregorii Barhebræi testimonio pluribus actum est in Commentario prævio, num.* 5 *et* 6. *Amanuensis contestationem quanti sit ponderis æstimare possumus ex iis quæ in ipsa Dissertatione exhibentur :* Præterea illud moneo, Panegyricum manu ea quæ in reliquo
B codice apparet seriore exaratum, imo aliunde assutum videri, quod declaratur ex diversitate chartæ, elementorum forma et habitu scripturæ, quæ ibidem non tribus, ut alias, sed duabus continetur columnis (2). *Sæculo igitur undecimo posterior est codex ille, ex quo Georgii Oratio extracta est* (3).

et ad examen revocatur.

4 *Restat ipsius Georgii confessio, quæ sequentibus verbis liquido patere censetur :* Dicam tibi vere, sicut accepi ex historia de ipso scripta et a doctore (4). *Ultimam vocem supra in Commentario prævio, num.* 4, *non* doctorem, *sed* præceptorem *consulto interpretatus sum, ut æquivocationem, quæ hic latet, vitarem. Non enim mihi constat loqui Georgium de* Doctore κατ'ἐξοχήν, *qui titulus est* S. Jacobi *Sarugensis apud Syros. Fieri utique potest ut ex operibus et codicibus* S. Jacobi *suæ Orationis argumenta hauserit Georgius, nec est omnino necessarium ut ore hæc accepta fuisse dicamus. At etiam suum præceptorem, Jacobum forsan Edessenum, hac appellatione commonstrat. Si bene video, hoc loco ætas Georgii non definitur : facili enim negotio,*
C *in quamcumque viam iveris, quæstio expedietur. Porro oratio, de qua nunc disserimus, cur* S. Jacobi *discipulo assignari non possit jam supra diximus, atque in præsentiarum iterum fatemur. Nimis jejunus est auctor pro discipulo : ad auctoritatem aliorum hominum et scriptorum librorum appellat : nusquam testem se prodit oculatum. In sexcentis ferme versibus, qui ex carmine remanserunt, pauciora occurrunt, quibus vita* S. Jacobi *illustretur. Nec reponendum est, in partibus quæ perierunt cætera exspectanda esse ; jam enim ad finem vergere carmen apparet ex supplicationibus et parænetico orationis habitu ; nec verisimile est ad historiam post ducentos versus rediisse poetam.*

Carmen illud

5 *Hoc autem carmen pars fuit divini officii, quod die commemorationis* S. Jacobi *celebrabatur. Imo puto ad hoc fuisse scriptum ut liturgiæ inserviret : magis enim supplicationis publicæ et pietatis rationem habet quam historiæ. Lectum est primum Batnis, in ecclesia illius monasterii, in quo habitarat* Jacobus, *et ubi ejus reliquias populi venerabantur, ac quidem die ipso commemorationis sancti viri. Quæ asserta ex sequentibus locis, quæ suppeditavit Lovaniense opusculum, manifesta erunt :* Gaudeat cœtus prophetarum, dum eorum lectiones fiunt, in die commemorationis Senis, qui eorum visiones exposuit (5). Igitur et nos, auditores fideles, agite, de eo in die festivitatis ejus gaudeamus (6). Retribue bona iis qui sanctum tuum corpus psalmodiis Spiritus Sancti veneratum venerunt (7). Dextera tua benedicatur cœtus, qui diem commemorationis tuæ celebravit cum fide (8). Benedic habitationi tuæ honorabili, in qua reponuntur reliquiæ tui sancti corporis (9).

pars fuit divini officii, Batnis primum in honorem S. Jacobi *celebrati.*

De ejus auctore pauca enarrantur : ejus amicitia cum Jacobo Edesseno.

6 *Sed, quoniam nunc, mecum communicatis a ven. viro Theodoro Lamy et a doctissimo Joanne Abbeloos Anecdotis Landii, Analectis Lagardii et Georgii carmine, plura de ultimo auctore rescire contigit, non abs re fuerit breviter de ejus vita et operibus disserere. Quæ itaque ad unum eumdemque virum pertinere autumo, conjectura componam. Georgium ortu Sarugensem fuisse consequitur tum ex prolatis numero præcedenti locis, tum ex epistola illa Jacobi Edesseni ad Georgium episcopum Sarugensem, quam Assemanius legit in pervetusto codice Scetensi* (10), *nunc thesauris Musæi Britannici adjecto* (11). *Discipulum fuisse Jacobi Edesseni demonstrant tum eadem epistola, quum etiam translatio centuriarum sex Evagrii, ad ipsum a magistro missa* (12). *Sitne fidendum inscriptioni codicis, secundum quam episcopus Sarugensis fuisset, definire non audeo. Non multum enim hujusmodi inscriptionibus tribuendum, nisi aliunde confirmentur. Quibus adde libros septem Jacobi Edesseni in Hexaemeron, a Georgio, Arabum episcopo, ejus æquali, completos fuisse, prout enarratur in codice Lugdunensi Batavico* (13).

cultus erga S. Jacobum *Sarugensem et episcopatus.*

7 S. Jacobum *Sarugensem, quippe civitatis suæ patronum, peculiari cultu veneratus est, carminibus laudavit et imitatus est* (14), *testemque suæ doctrinæ produxit* (15). *Fuit autem monophysita ; qua de re, refragante frustra Assemanio, nimis certi sumus ex epistola ejus ad Josue presbyterum et monachum, quam edidit Lagarde* (16). *Bis enim, et quidem cum honoris testificatione,* sancti patriarchæ Severi *verba profert. Quare recte Jacobita audit apud Eliam Nisibenum* (17). *Tandem episcopus fuit Arabum christianorum, qui Mesopotamiam incolebant, atque a sæculo* VII *episcopos Jacobitas habuisse dicuntur* (18). *Diversis autem titulis propterea ornatur. Vocatur enim plerumque episcopus* Gentium, *aliquando vero* Maadenorum (19), *aut* Tonoukiorum, Akulensium, Tou'iorum (20).

(1) De vita et scriptis S. Jacobi Sarugensis, pag. 102; cfr pag. 86 et seq. — (2) Ibid. pag. 23. — (3) Supra, pag. 831, annot. *a*, emendatum paulo supra, num. 1. — (4) De vita etc. pag. 58, verss. 118 et 119. — (5) De vita etc. pag. 67. — (6) Ibid. pag. 69 et 71. — (7) Ibid. pag. 75. — (8) Ibid. pag. 81. — (9) Ibid. pag. 85. — (10) Bibl. Orient. tom. I. pag. 477. — (11) Land, Anecdota Syriaca, pag. 16. — (12) Greg. Barhebr. apud Assem. tom. II, pag. 322; supra, pag. 825, num. 5. — (13) Land, op. cit. pag. 4. — (14) Assemani. tom. I. pag. 493. — (15) Lagarde, Analecta Syriaca, pag. 115, lin. 22; pag. 129, lin. 24. — (16) Ibid. pag. 150, lin. 4 et 9. — (17) Land, op. cit. pag. 47. — (18) Bibl. Or. tom. II, de Monoph. num. IX. Lequien, Oriens christ. tom. II, col. 1367 et 1368. — (19) Elias Nisib. ap. Land, op. cit. pag. 47 et 50. — (20) Lagarde, op. cit. pag. 108, lin. 28.

Porro

A *Porro* Maadenas *tribus in Mesopotamiam emigrasse aliunde novimus* (1), *ut et* Tonoukhitas (2). *Urbs* Akula *apud Assemanium occurrit* (3). Tou'ii *autem quinam sint mihi incertum; nisi lateat error scribæ* Taiios *passim notos aut* Taghlibos (4) *male indicantis. Facile utique intelligitur quomodo episcopus Arabum, per Mesopotamiam errantium et sub tabernaculis viventium, non unam sortitus sit appellationem.*

De altero Vitæ summario, e Musæi Britannici thesauris, disseritur.

7 *Quum autem etiam ex Dissertatione Lovaniensi didicissem exstare Londini in Musæo Britannico* Vitam Jacobi Sarugensis (5), *nihil antiquius habui quam ut literis adirem cl. virum Gullielmum Wright, cujus benevolentia mihi perspecta erat. Is autem, qua est humanitate, statim ad me misit hujus Vitæ exemplar, sua manu transscriptum, quod, typorum syriacorum defectu, infra latine tantum repræsentabo. Syriace autem adjicietur ad calcem Dissertationis Lovaniensis. Hujus generis historiæ complures haud dubio, aliæ aliis temporibus, sunt conscriptæ, quarum unam ob oculos habuit Georgius* (6).

B *Omnes autem, ut ex collatione Georgii, anonymi supra latine editi, historiæ jam edendæ et Gregorii Barhebræi colligitur, pro auctorum eruditione et voluntate variabantur. Quapropter fateor tantum non evanuisse spem, quam num.* 7 *Commentarii prævii declarabam, Vitæ alicujus plenioris aliquando inveniendæ. Mutantur rerum adjuncta : res eædem ubique narrantur. Ita in Vita jam edenda, exponitur alio modo facinus illud* Jacobi *infantis, novo superaddito prodigio, connectiturque cum votis, a parentibus sterilibus pro filii procreatione nuncupatis. Scripta est autem ab aliquo Jacobita, cujus ætas nullo omnino indicio significatur.*

HISTORIA

S. JACOBI SARUGENSIS

ex codice Londinensi Add. 12174[a].

a

Pater hujus sancti erat ex Kurtam super Euphratem; mater vero erat sterilis. Adduxit

b autem eam vir ejus ad sanctum..... *b* et orarunt ibi et secundum voluntatem Dei cognovit eam, et peperit filium prodigiosum. Cum erat trium annorum, duxerunt eum parentes ejus ut oraret ibi in die commemorationis sancti qui suscitaverat infantem. Stabat ergo populus multus, et turbæ, quæ ad orandum in templo sancto venerant, replebant domum Dei : sanctuarium plenum erat sacerdotibus. Jamque evolabat ut

c descenderet *c* Spiritus Sanctus, et corpus vivificum, Dominum nostrum, et Deum nostrum, et Redemptorem nostrum Jesum Christum sanctificaret : evolavit et descendit puer ille e sinu matris suæ, perrupit turbam, et stetit coram mensa vitæ, stupentibus omnibus qui erant in templo martyrum *d* : evolavit et descendit angelus Domini et dedit ei Donum Dei, et extendit manus et bibit tribus pugillis, tanquam Ezechiel quum manducavit volumen *e*. Ab hac hora habitavit in eo Spiritus Domini, et incepit loqui eloquentia insolita. Educatus est in Hauris *f* Sarug, et fuit ibi periodeutes, et scripsit ibi multos sermones. Vocavit autem eum Spiritus et fecit eum pastorem in ecclesia Batnæ Sarugi, et conscripsit (*vel* scribere fecit) opera et interpretationes, et etiam historias et cantus, et homilias laudabiles et sine errore. Et requievit Dominus ejus et gavisus est in eo. Invenimus opera ejus volumine æquare quinquaginta prophetas : sermones porro esse numero septingentos sexaginta tres. Homilia vero de Maria et Golgotha ultima fuit quam composuit et non perfecit. Fuit autem ille S. Jacobus in diebus S. Severi patriarchæ, et ivit ad eum et benedictionem accepit ab eo, et ivit cum laude episcoporum multorum totius Orientis... Virtutes S. Jacobi; innocentiam et sanctitatem, alacritatem et abstinentiam, vigilias et laborem, defatigationes et ministeria, lacrymas et suspiria, amorem et virtutes et orationes usque ad diem mortis ejus enarrare nobis deest tempus. Cujus oratio et intercessio sit nobis auxilium et refugium omni tempore in sæcula sæculorum. Amen.

D d e f

ANNOTATA.

a *Codex scriptus est anno D.* 1197. *Titulus Vitæ hic est :* Historia de sancto et electo et Deum induto Mar Jacobo, Doctore divino et episcopo Batnæ Sarugi.

b *Hic expectares nomen alicujus sancti aut loci, in quo celeberrimus quidam martyr præcipue coleretur. Sed ex vocibus syriacis* dbar khadeth *talem sensum exsculpere non valeo. Conferantur quæ infra dicuntur de* commemoratione sancti qui suscitarat infantem *et de* templo martyrum.

c *Parallelismus verborum syriace ter deprehenditur, usurpatis de puero e sinu matris erumpente, de Spiritu sancto in oblata adveniente, et de angelo e cælis advolante, vocibus* zakh wenkheth, *quibus volatus quasi initium et finis ostenditur.*

d *Vide annotatum* b.

e *Aliâ hæc est traditionis forma, quæ, miraculo nullo supposito, explicari nequit; contra narratio Georgii et anonymi alterius, licet aliquid insoliti præ se ferat, naturæ tamen limites non supergreditur.*

f *Apud Gregorium Barhebræum legitur* Haura *numero singulari, hic autem* Haure *numero plurali. Videtur hoc vocabulo designari integer pagus.*

(1) Caussin de Perceval, Essai sur l'histoire des Arabes, tom. I, pag. 186 et tom. II. pag 6. — (2) Ibid. tom. II, pag. 6. — (3) Op. cit. tom. II, de Monophys. num. IX. Lequien op. cit. col. 1365 et 1366. — (4) Caussin, op. cit. tom. II, pag. 392 et tom. III, pag. 522 et seqq. — (5) De Vita etc. pag. 89. Land, Analecta pag. 26. — (6) Supra, pag. 825, num. 5. Abbeloos, de Vita etc. pag. 32, vers. 71 et 73, pag. 38, vers. 121.

ADDENDA AUT MUTANDA

A Pag. 179, col. 1, lin. 42, addantur sequentia : *Sed quum post impressum hunc locum in publicum prodivit et ad manus meas venit Chronicum Scotorum, a Guilielmo Hennessy summa diligentia editum, in quo ad annum* 661 *legitur* dormitatio Ereran Sapientis, *auctæ fuerunt dubitationes meæ; seu potius subiit persuasio Ereranum Sapientem neque fuisse, neque esse potuisse abbatem Tamlactensem, utpote centum quadraginta annis antiquiorem.*

Pag. 179, col. 1, lin. 54, addantur sequentia : *Verumtamen velim examinent eruditi Hiberni num* Moaba *idem sit ac alter ex SS. Abbanis, qui præsenti die coluntur et quos in unum confusos esse inferius ostendimus.* Abbanus *enim forma diminutiva est vocabuli* Abba, *et* Mo *in* Moaba *pronomen possessivum est* (meus), *venerationis et amoris causa præfixum; ita ut in simplici* b *una superesse videatur difficultas.*

Pag. 192, col. 1, lin. 2, addantur sequentia : *Verumtamen videndus est eadem de re Carolus comes de Montalembert, eruditione historica non minus clarus quam multiplicium*
B *pro libertate ecclesiastica pugnarum laude; qui, in tertio historiæ suæ monasticæ tomo singulari diligentia S. Columbæ Hiensis gesta post Reevium prosecutus, in eam devenit sententiam ut ei multo probabilius visum sit S. Columbam revera reum fuisse effusi in pugna Culdrebinensi (non Cubdrebinensi) sanguine. Sed hujus loci non est vexatissimam hanc quæstionem definire. Quod autem paulo supra dixeram scriptores antiquiores* consentire omnes beatum virum anno 557 sponte sua, non coactum, Hibernia excessisse ut Pictos ad fidem converteret, *hoc ita intelligendum non est quasi in anno* 557, *a Qualuor Magistris utique indicato, convenirent; (neque enim in hoc conveniunt, et auctores Chronici Scotorum, Chronici Ultoniensis aliique melius hanc emigrationem ad annum* 563 *constituunt); sed quod* sponte sua, non coactus, *ex Hibernia excessit S. Columba.*

Ad pag. 210, num. 12. *Invenimus, inter Bollandianorum schedas, quas continet MS.* 11322 — 11326 *Bibliothecæ regiæ Bruxellen-*
C *sis, primas lineas Actorum græcorum S. Theogenis, quibus confirmantur quæ numero supra citato protulimus. Patet enim ex ipso textu, cognatio Actorum* SS. Capitolinæ et Eroteidis, *quam suspicari licebat ex translatione latina. Hic ideo repræsentamus ea quæ conferri oportet cum initio Actorum* S. Capitolinæ, *pag.* 212 : Πολλῶν καὶ μεγάλων μαρτύρων ἐκνικησάντων [τὴν] τοῦ πονηροῦ καὶ ἀντικειμένου ἐνέργειαν διὰ τὸ ἐν ὀνόματι Κυρίου μεγαλύνεσθαι αὐτούς, σὺν αὐτοῖς κατηξιώθη καὶ ὁ ἁγιώτατος μάρτυς Θεαγένης συναριθμῆσαι, παντοίως καταπαλαίσας τοῦ ἐχθροῦ καὶ ἡττήσας αὐτὸν κ. τ. λ. *Hæc exscripsit Papebrochius ex codice quodam ducis Sabaudiæ, a fol.* 73 *verso; quæ nota satis congruit codici* CXVI *Bibliothecæ regii Athenæi Taurinensis, in quo, juxta catalogum impressum* (1), *a* D *fol.* 72 *verso incipiunt iisdem verbis ac in schedis Papebrochii, Acta S. Theogenis. Notetur etiam in hoc fragmento* episcopi filium *dici S. Theogenem; qua re vim suam forsan amittunt quæ suspicatus sum de confusione facta apud Latinos martyrologos, assumpto nomine* Fili episcopi, *in Hieronymianis obvii, quasi ad Theogenem pertinerent. Nisi enim a Latinis hoc mutuati sunt Græci, quod aliquando factum est, conjectura nostra ruit.*

Ad pag. 218 annot. *d. Zelicinthius quidam occurrit apud Sirletum et in uno codice Menæorum Mediolanensi ad diem* 28 *julii, in elogio martyris Acatii* (2), *ubi Basilianum menologium loquitur de tribuno, cujus nomen tacet. Posidonii etiam* τοῦ ἄρχοντος *mentio fit in eodem elogio, tum apud Basilium, tum in Menæis manuscriptis. Quæ si conferantur cum Zelicinthio tribuno et Posidonio* πραιποσίτῳ *in Actis S. Theogenis, et cum Actis* S. Capitolinæ, *nemo non admittet quamdam cognationem intercedere his omnibus documentis.*

Ad pag. 411 e. *Ut monemus pag.* 771, *per-* E *peram notata sunt quæ ad Armenorum kalendarium pertinent. De S. Abrahamo, Mariæ avunculo, hic loqui debuimus. De SS. Nune et Mane, quas pag.* 419 *commemoramus, agendum fuit die* 29, *pag.* 780.

Pag. 290, col. 2, annot. *c. Quod Colganum erroris accusavi, quoniam negavit Midiæ partem septentrionalem et Lageniæ partem septentrionalem eamdem esse regionem, hoc meum peccatum est. Nunc quidem Midia intra fines provinciæ Lageniæ fere concluditur; sed non ita erat olim, adeoque singularis provincia erat Midia. Quod peccatum meum tanto manifestius est, quod ipse S. Abbani biographus initio Vitæ tradit* in Hibernia contineri maximas quinque provincias, *non autem quatuor, quemadmodum nunc. Quis autem in tanta rerum diversitate non aliquando memoriæ defectionem experiatur atque animi præoccupatione quasi obcæcetur?*

Pag. 330, annot. *b.* Sequenti modo emendandus est ille locus : *Vocabulum* Za-Michael *genitivus est aut adjectivus, ut etc. Particula* F *æthiopica* za, *eadem ac syriaca* de, *quatenus formandis genitivo et adjectivis inserviunt, optime intelligent qui etc.*

Pag. 664, numm. 6, 7 et 8, addantur sequentia : *Confirmantur hæc omnia epistola quadam Niconis monachi, qui vixit in Monte Admirabili prope Antiochiam. Ea autem continetur capite* XXXVII *Typici, quod hucusque in arabico tantum codice repertum est, græce tamen innotescere potuit ex nota quadam Cotelerii* (3). *Affert enim ex codice regio* (4) *caput aliquod ex hoc typico, cujus initio operis titulus legitur* (5). *Arabicæ vero translationis summam exponit St. Ev. Assemanius in catalogi parte, edita a Majo. Inde hæc*

(1) Catalogus codicum etc. pag. 219. — (2) Acta SS. tom. VI Julii. pag. 547 et 548. — (3) Monumenta græca, tom. III, col. 644 et 645. — (4) Catalogue de 1740, tom. II, cod. 1570, pag. 308, n° 34. — (5) Cfr Mai, Scriptt. vett. tom. IV, pag. 156, cap. II et X.

exscripsimus

A *exscripsimus* : Sub Constantino Copronymo duo monachi ex Iberia Antiochiam venerunt, nuntiantes ab Eustathio usque in illam diem nullum ordinatum sibi fuisse primatem, eo quod in eam urbem ob Mahumetanos adventare non auderent. Tum Theophylactus, qui Antiochenam tunc regebat ecclesiam, permisit ipsis ut in Iberia convenirent episcopi, et primatem sibi deligerent ordinarentque. At illi unum ex duobus præfatis monachis, Jubanam nomine, consecrarunt (1). *Alia sunt in hac epistola, quæ historiam Georgiæ illustrent, sed quæ, utpote a nostro proposito aliena, nunc omittimus. In his autem quæ jam attulimus duo notanda sunt : prius, a Theophylacto concedi ut Antiochenum patriarcham deinceps non cogantur adire Georgiæ primates, quod sententiæ nostræ novum firmamentum est ; alterum vero nomen* Jubanam *aut aliud simile non reperiri apud Georgianos, quippe qui a medio sæculo* VII *ad initium undecimi nihil de suis catholicis noverint* (2). *Quoniam de Georgia rediit sermo, nonnulla notabo*
B *quæ velim emendari. Pag* 664, *not.* 7, *legitur* Historia ecclesiæ Russicæ, *quum debuerit scribi :* Historia ecclesiæ Georgianæ, russice. *Pag.* 649 f, *linea* 9 *et* 6 *ante finem columnæ lege* 646 *et* 643, *pro* 946 *et* 943. — *Pag.* 650, *not.* 7, *pro* 236, *lege* 235.

Ad pag. 651, annot. *b*, hæc addantur : *Admitti non potest quod nuper in opusculo Landii de Joanne Ephesino legi,* Gorgonis *nomine apud Syrum auctorem* Georgianos *indicari*(3). *Textum syriacum Joannis non habeo, sed ex translatione Schœnefelderi puto hic nomen proprium ducis seu regis haberi* (4), *quale legitur apud Theophanem Byzantinum* (5) : Ἴβηρες ... Γοργένους αὐτῶν ἡγεμονεύοντος. *Iste* Gorgenes *idem forsan est ac* Guram curopolata, *hoc ipso tempore Græcorum amicus* (6).

Pag. 723, col. 2, lin. 24, addantur sequentia : *Postquam Commentarius de SS. Sigolino, Godwino, Alberico, Anglino et Odilone, abbatibus Stabulensibus, typis impressus erat, communicavit mecum perhumaniter nobilis*
C *eques Xaverius de Theux, qui thesaurum librorum habet de rebus Belgii Orientalis, alterum tomum Vitæ S. Remacli aliorumque sanctorum Stabulensium, conscriptæ a Joanne Herbeto,et Stabulaum sive Sacrarium monasteriorum imperialium Stabulensis et Malmundariensis ordinis S. Benedicti, a fundatione sua unicam abbatiam constituentium, per Franciscum Laurentii, Malmundariensem priorem. Posterior liber, nondum typis editus, longe diversus est a scriptiunculis, quas Fisenius et Bucelinus ediderunt, et, quamquam multa contineat, mihi non probata,dignus tamen qui lucem aspiciat. Verumtamen neque in hoc, neque in illo altero Herbetonis tomo quidquam reperi,quod et firmum esset et mihi ignotum,nisi quod apud Franciscum hæc de S. Anglino leguntur :* Tandem vir sanctus, de Deo et hominibus bene meritus, in senectute bona feliciter mortuus in ecclesia D
S. Petri de Schineffe, a Plectrude, Pipini conjuge *(immo pellice)*, olim ædificata, sepulturam accepit, ubi carnis resurrectionem expectans etiamnum quiescit. *Inde in fine catalogi reliquiarum Stabulensium, qui illic etiam legitur, hæc adduntur :* Quiescunt etiam in eadem ecclesia sanctorum abbatum corpora, Sigolini, Goduini et Albrici. S. Anglinus quiescit in ecclesia S. Petri in Schineffe. *Sed nullius ossa videntur umquam e terra elevata fuisse.*

Ad pag. 760, num. 9. Λάτρον *plus semel occurrit in Theophane continuato, tertia declinatione*(7),*et apud Cedrenum*(8).*Præter locum Georgii Pachymeris, quem solum noveram, legitur etiam* Λάτρος *in Menæis ad diem* 13 *et ad* 15 *decembris; in elogiis SS. Arsenii et Pauli Junioris. De S. Abramio Latrensi quædam notarunt decessores nostri* (9), *qui in Caria exstare dixerunt montem,certe ab Epheso, ut ex Cedreno patet, non procul situm* (10).

Ad pag. 762. *De monasterio Abramii prope montem Oliveti loquitur Joannes Moschus, cap.* CLXXXVII.

Ad pag. 771 e, hæc animadvertenda. *Loco* E
mors Abramii cujusdam Chidunensis *legatur* nomen Abramii *etc. Quæ vero illic dixi infirmantur, si reapse Ms. Add.* 14644 *in Musæo Britannico reperitur scriptio Syriaca de Abramio Chidunensi, Mariæ patruo, prout ex Anecdotis Syriacis Landii, quæ nuper tantum ex benevolentia ven. viri Th. Lamy consulere potui, conjicere est. Sed hac de re postea, investigatione Londini facta, agemus, si occasionem nanciscimur.*

Ad pag. 780, post Petrum Alexandrinum in Prætermissis et ad alios dies relatis neglecti sunt. SANITIUS PATRIARCHA ALEXANDRINUS *sexagesimus quintus,qui, præter hæreseos notam,simoniæ etiam crimen defendere coactus fuit* (11) *recolitur ad diem* 29 *octobris ab Æthiopibus, quamquam eum a suis kalendariis abesse jusserunt ipsi Coptitæ. Vide de eo, præter Eusebium Renaudot, tractatum Joannis B. Sollerii* (12). *Nomen, apud Ludolfum legitur* Santiu, *apud Makrizium autem* Sanutir, *quod manifesto scribarum errore pro* Sanutios *scriptum fuit : porro* Sanutios *græca est forma nominis coptici notissimi* Schenouti, *quod efferunt Arabes* Schanudeh (13). *Deinde* NAACUETO-LAAB, *rex Æthiopiæ, ex Zagæorum dynastia, memoratur hodie in kalendario æthiopico. Eum suæ stirpis ultimum dicit Ludolfus; at res incerta nimium est, in tanta catalogorum discrepantia, quos nemo hucusque potuit illustrare. Modo enim tres successores habet etiam ad Zagæos pertinentes, modo unum* (14). *Vixit Naacueto-Laab sæculo decimo tertio* (15), *encomioque decoratus est a poeta Hagiographo : quod legere est apud Ludolfum* (15).

Pag. 819, col. 1, lin. 51-54. *Unde..... Veronensis* substituantur sequentia: *Vixit tamen ante pacem ecclesiæ ille S. Domnio, quippe*

(1) Mai, Scriptorum vett. tom. II, pag. 166. — (2) Brosset, tom. I, pag. 354, num. 2. Cfr supra, pag. 630, num. 26. — (3) Joannes Bischof von Ephesos, pag. 145. — (4) Die Kirchengeschichte des Johannes von Ephesus, lib. VI, cap. XI, pag. 258. — (5) Ap. Photium, cod. 64. — (6) Brosset, Histoire de la Géorgie, tom. I, pag. 220 et seqq. — (7) Lib. IV, pag. 112, et lib. VI, pag. 267; cfr lib. III, pag. 85, ed. P. — (8) Compendium,pag.546 P.—(9)Tom.III Mart. pag 666.—(10) Cfr Theoph. Cont.lib.III,pag 85.— (11) Renaudot, Hist.Patriarcharum Alex. pag.410 et seqq.; Makrizi,Historia Coptorum, pag. 66, ed.Wüstenfeld.— (12)Acta SS. tom. V Junii. pag. 94.— (13) Makrizi, op. cit. pag. 50 (arab.), lin. 1. — (14) Dillmann in Zeitschrift d. D. morgenl. Gesellschaft, tom. VII, pag. 350 et 351 — (15) Tellez, Historia geral, liv. I, cap. 27, pag. 68. — (16) Hist. Æthiopica, lib. II, cap. 5, num. 15.

qui

A *qui ad illam diem* 11 *aprilis legatur in Martyrologio Syriaco Wrightii his verbis* : Salonæ, episcopi Domnionis. *In titulis autem mihi non occurrit hoc nomen ante annum* 363; *ad quem annum pertinet titulus* Romanus, *non* Veronensis, *a Maffeo in Musæo Veronensi editus et a J.-B. Rossio inter Inscriptiones Romanas.*

Pag. 859 col. 2, lin. 10, et pag. 863, col. 2, lin. 43, addantur sequentia : *Profligato Commentario de S. Ermelindis gestis et gloria postuma, forte fortuna factum est ut inter evolvendam partem sextam Historiæ Societatis Jesu, olim a Julio Cordara conscriptam et anno* 1859 *typis excusam, in duo inciderim loca, quæ ad beatissimam Dei servam proxime pertinent. In priori, qui libro* XII *legitur, explicatur honor, anno* 1627 *sacris ejus reliquiis redditus; in posteriori, qui libro* XIV *continetur, insigne narratur resuscitatæ puerulæ miraculum. Utrumque ipsius Cordaræ verbis dabimus :* [Anno 1627] Maldercii, qui pagus est agri Lovaniensis, non alia magis re quam virginis Hermelindæ tumulo
B celebratus, per annos amplius mille venerationem ingentem habuerat Hermelindæ ipse sacer tumulus, confluentibus ad eum non tantum accolis, verum etiam remotioribus Belgis, divæ ut reliquias colerent, eamque sibi conceptis votis propitiarent. Sed labentibus annis adeo hæc refrixerant studia populorum, ut jacerent nunc sacra ossa vix non ex toto abdita ac sine nomine. Visum id nostris indignum; nec ferendum. Præmonitis itaque ecclesiæ magistratibus, ac rebus in id multis ritc comparatis, dederunt operam ut rursum in publico collocarentur sacra lipsana, idque cum quanto potuit maximo apparatu ac pompa. Quo die acta res, eo die ex omnibus circum locis Maldercium mira frequentia concursum est, illectis apparatus splendore multis, pluribus religione ductis, quod celebritatem per se sanctam Pontifex Maximus majoris indulgentiæ largitione fecerat sanctiorem. Undecim collegii Lovaniensis patres, audiendis confitentibus occupati, pauciores fuerunt, quam ut possent omnibus satisfacere. *Inferius hæc tradit Cordara :* [Anno 1629] magno cumprimis studio nostri concionatores (Lovanienses) excipiebantur Maldercii, quo in pago restitutum honorem sepulcro B. Virginis Hermelindæ vidimus ante biennium. Hujus Divæ cultum ut augeret unus ex iis, cum verba faceret ad populum, vehementius invectus in nefarias maleficorum artes : « Cur non potius, clamabat, præsentissimum Hermelindæ patrocinium in rebus asperis invocatis, quam infidam nihilque profuturam opem dæmonum? » Intererat concioni mulier, cujus eadem prorsus die obierat filia trimula absorpta aquis, jacebatque domi quam mox efferenda. Recurrit plena fiducia domum; et, puellæ cadaver ad aram Hermelindæ deferens, suppliciter petit, sibi ut filiam, illi vitam restituat. Vix dum absolverat precem, cum puella spirare
E primum visa est, deinde moveri : demum apertis oculis arridens matri exsiliit. Cujus miraculi fama longe lateque pervagata, religio ac celebritas loci multis partibus crevit.
D

Pag. 876, col. 2, lin. 46, post *ædes* adde : *Sed et servatur nunc hoc caput in templo cathedrali Senonensi.*

Pag. 911, col. 1, lin. 54. Post *translatione* adde : *Sed ille idem V.V. Richard rescripsit mihi postmodum* ignotum *hoc* tempus, *quo distinctio hæc nititur, verisimiliter esse annum* 1618, *adeoque facile fieri posse ut translatio cujus annua agebatur memoria, eadem sit ac visitatio anni* 1618.

ERRATA CORRIGENDA

C
- *Pag.* 34, *col.* 1, *lin.* 12 ære-*l*-aere.
- *Pag.* 41, *col.* 2, *lin.* 62 ponus-*l*-potius.
- *Pag.* 83, *col.* 2, *lin.* 26 facta-*l*-fracta.
- *Pag.* 106, *col.* 2, *lin.* 16 Modenensis-*l*-Mutinensis.
- *Pag.* 122, *col.* 1, *lin.* 50 tuere-*l*-tueri.
- *Pag.* 156, *col.* 1, *lin.* 28 xx-*l*-xix.
- *Pag.* 158, *col.* 1, *lin.* 25 ære-*l*-aere.
- *Pag.* 172, *col.* 2, *lin.* 13, Bollandianos-*l*-Bollandianos decepisset, nisi fraudis moniti fuissent.
- *Pag.* 176, *col.* 1, *lin.* 50 v-*l*-x.
- *Pag.* 180, *col.* 1, *lin.* 50, ejusdem ordinis-*l*-ordinis FF. Prædicatorum.
- *Pag.* 227, *col.* 2, *lin.* 51 tertiam-*l*-testium.
- *Pag.* 240, *col.* 2, *lin.* 40 S. Floris-*l*-S. Floris reliquiæ.
- *Pag.* 289, *col.* 1, *lin.* 9 S. Brandano Moling-*l*-S. Brandano, S. Moling.
- *Pag.* 383, *col.* 1, *lin.* 37 fames-*l*-fauces.
- *Pag.* 399, *col.* 2, *lin.* 13 Ventimanus-*l*-Venetianus.
- *Pag.* 399, *col.* 2, *lin.* 62 1590-*l*-1507.
- *Pag.* 404, *col.* 1, *lin.* 63 1590-*l*-1507.
- *Pag.* 627, *col.* 1, *lin.* 40 Herrera-*l*-Heredia.
- *Pag.* 581, *col.* 2, *lin.* 60 sive-*l*-sine.
- *Pag.* 721, *col.* 1, *lin.* 20 Arioldi-*l*-Artoldi.
- *Pag.* 778, *col.* 1, *lin.* 9-13, *deleantur verba* : Sed... est.
- *Pag.* 877, *col.* 36, supra-*l*-subtus.
- *Pag.* 878, *col.* 1, *lin.* 21, concederet-*l*-obtineret V.V. Leblanc, hujus loci parochus.
- *Pag.* 881, *col.* 1, *lin.* 4 in ante-*l*-ante in.
- *Pag.* 881, *col.* 2, *lin.* 31 525-*l*-625.
- *Pag.* 893, *col.* 2, *lin.* 6 fide-*l*-fidei.
- *Pag.* 911, *col.* 2, *lin.* 32 capsula-*l*-reliquiis capsulæ.

F

INDEX HISTORICUS

IN TOMUM XII OCTOBRIS

A

† Aaron, *Autissiodorensis episcopus an idem ac S. Aaron martyrologii Greveni* 373 e

Abbanus *seu* Abbenus, *eremita, qui nomen dedit monasterio Abingdoniensi* 274 e, 275

† Abbani, *Killabbaniensis abbatis, et alterius, Magharnudhiensis abbatis, Acta* 270 et seqq.

Abbeloos (Joannes B.) *de S. Jacobo Sarugensi scripsit,* 927 b et seqq. *Ejus opinio de ætate Georgii* 928

† Abbo, *episcopus Metensis* 667 d

Abbo, *episcopus Autissiodorensis, idem ac Albo* 381 b

Abderahman, *rex Dianii* 60 a, 61 a

Abdias, *rex Israel* 577 d

Abdias, *episcopus Babylonis, nonnisi in fictis Actis SS. Simonis et Judæ exstitit* 419 b, 780 b

Abderrahman, *inter invasores Georgiæ et Armeniæ nominatus* 649 a, 650 a, 651 f, 652 a

Abdiraman, *rex Saracenorum, in Catalonia* 48 f

Abdu, *a podagra sanatur* 458 d, 460 c d, 461 f

Aben Zeyan, *rex Valentiæ* 65 f, 66 a b c d

† Abgarus, *rex Edessæ, ad Christum scribit* 451; *ad fidem christianam convertitur* 452 c, 458 d e, 461 e; *nomen ejus commune regulis Edessenis* 452 e; *a Romanis deficit* 455 f; *Edessam instaurat* 456 b; *post S. Thaddæum obit* 457 d e; *Tiberium monet, ut Judæos puniat* 462 e f

Abigail, *mater B. Guidonis* 378 b

† Abramii, *complures a Græcis culti* 759 d e f

† Abramius, *martyr, in tribus kalendariis memoratus* 759 e f

† Abramius, *in Latro, cultus Cpoli* 759 e, 760 a, 931 d

† Abrahami Pauperis, *eremitæ in Ægypto Superiori, Acta* 233 et seq.

† Abramius, *asceta, quis sit* 759 d e f, 760 a

† Abramius, *Mariæ patruus, a Græcis cultus* 182 c, 759 e, 771 c. *Perperam dux Mariæ Novæ dictus* 771 c d. *Ab Assemanio Syris vindicatus, sed minus solidis argumentis* 771 d e, 931 b

Abramius, *Chidunensis, num idem ac Abramius, Mariæ patruus* 771 d e f, 931 b

Abramius, *Judæus, idem forsan ac Abramius, episcopus Ephesinus; ejus Acta* 759 et seqq.

Abramius, *episcopus Ephesinus, idem forsan ac Abramius Judæus* 757 et seqq. *Homilia ab eo scripta* 762 c

† Abramitæ *monachi martyres* 757 f et seqq.

Abramus, *dux rebellium Homeritarum adversus Æthiopes* 323 a; *rex constituitur* 325 et seq.; *a S. Elesbaa agnitus* 326 a b c

Abreha *et* Atzbeha *fratres, Æthiopiæ reges, non iidem ac Aizanas et Sazanas, quandonam vixerint* 264 d e f, 265 a b. *Ab Æthiopibus sanctorum fastis adscripti* 265 b c. *Cur hoc factum* 308 a b

Absalon, *abbas Stabulensis* 714 d

Abuazmen (Raiç), *Maurus Valentinus* 66 f

Abuldjaisch Mudjehid edim ben Abdalla *Balearres insulas occupat* 60 a

† Abundius, *martyr cœmeterialis* 776 e

† Abundius, *episcopus Comensis* 560 d, 564 b

† Acacius, *martyr Mileti* 576 d

Acacius, *patriarcha Constantinopolitanus, extendit suam jurisdictionem in exarchatus* 347 d

Acacius, *Berœæ episcopus, S. Chrysostomi adversarius* 497 a b

Açagra (Ferdinandus de) 66 d

Achis, *rex Geth* 567 f

Achmetus, *Saracenorum dux* 648 e et seqq. *idem forsan ac Abderrahman* 652 a

Acton (Joannes), *nobilis vir Anglus* et *scriptor* 54 c d

Açnariiç (Fortunius) 66 d

Adad. *Vide* Alameda.

Adalbero, *Metensis episcopus* 721 b, 722 a

Adalbertus, *episcopus Lunensis* 799 d

Adalgarius, *Æduensis episcopus* 697 c

Adalgerus, *abbas Blidenstadiensis* 531 c, 538 d

† Adamnanus, *abbas Hiensis* 624 d

Addradus, *præpositus Tigernensis* 544 d

Adelaidis, *Hugonis Capetii vidua, et Roberti, regis Francorum, mater* 907 c, 911 a

Adelardus, *comes et vir sæcularis, abbas Stabulensis, Epternacensis et verisimiliter Sithiensis* 715 b, 717 b

Adelbertus *dux, abbas forte Stabulensis* 718 f

Adelelmus, *beneficus in Stabulenses* 721 c

† Adelphus, *episcopus Metensis* 667 d

Adephas, *frater regis Aizanæ* 261 f, 262 a. *Vide* Sazanas.

Aderneses *seu* Aternerses, *Kakheti princeps* 643 b, 646 f

Adesios, *æthiopice. Vide* Ædesius.

Adhemarus, *benefactor ecclesiæ Viennensis* 838 c

Adia, *S. Geniti uxor* 792 b c

† Adjutor, *episcopus Afer, obit Cavæ* 584 c

† Ado, *episcopus Viennensis* 842 d; *Cabillonensi concilio anni* 873 *interest* 677 a; *petit ab Hadriano ut clementer cum Teugaudo et Gunthario agat* 694 f

Adolphus I, *archiepiscopus Coloniensis* 429 a, 432 a

† Adrianus, *licet nobilis, crurifragio interficitur* 467 e. *Vide* Hadrianus.

† Adrianus, *abbas, in Angliam missus* 601 b

Adventius, *episcopus Metensis, transfert in Neumunster S. Terentii corpus* 808 b

Adurnus (Franciscus), *S. J. provincialis* 559 b

Æda Allan, *rex Hiberniæ* 883 e

Ædesius, *frater S. Frumentii, in Æthiopiam defertur* 257 f. *Ejus historia passim attingitur* 259 et seqq.

† Ædh Glas *seu* Glastuir *in Hibernia* 777 d e

Ædwini, *rex Northumbrorum, ad fidem convertitur* 893 a

Ægidius de Sorcejo, *episcopus Tullensis* 224 a, 232 f

Ægidius, *abbas Heilissemensis, recognoscit S. Ermelindis reliquias* 857 f
† Æmilianus, *martyr cœmeterialis, Lugani* 418 c
Æmilianus, *imperator, a militibus occisus* 517 b
Æmilianus, *consul* 507 b
Æmilianus *præfectus* 501 d e f
† Ængussii *Martyrologium auctum* 885 a, 886 b
Æsculapius, *cultus Eumeniæ in Phrygia* 183 b
Æthelwoldus. *Vide* Ethelwoldus.
Aetius, *episcopus incertæ ecclesiæ* 365 f
Afflitto (Anna d'), *nobilis puella Scalensis* 153 a
Afflitto (Emmanuel d'), *nobilis juvenis, fit presbyter et archidiaconus Scalensis secundum B. Bonaventuræ Potentini vaticinium* 153 c d e f
Afflitto (Maria Fortunata d'), *nobilis puella Ravellana, interventu B. Bonaventuræ Potentini sanata* 167 e
† Afra, *martyr Augustana* 772 a b c
† Africanus *et socii martyres, a Græcis, Coptis et Æthiopibus culti; quorum nomina mire luxata in Arabico Coptorum Menologio* 412 a b
† Aftze *monachus; ejus synaxarium* 335 a b
† Agatimber, *episcopus Metensis* 667 d, 808 a
Agazzari *domus nobilis inter Senenses* 737 e f
Senis oriunda, sed etiam Bononiæ frequens 737 b e
Agazzari (Bartholomæus), *judex Tudertinus, inter fratres Gaudentes* 737 b
Agazzaia *seu* de Agazzarius (Philippus Leonardus della), *biographus B. Joannis Chisii* 724 f, 728 a b c d e
Agazzari (Thomas), *judex Bononiensis* 737 b e
Agdistis, *mater Deorum, culta Eumeniæ in Phrygia* 183 b
Agenoldus *abbas* 721 b
Ager (R. Berengarius de) 66 d
Ager (Bernardus), *abbas SS. Crucum* 40 e
† Aggæus, *e primis prædicatoribus Syrorum* 439 c; *episcopus Edessenus* 457 d, 462 b, 463 d, 465 b f, 466 a; *martyrium patitur* 466 b
Agilbertus, *episcopus Saxonum Occidentalium* 896 c
Agilbodus, *monachus Bobiensis* 417 b
† Agilolfus, *episcopus Coloniensis et martyr* 707 a, 712 d, 713 e f, 714 a b c d. *Ejus tempora* 712
Agilolfus II, *diversus a S. Agilolfo martyre, episcopus fuit Coloniensis et abbas Stabulensis* 713 e f, 714 c d
† Agilus, *abbas Resbacensis* 596 b, 602 e f, 610 a, 611 b
† Agmarus, *episcopus Silvanectensis* 912 d
† Agnellus *abbas* 582 c; *sanctimonialibus tradit monasterium S. Gaudiosi* 584 e
Agnericus, *seu* Chagnericus *et* Hagnericus *pater S. Faronis* 594 a, 609 e, 611 f; *propinquus S. Audoeno* 596 e f, 610 a; *contrarius vocationi filiæ suæ Faræ* 610 d e
† Agnes, *patrona agnorum* 852 d
Agnes, *comitissa Tarraconensis* 36 e
Agnoaldus, *pater S. Agili* 597 a
† Agricola *martyr* 254 d; *ejus reliquiæ Bononia Clarummontem portatæ* 255 a, 256
† Agrippinus, *primus Carthaginensis episcopus* 425 f, 426 a; *concilium habet de rebaptizandis hæreticis* 472 f, 477 e
Agnilo (Michael), *J. U. peritus Vicensis* 29 a
† Aja, *mater S. Audœni* 596 e f
Aicardus, *presbyter ecclesiæ cathedralis Placentiæ* 10 a
† Aidanus, *episcopus et abbas Lindisfarnensis* 901 b
† Aidanus *de Cluain Eocuille* 182 d, 777 f
Aidanus, *filius Libir, discipulus S. Columbæ Hiensis* 343 d
† Aidinus. *Vide* † Aedh.
Aidog. *Vide* Alameda.
† Aidus, *filius Aidi, in Hibernia* 182 d, 777 f
Aidus II, *rex Hiberniæ, Anmiri filius* 885 b
† Aidus. *Vide* † Aedh.
Ajellus (Vincentius), *magister generalis Ord. F. F. Præd.* 106 f, 107 c e
Ailill O'Niallan, *coarbus (seu episcopus) Kiaran, et Cronan, et Mac Duach* 890 a
Aimericus, *archidiaconus Placentinus* 14 a b
Aimon, *alias* Munur, *agit bellum adversus Pippinum, filium Caroli Martelli* 369 f
Aimon, *miles et dominus Tilæcastri* 186 f 187 a c d
Ainsanvilla (Joannes), *abbas Claravallensis, hermæ argenteo includit caput S. Bernardi, et parat capsam pro corpore* 445 d
† Airennan *de Tigh Airennani in Midia* 179 a b
† Airindan. *Vide* † Airennan.
Aistulfi, *regis Longobardorum, diploma* 817 b
Aistulfus. *Vide* Haistulfus.
Aitholaus, *episcopus in Mesopotamia, concilio Nicæno subscribit* 456 b
Aizanas. *Vide* Ela-San.
Aizo *Gothus Ausonam et Rotam Mahumedanis tradit* 48 f
Alagus *cum Rainogala et Heirico episcoporum Autissiodorensium colligit gesta* 352 d
Alaman *seu* Almandi (Gerardus), *donator terræ SS. Crucum* 40 b c
Alamannus (A.), *notarius S. Bernardi Vicensis* 47 c
Alameda, *filius Saladobæ, rex Æthiopiæ* 265 a. *Historia bellorum ejus confuse a nonnullis auctoribus narrata* 297 b c. *Dictus Amda, Andas, Adad, Aidog* 297 f, 298 a. *Ejus rogatu novem monachi in Æthiopiam adveniunt et instauratur religio* 300 et seqq. *Judæus fuisse dicitur a Theophane* 302 f. *Ejus expeditio in Negranensem provinciam* 302 d et seqq.
Albalat (Petrus de), *præpositus S. Andreæ et sacrista Ilerdensis, dein episcopus, et demum archiepiscopus Tarraconensis* 57 b, 62 e
Albanese (Thomas), *Minor Conventualis* 144 b
† Albanus, *martyr et patronus Moguntinus* 531 b, 532 a d
† Albanus. *Vide* † Abbanus.
† Albergatus (Nicolaus), *cardinalis, episcopus Bononiensis, exsecutor literarum apostolicarum* 748 a b, 749 b; *instituit confraternitatem laicam S. Hieronymi* 752 d
Albericus, *archidiaconus Tullensis* 232 c
† Alberici, *abbatis Stabulensis, Acta* 706 et seqq.
Albericus *an coadjutor S. Odilonis, abbatis Stabulensis* 722 d, 723 a
Albericus, *benefactor monasterii Stabulensis* 713 b
Albericus, *pater B. Bettonis* 375 d
Albero, *archiepiscopus Trevirensis, constituit Præmonstratenses in Romersdorf* 436 e
† Albero, *episcopus Metensis* 667 e
† Albertus, *presbyter Mantuanus, visitator Longobardiæ* 7 d e

Albertus, *canonicus S. Antonini Placentiæ* 10 b
Albertus, *presbyter Placentinus* 10 a
Albertus (Leander), *ex Ord. FF. PP., biographus* 103 e
Albertus de Casalod, *comes* 16 d e
Albertus, *maritus Mechtildis Heymbacensis* 434 e
Alberus (Joannes Nepomucenus) *fictitium habet dissidium de baptismo hæreticorum* 488 e f
† Albinus, *Lambesitanus, martyr* 780 d
Albis (Josephus), *Minorita* 779 d
Albo, *episcopus Autissiodorensis, idem ac Abbo* 381 b
† Albuinus *seu* Albinus, *episcopus Fritislariensis* 776 b
† Aldegundis, *abbatissa Malbodiensis* 626 b
Aldo, *miles Tilæcastrensis* 187 d
Aldwinus, *episcopus Elmhamensis* 898 c
† Alephi *monachi synaxarium* 334 e f
Aleramus, *a quo descendunt marchesii de Carreto* 102 f, 103 c
† Alexander papa I *et martyr* 174 f
† Alexander papa II *approbat reformationem Camaldulensem* 771 b
Alexander papa III *jubet in exilium mitti nobiles qui Hugonem de Cervellione, archiepiscopum Tarraconensem occiderant* 36 e. *Inquisitorem constituit Tolosæ* 54 f
Alexander IV *monasterio SS. Decentii et Germani indulgentias concessisse fertur* 571 d e f, 572 a b
Alexander papa V *electus in concilio Pisano* 741 f. *Ejus bulla de capella S. Iæ* 294 e
Alexander papa VI, *ante primus archiepiscopus Valentinus* 62 e; *dat canonicis regularibus monasterium S. Joannis Baptistæ Urbis Veteris* 755 d
Alexander papa VII. *Vide* Chisius (Fabius).
Alexander, *episcopus Antiochiæ; communionis et literarum gratia ab Innocentio I illi restituta* 497 a b
Alexander, *episcopus Hierosolymitanus* 474 f
† Alexander, *episcopus coadjutor Narcissi Hierosolymitani* 783 e, 786 a d, 788 b e f, 790 d
† Alexander, *episcopus Bergomas* 821 b
Alexander, *abbas Grandissilvæ* 40 a
† Alexandri, *martyris Eumeniæ, Acta* 183 et seqq.
† Alexander *martyr* 548 b; *ex legione Thebæa* 551 b; *ejus Acta* 551 d et seq. 562 c
† Alexandri M. *translatio, scripta a Rudolfo et Meginhardo, monachis Fuldensibus* 531 c
Alexander (Natalis) *pseudocapitula adscribit B. Angelramno* 661 f
Alexander Veronensis, *Minorita* 418 b
Alexander Severus *imperator quo anno cœperit et quo desierit regnare* 471 b c; *trucidatur* 484 b c
Alexandri Machiavellii, *duo sancti fictitii* 170 et seqq.
Alexius Comnenus *constitutione prospicit necessitatibus episcoporum, in regionibus a Turcis occupatis* 474 c
Alfdrida, *Edgari Pacifici, regis Anglorum, uxor* 920 f, 921 c
Alfeagus, *episcopus Wintoniensis* 920 d
Alfonsus, *rex Aragoniæ, expugnat Ilerdam* 42 a
† Alfredus Magnus *an auctor academiæ Oxoniensis* 895 c d
Alguagre (Vitalis de), *abbas Populetensis* 41 d
Ali-ibn-Jusuf *sultanus recuperat insulas Baleares* 60 d
† Allan, Allen, Alleyn. *Vide* † Elwinus.
Allatius (Leo) *vindicat Metaphrasten contra Bellarminum* 525 a b
Allou (Augustinus), *episcopus Meldensis, benedicit sacello S. Faronis* 608 f
Almandi. *Vide* Alaman.
† Alma-Pompeia. *Vide* † Copaie.
Almeyda (Emmanuel) *missionarius S. J. Vide* Societas Jesu.
Almundarus *seu* Alamundarus, *rex Hirensis, passim* 317 et seqq.
† Alorus, *episcopus Corisopitensis* 177 b
Alphonsus VI, *rex Hispaniæ, Abulam Sarracenis eripit* 197 c
Alphonsus II, *rex Aragoniæ* 50 d, 55 d
† Alpini *simul ac S. Remigii exuviæ elevantur* 698 b
Alteriis (Sebastianus de), *chirurgus Neapolitanus* 147 e
Altesius (Marcellinus), *Vitarum sanctorum congregationis Ilicetanæ collector* 725 a b
Alvaro (Paulus), *Minor Conventualis* 144 b
Alviggi (Carolus), *presbyter Scalensis* 153 e
Alypius (Faltonius Probus), *præfectus Urbis* 524 b e
† Amandus, *Argentoratensis episcopus*, 911 f, 912 a b
† Amandi, *episcopi Silvanectensis, memoria* 911 f, 912
† Amandus, *episcopus Trajectensis, homonymis substitutus* 911 f, 912 a b. *Ejus ordinatio* 174 a. *Egit episcopum regionarium* 283 c. *Ejus festa* 271 d
† Amandus, *Wormatiensis episcopus* 911 f, 912 a b
† Amantius, *Vide* † Amarantus
† Amaranti *seu* Amarantæ *martyris Acta* 576
Amato (Antonia di), *mulier Ravellana* 154 c
Amato (Carmelus di), *Ravellanus* 152 f
Amato (Franciscus di), *parochus Ravellanus* 154 f
Amato (Ignatius di) 168 a
Amato (Josephus di) 168 a
† Amator, *S. Stephani basilicam Autissiodorensem ædificat* 363 b
Amatruja (Agatha), *mulier Ravellana* 168 c
† Ambrosius, *episcopus Cadurcensis* 341 e; *nulla licentia obtenta, suam deseruit ecclesiam* 592 a. *Ejus vinculorum clavis in ore piscis reperta* 101 c
† Ambrosius *non vult se Vercellas conferre consecrationis episcopalis causa propter turbas* 580 d. *Eo demum se confert* 581 a. *Anno* 381 *interest concilio Aquilejensi* 580 b. *Ejus constantia adversus monachos pravos* 580. *Ejus festa* 271 d
Ambrosius. *Vide* Protectus.
Amda, Anda. *Vide* Alameda.
† Amelberga *virgo* 175 c
Amendola (Angelus), *Minor Conventualis Ravellanus* 167 f
Amiamid, *apud Tellez pro Alameda rege Æthiopiae* 390 d
Amiso, *episcopus Tarantasiensis, interest concilio Ansano* 838 b
Amizis de Solar, *S. Dominici discipulus* 779 a
Amizo, *presbyter S. Antonini Placentiæ* 11 a e
Amolgerus *seu* Amingerus, *abbas Stabulensis* 711 f
Amoy, *errore scriptum. Vide* Amsy.
† Amphilochius

† Amphilochius, *episcopus Iconiensis* 474 c
Amrus Matthæi, *Nestorianus scriptor, pro Mare filio Salomonis allatus* 826 e, 828 c, 927 c
Amsy, *rex Æthiopiæ* 265 a
† Amulo, *episcopus Lugdunensis et scriptor* 701 b; *ejus obitus* 702 a
Amyot (Jacobus), *S. Desiderium Autissiodorensem officio ecclesiastico honestat* 352 b
Ananias, *asceta, S. Joannis Chuzibitæ amicus* 592 c
† Anastasia, *vidua distincta ab altera cognomine* 513 c; *vitæ compendium* 515 b c, 520 c e et seq.; *locus et tempus martyrii* 516; *qua ratione et a quibus* Senior *dicatur* 514 b, 515 d, 517 d e; *titulus Romæ, nomen in canone missæ* 518 e
† Anastasia, *virgo et martyr; ejus Acta* 513 et seqq. *A Græcis qua die laudetur* 776 d
† Anastasia *patricia, virilem vestem assumit* 917 b
Anatolius, *episcopus Constantinopolitanus, S. Leoni I obtemperat* 347 d
† Andreas, *apostolus* 188 d
† Andreas in Crisi, *martyr propter sacrarum imaginum cultum* 677 d e
Andreas, *abbas Faronianus, visitat et exponit in ecclesia corpus S. Faronis* 605 c, 616 f, 617 a b
Andreas de S. Hieronymo, *prior Escurialensis et episcopus Vicensis* 28 d
† Andreas Pescariensis, *ex ordine FF. Prædicatorum* 774 d
Andreas, *princeps Smolenscensis* 181 e
Angaba, *rex Æthiopum secundus fabulosus, occidit Arwe* 329 f
Anganes, *corrupte. Vide* Aryates.
Angela, *dicta neptis B. Joannis Chisii et pontificatu Alexandri VII cœpta* beata *appellari* 729 f, 731 a
† Angela Seraphina Correggiara, *monialis Dominicana Ferrariensis* 408 a
Angela, *mater B. Bettonis* 375 d
Angelini (Andreas), *socius B. Stephani* 740 b; *redit ad eremitas* 743 a
Angelini (Regolinus), *socius B. Stephani, consanguineus S. Bernardini Senensis* 740 b
† Angelramnus, *prius Tullensis, dein Metensis ecclesiæ primicerius; ejus Acta* 653 c d
Angelus *Minorita, a Bulgaris occisus* 779 d
Angelus Antonius Sandreani, *V. D. S. ex ordine Minorum Conventualium* 114 c
Anglaria (Guilielmus de), *archidiaconus Vicensis* 85 a
Angles de Alcoario (Joannes), *creditor S. Bernardi Vicensis* 38 d
† Anglini, *abbatis Stabulensis, Acta* 706 et seqq.
† Anianus, *publicus Viennæ ad Deum orator et postmodum episcopus Aurelianensis* 834 b
† Anicetus papa 787 f, 790 a
Aniello (Joannem), *miserum Isclanum, quanta caritate curaverit B. Bonaventura Potentinus* 137 b
Anlafus, *rex Norwegorum in Suthamptonia* 920 c d
† Anna, *rex Anglorum Orientalium* 897 b d c, 899 d, 900 c, 903 d
† Anna Junior, *propter sacrarum imaginum cultum passa* 677 e
Anna, *mater S. Cyriaci a Græcis culta* 412 d
† Anna, *dicta Euphemianus; ejus gesta illustrantur* 913 et seqq.
Anna Maria de Placentia, *Clarissa* 779 e
Anna, *conjux Siebodi* 838 c
Anono (Johannes Job de), *notarius* 556 c
Ansegisilus, *filius S. Arnulfi* 846 a
† Ansegisus, *Fontanellensis abbas* 586
Ansellus, *abbas Fusniacensis* 908 b
Anselmus, *episcopns Augustensis* 838 c
Anselmus, *episcopus Lunæ* 799 d
Anselmus, *dictus pater Chisii, ex quo descendere traditur domus Chisiana* 728 f, 729 a d f, 730 c
Anselmus *servus, petente S. Remigio Lugdunensi, manumissus* 685 f
Ansoldus, *miles Meldensis, monasterium Faronianum defendit* 618 e f
† Anthusa, *callimartyr* 220 a
Antimon, *larvatus defensor jurium sedis Tullensis* 225 f
† Antiochi *simul ac S. Remigii reliquiæ elevantur* 698 b
Antipater, *episcopus Rhodensis* 440 d e
† Antoniæ Brixianæ *ex ordine FF. Prædicatorum Acta* 407 et seqq.
† Antoninus *probabiliter interfuit vestitioni sociorum B. Stephani* 742 b
Antonius, *episcopus, cui commendati monachi Stabulenses* 718 a
Antonius, *catholicus Georgiæ* 643 e, 647 f 648 a b
Antonius, *Fussalensis episcopus* 342 e
Antonius, *episcopus Polensis* 338 b
Antonius de Novocastro, *episcopus Tullensis* 232 e
† Antonius, *martyr cœmeterialis, Lugani* 418 c
† Antonium *abbatem pie colit B. Bonaventura Potentinus* 162 d
† Antonius Junior *Peloponesius thaumaturgus* 181 e
Antonius de Albertis Finariensis, *ex Ord. FF. PP. beatus dictus* 106 b
† Antonius, *monachus Lirinensis, cujus Vitam scripsit S. Ennodius* 548 c d e f et seqq.
Antonius Augustinus *pseudocapitula B. Angelramno adscribit* 662 a
Antonius Maria, *Capuccinus Comensis* 418 d
† Antonius, *licet Ulyssiponensis, Patavinus dicitur a loco emortuali* 737 b; *quanta fide imploraretur a B. Bonaventura Potentino* 124 c, 127 c d, 132 c, 139 e f, 152 b, 162 c d; *ejus Responsorium* 124 d e, 127 c, 134 d, 139 c, 162 d, 163 b; *sæpe illi apparet* 127 c d e; *oleo ex ejus lampade ægros sanat B. Bonaventura* 141 a, 146 d, 152 c
† Antonii Rubei, *Minoritæ, Acta* 755 et seqq.
Antonius Senensis, *qui et Lusitanus, ex Ord. FF. PP. biographus* 103 f
Antonius, *episcopus Arianus in Africa, dirus persecutor* 800 d
Anulinus, *proconsul in Africa* 780 d
† Aodhan *de stirpe Eochaid Breac* 882 b f
† Aodhanus *de Cluain Eochaille, frater S. Colmani Senbothensis* 383 e
Apelles, *hæreticus* 492 b
Aphrodisius, *monachus a B. Theodosio laura expulsus, a SS. Joanne Chuzibita et Saba benigne exceptus* 589 f, 560 a
† Apianus. *Vide* † Appianus.
† Apollinaris, *episcopus Hierapolitanus* 184 d
† Apollinaris *Ravennæ traditus capitolinis pontificibus* 516 b
† Apollinaris Syncletica *virilem vestem assumit* 913 e, 917 b

Apollinarius, *natione Italus, insulas Baleares eripit Vandalis* 59 e
Apollonius, *episcopus Lunensis* 799 d
Apollonius *confutat Montanistas* 184 c
† † Apostoli, *dimissis bonis propriis, recusant aliena* 452 c, 458 f; *rudes et indocti* 459 b. *Ubique terrarum prædicarunt* 426 c d; *fuerunt omnes martyres* 442 c f
† Appianus, *episcopus Afer, cultus Papiæ. Ejus Acta* 815 et seq.
† Appianus, *monachus Papiensis* 815, 816
† Aprunculus, *episcopus Claromontanus* 256 f
† Aquilina, *forte ex comitatu S. Ursulæ* 776 e
Arad, Arado, *rex Æthiopiæ* 265 a
Aratus, *poeta ethnicus, citatur a S. Paulo* 441 b
† Aragawi, *monachus* 300, 301, 308, 386 et seqq. *ejus synaxarium* 329 et seq.
Arc en Baroye (Domus de) *videtur fuisse affinis S. Hemelinæ* 396 e
† Arcelladus *et* Arcelludus. *Vide* † Archelaidas.
Arcellis (Hugo de), *canonicus Placentinus* 11 e
Arcesilai *uxorem sanat S. Joannes Chuzibita* 590 c
† Archelaidæ, *martyris Antiocheni, Acta* 574
Arded. *Vide* Arfed.
Ardengesca, *antiquissima gens nobilis Thusciæ* 724 b, 729 a. *An ex ea descendant Chisii* 730 d
Ardengus, *comes de Ardengesca, dictus ex atavis Chisiorum* 729 d
Ardicius Solarius. *Vide* Amizis de Solar.
Arditio, *episcopus Placentinus* 6 c. *Ejus electio* 10 a b. *Partim unit capitulum S. Joannis capitulo cathedrali* 14 a b
† Ardo, *qui et Smaragdus, cultus ab Anianensibus* 778 d
† Arenannus *de Tyfernan* 343 b
Arenbergh (Principissæ de) *datur dimidia S. Ermelindis costa* 861 b
† Arethas *martyr Romanus antiquitus nomine tantum et sine sociis notus* 775 b, 776 a
† Arethas, *megalomartyr* 220 a, 262, 301, 309, 311, 315, 326, 331. *Ipse et socii in Eclogadio Cryptoferratensi laudati* 776 f; *iidem ac Negranenses* 776 a; *cur bis commemorati* 776 b. *Vide* Negranenses.
Arethusius (Flaminius), *scriptor Bononiensis* 170 e f
Arfed, *rex Æthiopiæ* 265 a
† Argæus *militiam abjicit* 534 f
Argelati, *auctor Bibliothecæ scriptorum Mediolanensium* 564 c d
Argilagosa (Poncius de), *scriptor publicus Vicensis* 77 b
Arianam *hæresim populis Æthiopiæ obtrudere conatur Constantius* 265 et seq.
Aribaldus, *episcopus Uticensis* 838 c
Arighettus, *marchesius Finariensis* 103 c
Arigone (Josephus), *rector basilicæ S. Andreæ Bergomi* 823 a
Aristeus, *intimus cubicularius Ptolemæi Philadelphi, mittitur ut curet versionem Scripturæ Sacræ* 202 f
Aristides, *a Tiberio ad Abgarum missus* 465 a
† Armentarius, *episcopus Papiensis* 1 f
Arnau (Joannes) *emit Novimonasterii decimas* 808 d
† Arnoaldus, *episcopus Metensis* 667 d
Arnoldus II, *archiepiscopus Trevirensis, anno* 1259 *obiit* 431 e, 433 c
Arnoldus, *episcopus Tullensis* 231 a
Arnoldus, *abbas Cisterciensis, legatus et inquisitor* 54 f, 55 a
Arnoldus Gallart, *abbas Populetensis* 60 f, 61 e f
Arnoldus de Meldert 870 c
Arnulfus *imperator an fuerit sanatus a S. Terentio Metensi* 807 b, 811 b
Arnulphi *regis diploma de Liberduno* 230 f
† Arnulfus, *episcopus Metensis* 667 d
Arnulfus, *episcopus Vicensis* 49 c
Aroldellus (Joannes), *canonicus Placentinus* 11 d
† Arretius (Paulus), *cardinalis archiepiscopus Neapolitanus, dat PP. Dominicanis ædem S. Gaudiosi* 585 f, 586 a d
† Arrigii *simul ac S. Remigii reliquiæ elevantur* 698 b
Arsacius *in sedem Cpltanam intrusus* 497 c
Arsenius, *Georgiæ patriarcha, martyrologii auctor* 648 b
† Arsenius, *archiepiscopus Serbiæ, a schismatis labe immunis censetur* 416 d
Arsenius *legatus in Galliam missus a Nicolao I* 694 e
† Artemidorus, *martyr* 177 a
† Artheladus. *Vide* † Archelaidas.
† Arthemius, *Senonensis episcopus* 872 f, 873 d, 879 e, 880 d
Artoldus, *episcopus designatus Remensis* 721 a b
Arvus *seu* Arvius, *frater S. Theodori abbatis* 841 a
Aruns *Clusinus, Gallorum dux, Alpes transcendit* 566 a
Arwe, *quem primum regem suum fuisse fabulantur Æthiopes* 329 f
Aryates *seu* Arethas, *S. Elesbæ propinquus, Homeritarum prorex. Legatio Justiniani ad eum* 322 et seq.; *occiditur* 325 et seq.
Ascanius Maria Sfortia, *episcopus Papiensis* 2 a
Ascanius *a sede Lingonensi dejiciendus* 689 d
† Ascelina *non fuit filia B. Hemelinæ* 394 e. *Ipsa et ejus mater, conversæ Grangiæ Bullencurtiani monasterii, transeunt in Polengrum* 391 c. *B. Ascelina in eodem tumulo ac BB. Hemelina et Gossuinus sepulta* 392 b
Asfah, *rex Æthiopiæ* 265 a
Aspasia, *filia Eusebii, regis Armoricanorum Venetensis* 910 a b c
Assemanius *an demonstraverit Abramium, Mariæ patruum, Syris assignandum esse* 771 d et seqq. 319 e. *De cultu S. Jacobi Sarugensis non satis accurate locutus est* 825 a b. *Errasse videtur in definienda ætate Georgii, encomiastæ S. Jacobi Sarugensis* 825 c et seqq., 927 et seqq. *Errat in translatione Georgii* 826 d. *Orthodoxiæ S. Jacobi vindex* 828 a et seqq.
Asserus, *Alfredi Magni biographus, perperam dictus monachus Sithivensis* 778 e
Assur, *egressus ex turri Babel, ædificavit Niniven* 466 f
† Asterius, *martyr* 182 c
† Asterius, *martyr Ægis in Cilicia* 775 b
Aternerses. *Vide* Aderneses.
Athanarichus, *princeps Gothus* 532 c
† Athanasia *virili habitu vixit* 917 b
† Athanasius *S. Frumentium ordinavit episcopum Æthiopiæ* 258 e et seqq. *Quonam hoc tempore contigit* 260 et seqq. *Ejus chronologia ex Chronico heortastico et epistolis festalibus stabilita fuit* ibid. *Contra eum a Constantio ad reges Æthiopiæ datur epistola*

stola 265 et seqq. *Reprobat baptisma plurium hæreticorum* 499 d. *Substitutum ejus nomen S. Andreæ in Crisi* 678 d
Athanasius, *patriarcha Cpolitanus schismaticus* 419 a
Athanasius, *metropolita Cyrenensis, testatur de reliquiis S. Simonis* 448 b
† Athelburga *dicta S. Elfleda* 923 c
† Athelfleda. *Vide* † Ethelfleda, Elfleda.
† Athenodorus, *frater S. Gregorii Thaumaturgi, episcopus in Ponto* 470 b
† Athrachta, *virgo Hiberna* 882 d
Athulfus, *episcopus Elmhamensis* 895 a
Atorella, *miles Jacobi I, regis Aragoniæ* 66 d
Attila *Istriam vastasse traditur* 339 f
Atzbeha. *Vide* Abreha.
Aucher (J. B.), *Mechitarista, laudatur* 649 e
† Auctor, *episcopus Metensis* 667 d
Audo, *abbas Stabulensis* 714 d
† Audobertus, *episcopus Silvanectensis* 912 b
Audoenus *propinquus S. Faronis* 596 f; *referendarius aulæ* 597 e; *interest translationi SS. Crispini et Crispiniani* 599 f; *fundat monasterium Resbacense* 602 e, 615 d e, 616 c d
Avencho (Petrus Joannes de), *canonicus et archidiaconus Vicensis* 85 c d
Augerius. *Vide* Ogerius.
Augustalis, *episcopus Mitinensis* 583 b
Augustina, *mater Abgari, ad Christum convertitur* 461 e, 463 a
† Augustinus *propensissimo in S. Cyprianum animo hunc tamen multa in S. Stephanum ex ira effudisse fatetur* 481 c. *An meminerit epistolæ S. Firmiliani et an literas S. Cypriani de baptismo suspectæ fidei habuerit* 486 et seqq. *Ejus epistola ad Vincentium donatistam* 486 e. *Negat S. Cyprianum fuisse abstentum* 494. *Ejus scripta de prædestinatione perperam plures interpretati sunt* 687 a. *Magnifaciebat Historiam Eusebii* 454 c. *Ejus sensa de militia christianorum* 533 d e f. *Sedi suæ renuntiare aliquando voluit* 342 e. *Morbo supremo laborans, Psalmos pœnitentiales coram habebat* 753 a b. *Ejus corpus Papiæ* 731 f, 733 c. *Ejus Regula in monasterio S. Gaudiosi* 584 a. *Eremitæ S. Augustini instituunt anno* 1338 *festum in memoriam stabiliti sui ordinis juxta corpus patroni in templo Ticinensi S. Petri in Cæloaureo* 732 a. *Iidem impugnant exemptionem concessam S. Stephano* 739 f, 740 a c, 742 c f, 743 e
† Augustinus, *abbas Benchorensis* 179 c
Augustinus de Maciareto, *dictus pronepos B. Joannis Chisii* 729 e, 730 b
Augustinus (Cajetanus), *canonicus pœnitentialis Ravellanus* 158 a
† Augustus *seu* Augustinus, *episcopus Africanus* 583 d
† Augustus *Matalonensis in regno Neapolitano* 118 b
Augustus, *frater Alexandri papæ VII* 729 e
† Avitus, *episcopus Claromontanus* 544 b, 546 a, 547 e f
† Avitus, *episcopus Viennensis* 842 f
Aulbinus *proconsul dicitur Syriæ* 462 f, 464 c
† Autbertus, *episcopus Cameracensis* 626 a f, 629 b
† Aunarius, *episcopus Autissiodorensis; ejus sepulcrum* 355 a
† Aurelianus, *episcopus Nolanus, mutatus in martyrem* 820 c d
Aurelianus *imperator devincit Zenobiam, et Paulum Samosatenum loco cedere cogit* 504 c, 508 e f. *Agnoscit Romani pontificis primatum* 511 f
Aurelius Agricolanus, *agens vicem præfectorum prætorio* 543 a
† Austreberta *stat ad crucem, pœnitentiæ genus Columbanianum* 710 e
Autgarius. *Vide* Ogerius.
Autharius *propinquus S. Faronis* 596 e f
Auvergne, *canonicus Viennensis, fautor hagiographorum* 835 b
Auxentius, *episcopus arianus Mediolanensis* 241 c
Areis (Petrus de), *canonicus Vicensis* 59 a, 75 f, 76 f, 77 b
Azagra (P. Fernandiç de) 67 a
Azguagua, *reges Æthiopiæ, perperam in Vita S. Frumentii ab Æthiopibus commemorati* 265 d, 268 e, 269 c
Azo, *prior monasterii S. Savini Placentiæ* 10 a
Azo VI, *Estensis marchio* 15 b
Azzari (Fulvius), *civis Regiensis* 104 f
Azzo *vicecomes* 566 c
Azzolini (Guidus Franciscus), *civis Senensis* 731 a
† Babolenus I *et* II, *abbates Stabulensis* 706 f, 707 d, 709 a, 711 e
Bacchylus, *episcopus Corinthi, in quæstione paschatis* 785 e, 787 b, 789
Baccius *seu* Bactius, *pater S. Eucharii dictus* 223 b, 224 d, 229 e
Bach (Julianus) *ex S. J. Antiquitatum Metensium indagator* 666 b
Bacnanda, *femina meretrix* 609 b
Bacurius *narrat Rufino historiam conversionis Georgiæ* 642 e
Bacurius III, *rex Georgiæ* 643 a
Bacurius IV, *rex Georgiæ* 643 c
Badillo, *primus abbas monasterii Saxiacensis* 683 e f
Baragotus (Arduinus), *civis Placentinus* 13 d
Bagaudæ *cæsi a Maximiano cæsare in Galliis* 551 e et seqq.
Bajomons. *Vide* Vicecomes.
Balcerenis, Baucerenni, Balsenery, (Guilielmus de), *monachus SS. Crucum* 47 a. *S. Bernardi Vicensis conviva* 81 e. *Prodigiose convalescit* 87 a. *Episcopus Vicensis* 57 d
Baldericus, *episcopus Ultrajectensis* 721 f
† Baldina *ex comitatu S. Ursulæ* 775 e
† Baldus, *archiepiscopus Turonensis* 872 c
† Baldi, *vulgo S. Bond, pœnitentis apud Senones in Galliis, Acta* 872 et seq.
Balestrerius (Bernardus), *pius in B. Damianum Finariensem* 105 f
Ballerini *negant aut B. Angelramnum aut Hadrianum I pseudocapitulorum esse auctorem* 662 a
Balsamon *de autocephalia ecclesiæ Georgianæ* 644 a
† Bathildis, *regina Francorum* 919 e
Baluzius (Stephanus) *sinceram esse probat epistolam S. Firmiliani* 482 f et seq. 487 b. *Pseudocapitula adscribit B. Angelramno* 661 f
Balzetti (Thomas), *episcopus Senensis* 731 e
Baral (Ludovicus Mathias de), *episcopus Meldensis* 608 c
† Barbara, *callimartyr* 220 a

Barbarano (Guilielmus de) *ex Ord. FF. Præd. inquisitor hæreticorum* 55 e
Barbatianus, *monachus hæreticus, turbat ecclesiam Vercellensem* 580 b c d e
Barberano (Raimundus de), *nepos S. Bernardi Vicensis* 38 f
Barca (Sparargus de). *Vide* Sparagus.
Bar-Calba *assistit morti S. Thaddæi* 465 c
Barger. *Vide* Berengarius.
Bar-Hebræus, *primas Orientis* 457 d
† Barnabas, *apostolorum discipulus* 775 a
Barnoinus, *archiepiscopus Viennensis, Dervenses inducit in monasterium Viennense S. Theodori* 836 f
Barnoinus, *episcopus Virodunensis* 716 e
Baronius *insigne scripsit de S. Firmiliano testimonium, quem tamen Martyrologio Romano non inseruit* 470 e f. *Lapsus de ortu quæstionis de rebaptizandis hæreticis* 472 f. *Item de excommunicatione S. Firmiliani et aliorum* 493. *Emendatur in annuntiatione S. Eroteidis* 207 b; *S. Theogenis* 210 b; *S. Donati* 772 f; *S. Menei* 781 c; *S. Zenobii* 797 e f. *Nimium fidit Rufino in historia S. Frumentii* 259 e, 266 f. *Duos Frumentios perperam excogitavit* 267 a. *Errat dicens S Cyriacum mœrore confectum obiisse* 350 e. *Confidenter usus est Martyrologio Galesinii* 2 d, 822 b
Barrera (Joannes), *canonicus et vicarius capitularis Vicencis* 28 d
† Barricius, *socius S. Patricii et magister S. Iæ* 294 a b e
Barsemya, *socius S. Aggæi* 462 b
Barshelama, *aurifex Edessenus, ad Christum conversus* 462 b; *ordinatur diaconus* 465 c, *et episcopus* 466 c
Bartholeschi (Franciscus), *advocatus consistorialis* 398 c
† Bartholomæus *apostolus crucifixus non fuit* 423 a; *an idem ac Nathanael* 424 a b; *in Mesopotamia et Æthiopia prædicavit* 257, 427 a, 439 c. *Translatio* 413 b; *reliquiæ Tolosæ* 448 c d
Bartholomæus, *monachus Cisterciensis SS. Crucum* 46 f, 47 a
Bartholomæus Venetus, *prior generalis Eremitarum S. Augustini* 724 c; *Ilicetum a jurisdictione provincialis eximit* 739 a
Bartimora (Franciscus), *archidiaconus Polanus* 341 a b c
Basilica Petri (Carolus a), *scriptor Vitæ S. Gaudentii* 579 a
Basilides *hæreticus* 492 b
† Basilius Magnus *schismaticos rebaptizandos censet* 499 b; *quid censuerit de S. Dionysio Alexandrino* 500 e f; *ejus epistola ad Damasum papam* 502 e; *ejus reliquiæ Polæ* 339 c e, 340 d, 341 a d; *ejus Regula in monasterio S. Gaudiosi numquam viguit* 584 e
Basilius *Sileuciensis situm Lycaoniæ describit* 473 e
Basilius, *hegumenus lauræ S. Sabæ* 674 d
Basilius, *filius Watche, scriptor Georgianus* 647 f
† Bassa, *callimartyr* 220 a; *in Græco kalendario laudata* 413 b, 782 b d
† Bassianus, *episcopus Laudensis* 581 d
Bassus *cum Æmiliano consul* 507 b
Bastida (Petrus), *ex ordine FF. Prædicatorum* 779 b
Batales, *vir christianus insularum Balearium* 60 d
† Bathuses, *Gothus, minister ecclesiæ catholicæ* 532 c
Ba-Tzalota-Michael, *monachus, ab Æthiopibus cultus* 389 d, 390 d
† Baumiri *abbatis corpus Silvanecti servatum* 908 c, 910 f
† Beanus. *Vide* † Mobeoc.
Beatrix, *mater S. Bernardi Vicensis* 38 c
Beatrix, *neptis S. Bernardi Vicensis* 38 e
Beaufort (Domus de) *videtur esse affinis S. Hemelinæ* 396 e
† Becanus, *eremita* 286 b
† Becanus *Cluainairdensis seu de Cluain-aird-Mobeghog* 274 b, 283 b, 286 b
† Becanus, *filius Culæ, de Imlech-fiaich* 286 b
† Becanus *de Kinnsaile* 286 b
† Becanus. *Vide* † Mobecocc.
† Beda, *presbyter et ecclesiæ doctor* 774 d e. *Sua dicta ipse retractat* 423 d. *Ejus translatio et cultus* 412 e f
† Begga, *filia B. Pippini Landensis* 846 a
Beghinorum *in Galliis repullulatio et pœnæ* 52 d, 53 f
Beita Israel *seu* Bed-Israel, *rex Æthiopiæ, filius S. Elesbaæ, juxta aliquot catalogos* 329 a b
Bel, *idolum Edessenorum* 463 b
Bele, *nomen orientale* 513 a
Belkis, *dicitur regina saba inter Arabes* 321
Bellantey (Franciscus), *episcopus Grossetanus, dicitur exsecutor literarum pro canonicis regularibus* 741 f
Bellarena (Angela di Mesa, marchionissa de) *uxor marchionis Jacobi Lanfreschi* 136 a c, 138 d
Bellarminus (Robertus) *cardinalis approbat lectiones Placentinas* 2 f; *quid senserit de dialogis, tormentis, mirabilibus in Actis martyrum* 525 a b
Bellavilla (Stephanus de), *qui et de Borbone, Ord. FF. Præd. scriptor* 52 e
Bellegarde (Octavius de), *archiepiscopus Senonensis* 875 f
Belloforti (Simon de) *fundat lampadem in ecclesia Bullencurtiana* 392 a e
Bellow (Joannes), *nobilis Anglus* 918 f
Belmonte (Joannes), *canonicus Placentinus* 11 e f
Benalius (Marcus Antonius), *historicus Bergomas* 820 d
Benedictus papa VIII *confirmat fundationem capituli Tigernensis in Galliis* 544 f, 545 b
† Benedicti *Regula an vigeret in Belgio initio sæculi* VIII 630 a. *Ejus festa* 271 d
† Benedictus Biscopus 896 c
Benedictus a Piratro, *Minorita* 417 f
Benedictus, *frater S. Justi* 251 c d e
Benedictus, *socius Ogerii* 620 e
† Benjaminus, *Hierosolymitanus episcopus* 423 b
Benjamin, *patriarcha Alexandriæ monophysita* 387 b c, 389
Benigna, *mater S. Terentii, episcopi Metensis* 809 b
Benignus, *episcopus Africanus* 583 d
† Beoani, *episcopi Hiberni complures* 413 f, 414 a b c d
† Berchanus *Cluain Sostensis, propheta in Hibernia* 291 c

† Berchmans

† Berchmans (Joannis) *beatificatio* 518 c
Berchorius (Petrus), *prior S. Eligii Parisiensis* 179 f
Berengarius, *rex* 804 d f
Berengarius, *comes Tarraconensis* 36 e
Berengarius de Villamulorum, *archiepiscopus Tarraconensis* 35 b, 40 e
Berengarius, *episcopus Barcinonensis* 60 f, 61 a f; *regis Aragoniæ cancellarius* 66 d e
Berengarius, *episcopus Gerundensis* 60 b
Berengarius, *episcopus Ilerdensis* 41 c
Berengarius Çaguardia, *episc. Vicensis* 23 d, 46 d
Berengarius, *episcopus Virodunensis* 721 f
Berengarius *sepelit S. Ferrutium, martyrem Moguntinum* 530 f, 531 a, 532 a, 542 c
Beretrudis, *Chlotarii II uxor* 353 a
Bergamo (Bartholomæus de), *ex Ord. FF. PP.* 105 c
Berillo, *benefactor ecclesiæ Viennensis* 838 c
Beritta, *auctor Tabulæ chorographicæ medii ævi* 566 e
Berlo (Anna), *conjux Jacobi de Oyenbrugge* 871 d
Berlo (Maria Ernestina), *conjux Engelberti de Oyenbrugge* 871 d
Bermundus, *abbas Montis-majoris, ob scelera depositus* 703 d
† Bernardinus Senensis, *cognatus B. Stephani Agazzarii* 737 f; *instaurat ordinem Minorum* 746 f
Bernardus, *episcopus Matisconensis* 697 a
† Bernardi Calvonii, *episcopi Vicensis in Hispania, Acta* 21 et seqq.
Bernardus de Muro, *episcopus Vicensis, jubet conscribi B. Bernardi Calvonii miracula* 22 a
Bernardus, *abbas S. Felicis de Guixols et electus episcopus Majoricensis* 61 d, 62 d
† Bernardus, *Claravallensis abbas, sepeliri vult cum reliquiis S. Thaddæi* 445 b c, 448 c. *Ejus festum actum pro S. Bernardo Vicensi, nondum solemniter inter sanctos relato* 23 a b, 96 e
Bernardus, *archidiaconus Barcinonensis* 35 c
Bernardus, *canonicus S. Juventii* 18 b
Bernardus, *monachus Placentini monasterii S. Savini* 10 a
Bernardus Ager, *abbas SS. Crucum* 37 a, 40 e
Bernardus de Alzita, *Cisterciensis monachus* 31 b
Bernardus de Biscarre, *monachus SS. Crucum* 39 b
Bernardus de Clusa, *monachus SS. Crucum* 39 b
Bernardus, *notarius S. Bernardi Vicensis* 47 d
Bernardus, *dictus Malpollone, comes Orgiæ et ex atavis Chisiorum* 729 d, 730 a
† Berthæ, *corpus Silvanecti* 908 e, 910 f
Bertha, *comitissa, ejusque maritus Gerardus valde munifici erga ecclesias* 698 d
Bertharius, *major domus, adversatur Pippino* 709 e
Bertharius, *decanus Virodunensis* 716 e
Berthefridus, *episcopus Ambianensis, dat privilegium monachis Corbejensibus* 600 d
† Bertilia, *Mareolensis, floret in diœcesi Cameracensi* 626 a
† Bertilia, *abbatissa Kalensis* 896 c
Bertoaldus, *rex Saxonum, contra Clotarium I rebellat* 612 a b
Bessarion, *catholicus, scriptor Georgianus* 647 f, 648 a b
Besson (Claudius), *episcopus Metensis* 806 e
Betz (Petrus), *scriptor de originibus Thenarum* 852 e
Bezannes (Reginaldus de), *abbas S. Remigii Senonensis* 875 b
Bigot (Robertus), *nobilis Anglus* 918 f
Bilius (Franciscus), *episcopus Eugubinus* 751 f
Binius *errat in definiendo anno Synodi Iconiensis* 472 a
Birch (Samuel), *Ægyptologus Anglus* 321
Bizet (Tristanus), *abbas Claravallensis, dat pecuniam pro capsa argentea S. Bernardi* 445 e
Blant (Edmundus Le), *archæologus Gallus* 546 b
† Blasius, *patronus vesicis seu pustulis laborantium* 852 d
Blastus *tentat Judaismum in ecclesiam introducere* 784 f, 785 a
† Blathus, *an idem qui S. Abbanus Killabbaniensis* 272 b d
Blavot (Simon), *conservat reliquias S. Faronis* 608 e
Blaxius de Cluxiano, *episcopus Berytensis* 821 a
Blidehildis, *uxor S. Faronis, consentit in ejus clericatum, et solitarie deinceps vivit* 594 c, 598 b c e f, 599 a b c, 612 e, 613 e f. *Virum suum graviter tentatum ad frugem revocat* 614 e f, 615 a b
Bœckhius, *inscriptionem Axumitanam Elasanæ accuratius edidit et illustravit* 261 e et seqq.
† Bolanus Rusticus Florentius, *martyr Hispanus, figmentum est* 186 a
Bollandianos, *falsis allatis documentis, confutare tentavit Alexander Macchiavellius in controversia de stirpe Guzmanica S. Dominici* 170 d. *Cfr Acta Bollandiana vindicata,* 983 et seqq.
Bona (Joannes), *cardinalis ex ordine Cisterciensi* 417 c
† Bonaventura, *ex ordine FF. Minorum et cardinalis Albanensis, versatus Ravelli* 149 e. *An auctor Responsorii S. Antonii Patavini* 124 e. *Eum pie colit B. Bonaventura Potentinus* 162 d
† Bonaventuræ Potentini, *ex Ord. FF. MM. Acta* 108 et seqq.
Bonaventura Melitensis, *ex ordine FF. Minorum* 181 a
† Bond. *Vide* † Baldus.
Bonfilius, *Senensis episcopus* 724 b
Bonfill (Guilielmus), *canonicus Vicensis, ædificat templum Vicense B. Mariæ Rotundæ* 95 e
Bonifacius papa III *quot annos sederit* 361 f
Bonifacius papa IV *quot annos occupaverit Romanam cathedram* 361 f
Bonifacius papa VIII *consentit fundationi conventus puellaris S. Catharinæ M. Ferrariensis* 407 f. *Ejus decreta de episcopis electis* 12 f
† Bonifacius *martyr designatus episcopus Coloniensis* 712 b
† Bonifacius, *Lausanensis episcopus, in parthenone Cameræ moritur* 856 d
Bonifacius, *episcopus de Tanafer* 59 d
† Bonifacii *confessoris reliquiæ a Thaddæo III, abbate Camaldulensium Pisaurienses, exaltantur* 572 e
Bonito (Catharina), *monialis S. Claræ Ravellana* 153 a

Bonito (Theresia) 168 a
† Bonitus, *episcopus Claromontanus* 256 d; *patronus templi S. Bon seu S. Bond Parisiis* 878 f, 879 a b
Bonnaire, *parochus de Nogent-l'Artaud et Pavant* 873 a
Bonnay (E. M.) *Societatis Jesu laudatur* 679 a
Bonomius (Joannes Franciscus), *episcopus Vercellensis, renovat templum cathedrale* 577 c. *Ejus laus* 578 b
Bonsignori (Hieronymus), *Eremita S. Augustini* 727 f
Bontemps (Augustinus), *monachus et poeta Lobiensis* 627 c d. *A febri sanatur invocatione S. Dodonis* 638 d e f, 639 a d
Bonuccius (Antonius), *S. J. scriptor historiæ S. Anastasiæ viduæ* 516 b
† Bonulus, *episcopus Metensis* 806 e
Bonus, *Senensis episcopus* 724 b
Bonusvicinus (Alexander), *qui et Moretto Bresciano, pictor* 823 a
Borbone (Stephanus de), *qui et de Bellavilla, Ord. FF. Præd. scriptor* 52 e
Borellus, *comes Barcinonensis* 49 c. *Vide* Burrellus.
Borellus, *marchesius, donat ecclesiæ Vicensi castellum de Tous* 71 a
Borgia (Cæsar), *archiepiscopus Valentinus* 62 e
Bosca (Petrus Paulus), *presbyter et martyrologus Mediolanensis* 557 f; *jubet ante mortem scripta sua igne aboleri* 178 a b
Boselli (Silvanus), *monachus Camaldulensis* 417 c
Borno, *episcopus Tullensis* 665 a
Borrus. *Vide* Gasparinus.
Boso, *pater B. Guidonis Autissiodorensis* 378 b
Bossius (Conradus), *abbas Aronæ* 555 c; *ejus constitutio* 555 d e
Bottanuco (Mordinus de), *anno* 1401 *vicarius capitularis Bergomensis* 821 a
Bottari (Josephus Maria), *episcopus Polanus* 341 d
Boulangié (Georgius), *scriptor de inventione sepulcrorum S. Eucharii, episcopi et martyris, sociorum* 230 b
Boullé, *parochus de Grou, in diœcesi Senonensi* 877 d
Boxius. *Vide* Bussero.
† Brabantius, *ex Camerario notus* 778 a
† Braccanus *de Ros-Tuirc* 288 e f, 289 a
Bracciforte (Ubertus), *civis Placentinus* 5 d
Braconnier (Franciscus), *S. J. missionarius in Turcia* 222 e
† Brandanus, *reversus a peregrinatione* 290 a b, 292 a. *Vide* † Brendanus.
Brasier (Joanna Maria), *sanata per S. Gebuini interventum* 705 d
† Breacæ, *virginis Hibernæ, cultæ in Cornubia, Acta* 293 et seqq.
† Brendanus, *Clonfertensis* 274 d, 289 c d
† Brevit. *Vide* † Vorcus.
† Brictius, *episcopus fictus ex S. Prisco martyre* 879 a
† Brigida, *virgo Hiberna. Prima ejus cella in Bregia* 294 f
Briolaya, *monialis Cisterciensis* 417 d
Brisius (Henricus), *Minorita, ab hæreticis interfectus* 418 c
Brithwina, *mater S. Elfledæ Rumesejensis* 921 b, 925 a
Brochetti (Joannes Baptista), *Minor Conventualis, confessarius B. Bonaventuræ Potentini, testis ejus innocentiæ* 141 f
Brocchi (Maria Josephus), *deceptus ab Alexandro Macchiavellio, advocato Bononiensi* 170 b c e
Brolio (Petrus de), *canonicus Vicensis* 69 d f, 75 f, 76 f, 77 b c
Brona (Otto de), *presbyter foraneus Placentiæ* 11 a
Bronnfinna, *cognomento Breac* 272 c
Brosset, *Georgianæ historiæ editor, sæpius laudatur* 642 et seqq.
Broyes (Domus de), *videtur esse affinis S. Hemelinæ* 396 e
Bruce (Eduardus), *dominus Galwediæ Scoticæ* 904 b
Bruce (Jacobus), *viator, de chronologia æthiopica quædam scribere tentavit* 260 b. *Judicium de ipso* 313, 319 e f, 385 f
Bruis (Petrus de). *Ejus impietas et facinora* 51 c d
Brulerius, *archidiaconus Tullensis* 226 a
Brunechildis *fueritne S. Desiderii Autissiodorensis consanguinea* 354 c, 361 e
† Bruno, *frater Ottonis I, præpositus Bonnensis, dein archiepiscopus Coloniensis,* 721 b; *accipit reliquias S. Simonis Apostoli easque callide celat* 429 b c, 432 b. *Fit dux Lotharingiæ* 721 d. *Celebrat conventum procerum Aquisgrani* 721 e f. *Ejus anno* 953 *gesta politica et alia* 721 d e f
Bruyas (Gabriella), *sanata S. Gebuini interventu* 705 b c
† Bucolus, *episcopus Smyrnensis* 184 d
Bucillius, *monachus Montis Serrati et primus Americæ patriarcha* 179 f
Buffa (Ignatius), *ex Ord. FF. PP.* 106 f
Buglio (Franciscus), *chirurgus Julianensis* 147 c d
Bullen (Gaufridus), *nobilis Senonensis* 874 e
Burckhart (Jacobus), *refutatur* 201 a b
† Buriana, *culta in Cornubia* 295 e
Burrellus, *comes præpositus a Ludovico Pio pluribus Cataloniæ castris* 48 e
Burul, *dux Saracenus, Omari seu Neophyti socius* 648 e, 650 f
Bussero (Gottefredus a) *scriptor sæculi* XIII 555 d
Buziis (Batholomæus de), *rector S. Valeriæ, decretorum doctor* 556 b

C

Cabanellas (Guilielmus de), *episcopus Gerundensis* 61 e
Cacia, *canonicus Placentinus* 11 f
Caderita (Petrus), *ex Ord. FF. Præd. inquirere jubetur in fidem episcopi Vicensis* 43 d e
† Cadroe, *abbas Valciodorensis* 277 f
Cæcilianus, *episcopus Carthaginensis* 498 c
† Caelan, *de Tigh-na-manach* 777 c
Cælestinus papa III *confirmat bona ecclesiæ Tarraconensis* 34 b; *item unionem capituli S. Joannis Placentini cum capitulo cathedrali* 14 c
† Cælestis, *episcopus Metensis* 667 d
† Cælius, *episcopus Vercellensis* 578 e, 581 e
† Cæsarius, *ignotus* 415 b
† Cæsarius, *ex Lerino Arelatem traductus, ibidem successit S. Eonio episcopo* 832 e f; *Arelatense monasterium administrat et severe examinat ordinandos* 833 c d, 840 c d

† Cæsarius

† Cæsarius, *Arelatensis, auctor Regulæ pro virginibus* 848 e; *patronus capite dolentium* 852 d
Coëtlogon, *præfectus partitionis Altæ-Vigennæ* 245 b
Cajetanus (Honoratus), *Fundorum comes, conditor conventus Minorum Maranulani* 125 a
† Cailtanus, *S. Columbæ discipulus* 777 d
Cainir, Cainner, Cainder, *nomen proprium femininum celticum* 905 e
Caisus, *Chindenorum et Maaddenorum phylarchus* 325 b d
† Caji, *martyris Eumeniæ, Acta* 184 et seqq. *Ejus memoria* 414 e
† Calam negus *seu* Caleb rex. *Vide* † Elesbaas.
Calczareins, Calzareins, Calzares, Canezareins (Petrus de), *monachus SS. Crucum* 46 f, 47 a b, 76 d
Caldirolus, *habitator Mercuragi* 556 b
† Caleb. *Vide* † Elesbaas.
† Calimarus, *episcopus Mediolani* 804 d
Calmetus *pseudo-capitula adscribit B. Angelramno* 661 f. *Tullenses res ecclesiasticas quomodo prosecutus* 225 f, 226 a
Calvet (Josephus), *municeps Vicensis* 28 e
Calvetus *dictus B. Bernardus Calvonius* 80 a
Calvinistæ *devastant ecclesiam S. Theodori* 835 e
Calvo (Guilielmus), *frater S. Bernardi Vicensis* 37 d e, 38 a c e, 39 a
Calvo (Domus de), *ex qua ortus S. Bernardus Vicensis* 33 f, 34 c. *Ejus cognomen utrum a manso seu prædio, an a viro* 33 e f
† Camerinus, *martyr Sardus* 816 d
Campi (Petrus Maria), *canonicus et historicus Placentinus* 2 e
† Candidus, *in legione Thebana senator militum* 536 a
Candidus, *discipulus B. Mariani monachus Benedictinus* 417 c
Canellas (Vitalis de), *Oscensis episcopus* 64 d
Canetti (Joannes Baptista), *Isclanus* 141 a
Canetulus (Galliottus), *juris doctor, B. Stephani fautor, canonicis regularibus concedit ecclesias sui patronatus* 752 b
† Canion, *episcopus Africanus* 583 d
Cannechus, *avus S. Abbani* 272 b
Cantini (Laurentius), *advocatus et promotor fidei in causa recognitionis cultus B. Joannæ Soderiniæ* 400 e, 402 e f
Cantu (Cæsar), *historiographus* 557 b
Canutus, *rex in Anglia, novos monachos inducit in Betricheswurdense monasterium* 898 b
Caoinech Abbadh, *mater S. Abbani Magharnuidhiensis* 272 b d
Cappezza (Candida), *mulier Ravellana* 158 d
Capgravii *Nova Legenda* 921 f
Capisucchius (Camillus *seu* Raimundus), *magister S. Palatii* 726 d
† Capitolinæ *et* Eroteidis *MM. Acta* 206 et seqq. *In earum Actis præclarum de S. Firmiliano testimonium* 470 c
Cappello (Scipio), *bibliothecarius domus Chisiæ* 729 f
Capoacia (Jacobus), *archipresbyter Placentinus* 11 e
Caponi (Petrus), *canonicus Placentinus* 6 a b, 11 a
Carafa (Marius), *archiepiscopus Neapolitanus, sacras reliquias intra urbem transfert* 585 e f
Carafinus (Lazarus) *transfert corpus S. Fidelis* 554 c d
Carchano (Petrus de) *canonicus Comi, Decretorum doctor* 556 a c
Cardinan. *Vide* Dinan.
Carentia de Vicecomitibus, *Placentina* 13 a
Cario (Ansaldus de), *canonicus Placentinus* 11 e
Carlier, *canonicus thesaurarius Senonensis* 877 a
† Carlomannus, *major domus et filius Caroli Martelli* 712 e f, 713 a b
Carlomannus *frater Caroli Magni* 622 b
Carlomannus, *filius Caroli Calvi, invitus ordinatur diaconus; augetur pluribus monasteriis; est perduellis in patrem et provincias devastat; in vincula conjicitur et ad Hadrianum II appellat; liberatur et denuo vastat Belgium, eique patrocinatur Hadrianus II* 696 e f; *orbatur oculis et moritur* 697 a
Carola (Cæsar), *medicus* 168 a
Carmangiarius (Joannes), *notarius Placentinus* 8 e
Carmiano (Albertus), *presbyter Placentinus* 11 a
Carnevarius de Fontana, *consul Placentinus* 7 d e
† Carolus Borromæus *recognoscit reliquias SS. Fidelis et Carpophori; quas Arona Mediolanum transfert* 556 et seqq. *Braidensem instituit academiam, translato ad eam collegio* 561 b
Carolus Magnus *fuit Francus sive Saxo* 846 a. *B. Angelramnum cancellarium et summum capellanum creat* 654 b c. *De servis leges fert paternas* 360 e f. *Bellum gerit adversus Desiderium, regem Longobardorum* 622 c d. *Quater ivit Romam* 667 a; *quo in itinere eum comitatur B. Aaron* 373 f. *Reliquias SS. Simonis et Judæ donat ecclesiæ Tolosanæ* 448 b. *Antiqua ecclesiæ Metensis privilegia renovat* 657 b c d e. *Dicitur fundasse Blidenstadiense monasterium* 537 c
Carolus VI *imperator* 566 c
Carolus Calvus *ecclesiæ Lugdunensi villas plures restituit* 685 b c d e
Carolus Crassus *beneficus in Stabulenses* 718 a
Carolus, *rex Lotharingiæ, filius Lotharii imperatoris, sedem habuit Lugduni* 689 d
Carolus, *rex Provinciæ, restituit ecclesiæ Lugdunensi aliquot villas* 682 d
Carolus Martellus, *rex dictus* 714 a. *Spoliaveritne ecclesiam suis bonis* 680 e
† Carpophorus, *martyr* 551 d, 564 a et seqq. *Ejus reliquiæ* 555 et seqq.
Carreto (Jacobus de), *marchesius* 102 f
Carvalius (Jacobus) *ex S. J., a Mahumetanis occisus* 780 a
Carzona (Guilielmus de), *monachus SS. Crucum* 46 f, 47 a
Casatus (Petrus), *notarius Comi* 554 b
Casella (Bonaventura), *Minor Conventualis* 144 b c
Casellis (Bernardus de), *vir nobilis diœcesis Vicensis* 58 a
Casellis (Cardona de), *mulier nobilis diœcesis Vicensis* 58 a
Cassemiche (Fredericus), *presbyter decanus S. Mauritii Senonensis* 877 a c
Cassius, *Tyri episcopus, in quæstione paschali partem habet* 788 a, 790 b
† Cassius, *martyr ex Thebæa legione* 548 b, 552 a b, 564 a

Castellani, *canonici et martyrologi Parisiensis, laus* 907 c d
Castelbisbal (Berengarius de), *Gerundensis episcopus* 66 e
Castellinus (Lucas), *scriptor de canonisatione sanctorum* 31 c d
Castellione (Dalmacius de), *miles Vicensis* 69 f
Castellus de Castello, *notarius et chronographus Bergomensis* 817 e
Castezii (Gerardus), *archipresbyter Placentinus* 11 e
Castiglioni, (*qui et Pius papa VIII*), *negat B. Angelramnum aut Hadrianum I pseudocapitulorum esse auctorem* 662 a
† Castrensis, *confessor in Africa* 583 c; *Suessæ obit* 584 c
Castroculino (Petrus de), *archidiaconus Vicensis* 85 d
Castroveteri (Guilielma domina de), *debitrix S. Bernardi Vicensis* 39 a
Castus, *diaconus S. Ambrosii* 581 d
Cathaldus Maguire, *canonicus Armacanus et decanus Clogherensis, martyrologus Hibernus* 881 a, 886 b
Cath bharr, *insignis sæculo* XVII *Hibernus* 886 a
† Catharina Senensis *literarum commercium habet cum eremitis Ilicetanis* 738 d
Catharina, *Mediolanensis ducissa, ex tertio ordine S. Francisci* 779 f
Catharina, *monialis Silvanectensis* 180 b
Catharina Valentis ab Amatrice, *monialis ordinis Minorum* 180 e
Catharina a S. Michaele, *monialis Dominicana* 779 b
Catia (Philippus), *notarius Aronæ* 556 c
Catullus *poeta, Comi natus* 566 b
Cavades, *rex Persarum, bella gerit cum Justiniano* 323 c. *Legatio Justiniani ad Æthiopes adversus eum* 323 et seqq.
Cavanna (Carolus Dominicus), *ex Ord. FF. PP., prior Finariensis* 106 c
Caulier (Guilielmus), *abbas Broniensis et Lobiensis. Ejus lapis sepulcralis habitus pro titulo S. Dodonis* 633 e
Causon (Claudius) *architectus emit monasterium Claravallense* 446 a
Çayen. *Vide* Aben Zayen.
Caylus (Carolus) *S. Desiderium Autissiodorensem officio ecclesiastico cohonestat* 352 b
Ceallach Cuallann *de genere regum Laginensium* 285 b
† Cechardus, *episcopus Lunensis, nomen habet Longobardicum* 799 b c d; *quo tempore sederit* 802 a d; 803 d
† Ceddus, *episcopus Lindisfarnensis* 902 d
Cedrenus, *de Æthiopibus post Theophanem agens, errat* 303 b
Cedwalla, *rex Saxonum Occidentalium, factus monachus* 898 d
† Celbus. *Vide* † Ceoluulfus.
Celsus, *episcopus Iconiensis* 474 c
† Celsus, *episcopus Armacanus* 881 d
Cendatarius (Otho), *legatus Mediolanensis et Placentinus* 64 e
† Ceoluulfus, *rex Northumbrorum* 412 e f, 771 b, 898 d
Cennamus (Bonaventura) *ex Ord. Minorum Conventualium* 124 a b; *minister provinciæ Conventualium Neapolitanæ* 148 f
Ceno (Albertus de), *canonicus Placentinus* 11 d e
Cenredus, *rex Merciæ in Anglia, monachus factus* 898 d
Cerchiaro (Franciscus de), *guardianus conventus Nucerini* 117 c
Cerdon, *hæreticus, magister Marcionis* 492 a
Cerreto (Thomas a), *ex ordine Minorum Conventualium* 132 b; *præsens prædicitur a B. Bonaventura intra biennium moriturus* 138 e f
Cervilione (G. de) 66 d
Cervellione *seu* Cervilione (Hugo de), *archiepiscopus Tarraconensis* 33 f, 34 c, 66 d; *auctoritatem captat in monasterium SS. Crucum* 40 c d
Cervera (Guilielmus de), *dominus de Verdù, fit monachus Populetensis* 57 a
Cesare (Sebastianus di) *ex Ord. FF. MM. Conventualium* 117 d
Chagnericus. *Vide* Agnericus.
† Chagnoaldus, *episcopus Laudunensis* 611 b
† Chariton *incohat Typicum S. Sabæ* 672 f
Charmentre (Domus de) *videtur esse affinis S. Hemelinæ* 396 e
Chateauvillain (Domus de) *videtur esse affinis S. Hemelinæ* 396 e
Chaumont *canonicus S. Justi Lugdunensis proposito Stephani Verney favet* 679 a
† Cheanannus *seu* Cheanandan, *in Hibernia* 291 b
Cheduca, *discipulus S. Abbani* 288 d, 291 b
† Chenndubhain. *Vide* † Cheanannus.
Chiari (Lucas), *hagiographus Florentinus* 404 c
Chiaromonte (Andreas), *Isclanus* 138 b, 142 a. *A carcere et noxa solvitur* 139 d
Chicus *idem ac* Franciscus. *Vide* Simonetta.
Chigius. *Vide* Chisius.
Childericus *rex, pronepos Clotarii I* 615 f
Childericus II, *rex Austrasiæ* 709 a. *Ejus diploma Stabulense confirmatum* 721 b
Childericus III, *rex habitus ab anno* 742 *ad* 752, 712 d e. *Ejus annorum initia* 713 b
† Chillenus, *qui et* Kilianus 420 b, 612 a; *ad Atrebates mittitur* 613 a b
Chilpericus, *rex Francorum, occisus* 595 c d
Chisiæ *domus origo* 728 f, 729, 730. *De ejus parentela cfr Annuaire de la bibl. royale de Belgique, troisième année, pag.* 127.
Chisii *nomen utrum viri, an castri* 725 f, 728 e f, 729 b, 734 e
Chisius, *an pater B. Joannis Chisii* 728 f, 729 b d, 730 a c
Chisius (Fabius), *postmodum Alexander papa VII, promotor famæ sanctitatis B. Joannis Chisii* 725 b c et seqq.
Chisius (Flavius), *cardinalis, præfectus S.R.C.* 111 b
† Chisius (Joannes) *ex ordine Eremitarum S. Augustini* 737 c
Chisii *Gratianopolitani* 730 f
Choremons, *diaconus Alexandriæ* 501 d
Chosroes. *Vide* Cosroë.
† Christeta, *martyr Abulensis* 414 e
Christiani *nullas instruxerunt insidias Diocletiano* 201 c d; *in scholis eorum religio derisui erat* 201 d; *numquam interrogati de rebus politicis* 202 f; *non statim nativam exuerunt indolem* 206 b
† Christianus, *episcopus Autissiodorensis* 381 b
Christianus Druthmarus. *Vide* Druthmarus.
Christina (Catharina), *mulier Ravellana* 152 b

Christophori (Joannes), *socius B. Stephani* 740 b; *redit ad Eremitas* 743 a
Christophorus, *archiepiscopus Cypri, donat Philippo IV, regi Hispaniæ, caput S. Simonis apostoli* 447 f, 448 a b
Christophorus, *notarius Placentinus* 8 e
Christos-Bezana, *monachus in Æthiopia* 386 et seqq.
Chrocus. *Vide* Crocus.
† Chrodogangus, *episcopus Metensis* 667 d
† Chrysanthus *et* Daria *martyres* 176 b c
† Chrysogonus, *magister S. Anastasiæ viduæ* 515 f; *in canone missæ signatus* 518 e
Ciliani *episcopatus Autissiodori præter modum forsan protractus* 370 f
Cillenus Longus, *abbas Hiensis* 624 e
Ciogni *familia nobilis Senensis* 737 c
Cioni (Joannes), *pater B. Stephani Agazzari* 737 c d
Cioni (Dominicus), *socius B. Stephani* 740 b, 748 c
Cipolla (Joanna), *mulier Neapolitana* 163 b
† Cisellus, *martyr Sardus* 816 d
Cissa, *rex Saxonum Orientalium* 275 b d e
† Clara *patrona serenitatis aeris* 852 d
† Clarus, *martyr Lectorensis, patronus oculis caligantium* 852 d
† Clarus, *martyr Vulcassinus, patronus oculis caligantium* 852 d
† Clarus, *episcopus Nannetensis, patronus serenitatis aeris* 852 e
Clarus, *episcopus Ptolemaidis in quæstione paschali partem habet* 788 a, 790 b
† Claudius, *martyr Ægis in Cilicia* 775 b
Claudius II, *dictus Gothicus, imperator, peste extinctus apud Sirmium* 502 f et seq. *Præclaræ ejus dotes, perperam contradicente Baronio* 503 b
Claudius, *rex Æthiopiæ* 305, 388 b
Claverius (Bonaventura), *episcopus Potentinus* 116 e, 117 f
Clemens papa III *vult ut pueri adulti suam paternam oblationem ratam habeant* 403 b
Clemens papa VIII *dat canonicis regularibus monasterium S. Sophiæ* 655 d
Clemens papa IX *Cisterciensibus congregationis S. Bernardi facultatem facit recitandi officia plurium sanctorum sui ordinis* 33 a
Clemens papa XIV, *ex ordine MM. Conventualium, confirmat virtutes heroicas B. Bonaventuræ* 111 b; *permittit translationem monasterii S. Theodori* 839 f
† Clemens, *episcopus Metensis* 667 e
Clement (Joannes Baptista), *beneficiarius S. Ermelindis* 865 c
Clement (Nicolaus), *defensor jurium sedis Tullensis* 225 f
† Cleophas *ex* LXXII *non fuit Hierosolymorum episcopus* 423 a b
† Clodius, *martyr* 182 c
† Clodulphus, *episcopus Metensis* 660 e, 667 d
Clotarius, *rex Francorum* 597 d
† Clothildis *regina, fundatrix parthenonum Kalensis et Andelegiensis* 601 c; *sepelitur in basilica SS. Apostolorum juxta Parisios* 604 b
Clotis (Raymundus de), *vicarius in temporalibus S. Bernardi Vicensis* 47 d e, 48 b
Codina (Lucianus), *canonicus Vicensis* 29 b
Coeddi, *episcopus Hiensis* 624 e
Coelen. *Vide* Lysius.
† Coemgenus, *abbas Hibernus* 272 c d, 276 c, 278 a
† Coincheann. *Vide* † Conchind.
Cointius *minus recte episcoporum Autissiodorensium seriem intervertit* 370 d e f
Colganus, *eximius archæologus Hibernus, aliquando mirabiliter credulus* 270 f
Calagranus (Hieronymus), *abbas Aronæ sæcularis* 555 e, 558 e
Colldelram (Franciscus), *canonicus Vicensis* 26 d, 29 b c
Collenot (Ludovicus), *scriptor de inventione sepulcrorum S. Eucharii, episcopi et martyris, sociorum* 230 d e
Colmanus Caomh, *cognomento Aidhne, rex Connaciæ* 885 a, 886 c
† Colmanus *de Doire-mor* 883 e
Colmanus, *filius Donncothaig, episcopus Kill-macduacensis* 890 a
† Colmanus *Lindisfarnensis* 883 e
† Colmanus mac Duach *de stirpe Eochaidh Breac* 882 b
† Colmanus, *qui et Macduach* 182 c d; *episcopus de Kill-mac-Duach; ejus Acta illustrata* 880 et seqq.
† Colmanus de Rosglanda, *filius Eochadii* 883 a b c d
† Colmanus de Senboth, *filius Eochadii* 182 d, 883 a; *distinctus a S. Colmano mac Duach* 881, 882. *Ejus Acta* 382 et seq.
† Colmanus, *in regione Carbre Gabhra, idem qui S. Columbanus notus ex Vita S. Columbæ et S. Colmanus de Rosglanda* 883 c d
Colmanus, *pater Guarii regis* 886 c
† Coluim. *Vide* † Columbanus.
† Columba, *abbas Hiensis* 273 c; *sobrinus S. Odrani Hiensis* 343 c. *Ejus præcipua gesta* 623 f. *Ejus Vita descripta a S. Dorbheneo* 625 b d. *An belli auctor hominumque cædis causa* 289 e f, 930. *Solatur S. Colmanum mac Duach* 884 e
† Columba Crossaire de Ross *seu* Columba Midhisil 883 b
† Columbæ, *virginis Senonensis, reliquiæ Parisiis* 878 e f
† Columbanus *abbas erudit fratrem S. Faronis, Chagnoaldum* 689 e f. *Plura in Galliis fundat monasteria* 601 e. *Ejus instituta an admissa Lobiis* 630 a
† Columbanus *seu Colmanus notus ex Vita S. Columbæ* 883 c d. *Vide* Colmanus.
Columbario (Berengarius de), *canonicus Vicensis* 85 c
Columna (Catharina), *neptis Martini papæ V, uxor Guidonis Urbinatis* 748 a
Columna (Prosper), *S. Caroli Borromæi vicarius foraneus* 559 a
Coma, *Tuscorum dux, a quo Comenses nomen habere asseritur* 566 a
Comalada (Josephus), *presbyter Vicensis* 26 e
Combefisius, *ex Ord. FF. Præd. misit S. Gendulfi Vitam* 792 a
Combes *et Tamisier, viatores Galli* 313, 320
Comchovarius, *rex Hiberniæ* 272 b
Comes (Petrus), *canonicus Placentinus* 10 a
† Comgellus *fundator monasterii Benchorensis* 601 d
Comitibus (J. de), *cardinalis* 113 a
Comnenus *Vide* Alexius.
Comor (Ayres), *mater monasterii Dominicani Cæsaraugustani S. Agnetis* 417 f
Conalus *filius Comgilli, rex Albaniorum Scotorum* 623 f
Conall Gulban, *filius Nialli* 179 b c; *progenitor S. Columbæ* 627 b

Conallus *ex regione Hua-Kenselach* 290 b c d
Conamhail, *abbas Hiensis* 624 d, 625 a
Conan, *forte Conaing Ua Daint, abbas de Imlech Jubhair, qui in Chronico Scotorum anno* 657 *quievisse legitur* 416 b
† Conchenna *de Cill-achaid* 273 f, 285 a
† Conchind. *Vide* † Conchenna.
† Concordia, *nutrix S. Hippolyti martyris* 468 b c d
Condamina Pelagre (Guilielmus), *civis Vicensis* 25 e, 27 b
Condulmerius (Gabriel), *episcopus Senensis, postmodum Eugenius papa IV, exsecutor bullæ Gregorii XII pro canonicis regularibus* 741 c d
Confalone, *nobilis familia Ravellana* 156 f
Confalone (Angela Maria), *monialis* 168 a
Confalone (Josephus), *nobilis civis Ravellanus* 152 c
Coninck (Ludovici) *hæredes ædificant Lovanioli sacellum S. Ermelindis* 852 b
Conradus, *dux Franconiæ, non videtur fuisse abbas Stabulensis* 719 a b. *Metas diripit* 722 a. *Spoliatur ducatu Lotharingiæ* 719 a, 723 a
Conradus *comes ad S. Germani Autissiodorensis sepulcrum sanatur* 355 b; *monasterio Meleretensi libertatem suam restituit* 355 e
Conradus, *abbas Eberbacensis* 778 f
Consolinus, *episcopus Metensis* 807 f
Constans, *Constantini tyranni filius, contra professionem militat* 903 a d
Constantis, *Constantini M. filii, numus inventus in sepulcris sociorum S. Eucharii martyris* 229 b, 230 b c
Constantia, *pia monialis Dominicana Ferrariensis* 408 a
Constantina, *Mauritii imperatoris uxor, a S. Cyriaco defenditur* 350 c
Constantinus Magnus *Abingdoniæ in Anglia fuisse traditur* 274 f, 275 a
Constantinus Porphyrogenitus *imperator* 518 a; *episcoporum Constantinopolitanorum jurisdictionem ad totum orbem decretis extendit* 347 f
Constantinus, *episcopus Mediolanensis, ad quem scripsit S. Gregorius M.* 565 a
Constantii Chlori *Imp. mite in Galliis regimen* 536 f
Constantius *imperator in exsilium mittit S. Eusebium Vercellensem et socios* 579 c *S. Frumentio hostis infensus* 261; *ad reges Æthiopiæ scribit ad Arianam hæresim propagandam* 265 et seq.
Constantius *creatur imperator ab Honorio imperatore* 811 f
Constantius, *episcopus Mediolanensis* 799 c
Contarenus (Franc. Anton.) *Minorita Conventualis* 799 et seqq.
Contubernia (Laurentius de Cenis de), *presbyter* 556 b
† Copaie, *culta in Lancoet, in Britannia Minori* 910 d
Coppens (J. A.), *scriptor historiæ diœceseos Silvæducensis* 853 e
Coppola (Dominicus), *Ravellanus* 167 f
Coral (Petrus), *historiographus S. Martini Lemovicensis* 243 c
Corbmaïc *seu* Cormaidhe, *immo* Hua Cormaic, *pater S. Abbani* 270 f, 271 a, 272 a b e f, 276 d, 282 e
Cordius *seu Gordius, episcopus Hierosolymitanus* 783 e, 788 c
Cormacus, *rex Ui-Ceinnsealaigh* 288 a
† Cornelius, *papa et martyr* 475 f
† Cornelius, *patronus animalium cornutorum* 852 d
Cornelius (P), *majordomus Aragoniæ* 66 d
Corrarius (Antonius), *nepos Gregorii XII, episcopus Bononiensis, cardinalis, exsecutor bullæ pro canonicis regularibus* 741 c d
Corrigia (Matthæus de), *potestas Papiensis* 16 d e
Corsinius (Americus), *episcopus, dein archiepiscopus Florentinus* 750 f, 751 a
Corthout (Hermanus), *parochus Meldradiensis* 851 f
Corzana (Guilielmus de), *monachus SS. Crucum* 77 b
Cosmas Indicopleustes 262, 296, 304, 315, 318 et seq., 324, 325
Cosmus Matthæi Favilla, *Florentinus, scriptor ordinis Servorum B.M.V.* 399 b, 405 e
Cosroë Parviz, *rex Persarum* 321
Cossadoca (Hugo), *magister ecclesiæ cathedralis Placentinæ et episcopus* 10 b e, 11 d e
† Cotti *cultum promovet S. Desiderius Autissiodorensis* 352 a; *ejus sepulcri inscriptio* 352 b
Cotelerii *quartus tomus Analectorum quid sit* 673 b
Cowlingi, *nobiles Cornubienses* 296 a b
Creixello (Artaldus de), *creditor S. Bernardi Vicensis* 38 d
Cresconius *a S. Augustino refutatus* 498 e
† Crispinus *et* Crispinianus *martyres* 176 c; *eorumdem translatio, præsente S. Farone celebrata* 599 f
† Crispinii I *et* II, *episcopi Papienses* 1 c, 20 e
Crocis *seu* Crosis (Gerardus de), *legatarius S. Bernardi Vicensis* 38 d f
Crocus, *ab aliis dictus rex Alemanorum, ab aliis Wandalorum* 187 f, 188 a
Crodmarus, *abbas Stabulensis* 711 f
† Crewennæ, Crevennæ *seu* Crowennæ, *virginis Hibernæ, cultæ olim in Cornubia, Acta* 293 et seqq.
Cruimhter, *presbyter, cognomen S. Fraechi* 285 c
† Cuan de Inis-liacc 777 c
Cugnoni (Josephus), *bibliothecarius domus Chisiæ* 729 f
† Cuimne, *soror S. Columbæ* 273 c
Cuiminus *de Condeire seu Connor, poeta Hibernus* 415 e f
† Cuminus, *nomen fictum ex Eumenia civitate* 177 d
Cuneo (Gabrius de), *chirurgus* 559 c
† Cunera, *V. et M. Rhenensis* 413 a; *substituta S. Kenneræ V.* 904 f, 905 a
† Cunibertus, *eremita in pago Tungrensi* 847 d
Cuno *pro Conrado* 719 a, 722 a
Curcio (Prudentia), *peccatrix publica Isclana, a B. Bonaventura Potentino conversa* 132 d, 136 d
Cuspineda (Petrus de), *lanificus Vicensis, pius in S. Bernardum Vicensem* 26 d
Cusson (Leonardus), *consul communitatis Couseiz* 245 f
Cutemen mac Ailghile, *propheta in Hibernia* 882 d
† Cuthberti *reliquiæ* 412 f

Cutillus (Carolus), *abbas generalis Montis Virginis et episcopus Minorensis* 151 d
Cuvillier (A), *presbyter Atrebatensis* 420 b
† Cyprianus, *episcopus Carthaginensis, hæreticorum baptisma impugnat* 477 f et seqq.; *tria celebrat concilia; post secundum scribit ad S. Stephanum papam; hujus responso exacerbatus, tertium habet concilium, et legatos Romam mittit, quos recusat S. Stephanus* 477, 478, 480 a b; *Rogatianum cum literis mittit ad S. Firmilianum* 480 c. *Num latine verterit hujus epistolam* 491 et seqq. *Num abstentus fuerit a S. Stephano* 494 et seq. *Unitatis et pacis amans* 494 f; *an sententiam retractaverit* 498 et seq. *Scribit de habitu virginum* 519 b c. *Multorum episcoporum synodos congregavit* 425 f. *Ejus doctrina de militia christianorum* 534 a. *Liber de Pœnitentia, ei adscriptus, apocryphus* 455 c
† Cyriacus *Hierosolymitanus, acceptus pro S. Cyriaco Constantinopolitano* 350 f
† Cyrici *et Julittæ Acta apocrypha* 455 c
† Cyrilla, *filia S. Tryphoniæ et (ut dicitur) Decii, martyr* 182 b. *Ejus Acta* 468 et seqq.
Cyrillus Scythopolitanus *bene de S. Joanne Chuzibita in Vita S. Sabæ scripsit* 588 b
† Cyrillus *cum Methodio communicat Slavis elementa literarum* 440 f
† Cyrillus puer *martyr Cæsareæ Cappadocum. Ejus acta* 509 f
Cyrillus, *Romanus dux, Sardiniam et Corsicam eripit Vandalis* 59 e
† Cyrus, *episcopus Carthaginensis* 426 b

D

D'abbadie (Antonius) *laudatur* 301 d. *Improbatur ejus sententia de Judæorum adventu in Æthiopiam* 303 et seq. *Emendatur* 388 a
† Dabbanus, *Hibernus* 272 c. *An idem qui S. Abbanus. Vide* † Abbanus.
† Dachonna, *qui et Machonna* 273 d
Dacianus, *christianorum persecutor* 194 e; *Eboræ Lusitanæ moratur* 195 a; *Gallias et Hispanias sæviendo contra christianos percurrit* 204 c, 205 d e
Dacius, *episcopus Mediolanensis* 801 c
† Dado, *episcopus Rothomagensis* 596 f. *Vide* † Audoenus
Dagoberti *regis diploma de Liberduno* 231 a
Dagoberti I *aut* II *corruptum diploma* 629 a b
Dagoberti II *celeberrimum Stabulense diploma* 707 f
Daguibertus, *canonicus Senonensis* 874 c
Daire Barrach, *ex regio Hiberniæ genere* 286 d
Daire Sirchreactach, *Hibernus* 272 a
† Dalbhach, *de Cuil Collainge, qui et Dalmacius, episcopus in Hibernia* 415 e f
† Dalmacius. *Vide* † Dalbhach.
Dalmatius, *archidiaconus Vicensis* 57 d
Dal-macchorb, Dal-maschorb, Dal-mescorb *seu* Dal-mesincorb, *gens Hibernica* 272 a, 276 d
† Damanus *de Theagh-Damain* 272 c
† Damianus (Petrus) *Mediolani pro concione dixit de S. Fideli Comensi* 549 f et seq., 561 a b. *Ejus de eo hymnus* 550
† Damianus, *episcopus Papiensis* 1 c, 2 b
† Damiani Finariensis, *qui et Furcherius, ex ordine FF. Prædicatorum, Acta illustrata* 102 et seqq.
Damianus *pro Dhu-Nowaso scribit Theophanes. Vide* Dhu Nowasus.
Danduli (Andreæ) *Chronici locus de reliquiis S. Donati explicatur* 773 c
Daniel, *archiepiscopus Narbonensis* 48 e
† Daphrosa, *martyr Romana* 530 c
Dapiferorum *domus* 49 c
Darmarius (Andreas) *ex Peloponeso affert libellum synodicum* 476 e
David, *princeps Georgiæ* 643 e
Decaye, *parochus Silvanectensis* 911 d
† Decentius *aliquando dictus Vincentius* 570 b c; *fueritne Britto* 570 d
Decii *imperatoris filia dicta S. Cyrilla* 468 b, 469
† Declanus, *Heliorum apostolus* 286 a
Dedemaker (Joanna), *Beghina Alostana* 181 c d
Deliani (Octavius), *pictor Amalphitanus* 150 d, 152 e
Delisle (Junior), *defensor jurium sedis Tullensis* 225 f
† Dellyn, *cultus in Cornubia* 295 e
Deloche (Maximinus). *Ejus inquisitiones in nomina civitatis Lemovicum* 235 e
Demetrianus, *patriarcha Antiochenus, num indixerit synodum adversus Novatianos* 476 c d, 477 b c
† Demetrius, *patriarcha Alexandrinus, quot annos sederit* 471 b. *Origenem Alexandria discedere cogit; reprehensus a S. Hieronymo* 474 d e
† Demetrius, *megalomartyr* 220 a b; *ejus reliquiæ Polæ* 339 c e, 340 d, 341 a d
Demetrius Rostoviensis *a Russis colitur* 419 a b
Demetrius Bessarabus, *occisus a Turcis* 181 f
Denham. *Vide* Dinan.
Denis (F. A.), *presbyter Meldensis, nobiscum communicat complures notitias de S. Farone* 609 c
Dermitius mac-Morogh, *Lageniæ rex* 383 a
Descars (Carolus), *episcopus Lingonensis, mutat Breviarium diœcesanum* 188 c
† Desiderius *Autissiodorensis petiveritne a S. Gregorio Magno pallium* 353 e. *S. Cotti cultum promovet* 354 e. *Ejus reliquiæ aliquando servatæ sub S. Boni nomine* 357 a
† Desiderii, *episcopi Cadurcensis, gesta sintne cum S. Desiderii Autissiodorensis gestis confusa* 352 f. *Ædificat monasterium* 353 a
† Desiderius, *episcopus Lingonensis* 188 b
† Desiderius *Viennensis, pro Autissiodorensi acceptus* 353 e
Desiderius, *rex Longobardorum* 622 c d
Deslyons (Joannes), *decanus et archæologus Silvanectensis* 912 b
Deuteria, *mater S. Agili* 597 a
Dezpi *seu* Dozpi (Petrus), *notarius S. Bernardi Vicensis* 47 c
Dhu-Nowasus *mercatoribus Christianis tributa imponit* 297 b et seq. *Profligatur a rege S. Elesbaa; rebellat iterumque vincitur, ac tandem occiditur* 297 et seqq., 315 et seqq.
Diana, *culta Eumeniæ in Phrygia* 183 b
Diana Davanzati, *mantellata ordinis Servorum B. M. V.* 403 c
† Dichlethe O'Triallaigh, *vulgo S. Triallach* 882 b f; *frater S. Colmani Senbothensis* 383 e
Didacus, *episcopus Oxomensis, legatus et inquisitor* 54 f
Didacus de Moncado, *Minorita* 418 b
Digot (Augustus), *scriptor Tullensis* 226 b

Dillmann *catalogos regum Æthiopiæ accurate contulit et edidit* 260 b, 313 d. *Ejus error in interpretando vocabulo* Kasu *inscriptionis Tazenæ* 263 e et seqq. *Ejus studia in inscriptiones Tazenæ* 314 et seqq. *Ejus errores in Vita S. Teclæ Haimanot* 385 et seqq.
† Dillower. *Vide* † Dellyn.
Διμηαν *rex, in nummo pretiosissimo obvius, est rex Æthiopum Demahe, non autem rex Homeritarum* 297 a
Dimian. *Vide* Dhu Nowas.
Dimion. *Vide* Dhu Nowas.
Dimnus *pro* Dimion *aut* Dunaan. *Vide* Dhu Nowas.
Diocletianus *quatuor dedit edicta contra christianos* 196 a
† Diodorus *et* Rodopianus, *martyres in Caria* 576 d
† Diodori, *martyris Eumeniæ, Acta* 183 et seqq.
† Diomedes, *martyr Leucopoli in Caria. Ejus Acta* 575 et seq.
Dion, *proconsul in Africa* 534 f, 543 a
† Dionysius *papa* 469 c; *scripsit ad S. Firmilianum* 470 b, 477 b, 479 f, 502 f, 503 e f; *quo anno defunctus sit* 506 f et seq.; *quot annos sederit* 508 f
† Dionysius, *episcopus Alexandrinus, scribit ad S. Dionysium papam* 470 b, 477 b c; *item ad Philemonem presbyterum ecclesiæ Romanæ* 472, 473 a; *item ad Cornelium papam contra Novatianum* 475 f et seq. *Ejus literæ in hac causa* 476 b c d e, 477 a b c; *item senæ alteræ literæ de baptismo, quarum fragmenta, quæ exstant, recitantur* 479 b c et seq., 500 b c d e f. *An et quatenus consenserit S. Firmiliano in quæstione de baptismo* 499 e et seq. *Multa passus sub Valeriano* 501 d e f et seq. *Ejus obitus* 506 b c d
† Dionysius, *Mediolanensis episcopus* 579 c, 581 a
† Dionysius, *episcopus Parisiensis* 188 d; *a quibusdam habetur primus episcopus Meldensis* 610 a, 611 b c, 613 b
† Dionysius, *puer cœmeterialis, Dungi in agro Comensi* 418 d
Dionysius, *ex ordine FF. Minorum, a Cumanis occisus* 181 a
Dionysius (Antonius) *ex S. J., a Mahumetanis multa passus* 780 a
Dionysius *Telmahrensis citatur* 828 a, 829 d et seqq.
Dionysius Senior, *tyrannus* 566 b
Dito-Lugdingus, *auctor monasterii Sehamensis* 896 a
† Divitiani, *episcopi Suessionensis* 413 d
† Diuncentius, *idem ac S. Decentius* 570 b
Dius, *episcopus Hierosolymitanus* 783 e, 788 e
Doccomensis (Joannes), *scriptor* 179 e
† Dochonna. *Vide* † Mocufirceta.
Dodilo, *episcopus Cameracensis* 631 a, 636 d, 637 e
† Dodo, *abbas Waslerensis* 776 c; *patronus dorso laborantium* 852 c. *Ejus Acta illustrata* 625 et seqq.
† Dodon *seu* Donatus, *monachus et martyr, occisus a Vandalis seu potius ab Hunnis* 231 a b
D'Ohsson *deseritur* 649 a; *laudatur* 649 c d, 651 f
Domenecus, *hagiographus Catalaunicus* 24 f, 25 a
Dominico (Felix de), *canonicus Neapolitanus, testis inventionis sanguinis S. Stephani* 584 b
† Dominicus *incendium exstinguere cernitur in conventu S. Catharinæ M. Ferrariensi* 409 a b. *Ejus capitis sacrarium Bononiæ* 105 e. *Legatus pontificius et inquisitor hæreticorum* 54
† Dominicus Silensis *traditur adfuisse translationi SS. Vincentii et sororum* 197 f
Dominicus a Muro, *V. D. S. ex ordine Minorum Conventualium* 114 b. *Sanctimoniæ magister* 118 d e f, 119, 147 f, 163 e. *Miracula facit* 120 a b. *Retinet B. Bonaventuram Potentinum* 123 c. *Ejus paupertatis studium* 165 a. *Prædicit B. Bonaventuram Potentinum Ravelli moriturum* 123 c, 148 f. *Cælum patriam vocat* 155 b
† Domino. *Vide* † Domnio.
† Domitius, *martyr, et socii* 412 a b
† Domneo. *Vide* † Domnio.
† Domninus, *martyr Thessalonicæ* 411 f
† Domniones, *alter episcopus et alter cubicularius, martyres Salonæ in Dalmatia* 819 b. *Cfr Martyrologium Syriacum Wrigtii, pag.* 6
† Domnio, *martyr dictus, Bergomi in Italia* 817 etseqq.
† Domno, *martyr dictus, Bergomi in Italia* 817 et seqq.
Donnchadh, *filius Cothlan, abbas de Killmacduach* 890 b
† Donatus, *episcopus Carthaginensis* 426 b
† Donatus *Corcyræ in Martyrologio Romano annuntiatus* 772 f et seqq.
† Donatus, *episcopus Fæsulanus* 413 e
† Donatus *Vesuntionensis S. Benedicti Regulam accommodat feminis* 848 c
† Donatus *Lambesitanus, martyr* 780 d
† Donatus *seu* Dodon, *monachus et martyr, occisus a Vandalis seu potius ab Hunnis* 231 a b
Donatus de Cremona *SS. Decentii et Germani reliquias frustra in tuto locare conatur* 573 b
Donatus *diaconus, auctor S. Trudonis Vitæ* 661 b
Donatus, *schismatis auctor in Africa* 490 c
† Dorbhenei, *abbatis Hiensis, Acta* 623 et seqq.
Dorbheneus, *pater S. Faelcu, abbatis Hiensis* 625 d
Doren (Eduardus Van), *parochus S. Germani Thenis* 852 e
Doren (Lambertus Van), *parochus in Moergestel* 853 e
† Dorotheus, *episcopus Tyri, martyr sub Juliano* 425 c
Dorotheus (Pseudo-) *multis fabulis suam scriptionem inficit* 425 c d
† Dorymedon. *Vide* † Trophimus.
Draper (Joannes), *canonicus Vicensis* 43 e
Drogo, *episcopus Metensis, summus capellanus et apocrisiarius pontificius* 655 b e
Drogo, *episcopus Osnabrugensis* 721 f
Drogo, *Berengarii filius, nobilis Senonensis* 874 c
Droste de Vischering, *archiepiscopus Coloniensis* 474 d
Drouat de Boussey (Claudius), *vicarius generalis Senonensis* 875 f, 876 a
Druthmarus (Christianus), *scriptor, monachus Corbejensis et magister Stabulai* 715 d e f
Duach, *pater S. Colmani mac Duach* 885 e f

Duald mac Firbis, *insignis archæologus Hibernus* 881 f, 882 a, 885 d
Dubourg (Maria Philippus), *episcopus Lemovicensis* 245 d e
Dufrêne, *causidicus Tullensis* 226 a
Dulaurier (Eduardus); *sæpius affertur ejus auctoritas* 649 c et seqq. *Deseritur* 649 e
† Dulcelina, *sodalis tertii ordinis S. Francisci* 779 f
† Dumanus, *Hibernus* 272 c
Dunaan. *Vide* Dhu-Nowas.
Dunchadh mac Cinnfaelaidh, *abbas Hiensis* 624 d e, 625 a
Dundedeus Galicianus, *diaconus Placentinus* 10 a
Duoda, *benefica in Stabulenses* 721 a
Dupont des Loges, *episcopi Metensis, benevolentia erga Bollandianos* 806 e
Dupont, *SS. literarum professor in seminario Lemovicensi* 245 a
† Duscelius, *episcopus Vercellensis* 578 e, 581 e
† Dymphna, *martyr Gheelensis* 174 f
Dynamii *ad S Villicum epistola* 671 a

E

Earpualdus, *rex Anglorum Orientalium, ad fidem convertitur et paulo post occiditur* 893 b, 903 b d
† Eadsius *seu* Eadsinus, *archiepiscopus Cantuariensis* 182 d
† Eadwinus, *rex Nordhumbrorum* 899 d
Ebbo, *archiepiscopus Remensis et abbas Stabulensis* 715 a, 717 b. *Ejus artibus Ludovicus Pius regno deturbatus fuit* 693 c; *sede Rhemensi dejicitur, restituitur et secundo dejicitur* 693 d e; *clerici, quos secundo archiepiscopus ordinavit, suo gradu privantur* 693 f; *hos Nicolaus I restitui curat* 694 a b
Ebbo junior, *abbas Stabulensis* 715 a, 717 b
Ebbo, *episcopus Gratianopolitanus, scripseritne canones concilii Valentini III* 688 a. *Adversatur Gothescalco affictis erroribus, sed putat ab ipso non fuisse admissos* 687 e
Eberardus comes, *Lotharii imperatoris fidelis, hospitio recepit Gothescalcum* 687 b
Eberhardus, *dux Francorum et comes Palatii* 719 a
Ebn-Dzi-Kifan. *Vide* Esimiphæus.
Ebrardus, *Maurianensis episcopus* 838 c
Ebrardus *miles dirigit res monasterii Faroniani* 619 a b
Ebroinus *ab Austrasiis dux constitutus* 708 b. *Ejus machinationes adversus S. Lambertum* 708 f, 709. *Monasteriis includit suos adversarios* 709 d
Ebroinus, *decanus S. Frambaldi Silvanectensis* 908 b
† Ebrulfi *brachium Silvanecti* 908 c, 910 f
Ebrulfus *cubicularius sollicitatus a Fredegunde* 595 d
Ecgrice, *rex Anglorum Orientalium* 899 a b, 903 c d
Edelredus, *rex Merciæ, factus monachus* 898 d
Edgar Pacificus, *rex Angliæ* 922 a, 925 a b. *Moniales constituit in Romsey* 918, 919 f, 922 b. *Ejus aulici aliquot* 921 a b. *Monasteria Wintoniensia curat* 924 d
Edmundus Ethelingus *sepultus in Romsey* 918 e
Edrisi, *geographus arabs* 319
Eduardus I *condit monasterium de Romsey* 918. *An S. Elfleda ejus filia* 920 e. *Ejus liberi* 920 e f
Edwius *seu* Ewius, *rex Angliæ* 918 e
Egbertus, *conversus et pistor Villariensis in Belgio* 417 a b
Egzie-Haraya, *mater S. Teclæ Haimanot, monachi* 388 f
Ekkardus, *abbas Blidenstadiensis* 537 e
Ela-Aeda, *idem ac Ela-Awda, rex Æthiopiæ. Perperam eum tempore S. Frumentii vixisse tradunt Æthiopes* 265 d
Ela-Ameda. *Vide* Alameda.
† Ela-Atzbah, *nomen Æthiopicum regis S. Elesbaæ. Vide* † Elesbaas.
Ela-Awda, *rex Æthiopiæ* 265 d, 269 b
Ela-Azguagua. *Vide* Azguagua.
Ela-Eskendi *in Æthiopia regnabat, quum advenit S Frumentius* 260, 261
Ela-San, *Græcis Aizanas, rex Æthiopiæ, filius Tzahem, inscriptionis Axumitanæ auctor* 261 e et seqq. *Cum fratre Cazana in literis Constantii memoratus* 264 d et seq. *Non iidem ac Abreha et Atzbeha* ibid. *Primum gentilis* 261 d; *dein christianus* 265 e. *Ad eum scribit imperator Constantius* 265 e et seqq. 314
† Eldetrudis. *Vide* † Hildetrudis.
Eldrida. *Vide* Alfdrida.
† Elesbaas *seu* Caleb, *rex Æthiopiæ. Ejus Vita illustratur* 296 et seqq.
† Elfledæ *complures* 919 a b, 921 a
† Elfledæ, *abbatissæ Rumesejensis, Acta* 918 et seqq.
Elfleda, *Eduardi I, regis Anglorum, filia et monialis* 920 f
Elias, *episcopus Majoricensis* 59 d
† Eligius, *Noviomensis episcopus, interest translationi SS. Crispini et Crispiniani* 599 f; *dedicat ecclesiam Resbacensem* 602 e. *An S. Baldi pœnitentis reliquias intulerit in Parisiensem S. Columbæ basilicam* 873 d, 878 e f
† Eliphius, *martyr in Lotharingia* 223 b, 224 a b d, 229 e
Elisabeth, *Mantellata Servorum B. M. V. testis miraculi eucharistici in S. Juliana* 404 b, 405 b
Elisabeth de Lichtenberg, *abbatissa in Neumunster, cum plerisque suis monialibus transit ad Lutheranismum* 808 d
Elodinus, *pater S. Terentii, episcopi Metensis* 809 a
Elogius *Alexandrinus, monente S. Gregorio Magno, non vult Constantinopolitanis subesse* 347 c d
Elphinstonius (Guilielmus), *episcopus Aberdoniensis* 905 a
† Elpidius, *episcopus Africanus* 583 d; *Atellis obit* 584 c
† Elpidii *simul ac S. Remigii reliquiæ elevantur* 698 b
Elwina, *abbatissa Rumesejensis* 921 d, 925 c
† Elwini, *Hiberni, culti in Cornubia, Acta* 293 et seqq.
† Emebertus, *filius S. Amelbergæ Senioris* 846 e
† Emenus, *de Ros-Glas, abbas Monasterevan in Hibernia* 284 e
Emin (J. B.), *russice vertit historiam Stephani Asolik* 649 f
Emmæ *reginæ valde acceptus B. Guido Autisiodorensis* 377 e, 378 b
Emmanuel, *marchesius Finariensis* 103 c

Emmo, *episcopus Senonensis, celebrat synodum* 600 a
Emmo de Longia, *miles Hugonis Capetii* 721 d, 722 a b
† Emulo. *Vide* † Amulo.
Engo, *vir nobilis* 720 e
† Ennodius, *episcopus Papiensis* 1 c. *Opera ejus a pluribus edita* 548 c d e f et seqq.
† Enochi *liber a quibusdam authenticus habitus* 441 a b
Entenza (Berengarius de) 66 d
Entenza (G. de) 65 c, 66 d
Eochadius, *pater S. Colmani Senbothensis* 383 e
Eon. *Vide* Eudo de Stella.
† Eonius, *episcopus Arelatensis, prædecessor S. Cæsarii* 832 f
† Eparchius, *episcopus Claromontanus in Galliis* 255 b e
† Ephrem, *diaconus Edessenus et celeberrimus Syrorum doctor, cum S. Jacobo Sarugensi in officiis ecclesiasticis conjunctus* 830 d e. *Habet authenticam epistolam Christi ad Abgarum* 453 a b. *Incertum adhuc est annum num auctor sit Vitæ S. Abramii et Mariæ neptis ejus* 771 d e f, 931 e
† Ephrem, *episcopus Mylassarum* 576 a d
† Epiphanius, *episcopus Papiensis* 1 c
† Erasmus, *martyr Antiochenus* 782 a
† Erasmi *martyris translatio Eugubii* 781 f
† Erasmus, *episcopus Formianus et martyr* 782 a
† Erca, *filia Loarn Mor* 624 b
† Ercembertus, *rex Cantuariorum* 901 b
Ercolinus (Januarius Antonius), *Minor Conventualis* 145 d
† Ercus, *episcopus de Domhnach-mor-Maighe-Luadhat in Midia* 178 d e f
† Ercus, *discipulus S. Senani* 178 f
† Ercus *seu* Mac Ercus, *episcopus in Domnagh-mair-Maighe Cobha* 178 f
Ercus, *episcopus, filius Fergnæ* 179 a
† Ercus, *episcopus Slanensis in Midia* 178 f, 179 a
Erdegardis, *conjux Berillonis* 838 c
Eremburgis, *uxor Roberti Porci* 587 b
Eremfredus, *abbas Steinfeldensis* 432 c
Erenfridus, *advocatus Stabulensis* 720 f, 722 d
† Ereran. *Vide* † Airennan.
Eril (Berengarius de) 66 d
Ermemirus, *presbyter Vicensis, scriptor* 46 d
Ermengarda, *vidua Gerardi de Puteo* 18 b d
Ermengardis, *conjux Adhemari* 838 c
Ermenoldus, *pater S. Ermelindis* 855 e, 849 c
Ermenoldus, *comes pagi Autissiodorensis* 373 f
† Ernanus *in Hibernia* 179 a
Ernanus, *pater S. Moabæ* 179 b
† Eroteis, *nomen rarissimum* 207 c. *Unde ortum* 218 a
Esimiphæus, *prorex a S. Elesbaa in Homeritide constitutus, forsan Ebn-Dzi-Kifan* 297, 322 et seq.
Essat. *Vide* Gudit.
Esther. *Vide* Gudit.
† Estheria, *martyr dicta, Bergomas* 818 e
† Ethæ, *quæ et* Tetha *et* Tecla, *virginis Hibernæ, cultæ in Cornubia, Acta* 293 et seqq.
Ethelfleda, *monialis ab Edgaro Pacifico rapta* 921 c
† Ethelfleda. *Vide* † Elfleda.
Ethelhilda, *virgo et Eduardi I, regis Anglorum, filia* 920 f
† Ethelredus, *filius Pendæ, regis Merciorum* 899 d
Ethelredus, *rex Angliæ, paciscitur cum Sweno, rege Danorum, et Alfeago, rege Norwegorum* 920 d e
Ethelwardus, *nobilis Anglus* 920 d
Ethelwoldus, *dux Anglorum Orientalium* 921 e
Ethelwoldus, *episcopus Wintoniensis in Anglia* 922 c, 924 a
Ethelwoldi *complures in curia Edgari Pacifici, regis Anglorum* 921 a
Ethelwoldus, *aulicus et miles Edgari Pacifici, pater S. Elfledæ Rumesejensis* 918 c, 920 c, 921 a b, 922 a b, 925 a b
† Etto, *floret in diœcesi Cameracensi* 626 b
Evagrii *Pontici centuriæ sex problematum a Jacobo Edesseno translatæ* 825 e f
† Evaristus, *papa et martyr* 176 f
† Eucharius, *episcopus Trevirensis, an idem qui Tullensis seu Grandensis* 226 b f, 227 a b
† Eucharii, *episcopi et martyris, sociorumque, passorum in Lotharingia, Acta* 223 et seqq.
Eudo de Stella, *qui et Eon, hæreticus* 51 d
† Eudoxius *militiam abjicit* 534 f
Everardus, *comes, fundator monasterii Seynensis* 429 e, 432 e
† Everlina, *an eadem ac S. Ermelindis* 853 d
Everwinus, *præpositus Steinfeldensis* 53 d
† Eugenia *virili habitu vixit* 913 e, 917 b
Eugenianorum *gens in Hibernia* 415 f
Eugenius papa III *ecclesiam Lunensem sub immediata S. Petri protectione constituit* 804 d f
Eugenius papa IV *promovet fabricam ecclesiæ S. Petri Viglebanensem* 105 a. *Vide* Condulmerius.
† Eugenius, *episcopus Carthaginensis, ab Arianis dira passus* 801 a b
Eugenius, *episcopus Viennensis in Gallia, an extiterit sæculo* IV *in Gallia* 807 b, 809 c, 810 b
Eugenius, *presbyter Moguntinus, sepelit S. Ferrutium* 530 f, 537 d, 542 c
† Eulalia, *martyr Barcinonensis* 25 c
† Eulogius, *patriarcha Alexandrinus* 385 a
† Eumenius *seu* Eumenus, *nomen fictum ex Eumenia civitate* 177 d, 414 e
Evodius, *episcopus Trecensis* 368 c
† Euphemia, *callimartyr* 220 a
† Euphrosynæ *natalis* 774 c
† Euphrosyna *virilem vestem assumpsit* 917 b
Everardus, *comes in ducatu Lotharingiæ, advocatus Stabulensis, dictus et abbas* 715 b, 718 e
Evrardus, *primo monachus, dein episcopus Senonensis* 377 d
† Eusebia, *abbatissa Marcianis* 421 a b d
† Eusebia, *abbatissa Hamaticensis prope Duacum* 182 a
† Eusebiæ, *virginis et martyris dictæ Bergomi, Acta* 817 et seqq.
Eusebius, *rex Armoricanorum, Venetensis* 909 f, 910 a b c
† Eusebii, *confessoris reliquiæ Silvanecti* 909 a f, 910 d e
Eusebius *Cæsariensis, confuse exponit controversiam de baptismo hæreticorum* 479 a. *Genuina est pars illa ejus historiæ* 483 f et seqq. *Recitat epistolam Christi* 451; *magna ejus auctoritas* 454 b c
† Eusebii, *Tricastrensis, Autissiodorensis, Venciensis, etc.* 910 e

† Eusebius, *episcopus Vercellensis* 577 et seqq.
Eusebius, *diaconus Alexandriæ* 501 d
† Eustasius, *abbas Luxoviensis* 610 a b c, 611 e
† Eustathius, *megalomartyr* 220 a
Eustathius, *parens monachorum in Æthiopia, ab Æthiopibus cultus* 386, 387 d e
† Euthymius, *admittit Typicum S. Sabæ* 672 f
† Eutropii *Santonensis corpus invenitur* 835 f
† † Ewaldi, *presbyteri et martyres* 775 c d
Ewenardus, *præpositus Virodunensis* 716 e
Ewenardus, *primicerius Virodunensis* 716 f
Ex (Guilielmus Van), *parochus Lovanioli* 851 b
† Exanthus, *martyr* 551 d et seq. 564 b
Eximenus, *episcopus Segobricensis* 66 d
† Expletius, *episcopus Metensis* 667 d
Exsuperantius, *discipulus S. Eusebii Vercellensis et episcopus Dertonensis* 579 c d
† Exsuperius, *legionis Thebanæ campiductor* 536 a
Exsuperius, *episcopus Lemovicensis* 237 a b

F

† Fabiani, *martyris, reliquiæ exaltantur a Thaddæo III, Camaldulensium Pisaurensium abbate* 571 f
Fabius, *patriarcha Antiochiæ, Novatianis videtur favisse; sed postea contra istos curat cogi synodum* 476 c d e
Fabricius *emendatur* 518 a
Facundus, *episcopus Hermianensis, pertinaciter tribus Capitulis adhærens, fit schismaticus* 495 b c
Faelcu mac Dorbheni, *abbas Hiensis* 624 e, 625 a
Fagnanius, *jurisconsultus, odio habitus propter suppressos minores in Italia conventus* 148 e
Falcs *seu* Fals (Elicsendis de), *conditrix templi de Casellis* 57 c e f
Famulare (Horatius), *Ravellanus* 167 f
Famulare (Joannes Dominicus), *canonicus Isclanus* 167 f
Famulare (Lucretia *et* Magdalena), *tertiariæ Isclanæ* 138 a, 154 e
† Faoinir *de Domhnach Faoinir* 777 b
† Fara, *soror S. Faronis* 598 a, 600 c, 601 a, 609 b; *a S. Eustasio curata* 610 b c d; *fugam arripit* 610 c; *testamentum condit* 603 b f; *fratri Faroni clericatum suadet* 612 e
† Farannan. *Vide* † Airennan.
Faramundus, *episcopus Coloniensis* 712 d
Faramundus, *pseudo-episcopus Trajectensis* 709 b
† Faro, *Meldensis episcopus* 420 b, 776 c. *Ejus Acta* 593 et seqq.
Fascarius *seu* Festinianus, *episcopus Dolensis in Armorica* 690 c
Fatius (Bartholomæus), *civis Senensis* 731 a
Favars (Bernardus de), *monachus SS. Crucum* 47 a
Favilla. *Vide* Cosmus.
† Fausta, *Vagensis, martyr* 780 d
† Faustina, *Vagensis, martyr* 780 d
Faustus, *diaconus Alexandriæ* 501 d
Fearamhlæ, *mater S. Colmani Senbothensis* 383 e
† Fechinus, *abbas Fovarensis* 883 c
Fedhlim, *filius Fergus Cennfada* 624 b, 625 a
Feidlimid, *abbas Hiensis* 624 e
† Felice (Ludovicus a), *confessarius B. Bonaventuræ Potentini* 166 a b d
† Feliciana, *loco S. Feliciani* 776 d
Feliciana Tonia, *magistra B. Joannæ Soderiniæ* 403 a
† Feliciani, *martyris in Lucania, memoria illustrata* 795
† Felicianus, *martyr, in Calendario Carthaginensi signatus* 780 c d
Felicianus, *acolythus, de quo S. Cyprianus* 780 d f
† Feliciani, *martyres complures Afri* 780 f
Felicianus, *episcopus Donatista Mustitanus* 780 d f
Felicitas, *filia Simonis de Belloforti, et uxor Hugonis Regitestensis, donationes patris sui confirmat* 392 a, 395 f, 396 b c
Felicitas de Brena, *videtur fuisse S. Hemelinæ mater* 395 b, 396 d; *ejus donationes* 395 b c
† Felix papa I 508 f
† Felix, *episcopus Anglorum Orientalium* 893 d et seqq. 903 c. *Ejus tempora* 899 f, 900 a
† Felix, *episcopus primus Comensis, confusus cum S. Fideli, milite et martyre* 560 d, 565 b c
Felix, *episcopus Corisopitensis vel Cornubiensis in Armorica* 690 c
† Felix, *episcopus Claromontanus* 256 f
† Felix, *episcopus Lunensis, non vero Lucensis* 801 e f, 802 d, 803 b
† Felix, *episcopus Metensis* 667 d
Felix, *episcopus Namnetensis* 598 b; *mittit S. Martinum evangelizare pagum Herbadillicum* 238 a
Felix, *episcopus de Turribus* 59 d
† Felicis Nolani, *reliquiæ, instrumentum jurisjurandi* 199 d
† Felix, *diaconus Lambesitanus, martyr* 780 d
† Felix, *diaconus, socius S. Narcissi, episcopi Gerundensis* 772 a b
Felix, *diaconus S. Ambrosii et episcopus Bononiensis* 581 d
Fenel (Carolus Mauritius), *canonicus et historiographus Senonensis* 872 f
Fénélon, *archiepiscopus Cameracensis* 487 f, 488 a
Ferdinandus I, *rex Hispaniæ, corpora SS. Vincentii et sororum Abulam transtulisse dicitur* 397 b
Ferdinandus, *infans Aragoniæ, Jacobi I, regis Aragoniæ, patruus* 66 a c, 67 a
† Ferdinandus, *rex Castellæ* 63 d
† Feremenatos, *ab Æthiopibus dictus pro S. Frumentio* 267 d, 307 f
Fergus Cennfada *seu Duach* 624 b
Ferrara (Bonaventura), *ex ordine Minorum Conventualium, commissarius provinciæ Neapolitanæ* 127 e
Ferrarius, *notarius S. Bernardi Vicensis* 47 c
Ferrarius (Joannes Baptista), *ex S. J., hagiographus Senensis* 726 b
Ferrarii *Catalogus generalis sanctorum quot mendis scateat* 778 d
Ferrerius (Guido), *episcopus Vercellensis, superatis omnibus obicibus, denuo ædificat templum cathedrale Vercellense* 577 c
Ferrerius Pallares, *Valentianus episcopus* 65 c f
† Ferreolus, *Uzeticensis episcopus* 530 c
Ferrial (Bartholomæus), *syndicus civitatis Vici* 96 d
Ferrigno (Michael), *guardianus Amalphitanus* 119 b
Ferrini (Lucas) Pratensis, *scriptor ordinis Servorum B. M. V.* 399 e

Ferrus,

Ferrus, *canonicus Placentinus* 11 a
† Ferrutius, *martyr Moguntinus* 776 b. *Ejus Acta* 530 et seqq.
Fesch, *S. R. E. cardinalis, ecclesiæ Lugdunensi primatiam Galliarum vindicat* 703 c
† Festus. *Vide* † Fiacrius.
Fiachra, *filius Eochaidh Muidhmhedhoin* 881 a b
Fiacrius, *pater aut atavus S. Colmani Senbothensis* 383 d
† Fiacrius *seu* Festus, *eremita in diœcesi Meldensi* 594 d, 601 f, 602 a b
Fiascaini (Actilius), *canonicus Florentinus* 400 f
† Fidhairle. *Vide* † O'Suanaigh.
† Fidhmuinius, *filius Osuanach* 883 a. *Vide* † O'Suanaigh.
Finale (Antonius Tertius de), *primus marchesius Finariensis* 102 f
Finazzi (Joannes), *canonicus theologus Bergomensis* 822 c
† Findcanus *seu* Fionnchanus, *in Hibernia* 777 e
† Finluch, *nomen S. Finniani Cluanerardensis* 273 b
† Finnanus *cognomento Cam* 285 b
† Finnanus, *episcopus et abbas Cluanerardensis* 273 a, 285 c, 288 a, 623 f. *Ejus ter mille discipuli* 343 b c. *Vide* † Finluch.
† Finnianus in Killemlagh 273 f, 274 a, 283 a
† Finnianus, *episcopus in Moville* 623 f
† Fintanus Munnu 274 d, 289 c d
† Finthanus. *Vide* † Findcanus.
† Fiodhgus. *Vide* † O'Suanaigh.
Firbissius. *Vide* Duald mac Firbis.
† Firmilianus, *concilio Antiocheno anni* 264 *vel* 266 *interfuit* 510 e. *An nomen ejus latinam prodat originem* 492 b. *Ejus Acta* 470 et seqq.
† Firminus, *episcopus Metensis* 667 d
† Flannanus, *primus episcopus Killaloensis* 274 d, 289 c d
† Flavius *seu* Flavianus, *martyr Afer* 176 f
Flata (Guilielmus), *baccalaureus Anglus, eremita Ilicetanus* 738 d
† Florens. *Vide* † Florentius.
† Florentinus, Florentianus, *pro S. Florentio Tilensi* 178 d
† Florentius, *episcopus Afer, Tarvisii cultus* 816 a
† Florentius, *confessor et episcopus Argentoratensis* 182 e; *partim substitutus in Breviario Lingonensi S. Florentio, martyri Tilæcastrensi* 188 c
† Florentius, *martyr Bæticus, fictus* 178 d
† Florentius, *martyr Hispanus, prope Castrum Tyle, figmentum est* 185 f, 186 a
† Florentius, *martyr ex legione Thebæa* 178 c
† Florentius, *martyr Tilæcastrensis in Burgundia* 175 d, 182 e, 414 e. *Ejus Acta illustrata* 185 et seqq.
† Florentius, *presbyter Glonnensis in pago Pictaviensi* 175 c d e f
† Florentius, *Oiensis* 175 d e f
Floriacus *presbyter, S. Terentii socius, moritur* 809 d e f
† Florianus. *Vide* † Florentius.
† Floribertus, *episcopus Tungrensis in Belgio* 706 f, 707 a
† Florina *V. et M., culta in Arvernia* 907 d
† Florinus, *perperam dictus martyr Sardus* 178 d. *Vide* † Florentius.
† Florus, *lapicida et martyr, cæsus in Illyrico* 240 c
† Florus *seu* Florius. *Vide* † Flos.
† Flos, *episcopus Polanus in Istria. Ejus Acta* 338 et seqq.
Focibus (Eximinus de) 65 e f
Foda, *filius Altaini, pater S. Dorbhenei abbatis* 624 b
† Fofronus. *Vide* † Sophronianus.
Fojano (Franciscus de), *frater conversus, contrarius B. Stephano* 740 b
Folcuinus, *abbas Lobiensis et scriptor in Belgio* 626 e, 631 c
Folkmarus, *nomen civis Moguntini* 532 c
† Foillanus, *patronus et abbas Fossensis* 626 a *Ejus præcipua gesta apud Anglos Orientales* 879 c d e
† Fonere. *Vide* † Faoinir.
Fontana (Carnevarius de), *consul Placentinus* 7 d e
Fonteneau (Leonardus) *O.S. B. collector scriptorum antiquorum* 241 f
Formosus papa *probat traditionem monasterii S. Theodori Dervensibus* 837 a
† Fortkernus, *episcopus Hibernus* 273 a
† Fortunati *reliquiæ Polæ* 341 a
† Fortunati (Venantii) *ad S. Villicum carmen* 671 b c d
Fortunatus, *præses legiones procurans in civitate Tingitana* 543 a
Forzani (Pius Vincentius), *Viglebanensis episcopus* 106 d
† Fraechus *quiescit prope Ardnurcher* 285 d
† Frambaldi *corpus Silvanecti* 908 c, 910 f. *Casula* 911 c e
Francez (Michael), *ex ordine FF. Prædicatorum Cæsaraugustæ* 680 c
† Francha, *abbatissa S. Cyri, Placentiæ* 13 a
Franciscus I, *rex Galliæ, petit immutationem status monasterii S. Theodori* 839 c
Franciscus de Lantis, *episcopus Bergomensis et Cremonensis* 820 c f, 821 a
Franciscus (Joannes), *socius B. Stephani* 740 b; *redit ad Eremitas* 743 a
† Franciscus Assisias, *non doctus* 142 f; *dubius inter vitam eremiticam et apostolicam, conventus in eremis et oppidis instituit* 120 d. *Versatur Mataloni* 117 d; *designat conventum Montellanum* 125 d. *Alios in se sævire jubet* 154 c. *Eum plurimum colit B. Bonaventura Potentinus* 162 b, 163 c, 164 f. *Ejus saccus miraculosus* 162 b c. *Ejus corpus invenitur* 835 f, 836 a
† Franciscus Paulanus, *non doctus* 142 f; *anno ætatis* XIX *admittit discipulos* 629 a; *versatur Ravelli* 149 e. *Eum pie colit B. Bonaventura Potentinus* 162 d
Franciscus Mirus, *abbas SS. Crucum in Catalonia* 24 a b. *Epistola ejus de S. Bernardo Vicensi* 79 a
Franciscus, *anno* 1302 *prior Servorum B. Mariæ V. Florentiæ* 403 c d
Franciscus Nanius Samson, *minister generalis FF. Minorum* 180 f
Franciscus a S. Joanne *Lucensis* 776 e
† Fraterni, *episcopi Autissiodorensis, cultus antiquissimus in hac ecclesia* 356 e
Frany, *archæologus* 337 a
Fratres Domini *sunt ejus consanguinei* 437 d e. *Ex eis etiam unus aut alter* XII *apostolis annumeratus videtur* 437 d f, 438 a d
Fredeberga, *conjux Widonis* 838 d
Fredegundis *regina, adulterii rea* 595 c d
Fredericus Barbarossa *seu* II, *rex Siciliæ, qui et*

et imperator 14 f, 15 a b. *Ejus anno* 1220 *iter per Longobardiam et Italiam* 16 d e. *Adest concilio Veronensi* 54 d e. *Ejus diploma de Liberduno* 230 f
Fredericus IV, *Lotharingiæ dux* 232 d
Fredericus, *decanus Tullensis* 232 c
Freppel, *presbyter, lector eloquentiæ sacræ Parisiis in Sorbonna, sinceras habet literas S. Cypriani et epistolam S. Firmiliani de baptismo* 489 b c. *Vide* Tizzani.
Fresnel (Fulgentius), *philologus Gallus* 321
Fridigernus, *princeps Gothus* 532 c
Fronimus, *episcopus Metensis* 807 f
Frotgerius, *episcopus Cabillonensis, ob suam simoniam depositus* 703 d
Frotmundus, *dominus et tyrannus Senonensis* 880 d
† Frumentius, *episcopus et confessor, Æthiopiæ orientalis apostolus : Commentarius historicus in ejus vitam* 257 et seqq.
Fulbertus, *episcopus Cameracensis* 626 b, 631 b, 636 f, 721 f,
Fulco, *episcopus Ambianensis, direptor ecclesiæ* 838 e
Fulco, *presbyter, summus capellanus* 655 b
Fulco, *abbas S. Saturnini Tolosæ, ornat reliquias SS. Simonis et Judæ* 448 c
Fulcualdus *vices Lamberti Matisconensis in concilio Cabillonensi anni* 875 *gerit* 697 c
† Fulcus, *cultus in diœcesi Bononiensi* 19 d e
† Fulcus *seu* Fulco, *episcopus Placentinus et Papiensis. Ejus Acta* 1 et seqq
Fulcus Radinus. *Vide* Radinus.
† Fulgentius, *episcopus Ruspensis, dicitur corpus SS. Augustini, Appiani et aliorum in Sardiniam transtulisse* 815 b
† Fulradus, *presbyter, Caroli Magni summus capellanus et apocrisiarius summi pontificis* 655 b e
Fulradus, *sacerdos et cœnobita* 718 e
Furnerius, *pistor (cognomen et officium)* 70 c d
† Fursæus *abbas, discipulus SS. Beoani et Mellani* 414 a b c d. *Ejus gesta apud Anglos Orientales* 897

G

Gabra Krestos, *servus Christi, æthiopice* 329 b
Gabra Jasus, *servus Jesu, æthiopice* 329 b
Gabra Manfus Qeddus, *servus Spiritus Sancti, æthiopice* 329 b
Gabra Masqal, *quod est servus Crucis, æthiopice, filius S. Elesbaæ regis pacifice regnavit* 326 a, 328 c, 329 c, 330 d e
† Gabrielis *archangeli festivitas* 33 d
Gabrielli (Petrus), *episcopus Eugubinus, fratres S. Ambrosii in collegium canonicorum adunat* 745 c
† Gagus. *Vide* † Caius.
Gagliani (Antonius), *Minor conventualis, Umbriaticensis episcopus creatur secundum vaticinium B. Bonaventuræ Potentini* 145 cd
Gadoaldus, *civis Bergomas* 817 c
† Gajus. *Vide* † Cajus.
Galcerannus Çacosta, *episcopus Vicensis* 24 a b, 79 a, 85 c, 95 a
Galeaz (Joannes), *dux Mediolanensis,* 555 f, 564 e
Galesinius (Petrus) *S. Caroli Borromæi adjutor* 2 c ; *quomodo scripserit Vitam S. Honorati Vercellensis* 578 c. *Ejus Martyrologio quam confidenter usus sit Baronius* 822 b
Galise (Simeon) 167 f
Gallard (Romanus Fredericus), *episcopus Meldensis* 608 c
Gallianus (Antonius). *Vide* Gagliani.
Gallienus *imperator sedat persecutionem* 502 b. *Tyranni plurimi tentant eripere imperium* ibid. *Valde dissolutus et in patrem Valerianum crudelis* 503 b
Gallo (M), *S. R. C. secretarius* 153 a
Galo, *episcopus Parisiensis* 878 f
Gallus *et Volusianus imperatores succedunt Decio, ipsimet a militibus occisi* 517 b
† Gallus, *Minorita Strigoniensis* 418 a b
Gambardella (Agnellus), *medicus Ravellanus* 158 a
Garcias, *episcopus Turiasonensis* 66 d
Garcias, *episcopus Vicensis, concedit indulgentias propter novum B. Bernardi Calvonii sepulcrum* 84 c d e f
† Garima, *monachus in Æthiopia; ejus synaxarium* 332 et seqq.
Garlascho (Antonius de), *ex Ord. FF. PP.* 105 a d
Garmai, *nobilis Edessenus, ad Christum conversus* 461 f
Garofalo (Michael), *canonicus Isclanus* 146 f, 147 a
Garofalo (Theresia *et* Prudentia), *feminæ Isclanæ* 139 e f
Garroferus (Arnoldus), *bajulus S. Bernardi Vicensis* 36 d, 38 e
Garurbrius, *episcopus forsan Briocensis in Armorica* 690 c
Garzias, *abbas S. Petri de Artansa, dicitur interfuisse translationi SS. Vincentii et sororum* 197 f
Gascana (Candida), *Ravellana* 167 f
Gasparinus Borrus Venetianus, *poeta ordinis Servorum B. M. V.* 399 d
Gasparinus (Bonaventura) *Lucensis* 77 b e f
Gasparis (Joannes Baptista de), *historicus episcoporum Ticinensium* 3 e
Gatel (Guilielmus), *canonicus Tarraconensis* 57 c
Gavarreto (P. de), *Vicensis sacrista* 76 f, 77 b
Gau, *archæologus* 337 a
† Gaudentius, *episcopus Novariensis. Ejus institutio* 579 c. *Monetur a S. Ambrosio quod episcopus futurus est* 581 b. *Visitat S. Eusebium* 579 d. *Curat ecclesiam Vercellensem* 580 b
† Gaudiosus, *episcopus Salernitanus* 582 e f
Gaufredus de Roqueta, *monachus SS. Crucum* 39 b
† Gaugericus, *episcopus Cameracensis* 626 a
Gavinus, *episcopus Aberdoniensis* 904 f
† Gavinus *miles, martyr Sardus* 176 d
† Gaus. *Vide* † Cajus.
† Gauscelinus, *episcopus Tullensis* 231 c
† Gebuinus *ante episcopatum archidiaconus Lingonensis. Ejus munificentia erga monasteria* 702 d. *Creatur primas Galliæ* 703 a. *Inter eum et B. Hugonem Cluniacensem lis orta et dirempta* 703 e. *Constituit canonicos S. Rufi in ecclesia B. Mariæ* 703 f. *Ejus sepulcrum non fuit destructum* 704 b
Geissel (Joannes de), *episcopus Spirensis, dein archiepiscopus Coloniensis et cardinalis S. R. E ; ejus mors* 474 d
† Gelasius papa I *inter apocrypha reponit epistolam Christi ad Abgarum* 452 b, 455 b c. *Ejus*

Ejus catalogus in tres classes distribui potest 455 b c
Gelduinus, *archiepiscopus Senonensis* 874 a
† Gendulfus *seu* Genulfus *incertæ seu nullius ecclesiæ episcopus* 790 c; *ejus Vita inserta Vitæ S. Geniti* 791 b; *filius dicitur minus probabiliter S. Geniti* 791 f
† Gendulphus *dictus episcopus Mediolanensis sitne idem ac S. Gendulfus pater S. Geniti* 350 f
Genebrardus *ætatem regum Abrehæ et Atzbehæ bene definivit* 264 e
Genesia, *mater S. Genesii Tigernensis* 547 b
† Genesio (Joannes de) *sacrista monasterii S. Theodori, curat confici hermam S. Theobaldi* 838 f, 839 a
† Genesius *Arelatensis* 544 b, 547 f
† Genesius, *episcopus Arvernensis* 547 e
† Genesius *Bigorritanus* 587 d
† Genesius Comes *in Arvernia* 547 e
† Genesius, *episcopus Lugdunensis* 547 f
† Genesii Neophyti, *martyris Tigerni in Arvernia, Acta* 543 et seqq.
† Genesius, *martyr Romanus* 468 b c d
† Gengulfi *martyris reliquiæ Papiæ* 1 f
Gennaro (Josephus di). *Vide* Januario.
† Genovefa, *patrona Parisiensis* 411 b. *Ejus translatio* 771 a
Gensericus, *rex Vandalorum, Carthaginem occupat et præsertim clericos et nobiles spoliat* 583 a
George (Leopoldus), 297, 323, 324, 325
† Georgius, *megalomartyr* 220 a; *ejus reliquiæ Polæ in Istria* 339 c e, 340 d, 341 a d
† Georgii (Philippus), *Minor Conventualis et architectus* 142 d
Georgius, *Arabum episcopus, S. Jacobi Sarugensis laudator, non autem ejus discipulus* 825 c et seqq. *Carminis panegyrici partes afferuntur* 826 b c e f, 827 a b c. *Integrum editur a J. B. Abbeloos* 927 et seqq. *Georgius monophysita fuit* 928 f. *Sarugensis forsan, Arabum certo episcopus* 928 f, 929 a. *Brevis notitia de ejus vita et scriptis* 928
Georgius *Arianus, sedis Alexandrinæ usurpator, in epistola Constantii ad reges Æthiopiæ laudatus* 266 a b c
† Gerannus, *episcopus Autissiodorensis* 375 f
Gerardus Ariminensis, *prior generalis Augustinianorum* 731 d
† Gerardus, *natione Placentinus, episcopus et patronus Potentiæ* 116 d, 117 f
Gerardus Sessius, *abbas de Tilieto, visitator Longobardiæ, dein episcopus Novariensis et cardinalis episcopus Albanensis* 7 c d e, 9 e, 10 d e. *Quæ fecerit in negotio excommunicationis Placentiæ* 7 c d e; *item in negotio electionis S. Fulci episcopi* 9 e, 10 d e f, 11 a b c. *Synodum celebrat Novariæ* 13 d. *Canonicos Placentinos ad vitam communem revocat* 13 d. *Cogit civitates Longobardiæ ad obediendum Frederico Barbærossæ* 15 b
† Gerardus, *Tullensis episcopus* 229 c, 232 c
Gerardus, *abbas Vallislaureæ* 40 b
Gerardus, *decanus Tigernensis* 544 d, 545 a b
Gerardus, *canonicus S. Euphemiæ* 13 b
Gerardus, *comes, ejusque uxor Bertha, valde munifici erga ecclesias* 698 d
† Gerbaudi *seu* Gerebaldi *episcopi corpus Silvanecti* 908 c, 910 f
Gerberga, *uxor Carlomanni, filia Desiderii, regis Italiæ* 622 b
Gerbertus, *abbas Bobiensis, postmodum Silvester papa II, conqueritur de dilapidatione bonorum ecclesiasticorum* 837 f, 838 d e
Gerini (Emmanuel), *scripsit de Viris illustribus Lunigianæ* 802 f, 804 c
Germain, *presbyter Metensis* 806 e
Germanio, *episcopus Hierosolymitanus* 783 e, 788 e
† Germanus *seu* Germocchus, *rex Hibernus, cultus in Cornubia. Acta* 293 et seqq.
† Germanus *Autissiodorensis S. Patricio, Romam pergenti, socium assignat S. Segetium* 295 b. *Prope eum sepultus est S. Desiderius* 355 a
† Germanus, *episcopus Capuanus* 781 a
† Germani *martyris reliquiæ Polæ* 339 e
Germanus, *episcopus in Oriente* 501 d e
† Germanus *fueritne episcopus Pisauriensis* 570 d
Germanus *Auberti, Minorita* 418 b
† Gertrudi *B. Itta abscindit crines* 848 a
† Gertrudis, *abbatissa Hamaticensis prope Duacum* 182 a, 421 b d
† Gertrudis *in agro Tullensi* 224 b, 229 e
† Gervasius *et Protasius Mediolani* 821 a b
Ghianderoni *comites* 729 a
Ghinius (Bartholomæus), *episcopus Massanus, dicitur exsecutor literarum pro canonicis regularibus* 741 f
Ghinus Paccia *seu* de Peccis, *Senensis, maritus Angelæ, dictæ Chisiæ et beatæ* 731 a
† Ghislenus, *abbas* 626 b
Ghislerius (Franciscus), *prior S. Mariæ Renanæ* 736 a; *ecclesiam suam unit canonicis S. Ambrosii* 747 a b c; *videtur postea aliquandiu restitisse conjunctioni* 749 b c; *ejus obitus* 749 f, 750 a
Giannini (Augustinus), *episcopus Litterarum* 168 d
Gilabertus de Monteregali, *canonicus Vicensis* 35 b
† Gilbertus, *abbas ex ordine Præmonstratensi* 413 a
Giraud (Maria), *curata S. Gebuini interventu* 705 b
Girbertus *seu* Gisbertus Galterii, *œconomus S. Bernardi Vicensis* 47 f, 48 a b, 68 f
Girboldus, *Cabillonensis episcopus* 697 a
Gisenwart (Henricus de), *vir nobilis diœcesis Tullensis* 232 b
Gislebertus, *episcopus Barcinonensis in Catalonia* 60 b
Gislebertus, *dux Lotharingiæ, abbas Stabulensis* 715 b, 718 d e. *Turbat diœcesim Leodiensem* 718 b. *Rebellat adversus Ottonem I* 719 a e f
Gislebertus, *dominus Vici Oratorii, invasor monasterii Faroniani* 618 d e
Goban Saer *seu* Gobbanus, *peritissimus architectus et constructor Hibernus* 289 c, 890 b
† Gobnata, *in Burnech* 274 a, 283 a
Godefridus, *carpentarius Seynensis* 435 f
Godescalcus. *Vide* Gothescalcus.
Godescalcus *diaconus, S. Lamberti biographus* 709 a
Godith, *regina Æthiopiæ. Vide* Gudit.
Godolcan (Guilielmus), *Cornubiensis* 296 a
Godolcanorum *et* Godolphinorum, *nobilium Cornubiensium, sedes* 296 a b
† Godo, *episcopus Metensis* 667 d
† Godwini, *abbatis Stabulensis, Acta* 706 et seqq.

† Goffridus, *episcopus Autissiodorensis* 381 c
Gogi *epistola ad S. Petrum Metensem* 672 a d
† Gogus. *Vide* † Gajus.
Gondrin (Henricus de), *archiepiscopus Senonensis* 875 c
† Gondulphus, *episcopus Metensis* 667 d
Gontharius, *archiepiscopus Coloniensis, favet Lotharii regis illicito matrimonio : ab Hadriano II papa ad laicalem redigitur communionem* 694 d e f
† Gontrudis, *in agro Tullensi* 224 b
† Gordius *militiam abjicit* 534 f
Gorgonis, *nomen regis, non populi Georgiani* 931 b
† Gosselinus, *episcopus Metensis* 667 d
† Gossuinus, *monachus Claravallensis et in Cheminio, S. Hemelinæ Vitæ breviarii auctor* 293 f, 294 a; *item Libri miraculorum, Vitæ presbyteri Everardi, et Vitæ B. Ascelinæ* 294 e. *Ejus reliquiarum compositio* 393 b; *ejus cultus* 394 d
Gothescalci, *cujus nomen celebre in controversia de prædestinatione, genus, educatio, studia, errores* 687 a b et seqq.
†Gothian. *Vide* † Gwithian.
Gothmarus, *episcopus Ausonensis* 48 f
Gotofredus, *episcopus Lunæ* 799 c
Gottus (Stephanus), *episcopus Comensis, transfert reliquias S. Fidelis* 554 a b
Goudanas (Matthæus), *deservitor ecclesiæ sancti Justi* 245 c
Gouger, *parochus S. Martini de Tertro* 872 c
Gozlinus, *Tullensis episcopus* 721 b
Gracht (Antonia van der), *mater Guilielmi d'Oyenbrugge* 871 c
Gragnano (Hugo de), *canonicus Placentinus* 11 e
Gragnano (Joannes de), *civis Placentinus* 13 b c
Gragne (Mahumetes), *rex Adelensis* 319
† Grammatius, *episcopus Metensis* 667 d, 807 f
Grasso (Fabricius), *canonicus Neapolitanus, testis inventionis sanguinis S. Stephani* 584 b
Gravarona (Joannes), *conventus Regiensis Ord. FF. PP. superior* 105 a b c
Gravina (Ferdinandus Franciscus), *marchio de Francofonte* 779 c
Greco (Laura), *mulier Isclana* 139 c
† Gregentius. *Vide* † Gregorius.
Gregoria, *monialis Benedictina Romana* 778 f
† Gregorius Magnus *rejicit titulum Œcumenici* 425 d. *Multum lætatur de electione S. Cyriaci in episcopum Constantinopolitanum* 346 b; *huic tamen, œcumenicum se dicenti, adversatur* 347 b f, 348. *Obedientem tandem habet S. Cyriacum* 349 b. *Facile successores dat episcopis, sedi suæ renuntiantibus* 341 d e. *Scribit ad S. Venantium, Lunæ episcopum* 802 a. *Sripseritne epistolas ad S. Desiderium Autissiodorensem* 352 e f, 361 f. *Dicitur ordinasse S. Abbanum presbyterum* 281 d, 282 b. *Ejus bina festa* 271 d
† Gregorius VII *creat primatem Galliæ S. Gebuinum* 703 b
Gregorius papa IX *opponit se creationi episcopi Majoricensis* 60 e. *Negat consecrationem episcopi Minoricensis fieri posse, nisi prius constituatur dos sufficiens* 61 e. *Procurat res ecclesiasticas Majoricenses* 61 e f, 62 a b d e f. *Impellit Aragones ad Valentiæ liberationem* 63 c d. *Jubet inquiri in fidem episcopi Vicensis* 43 d. *Item in numerum canonicorum, quos ecclesia Tarraconensis alere possit* 41 e. *Plura præcipit adversus hæreticos* 55 c d e. *Inquisitorem constituit S. Bernardum Vicensem* 21 e. *A S. Raimundo de Pennaforti fieri facit formam inquirendi in hæreticos* 55 e. *Jacobum I, regem Aragoniæ, auxilio advocat adversus Fredericum II* 64 b e. *Bullencurtianas conversas supprimit* 391 b. *Intervenit litigio inter ecclesias Vicensem et Populetensem* 57 b c. *Concedit ut episcopus Urgellensis fiat monachus SS. Crucum* 41 c d. *Vide* Hugo de Comitibus.
Gregorius papa XII *eremitas Ilicetanos in canonicos regulares transformat* 735 c e, 736 c, 740 a b d e; *doctrina eximius* 738 d e; *subtrahit Ilicetanos jurisdictioni prioris generalis Eremitarum S. Augustini* 739 d e f; *concedit canonicis regressum ad eremitas* 742 e f. *Sinit ut canonici regulares quocumque loco instituere possint conventum* 743 e f
Gregorius, *cardinalis de S. Angelo, Cælestini III legatus* 55 d
Gregorius Galganus de S. Apostolo, *cardinalis tituli S. Mariæ in porticu* 7 c
† Gregorius *Nyssenus scripsit Vitam S. Gregorii Thaumaturgi* 470 c
† Gregorius Thaumaturgus, *episcopus Neocæsareæ in Ponto* 470 b f. *Ubi et quando auditor fuerit Origenis* 471 a. *Concilio Antiocheno anni* 264 *vel* 266 *interest* 510 e
† Gregorius *seu* Gregentius, *archiepiscopus Tapharensis* 322 b f. *Ejus Acta qualia sint* 326 b
† Gregorius *Turonensis, natione Arvernus, res ecclesiasticas Arvernicas diligenter prosecutus* 254 b. *Modus ejus numerandi episcopos uniuscujusque sedis* 255 d
Gregorium Palamam *qua die recentiores Græci colant* 764 b
Gregorius *Abulpharagius viam aperit ad definiendam Georgii, episcopi Arabum, ætatem* 825 e. *De S. Jacobo Sarugensi passim loquitur* 826 a e, 827 f, 829 a
Gregorius Crescentius a Caballomarmoreo, *cardinalis, non fuit episcopus Papiensis* 15 e
Grillo (Magister), *Minor Conventualis, confessarius B. Bonaventuræ Potentini* 142 b
Grimerius Porta, *episcopus Placentinus* 3 b, 5 e f, 6 c d. *Ejus electionis modus exploratur* 10 b c. *Ejus gesta in interdicto et excommunicatione Placentinorum* 6, 7, 8. *Synodos celebrat* 8 b c. *Capitulo suo sociat S. Fulcum* 8 d e. *Ad quinque clericos reducit S. Olderici capitulum* 9 c d. *Romam proficiscitur* 9 c d
Gritti Morlacchi (Carolus), *episcopus Bergomas* 823 b
Guainerius, *pater B. Antoniæ Brixianæ* 407 e
† Gualaferus. *Vide* † Walaferus.
Gualcherius, *episcopus Lunæ in Liguria* 799 d
† Gualdricus, *episcopus Autissiodorensis* 377 a, 381 b
† Gualfardus, *eremita* 174 e
Gualla, *cardinalis titulo S. Martini* 18 a
Gualla (Jacobus), *hagiographus Papiensis* 1 f, 2 d
Gualterius, *episcopus Augustodunensis* 838 b
Guardia (F. de), *debitor S. Bernardi Vicensis* 39 a
Guarius Aidhne *seu* Liberalis, *rex Connaciæ* 881 e, 882 d, 884 f, 885 d e f, 886 f, 887 a c f, 888 a b e, 890 b c, 892 a

Guaretis (Petrus), *canonicus Vicensis* 43 e
† Guba *sive* Otz, *monachus; ejus synaxarium. Vide* Aftze.
Gudal (Assalitus de) 65 c f, 66 d
Gudit, Guedith, *sive* Essat, *aut* Esther, *regina Judæa Æthiopiæ sæculo* x 305 e, 319 e f, 320 a
Guerard (Benjaminus). *Ejus inquisitiones in nomina civitatis Lemovicum* 235 e; *de conditione servorum apud Germanos* 360 a
Guerra (Fulvius), *juvenis Romanus* 153 b
Guerrasio (Joachimus), *puellus, super sepulcrum B. Bonaventuræ Potentini sanatus* 167 e
Guerrinus (Marcus Antonius) 551 b
Guevara (Joannes Bertrandus), *episcopus Vicensis* 23 b, 28 c, 96 c
Guidi (Joannes), *socius B. Stephani* 740 b; *redit ad eremitas* 743 a
Guido, *archiepiscopus Senonensis* 874 e
Guido Antonius Feltriensis, *dux Urbinas, donat B. Stephano ecclesiam S. Ambrosii juxta Eugubium* 745 d, 751 e f; *affinis Martini papæ V* 747 f, 748 a
Guido II, *vicecomes Tigernensis, condit capitulum S. Genesii Tigernense* 544 b d e, 545 b c. *Peregrinatur Romam* 546 f
Guido, *vicedominus Placentinus* 14 c
Guido, *abbas S. Germani Autissiodorensis, plura de S. Desiderio Autissiodorensi scripsit* 352 c e
Guido Claravallensis, *scriptor* 31 d
Guidobaldus, *comes Montis Feltri, fautor congregationis S. Salvatoris* 735 f
Guifredus, *prior S. Matthæi Placentiæ* 6 b
Guignod (Franciscus), *vicarius generalis Meldensis* 607 f, 608 a b
Guigo, *episcopus Valentinus* 838 c
Guilielma, *soror S. Bernardi, episcopi Vicensis* 38 c f
Guilielmus, *episcopus Barcinonensis* 40 c
† Guilielmus, *Bituricensis episcopus, brevi post mortem cultus a Lemovicensibus* 252 e
Guilielmus, *archiepiscopus Remensis et legatus pontificius, interest anno* 1177 *ostensioni reliquiarum Silvanectensium et indulgentias concedit* 908 e
Guilielmus *alter, archiepiscopus Senonensis* 874 e
Guilielmus de Tavartet, *episcopus Vicensis* 35 b d e, 57 a
Guilielmus, *Viennensis archiepiscopus, S. Remigii Lugdunensis aliorumque sanctorum exuvias elevat* 698 b
Guilielmus, *comes Arvernensis* 545 b
Guilielmus VI, *comes Montispessulani et monachus Grandissilvæ* 39 e f, 40 a
Guilielmus, *comes Tarraconensis* 36 e
Guilielmus, *Guidonis II comitis Tigernensis filius* 544 d, 545 b c d
Guilielmus Tocchi Cremonensis, *prior generalis Eremitarum S. Augustini, cardinalatu recusato, obtinet templum Ticinense S. Petri in Cæloaureo* 731 f, 732 a, 733 c d
Guilielmus, *abbas B. M. V. Lucemburgensis et ordinis Benedictini in Germania visitator* 537 e
Guilielmus, *abbas Vallislaureæ* 39 f, 40 a
Guilielmus, *prior monasterii Cisterciensis Grandissilvæ* 39 e f
Guilielmus, *abbas monasterii S. Remigii Senonensis* 874 a c
Guilielmus, *prior Stagnensis* 68 d
Guilielmus Grossus, *canonicus Vicensis* 35 b
Guilielmus de Castelnet, *notarius Tarraconensis* 35 e
Guilielmus, *scutarius S. Bernardi Vicensis* 38 d f
Guineau (Franciscus), *parochus in Couseiz* 245 e
† Guinifortis *seu* Gunifortis, *cultus Patavii* 775 b
† Guivian. *Vide* † Gwithian.
† Gumbaldus, *Scotus habitus* 419 c
Gundradus *seu* Conradus, *dux seu comes Franconiæ, non videtur fuisse abbas Stabulensis* 715 b
† Gundualdus, *episcopus Meldensis* 595 e, 610 a, 611 b e
† Gundulfus, *Metensis episcopus* 794 f
Guntramnus, *rex Burgundiæ, patrinus Clotarii I, regis Francorum* 614 b c
Guramus, *rex Georgiæ* 643 b, 646 e f, 925 a
Gurb (Arnaldus de), *episcopus Barcinonensis* 43 b
Gutmarus *seu* Guntmarus, *abbas Stabulensis* 718 a
† Gwimear. *Vide* † Gwinnear.
† Gwinnear, *culti in Cornubia, Acta illustrata* 293 et seqq.
† Gwithian, *culti in Cornubia, Acta* 293 et seqq.
† Gwythian. *Vide* † Gwithian.
Gyraldus (Lilius Gregorius), *historicus poetarum græcorum et latinorum* 673 f, 674 a

H

Habetdeus 799 a c d; *non sedit Lunæ in Italia, sed Tamallumæ in Africa* 799 f et seqq. *Exulat Tamallene* 800 f
Habibus, *filius Maslanæ, Georgiam invadit* 647 b, 649 a c
Hadrianus papa I *permittit B. Angelramnum creari Caroli Magni summum capellanum* 654 c d
Hadrianus a Gouda, *ex ordine FF. Minorum, a Geuziis occisus* 181 a
Haes (Joannes Baptista de) *ope S. Ermelindis sanatus* 863 f
Hagnericus. *Vide* Agnericus.
† Hainmarus *Autissiodorensis agit feliciter bellum in Aquitania adversus Saracenos* 369 f; *et adversus Eudonem, Aquitaniæ regem* 369 a; *accusatus proditionis interficitur; ejus cultus* 370 a
Haistulfus, *archiepiscopus Moguntinus, veneratur tumbam S. Ferrutii* 531 b d, 537 d
Halgrina (Joannes), *monachus Cluniacensis, Sabinensis episcopus et legatus in Aragonia* 67 d f
Hali, *filius Mudjehidi* 60 b
Hally-Perraud, *Senonensis* 877 e
Hamaray *errore scriptum pro Hamara* 336 d
Hamoir (Norbertus) *adest reliquiarum S. Ermelindis recognitioni annis* 1848 *et* 1849 862 a c
Hampigny (Nicolaus de), *abbas Bullencurtianus* 393 c
† Hamulus. *Vide* † Amulo.
Harduinus, *fidelis Raginarii comitis in Lotharingia* 718 e
Hardy (Thomas Duffus) *recensuit vetera Angliæ monumenta historica* 294 a
Haretrudes, *Chlotarii II uxor* 353 a
Haribertus, *abbas Lobiensis* 631 a

Harith-el-Aradj, *seu Athethas V, rex Ghassan* 325
Harmacarus *seu* Hermocarus, *episcopus Ultrajectinus* 416 d e
Harnidus *seu* Hartuinus, *abbas Stabulensis* 715 a, 717 b
Hartgarius, *episcopus Leodiensis et abbas Stabulensis* 715 a, 717 b
Hartzhemius *pseudocapitula Hadriano I adscribit* 661 f
Hassan, *filius Amri, rex Homeritarum, ab Æthiopibus occisus* 310 a et seqq.
Haymo, *archidiaconus Tullensis* 232 c
Heanus, *nepos Cissæ, regis Saxonum Orientalium* 275 b d e
Heiricus, *historiographus Autissiodorensis* 352 d
Helebichus, *sub Theodosio clarus* 420 e
† Helena, *una ex uxoribus Abgari, christiana* 463 a b
† Helena, *Constantini M. mater, culta Abingdoniæ* 274 f, 275 a
† Helenæ *virginis, cultæ in Cornubia, Acta* 293 et seqq.
Helena a Cruce *seu* Henriquez, *monialis Salmanticensis ex ordine FF. Prædicatorum* 180 c
Helenus, *Tarsi in Cilicia episcopus* 475 f, 476 f, 477 b c. *Interfuit duabus synodis, coactis Antiochiæ contra Paulum Samosatenum* 506 a
† Helerius, *eremita in pago Tungrensi* 847 d
Helias de Ghimel, *præcentor ecclesiæ Lemovicensis* 244 d, 252 e
Heliodorus, *episcopus Laodiceæ* 477 b
† Helius, *episcopus Lugdunensis sæculo* III, *non est idem ac Helius Faustinus* 700 d; *S. Gregorius Turonensis visitavit ejus sepulcrum* 700 e
Helricus, *abbas S. Germani Autissiodorensis, restaurat Meleretense monasterium* 355 d
† Hemelinæ, *conversæ Cisterciensis, Acta* 390
Henricus I, *rex Germaniæ, moritur* 718 f
Henricus III *imperator fundat ecclesiam Goslariensem* 449 b c
Henricus, *Frederici II imperatoris filius et rex Romanorum* 64 b c
Henricus VI *imperator ad finem sæculi* XII *confirmat electionem episcoporum Placentinorum* 10 b
Henrici VII *imperatoris diploma de Liberduno* 230 f
Henricus I, *rex Francorum, confirmat fundationem capituli Tigernensis* 545 a
Henricus, *comes Seynensis, fundat monasterium, frater Brunonis archiepiscopi Coloniensis* 429 a e f, 432 e
Henricus, *episcopus Albanus, legatus ad castrum Vaurense* 54 f
Henricus, *Silvanectensis episcopus* 908 b d
Henricus, *episcopus Trecensis, ad vitam severiorem revocat canonicos Bullencurtianos* 391 b
Henricus Lotharingus, *episcopus Tullensis* 231 a
Henricus de Thyard Bissy, *episcopus Tullensis* 232 f
Henricus de Meldert 870 e
Henricus de Opwinde 870 f
Henrici Huntingdoniensis *liber de sanctis Angliæ* 901 b
Henricus, *monachus de Mediano, Placentiæ* 11 a
Henricus a S. Philippo Nerio, *visitator et provincialis provinciæ Romanæ congregationis S. Bernardi Cisterciensis* 21 b
Henricus, *faber, irrisor miraculi S. Simonis, morte punitur* 435 c
Henricus, *hæreticus* 51 b, 53 c
† Heraclas *succedit Origeni Alexandriæ in munere docendi, et paulo post Demetrio in sede Alexandrina* 471 b, 500 a
Heraclius *quot annos Romano præfuerit imperio* 362 a
† Heraclius, *episcopus Africanus* 583 d
Herbertus, *abbas S. Genovefæ Parisiensis* 411 b
Herckenrode (Leo de), *historiographus* 871 b
Herebertus, *Coloniensis archiepiscopus* 415 a
Heredia (Garcias Fernandez de), *episcopus Vicensis* 27 a, 28 b
Heredia, *auctor Menologii Benedictini, corrigitur* 627 b
† Herefridus, *episcopus Autissiodorensis, B. Guidoni confert clericalem tonsuram* 377 d
Heretinus, *homo plebejus, invenit brachium S. Simonis apostoli, et ad S. Brunonem, præpositum Bonnensem, defert* 429 b c, 432 b
Herimannus, episcopus Metensis, *facit translationem S. Clementis Metensis* 807 b
† Hermagoræ *reliquiæ Polæ* 341 a
Hermannus, *præpositus Seynensis, accipit brachium S. Simonis apostoli* 429 f, 432 c
† Hermas, *auctor libri Pastoris inter apocryphos Gelasii papæ* 455 d
Hermocarus. *Vide* Harmacarus.
† Hesperius *seu* Sperus, *episcopus Metensis, concilio Arvernensi anni* 536 *interest; sepultus in S. Clementis crypta* 670 a b c
† Hesychius *militiam abjicit sub Galerio* 534 f
† Hidulphus *floret et colitur in diœcesi Cameracensi* 626 b
† Hieronymus, *episcopus Papiensis* 1 c
† Hieronymus, *presbyter et ecclesiæ doctor, ab alieno episcopo ordinatus* 238 c. *Chronici loca quædam emendantur* 259, 308. *Innuit S. Cyprianum et Afros resipuisse, novo emisso decreto* 498 b c. *Quid senserit de S. Dionysio Alexandrino* 501 a b. *Dicit Christum non scripsisse aliquod volumen doctrinæ suæ* 453 f
Hieronymus Steve, *ex ordine Minorum* 180 e
† Hilarius *Pictaviensis S. Justum baptizat et eum presbyterum ordinat* 236 a e. *Dicitur disputasse Romæ contra Arianos* 253 b. *Est patronus Waslerensis* 630 d
† Hilarius *Arelatensis acceptus pro S. Hilario Pictaviensi* 241 f
† Hilarus papa *concilium habet Romæ* 801 f
† Hilda, *abbatissa de Streaneshalch* 896 d
Hildebaldus, *archiepiscopus Coloniensis, permittente Romano pontifice, creatur Caroli Magni summus capellanus* 654 f, 655 a
Hildebaldus, *abbas Stabulensis* 715 b, 717 f
Hildeboldus, *Transhenanus seu Monasteriensis episcopus* 721 b f
Hildegardis, *uxor Aimonis, domini Tilæcastrensis* 187 c
Hildegarius, *episcopus Meldensis, biographus S. Faronis* 594 e f, 595 a b
† Hildetrudis, *virgo, culta in monasterio Lætiensi* 775 c
† Hildevertus, *episcopus Meldensis* 595 e f
Hildigerus, *episcopus Coloniensis* 712 d

Hilduinus *presbyter, summus capellanus* 655 b
Hilduinus, *thesaurarius S. Frambaldi Silvanectensis* 908 b, 909 a
Hillinus, *episcopus Leodiensis, oppositus Richario episcopo* 718 e
Hillinus, *monachus Corbejensis, poeta et biographus S. Foillani* 897 d
Hincmarus *Laudunensis, ab Hincmaro Rhemensi enutritus; offendit Carolum Calvum; alia ejus facinora* 695 et seq. *Improbat episcopos creari palatii capellanos* 655 a b
Hincmarus *Rhemensis pseudocapitula adscribit Hadriano I* 662 a; *durius agit cum clericis, quos Ebbo, secundo archiepiscopus Rhemensis, ordinaverat* 693 d e f, 694 a b. *Impugnat Gothescalci errores modo non omnibus accepto* 687 b c d
Hinschius *originem Pseudo-Isidori decretorum et pseudocapitulorum retegit* 662 c d e
† Hippolytus, *martyr Romanus* 468 b c d f, 469 e
† Hippolytus, *presbyter Romanus* 781 e
Hippolytus, *scriptor circa annum* 225, *incertæ est fidei* 422 e f, 423 a, 439 d
Hippolytus Rubeus *seu* de Rossi, *episcopus Papiensis* 2 a
† Hirut *seu Arethas. Vide* Negranenses.
Hodjr-Akel-el-Morar, *rex Maad et Kinda, in Arabia* 310
Hoel I, *rex Armoricanorum, an duxerit Aspasiam, filiam Eusebii Venetensis* 910 d
Homo-Dei, *nomen viri* 90 f
† Honoratus, *episcopus Vercellensis* 776 c. *Ejus Acta* 577 et seqq.
† Honoratus *ex comitatu S. Ursulæ* 775 e
† Honorati *confessoris reliquiæ Tilæcastri servatæ* 187 e
Honorius papa III *Placentia Papiam transfert S. Fulcum episcopum* 3 c
† Honorius, *archiepiscopus Cantuariensis in Anglia* 896 e, 893 d, 894 c d
Hor, *monachus Nitriota* 588 a
Hoverlant. *Ejus liber de servis* 360 b
Hovius (Franciscus), *canonicus Tongerloensis, parochus in Moergestel* 853 d
Hovius (Mathias) *jubet S. Ermelindis reliquias recognosci* 860 e f
Hoyerus (Michael), *eremita S. Augustini et poeta latinus* 725 e
Hoyoul (Bertinus), *rector S. Ermelindis, favet capitulo Bruxellensi S. Gudulæ, petenti S. Ermelindis reliquias* 858 d
Hua-Corbmaic. *Vide* Corbmaic.
† Huberti, *episcopi Leodiensis, corpus hactenus delitescit, quamvis olim populi concursus fuerit* 836 b
Hugo Capetius, *rex Francorum, reverenter excipit reliquias ex Armorica et Normannia profugas* 911 a
Hugo de Comitibus, *qui et Ugolinus, et Gregorius papa IX* 16 c, 17 b c.
Hugo *Diensis, legatus apostolicus S. Gregorii VII in Galliis, favet S. Gebuini electioni* 702 e
Hugo a S. Theodoro *aut* a S. Charo, *cardinalis Ord. Prædicatorum, auctor Concordantiæ Bibliorum* 836 d
Hugo, *Catalaunensis episcopus* 227 e
Hugo, *episcopus Lingonensis* 187 a c
Hugo (Carolus Ludovicus), *Præmonstratensis scriptor et episcopus Ptolemaidis* 225 e
Hugo, *archiepiscopus Senonensis* 874 e
Hugo de Cervellione, *archiep. Tarraconensis* 33 f, 34 c; *trucidatur* 36 e. *Vide* Cervellio.
† Hugonem *Cluniacensem inter et S. Gebuinum lis orta et dirempta* 703 e
Hugo, *abbas Vallislaureæ* 40 a
Hugo, *abbas SS. Crucum* 40 d e
Hugo, *archidiaconus Tullensis* 232 c
Hugo, *archipresbyter de Olubra* 13 a
Hugo Brecensis *videtur fuisse B. Hemelinæ frater* 395 c, 396 d
Hugoni Magno *valde acceptus B. Guido Autissiodorensis* 377 e, 378 b
Hugo de Petraponte, *episcopus Leodiensis* 661 a
Hugo Regitestensis *confirmat fundationem lampadis, a Simone de Belloforti factam* 393 a; *item alias ejusdem* 395 f
Hugo de Turre, *episcopus Claromontanus* 256 e
Hugo, *Herberti Viromanduensis filius, scholæ Autissiodorensis alumnus* 377 d
Hugo, *œconomus B. Pippini Landensis* 851 c
Huguenoti *anno* 1567 *pedibus calcant Autissiodori sanctorum reliquias* 357 a
Humbelina, *patria Ambianensis, alia ac B. Hemelina* 395 a
† Humbertus *floret in diœcesi Cameracensi* 626 b
Humbertus, *episc. Gratianopolitanus* 838 e d
Humbertus, *archiepiscopus Lugdunensis simoniacus, sede sua privatus* 702 e
Humbertus Locatus, *scriptor Placentinus* 2 e
Humbertus, *clericus Tilæcastri* 186 d
Hunnericus, *Wandalorum rex* 800 d
† Hyacinthi, *martyris in Lucania, Acta* 795
† Hyacinthus *Sabinus, martyr* 796 f
† Hyginus papa 492 a, 787 f, 790 a
Hymenæus, *Jerosolymæ episcopus* 505 c, 506 a b c

I J

† Iæ, *virginis Hibernæ, cultæ in Cornubia, Acta* 293 et seqq.
Jacobi Martini (Adeodatus), *prior S. Salvatoris Bononiensis* 752 c
Jacobi I, *regis Aragoniæ, laus* 64 b. *Plura confert bona B. Bernardo Vicensi* 64 f, 65, 66 f, 67. *Celebrat anno* 1234 *conventum Tarraconensem* 50 b f. *Ejus statutum anni* 1235 *de mercium et pecuniæ valore* 44 f, 45 a. *Curiam habet anno* 1236 *Montesoni propter expeditionem Valentinam* 63 d. *Ejus constitutiones* 42 b. *Quamvis juvenis, liberat Majoricam* 60 d. *Episcopum illic instituere tentat* 60 e f. *Fundat imperfecte cathedram Majoricensem* 61 d e f
Jacobus II, *Aragoniæ rex, instituit studium generale Ilerdense* 34 d e. *Concedit ut Judæi et Saraceni Majoricenses accipiant pro fœnore* 20 *pro centum* 46 b
† Jacobus *apostolus laminam auream gestabat* 785 f
† Jacobi Majoris *reliquiæ Tolosæ* 448 c d
† Jacobi Minoris *reliquiæ Tolosæ* 448 c d
Jacobus *Edessenus cum S. Jacobo Sarugensi in syriaco kalendario confusus* 825 b. *Item in aliis libris* 825 e et seqq. *Fuit monophysita* 828 c
Jacobus, *electus episcopus Laudensis, delegatus pontificius* 16 b
† Jacobus *Nisibenus plura scripsit, quæ forsan alicubi sub nomine S. Jacobi Sarugensis latent* 830 b

† Jacobus

† Jacobus, *episcopus Sarugensis, sæculi* VI *scriptor* 456 *d. Ejus gesta et cultus illustrantur* 824 et seqq. 927 et seqq.
Jacobus, *episcopus Taurinensis* 17 c d
Jacobus Zanzalus, *Jacobitarum pater, cum S. Jacobo Sarugensi confusus* 828 a
† Jacobus *martyr dictus Bergomas* 818 e
† Jacobus Piccolomineus, *eremita Senensis* 724 b
Jacobus de Campo *fert viaticum ad S. Julianam Falconeriam* 404 a b
Jacobus Andreas, *socius B. Stephani* 740 b; *transit ad Franciscanos* 743 a
† Jacobi Salomonii *Congregatio FF. Prædicatorum* 746 f
Jacobus, *ord. Præd., eligitur anno* 1215 *antiepiscopus Placentinus* 12 c
Jacobus Finariensis, *ex Ord. FF. PP., venerabilis vir* 106 b
Jacobus a Dania, *Minorita* 779 e
Jacobus de S. Clemente, *canonicus Vicensis* 24 d
Jacobus, *prior S. Savini Placentiæ* 11 a
Jansenius (Cornelius) *alienas conciones concionatur* 4 e
† Januarius *diaconus, martyr Sardus* 176 c
† Januarius, *diaconus Turritanus* 414 e
Januario (Josephus a), *princeps de Sirignano, patricius Neapolitanus* 124 a, 149 b c d
Jaulnayus, *historicus Silvanectensis* 912 d
† Ibarus, *de Beg-Erin, episcopus Hibernus* 272 a c d, 276 d, 278 a b e f, 279, 280 e f, 281 e
Ibas, episcopus Edessenus, *Nestorianismi insimulatus* 495 b, 827 d, 831 e
Iberus (Ignatius), *abbas de Fitero in Navarra* 24 e
† Jesu Christi *consanguinei erant pauperes et fuerunt martyres* 441 d e. *Christus Dominus scribit ad Abgarum regem* 451 c d
† Ignatius, *episcopus et martyr Antiochenus* 208 f
† Ignatii de Loyola *canonisatio* 97 d
† Imeata, *monachus in Æthiopia; ejus synaxarium* 335 b c
Imrulcays. *Vide* Caisus.
† Ina, *rex Saxonum Occidentalium, factus monachus* 898 d, 901 f
Indgidgian, *auctor Armenus, de Georgiæ episcopis Armeno catholico subjectis* 645 a b. *Emendatur* 650 a
Indrecht, *episcopus Killmacduacensis in Hibernia* 890 a
Ingelramnus, *abbas Caroliloci* 908 b
Ingundes, *Chlotarii I uxor, pro alia regina accepta* 353 d
Ingundes, *uxor S. Hermenegildi* 353 a
† Innocens, *puer anonymus in agro Comensi* 418 d e
† Innocentius papa I *favet S. Chrysostomo et agit contra Acacium* 497
Innocentius papa II *præsidet concilio Pisano* 53 c; *confirmat sua bona monasterio Fossatensi* 879 a
Innocentius papa III 432 a; *jubet denuo consecrari altare SS. Simonis et Judæ* 446 e f, 447 a. *Ejus gesta in causa Ottonis IV, Friderici Barbærossæ et Philippi Suevici* 15 a b. *Delegat judices litis episcopi et capituli Placentinorum* 5 e. *Improbat divisionem bonorum capituli* 6 c. *Anno* 1214 *delegat judices ad dirimendas controversias de hospitio S. Lazari Placentino* 13 e f. *Tres legatos et inquisitores in Galliis constituit* 54 f. *Stimulat abbates Cistercienses adversus hæreticos; item milites et episcopos* 55 a b. *Confirmat bona ecclesiæ Lunensis et transfert sedem episcopalem Luna Sarzanam* 804 d f et seq. *Pollicetur erectionem cathedræ episcopalis Majoricæ* 60 d
Innocentius papa IV *confirmat exemptionem sedis Majoricensis* 62 d. *Servat episcopis Vicensibus jus cudendæ monetæ* 49 d
Innocentius VIII *dat congregationi S. Salvatoris capitulum S. Euphemiæ Placentinum* 4 d. *Dat canonicis monasterium S. Joannis juxta Brixiam, S. Sebastiani, S. Mariæ Gratiarum, S. Euphemiæ, S. Marci* 755 d
Innocentius papa X *conventus minores in Italia supprimit* 148 e
† Inventius, *episcopus Papiensis* 1 c
Joanna de Cespedez, *monialis de Alcarez ex ordine FF. Prædicatorum* 180 c
Joanna Florentina, *Mantellata Servorum B. M. V. diversa est a B. Joanna Soderinia* 406 a
† Joannæ Soderini, *ex ordine Mantellatarum, Acta* 398 et seqq.
Joannis (Christophorus) *frater conversus, socius B. Stephani* 740 b
† Joannes Baptista, Præcursor, Prodromus 175 a; *cum aliis multis a Græcis laudatus* 782 b d
† Joannes Evangelista *dicitur sponsus fuisse in nuptiis Canæ Galilææ* 424 e. *Laminam auream gestabat* 785 f, 787 b
† Joannes papa *Constantinopolim adit* 425 c
Joannis papæ IV *bulla pro monasterio Meldensi spuria videtur* 602 c d
Joannes VI papa *non fuit Benedictinus* 778 b
Joannis papæ VIII *privilegium Papiensibus concessum* 17 a
Joannes, *dux Calabriæ et Lotharingiæ* 232 d
Joannes, *defensor in Hispania* 59 f
Joannes (Presbyter) *fuit rex Qarakhitayorum. De eo breviter disseritur* 306 d et seqq.
Joannes Alpianus, *episcopus Leodiensis* 857 f
Joannes, *Asiæ episcopus, scriptor Syrus sæculi* VI *passim de rebus Æthiopum agit* 258 d, 262 e. *Confundit expeditiones Alamedæ et S. Elesbaæ* 297 et seqq.
† Joannes, *episcopus Autissiodorensis* 381 b
Joannes *tres episcopi Augustodunenses* 773 f
† Joannes *episcopus et martyr dictus Bergomas* 818 e. *Ejus titulus* 820 a b
† Joannes *Beverlacensis dictus coli Augustoduni loco Hagulstadii* 773 d e f, 774 a b c
Joannis, *episcopi Cameracencis, anno* 868 *polyptychum* 630 b
Joannes Cappadox *primusne sese œcumenicum dixerit* 347 e
Joannes Chuzibitæ *non fuere duo* 588 b
† Joannes Damascenus *restituit Typicum S. Sabæ* 672 f
† Joannes, *Hierosolymorum episcopus* 423 b
† Joannes Eleemosynarius, *patriarcha Alexandrinus* 385 a
Joannes Jejunator, *archiepiscopus Constantinopolitanus* 425 d. *Primusne sese œcumenicum dixerit* 347 e
† Joannis, *episcopi Nicæensis, reliquiæ Papiæ* 1 f
Joannes, *electus Ragusinus, cardinalis, exsecutor bullæ Gregorii XII pro canonicis regularibus* 741 c d; *numquam Ragusam adivit* 742 b

Joannes, *Sabinensis episcopus, legatus in Catalonia* 41 e
† Joannes Silentiarius, *nulla licentia obtenta, suam deseruit ecclesiam* 592 a
Joannes I, *archiepiscopus Trevirensis* 429 a, 432 a
Joannes, *episcopus in Æthiopia* 332 d
† Joannes, *abbas Gorziensis* 716 c d
Joannes, *S. Arnulfi Metensis abbas* 716 c
Joannes, *abbas in Monte Auxentii* 678 d
† Joannes Brito *exhibitus imagine S. Lani martyris* 106 e
† Joannes Capistranus *instaurat Ordinem Minorum* 746 f
† Joannis Chisii, *eremitæ Augustiniani, Acta* 724 et seqq.
† Joannes Pan-y-agua, *conversus Cisterciensis* 782 a
Joannes Piscis, *anno* 1302 *syndicus Servorum B. M. V. Florentiæ* 403 d
Joannes, *monachus et artifex Lobiensis* 631 d
Joannes, *discipulus B. Mariani, monachus Benedictinus* 417 c
Joannes a Cordovilla, *Minorita* 418 b
Joannes Tinmuthensis, *scriptor* 919 b, 921 e f
Joannes, *paramonarius ecclesiæ Alexandrinæ, sextus post S. Frumentium episcopus Æthiopum* 299 et seq. 307 c et seqq.
Joannes, *abbas in Æthiopia* 386 f
Joannicius, *metropolita Paphensis* 448 a b
Joffridus, *abbas Croylandensis* 895 d
Jogues (Isaac) *ex S. J., ab Ieroquiis multa passus* 780 a
Jolante, *uxor Jacobi I, regis Aragoniæ* 64 d, 65 d
Jolly (Mellonus), *archiepiscopus Senonensis* 877 a b
Jorba (Bernardus de) 87 f. *Vide* Jurba.
† Josaphat, *episcopus Rossus et martyr* 181 e
† Josephus, *filius Jacobi* 421 d. *Ejus cultus apud Græcos* 782 d e, *et Judæos Æthiopes* 303
† Josephum, *sponsum B. Mariæ Virginis, plurimum colit B. Bonaventura Potentinus* 162 d
† Josephus *comes, ex judæo christianus et S. Eusebii hospes* 579 d
Joseph, *regis Pippini apocrisiarius* 543 e
Josue *Stylita, sæculi* VI *scriptor catholicus, laudatur* 456 c, 826 a, 829 a
Jovius (Benedictus), *Comensis, patriam historiam illustravit* 553 b c, 560 d e
Jovius (Paulus) *descripsit lacum Larium seu Comensem* 549 b, 565 d e
Ippolito (Blasius d'), *Ravellanus* 154 d
Ippolito (Josephus d'), *chirurgus Ravellanus* 151 f, 153 b, 155 a, 158 a d f, 159 a b
† Irenæus *in quæstione de celebrando paschate* 496 e. *Mitigat Victorem papam circa episcopos Asianos et quæstionem paschatis* 784 f, 785 c d, 867 a d, 788 a, 789 b
Irene *et* Constantinus *quare orthodoxiæ laude commendati* 916 e
Irmintrudis, *conjux Caroli Calvi* 685 f
Isaacus, *Lingonensis episcopus* 697 a
Isaacus *Ninivites, ab Assemanio testis appellatus* 928 d
† Isaacus. *Vide* † Garima.
Isabellæ *archiducissæ, gubernatricis Belgarum, pietas in S. Ermelindem* 860 f
Isemberg, *missionarius heterodoxus in Æthiopia* 387 e f
Israël, *sive Beita-Israël, vel Bed-Israël, num filius fuerit Elesbaæ; dicitur a patre rex constitutus in Homeritide* 328 c, 329 a
Israel, *Brito episcopus* 721 b
Itamra *aut* Itamara *in assyriacis inscriptionibus, rex Homeritarum* 336 d
† Itta, *mater S. Gertrudis* 848 b
† Judas, *cognominatus Barsabas* 449 a
Judith *imperatrix, mater Caroli Calvi* 685 f
Judith, *regina Æthiopum. Vide* Gudit.
† Juliana de Falconeriis, *fundatrix ordinis Mantellatarum, magistra B. Joannæ Soderiniæ* 398 c, 400 b d, 401 f, 403 a e, 405 a. *Miraculum eucharisticum* 404 a b, 405 b
† Juliani *reliquiæ instrumentum jurisjurandi* 199 c
† Julianus *diaconus non videtur prædicasse in diœcesi Vercellensi* 581 e
† Julianus Hospitalarius *dictus patris et matris cædis reus* 873 b
Julianus de Salemo, *Siculus, prior generalis Eremitarum S. Augustini* 724 c
Julianus *missus ad Aryatem proregem Homeritidis et ad S. Elesbaan regem Æthiopiæ* 323 d et seqq.
Julianus Apostata, *imperator* 223 f, 229 d e f; *numquam rebellionis arguit christianos* 203 a b. *An ipsemet martyres in Galliis fecerit* 228 f, 229 a. *Ejus principatu in Galliis martyria* 229. *Sinit episcopos exsules redire ad suas sedes* 579 e
Julius papa II *dat canonicis regularibus monasteria S. Augustini, S. Mariæ de Gualdo, S. Laurentii in agro Verano et S. Mariæ Lucæ* 755 d
Julius Africanus *scriptor dicit celebre fuisse tabularium Edessenum* 453 e
† Julius *presbyter non videtur prædicasse in diœcesi Vercellensi* 581 e
Junent (Salvator), *notarius publicus Vicensis* 96 c d
† Ivo, *presbyter Trecoriensis* 174 f
† Ivonis *nomen substitutum S. Iæ. Vide* † Ia.
Jurba (Gerardus de), *donator terræ SS. Crucum* 40 c
Justiniani, *nobilis Januæ familia* 805 f
Justinianus *imperator Julianum legatum mittit ad Aryatem, Homeritidis proregem, et ad S. Elesbaan* 323 et seqq. *Ejus codex in Gallia non fuit receptus* 359 e
Justinianus II *imperator. Scribit ad eum Magister Moyses carmen de Bergomi laudibus* 817 e
† Justinus, *presbyter Romanus* 469 b c d e
Justinus I, *imperator* 297, 303, 311, 332; *S. Elesbaan hortatur ut Negranensium cædem ulciscatur* 317 et seq. *Episcopos, in exilium pro vera fide pulsos, revocat, et concilium Chalcedonense diptychis inserit* 590 e. *Episcopus Monophysitas a suis sedibus amovet* 828 e
† Justus. *Hujus nominis multi fuere sancti* 235
† Justus, *episcopus Lugdunensis* 341 e; *nulla licentia obtenta, suam deserit ecclesiam, et petit Ægyptum* 592 a
† Justi, *confessoris Lemovicensis, Acta illustrantur* 235 et seqq.
† Justus *confessor, cultus Vici in Catalonia* 23 e
Iwanus de Meldert 870 c
Iyasus, *sive abbas in Æthiopia in Vita S. Teclæ Haimanot laudatus* 386 et seq.

K

Kaisus. *Vide* Caisus.
Kandler (Petrus), *historicus Istriæ* 240 a
Keating (Gaufridus), *historicus seu collector Hibernus* 884 c, 885 b
Kempeneers (Augustus), *doctor juris canonici, laudatur* 871 a
† Kenelmus, *regis Merciorum filius* 775 a
† Kennera, *virgo, culta in Scotia* 413 a. *Ejus Acta* 904, 905
Ketinus. *Vide* Keating.
Khosroidæ *in Georgia regnarunt* 642 e
† Kilianus, *qui et Chillenus* 420 b
† Kineburga, *filia Pendæ regis, Merciorum* 899 d
Kineswitha, *regina Merciorum* 899 d
† Kineswitha, *filia Pendæ, regis Merciorum* 899 e
† Kieranus *Sagirensis* 286 a
Kirilos, *episcopus Æthiopiæ* 387 b, 389 b
Krabs (Wernerus) *filiam suam resuscitatam cernit ope S. Simonis apostoli* 430 e
Kor-Khan, *sive Yeliutasje, idem ac Presbyter Joannes. Vide* Joannes Presbyter.

L

Labbeus *Hadriano I pseudo-capitula adscribit* 661 f
Labraidh, *filius Ugaine Mor, a quo descendit S. Abbanus* 271 a
Labubna, *scriba regis Edessenorum* 466 c, 467 f
Lacheta (Petrus), *notarius Placentinus* 10 e
Lacroix (Veronica) *sanata S. Gebuini interventu* 705 b
Lactantius *an auctor libri de Mortibus Persecutorum* 202 d e. *Ejus doctrina de militia christianorum* 534 a
Ladislaus, *rex Neapolitanus, favet Gregorio XII* 744 a
Lagarde *edidit epistolam Georgii in Analectis Syriacis* 928
Lagnenus. *Vide* Lugneus.
Laknia Tanuf Dhu Sjenatir, *rex Homeritarum* 310
Laighnen, *rex Connaciæ* 886 c
Laisre, *avus S. Dorbhenei* 624 c
Lalore *professor Theologiæ in seminario Trecensi laudatur* 395 d, 397 a
Lambert, *medicus Senonensis* 877 a
Lambertus, *episcopus Cabilonensis* 838 b
† Lambertus, *episcopus Tungrensis* 706 f; *versatur Stabulai, tamquam in exsilio* 708 f, 709. *Stat ad crucem* 710 b c d e
Lambertus I, *abbas Lobiensis* 631 d
Lamgunsolonis *loco* Gonsolmi, *episcopi Metensis* 807 f
Lampagia, *filia Eudonis, regis Aquitaniæ, et uxor Aimonis, alias Munur* 369 f
Lamy (Theodorus) *bene disseruit de invocatione Spiritus Sancti* 831 e. *De Bollandianis bene meritus* 928 b
Land (J. P. N.) *improbatur* 931 b. *Laudantur ejus Anecdota* 928
† Landelinus Maurosus *floret in diœcesi Cameracensi* 626 b. *An auctor monasterii Waslerensis* 629 a b f. Ejus *Vita* 626 e f
† Landovena, *nomen fictum ex* S. Laudoveva *seu* Laudovena 909 d
† Landricus, *episcopus Parisiensis, a sua jurisdictione eximit monasterium S. Dionysii* 600 b c
Landricus, *princeps palatii, accusatus adulterii cum Fredegunda regina* 595 c
Landuccius (Ambrosius), *Eremita S. Augustini, visitator generalis, hagiographus et episcopus Porphyriensis* 725 b d, 726 a b, 728 e, 731 f c
Landuccius (Fabricius) 726 a, 727 e
Lanen (J. Th.) *adest reliquiarum S. Ermelindis recognitioni* 862 c d
Lanfrancus, *civis Brescianus et potestas Placentiæ* 16 a b
Lanfrancus Arcelli, *præpositus S. Euphemiæ Placentiæ* 5 a b, 10 a
Lanfrancus, *presbyter Placentinus* 8 a
Lanfreschi (Constantia), *ministra caritatis B. Bonaventuræ Potentini* 135 e, 136 a b c
Lanfreschi (Franciscus), *episcopus Cajetanus et archiepiscopus Materanus secundum B. Bonaventuræ Potentini prophetiam* 140 f
Lanfreschi (Marchio Jacobus), *nobilis Isclanus, juvat caritatem B. Bonaventuræ Potentini* 135 e, 136 c
Languet de Gergy (Joannes Josephus), *archiepiscopus Senonensis* 876 a
† Lani *martyris imago* 106 e
Larsonneur (Joannes Baptista), *decanus Treluinensis* 632 c
Lascarus, *episcopus Spoletanus* 153 c
Lavanga (Josephus), *frater B. Bonaventuræ Potentini, Minor Conventualis* 152 d
Lavanga (Lælius), *pater B. Bonaventuræ Potentini* 116 d
Laudo *seu* Lauto *et* Lauta, *nomina francica seu germanica* 909 d
† Laudovevæ *seu* Laudovenæ, *cultæ Silvanecti, Acta* 907 et seqq.
Lavii (Blasius Joseph), *prior monasterii S. Faronis* 607 a
Lavradius, *abavus S. Abbani* 272 b
† Lauranus. *Vide* † Luranus.
Laurentia a Præsentatione, *Dominicana Vallisoletana* 779 b
Laurentia de Eguia Otazu, *monialis ordinis FF. Prædicatorum* 180 c d
Laurentii (Franciscus), *prior Malmundariensis* 706 e
Laurentiis (Beatrix de), *mulier Isclana* 140 f
† Laurentii *brachium Laudunum translatum* 434 b, 436 b c d. *Ejus cultus olim valde extensus* 379 a
Laurentius Chisii Palmerius, *frater S. Joannis Chisii* 729 e
† Laurus, *martyr in Illyrico* 240 c
Lazarus, *episcopus Lunensis* 803 d
† Lazarus, *martyr cœmeterialis Lugani* 418 c
Lazarus (Michael) *ex ordine FF. Prædicatorum* 417 e
Lazzari (Petrus) *de Pancrudo Aragonensis* 779 c
Lebeuf *minus recte episcoporum Autissiodorensium seriem intervertit* 370 d f. *Minus probabiliter loquitur de S. Bettonis cultu* 374 b
Lefèvre, *viator Gallus, agit de inscriptionibus Tazenæ* 314 d e f, 318, 320, 327
Legat (Bartholomæus), *episcopus Tergestinus* 240 a
† Legontius, *episcopus Metensis* 667 d, 669 a

Legris (Steph. Sulp.), *procurator Senonensis* 876 d
Lejeunehomme (Dominicus), *missionarius S.J.* 146 a
Leist (Joannes Jacobus), *S. M. V. decanus Moguntinus* 537 f
Lenthecorius, *episcopus Lunensis* 799 d
† Leo papa I *acta disciplinaria concilii Chalcedonensis rejicit* 347 d; *nomen* papæ *primus sibi attribuit* 241 f
† Leo papa IX *approbat fundationem ecclesiæ Goslariensis eamque consecrat* 449 d
Leo papa X *dat canonicis regularibus monasterium S. Agnelli Neapoli* 755 d
Leo Armenus *pessime habet monachos, a Thoma, patriarcha Hierosolymitano, ad se missos* 675 f
Leo IV, *imperator, dictus Sapiens vel Philosophus* 517
Leo, *episcopus Comensis, ad quem exstat diploma Lotharii I* 549 e, 565 a
Leodegarius, *archiepiscopus Viennensis, perficit ecclesiam S. Theodori, a S. Theobaldo inceptam* 835 c d, 838 a
Leodegunda, *mater S. Faronis* 594 d, 609 e
Leonardi (Accarellus) *præses ecclesiæ S. Ambrosii juxta Eugubium* 745 c
Leonardi (Philippus), *socius B. Stephani* 740 b; *redit ad Eremitas* 743 a
Leonardus (Julianus), *legatus Faventinus et Bononiensis* 64 e
† Leonius *non secutus est S. Hilarium exsulem* 240 d
Leontius, *episcopus Nemessinus, testatur de reliquiis S. Simonis* 448 a b
Leontius, *Gazensis, monachus Sabaita* 675 e
Leontius, *biographus S. Stephani Sabaitæ Thaumaturgi* 675 e f
Leontius, *belli dux Phocæ imperatoris, capit Edessam* 456 d
Leopoldi, *imperatoris Germaniæ, concionator Bonaventura Cennamus* 124 c
Lepsius (Richardus); *ejus sententia de anno Ægyptiorum* 305 a, 337 d
Lequien (Michaël) 306, 322
Lercio (Berengarius de), *canonicus et archidiaconus Vicensis* 85 c
Le Roux (Petrus Josephus), *parochus prior S. Faronis* 607 e, 608 e
Le Roux (Suzanna), *monialis, conservat reliquias S. Faronis* 608 e
Letronne, *archæologus Gallus* 324, 337 a b; *Rufinum partim tantum intellexit de India loquentem* 258 d e
† Levan. *Vide* † Levina.
Leubonius, *chorepiscopus Lugdunensis* 697 a
† Levina *seu* Lewina, *vulgo* St. Levan, *a Saxonibus occisa* 295 e
Leutbaldus, *episcopus Matisconensis* 838 b
Leutboldus, *beneficus in Stabulenses* 721 c
Leutbertus, *episcopus Moguntinus et abbas Stabulensis* 715 b, 717 c
Leutbertus, *provisor Waslerensis* 631 b, 636 f
Leutfredus, *archidiaconus Virodunensis* 716 e
Leutherius, *episcopus Saxonum Occidentalium* 896 c
Leuterius, *præpositus Cabillonensium canonicorum S. Marcelli, privilegia sua in concilio Cabillonensi anni* 873 *propugnat* 697 a
† Libaria, *martyr in Lotharingia* 223 b, 224 b, 228 c, 229 e
† Libertus I de Meldert 870 a f
Libertus II de Meldert 871 a
Liçana (Rodericus de) 66 d
Lichtenberg (Elisabeth), *abbatissa in Neumunster, transit ad Lutheranismum* 808 d
† Licinius, *martyr ex Thebæa legione* 548 b, 552 a b, 564 b
Licinii *persecutio aliqua tenus dici potest generalis in Oriente fuisse* 210 f
Licinius, *augustalis Ægypti, a Malala memoratus* 300 a et seqq. *Liciniorum familia Alexandriæ* ibid.
Lientrudis, *mater S. Eucharii dicta* 223 b, 224 d, 229 e
Lieutaudis. *Vide* Lientrudis.
Ligne (princeps de), *senatus Belgici præses* 857 a
† Limenii, *episcopi Vercellensis, corporis inventio* 577 f. *Ejus institutio* 579 c. *Electio* 580 a, 581 b
Lindo, *Augustodunensis episcopus* 697 a
Linse (Elisabetha), *nobilis Hiberna* 891 d
Lintfridus. *Vide Liutfridus.*
† Liqanos, *monachus. Ejus synaxarium* 335 c d. *Vide* Sancti.
† Lithgenius, *nepos S. Ibari* 272 c
† Litifredi, *episcopi Papiensis, reliquiæ* 2 b
† Livarius *Metensis, martyr* 231 b
Liutfridus, *comes et abbas Stabulensis* 715 b, 718 d
Llueva (Selles Michael), *municeps Vicensis* 28 c
Loarn, *filius Fergus Cennfada* 624 b
Lobo (Emmanuel) *ex S. J., a Mahumetanis occisus* 780 a
Lobo *sive Lupus, missionarius catholicus in Æthiopia* 319 et seq. 384 et seq.
Locatus (Humbertus), *scriptor Placentinus* 2 c
Loffredus (Erricus), *comes et civis Potentinus* 125 f
† Logus, *martyr* 177 e
Lombardo (Brigida) 168 b
Lomellinus (Benedictus), *episcopus Sarzanæ, dein Anagniæ, postea cardinalis et legatus a latere* 805 d e
Longia (Emmode), *miles Hugonis Capetii. Ejus fata* 721 d, 722 a b
† Longus, *inter martyres relatus* 177 e, 184 b
Lopez (*Franciscus*) *ex S. J., a Mahumetanis occisus* 780 a
Loret (Petrus), *monachus SS. Crucum* 47 a
Lorne, *civis Senonensis* 875 d
Lotharius I Imp. *Ejus diploma ad Leonem, episcopum Comensem, genuinum* 549 e f, 565 a. *Ecclesiæ Lugdunensi plures restituit villas* 681 a. *Jubet reddi ecclesiæ Lugdunensi villas Aulaniam et Morgas* 791 f. *Plura dedit bona Nantuatensi monasterio* 681 c; *item monasterio Savigniacensi* 681 f
Lotharius, *primus Lotharingiæ rex, beneficia monastica transfert ad sæculares* 715 b c; *uxorem suam Theutbergam dimittit; a Nicolao I et ab Hadriano II frustra ad meliora revocatur et tandem sacrilegus obit* 496 c d e f
Lotharius, *episcopus Vercellensis, visitator Longobardiæ* 7 c. *Ejus opera in interdicto Placentino* 7 c d
† Loy. *Vide* † Dellyn.
Lozanus (Didacus), *episcopus Potentinus* 117 f
† Lucanus *seu* Lucania, *effictus ex nomine provinciæ Lucaniæ* 776 d e
Lucas, *episcopus Calaritanus* 59 d

Lucas, *patriarcha Cpolitanus vetat ne clerici arti medicæ vacent* 798 f
Lucci (V. Antonius Maria), *ex Ord. Min. Conventualium, episcopus Bovinensis* 114 a, 168 d, 169 e. *Seminarium diœcesanum instituere non potuit* 118 a
Lucentius *auxit Italiam sacram Ughellii* 804 d. *Lapsus signatur* 805 c
† Lucia *Narniensis quam infelix in fundatione et regimine conventus Ferrariensis S. Catharinæ Senensis* 408 b
† Lucianus, *presbyter Antiochenus, martyr* 202 f
† Lucianus *et Marcianus martyres, celebrati Vici in Hispania* 22 e, 23 e. *Eorum festum Vici* 85 b
† Lucianus, *martyr Nicomediensis* 177 a
† Lucianus *seu* Lucius, *martyr Romanus* 177 e
† Lucianus. *Vide* † Lucius.
Lucianus, *præpositus cubiculariorum* 202 b c d
† Lucinii *seu* Lucii, *martyris in Lucania, Acta* 795
Lucius papa III *in concilio Veronensi* 54 d e; *legatum et inquisitorem mittit ad castrum Vaurense* 54 f
† Lucius, *rex in Anglia* 274 f
Lucius, *episcopus Lunæ* 803 d
† Lucii, *martyris Romani, Acta* 189
† Lucius. *Vide* † Lucinius.
Ludolfus *in historia S. Frumentii citatur aut emendatur* 257, 258 c, 259 c, 260, 267, 305, 313, 334 c, 336 c. *Nimis despexit veterem Catalogum Mariani Victorii* 264 c. *Ejus judicium de libris missionariorum* 384
Ludovica ab Ascensione, *monialis Franciscana* 418 c
Ludovicus Pius *Carolo filio suo Alemanniam, Rhætiam et Burgundiæ partem dat* 693 c. *Plura loca Cataloniæ adversus Mahumetanos munit* 18 c. *Ejus diploma ad canonicos et clerum Comensem* 565 a. *Propagat Regulam Aquisgranensem canonicorum* 46 d
Ludovici Junioris, *regis Francorum, anni quomodo computati in Catalonia* 40 a
Ludovicus VII, *rex Francorum, multum favet capellæ S. Frambaldi Silvanectensi, interest ostensioni reliquiarum, etc.* 908, 909 a
† Ludovicus rex *S. Juliani basilicæ patrocinatur* 368 a
Ludovicus Transmarinus *agit bellum* 377 e
Ludovicus XI, *rex Galliarum, bis disponit de Spinaldo oppido* 232 d
Ludovicus Cæcus, *rex Provinciæ* 836 f
† Ludovicus, *episcopus Tolosanus* 25 b
Ludovicus Bonettus, *designatus episcopus Bergomensis, dein Pisanus, et cardinalis* 821 a
† Ludovicus Morbioli, *pœnitens Bononiensis* 419 d e
Lughaidh Corb, *Hibernus* 272 a
Lugna, *pater S. Ibari* 272 a
Lugneus, *pater S. Abbani Killabbaniensis* 272 b
Luitolfus, *Ottonis I, regis Germaniæ filius, adversus patrem rebellis* 721 e
Luitprandus, *rex Longobardorum, auctor templi Papiensis S. Petri in Cæloaureo* 815 a b, 816 d
† Lullus, *archiepiscopus Moguntinus, transfert Blidenstadium, ubi monasterium condiderat aut dotarat, corpus S. Ferrutii martyris* 531 b d, 537 b c d, 542 c
Luna (Artallus de) 66 d, 67 a
† Lupianus, *mortuus in Albis* 546 c
† Lupicini *simul ac S. Remigii reliquiæ elevantur* 698 b
† Lupi *cultus antiquissimus apud Autissiodorenses* 356 e
† Lupus, *episcopus Senonensis* 188 d
Lupus (Christianus) *scripsit de militia christianorum* 533 d; *non videtur negasse fidem epistolæ S. Firmiliani* 483 a b
† Lurachus a Poematibus. *Vide* † Luranus.
† Luranus, episcopus de Daire *seu* Doire Lurain 776 f, 777 a
† Lusor, *filius Leucadii senatoris, in Albis mortuus* 546 d
Lutherani *concremant Liberduni reliquias S. Eucharii episcopi* 224 a
† Luxorius, *martyr Sardus* 816 d e
Luzzato (Philoxenes). *Ejus sententia de adventu Judæorum in Æthiopiam* 304 a
Lyæus, *gladiator Vandalus, Thessalonicæ* 220 c d
Lysius (Petrus), *qui et Coelen, abbas Monasteriensis prope Luxemburgum* 706 f, 707 a

M

Maanu, *filius Algari, ad Christum convertitur* 146 e
Maça (Blascus) 66 d
Macagnanus (Hugo), *canonicus Placentinus* 10 a
Macarius, *episcopus Minoricensis* 59 d
† Macarius *militiam abjicit* 534 f
† Macarius, *Ægypti monachus* 300, 330 a 333 b
Macchiavellii (Alexandri), *duo sancti fictitii* 170 et seqq.
Macchiavelliorum *stemma genealogicum fictum* 171 c
Macchiavellius (Alexander), *advocatus Bononiensis, insignis falsarius* 170 et seqq.
Macchiavellius (Nicolaus), *scriptor supposititius Bononiensis* 170 f, 171 a d e
† Mac-Duach. *Vide* † Colmanus mac Duach.
Mac Firbis de Lecan. *Vide* Duald mac Firbis.
† Macharius. *Vide* † Mocufirceta.
† Machonna, *qui et Dachonna* 273 c
Macier, *Paradonis vicarius, servat reliquias S. Baldi pœnitentis* 875 e f
Macia Verges, *municeps Vicensis* 28 e
Macrianus, *magiæ deditus, Valerianum concitat contra Christianos* 501 c d
† Mac-u-Fircetea. *Vide* † Mocufirceta.
† Mælruain, *conditor Tamlachtensis monasterii* 179 b
† Maffeus, *idem qui S. Matthæus* 6 d
Magi, *primi prædicatores Chaldæis* 439 c
Magnet (Petrus), *canonicus Vicensis* 27 e
Mahometh Abenarap, *Maurus Valentinus* 67 a
Mahumetes, *pseudo-propheta Arabum* 308, 317
† Maidocus, *episcopus Fernensis* 892 a b. *Vide* † Aedh.
† Majorianus *Arvernus* 587 d; *cultus Broci in Arvernia. Ejus memoria* 906, 907
Maihew (Eduardus), *monachus Anglus Benedictinus* 901 e
Maillane de Porcelet (Joannes) *B. Angelramni reliquias retegit* 666 a b
Majolus, *abbas Faronianus, visitasse dicitur corpus S. Faronis* 305 e f

Makrisius,

Makrisius, *scriptor Arabs* 390 a
Malachias, *archiepiscopus Armacanus* 890 a. *Ejus reliquiæ transferuntur in ecclesiam cathedralem Trecensem* 446 c
Malala (Joannes) *confundit expeditiones Alamedæ et S. Elesbaæ* 297 e f, 299 et seq. 308, 317, 323
† Malchion *seu* Melchion *convincit Paulum Samosatenum* 504 b c, 509 b c. *Vide* † Melchion.
Malamina (Joannes de), *nuntius Placentinus* 7 e
Malatesta (Ringarda), *uxor Guidonis Urbinatis* 747 f
Malpica, *familia Hispana nobilis, sollicita circa reliquias S. Simonis* 447 f
S. Mamertus *non ordinavit episcopum S. Terentium* 807 b, 812 c
† Mammarius *Lambesitanus, martyr* 780 d
Mammo *videtur non recensendus inter Cadurcenses episcopos* 365 f
Manasses, *episcopus Meldensis* 619 f
Manasses, *archiepiscopus Rhemensis, ob simoniam deponitur* 703 d
Manasses, *episcopus Trecensis* 395 e, 396 e
Manegoldus, *canonicus Præmonstratensis in Seyn* 435 a
Mansi (Carolus), *vicarius generalis Ravellanus* 157 c d f, 158 a b f, 159 b
Manso (Agnes) 168 a
Manso (Joannes), *juvenis Ravellanus* 152 d
Manso (Josephus), *civis Ravellanus* 151 f
Manso (Josephus), *Ravellanus* 152 f
Manso (Laurentius) 167 f
Manso (Natalis) 168 a
Manso (Stephanus) 168 a
† Mansuetus, *episcopus Tullensis* 225 f, 228 d
Mantelius (Joannes), *Eremita S. Augustini* 725 e
Mantellatarum *ordinis Servorum B. M. V. origo* 403 b c d
Manutius (Paulus) *una cum Latino Latinio Romæ edit opera S. Cypriani* 482 e f
Manzioli (Nicolaus), *historicus Istriæ* 338 c, 339 b
Mappinii, *archiepiscopi Remensis, ad S. Villicum epistola* 671 a
Marana, *familia Ferrariensis* 407 f
† Marandus. *Vide* † Smaragdus.
† Marcellina 564 b c
† Marcellus, *martyr Legione in Hispania* 780 c
† Marcellus, *centurio, militiam abjicit* 535 b, 536 e. *A quo capitis damnatus* 543 a
Marcellus (Aloysius), *episcopus Polanus* 341 a c
Marchal, *parochus in Heillecourt* 226 b
Marchia (Remaclus a), *abbas S. Huberti* 836 b
Marchio (Guilielmus), *subdiaconus Placentinus* 10 a
† Marcianus, *martyr, jurat per salutem imperatorum* 535 e
† Marciani *seu* Mariani, *martyris Romani, Acta* 189
† Marciani *et* Luciani *MM. festum Vici* 85 b
† Marcianus, *monachus, S. Joannis Chuzibitæ colloquio per prodigium fruitur* 592 f
Marcion *hæreticus, ex Ponto oriundus* 492 a
† Marcus, *episcopus Africanus* 583 d
† Marcus, *episcopus forte Britannus, qui Suessionibus vixerit* 415 c d
† Marcus, *primus ex gentibus episcopus Hierosolymitanus* 783 f, 789 a
† Marci, *martyris Asiani, Acta* 221 c f, 222
† Marcus, *cultus Papiæ* 816 d. *Ejus et simul S. Robustiani MM. corpora detegit B. Joannes Chisius Ticini* 733 d e, 734 d e
Marefuscus (Marius), *cardinalis, præfectus S. R. C.* 111 d e, 112 a
Mares, *filius Salomonis. Vide* Amrus.
† Marescottus (Nicolaus), *prior Ilicetanus* 738 f
† Margaria, *ex comitatu S. Ursulæ* 775 e
† Margarita, *ex comitatu S. Ursulæ* 775 e
Margarita Bremsons 870 f
Margarita de Navarra, *ducissa Lotharingiæ* 232 d
† Margarita a Sabaudia, *monialis Dominicana* 182 e f
Mari (Augustinus de), *episcopus Savonensis* 106 a c d
† Maria, *mater Dei. De ejus immaculata conceptione disputatio B. Bonaventuræ Potentini* 122 f. *Ipsa in coquendis panibus adjuvat S. Leudardum* 641 e f. *Ejus puritatem recolendam commendat B. Bonaventura Potentinus* 157 a, 158 a, 162 a. *Ipsa singulariter colitur Neapoli in æde S. Gaudiosi* 585 f, 586 a b. *Eamdem impense colit B. Bonaventura Potentinus* 161 a b, 163 c, 164 f; *maxime ante mortem* 155 d e. *Ejus capilli Claromonte* 256 d. *Titulo Carmeli de Monteserrato jam anno* 1304 *honorata* 93 f. *Liber sermonum de B. Maria V. antiquus* 79 b
Maria Angela a Cruce, *tertiaria, B. Bonaventuræ Potentini filia spiritualis sanctissima* 132 c, 133 et seqq. 135 c d e f, 136, 137 f, 138 a f, 139 a, 146 f, 160 c, 163 f, 164 b, 165 a, 166 e f, 167 a
Maria a S. Helena, *monialis conventus Dominicani S. Mariæ Gratiarum Hispalensis* 417 f
† Maria Magdalena, *culta in Insula Barbara* 188 d
Maria, *Mantellata Servorum B. M. V., testis miraculi eucharistici in S. Juliana* 404 b
† Maria Pœnitens, *non Maria Nova* 771 c et seqq.
Maria, *monialis lapsa, ad pœnitentiam revocatur* 599 b
† Mariani *seu* Marianæ, *martyris Antiochenæ, Acta* 574
† Marianus, *martyr Romanus* 184 b
Marianus, *dictus abnepos B. Joannis Chisii* 729 e
Marianus Gormanus, *abbas Knockensis et martyrologus Hibernus* 880 f
Marianus Victorius *catalogum edit regum Æthiopiæ* 264 e
Marigliano (Dux de), *Neapolitanus* 149 d
† Marina *virili habitu vixit* 913 e, 917 b
† Marina. *Vide* † Mariana.
† Marinianus. *Vide* † Marianus *seu* Marcianus.
Marinis (Bonaventura de), *Minor Conventualis, cœnobii S. Spiritus seu S. Antonii Neapolitani guardianus* 147 a
Marinis (Bonaventura de), *ex ordine Minorum Conventualium* 130 c
Marinus, *episcopus Tyri* 477 b
† Marinus, *centurio, vitem suam servat* 535 b
† Maris *inter primos prædicatores Syrorum* 439 c
Marius, *pater Alexandri papæ VII* 729 e
Marlianius (Fabricius), *episcopus Terdonensis et Placentinus* 4 b c
† Marsi, Corcodomi et Peregrini *reliquiæ in basilica Juliani Autissiodori servatæ* 368 a

Martel (Joanna Baptista) *ex ordine FF. Prædicatorum* 417 e f
† Martha, *culta in Insula Barbara* 188 d
Marti y de Rexach (Franciscus), *scriptor de S. Bernardo Vicensi* 32 b
† Martinæ *virginis reliquiæ in Couseiz* 245 f, 246 b
Martinengo (Bartholomæus de), *ex Ord. FF. PP.* 105 a d
Martini (Honorius), *Eremita S. Augustini* 728 a
Martinianus, *episcopus de Foro-Trajani* 59 d
† Martino (Bernardus de), *monachus SS. Crucum* 47 a
Martinus papa V *fautor canonicorum S. Ambrosii* 748; *complura privilegia canonicis concedit* 749 c d e f, 750, 751 e f; *supplet consensum abbatis generalis Cisterciensis* 750 f; *erigit Bononiæ congregationem S. Salvatoris* 4 d
† Martinus *Turonensis prius pie militat, dein cingulum militare ponit* 532 d e, 533 a, 535 d, 536 a. *Exorcista ordinatus ab alieno episcopo* 238 c; *infert in Gallias usus Vercellenses et conjunctionem vitæ monasticæ cum clericali* 579 b. *Ejus brachium datum monasterio S. Martini Lemovicensi* 241 c
† S. Martinus, *discipulus S. Martini Turonensis, episcopus Lugdunensis* 701 a
Martinus *dux occupat Austrasiam* 708 c, 709 a
† Martius *ex comitatu S. Ursulæ* 775 e
Martorello (Arnaldus de), *exsecutor testamentarius S. Bernardi Vicensis* 38 c, 39 c
Martorello (Guilielmus de), *subdiaconus et notarius Vicensis* 45 f, 59 a
Martorello (B. de), *monachus SS. Crucum* 47 a
† Maruani, *monachi Hiberni, culti in Cornubia, Acta* 293 et seqq.
Maryhab *assistit morti S. Thaddæi* 465 c, 466 a
Marzoni (Ludovicus Maria), *minister generalis Conventualium* 109 f
Mas (Jacobus), *episcopus Vicensis* 30 b
Masfianus, *quem regem Romanum fabulantur Æthiopes, pater S. Garimæ* 332 d, 333 e
Masii, *familia Florentina* 404 e
Masius (Andreas) *laudatur* 824 b c
† Maternus, *episcopus Mediolanensis* 548 a, 551 b c d e et seq. 562 c d
† Maternus, *episcopus Trevirensis* 226 e
† Mathias *apostolus, patronus Goslariæ* 449 e
† Mathias, *Hierosolymorum episcopus* 423 b
Mathias (Frater), *Alcantaranus factus secundum B. Bonaventuræ Potentini prophetiam* 140 f

Mati. *Vide* Nicolaus.
Matons, *aurifaber Hispanus* 27 d
† Matthæus *apostolus in Syria prædicavit* 439 c; *item in Mesopotamia* 427 a, 439 e; *et in Æthiopia Meroëtica* 257; *ubi verisimiliter passus est* 423 a
† Matthæus, *martyr sub Diocletiano* 178 c
† Matthæus, *martyr, cultus a Tarentinis* 178 c
† Matthæus, *martyr cœmeterialis* 178 a
Matthæus, *archidiaconus de Tarrantona* 57 b
† Matthæus Carrerius *seu* Mantuanus *Viglebani* 105 a

† Maurianus. *Vide* † Marianus.
† Mauricius. *Vide* † Mocufirceta.
† Maurinus *bona ecclesiæ Autissiodorensi ablata restitui curat* 372 e; *ex suis dat plura* 372 f, 373 a
Mauritius *imperator Georgiam a Persis liberam facit, eique regem dat* 643 b
Masgal-Moa, *monachus in Æthiopia* 386 f
Massudius, *scriptor Arabs* 263.
Mataë, *abbas in Æthiopia* 332 e
Mauritius *imperator S. Cyriacum Œcumenicum appellat* 348 b; *est valde injuriosus in S. Gregorium Magnum* 348 c; *trucidatur* 350 b c
† Mauritii, *legionis Thebanæ primicerii, verba de militia* 533 d. *Ejus caput in ecclesia Viennensi* 837 e
† Mauritius *Ord. FF. Prædicatorum ex regio sanguine Hungariæ* 417 e
† Maurus *pro* martyre 176 b
Maximianus Galerius *et* Herculius *imperatores versantur Thessalonicæ* 220 c e, 221 d
Maximianus Herculeus *dicitur Bergomi occidisse SS. Domnionem, Domnonem et Eusebiam* 833 e f
Maximianus *Cæsar et imperator contra Bagaudas movet* 564 e
† Maximiliani, *episcopi Laureacensis, triumphus Passavii* 775 d e
† Maximilianus *militiam recusat* 534 f, 536 e. *A quo capitis damnatus* 543 a
Maximilianus, *abbas Hispanus* 417 b
† Maximinus, *episcopus Trevirensis* 226 f
† Maximinus *ex comitatu S. Ursulæ* 775 e
Maximinus (Julius Verus) *succedit Alexandro in imperio* 471 c, 475 c; *persecutor ecclesiæ* 475 a b c c, 484 b c
Maximinus *imperator extorres vult christianos ex urbe Tyro* 201 d
Maximus *succedit S. Dionysio, episcopo Alexandrino* 507 a
Maximus, *Bostrensis episcopus* 505 e
Maximus, *episcopus Ostiensis* 469 e
† Maximus, *episcopus Papiensis* 1 c
† Maximus, *episcopus Taurinensis, partem descripsit sermonis, adscripti S. Ambrosio* 581 b c
Maximus, *presbyter Alexandrinus* 501 d
† Maximus *et socii, martyres, a Coptitis culti* 412 a b
Maynardus, *archiepiscopus Senonensis* 874 b
Mażabanem (Alexander), *episcopus Æliæ* 477 b
Mazzara (Benedictus), *hagiographus FF. MM.* 109 d

† Mearwinna. *Vide* † Merwinna.
Mechtildis *de Nassau cum reverentia suscipit brachium S. Simonis Apostoli* 430 f, 433 b
Mechtildis *fœmina Heymbachensis, curata ope reliquiarum S. Simonis* 434 d e
Mediolano (Baptista), *ex Ord. FF. PP.* 105 a d
Meginhardus, *non abbas, sed monachus Fuldensis, scriptor Passionis S. Ferrutii Moguntini* 531 c d, 538 b
Meherdath, *nobilis Edessenus, ad Christum conversus* 461 f
† Melanius, *episcopus Rhedonensis* 909 f, 910 a b c
† Melchionis, *presbyteri Antiocheni, Acta* 510 et seqq. *Vide* † Malchion.
Meldert (Joannes de) 870 c
Meldert (Margareta de), *mater Antonii de Montenaken* 871 a
Melissenus (Nicephorus Sebastus), *Eremita S. Augustini* 726 d
† Melitina, *martyr, a Græcis laudata* 775 c
† Melito, *episcopus* 787 c, 789 d
Mella, *soror S. Ibari et mater S. Abbani Killabbaniensis* 272 a b c d, 276 d
† Mellani, *episcopi Hiberni complures* 413 f, 414 a b c d

Mellon Jolly, *archiepiscopus Senonensis, S. Desiderii aliorumque sanctorum recognoscit reliquias* 357 b
† Memmius, *primus episcopus Catalaunensis* 365 d
Menander, *poeta ethnicus, citatus a S. Paulo* 441 b
† Menas *et* Menæus, *in quodam synaxario laudati, quinam sint* 781 c
Menault, *O. S. B. monachus laudatur* 241 d
Mendes (Alphonsus), *S. J. Æthiopiæ patriarcha, laudatur* 265 a; *et passim in historia S. Elesbaæ et S. Tecla Haimanot* 296 et seqq., 383 et seqq. *Scripsit de abdicatione regis Elesbaæ* 326 et seq. *Ejus opera in illustranda Æthiopiæ historia* 383 et seq.
Menfredus *seu* Mefredus, *prior Eberbacensis* 179 f, 180 a
† Menna, *martyr in Lotharingia* 223 a, 224 b, 229 e
† Mentellin *corrupte pro Pantaleone apud Habessinos* 332 c
Menutianus, *protector Thessalonicensis* 220 e
† Mercelmus *seu* Mercelinus, *filius Pendæ, regis Merciorum* 899 d
Merenda (Hyppolytus), *J. U. peritus Vicensis* 29 a
† Merewaldus, *filius Pendæ, regis Merciorum* 899 d
Merle (Adelaidis) *sanata S. Gebuini interventu* 705 a
Merodia domus. *Trèluinum et reliquiæ S. Donis* 631 e, 632 b c
Meropius, *Tyrius philosophus, in Indiam profectus, a barbaris in Æthiopiæ quodam portu jugulatur* 257 f, 258 a, 259, 267 f et seqq. *Semel tantum hoc iter suscepit* 259 e et seqq.
† Merran. *Vide* † Maruanus.
† Merryn. *Vide* † Maruanus.
Merwan Qrou *seu* Surdus, *Saracenorum dux, postea kalifa* 648 e
† Merwinnæ, *abbatissæ Rumesejensis, Acta* 918 et seqq.
Mesa (Angela di). *Vide* Bellarena.
Messina (Josephus), *presbyter Isclanus* 166 f, 167 a
Metaphrastes (Simeon) 385 a; *quo tempore floruerit* 515 e, 516 e f, 518 a; *a Tillemontio justo severius reprehensus* 519 a e; *defensus ab Allatio contra Bellarminum* 525 a b
† Methodius *cum S. Cyrillo communicat Slavis elementa literarum* 440 f
† Metrobii, *martyris Eumeniæ, Acta* 183 et seqq.
Metrodorus *philosophus Indiam Brachmanicam peragrat* 257 f, 258, 318. *Quonam tempore* 259
† Metropius, Metrosius, Metrobrius. *Vide* † Metrobius.
Meurisse (Martinus), *episcopus Madaurensis et S. Remigii Senonensis abbas* 875 b
† Miacha, *in Hibernia* 272 c
Miccu (Silvester), *episcopus Ravellanus et Scalensis* 151 d
† Michaël (Archangelus) *cultus inter Æthiopes* 388 et seq.
Michael, *Antiochenus patriarcha, asserit reges et catholicos Georgiæ ab Antiochenis patriarchis sacratos semper fuisse* 644 b
Michael, *episcopus Atribæ et Meligæ, martyrologus Ægyptius* 233 b, 312
Michael de Fabra, *S. Dominici discipulus* 66 e
Michael Navarrus, *exsecutor testamentarius et creditor S. Bernardi Vicensis* 38 c d
† Michael de Pino, *Camaldulensis, promotor Coronæ Dominicæ* 132 f
Michael A. Carariensis, *historicus* 820 d
Michelotii, *familia Florentina* 404 e
Migliaccio (Franciscus), *canonicus pœnitentialis Isclanus* 167 b
Milano (Antonia) 168 a
Milo, *abbas Melodunensis* 874 e
Milo Balbus, *Tilæcastrensis miles* 186 d
Minorum Conventualiam *ordo et conditio vindicatur* 114 a b c
Minorum Observantum *sæculo* XV *laus* 756 f
Minucci (Ferdinandus), *archiepiscopus Florentinus* 400 d e
Minutola Casarelli (Alexandra), *uxor Josephi a Januario* 149 c
† Mirandus. *Vide* † Smaragdus.
Mirkhond, *scriptor Persa* 306
Mirian, *rex Georgiæ, cujus principatu conversi Georgiani* 642 e
Miro, *dominus partis civitatis Vicensis* 49 c
Mirus (Franciscus), *abbas SS. Crucum. Epistola de S. Bernardo Vicensi* 79 a
Missorius (Raymundus), *Conventualis, epistolam S. Firmiliani a donatista confictam fuisse perperam asseruit* 483 b et seqq.
† Moaba, *filius Ernani* 179 b. *Vide* † Abbanus.
† Mobeoc *seu Beanus aut Beoanus* 416 b c
† Mobecocc *seu Becanus* 416 b c
† Mobhegoc *seu Becanus* 285 f
Mochonna. *Vide* † Mocufirceta.
† Mochua *substitutus S. Colmano mac Duach* 888 a
Mocianus *vel Mutianus, scholasticus* 495 b
† Mocius, *callimartyr* 220 a
† Mocufer. *Vide* † Mocufirceta.
† Mocufirceta *socius S. Columbæ Hiensis* 419 f, 420 a
† Moderati Pueri *cultus antiquissimus apud Autissiodorenses* 356 e
† Medranus, *frater S. Odrani Letrachensis* 343 c
† Moedocus. *Vide* † Aedh.
Molera (Salvator), *syndicus capituli Vicensis* 96 d
Molina (Blasius), *episcopus Polensis* 340 e, 341 c
† Molingus, *episcopus Fernensis* 276 c, 278 a
† Molingus Luachra 274 d, 289 c d
Molkenbuhr (Marcellinus) *ex ordine Minorum refutatur* 785 e f, 786 e; *fictitiam asserit synodum Iconiensem, sicut et alia plurima antiquitatis monumenta* 472 c; *ejus sententia de epistola S. Firmiliani et literis S. Cypriani* 488 et seq.; *fallitur in dissertatione de anno emortuali S. Firmiliani* 508 e f et seq.
Mombritius (Boninus) *quando et quibus ex fontibus ediderit Vitas Sanctorum* 550 e, 564 b c d e, 565 b
† Monachi novem *tempore Alamedæ ex Ægypto in Æthiopiam venerunt* 300 et seq. 312 d et seqq. 329 et seqq.
Monaldi (Bernardus), *scriptor Vitæ B. Joannis Chisii* 725 a, 728 d e, 731 f
Monçon *seu* de Montesono (Joannes), *Minorita* 779 d
† Monon, *eremita in tractu Luxemburgensi* 847 e
Monophysitæ *multos habuerunt asseclas in Ægypto* 589 b

Montanistarum *adversarii aliquot* 184 c d e
Montanus *aut Priscilla sub Spiritus Sancti appellatione intellecti in baptismo* 500 e
Monteacuto (Bernardus de), *Cæsaraugustanus episcopus* 64 d
Monteacuto (Guilielmus de), *notarius Papiensis* 18 b
Montecatano (Guilielmus Raimundi de), *dapifer Cataloniæ et Aragoniæ* 39 e f, 66 d; *donator terræ SS. Crucum* 40 c
Montecatano (Guilielmus de), *vicecomes Bearnensis* 35 b c e f. *Ejus filii Guilielmus et Raimundus* 39 e f, 40 a
Montecuculli (Andreas), *ex Ord. FF. PP. prior Finariensis* 106 d
Monteforti (Simon de) *militat adversus hæreticos* 55 a
Montefusco (Laura), *filia spiritualis B. Bonaventuræ Potentini* 137 e, 140 a b c
Montegrino (Guilielmus de), *archiepiscopus Tarraconensis* 55 e, 57 a b, 62 a. *Ejus dubia de forma inquirendi in hæreticos* 55 e
Montenaken (Antonius de), *toparcha Meldradiensis* 871 a
Montenaken (Joannes de), *dominus in Meldert* 871
Montenaken (Isabella de), *domina in Meldert* 871 b
Montenaken (Maria de) *adipiscitur a fratre suo dominium Meldradiense* 872 b
Montepanone de Glorieta (Berengarius de), *miles Vicensis* 69 f
Montesurico (Geraldus de), *nobilis Catalaunus* 92 a
† Moran. *Vide* † Maruanus.
Morbius (Nicolaus), *diaconus Placentinus* 10 a
Morcellius *corrigitur* 484 e f, 485 c. *Præter epistolam S. Cypriani ad Magnum, cætera in Quæstione de baptismo conficta judicat* 487 c d e
Moretto Bresciano. *Vide* Bonusvicinus.
Morgione (Franciscus), *episcopus Rubensis et dein Minorensis* 149 e, 151 d
Morgioni (Andreas), *presbyter Isclanus* 166 f, 167 a
Morini (Augustinus) *ex ordine Servorum B. M. V.* 399 b, 404 e
Moronius (Cajetanus), *auctor Dictionarii ecclesiastici laudatur* 727 f, 730 e
† Mosacra, *abbas Hibernus* 287 b
Mosca (Laura) 168 b
Moses, *Armenorum catholicus, Curionem Georgiæ archiepiscopum consecrat* 645 a
Moses, *episcopus Tsurtariensis Georgianus, Curoni infensus* 646 e
Moses Barcephas, *auctor Syrus* 824 b c
Montalane, *nomen præfecti provinciæ Æthiopicæ valde incertum* 388 f, 389 f, 390 a
† Motifer 781 d. *Vide* † Mocufirceta.
Movers, *historicus Phœnicum* 321
Moxi (Didacus), *vicarius generalis episcopi Vicensis* 30 b
Moysis (Magistri) *Carmen de Bergomi laudibus ad Justinianum imp. II* 817 e
Mudana (Josephus), *religiosus B. M. V. de Mercede* 32 f
Mudjehid edim. *Vide* Abuldjaisch.
Muircheartach, *rex Connaciæ* 886 c
Mulmurry O'Conmaic, *episcopus Hy Fiachrach et Kinel Aodha, seu Killmacduacensis* 890 a
† Mummolinus, *puerorum mussitantium patronus* 852 d
Muntalegre (Arnaldus de), *nobilis Catalaunus* 90 a
Muntalegre (Bernardus de), *nobilis Catalaunus* 90 a
Muraviev (Andreas), *hagiographus Russus* 648 a b, 650 e
Muracula (Guala), *notarius Placentinus* 13 e
Muro (Bernardus de), *episcopus Vicensis* 98 b
Mutianus. *Vide* Mocianus.

N

Naacueto La-ab, *rex Æthiopum apud suos cultus* 931 f
Naironus (Faustus), *maronita, laudatur* 824 b, 825 a b
† Namatii, *episcopi Claromontani, Acta* 254 et seqq.
Nannis *et* Nanneis *nomina in inscriptionibus obvia* 218 a
Nannius, *dictus nepos B. Joannis Chisii* 729 e
Nannius (Franciscus), *socius B. Stephani* 740 b; *Fabriani obit* 735 f, 737 c, 744 c d e f, 745 a b
† Narcissus, *martyr Cordubæ* 782 f
† Narcissus, *nomen plurimorum martyrum* 782 c f
† Narcissus *militiam abjicit* 534 f
† Narcissus, *episcopus et martyr Gerundæ in Hispania, a quibusdam confusus cum homonymo Hierosolymitano* 783 a. *An idem qui convertit S. Afram* 771 f, 772 a b c d
Nargaudus, *abbas Senoniensis* 659 e
Nargaudus *seu* Norgaudus *fueritne B. Angelramni magister* 653 b c
† Narnus, *episcopus Bergomas* 821 b
Narses, *belli dux, Edessam expugnat* 456 d
† Nasadius, *episcopus Hibernus* 414 a
† Nathanaël *distinguendus a S. Simone apostolo, videtur idem qui Bartholomæus* 423 f, 424 a
† Nathi, *episcopus Hibernus* 416 a b
Navarretta (Franciscus), *consiliarius regius Neapolitanus* 123 f, 124 a, 125 a, 147 c, 162 c
Nebu, *idolum Edessenorum* 463 b
Nectanus, *rex Scotiæ* 624 e
Necteria, *S. Desiderii Autissiodorensis mater* 361 d
† Neon, *martyr Ægis in Cilicia* 775 b
† Neon, *martyr* 182 c
† Neonis, *martyris Eumeniæ, Acta* 183 et seqq.
† Neonilla *martyr* 673 a, 677 e. *Vide* † Terentius *et* † Theonilla.
† Neophytus, *episcopus et martyr in Georgia; ejus vita enarratur* 642 et seqq.
Nerisius, *comes* 16 d e
Nerozzi (Angelus), *scriptor suppositius Bononiensis* 170 f
Nerses, *rex Assyriorum, audire cupit S. Thaddæum* 462 d, 464 a b
Nesti (Josephus), *provinciæ Etruriæ Servorum B. M. V. præpositus* 400 e, 402 e
† Nestoris, *martyris Thessalonicensis, Acta* 219 et seqq.
† Nestor, *annalista Rossus* 181 d e
† Neverius. *Vide* † Neon.
† Nicander. *Vide* † Smaragdus.
Nicetas Paphlago. *Ejus Orationes encomiasticæ a Combefisio editæ* 515 b c. *Quando floruerit* 516 f, 521 et seqq.
† Nicetius, *episcopus Trevirensis* 226 f

Nicola (Bonaventura di), *minister provinciæ Neapolitanæ Minorum Conventualium* 124 f, 125 a, 166 b
Nicolaus papa V *dat canonicis regularibus monasterium S. Michaelis* 755 a
† Nicolai *translatio Myra Barium in Apulia* 434 b, 436 b
† Nicolaus *Tolentinas dicitur a loco emortuali* 737 b
Nicolaus, *canonicus S. Joannis Placentiæ* 11 a
Nicolaus Cerretanus, *prior Ilicetanus* 724 c
Nicolaus Mati, *Pistoriensis, scriptor ordinis Servorum B. M. V.* 399 a, 404 b f, 406 a
† Nicomedes *presbyter, cultus Mediolani* 177 c
Nicomus, *Iconii episcopus* 505 e, 506 a
Niebuhr, *viator Germanus* 321, 337 a
Nilus Doxopatrius, *de ecclesia Georgiana Antiochenæ subdita* 644 a
† Nina, *gentis Iberæ quasi apostola* 181 c. *Vide* Nune.
Nitas, *syncope* Nicetæ 513 a
Nolte (J. H.) *de Bollandianis bene meritus* 209 e, 575 b
Nonnosus, *legatus Justiniani ad Arabes et Æthiopes* 323, 325
Noot (van der) de Duras (Joannes Josephus Ludovicus), *baro de Meldert* 871 f
Noot (van der) (Joannes Josephus Philippus), *comes de Duras, baro de Meldert* 871 f
Noot (van der) (Philippus Franciscus) 871 f
† Notgerus Balbulus *perperam confusus cum Notgero Leodiensi* 723 d e
Notgerus, *S. Galli præpositus, factus episcopus Leodiensis* 723 d e. *An literas docuerit Stabulai* 723 b d e
Novatianus, *presbyter Romanus, antipaparum primus, auctor schismatis contra S. Cornelium papam* 476 a b
Novatiani *omnem baptismum præter suum inanem habebant* 476 b
Novatus, *a græcis plerumque Novatianus dictus, presbyter Carthaginensis, Romam petit et Novatiano auctor est conflandi schismatis* 476 a
Novellus (Opizo), *fundator hospitii de Madonara Placentiæ* 8 a
Novem sancti Æthiopes. *Vide* Sancti.
† Nune *et* Mane, *quæ Georgiam ad fidem converterunt, ab Armenis coluntur* 419 c, 781 a, 930 e
Nuno Sancii, *consanguineus Jacobi I, regis Aragoniæ* 66 c
Nuweyri, *scriptor Arabs* 316, 326

O

Obertus, *archidiaconus Placentinus* 14 c
Obertus, *præpositus Placentinus* 14 c
Octavianus, *cardinalis episcopus Ostiensis, denuo consecrat altare SS. Simonis et Judæ in ecclesia Vaticana* 446 e
O'Curry (Eugenius), *archæologus Hibernus* 885 b
Odalricus, *Aquensis episcopus* 721 b
Odena (R. G. de) 66 d
Odenatus *Persas fugat et Augustus nuncupatur* 503 d
Odescalchis (Apollonia de), *monialis Benedictina Comensis* 417 d e
Odilardus, *munificus erga Stabulenses* 720 d e
† Odilonis, *archidiaconi Virodunensis et deinde abbatis Stabulensis, Acta* 706 et seqq.
O'Donelliorum *origo* 179 c
Odo, *rex Francorum, concedit ecclesiæ Vicensi pleraque sua feuda* 49 b
Odo, *Cluniacensis abbas, loco S. Odilonis, abbatis Stabulensis* 721 b
Odo, *abbas Stabulensis* 714 d
Odo, *cantor S. Frambaldi Silvanectensis* 908 b
Odo. *Vide* Otto.
† Odranus, *S. Patricii discipulus et martyr* 174 b
† Odranus *de Disert-Odrain* 343 a
† Odranus *Hiensis* 175 b. *Ejus Acta* 342 et seqq.
† Odranus, *abbas natans, seu de Gar-inis, idem qui de Lateragh* 343 b
† Odranus de Letteragh *seu* Lethrechensis 174 c, 175 b, 343 a b c
† Odwini *erga Ermelindem pietas* 856 e
Odwinus, *abbas Gandavensis monasterii S. Bavonis* 855 d
Œdelbertus, *episcopus Lunæ* 804 d f
Oftforus, *episcopus Wigorniensis* 896 d
Ogerii militis *monumentum apud Faronianos* 623 b d
O'Hanlon, *eruditus presbyter et hagiographus Hibernus* 174 c
Oilioll Olum, *primus monarcha Hiberniæ* 415 e f
O'Kelly, *episcopus Hy Fiachrach, seu Kilmacduacensis* 890 a
† Olava, *patronus panum* 852 d
Oldoni (J. B.), *notarius archiepiscopi Mediolanensis* 559 b
† Olegarius, *archiepiscopus Barcinonensis* 36 d e
† Olegarii, *archiepiscopi Tarraconensis, canonisatio* 97 d
Oliva, *episcopus Gerundensis* 772 d
Oliva (Paulus), *præpositus generalis S. J.* 726 b
Olricus, *decanus Tullensis* 232 b
Olympia Maidalchini Pamphili, *mulier sanctæ sedi perniciosa* 148 e
† Omar *in baptismo nomen accipit Neophyti* 651 b
Omarus *califa Georgiam invadi jubet* 649 a
Opilio, *episcopus de Ebusa* 59 d
Oppert (Gustavus) *de Presbytero Joanne docte et accurate scripsit* 306 et seq.
Oppizo Fieschi, *episcopus Parmensis, Honorii III papæ legatus* 17 f
Opizzoni (Carolus), *cardinalis et archiepiscopus Bononiensis* 105 e
† Optatus, *episcopus Carthaginensis* 426 b
† Optatus, *Milevitanus* 490 c d e
† Oranus. *Vide* † Odranus *et* † Otteranus.
Ordgarus, *dux Domnaniæ* 921 c d
Orich *nomen Saxonicum* 921 b
Orichgiva, *nomen femininum Anglicum* 921 b. *Nomen matris S. Elfledæ Rumesejensis* 921 b, 922 a
Origenes *in Bostreno concilio disputavit* 511 b. *Librum Enoch extra canonem ponit* 441 f. *Ejus doctrina de militia christianorum* 533 f. *Instruit SS. Firmilianum et Gregorium Thaumaturgum; Alexandria migrat Cæsaream, ubi alteram aperit scholam, S. Demetrium adversarium habens* 471 a b d. *Invisitur ibidem a S. Firmiliano, et sublevatur sub persecutione Maximini* 474 e f, 475 a; *scripsit librum de Martyrio* 475 a
Oscimiano (Simon), *Regiensis prior Ord. FF. PP.* 105 a

Osechnasaigh *et* O'Shaugnessy. *Vide* Ua Sechnasaigh.
Osiander (Ernestus) *laudatur* 262 f. *Erravit in quærendo loco Raidan* ibid, 263 a; *in definiendo situ urbis Salhen* 263 c
† O'Suanaigh (Tres), *seu S. Fidhmuine, anachoreta in Rathain seu Rahen, S. Fidhairle in Cionn Saile seu Kinsale, et S. Fiodhgus in Glas-charraig seu Glascarrick* 882 c d
† Oswaldus, *rex Nordhumbrorum* 899 d, 901 b
† Oswinus 901 b
Otbertus, *frater Aimonis Tilæcastrensis* 187 c
Otgiva, *uxor Balduini IV, Flandriæ comitis* 855 d
Othelbodus, *abbas Gandavensis monasterii S. Bavonis* 855 d
Otmarus, *præpositus Viennensis* 837 e
† Otteranus, *episcopus et patronus Waterfordiensis* 174 b c d e, 344 e
Otto Magnus *seu I, rex Germaniæ et imperator* 553 f; *fratrem Tancmarum experitur adversarium* 718 f, 719 a. *Restituit Stabulensibus abbatem regularem* 720 a; *plura concedit diplomata Stabulensibus* 721 d. *Concedit mercatum Ceperani episcopo Lunensi* 805 c. *Ejus annorum initia* 720 d, 723 a
Otto III imperator *dicitur, dato diplomate, academiam erexisse Placentiæ* 9 c
Otto IV *imperator. Ejus jurgia cum Friderico II et Philippo Suevico* 14 f, 15 a
Otto, *rex Francorum, regalia concedit episcopis Vicensibus* 44 c
Otto de Brunswich *contendit de imperio* 429 a, 432 a
Otto *seu Odo, dux Burgundiæ* 187 d
Otto, *præpositus S. Brigidæ Placentiæ* 10 a
Otto (Joannes de), *canonicus S. Antonini Placentiæ* 11 a e
† Otz *sive* Guba. *Vide* † Guba.
Ovinius *consul* 507 b
Oukhtanes, *auctor Armenus, de dissidiis inter ecclesiam Georgiæ et Armenam scripsit* 645 e
Oultremont (Familiæ de) *pietas erga S. Ermelindem* 857 a b
Oyenbrugge (Ernestus Balthasar de) comes de Duras *reducit baroniam de Meldert ad domum de Duras* 871 e
Oyenbrugge de Duras (Guilielmus de) *primus dictus baro de Meldert* 871 c
Oyenbrugge (Guilielmus de) *S. Ermelindis reliquias furori hæreticorum subtrahit* 858 c d e; *easque adversus Bruxellense capitulum S. Gudulæ Meldradiensibus vindicat* 858 e f, 859 a b c
Oyenbrugge de Duras (Jacobus de) *emit primo emphyteotice, dein in perpetuum toparchiam Meldradiensem* 871 d
Oyenbrugge (Jacobus de) *renovat S. Ermelindis oratorium; super ejus sepulcrum construit mausoleum* 856 e; *ornat altare* 857 d; *subtrahit S. Ermelindis reliquias furori fœderatorum* 859 a
Oyenbrugge (Henricus II de), *a quo descendunt omnes Oyenbruggani* 871 d. *Alia de aliis Oyenbrugganis* ibid.

P

† Pachomius, *S. Abrahami eremitæ magister* 233 b c d e f. *Ejus regula eadem ac Tabennensis* 588 d
† Pachomius, *monachus Ægyptius* 300, 329 e, 330 a
Pado (Albertus de), *canonicus Placentinus* 11 a
Paez (Petrus), *missionarius S.J.* 321, 383 et seqq.
Pagani (Fulvius *et* Antonius), *nobiles Neapolitani* 123 f, 125 a
Pagius *emendatur in historia S. Frumentii,* 258 e, 259 e f
Paglia (Angelus della), *ex ordine Minorum Conventualium* 129 a
Palatiolo (Angelus Britannicus a), *editor Brixiæ* 399 d
Palladinus (Jacobus), *episcopus Florentinus, ad partes Alexandri V papæ deflexit et dicitur exsecutor fuisse literarum pro canonicis regularibus* 741 f
† Palladius *quibus vixerit temporibus* 354 e
Pallares (Ferrarius), *præpositus Tarraconensis* 41 d e, 62 a
Pallavicinus, *biographus Alexandri VII* 726 b, 730 e
Pallotto (Evangelista), *cardinalis, archipresbyter ecclesiæ Vaticanæ, reponit reliquias SS. Simonis et Judæ* 447 c
Pallu (Franciscus), *episcopus Heliopolitanus et missionarius apud Sinas* 776 e
Palma (Antonia di), *mulier Ravellana* 152 a b; *interventu B. Bonaventuræ Potentini sanata* 167 d
Palma (J. B.), *presbyter lector historiæ ecclesiasticæ Romæ* 488 e
Palmas, *episcopus Ponti, partem habet in quæstione paschali* 787 a, 789 b
Palou (Berengarius de), *episcopus Barcinonensis* 43 b
Palut, *aurifex Edessenus, ad Christum convertitur* 462 b; *ordinatur diaconus* 465 c; *episcopus* 466 c
Pamphilus (Josephus), *Veronensis et episcopus Signiensis* 728 e
Panicus (Benedictus), *ex ordine Minorum Conventualium* 129 e f
Panodorus, *chronologus, infeliciter chronologiam Alexandrinam emendavit* 260 f
Pansa (P. de), *canonicus Vicensis* 69 f
† Pantaleonis, *medici Nicomediensis et patroni Ravellani, miraculosus sanguis* 153 d, 154 a
† Pantaleon *sive Zonenus monachus in Æthiopiam venit regnante Alameda* 300 et seqq. *Eum adivit S. Elesbaas pugnaturus* 301 f, 320 e; *ipse sæculum relicturus* 328 d. *Ejus synaxarium* 330 et seqq.
Papebrochius *damnatus ab inquisitione Hispanica, absolutus a Romano pontifice* 54 c
Papken, *Armenorum catholicus, cogit concilium in Vagharschapat* 645 e
† Papolenus I *et* II, *abbates Stabulenses* 706 f, 707 a d, 709 a, 711 e
† Papyrius, *episcopus* 787 c, 789 d
† Pappolus, *episcopus Metensis* 667 e
Pappus, *theologus Argentoratensis, edit græce et latine Libellum synodicum* 476 e
† Parascevia, *Iconiensis, megalomartyr, a Slavis culta, eadem est ac Parasceve Græcorum* 420 c
† Parasceviæ *Polocensis perperam dies cultus assignatur a Papebrochio* 420 a
Parasole (Antonius), *Isclanus* 132 d
Pardinel (Jacobus), *presbyter Brocensis* 907 a
Parkyns (Mansfield), *viator Anglus* 320, 331 c
Pasca (Jacobus), *Minor Conventualis* 122 b c, 124 c
† Paschalis

† Paschalis papa II *suadet Pisanis insulas Baleares liberare a jugo Mahumetanorum* 60 c. *Ejus diploma de archidiaconatu Blesiensi* 227 e f. *Approbat regulam S. Petri de Honestis* 5 b
† Paschalis Baylon, *post mortem in sacram Eucharistiam religiosus* 159 c
Pascual *seu* Pasqual (Antonius), *episcopus Vicensis* 26 f, 31 e
Paternus, *episcopus arianus Petrocoricensis* 237 e
† Patiens, *episcopus Metensis* 667 d
† Patientis *simul ac S. Remigii reliquiæ elevantur* 698 b
† Patricius, *Hiberniæ apostolus, versatur apud tribum Heliorum* 286 a. *An benedixerit generi Oilioll Olum* 415 f. *Prædicit S. Abbani ortum* 276 c. *An Romæ fuerit* 295 a
† Patricius Senior, *abbas Hibernus* 273 a, 281 e
Patrophilus, *episcopus arianus Scythopolitanus* 579 d
Pavesius (Julius), *archiepiscopus Surrentinus, testis inventionis sanguinis S. Stephani* 584 b
Paula Spezzani, *pientissima monialis Dominicana Ferrariensis* 408 a
Paulinianus, *S. Hieronymi frater, ab alieno episcopo ordinatus* 238 c
† Paulinus, *episcopus Lucensis* 804 d
† Paulinus, *episcopus Trevirensis* 226 e
Paulinus *Tyrius novum templum ad basilicarum formam construit* 358 f
† Paulinus *Nolanus ab alieno episcopo ordinatus* 238 c. *Ejus sententia de militia christianorum* 532 f, 533 a. *Ipse confusus cum Paulino, S. Ambrosii biographo* 581 e
Paulinus, *biographus S. Ambrosii* 581 d
Paulinus *laicus, petente Celso episcopo, fideles instruit Iconii* 474 c
† Paulus papa I *transfert multa sanctorum corpora* 469 f
Paulus papa II *canonicis regularibus dat monasterium S. Mariæ Insularum et S. Mariæ Angelorum* 755 a
Paulus papa III *dat canonicis regularibus monasteria S. Celsi Mediolani et S. Mariæ de Capellis* 755 d; *instituit confraternitatem SS. Sacramenti in æde Vaticana* 447 b
Paulus papa V *dat canonicis regularibus monasterium S. Spiritus* 755 d
Paulus, *Antiochenus patriarcha, in exilium actus, S. Jacobum Sarugensem num accersere potuerit* 829 d et seq.
Paulus, *Edessenus episcopus, in exilium actus* 828 e
Paulus, *episcopus Negranensis in Arabia* 311, 316
† Paulus, *episcopus Prusæ in Bithynia* 411 c e
Paulus *Samosatenus, episcopus Antiochiæ. Ejus indoles et infamis agendi ratio* 311 e f, 504 a b. *Perverse de Christo sentit et damnatur* 504 et seqq. 510 e f, 511 a b c. *S. Firmilianus ab eo deceptus* 505 f. *Denique loco cedere coactus ab Aureliano Imperatore* 504 c, 508 a e f
† Paulus, *episcopus incertæ sedis, in Ecloga dio Cryptoferratensi memoratus, idem forsan ac S. Paulus Prusiensis* 411 c e
† Paulus, *eremitarum princeps, a Græcis memoratus* 771 b
Paulus, *abbas Cosentinus* 179 e
Paulus Diaconus *gesta episcoporum Metensium scribit* 661 b c; *ejus fata* 661 d
Pausa (Petrus de), *canonicus Vicensis* 69 f, 75 f, 76 f, 77 b
† Pausiacus, *episcopus Synnadarum, S. Cyriaco acceptus* 349 c
Pauthier (Guilielmus), *sinologus, editor Marci Pauli* 306
Pautrat, *parochus in Treigny, servat S. Desiderii reliquias* 357 b
Pax (Petrus de), *monachus SS. Crucum in Catalaunia* 47 a, 57 d
Pecci. *Vide* Ghinus Paccia.
Pedixinus (Rolandus) de Prato *tenet ab episcopatu Placentino terram Pedixinorum, quæ dicitur Pratum* 13 c
† Pelagius papa I *obtinet CPoli corpus S. Stephani* 436 e
Pelagius papa II, *decessor S. Gregorii Magni* 436 d; *scribit ad episcopos Tusciæ Annonariæ* 802 c d. *Monasterium SS. Decentii et Germani fundat* 571 b
Pellegrinius, *architectus novi templi cathedralis Vercellensis* 577 c
Pellevé (Nicolaus de), *archiepiscopus Senonensis* 875 e
Penda, *rex Merciorum, multis regibus et populis infestus* 899 c d, 903 c d
† Peregrini *Autissiodorensis reliquias Romam non detulit B. Aaron* 373 f
Peregrinis (Bartholomæus de), *auctor Vineæ sacræ Bergomensis* 833 f
Pereira (Josephus), *Ord. Carm. auctor libri inutilissimi de S. Elesbaa* 329 c
Perimezzi (Josephus Maria), *episcopus Ravellanus et Scalensis, dein Oppidensis in Calabria* 149 f et seqq. 164 d, 165 c, 168 c
Perpetua Sardi, *pientissima monialis Dominicana Ferrariensis* 408 a
Persicus (Bartholomæus), *medicus Neapolitanus* 147 e
Perusci (J. B.) *S. J. præpositus domus Mediolani* 559 b
Pescopagano (Antonius de), *minister Provinciæ Neapolitanæ, inter Conventuales admittit B. Bonaventuram Potentinum* 117 b
Pescopagano (Eugenius de), *Minor Conventualis* 144 b
Petilianus, *contra quem scripsit S. Augustinus* 491 d
† Petro (Dominicus de), *fidei promotor* 112 a
† Petrus *apostolus in Mesopotamia prædicavit* 439 c. *Ejus epistola* II *in multis similis epistolæ S. Judæ* 442 a b. *Hæsitavit circa baptismum primi gentilis* 454 d. *Ipse et S. Paulus videntur primis christianorum ecclesiis basilicarum formam indidisse, imprimis Antiochiæ* 358 d e f. *Traditur Britannis prædicasse* 426 e
† Petrus Cælestinus *annuam indulgentiam plenariam suo cœnobio concessit* 571 e
Petrus *Albanensis, legatus S. Gregorii VII in partibus Burgundiæ, litem inter B. Hugonem Cluniacensem et S. Gebuinum dirimit* 703 f
Petrus Capuanus *cardinalis. Ejus commentarii in jus pontificium* 15 e
Petrus, *cardinalis S. Chrysogoni, anno* 1177 *interest ostensioni reliquiarum Silvanectensium et indulgentias concedit* 908 d, 909 a
Petrus, *cardinalis S. Chrysogoni, inquisitor Tolosæ* 54 f

Petrus Dianus, *cardinalis et legatus in Longobardia* 10 a
Petrus II, *rex Aragonum, meditatur occupare Majoricam* 60 d. *Ejus constitutio adversus Valdenses* 50 d, 55 d. *Partes tamen sequitur comitis Tolosani* 50 f
Petrus, *regis Portugalliæ filius, cedit comitatum Urgellensem ejusque loco in feudum accipit insulas Baleares* 60 d
Petrus, *Alexandrinus patriarcha, monophysita, a Coptis celebratus* 780 c
Petrus Fullo, *Antiochenus patriarcha, metropolitam Georgianis concedit* 664 a e
Petrus, *archiepiscopus Cæsaraugustanus* 66 d
Petrus, *episcopus Comensis. Diploma Caroli Magni* 565 a
† Petri, *Metensis episcopi, cultus* 671 f
Petrus, *archiepiscopus Narbonensis* 66 d
Petrus Albalat, *archiepiscopus Tarraconensis* 65 c f, 66 d e, 67 c, 77 b
Petrus de Brixeio, *episcopus Tullensis* 224 a, 231 d e
Petrus, *episcopus Vicensis* 49d
Petrus, *abbas Æthiops* 385 et seq.
† Petrus Junior, *martyr propter sacrarum imaginum cultum* 677 d e
† Petrus de Castronovo, *legatus et inquisitor* 54 f. *Occiditur* 55 a
† Petrus Nolascus *Valentiam captam ingreditur* 66 c
† Petri de Honestis *regula* 5 b
Petrus Xendai, *martyr in Japonia* 418 c
Petrus de Bosna Argentina, *ex ordine FF. Minorum a Turcis enectus* 181 b
Petrus, *archidiaconus Cameracensis* 637 c
Petrus Joannes, *canonicus Vicensis* 24 d
Petrus, *sacerdos, ob medicinæ artis peritiam a Theodoreto laudatus* 798 e
Petrus Carolus *Ord. FF. Prædicatorum, ex regio sanguine Hungarico* 417 e
Petrus Catalaunensis, *monachus Claravallis* 778 f
Petrus Raimundi, *capellanus Tarraconensis* 39 a
Petrus a Macerata, *Minorita* 779 c
Petrus, *custos ecclesiæ Seynensis* 435 d
Petrus Auterii, *hæreticus Albigensis* 52 a
Petrus Sancii, *hæreticus Albigensis* 52 a
Pezzella (Innocentius), *ex ordine Minorum Conventualium* 126 d f
†Phara, *patrona cæcutientium et cæcorum* 852d
Philemon, *presbyter Romæ, ad quem scripsit S. Dionysius Alexandrinus* 479 c
Philippus Suevicus 15 a; *contendit de imperio* 429 a, 432 a
Philippus I, *rex Francorum, confirmat fundationem capituli Tigernensis* 545 a b
Philippus Augustus, *qui dein rex Franciæ, interest ostensioni reliquiarum Silvanectensium* 909 a
Philippus IV, *rex Hispaniæ, recipit caput S. Simonis* 447 e
Philippus, *dux Mediolanensis* 104 f
† Philippus, *apostolus, in Phrygia* 183 b; *Hierapoli obiit* 785 f, 787 b, 789 d. *Ejus reliquiæ Tolosæ* 448 c d
† Philippus, *Hierosolymorum episcopus* 423 b
† Philippus, *episcopus Viennensis* 834 e f, 841 c, 842 d
† Philippus *et socii martyres Hadrianopoli* 196 e
Philippus de Harvengt, *abbas Bonæspei et S. Foillani biographus* 897 e
† Philippus Aquilanus, *Minorita Sulmone*
Phocas *imperator* 362 a; *a S. Cyriaco coronatus, violat jus asyli* 350 b c. *Edessam occupat* 456 d
Photius *contendit episcopos Constantinopolitanos Romanis successisse* 348 a
† Phronimus, *episcopus Metensis* 667 d
Petroaldus, *episcopus Lunensis* 799 d
Pia Ptolomea, *Nelli de Petra Ilcii conjux* 730 b
†Piatus *seu* Piato, *apostolus Tornacensis* 775 c
Pibo, *episcopus Tullensis* 227 e
Pica (Catharina), *mater B. Bonaventuræ Potentini* 116 d
Picard (Benedictus), *Capuccinus et scriptor Tullensis* 225 f
Piccinisco (Josephus de), *Minor Conventualis* 144 b
Pietro (Lucretia *et* Antonia di) *vaticinium audiunt ex ore B. Bonaventuræ Potentini* 139 b c
Pignatellius, *cardinalis, archiepiscopus Neapolitanus* 149 d
Pilatus, *præses Judææ, deponitur* 462 f, 464 b c
Pinn (Petrus de), *notarius S. Bernardi Vicensis* 47 c
Pino (Andreas de), *puer, ab ulceribus malignis et macie sanatur interventu B. Bonaventuræ Potentini* 111 e, 168 c
Pinos (Josephus de), *civis Vicensis* 30 d e
Pins (Joannes Paulus du), *archiepiscopus Amasiensis, et administrator apostolicus ecclesiæ Lugdunensis, S. Gebuini elevat reliquias* 704 d
Pinsonius (Joannes), *parochus Meldradiensis* 851 f
Pio (Joannes Michael), *ex ordine FF. Prædicatorum, biographus* 104 a
Pippinus Brevis, *rex agnitus* 712 d
Pippinus Heristalius, *Ansegisi filius, major domus* 628 b c; *occupat Austrasiam* 708 c, 709 a. *Vincit Theodoricum III* 709 a. *Ejus potestatis amplitudo* 709 b. *Rex dictus* 714 a. *Corruptum diploma* 628 f, 629 d. *Dictus Pippinus Crassus* 634 f
† Pippinus Landensis, *majordomus regis Dagoberti* 845 e; *fueritne Francus aut Gallo-romanus an Tungrensis* 845 e, 846 a. *Oratorium construxit super S. Ermelindis sepulchrum* 845 e. *Ejus ætas* 845 e
Pippinus, *filius Carlomanni* 622 b
Pirontus (Philippus), *conditor monasterii S. Claræ Ravellani* 151 c
Piroz *assistit morti S. Thaddæi* 465 c, 466 e
Pisani (Carolus Alexius), *promotor fidei* 111 b
† Pius papa I 787 f, 790 a
Pius papa II *canonicis regularibus dat monasteria S. Danielis, S. Joannis apostoli, S. Mariæ Majoris* 754 f, 755 a
Pius papa IV *dat canonicis regularibus monasterium S. Antonii Patavii* 755 d
Pius papa VI *beatis adscribit B. Bonaventuram Potentinum* 111 f, 112
Pius papa VII *declarat inventionem corporis S. Francisci Assisiatis* 836 a
Pius papa IX *concedit indulgentias confraternitati S. Ermelindis* 866 c. *Approbat cultum et concedit officium in honorem B. Damiani Finariensis* 102 c
Pizio (Johannes de), *notarius Aronæ* 556 c

Placentino (Bernardus de), *canonicus Placentinus* 10 a
Plinius Junior *Como oriundus* 566 b
Pobar, *marchio, mittitur ad Christophorum archiepiscopum Cypri* 447 f
Pocciantius (Michael Augustinus), *scriptor O. Servorum B. M. V.* 399 c, 404 f, 405 e f, 406
Podiolo (Joannes *et* Maria de), *cives Vicenses* 68 f
Podiumviride. *Vide* Puigvert.
Polemius, *diaconus S. Ambrosii* 581 d
Polignac (Camillus Ludovicus), *episcopus Meldensis* 607 f
Polliacetus, *sculptor lapidum Mediolani* 556 b
Polverino (Fabius), *canonicus Neapolitanus, testis inventionis sanguinis S. Stephani* 584 b
† Polycarpus, *episcopus Smyrnensis* 184 c d e, 496 d; *accusatur ut subversor reipublicæ* 201 f, 202 a. *Ejus sensa de quæstione paschatis* 785 d, 789 d; *celebrat Romæ sacra mysteria* 788 a
† Polycarpi, *martyris Eumeniæ, Acta* 183 et seqq. 414 e
† Polycarpus *ex comitatu S. Ursulæ* 775 e
Polycrates, *episcopus Ephesinus* 184 c d; *partem habet in quæstione paschatis* 785 c, 787 b c, 789 c d
† Pompeia. *Vide* † Copaie.
Pompeius, *episcopus Sabratensis in Africa, ad quem exstat epistola S. Cypriani* 487 d, 490 e f
† Pontianus, *papa et martyr* 781 e
Pontius, *Dertusanus episcopus* 65 c f, 66 d
Pontius de Vilamur, *episcopus Urgellensis* 41 d
Ponzelinus de Bexutio, *notarius Aronæ* 556 c
Ponzonus (Jacobinus), *notarius Aronæ* 556 b
Ponzonus (Quintinus), *notarius Aronæ* 556 c
† Poppo, *abbas Stabulensis* 707 a
† Porcarius, *abbas Lerinensis.* 832 f
Porta (Rufinus de), *consul Placentinus* 7 d e
Portella (Berengarius de), *canonicus Vicensis* 85 d
Portocarrero (Aloysius de), *cardinalis, archiepiscopus Toletanus, ecclesiæ suæ vindicare satagit caput S. Simonis* 447 f
† Potamiæna *jurat per caput imperatoris* 535 e
Pouqueville *non recte vocabulum Aidoni interpretatur* 773 b
Pouponius (Antonius), *ex tertio ordine S. Francisci* 181 b
Prædicatorum (Fratrum) *ordinis laus* 102 b. *Hic ordo sæculo* XIII *plurimum adhibitus adversus hæreticos* 55 e. *Reformantur* 746 f. *Præcipui hagiographi* 407 b c. *Provincia Longobardica olim duplex* 102 b. *Peperam arbitrati corpus S. Honorati, episcopi Vercellensis, apud se esse* 577 b. *Jacobus quidam eligitur anno* 1215 *antiepiscopus Placentinus* 12 c
Prætextatus *fertur fuisse pater S. Fidelis, martyris Comensis* 562 c
Presbyter Joannes. *Vide* Joannes Presbyter.
Presbyteris (Rogerius Obertus de), *notarius Placentinus* 8 e
Primasius, *episcopus in Africa* 801 d
Primus, *episcopus Cabillonensis.* 796 c
Priscilla. *Vide* Montanus.
† Priscus, *episcopus Africanus* 583 d; *Capuæ obit* 584 c
† Priscus *martyr mutatus in S. Brictium episcopum* 879 a
† Probus, *episcopus Ravennatensis* 419 f
Probus, *præfectus, sub quo passa S. Anastasia virgo* 514 a, 517 d; *non tamen præfectus Urbis videtur fuisse* 524 b e
Probus (Sextus Petronius), *præfectus Urbis* 524 b e
Procla *seu* Procula, *Pilati uxor, an inter cælites referenda* 181 f, 182 a
Procopius, *historicus* 262, 298, 299, 318, 322 et seqq. 327, 329; *duas expeditiones S. Elesbaæ in unam conflavit* 297 d; *nimis favet sedi Constantinopolitanæ* 425 c
† Projectitius, *martyr dictus Bergomas* 818 e
Promotus, *dux Romanus* 176 a
Protectus, *presbyter Cæsariensis* 475 a
Proto (Joanna), *tertiaria Isclana* 167 b c
Proto (Laurentius), *vir ecclesiasticus* 154 f
Proto (Sancta), *mulier Ravellana* 168 c
† Protus *presbyter, martyr Sardus* 176 c
Prudentii Trecensis *sensa de Gothescalco* 687 d e
Pruneau (Bernardus), *canonicus Meldensis, recognoscit reliquias S. Faronis* 608 e, 609 b
Pruneriis (Eleonoræ de) *Vicensis testamentum pium* 26 c d
Ptolemæus Philadelphus *curat græce reddi Scripturam sacram* 202 f
Publio, *princeps militiæ* 535 e
Publius, *maritus S. Anastasiæ viduæ ethnicus* 515 f
Puigvert *seu* de Podioviridi (Petrus de), *episcopus Urgellensis, fit monachus SS. Crucum* 41 c d
Puigvert *seu* Podioviridi (Petrus de), *abbas Vallislaureæ* 40 b. *Abbas SS. Crucum* 40 d
Pujol (Sigismundus), *civis Vicensis* 22 f
† Purpurinus, *martyr cœmeterialis, Polæ patronus secundarius factus* 341 b
Puteo (Gerardus de), *civis Placentinus* 18 b
† Pylio, *episcopus Autissiodorensis, idem ac Scospilio* 381 a

Q

Quaranter (Stephanus), *archiepiscopus Amalphitanus* 120 c
Quartodecimanis *an adhæserit S. Firmilianus* 488 e
Qucipo (Vasquez), *metrologus* 316
Queralt (Petrus de) 66 d
† Quintianus, *episcopus Claromontanus* 256 f
† Quintilianus, *episcopus Autissiodorensis, an idem sit ac Cillianus* 371 e
Quintilianus, *Pusayæ dynasta, pater B. Quintiliani* 355 d
† Quintinus, *confessor, qui dicitur Mediolani coli* 774 e f
† Quintinus, *socius S. Hyacinthi* 776 d
† Quintinus. *Vide* † Quintus.
† Quinti *seu* Quintini, *martyris in Lucania, Acta* 795
† Quiricus, *martyr et filius S. Julittæ* 69 e, 70 f
Quiricus. *Vide* Curion.
† Quirinus, *episcopus Siscianus* 177 b c d, 774 f, 775 a
† Quirinus *martyr, cultus Mediolani* 177 b c d
† Quirini *Translationis et Miraculorum scriptor corrigitur* 712 d, 713 e f, 714 a

† Quirinus, *martyr* 776 d
† Quodvultdeus, *episcopus Carthaginensis, exsul* 583 c; *sepultus in monasterio S. Gaudiosi Neapoli* 585 a b. *Vide* Habetdeus.

R

Rabangarius, *episcopus et abbas Stabulensis* 711 f
† Rabanus Maurus, *archiepiscopus Moguntinus* 530 f. *Ejus epigrammata de S. Ferrutio* 531 b d, 532 a c, 537 d. *Ornat ejus templum* 542 d. *Impugnat Gothescalci errores modo non omnibus accepto* 687 b c d
Radinus (Fulcus), *consul Placentinus, jura ecclesiastica cedit S. Fulco* 6 d f, 8 a. *Fax dissidii adversus clerum anno* 1203 *et sequentibus* 7 a
Radulphus, *monachus Cisterciensis Fontisfrigidi, legatus et inquisitor* 54 f
Raepsaet (Joannis Josephi) *scripta de servorum conditione* 360 c d
Rafanadlus (Arnaldus), *civis Tarraconensis* 37 c, 38 e
Ragazzonius (Hieronymus), *visitator apostolicus* 558 f; *episcopus Famaugustanus* 559 a
Ragenardus, *vicecomes in pago Autissiodorensi, bona ecclesiis aufert* 376 b
Raginerus, *comes et dux Lotharingiæ, abbas Stabulensis* 715 b, 718 d e
Raimundus, *episcopus Barcinonensis* 40 c
Raimundus de Castelltersol, *archiepiscopus Tarraconensis* 35 b c e, 43 f, 55 d
Raimundus de Angularia *seu* de Anglesola, *episcopus Vicensis* 22 b c, 23 d; *instituit confratriam pro restauratione cathedralis templi Vicensis* 83, 84 a
Raimundus, *comes Barcinonensis* 36 d; *deditione accipit Ilerdam* 42 a. *Alter Raimundus, ejus filius* 36 e
Raimundus VI, *comes Tolosanus* 50 d e
† Raimundi Palmerii, *confessoris Placentini, miraculum* 9 d
† Raimundus de Pennaforti, *jussu Gregorii IX, formam inquirendi in hæreticos conscribit* 55 e f, 56. *Valentiam captam ingreditur* 66 e. *Ejus opera in rebus Majoricensibus* 62 e. *Interest curiæ regiæ Montesoni* 63 d. *Ejus canonisatio* 97 d
Raimundus, *præpositus Tarraconensis* 38 b, 39 c
Raimundus de Capraria *seu* de Cabreta, *canonicus Vicensis, colligit B. Bernardi Calvonii miracula* 22 a
Raimundus de Sala *seu* de Salis, *canonicus Vicensis, colligit B. Bernardi Calvonii miracula* 22 a
Raimundus, *perperam dictus abbas SS. Crucum* 37 a
Rainardus, *episcopus Lingonensis* 702 e
Rainardus, *comes Senonensis* 874 a
Rainardus, *dominus Senonensis* 880 d
Rainerius, *monachus Cassinensis et martyr* 417 b
Rainerius, *Dominicanus Gandavensis* 779 a
Rainerius. *Vide* Raginerius.
Rainogala *episcoporum Autissiodorensium colligit gesta* 352 d
Rambertus, *nobilis vir, beneficus in Stabulenses* 722 e
Rancé (Armand-Jean le Boutheillier de), *congregationis Trappensis auctor* 180 b
Randi (Angelus), *presbyter Polensis* 338 c
Rangonius (Claudius), *episcopus Placentinus* 2 f
Ranierus, *dictus ex atavis Chisiorum* 729 d, 730 a
Ranuccius Tancredi, *relatus inter atavos domus Chisiæ* 728 f, 729 d, 730 a c
Rapaillon, *consiliarius Pictaviensis* 239 e
Rapone (Ignatius de), *guardianus Conventualium Capreotarum* 127 a
Rappulo (Lucianus), *canonicus Neapolitanus, testis inventionis sanguinis S. Stephani* 584 b
Ratherius, *episcopus Veronensis* 631 b c; *mense septembri anni* 953 *Aquisgrani et Coloniæ versatur* 721 e f
Ratho, *episcopus Argentoratensis* 179 d
Ratholdus, *abbas Stabulensis* 715 a
Ravellius, *eruditus rerum Comensium scriptor* 550 e, 552 e, 557 b c; *corrigitur* 564 b
Ravingerus, *abbas Stabulensis* 719 d
Raunach (Andreas Daniel de), *episcopus Petinensis* 339 b
Razzi (Seraphinus *et* Silvanus), *alter ex ordine FF. Prædicatorum, alter Camaldulensis* 407 b, 409 e
Rechlendis *seu* Ridlendis, *uxor Guidonis II, comitis Arvernensis* 545 b c
Rectinia *virgo, in Hibernia* 179 c
Redualdus, *rex Anglorum Orientalium* 894 a, 903 b d
Reeves (Guilielmus), *archæologus Hibernus* 414 c, 625 e
Regina Saba *in Arabia regnavit* 321 b c d
Reginarius. *Vide* Raginerus.
Regimbaldus, *abbas Balmensis* 778 e
Reginfredus, *episcopus Coloniensis* 712 d
Regirus. *Vide* Segetius.
Regnier (Franciscus Renatus), *archiepiscopus Cameracensis* 632 b
Regulinus (Joannes Andreas), *socius B. Stephani Agazzari* 735 f
Regolinus (Petrus), *socius B. Stephani Agazzari* 735 f
† Reguli *Silvanectensis reliquiæ* 911 c
Regutii (Joannes), *canonicus Placentinus* 7 a, 9 a
Reinaud, *philologus et academicus Parisiensis* 308 f
Reixach (Joannes), *presbyter Vicensis* 26 e f. *Ejus pecunia construitur capella S. Bernardi Calvonii* 28 a
Relles (Honuphrius), *S. J. scriptor Vitæ S. Bernardi Vicensis* 29 b c
Rema. *Vide* Zigen.
† Remaclus *episcopus, fundator et abbas monasteriorum Malmundariensis et Stabulensis* 706 b f, 707 a; *promovit Regulam S. Columbani* 630 a. *Ejus tempora* 707 c. *Ejus feretrum* 707 b, 708 d e
Remedius *idem nomen quod Remigius* 679 d
Remgeldis, *benefica in Stabulenses* 721 a
Remigius, *Autissiodorensis monachus* 690 f
Remigius, *idem nomen quod Remedius* 679 d
Remigii *duo fuere archiepiscopi Lugdunenses* 679 d
Renaldi (P. Magister Stephanus), *Minor Conventualis, vir eruditus* 802 b f
Reparatus, *archiepiscopus Carthaginensis* 801 d
† Reparatus, *diaconus Nolanus, mutatus in martyrem* 820 c d
Requilianus (Hieronymus), *presbyter Brixiensis, pius in B. Joannam Soderiniam* 400 b

Retorta (Petrus de), *episcopus Vicensis* 95 e
Revolo (Joannes de), *præses ecclesiæ S. Ambrosii* 745 c e
† Rex. *Trium Regum reliquiæ peregrinatione orientali coluntur* 429 b c
Rhodanus, *episcopus Tolosanus, ob fidem exul* 240 d
Richard, *presbyter Bellovacensis* 907 f, 912 e
Richardus, *cardinalis Albanus* 227 e
Richardus, *dux Burgundiæ* 375 f, 376 e
Richardus, *dux Normanniæ, vastat Armoricam* 911 a
Richardus, *abbas S. Apri* 232 c
Richardus, *sacrista Vicensis* 46 e
† Richarius, *episcopus Leodiensis* 707 a
Richarius, *episcopus Leodiensis, abbas Prumiensis et Stabulensis* 715 b, 718 a b, 719 c d
Richer (G.), *monachus SS. Crucum* 47 a
Richerius, *archiepiscopus Senonensis* 874 a c d
† Rictrudis, *abbatissa Marcianensis* 182 a, 774 c d
Riculfus, *archiepiscopus Moguntinus* 530 f, 531 a. *Renovat S. Ferrutii tumbam* 537 d, 542 d
Rifano (Raimundus de), *abbas SS. Crucum* 40 e, 100 e
Riguet (Franciscus), *scriptor de rebus Tullensibus ecclesiasticis* 225 e
Rinaldus, *rector hospitii de Madonaro Placentiæ* 8 a
Ripoll Vilamajor (Jacobus), *canonicus Vicensis* 32 b, 35 c
Ripoll (Petrus), *civis Vicensis* 48 c
† Ritutus, *confessor Carthaginensis* 413 f
Robertus, *rex Francorum, confirmat capitulum Tigernense* 545 a b
Robertus, *Lingonensis episcopus* 187 c d
Robertus, *comes Tarraconensis* 36 e
Robertus, *filius Stephani, legatus ab Henrico II rege in Hiberniam* 383 a
Robertus Porcus, *nobilis Normannus* 587 b
Robertus, *abbas Averbodiensis, recognoscit reliquias S. Ermelindis* 857 f
Robertus, *abbas Mariaweerdensis* 778 b
Robertus *seu Anonymus S. Mariani Autissiodorensis plura scripsit de S. Desiderio Autissiodorensi* 352 c e
Robertus a Saxonia *ex ordine FF. Prædicatorum* 417 e
Robin, *canonicus honorarius Senonensis* 872 c
† Robustianus, *cultus Papiæ* 816 d. *Ipsius et S. Marci MM. corpora detegit B. Joannes Chisius* 733 d e, 734 d e
Rocaberti (Raimundus de), *archiepiscopus Tarraconensis* 41 e
Rocca (Hieronymus), *episcopus Isclanus* 131 a, 132 e
Rocchius, *architectus Papiensis sæculi* XV 2 a
Rocourt (Ludovicus Maria), *Claravallensis abbas ultimus, declarat se velle vivere et mori in suo monasterio* 445 f. *Reliquias monasterii aliis ecclesiis distribuit, et S. Bernardi caput cathedrali Trecensi* 446 b d
† Rodobaldus, *episcopus Papiensis* 816 d. *Ejus tempora* 19 d; *reliquiæ* 2 b
Rodobaldus Sangregorius, *episcopus Papiensis, in concilio Lateranensi moritur* 15 e
Rodulpho *regi acceptus B. Guido Autissiodorensis* 377 e, 378 b
Rœdiger (Æmilius) *interpretatus est inscriptionem regis Tazenæ; passim laudatur* 263 et seq. 314 et seqq. 336 e
Rogatianus, *diaconus Carthaginensis, a S. Cypriano missus ad S. Firmilianum* 480 c, 484 a b c, 489 f et seq.
† Rogatus, *martyr Nicomediensis* 413 f
Rogerius, *comes Pallariensis* 66 d
Rogerius, *circa annum* 1000 *juris doctor Placentiæ* 9 c
Rogerus, *vicecomes Biterrensis, hæreticus, episcopum Albiensem in carcere tenet* 51 f
Rolandinus a Florentia, *ex ordine FF. Minorum* 180 d e
Rolandus, *abbas S. Savini Placentiæ* 6 d, 13 f
Rolandus, *dictus princeps domus Chisiæ* 729 a, 730 a
† Romanini *presbyteri reliquiæ Papiæ* 2 b
Romanus Junior, *imperator* 518 a
Romanus Lecapenus, *imperator* 518 a
† Romani *Autissiodorensis cultus antiquissimus in hac ecclesia* 356 e
† Romanus, *episcopus Metensis* 667 d, 807 f
Romanus (Carolus), *episcopus Comi* 560 e
Romanus, *abbas S. Savini Placentiæ* 10 a
Romanus, *magister Placentinus* 19 b
Romei (Garsias) 66 d
† Romualdus, *Camaldulensium pater* 771 b
Ronanus, *filius Colmani, regis Lageniæ* 290 d
Ronan *seu* Cronan, *filius Loarn* 624 c
Rondana (Airoldus), *canonicus Placentinus* 14 d
Rondana (Ugutionus), *canonicus Placentinus* 14 d
Rorgo, *benefactor ecclesiæ Viennensis* 838 f
Rossius, *episcopus Africanus* 583 c d
Rossi (Archangelus), *Minor Conventualis, a B. Bonaventura Potentino emendatus* 143 d e
Rossi (Bonaventura de), *scriptor* 802 f
Rossi (Hippolytus de), *episcopus Papiensis* 2 a
Rossi (Joannes Baptista de), *archæologus Romanus* 333 c, 468 b
Rossi (Josephus Ludovicus), *Minor Conventualis et S. Bonaventuræ Potentini biographus* 109 f
Rossi (Paschalis), *Minor Conventualis* 143 c d
Rothobertus, *episcopus Trevirensis* 721 b f
Rotofredi (Rogerius Guilielmus de), *notarius Placentinus* 6 a
Roucherolles (Ludovicus de), *abbas Bellibecci* 587 d
Rovetta de Brixia (Andreas), *bibliographus* 104 c
Rougé (Vicecomes de); *ejus sententia de anno Ægyptiorum* 305 a
Roux (Catharina) *sanata per S. Gebuini interventum* 705 c
Royer (du), *prior Bullencurtianus. Ejus error de S. Ascelinæ natalibus* 394 e
Rozo (Leonardus), *civis Placentinus* 6 d
Rubei, *nobilis familia Sulmonensis, ex qua ortus B. Antonius Rubeus* 756 f, 757 a d
Rubriquisius 306
Rudolphus, *Bituricencis archiepiscopus* 689 e
Rudolphus, *abbas S. Germani Autissiodorensis, ad æs alienum solvendum capsulam SS. Desiderii et aliorum vendit* 356 d
Rudolfus, *supprior Seynensis* 435 a
Rudolfus, *monachus Fuldensis, unus ex scriptoribus Annalium Fuldensium et Translationis S. Alexandri* 531 c
Rueppel (Eduardus), *viator Germanus, sæpius laudatur* 260 et seqq. 314 et seqq. 320, 329
Rugnad O'Ruadan, *episcopus Killmacduacensis* 890 a
Rufinus, *fons præcipuus historiæ S. Frumentii*

tii 257 b. *De Asiæ Africæque apostolis scribens, perperam credidit Indiæ brachmanicæ apostolum fuisse S. Frumentium* 257 c et seqq. *Indiam brachmanicam cum æthiopica confundit* 257 e et seqq. *Æthiopiam nusquam Indiæ vocabulo designavit, a multis non recte intellectus* 258 f. *Negligenter Eusebium latine vertit* 797 e
† Rufus, *episcopus Metensis* 667 e
Rugillo (Josephus Maria), *biographus B. Bonaventuræ Potentini* 109 d e f
† Rumoldus, *episcopus et Mechliniensis patronus* 175 a b
Russell (Michaël), *scriptor Scotus* 319 seq.
Russo (Andreas), *sanatus interventu B. Andreæ Potentini* 111 e, 168 c
† Rusticus, *episc. Claromontanus* 254 f, 255 e
Rutardus, *abbas Erfurtensis et archiepiscopus Moguntinus* 778 c

S

Saadus, *filius Waccæ, Iracam bello acquirit* 648 f
† Sabaitæ *martyres* ἐν τῷ χάσματι 411 f
† Sabas, *in Gothia martyr, a Græcis cultus* 412 c, 772 e f
† Sabas *Typici auctor* 672 f; *quod præluxisse videtur pluribus menologis* 513 b d. *Cavernam mutat in templum* 675 d. *S. Joannis Chuzibitæ magister* 589 f. *Justini imperatoris de concilio Chalcedonensi decretum promulgat Cæsareæ et Scythopoli* 590 c. *Ejus vita mire illustrat vitam monachorum Græcorum* 913 c. *Qua ratione cum novitiis ageret* 914 d e
Sabatati. *Vide* Valdenses.
† Sabina, *martyr Abulensis* 414 c; *socia S. Vincentii martyris* 178 a; *culta in monasterio de Ager* 177 e f, 178 a
† Sabina, *martyr Romana* 177 f
† Sabina, *M. Emeritensis, fabulosa* 414 f
Sabinianus, *Romanus pontifex* 361 f
Sacy (Silvester de) 261 b
† Sagaris, *episcopus, martyr Laodiceæ* 787 c, 789 d
Saffah (el), *alias Seif, rex Homeritarum* 321
Sagetius (Josephus), *episcopus Ravellanus et Scalanus* 120 c
Saint-Chef *nomen non derivandum a capite S. Theodori, quod præcipuo honore habebatur* 836 d, 839 a; *sed ex vulgari corruptione vocabulorum* Sanctus Theodorus *in* Sanct Theudère, Sanch-Eudère, Sanch-ère, Sanch-ef, *unde* San-Cher *et* San-Chef 836 d, 839 a
Saint-Martin *erravit post Saltium confundendo Caleb et Alamedam et distinguendo Dimio et Dunaan* 301 b
Sala (Franciscus), *municeps Vicensis* 28 e
Sala (Petrus de), *clericus Vicensis* 76 d
Sala (R. de), *canonicus Vicensis* 76 e
Saladoba, *rex Æthiopiæ* 265 a
† Salama, *nomen Æthiopicum S. Frumentii episcopi* 261 b
† Salarius, *episcopus Lunensis* 799 b c d, 802 d; *quo ordine successionis ponendus* 803 c d
Salimbenus (Beltramus), *minister hospitalis domus S. Andreæ in prato Ticini* 18 c
Salimbeni. *Vide* Christophori (Joannes).
Salinas (Magister), *monachus SS. Crucum et prior de Montesano* 24 d e
Sallustius, *præfectus Galliarum* 223 f, 229 a
Salomon, *sapientiæ sacrarium in fine pertusum* 540 b
Salomon *regnum potitur Armoricæ et ecclesias hujus tractus Dolensi episcopo perperam subdit* 690 a b
† Salomon, *rex Hungariæ, cultus in Istria* 338 d. *Reliquiæ Polæ* 339 c e, 340 f, 341 a d
Salt (Henricus) *sæpius laudatur* 357 et seqq. *De catalogis regum Æthiopiæ scripsit* 260 b. *Inscriptionem Axumitanan Ela-Sanæ interpretatus est* 261 e. *Emendatur* 300 et seq.
† Salvator, *martyr cœmeterialis, Dungi in agro Comensi* 418 d
† Salvatore (Berengarius de), *hebdomadarius seu parochus Vicensis* 76 d
Salvii (Bartholomæus), *frater conversus, socius B. Stephani* 740 b
† Salvius, *episcopus Albiensis* 587 a
† Salvius, *episcopus Ambianensis* 411 c, 771 a
† Salvii *Bragensis, eremitæ in Normannia, sylloge* 586 et seq.
† Sambaria *ex comitatu S. Ursulæ* 775 e
† Sambatus, *episcopus Metensis* 667 d
Samson, *minister generalis FF. Minorum* 180 f
Samuel, *Georgiæ catholicus sæculo* VII, *S. Neophytum ordinavit* 650 d, 651 b. *Non confundendus cum Samuele, qui floruit sæculo* VIII *exeunte* 650 e
Sanangia (Berengarius de), *monachus SS. Crucum* 46 f, 47 a
Sanatruces, *primum christianus, dein persecutor* 467 b c d
† Sancinthus, Sacinotus, Sachictus, *loco S. Hyacinthi Lucani* 776 d
Sancti novem *in Æthiopia celebres* 380 seqq. 312 seq. 329 seqq. 386 d
Sanctis (Franciscus de), *Minorita Discalceatus* 779 e
Sandjarus, *Turco-Persarum sultanus* 306
Sanfelice (Ferdinandus), *nobilis Neapolitanus* 149 c
Sangiorgius (Gregorius), *Eremita S. Augustini* 725 f
† Sannanus, *frater S. Patricii* 295 b
Santoni (Aloysius), *notarius Florentinus* 401 d
Santoro (Antonius Maria), *episcopus Ravellanus* 168 d
Sanutius, *Alexandrinus patriarcha, ab Æthiopibus cultus* 931 e f
Sapeto (Josephus), *missionarius in Æthiopia, sæpius laudatur* 258 et seqq. 304 a, 314 et seqq. *Ejus errores in Teclæ Haimanot ætate definienda* 385 d e
Saponara (Josephus della), *Minor Conventualis* 144 b
Sapor, *Persarum rex, captivum habet Valerianum* 502 f
Saprisius, *proconsul* 804 e
Sarbilius, *nomen orientale* 515 a
Sargon, *rex Assyriorum* 336 d
Sarmatio, *monachus hæreticus, turbat ecclesiam Vercellensem* 580 b c d e
Sarowardus, *cancellarius Virodunensis* 716 d
Sasso (Cianna *seu* Joanna di), *peccatrix publica Isclana, a B. Bonaventura Potentino ad sanctitatem conversa* 132 d, 138 b c
† Saterius. *Vide* Asterius.
† Saturninus, *martyr Afer* 176 f
Saturninus, *episcopus Abitinensis* 583 c
Saturninus, *episcopus arianus Arelatensis* 240 d

Savassano (B. de), *archidiaconus, immo præcentor* 69 d, 70 e
Savinus (Joannes), *notarius Placentinus* 12 a
Savinus de Campellis, *Minorita* 757 d
Sauzay (Andreas de), *episcopus Bethlehemensis* 545 d
Sayrus (Gregorius), *monachus Benedictinus Anglus* 417 c
Sazanas, *frater regis Ela-Sanæ, in epistola Constantii memoratus, non idem ac Atzbeha* 264 d et seqq. *Vide* Adephas, Aizanas.
Sbaralea (Joannes Hyacinthus), *Minorita Conventualis* 802 f
Schiano (Sabbatus), *presbyter Isclanus, B. Bonaventuræ Potentino amicus* 128 b
† Schio, *asceta* 647 f, 652 a b
Schœnefelder, *translator Joannis Ephesini, laudatur* 931 b
Schottus (Andreas) 313, 325
Schütz ab Holsthauzen (Joannes), *vicarius archiepiscopi Moguntini* 538 c
Scintillis *seu* Sentillis (Petrus de), *sacrista Barcinonensis* 61 d f
† Scithewell, *patronus messorum seu fontium* 852 d
Scopetini, *canonici regulares S. Salvatoris* 736 e, 739 b, 750 b c
Scospilio, *episcopus Autissiodorensis, aliquando vocatus S. Pylio* 381 a
Scota, *gens Placentina* 4 b c
Scota, *filia regis Ægypti dicta ab Hibernis* 276 b, 277 f
Scoto (Degnamerita), *mulier Isclana* 140 f
Scotus Erigena (Joannes) *imprudenter Gothescalci impugnat errores* 687 d. *Ejus errores non refutavit S. Remigius, episcopus Lugdunensis* 691 e
Scropulis (Hugo de), *vir nobilis diœcesis Tullensis* 232 b
† Sebastes, *dictus S. Gendulfi discipulus* 791 b
† Sebastiani *M. cultus Moguntiæ ob depulsam luem* 538 b. *Ejus reliquiæ a Thaddæo III, abbate Comaldulensium Pisauriensium, exaltatæ* 572 e
Sebbi, *rex Saxonum Orientalium, factus monachus* 898 d
Sebertus. *Vide* Sigebertus.
† Secundinus, *episcopus Africanus* 583 d
† Secundus, *martyr ex Thebæa legione* 548 b, 552 a b, 564 b
Seetzen, *viator Germanus* 321
Sefenghya, *mater S. Garimæ* 332 d, 333 e
Segetius, Segitius, Sergecius, Segerus, Regirus, *socius S. Patricii in itinere Romano* 295 b
† Segnick. *Vide* † Sineach.
Seguier (Dominicus), *episcopus Autissiodorensis, dein Meldensis* 607 a b c; *recognoscit S. Desiderii reliquias* 357 c
Seleucus Nicanor, *fundator Edessæ* 456 b
Selman, *filius Rebiat, invadit Georgiam ab oriente* 649 b c; *profligatur* 650 b
Senac *assistit morti S. Thaddæi* 465 c, 466 e
† Senachus Gairb *de Killmoir* 272 c
Senachus, *pater S. Nathi, episcopi Hiberni* 416 a b
† Senanus, *episcopus in Inis-Cathaig* 174 e, 344 e. *An magister S. Erci Midensis* 178 f, *Vide* † Sininus.
† Sen-Patrick. *Vide* † Patricius Senior.
Sepeos, *auctor Armenus sæculi* VII 649 a c, 650 a
Seraphinus Lucas a Francofonte, *Minorita* 779 c
† Serapion, *episcopus Antiochenus* 466 c, 467 e
† Serenatus, *S. Austremonii Arvernensis discipulus* 547 b d
Serenianus, *Cappadociæ præses, dirus persecutor sub Maximino Vero* 475 c
† Serenidus, *confessor Cenomanensis, patronus aeris et pluviæ* 852 d
Sergecius. *Vide* Segetius.
Sergius Junior papa 469 f
† Sergius, *S. Pauli discipulus* 804 c
† Sergius, *megalomartyr* 220 a
Sergius, *patriarcha Cpolitanus* 887 b c
Servais (Guilielmus), *parochus Meldradiensis* 859 f
† Servatii *cultus in Germania* 434 d
Servorum B. Mariæ V. *laus* 398 b c. *Vide* † Joanna Soderini.
Severianus, *præpositus monasterii S. Theodori* 842 a
† Severinus, *episcopus Burdigalensis* 413 e
† Severinus, *episcopus Coloniensis* 413 f
† Severinus, *martyr, ex Thebæa legione* 548 b, 552 a b, 564 b
Severus *Antiochenus dicitur approbasse doctrinam S. Jacobi Sarugensis* 827 f et seq. *Laudatur a Georgio, Arabum episcopo* 928 f
Severus, *episcopus Lunensis* 799 c
Sfortia (Ascanius Maria), *episcopus Papiensis* 2 a
Shalmath, *uxor Abgari, ad Christum convertitur* 461 e, 463 a
Shaughnessy. *Vide* Ua Sechnasaigh.
Siagrius, *filius Carlomanni* 622 b
Sicard, *S. J. in Ægypto missionarius* 233 e
Sicca, *fundatrix parthenonis Valeriensis S. Gabrielis in agro Placentino* 13 a
Sichardus, *abbas Stabulensis* 714 b
† Sidonius Apollinaris, *episcopus Claromontanus* 255 e
Sidracos *perperam pro Ædesio scriptus in Æthiopum libris* 268 e, 269 d f
Siebodus, *benefactor ecclesiæ Viennensis* 838 c
† Sigebertus II, *rex Austrasiorum, auctor literarum ad S. Desiderium Cadurcensem* 902 d e; *donat Stabulensibus villam Germiniacum* 707 f, 708 a
† Sigeberti martyris, *regis Anglorum Orientalium, Acta* 892 et seqq.
Sigebertus Bonus, *rex Saxonum Occidentalium, confusus cum S. Sigeberto, rege Anglorum Orientalium* 902 b c
Sigebertus, *scriptor laudum Papiæ* 816 a
† Sigebaldus, *episcopus Metensis* 667 d; *reliquiæ* 666 b
Sigebodus, *archiepiscopus Narbonensis* 48 f
Sigismundus, *avus Alexandri papæ VII* 729 e
† Sigolini, *abbatis Stabulensis, Acta* 706 et seqq.
Silco, *rex Nubiæ, inscriptione notus: adversus eum arma non tulit Tazena* 337 a b
Sileo (Ludovicus), *postulator causæ B. Bonaventuræ Potentini* 109 d, 169 b
† Silvestri papæ *natalis quotannis Majoricæ celebratur propter expulsos Mahumetanos* 60 d
Silvester Lucensis, *ex ordine FF. Prædicatorum* 779 b
Silvester (Hyacinthus), *ex ordine Minorum Conventualium* 126 d
† Simeon, *patruelis Christi et episcopus Hierosolymitanus* 444 f; *frater S. Jacobi Minoris,*

ris, distinguendus est a S. Simone apostolo 422 e f, 423 a f, 427 b. *Sub Trajano passus* 423 d
† Simeon, *episcopus Metensis* 667 d; *ejus corpus transfertur ad monasterium Senoniense* 659 f, 660 a b
Simeon *Beth-Arsamensis, scriptor Syrus* 309, 311, 317
Simeon (Magister), *Minor Conventualis et provincialis* 142 f, 164 d, 165 d, 169 a b
Simeon, *minister generalis FF. Conventualium* 122 a
Simon *et* Simeon *unum idemque nomen hebraicis literis* 422 c d
† Simon *apostolus in Perside prædicat* 464 b; *crucifigitur* 439 f
† Simon Cyrenæus 448 e f
† Simon Niger, *propheta et doctor* 448 f
Simon, *Meldensis episcopus* 908 b d, 909 a
Simon (D'Archiac), *archiepiscopus Viennensis, pro se et successoribus accipit omne jus in monasterium S. Theodori* 839 b
† Simon, *ex abbate Caziacensi, monachus Claravallensis* 416 e f
Simon de Belloforti *videtur fuisse B. Hemelinæ frater* 395 c, 396 d; *ejus donationes* 395 e
† Simon Coriarius 448 f
Simone (Andreas di) 168 b
Simonetta (Franciscus), *tutor ducis Mediolanensis, manu carnificis perit* 564 d e
† Simplicianus, *episcopus Mediolanensis* 581 d f
† Sincha *seu* Sincach, *virgo Hiberna* 290 a c
Sincterra (Ermengaudus), *conditor templi de Casellis* 57 c e f
† Sinini, *comitis S. Patricii, Acta* 293 et seqq.
† Sinini, *abbatis Hiberni, culti in Cornubia, Acta* 293 et seqq. *Vide* † Senanus.
† Siricius papa *ordinare alienos clericos prohibet* 238 b
Sirletius (Nicolaus), *Minor Conventualis* 146 f
Sirmundus *Hadriano I adscribit pseudocapitula* 661 f
Sitonus (Camillus) *Mediolanensis. Ejus Kalendarium ms.* 550 b c d, 561 a
† Sixtus I papa 469 c, 787 f, 790 a; *miseritne in Galliam SS. Gendulfum et Genitum ad prædicandum evangelium* 791 c, 792 b c; *item SS. Marcellum et Anastasium* 791 d
Sixtus papa IV 550 d; *dat canonicis regularibus monasterium S. Antonii Venetiarum, S. Joannis Baptistæ in agro Ariminensi, S. Paterniani in civitate Fanensi, S. Agathæ Urbini et S. Petri in Umbria* 755 a b d
Sixtus papa V *approbat Officia SS. Domnonis, Domnionis et Eusebiæ, Bergomi martyrum habitorum* 822 c
† Smaragdi, *martyris Antiocheni, Acta* 574
Smaragdus, *abbas S. Michaelis in Lotharingia* 778 c d
Sobirats (Berengarius de), *canonicus Vicensis* 69 d
Socrates, *historicus* 258, 267
Soderiniæ *gentis schema et laus* 402 e f, 403 a. *Inde orta B. Joanna Soderinia* 405 a
Soderinius (Laurentius comes) *procurat recognitionem cultus B. Joannæ Soderiniæ* 398 f, 402 b, 403 a
Soderini (Ruggerus), *prior Florentinus* 402 e f
† Sofronius. *Vide* † Sophronianus.
Sophia *pedissequa sanatur ab inflammatione gutturis ope S. Simonis apostoli* 430 f
† Sophia, *magistra S. Anastasiæ Virginis* 518 d, 521 et seqq.
Sophronias, *propheta* 304
† Sophroniani, *martyris Carthaginensis, Acta* 576
† Sophronius, *patriarcha Hierosolymitanus* 887 b; *restituit Typicum S. Sabæ* 672 f
† Soter papa 787 e, 790 a
† Soterichi, *martyris Asiani, Acta* 221 c f, 222
Sozomenus *emendatur et explicatur* 258
Spake, *viator Anglus* 337 a
Spannochi (Paulus), *ordine Servorum B. M. V.* 779 a
Spanzola (Ambrosius), *notarius Mediolanensis* 559 b
Sparagus, *archiepiscopus Tarraconensis* 41 c, 55 c d, 61 e
Sperus, *episcopus Metensis* 808 a. *Vide* Hesperius.
Spezzano (Dux de), *patricius Neapolitanus* 149 c
Stas (Cornelius), *chirurgus Lovaniensis* 863 e
† Stephanus, *protomartyr, juxta S. Laurentium collocatus* 434 c, 436 c d; *corpus ejus Romæ* 436 a. *Ejus cultus olim valde celeber in Galliis* 252 f; *item apud Græcos* 782 b e. *Ejus sanguis prodigiosus* 583 e f; *in festo Inventionis ebullit* 584 a b; *transfertur* 586 d
† Stephanus papa I *quo anno passus sit* 472 a. *Ejus temporibus agitata quæstio de baptismo hæreticorum* 477 e et seqq.
Stephanus papa III *consecrat Stephanum episcopum Neapolitanum* 585 b
Stephanus II, *episcopus Neapolitanus, transfert corpus S. Quodvultdei et tria fundat monasteria* 585 b c d
Stephanus I, *rex Georgiæ, ab Heraclio solio dejectus* 643 b
Stephanus II, *rex Georgiæ* 643 c, 648 e
Stephanus, *Guidonis II comitis Tigernensis filius et episcopus Podiensis* 544 d, 545 c
Stephanus, *episcopus Arvernensis* 545 b c d
Stephanus II, *episcopus Claromontanus* 256 d
† Stephanus, *episcopus Lugdunensis. Reliquiæ* 698 b
† Stephanus Junior, *martyr* 420 f, 672 et seqq.
Stephanus, *diaconus Constantinopolitanus, biographus S. Stephani Junioris martyris* 673 a
† Stephanus Sabaita, *poeta* 421 a. *Ejus Acta* 672 et seqq.
† Stephanus Sabaita, *thaumaturgus* 421 a, 672 et seqq.
Stephanus Trichinas, *Sabaita* 677 f
† Stephani *confessoris reliquiæ a Thaddæo III, abbate Camaldulensium Pisauriensium, exaltantur* 572 e
† Stephanus, *abbas Grandimontensis, natus Tigerni, ubi in ejus honorem conditur basilica* 543 f
† Stephanus, *ex comitatu S. Ursulæ* 775 e
Stephanus, *abbas S. Leonis* 232 c
Stephanus II, *abbas S. Remigii Senonensis* 874 e
Stephanus Asolik, *Armenus historicus* 649 e f
Sterckx (*cardinalis archiepiscopus Mechliniensis*) *recognoscit S. Ermelindis reliquias* 861 f, 862 b d, 863
Stevenson (Josephus), *editor Chronici Abingdoniensis* 275 c
Stiallanus *de Rath-mac-Stiallain* 179 c
Strarivo (Azo, Gerardus, Rabaldus *et* Rainerius) 13 b c

Stuart (Joannes), *archæologus Scotus* 904 c, 905 e
† Studius, *patricius, cultum habuit apud Studitas* 759 b c
† Sturmius, *abbas Fuldensis, canonisatus a concilio generali* 31 a
Subrupe, Subtusrocha, Sotsrocha (Petrus de), *verisimiliter canonicus Vicensis et creditor S. Bernardi Calvonii* 72 c d, 73 e
† Suffrasianus, Suffronisianus, Suffronisænus, Suffratianus. *Vide* † Sophronianus.
Suffronius *et* Suffronia *in Galliis dicti pro Sophronio et Sophronia* 576 f
† Suibhne, *forte abbas Hiensis, filius Cuirtri, qui in Chronico Scotorum anno* 653 *quievisse legitur* 416 b
† Susanna, *culta in Lotharingia* 223 b, 224 b, 229 e
† Susanna *virili habitu vixit* 913 e, 917 b
Swenus, *rex Danorum, in Southamptonia* 920 c, 925 c
† Symmachus papa *tempore Genserici* 803 b
† Symphoriani, *martyris Augustodunensis, sanguine tincti lapides* 543 c. *Basilica Tigerni* 543 e f
† Syrenus *martyr, cultus in Arvernia, patronus serenitatis aeris* 852 d
† Syrus, *episcopus Papiensis* 1 c f, 2 a b

T

Tabernarius (Joannes), *notarius Placentinus* 12 f, 14 e
Taegius (Ambrosius), *ex Ord. FF. PP., historicus ordinis* 103 d
Tafelius (Theophilus), *scriptor de rebus Thessalonicensibus* 221 b
† Taimthianna, *virgo in Hibernia* 777 f
Tamacto (Bernardus de), *exsecutor testamentarius et creditor S. Bernardi Vicensis* 38 c d, 39 c
† Tammarus, *episcopus Africanus* 583 d; *obit Beneventi* 584 c
Tanchelini *impietas* 51 d
Tanchelistæ. *Vide* Albigenses.
Tancmarus, *Henrici I, regis Germaniæ, filius, adversatur fratri Ottoni I* 719 a
Tancredus Bernardi, *dictus comes Fornolii et ex atavis Chisiorum* 729 d, 730 a
Tantucci (Joannes), *doctor theologus Cantabrigensis, eremita Ilicetanus* 738 d
† Tarachus *militiam professus* 535 b
Taradello (Joannes Albus de), *captus et ope B. Bernardi Vicensis liberatus* 88 d
† Taricus. *Vide* † Thraseas.
† Tarreus. *Vide* † Thraseas.
† Tarsus. *Vide* † Thraseas.
Tarsus, *proconsul, dicitur jussisse interfici SS. Decentium et Germanum* 573 f
† Tartinna *de Cill-aird in Hibernia* 777 f
Tatianus, *scriptor breviarii Evangeliorum, vulgo Diatessaron dicti* 463 f
Taverteto (Guilielmi de), *episcopi Vicensis, male de fide sentientis, depositio* 43 c d e. *Ejus electio* 43 f
Taverteto (A. de), *miles Vicensis* 69 f
Taurusius (Franciscus), *cardinalis, testis miraculi sanguinis S. Stephani* 583 e
Tazena, *rex Æthiopiæ* 298, 306, 328 b, 330 e, 335 d, 336 b e. *Ejus inscriptio altera* 262 et seqq. *Alamedæ successit* 313 e f. *An fuerit semper christianus* 314 c d. *In altera inscriptione christiane loquitur* ibid. et 315 a b
Tchamtchian, *Armenorum historicus* 645 e et seqq. *Emendatur* 649 f, 650 a
Tealdus, *prior Meleretensis, dein abbas S. Germani Autissiodorensis* 355 d
† Teath. *Vide* † Etha.
† Tecla *virgo, culta in Cornubia. Vide* † Etha.
† Tecla Haimanot, *monachus Æthiops, ex cujus Vita illustratur chronologia S. Frumentii* 260 d e, 261, 265, 300, 305, 313; *et historia novem monachorum* 301 c. *De ejus gestis et cultu agitur* 383 et seqq.
Tecla Haimanot, *monachus Æthiops, sæculi* XIII, *perperam cum S. Tecla Haimanot confusus* 385 et seq.
Tedaldus, *episcopus Placentinus* 4 b
Tedmarus, *diaconus et canonicus Vicensis* 46 e
† Tegrinus, *presbyter Vercellensis, socius exsilii S. Eusebii* 579 d
† Tekla Haimanot. *Vide* Tecla Haimanot.
† Telesphorus papa 787 f, 790 a
Telesphorus, *Minor Conventualis Polonus* 142 c
Tellez, *ex S. J.* 260, 268, 320; *scripsit Historiam Æthiopiæ ex scriptis Alphonsi Mendes. Reges Abreham et Atzbeham eosdem putat ac Aizanam et Sazanam* 264 e. *Elogium S. Frumentii ex Chronico Axumensi transtulit* 269 d e f. *Passim laudatur in Vita S. Elesbæ* 296 et seqq. *et in Vita S. Teclæ Haimanot* 383 et seqq.
Templarii *Valentiæ constituti* 67 a
† Terentia *ex comitatu S. Ursulæ* 775 c
Terentianus *Thasum defert corpora SS. MM. Marci, Soterichi et Valentinæ* 222 b d
† Terentius, *episcopus* 799 b c d; *Lunensibus asseritur* 802 b c
† Terentius, *episcopus Metensis* 795 c d. *Ejus Acta* 806 et seqq.
† Terentius, *cujus uxor Neonilla, alius ac S. Terentius Afer* 512 f
† Terentius, *martyr* 673 a, 677 e
Terentius Giandoni *SS. Decentii et Germani reliquias frustra servare conatur* 573 b
Teres (Joannes), *archiepiscopus Tarraconensis* 28 d, 98 c
Terrier (Franciscus), *consul communitatis Couseiz* 245 f
Tertium ordinem S. Francisci *promovet B. Bonaventura Potentinus* 137 d. *Tertiariorum S. Francisci catalogo inscriptus post mortem S. Ivo Trecoriensis* 174 f
Tertullianus *videtur admittere librum Enoch* 441 c d. *Omnium primus videtur negasse valorem baptismi hæreticorum* 477 e. *Ejus doctrina de militia christianorum* 534 a b c d
Terzuolo (Antonius), *presbyter Isclanus* 135 a
† Tetha. *Vide* † Etha.
† Tetta, *abbatissa Winburnensis* 182 f
Tewder, *vir potens Cornubiensis* 294 b, 295 f
Thabor, *Georgiæ catholicus* 650 d
† Thaddæus *apostolus in Mesopotamia ante annum Christi* 81 *passus est* 427 a d; *etiam Lebbæus vocatus* 428 d; *distinguendus ab ejus homonymo, uno ex* LXXII *Discipulis Christi* 450 c d f
† Thaddæus, *ex* LXXII *Discipulis Christi* 449 a
Thaddæus III, *abbas Camaldulensium Pisauri, SS. Decentii et Germani corpora elevat* 572 e; *item SS. Vitalis, Fabiani et Sebastiani MM; et SS. Stephani et Bonifacii* 571 f
Thebæa legio 551 d e f et seq. 564 e

† Thecla, *dicta protomartyr* 219 f
Thelemyris, *episcopus Laodiceæ* 477 b
Theobaldus, *episcopus Lingonensis* 701 d
† Theobaldus, *archiepiscopus Viennensis, ecclesiam S. Theodori et ædem cathedralem ædificat* 835 c d, 837 c e f; *subscribit concilio Ansano* 839 b; *primum in ecclesia sua, dein ad S. Theodori sepultus* 838 f
Theobaldus, *Guidonis II comitis Tigernensis filius* 544 d, 545 b c
Theoctistus, *episcopus Cæsareæ in Palæstina* 474 f, 476 a, 477 b
† Theoctistus, *abbas, admittit Typicum S. Sabæ* 672 f
† Theodardus, *archiepiscopus Narbonensis* 48 f
† Theodardus, *episcopus Tungrensis et abbas Stabulensis* 706 f, 707 a
Theodebertus, *rex Francorum* 597 b, 610 f; *familiaris S. Faroni* 611 f, 612 a
Theodoënus, *famulus S. Lamberti in exilio Stabulensi* 709 b
Theodoretus, *sæculo* v *Cyri episcopus* 470 c, 495 b; *emendatur et explicatur* 258
Theodoricus, *Chlodovei filius, rex Metensis* 543 c
Theodoricus III, *rex Francorum potitur Austrasia* 708 c; *confirmat sua bona Stabulensibus* 708 b
Theodoricus IV, *rex Francorum* 712 d
Theodoricus, *rex Longobardorum, literas dat ad Antonium, episcopum Polensem* 338 b
Theodoricus, *rex Ostrogothorum* 365 f
† Theodoricus, *Cameracensis episcopus* 631 a
† Theodoricus, *abbas S. Huberti* 707 a
Theodoricus, *abbas S. Mansueti* 232 c
Theodoricus, *cancellarius Tullensis* 232 c
† Theodorum *Anastasiopolitanum ab officio suo absolvit S. Cyriacus* 349 d; *est acceptus Mauritio imperatori* 349 d e
Theodorus, *episcopus Cæsareæ Cappadocum, a Vigilio papa exauctoratus* 801 c d e
† Theodorus *in Angliam missus, Cantuariensis archiepiscopus* 601 b, 896 e
Theodorus *Mopsuestenus* 495 b
† Theodorus, *megalomartyr* 220 a; *ejus reliquiæ Polæ* 339 c e, 340 d e f, 341 a d
† Theodorus, *S. Abrahami eremitæ magister* 233 b c d e f
† Theodorus Graptus 675 f, 676 a
† Theodorus Studita *habet authenticam epistolam Christi* 453 b
Theodorus, *mercator christianus Constantinopoli* 760 c d, 763 b et seqq.
Theodosius *imperator vetat corpora sepeliri intra mœnia* 359 d, 817 b; *prohibet monachos habitare urbes* 359 d
† Theodotus, *episcopus Laodicenus et medicus illustris* 798 e
† Theogenes *militiam recusat* 534 f, 535 a. *Episcopus Parius dicitur in Basiliano Menologio, et episcopi filius in Actis et in Menæis* 210 a b c; *de ipso confuse et non recte loquuntur latina martyrologia* ibid. *Qua ratione ejus Actis usus sit auctor Actorum S. Capitolinæ* ibid. et 930 c d. *Ejus Acta Græca ubinam reperiantur* 930 d
Theonas, *græcus, forsan episcopus Alexandrinus, instruit Lucianum circa curam librariam* 202 b c d
† Theonilla, *martyr Ægis in Cilicia* 775 b
† Theophanes Graptus, *canonum auctor, fit episcopus Nicænus* 673 c, 675 f, 676 a
Theophanes *confundit expeditiones Alamedæ et S. Elesbaæ* 297 f. *Alamedam judæum fuisse credidit* 302 f
† Theophilus, *episcopus Cæsareæ Palæstinæ* 784 e, 787 a, 788 a, 789 b
Theophilus *Indus, episcopus Arianus* 309
Theophylactus, *Antiochenus patriarcha, metropolitas Georgiæ Antiochiam deinceps non necessario venturos decernit* 644 c
Theophylactus Simocatta *episcoporum Constantinopolitanorum jurisdictionem ad totum orbem extendit* 347 f
Theotecnus, *Cæsareæ in Palæstina episcopus* 505 e
† Theresiam *pie colit B. Bonaventura Potentinus* 162 d
Thevard (Joannes), *canonicus Senonensis* 376 d
Theudolasius, *episcopus Lunensis in Italia* 799 d
Theugaudus, *archiepiscopus Trevirensis, favet adultero Lotharii matrimonio* 694 d
Theutberga, *rejecta a marito suo Lothario rege, ad Nicolaum I appellat* 694 d
Theutberga, *conjux Rorgonis* 838 f
Thibault (Franciscus), *presbyter Missionis* 876 a
† Thomas *apostolus, qui etiam Judas dicitur, Thaddæum ad Abgarum mittit* 451 b e, 452 d. *In Mesopotamia prædicavit* 427 a, 439 c
Thomas, *diaconus et S. Sophiæ sacellarius, succedit S. Cyriaco episcopo* 350 d
Thomas, *episcopus Lunensis* 799 c
† Thomas de Villanova, *canonizatus ab Alexandro VII* 727 c
Thomas a S. Antonio, *Minorita* 418 b
Thomas Eliensis, *S. Edeldredæ biographus* 898 a b
Thomas, *monachus S. Martini Laudunensis, reliquias sanctorum suffuratur* 436 b
Thomas Sacajuro, *martyr in Japonia* 418 c
Thomas Veronensis, *scriptor ordinis Servorum B. M. V.* 399 e
Thomas, *hæreticus Syrus* 387 c
† Thomasellus, *ex ordine FF. PP.* 174 e
Thomasinus, *filius Jacomoli, presbyter Aronæ* 556 b
Thorsomedes, *alias* Thorismondus, *rex Visigothorum* 366 b. *Ejus missorium penes S. Desiderium* 354 c
† Thraseas, *Eumeniæ episcopus* 414 e; *in quæstione paschali partem habet* 787 c, 789 d. *Ejus Acta* 183 et seqq.
Thuin (Petrus), *episcopus Meldensis schismaticus, reliquias S. Faronis exponit venerationi publicæ* 608 f, 609 a
† Thyrsus, *martyr Mileti* 576 d
Tiberius *accusationem Abgari adversus Judæos recipit* 462 e f; *ad senatum refert de Christo* 464 f
Tjinghis-Khan, *imperator* 306
Tilianus, *episcopus Tarvisinus* 813 a
Timors (Raymundus de), *sacrista Tarraconensis* 38 c, 39 e
Timore (P. D.), *archidiaconus Urgellensis* 69 f
Timotheus, *patriarcha Alexandrinus* 317, 319, 922
Timotheus Sceuophylax, *patriarcha Cpolitanus* 828 d. *Ipsius non est totus libellus ejus nomine insignitus* 828 d e
† Thimotheus, *episcopus Prussæ in Bithynia* 411 e

Timotheus *Esphigmenius inter martyres laudatus a recentioribus Græcis* 780 c
Tirabella (Blasius), *presbyter Isclanus* 135 a, 166 e
Titi *Bostrensis doctrina de militia christianorum* 534 a
† Titus, *martyr Nicomediensis* 177 a, 184 b
Tizzani (Vincentius), *archiepiscopus Nisibenus. Ejus liber de controversia SS. Cypriani et Firmiliani cum S. Stephano* 489 et seqq.
Tobias, *hospes S. Thaddæi* 451 d e
† Tobias, *Hierosolymorum episcopus* 423 b
Tocco (Benedictus), *episcopus Vicensis, dein Gerundensis* 23 b, 28 c, 96 f
† Tochannu Mocufirceta. *Vide* † Mocufirceta.
Todd (Jacobus), *archæologus Hibernus* 382 c
Tolbe (Franciscus Maria), *Minor Conventualis* 145 b
Tolone (Petrus de), *assessor Raimundi, archiepiscopi Tarraconensis* 35 c
Tomaxius, *canonicus Placentinus* 11 e
Tombacis (Joannes de), *notarius Polanus* 340 f
Tommasini (Jacobus Philippus), *episcopus Civitatis Novæ in Istria* 339 f
† Tondenachus de Ross-Glasse 272 e
Tormo (Joannes de), *episcopus Vicensis* 23 b c
Tornamira (Petrus de), *canonicus Vicensis* 43 e
Torrentibus (Petrus de) *thesaurarius Vicensis et creditor S. Bernardi Calvonii* 48 a, 72 et seq., 76 d
Torrentibus de Tabernolis (Raimundus de) *ex Catalonia* 88 e
Torraja (Guilielmus de), *episcopus Barcinonensis* 78 c
Tort (Bernardus), *archiepiscopus Tarraconensis* 78 c
Tortoldus *a sede Bajocensi dejiciendus* 689 d
Toscanius (Theodorus), *Ord. S. Basilii, de re hagiographica bene meritus* 207 a, 411 c e
Trago (Bernardus de), *archidiaconus de Benasque* 57 b
Tramutoli (Ludovicus *et* Gerardus), *cives Potentini* 167 c d
Trapani, *episcopus Isclanus* 167 b
Traveria y Saborit (Franciscus), *canonicus Vicensis* 57 d e
Tresuguinus, *decanus Avesnensis* 631 b, 636 f, 637 a
† Triallach. *Vide* † Dichleth.
Trie-le-Bardoul (familia de) *videtur esse affinis S. Hemelinæ* 396 e
Trithemii *sententia de monachis factis canonicis* 537 e
† Trophimus, *episcopus Arelatensis* 547 a b d
† Trophimus *et* Dorymedon *a Græcis commemorati* 782 b d
† Trudo *omnia sua bona donat ecclesiæ Metensi et fundat monasterium Sarchinii* 660 f
† Tryphonia, *martyr Romana* 468 b c d f, 469
† Tudwen, *virgo in Wallia* 179 d
† Turketulus, *abbas Croylandensis* 920 a
† Turriliis (Bernardus de), *episcopus Majoricensis* 63 b
† Tutus. *Vide* † Titus.
Tzagga-Za-Ab, *pater S. Teclæ Haimanot* 388 f et seqq.
Tzahem, *rex Æthiopiæ, filius Ela Eskendi, cum Frumentio et Ædesio educatus* 260, 261 a. *Non fuit chistianus* 261 d
† Tzehma *monachus* 332 f; *ejus synaxarium* 334 d. *Vide* Sancti.

U V W

Uairidhnach, *rex Hiberniæ* 883 e
Valdo. *Vide* Ubaldo.
Valdus, *Valdensium auctor* 52 e
Valdensium, *versantium in Catalonia errores et facinora* 50 c d e f. *Quam exitiosi utrique reipublicæ* 51 et seqq.
Valens *imperator jubet monachos militare* 903 f
† Valentinæ, *martyris Asianæ, Acta* 221 c f, 222
Valentiniano I *imperante, an cæsi martyres* 532 b e f
† Valentinus, *episcopus Passaviensis* 775 d e
† Valentinus, *martyr cœmeterialis, Lugani* 418 c
Valentinus *hæreticus* 492 b
Valerianus *Imp. favet ecclesiæ, dein infensus* 501 c d; *ejus clades* 502 b et seq.
† Valerianus, *diaconus Lingonensis* 188 b
† Valerius, *episcopus Trevirensis* 226 e
† Valerius *ex comitatu S. Ursulæ* 775 e
Valesius (Henricus) *perperam insinuat S. Cyprianum omnium primum in Africa contendisse de valore baptismi* 479 a b; *in definienda ætate Metrodori erravit* 259 e; *minus autem in designando anno ordinationis S. Frumentii* 259 d
Valesius (Hadrianus). *Ejus inquisitiones in nomina civitatis Lemovicum* 235 e
Valla. *Vide* Gualla.
Vallemani, *cardinalis, protector Minorum Conventualium* 145 b
Valloria (Guilielmus de) *ex Catalonia* 87 e
Valloria Subirana (Berengarius de), *captus et ope B. Bernardi Vicensis liberatus* 87 e
Valls (Jacobus), *notarius Vicensis* 25 f
† Vandaleti, *martyris in Tilæcastro in Burgundia, Acta* 185 et seqq.
Van Muysen, *beneficarius S. Ermelindis* 865 d
Vanslebius (Michaël) 306
Varnet, *parochus, scriptor rerum gestarum S. Theodori* 835 b
Varo (Franciscus), *missionarius Ord. FF. Prædicatorum apud Sinas* 417 f
Varthanes, *vicarius catholici Armenorum* 646 e
Ua Sechnasaigh *seu* O'Shaugnessy, *nobilis domus Connaciæ* 881 a b, 888 b, 890 c d, 891 b c d
Ubaldo *seu* Valdo, *episcopus Comensis transfert reliquias S. Fidelis* 553 b e f
Uchama, *cognomen Abgari* 452 f
Vecchietti (Antonius) 264
† Vedasti, *episcopi Atrebatensis, festa* 271 d
Vee, *parochus in Entraing, ecclesiæ Meleretensi S. Desiderii reliquias restituit* 357 b
† Venantius, *episcopus Lunensis* 799 c, 802 d
Venerius, *diaconus S. Ambrosii et archiepiscopus* 581 d
Venturinius (Ambrosius), *civis Senensis* 731 a
† Vereca, *presbyter Gothus* 532 c
Verecundus, *episcopus Juncensis* 799 c. *An Lunæ sederit* 801 c
Vernay (Stephanus de), *presbyter Lugdunensis, Lectionarium Lugdunense parat* 188 e, 679 e
Veronica, *insignis monialis Dominicana Ferrariensis* 408 a
Vespa (Petrus), *episcopus Paphensis, testatur de reliquiis S. Simonis* 448 b
Vessicchius (Dominicus), *Minor Conventualis, guardianus Ravellanus* 149 e, 150 a c, 151 e f, 155 d, 158 a f, 159 a

Uguiccio de domo Ardengesca 724 b, 729 d, 730 a
† Viator, *episcopus Bergomas* 818 a, 821 b
† Viatoris *Lugdunensis reliquiæ* 698 b
Vicecomes (Bajomons), *abbas S. Columbæ, Placentiæ* 13 a f. *Delegatus apostolicus* 14 e
Vicecomes (Ubertus), *nuntius Placentinus* 7 e
Vicecomitibus (Carentia de) *Placentina* 13 a
Vicedominus Cossadoca, *episcopus Placentinus* 10 e. *Vide* Cossadoca.
† Victor papa I *agit de quæstione paschali* 784 f, 787 a d, 789 b f; *minatur excommunicationem Quartodecimanis* 496 d e f
Victor, *episcopus Lunensis* 799 c, 802 d, 803 b
† Victor I, *episcopus Metensis, in concilio Coloniensi anni* 346, 668 e f; *sepultus in crypta S. Clementis* 669 a
† Victor II, *episcopus Metensis, sepultus in crypta S. Clementis* 669 e
† Victor, *Massiliensis martyr, imperatori fidelissimus* 203 f, 204 a
† Victor, *dux legionis Thebanæ* 775 d
† Victorianus *Lambesitanus, martyr* 780 d
Victorius (Marianus) 264
† Victricius *Rothomagensis cingulum militare ponit* 532 c f, 533 a, 534 f
† Victi, *martyris Romani, Acta* 189
† Victus. *Vide* Victus.
Vigilius papa *fert sententiam contra Theodorum, episcopum Cæsareæ Cappadocum* 801 c d. *Quid primum senserit de tribus capitulis* 495 b
Vilà Reddensis (Celedonius), *antiquarius Catalonicus* 34 b
Vilamur (Poncius de), *episcopus Urgellensis* 61 c
Vilimercato (Petrus de), *nuntius Placentinus* 7 c
Villa (Joannes) *exaggerat jura ecclesiæ Papiensis* 17 b
Villecourt (Clemens), *episcopus Rupellensis, invenit corpus S. Eutropii* 835 f
† Villicus, *episcopus Metensis. Ejus memoria illustrata* 670 et seq.
Villiers (Ludovicus), *chirurgus Senonensis* 876 d
Vilnorendus, *dux in Lotharingia* 230 f
† Vincentio (Guilielmus de) 66 d
† Vincentius, *martyr Abulensis* 414 e
† Vincentii, *diaconi Cæsaraugustani, inventio* 174 a
† Vincentii Ferrerii, *immo* Madalgarii, *translatio* 772 d e, 775 a; *qui patronus Sonegiensis* 626 b
Vincentius de Nicotera, *Minorita* 779 e
Vincentius de Orco, Finariensis, *qui et Maglio, ex Ord. FF. PP., beatus dictus* 104 b c
Vincentius, *presbyter, traditur hospitio suscepisse Romæ SS. Hilarium et Justum* 253 c
† Vincentius *idem ac S. Decentius* 570 b
† Vindemialis, *episcopus Afer, Tarvisii cultus* 816 a
† Vindicianus *floret in diœcesi Cameracensi* 626 b
† Vindonius, *episcopus Africanus* 583 d
Vingurichus, *princeps Gothus* 532 c
† Vitalianus papa *mittit aliquos in Angliam* 601 b
† Vitalis *martyr. Reliquiæ Bononia Clarummontem portatæ* 255 a, 256. *Reliquiæ exaltatæ a Thaddæo III, Camaldulensium Pisauriensium abbate* 572 f
Vitalis, *episcopus Oscensis* 66 d
Vitalis, *episcopus Sulcitanus* 59 d
Vitalis, *abbas Populetensis* 57 a
Vitalis, *defensor Calaritanus* 59 f
Vitellius, *proconsul Syriæ* 464 c d
Vite (Raimundus), *canonicus Vicensis* 59 a
† Vivetus. *Vide* Victus.
Vivien de St-Martin *de Æthiopia et Africa docte scripsit. Sæpius laudatur* 260 b, 261 e et seqq. 337 a b d
† Vivus *Lambesitanus, martyr* 780 d
Vizemundus, *dux in Lotharingia* 230 f
Ulpianus, *pontifex Capitolinus* 516 b
† Ultanus, *frater S. Fursei. Ejus gesta apud Anglos Orientales* 897 c
Unckel (Arnoldus de), *diaconus, testis miraculi* 435 c
Ung-Khan, *rex Karaitarum* 306
† Uni *seu* Uny, *fratris S. Iæ Acta* 293 et seqq.
Vogel (Albertus) *refutatur* 201 b c d
Voiturier (Maria Theresia) *sanata S. Gebuini interventu* 705 d
Volpi (Carolus), *parochus Viglebanensis* 106 d
† Vorcus, *qui et* Brevit, *cultus in Cornubia* 296 d
Urbanus papa II *frustra archiepiscopos Senonensem et Rothomagensem primati Lugdunensi subdere conatur* 703 b; *proprio interdicit canonicis Vicensibus* 46 e
Urbanus III *favet studiis canonicorum Placentinorum* 4 d
Urbanus VIII *indulgentias concedit in honorem S. Ermelindis* 865 e. *Ejus decreta de cultu sanctorum justo severius passim applicata* 29 c d; *quæ causa sunt suppressionis festi B. Bernardi Vicensis* 22 f
† Urbicius, *episcopus Metensis* 807 b
Urrea (Eximenus de) 67 a
† Ursarius *militiam abjicit* 534 f
† Ursicinus, *episcopus Papiensis* 1 c
Ursinus (Michael), *episcopus Polanus* 339 e. *Ejus sepulcrum* 340 a e f, 341 a
† Ursmarus, *abbas Lobiensis* 926 b d. *Ejus vitæ tempora* 628 e f. *Baptizat et instituit S. Dodonem* 634 f. *Ejus Vita citatur* 635 a
† Ursula, *V. et M., cernitur monialem Dominicanam Ferrariensem moribundam visitare* 408 e f. *Ejus et sociarum reliquiæ dicuntur alio translatæ propter cultum neglectum* 434 a, 436 b
† Ursi *cultus antiquissimus apud Autissiodorenses* 356 e
Wadelinus, *incertæ sedis episcopus* 365 d
Wakhouscht, *filius Wakhtangi VI, Annales Georgianorum perficit* 647 d. *Chronologia ejus sæpe manca* 643 b, 644 c
Wakhtangus I, *rex Georgiæ, metropolitam suo regno impetrat* 643 d f
Wakhtangus VI, *rex Georgiæ, Annalium Georgianorum auctor* 643 c d, 647 c d
Wala, *episcopus Autissiodorencis* 352 c
† Walaferus, *dictus episcopus Duffelensis, Dunelmiensis, Dublinensis, Dumblanensis* 778 a
† Walbertus, *frater S. Faronis, non fuit episcopus, sed abbas Luxoviensis* 595 a b e f, 610 f, 611 a, 613 b, 614 b
† Walbertus *floret in diœcesi Cameracensi* 626 a
Walcandus, *episcopus Leodiensis, transfert corpus S. Huberti Andagium* 836 b
† Waldetrudis, *abbatissa Montensis* 626 b
Waldradæ *adulterum cum Lothario rege matrimonium* 694 d

† Walfridus *loco S. Wilfridi II, episcopi Eboracensis* 773 e, 774 a b
Walterus, *episcopus Cabillonensis* 703 d
Wamba, *rex Hispaniæ, ob pœnitentiam et tonsuram exauctoratus* 899 a b
Wandelbertus *usus videtur Martyrologio parvo Romano* 798 b c
Wansleb (Michael) *emendatur in catalogo metropolitarum Axumensium* 306 b c
Waratto, *major domus, adversatur Pippino* 709 e f
Warnerius, *præpositus S. Stephani Divionensis* 187 a
Wehrenberga (Joannes de), *ex ordine FF. Minorum* 180 f, 181 a
Wellsted, *viator Anglus* 321
Wenilonis *Senonensis sententia de Gothescalco* 687 d e. *A Carolo Calvo perjurii accusatur* 689 e ; *cum eo reconciliatur* 690 a
† Werdinus, *abbas Hydruntinus, an exstiterit* 179 d e
Werefredus, *abbas Sehamensis* 896 a
Werenfridus, *abbas Stabulensis* 719 d
Weringfridus, *abbas Stabulensis, non coadjutor* 722 c e f, 723 a
Wernarius, *episcopus Redonensis in Armorica* 690 c
† Wibaldus, *episcopus Autissiodorensis* 381 b
Wicfredus, *Coloniensis archiepiscopus* 721 d
Wigo, *benefactor ecclesiæ Viennensis* 838 d
Wilbergius (Georgius), *Minorita, ab hæreticis interfectus* 418 c
Wilfredus, *comes Barcinonensis* 48 f
† Wilfridus I, *episcopus Eboracensis* 89 b c e
† Wilfridus II, *episcopus Eboracensis, scriptor Vitæ S. Joannis Beverlacensis* 774 a b
Willems (Norbertus), *parochus Lovanioli* 852 c
Wilulfus, *cancellarius Stabulensis* 718 a
Winigisus, *œconomus villæ Tungrarum in decania Chierviensi, furatur reliquias S. Dodonis* 637 c d
Wirundus, *abbas Stabulensis* 714 d
Wiseman (Nicolaus), *cardinalis, petit Ven. Bedam declarari doctorem ecclesiæ* 774 e
Witgarius *cogitur plura bona ecclesiæ Lugdunensi ablata restituere* 684 e
† Vulganus, *episcopus cultus Lensii* 781 a b
Vulterris (Jacobus de), *archidiaconus* 555 f
† Wolbodo, *episcopus Leodiensis* 707 a
Wolfæus (Didacus), *ex ordine FF. Prædicatorum, occisus a Puritanis in Hibernia* 180 c
Wolferius, *archiepiscopus Viennensis, ædem cathedralem instaurat* 837 f ; *indulgentias concedit adjuvantibus instaurationem ecclesiæ cathedralis* 837 f, 838 a
† Womer. *Vide* † Gwinnear.
Wolmerus, *monasterii S. Naboris advocatus* 664 b
Wright (Guilielmus), *in musæo Britannico codicum orientalium custos, laudatur* 929 a; *editor Martyrologii Syriaci antiquissimi* 183 b, 185 a d
Wright (Thomas), *scriptor Anglus, erravit in interpretatione Rufini* 258 e. *Duos Frumentios exstitisse credidit* 267 a et seqq.
Wulferus, *primus inter Mercios baptizatus* 899 d
† Wulfilacus, *eremita in tractu Luxemburgensi* 847 e
† Wymerus. *Vide* † Gwinnear.

X

Xamar (Guilielmus), *canonicus Vicensis* 25 d
Xenodon, *rex Nubiorum, a Joanne Asiæ episcopo memoratus* 298 b et seq.
Ximenus, *Segobricensis episcopus* 64 d
Ximenus. *Vide* Eximenus.
Xuriguer (Josephus), *causidicus Vicensis* 30 a
Xystus papa III *confessionem S. Laurentii ornavit* 436 e

Y

Yared, *monachus et musicus, ab Æthiopibus cultus* 387 e f
Yeliutasje. *Vide* Joannes Presbyter.

Z

Zaccaria (Joanna) 168 a
Zaccaria (Franciscus) *vidit SS. Decentii et Germani reliquias* 573 a ; *præclare scripsit de SS. Fideli, Carpophoro etc.* 549 c d, 551 a b c, 554 e f, 558 a
† Zachæus, *Hierosolymorum episcopus* 423 b
† Zachariæ papæ *cura de sede Coloniensi* 712 b
† Zacharias, *episcopus Lugdunensis sæculo* III 700 b
Zaghæa *dynastia regum in Æthiopia* 390 a b d, 931 f
† Za-Michael. *Vide* † Aragawi *et* Sancti.
Zelicinthius, *præses, in Acta S. Capitolinæ ex Actis S. Theogenis migravit* 210 b, 212 c, 218 b, 930 d
Zenon, *chorepiscopus, jurat per pietatem et victoriam imperatorum* 535 f
† Zeno *militiam abjicit* 534 f
Zenobia, *Palmyrenorum regina, favet Paulo Samosateno* 504 c ; *devicta ab Aureliano* 507 c et seq.
† Zenobius, *Ægiensis episcopus, medicus fuisse traditur* 798 c
† Zenobius, *presbyter et martyr* ; *ejus gesta illustrantur* 797 et seq.
† Zephyrinus papa 467 e
Zesterman, *de antiquorum basilicis* 358 c
Zigen *et* Rema, *reges Æthiopiæ sæculo* II 264 e
Zingerle (Pius), *de S. Jacobi carminibus* 830 c, 831 f
Zola (Bonaventura), *minister provinciæ Conventualium Neapolitanæ* 142 f
† Zonnenus. *Vide* † Pantaleon.
Zoppi, *nobilis domus Bergomensis, dicta ex genere SS. Domnionis, Domnonis et Eusebiæ* 833 c
Zozima, *monachus, S. Joanni Chuzibitæ amicus* 590 a b
Zuenteboldus, *rex Lotharingiæ* 230 f

INDEX

TOPOGRAPHICUS ET ETHNICUS

Abadesas (S. Joannis de las) templum in Catalonia 68 d, 70 f

Abbain-Dun. *Vide* Abingdonium.

Abdua, Addu, fluvius in Longobardia 565 d e

Aberdonia in Scotia. *Kalendaria* 904 e f. *Breviarium* 905 a

Abilina, civitas in provincia proconsulari episcopalis, prope Membrissam 583 a b

Abingdoniense monasterium. *Initia, reliquiæ sacræ etc.* 274 e f, 275, 280 b. *S. Helenæ puellare monasterium* 275 c

† Abramii monasterium Cpoli 758 et seq. 914 e f

Abramitarum monasterium 758 et seq. 914 e f

Abriola (Terra de), diœcesi Potentina 145 b

Abula, civitas in Hispania 197 b. *Reliquiæ SS. Vincentii et sororum* 197 d e, 198 c

Abundiacus, vulgo Annay-la-Côte (*Yonne*) 370 c

Acciago, vulgo Essey-les-Noncy 663 d

Accolatus, vulgo Accolay *(Yonne)* 368 e

Achdh-uabhair seu Achadh-fabhair, nunc Aghagower, in comitatu Majo 289 c. *Cfr Chronicum Scotorum, pag.* 303.

Ἀχειροποίητος, monasterium Cpoli 758 f, 759 a

Acromontensis in Calalonia *moneta* 45 b

Adulis Æthiopiæ portus. *In eo classem parat S. Elesbaas* 315 c d, 318 c f, 319 a. *Inscriptio Adulitana regis Tzahem confertur cum Axumitanis* 262 b, 264 b. *Exscriptæ a Cosma Indicopleuste, jubente S. Elesbaa* 324 e

† Ægidii oppidum in Galliis. *Pœna Petri de Bruis* 51 d

Ægyptus. *Ei traditur prædicasse S. Simon Apostolus* 424 f

Æla, civitas ad mare Rubrum 318 c

Æmona in Carniola, ubi nunc Labacum 339 d e. *An hoc nomen Civitati Novæ in Istria* 339 d e f, 340

Ænaria. *Vide* Iscla.

Æthiopia. *Apud veteres geographos latissime hoc nomen patet* 262 d

Æthiopia Occidentalis seu Meroetica 262 b et seqq.

Æthiopia Orientalis, Æthiopes. *Indiæ vocabulo Æthiopia quandonam designata* 258 d et seqq. 318 d. *Non tamen a Rufino* 258 f. *Æthiopum quisnam sit computus* 260 e et seqq. *Troglodytæ sunt dicti* 262 c et seq. *Æthiopum bella, in Homeritide gesta, a multis confuse narrata* 297 et seqq. *Judæorum in Æthiopiam adventus et eorum dominatio enarratur* 302 et seqq. *Religio Christiana sæculo* v *in ea pæne deperdita* 305 f et seqq., 308 a b c. *Negranensem provinciam occupant* 308 d et seqq. *Regum catalogi* 260 b, 313 d e f. *Expeditiones Æthiopum in Dhu-Nowasum* 315 et seqq. *Historiam Æthiopiæ quinam scriptores libris illustrarint* 383 et seq.

Africa. *Apostolum non videtur habuisse S. Simonem* 425 c d, 426 a b. *Apostolos probabiliter prædicatores habuit* 439 a. *Multos habuit episcopos* 426 a b. *Ejus episcopi magnam operam impendunt excolendæ Campaniæ Neapolitanæ* 584 c d. *Notitia provinciarum et civitatum* 800 d e

Agaunum. *Ibi mactati Thebæi* 551 c, 564 e

Agazi seu Habessinia 260 e, 262 f

Ager (Monasterium S. Petri de) nullius, in diœcesi Urgellensi. *Possidet reliquias S. Sabinæ* 177 e f, 178 a, 199 e f, 200 a b c, 414 f

Aidhne. *Regio eadem est ac diœcesis Kilmacduacensis, et cognomen aliquot regum Connaciæ* 886 b c f, 887 a, 888 e, 889 d

Aidoni, pagus Epiri 773 b

Akula seu Cufa, urbs Mesopotamiæ 928 f, 929 a

Alamanni *Gallias pervadunt* 502 b

Alarona. *Locus ignotus* 843 d

Alauaix, non procul a Nicæa 94 a

Albigenses hæretici. *Versantur in Catalonia et alibi; eorum errores et facinora* 50 c d e f. *Quam exitiosi utrique reipublicæ* 51 et seqq.

Albiniacum in agro Atrebatensi. *S. Kilianus* 420 b

Albio, *Britannia Major* 921 b

Alcmaria in Neerlandia. *Hadrianus a Gouda occisus pro fide* 181 a

Alcudia in termino de Paterna 64 f, 65 b d e

Aldanias, Odeigne, villa monasterii Stabulensis 713 a

Aldemega, villa in Belgio 714 e

Aliodrensis pagus minor sub Meldensi civitate 593 c

Alnense monasterium in Belgio. *Origines* 626 c, 627 a, 629 c

Aloah. *Nomen Arabicum Æthiopiæ Meroëticæ. Vide* Æthiopia Occidentalis.

Alodæi. *Vide* Æthiopia Occidentalis.

Alostum in Belgio. *Joanna Dedemaker, Beghina* 181 c d

Alpes Italiæ. *Tuscorum coloniæ* 565 f et seq.

Altura (Parochia S. Juliani de), diœcesi Barcinonensi 88 e, 91 a

Altusfons, abbatia Cisterciensis in regno Siciliæ 40 e

Amalphia. *Cultus B. Bonaventuræ Potentini* 113 a b. *V. D. S. Dominicus a Muro et B. Bonaventura Potentinus* 118 d e, 120 d, 149 f. *Conventus a S. Francisco conditus* 118 d. *Amalphitanus pannus* 165 b

Amalphitanum littus. *Diœceses quinque anno* 1818 *unitæ Amalphitanæ* 113 a

Amatia. *Ecclesia baptismalis* 549 e

Amatrix, terra Aprutiorum 180 e f

Ambalenis (Ambalans), villa in agro Casiacensi 837 d

Amblava, non procul a Stabulao. *Martyrium S. Agilolfi, episcopi Coloniensis* 712 d, 714 b

Amharæ, Æthiopiæ provincia 388 d

Amida, urbs Mesopotamiæ. *Ejus expugnatio perperam historiæ S. Jacobi illigata* 827 b 828 c

Anadoli hissar. *Asiæ castrum* 208 c

Anassio, idem ac Nexon 249 f

† Anastasiæ vicus et conventus Minorum Conventualium prope Neapolim 129 e, 130 a

Ancosa (Spelunca de). *Data monasterio Vallislaureæ* 40 a

Andeafara, Andover, in Anglia 920 d

Andelegiense monasterium (les Andelys) in Gallia 601 e

Andenna in Belgio. *Septem ecclesiæ* 890 b
Andernacum. *Oppidum juxta Rhenum* 430 b, 433 a
Andernaicum, fiscus Stabulensis 721 b
Andomaturum, Langres, in Galliis 227 d
Anglia *sæculo* VII *rara habebat monasteria* 601 c. *Puellæ educationis causa in Galliam missae* 612 f. *Anglorum Orientalum ditio, episcopatus, conversio etc.* 892 f et seqq.
Anguiliacus, olim villula diœceseos Lugdunensis 683 d
Annadown. *Vide* Enach Duin.
Antaradum. *Oppidum insulæ Arado oppositum* 440 c
Antiochia Syriæ. *Theophili domus fit templum* 358 d e. *SS. MM. Smaragdus, Marianus seu Mariana et Archelaidas* 574. *Hæc ecclesia jure sibi vindicavit omni tempore primatum in ecclesiam Georgianam* 643 c et seqq. *S. Martyr Zenobius* 797 et seq.
Antomadunum, Lingonum arx 188 b
† Antonii hospitalis domus in prato Ticini 18 c
† Antonii ad lacus Ambrosianos seu de Bosco conventus 731 d
Antverpia in Belgio. *Kalendarium Aberdonense pictum* 904 f
Anxur, urbs Latii, nunc Terracina 516 b
Apamea in Asia Minori. *SS. Cajus et Alexander, martyres* 184 e
Apamea in Syria. *SS. Theodorus et Theophanes Grapti* 676 a
† Apri monasterium in Lotharingia 226 a
Aquæ Grani. *Regulæ Aquisgranensis codex Vicensis* 46 d e. *Conventus procerum, anno* 953 *a S. Brunone, archiepiscopo coloniensi et duce Lotharingiæ, celebratus* 721 d e f
Aqua Sparta, Aigue Perce, in Arvernia 545 b
Aquilejensis patriarchatus. *Supprimitur* 338 b
Arabes. *Vide* Mahumetani.
Arabes Christiani in Mesopotamia 928 f, 929 a
Arabica hæresis *apud S. Augustinum* 454 c
Aragoniæ regnum. *Capellani majores abbates SS. Crucum* 40 f
Arat. *Ibi S. Thaddæus passus est* 443 f
Arcæ, Art-sur-Meurthe 663 e
† Archangeli castrum prope Ariminium. *Monasterium canonicorum* 755 a
Ardaz. *Monasterium S. Thaddæi* 440 c d
Ardigneta seu in Ardengesca Silvæjunctæ (S. Antonii in) conventus idem ac Vallisaspræ 731 c
Arelas. *Monasterium sub S. Cæsario* 833 a
Argantomagum, Argenton. *SS. Hilarius et Justus* 249 d
Arguells (S. Petri de) templum in diœcesi Barcinonensi 68 d
Arlansa, oppidum Hispaniæ 197 e f
Armeni. *Eorum errores fluunt ex concilii Chalcedonensis verbis male intellectis* 645 f. *Catholicis Armenis subditam fuisse Georgiam dubium valde est* 645 b c et seqq.
Armoricani. *Eorum regina quomodo dicta sit S. Laudoveva Silvanectensis* 909 f, 910
Arona. *Eo corpus S. Fidelis Como translatum asseritur* 554 et seqq. *Burgum ejus* 556 b. *Describitur* 558 d e
Arran Maxima, insula Galviæ. *S. Colmanus mac Duach* 891 f
Arters (Feudum et castrum de) in Catalonia 69 d, 70 f, 76 c
Artes (Baronia de) in regno Aragoniæ 64 f
Artesse, vallis in diœcesi Vicensi 49 b
Artica. *Locus ignotus, nisi forsan Ortygia* 465 a, 466 d
Arverni, Arvernia. *Res hujus regionis ecclesiaticas diligenter persequitur S. Gregorius Turonensis* 254 b. *Basilica S. Stephani* 255 a b, 256 f. *S. Juliani altare* 256 e. *S. Venerandi basilica* 257 a. *Sanctis abundat* 906 a
Arx, Haute et Basse Arche, villa in Belgio 721 c
Asia. *Gothorum seu Scytharum inundatione deletur* 502 c
Asnagan in Pannonia. *Hodie Kœnigsberg* 665 e
Assicia (Arcisse). *Locus natalis S. Theodori* 841 b, 842 a, 843
† Assiscli parochia in Catalonia 82 a, 87 a
Assisiense S. Francisci sanctuarium 146 f. *S. Mauritii oratorium* 841 b
Astaboras. *Vide* Takazze.
Astanmum, fiscus Stabulensis 721 b
Atella, civitas Campaniæ 584 c
Ath-dain-Cheilt, vadum in Lagenia 293 d
Ath-in-Urcair, nunc Ardnurcher in Midia occidentali 285 d
Ath Truim, nunc Trim, in comitatu Midensi 777 b
Atranum in littore Amalphitano. *B. Bonaventura Potentinus* 149 f, 150 a, 151 a e, 152 d
Aturræ, oppidum Aquitaniæ 49 a
Avalensis pagus in pago Icaunensi, in vicinia oppidi Avalon 365 e
Aversa, Regni Neapolitani oppidum. *Studia theologica incohat B. Bonaventura Potentinus* 117 c
Augiense monasterium. *Ibi educatus fuit Gothescalcus* 687 a
Augsburgum in Suevia. *SS. Narcissus episcopus et Afra martyr* 772 a b c d
Augusta *pro* Augusta Trevirorum 811 b, 812 c
Augusta Sueviæ. *Vide* Augsburgum.
Augusta Vindelicorum. *S. Gualfardus* 174 e
† Augustini in agro Pisano monasterium canonicorum 755 d
Augustodunum in Gallis. *Schola literaria sæculo* IV 235 b. *S. Joannes dictus ibi coli loco Hagulstadii in Anglia* 773 d e f, 774 a b
Augustoritum, caput Lemovicum 235 b
Aviniannum, fiscus Stabulensis 721 b
Avira (Templum S. Petri de) in diœcesi Vicensi 59 a
Aulania, villa comitatus Lugdunensis. *Ecclesiæ Lugdunensi restituitur a Lothario imperatore* 681 a
Auren, suburbium civitatis Petrocoriorum 239 a
Ausa, Ausona, Ausonia, prisca civitas prope Vicum in Catalonia. *Origo et interitus* 48 a d e f, 92 a f, 95 f. *Dicitur loco Vici in Catalonia* 21 e, 35 e. *Ausonensis episcopus dictus sæculo* XIII *S. Bernardus Vicensis* 58 f
Ausetani, populus Cataloniæ 48 d. *Vide* Ausa.
Austrasia. *Reges dicti Pippinus Heristalius, Carolus Martellus et Carlomannus* 714 a b
Autissiodorum, Galliæ civitas. *Formæ variæ hujus nominis* 377 a. *Multos habuit sanctos præsertim episcopos* 351 a. *Ejus antiquitas et varii hocce sæculo casus* 351 d e. *S. Amatoris et S. Amantii basilicæ a S. Desiderio ditatæ* 366 d, 367 a; *earum fata* 367 d, 369 b. *S. Stephani, SS. Petri et Pauli, S. Germani, S. Saturnini, S. Juliani, SS. Gervasii et Protasii, S. Ursicini, SS. Columbæ et Leonis basilicæ ditatæ et auctæ* 362, 363 b, 366, 367. *S. Martini, S. Mariani, SS. Gervasii et Protasii monasteria S. Desiderio multa debent*

debent 366 et seqq. *S. Columbæ monasterium : B. Betto præpositus* 375 d, 377 e. *B. Guido Autissiodorensis scholæ discipulus et magister* 377 d. *Episcoporum catalogi antiqui* 379 f, 380. *Eorum cultus ante Breviarium sæculo* XVI *reformatum* 381 d e; *in Breviariis anni* 1580, *sæculi* XVIII *et* XIX 381 f, 382 a. *S. Sebastiani sacellum ornatum olim SS. episcoporum imaginibus* 380 a. *Olim colebantur in monasterio S. Germani Autissiodorensi* 382 a d. *Invocati sunt in litaniis, Breviario anni* 1580 *et* 1725 *insertis* 382 d. *Ibi S. Marcus aliquis episcopus coli dictus* 415 c

† Auxentii mons e regione Bithyniæ. *Abbas Joannes et S. Stephanus Junior* 673 b, 678 d

Auzelis, *syriace pro* Euzelia. *Verosimilius urbs Zeila* 298 e

Axeley, *errore scriptum pro* Annesley, sinus littoris Æthiopici 318 e

Axum, Axumitæ. *Urbs regia et populus Æthiopiæ Orientalis* 262 b et seqq. 319 et seq. *Qua ratione ab Æthiopibus distinguantur* 262 e. *Disseritur de metropolitarum Axumensium catalogo* 306 et seq. *Axumitana inscriptio græca Ela-Sanæ exhibetur et illustratur* 261 et seqq. *Inscriptio prima et altera Tazenæ, æthiopice scripta, confertur cum præcedenti* 263 a, 264 a b; *illustrantur* 314 et seq. 335 et seqq.

Aygliniacus, vulgo Egleny (Yonne) 379 c

B

Babingley in Estanglia. *An ibi templum excitarint SS. Sigebertus, rex, et S. Felix, episcopus Anglorum Orientalium* 903 a

Bagis (Castrum de), *de ditione episcopi Vicensis* 69 c

Bahr-el-Abiad, Nilus albus 336 f

Bahr-el-Aswad, Nilus niger 336 f

Bahr-el-Azrek, Nilus cæruleus 336 f

Bairnigh. *Vide* Burnech.

Baleares insulæ. *Fata et res ecclesiasticæ initio sæculi* XIII 59, 60

Balgiacensis ager, sæculo IX pars diœceseos Lugdunensis 678 c

Ban. *Vide* Bugaitæ.

Baraca, regio Barca in Africa 335 b

Barbara (Insula) prope Lugdunum. *S. Florentius, martyr Tilæcastrensis* 188 c d e. *Alia illic celebrata festa; septem ecclesiæ* 188 d e f. *Privilegia restituta a Carolo, rege Provinciæ* 682 f

Barbaræ gentes *in Oriente sub prætextu mercaturæ ad Romanos transibant ad audiendos apostolos* 462 d

Barbastrum in Catalonia. *Sedes episcoporum Ilerdensium* 42 a

Barbha, Barwa, Berbha, nunc Barrow, flumen Hiberniæ 284 e, 287 c

Barcheria in Anglia. *S. Abbanus et alter Abbanus* 274 e

Barcino in Catalonia. *S. Bernardus Vicensis* 30 e. *Monasterium Cisterciense puellare Vallis de Onella* 43 b. *Moneta* 44 c d e, 45. *Episcopo subduntur omnes clerici regni Mudjehidi* 60 b. *Ex hac ecclesia creandus episcopus Majoricensis* 61 b c. *Parochia S. Mariæ de Mari* 87 f, 88 c, 89 b, 92 b f. *Parochia S. Mariæ de Pinu* 89 e. *Parochia S. Justi* 90 c. *Miraculum clavis S. Bernardi Vicensis* 100 f, 101 a b. *Non exstitit monasterium S. Hieronymi* 100 et seqq.

Bargone castrum. *Emitur a magistratu Placentino; unde principia excommunicationis Placentinorum initio sæculi* XIII 6 e

Barkingense monasterium in Anglia. *Commemoratio omnium sanctorum monasterii* 179 d

Barnech, nunc Ballyvourney, monasterium comitatus Corcagiensis 274 a, 283 a, 285 c d

Barnia, fiscus Stabulensis 721 b

Barrisnum, vicus diœcesis Tullensis 232 b

Barrivilla in diœcesi Tullensi 232 b

Barsina, Barcenne, villa monasterii Stabulensis 712 f

Basenvillare, *id est oppidum S. Wendelini* 721 b

Batnæ, civitas Osrhoenæ 829 c d

† Baudilii ecclesia in diœcesi Vicensi 69 c

Bavis (Villa de). *Data monasterio Waslerensi* 629 e. *Parochia* 630 e

Baywrthe seu Bayworth in Anglia 275 a

Bayley wood in Anglia 275 a

Bebronensis ager. *Sæculo* IX *pars diœceseos Lugdunensis* 678 c

Bedensis pagus *(Le Void)* 663 f

Beg-ereinn, nunc Begery, prope Wexfordiam 278 d, 279 e

Belach duin, Castleckeeran, in comitatu Midensi 885 b

Belisiense parthenon, *monasterium duplex* 856 c

Bellagio. *Vide* Bilacium.

Bellijocensis ecclesia *consecratur a S. Gebuino* 703 c

Bellusbeccus, *abbatia Cisterciensis* 587 c d

Belluslocus. *Duo ibi simul aliquando abbates* 719 b

Benchorense monasterium, comitatu Dunensi, in Hibernia. *S. Augustinus* 179 c

Benepota in Hispania 59 e

Beneventum. *Reliquiæ S. Bartholomæi apostoli* 413 b. *S. Sophiæ monasterium canonicorum* 755 d

Benialcazim in termino de Paterna 64 f, 65 b e

Benifalet in Aragonia. *Saraceni* 55 d

Bercuiacus, vulgo Saint-Georges (Yonne) 366 c

Bergæ S. Winoci. *S. Lewina* 295 e

Bergomum. *Ibi passus S. Alexander* 551 d, 552 a. *SS. Eusebia, Domnio, Domno, Alexander, Narnus, Viator, Joannes, Jacobus, Projectitius et Estheria* 817 et seqq. *Basilicæ S. Laurentii et S. Andreæ* 817 b c e, 822 a b. *Basilica S. Alexandri sub Ulmo* 818 a e

Berkaria. *Vide* Barcheria.

Berlencurtis, Berlancurtis, Berlancort. *Vide* Boulancourt.

Berutii præpositura 559 a

Berytus, urbs Syriæ, *dicitur palæstra martyrii S. Judæ Thaddæi* 444 a

Betricheswurde, dein St. Edmundsbury. *S. Sigebertus, rex Anglorum Orientalium* 298 a b, 903 c e

Bovecum seu Beauvechain, parochia Brabantiæ. *Ibi aliquandiu dicitur S. Ermelindis habitasse* 851 a

Beveris, Bièvre, villa monasterii Stabulensis 714 e

Bilacium, oppidum ad Larium 565 e

Billichout, parochia Cumptich. *Feudum toparcharum Meldradiensium* 871 e

Binchium in Belgio. *Cultus S. Dodonis* 633 f

Bindwintha. *Videtur idem oppidum ac Nicophsia; habet insignem ecclesiam, S. Simoni Apostolo sacram* 428 a b
Bisaura (Parochia de) in Catalonia 87 e
Bisjariin. *Vide* Bugaitæ.
Biterræ in Galliis. *Ecclesia muro circumdata adversus hæreticos* 54 a
Bithynia, *incurrentibus barbaris, afflicta* 502 d
Blachernarum *templum Cpoli* 764 e, 916 d
Blandonium. *Fisculus datus Stabulensibus* 718 a
Blesiensis archidiaconatus *parsne olim fuerit diœcesis Trecensis aut Lingonensis an Tullensis* 227 d e f, 228 a b c
Blidenstadium, monasterium diœcesis Moguntinæ 530 et seqq. 537, 542 d
Blisacensis pagus, *ubi nunc est Ottweiler* 808 b
Blanckenberg castrum et villa in decanatu Sigburgensi, diœcesis Coloniensis 429 e, 432 c
Blemmyes Nubiæ orientalis 318 a
Bodja, Bedje. *Vide* Bugaitæ.
Bodobrium, fiscus Stabulensis 721 b
Bohemiæ Slavi *colunt S. Ermelindem* 853 e
Boireann (Saltus de), Boirinn, Buren, in comitatu Clarensi et Galwiensi 884 f, 885 c d, 886 d
Boirneac. *Vide* Burnech.
Boldan, Bodeux, prope Stabulaum 712 a
Bombroek in Limburgensi provincia. *Feudum toparcharum Meldradensium* 871 a
† Bon (Les Côté, Rue, Ruelle, Eglise de) *Parisiis* 878 d e f, 879
Bonæspei abbatia Præmonstratensis in Belgio. *Sancti ex comitatu S. Ursulæ* 775 e
† Boniti ecclesia Parisiis. *Cultus SS. Columbæ et Baldi, Senonensium* 879 a b
Bononia in Italia. *Ecclesia S. Dominici et reliquiæ B. Damiani Finariensis* 105 e. *S. Dominici caput* 105 e. *In ædibus sacris imagines duorum fictitiorum beatorum de domo Macchiavellia* 172 a b d e. *Monasterium S. Salvatoris* 736 a; *unitur monasterio S. Ambrosii* 747 e f, 748; *prior erat capellanus cameræ spiritualis* 750 a. *Urbs hæc non est patria B. Stephani Agazzari* 736 a; *sed locus mortis et sepulturæ* 753, 754. *Deserta sæculo* XV *propter calamitates* 746 f, 747 a
Born, Bornata, silva magna in Arvernia 545 b
Bornensis eremus. *Vide* Boireann.
Borrianum castrum in regno Aragoniæ 65 a b
Bosa in Numidia. *SS. Mammarius et socii martyres* 780 d
Bosseres. *Vide* Buxeriæ.
Bothar leantha na mias, via inter Durlussium et Killmacduach 887 f
Brabante, Braibant, villa monasterii Stabulensis 712 f
Brabantiæ consilium. *S. Ermelindis reliquiæ* 859 b
Bracbatensis seu Brecbatensis pagus. *Reliquiæ S. Dodonis* 637 c
Brædense collegium S. J. Mediolani 556 d, 558 e
Brastæ, Bras, villa monasterii Stabulensis 713 a
Brea (Parochia S. Mariæ de) in diœcesi Gerundensi 82 c, 90 f
† Breage, parochia Cornubiæ 296 b
Bregia seu Magh-Breagh in Midia Orientali 294 b e f
† Breock, parochia Cornubiæ 296 b
Bresciani *fœdus ineunt cum Papiensibus* 15 b
Bricrenn. *Vide* Loch Bricrenn.
Briegius seu Brigensis pagus. *Ejus situs et limites; aliquando sub Meldensi civitate ordinabatur* 593 b c f
Briennicus locus, ignotus parochiæ Nantriaci (Yonne) 368 e
Brigantia urbs 566 d
Brigh-Gobhann, nunc Brighoon seu Brigtown, in comitatu Corcagiensi 274 a, 283 a, 285 e
Bringa, vulgo Branches (Yonne) 366 b
Bristoliensis S. Jacobi prioratus. *Capella S. Germocchi* 295 c
Britannia Armoricana. *Quare episcopi Britones non convenerint cum archiepiscopo Turonensi* 889 d
Britannia major. *Multi inde sæculo* VIII *peregrinabantur Romam* 355 d. *Ab Apostolis fidem non accepit* 426 e f. *Britanni episcopi sæculo* IX *ordinabantur multi sine titulo* 690 b. *Britones habuere diversum a recentiori Romano cyclum paschalem* 784 d. *Quomodo eam invaserint Saxones, Angli aliique* 892 c f. *Episcopus, Brito natione, nomine Israel* 721 b. *Vide* Anglia.
Brittoilus, *vulgo* Breteau 367 f
Brivatense S. Juliani capitulum. *Cultus S. Genesii Tigernensis* 545 e
Brixia in Italia. *Albigensium facinora* 51 e. *B. Antonia Guainerii* 407 e. *Conventus Dominicanus S. Catharinæ martyris* 407 e, 408 d. *S. Joannis Evangelistæ monasterium canonicorum* 755 b
Brocum, le Broc, in Arvernia. *S. Majorianus* 906, 907
Brolium, parochia in Catalonia 81 e, 86 f, 87 d
Brosnaigi, nunc Brusna seu Brosni, flumen Hiberniæ 283 e, 286 b
Bruehl, nemus non procul a Cimaco 629 e
Bruerium, vicus diœcesis Tullensis 232 b c
Brugnatensis sedes *unita a Pio* VII *Luni-Sarzanensi* 806 a d
Brunechildis *turris Autissiodori* 372 e, 373 b
Brunengeruz comitatus in Brabantia 843 f
Brussa 502 d
Bruxellense S. Gudulæ capitulum. *Sibi S. Ermelindis corpus aliasque res vindicat, sed infelici successu* 858 et seq.
Budingen in Brabantia. *Feudum toparcharum Meldradensium* 870 e f
† Burianæ parochia in Cornubia 295 b
Bugaitæ, *populi in Axumitanis inscriptionibus memorati* 263 d e, 264 b, 336 e. *Vide* Khasa.
Bulgari *fuere conversi a presbyteris Græcis* 238 f. *Obsident Cpolim* 915 a
Bulgari hæretici. *Vide* Albigenses.
Bullencuria, Burlencuria, Boulancourt, ager parochiæ Valentigny, in diœcesi Trecensi 390 c f. *Bullencurtiani canonici admittunt regulam Cisterciensem* 391 a. *Conversæ a Gregorio IX supprimuntur* 391 b. *Monasterium aliquando numerosissimum* 392 b
Burdigala. *Schola literaria sæculo* IV 235 b
Burgundia media *idem ac ducatus Burgundiæ* 363 a. *Urbes episcopales* 363 b
Burgumnovum in agro Placentino 13 a
Burgum Ticini, in diœcesi Novariensi. *Ecclesia S. Mariæ* 556 b
Burgum S. Domnini. *Emitur a magistratu Placentino; unde initia interdicti Placentini initio sæculi* XIII 6 e
Burmi vel Burmæ. *Locus prope Comum, ubi antiquitus ecclesia baptismalis* 549 c

Burtsolonivilla, Hausonville 663 e
Buxeriis (Monasterium puellare de), Bouxières-les-Dames, in diœcesi Tullensi 229 c, 232 a
Byzacena, *provincia Africæ* 799 f
Byzantini *auctores ob infelicem Panodori chronologi emendationem sæpius peccant* 260 f

C

Cabaner (Parochia S. Cypriani de) in Catalonia 82 a, 89 c, 90 e
Cadecya, *locus ubi Persæ profligantur a Mahumetanis* 648 f
Cadulliacus, villa in comitatu Salmoricensi, *ecclesiæ Lugdunensi a Lothario rege Lotharingiæ restituitur* 682 b
Cael. *Vide* Cill.
Cæsarea Cappadociæ 470 b, 489 e f. *A Persis et Saracenis sæpius expugnata* 207 f. *Quantum distet a Carthagine* 490 a
Cæsarea Palæstinæ. *Ecclesia metropolitana præ Hierosolymis* 591 c
Cagiacus, villa in pago Augustodunensi 685 d
Cajeta (Gaeta), *refugium Gregorio XII, Romano pontifici* 744 a
Cairdine, sedes Cowlingorum 296 a
Cair Kenin in Cornubia 296 a
Calaris, metropolis Sardiniæ. *An sæculo* v *metropolis ecclesiastica* 59 d
Calbo seu Calvonis mansum, *patria S. Bernardi Vicensis* 24 b, 30 a, 33 c f, 79 b
Caldina, Conneux (?), villa monasterii Stabulensis 712 f
Callidis (Parochia S. Mariæ de), diœcesi Barcinonensi 91 d
Callinicum, hodie Rakka, urbs ad Euphratem 440 c
Calor, flumen regni Neapolitani 125 d
Calvonis mansum. *Vide* Calbo.
Calvusmons, vicus Meldradii in Brabantia. *Ejus appellatio montem Vituli non significat* 855 a. *Villa monasterii S. Bavonis* 855 c. *Monasterium virile* 854 c, 855 a d
Calvusmons, villa in pago Lomacensi 628 a
Cambliciacus, parochia Armoricæ, *data monachis S. Melanii* 910 a b c
Camelar, Camel, rivus in Somersetshire 921 b
Cameracum. *Polyptychum sæculi* IX 630 b
Cameracus, villula diæceseos Lugdunensis 683 d
Campagnelo (Molendinum de) prope Tullum 232 a
Campania in Regno Neapolitano *refugium episcopis Afris* 483 d
Campusmortus in Agro Mediolanensi 16 a
Camros, monasterium Wexfordiense 273 d e, 284 e, 287 a, 288 a
Candeacensis ager. *Sæculo* IX *pars diœceseos Lugdunensis* 678 c
Cangianum in Regno Neapolitano. *An palæstra SS. Hyacinthi et sociorum* 796 d e
Canoves (Parochia S. Petri de) in Catalonia 92 d
Cans, Cantii, Camps, parochia diœcesis Vicensis. *Templum de Casellis* 57 c e, 58 c
Cantabrigensis pagus *an pars ditionis Anglorum Orientalium* 894 f, 895 a. *Academia an orta sit sæculo* VII 895, 896
Cantuariensis *priscus mos in regendis scholis laudatus* 895 b, 896 d e, 903 c
Caphagii ecclesia *seu B. Mariæ Annuntiatæ Florentiæ* 403 c, 404 e
Capitinarius villaris, Chevigny (Yonne) 368 a
Cappadocia *multis sub extrema Alexandri Severi afflicta malis* 473 c d. *Sæculo* IV *vigebat rebaptismus hæreticorum* 499 b c d f. *Vastata a barbaris* 502 d e. *Vide* Cæsarea.
Capreæ insula prope Neapolim. *Conventus Minorum Conventualium et B. Bonaventura Potentinus* 126 et seqq.
Capricana insula. *Monachi pravi* 59 f
Capua *sacris interdicitur ob missam celebratam præsente Ottone IV* 15 b
Carangum, fiscus Stabulensis 721 b
Carbium, Corbion, in Belgio 720 e
Carbre gabhra in Connacia 883 c
Cardona, oppidum Cataloniæ 48 e
Caria *paucos martyres habuit* 576 d
Cario (Ansaldus de), *præpositus S. Antonini Placentiæ* 10 e, 11 e
Carmelitæ *reformantur sub nomine Congregationis Mantuanæ* 746 f
Carmam. *Vide* Garman.
Carne Godolcan in Cornubia 296 a
Carrionum de Comitibus in territorio Palentino. *Ludovica ab Ascensione* 418 c
Carthago *quantum distet ab urbe Roma* 490 a. *Eo vocantur ab Hunnerico episcopi catholici* 800 e
Carthusiani *in provincia Tarraconensi adhibiti adversus hæreticos* 55 d
Carvaria. *Vide* Cervaria.
Casa Dei. *Prioratus Brocensis* 907 e f
Casafranca, parochia in Catalonia 86 e
Casdum, locus pagi Viennensis 683 d
Casellis (Parœcia de) in Catalonia. *Templum* 57 c d e f, 68 d. *Monasterium* 68 d
Caserras (monasterium de) *forsan idem ac præcedens* 68 c
Casiacum (Chessieu), ager in districtu Viennensi 837 d, 838 d
Cassanerium seu Casarnellum in agro Placentino 13 a
Cassel, civitas Momonensium regalis 892 a
Cassinensis abbatiæ *superiori sæculo conditio pecuniaria* 115 f
Castagniacus, villula pagi Bellicensis 683 d
Castanerra, castellum Cataloniæ 48 e
Castellar (Parochia S. Stephani de) in Catalonia 89 b, 90 e
Castellione (Templum S. Mariæ de) inter Ravellum et Atranum 152 e
Castelltallat, parochia in Catalonia 57 c d
Castellum prope Moguntiam, vulgo Cassel. *S. Ferrutius martyr* 537, 541 f, 542 c. *Cœmeterium S. Georgii* 537 b
Castel St-Donat in Epiro. 773 a b
Castro-Ciro (Parochia S. Andreæ de) in Catalonia 89 d
Castrum-Episcopale, locus diœcesis Barcinonensis 93 d
Castrum S. Petri in agro Papiensi 18 d
† Cataldi monasterium Ravellanum. *B. Bonaventura Potentinus* 151 d
Cathari. *Vide* Albigenses.
Cationecus villula diœceseos Lugdunensis 683 d
Caturca. *Quandonam ibi monastica vita usurpari cœperit* 353 a
Cava, *civitas episcopalis in Campania* 584 d
Cavannæ, vulgo Chevannes 379 e
Caventonia, Chevetogne, in Belgio 720 e
Caziacense in Galliis monasterium. *B. Simon apostolus* 416 e f
Cé (Campus). *Vide* Magh-Cé.
Ceall. *Vide* Cill.
Ceann-Eitigh. *Vide* Kinnitty.
Cell-mun-Duach. *Vide* Killmacduach.

Ceneils, villa monasterii Stabulensis 720 f
Cenelia, rivus prope Hojum 720 f
Censurinum Castrum, vulgo Chatel-Censoir 365 e
† Celsi *Mediolani monasterium canonicorum* 755 d
Celsona loco Vici in Catalonia 25 a, 48 d
Ceperana oppidum in Tuscia, *ubi quondam abbatia S. Venantii, in qua quievit corpus S. Basilii, episcopi Lunensis* 805 e f
Cephro, vicus in Ægypto 501 e
Cervaria, oppidum Cataloniæ 69 f, 71 a
Cevannæ, vulgo Chevannes (Yonne) 366 c
Chalce. *Triclinium palatii magni Cpoli* 764 c
Chaldæi *a Magis evangelizati feruntur* 439 c
Chandregia, Hédrée, fluvius in Belgio 714 f
Cheminio, monasterium in diœcesi Catalaunensi, 394 c
Chindini. *Vide* Kindini.
Chisium, Chisio, castrum prope Maciaretum. *Patria B. Joannis Chisii* 728 f, 732 b c
Chora rivulus, vulgo la Cure (Yonne) 366 a
Chuzeba, Cuzeba, *vel* Chozeba laura Palestinæ. *Varia ejus fata* 589 b c d
Ciarraighe Luachra, nunc Kerry 882 b
Cill-Abbain, nunc Killeban, in baronia Slewmargy 274 b, 284 d, 286 d
Cill-Abbain in Midia Septentrionali 274 c, 288 a, 290 f
Cill-achaid-Cherich-Inis, *seu* Cill-achaid-Conchina monasterium in Hibernia 273 f, 283 a, 284 f
Cill-ailbhe, nunc Killshine, in Midia Orientali. *S. Sineach* 274 c, 288 a, 290 e. *Vide* Cill-Sinche.
Cill-aird in Ui-Garrchon 778 a
Cill Athracht, Killaraght, in Hibernia 882 d
Cill-Finnabrach, Kilfenora, dicœcesis in Hibernia. *Origo tribuaria* 889 e f
Cill-na-Morbhan prope Brigtown seu Brigoon in Hibernia 274 a, 283 a, 285 e
Cill-nander seu Cluainairdense S. Becani monasterium 283 b
Cill-Cruimthir, verisimiliter Killcrumper, baronia Fermoy 274 a, 283 a, 285 d
Cill-culen *seu* Cill-colling in Oletan 274 a, 283 a, 285 d
Cill-Sinche, nunc Kilshine, in Midia Orientali 274 c. *Vide* Cill ailbhe.
Cill. *Vide* Kill.
Cimacum in Belgio, Chimay. *In vicinia nascitur S. Dodo* 627 f
Cinel-Ædha na-hEchtghe, Kinn-aille, Kinelea, in baronia Kiltartan 884 f, 885 d, 890 b
Cinel-Conaill, *gens Conalli* 179 b c
Circesium, *oppidum in Mesopotamia* 440 c
Cirnus insula seu Corsica 799 e
Cistercienses *monachi sæculo* XIII *copiosum habebant peculium* 47 a b. *Abbates stimulantur ab Innocentio III adversus hæreticos* 55 a e
Civitas Austriæ (Cividale di Friuli) civitas provinciæ Forojuliensis, *refugium Gregorio XII* 743 f, 744 a
Civitas Nova in Istria 339 c. *An eadem ac Æmona* 339 c d e f. *An S. Flos ibidem episcopus* 340
Claenadh seu Clana (Ecclesia de) in Hibernia 178 e
Clan (Baronia de) in Hibernia 178 e
Clara mansio, forte Kingsclere in Suthamtonia 918 d e, 921 d, 925 a
Claravallense monasterium. *Ejus fata sub finem sæculi* XVIII 445 f, 446 a
Clarusmons in Arvernia. *S. Namatius episcopus* 254 et seqq. *Ecclesia senior et basilica S. Stephani* 255 a b, 256 c d. *Capilli B. Mariæ virginis* 256 d
Clodonna, fiscus Stabulensis 721 b
Cloncury. *Vide* Cluain Conaire.
Cluain-aird-Mobehgoc, seu Kilpeacan, in comitatu Tipperariensi 274 b, 283 b, 285 f
Cluain Collaing in Muinter Eoluis seu Eolais in comitatu Leitrim. *S. Freachus* 285 d. *Vide* Muinter Eoluis.
Cluain Conaire seu Cloncury 178 e
Cluain-conbruin in campo Femyn in comitatu Tipperariensi 274 b, 283 c, 286 b
Cluain Eochaille, Eocuille, nunc Cloonoghill, in Hibernia. *S. Aodhanus* 383 e, 777 f, 882 b
Cluain-Findglaise, Clonfinglass, in comitatu Tipperariensi 274 b, 283 b c, 285 f
Cluain-iomorchuir, manir, munuir chuir, in Hibernia. *S. Braccanus* 288 e, 291 c
Cluain-Leththeangadh. *Vide* Tegh-Sinche.
Cludrus, flumen Asiæ Minoris 183 b
Cluniacum, celebre in Galliis monasterium. *Duo simul aliquando abbates* 719 b
Cnobheresburg, Burgcastle, monasterium S. Fursei apud Anglos Orientales 897
Cnoc Odhrain, collis insulæ Hiæ 344 d
Cocalis, villa dicœcesis Vicensis 72 a
Cocciacus villa, nunc Saints 372 f, 373 c, 681 a
Coderia mons 565 d
Coelhem, in parochia Puers. *Feudum* 871 d
Cogni. *Vide* Iconium.
Coleris. *Vide* Larius.
Coll de Malla, locus prope Vicum 100 c
Collensis conventus Eremitarum S. Augustini 724 e
Collerius. *Corrupte pro Larius* 565 c
Colluthio, oppidum in Marcotica 501 c
Colnidum, Conneux, in Belgio 720 e
Colonia Agrippina. *Cathari* 53 d. *S. Eliphius* 224 e. *Reliquiæ SS. Simonis et Judæ* 431 f, 447 d. *Coloniensem cathedram quis medio sæculo* VIII *occuparit* 712 b c d. *Electio Ratherii Veronensis ad cathedram Leodiensem* 721 e f. *Conventus Eremitarum S. Augustini* 725 d
Colonia Polensis. *Vide* Pola.
† Columbæ monasterium in agro Placentino. *Bajomons Vicecomes* 13 a. *Grimerius Porta abbas* 9 d
Coloniaca, villa ecclesiæ Lugdunensis 682 f
Comacina insula 553 f
Comaclum in Italia. *S. Appianus, monachus Papiensis* 815 c. *Templum SS. Gervasii et Mauri* 815 c d
Compostella in Hispania. *Peregrinatio* 18 b
Comum, Cumum, Cumæ in Gallia cisalpina, sedes episcopalis 548, 564 f et seq. *Vicissitudines, ecclesiæ* 566 a b c d. *Vide* Novocomum.
Conin. *Vide* Cair Kenin.
Constantinopolis, Constantinopolitanus patriarchatus. *Constantinopolis topographia illustratur* 175 c et seqq. 280 c et seqq. 420 d, 758 b. et seqq. 760 d, 914 f, 915 a, 916 d, 917 e, 931 d. *Œconomus magnæ ecclesiæ inter diaconos sedebat* 345 d. *Olim multo plures sancti culti in patriarchatu quam nunc* 221 c f. *Episcopi œcumenicos sese dicunt* 347 c; *multa jura perperam sibi vindicant* 347 f, 348 a; *speciatim in Georgiam* 643 d et seqq.

Corann (Baronia de) in Hibernia 882 b
Corboiacus, vulgo Charbuy 376 b, 377 b
Corcaduibhne, comitatus fere Kerriensis, in Mumonia 273 f, 283 a, 343 b
Corca-Laidhe diœcesis in Hibernia. *Ejus origo tribuaria* 889 e
Corneto (Castrum de) de ditione episcopi Vicensis 70 b, 71 a
Corno (Parochia S. Petri de) diœcesi Barcinonensi 91 f
Cornubia Britannica. *Abundat sanctis patronis* 293 c. *Ex his multi Hiberni natione* 294 b
Corsica insula. *Pars provinciæ ecclesiasticæ Sardiniensis* 59 d. *Erepta Vandalis* 59 e
Cortona. *S. Mariæ Gratiarum monasterium canonicorum* 755 d
Cotenham, manerium juxta Cantabrigam 895 d
Cotibus (Parochia de) in Catalonia 86 d
Covedensis pagus minor sub civitate Meldensi 593 c
Crarium, vulgo Coulanges-sur-Yonne 366 a
Crebasi castrum. *Vide* Orebasi.
Cremona. *Mittuntur legati ad concilium Lateranense anni* 1215 14 f, 15 a b, 16 a
† Crescentii conventus Minorum Conventualium, diœcesi Aversana. *B. Bonaventura Potentinus* 125 b
Cressiacum, Cressey, in Burgundia 186 c
Crispiniense monasterium *conditum a S. Landelino* 629 f
Crott montes Hiberniæ 283 a, 285 f
Crowan, vicus in Cornubia. *S. Crewenna* 295 d, 296 a
Cruachan (Planities de), Croghan seu Rathcroghan, sedes regum Connaciæ, in comitatu de Roscommon 885 d
†† Crucum monasterium Cistercicnse in Catalonia. *S. Bernardus Calvonius* 23 c, 37 et seqq. *Ejus origines, fata, templum* 39 et seqq.
† Crucis monasterium juxta Meldas. *A S. Farone fundatum* 601 f, 602 b c
Cubas de la Sagra, diœcesi Toletana. *Caput S. Simonis apostoli ibi repositum dicitur* 447 e f
Cubdrebina. *Bellum* 291 f
† Cucuphatis de Vallibus monasterium 101 b
† Cucuphatis parochia, diœcesi Barcinonensi 82 d, 93 a
Cuiciacum castrum in diœcesi Meldensi 619 c, 620 d
Cuil Collainge in comitatu Corcagiensi. *S. Dalbhach* 415 e f, 416 a
Cuileram. *Vide* Cullaris.
Cullaris. *Perfugium Saracenorum Valentinorum* 66 a c e
Cumæ, urbs Campaniæ 565 b. *A Mabillonio aliisque confusa cum Como* 565 a b. *Vide* Comum.
Cumbalonga, locus in Catalonia 57 c, 58 c
Cunillero in termino Murviedro 64 f, 65 a d
Curnas, locus diœceseos Lugdunensis 681 a
Curtam, pagus ad Euphratem 826 b, 830 f
Curtenacus, villa ecclesiæ Lugdunensis. *Restituitur primo a Carolo rege Provinciæ, dein a Lothario rege Lotharingiæ* 684 d
Cusj regio. *Ubinam sita sit* 304 b. *In ea Judæi non pauci fuisse dicuntur* 304 b c
Cuzeba. *Vide* Chuzeba.
Cyrus, Georgiæ flumen 648 e et seqq. 651 e

D

Daire Lurain, Derryloran, in Ultonia 776 f
Damo, monasterium in Æthiopia. *S. Za-Michael* 330 c
Damot, provincia Æthiopiæ 388 f
† Danielis monasterium canonicorum in agro Patavino 754 f
Darolla, nunc Dora, flumen Arverniæ 547 d
Decimum (Dième), locus inter Viennam et monasterium S. Theodori 843 e
Denia. *Vide* Dianium.
† Deodati capitulum in agro Tullensi 225 e, 226 a
Derria Lurani, Derryloran, in Ultonia 776 f
Derry in comitatu Regis. *Monasterium fundatum a S. Columba* 623 f
Dervense monasterium. *Monachi monasterium S. Theodori occupant* 836 e f
Desii prope Brigtown seu Brigoon, in Hibernia 283 a, 285 e
Dhafar. *Vide* Tapharum.
Dianium, Valentiæ regni civitas 60 a, 61 a. *Perfugium Saracenorum Valentinorum* 66 a c e
Dionavilla, appendix palatii Attiniacensis 713 a
Djourzan, arabice, Georgia 651 e
Disert-Cheducain, eremitorium S. Abbani in Wexfordiensi comitatu 288 d, 291 b
Dithmarsia, Saxonum Antiquorum regio 892 f
Divio in Burgundia. *S. Stephani capituli jura in ecclesiam Tilæcastrensem* 186 e f, 187
Divodurum, Metz, in Galliis 227 d. *Vide* Metæ.
Doire Lurain, Derryloran, in Ultonia 776 f
Doire-mor, Derrymore seu Kilcolman, in Ely O'Carroll 883 e
Dola. *Hujus civitatis episcopo Armoricæ ecclesiæ perperam subduntur a Salomone rege* 690 a
Domassianum, villula pagi Bellicensis 683 d
Domhnach-Faoirnir, Facinir, Fainre, Domnaghfenra, Domnagfionnray, nunc Donaghenry seu Donoghenry, in Ultonia 777 b
Domhnach-mor, Donaghmor, in Tyronia 883 b
Domnach-mor-Muige-Ludhat seu Donaghmore 178 e
Domnach-mor-Maighe-Damhaire seu Domnaigh mair-Maighe Cobha in Ultonia 178 e f
Domnach-mor-Mainech 178 e
Domnæ Basolæ parochia, Dombale, in Lotharingia 231 b
† Domnini Burgum. *Vide* Burgum S. Domnini.
Domnoc, Dommoc, Dommuc, Dummuca, Domuce, Dommocceaster, Dommocense castrum, nunc Dunwich in Anglia. *Sedes S. Felicis, episcopi Anglorum Orientalium* 893 d, 894 d, 895 a e
Donagh-mor. *Vide* Domnach-mor.
† Donati de Scopeto monasterium. *Destruitur* 736 e, 739 b, 750 b c; *non fuit locus emortualis B. Stephani* 753 c
Dore-lothuir, Derryloran, in Ultonia 776 f
Dorsum Britanniæ, pagi Breadalbane et Athole cum montibus Grampianis in media Scotia 624 e
Dovin. *Vide* Tovin.
Dromeleto (Ecclesia S. Mariæ de) in diœcesi Novariensi 556 b
Druim-cair-Ceallaigh, monasterium in comitatu Wexfordiensi 273 d e, 284 e, 287 a
Dua, Duacensis diœcesis. *Vide* Killmacduach.
Duira, fiscus Stabulensis 721 b
Dunavilla. *Vide* Dionavilla.
Dun Guaire. *Vide* Durlussium.
Dungum in agro Comensi. *Translatio martyrum cœmeterialium* 418 d
Dunwich. *Vide* Domnoc.
Durlussium, Durlais, Durlas, Dearlass, palatium regis

regis Guarii, prope Kinvarra, in comitatu Galuiensi 884 f, 885 d e
Durrow in comitatu Regis. *Monasterium fundatum a S. Columba* 623 f

E

Eas-mic-Neirc. *SS. Columba et Dachonna seu Machonna* 273 d
Eberbacum, monasterium diœcesis Moguntinæ. *Menfredus prior* 179 f, 180 a
Ebolum, oppidum agri Salernitani. *B. Bonaventura Potentinus* 126 a
Ebora Carpetana, hodie Talaveyra 194 e. *Verisimilius palæstra SS. Vincentii et sororum* 195 f, 196 a
Ebora Lusitana. *Ibi Dacianus aliquando moratus est* 195 a b. *In monasterio Cisterciensi Briolaya, monialis pientissima* 417 d
Eboriacense monasterium puellare seu Faræmonasterium 600 f, 601 c, 610 a, 611 a b
Ebusa insula. *Sæculo* v *pars provinciæ ecclesiasticæ Sardiniensis* 59 d. *Quid faciendum, si recuperetur a Christianis* 61 c. *Vide* Baleares insulæ.
Edessa, urbs Mesopotamiæ. *Apostolum non habuit S. Simonem* 427 a d e. *Ad Christum convertitur* 450 b, 452 d. *Celebre habebat tabularium* 453 e; *variis nominibus appellata* 456 a b c; *semper inexpugnabilis* 456 b c, 459 f, 461 b c. *Instauratur ab Abgaro rege* 456 b. *Ecclesia construitur* 456 f. *Capitur a Phoca imperatore* 456 d. *In sepulcro componitur S. Thaddæus* 457 e. *Nestorianorum schola* 826 c, 828 c. *Cyrus episcopus Nestorianis infensus* 827 d f
† Edmunsbury. *Vide* Betrichcswurdc.
Elebichi regio Cpolitana. *Ubinam jaceret* 420 c
Eliberis, oppidum in Hispania 49 a
† Eligii Parisiense templum. *Reliquiæ SS. Columbæ et Baldi Senonensium* 878 c f
Elii. *Vide* Helii.
Ely, insula intra ditionem Anglorum Orientalium. *Sedis episcopalis origo* 895 a, 896 a
Elmhamensis diœcesis. *Ejus fata* 895 a
Emona. *Vide* Æmona.
Enach Duin, Annadown, diœcesis in Hibernia. *Tribuaria origo* 889 e
Eoa civitas seu Hiense monasterium 624 e
Eoganathia de Loch-lein in Hibernia 285 c
Ephesiaca basilica Smyrnæ 184 d
Equitii titulus, qui et Silvestri et Equitii titulus, monasterium S. Silvestri, seu SS. Stephani et Silvestri in Campo Martio, S. Silvestri et S. Martini, et demum S. Martini in Montibus. *S. Cyrilla V. et M.* 469 f
† Eraclii monasterium. *Vide* † Heraclii monasterium.
† Erasmi parochia prope Eugubium 782 a
Estlandia. *Pro Estanglia, seu Regione Anglorum Orientalium* 901 b
Esnaicus, villula in comitatu Cavellonensi 685 b
Espinalbes (Parochia S. Vincentii de) in Catalonia 87 c, 88 f
Eugubium in Italia, vulgo Gubbio. *S. Ambrosii ecclesia* 745 c d; *unitur monasterio S. Mariæ ad Renum* 748 d e f; *huic uniuntur ecclesiæ S. Bartholomæi de Prætorio et S. Donati de Pulpiano* 751 b. *Monasterium S. Secundi* 754 f; *translatio S. Erasmi martyris* 781 f
† Eulaliæ feudum episcopi Vicensis 69 d
Eumenia in Phrygia. *SS. Thraseas, episcopus, Polycarpus, Cajus seu Gajus, Alexander, Neon, Diodorus, Metrobius et quatuor alii martyres* 183 et seqq.
Eumont, silva non procul a Cimaco 629 e
Evica. *Vide* Ebusa.
Eurœa sive Euria, urbs Epiri, dicta postea Castel S. Donat, et demum Paramythia. *Ejus fata* 773 a b
† Eusebii abbatia. *Ecclesiæ S. Stephani Autissiodorensi redditur* 373 f
† Euthymii in Palæstina monasterium 675 c
Evusum. *Vide* Ebusa insula.
Euzelia. *Vide* Auzelis.
† Eya. *Vide* † Ives oppidum.

F

Faberniacum, Faverney, in Burgundia 186 c d
Fabrianum. *Prima sedes canonicorum S. Salvatoris* 735 f
Fabriciis (Parochia S. Joannis de), diœcesi Vicensi 94 e
Faho, vulgo Foug 663 f
Faid, Notre-Dame de Foy 720 e
Falasja, Falasyan. *Id est exules, nomen Judæorum Æthiopum* 303 d et seqq. *Vide* Judæi.
Falconium, nemus Principatus Ulterioris 125 d
Falco, castrum diœcesis Vicensis 58 a
Fals, Faulx, villa in Belgio 721 c
Faniæ. *Quatuor silvæ hujus nominis in finibus diœcesium Cameracensis et Leodiensis* 625 f, 626 a
Fanomartensis pagus 626 a
Fanum. *S. Paterniani monasterium canonicorum* 755 b
Fasanum in Istria. *S. Flos* 339 b, 342 d e
Fauriniacum. *Vide* Faberniacum.
Feighcullen. *Vide* Fiodh Cuillinn.
† Felicis oppidum in Regno Neapolitano. *Conventus Minorum Conventualium* 166 d
Fera-muighe prope Brigtown seu Brigoon in Hibernia 283 a
Feronium, Fairon, villa monasterii Stabulensis 713 a
Ferraria. *Fœdus initur cum Papiensibus* 15 b. *Conventus S. Catharinæ martyris et B. Antonia Brixiana* 407 e f, 408 d; *subditur FF. Prædicatoribus* 408 a. *Conventus S. Catharinæ Senensis et B. Lucia Narniensis* 408 a b
Ferrolæ, alias Ferrula, vulgo Saint-Fargeau (Yonne) 366 c
† Ferrutii monasterium seu Blidenstadium 537 et seqq.
Fiachriorum gens et regio in Hibernia 882
† Fidelis oppidum et regio in Comensi provincia 560 b c
Fines (Ad), Fine, Finar, Finale, Finarium, vulgo Finale, inter Albengam et Savonam, locus divisus in Final Borgo, Finale Marina et Final Pia. *Patria B. Damiani Finariensis* 102 f. *Ejusdem cultus* 105 e f, 106. *Conventus FF. Prædicatorum S. Catharinæ* 103 b. *Vincentius a Finario, beatus dictus* 104 b c. *Catharina a Finario, beata dicta* 104 b
Fionnmagh in Fotharta, monasterium in baronia Forth in Wexfordia 273 d e, 288 b, 291 a
Fiodh Cuillinn seu Feighcullen 178 e
Fischibanum, villa ecclesiæ Lugdunensis 682 f
Fiterum, monasterium Cisterciense in Navarra 24 e

Fixtuinum. *Nomen oppidi Meldensis* 593 f
Flandria. *Unde nomen suum acceperit* 894 b
Floreffia, abbatia Præmonstratensis in finibus Namurcensium 436 e
Florentia. *Templum S. Mariæ Annuntiatæ* 405 a c. *Conventus Eremitarum S. Augustini* 724 e. *Vide* Caphagium.
Florentiola in agro Placentino 18 d
Folcheri (Villa) prope Finarium. *An ibi natus B. Damianus Finariensis* 103 a b
Folgueroles (Parochia de) in Catalonia 86 e
Formalia (Fornolium?). *Comitum origo* 729 a d, 730 d
Fontana in agro Placentino 18 d
Fontanæ parthenon in diœcesi Meldensi 617 b, 619 f, 620 a b
Fontanetum, vulgo, ut putant, Fontenay-près-Chablis (Yonne) 373 c
Fontis Ebraldi ordo. *Varia habebat monasteria* 620 b c
Forensis ager, sæculo IX pars diœceseos Lugdunensis 678 c
Forestella silva. *Concessa Lobiensi monasterio* 629 b
Fornolii comites. *Vide* Formalia.
Forojulianus S. Dominici conventus puellaris 408 b
Fossatum, Le Fossé, in Burgundia 186 c
Fotharta, baronia Forth in Wexfordia 273 e; *Forthartorum sedes* 291 a
Franci. *Apud eos servi plerique erant de potestate* 360 c
Fulginatense S. Luciæ monasterium 180 e f
Fultignanum, nunc Lecceto 724 a b

G

† Gabrielis monasterium Cisterciense Valeriæ in agro Placentino 13 a b
Gajacus, vulgo Gy-l'Evêque 376 b, 377 b
Gair-mic-Mogha, nunc Gar Inis, in comitatu Kerriensi 343 b. *S. Otteranus* 174 d
Galatia Campana, oppidum Regni Neapolitani. *Ejus historia* 118 b f
Galli. *Non semper ab idolorum adoratione abstinuerunt* 250 a
Galwedia, pagus Scotiæ. *S. Kennera V.* 904 a
Gandavum in Belgio. *S. Amelberga* 175 c. *Rainerius ex ordine FF. Prædicatorum* 779 b
Ganniacus, vulgo Gigny (Yonne) 365 d
Gar Inis in Hibernia. *Vide* Gair-mic-Mogha.
Garivertum, vicus Placentiæ 8 e
Garman seu Gorman stagnum, quod et Lochcarman, æstuarium et portus Wexfordiæ 281 e, 282 d
Gartan, comitatu Dungalensi. *Patria S. Columbæ* 623 f
Gaudiacus, Joui-en-Voivre 663 f
Gedurnicum in Galliis 792 e
Gelica, locus prope Pisaurum 573 f
† Geminiani conventus Eremitarum S. Augustini 724 e
† Gengulfi terra Tulli 232 a
Genua in Liguria. *Libri B. Damiani Finariensis* 108 e. *Genuenses capiunt vastantque Polam* 341 c
Genuliacus locus destructus pagi Icaunensis (Yonne) 365 e
Georgi, Georgia. *Scythæ a Plinio memorati nomen suum Georgiæ non reliquerunt* 651 f. *Operibus Brossetii quasi revelata* 642 b. *Ejus fasti sacri in Anno Græco-Slavico exhibiti* ibid. *Qualis regionis indoles* 642 c. *Convertitur ad Christum; a Persis sæpius vexata* 642 e f. *Byzantinorum ut plurimum socia* 643 a b. *A Persarum jugo a Mauricio liberatur* 643 b. *Ejus nomen declaratur* 651 d e. *Georgianæ ecclesiæ quasi apostola S. Nina aut Nune* 181 c, 419 c d, 781 a, 930 e. *Antiocheno patriarchæ ab initio subdita fuit* 643 c et seqq. *Falso Constantinopolitanæ sedi obnoxia fuisse dicitur ante sæculum* XI 644 b et seqq. *Metropolitam obtinet* 644 a e. *Fit ferme autocephala* 644 e f. *Eutychiana hæresi aliquandiu laboravit* 645 c et seqq. *Ad orthodoxiam redux* 645 f. *Schismatis Græci tandem particeps* 646 a. *A Saracenis Georgia vastatur* 647 b, 648 et seqq. *Episcoporum et catholicorum catalogi valde imperfecti* 646 a b c, 650 d e
Geofanstige (Locus æt) in Somersetshire 921 b
Germani. *Servi apud eos melius habiti quam Romanorum servi* 360 a. *Ravennam usque penetrant* 502 b. *Moguntiæ Romanis mixti* 532 b c
Germiniacum villa. *Donatur Stabulensibus* 707 f, 708 a
† Germoch, Germoe, Germowe, vicus in Cornubia. *S. Germanus seu Germocchus* 295 b c
Gerunda. *Mensura sæculo* XIII *usitata* 45 a. *Episcopi Gerundenses procurant insulas Baleares* 60 a. *S. Narcissus episcopus* 771 f, 772 a b c d
Gheel in Belgio. *S. Dymphna* 174 f
Glaniacum, fiscus Stabulensis 721 b
Glas seu Glastuir in Hibernia 777 d e
Glasnevin prope Dublinium. *Monasterium fundatum a S. Columba* 623 f
Glonna seu S. Florentii monasterium, olim in pago Pictaviensi, non in Andegavensi. *S. Florentius* 175 d e f
Gnoldo (Guoldo), Mont-Gauthier (?), mansum monasterii Stabulensis 712 f
Goffiacensis ager, sæculo IX pars diœceseos Lugdunensis 678 c
Gondulficurtis archidiaconatus *varietates* 228 a
Gonyn. *Vide* Cair Kenin.
Gonzaga (Castrum de). *Restituitur Friderico II imperatori* 16 d e
Goritiensis provincia ecclesiastica 338 b
Gorman. *Vide* Garman.
Gorssum, provincia Limburgensis. *Feudum* 871 e f
Gorziense monasterium. *Ejus situs* 662 b. *An in eo monachus fuit B. Angelramnus* 653 b c d. *Res initio valde tenues* 717 a
Gosiniacus, villa monasterii Lobiensis 631 c
Goslaria. *Patroni SS. Simon et Judas, quorum imago in ejus sigillis* 449 b c
Gothi. *Aliquando assumebant nomina Romana* 680 a. *In Italia erant Ariani* 800 b
Gour, armeniace, fluvius Cyrus 651 e
Gourdjistan, persice, Georgia 651 e
Gradu (Parochia S. Bartholomæi de) in Catalonia 89 a, 91 e
Græci *aliquando assumebant nomina Romana* 680 a
Granata in Hispania. *Scripta spuria* 195 c
Graida, Graide, villa in Belgio 714 e
Grandis in agro Tullensi. *S. Libaria* 224 b. *S. Eucharius* 225, 227
Grandissilva, abbatia Cisterciensis in diœcesi Tolosana. *Fundatio monasterii SS. Crucum* 39 e

Granta, Grantecestria, *ex cujus ruinis surrexit Cantabriga* 895 c e
Granulers (Parochia de) in Catalonia 93 b
Grasen in Brabantia, *Toparchæ Meldradienses* 871 a
†† Gratiniani et Felini monasterium Aronæ 555, 557 et seq.
Gropalli territorium in agro Placentino 13 c
Grunghart, rivus in Belgio 629 d
Guixols, Jecsalis seu Gessalis (Monasterium S. Felicis de) in Catalonia. *Bernardus abbas.* 61 d
Gurbo (Parochia de) in Catalonia 87 b
Gwaslerica sedes 627 d. *Vide* Waslerense monasterium.

H

Hadulficurtis, Heilcourt (Meurthe) 663 e
Hagustaldium in Anglia. *S. Joannes Beverlacensis* 773 d e f, 774 a b
Haist, Heid (?), villa monasterii Stabulensis 712 f
Haithaby. *Vide* Sleswic.
Halen, Æthiopiæ Axumiticæ tractus 263 a, 335 d, 336 c
Halma, villa monasterii Stabulensis 712 f
Hamara, Hamer. *Vide* Homeritæ.
Haura aut Haure, vicus aut regio in diœcesi Sarugensi 829 a, 929 d f
Hayles (Abbatia Cisterciensis de) in agro Glocestriensi 296 b
Hayre (Templum S. Petri de) in diœcesi Vicensi 59 a
Hebræi. *Quanta caritate Judæos conversos curaverit B. Bonaventura Potentinus* 136 d e f. *Vide* Judæi.
Helii, tribus comitatus Tipperariensis 283 f, 286 a,
Henriciani. *Vide* Albigenses.
† Heraclii monasterium. *B. Betto, abbas* 375 d. *Ejus fata* 377 d
Hersele, villa in confinio Bonnæ 430 b, 433 a
Hersfeldense monasterium. *Patroni SS. Simon et Judas* 449 a
Heymbach, villa diœcesis Trevirensis 434 d, 436 c
Hiberni. *Origo eorum* 276 b c, 277 f; *laus* 276 b c. *Sæculo* VI *frequentissima apud ipsos monasteria* 601 d. *Episcopi ordinabantur sine titulo* 690 b. *Prisca horum conditio, quum diœceses nondum erant* 888 e f, 889
Hi. *Vide* Hua, Hy, Ui.
Hiense monasterium. *Conditio et auctoritas* 624 a b. *Paschæ mutatio* 624 e; *schisma* 625 a. *Vide* Hy.
Hierapolis in Asia Minori situs 184 e
Hierosolyma. *Peregrinatio S. Floris, episcopi Polani* 342 b. *Episcopi, repugnante S. Leone, patriarchas et Metropolitanos se dicunt* 591 d. *Byzantinorum monasterium* 762 a. *Episcoporum series exponitur* 783 f, 784 a b c d
Hi-Mairedhuigh. *Vide* Hua-Muighe.
Himyar. *Vide* Homeritæ.
† Hippolyti cœmeterium Romæ 468 a b c
† Hippolyti parochia in diœcesi Vicensi 86 c
Hirsaugiensis abbatia *deducit coloniam in Blidenstadium* 537 e
Hispania. *Diœceses quomodo administratæ tempore Mahumetanorum* 48 d e. *Res pecuniaria perdita jam ante medium sæculum* XVI 114 f, 115 a. *Possidet reliquias SS. Simonis et Judæ* 447 e, 448 a b. *Bellum sub Tiberio* 462 f, 464 d e
Hœmus mons. *Intra hujus saltus deleti a Claudio II barbari* 503 c
Hohenburgum in Alsatia. *Septem ecclesiæ* 890 b
Hojum (Huy), comitatus 720 e
Holsatia, Saxonum antiquorum regio 892 f
Homeritæ populus Arabiæ. *Eorum se regem dixit Aizanas* 262 f. *Negranensis phylarchia sola ante annum* 519 *regibus Æthiopiæ fuit subdita* 263 a, 309 et seqq. 315 f, 316 a. *Diversi sunt a Sabæis* 263 d. *Bella S. Elesbaæ in hac regione adversus Dhu-Nowasum* 297 b et seqq. 315 et seqq. *In totum regnum forsan ante annum* 519 *jam dominati sunt Æthiopes* 311 et seq. *Eorum mores Babyloniorum moribus similes* 321 d e. *Proreges a S. Elesbaa constituti* 322 et seq. *In Æthiopes iterum rebellant duce Abramo* 325 et seq. *Æthiopicæ appellationis Homeritarum ratio* 335 d, 336 d
Hua-Barchy seu Ui-Bairrche, gens baroniæ Slewmargy 284 c
Hua-Kenselach. *Vide* Hua-nCenselay.
Hua-Liathan, Oletan, gens in Momonia 274 a, 283 a, 285 d
Hua-Madhi, Hua-Maidhi, Hua-Midhe, Hua-Mudhe, Hua Muighe, gens comitatus Reginæ 284 d
Hua-Censelay seu Ui-Ceinnsealaigh in Wexfordia et vicinia 276 c, 277 f, 278 a d
Hungari. *Anno* 927 *vastant Virodumum* 716 e. *Acciti a Conrado, duce Franconiæ et Lotharingiæ, adversus Ottonem I, regem Germaniæ* 723 a
Husneach. *Vide* Burneeh.
Hy insula seu Iona. *S. Dorbheneus abbas* 623 et seqq. *Vide* Hiense monasterium.
† Hya. *Vide* † Ives oppidum.
Hydruntinum monasterium. *Werdinus abbas* 179 c
Hy-Eatach de regione Moy 882 b
Hy-Fiachrach. *Gens unde ortus S. Colmanus Senbothensis* 382 c, 383 d e
Hy-Garrchon. *Vide* Ui-Garrchon.
Hymeon, nunc Mullach-Indeona, in comitatu Tipperariensi 286 a

I J

† Ia. *Vide* † Ives oppidum.
Jadera Urbs 516 c
Jatinum, oppidum Meldorum 593 f
Jacca in Hispania. *Moneta* 44 d e, 45 a. *Cambium* 45 b
Ia-Colaimcille, insula Hia, vulgo Iona 343 b
Jaira, fluvius in Delphinatu 841 a
Ianiacensis ager, sæculo IX pars diœceseos Lugdunensis 678 c
Iarensis ager, sæculo IX pars diœceseos Lugdunensis 678 c
† Iberia, Asiæ regio, eadem quæ Georgia. *Origo illius vocis verisimilis* 651 e. *Vide* Georgia.
† Ichekli. *Vide* Eumenia.
Icium, Is-sur-Tille, in Burgundia 186 c
Iconium, urbs modo Phrygiæ, modo Pisidiæ, 473 e f; et aliquando metropolis Lycaoniæ 473 e f. *Ejus vices* 474 a c d
Ignon, fluvius in Burgundia 186 c
Ikeathy in Hibernia 178 e
Ilerda in Catalonia. *Ejus studium generale; origines; an S. Bernardus Vicensis ibidem studuerit* 34 d e f. *Diœcesis conditio initio sæculi* XIII 41 f, 42 a. *Episcopi sedent Rotæ* 42 a. *Meschita data monasterio de Solsona, quum civitas adhuc esset in manibus Mahumetanorum*

metanorum 42 a. *Expugnatur ab Alphonso, rege Aragoniæ* 42 a. *Deditione accipitur a Raimundo, comite Barcinonensi* 42 a. *Ilerdensem comitatum cedit Jacobo I, regi Aragoniæ, Petrus, Portugalliæ regis filius* 60 d. *Miraculum et missiones S. Bernardi Calvonii* 42, 43. *Moneta anno* 1235 *currens et mensuræ* 45 a
Ilicetum prope Senas, Lecceto. *Monasterium eremitarum S. Augustini et caput congregationis* 724 et seqq. 738 a b. *Subtrahitur jurisdictioni provincialis Tusciæ* 739 a b. *Nullus ex conventu deduci potest sine consensu fratrum* 739 e. *Subtrahitur jurisdictioni prioris generalis* 739 d e f. *Redditur eremitis Augustinianis* 742, 743 a. *Sancti triginta* 724 e f
Illyricum. *Reliquiæ complurium martyrum delatæ in Istriam* 240 c
Imlech-fiaich, an idem quod Imlech-fio, nunc Emlahg, in comitatu Midensi 286 b
India brachmanica. *Cum æthiopica a Rufino et aliis confusa* 258 d et seqq. *S. Frumentium apostolum non habuit* 266 et seq.
India citerior seu arabica 258 e
India interior *dicta est tum India arabica tum brachmanica et æthiopica* 258 d; *et etiam Nubia* 298 b. *Vide* Æthiopia.
India ulterior. *Vide* India brachmanica
Inis-Cathaig, Scattery Island, in Hibernia. *S. Odranus* 174 d. *SS. Senanus et Otteranus* 344 c
Inis-liacc, ignota Hiberniæ insula 777 c
Inis-mhurcadhaig, Innismurray, in Connacia 883 a
Insula B. Mariæ, vulgo Mariaweerd, in Geldria. *Robertus abbas* 778 b
Joherina, villa monasterii Stabulensis 720 f
Johogne. *Vide* Tohogne.
Joncheres (Parochia S. Vincentii de), diœcesi Barcinonensi 91 a
Iona. *Vide* Hy.
Iscla, Ischia, Ænaria, Pithecusæ, insula in introitu sinus Neapolitani. *Conventus Minorum Conventualium et B. Bonaventura Potentinus* 128 et seqq. *Isclani conveniunt B. Bonaventuram Neapoli* 146 f
Ishekli. *Vide* Eumenia.
Isna, Aisnè (?), in Belgio 720 e
Istria. *Pola, S. Flos etc.* 338 et seqq.
Itiopyawan seu Æthiopes. *Hoc nomine se dicunt hodie Habessini* 262 f
Judæi. *In Catalonia et Majorica sæculo* XIII *et* XIV *pro fœnore* 20 *pro* 100 *accipiunt* 46 a b, 50 c. *Vetantur fieri Mahumetani* 50 c. *In Æthiopia dicti Falasyan; eorum numerus et festa* 303. *Ex Homeritide in Æthiopiam advenerunt* 304 e f, 388 b c. *Bibliis hebraicis non utuntur* ibid. *Menses eorum partim luni-solares* 303 e f, 304 et seqq.; *ubi habitent* 305 b c; *olim in Ægypto multi* 303 et seq.; *num etiam in Æthiopia occidentali, sive Meroëtica* 304 b c. *Quousque judaizet Æthiopum ecclesia* 305 c d e; *eorum circumcisio* ibid. *Commercii causa incolebant Edessam* 483 c. *Synagoga et sedes Cpoli* 767 a b. *In Gallia sæculo* IV 814 e
Ivechia, baroniæ Iveagh in Hibernia 414 a
† Ives, Ies, Ia, Hya, Eya, Port-Ia, oppidum Cornubiæ. *S. Ia* 294 et seqq.
† Juliani pagus prope Coloniam in agro Medolanensi 178 a b c
Julianum, oppidum regni Neapolitani 147 c
Juliani terra, diœcesi Aversana 125 b
Juliapietas, *Vide* Pola.
Jullegium in Galliis. *Sepultura S. Humbelinæ* 395 a
Junca, sedes episcopalis in Africa 801 d e
Ivron, fluvius in Burgundia 186 c
† Justi parochia in Catalonia 82 a
Jussiacus, vulgo Jussy 376 b, 377 b
Justinopolis in Istria. *S. Alexander martyr* 174 f
Jutæ. *Origo Cantuariorum et Victuariorum (Wight)* 892 c
† Juventii domus hospitalis in agro Papiensi 18 b

K

Kælcacæstir, monasterium duplex Angliæ 896 d
Kakhetum, provincia Georgiæ 643 c
Kalense monasterium puellare, (Chelles) 601 c, 612 f, 614 a
Karthlos. *Vocabulum Georgianum Georgiæ* 651 d
Kas, Kasu, pars provinciæ Taka prope Nubiam 263 e f. *Error Dillmanni in hujus vocabuli interpretatione* ibid., 335 e
Kemetigh. *Vide* Kinnitty.
Khas, regio habitata a populo Bodja 263 f
Khazares. *Exercitum Arabum prope Caspium mare fundunt* 650 b
Keall. *Vide* Kill *et* Cill.
Kill-Abbania in Midia seu Lageniæ parte aquilonari. *S. Abbanus* 270 et seqq.
Killala seu Killagh. *An idem locus qui Cill-achaid-Conchinn* 285 a
Killefenora. *Vide* Cill-Finnabrach.
Killemlagh in baronia Iveragh. *S. Finnianus* 174 a
Killmacduacensia in Hibernia oppidum et diœcesis. *S. Colmanus* 880 et seqq. 888 e f, 889
Killmacough, Kilmacog seu Killmunduach, *Vide* Killmacduach.
Killmoir. *S. Senachus* 272 c
Killoteran prope Waterfordiam. *S. Otteranus* 174 d
Kilmurvy in insula Arran Maxima. *S. Colmanus mac Duach* 891 f
Kindini, Arabes christiani Palæstinæ 325 d e
Kinn-aille. *Vide* Cinel-Ædha na-hEchtghe.
Kirkinner, olim Kyrkyner, parœcia in Scotia. *S. Kennera V.* 904 b
Konieh. *Vide* Iconium.
Kour. *Nomen persicum fluminis Cyri* 651 e
Kum Kapou, portus Julianus Cpoli 915 a, 917 e
Kyrkyner. *Vide* Kirkinner.

L

Labacum in Carniola, ubi olim Æmona 339 d
Labayren in termino Murviedro 64 f, 65 a d
Lacu (S. Antonii de) conventus Eremitarum S. Augustini 724 e
Lætantium locus. *Vide* Blidenstadium.
Lagenia, provincia Hiberniæ. *S. Abbanus* 276 et seqq.
Laithreach Bruin seu Laraghbrine in Hibernia 178 e
Lanars (Parochia S. Andreæ de), diœcesi Vicensi 95 b
Lancoet seu Langoat in Britannia Minori. *S. Copaie* 910 d

Landelys, castellum tractus Leodiensis. *Reliquiæ S. Ermelindis* 858 d e
Langoat. *Vide* Lancoet.
Lanlivery, parochia Cornubiæ. *S. Breaca et S. Vorcus* 296 d
Lanvork. *Vide* Lanlivery.
Laomacensis pagus 627 e, 634 f. *Vide* Lomacensis *seu* Lommensis pagus.
Laoniacensis, Laouiacensis pagus. *Vide* Lomacensis.
Laperere, vicus diœcesis Tullensis 232 b
Laraghbrine. *Vide* Laithreach Bruin.
Larius lacus seu lacus Comensis 548 e, 565 c
Lateranensis basilica. *Ritus ejus sacri* 359 a
Lateranensis congregatio canonicorum. *Obtinet a S. Pio* v *facultatem celebrandi festa plurium canonicorum* 3 d
Latros seu Latrum mons, anachoretis abundans, non longe ab urbe Cpoli 759 e, 760 a, 931 d
Lavaricum in Istria. *S. Flos episcopus* 338 d, 339 a
Laubacus. *Vide* Lobiense monasterium.
Laumensis. *Vide* Lomacensis.
Laureshemiensis basilica. *Dedicatio et ossium S. Nazarii translatio* 657 f, 658 a b
Lecceto. *Vide* Ilicetum.
Lecco. *Vide* Leucum.
Legio, civitas et regnum Hispaniæ. *Recipit corpus S. Isidori* 197 d; *dicitur servari corpus S. Vincentii* 198 c d
Legnone. *Vide* Lineo.
Lelant, parochia in Cornubia. *S. Uni* 294 e
Lemovicum civitas, Lemovica seu Limovica, (Limoges). *Nomina Varia* 235 e, 247 b. *Diœceseos fines* 235 f. *S. Martini monasterium* 243 c d e f
Lenion, Leignon, villa monasterii Stabulensis 712 f, 720 e
Leodium in Belgio. *S. Rumoldus* 175 b. *Dedicatio templi S. Lamberti* 414 f. *Ratherii Veronensis electio* 721 e f
† Leonis vicus prope Mantuam. *Frederici II imperatoris anno* 1220 *adventus* 16 d e
Lerinum in diœcesi Forojuliensi (Fréjus). *Monachus non fuit S. Theodorus* 832 d e
Lesbia. S. *Thaddæus apostolus* 483 d e f
Lethernau, Lierneux, villa monasterii Stabulensis 713 a
Letracha-Odran, Lethrech, seu Letteragh, nunc Lateragh, in comitatu Tipperariensi 343 b. *S. Odranus* 174 c, 175 b
Leuca, littus in Caria 575 e f, 576 a
Leuce, vicus in Caria 575 e f, 576 a
Leuci. *Caput Grandisne fuerit an Tullum* 226 b c, 228 d e
Leucum, oppidum ad Larium 565 e
Lezant, parochia Cornubiæ. *S. Breaca* 296 b
Liachwi, Georgiæ flumen 648 e et seqq. 652 a
Liberdunum in territorio Tullensi. *S. Eucharius* 223 c f, 224 a b, 226 d, 229 e f. 230 et seqq.
Lifou. *Vide* Lufaous.
Limo, Poitiers, caput Pictaviensium 235 b
Linarias, Lignières, villa data monasterio Stabulensi 713 c, 714 f
Lineo, vulgo Legnone, mons 565 d
Linerolæ, vulgo Linereilles (Yonne) 370 c
Liorgum, villula diœceseos Lugdunensis 683 d
Livi, villa in pago Viennensi. *Lugdunensi ecclesiæ restituitur a Carolo, rege Provinciæ* 682 f; *et a Lothario, rege Lotharingiæ* 684 b
Lobiense monasterium in pristina diœcesi Cameracensi. *SS. Landelinus, Ursmarus et Dodo* 626 et seqq.
Lobons, parochia diœcesis Barcinonensis 90 f
Loch Bricrenn, nunc Loughbrikland, in comitatu Dunensi 414 a
Lochcarman. *Vide* Garman.
Loch-Cé, nunc Lough Key, lacus Hiberniæ 284 f
Loch-lein, nunc Tork Lake et Lower Lake, in Hibernia 285 c
Loch-naGeorr, stagnum in Hibernia 289 d
Loch Oirbsen, nunc Lough Corrib, in comitatu Galwiensi 414 a
Lollii, olim villula diœcesis Lugdunensis 683 d
Lomacensis seu Lomensis pagus in Belgio 627 f, 628 a b
Longaaqua, rivus diœcesis Tullensis 232 b
Longumpratum, Lompré, prope Cimacum 627 f
Loniacus pagus *pro* Lomaco 628 a
Lotharingia. *Sæculo* x *quasi spiritu Domini agitata* 716 f. *Duces abbatia Stabulensi potiti* 719 c
Lovaniolum, Lovenjoul, prope Lovanium. *Cultus S. Ermelindis* 851 a
Lovanium. *Beghinæ an Meldradio venerint* 855 f. *Exordia Beghinagii; S. Ermelindis reliquiæ* 856 a
Luania silva prope Killmacduach, nec procul a Galway 886 f
Luca, civitas Etruriæ. *Substituta Lucaniæ, palæstræ S. Hyacinthi et sociorum* 796 b c. *S. Mariæ monasterium canonicorum* 755 c
Lucania, provincia Regni Neapolitani. *SS. Hyacinthus, Quintus seu Quintinus, Felicianus, Lucinius seu Lucius.* 795, 796
Luceium, vicus in diœcesi Tullensi 232 a c
Luciano (Parochia S. Mariæ de) diœcesi Vicensi 91 b
Lucofao seu Lafau. *Pugna* 709 a
Lufaous, Lifou Majus et Minus, olim in diœcesi Tullensi 228 c, 370 b
Luganum in Longobardia. *Translatio reliquiarum cœmeterialium* 418 c
Lugdunum in Gallia. *Schola literaria sæculo IV* 235 b. *Diœceseos fines sæculo IX* 678 c. *Sedes regni Provinciæ sub Carolo rege* 682 d. *Ecclesia minime dives sæculo IX* 686 b c d. *An ejus clerici scripserint opuscula, quæ ipsis tribuuntur* 691 f. *Ejus primatia quandonam inceperit et quibusnam fatis* 703 b. *Breviarium quale esset sæculo XVII* 679 a
Lummensis pagus. *Vide* Lomacensis.
Luna, civitas episcopalis in Thuscia. *Excisa et sedes Sarzanum translata* 804 b, 806 a d. *Corpus S. Basilii ibidem numquam quievit* 805 a
Lunarisvilla, Luneville, in Lotharingia 231 b
Lunigiana, seu tractus Lunensis 802 b
Lunniensis pagus, *pro* Lumensi, Lummensi *seu* Lomacensi 682 a. *Vide* Lomacensis.
Lupe, alias Lupa, fluvius, vernacule Loing (Yonne) 366 c
Luperciacus, antiquus locus diœcesis Lugdunensis 681 a
Lupiniacus, villula in comitatu Cavellonensi 685 b

M

Maaddeni, Arabes christiani Palæstinæ 325 b d e
Maceretanus fluvius in Thuscia 731 b
Machanto, Mochamps (?), villa partim data monasterio Stabulensi 713 d

Maciaretum in Thuscia. *Dicitur patria domus Chisiæ* 728 f, 729 c, 730 d, 731 c d. *Dominorum origo* 729 a, 730 c
Macra, Magra, fluvius 802 c.
Mac-ui-Coinn, insula lacus Loch Corrib, in comitata Galviensi 414 b
Madara, locus in Habessinia 333 a
Madonora, vicus Placentiæ 6 d, 8 a
Madrona, parochia in Catalonia 94 c
Mæander, vulgo Mendere, fluvius Asiæ Minoris 183 a
Magdeburgum. *Centuriatores* 492 f
Magh-an-chlair, regiuncula in Tyronia, ubi Donaghmor 883 b
Magharnuidhia prope Newross in comitatu Wexfordiensi in Hibernia. *S. Abbanus* 270 et seqq. 273 d e, 284 e.
Magh-Breagh. *Vide* Bregia.
Magh-cé seu Magh-Trindi, planities (ut volunt) comitatus Galviensis 273 f, 282 f
Magh-Ele seu Magh-Elle. *Vide* Magh-cé.
Magh-Femyn non procul a Casselia in Hibernia 274 b, 286 a
Magh-Hele. *Vide* Helii.
Magh Midhi seu Mudhi in comitatu Wexfordiensi 284 d, 286 c, 287 f
Magh-na-taibhse in Hibernia 289 b
Magniacus, Magny, in pago Icauuensi 364 d
Maguer (villa de) in Catalonia 40 a
Mahasa, tractus Habessiniæ 263 a
Mahumetani *occupant Ilerdam* 41 f, 42 b. *Lege vetiti fieri judæi* 50 c. *Occupant insulas Baleares* 59 f, 60 a d. *Eorum jugum ruptum in plerisque Hispaniæ regnis* 63 d. *Eorum in Georgiam expeditiones* 648 et seqq.
Maillard. *Vide* Meldradium.
Major. *Vide* Rheginella Major.
Majorica insula. *Ejus fata; jus designandi episcopum* 59 b c d e f
Majusmons, Montemaggiore, prope Senas 724 a
Mait, villula Meldensis diœcesis 618 a, 620 c
Maku seu Magu juxta monasterium Ardaz 440 d
Malea, vulgo Mull, insula Scotiæ 623 c
Malla (Collis de) prope Vicum. *S. Bernardus Calvonius* 30 e, 100 e
Mallecollis, Coll de Malla, locus prope Vicum. *Vide* Malla (Collis de)
Malmundariense monasterium. *SS. Sigolinus, Godwinus, Anglinus, Albericus et Odilo, abbates* 706 et seqq. *Vide* Stabulaus.
Mamarciacum, vulgo Montmercy (Yonne) 366 c
† Mandati parochia, diœcesi Barcinonensi 93 b
Manicocurtis, Manoncourt-en-Vermois 663 d
Manouph seu Menouf, caput provinciæ Manuphensis. *An altera cognomen civitas prope Tabennas. S. Abrahamus* 233 f
Manresa in Catalonia. *Vide* Minorissa.
Mantua. *Congregatio Carmelitarum Mantuana* 746 f. *S. Sebastiani monasterium canonicorum* 755 d
Maranula, oppidum Regni Neapolitani. *Conventus Minorum Conventualium et B. Bonaventura Potentinus* 124 f, 125 a b
Marcaniacus, olim villula diœceseos Lugdunensis 683 d
Marcilliacum, Marcilly, in Burgundia 186 c, 187 d
Mare viride, hodie sinus Persicus 440 b c
Mariacum, Marey-sur-Tille, in Burgundia 186 c
† Maria nova, monasterium in Palæstina 771 d
† Mariæ de Gallo eremitorium in agro Placentino 18 d
† S. Mariæ de Gratiis in agro Ferrariensi monasterium canonicorum 755 a
† Mariæ Gratiarum conventus, diœcesi Beneventana. *B. Bonaventura Potentinus* 117 e
† Mariæ de Gualdo, diœcesi Beneventana, monasterium canonicorum 755 d
† Mariæ Insularum monasterium canonicorum in agro Vicentino 755 a
† Mariæ Vallis laureæ abbatia in diœcesi Barcinonensi 39 d, 40 a
Mariaweerd. *Vide* Insula B. Mariæ.
Marichie prope Fasanum in Istria. *S. Flos* 339 b
† Mar Sabæ monasterium. *Vide* † Sabæ laura.
† Martini locus, cessus Placentinis 16 a
† Martini de Cotibus monasterium in Catalonia 76 d
Maslinas. *Vide* Mechlinia.
Massilia. *Schola literaria sæculo* IV 235 b
Mataigne, villa in Belgio 721 c
Matalonum, vulgo Maddaloni, oppidum Regni Neapolitani. *In seminario juniorum professorum degit B. Bonaventura Potentinus, qui occasione tactæ S. Francisci pergulæ studiis valedicit* 117 d e
Matara. *Locus in Synaxario æthiopico memoratus* 328 c
Matriacus in pago Senonensi, Merry-la-Vallée (Yonne) 364 d, 370 b
Mattiacorum civitas (Cassel) 537 a
Mauri. *Vide* Mahumetani.
Mazoria in Arvernia. *S. Florina V. et M.* 907 d
Mcodowau, monasterium in Georgia 652 f
Mechlinia in Belgio. *S. Rumoldus* 175 a b
Medimna Campestris in Hispania. *Conventus puellaris Dominicanus et lues* 417 c
Mediolanum. *Mediolanenses mittunt legatos ad concilium Lateranense anni* 1215 14 f, 15 a b. *Pacem firmant cum Papiensibus, brevi duraturam* 16 a b. *Metropolitarum jurisdictio sæculo* IV 580 d. *Iidem olim interesse debebant synodo Papiensi* 17 a. *Antiqua calendaria* 177 b c. *Ecclesia S. Mariæ in Salario, postea S. Fidelis* 550 b, 560 f et seq. *Reliquiæ SS. Fidelis et Carpophori* 558 et seq. *Societas Jesu* 559, 561 b. *Ecclesia PP. Olivetanorum; item congregationis Somascæ* 560 b. *Abbatia S. Dionysii* 561 a. *Corpus S. Honorati Vercellensis* 577 b. *An ibi cultus S. Quintinus confessor* 774 e f
Medium Monasterium in Lotharingia 226 a
† Melanii in Armorica monasterium. *Eusebius, rex Armoricanorum Venetensis* 910 e
Melcianus, pagus minor sub civitate Meldensi 593 c
Meldart, Meldaria, Meldert. *Vide* Meldradium.
Meldensis civitas. *Varia sortita nomina, minores sub se pagos habebat* 593 b c f. *Ecclesia a S. Farone ditatur* 599 d e, 612 e f. *S. Remigii oratorium* 615 b, 616 c
Meldradium, olim in diœcesi Leodiensi, nunc in Mechliniensi. *Origo, historia, cultus S. Ermelindis* 843 et seqq.
Meldrice. *Vide* Meldradium.
Meleretense monasterium. *Origines; reliquiæ S. Desiderii* 355 d
Melgorium in Occitania. *Moneta* 44 d e
Meloniorum vicus novus (Cassel) 537 a
Membressa, civitas Africæ proconsularis 583 c
Menouf. *Vide* Manouph.
Mercuragum, haud procul Arona 556 b
Merdosum vadum, Merdris, rivus non procul a Cimaco 629 e

Meroë insula, Meroetica seu Æthiopia occidentalis 262 b et seqq.
Mersa, rivus in Thuscia 731 b
Mesopotamene in Hispania 59 e
Mesopotamia *verisimiliter habuit S. Thaddæum apostolum* 439 c f. *Anno* 640 *demum Arabibus acquisita* 648 f
Metæ, Metenses. *Episcopi ut Sancti culti et Calendario inscripti* 667 a e. *Contentio de cantu cum Romanis* 667 a b. *Laus in antiquo Metensi pontificali* 667 c d. *Martyrologium et Breviaria* 667 e. *Urbem capit Conradus, dux Franconiæ et Lotharingiæ, adversus Ottonem I rebellis* 721 e. *SS. Clementis et Felicis basilica* 807 b c
Mettenhove seu Nettenhove, locus incognitus, non multum distans ab Hersele 430 c, 433 a
Mgwime, locus in Georgia. *Monasterium S. Schio* 652 b
Midia, olim provincia Hiberniæ. *Extensio* 290 d e
† Michaelis archangeli in Probatio, immo Promoto, in Bospori littore, ecclesia; quæ et S. Michaelis in Sosthenio 175 f, 176 a b
† Michaelis in agro Patavino monasterium canonicorum 755 a
† Michaelis monasterium in Lotharingia. *Smaragdus abbas* 778 c
Milliacus, olim villula diœceseos Lugdunensis, vulgo Milly (Yonne) 365 d, 683 d
† Miniatis conventus Eremitarum S. Augustini 724 e
Minor. *Vide* Rheginna Minor.
Minorica insula. *Sæculo* v *pars provinciæ ecclesiasticæ Sardiniensis* 59 d. *Quid faciendum, si recuperetur a Christianis* 61 c. *Vide* Baleares insulæ.
Minorissa, oppidum diœcesis Vicensis. *Mauris eripitur a Wilfredo Barcinonensi* 48 f. *In feudum data ecclesiæ Vicensi* 49 b. *S. Bernardus Calvonius* 80 f. *Capitulum regulare* 69 d, 70 c
Mirandula. *Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ* 755 d
Modoetiensis ecclesia. *Ejus Monumenta, incohata a Bosca* 178 a
Moergestel, parochia diœceseos Sylvaducensis. *Cultus S. Ermelindis* 853 d
Moguntiacum ad Rhenum. *S. Ferrutius martyr* 530 et seqq. *Civitatis laus* 538 e f, 541 d e. *S. Albini capitulum conjungitur cum reliquiis capituli Blidenstadiensis* 538 b. *Collegium Societatis Jesu* 538 c
Moin-mor de Dore Lothuir, Derryloran, in Ultonia 776 f
Mona-Doire-Lothair, Money-more, in Ultonia 776 f
Monasteriolum Ambianorum. *S. Salvius, episcopus Ambianensis* 586 f
Monasteriolum S. Fidelis. *Laudatur a Lothario* 549 e f
Monasterium in Fania in diœcesi Cameracensi, Moustiers en Fagne 626 et seqq. 629 e
Monasterium Westphaliæ. *SS. Ewaldi* 775 d
Mondonicus, locus cessus Placentinus 16 a
† Monegundis nemus non procul a Cimaco 629 e
Monistrol, parochia diœcesis Vicensis 92 d
Monsacutus, in diœcesi Barcinonensi. *Monasterium SS. Crucum* 40 b c
Mons Aureus, villa in pago Cabillonensi 685 e
Monsbarbatus, feudum episcopi Vicensis 70 b
Monsbovinus, Montbuy 49 c, 72 a, 75 b, 76 f, 78 e
Mons S. Michaelis, insula Cornubiæ 296 a
Monsserratus in Catalonia. *Miraculum B. Bernardi Vicensis* 92 e
Monssoni in diœsesi Ilerdensi. *Curia regia anno* 1236 *celebrata* 63 d
Montboy seu Montbuy. *Vide* Monsbovinus.
Monte-lona, parthenon in agro Placentino 13 a b
Montelone, vulgo Monlleo, in Catalonia 70 e
Montella in diœcesi Nuscana. *Conventus Minorum Conventualium et B. Bonaventura Potentinus* 125 d, 144 c
Montenaken in provincia Limburgensi. *Feudum* 871 a b
Montesa (Monasterium militare S. Georgii de) in regno Valentiæ 40 f
Montesigno (Parochia S. Martialis de) in Catalonia 87 c
Monthullium, olim villula diœcesis Lugdunensis 683 d
Montismajoris monasterium. *Fabrica adjuta indulgentiis* 908 e
Montispecchii conventus Eremitarum S. Augustini. *Capitulum generale* 724 c d e
Mont-sur-Tille. *Vide* Tilæcastrum.
Monzo. *Vide* Monssoni.
Morgas, villa comitatus Lugdunensis 791 f. *Ecclesiæ Lugdunensi a Lothario restituitur* 681 a
Mortariense monasterium. *Ejus canonici regulares introducti in monasterium S. Petri in Cæloaureo* 17 b c
Mosania, Massogne, villa monasterii Stabulensis 712
Mozenc, Mozet, villa in Belgio 721 c
Mtkwar, georgiane, fluvius Cyrus 651 e
Muinter Eoluis seu Eolais, nomen tribuale gentis Reynoldorum, in comitatu Leitrim 285 d. *Cfr Chronicum Scotorum, pag.* 307.
Muntenyola (Parochia de) in Catalonia 88 f
Muntornes (Parochia S. Saturnini de), diœcesi Barcinonensi 88 f, 91 c d
Murianum, insula prope Venetias, in antiqua diœcesi Torcellana 773 c d
Murviedro, terminus in regno Aragoniæ 64 f, 65 a d
Murus, oppidum Basilicatæ 120 e
Muscragia Mutinensis, Muscraighi, in Hibernia 283 a, 285 c
Muscrigia-Thire, baroniæ superior et inferior Ormondiæ, in Hibernia 343 b
Mutianum, antiquus locus comitatus Bellicensis 683 b
Mutina. *S. Hieronymi monasterium canonicorum* 755 d
Mycenæ in Græcia. *S. Genesius Tigernensis* 546 f
Mylassæ, urbs Cariæ 575 f, 576 a d

N

Naas seu Nas, oppidum in Hibernia 178 e
† Naboris monasterium. *Fueritne ibi monachus B. Angelramnus* 653 c. *Hujus cœnobii benefactor B. Angelramnus* 664 e
Namphodorum (Nanterre) juxta Parisios 614 c
Nandesi. *Vide* Desii.
Nantilla, vulgo Nantelle, prope Autissiodorum 366 d
Napata, dynastarum Æthiopum regia urbs. *Ab ipsis relinquitur* 262 c

Narbo,

Narbo. *Archiepiscopo commendata diœcesis Vicensis dominatu Mahumetanorum* 48 e. *Item insulæ Baleares* 59 c
Nasium, Naix (Meuse) 227 b, 228 e
Nastasis, vicus in Georgia prope Mgwime 652 e
Neapolis. *Provincia Minorum Conventualium initio superioris sæculi plures habebat viros, sanctitatis præclaros* 114 b. *Regni ante duo sæcula misera conditio* 114 e d f, 115. *Conventus Minorum Conventualium S. Spiritus seu S. Antonii Tarsensis extra portam Medimnam incolam habet B. Bonaventuram Potentinum* 122 b, 123 c, 125 d, 128 a, 142 b c, 146 e f, 147 a, 165 f. *Conventus Minorum Conventualium S. Severi; alius S. Mariæ de Montibus; alius S. Antonii Patavini; alius in Capitemontis* 123 a. *Conventus Minorum Conventualium S. Mariæ ad Paretam seu Apparentis, qui et PP. Perusianorum, incolitur a B. Bonaventura* 123 a, 141 d e f, 142 d. *Conventus Minorum Conventualium S. Laurentii Majoris* 123 a, 124 b d, 129 f, 148 f, 169 b. *Carmeli Majoris templum* 130 b. *Conventus S. Luciæ de Monte Minorum Discalceatorum Hispanorum* 138 c. *Ecclesia PP. Oratorii S. Mariæ Nascentis* 142 f. *Sæpe Neapoli versatus B. Bonaventura* 163 a b, 166 a. *Sacellum SS. Simonis et Judæ* 446 d. *Monasterium S. Gaudiosi, cujus disciplina ex Africa traducta* 584 e f. *S. Fortunatæ ecclesia* 585 d. *Translatio corporis S. Gaudiosi Neapolim* 585 d. *Monasteria S. Festi et S. Pantaleonis a Stephano II episcopo fundata* 585 d. *S. Mariæ de Capellis monasterium canonicorum* 755 d
Neccariola, agellus ignotus 368 d
Negran, urbs et regio Arabiæ, Æthiopibus subdita 263 a, 309 et seqq. *Martyres a Dhu-Nowaso necati* 297 c, 316 et seqq. *Episcopus ibidem constitutus* 322 a b c
Nehavend. *Persæ profligantur a Mahumetanis* 648 f
Neocæsarea in Ponto. *S. Gregorius Thaumaturgus* 471
Nerra muirghe. *Vide* Fera-muighe.
Neumonasterium, Neumunster seu Novummonasterium, hodie Ottweiler 808 b. *Moniales pleræque transeunt ad Lutheranismum* 808 d. *Decimæ divenditæ* 808 d
Nexon. *Vide* Anassio.
Nicæa. *Terræ motu concutitur tempore Passionis Domini* 454 f, 455 a. *A Scythis vexatur* 502 d
Nicæa nunc civitas Gallica, Nice 94 a, 95 f
Nicophsia. *Sepultura S. Simonis Apostoli* 428 a
Nigrontum, vulgo Neron (Yonne) 370 c
Niguiemons, forte Neuville-devant-Nancy 663 e
Nisse. *Vide* Nicæa.
Noalhias, Noaillac (Corrèze) 244 f
Nodulphus, Neuvelotte 663 d
Nola in Campania. *S. Aurelianus episcopus et S. Reparatus diaconus* 820 c d
Normanni. *Depopulantur insulas Baleares* 60 a. *Dicti pagani* 375 e, 376 e. *Sæculis* VIII *et* IX *maximam partem Galliæ devastant et monachos fugant* 837 b
North-Elmham in Norfolcia. *Sedes episcopalis* 895 a
Norwicensis diœcesis. *Ejus origo* 895 a
Notre-Dame-du-Perigord. *S. Justus* 239 a
Nova Cella, alias S. Naboris monasterium 665 d. *Sepultura B. Angelramni* 666 a
Novaria seu Olanum in Pedemontio 566 a. *Frederici II imperatoris anno* 1220 *adventus* 16 d e
Novatum, vicus ad Larium 565 d
Noviomagum, Neufchateau (Vosges) 226 b
Novocomum. *Nominis origo* 566 b c. *Vide* Comum.
Novummonasterium. *Vide* Neumonasterium.
Nubæ, populi provinciæ Taka. *Bellum Tazenæ* 335 e f, 337 a b
Nubia. *Aliquando dicta India* 298 b c
Nucera Paganorum. *Cultus B. Bonaventuræ Potentini* 112 e, 113 a. *Tirocinium* 117 b c. *Postea ibidem versatur* 122 a. *Fit Magister novitiorum* 142 f
Nuremberg. *Conventus in quo Otto* IV *imperator exauctoratur* 15 b

O

Occeozay in comitatu Corcagiensi 283 a
Ocquier, non procul ab Hojo 707 d
† Oda in agro Tullensi 224 b, 229 e
Odenca, Odunca, seu Terdonck, viculus parochiæ Lovenjoul. *Num ibi nata S. Ermelindis* 850 c. *Cultus S. Ermelindis* 851 b
Odornensis pagus in Lotharingia 228 a b
Oia insula, vulgo Lois, Loix, Loye, prope Radum (Ré). *S. Florentius* 175 d e f
Oirbsen. *Vide* Loch-Oirbsen.
Ollersleuben, abbatia in Thuringia 434 a, 436 a
Olhais, Ohey, villa in Belgio 721 c
Olisna (Rudis), Rudes-Aleines, villæ monasterii Stabulensis. 712 f
† Olivæ de Panades feudum in diœcesi Barcinonensi 82 c
Ollordæ castellum in diœcesi Barcinonensi 43 b
Olone (Parochia S. Mariæ de), Vicensi diœcesi 92 c
Olubra, locus prope Placentiam 13 a
Olympus mons in Mysia. *S. Anna Euphemianus* 914 b, 915 b et seqq.
Oppidum in Calabria, episcopi sedes 153 c f
Oratorium, villula in diœcesi Meldensi 618 d, 620 c
Orbacense monasterium. *Gothescalci studia* 687 a
Orebasi (Castrum de), parochia de Sallent 87 f
Orgellitana civitas. *Vide* Urgellæ.
Orgiacum, vulgo Orgy (Yonne) 366 c
Orgia in Thuscia. *Comitum origo* 729 a d, 730 d
Ornensis pagus (L'Ornois) in Gallia 663 f
Ortakeui, olim S. Phocas, vicus ad Bosporum 209 b
Ortygia, Syracusis contermina 466 d
Osrhoena provincia. *S. Thaddæus* 450 b, 456 b. *Quæstio paschatis* 787 b, 789 b
Ossoriensis diœcesis in Hibernia. *Ejus origo tribuaria* 889 e
Ossraighi, gens finibus diœcesis Ossoriensis conclusa 288 e, 291 b
Ostia Tiberina. *Hugo de Comitibus episcopus* 16 c
Oteia in pago Porcinensi. *S. Dodonis reliquiæ* 637 b, 638 b
Oughterranny in Hibernia 178 e
Oxonia in Anglia. *Academia an auctorem habeat B. Alfredum Magnum* 895 c d
Oyenbrugge, in parochia Grimberghe in Brabantia. *Toparchæ Meldradienses* 871 a

P

P

Paceium, vicus in diœcesi Tullensi 232 a b
Pagani. *Ita sæpius dicti Normanni* 375 e, 377 e
Palafutgello (Parochia S. Martini de), Gerundensi diœcesi 93 e
Palatio (Parochia S. Mariæ de), Barcinonensi diœcesi 92 a
Palatiolum, Paliseul, villa monasterii Stabulensis 712 f, 714 e
Palliacus, vulgo Pailly (Yonne) 365 f
Palmaria insula, Palmaruola 513 c, 516 b c d
Palmarium prope Sirmium 516 e
Palmyra, olim Thadmora 440 c
Palomar (Parochia S. Andreæ de) in Catalonia 88 a, 89 a
Panades (Feudum S. Olivæ de), diœcesi Barcinonensi 82 c, 91 c
Paneas, alias Cæsarea Philippi ad fontes Jordanis. *Patria, ut videtur, S. Thaddæi Discipuli* 459 b, 460 f
Panouphres Coptorum 233 f
Papia seu Ticinum olim civitas regia Longobardorum. *S. Fulci episcopi cultus et gesta* 1 et seqq. *S. Appianus, episcopus Afer, et S. Appianus, monachus* 815, 816. *Officia propria* 2 f. *Rodobaldus Sangregorius, episcopus* 15 e. *Gregorius Crescentius non fuit episcopus* 15 e. *Præpositus ecclesiæ cathedralis potior in electione episcoporum* 15 f. *Privilegia ecclesiastica confirmata* 16 f, 17 a. *Episcopi sanctis accensiti sæculo XIV* 1 c f *Templum S. Stephani, reliquiis dives* 4 f, 20 c. *Templum S. Mariæ Majoris* 2 a. *S Simonis capella* 2 a. *S. Mariæ in Pertica ecclesia* 15 c. *S. Michaelis ecclesia* 15 c. *S. Joannis de Dominabus ecclesia* 15 c. *Monasterii S. Petri in Cæloaureo misera fortuna; introductio canonicorum Mortariensium* 17 b c; *item Eremitarum S. Augustini* 730 et seqq. *Papienses pacem firmant cum Mediolanensibus; quam mox rumpunt* 16 a b. *Legatos mittunt ad concilium Lateranense anni* 1215 14 f, 15 a b. *Nundinas obtinet S. Fulcus episcopus a Frederico imperatore* 16 d. *Matthæus de Corrigia potestas* 16 e. *Magistratus cogit clerum reipublicæ debita publica partim solvere* 17 e f. *Vide* Ticinum.
Paradone (Vicus de), Paron, prope Senones in Galliis. *S. Baldus pœnitens* 872 et seqq.
Paramythia, urbs Epiri. *Origo* 773 a b
Parentina diœcesis. *Ei unitur Polensis* 338 b
Parets (Parochia de) in diœcesi Barcinonensi 82 b, 90 d
Parisii. *Eo mittitur S. Fulcus, canonicus regularis Placentinus, ad studia* 3 b, 4 d e f. *Conciones habitæ a scholaribus; morum pericula* 4 e f. *Prioratus S. Eligii et ecclesia S. Columbæ virginis* 872 f et seqq. 878 et seqq.
Parma. *Obsidio anno* 1248 *Gibelinorum* 730 a c
Parneia, vicus diœcesis Tullensis 232 b
Parta-Sicca, grangia abbatiæ Bullencurtianæ prope Rosnay *Conversarum vices* 392 b, 926 et seqq.
Passavium, Passau, in Germania. *S. Maximilianus martyr* 775 d e
Patareni. *Vide* Albigenses.
Patavium. *S. Antonii de Vienna monasterium canonicorum* 755 d
Paterna (Terminus de) in regno Aragoniæ 64 f, 65 b e
Patriciacum, vulgo Villeport (Yonne) 365 f
Pavant in diœcesi Suessionensi. *S. Baldus pœnitens* 872 et seqq. 877 f, 878
Paulegia, Palange (?), in Belgio 720 e
Pecora, fluvius Thusciæ 731 c
Pedixinorum terra in territorio Gropalli, quod dicitur Pratum 13 c d
Pembro, Pemburgum in Cornubia 294 b, 296 a b
Pencair in Cornubia. *S. Breaca* 294 b, 296 a
Pendinas in Cornubia. *S. Ia* 294 a b d
Πέραν. *Vocis notio apud Byzantinos* 176 b
Perona in Galliis. *SS. Fursæus, Beoanus et Mellanus* 414 b
Persæ. *Cappadociam sæpius invadunt et Cæsaream expugnant* 207 f; *Edessam occupant* 456 d. *In Perside prædicat et martyrium facit S. Simon apostolus* 424 f, 425 a b. *Persarum schola Edessæ floruit* 826 e
Pertum, vulgo Perti, prope Finarium. *S. Sebastiani templum; villa Folcheri; patria B. Damiani Finariensis* 103 a b. *Ejus cultus* 105 e f, 106 a
Perusium. *Monasterium S. Mariæ Angelorum, canonicorum regularium prope hanc urbem* 755 a
Petinum in Istria 339 b
† Petri cœnobium, id est Waslerense 637 b
† Petri in Umbria monasterium canonicorum 755 d
Petrioli (Ad Balneum) conventus idem ac Vallisaspræ 731 c d, 732 d
Petrobrusiani. *Vide* Albigenses.
Petrocorium. *Evangelizavit ibi S. Justus* 238 f. *S. Mariæ sanctuaria* 239 a
Pharsan seu Farsan, insula in mari Rubro 318 b c
† Phocæ monasterium. *A Basilio Macedone conditur atque templo S. Capitolinæ augetur* 208 c d. *Verisimilius a Turcis dirutum* 208 f, 209 a. *Adjacens vicus ejus nomen diu servavit; nunc vocatur Ortakeui* 209 b
Phœnicia. *Martyres sub Diocletiano* 797 c et seq.
Phrygia, in Asia Minori. *Eumenia ejusque apostoli et martyres* 183 b c
Piciacus, vulgo Pizy (Yonne) 365 f, 685 b
Pinnesgrave prope Abingdonium 275 b
Pinu (Parochia S. Mariæ de) Barcinone 89 e
Pio, fundus in diœcesi Beneventana. *B. Bonaventura Potentinus* 117 c, 118 c
Pipimisium, villa pagi Meldensis 610 b, 611 c d
Pisaurum, Pesaro, in Italia. *Antiquitates* 570 a. *Monasterium SS. Decentii et Germani* 571 b
Pisani. *Eis suadet Paschalis papa II liberationem insularum Balearium* 60 c
Pisiacus. *Vide* Piciacus.
Pistorium. *Multæ matronæ fiunt Mantellatæ Servorum B. M. V. propter miraculum eucharisticum in S. Juliana* 404 b
Pithecusæ. *Vide* Iscla.
Placentia in ducatu Parmensi. *S. Fulcus præpositus S. Euphemiæ et dein episcopus* 2 et seqq. *Grimerius episcopus* 3 b. *Historici ecclesiastici* 3 e f, 4 a b. *S. Euphemiæ monasterium* 2 f, 3 a b et seqq. 755 d. *Lanfrancus Arcelli præpositus* 5 a, 10 b. *Mittuntur religiosi ad studium Parisiense* 3 b, 4 d. *Episcoporum jura ut obnoxia canonicis* 5 e f. *Lis monachorum S. Marci cum S. Euphemiæ capitulo* 6 c d. *Templa S. Justinæ, S. Antonii, S. Savini, S. Joannis, S. Sepulchri, S. Matthæi, S. Maffæi seu Matthæi, S. Jacobi de Madonara* 6. *S. Joannis templum et canonici* 8 f, 9 a, 10 d e. *S. Mariæ de Gariverto*

verto templum 8 e. *Ecclesia major seu cathedralis* 9 a. *S. Olderici capitulum* 9 c d. *S. Antonini capitulum* 9 e f, 10 a d e; *Ansaldus de Cario, præpositus* 10 e; *Guido, præpositus* 10 e, 11 e. *Otto, præpositus S. Brigidæ* 10 a. *Monasterium S. Savini* 10 a. *S. Joannis capitulum partim unitum capitulo cathedrali* 14 a b. *S. Thomæ templum* 18 d. *Monasterium S. Sixti* 12 f. *Hospitium S. Lazari; controversiæ* 13 e f. *Ecclesia S. Mariæ de Pace* 560 b. *S. Mariæ de Bethleem cœmeterium* 18 e. *Consules negotiatiorum et consules communiæ* 10 a. *Anno* 1204 *consules adhuc benigni in clericos aliquot* 6 d. *Eorum et civitatis excommunicatio et interdictum* 6, 7, 8. *Mittunt legatos ad concilium Lateranense anni* 1215 14 f, 15 a b. *Pacem firmant cum Papiensibus, mox ruptam* 16 a b. *Processiones* 6 a. *Episcoporum electionis modi sæculo* XII *et* XIII 9 c d, 10, 11. *Electio S. Fulconis* 11, 12. *Ejusdem synodus* 8 b c. *Scholæ juris et studium generale* 9 b c. *Extremo sæculo* XII *an floruerint studia* 20 a e. *Sæculo* XIII *modus incohandi anni die* 25 *martii* 12 a. *Libræ valor* 5 c, 6 e. *Corpora viginti, eruta ex cœmeteriis Sardiniæ* 820 b. *Vide* Arditio. S. Fulcus. Grimerius.

Placio, fundus in Armorica 910 b

Plebecula, vulgo Pievette. *Locus cessus Placentinis* 16 a

Plectoli monasterium monialium Cisterciensium 13 b

Podium S. Agathæ Senense. *Eremitæ* 724 b

Pola in Istria. *S. Flos episcopus, res antiquæ et novæ* 336 et seqq.

Pomarium in Istria. *S. Flos episcopus* 339 a

Pompania villa. *Vide* Pompeja.

Pompeja in agro Tullensi. *S. Eucharius* 223 f, 229 b c, 232 a

Pons-Maxentii, vulgo Ponnesant, in parochia Saint-Martin-sur-Ouanne 370 c

Ponte a Macereto, vicus prope vetus Maciaretum 731 b

Pontiniacense S. Edmundi cœnobium. *S. Baldus pœnitens* 877 e

Populetum, monasterium in Catalonia. *Controversiæ cum episcopis Vicensibus* 57 a b. *Anno* 1230 *Jacobus I, rex Aragoniæ, ibi versatur* 60 f, 61 a

Porcinensis pagus. *Circumlatio reliquiarum S. Dodonis* 637 b

Portaalbera, parochia territorii Papiensis 18 a b

Portense territorium. *Situs incertus* 597 a

Port-Ia. *Vide* † Ives oppidum.

Postclave, locus haud procul a Como 549 e

Potentia in Regno Neapolitano. *Literarum et scholæ conditio medio sæculo* XVII 116 e f. *Patria B. Bonaventuræ* 116 d. *Inter Minores Conventuales admittitur* 117 b. *Ejus cultus* 113 a b; *reliquiæ* 169 a

Potentia, oppidum in Piceno 117 f, 118 c

Pociacum, vulgo Poiry (Yonne) 366 d

Pratum, territorium in agro Placentino 13 d

Pratensis conventus Eremitarum S. Augustini 724 e

Preamam, vicus diœcesis Tullensis 232 b

Premiano (Parochia de) in diœcesi Barcinonensi 82 b, 90 d

Prætorio (S. Bartholomæi de) ecclesia. *Unitur monasterio S. Ambrosii* 751 f

Primavilla in Armorica. *S. Melanius* 910 b

Promoti suburbanum prope Constantinopolim 175 a, 176 a b

Pronote, Purnode, villa monasterii Stabulensis 712 f

Prosopis in Ægypto 233 f

Prumiense Efliæ monasterium. *SS. Chrysanthus et Daria* 176 b c

Prusa in Bithynia. *SS. Paulus et Timotheus episcopi* 411 e

Psorus, locus prope Romam. *Sepultura S. Anastasiæ* 529 e

Publicani. *Vide* Albigenses.

Puigrodon (Parœcia S. Quintini de) in diœcesi Vicensi 59 b

Pulpiano (S. Donati de) ecclesia. *Monasterio S. Ambrosii unitur* 751 f

Puniacus, locus destructus pagi Icaunensis 365 e

Purpuris (Mansum de) in Catalonia. *S. Bernardus Vicensis* 38 c

Q

Quaccurs (S. Joannis de) ecclesia, saint Jean du Passet, in Arvernia 545 a

Quadra, parochia in Catalonia 76 d

Quarantana, mons Jerichuntem versus 589 e

Quintanum forum in civitate Vicensi 49 d

R

Rabellum. *Vide* Ravellum.

Raedshoven seu Racourt, provincia Leodiensi. *Toparchæ Meldradienses* 870 c

Raidan. *Non fuit locus Homeritidis* 262 f; *sed provincia Habessiniæ* 263 a b, 335 d

Raith-Becain, Atrium Becani, in Hibernia 283 d. *Vide* Rath-Becain.

Raona (Parochia S. Felicis de), diœcesi Barcinonensi 91 e

Ramsei. *Confusum cum Romsey* 920 b

Rathain, nunc Rahen, in Hibernia 882 d

Rath-Becain, nunc Rathbeg, in baronia Clonlisk 274 b, 286 b. *Vide* Raith-Becain.

Rath-mac-Stiallain in Hibernia 179 c

Ratiatum, Rézé, caput pagi Ratiatensis 235 b

Raudelia (Mansum de) in Catalonia. *S. Bernardus Vicensis* 38 c

Ravellum in littore Amalphitano. *Perimezzius episcopus* 148 et seqq. *Monasterium puellare Franciscanum* 149 e, 151 c d, 157 b. *B. Bonaventura Potentinus* 148 et seqq. 162 d, 163 f, 165 f. *Ejus cultus* 113 a b

Ravenna. *Archiepiscopi olim interesse debebant synodo Papiensi* 17 a. *Urbs occupata a Germanis* 502 b. *Capitolium* 516 b. *S. Joannis monasterium canonicorum* 754 f

Reate in Italia. *Reliquiæ S. Hyacinti Sabini, martyris, et SS. Hermetis et Maximi* 796 f

Rebellum. *Vide* Ravellum.

Reda (Rez), olim monasterium, dein vicus, in territorio Meldensi 621 f, 623 a

Redham. *Ecclesia condita a S. Felice, episcopo Anglorum Orientalium* 896 a

Redruth, oppidum Cornubiæ. *S. Uni* 294 e

Reginum. *Vide* Regium.

Regium Lepidi, Reggio di Modena, in Italia. *B. Damianus Finariensis* 102 et seqq. *Conventus FF. Prædicatorum* 103 b. *Monasterium S. Marci canonicorum* 755 d

Relic-Odhrain, sepulcretum S. Odrani, cœmeterium Hiense 343 a e f, 344

Renconniacum,

Renconniacum, vulgo Roncennay 376 b, 377 b
Reno prope Bononiam. *S. Mariæ monasterium* 746 a b. *Calamitatibus oppressum* 747 d; *unitur congregationi canonicorum S. Salvatoris* 747 e f, 748 c
Resbacum, monasterium a S. Audoeno fundatum 602 e, 615 d e, 616 c d
Restania, Resteigne, villa. *Fiscus Stabulensis* 722 d
Reus Campi, parœcia diœcesis Tarraconensis 34 a. *Confirmatio cultus S. Bernardi Vicensis* 30 a. *Reliquiæ ejusdem* 32 e
Revyer, Rivier, Riovier in Cornubia 294 b, 295 f
Rheginna Minor in littore Amalphitano. *B. Bonaventura Potentinus* 149 f, 151 d
Rhenus flumen. *Laus* 538 e
Rhosus, civitas episcopalis in Cilicia 440 e
Rillaer, parochia prope Arschotum 863 f
Rinderenes (Parochia S. Martini de) in diœcesi Gerundensi 90 d
Riniacus, vulgo Reigny 366 a
Risnellensis archidiaconatus in Lotharingia 228 a
Rivopirorum (Feudum de) in Catalonia 89 f
Rivuspullus in Catalonia. *Mauris eripitur a Wilfredo Barcinonensi* 48 f. *Cœnobium* 78 c.
Robora (Rouvres). *Reliquiæ S. Faronis* 607 e f
Roçafa prope Valentiam 66 d
† Rocchi cœnobium puellare Dominicanum 408 b
Roda seu Rota in Catalonia. *Subversa ab Aizone Gotho et Mahumetanis* 48 f
Rodanensis ager sæculo IX pars diœcesis Lugdunensis 678 c
Rohum, Reux-Léau (?). *Mansa monasterii Stabulensis* 720 d
Roismictruiense monasterium, New-Ross, in comitatu Wexfordiensi 273 d e, 284 e, 286 f, 287 a
Roma. *Monasterium S. Petri* 282 c e f. *S. Marcelli conventus Servorum B. M. V.* 400 d, 401 f. *Sacellum vaticanum SS. Simonis et Judæ dissecratum* 446 c f. *S. Laurentii basilica extra muros Romæ* 468. *Titulus S. Anastasiæ* 518 e. *Monasterium canonicorum S. Petri ad Vincula* 755 b. *S. Laurentii in agro Verano monasterium canonicorum* 755 d. *S. Martini in Montibus ecclesia. Vide* Equitii titulus. *Romam peregrinatur S. Abbanus* 282 c. *Romani et Itali clerici centum quinquaginta redeuntem comitantur* 291 b d e
Romanacensis ager, Romenay, sæculo IX pars diœceseos Lugdunensis 678 c
Romanensis ecclesia (Romans). *Recipit canonicos regulares* 838 b
† Romani templum et porta Cpoli. *Ejus encænia* 420 c d
Romersdorff, abbatia Præmonstratensis in diœcesi Trevirensi 434 d, 436 e f
Romese, Romeseye. *Vide* Romsey.
Romsey in Suthamtonia. *SS. Merwinna et Elfleda* 918 et seqq. *Curia regia* 924 d
Ronani regio in comitatu Wexfordiensi 287 e, 290 d
Ros-broc, nunc Tigh-Moling seu S. Mullin's, in comitatu Carloviensi 291 d
Roscurensis ecclesia in Hibernia 273 a
Roseres (Ecclesia de) in diœcesi Tullensi 232 a
Rosglanda, Domnach-mor seu Donaghmor, in Tyronia 883 b d
Ros-glas, nunc Monasterevan, in Hibernia 272 c, 286 f
Ros seu Rois-mic-Trium, nunc New-Ross, 284 e, 286 f, 287 a
Ros-tuirc in Magh-Raighne, in baronia de Kells, in comitatu Kilkenniensi 288 c
Rota in Catalonia. *Sedes episcoporum Ilerdensium* 42 a
Rotoialum, Ruel, juxta Parisios 614 c
Rouz, Reux-Famenne (?). *Mansa monasterii Stabulensis* 720 d
Rothomagum in Normannia. *Rue Cinq-cerfs* 587 a
Rubi (Parochia S. Petri de) in diœcesi Barcinonensi 89 f
Rudis, Reux, villa monasterii Stabulensis 712 f
Rudis Olisna, Rudes-Aleines, villæ monasterii Stabulensis 712 f
† Rufi congregatio canonicorum regularium 36 a, 46 d
Rumesege, Rumsey. *Vide* Romsey.
Rumili hissar seu Europæ castrum ad Bosporum 209 a
Rummæsig. *Vide* Romsey.
Runckelen, parochia provinciæ Limburgensis. *Toparchæ Meldradienses* 871 e
Rupianum, collis in diœcesi Viennensi. *Monasterium S. Mariæ* 841 b
Rupiscoopertæ villa prope Senones. *S. Baldus* 873 e, 875 d
Russi. *S. Thaddæum non habuere apostolum* 410 e f

S

Saba, Sabaitæ, gens Arabiæ Felicis, diversa ab Homeritis 263 d, 328 f, 335 d. *Regina Saba regnavit in Arabia* 321 c d
Sabadell (Prioratus SS. Salvatoris de) in diœcesi Barcinonensi 68 d
† Sabæ laura. *SS. Stephanus Thaumaturgus et Poeta* 672 et seqq. *Monachorum martyrium* 411 f, 673 et seqq.
Saciana, antiquus locus diœceseos Lugdunensis 681 a
Sagard, Sagart (Castrum de) in regno Valentiæ 64 f, 65 c d, 76 c
Saleles juxta Minorissam 69 c
Salhen, Selhen, castrum Homeritidis 263 c. *Vide* Selken.
Salictum in diœcesi Bononiensi. *S. Fulcus* 19 d e
Sallent (Castellum et villa) in regno Aragoniæ 64 f. *Parochia S. Mariæ* 87 e
Salliforis, Salforas, castrum in diœcesi Vicensi 73 f, 75 d
Sallilu, *lege* Salhen 263 b
Salmi comites. *Monasterii Senoniensis advocati* 660 c d
Salona. *Diocletianus* 517 c
Salt (Baronia de) in Hibernia 178 e
† Salvatoris eremus Ilicetana 724 et seqq. 738 b
† Salvii in Brago monasterium, nunc parœcia, vulgo Saint-Saire-en-Braie, in Normannia. *S. Salvius eremita* 586 et seq.
Samalus (Parochia de) in Catalonia 89 d
Samar (Parochia S. Mariæ de) in Catalonia 87 d
Sambreus pagus in Belgio 627 a
Sancti ad Rhenum. *S. Victor martyr* 775 d
Sanctonicum territorium. *Oppidum Saintes* 365 f
Saraceni. *Saraceni de Benifalet concessi Carthusianis* 55 d. *Saraceni de Murviedro* 65 a c. *Saracenis prædicasse dicitur S. Bernardus Vicensis* 100 d. *Saraceni auctores martyrii monachorum*

monachorum lauræ S. Sabæ 674 e. *Vide* Mahumetani.
Sardinia insula. *Occupatur a Vandalis* 59 c. *Eis eripitur* 59 e. *Provinciæ ecclesiasticæ Sardiniensis sæculo V amplitudo* 59 d. *Fit pars Mauritaniæ secundæ* 59 e. *Inde delata Papiam corpora SS. Augustini et Appiani* 815, 816. *Error de inventis sanctorum sepulcris* 820 b
Sarug. *Vide* Batnæ.
Sarzana in Tuscia 799 e et seqq. *Eo transfertur sedes Lunensis ad ecclesiam S. Basilii, deinceps S. Mariæ* 805 b c d e
Sasireio (Ecclesia de) in diœcesi Tullensi 232 a
Savassona (Parochia S. Petri de), diœcesi Vicensi 95 b
† Savini monasterium, pago Pictaviensi. *S. Florentii Oiensis reliquiæ* 175 d
Saxiacensis ager, sæculo IX pars diœceseos Lugdunensis 678 c
Saxonum Antiquorum regio 892 f
Scabiæ, Siéges, in diœcesi Senonensi 874 b
Scala in littore Amalphitano 151 d. *B. Bonaventura Potentinus* 113 a b, 149 f. *Monasterium S. Cataldi* 157 a
Scala (S. Mariæ de) hospitalis domus Senensis. *Domus Chisia* 730 a
Scala Dei (Carthusia de). *Concessi Saraceni propter conversos Valdenses* 55 d
Schelfheide, viculus parochiæ Gorssum in Brabantia 871 c
† Schio monasterium 647 b, 650 b, 652 c. *Cælitus protectum* 651 a b
Schiomgwimense. *Vide* † Schio monasterium.
Scopella, villa in pago Cabillonensi 685 d
Scotia. *Patria non fuit S. Fulci, episcopi Papiensis* 3 c f, 4, 19 f, 20 a. *Scoti natione an fuerint SS. Eucharius et Eliphius* 224 c. *Scoti unde dicti Hiberni* 276 b. *Eis multum favebat S. Faro* 612 f. *Ordinabantur multi episcopi sine titulo* 690 b. *Ex Scotia eliminant Angli sanctos Scotos* 905 a
Scropulæ, vicus diœcesis Tullensis 232 b
Scudingis, villa ecclesiæ Lugdunensis. *Eam restituit Lotharius imperator* 681 a
Scythæ, qui et Gothi. *Cappadociam populantur* 502 d
Scythopolis in Palæstina. *S. Eusebius Vercellensis et socii exsules* 579 c d
Seanbotha, nunc Templeshanbo in Ui Ceinsealaigh, in comitatu Wexfordiensi 290 b, 292 a 293 a. *S. Colmanus* 382 a c, 383 d, 882 f, 883 a. *S. Maidocus episcopus Fernensis* 383 d
Seanbhothach, Seanboth-ard, Senbotha-Fola, Senboth-Shine, Senboithe-Sine, Seanvoithard. *Vide* Seanbotha.
Segodunum seu Ruteni, vulgo Rhodez 369 b
Segur, locus in Catalonia 57 c, 58 c
Seham, nunc Soham. *An aula regia regum Orientalium Anglorum* 894 e, 895 e, 896 a
Seida, Seda, Sida, Seta, fluvius in Africa, hodie Setit 337 d
Selken, forsan tractus Habessiniæ; secundum quosdam auctores urbs Zeila 263 a et seqq. 335 d
Semalus (Parochia de) in Catalonia 88 c
† Senan seu Sennen vicus in Cornubia. *S. Sininus* 295 b
Senboth. *Vide* Seanbotha.
Senæ in Thuscia. *S. Martini conventus Eremitarum S. Augustini* 724 e. *B. Joannes Chisius* 724 f. *Lætitia de Alexandri VII electione* 726 c. *Nobiles triginta militant Frederico II imperatori, Parmam obsidenti* 730 c. *Duo conventus viriles Eremitarum S. Augustini* 731 d e. *Societas Jesu et Scholæ Piæ* 731 e. *S. Martini templum et conventus* 731 e. *In conventu S. Augustini decem annos versatur B. Joannes Chisius* 732 e. *Eo redit moriturus* 733 e. *B. Stephanus Agazzari* 736 f, 737 c
Senoniensis abbatia in Lotharingia 224 a. *Ejus fata* 658 c d e; *ex imperiali fit episcopalis* 658 e. *Abbates B. Angelramnus et Nargaudus* 658 c, 659 b
Senones. *S. Leonis basilica dicata a S. Desiderio Autissiodorensi* 368 f. *Civitas in Burgundia recensita* 377 c. *Senonensis provincia partita inter regna Austrasiæ et Burgundiæ* 593 f, 594 a. *S. Baldus* 872 et seqq. *Monasterium S. Remigii* 874 a b c, 875 b; *item S. Mauritii et S. Petri* 875 b. *Carmelitæ Discalceatæ et S. Baldi reliquiæ* 875 f, 876 c. *Templum S. Columbæ et S. Baldi reliquiæ* 876 e. *Civitatum caput* 879 e, 880 d
Sent-Fort, parochia in Catalonia 89 c
Septima, vicus prope Placentiam 4 b
Septimania. *Usque ad primos sæculi* VIII *annos Visigothis subjecta* 354 b
Septimum prope Florentiam, monasterium Cisterciense 750 c
Septimum (Septème), locus inter Viennam et monasterium S. Theodori 843 c
Serarium (Ferarium ?), Forières (?), villa monasterii Stabulensis 712 f
Serdanola, mons diœcesis Barcinonensis. *Prima sedes abbatiæ SS. Crucum* 39 d e
Sergiana. *Vide* Sarzana.
Serudj. *Vide* Batnæ.
Serum seu Sinensium regio. *Commercandi ratio* 463 c d
Sessiacus, vulgo Sacy (Yonne) 366 b c
Seta, Setit. *Vide* Seida.
Setelis, Setelisona. *Vide* Celsona.
Seva (Parochia de) in Catalonia 86 c
Sevekesham, nunc Abingdonium 275 b
Seyn, abbatia Ord. Præmonstratensis in diœcesi Trevirensi 428 f. *Accipit brachium S. Simonis apostoli* 429 e f, 431 f, 433 f; privilegia 432 d f, 433 a
Sharnborne in Estanglia. *An ibi templum excitarit S. Sigebertus, rex Anglorum Orientalium* 903 a
Siavolus, locus in pago Suggentino 665 a
Sjawa seu Sjowa, regio Æthiopiæ 388 f, 390 a
Sidmontone in Suthamtonia 918 a e
Sigma, porticus Cpoli 915 a, 917 e
Silee, forsan tractus urbis Zeila. *Vide* Selken.
Silva lacus, nunc Lecceto. *Vide* Ilicetum.
Silvanectum in Galliis. *V. Catharina monialis* 180 b. *S. Laudoveva* 907 et seqq. *Basilica S. Frambaldi* 907 c. *S. Reguli capitulum* 912 b
† Silvestri titulus. *Vide* Equitii titulus.
Sinciacus, fiscus Stabulensis 721 b
Sinennus, nunc Shannon, Hiberniæ flumen 174 d, 344 e
Sinenses. *Vide* Seres.
Sjowa. *Vide* Sjawa.
Sirmium urbs 503 a. *Pontifex Capitolinus* 516 b.
Sitifensis Mauritania 800 e f
Siviriacus, vulgo Chevry-en-Seraine (Yonne) 365 e

Siur,

Siur, flumen Hiberniæ 283 b
Slane seu Slaney, flumen prope Wexfordiam 281 e, 282 e
Slavi. *Elementa literarum a SS. Methodio et Cyrillo accipiunt* 440 f
Sleswic, oppidum capitale Anglorum 893 a
Smyrna. *Ibi quieverunt S. Thraseas, episcopus Eumeniæ, et S. Bucolus, episcopus Smyrnensis* 184 c d
Snamhluthir, Snalore, Slanore in regione Carbre in Lagenia 883 c
Solabrensis ager, sæculo IX pars diæceseos Lugdunensis 678 c
Solania, Solanne, villa monasterii Stabulensis 712 f
Solecisium seu Solimariaca, vulgo Soulosse, in pago Sanctensi. *S. Eucharius* 224 b
Solemniacense monasterium. *S. Remaclus* 711 a
Solimaricensis pagus in Lotharingia 228 b
Solsona. *Vide* Celsona.
Somaules, populus Africæ 298 d, 319 c
Sontiates, populus Aquitaniæ 49 a
† Sophiæ castellum Amalphiæ 118 d
† Sophiæ templum Cpoli. *Magnificentissime a a Justiniano ornatum, partem expensarum conferente Abramio* 761 d e, 769 a b
Sosthenium. *Vide* † Michaelis.
Southamptonia in Anglia. *Bis vastata a Danis* 920 c d
Spinaldum, Epinal, in Lotharingia 232 d
Spirensis S. Sepulcri ecclesia. *Adjuvatur indulgentiis* 908 e
† Spiritus in diœcesi Ferrariensi Monasterium canonicorum 755 d
Stabulaus in Belgio. *SS. Sigolinus, Godwinus, Anglinus, Albericus et Odilo, abbates Stabulenses* 706 et seqq. *Catalogus sanctorum Stabulensium* 706 f. *Ibi exsulat S. Lambertus* 708 f, 709. *Ejus villæ* 712 f. *Sæculo* VIII *adulto vigebat illic adhuc Regula S. Columbani et monachi habebant proprium* 714 d e. *Abbates sæculares* 715 et seqq. *Quanta illic ante vigeret sanctitas* 715 f, 716 a. *Post reformatur a S. Odilone* 716 d. *Annalium quomodo exemplaria uno anno differant* 717 a d. *Duo aliquando simul abbates* 719 b
Stagno (B. Mariæ de), Estany seu Estanque, monasterium canonicorum diœcesis Vicensis 57 d e f, 68 c d, 76 e. *Parochia* 86 e
Stanhengest in Anglia 275 a
Steenockerzeele, parochia in Belgio. *S. Rumoldus* 175 b
Stenum seu Bosphorus 914 f
Stilonus, locus in pago Vongensi 665 a
Stivagiense monasterium in Lotharingia 226 a
Stormaria, Saxonum Antiquorum regio 892 f
Strabiacensis ager, sæculo IX pars diœceseos Lugdunensis 678 c
Strarivus, villa in agro Placentino 13 b c
Strata, villa monasterii Lobiensis 631 c
Streaneshalch, monasterium duplex Angliæ 896 d
Strigonium in Hungaria. *B. Gallus Minorita* 418 a b
Suanir seu Suanis oppidum Persidis. *Habuisse dicitur sepulcrum S. Simonis* 427 d e
Sublacensis in Italia abbatia. *Oculi imaginis Deiparæ moti* 22 e
Suessiones. *S. Marcus episcopus* 415 c d. *Monasterium B. Mariæ V.* 639 c
Sughera (Comitatus della). *Ditio Chisiorum* 729 a
Suighe Lagen seu Laighean, in comitatu Wexfordiensi 292 a, 383 d
Sulfarinum, Solferino, oppidum Italiæ 566 d
Sulmo in Pelignis in Regno Neapolitano. *B. Antonius Rubeus* 755 et seqq. *B. Philippus Aquilanus* 756 a
Sulsona, Sulsuna. *Vide* Celsona.
Summulacus, vicus in summo Lario situs 553 b
Surrentum. *S. Euphemiæ conventus* 125 e. *B. Bonaventura* 130 c
Susatum (Soest). *Miraculum S. Simonis Apostoli* 430 e, 433 b
Suthamptonia. *Vide* Southamptonia.
Suva, villa in Belgio 721 c
Syburg seu Sigeberg abbatia Ord. S. Benedicti. *Ab Annone, archiepiscopo Coloniensi, fundatur* 431 a, 433 b c
Sydemantone, Sydmantone. *Vide* Sidmantone.
Sylvula prope Comum. *S. Felicis sepultura et S. Carpophori ecclesia* 565 b c
Synnada urbs. *Synodus in quæstione de baptismo* 472 e
Syria. *Anno* 650 *Arabibus acquisita* 648 f

T

Tabennæ in Ægypto. *SS. Pachomius, Theodorus et Abrahamus* 233 e. *Regula* 588 d
Taii, Arabes christiani in Mesopotamia 928 f, 929 a
Taka, provincia Habessiniæ 263 f
Takazze seu Bahr-el-Aswad (flumen nigrum) 335 e f, 336 f
Talamanca, parochia Cataloniæ 93 d
Talaveyra, olim Ebora Carpetana 194 c
Talmeneth in Cornubia. *S. Breaca* 294 b, 296 a b
Talniniacus, vulgo Theni sy 365 c
Talonensis villa, vulgo Le Talon (Yonne) 367 e
Tamlachta, monasterium in Hibernia. *SS. Maelruain et Airennan* 179 a b
Tamlacta Umhuil *et* Tamlacht Menainn juxta lacum Bricrenn 414 a b c d
Tamallen, urbs Africæ Byzacenæ 800 f et seq.
Tamulluma in Africa Byzacena 799 f. Altera in Mauritania Sitifensi 800 f et seq.
Tanton, villa monasterii Stabulensis 720 f
Tapharum, urbs Homeritidis. *Ejus arx non fuit Raidan* 262 f; *ab Elesbaa expugnata* 321 a et seqq. *Templum* 321 f
Taradello (Parochia de) in Catalonia 86 c f
Tarraco. *Concilium provinciale anni* 1602 28 d. *Bona ecclesiæ confirmata* 34 b. *An ibi canonicus et vicarius generalis fuerit S. Bernardus Vicensis* 35 a b f, 36 a. *Ineunte sæculo* XIII *erant illic canonici regulares* 36 a b c d. *S. Theclæ ecclesia cathedralis* 36 a. *Loco triginta canonicorum conceditur ut sint viginti tantum* 41 e f. *Pars archiepiscoporum in confirmandis episcopis Vicensibus* 43 f. *Destruitur a Mahumetanis* 48 d e. *Conditio civilis sæculo* XII *et* XIII 36 d. *Conventus anni* 1239 *celeberrimus* 50 b c
Tarsus in Cilicia. *Obitus S. Firmiliani* 505 b, 508 b
Tarvisium. *S. Mariæ Majoris monasterium canonicorum* 755 a
Tavrasa (Parochia S. Petri de), diœcesi Barcinonensi 92 e
Tauro (Templum S. Joannis de) Ravelli 158 f, 159 f
Teagh-Domain. *S. Domanus* 272 c
Teagh-Sinche, nunc Taugshinny, in comitatu Longfordiensi 290 e

Teampull beag *et* Teampull mor mhic Duach in insula Arran Maxima 891 f
† Teath parœcia in Cornubia. *S. Etha* 295 d
Tech Ererain, nunc Tyfernàn, in Midia. *S. Odranus* 343 a b
Tecta, fiscus Stabulensis 721 b
Templutensis pagus 626 a
Terdonck. *Vide* Odenca.
Terek, fluvius, prope Caspium mare 650 b
Tergestina diœcesis. *Extenditur* 338 b
Termon-Maguirk seu Cuiminig. *S. Cuimne* 273 c
Tethfordiensis diœcesis. *Ejus fata* 895 a
Terlonium. *Vide* Treluinum.
Terracina. *Vide* Auxur.
Terrasiola (Parochia de) in Catalonia 88 f
Testus, rivus Suthamtoniæ 918 a e
Tetrastylum Constantinopoli 760 d
Thadmora urbs, dein Palmyra dicta 440 c
Thasus insula. *Corpora SS. Marci, Soterichi, Valentinæ* 222 c d e f
Thebæ in Ægypto, Thebais regio. *Sæculo* v *partim suum splendorem amiserat* 588 d. *S. Joannis Chuzebitæ patria* ibid. *Regula S. Pachomii* ibid.
Theman, oppidum in Idumæa 440 c
Thenæ, oppidum Brabantiæ. *Cultus S. Ermelindis* 852 e
† Theodori monasterium (Saint-Chef) 835 a. *Monachis paulatim deflectentibus, monasterium transit in jus archiepiscoporum Viennensium* 839 a b c; *mutatur in collegium sæculare canonicorum* 839 c. *Surrepta a Calvinistis omnis supellex* 839 d. *Viennam transfertur* 839 e f. *Unitur ecclesiæ S. Petri Viennensi* 839 f
Thessalonica. *SS. Nestor et Demetrius* 220 c d e f. *Aurea porta* 220 e
Theveste in Numidia. *S. Maximilianus martyr* 534 f
Thila, oppidum Geldriæ. *S. Florentius* 178 c
Thil-Chateau. *Vide* Tilæcastrum.
Thyne, parochia Brabantina 871 e
Tiamo. *Locus in Axumitanis inscriptionibus memoratus* 262 a, 263 a, 264 b. *Vide* Tziamo.
Ticinum. *Conventus Eremitarum S. Augustini; B. Joannes Chisius* 724 f, 731 f, 732 a, 733 c. *S. Petri templum in Cæloaureo transit ad Eremitas S. Augustini* 731 f, 733 c. *Vide* Papia.
Ticuntha. *Locus ignotus* 465 a
Tifernum in Italia. *Imago B. Joannæ Soderiniæ* 400 d, 401 f
Tiffernan in Lagenia. *S. Airennan* 179 a
Tigernum in Arvernia, olim Thiern, nunc Thiers. *S. Genesius Neophytus* 543 et seqq. *Reliquiæ et basilica S. Symphoriani M.* 543 c e. *Patria et prioratus S. Stephani Grandimontensis.* 543 f
Tigh Airennain, in Midia. *S. Airennan* 179 a b
Tigh-na-Manach. *S. Caelanus* 777 c d
Tila seu Tilla fluvius in Burgundia 186 c
Tilæcastrum seu Tillæcastrum, vulgo Tille-Chateau, in Burgundia. *SS. Florentius et Vandaletus, martyres; prioratus et reliqua* 185 et seqq.
Tilieto (abbatia de). *Gerardus Sessius abbas* 7 c d
Tipasa in Mauritania. *Complures martyres, lingua abscissa, expedite loquuntur* 916 e. *Idem contingit Cpoli* 915 b
Tiricastrum, Tiricastel. *Vide* Tilæcastrum.
Tobarmacduach seu fons S. Colmani mac Duach 890 c
Tobar Odhrain, fons insulæ Hiæ. *S. Odranus monachus* 344 d
Tohogne non procul ab Hojo 707 d
Tolosa in Occitania. *Ejus studium generale* 34 e. *Schola sæculo* IV 235 b. *Gloriatur corporibus SS. Apostolorum Simonis et Judæ* 448 b c d
Tombes, vicus in pago Pompeja. *Sepulcra sociorum S. Eucharii* 229 f, 230 a
Tongræ, nunc Tongres-Notre-Dame et Tongres-Saint-Martin, in hodierna diœcesi Tornacensi. *Reliquiæ S. Dodonis* 637 c, 638 c
Tonoukii aut Tonoukhitæ, arabes christiani 929 a
Top capoussi (porte du canon) Cpoli 420 d
Torelo, Torrello, locus diœcesis Vicensis 48 c. *Ecclesia* 71 a
Tornodorensis pagus, vulgo Tonnerre (Yonne) 365 d
Tornonis castrum (Tournus), ditio ecclesiæ Lugdunensis 682 e, 684 c d
Torrodella (castrum de). *Ubi situm* 78 b
Tou'ii, Arabes Christiani 928 f, 992 a
Tovin, urbs Armeniæ. *A Mahumetanis expugnatur* 649 a f
Τουκαεου *errore lectum a Saltio pro* τοῦ Κασοῦ 263 e
Tovos, castrum in diœcesi Vicensi 40 c
Tous (Castellum de), in comitatu Minorissensi 71 a
Transpadana loca. *A Tuscis, dein a gallis occupata* 566 a
Transrhenensis civitas seu Monasterium 721 b f
Trecæ. *Episcopi jura in archidiaconatu Blesiensi* 227 d e f. *Reliquiæ SS. Bernardi et Malachiæ* 446 c d
Treluinum, oppidum diœcesis Cameracensis. *S. Dodonis reliquiæ, incendium* 631 e f, 632 a. *Fania* 626 a
Trenewith in Cornubia. *S. Breaca* 294 b, 296 a b
Treviri. *SS. Chrysanthus et Daria* 176 b c. *SS. Eucharius, Valerius et Maternus episcopi* 226 b c d f. *S. Mathiæ monachi* 227 a
Trevistina seu Tergestina regio pro Istria 342 d
Tricastel, Trichastel, etc. *Vide* Tilæcastrum.
Trindi (Campus). *Vide* Magh-Cé.
† Trudonis monasterium et municipium. *Primo Metensibus, dein Leodiensibus episcopis subjectum* 661 a; *ejus abbates* 661 b
Trulls (Parochia S. Michaelis de), diœcesi Urgellensi 92 c
Tuamonia, Thomond, in Momonia, olim in Connacia 886 b, 891 a
Tuatha-Muidhe. *Vide* Hua-Muighe.
Tulagh-mhin, nunc Tullaghmaine seu Tullamaine in comitatu Tipperariensi 285 e
Tullum in Lotharingia. *Scriptores de rebus ejus ecclesiasticis* 225 f. *Antiqua conditio* 226 b c d. *Archidiaconatus diœcesis* 228 a. *Scholæ* 228 c. *S. Mansueti abbatia et S. Donatus seu Dodo* 231 a b
Tumbiæ, fiscus Stabulensis 721 b
Tungræ. *Vide* Tongræ.
Turilio, feudum episcopi Vicensis 70 b
Turones. *Episcopo subduntur ecclesiæ Armoricæ* 690 b c. *S. Martini monasterium* 691 b
Turretamallumensis, seu Turretamuliis civitas Africæ 800 f et seq.
Turricula. *Vide* Torrodella.
Turriculus, locus ad Larium. *S. Fidelis capite plexus* 566 f
Tuscia annonaria. *Situs* 802 c d
Tyfernam seu Tyfernan in Lagenia. *S. Airennan* 179 a

Tyle (Castrum) in Hispania 185 f, 186 a
Tylecastrum. *Vide* Tilæcastrum.
Tyrus. *Ante Justinianum ad patriarchatum Antiochenum pertinebat* 790 a. *Martyres perperam a martyrologis annuntiati* 797
Tzaion, tractus Tzama, ad occidentem Axumis 336 e

U V W

Vaga in Numidia. *SS. Mammarius et socii martyres* 780 d
Valbona (Monasterium de) 65 c d
Valdenses. *Sæculo* XIII *complures in diœcesi Ilerdensi* 42 b
Valentia in Hispania. *Calix, quo Christus Dominus usus fuisse dicitur in ultima Cœna* 27 f. *Templarii* 67 a. *Recuperatur oppidum a Christianis* 63 et seqq. *Expugnationi interest S. Bernardus Vicensis* 74 a, 75 d, 76 d. *Concilia* 687 et seq.
Valeria, monasterium Cisterciense S. Gabrielis in agro Placentino 13 a b
Vallealta (Parochia S. Assiscli de) in Catalonia 82 a, 89 a
Vallis prope Cimacum. *Patria S. Dodonis* 627 f, 628 b, 634 f
Vallis, vulgo Vaux (Yonne) 366 d
Vallis aspra, nunc Valle, seu Valle sopra Follonica. *Conventus Eremitarum S. Augustini* 724 e, 731 c. *B. Joannes Chisius* 728 f, 732 b c. *Angela beata dicta* 731 a
Vallis Colorum, pagus in Lotharingia 228 b
Vallis de Onella, parthenon Cisterciensis 43 b
Vallisdigna, abbatia Cisterciensis in regno Valentiæ 40 e
Vallislaurea, monasterium Cisterciense in diœcesi Barcinonensi 39 d f, 40 a
Vallisneriacensis ager, sæculo IX pars diœceseos Lugdunensis 678 c
Vallium pagus in Lotharingia 228 b.
Ua m-Biudhe. *Vide* Hua-Muighe.
Vandali in Africa 799 et seqq. *Vandalus gladiator Thessalonicæ* 220 c. *Frustra, protegente S. Euchario, adoriuntur Liberdunum* 231 a
Vara fluvius, confluens cum Magra 805 f
Vara in diœcesi Argentoratensi 181 b
Varciacus, forte Varzy seu Vassy (Yonne) 373 c
Vastigia, locus Hispaniæ incognitus juxta Abulam 206 c d
Velitræ. *Hugo de Comitibus episcopus* 16 c
Vemena, Wamme (?), rivus 713 d
Vendosa, vulgo Venouse 376 b, 377 b
Venetiæ, regio sæculo IV 580 d. *Pristini fines* 817 b
Venetiæ, civitas. *S. Antonii monasterium canonicorum* 755 a c
Verbanus lacus (Maggiore) 558 d, 565 f
Vercellæ in Italia. *SS. Eusebius, Limenius et Honoratus, episcopi* 577 et seqq. *Ædes Vestæ, ecclesia S. Theonesti, dein S. Eusebii* 577 b. *Ritus Vercellensis* 578 d e. *Scholæ Vercellensis laus* 579 a b, 580 f. *Turbæ post mortem S. Eusebii* 580 b c d. *Lotharius episcopus* 7 c d. *Episcoporum historici* 582 a d. *S. Eusebii monasterium constructum a Theodorio* 834 a, 840 a. *Vercellenses institutiones monasticæ in Galliis* 895 f
Vercellio, antiquus locus diœceseos Lugdunensis 681 a
Verdu (Parœcia de) in Catalonia. *Jus patronatus* 57 a b
Vernio (Vernie), villa diœcesis Viennensis 838 d
Verona. *Fœdus initur cum Papiensibus* 15 b. *S. Gualfardus* 174 e. *Reliquiæ S. Fidelis* 560 b
Vesuvius mons. *Ejus ignibus perditum littus Amalphitanum* 154 b
Viana in Gallæcia. *SS. Maximilianus et Valentinus a fabulatoribus adscripti* 775 e
Ui-Ceinnsealaigh, Hy-Kenselagh, *gens in comitatu Wexfordiensi et vicinis* 273 d, 284 d, 291 b, 382 c
Vicojuli. *Vide* Aturræ.
Vicus in Catalonia. *Distinctus ab Ausona* 72 d e. *Ritualia, Missale, Breviarium* 23 b c. *Flos sanctorum* 25 b c. *Canonici, Regulam Aquisgranensem secuti, partim proprietarii sunt* 46 c d. *Canonicorum numerus* 75 d. *Pristinus modus eligendi episcopos* 43 e f. *Episcopi sæculo* XIII *adhuc dicti Ausonenses* 58 f. *Diœcesis feuda* 69, 70. *Episcopalis monetæ origo et valor* 44 c d, 45 c. *Ecclesia S. Mariæ rotunda* 69 d, 70 e, 81 e, 87 a
Vicus Eliberri. *Vide* Eliberis.
Vicus Nautarum, locus ad Larium 566 f et seq.
Vicus Urgellensis. *Vide* Urgellæ.
Vidrera (Parochia S. Mariæ de), Barcinonensi diœcesi 92 a
Vienna, civitas Galliarum 840 f. *S. Laurentii basilica nunc incognita* 843
Ui Faelain in comitatu Kildariensi in Hibernia 178 e
Ui Garrchon seu Hy Garrchon in comitatu Wickloviensi et Wexfordiensi 778 a
Viglebanum, vulgo Vigevano, in Pedemontio. *B. Damianus Finariensis* 103 d, 104 f, 105. *Templum S. Petri* 104 f, 105 d. *Parochia S. Christophori* 105 d
Vilademany seu Villa de Mayn, feudum episcopi Vicensis 69 d, 70 c
Villaalta, locus Cataloniæ 57 c, 58 c
Villacomitis, Villecomte, in Burgundia 186 c
Villanova (Parochia S. Mariæ de) Vilanova de Sau, in diœcesi Vicensi 82 d, 87 d, 94 d
Villanova (Parochia S. Stephani de), Vilanova de la Roca, in Catalonia 88 c
Villanova de Runtornes (de Montornes?), parochia diœcesis Barcinonensis 91 b c
Villa-Nova-Archiepiscopi in diœcesi Senonensi. *S. Baldus pœnitens* 877 e
Villapatricia, Villeport (Yonne) 365 f
Villariense monasterium in Belgio. *Egbertus pistor* 417 a
Villare, antiquus locus diœceseos Lugdunensis 681 a. *In comitatu Cavellonensi* 685 b
Villasicca, parœcia diœcesis Tarraconensis. *Cultus et patria S. Bernardi Calvonii* 32 d e, 33 f, 34 a b
Villiacum, Villey, in Burgundia 186 c
Villicuis Crepti. *Olim villula diœceseos Lugdunensis* 683 d
Ui Meith Mara, et Ui Meith Macha seu Ui Meith Tira 290 f, 291 a
Virdunum. *S. Odilo archidiaconus* 716 b c d. *Leutfredus archidiaconus* 716 e. *Ewenardus præpositus* 716 e. *Sarovardus cancellarius* 716 d. *Primicerii dignitas* 716 e f. *Incendium civitatis et vastatio ab Hungaris* 716 e f
Viriliacus, vulgo Villry (Yonne) 370 b
Ullastrell (Parochia de), Barcinonensi diœcesi 93 c
Ulmus. *Locus cessus Placentinis* 16 a
Ultorum gens. *S. Ibarus* 278 e
Ulyssiponense

Ulyssiponense S. J. Tirocinium 146
Unalia. *Vide* Walia.
Volturena regio 565 d
Vomere (Vicus del) prope Neapolim. *B. Bonaventura Potentinus* 146 c d e f
Vrastrells (Parochia S. Michaelis de), Barcinonensi diœcesi 91 f
Urbinum. *Monasterium S. Agathæ canonicorum* 755 b
Urbnissium, urbs episcopalis Georgiæ. *S. Neophytus* 647 b, 652 c d
Urbsvetus. *S. Joannis Baptistæ monasterium canonicorum* 755 d
Urgellæ, oppidum Cataloniæ 49 a
† Ursmari abbatiola. *Datur Ratherio Veronensi* 631 d
Utica, civitas episcopalis Africæ proconsularis 583 f
Utinum in Italia. *Archiepiscopatus erectio* 338 b
Wabrinsis pagus (La Voivre) 663 f
Wadlinum, Wadolinum, Wellin, villa monasterii Stabulensis 712 b, 713 d
Wagria, Saxonum Antiquorum regio 892 f
Walia, Vaux, villa monasterii Stabulensis 713 a
Wallia in Britannia. *Abundat sanctis patronis* 293 c
Wandeliacus, Wanlin (?), villa monasterii Stabulensis 714 e
Warangesi Villa. *Monasterio Gorziensi dat eam B. Angelramnus* 662 c, 663 c
Warsipium, villa monasterii Stabulensis 712 f
Wasidium, villa regia 712 e
Wasiticum, fiscus Stabulensis 721 b
Waslare, Waslaus. *Vide* Waslerum.
Waslerum in diœcesi Cameracensi. *S. Dodo* 626 et seqq. *Cœnobium* 630, 635 c, 636 a
Waterfordia in Hibernia. *S. Otteranus* 174 b c d
Wellen, parochia provinciæ Limburgensis 870 f
Wembria, La Wimbe, rivus prope Hojum 720 f
Wermeburgum in Saxonia 181 a
Weslich, villa diœcesis Coloniensis 429 a, 432 a
Westphalia. *Reliquiæ S. Simonis Apostoli* 430 d
Wilhies, villa non procul a Cimaco 629 e
Wilre, parochia provinciæ Limburgensis 871 a
Wintonia in Anglia. *Elfleda et Ethelhilda, filiæ Eduardi I et virgines* 920 f, 924 d
Wiria, fiscus Stabulensis 721 b
Wirk, armeniace, Georgiani 651 e
Vurlencuria. *Vide* Bullencuria.
Uzala, civitas Africæ proconsularis. *Sanguis S. Stephani* 483 f

X

Xanten. *Vide* Sancti ad Rhenum.
Xuchar, castrum regis Aragoniæ 66 d

Y

Ydonea, Ycauna, Yonne, Galliarum flumen 880 b
Yemana, provincia Arabiæ Felicis 321 b

Z

Zacconis locus in agro Papiensi 18 b c
Zeila, urbs et portus Æthiopiæ 263 b

INDEX ONOMASTICUS

A

Abbalotare, *suffragiis permittere* 822 f
Abinceps, *deinceps* 60 b
Absconsa, *lucerna* 924 b
Abtom, *jejunium quoddam judæorum Æthiopiæ* 303 e
Adorare, *orare* 249 f
Affrontatio, *terminus* 58 a
Agazyan, *incolæ regionis Agazi, Æthiopes* 262 f
Agitare, *portare* 82 c, 89 b
Airchinnech *seu* Airchennach, *vicarius in temporalibus seu supremus præfectus territorii ecclesiastici et familiæ inhabitantis* 777 a, 886 d, 888 c d
Akalemsis, *Apocalypsis (nomen viri inter Æthiopes)* 314 f
Albaranus, *computus* 76 e
Albatus, *neophytus* 546 c
Albis (in) positus, *neophytus* 544 a, 546 c
Alcheria, *villa* 65 a d, 76 e
Alcuba, *armaria quibus lecti clauduntur* 76 b, 78 a
Aldio, *libertus, cui incumbunt opera agraria* 714 e
Almuserium, Almutium, *aumusse* 75 f, 77 c
Ambaxator, *legatus* 14 f
Amplustra, *navis ornamenta* 94 a, 96 a
Anchæ, *coxendices, hanches* 89 a
Anfractus aquæ, *rivus a flumine deductus* 232 a
Anhela, *halitus* 283 e
Antianus, *senator, anziano* 822 e
Antiquatus, *antiquus* 24 c
Apocrisiarii, *responsales negotiorum ecclesiasticorum* 655 d
Apoctatitæ. *Vide* Encratitæ.
Apparitionis festum, *Epiphania* 69 c, 70 e
Aradria, *aratra* 76 b, 78 a
Aragawi, *æthiopice, senex* 330 b
Aragonenses, *Valdensium imitatores* 53 b
Archenachus. *Vide* Airchinnech.
Arezamenta, *instrumenta, vasa, supellex* 75 f
Arramittere, *provocare* 90 a, 95 f
Arwe, *æthiopice, serpens* 329 f
Ascellæ, *minores absides (?)* 255 a f
Askima, *æthiopice, pro* σχημα 333 f
Asta, *hasta* 92 a b
Asts ferri, *verua, broches* 76 a, 77 d
Ataud, *arca, vas ligneum* 76 a, 77 e
Atzbah. *Vide* Elesbaas.
Attrahere, *portare* 82 c, 89 b f
Attrahere se, *ire* 88 f
Aventuria, Aventura, *stellatura, casuel* 72 b, 75 b
Averare, *vere dicere* 35 d
Augustalis, *præfectus Ægypti* 300 a b c
Austores, *accipitres* 76 a, 77 f

Authenticum concilium, *concilium legitimum* 53 c
Axades, *pastina, houes* 76 b, 78 a
Ayguamici, *hydropisis species* 94 e

B

Bajulus, *minister justitiæ vicarius* 34 b, 36 b
Banchs, *scamna, bancs* 76 a, 77 f
Bascoli, *Valdensium imitatores* 53 b
Basilica, *ædes suburbana* 256 d
Ba-Tzalota-Michael, *æthiopice, oratione S. Michaelis obtentus (nomen viri)* 390 d
Beita, *æthiopice, domus* 327 a, 329 b
Bema, *pars templi Christiani* 769 e
Benedictio, *eulogia* 590 c
Beneficiarium munus, jus *etc., precarium seu ad arbitrium* 715 d, 719 b
Bese-Halen, *æthiopice, homo ex Halen* 314 b c, 336 b c, 363 a b
Bese-Sarq, *æthiopice, homo ex Oriente* 269 c, 336 c
Bladum, *frumentum* 45 b
Boni homines, *Albigenses hæretici* 50 e
Bota, *dolia lignea* 76 a, 77 e
Bottæ, *alias* Botæ, *ocreæ, bottes* 397 d
Brabantiones, *Valdensium imitatores* 53 b
Braga, *bracca* 71 b
Bragum, *vox celtica, fons, rivus, lutum* 586 c
Broidum, *atrium (?) préau (?)* 10 a
Broilum, *locus desertus* 613 a, 614 b

C

Caciæ, *pultarii, poêlons* 76 a, 77 d
Caficium, *mensura Ilerdensis, continens* 213 *litra* 45 a
Cail, Caol, Coel, Caelanus, Cuilan, Cailten, *hibernice, macilentus* 777 d
Calandria, *alauda calandra* 42 c
Camba, *brassiatorum officina* 720 f
Cambra, camera, *modus agri* 720 d
Camera, *fornix* 255 a f
Camera, *supellex cubiculi* 38 c
Canon, *integrum poema seu series tropariorum* 673 e
Canonia, *beneficium canonicale* 67 e
Capa manicata, *toga manicis instructa, capote* 67 e
Capciale, *transversum lecti cervical, traversin* 75 f, 77 c
Capsus, *navis templi, septum quodcumque* 255 a f
Captio, *captivitas* 87 f
Caput focarium, *fulcimentum ligni in camino, chenet* 76 a, 77 d
Casati, *servi de potestate* 360 d
Castelletum, *parvum castellum* 69 c
Cathedra S. Columbæ, *officium abbatiale Hiæ* 624 f
Cavillari, *diligenter cavere* 534 d
Cautum, *facultas* 19 a
Cella, *justum monasterium* 833 f, 834 a, 840 f
Cendadalum, *pannus laneus, camelot* 67 d
Cep, *compedes* 87 f, 95 e
Cercellæ, *querquedulæ, crenæ* 382 e f
Certiorare, *certum facere* 79 b
Chartula, *diploma fundationis* 544 f
Chrismare, *confirmare* 82 a, 89 a
Chyrografarius, *chirographus* 38 d
Cibaria, *avena* 45 a
Ciborium, *tegimen seu umbraculum altaris* 374 a
Ciconia, *trochlearium patibulum, estrapade* 49 e
Cidere, *incidere* 88 d
Cimelia, *vasa sacra* 6 b
Cireres, *prunellæ* (?) 91 a
Civita, *præstatio frugum* 73 a, 75 e
Civitas, *constitutio populi* 851 a
Civitas, *monasterium Hibernicum seu Scoticum* 292 b f, 624 e
Clamascles ferri, *lamina ferrea denticulata, crémaillère* 75 f, 77 c d
Claviger, *thesaurarius seu canonicus sacrista* 22 b, 71 e
Claviger regis superni, *S. Petrus* 627 a
Comhorbanus, *præses districtus, spectantis ad monasterium aut sedem episcopalem, immo cohæres fundatoris monasterii, aut cohæres dignitatis ecclesiasticæ vel monasticæ* 888 c d
Commanipulares episcopi, *canonici* 636 d
Commune, *civitas* 18 b
Compotus, computus, *rationum redditio* 47 e
Compserant, *ornabant* 635 b
Computum (Ad) currere, *festinare reddere rationem* 923 e
Concellanei, *clerici circum episcopi lectum cubantes* 579 b
Condirecta, *bene curata, in bono statu* 76 a, 77 f
Confratria, *sodalitas ad colligendas pecunias* 22 b
Conque de lautone, *pelves ex orichalco* 76 a, 77 d
Consistorium, *vestibulum* 76 a, 77 e
Consolatio, *mors violenta* 50 e f, 51 f
Conventiculi ecclesiarum, *conventus quibus clerici ad Tertiam, Sextam et Nonam intererant* 249 a
Coopertore ferri, *opercula ferrea* 76 a, 77 d
Corrector, *præpositus Mantellatis ordinis Servorum B. M. V.* 403 d
Corrosivus morbus, *cancer* 88 f
Costel, *suggestus cum collaria, carcan* 49 c
Coterelli, *Valdensium imitatores* 53 b
Crapa, *cranium* 817 f
Creatio, *creatura, res creata* 459 d e
Crucem (Ambulare ad), *pœnitentiæ genus* 710 c
Crucem (Stare ad), *pœnitentiæ genus* 710 b c d
Crucifigi ad crucem, *stare ad crucem, mos hibernicus* 283 b. *Vide* Crucem (Stare ad).
Cu, Cuan, *hibernice, canis, catulus* 777 c
Cub esdogad, *cuppa cujus asseres sunt soluti* 76 a, 77 b
Culcitra, *culcita, lectus plumeus* 75 f, 77 c
Cunctia, *concha* (?), *mensura frumenti continens* 41 *litra* 71 f
Cunula, *vas in quo lac premitur et servatur* 288 a, 291 b
Cup, *dolium* 95 e
Cymbala, *campanæ* 22 d
Cyragricus, *chiragricus* 636 e

D

Dabtara, *æthiopice, scriba* 314 f
Datare, *annum et diem diplomati adscribere* 187 c
Decania, *ditio decani* 637 a
Deliberare, *liberare* 87 f
Den, *dominus* 71 e
Directa, *jura* 47 d, 71 f
Dirhem, *denarius Arabum* 316 e
Doga, *lamina, douve* 76 a, 77 f
Dominicatura, *dominium* 61 e

Dormire, *mori* 624 e
Dorsum manus, *pars manus exterior* 89 f
Dotalis pagina, *diploma fundationis* 58 f

E

Ebn-Dzi-Kifan, *arabice, filius principis Dhu Kifan. (Ita interpretantur nomen Esimiphræi)* 322 f
Ἐγκεκλεισμενοι, *monachi in turriculis sese recludentes* 327 d, 329 d, 331 d e
Ecclesia mater, *cathedralis* 364 f, 370 b, 373 f
Ecclesia senior, *cathedralis* 367 b
Echud sanbat, *æthiopice, sabbatum primum, feria prima, dominica* 305 e
Ἑιρμος, *stropha sequentium tropariorum regula* 673 e
El, *nomen Dei inter Judæos Æthiopiæ et nomen dei cujusdam inter Homeritas ethnicos* 304 f
Ela *vel* Ala, *particula æthiopica* 296 c, 298 a
Ἐλεσϐαας, Ἐλεσϐααν, Ἐλλατζοϐαα, *ex particula æthiopica* ela *et* atzbah, *benedictus* 215 d, 296 c f
En, *dominus* 91 e
Ἐνδοτερω (ἡ), ἐνδοτατω, ἐσωτερα, ἐσχατη Ἰνδια 258 d e
Endura, *inedia et violenta mors* 51 f, 52 a
Ἐξηγητου *dignitas Alexandriæ* 300 c
Episcopium, *ædes episcopales* 716 e
Epistolarius, *Epistolæ S. Pauli etc.* 76 a, 78 a
Eristhawi, *Georgiæ magnates* 643 b
Ercnach. *Vide* Airchinnech.
Errum. *Vide* Rum.
Esdogad, *cujus asseres sunt soluti* 76 a, 77 b
Espelta, *spelta* 45 f
Evectio, *diploma qualecumque* (?) 16 f
Excorrere, *excoriare* 87 c
Exigere, *obtinere* 822 f
Exovarium, *dos matrimonialis* 37 d, 38 d

F

Falasja, *nomen Judæorum Æthiopiæ* 303 et seq.; *dicti a nonnullis Falasyan seu exsules* 305 e
Falcidia, *quarta pars hæreditatis necessariæ* 37 f, 39 a
Falvus, *fulvus* 76 f
Farnera, *cista seu locus farinaria* 76 a, 77 e
Feriale, *modus ciborum præscriptus* 68 b
Fermanza, *fidejussio* 70 d
Ferres ignis, *ferrum quo excitatur ignis, tisonnier* 76 a, 77 d
Filare, *nere* 397 e
Fictus, *census annuus* 13 c
Filii *dicti ab Hibernis qui tantum sint de stirpe* 881 e, 883 a
Firmamentum, *mulcta pecuniaria, præstatio* 47 d, 71 f, 75 a
Fiscus, *possessio* 714 e
Forroil, *veruculum, broche* 76 a, 77 e
Fractura in genitalibus, *hernia* 89 b
Fractus in genitalibus, *herniosus* 93 d
Fratres *dicti apud Hibernos consobrini et consanguinei quicumque* 886 a
Fundus, *pagus* 713 b

G

Gabaza, *Æthiopice, littus, portus* 318 f, 320 e
Gabra Jasus, *æthiopice, servus Jesu* 329 b
Gabra Krestos, *æthiopice, servus Christi* 329 b
Gabra-Manfas-Quedus, *æthiopice, servus Spiritus Sancti (nomen viri)* 313 b, 329 b
Gabra-Masgal, *æthiopice, servus crucis (nomen regis seu filii S. Caleb* 313 e f, 329 b
Gamora, *æthiopice, forte Gomorrha* 328 f
Gabiola, *cavea* 42 c
Garima, *æthiopice, terribilis, venerandus* 333 d
Gausape, *mappa mensæ* 6 b
Gerres olieles, *vasa olearia, jarreś à huile* 76 a, 77 e
Ghebzakalemsis, *æthiopice, Akalemsis coptita (nomen viri)* 314 f. *Vide* Akalemsis.
Gheez, *alias* Ghez, Ghiz, *lingua Æthiopum orientalium* 304 e, 314 d
Glais, Glas, *hibernice, viridis* 777 e
Grailles, *craticulæ* 76 a, 77 d
Granum, *nummus Neapolitanus, æquus uni franci centesimæ parti* 130 b f
Grunna, *locus paludosus* 892 a
Guba, *æthiopice, excelsus* 334 a b
Guerra, *pugna* 66 c

H

Hæreticatus, *seductus ab hæretico* 52 a
Hebdomada, *obligatio celebrandi per integram hebdomadam Missam majorem de Tertia aut Sexta* 9 a
Hebdomadarius, *parochus, rector* 74 d, 75 d e, 81 d, 86 b
Hegumenium, *hospitium advenarum* 675 c d
Herenach. *Vide* Airchinnech.
Homo Dei, *homo Deo deditus* 250 a
Honor, *bona, patrimonium* 37 d, 38 a f

I J

Immunitas triginta passuum, *jus azyli ad triginta passus extra cœmeterium* 58 d
Indicæ naves, *naves absque ullo ferro ædificatæ* 319 a
Infans, Infantulus, *neophytus* 546 d e
Insensatus, *demens* 91 f
Intentio, *pervicacia* 580 d
Interloqui, *jus dicere ante finitam litem* 35 d
Intrata, *solemnis introitus* 821 a
Investio, *locationis modus* 5 a
Investire, *locare* 13 c
Joverius, Juverius, *bubulcus* 72 e, 75 e
Itropyawan, *Æthiopes* 262 f
Juncta, *hastiludium, joûte* 90 a
Juratoria ecclesia, *in qua solemnissime jurabatur* 199 c

K

Kidan, *æthiopice, pactum* 330 c
Κοντοι. *Vide* Λαγκιδια.

L

Laborator, *agricola* 71 c
Laborerium, *opus, structura* 19 c
Λαγκιδια, *lanceolæ, dictæ etiam* κοντοι 324 a
Lavellum, *sepulcrum lapideum* 817 e f, 818 a
Lauto, *orichalcum, laiton* 76 a, 77 d
Lectica, *lipsanotheca* 708 d
Lectus, *lipsanotheca* 708 d
Lectus gestatorius, *feretrum* 637 b
Legitima, *quadrans hæreditatis necessariæ* 37 f, 39 a
Leuda, Leida, *vectigal de frugibus venum expositis* 70 d

Levita,

Levita, *diaconus* 46 e
Liber episcoporum, *Liber pontificalis seu Anastasii* 781 e
Licentiare, *liberam facere* 42 c
Licentiati, *jurisconsulti* 23 a
Lignum, Ligneus, *navis* 92 b c
Loces, *cochlearia majora, lousses* 76 a, 77 b
Lodex, *vestis lecti, stragula* 75 f, 77 c
Logerium, Loquerium, *merces famulorum* 72 e, 73 c, 75 d
Luminaria, *lumina* 84 d f

M

Macthe, *massa* 229 d
Major, *præses electionis episcopalis* 11 b
Major, *superior regularis* 39 a
Mansus, *prædium servile* 838 c
Mantellata, *genericum nomen Oblatarum, Conversarum et Tertiariarum* 406 f
Manulevare, *fidejubere* 73 b, 75 c
Manumissor, *exsecutor testamentarius* 25 d
Maran-atha, *Dominus venit (imprecatio syriaca)* 187 b
Maswet, *æthiopice, sacrificium, ara* 334 b
Matalasium, *lectus laneus* 75 f, 77 c
Melioramentum, *mutatio in melius* 76 e
Memoria, *sepulcrum* 249 e
Memoriale, *testamentum religiosi* 75 f
Mensatum, *servitium seu annona menstrua* 73 c f, 75 d
Mesghad, Mesgad, *æthiopice, ecclesia* 304 f
Meskid, *nomen templi Judæorum in Æthiopia* 304 f
Mestallum, Mestallium, *mixtura iritici et hordei seu secalis* 73 c f, 75 b
Mesura rasa, *mensura plena* 47 f
Mesuratio, *mensio* 47 f
Metatum accipere, *hospitium subire* 256 b
Mgwime, *georgiane, specus* 652 b
Mig, miga, *media* 70 d
Migeria, *mensura Gerundensis, continens* 42 *litra* 45 a b
Migeria de Monellis, *mensura continens* 32 *litra* 45 b
Mols ferri, *mulctra ferrea (?), moletrinæ ferreæ (?)* 76 a, 77 d
Monachi, *canonici viventes sine proprio* 46 e
Morterium, *mortarium* 76 a, 77 d
Muldiones, *lege* Illaldiones. *Vide* Aldio.
Mundiale, *omne quod ad victum, vestitum, domicilium spectat* 809 b
Mundualdus, *quasi tutor* 403 c
Muro forti (Carcer de), *firmus* 55 f
Muscas capere, *infructuosam operam præstare* 129 d

N

Natalis, *exaltatio reliquiarum* 357 a
Navarri, *Valdensium imitatores* 53 b
Nebula et petra, *typhon et grando* 70 d
Nectar, *vinum pigmentatum* 76 a, 77 e
Nuncupatio, *septem testium adhibitio in condendo testamento* 18 b
Nuncupativum testamentum, *factum coram septem testibus* 39 b

O

Oblatio, *eulogia* 590 c
Obterare, *obturare* 92 c
Officiarius, *rituale* 76 a, 77 b
Officium, *unum Nocturnum* 710 d
Officium quod infirmantibus dari solet, *Viaticum* 81 f, 87 a
Officium, *publici ministri, seu officiales* 205 e
Oglearia ceræ, *oculi cerei (?)* 9 d
Opas, *summa annorum æræ Græcorum* 386 b
Operatorium, *officina, apotheca* 48 a, 72 c e, 75 b
Oppidum *vel urbs, sedes populi, locis manuque septum* 851 a
Opus, *fabrica* 27 a
Orarium, *stola sacerdotum* 373 b
Ordinarii, *canonici templi cathedralis* 10 d

P

Paccatus, *qui pretium percepit, payé* 72 b f, 75 b
Padela, *parva patina* 76 a, 77 d
Paganus, *non militaris, militiæ non adscriptus* 534 d e
Palafreudus, *equus* 48 b
Parabilis, *liberalis* 922 d
Paramonarius, *mansionarius, ædituus* 299 c, 300 b
Parcula, *parva pars* 923 c
Parentela, *consanguinea* 922 b
Parochia, *diœcesis* 48 e
Parturitio, *proles* 922 b
Pastera, *mactra, huche* 76 a, 77 e
Pastius, *domi saginati (?)* 76 a, 77 f
Patrum traditio vel Regula cœnobiorum, *Regula S. Columbani* 710 f, 711 a
Pauperes de Lugduno, *Valdenses hæretici* 50 d
Pausare, *mori* 624 e
Paxima, *panis nauticus* 150 f
Peplum feretri, *pannus super lipsanothecam* 637 b
Peregrinatio, *visitatio seu ipsa statio ad sepulcrum beati viri* 84 e
Perfecti, *Albigenses hæretici* 50 e
Petra et nebula, *grando et typhon* 70 d
Pietotor, *præcentor* 70 f
Placitum, *lis* 38 d
Plerique..., plerique, *alii..., alii* 186 f
Pontificare, *episcopus esse* 20 c
Populus, *cœtus multitudinis, juris consensu sociatus* 851 a
Portator manerus, *tabula gestatoria, porteur à main* 76 a, 77 f
Posse (In), *coram viro, auctoritatem habente (?)* 94 c f
Potestativum, *ditio* 50 d
Præpositura aprilis, *una ex duodecim præposituris Vicensibus, annexis beneficio canonicali* 76 e, 78 b
Præpositus monasterii, *procurator omnium rerum intus et foris* 292 b
Primarii, *superiores quicumque apud Hibernos* 624 e
Primatus, *officium abbatiale* 624 f
Presbyter, *præpositus ecclesiæ rusticæ* 236 b c
Princeps, *abbas apud Hibernos* 624 f
Principatus, *officium abbatiale* 624 f
Proceres mundi, *apostoli* 634 e
Proclamatio, *querela juridica, accusatio* 544 e
Procurator palatii et episcopatus, *episcopus electus et administrator* 14 e
Promissum, *auctoritas* 712 e
Propositum Orientale, *vita monastica secundum instituta Orientalium* 579 b
Προφητειν, *docere* 441 c
Protector, *miles de comitatu imperatoris* 220 e
Puer, *neophytus, tiro* 546 d e
Pulegium, *polyptychum* 716 e
Pulvinare, *cervical, coussin* 75, 77 c

Q

Q

Quantaleres, *candelabra* (?) 76 a, 77 d
Quantareles, *cantharuli* (?) 76 a, 77 d
Quarta sabbati, *feria* IV 305 e
Quaternus papireus, *codex chartaceus* 24 c
Questia, Questa, Quistia, *perquisitio, droit de fouage, quodcumque jus* 75 b
Quinta, *villa, prædium rusticum* 76 c, 78 a b

R

Recompensatio, *merces* 48 b
Recompensatio, *recognitio* 76 f
Regalis sanguis, *illustris* 808 f
Regina Francorum, *puella ex regio genere Francorum* 909 e f
Regratiare, *gratias agere* 94 f
Regula cœnobiorum vel traditio patrum, *Regula S. Columbani* 710 f, 711 a
Remedium animæ, *expiatio peccatorum* 379 a
Remoboth, *monachi habitantes plures simul* 847 b
Respublica, *populi res concilio quodam regenda* 851 a
Retorn, *jus recuperandi* 70 d
Retornare, *reverti* 821 b
Rexia, *clathri* 27 a c, 84 d
Romya, *æthiopice, Roma, imperium græco-romanum* 300 e
Ropa mobilis, *supellex* 66 b
Rum, *æthiopice, imperium græco-romanum* 300 d e, 301 c. *Arabibus* el-Rum *seu* Errum ibid.

S

Sabanus, *vestis alba baptismalis* 546 b
Sabatati, *Valdenses hæretici* 50 d
Sacerdos parochiæ, *parochus* 89 e
Sacerdotium, *episcopalis dignitas* 708 d
Sacraria, *capella* 58 d
Sacriscrinius, *custos ecclesiæ* 59 a
Sacristia major, *beneficium sacristæ* 68 a
Saglits, *pannus laneus subtilis, sayalète* (?) 75 f, 77 c
Salador. *Vide* Solador.
Salama, *æthiopice, pacificus* 267 d, 269 a d
Sanbat Krestijan, *æthiopice, sabbatum christianorum, dies dominica* 305 e
Sarasins, *infideles quicumque* 229 d
Sarsurium opus, *musivum* 255 a, 256 a.
Saures, *cœnobitæ Ægyptiaci* 847 b
Scius medelæ, *medelam afferens* 541 f
Scriptura, *titulus sepulcri* 817 f, 818 b
Scutarius, *armiger* 36 d, 38 d
Scutifer, *armiger* 87 f
Sedes, *templum cathedrale* 22 d, 25 e, 26 c, 46 d
Sefenghya, *spongia* 329 e
Segal, *secale* 47 e
Selebats, *porci silvatici* (?) 76 a, 77 f
Sene, Sine, Sune, *familia servilis* 924 e
Senescalcus, *rei domesticæ præfectus* 923 c
Senior, *dominus* 544 e
Senior ecclesia, *cathedralis* 255 a e
Sententiare, *jus dicere* 35 d
Sequestrare, *separare* 708 e
Sero (a) parte, *a parte occidentali* 818 a
Servi de corpore, *servi præsertim laboribus domesticis addicti* 360 d
Servi de potestate, *servi de gleba, plerique agricolæ* 360 d, 361 a
Serum, *vesper* 88 e
Sester, *sextarium* 70 d
Signaculum plumbeum, *militiæ indicium* 535 a
Siligo, *secale* 45 a
Sistarium, *sextarium* 70 d
Solador, *vas salarium* 76 a, 77 f
Solagium, *præstatio agraria* 73 a
Solicolæ, *incolæ* 921 b
Sors terræ, *terra integra* 13 c
Spathulæ, *scapulæ* 92 a
Speculum, *liber redituum et fundationum* 25 f, 26 a
Sperla ferri, *vas ferreum rotundum* 76 a, 77 e
Ssaheb-ul-Okhdoud, *arabice, dominus fossæ, appellatio martyrum Negranensium* 317 b
Stabilimentum sacerdotale, *beneficium presbyterale* 25 d e
Stamen forte, Stamfort, *pannus stamine firmo* 75 f, 77 c
Stamine (Coopertorium de), *involucrum ex panno dicto stamine* 76 a, 77 e
Stopacius, *topazus* 76 b, 78 a
Strails, *tomenta straminea* (?) 75 f, 77 c
Subtalares, *pedalium genus, souliers* 397 d
Suburbium, *oppido loca vicina vel etiam dissita* 254 d
Suma, *rationum redditio* 47 e
Supplementum, *subsidium ad vitæ necessaria* 217 a
Suspiciosus, *suspectus* 97 a
Syncelli. *Vide* Concellanei.

T

Tabib, *æthiopice, philosophus, medicus* 269 b
Tabula, *mensa* 76 a, 77 f
Tarus, *moneta fictitia, valens* 85 *franci centesimis* 137 f, 139 f
Tasca, Tascha, *præstatio agraria* 58 b
Tegmen sacratum, *velum monasticum* 920 f
Tekla-Haymanot, *æthiopice, planta fidei* 385 f
Tempestare, *tempestatem furere* 818 a
Tenedo, *prædium dependens a feudo* 58 a
Tenementa, *bona* 923 c
Terrigenæ summi, *apostoli* 634 d
Tertia, Terragium, *vectigal de terris, præstatio agraria, aliquando tertia pars frugum* 47 d, 71 f, 75 a
Tessors, *mantilia, essuie-mains* 76 a, 77 f
Testamentum, *quævis donationis charta* 357 d
Textus, *liber Evangeliorum* 76 b, 78 a
Thalamus, *cubiculum in quo plures dormiunt* 923 a, 925 d
Theorica vita, *vita contemplativa* 626 e
Thesaurarius, *canonicus sacrista* 22 b
Tinea, Tina, *labrum lotorium* 76 a, 77 f
Tonne, *dolium* 76 a, 77 f
Tornas, *jejunium Judæorum* 303 d e
Torrador caseorum, *instrumentum quo caseus torretur* 76 a, 77 d
Tovaille, *mappa* 76 a, 77 f
Tractus, *campanarum pulsus aliquot* 22 d
Treuga, *belli suspensio* 66 c
Triaverdini, *Valdensium imitatores* 53 b
Trigesimum, *officium defunctorum per triginta dies* 19 b
Τριχινας, *cilicio indutus* 677 f
Troterius, *cursor* 73 d, 75 d
Tsamaet, *æthiopice, cellula* 331 d

U V W

Vanoa, Vanna, *stragulum* 75 f, 77 c
Vastare, *expendere* 923 d
Vaudres,

Vaudres, *Waldenses, infideles quicumque* 229 f
Velum, *corporale* 404 a
Vendere, *elocare* 48 c, 71 a
Venna, *septum ad intercipiendos salmones* 232 a
Veritas communis, *inquisitio generalis in delicta* 55 b
Vestifex, *sartor* 733 c
Vicedominus, *œconomus ecclesiæ* 10 b e, 11 d e, 14 c
Vicus, *eversi oppidi restaurata pars et eversarum urbium cognomen* 49 a
Viduitas B. Mariæ V., *habitus Mantellatarum Servorum B. M. V.* 405 f, 406 a
Vietus, *flaccidus* 189 e
Villa, *civitas episcopalis* 35 d
Vir Dei, *homo Deo deditus* 250 a
Vir religiosus, *vir ecclesiasticus* 851 a
Vivatus, *vegetus* 189 e
Unctio, *extrema unctio* 81 f, 87 a
Volta, *fornix* 88 c
Wadium, *pignus* 713 a
Waidum, *glastum* 720 d
Waldres, *Waldenses, infideles quicumque* 229 d
Waslare, *terra communis graminosa* 636 a

Z

Za-Krestos, Za-Margam, Za-Michaël, *æthiopice, Servus Christi, Mariæ, Michaëlis* 330 a

---

INDEX MORALIS ET REALIS

A

Abba, Abbas, Abbatissa. *Abba epitheton ecclesiasticum apud Æthiopes et Coptitas* 269 a. *Abbates duo in uno monasterio* 719 b c. *Abbatum Hibernorum in episcopos auctoritas* 889 a. *Abbates et abbatissas benedicere non potest episcopus Placentinus sine canonicorum consilio* 5 e f, 6 a b. *Abbatissa translata per electionem ex uno monasterio in alterum* 13 a b
Abstinentia *S. Abrahami, eremitæ Ægyptii* 234 a d. *Abstinentiæ fructus loco prandii explicat sociis B. Bonaventura Potentinus* 150 e f. *Jejunium Judæorum* 303 d e
Accentus *latini continua incrementa* 819 a
Advocati *monasteriorum sæpe deprædatores* 660 a b e
Æra *seu terminus, a quo sequentes anni computantur. Æra Constantinopolitana* 523 c f. *Æra judicii in libris Æthiopum eadem est ac æra Cpolitana annorum* 5508 385 et seq. *Æra Seleucidarum currit ab Olympiade* CXVII 454 f
Æs alienum *S. Bernardi Vicensis* 45 d e f, 46 a b, 48 b c. *Debita contrahit propter expeditionem Valentinam* 63 e
Ætas XXV *annorum necessaria ad liberam dispositionem bonorum* 833 d e. *Ætas* XXX *annorum necessaria pro diaconatu sub S. Cæsario* 833 d
Aismavurk *seu menologium armenum* 207 a
Alphabetum *divisum in signum computi agniti a creditore et debitore* 76 e
Altare *dissecratum non est aptum Missæ sacrificio* 446 e f. *Altare ligneum etiam post S. Silvestrum* 843 a b. *Altaria, particulis reliquiarum consecrata, tamquam martyria habentur* 448 d e. *Altari S. Petri Romæ impositum diploma fundationis capituli Tigernensis in Galliis* 544 f. *Altare dicandum et dicatum B. Bernardo Vicensi, antequam ecclesiæ judicio cælitibus accenseretur* 25 d e f
Ambitio *divitum turbat ecclesiam Vercellensem* 580 c d
Ambo, *pars templi christiani* 769 e
Amorem Dei *populo commendat B. Bonaventura Potentinus* 131 d e
Amortisationis *principia ponit Jacobus I, rex Aragoniæ* 62 b. *Amortisationis lex in Catalonia sæculo* XIII 37 d
Anachoretarum *solitaria vita in deserto* 847 b
Anates *S. Colmani Senbothensis* 382 c
Anathemata *varia oblata ad sepulcrum S. Bernardi Vicensis* 30 c d, 31 e. *Manus cerea oblata propter manum infirmam* 89 f, 90 a. *Vide* Cera.
Angelica vestis *apud Græcos monachos magna et parva* 588 c f, 589 a
Anniversarium *suum fundat S. Fulcus, episcopus Papiensis, Placentiæ* 18 d
Annus. *Annus Christi emortualis concurrit cum anno* IV *Olympiadis* CCII 454 f, 455 a. *Annus Ægyptiorum veterum, Hebræorum, Arabum Syriæ* 305 a b. *Anno lunari non usi sunt Ægyptii, ætate historica* 305 a. *Anno solari usi sunt Ægyptii, necnon Hebræi ante captivitatem Babylonicam* 305 a. *Annus sæculo* XI *apud Lotharingos die* 25 *martii vel in paschate incohatus* 704 a. *Annorum initia sæculo* XIII *in regno Aragoniæ* 35 e. *Anni annonarii initium et finis in Catalonia* 45 b. *Anni civilis initium ibidem* 44 a b. *Annus incohatus die* 25 *martii sæculo* XIII *Placentiæ* 12 a b. *Annorum Ottonis I, regis Germaniæ, initia* 720 d, 723 a
Annulus S. Gebuini *nunc ad usum archiepiscoporum Lugdunensium* 704 e. *Annulum deperditum divinitus indicat B. Bonaventura Potentinus* 127 c d e. *Annulo utuntur Armoricani Britanni in traditionibus* 910 c
Antipapa *omnium primus Novatianus* 476 a
Antiphonetes, *appellatio statuæ Salvatoris Constantinopoli* 764 a b
Apocrisiarii *pontificii munera* 655 c d, 656 d e f. *Apocrisiarius Hadriani I apud Carolum Magnum B. Angelramnus* 655 b c
Apostoli *titulum solum assumunt Petrus et Paulus* 438 d. *Quas inter gentes apostoli evangelium prædicaverint* 257 c e
Appellationis jus *ad Romanum pontificem admittebant patres Attiniacenses* 695 f
Aqua *in oleum conversa* 783 b, 788 b. *Aqua, infusis sacris reliquiis, fit salutaris* 430 e.

Psalmorum cantatio in aqua frigida, pœnitentiæ genus in Anglia olim usitatum 923 a b, 924 c
Arborum *cultus apud Æthiopes* 389 c, 390 d. *Arbor S. Colmani mac Duach* 890 e f, 891 a b c
Archidiaconus, Archidiaconatus. *Archidiaconatuum origo et antiquitas* 227 f, 228 a. *Archidiaconatus Tullensis diœcesis* 128 a. *Archidiaconi plures erant Cameraci ante medium sæculum* x 626 c, 636 d, 637 e
Archipresbyteratus *non excusat ab officio hebdomadarii in capitulo Placentino* 9 a b
Argumentum negativum, *si solum sit, non est magni ponderis* 453 c d f
Arius, Aria, Arium, *finalitas latina, translata ad idioma italicum, facile amittit literam* r 728 d
Arma *ecclesiæ offerebantur* 838 c d
Armilla *divinæ misericordiæ* 634 b
Asyli *jus Romanorum in Gallia sæculo* iv 239 c d
Avena *oblata S. Baldo pro animalibus ægris* 877 f
Aves *manducant monachi Hiberni* 886 e
Austeritas vitæ, *sanctitas* 68 f

B

Baculus *pastoralis ligneus S. Bernardi Vicensis* e; *item baculus S. Colmani mac Duach* 890 d
Balnea *usitata apud Columbanianos* 710 e
Baptismi *collatio quasi altera paternitas* 628 d. *Baptismus liberat captivos* 612 b c. *Baptismus hæreticorum an validus* 472 a b. *Contentio in Africa et Oriente sub SS. Cypriano et Firmiliano* 477 et seqq. *Alexandriæ vir quidam de baptismo suo anxius* 500 b c d e. *An ibidem renovatum baptisma hæreticorum* 501 a b
Baptismus spiritualis *Albigensium* 51 f
Basilica. *Etymologia; species apud Græcos; christianarum antiquitas; forma usurpata a Constantino Magno ejusque successoribus* 358 f. *Hoc nomine appellatæ ecclesiæ rurales, sepulcrales et monasteriales* 359 b c d e *Fere omnes cœmeteriales* 817 b. *Basilica S. Stephani Arvernis* 255 a b. *Basilicæ a S. Desiderio ditatæ* 358 a b. *Basilica SS. Clementis et Felicis dicta ad Basilicas, et episcoporum Metensium sepultura* 808 b.
Beatificatio, Beatus. *Beatificationis varii modi* 31 a b. *Beati titulus quanta facilitate olim datus* 725 a f, 726 e f
Bella *esse licita negant Valdenses* 53 a. *Bella et expeditiones regum Æthiopum contra Homeritas anno* 478, 308 d; *anno* 519, 315 b; *anno* 525, 318 et seqq.; *anno* 527, 323 a b c; *anno* 540 325 e
Benedictinæ *moniales inceperunt in Galliis medio sæculo* vii 848 d e. *Benedictina Regula stabilitatem monasticam promovit* 240 a
Beneficia *monastica, translata ad sæculares a Lothario, primo Lotharingiæ rege* 715 b c d. *Beneficiorum pluralitas ecclesiæ exosa* 432 e; *vetita* 67 b. *Privilegia apostolica* 67 e. *Beneficii resignatio cum pacto tacito obtinendi alterius prohibita tamquam simoniaca* 68 a
Bestia *dicitur venerata esse B. Damianum Finariensem in cunis* 105 f
Bituminis *usus in ædificandis sæculo* x *in Anglia domibus* 222 f, 224 b
Blasphemias *quantum horreat B. Bonaventura Potentinus* 161 b c
Bollandiani *qua lege sanctis in suo opere locum concedant* 757 b
Bona *sua retinebat S. Dodo, etsi monachus* 629 e, 630 a; *eadem monasterio Waslerensi donat* 635 c. *Proprietarii sunt canonici Vicenses, Aquisgranensem Regulam secuti* 46 d. *Copiosum peculium sæculo* xiii *habebant Cistercienses* 47 b c. *Bona terrestria quare impensa operibus piis* 186 f, 187 a. *Bona ecclesiastica minimi olim erant reditus* 715 d. *Bona ecclesiastica dilapidantur imperitia et malitia* 837 f. *Bona ecclesiæ Placentinæ quomodo administranda* 5 e f, 6 a b. *Bona capituli in præbendas divisa* 6 b c. *Jacobus I, rex Aragoniæ, reservat sibi jus modum imponendi bonis ecclesiasticis* 62 b
Bonæ memoriæ, *ætas hujus formulæ in titulis* 819 f, 820 a
Bonorum operum *utilitas* 544 c
Bonus finis. *Vide* Consolatio.
Boves *divino indicio indicant tumulum S. Genesii Neophyti seu Tigernensis* 544 a. *Non sine intellectu devehunt corpus S. Abbani* 292, 293 a d
Braccæ *datæ famulis pro mercede* 71 b
Breviarii *Aberdonensis origo* 905 a

C

Cælum. *Vide* Patria.
Calandria, *figura resurrectionis Christi Domini* 42 c
Calceatus *datus famulis pro mercede* 45 c d
Calix, *quo Christus Dominus in ultima Cœna usus est, Valentiæ in Hispania servari dicitur* 27 f. *Calix argenteus deauratus dono datus a S. Fulco* 15 e. *Calix stanneus in sepulcro S. Bernardi Vicensis positus* 27 f, 28 a
Callimartyres *apud Græcos* 220 a
Calumniatores perjuri *cælitus puniti* 783 c d, 788 b c d
Campanæ, *sæviente tempestate, pulsatæ* 152 c. *Pulsatæ quum miracula fiunt* 85 b; *item adventu peregrinorum ad sepulcrum B. Bernardi Vicensis* 96 b. *Solitæ sponte pulsari in accessu S. Bernardi Calvonii ad civitatem suam Vicensem* 21 f, 30 e; *præcipue in reditu ab expeditione Valentina* 63 f: *quæ alia occasione sponte motæ adventu S. Bernardi Vicensis* 100 c d, 101 b c. *Alibi sponte motæ* 553 d
Cancellarius *Caroli Magni B. Angelramnus* 654 b c d. *Ejus munera* 656 c
Candelam *suo anhelitu accendit S. Abbanus* 280 a b. *Candelam ab angelo accipit S. Abbanus in via nocturna* 288 c d
Canis. *Consuetudo dormiendi cum cane supra tibias* 88 e
Canonicæ *epistolæ S. Basilii* 500 e f
Canonici *jussi semel in anno confiteri et ter communicare* 67 f. *Dormitorium commune* 5 d. *Canonici regulares regredi possunt ad Eremitas S. Augustini* 742 e f; *perseverantes in suo statu possunt quocumque loco instituere conventum* 743 e f; *obtinent facultatem*

cultatem absolvendi a reservatis et indulgentiam in die professionis 744 b; *eximuntur a jurisdictione ordinarii* 749 e f. *Complura iisdem dantur monasteria* 754 f, 755 a b d. *Canonici Lateranenses obtinent a S. Pio V facultatem celebrandi festa pluriùm canonicorum* 3 d. *S. Fulcus, canonicus et præpositus regularis S. Euphemiæ, fit canonicus cathedralis et archipresbyter Placentinus* 8 d e f. *Canonicis templi cathedralis Placentini præscripta vita communis* 6 a; *mox abrogata* 6 b. *Capitulorum intricata jura* 6 b. *Canonici regulares instituuntur in ecclesia Romanensi* 838 b. *Canonicorum S. Salvatoris origo* 4 d. *Officium S. Fulci* 3 a d. *Canonici regulares S. Rufi et Tarraconenses* 36 a b c. *Canonici Vercellenses in omnibus adversantur episcopo Guidoni Ferrerio* 577 c. *Canonici Vicenses, Regulam Aquisgranensem secuti* 46 d e. *Iisdem Vicensibus mensa communis præscripta* 68 b.

Canonistæ *non magnæ auctoritatis in rebus mere historicis* 737 a

Canonisationis *triplex modus* 31 a b. *Canonisationis causæ pertinent ad sedis apostolicæ curas* 97 c d. *Canonisationi S. Bernardi Vicensis promovendæ quam operam præstiterint decuriones Vicenses* 28 e f. *Testamento bona sua aliqui Vicenses legant ad canonisationem S. Bernardi Vicensis* 26 c

Cantus. *Cantat ante mortem B. Bonaventura Potentinus* 155 c. *Cantus Gregorianus sæculo* VIII *promotus in Gallia* 666 f

Capella *instructa in honorem S. Bernardi Vicensis ante cultus approbationem* 25 f, 76 c

Capellanus, Summus Capellanus. *Vocis origo et etymologia* 656 a b. *Capellanorum munera summorum a S. Adalhardo descripta* 656 d e f. *Erant plerumque presbyteri, aliquando episcopi* 654 f, 655 a b. *Capellanus summus Caroli Magni B. Angelramnus* 654 e f, 655 a b; *Caroli regis Provinciæ, S. Remigius Lugdunensis* 688 d

Capitolinus pontifex : *quod officium et quid et ubi locorum* 516 b

Capituli *Vicensis præbendarum divisio* 86 d, 95 d

Capitula (Tria) *damnata in Synodo V, absque injuria Concilii Chalcedonensis* 495 a b c. *Illorum auctores* ibid.

Capitulorum *collectionis fueritne auctor B. Angelramnus an Hadrianus I* 661, 662

Cappæ *religiosæ pretium sæculo* XIV 733 c, 734 b. *Cappa S. Martini* 656 a d

Captivi, *redempti a SS. Hilario et Justo, erant capti in bello* 250 a

Caput *suum manibus tulisse traditur S. Eucharius martyr* 230 e

Carcerum *ratio secundum formulam S. Raimundi de Pennaforti de inquirendis hæreticis* 55 f, 56 a

Caritas *ut vigeret inter monachos Stabulenses et Malmundarienses* 715 f. *Caritas in egenos aliosque ope destitutos S. Bernardi Vicensis* 21 e, 50 a. *Caritas in pauperes B. Bonaventuræ Potentini* 130 b, 146 f, 147 a, 150 d e. *Caritas ejusdem prodigiosa erga peccatores, miseros et moribundos Isclanos* 135 et seqq. *Item in qualemcumque proximum* 162 f, 163 a b. *Caritas S. Fulci, episcopi Papiensis, erga miseros et studiosos* 3 e. *Caritas B. Joannis Chisii* 732 d

Carlini *origo et valor* 139 f, 165 f, 166 a

Carmina *S. Jacobi Sarugensis* 830 b c d

Carnes *manducant monachi Hiberni* 886 e. *Cfr. tamen pag.* 887 b.

Castitas *S. Bonaventuræ Potentini* 163 e f; *ejus leges ut idem commendet* 144 d. *Castitatis amore dentes suos pulcriores frangit B. Bernardus Calvonius* 43 a

Catalogi *regum Æthiopiæ* 260 b c, 264 et seq. 313 d e

Catechumenatus *descriptio* 236 c d e f; *S. Justi cur diuturnus* 237 c d e f

Catenis *plures sancti monachi cellulis suis se devinxerunt* 593 d

Catharos *se vocant Novatiani* 476 d

Cathedra *S. Germocchi* 295 c

Cathedralis *ecclesia aliquando vocata basilica* 359 e

Catholici *regis titulus desideratus a Jacobo I, rege Aragoniæ* 64 d

Cavernam *in templum mutat S. Sabas* 411 f, 675 d

Causidicorum *Vicensium patronus S. Bernardus Vicensis* 30 d

Cella *B. Bonaventuræ Potentini* 165 c d. *Cella S. Dodonis* 635 e. *Vide* Sepultura.

Cercellæ *S. Colmani Senbothensis* 382 e f

Cera, Cereus. *Cera multiplicatur in funere S. Theodori* 842 c. *Cereus alter cum vino, in consecrationibus adhibitus, fit episcopi Placentini, cereus alter cum pane fit capituli* 6 b. *Cerei obvii feruntur sacris reliquiis* 256 b. *Ceræ copia maxima oblata in honorem B. Bernardi Calvonii* 22 c. *Cereæ faces fundatæ in ejusdem honorem* 26 b. *Legatum incerati fili* 26 c. *Cereæ imagines oblatæ ad ejusdem sepulcrum* 85 a. *Cereus digitus ad sepulcrum S. Baldi nomine civitatis Autissiodorensis oblatus* 875 a. *Cerea manus oblata propter manum infirmam* 90 a. *Cereus pes oblatus pro pede infirmo B. Bernardo Vicensi* 88 d

Centum *annos vixit B. Antonia Brixiana* 409 d.

Cervisiæ *officina sæculo* X 720 f

Ceti *prodigiosa descriptio* 281 c

Christiana *res quomodo in Hispania procurata tempore Mahumetanorum* 48 d e

Chronicon *Axumitanum* 269 d f. *Chronicon heortasticum S. Athanasii* 260 d.

Chronologia *Æthiopum* 269 e f, 386 a b c. *Vide* Byzantini. Computus. Panodorus.

Cilicium *sæculo* VIII *vestis singularis habita apud monachos Palæstinæ* 678 a. *Cilicia B. Bonaventuræ Potentini* 129 b c, 148 a. *Cilicium S. Julianæ Falconeriæ* 404 b; *B. Joannæ Soderiniæ* 405 b f

Cingulum *S. Colmani mac Duach* 888 a b. *Cingulo ferreo se cingit S. Bernardus Calvonius* 21 f, 100 d. *Vide* Ferrum.

Circenses *ludi Thessalonicæ* 220 c; *factiones* 220 f

Circumcelliones *tabularia combusserunt in Africa* 489 b

Circumcisio *Æthiopum, Ægyptiorum, Mahumetanorum et Judæorum* 305 c d

Civitates *soli hiatu devoratæ in Cappadocia et Ponto* 475 b

Clan *seu gentis jura apud Celtas maxima* 624 a b

Classis *S. Elesbaæ, regis Æthiopiæ* 318 b c d e

Clavis

Clavis *cinguli ferrei, quo se cinxisse traditur S. Bernardus Vicensis, reperitur in pisce* 100 e f, 101 a b. *Clavim hamo piscatur B. Bonaventura Potentinus* 119 c
Clerici. *Inter Clericos cooptare ignotos vetitum* 237 f. *Clerici facti etiam barbari* 532 b c. *Clericus moriens intestatus aut sine familia res suas ecclesiæ relinquebat* 603 c d. *Clericos suos voluit esse monachos S. Eusebius Vercellensis* 579 a b, 580 f. *Clerici propter inductas in Gallias a S. Martino easdem institutiones Vercellenses omnes monachi* 240 b c, 580 f, 635 f; *item in Hibernia* 889 a. *Clericus fieri non vult B. Joannes Chisius* 732 d
Clibanus *S. Leudardi diu servatus Suessione* 641 f
Coadjutoris *episcopi antiquissimum exemplum* 790 d
Cochlear argenteum *singulare inventum in templo S. Andreæ Bergomi* 818 d
Codex Theodosianus *clero Gallicano erat lex civilis* 603 c
Cœlibatus *olim servatus a clericis et monachis Hiensibus* 625 e
Cœmeteria *prohibet ingredi Valerianus* 501 d; *permittit Gallienus* 502 b. *Cœmeterium consecratum simul cum ecclesia* 58 d
Colloquia spiritualia *ut docet B. Bonaventura Potentinus* 144 f; *ut ea faciat* 146 e f. *Colloquia confessorum et martyrum* 146 a
Coloni, *quin libertati privarentur, nonnullos labores in dominorum agris faciebant* 360 d
Comam *ne nutriant veliti clerici* 67 e. *Vide* Crines.
Commendæ *monasteriis periculosæ* 746 d
Commentariensis, *quodnam officium fuerit* 218 b
Commercium *Byzantinorum cum Britannia et Hispania* 767 c
Communicare *debent canonici ter in anno* 67 f. *Vide* Eucharistia.
Compromissio *usitata in electione S Fulci episcopi* 10 e f, 11 c
Computi domestici *B. Bernardi, episcopi Vicensis* 71, 72
Computus chronologicus *Æthiopum exponitur* 260 e et seq. 386 a b
Concilia. *Concilium Ansanum anno* 994, 838 b. *Antiochiæ tria cebrata concilia contra Paulum Samosatenum* 504 et seqq., 511 f, 512 a d. *Synodus contra Novatianos a quo indicta* 476 a b c d e. *Concilium Aquilejense anni* 381, 580 b. *Arausicanum concilium anni* 441 *alienos cives ordinare prohibet* 238 b. *Concilium Arelatense anni* 314 *in causa Cæciliani* 498 c; *statutum de militia christianorum* 533 b. *Attiniacensis concilii patres durius a Baronio et Binio habentur* 695 f. *Biterrensi pseudo-concilio interfuit S. Hilarius* 241 c. *In Bostreno concilio disputavit Origenes* 511 b. *Cabillonensi concilio anni* 873 *præest S. Remigius Lugdunensis* 697 a. *In Carisiacensibus synodis annorum* 849 et 853 *damnantur Gothescalci errores* 687 d e. *Carisiacenses canones Lingonensibus non sunt contrarii* 688 e f. *Carthaginense concilium* III *sub S. Cypriano, quando celebratum* 483 f et seq. 489 f et seq. *Ejus legatio ad S. Stephanum papam* 484 a b. *Alia duo concilia, Carthagine celebrata sub idem tempus* 485 c d. *Chalcedonense concilium* 495 b c; *episcoporum Constantinopolitanorum extendit potestatem* 347 c; *ejus acta disciplinaria rejicit S. Leo I* 347 c. *Concilium Chalcedonense sacris diptychis inseruit Justinus imperator* 590 e. *Ejus decreta aversatur S. Joannes Chuzibita* 587 f. *Claromontanum concilium frustra conatur archiepiscopos Senonensem et Rothomagensem primati Lugdunensi subdere* 703 b. *Concilium Constantinopolitanum I primatus honorem dicitur concessisse episcopis Constantinopolitanis* 347 c. *Concilium Epaonense anni* 517 842 f. *Hierosolymis anno* 518 *duo fere celebrata concilia* 590 f, 591 a. *Iconiensis synodus celebrata asseritur* 472 a b c. *Qui et quo numero episcopi illuc convenerint; quo anno celebrata* 472 d f, 473 a. *In concilio generali Lateranensi anni* 1139 *Innocentius II canonisat S. Sturmium abbatem* 31 a. *Concilium Lateranense anni* 1179, 54 d. *Concilium Lateranense anni* 1215, 55 a; *universalem pacem constituit* 15 f. *Ejusdem decreta de administratione episcoporum electorum* 12 e. *Ejus auctoritas de immunitate ecclesiastica* 7 e. *Lingonibus duo concilia anno* 859 *fuere celebrata; quorum canones Carisiacensibus an sint contrarii* 688 b d e f. *Concilium Mediolanense anni* 355, 579 c. *Concilium Novariense anni* 1216, 13 d. *Synodus Placentina anni* 1208, 8 b c. *Remense concilium de regularibus medicinam exercentibus* 978 f. *Romanum concilium an sub S. Stephano celebratum* 496 a b. *Romanum concilium anno* 504 *sub Symmacho* 799 e. *Concilium provinciale Tarraconense anni* 1239, 67 c; *item annorum* 1240, 1242 *et* 1243, 68 e; *item anni* 1602, 28 d, 97 c d e f. *Concilium Tolosanum anni* 1229 55 b. *Tovinense seu Dovinense Armenorum concilium* 646 a d e. *Concilium Trecense anni* 1104, 227 e. *Concilium Tridentinum quam utile fuerit ad restaurandam pietatem* 28 c. *Concilii Tullensi I præest S. Remigius* 690 d; *motus inter episcopos ob doctrinam de prædestinatione* 689 d. *In Tusiacensi concilio, cui interfuit S. Remigius Lugdunensis, lis de prædestinatione finitur* 691. *In Valentino concilio* III *anni* 855, *cui præfuerunt S. Remigius Lugdunensis, Agilmarus Viennensis, et Rotlandus Arelatensis, Gothescalci errores et canones Carisiacenses reprobantur* 687 d e. *Hujus concilii canones alii disciplinares, alii dogmatici* 687 f; *fuerintne scripti ab Ebbone Gratianopolitano, an a sancto Remigio Lugdunensi* 688 a. *Hi canones Carisiacensibus an sint contrarii* 688 e f. *Vagharschapatense concilium Armenorum* 646 e. *Concilium Veronense anni* 1184, 54 d. *Concilium Virodunense anni* 947 721 a b
Concio, Concionator. *Conciones singulis diebus dominicis habuisse dicitur S. Bernardus episcopus Vicensis* 21 e. *Conciones factæ olim a scholaribus Parisiis et Lovanii* 4 e. *Conciones S. Fulci ad clerum Placentinum* 5 e, 8 b c. *Concionum liber cura S. Fulci episcopi factus ad usum cleri* 18 e f, 19 a b. *Conciones in cœmeteriis* 19 e f. *Concionatur sæpius de die sæculo* XIII *S. Fulcus Placentinus* 8 c, 13 e. *Conciones partim adhuc latinæ in Italia sæculo* XV 116 f. *Concionator egregius B. Damianus Finariensis* 103 c d e f, 104 a b c d. *Conciones B. Bonaventuræ quam*

quam fervidæ 131 e. *Concionatores non semper accurate, sed ad mentem vulgi loquuntur* 761 d
Concubinarii *clerici inquirendi* 67 e
Concupiscentiæ *omnes sunt obnoxii* 599 b c
Conductionis *famulorum modus Vici sæculo* XIII 45 c
Confabulatio clancularia *cum puella educanda casus reservatus* 153 c d
Confessarius, Confessio. *Confessarius eximius fuit B. Bonaventura Potentinus* 131 e f. *Confessiones quanta assiduitate et fructu audiret B. Bonaventura Potentinus* 162 f, 163 a. *Confessiones publice audit Hieronymus Rocca, episcopus Isclanus* 131 a c. *Confessarius B. Bonaventuræ Potentini, ejus innocentiæ testis* 141 f. *Confessarium accersit B. Joannes Chisius moriturus* 733 e. *Confiteri debent canonici semel in anno* 67 f. *Confessarii interventus in judicio de hæreticis* 56 c
Confessores *qui olim dicerentur* 249 e. *Confessor cur dicatur S. Fronto* 249 e. *Confessores dicebantur moribundi veste pœnitentiali induti* 810 e
Confirmationis *sacramentum administrat S. Bernardus Vicensis* 82 a. *Confirmatio illuminat cæcum* 614 d
Confratria, Confraternitas. *Confratria in honorem B. Bernardi Vicensis ad colligendas pecunias pro restauratione templi cathedralis* 83, 84 a; *item pro nova ejusdem constructione* 22 b c. *Altera pro opere claustri Vicensis* 23 f. *Confraternitas S. Ermelindis pristina* 863 c; *altera anno* 1849 *erecta* 865 e. *Confraternitas laica S. Hieronymi, a B. Nicolao Albergato instituta* 752 d
Consanguineorum *commercium refugit B. Bonaventura Potentinus* 130 c d. *Miseris tamen succurrit* 130 d e
Coronæ *precariæ multæ* 132 f. *Corona Agoniæ a B. Bonaventura Potentino commendata* 131 c
Corpus *sancti aliquando pro ejusdem parte assumitur* 198 c
Correctionem fraternam *quanta caritate exercuerit B. Joannes Chisius* 732 c
Consolatio, Consolamentum *Albigensium* 50 e f
Constantia *monachorum lauræ S. Sabæ* 675 a d. *Constantia admirabilis B. Bonaventuræ Potentini* 147 d
Conventus *seu sodalitates prohibitæ sub Valeriano* 501 d
Conventus *seu domus religiosæ minores in Italia ab Innocentio papa X suppressi* 148 e
Conversi, Conversæ. *Quis eos instituerit* 397. *Eorum in Belgio origo* 638 a. *Conversæ initio quasi servæ* 403 b. *Versantur conversæ in monasteriis virorum et vicissim conversi in monasteriis mulierum* 391 d. *Item conversos fratres admittebant olim parthenones Dominicani et alii* 407 f. *Conversorum in grangiis Cisterciensium munera* 391 d e. *Item conversarum Cisterciensium munera* 391 f. *Conversi fratres dotem afferre debebant accedentes ad novitiatum SS. Crucum* 38 e. *Conversorum fratrum exemplar B. Joannes Chisius* 732 et seqq.
Conversio *Mahumetani Arabis difficillima, vix credibilis* 647 c
Crenæ *S. Colmani Senbothensis* 382 c
Crinium *abscissio olim turpis feminis, usurpata tamen a feminis eremitis in Oriente* 847 e f; *prohibita per breve tempus a Theodosio* 847 f, 848 a. *Moniales Occidentales servabant crines* 848 a. *Mulier decalvata inhabilis ad matrimonium* 848 b. *Vide* Coma.
Cruciatuum *spontaneorum B. Bonaventuræ explicatio* 163 d e. *Eos ad finem vitæ minoris facit* 147 f
Crurifragium *supplicium servile* 467 d e
Crux, Crucis signum. *S. Crucis dominicæ reliquiæ insignes servatæ in monasterio SS. Crucum* 42 d, 80 e f. *Crux cum ligno de cruce Domini adhibita ad extinguendum ignem* 42 d. *Crucis dominicæ incendium incendio luit Petrus de Bruis* 51 d. *Crux posita non procul ab ostio monasteriorum Columbanianorum* 710 b. *Crux posita loco baptismi S. Finniani Cluanerardensis* 273 b. *Crux S. Athrachtæ in Hibernia* 882 d. *Crux lapidea S. Becani* 283 b. *Crucem B. Bonaventuræ Potentini sibi reservat episcopus Perimezzius* 156 c. *Crux S. Gebuini nunc ad usum archiepiscoporum Lugdunensium* 704 e. *Crux Hierosolymitana perdita et prodigiose recuperata* 134 c d. *Crucis adorandæ ritus a Minoribus Conventualibus usurpatus* 132 f. *Cruces obviæ feruntur sacris reliquiis* 256 b. *Crucis signo incendium extinctum* 581 a. *Crucis signo dæmonis tentationes vincit B. Joanna Soderinia* 405 f. *Crucis in modum erectis brachiis, quater duodecim psalmos concinebant olim pro uno anno pœnitentiæ* 710 c. *Crucis signum christianis primævis usitatissimum* 270 d; *medio ævo in Æthiopia heterodoxa solæ mulieres fortasse eo utebantur* 270 a
Cruces bannales. *Vide* Oblationes.
Cryptæ *novæ constructæ in honorem S. Germani Autissiodorensis* 355 b c
Cuaille Micduach, *arbor S. Colmani mac Duach* 890 c
Culex *inservit S. Colmano mac Duach* 884 c
Cultus sanctorum. *Officium et missa de communi in honorem venerabilis viri* 26 c f. *Vide* Altare, Anathemata, Capella, Cera, Drama, Lampas, Pallium, Reliquiæ, Tunica.
Custos *templi Vallisaspræ B. Joannes Chisius* 732 c. *Custodes ecclesiarum citra montes erant viri sæculares* 851 b. *Vide* Capella.

D

Dæmon, Dæmoniacus. *Dæmonis impetus in B. Bonaventuram Potentinum* 163 c. *Dæmoniaci liberati* 568 c, 617 e f, 618 a b
Debita *S. Bernardi, episcopi Vicensis* 71 et seqq. 76 c d e f. *Vide* Æs alienum.
Decaniæ *exstiterunt in diœcesi Cameracensi ante medium sæculum* X 626 c
Decima *monetæ Majoricensis concessa episcopo* 61 d
Decretales *novæ penes S. Bernardum Vicensem* 76 f. *Pseudo-Isidori decretales circa annum* 864 *innotuere* 662 f
Dedicatio *templi quotannis celebranda* 58 f
Denarius aureus *Florentinus* 733 c, 734 b
Dentes *excussi jussu tyranni* 527 a
Deus providebit, *frequens dictio B. Bonaventuræ Potentini* 135 f, 137 f, 142 d, 150 e, 161 a
Diaconi *sub S. Cæsario anno ætatis* XXX *ordinabantur* 833 d

Djarrentir, *liber Armenorum* 649 e
Digamus *prensat cathedram Vercellensem* 580 d f
Diœceses *olim non erant in Hibernia* 624 a. *Earumdem ibidem origo* 888 e f, 889. *Diœceses viduas procurabant olim episcopi vicini: unde absorptiones faciles* 228 e. *Diœceses sub metropoli Viennensi sæculo* IX 842 e f
Diplomata *sæpe ab episcopis absentibus postea confirmabantur* 697 e; *quæ ad episcopos et abbates circummittebantur confirmationis ergo* 874 d e. *Diplomati Coloniensi anni* 964 *falsa adscripta nomina* 722 c
† Discipulorum *Christi nomina incerta; instar Apostoloruu habentur* 451 a
Discordiæ politicæ *sæpe monasteria labefactant* 746 d e
Disputationes *de fide laicis prohibitæ* 50 b c
Divitiæ. *Eas contemnunt apostoli* 458 f. *Quantas habuerit S. Desiderius Autissiodorensis* 357 e f
Do, To, Mo, *particulæ præfixæ nominibus celticis sanctorum* 420 a
Doctrina *B. Bonaventuræ Potentini an prodigiose infusa* 122, 142 f. *Doctrinam cælestem adeptus* B. *Joannes Chisius* 732 c
Dodecasyllabum *metrum S. Jacobi Sarugensis* 830 c
Dominica die *actus forenses facit S. Fulcus, episcopus electus Placentinus* 13 c
Domini, Domni, Domnionis *et* Domnonis *nominum origo et antiquitas* 818 f, 819
Donazoiz, *seu rituale armenum* 207 a
Dormitorium *commune, etiam venditis bonis, canonicis suis exstruit S. Fulcus, præpositus S. Euphemiæ Placentiæ* 5 d, 6 b
Dorsum *ad sepulcrum S. Dodonis alterunt dorso laborantes* 633 d e. *Item ad sepulcrum abbatis Caulier* 633 c f
Dramata *ex Vita S. Bernardi Vicensis acta in theatro* 30 d
Ducatus. *Ducati de camera valor* 45 c. *Ducati Neapolitani valor* 151 c
Ducenarius procurator 504 b
Duodecim *canonici Tigernenses ad exemplum duodecim apostolorum* 545 c

E

Ecclesia. *Hujus vocabuli apud Græcos significatio; item apud Christianos; discrimen inter basilicas et ecclesias* 359 b. *Ecclesias consecrare sine canonicorum consilio non poterat olim episcopus Placentinus* 5 e f, 6 a b. *Ecclesiæ juratoriæ, in quibus solemnissime jurabatur* 199 c. *Ecclesiæ rerum mobilium aliquando in Hibernia receptacula* 890 f. *Ecclesia sive templum urbis Axumis* 319 et seq. *Ecclesiæ antiquissimæ Claromontanæ descriptio* 255 a. *Ecclesiæ cathedralis Papiensis fabrica quibus subsidiis promota* 2 a. *Ecclesia S. Joannis Placentina censetur destruenda, quia in diverticulis multa turpia fiebant* 14 b c d. *Ecclesiarum ingens multitudo Ravelli in Regno Neapolitano* 148 d. *Ecclesia cathedralis Vicensis, caput omnium ecclesiarum diœcesis et magistra* 83 a. *Inde accipienda sacramenta* 83 a. *Renovatur pecunia collecta occasione cultus B. Bernardi* 22 b c. *Ecclesiæ S. Petri Viglebanensis fabricæ allaborant etiam feminæ et pueri* 104 f. *Ecclesiæ a Joanne Palæologo ad mœnia ædificanda dirutæ* 208 f. *Vide* Caverna, Cathedralis, Templum.
Ela, *particula de cujus sensu disputatur* 296 c f
Electi *ad vitam æternam non omnes eadem hora* 634 a b
Electio episcoporum. *Quæ ejus ratio in Gallia medio ævo* 812 b; *item Placentiæ et Mediolani initio sæculi* XIII 10, 11, 12. *Electus fuit S. Fulcus, episcopus Placentinus, sine interventu populi* 20 e. *Electio episcopi Vercellensis, turbata ambitione divitum* 580 c d. *Electio Ratherii Veronensis ad sedem Leodiensem* 721 e f. *Electionis episcoporum Vicensium varii modi* 43 e f. *Vide* Episcopi.
Elevatur *corpus B. Joannis Chisii et iterum sepelitur* 733 f
Encratitæ, *Marcionistarum germen* 498 f
Endura *Albigensium* 51 f, 52 a
Epigramma *ad Chicum* 564 d e
Episcopi *sine certa sede aut titulo apud Scotos et Hibernos* 624 a, 888 e f, 889. *Episcopus sine titulo S. Ursmarus* 630 a. *Episcopi Scoti quare tot querelas excitaverint* 889 c; *item episcopi Britanni in Armorica* 889 d. *Regionarii seu episcopi Scoti prædicant, inconsulto loci episcopo, evangelium* 238 e. *Episcoporum conditio inter monachos Columbanianos omnesque Hibernos* 711 b. *Quæ Stabulai fuerit* 711 c d e. *Episcoporum electio in Gallia medio ævo* 812 b. *Episcopi sæculo* XIII *nondum nominabantur a principibus* 62 c. *Episcoporum Placentini et Mediolanensis electio initio sæculi* XIII 10, 11, 12; *item Papiæ* 15 c f. *Episcopus Vicensis, omisso pristino electionis modo, eligitur S. Bernardns Calvonius per compromissionem* 43 e. *Episcopus Claromontanus creatus est S. Namatius, vivente uxore* 255 b c d. *Episcopi Placentini electi levantur* 11 d. *Episcopi electi olim administrare poterant diœcesim* 12 d e, 13 a b c d. *Episcopis Cataloniæ morti vicinis, quid agerent comprovinciales* 43 f. *Episcopatum se aliquando recusaturum promittere non vult S. Fulcus* 3 a b; *episcopum se futurum præsentit* 20 a b. *Episcoporum Æthiopiæ catalogus* 306 b c d, 307; *iidem Alexandriæ educati* 300 a. *Episcopi plures facti monachi* 592 a. *Episcopus regularis manet monachus* 77 a. *Episcopi jussi quotannis in hæreticos inquirere* 54 e, 55 b. *Episcoporum Placentinorum jura ut obnoxia canonicis* 5 e f, 6 a b. *Episcoporum lectus, olim circumdatus lectis clericorum* 579 b. *Episcoporum exemplar S. Bernardus Vicensis* 49 f, 50 a. *Episcopi Vicenses, aliunde acciti, res Vicenses parum curant* 28 b c. *Episcoporum uniuscujusque sedis numerandorum modus S. Gregorii Turonensis* 255 d. *Episcopalis sedis Majoricensis restauratio undique impedita* 61 e f, 62 a b c. *Episcopum ab una sede ad alteram transferre erat contra regulam ecclesiasticam* 790 d. *Episcopi sæculo* V *aliquando, nulla licentia obtenta, suam deserebant ecclesiam* 592 a. *Episcopis, cathedræ suæ renuntiantibus, facile successores dat S. Gregorius M.* 341 d e. *Episcopi, piaculi sibi conscii, sæpe olim deserebant suas cathedras* 342 e. *Episcopus, calumniis oppressus,*

oppressus, sedem suam deserit 783 c. *Episcopi sub Vandalica persecutione ex Africa in Italiam profugi* 800 c. *Episcopo, facto monacho, provisio assignata* 41 c d. *Episcopi habiti sancti, qui episcopi non fuerint* 225 b. *Vide* Coadjutor. Electio.
Epistolæ *Abgari ad Christum et Christi ad Abgarum censentur authenticæ a S. Ephremo, Theodoro Studita, Dario, Afro et Julio Africano* 453 a e. *Epistolæ synodicæ seu fidei testimonia episcoporum recens electorum ad patriarchas et episcopos* 346 e
Equus *S. Colmani Senbothensis resuscitatus* 383 e
Eremitæ *more Orientalium in Belgio* 847 d. *Eremiticam vitam præfert S. Dodo cœnobiticæ* 635 c
Eristhawi, *Georgiæ magnates* 643 b
Evangelium, Evangeliarium. *Evangelium et Epistola in vigiliis solemniorum festorum in altari cantanda* 68 b. *Evangeliarium S. Abbani a nivibus intactum* 288 e. *Evangelia in unum librum a Tatiano contracta* 463 e f. *Evangelium prædicare paganis omni episcopo olim permissum* 238 d e
† Eucharistia. *Eucharistica pietas B. Bonaventuræ Potentini et V. Dominici a Muro* 118 e, 154 c d. *Caput ante eam ille inclinat, dum ad sepulcrum defertur* 159 b c. *Eucharistia impressa pectori B. Julianæ Falconeriæ* 403 f, 404. *Eucharistia manibus excipiebatur a communicandis* 500 d. *Gravitas sacrilegii* 8 c d. *Vide* Communio, Missa, Viaticum.
Eunuchismus *non erat turpis in Oriente* 459 d. *Eunuchi tamen a S. Saba in lauram non admissi* 917 b
Eutychianismo *adhæsit junior S. Joannes Chuzibita, sed postea renuntiavit* 589 b. *An etiam S. Jacobus Sarugensis* 827, 828, 927 f
Exarchæ *erant tres in Oriente; spoliantur sua suprema auctoritate a concilio Chalcedonensi* 347 b c
Excommunicatio. *Duplex: altera separat ab ecclesiæ corpore, altera interrumpit inter ecclesias vel personas commercium; posteriori sensu intelligi potest sententia a S. Stephano sive lata sive interminata* 496 c d, 497. *Excommunicatus in Hibernia ab uno episcopo, excommunicatus habitus ab omnibus* 889 b
Exemptio. *Exemptio ecclesiarum in Oriente* 547 a b c. *Exemptio particularis subditorum capituli Tigernensis* 544 e
Exercitia spiritualia *B. Bonaventuræ Potentini* 144 a
Exocatacœli *seu aulæ patriarchalis Constantinopoli præsidentiores ministri* 345 d e
Exordii Magni *Cisterciensis quis auctor* 778 f
Extases *patitur B. Bonaventura Potentinus* 143 f, 144 d, 146 e

F

Fabas, *Ægyptiis invisas, manducat S. Abrahamus, eremita Ægyptius* 234 a d
Familia, *servi apud Germanos et Romanos* 360 a
Familiaritas *inter æquales fere nascitur* 597 b
Famulus. *Famulus perpetuus in monasterio B. Mariæ V. Suessione S. Leodardus* 641 b. *Famuli quibus conditionibus conducti a S. Bernardo Vicensi* 71, 72. *Eorum merces* 44 c d e, 45 c d. *Deprædicant ejus sanctimoniam* 68 f
Feminarum *commercium prudentissimum B. Bonaventuræ Potentini* 163 f
Ferreis cingulis *circumdatus S. Stephanus Junior Martyr* 678 d. *Vide* Cingulum.
Festa *non celebranda quadragesimali tempore* 271 d. *Festa celebrata a canonicis Lateranensibus auctoritate S. Pii V* 3 d. *Festa propter reliquiarum præsentiam* 338 e. *Festum seu lectiones de S. Florentio Argentoratensi substitutæ lectionibus de S. Florentio Tilæcastrensi* 182 e, 188 c. *Festum S. Bernardi, abbatis Claræ-vallensis, actum pro S. Bernardo Vicensi, nondum solemniter inter sanctos relato* 23 a b, 96 e. *Festum mirabilium Lugduni* 700 f
Feuda *Vicensis diœcesis* 69, 70. *Feudale regimen in Georgia* 643 a, 646 e f
Fidejussores *adhibiti in conductione famulorum et contractione æris alieni* 45 c f
Fidei *puritate meruit Bergomum ut a barbaris nihil patiatur* 817 e
Flagellatur *B. Antonia Brixiania, adhuc puella, ob negligentiam in choro* 408 c d. *Flagellorum usum pœnitentes suos docet B. Bonaventura Potentinus* 133 c d. *Flagellationes quotidianæ et hebdomadariæ ejusdem* 128 f, 129 a, 147 f, 148 a. *Vide* Virgæ.
Florenus. *Floreni pontificii seu Florentini valor* 45 d e. *Florenus aureus Florentinus* 733 c, 734 b
Flumen *pedibus transit S. Abbanus* 287 c
Fons *S. Colmani mac Duach* 890 c. *Fons S. Ermelindis Meldradii* 856 f; *Lovanioli* 851 b
Forma vovendi *secundum Regulam S. Benedicti* 622 c
Frater. *Fratres quomodo sancti vicini facile dicti sint* 224 d. *Frater dicitur post mortem B. Bernardus, episcopus Vicensis, olim abbas SS. Crucum* 86
Furca, *supplicii genus, describitur* 917 d e
Furta *reliquiarum olim frequentia* 557 a. *Furtum reliquiarum S. Dodonis tentatum* 637 c d. *Furtum corporis S. Abbani* 292 b c. *Vide* Reliquiæ.

G

Gallicinium *nocturnum et matutinum* 710 c d. *Matutinum etiamnum finis noctis in Æthiopia* 333 f
Gallus gallinaceus *inservit S. Colmano mac Duach* 884 c
Giva, *nominum finalitas* 921 b
Gentes *Hibernicæ (clans)* 889 b. *Vide* Clan.
Gladiatoriam *pugnam pugnat S. Nestor martyr zelo fidei* 220 e f
Gradus academicos *recusabant Eremitæ Ilicetani* 738 c
Græca lingua *in Æthiopia olim floruit* 324 c et seqq.
Grangiarum *monasticarum descriptio* 391 d
Gratiæ *divinæ vis in sanctis* 112 b. *An integrum relinquat humanum arbitrium* 122 c d e

H

Habetdeus *vel* Habetdeum, *nomen Afris Christianis familiare* 800 a
Hæreditas *in successione abbatum Hibernorum consideranda* 624 b

Hæretici. *An et qui fuerint tempore apostolorum* 491 f et seq. *Hæretici eorumque fautores jussi inquiri* 50 c, 67 e. *Quomodo inquirendi juxta formulam S. Raimundi de Pennaforti* 55 e f, 56
Hagiomartyres *apud Græcos* 220 a
Haimanot Abbau, *seu fides Patrum, liber Æthiopicus* 387 b
Hastiludia *causa discordiarum et bellorum* 90 a b
Henoticum *Zenonis asseclam habuit forsan S. Jacobum Sarugensem* 828 b, 929
Hermaphroditi *exemplar* 286 c
Hernia *laborat B. Bonaventura Potentinus* 129 d
Hic requiescit, Hic requiescit in pace, *ætas harum formularum in titulis* 819 f, 820 a
Hiems *quando incipiat Cæsareæ Cappadocum* 489 f et seq.
Hierarchia ecclesiastica, *id est, depicti episcopi Lunenses Sarzanæ* 799 e, 802 a, 805 c
Hieromartyres *apud Græcos* 220 a
Holcas, *nummus Homeritarum* 316 d e f; *idem ac Dirhem* 316 e
Homagium *ante cameran episcopi* 69 c
Horarum *ratio Neapoli* 156 a
Hordeum *datum famulis pro mercede* 45 c
Hosiomartyres *apud Græcos* 220 a
Hospitalitas *pristina Romanorum* 282 b
Humilitas *B. Bonaventuræ Potentini* 119 b, 143 e f, 164 c d e; *in patrandis miraculis* 152 a; *paulo ante mortem* 155 d. *Humilitas B. Joannis Chisii* 732 d
Humicubationes *B. Bonaventuræ Potentini* 126 f, 128 c f
Hydroparastatæ, *Encratitarum genus* 499 a
Hymnus *S. Petri Damiani de S. Fideli martyre* 550. *Hymni in honorem B. Bernardi Vicensis* 98 f, 99 f
Janua *conventuum Eremitarum S. Augustini non aperienda tempore prandii* 733 b

I J

Idola *an adorarint Galli* 250 a
Jejuniorum *species variæ* 790 a. *Jejunium septem dierum indictum ante baptismum* 469 b. *Jejunium quadragesimale impositum candidato Cisterciensi* 37 b. *Jejunia, abstinentias et vigilias non vult S. Fulcus imponi leprosis* 14 a. *Jejunia B. Bonaventuræ Potentini* 128 e, 147 f, 148 a, 150 e f, 151 a, 163 c d. *Jejuniis et inedia vitæ suæ periculum creat* 142 b c. *Jejunium, abstinentia et virginitas dicta inutilia ab hæreticis sæculi* IV 580 c. *Jejunium inutile esse suadere tentat diabolus B. Joannæ Soderiniæ* 405 f
Ignis *cultores christianos in Georgia persequuntur* 650 c f, 651 c d. *Ignis, dictus sacer, Hierosolymis in Sabbatho sancto* 790 d. *Ignis tormentum in passione S. Anastasiæ* 525 f
Imago *Christi Cpoli dicta Antiphonetes; ejus vices* 764 a b c d. *Imagines S. Bernardi Calvonii, picti cum botris, spicis et lapide* 42 d. *Imagines S. Ermelindis* 854 c. *Imagines B. Joannæ Soderiniæ* 400 b c d. *Imagines unius sancti translatæ ad alium* 106 d e
Impatientiæ *suæ pœnitet B. Bernardum Vicensem* 100 c d
Incendium *extinctum reliquiis S. Crucis* 42 d; *item ope S. Dominici in conventu S. Catharinæ M. Ferrariensi* 409 a b. *Incendio plures codices mss. consumpti* 564 b
Indiculus festorum *apostolorum ipsi Martyrologio Hieronymiano coævus* 443 c d
Indulgentiarum *existimatio B. Bonaventuræ* 144 d, 161 c d. *Sæculo* XII *usitatæ indulgentiæ aliquotæ* 908 e. *Indulgentiæ ab episcopis concessæ sæculo* X 838 a. *Indulgentiæ a Luciopapa III concessæ militantibus adversus hæreticos* 54 e. *Indulgentias extraordinarias monasterio SS. Decentii et Germani concessisse fertur Alexander IV* 571 c d. *Indulgentiæ confraternitati S. Ermelindis concessæ a Pie IX* 866 c. *Indulgentiæ anno* 1177 *a legatis pontificiis concessæ propter fabricam S. Frambaldi Silvanectensem et aliæ* 908 d e. *Indulgentiæ quæstuariæ pro templo cathedrali Papiensi* 2 a. *Indulgentiæ concessæ ab episcopo Vicensi pro opere claustri Vicensis* 23 d e. *Indulgentiæ et confratria pro restauratione templi cathedralis Vicensis* 83, 84 a. *Indulgentiæ pro conficiendo sepulcro S. Bernardi Vicensis* 27 a b, 84 c d e f; *aliæ indulgentiæ pro luminari et fabrica* 31 f. *Indulgentiæ quæstuariæ sublatæ* 908 f. *Indulgentiam petit B. Joannes Chisius ante mortem* 733 e
Inguinaria lues *Treviris* 226 f
Injuste *possessa, si ignorentur domini, dari possunt templo cathedrali Vicensi* 83 e, 84 a b
Inquisitionis *initia* 53 e f, 54. *Inquisitio hæreticorum et concubinariorum præcepta* 67 e. *Vide* Concubinarii, Hæretici.
Inscriptiones 524 b c d. *Inscriptio Adulitana Ptolemæi Evergetæ I* 315 d. *Altera antiquissima regis Æthiopis ignoti* 315 d. *Inscriptiones Axumitanæ æthiopicæ regis Tazenæ* 262 et seq. 264 a b, 313 et seqq. 335 et seq.; *aliæ* 314 d. *Inscriptio Axumitana græca* 261 et seqq. *Inscriptiones himyaricæ viginti octo* 321 d; *aliæ quatuordecim* ibid. *Inscriptio sepulcri S. Cotti* 354 e. *Inscriptio sepulcri SS. Domnonis, Domnionis et Eusebiæ Bergomi* 818 et seqq. *Inscriptio sepulcri SS. Decentii et Germani sæculi* IV 271 a. *Inscriptio tumuli S. Ferrutii, martyris Moguntini,* 531 a b. *Inscriptio sepulcri S. Honorati, episcopi Vercellensis* 578 a
Interdictum *Placentinum propter fidem et homagium denegatum Frederico Barbæ-rossæ anno* 1216 *solvitur* 15 a b c. *Solutionis solemnitas* 16 b. *Interdictum suspensum propter quæstores confratriæ de restaurando templo cathedrali Vicensi* 83 d
Io *finalitas diminutiva et blanda* 819 a b
Iracundiæ *victor B. Bonaventura Potentinus* 150 b
Ischiadis *morbo liberatur Andreas Ruffo, interventu B. Bonaventura Potentini* 111 e, 168 c
Itinerarium *Romanum Salisburgense* 468 b
Judaici *ritus in Æthiopia apud Judæos* 303 d et seqq.; *apud ipsos Christianos* 305 c et seqq.
Judicatum *Vigilii papæ in quæstione de Tribus Capitulis* 495 b
Juramentorum *formulæ apud Romanos pleræque probatæ christianis* 535 e f. *Juramentum in fide ordinis, factum a monacho* 87 a. *Juramento irrito se invicem ligant consul et magistratus Placentinus adversus clerum* 7 a b

Juridica *studia in Angliam non penetrant* 896 d
Jurisconsulti *Vicenses festum agunt S. Bernardi Vicensis ut patroni* 23 a
Jurisdictio *territorialis Celtis ignota* 889 b c. *Jurisdictio personalis, orta ex gentis conversione, territoriali prævaluit in Britannia et Bulgaria, quum conversi sunt Anglo-Saxones et Bulgari* 690 c; *territorialis personali sæculo* IX *in Armorica* 690 b c
Justitiam *vindicativam negant Valdenses* 52 f

K

Kalendarium *Aberdonense pictum Antverpiæ* 904 f. *Kalendariis Metensibus quinam sancti episcopi inscripti* 668 b c. *Kalendarium ms. Sitonianum* 550 b. *Vide* Martyrologium. Menologium. Senkessar. Synaxarium.
Kidan, *conventio Dei cum sanctis viris, de qua fabulantur Æthiopes* 330 c d, 331 b, 333 b, 389 e

L

Labarum *quale fuerit* 764 b c
Laici *monasteriis præpositi* 715 et seqq. *Laici monachi non clerici, neque tamen conversi* 637 a f, 638 a. *Laicis fratribus accensitus aliquandiu B. Bonaventura Potentinus* 118 f. *Eorum officiis fungitur, etiam presbyter* 123 d, 125 f, 126 d, 137 c, 164 e f
Lampas. *Lampades altarium* 25 e. *Lampas ad sepulcrum hominis accensa, non olim, sed hodie est certum signum publici cultus* 392 e f, 393 a, 395 d e. *Oleo, ex lampade S. Antonii Patavini sumpto, ægros sanat B. Bonaventura Potentinus* 141 a, 146 d. *Lampades oblatæ in honorem S. Bernardi Vicensis* 30 d. *Lampades accensæ ad sepulcrum S. Bernardi Calvonii paulo post mortem* 22 b; *per unum annum ex voto* 81 c. *Lampas ibidem fundata* 26 b. *Lampas fundata a Ludovico VII, Francorum rege, in honorem S. Frambaldi* 908 d. *Item in ecclesia Bullencurtiana ad S. Hemelinæ tumulum* 395 d e f, 396 a
Lapis, *a martyre pressus, expressit formam pedis* 204 e f
Lauræ *ingressus qua ratione novitiis concedebatur* 914 c d
Lectio, Lectores. *Lectio S. Scripturæ antiquissima in ecclesia* 249 a. *Lectio super mensam etiam in itinere sæculo* XIII *usitata a Cisterciensibus* 42 c. *Lectores sæculo* V *ordinabantur in puerili ætate, sed Justinianus requisivit* 25 *annos*; *quæ lex in Gallia non viguit* 810 b
Lecti *clericorum Vercellensium in uno cubiculo* 579 b
Legati, Legatio. *Legatorum apostolicorum varia genera* 655 e. *Legationes Cpolitanæ ad Homeritas et Æthiopes* 317 c d e, 323 et seqq. 325 c d e
Legendæ *non undequaque rejiciendæ, sed caute adhibendæ* 200 e f
Legio XXII, *cujus veterani Patræ in Achaja coloniam constituebant, versata diu Moguntiæ* 543 a d
Lepra, Leprosus. *Lepra nigra infectus Abgarus* 452 f. *Leprosum sanat S. Abbanus* 289 a b. *Quanta caritate leprosum habuerit S. Bonaventura Potentinus* 151 b
Levantur *episcopi electi Placentini* 11 d
Leviathan *dentibus homines absorpti* 634 b
Libros *suos tempore novitiatus legat S. Bernardus Calvonius monasterio SS. Crucum* 38 c
Liberti *non habebant jura civilia aut politica, sed ab alio erant independentes* 361 a
Libertatem *et privilegia monasterio insulæ Barbaræ restituit Carolus, rex Provinciæ* 682 f
Libra *quantum valeret apud Græco-Romanos et Alexandrinos* 316 d e; *quantum Cpoli* 767 b; *quantum Placentiæ sæculo* XII 5 e
Limina apostolorum, *origo hujus vocabuli* 814 d. *Limina S. Frontonis* 237 d
Lingua *exsecta S. Anastasiæ* 527 a. *Lingua abscissa, martyres expedite loquuntur* 915 b, 916 e
Linguarum *donum apostolis datum* 459 b, 460 e f.
Litanias *peculiares habebant S. Germani Autissiodorensis monachi* 374 b. *Litaniæ Carolinæ, sæculo* VIII *conscriptæ* 639 f
Literæ formatæ *commendatoriæ, dimissoriæ, pacificæ, canonicæ* 496 f, 497 a
Liturgia *ecclesiæ Æthiopicæ* 265 b, 267 d. *Liturgia Mozarabica in festo SS. Simonis et Judæ* 443 a b
Locis sanctis (Epitome libri de), *edita a Rossio* 468 c
Lucernarum *monasticarum usus* 922 d e, 924 b
Lumine *cælesti noctu et interdiu coram S. Eucharistia lucet corpus S. Bonaventuræ Potentini* 142 b, 144 a, 146 e. *Lumine prodigioso lucent digiti S. Elfledæ Rumesejensis* 922 c, 925 c
Lupi *custodiunt armenta S. Abbani* 287 c f. *Eidem obediunt* 277 b c

M

Maccmutinarum *valor sæculo* XIII 45 d, 71 c
Macies *summa disparet ab Andrea de Pino, puero, ope S. Bonaventuræ Potentini* 111 e, 168 c d
Magisterii *ambitio improbata a B. Bonaventura Potentino* 124 b
Majores domus *regum modo erant Franci, modo Galloromani* 846 a
Mamillæ *S. Anastasiæ abscissæ* 526 b
Manicæ *monialium, sæpe rerum receptacula* 922 d, 924 a b
Marabotini *initio sæculi* XIII *in Catalonia valor* 38 a b
Marcæ argenti *olim valor in Hispania, Neapoli etc.* 130 f
Mare *pedibus calcat S. Abbanus* 279 c d. *Precibus suis tranquillum facit S. Bernardus Vicensis* 100 d e
Martyr, Martyrium. *Martyrum variæ classes apud Græcos* 219 c. *Martyres numquam interrogati de rebus politicis* 202 f; *illorum corpora feris exposita* 205 b; *verborum duritia explicatur* 205 f, 206 a b. *Martyria christianorum in Homeritide sæculo sexto* 312 a b. *Martyrum duplex genus* 899 e : *alii qui pro pietate alii qui cum pietate, injuste fuere necati* 369 e, 899 e. *Martyres dicti etiam confessores, squallore carceris confecti* 542 b c. *Martyr dictus S. Appianus, episcopus Afer, exul* 816 b. *Martyres sæpe alibi quam in patria cultu potiori gaudent* 518 e. *Aliquando dicti confessores* 249 d.

Martyrium auditoribus commendat B. Bonaventura Potentinus 131 d. *Quantum idem ejus esset cupidus* 161 a. *Martyres cœmeteriales non indiscriminatim festorum institutione celebrandi* 338 f. *Martyr cœmeterialis S. Purpurinus patronus secundarius Polæ factus* 341 b

Martyrologium *S. Æugussi auctum* 885 a, 886 b; *Anglicanum Whitfordi* 901 c, 919 b; *S. Frambaldi Silvanectense* 908 a; *Georgianorum* 647 f, 648 a b; *Hieronymiani indoles et natura* 574 b c. *Id partim collectum ex calendario seu martyrologio syriaco* 184 a d. *Martyrologii Romani correctiones successivæ* 822 b. *Martyrologium S. Reguli Silvanectense* 912 a b; *Wintoniense* 919 b. *Vide* Kalendarium. Menologium. Synaxarium.

Masumatina. *Vide* Macemutina.

Matrimonium *damnatum ab Albigensibus* 51 b

Medicina *qua ratione primum permissa clericis; dein interdicitur* 798 e f

Meditationis *usum etiam nautas docet B. Bonaventura Potentinus* 131 d

Megalomartyres *apud Græcos* 219 f

Mendicato *vivit Placentiæ S. Fulcus, dum literis studet* 3 a b, 20 a b

Menologium *Armenorum* 207 a; *Basilii imperatoris quando scriptum* 516 f; *Georgianum* 648 b. *Menologia Græca martyrium SS. Simonis et Judæ proclamant* 443 c f, 444 a b

Mensa secunda *sæculo* XIV *usitata inter Eremitas S. Augustini* 733

Menses *Syrorum et initium anni* 466 f

Mensura de Aglata 72 a

Mensura *fori Minorissæ* 58 c

Mercatores *Romani intermedii inter Innocentium III et Placentinos excommunicatos* 7 c

Meschita. Mesgid. Meskid. *Meschita Valentina in ecclesiam mutata* 66 c. *Templa sua Judæi Æthiopes Meskid vocant* 304 e

Meteora, *monasteriorum orientalium genus, ut arces constructa* 589 e

Militia, Milites. *Militia an priscis christianis licita* 531 f et seqq. *Negant Valdenses* 53 a. *Milites multi, facti christiani, deserunt militiam* 534 d e f. *Milites fidem christianam abjicere jubent Galerius, Diocletianus et Licinius* 536 a. *Eorum constantia in persecutionibus imperatorum* 203 d. *Miles sub Carolo Magno non poterat solvi militia sine ducis venia* 622 f, 623 a. *Militum causæ graviores a quibus judicarentur* 543 a. *Militare sacramentum* 533 c. *Militia cælestis sub chlamyde terrestri* 567 e, 568 e f

Miracula *quum patrarentur ad tumulum S. Bernardi Calvonii, et similiter alibi pulsatæ campanæ* 22 d e, 85 b. *Miracula B. Bonaventuræ Potentini, a S. Sede approbata* 111 c d e. *Miraculis claret S. Dodo vivus* 635 d. *Miracula ad S. Ermelindis sepulcrum* 863 c; *item ad S. Gebuini* 704; *et ad S. Justi* 252 b. *Miracula in Actis martyrum quatenus admittenda* 525 a b. *Miracula fabulosissima et insulsissima ab Æthiopibus jactata* 313 a b, 328 e, 330 c d, 331 e, 333 d, 334 b c, 385 b, 390 a

Missæ *sacrificium quanta pietate et puritate faciat B. Bonaventura Potentinus* 123 e, 128 d, 142 c, 143 f, 146 e, 150 c, 161 e, 166 a. *Raptus patitur* 154 d e. *Missæ ministrans B. Joannes Chisius presbyteris errores significat* 732 c d

Missale *ambrosianum* 563 a; *Mettense antiquissimum* 806 f

Missionarii *catholici de geographia aliisque scientiis bene meriti* 319 f, 383 et seq.

Mitra *S. Bernardi Vicensis infirmis imposita* 27 f, 30 d

Mo, Do, To, *particulæ præfixæ nominibus celticis sanctorum* 420 a

Modestia *B. Bonaventuræ Potentini* 163 e f

Monachi, Moniales, Monastica vita, Monasteria. *Monachorum tria genera in Ægypto* 847 b. *Monachi olim pœnitentibus æquiparati* 899 a; *vetiti militare* 903 e f, 904 a. *Monachus factus S. Sigebertus, rex Anglorum Orientalium, compulsus pugnæ interest, sed nonnisi cum virga* 903 c d. *Monachorum pietas illicium ad vitam claustralem* 621 d. *Monasticam vitam amplectuntur septem reges Angliæ* 898 d. *Monialibus velandis ætas competens* 598 c d, 604 a b. *Monachi sæculo* IV *vitam agebant ubi vellent* 240 a; *sed per codicem Theodosianum habitare urbes vetiti* 359 c. *Monachi Græci facilius ad alia monasteria transibant, sed non absque causa id permittebatur* 913 f et seqq. *Invito abbate suo, non poterant ex monasterio abduci* 832 f. *Monachi SS. Crucum versantur in æde episcopali S. Bernardi Calvonii* 47 a. *Monachi sæculo* XIII *copiosum habebant in Catalonia peculium* 47 a b. *Monachus S. Dodo bona sua retinet* 629 c, 630 a. *Monachis recentiori ævo interdicta conditio testamenti* 601 c d. *Monastica instituta initio simplicissima* 273 c. *Monasticam cum clericali vita conjungendam docuit S. Eusebius Vercellensis* 579 a b, 580 f. *Monasteria virilia subjecta monialibus* 856 b. *Monasteria monialium Benedictinarum ignota in Belgio medio sæculo* VII 847 d. *Moniales aliquando londebantur in Galliis* 598 d, 613 e. *Monasteria pleraque sæculo* VII *scholæ puerorum* 635 c. *Monasteriorum regalium et episcopalium conditio* 658 e f, 659 a b. *Monasteria, multis ditata fundis, olim tamen egena* 715 d e. *Monasteriis laici præpositi* 715 et seqq. *Monachi, facti canonici, quantum improbati Trithemio* 537 e. *Monachi pravi turbant ecclesiam Vercellensem* 580 b c. *Monachi, qui Normannorum tempore a statu suo defecerant, ad pristinam condionem a concilio Tusiacensi revocantur* 690 f. *Monachi per saltum licite ordinabantur episcopi* 240 b c. *Constantia S. Bernardi Vicensis in vocatione religiosa* 79 c. *Monachi ad succurrendum fuere frequentes in Occidente* 810 d. *Monachi et monasteria in Æthiopia* 386 c et seqq. *Monachi Æthiopes instituta sequebantur S. Antonii* 300 d e f, 301 c, 386 e f; *inter eos solitarii et reclusi multi* 301 d e f; *turricula S. Pantaleonis* 301 et seq. 331 et seq.; *hodiernorum instituta* 385 e, 386 e f. *Monachi tredecim Syri in Georgiam migrant* 644 c. *Monachi primum in Occidente visi sunt sæculo* IV 847 b; *in Belgio sæculo* IV, V, VI 847 d; *apud Morinos, Rothomagenses et Turonenses* 847 b. *Monastica vita ex Africa in Italiam traducta* 584 d. *Monachi et moniales Angli in Gallicanis monasteriis instituti* 896 c. *Monasteria S. Theodori a S. Cyriaco et Mauritio declarata exempta* 349 e. *Monasterium prope Romam, in quo instituta dicitur S. Anastasia*

sia virgo 521 d, 524 b e. *Vide* Bona. Episcopus. Paupertas. Professio. Virgines.
Moneta. *Moneta de dublenco, de duplo, Barcinonensis, juxta quam solidi* 88 *cudebantur ex una marca* 58 c, 76 c d. *Moneta Vicensis, Barcinonensis, Jaccensis et Melgoriensis* 44 c d e; *Acromontensis* 45 b. *Monetæ cudendæ jus penes episcopos Vicenses* 49 d
Monita *S. Thaddæi ad clerum* 465 c d e
Monogramma Christi *fueritne ante et post Constantinum Magnum usurpatum* 571 a b; *intra coronam imago est triumphi* 571 a
Monophysismus *quando Æthiopiam infecerit* 384 et seq.
Monstrum *in ecclesia S. Vincentii Mediolani* 550 c.
Morabatiuus, 16/100 *marcæ argenti* 45 d, 71 c. *Cfr. Capmany, Memorias, tom.* II, *app. pag.* 124.
Morbi, *quibus affligitur B. Bonaventura Potentinus* 141 d, 147 b c, 163 c
Mores, *christianorum in sacris conventibus sæculo* III 500 c d; *mores sæculi* X 838 e
Mors, Moribundus, Mortuus. *Mors meta laborum* 28 b; *propter Christum tolerata, gaudium* 522 a, 523 d. *Mortis bonæ exercitium, a B. Bonaventura commendatum* 144 e f. *Moribundorum cura B. Bonaventuræ Potentini* 163 a. *Mors pientissima S. Ambrosii* 581 d. *Mortem suam prædicit B. Bonaventura Potentinus* 154 f, 155 a; *mors ejus pientissima* 155 c d e. *Mortuusne vere esset, an specie dumtaxat B. Bonaventura Potentinus* 156 b. *Mors pientissima B. Joannis Chisii* 733 e f. *Mortuus suscitatus intercessione S. Bernardi Vicensis* 26 b; *item puer* 82 d e; *alius puer, invocato B. Bonaventura Potentino, post triduum* 168 b. *Triginta novem annis post mortem movet se corpus B. Bonaventuræ Potentini* 168 e f. *Mortuorum requiem a Deo petit S. Columba Hiensis* 289 f, 290 a, 291 d e f. *Pro defuncto præposito S. Euphemiæ Placentino tricenarium, missæ et eleemosynæ* 5 c. *Mortuos in urbibus sepelire per codicem Theodosianum erat vetitum* 359 c
Mortificationem *ut novitiis suadeat B. Bonaventura Potentinus* 144 e
Mozarabica liturgia *docet martyres SS. Simonem et Judam* 443 b. *Vide* Liturgia.
Mulcta *adversus donationis violatores* 713 c
Mulier *dolis et dæmonum ope multos decipit Cæsareæ Cappadocum* 475 b c d e
Mundum *anno* 1000 *periturum multi existimant* 838 b. *Mundi contemptus* 567 d
Mus *inservit S. Colmano mac Duach* 884 c. *Mures in lecto B. Bonaventuræ Potentini nidificant* 126 f
Muscæ *infestant equos macros, proverbium* 732 e
Musica, Musici. *Musica fueritne a B. Angelramno promota* 666 e f. *Musicorum Metensium et Romanorum contentio* 667 a b

N

N *litera nomina propria terminant sæpius Syri* 297 a
Na *syllaba addita multis nominibus locorum, ut Narbo, Sulmo, Tarraco* 757 a.
Navis, Navigatio, Naufragium. *Naves indicæ dictæ quæ fuerint* 319 a. *Navis S. Abbani* 281 c d. *Navis sponte exspectat S. Abbanum* 279 d. *Navigantium patronus S. Abbanus* 281 d, 282 d. *Naufragium effugiunt nautæ Vicenses, voto facto oblationum ad sepulcrum B. Bernardi Calvonii* 94 a b c. *Navis mysticæ figura repræsentatus ordo Servorum B. M. V.* 400 c
Negotiatio *Æthiopum cum imperio Byzantino* 298 d e f, 299 f, 303 a, 309 b, 325 b c d
Neomartyres *apud Græcos* 219 f
Nix, *in armario posita a B. Bonaventura Potentino, æstu non liquescit* 119 d, 120 e f
Nomina *polyglossa francica mutant interdum alterutrum vocabulum* 711 f. *Nomen germanicum cum duplici finalitate Ethelburga et Ethelfleda* 923 c, 924 e. *Nomina propria virorum aliquando a patria deducta* 907 d. *Nomina boni ominis Salvius, Valerius, Statorius* 587 d. *Similia non semper ambibant christiani, nominibus minus honestis sæpe contenti* 189 e. *Amabant tamen laudativa* 235 b. *Nomen patris datum filio* 720 e. *Nomen immutabant aliquando monachi; quod ab episcopis non fiebat* 307 f. *Nomina discipulorum aliquando data monasteriis Hibernicis, non conditorum* 273 b c. *Nomen unius sancti mutatum in nomen alterius* 879 a b
Nomisma *quid sit et quantum valeat* 769 e
Notarii *S. Bernardi Vicensis* 47 c d
Notitia. *Notitia portarum etc. circum Romam Guilielmi Malmesburiensis* 468 c. *Notitia de locis sanctorum, Martyrologio Hieronymiano præfixa, pars est corporis Martyrologii* 443 c
Novissima *christiano recolenda* 18 c
Novitiorum *magistri BB. Antonius Rubeus et Philippus Aquilanus* 756 f, 757 d; *item B. Bonaventura Potentinus* 142 f, 143 et seqq.

O

O *finalitas quomodo accesserit ad nomina masculina* 819 d e. O *et* U *literæ promiscue quondam adhibitæ* 564 b
Obedientia *literalis an laudanda* 120 f, 126 b. *Obedientia vitem siccam in fructiferam convertit* 736 b, 751 b c. *Obedientia summopere laudatur in B. Bonaventura Potentino* 112 c d, 119 b c, 125 b, 129 c, 143 a, 147 a b, 149 a, 164 e f. *Admirabilis potius et excusabilis propter simplicitatem quam in exemplum intuenda* 120 f, 121 a, 125 b c d, 126 a c d, 127 a b e f, 148 a, 149 a b, 150 a. *Obedientiam prodigiis commendat B. Bonaventura Potentinus* 134 a b c d, 140 e. *In hac virtute ita exercet novitios ut etiam absurda et ardua eis jubeat* 143 b. *Obedientia S. Fulci, dum esset canonicus in S. Euphemiæ* 5 a b. *Sola fere explicite promissa a canonicis regularibus* 5 b. *Obedientiam B. Joannis Chisii* 732 e. *Obedientiam nemini promiserunt SS. Ermelindis, Reinildis, Landrada et Berlindis* 848 c
Oblationes *in Pentecoste* 874 f, 875 a. *Vide* Anathemata. Cera.
Oblatio, Oblatus. *Oblatio S. Dodonis per parentes rationem habuit firmæ professionis* 635 f, 636 a. *Oblati, id est Conversi, non videntur exstitisse sæculo* VIII 641 a. *Oblatæ initio quasi servæ* 403 b
Odor *prodiens ex reserato sepulcro* 341 c.
Œcumenici *nomen a Joanne Jejunatore usurpatum* 425 d; *item a S. Cyriaco* 347 a b
Œconomus magnæ ecclesiæ. *Hoc munus primo presbyteri*

presbyteri, dein clerici obierunt 345 c d e f
Officium *divinum olim cantabant monachi non in choro, sed in media navi* 41 a b. *Officium* VI *capparum omnium in Toletana ecclesia solemnissimum* 443 b
Oleum *prodigiose multiplicatum propter B. Bonaventuram Potentinum* 136 c d
Opera bona *quomodo facienda* 568 b
Optio *in Actis S. Capitolinæ* 219 b
Oratio. *Orationes longiores S. Justi Vitæ intextæ* 235 a. *Oratio B. Bonaventuræ Potentini diuturna* 160 b. *Orationem inutilem esse suadere tentat diabolus B. Joannæ Soderiniæ* 405 f. *Oratores publici ad Deum pro populo* 834 b
Ordines sacri. *Ordinatio episcoporum plerumque die dominica olim fiebat* 375 b; *id est nocte diei dominicæ* 653 f, 654 e. *Ordinatio extranei an olim esset licita* 238. *Ordinare clericos sine consilio canonicorum non potest episcopus Placentinus* 5 e f, 6 a b. *Ordinum interstitia servanda* 598 a b. *An privilegia regularium aliquid valeant adversus leges Tridentinas de ætate ordinandorum* 121 b c. *Ordines inferiores non semper recipiebant qui ad altiores ascendebant* 810 c; *maxime monachi* 240 b c. *Ordinationis nexus episcopum inter et clericum* 238 a b c d. *Ordinatio S. Amandi Trajectensis inter festa relata* 174 a
Ornamenta *rerum sacrarum olim sæpe decentia* 42 d
Orthodoxiæ *dominica quænam sit et an duæ fuerint* 760 f
Osculum pacis *in admissione canonicorum Placentinorum* 9 a
Ostensio *annua reliquiarum S. Baldi* 876 f. *Ostensio quæstuaria reliquiarum cappellæ S. Frambaldi Silvanectensis* 908 b c

P

Pagorum *nominum origo* 625 c f
Palla, *S. Remigio Lugdunensi a comitissa Bertha data, hodiedum Lugduni servatur* 698 b
Pallium. *Pallii usum apocrisiariis pontificiis concessus* 655 e. *Pallium seu repa super sepulcrum S. Bernardi Vicensis* 27 c, 31 f
Panes *pro hospitibus in monasteriis faciebant laici; suos ipsi monachi* 641 a b. *Panes multiplicat B. Bernardus Vicensis* 101 f, 102 a d. *Simile prodigium occasione B. Bonaventuræ Potentini* 135 e f, 136 a b c
Papæ *nomen primus sibi attribuit S. Leo Magnus* 241 f. *Romani pontifices omnes sedes episcopales in Occidente erexerunt* 425 e f, 426 b e
Paralytica *ex chiragra mulier in elevatione corporis S. Dodonis curatur* 636 e
Parricidii *et matricidii rei fuisse traduntur SS. Baldus et Julianus Hospitalarius* 873 b
Particulæ *corporis aliquando pro toto corpore sumuntur* 448 d
Pascha, *quo die celebrandum* 496 d e; *scilicet die dominico* 784 e, 787 a. *Pascha initio diversum in Hibernia* 883 e. *Paschatis festo canonici Placentini et famuli cibandi ab episcopo* 5 e f
Passionem dominicam *populo commendat B. Bonaventura* 131 b c. *Ipse eam impense colit* 129 a, 144 d, 161 f
Passionem Dominicam *ante se apertam habet B. Joannes Chisius moriens* 733 e f
Pastoris *liber valde utilis* 455 d
Paternitatis spiritualis *vis in Hibernia* 889 a
Patientia. *Patiendi studium B. Bonaventuræ Potentini* 128 e f, 147, 151 b c. *Patientiam pœnitentes suos docet B. Bonaventura Potentinus* 133 e, 140 c d e
Patriam *fugit B. Bonaventura Potentinus* 125 f. *Patriam exemplo V. Dominici a Muro cælum vocat* 154 f, 155 a c
Patroni *Bergomenses creantur anno* 1725 *SS. Domnio, Domno et Eusebia* 822 d e f. *Patronus causidicorum Vicensium S. Bernardus Calvonius* 30 d. *Patronus dorso laborantium S. Dodo propter nominis similitudinem* 633 d e
Pavo caudatus *resurrectionis symbolum* 571 b
Paupertatis *votum licet canonici Tarraconenses non exprimerent, eo tamen tenebantur* 36 a b c. *Paupertas seu parsimonia SS. Ermelindis, Eustochii, Paulæ et Euphrasiæ* 847 e. *Paupertas B. Joannis Chisii* 732 e f, 733 a b. *Sæculo* XIV *Eremitæ S. Augustini inter se vendere et emere poterant vestes et alia* 733 c. *Peculium apud eosdem usitatum* 734 b c. *Paupertatis leges apud Minores Conventuales* 114 a. *Paupertatis amor B. Bonaventuræ Potentini et V. Dominici a Muro* 118 f, 126 e, 128 c, 150 d e, 165, 166 a b. *Paupertas singularis B. Antoniæ Brixianæ* 408 f. *Vide* Bona. Monachus.
Pax *in Orientis ecclesiis post schisma Novatiani restituta* 477 b c
Peccator *luxuriosus in sæculo fuerat B. Joannes Chisius* 732 d. *Peccatrix publica monialis facta* 132 d. *Peccatores quomodo ad pœnitentiam duceret B. Bonaventura Potentinus* 131 f, 132 a
Pecuniam *non portat, neque tangit B. Bonaventura Potentinus* 130 a, 165 e f, 166 a
Pentecostes *die angeli relinquunt templum Hierosolymitanum* 455 a. *Pentecostes festo vestem monasticam accipit S. Bernardus Calvonius* 37 b
Peregrinatio. *Peregrinatio Hierosolymitana S. Baldi pœnitentis* 879 e; *item S. Floris* 339 b, 341 d e. *Romana Guidonis II, comitis Tigernensis* 544 f; *item SS. Ibari et Abbani* 278 f, 279 et seq. 281 f, 282 e; *item S. Justi Pictaviensis* 251 e d; *et B. Aaronis Autissiodorensis* 373 f. *Peregrinatura. Compostellam anno* 1226 *mulier Placentina facit pium testamentum* 18 a b. *Peregrinationes annuæ ad insulam Barbaram* 188 e. *Peregrinationes in honorem S. Colmani mac Duach* 891 f, 892 a. *Peregrinationes nudis pedibus ad sepulcrum B. Bernardi Vicensis* 88 a. *Peregrinantium agmina, recensita a S. Ængussio* 272 f. *Peregrinationis insignia* 621 c, 622 e. *Peregrinationes factæ ad sepulcra sanctorum nomine civitatum* 875 a
Perfectio *vera in quibus consistat* 147 f
Periodeutarum *officium quodnam fuerit* 829 b c
Periplus *maris Erythrei anno* 246 *aut* 247 *conscriptus* 308 f
Persecutio. *Plerique decem, alii pauciores numerant* 517 b. *Persecutio Valeriani describitur* 501 c d e f. *Persecutio christianorum in Homeritide, regnante Dhu Nowaso sive Dunaan Judæo* 312 a b, 316 a b c, 317 et seq.
Pestiferorum *servitium alterum martyrium* 181 d

Pictæ *imagines in Claromontana S. Stephani basilica indicio uxoris S. Namatii, librum manu tenentis* 255 b
Pietas *B. Bonaventuræ Potentini* 123 d e, 128 c d, 146 e. *Pietas S. Elesbaæ* 297 d, 301 d e f, 317 f, 320 c d, 321 f, 322 a, 326 et seq. *Pietas erga sanctos martyres* 577 e
Pignorationis *occasione accepta ultra sortem restituit B. Bernardus Vicensis* 38 e
Piscis *ore suo servasse traditur fibulam S. Bernardi Vicensis* 30 e. *Pisces, indicio B. Bonaventuræ Potentini, mirabiliter inventi* 134 e. *Piscem integrum cum aculeis manducare nititur B. Bonaventura Potentinus* 125 c d
Pistoriam artem *exercuit S. Leodardus* 641 a d e
Pluvia *non cadit super feretrum SS. Vitalis et Agricolæ* 256 c. *Pluviæ obtinendæ causa inquiruntur Bergomi reliquiæ* 817 f, 818 a
Pœnarum *olim severitas* 53 e f
Pœnitens, Pœnitentia, Pœnitentialis presbyter et liber. *Pœnitentibus olim monachi æquiparati* 899 a. *Presbyter Pœnitentiarius, in ecclesia orientali abolitus, in latina perseveravit* 834 c d, 841 c d e. *Pœnitentialis liber dono datus a S. Fulco* 15 e. *Pœnitentes, vinculis ferreis ligati, solvuntur a S. Dodone* 635 d. *Pœnitentia severa S. Julianæ Falconeriæ* 405 d. *Pœnitentialia exercitia B. Bonaventuræ Potentini* 145 a. *Obedientiæ lege ea regi sinit* 147 b. *Ad finem vitæ ea minoris facit* 147 f
Polyptychum *Cameracense sæculi* IX 630 b
Porcorum *Metensium pretium sæculo* VI 671 a
Porta *conventus seu monasterii locus, in quo fiunt actus forenses* 38 b
Præcentor *Vicensis* 86 d. *Præcentoris munera* 252 e
Prædestinatio *divina* 634 d e; *multum agitata sæculo* IX 687 a d. *Lis finitur in concilio Tusiacensi* 691 b c d
Præfectus urbis *interdum voce ἡγεμών designatur* 524 b e
Præpositus *regularis creatur S. Fulcus, nondum triginta annos natus* 3 b, 5 c
Præstationibus *rerum substituta pecunia in Catalonia* 45 b
Prandium *regium in Hibernia* 886 e
Presbyteri *quam sancti esse debeant* 8 c. *Presbyterorum ætas in Occidente et in Oriente* 810 d. *Presbyteri et diaconi aliquando in conciliis disputarunt* 511 a b. *Presbyteri ineunte sæculo* XIII *muniis civilibus funguntur in Catalonia* 35 e f
Primatis *dignitas olim in Africa, Hispania et Sardinia certo oppido non affixa* 59 a
Primicerii *dignitas in ecclesia Virodunensi et vicinis* 716 f
Processiones *ecclesiasticæ solemnes in Ægypto et Æthiopia* 319 b d. *Processiones Placentinæ quomodo ordinatæ* 6 a. *Processionum bannalium vestigia Tilæcastri* 187 e
Prodigia *ut credantur majore auctoritate externa indigent* 791 f
Professio *et consecratio virginum ab exordio ecclesiæ propagata* 519 b c
Progenies *Hibernicæ (clans) ecclesiastica et sæcularis in Hibernia* 889 b c
Prophetia. *Prædicit V. Dominicus a Muro B. Bonaventuram Potentinum Ravelli moriturum* 123 c, 148 f. *Prophetiæ donum B. Bonaventuræ Potentini* 148 f; *Neapoli* 124 a b, 149 b c d; *item Isclæ* 127 e, 137 e f, 138; *Nuceriæ Paganorum* 144 b d e, 145 c d; *item Ravelli* 152. *Prophetia ficta* 179 e f
Protomartyres *apud Græcos* 219 c
Protospatharius, *minister præsidum* 524 c f
Prudentia *B. Bonaventuræ Potentini* 119 f, 123 f. *Prudentia S. Frumentii* 258 a b
Psalmi, Psalterium. *Psalmorum et orationum cantus ab apostolico ævo repetendus est* 249 b. *Psalmi olim memoriter discebantur in tirociniis monasticis* 924 b. *Psalmorum duodecim usurpatio* 710 c. *Psalterium integrum cantat S. Becanus, stans ad crucem* 283 b
Pseudocapitula *intra annos* 847 *et* 865 *fuere conscripta* 663 a. *Vide* Decretales.
Pueri *oblati in monasteriis orientalibus et occidentalibus et apud Coptos* 588 e. *A prima ætate in scholis monasticis instituti* 896 b; *sæculo* VII *in plerisque monasteriis* 635 e. *Quomodo puniendi secundum Regulam S. Benedicti* 622 e. *Pueros singulariter excolit B. Bonaventura Potentinus* 162 f
Pupillorum *negotia jure Romano curat episcopus Placentinus* 6 c
Purgantes *animæ feria II cumprimis a multis juvari solent: unde hæc consuetudo* 133 c, 135 b

Q

Quadragesimæ *initium pendet a die celebrandi paschatis* 789 f, 790 a
Quæstio paschatis *sub Narcisso Hierosolymis agitata* 784 d e f, 786 f, 787 a
Quæstores, *confratria et indulgentiæ pro restauratione templi cathedralis Vicensis* 83, 84 a. *Quæstuariæ institutiones pro fabrica templi cathedralis Papiensis* 2 a. *Vide* Confratria. Indulgentiæ. Reliquiæ.
Quarterii *Barcinonensis capacitas* 44 c, 45 a
Querquedulæ *S. Colmani Senbothensis* 382 c

R

Raptus *B. Antoniæ Brixianæ* 408 c. *Raptus B. Bonaventuræ Potentini* 149 a; *ad finem vitæ frequentiores* 154 c d e f, 160 f
Receptio. *Vide* Consolatio.
Recognitionum *librorum antiquitas* 358 e
Regale *genus sanctorum quare non facile admittendum* 224 c d
Reginæ Hispaniarum *post mortem maritorum in viduitate permanebant* 198 f, 199 a
Regulæ. *Regula Aquisgranensis canonicorum* 46 d. *Regula S. Augustini censetur continere tria religiosa vota* 36 b; *prohibet proprium* 46 d e. *Regula SS. Patrum, S. Columbani et S. Benedicti in Belgio* 36 a. *Vide* Moniales.
Reliquiæ. *Corporum sanctorum divisio an sæculo* VII *fieri cœpta* 879 c. *Reliquiæ particulares aliquando pro integro corpore sumptæ* 448 d e. *Reliquiæ unius sancti acceptæ pro reliquiis alterius* 243 b. *Reliquiæ venerabilis viri super altare positæ* 27 c d. *Reliquiæ sanctorum, instrumentum jurisjurandi* 199 c. *Reliquias et alias res quare tangere ament populi Germanici* 633 e f. *Reliquiarum furta olim frequentia* 436 b. *Reliquiarum furtum detegit B. Bonaventura Potentinus* 145 b. *Reliquiarum SS. Decentii et Germani misera fata* 573 b. *Corporis S. Dodonis*

donis solemnis elevatio 636 e. *Ejusdem recognitio* 632 b c; *ejusdem circumlatio quæstuaria* 637 a b c. *A Lobiensibus sæpius similis res facta* 638 b. *Item alibi* 430 b c. *Qua occasione defuncta resuscitatur, et alia fiunt miracula* 430 e f. *Reliquiarum S. Ermelindis indiculus* 861 c. *Eædem circumferuntur in supplicationibus* 857 f; *subtrahuntur a Guilielmo d'Oyenbrugge furori hæreticorum* 858 c d e. *Reliquiæ S. Genesii Tigernensis repertæ sub pavimento* 545 d. *Reliquiæ S. Leodardi cum veneratione servatæ* 642 a. *Reliquiæ ecclesiæ Pictaviensis insignes* 253 c, 254 a. *Reliquiæ dicuntur a S. Hilario Roma Pictavium allatæ* 241 f. *Reliquiarum S. Remacli translatio* 708 e. *Reliquiarum Silvanectensium ab anno* 1793 *varia fata* 911 c d e. *Reliquiæ SS. Simonis et Judæ reperta in capella Vaticana* 447 a. *Vide* Elevatio. Furtum. Pallium. Particula. Sancti.

Responsorium *S. Antonii Patavini* 124 c d e, 134 d, 139 c

Restituit *B. Bernardus Vicensis quæ sententia judicum ei obtigerant* 37 e f, 38 e

Rex *dictus Pippinus Heristalius; item Carolus Martellus et Carlomannus* 714 a b. *Reges Æthiopiæ hæretici interdum liturgiam celebrasse dicuntur* 306 d. *Vide* Regale. Regina.

Ritus *Vercellensis, abolitus a Bonomio episcopo* 578 d e

Rota, *tormenti genus obvium in Actis martyrum* 526 a

S

Sabbati *religio inter Æthiopes* 305 d e

Saccophori, *hæretici* 499 b

Sacramentaria *antiquissima monstrant martyres fuisse SS. Simonem et Judam* 443 a b

Sacrificium *Eucharisticum cum sacramento solitæ prædicationis oblatum* 475 e. *Vide* Missa.

Sacrilegus *prodigiose punitus* 839 d

Sacristæ *officium in ecclesiis Aragonensibus gradus ad episcopatum* 57 b. *Sacrista aliquandiu fuit B. Bonaventura Potentinus* 118 f. *Quod officium facit, etiam presbyter* 123 d, 137 c, 145 a. *Item sacrista fuit templi Vallisaspræ B. Joannes Chisius* 732 c

Salmonum *decima in diœcesi Tullensi* 232 a

Salutationem Angelicam *millies quotidie dicit B. Juliana Falconeria* 405 d

Sanguis *miraculosus B. Pantaleonis Ravelli* 153 d, 154 a. *Sanguine S. Symphoriani tincti tres lapides pro reliquiis servati* 543 c

Sanctus, Sancta. *Sancti titulus apud S. Gregorium Turonensem ambiguus* 257 d. *Sanctorum laus, laus Christi* 539 b. *Ordines tres sanctorum in Hibernia* 883 d e. *Sancti etiam minus mirabiles canonizandi* 108 c f, 109 a. *Sanctorum exempla* 567 b c. *Sanctæ, quæ virili habitu vixerunt, minus in hoc laudandæ* 913 e, 917 b. *Eorum Acta non tuta* 913 e f. *Sancti secundum Deum varias distribuunt gratias* 199 e. *Sanctorum intercessio quam utilis* 541 b. *Sancti perjuros ad suas reliquias puniunt* 199 e. *Sanctus unus substitutus alteri ob nominum similitudinem* 905 a b, 911 f, 912 a. *Osores Sanctorum puniuntur* 617 c. *Sancti dicuntur relinquere loca, ubi eorum cultus negligitur* 434 a. *Voti damnatos puniunt* 434 e f. *Sancti quandoque cognomen sumunt a loco emortuali* 737 b. *Sanctorum vitæ apud Georgianos* 647 e f. *Item apud Æthiopes* 313 a b c. *Vide* Festa. Reliquiæ.

Satelles, *a dæmone correptus et liberatus* 563 f

Schismate *aut hæresi ingruente, vulgus sæpe diu catholicum remanet* 385 a b c. *Schisma Novatiani, Romæ ortum, propagatur in Africa et Oriente* 476

Schola *Origenis Alexandriæ* 471 b. *Scholarum apud Anglos Orientales origo* 895, 896, 903 c. *Scholæ literariæ in Gallia sæculo* IV 235 a. *Scholæ juris et academia Placentiæ* 9 c. *Scholas regit S. Fulcus, archipresbyter Placentinus* 9 b. *Scholæ Vercellensis tempore S. Eusebii laus* 579 a b, 580 f. *Scholæ juniorum monialium* 922 e

Scientia *requisita pro ordinibus sub S. Cæsario* 833 d e

Scripta, Scriptores. *Scriptores profani in Scriptura sacra citantur* 441 b. *Scripta optimorum auctorum aliquando per sæcula delitescunt* 453 d; *aliquando falsa* 454 e. *Scripta apocrypha S. Justi* 241 e f. *Scripta, in Christum ignominiosa, in populo sparsa* 105 f

Scriptura sacra *lingua vulgari prohibita* 50 b c

Scrupulis *vexatur B. Bonaventura Potentinus* 128 d, 129 d

Sculptura *sæculo* XII *exercita Lobiis* 631 d

Scutum *suum militare servat ad finem vitæ S. Bernardus, Vicensis episcopus* 64 f

Scyphus *argenteus singularis inventus in templo S. Andreæ Bergomi* 818 d

Seminaria *difficillime in Regnum Neapolitanum introducta* 116 f, 118 a

Senkessar *seu synaxarium Æthiopum, sæculo* XV *exaratum* 262 f, 265 b c, 268 d e, 301 e, 312 f, 328 b

Septem ecclesiæ *in Insula Barbara, in Monte S. Othiliæ, Andennæ et in Killmacduach,* 188 d, 890 b

Sepultura, Sepulcrum. *Sepeliebantur olim cadavera extra civitatum mœnia* 817 a b. *Sepulta martyrum corpora sub altaribus; sed etiam aliorum christianorum, maxime fundatorum* 821 b c d e; *aut certe intra ecclesiam* 604 b. *Obitus sui die sepultus fuit B. Betto* 375 b. *Sepeliendi priscus ordo apud Cistercienses* 80 f. *Antiphona qua olim iidem utebantur* 80 b c. *In sepulcris episcoporum calices stannei, et militum enses olim positi* 27 f, 28 a. *Sepulturæ locus eremitarum ipsa cella* 849 a; *sic S. Baldi pœnitentis* 873 f; *item S. Dodonis* 635 e, 636 b. *Sepeliri noluit B. Elfleda Rumesejensis intra oratorium* 923 f. *Sepulcrum marmoreum S. Bernardi Calvonii* 81 a. *Sepulcrum olim insigne S. Colmani mac Duach* 891 f. *Sepulcro S. Dodonis dorsum applicant renibus laborantes et lapidi sepulcrali abbatis Caulier* 633 d e f. *Sepulcrum S. Ermelindis* 856 b; *sociorum S. Eucharii, episcopi et martyris, retecta* 230 a b c d; *S. Fidelis martyris* 549 c. *Sepulcrum S. Genesii Neophyti seu Tigernensis indicant boves* 544. *Sepulcrum S. Remacli quomodo munitum et compositum* 708 e. *Sepulcretorum tres ordines retecti in choro templi cathedralis Vercellensis* 577 e. *Vide* Mortuus.

Serapidis *cultus in Actis sanctorum obvius* 211 a. *Plurimum toto orbe Romano, in Asia præsertim*

præsertim, pervagatus 211 b; *Cæsareæ Cappadociæ certe floruit* 211 c d
Serici *negotiatio inter Indos et Romanos per Æthiopes* 325 a et seqq. *Serici usus a S. Francisco Assisiate prohibitus* 165 c
Serpens, *custos reliquiarum* 205 e
Servus, Servitus. *Romanorum servi plerique erant de corpore* 360 d; *qui sæpe fiebant servi de potestate* 361 a. *Hi plerique agricolæ* 360 d. *Servorum conditio olim alia apud Germanos, alia apud Romanos* 360 a. *Illa medio ævo non misera* 360 e. *Servi malebant ecclesiarum quam laicorum negotia agere* 361 a. *Servis apud Francos et Romanos libertatem dare poterant clerici* 361 b. *Servitutem in monasterio viri liberi non raro sponte suscipiebant* 341 b c.
Sexus *puellæ in puerum mutatio* 283 f. *Vide* Hermaphroditus.
Signa *pulsata in monasteriis ad gallicinium* 710 d
Silentium. *Silentii nocturni violatio quam gravis habita in monasteriis Columbanianis* 710 b. *Silentium scriptorum non labefactat fidem aliunde adstructam* 483 d e. *Vide* Argumentum negativum.
Simplicitas *B. Bonaventuræ Potentini* 119 c d e f
Singularitas *nulla in moribus, virtutibus et specie B. Bonaventuræ Potentini* 155 f
Societas Jesu. *Ejus commercium cum S. Carolo Borromæo* 559 e f. *Ejus sodales in illustranda prisca historia Æthiopiæ multam operam posuerunt* 383 et seq.
Solidus. *Solidus auri quot hodie penderet francos* 366 b. *Solidorum sæculo* XIII *potestas* 37 e. *Solidorum Vicensium, Barcinonensium, Jaccensium et Melgoriensium valor* 44 c d e, 45 c. *Vide* Nomisma.
Solstitium æstivum *opportunum magicis conventibus* 617 e
Spina *S. Ermelindis* 850 f
Spiritus Sancti *invocatio in Liturgiis Orientalibus* 831 c d
Splendor *circa caput indicium sanctitatis* 754 c
Spoliatio *Gallicanarum ecclesiarum sæculo* IX 680 d
Stabilitas *monachorum et canonicorum regularium* 8 f. *Eam promittunt canonici S. Euphemiæ Placentini aliique* 5 b. *Ejus lex non admissa a monachis et monialibus Hibernis* 294 f, 889 a. *Vide* Monachus.
Studia *reflorescunt sub medium sæculum* X 626 d. *Denuo ad finem sæculi* XVI 627 d. *Studiis incumbit S. Fulcus, mendicato vivens* 3 b, 20 a b. *Studii Papiensis scholares et magistros quindecim quotidie pascit S. Fulcus* 20 c. *Studentibus canonicis Placentinis concessa tertia pars fructuum* 4 d. *Vide* Schola.
Stylus *S. Cypriani singularis* 491 c. *Acerbus non destruit operis fidem* 487 c
Subdiaconorum *ætas medio ævo* 810 c
Subscriptores *episcopi aliquando alii sunt ab iis quibus literæ inscriptæ sunt* 600 e
Suicidium *olim ab aliquibus licitum virginibus habitum, si castitatis servandæ causa fieret* 221 a
Superioris *reverentia B. Bonaventuræ Potentini ante mortem* 155 d. *Superiores duo in B. Bonaventuram injuriosi* 145 b c, 146 b, 150 a b
Supplicium *damnatorum in decimum diem differendum erat* 464 f
Suspendere *nequit episcopus Placentinus clericum urbanum aut suburbanum sine capituli consilio* 6 b
Symmartyres *apud Græcos* 220 a
Synaxarium. *Synaxarium Sirmundi in Anglia nunc reperitur* 575 b. *Synaxarium metricum Æthiopum* 265 d e, 267 d. *Vide* Senkessar.
Synodus. *Vide* Concilium.

T

T *litera, a qua incohantur multa sanctorum popularia nomina, pertinet ad* Sanct, Sant, Saint, *etc* 295 d
To, Do, Mo, *particulæ præfixæ nominibus celticis sanctorum* 420 a
Tabulis æneis *christianorum proscriptio per urbes insculpebatur* 201 c d
Tapes *dono datus a S. Fulco* 15 e
Tempestas *oritur, cæso S. Fideli* 563 e, 568 c d
Templorum *usum damnant Albigenses* 51 c d. *Vide* Ecclesia.
Tentatio *viros etiam sanctos turbat* 614 e f, 615 a b. *Tentationibus impuris vexatur B. Bonaventura Potentinus* 129 d. *Tentationes dæmonis multas experitur B. Joanna Soderinia* 405 b. *Tentationes carnis ut vicerit B. Joannes Chisius* 732 d e
Terræ motus *in Ponto et Cappadocia* 475 b
Testamentum *facere possunt canonici sæculares Liberdunenses nomine socii, qui intestatus mortuus est* 231 f. *Testamentum S. Desiderii Autissiodorensis* 357 c d. *Testamentum facere nequit B. Bernardus, episcopus Vicensis, quia monachus* 77 a. *Ejus memoriale* 75 f. *Ejusdem testamentum factum ante professionem, reservato jure interpretationis* 37 c d, 38 c d e f. *Testamentum factum ante peregrinationem Compostellanam ut episcopus amicus disponat de bonis ad salutem testatoris* 18 b c d. *Testamentum pium ob remissionem peccatorum* 25 d. *Alterum testamentum propter miraculum* 25 f. *Item tertium* 26 b. *Testamenta propter canonisationem B. Bernardi Vicensis* 26 c. *Testamenti interpretatione, bona legata uni domui piæ, translata ad alteram* 18 c
Theologia *olim fere tradebatur in scholis philosophicis et juridicis* 34 f. *Theologi non magnæ auctoritatis in rebus mere historicis* 737 a
Thesaurarii *officium conscribere miracula* 22 e
Tiliæ *in festo S. Ermelindis plantatæ* 853 f
Timor Dei *causa conversionis B. Antoniæ Brixianæ* 408 c
Tonsuræ *clericalis modus* 67 d e. *In Hibernia primis temporibus diversitas* 883 e. *Tonsura rotunda recepta ab Hiensibus* 624 e. *Tonsura monalium* 598 d, 613 e. *Tondetur ab alieno episcopo B. Guido Autissiodorensis* 377 d
Traditiones *more francico faciunt Armoricani* 910 c
Tredecim *legitimus numerus monachorum* 382 f
Tres, *numerus amatus ab Hibernis aliisque Celtis* 279 c
Tribus *Hibernicæ (clans)* 889 b
Tricenarium *pro defuncto præposito S. Euphemiæ Placentino* 5 c
Tumultu *populari occisi SS. MM. Marcus, Soterichus et Valentina* 222 b c d
Tunicam *suam suspendit ad sepulcrum S. Bernardi Calvonii primus consiliarius Vicensis* 30 d

Turris rotunda *in Killmacduach* 890 b
Typicum, *ordo divini officii* 672 f. *Typici S. Sabæ brevis historia* 672 f

V

Vectigalia *ab Æthiopibus in Homeritide percepta* 297 e, 309 d, 311 a c
Vena *nominum finalitas unde* 909 d
Venerabiles *sæculo* IX *vocantur plerumque episcopi, et presbyteri* 699 e; *item archidiaconi et canonici Vicenses* 85 d
Verborum *maxime sollicitus B. Bonaventura Potentinus* 147 e
Vestes *splendidæ* 67 d e. *Vestes nigras pauperes gerebant in Galliis sæculo* V 255 b. *Vestitus datus famulis pro mercede* 45 c. *Vestes omnes præter interiores oblatæ ad sepulchrum S. Bernardi Vicensis ob evitatum naufragium* 94 b c. *Vestes canonicorum regularium* 740 c f, 749 b c. *Vestibus laceris utitur B. Bonaventura Potentinus* 119 a; *easdem pauperibus erogat* 135 c; *iisdem induit religiosum exterum* 142 c d. *Vestes sibi emere debebant Minores Conventuales* 142 c; *item Eremitæ S. Augustini* 733 a b. *Vestis viduales* 598 d
Veva *nominum finalitas unde* 909 d
Viatici *reliquias superiori reddit B. Bonaventura Potentinus* 130 c f
Vicarius capitularis *anno* 1401 *Bergomi, sede vacante* 821 a
Viduarum *forma vovendi* 598 d, 613 e f. *Viduitas reginis Hispaniæ præcepta* 198 f, 199 a
Vigiliæ *apud Columbanianos* 710 d. *Vigiliæ quatuor festorum ritus duplicis Vici* 68 b
Villæ, *a S. Desiderio ecclesiæ S. Stephani Autissiodorensis datæ, quanti valerent* 365 e
Vinculis *ferreis circumdati pœnitentes solvuntur a S. Dodone* 635 d. *Hoc pœnitentiæ genus parricidis maxime impositum* 636 b
Vinum *bonum quod optarit B. Bernardus Vicensis, eum pœnitet* 80 f, 81 a. *Id ab eo multiplicatur* 101 d e f. *Item in funere S. Theodori* 842 a b. *Ab eo abstinet B. Bonaventura Potentinus* 128 e. *Qui in Missa album rubro præfert propter munditiem* 118 f
Virili habitu *vixere sanctæ complures, non ideo laudandæ* 913 e, 917 b
Virgam *siccam rigando virescere facit S. Baldus pœnitens* 879 f. *Virgarum usus in monasteriis* 922 e, 924 b
Virgo, Virginitas. *Virginum titulus datus etiam nuptis* 177 f, 394 f, 395 a; *item viduis* 182 a. *Virginitas comperta ope cinguli S. Colmani mac Duach* 888 b. *Virgines sacræ sæculo* III *jam a vulgo fidelium segregatæ* 519 b c. *Virginitatem servandam non esse suadere tentat diabolus B. Joannæ Soderiniæ* 405 f
Visionibus *procuratur translatio corporis S. Dodonis* 636 f. *Visiones B. Antoniæ Brixianæ* 409 a
Visitat *Petrus de Albalat, episcopus Tarraconensis, diœcesim Vicensem* 67 c d
Vitis, *signum centurionis* 535 b
Ulceribus *leprosus liberatur Andreas de Pino, puer, ope B. Bonaventuræ Potentini* 111 e, 168 c
Vota *ægre sæculo* XIII *dispensabantur* 63 b
Usura. *Sæculo* XIII *in Catalonia fœnus vulgare legitimum erat* 12 *pro* 100, *Judæorum* 20 *pro* 100 46 a b, 50 c
Wini, Wino, Wina *in nominibus propriis mutata in* Weni, Weno *et* Wena 909 e

Z

Za *particula æthiopica inservit formandis genitivo et adjectivis* 330 a, 930 f
Zelus. *Zelo qui accenduntur, semper persecutionem patiuntur, etiam a superioribus* 408 f, 409 a. *Zelus fidelium adversus Petrum de Bruis, incensæ crucis dominicæ reum* 51 d. *Item populi Coloniensis sæculo* XII *adversus Catharos* 53 d. *Zelus animarum S. Bernardi Vicensis* 49 f, 50 a, 120 c d, 126 e, 131, 132, 146 d e f, 149 f, 161 b c, 162 f. *Eumdem commendat junioribus collegis* 145 e. *Zelus et fortitudo S. Elesbaæ* 319 et seqq. *Zelus S. Frumentii* 258 b c, 261 a b, 268 a
Zona *seu cingulum S. Colmani mac Duach* 888 a b

ERRATA CORRIGENDA.

Pag. 207, *num.* 4, *lin.* 26 osores - *l* - osorum. — *Pag.* 257, *num.* 1, *lin.* 8 Antiochiæ - *l* - Tyri. — *Pag.* 258, *num.* 6, *lin.* 11 explicarunt - *l* - expilarunt. — *Pag.* 261, *num.* 15, *lin.* 1 15 - *l* - 17. — *Pag.* 262, *num.* 21, *lin.* 12 hoc discernere - *l* - hos discernere. — *Pag.* 262, *num.* 24. *lin* 10 anno 545 - *l* - anno 585. — *Pag.* 262, *num.* 25, *lin.* 2 est *deleatur.* — *Pag* 263, *num.* 26, *lin.* 24 Sallilu - *l* - Salhen. — *Pag.* 265, *num.* 33, *lin.* 8 est - *l* - dicitur. — *Pag.* 266, *num.* 41, *lin.* 26 anno 352 - *l* - anno 353. — *Pag.* 270, *annot.* e, *lin.* 2 ævo illo de quo, non vero quo - *l* - ævo illo quo, non vero de quo. — *Pag.* 296 *SEPTEM* - *l* - *NOVEM* — *Pag.* 297, *num.* 3, *lin.* 2 *a fine,* tomo præcedenti - *l* - tomo X octobris *et similiter pag.* 301 *num.* 25 *et* 32, *et pag.* 317, *num.* 83. — *Pag.* 305, *num.* 38, *lin.* 18 ab Ægypto - *l* - ab Ægyptio. — *Pag.* 309, *num.* 54, *lin.* 5 *a fine,* accepisse - *l* - occepisse. — *Pag.* 310, *num.* 58, *lin.* 11 Thu - *l* - Dhu. — *Pag.* 314, *num.* 72, *lin* 5, 484 ad 512 - *l* - 487 ad 513. — *Pag.* 315, *num.* 75, *lin.* 9, versus 13 et 52 - *l* - versus 13 ex 52. — *Pag.* 318, *num.* 75, *lin.* 21 *lege* Annesley. — *Pag.* 320, *num.* 98, *lin.* 14 ita diu - *l* - non ita diu. — *Pag.* 321, *num.* 102, *lin.* 10 superius - *l* - tomo X. — *pag.* 325, *num.* 115, *lin.* 10 per ipsum - *l* - ut per ipsum. — *Pag.* 327, *num.* 125, *lin.* 28 aut 36 - *l* - aut 365. — *Pag.* 327, *num.* 125, *lin.* 6 *a fine* annum 480 aut 485 - *l* - annum 490 aut 495. — *Pag.* 327, *num.* 126 giubot - *l* - ghinbot. *Similiter pag.* 328 *et* 335. — *Pag.* 329, *annot.* o occidentalium - *l* - orientalium; *item* 335 *annot.* c. — *Pag.* 329, *annot.* n, 514 - *l* - 541. — *Pag.* 330, *annot.* b, *vide pag.* 931 f. — *Pag.* 352, *col.* 1, *lin.* 49 librorem - *l* - librorum. — *Pag.* 358, *col.* 2, *lin.* 30 Gollandus - *l* - Gallandus. — *Pag* 366, *col.* 1, *lin.* 8 colonica Riniacus etc - *l* - Reigny, viculus parochiæ Vermanto. — *Pag.* 366, *col.* 1, *lin.* 15 Ville neuve-la Guyard - *l* - forsan Villeneuve. viculum parochiæ Billy (Nièvre). — *Pag.* 366, *col.* 1, *lin.* 31 Fourniot - *l* - Fournier. — *Pag.* 378, *col.* 1, *lin.* 4 fuisse - *l* - fuit. — *Pag.* 374, *col* 2 *in margine* 715 - *l* - 915. — *Pag.* 379, *col.* 2, *lin* 24 Caunensi Icaunensi. — *Pag.* 379, *col.* 2, *lin.* 36, Cavanni - *l* - Cavannæ. — *Pag.* 411 *et* 419, *vide pag.* 730 e. — *Pag.* 476, *col.* 1, *lin.* 51 negatio - *l* - negotio. — *Pag.* 477, *col.* 2, *lin.* 31 Sua - *l* - Suo. — *Pag.* 493, *col.* 1, *lin.* 48 cebratam - *l* - celebratam. — *Pag.* 644, *not.* (6), *lege* Historia ecclesiæ Georgianæ russice. — *Pag.* 649, *lin.* 9 *et* 6 *ante finem secundæ columnæ lege* 646 *et* 643. — *Pag.* 650, *not.* (7) - *l* - 256, 235. — *Pag.* 664, *col.* 1, *lin.* 24, Walterus - *l* - Wolmerus — *Pag.* 825, *num.* 6, 828, *num.* 14 *et* 831 *annot.* a, *confer pag.* 927 c et seq. — Herrera, auctor Menologii Benedictini Hispanici seu Vitarum SS. Ord. S. Benedicti, *lege ubique* Heredia; *et* mausolæum, *lege ubique* mausoleum.

Bruxellis, Typis Francisci Vromant, viâ Alexianorum, 36.